Rangelius

6
41 N
7

M.

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu
12 . 6.

5 – F – 11

5.213.
5
F
13

R. P. F. CLAVDII

RANGOLII

Authoris suspensi

COMMENTARII

IN LIBROS REGVM.

Ex Legato Illustriss. Foscini

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

Digitized by Google


CHA RI TAS
SANCTVS CLAVDIVS.
DABIT EI DOMINVS DEVS SEDEM
DAVID PATRIS
P. FR. CLAVDII
RANGOLII
CRESPEIENSIS-VALESII
ORDINIS MINIMORVM
S. FRANCISCI DE PAVLA.
Commentariorum in
Libros Regum.
Cum permultis vtilibus quæſtionibus ad difficiliorum locorum explicationem adhibitis.
TOMVS I.
LVTETIÆ
PARISIORVM,
EX OFFICINA
NIVELLIANA,
Sumptibus SEBASTIANI CRAMOISY
via Iacobæa ſub
Ciconijs.
M.DC.XXI.

SANCTISSIMO DOMINO D. N.

PAVLO V.

PONTIFICI MAXIMO. ET

PATRI CLEMENTISSIMO.

BIBL. SEC. COLL. ROM. SOC. IESV. IHS

EN iterum, Beatiſſime Pater, *Regnum* è Francia Romam mittitur, totum aureum, gemmis ornatum, lapilliſque diſtinctum, quale fuiſſe teſtantur Anaſtaſius, Hincmarus, & Flodoardus, quod à Clodoueo Rege ad S. Hormiſdam tranſmiſſum eſt. Sic enim Clodoueum, fortiſſimum Principem, S. Remigius inſtituerat: ſic eum regalis honoris primitias Deo, & eius Sacerdotibus conſecrandas eſſe docuerat. Nam ſunt, qui velint primam illam coronam extitiſſe, quæ Regibus noſtris ab Imperatore oblata eſt; cùm ante hæc tempora, Franci Reges diſſimili diademate ſua tempora coronarent. Æmulamur, quantùm poſſumus, maiorum noſtrorum laude digniſſimam religionem: nec veremur, ne in hac parte degeneres arguamur, ſi nos quoque Pontifici Regij verticis ho-

Anaſtaſius in Hormiſ. Hincmar. in vita S. Remig. Flodoard. lib. 1. Hiſt. Eccleſ. Remenſ. ca. 15. in S. Remig.

nores denuò libemus. Neque enim vilior eſt corona, quam ex Scripturæ floribus teximus, auguſto illo monili, quo Pontificia Maieſtas à primo Regum no-
Prouerb. 8. vers. 11. ſtrorum ornata eſt: *Melior eſt enim ſapientia cunctis pretioſiſſimis: & omne deſiderabile ei non poteſt comparari. Non conferetur tinctis Indiæ coloribus, nec lapidi Sardonycho pretioſiſſimo, vel ſapphiro. Non adæquabitur ei topazius de Æthio-*
Iob. ca. 28. *pia.* Quid ita? Quoniam *per me*, inquit, *Reges regnant, et legum conditores iuſta decernunt.* Huiuſmodi ergo monile cùm S^d. Veſtræ offeramus, quo nullum vnquam pretioſius Regum frontem cinxit: vereri vtique non debemus, ne indigni maiorum noſtrorum magnificentia habeamur. Sed nec ſuccenſere quiſquam iure poterit, ſi Beatitudinem Veſtram pro virili parte ornamentis gloriæ cumulemus. Nam paternæ dignitatis incrementis, filiorum gloriæ nil deperit. Qui verò potiore iure quàm Francorum Reges, Sanctitatis veſtræ filij habendi ſunt? Pontificiæ Celſitudinis exornatio, Regiæ maieſtatis commendatio eſt. Quod cùm Maiores noſtri probè intelligerent, Summum Eccleſiæ Præſulem ſummo ſemper honore proſequuti ſunt, & tanquam Chriſti Vicarium, Petrique ſucceſſorem pleniſſimo pietatis cultu coluerunt: quorum nos virtutem ſequi decet, qui de eorundem genere gloriamur.

Accedit ad hæc, quòd cùm Regum decus & imperium dicere inſtituerim, non habeam vnde potius exordiar, quàm ab ea origine, ex qua manarunt. Nam apud Hebræos, autore Deo, primi Reges à Prophetis & Sacerdotibus vncti atque initiati ſunt: & *veteri iure,*
S. Ambroſ. lib. 2. Epiſt. 13. ad Marcellinam Sor. inquit S. Ambroſius, *à Sacerdotibus donata ſunt Imperia, non vſurpata.* An quiſquam negat? Quis enim *Ius Regis* populum docuit? quis *Legem Regni* ſcripſit? quis Reges vnxit? autoritate diuina firmauit? Primùm quidem

Moyſes, deinde etiam Samuel: Is enim poſtremus Iudicum, è ſtirpe Leuitica, Regés vnxit, docuit, & Deo iubente creauit. Vnxit & Salomonem Sadoc Sacerdos, qui Regum ſapiētiſſimus eſt habitus. Quocirca nemo mirari debet, ſi Sti. Ve. Regalis operis primordia dedicemus; quandoquidem auguſtæ dignitatis conſecratio, apud Iudæos, à Sacerdotibus cœpit, quorum tu, apud nos, caput & vertex es. *Tu*, namque *dignitate Aaron, autoritate Moyſes, iudicatu Samuel*; ſicut quidam Scriptorum noſtrorum aſſeruit, teſtis fide dignißimus. Vnde ſequitur, vt non immeritò, cùm Reges in theatrum producturus eſſem, Pontificem chori ducem adhibendum cenſuerim. Quod cùm ſtudioſè facerem, tum me Regibus noſtris plurimùm gratificari intelligebam. Quorum enim ſecundum Deum, potiſsimùm autoritate, ſtudio, atque beneuolentia, Regum noſtrorum Maieſtas ornata eſt, niſi Pontificum? Teſtatur Eginartus, cui neſcio an quiſquam fidem abrogare audeat, cùm idem Notarius, & gener Imperatoris, ac ſoceri ſui res geſtas ſumma fide perſcripſerit: quo ſtudio Leo III. nec opinantem Carolum Magnum imperiali purpura decorarit. S. verò Remigius, ſi quid eiuſdem tabulis teſtamentalibus credimus, *Francorum*, vt ait, *Regium genus ad honorem Sanctæ Eccleſiæ, et defenſionem pauperum, vnà cum fratribus ſuis, & coepiſcopis Germaniæ, Galliæ, atque Neuſtriæ, in Regiæ Maieſtatis culmen perpetuò regnaturum ſtatuens elegit, baptizauit, à ſacro fonte ſuſcepit, donóque ſeptiformis Spiritus conſignauit, et per eiuſdem ſacri Chriſmatis vnctionem in Regem ordinauit.* Ex quibus manifeſtè patet, quàm pręclara fuerint ab ipſis naſcentis Imperij cunabulis, Sanctæ matris Eccleſiæ in hanc Monarchiam merita, cuius vtrique votis ac benedictionibus intemerata liliorum fides, in toto orbe terrarum, gratia & virtute floruit.

S. Bernard. lib. 3. de Conſider. cap. 8.

Eginartus in vita Caroli Mag.

Apud Flodoard. l. 1. cap. 18. in S. Remig.

Quod cùm maiores noſtri, generoſo ac liberali animo præditi, ingenuè agnoſcerēt, nihil vnquam prius aut antiquius habuerunt, quàm vt eamdem ſumma religione colerent, & quibus poſſent rationibus amplificarent. Argumentum hoc non modò fidei, ſed etiam ingenuitatis ſuę fore duxerunt. Soli namq; degeneres matrem aſpernantur. Sicque mutuis quondam beneficijs vtrinque certatum eſt, cùm filiorum obſequio mater egere videretur.

Nunc verò etiam, poſt tot ſecula, eadem mens & propoſitum manet, nec diſſimili ſtudio ac pietate, S.R.E. tutam atque defenſam volumus. Sed non omnium par & æqua poteſtas eſt: imperio Rex, miles armis, autoritate iudex, ſuffragio populus, ſua vota teſtantur: quorum ego cùm nihil præſtare poſſim, qui Ordine ſum Minimus, quid faciam? Difficile videbatur Minimum Maximo ſatisfacere poſſe. Veruntamen, Batiſsime Pater, non ita pridem modum inueni, quo vtcunque officio meo non deeſſem. Non enim habui rationem nominis mei, non vires aſpexi: ſed opus aggreſſus ſum, quo veſtra quoq; gloria nonnihil defendi atque illuſtrari queat. Hoc ego nunc S^tis. V^æ. nomini do dedicóque, ídq; multis nominibus. Nam primùm quidē primitiæ ſunt laboris atque induſtriæ meæ. Primitias autem Sacerdotibus offerri lex præcipit: quo magis excuſatione dignus ſum, ſi, dum legi pareo, rem minus dignā offero. Primitiarum enim delectus haberi nequit: decimarum ea prærogatiua eſt, poſtquā manipuli plures adoleuerint. Deinde, ea me ratio plurimùm mouit, quòd cùm texerem regias coronas, ſi Francorum inſtitutū ſequerer, earum prima mihi donādus eſſes. Acceſsit ad hæc ſingulare S^tis. V^æ. in noſtrum Ordinem ſtudium, quod iam inde à parētibus cœpit. Poſtremò, eximius quidam meus ardor

eò me

eò me cõpulit quo S^tem^. V^am^. vehementer amplector; non tantùm quia Petri ſedem obtinet, cui noſtra fides innititur: ſed etiam maximè, quia eadem mirificis virtutum eius ornamentis, & doctrinæ luminibus colluſtratur. Faxit Deus Optimus Maximus, vt quàm diutiſsimè tanto Numinis fauore ac præſidio perfruamur.

S^tis^. V^e^. BEATISSIME PATER,

Filius & ſeruus addictiſſimus,
F. CLAVDIVS RANGOLIVS
Minimus.

E Conuentu Pariſienſi, VIII. *Calend. Septembr. ann.* M DC X X.

AD LECTOREM.

PAVCIS te, Lector, admonebo. Primùm enim, cùm huius operis ſummas quaſque difficultates aggredi duntaxat inſtituiſſem, aliorum conſilio ſententiam mutare coactus ſum, quòd dicerent, hactenus recentiorum neminem totum illud argumentum accuratè ſatis pertractaſſe. Deinde, iam mutato propoſito, cùm meminiſſem, quas difficultates olim paterer, dum nouas colonias ſtatuo; vbi neque librorum copia ſuppeteret, neque opes vllæ, quibus comparari poſſent; & tamen perpetuò iis doctrinæ ſubſidiis vtendum eſſet, quæ non aliunde peti ſolent quàm è fabrica Scripturarum: ſtatui paulò liberius, in gratiam eorum, qui paribus incommodis conflictantur, ingenio vti. Interpretum tamen inopia, in ſeceſſu meo Vicennenſi negotij mihi plus ſatis exhibuit. Sed cùm, incœpto iam opere, in Vermilij Commentarios incidiſſem, damnatæ memoriæ viri, non ſemel eo vſus ſum; ſicut paſſim nominis eius appellatio teſtatur: quoniam multa ex his, quæ ſcriptis mandauit: antè elaboraſſe viſus eſt, quàm fidei nuntium remitteret. Sunt enim pleraque ex his è Scholaſticorum armario deprompta: quæ deinceps, poſtquam Eccleſiam malis artibus aggreſſus eſt, veneno ſtuduit inficere; ſed nos errori antidotum continuò paramus: ſyncera atque integra, pari fide ſeruamus.

De Poteſtate verò atque Iuriſdictione Eccleſiaſtica; Item de Iure Regis, & Fiſci; De Legibus; de Clementia Principis, De præficiendis Magiſtratibus; De fide Electionum; & venditione Præfecturarum Iudicialium; De tributis & vectigalibus; De autoritate publicorum Comitiorum; denique de Modo Gratiæ efficacis, & plerìſque aliis, quæ paſſim in hoc opere tractantur, quæ viſa ſunt mihi probabiliora, conſtanter aſſerui; ea tamen lege atque omine, vt ſi quis melius ſentiret, eidem liberum eſſet à me diſſentire. Nam præterquàm in his, quæ certa fide tenẽda sũt, vim cuiuſquã opinioni,

Ad Lectorem.

*tametſi diuerſa,non affero.Varias interpretum tranſlationes,ma-
xima parte huius primi Tomi non admodum curioſe notaui quòd
libri me deſtituerent:at deinceps,uti iam cap 14.cœpi,ita dili en-
tiſſimè perficiam.Quæſtionum multitudo,aut etiam ſtyli prolixitas,
ſi cui fortè nauſeam pariant,in ſequentibus emendari facilè pote-
runt. Errata Typographorum,ne recognoſcerem,incidens morbus
prohibuit. Veruntamen dum non ſine moleſtia opus ipſum colluſtro
oculis,& pauca folia percurro,ſtatim in ſcopulum impegi, qui te,
Lector,morari poſſet. Nam columna 31.B linea 27 ſic ſcriptum
inueni* : quæ ad primum conſpectum. Quomodo Angeli
facinus, *c.Quæ verba perperam immutata ſunt,& malè diſtin-
cta periodus.nullo ſenſu Aliter ergo ſcripſeram*: quæ ad primum
conſpectum,quomodo Angeli faciunt,in rerum,*&c. Memini
præterea nonnuſquam me negare,legiſſe me apud vulgatum inter-
pretem Noui Teſtamenti,barbaram quandam vocem* manicare,
*in quam tamen mox incidi apud Lucam,cap.21.verſ.38. Variant
ſcilicet hoc loco codices, vt etiam Romani Correctores notarunt.
Sed nec Concordantiæ ipſæ Bibliorum eius vocis meminerunt,ſed
habent eodem loco,* Et mane ibat,*non* manicabat. *Hæc ſunt,Be-
nigne Lector,quæ nonnulla mihi animaduerſione digna viſa ſunt.
Plura fortaſſis prudentia tua obſeruabit:de quibus ſummi bene-
ficij loco ducam,ſi maturè admonear.* Vale.

AD LECTOREM.

PAVCIS *te, Lector, admonebo. Primùm enim, cùm huius operis ſummas quaſque difficultates aggredi duntaxat inſtituiſſem, aliorum conſilio ſententiam mutare coactus ſum, quòd dicerent, hactenus recentiorum neminem totum illud argumentum accuratè ſatis pertractaſſe. Deinde, iam mutato propoſito, cùm meminiſſem, quas difficultates olim paterer, dum nouas colonias ſtatuo; vbi neque librorum copia ſuppeteret, neque opes vllę, quibus comparari poſſent; & tamen perpetuò iis doctrinę ſubſidiis vtendum eſſet, quę non aliunde peti ſolent quàm è fabrica Scripturarum: ſtatui paulò liberius, in gratiam eorum, qui paribus incommodis conflictantur, ingenio vti. Interpretum tamen inopia, in ſeceſſu meo Vicennenſi negotij mihi plus ſatis exhibuit. Sed cùm, incœpto iam opere, in Vermilij Commentarios incidiſſem, damnatę memorię viri, non ſemel eo vſus ſum; ſicut paſſim nominis eius appellatio teſtatur: quoniam multa ex his, quę ſcriptis mandauit: antè elaboraſſe viſus eſt, quàm fidei nuntium remitteret. Sunt enim pleraque ex his è Scholaſticorum armario deprompta: quę deinceps, poſtquam Fccleſiam malis artibus aggreſſus eſt, veneno ſtuduit inficere; ſed nos errori antidotum continuò paramus: ſyncera atque integra, pari fide ſeruamus.*

De Poteſtate verò atque Iuriſdictione Fccleſiaſtica; Item de Iure Regis, & Fiſci; De Legibus; de Clementia Principis; De præficiendis Magiſtratibus; De fide Electionum; & venditione Præfecturarum Iudicialium; De tributis & vectigalibus; De autoritate publicorum Comitiorum; denique de Modo Gratię efficacis, & pleriſque aliis, quę paſſim in hoc opere tractantur, quę viſa ſunt mihi probabiliora, conſtanter aſſerui; ea tamen lege atque omine, vt ſi quis melius ſentiret, eidem liberum eſſet à me diſſentire. Nam prætorquàm in his, quę certa fide tenẽda ſũt, vim cuiuſquã opinioni,

tametſi diuerſa, non affero. Varias interpretum tranſlationes, maxima parte huius primi Tomi non admodum curioſe notaui quòd libri me deſtituerent: at deinceps, vti iam cap 14. cœpi, ita dili entiſſimè perficiam. Quæſtionum multitudo, aut etiam ſtyli prolixitas, ſi cui fortè nauſeam pariant, in ſequentibus emendari facilè poterunt. Errata Typographorum, ne recognoſcerem, incidens morbus prohibuit. Veruntamen dum non ſine moleſtia opus ipſum colluſtro oculis, & pauca folia percurro, ſtatim in ſcopulum impegi, qui te, Lector, morari poſſet. Nam columna 31. B linea 27 ſic ſcriptum inueni : quæ ad primum conſpectum. Quomodo Angeli facinus, &c. *Quæ verba perperam immutata ſunt, & malè diſtincta periodus, nullo ſenſu Aliter ergo ſcripſeram*: quæ ad primum conſpectum, quomodo Angeli faciunt, in rerum, *&c. Memini præterea nonnuſquam me negare, legiſſe me apud vulgatum interpretem Noui Teſtamenti, barbaram quandam vocem* manicare, *in quam tamen mox incidi apud Lucam, cap. 21. verſ. 38. Variant ſcilicet hoc loco codices, vt etiam Romani Correctores notarunt. Sed nec Concordantiæ ipſæ Bibliorum eius vocis meminerunt, ſed habent eodem loco,* Et mane ibat, *non* manicabat. *Hæc ſunt, Benigne Lector, quæ nonnulla mihi animaduerſione digna viſa ſunt. Plura fortaſſis prudentia tua obſeruabit: de quibus ſummi beneficij loco ducam, ſi maturè admonear.* Vale.

Facultas Generalis Minimorum.

FR. FRANCISCVS A MAYDA, Ordinis Minimorum, Corrector Generalis: Vt lucubrationes quas in Libros Regum R. P. CLAVDIVS RANGVEIL, ſodalitij noſtri Theologus doctiſſimus æquè ac piiſſimus, in Reipublicæ Chriſtianæ Ordiniſque noſtri decus præparauit, vtque alia eius diuerſi generis opera typis vbicumque mandari poſſint, licentiam & facultatem lubenti animo concedimus, modò ſaltem ab vno vel duobus ſacri Theologici ſtudij Doctoribus prius approbentur. Datum in Conuentu noſtro Romano S^mæ^. Trinitatis hac luce 15. Nouembris 1619.

F. FRANC. DE MAYDA MINIST. GENER.

APPROBATIO DOCTORVM.

TOMVM Primum Commentariorum in Libros Regum P. F. CLAVDII RANGOLII Creſpeienſis Valeſij, Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula, publica luce & lectione cenſemus. Lutetiæ Pariſiorum, 7. Septembris, 1620.

F. IO. B. PELERIN.

F. M. POTIER.

Summa Priuilegij Chriſtianiſſimi Regis.

LVDOVICI XIII. Franciæ & Nauarræ Regis Chriſtianiſſimi authoritate conceſſum eſt SEBASTIANO CRAMOISY Bibliopolæ Pariſienſi Iurato, typis mandare & venalem habere, R.P.F. CLAVDII RANGOLII *Creſpeienſis-Valleſiaci Commentarios in Libros Regum.* aliiſque cuiuſcunque conditionis interdictum eſt intra nouennium, vt patet in Diplomate Regio dato Burdigalæ, die vltima Septembris, 1620.

DE MANDATO REGIS,

Sic ſignatum, RENOVARD.

INDEX
TITVLORVM, DISPVTATIONVM, AC QVÆSTIONVM.

IN TITVLVM.

De libri nomine, authore, & authoritate. col. 1
Quo tempore Regum hiſtoria cœpiſſe feratur, & quod certum annorum numerũ inueſtigare non poſſumus. 13

CAPVT PRIMVM.

Ad v. 1. De mortis memoria, plura: & quod ſanctiſſimis viris ſit immortalitatis principium. 23
Nominis (vir) ſecundum trium linguarum Hebraicæ, Græcæ, & Latinæ notiones diſcuſsi ſignificatio, & etymon. 30
Parergon de contemplatione, in gratiam religioſorum. 34
An verè homo vnus dici poſsit. 40
Quare homo multiplex ab antiquis habitus, & erroru confutatio. 42
Quamobrem Elcana vnus dictus eſt, & quod vir iuſtus vnus ſit. 46
De triplici ratione vnitatis cum Deo, Geometrica videlicet, Arithmetica, & ſimilitudinis. 49
Qua ratione cum aliis, & item nobiſcum vni eſſe poſsimus. 52
De altera conditione vnitatis, & de eo quod de vnoquoque Sanctorũ dicitur, Non eſt inuentus ſimilis illi. 53
Quæſtio de loco natali. 57
Elcanæ & montis Ephraim cum religioſa vita allegorica comparatio. 63
Quæ ratio deſcribendæ genealogiæ in ſcripturis. 74
Ad 2. Num liceat Chriſtiano plures vxores ducere. 82
Ad 3. De adoratione ſummi Dei, & quàm vario genere diſtingui poſsit. 91
De ſacrificio, & an ſint preces illo potiores. 92
De ea adoratione, qua nonnullas res creatas religioſe obſeruamus. 94
Ad 4. Refellitur error Petri Vermilij de noſtra veterumque ſacra communione. 105
Ad 7. Quod pij non temere, ſed diuino conſilio incommodis perſæpe vexentur. 130
An qui educationis filiorum onus detrectant, & augeri multa ſobole propter inopiam verentur, dare operam liberis liceat, cùm liberos ipſi nolint. 137 Ad 8.
An ſit vtile ſtatim poſt ſumptum cibum meditatione vacare. 150 Ad 10.
De lachrymis Phyſica conſideratio. 153
Quamobrem Deum oramus, cùm ſit immutabilis. 154
Quid ſit votum, & quibus verbis ſuum illud Anna nuncuparit. 155 Ad 11.
An & quomodo liceat res indifferentes à Deo petere. 159
De variis gentium ritibus circa alendam aut reſecandam cæſariem. 164
Quare nunc Clerici & Monachi radantur. 166
De votis, & num potuerit Anna filium voto ſuo obligare. 173
De patria poteſtate, & an poſsint filij voto parentum adigi ad religioſam vitam amplectendam. 1[illegible]
De oratione, & an eam ſemper ſequatur optatus effectus. 213 Ad 18.
An deceat commoueri ſapientem, & vultu animoque mutari. Item, quotuplex triſtitia ſit & quæ probari damnariue debeat. 220
De ratione nominum imponendorum. 237 Ad 20.
Quare nonnunquam religioſi nomina commutent. 241
Qui Pontifices primum nomen mutarint, & qua de cauſa. 244

CAPVT SECVNDVM.

Digreſsio de ſanctitate. 278 Ad v. 2.
De cauſis tam proiectæ libidinis ſacerdotum, & quod ſint vitanda viris Eccleſiaſticis mulierum conſortia. 363 Ad 22.
Quæ loca ſacra, & de ſacrilegio. 369
Sacrilegio in atriis locum eſſe. 371
De correctione fraterna. 374 Ad 23.
De fama, & quod ea viris Eccleſiaſticis neceſſaria ſit. 376 Ad 24.
De infamia, & eius Eccleſiaſtica purgatione. 378
De ſcandalo, & eius multiplici genere. 380
Num Deus velit quenquam occidere. 387 Ad 25.

An Deus ſit author peccati. 390

Priuatio diuinæ gratiæ an haberi poſſit cauſa peccati. 391

Ipſi ſumus cauſa peccati: Deus verò intentator malorum eſt. 393

Deus quomodo ſe habeat circa peccatum, & quàm ſapienter malis vtatur. 394

Origo prima peccati, & quare Deus non omnes homines ſua gratia confirmauerit. 397

De diuina voluntate. 399

An & qua ratione Deus indurat cor hominis, & de peccato Adami. 401

Ad 27. *An liceat ſummum Pontificem arguere.* 414

Ad 28. *De Ephod & rationali ſummi Pontificis.* 421

Ad 36. *De ſimonia, & an Heli nepotes ea labe inficiendi prædicantur.* 449

CAPVT TERTIVM.

Ad v. 1. *Vocis* coram *ſeu* לִפְנֵי *vberior explicatio.* 470

Ad 3. *Candelabri aurei cum ſancto Spiritu allegorica comparatio.* 483

Ad 13. *An ſemper liceat Patrem in filios clementem eſſe.* 501

Ad 14. *Num liceat ſacerdotes pœnæ ſubiicere.* 502

De vi bonorum operum & antiquorum ſacrificiorum. 504

Antiquorum fides in Chriſtum. 506

Quoduis peccatũ pœnitentia deleri poſſe. 508

Ad 18. *Num peccatori liceat cùm arguitur illa reſpõſione vti.* Dominus eſt: quod bonum eſt in oculis ſuis faciat. 519

CAPVT QVARTVM.

Ad v. 1. *Qua ratione Deus malos ad malum aliis inferendum incitet.* 527

Qui fieri potuit, vt vates ſanctus populum ad bellũ impelleret, quo fuſus fugatuſque, pro magna parte, mucrone hoſtili interiit. 529

Ad 3. *Num licuerit Iſraelitis arcam circunferre? Et an nobis Euchariſtiam liceat?* 544

Ad 8. *An quomodo Hebræi* אֱלֹהִים *ita nos Deos pro vero Deo dicere valeamus?* 565

Ad 9. *De ſeruitute & libertate.* 573

Ad 11. *An ſacerdotes militare liceat: aut ſaltem eorundem facultatibus ad bellicos ſumptus abuti.* 580

Tractatus περὶ τῆς ἱερατικοδικαιώσεως πολιτικῆς, ſiue de ſacerdotum politica iuriſdictione.

Prima pars Tractatus.

Vtrum fas ſit ſacerdotes humana iudicia exercere.

Ad v. 18. *Cap. 1. In quo Cunerij argumenta quibus affirmantem partem oppugnare conatus eſt proponuntur.* 612

Cap. 2. in quo explicatur id quod pro themate Cunerius proloquutus fuerat, Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo. 614

Cap. 3. Primi, & alterius argumenti confutatio. 615

Cap. 4. Leges Imperatoriæ non ſunt habenda pro oraculis, in his quæ ad Eccleſiam pertinent: nec illæ aliquando decreuerunt, vtramque iuriſdictionem non poſſe ſubiecto coniungi. 616

Cap. 5. Refellitur 4. argumentum. ordo ſeribendorum proponitur: & nonnullam olim in Francia iuriſdictionem, conſuetudine atque præſcriptione, Eccleſiam obtinuiſſe probatur. 618

Cap. 6. Continuatio confutationis eiuſdem 4. argumenti, quod ſpectat ad alienationem. Et quod Reges qui hæreditario iure ſuccedunt, alienare poſſunt. 619

Cap. 7. Continuatio eiuſdem argumenti. Opinio noſtra de iure Regis Francorum. 621

Cap. 8. Arguitur iterum falſitas eiuſdem argumenti, eo quod non ſit ius fiſci. 623

Cap. 9. Altera ratio contra 4. argum. hæc eſſe poteſt, quod Eccleſiaſticorũ iuriſdictio fiſco non noceat. Item de poſſeſſionibus. 625

Cap. 10. Contra idem argum. vindicatur antiquorum regum pietas à calumnia, quoniam penes eos poteſtas ſemper fuerit quos vellent iudices inſtituere. 627

Cap. 11. Contra idem argum. petitur alia ratio à ſolemni iuramento regis, in die coronationis ſuæ, & Cunerij mendacium arguitur. 628

Cap. 12. Defenditur religio ſolemnis regis Sacramenti contra Bodinum. 630

Cap. 13. Quinti argum. confutatio, & malè intellecta Nicolai Papæ epiſtola explicatur. 632

Cap. 14. Contra 6. argum. à tonſura nullum certum argumentum elici poſſe. 633

Cap. 15. Reſpondetur duobus vltimis argum. 7. & 8. 637

Altera pars tractatus de Iuriſdictione Eccleſiaſtica.

Ca. 1. Iuriſdictio Eccleſiaſtica diſtribuitur, & quod nonnulli ſancti Epiſcopi & Monachi creditã fidei ſuæ regna & imperia ſanctè ac fæliciter adminiſtrarint, oſtenditur. 638

Cap. 2. Quam latè pateat ſpiritualis Eccleſiæ iuriſdictio: & quod illa principum temporali iuriſdictioni non officiat. 642

Cap. 3. Ex his in quibus Eccleſiaſtica iuriſdictio lædi viſa eſt SS. Patribus: & pri-

mum de Anglicanis conſuetudinibus. vbi legere potes 647

Reſcriptum illarum conſuetudinum quas auitas vocant, quas apud Clarendonam ab Epiſcopis Angliæ Henricus 2. approbari confirmarique voluit. 648

Cap. 4. SS. Anſelmi & Thomæ Archiepiſcoporum Cantuarienſium, de conſuetudinibus illis iudicium quas prior, ne ſubire cogeretur, exilium: poſterior etiam mortem ſubiit. 650

Epiſtola S. Thomæ ad Henricum 2. Angliæ Regem. 653

Cap. 5. Excommunicatio imperari vetariue humano iure non poteſt. 657

Cap. 6. Vis affertur Eccleſiaſticæ iuriſdictioni, ſi ſacram eius politiam ſæculi principes ſuis legibus conſtituere velint. Priorum regum pietas atque religio. 659

Cap. 7. Principes in cauſa fidei iudices eſſe non poſſunt. 665

Cap. 8. Inueſtitura Eccleſiaſticarum dignitatum, electio, & orta contentione diiudicatio, ſi citra priuilegium & Eccleſiæ conſenſum a ſæculi poteſtatibus vſurpentur iuriſdictionem Eccleſiaſticā violant. 669

Ca. 9. Ædes ſacræ ſunt iuris Eccleſiaſtici. 676

Cap. 10. Anacephalæoſis poſterioris tractatus: & quod ſumma iuriſdictionis Eccleſiaſticæ ſit penes ſummum Pontificem. Vbi etiam inſerta eſt 679

Inſignis illa Epiſtola Pij 2. ad Rectorem & Vniuerſitatem ſcholæ Colonienſis. 680

Adv.19. De Cælibatu Sacerdotum. 693

CAPVT QVINTVM.

Ad v. 2. AN cum victoria penes eos ſtat, quorum vna eſt religio eadem falſis numinibus adſcribi poſſit. 713

Adv.4. Diſputatio de Idolis & imaginibus. 723

Vtrum liceat Dei, & SS. imagines, in Eccleſiis proponere, & venerari, Hæreticorum confutatio. 723

De Idolis priſci quid ſenſerint. 727

Confutatio Iudæorum imaginum vſum non admittentium. 734

Confutatio Mahumetanorum circa eandem rem. 730

An ſacrarum imaginum vſus ſit vtilis ac retinendus. 732

Adv.7. Quomodo Azotij doctrina pariter ac fidei expertes Deum eſſe authorem cladis ſuæ noſſe potuerunt. 745

CAPVT SEXTVM.

Ad v. 4. & 5. DE ſatisfactione. 770

Num ſibi ipſi plagas quenquam imponere liceat. 772

Ad v. 9. Fatū rebus humanis dominari non poſſe. 784

Explicatur ſenſus horum verborum Surſum corda, quæ in Miſſa vſurpantur. 796 Ad v. 18.

Quomodo (quatenus) adhibendum ſit in rebus fidei. 798 Ad v. 19.

De Curioſitate. 799

CAPVT SEPTIMVM.

DE ſanctificatione nouæ legis ſacerdotum. 808 Ad v. 1.

Temporum notæ apud Hebræos & Chriſtianos. 811 Ad v. 2.

De his 20. annis noſtra coniectura. 813

De anno & eius ſpeciebus. 814

De anno ciuili Hebræorum. 816

Ratio intercalandi apud Hebræos. 817

Legis explicatio quæ iubet Deum ex toto corde diligi. 821 Ad v. 3.

Qua ratione intelligi poſſit homo praparare cor ſuum. 826

De iure indicendorum Comitiorum. 827 Ad v. 5.

Diſputatio de ieiunio. 837 Ad v. 6.

An pœnitentia, extincta per peccatum merita recuperet, & quomodo. 866 Ad v. 14.

Icon viri ſapientis & iuſti, ſiue Samuelis commendatio. 868 Ad v. 15.

CAPVT OCTAVVM.

DVo capita accuſationis Vermilij, quorum maximè poſtremum refellitur. 880 & 2. Ad v. 1.

Defenditur iterum Samuel: & modi proponuntur quibus iudices inſtitui poſſint. 884

An qui ſummā in Rep. poteſtatem obtinent inferiores magiſtratus optimis quibuſque ciuibus mandare teneantur. 885

An Religioſi viri quorum ineundi ſuffragij poteſtas eſt digniſſimo cuique ſuæ familiæ præfecturam mandare teneantur. 889

Vtrum electio digni valeat omiſſo digniore, & decretum illud Clementis 8. etiam in foro exteriori obtineat. 892

Legem ferri poſſe, quæ digni electionē, omiſſo digniore, abroget. 893

Electionem digni omiſſo digniore in multis valere non poſſe. 894

Vtrum liceat appellare ab ea electione, quæ iure quidem valida eſt, ſed tamen digniorem prætermiſit. 897

An decretum de digniore eligendo obliget in foro exteriori. 898

Confirmat ſuperiorē ſententiam Sacramenti religio, quo ſpondetur futura dignioris electio. 902

Quid reſignatio, & an optimum quemque deſignare debeat: denique de Samuele quid ſentiendum ſit paucis concluditur. 907

Probabilior ſententia: Quicquid ſit Samuelem Deo auctore videri feciſſe. 909

Quales Deus Præfectos eligat, & quare nonnunquam malos. 910

ẽ iij

Ad v. 3. *Quanta mala ex auaritia iudicum, & quàm pernicioſum ſit reipubl. iurſdicendi poteſtatem pretio addicere.* 916

Solennis formula Sacramenti, qua ſe nihil dediſſe iudices olim iurabant. 919

An liceat Principi iudicum præfecturas vendere. 920

An ſimoniæ crimen incurrant, qui iudicum tribunalia pretio diſtrahunt. ibid.

An liceat Principi iudicum præfecturas vendere. 924

Ad quam ſpeciem iuſtitiæ diſtributio iuriſdictionum referenda ſit; & ſi ad diſtribuentem, an pretio vendi queat. 926

An habeat aliquid iuſtitia adminiſtratio, quod pretio æſtimari, ac vendi poſſit. 929

Stipendia quo iure debeantur iudicibus. 930

In adminiſtratione iuſtitia quid eſt quod vendi poſſit. 931

Quo genere venditionis iudicum præfecturæ comparentur. 932

Duplex ſuffragatorum genus, & an his quoque lucrum inde ſperare liceat. 935

An liceat indigno iudiciorum præfecturam conferre, ea lege, vt per idoneum vicarium iuſtitiam adminiſtret. 937

Expenduntur momenta rationum ob quas iudices à muneribus abſtinere debeant. 943

Pœna legibus ſtatuta in eos qui munus accepiſſent. 944

De legitimis ſportulis, & quod interdicto munerum domeſtici omnes continerentur. 945

An Chriſtiano iudici muneribus prorſus interdictum ſit. 946

De duobus contentionum generibus, & quod neceſſaria ſit iuſtitia. 949

Ad v. 4. *De maioribus natu qui & quales fuerint.* 952

Ad v. 5. *Corruptos iudices quanta pœna maneat.* 958

De multiplici genere adminiſtrationis Rerumpubl. & quæ cuique genti potior. 959

Forma prima Reſpubl. Hebræorum. 960

An peccarit populus Regem poſtulans. 961

Ad v. 7. *Quod Prophetarum Monachorumque contemptus calamitatis publicæ cauſa ſit, & prognoſticon.* 967

An cùm Rex delectus eſſet Deus deſierit regere populum: an potius perrexerit, vna cum regibus dominari: vt alius eſſet rex aſpectabilis, alius qui videri non poſſet. 972

Ad v. 8. *Iſraelitici populi præcipuæ defectiones à Deo, notantur.* 974

Ad v. 9. *Vtrum Deus voluerit populum habere Reges: & neceſſario an contingenter populus ipſe voluerit.* 976

Tractatus de iure Regis.

Caput primum. An verè ius regis tale ſit, quale hic deſcribitur. 978 Ad v. 10. & 11.

Cap. 2. Iuris non vna interpretatio eſt. 979

Cap. 3. Quæ iuris ſignificatio huic loco conueniat. ibid.

Cap. 4. Monarchia gubernationum præſtantiſſima. 980

Cap. 5. An ſit in Monarchia iuris circunſcripta poteſtas. 981

Cap. 6. Quid ſit Rex, & eius varia appellationes. 983

Cap. 7. Regis poteſtas apud Romanos quæ, & vnde manauit. 984

Cap. 8. Romanorum Imperatorum poteſtas, & lex Regia. 986

Cap. 9. Ius regis apud Græcos. 988

Cap. 10. Lex Regia Barbarorum. 989

Cap. 11. Lex Regia Hebræorum. 990

Cap. 12. An vere princeps legibus ſolutus ſit. 992

Cap. 13. Legibus regni fundamentalibus Regem ſolutum non eſſe; & quæ huius regni eſſe dicantur. 993

Cap. 14. Iuratis legibus & priuilegiis Regem ſolutum non eſſe. 995

Cap. 15. An, & quomodo princeps ſolutus ſit lege ciuili. 997

Cap. 16. Quod ius Regis; & quod peccandi nullam acceperit poteſtatem. 999

Quare cùm hæc vtilia, iuſta, ac neceſſaria videri poſſint, quæ de iure Regis hic prædicantur, tanquam denuntiatione periculi populo ad terrorem proponuntur. Item quæ pop. ſuo principi præſtare debeat. 1006 Ad v. 12.

De variis vnguentorum generibus & eorundem multiplici vſu. 1012 Ad v. 13.

An Regi liceat decimas exigere. 1024 Ad v. 15.

Titulus de Tributo.

An fas ſit principem populo tributum imperare. Explicatio nominis ipſius. 1025

An ſic publicè ab initio principis ratio habita ſit, vt ad domeſticos ſumptus, & iudiciorum adminiſtrationem aliunde collectis pecuniis non indigeret. 1026

Iuſtas & moderatas exactiones accuſari non poſſe: & quæ iuſta habenda ſint. 1030

Extraordinarias collationes iuſtis ex cauſis imperari poſſe; & plura earum genera. 1033

Si quid iniuſtè extortum fuerit, aut miles plebem concuſſerit princeps reſtituere tenetur. 1035

Eunuchorum non poſſe eſſe legitima connubia. 1040 Ineundē verſum.

Secare quenquam leges vtriuſque iuris prohibent. 1043
Virilium amputationem ſupplicij genus aliquando fuiſſe. 1044
Ad v. 17. *An ſerui ſint qui Regibus parent.* 1051
Ad v.20. *An deceat Reges iudicia exercere.* 1067

CAPVT NONVM.

Ad v.4. *QVare quod Deus dare decreuit, non cito exhibeat?* 1095
Quid cauſa ſit cur tam facile animum deſpondeamus, ſi non Deus continuo noſtris votis reſpondeat; cùm ſimus aſſueti cauſarum naturalium moras æquo animo perferre. 1101
Ad v. 13. *De ſacris Hebræorum Chriſtianorumque conuiuiis, & eorundem cauſis ac ritibus.* 1127
Conuiuia publica in natalitiis Sanctorum, funeribus, & dedicationibus Eccleſiarum. 1128
Benedictio quid ſit, & quam vim habeat. 1130
De benedictione qua Iudæi vtebantur dum ad epulas accederent. 1132
Diſcrimen obſeruandum in benedictionibus. 1134
Ad v. 25. *Diuinæ ſapientiæ axiomata quæ Samuel videri poſſit Sauli tradidiſſe ad optimam regni adminiſtrationem. Vbi etiam deſcripta habes* 1161
Reſponſa 70. Interpretum de optima ratione regnandi, vnde quadraginta capitibus comprehenſa, & ex Ariſtæa collecta. 1162

CAPVT DECIMVM.

Adv.1. *DE oleo; & quod fuerit illud ad Regum inunctionem adhibitum.* 1176
Quid ſit ſacrum; & an oleum ſacris vſibus deſtinatum à ſacro diſtingui & commune dici potuerit. 1180
Continuatur enumeratio ſacrorum, & quæſtio abſoluitur. 1185
Quàm variè Reges apud antiquos initiarentur; & qui primi inter Chriſtianos ſacra inunctione delibuti ſint. 1189
Quid ſentiendum ſit de ſacris Regum, imo & Epiſcoporum reliquorumque Chriſtianorum vnctionibus. Vermilij digna ſuo auctore ſententia. Vermilij errorum confutatio. 1193
Iterum confutatur Vermilius, & ſacrarum vnctionum plures ſpecies traduntur. 1199.

De Prouidentia Dei.

Cap. 1. Explicatur quid ſit contingens, eius ſpecies & fundamenta. 1209
Cap. 2. Prouidentiam eſſe probatur. 1210
Cap. 3. Quid ſit Prouidentia. 1211
Cap. 4. Confutatur error eorum qui aut mundum à Deo gubernari negant, aut ſaltem quæ cæli ambitu continentur, viciſſitudini obnoxia. ibid.
Cap. 5. Homines, & alia quæcumque creata ſunt regit Prouidentia Dei. 1212
Cap. 6. Malis etiam diuina prouidentia dominatur. 1213
Cap. 7. Diuina prouidentia, etiam quæ videntur neceſſaria, regit & temperat. 1214
Cap. 8. Libera quoque & fortuita diuina prouidentia regit. ibid.
Cap. 9. Dei prouidentia mutari non poteſt. 1215
Cap. 10. An diuina prouidentia vllam patiatur contingentiam; & de neceſſitate ex hypotheſi, & abſoluta. 1216
Cap. 11. Explicatur quomodo licet diuina Prouidentia immutabiliter cuncta decreuerit, tamen libera voluntas agat contingenter. 1217
Cap. 12. Exemplis illuſtramus quod dictum eſt. 1218
Cap. 13. Soluuntur quatuor argumenta contraria. 1219
Quæſt. 1. Quid eſſet ſtatio; & quàm variè id nomen à Patribus vſurpatum ſit. 1224
Q. 2. Qui eſſent filij prophetarum. 1227
Q. 3. Pſalterium quale fuiſſe dicatur. 1228
Q. 4. De Tympano. 1231
Q. 5. Tibiarum genera, & modi. ibid.
Q. 6. Tibiarum vtilitates multæ magnæque receuſentur. 1232
Q. 7. An probetur in ſacris, inſtrumentorum vſus Muſicorum. 1234
Q. 8. Quare ſancti nouæ legis tibias reprobarint: Deus in antiquis tulerit. 1235
Q. 9. Citharæ vſus, ſpecies, & commendatio. 1236
Q. 10. Inſtrumentorum Muſicorum plures allegoria. 1238
Q. 11. De multiplici genere prophetantium. 1240
Quæritur, An Saul ſorte electus fuerit: & de ſortibus, quotuplex earum genus; Item ad quid adhibita. 1275
Num ſortes adhiberi poſſint ad Eccleſiaſticas dignitates, & de ſortitione ſancti Matthiæ. 1278
An ſortiri liceat magiſtratus ciuiles; & qui-

bus conditionibus. 1281

Ad v.22. Quæritur, an electo liceat aliorum de ſe iudicium, & vota publica aſpernari. 1283

An oblatum principatum recuſare liceat. 1285

Ad v.25. De lege Regni, qua Rex Deo, populus Regi obtemperare iuſſi ſunt. 1294

Ratio Regum inſtituendorum, & quanta eiſdem ſubiecti debeant. 1296

CAPVT VNDECIMVM.

Ad v.3. De ſeptenario numero, & plures eius allegoriæ. 1316

Ad v.4. An flere liceat, & miſericordia commoueri. 1321

Quid ſit miſericordia, & à quibus malis præcipuè excitetur. 1323

Miſericordia eſt virtus in Deo maxima: in hominibus ſecundum charitatem ordine proxima. 1324

Probatur iterum quid ſit miſericordia, cuius gratia Iſraelitæ fleuiſſe feruntur. 1325

Ad v.5. Laudatur vita ruſtica; & quod ea quæſtum voluptatemque habeat viro principe dignam. 1327

Ergone digna principe ruſticatio eſt. 1329

Ad v. 6. Quis hic furor intelligi debeat. 1332

Iræ furoriſque accuratior tractatio, & quod ad virtutem plurimum cõferre poſſint. 1333

Ira qua ratione fortitudini inſeruiat. 1337

Refertur ac refellitur Scaligeri ſententia, qui viſus eſt negare iram decere ſapientem. ibid.

Ad v.7. Qua ratione bruta, & alia ſenſu carentia pœna ſubiiciantur. 1344

Ad v. 11. De vigiliis. 1357

De horis æqualibus, & inæqualibus. 1358

Quæſtio. An liceat iuſtas pœnas à legibus impoſitas relaxare: ſiue an Saul iure potuerit ſeditioſos illos immunes à ſupplicio præſtare.

Ad v.13. Caput primum, Argumenta in vtramque partem à Vermilio proponuntur. 1363

Cap. 2. Diſtinguit Vermilius leges diuinas & humanas. 1365

Cap. 3. Diſtinguit iterum mandata ab interdictis. 1366

Cap. 4. Reſpondet argum. primo partis affirmantis; & explicat quid ſit clementia, manſuetudo, & venia. ib.

Cap. 5. Reliquis argumentis reſpondet ſuo more, hoc eſt non vbique bene. 1368

Cap. 6. Refellitur negans Vermilij ſententia, & contraria probatur. 1369

Cap. 7. Refelluntur duæ Vermilij rationes, & Saul aſſeritur obtrectatoribus ſuis delicti veniam reuera feciſſe. 1370

Cap 8. Quantis rationibus Saul motus indulſerit. 1371

Cap. 9. Tres vlciſcendi rationes apud Philoſophos. Harum nulla Saulem ad ſumendum de reis ſupplicium vrſit. 1372

Cap. 10. Diſtinguuntur leges diuinæ, & negatur iudiciales Regem neceſſario obſtrinxiſſe. 1373

Cap. 11. Defenditur Chriſtianorum principum Iudæorumque pia conſuetudo; & Dauid à calumnia vindicatur. 1375

Cap. 12. Solutio quæſtionis: Reges delicti veniam facere poſſunt. 1376

Vermilij commentarius, cui nonnullos errores & mendacia, quæ ſanctam Euchariſtiam oppugnant, aſperſit. 1379 Ad v.14. & 15.

Vermilij errores confutantur. 1380

Contra Vermilium, vera & germana ſancti Thomæ de ſacrificio Miſſæ ſententia. 1381

CAPVT DVODECIMVM.

De canitie. Titulus. 1387 Ad v. 2.

Item de præpoſtera ſenum quorundam ambitione. 1389

An ſeipſum quenquam aliquando laudare liceat. 1405 Ad v.5.

Qua ratione diuina iuſtitia opera miſericordiæ vocentur; & contra. 1410 Ad v.7.

Ratione promiſſorum pactorumque Deus quidem verax, iuſtus & miſericors: ſed num etiam debitor appellari queat. 1413 Ad v.18.

Quis clamor Hebræorum fuiſſe videatur, & quæ peccata in cælum clament. 1417

De obliuione, quid ſit: quando peccatũ: quantam ex ſe malorum ſegetem fundat: & vnde naſcatur. 1421 Ad v. 9.

De Timore, quod ſit multiplex: quæ ſpecies probetur; quod eius obiectum: quam vtilitatem afferat. 1437 Adv.14.

De latria & dulia contra Caluinum, & quæ ſit ſignificatio & vſus earum vocum. 1445

Anaſtaſij Nicæni quæſtio 6. qua palam ſit res aduerſas culpa noſtra accidere. 1450 Adv.15.

Ad fidem faciendam miraculis opus eſſe ſi quid noui afferas. 1453 Adv.16.

De metu & eius variis ſpeciebus. 1461 Adv.19.

Quomodo poſſis Deo ex toto corde ſeruire. 1476 Adv.24

Vermilij Tractatus de ſatisfactione Papiſtica, & eiuſdem confutatio. 1480 Adv.25.

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

De curribus bellicis & falcatis qua ratione impediantur. 1516 Adv. 5.

De equitatu. 1518

An fas ſit, eum qui fidem profeſſus ſit mortis metu affici. 1526 Ad v. 7.

Digitized by Google

declarantur teſtimonia initio quæſtionis propoſita. 1531

Adv.8. *An peccarit populus hoſtem metu fugiens, & Regem deſerens: & an perſecutionem fugere liceat.* 1534

Altera pars quæſtionis explicatur, an peccarit populus fugiens, & quod peccatum illud fuerit. 1538

Adv. 13. *Quæ Saulis culpa fuerit, ac primum de impatientia.* 1553

Qua ratione intelligi poſſit Deum, ſi Saul paruiſſet eidem regnum Iſrael perpetuum decreturum, cùm diuina voluntas nihil noui ſtatuat, & dudum idem familiæ Iuda Iacob eſſet pollicitus. 1556

Adv. 14. *Quomodo intelligendum ſit quærere ſibi Dominum virum ſecundum cor ſuum, & quis modus electionis iuſtorum.* 1562

An reuera non ſic regibus ſacrorum poteſtas. 1568.

An quicquid à Deo aut etiam ab aliis qui à Deo poteſtatem nacti ſunt præcipitur, ſic hominem liget, vt lethale crimen admittat, quiſquis non fecerit. Ex Caietano. 1572.

CAPVT DECIMVMQVARTVM.

Adv.1. *AN peccarit Ionathas inconſulto patre cum hoſte dimicans, & an eius exemplum hæreticorum temeritati atque audaciæ faueat, qui inconſulto ſummo Pontifice in Eccleſiam irrumpunt reformandi vt quidem videri volunt, atque euangelizandi gratia.* 1602

Quæ Iudæorum Rabbini de circumciſione tradiderint, ex Galatino & Fagio. 1618

Quæritur an Ionathas de Dei præſidio ac voluntate dubitarit. 1622

Explicat Toſtatus quomodo Ionathas tametſi diuino impetu ferretur in hoſtes, non tamē id clarè perſpexerit, ſed petierit omine confirmari. 1624

Diſtinguatur miraculorū fides ab ea qua traditam à Deo doctrinam & ab Eccleſia ad credendum propoſitam non dubitanter complectitur. 1626

Defenditur Ionathæ innocentia: & Matthæi locus explicatur ex eiuſdem Euangelij capite decimo-ſeptimo. 1629

Explicatur quid ſit cogitatio, quid dubitatio, ſuſpicio, opinio, fides, atque iterum Ionathæ innocentia aſſeritur. 1631

Vtrum qui alterius viuit obnoxius imperio parere in omnibus, teneatur etiam cum vitæ periculum adeundum eſt: an magis eum deceat iubentis rationes ad lancem expendere. 1639 Adv.7

Vermilij commentarius de Omine, & quando quibúſve de cauſis ſigna ad firmandam fidem expetere liceat. Item quarum rerum eſſe queat diuinatio. 1643 Adv. 8. 9. & 10.

Quid ſit Omen, & an illud obſeruare liceat. Plura eius generis exempla. 1645

An liceat omina obſeruare, & veterū exempla imitari. 1647

Confirmatur iterum ſuperior ſententia de ominibus quod non liceat obſeruare ex Ioannis Franciſci Pici Mirandulani li. 6. de rerum prænotione cap. 5. 1651

Explicatur quid ſit interrogare per Vrim & Thumim, ſiue applicare Ephod. 1671 Adv.18.

Secundi Paralipom. cap. 19. occurrens Iehu filius Hanani videns Regi Ioſaphat, dixit: Impio præbes auxilium, & his qui oderunt Dominum amicitia iungeris, & idcirco iram quidem Domini merebaris, &c. Hic quæritur an non licuerit olim Hebræis Palæſtinorum caſtra ſequi: nunc verò etiam nobis hæreticorum partes adiuuare. 1685 Adv.21.

An Saul peccarit cum pop. adiuraret, & ieiunium ad veſperam vſque defatigato populo incideret. 1691 Adv.24.

Adiurare quid ſit, & quam vim illud habeat. 1702. Adv.27.

Quomodo intelligendū ſit illuminatos fuiſſe oculos Ionathæ. 1706

Quæ ſit diuina ſors; & an à Deo proditus credi debeat Ionathas. 1737 Adv.42.

An leuitas materiæ à peccatis excuſet; & qua ſit eius habenda ratio in præceptis, votis, & iuramentis, promiſſoriis. 1741 Adv.43.

An ſi is quoque paterni conſcius interdicti paululum illud mellis delibaſſet, etiam tum venia dignus haberetur? 1742

An potuerit Saul iuſiurandi vinculum, quo ſe deuinxerat, abſque peccato diſſoluere; & num propterea periurus ſit habendus. 1755.

Vermilij quædam diſputatio de legibus Eccleſiaſticæ, & eiuſdem errorum confutatio. 1757. Adv.45.

Vtrum condendarum legum penes Eccleſiam ſit poteſtas. 1758

Quales eſſe debeant Eccleſiæ leges. 1760

Leges Eccleſiaſticæ quam vim obtineant. 1763

Digitized by Google

FRATRIS

CLAVDII RANGVEVL

CRESPEIENSIS-VALESIACI, ORDINIS MINIMORVM S. FRANCISCI DE PAVLA,

IN LIBRVM PRIMVM REGVM COMMENTARII.

IN TITVLVM.

Huius libri gemina appellationis duplex ratio.

INSIGNEM duplici titulo librum aggredimur: nam ab authore, *Samuël*: ab operis argumento, *libri primi Regum* nomen inuenit. Multò namque melius eſt, vt inquit ſanctus Hieronymus in prologo, *Melachim, id eſt Regum*, quàm Mamlachot, id eſt regnorum, dicere; non enim multarum, vt ait, gentium regna deſcribit: ſed vnius Iſraëlitici populi, qui tribubus duodecim continetur. quanquam non raro etiam comperi, primum hunc cum tribus ſequentibus, *Baſiliarum libros* ab antiquiſſimis Patribus appellari. Siquidem Tertullianus aduerſus Marcionem, libro 4. capite 21. poſtquam Sareptenſis viduæ meminit, & ſingularem eius pietatem ac fidem plurimùm commendauit: id quod habemus tertij Regum cap. 17. Habes, inquit, *tertium Baſiliarum*: quaſi dicat, legere potes, locum digito monſtraſſe ſufficiat. Et addit præterea, Si & quartum reſoluas, inuenies totum hunc ordinem Chriſti, &c. Profert autem ingens illud miraculum, quòd Eliſæo contigit, cùm centum viros viginti panibus hordeaceis pauit: quam hiſtoriam legimus quarti Regum cap. 4. Ex quibus duo quædam probari poſſe videntur: primùm, quòd Regnorum legerit: alterum, quòd eorundem librorum quaternarium numerum agnouerit, nec Samuëli primos tribuiſſe videri poſſit. Superius etiam eodem quarto libro aduerſus Marcionem, abſolutè citat *Baſilias*. Sic & retro, inquit, *in Baſiliis*, Anna mater Samuëlis &c. meminit illius orationis, & voti, quod primo cap. libri 1. continetur. Denique libro tertio aduerſus Marcionem, cap. 20. citat *Secundum Baſiliarum*. Non igitur ille quatuor hos libros, qui *Regum* nomine apud Latinos inſcribuntur, diſtinguit in libros Samuëlis duos, & Regum duos, quemadmodum nonnulli hoc tempore faciunt Latini ſcriptores, Hebræorum ſimiæ: ſed omnes *Baſi-*

S. Hieronymus.

Libri Regum libri etiam baſiliarum dicti.

Tertullianus.

Libros Regum quatuor Patres agnouerunt.

A *liarum* Græcè βασιλειῶν, id eſt, Regnorum appellat. Poſtremò, etiam frequens eſt apud ſanctum Cyprianum, tribus libris teſtimoniorum aduerſus Iudæos, librorum primi, ſecundi & tertij βασιλειῶν mentio. Illos verò, quòd βασιλειῶν, id eſt Regnorum, & non βασιλέων, ſiue βασιλέων, id eſt, Regum, legerint, ea ratione tueri poſſumus, ſi dicamus inſtitutam primùm à Deo Monarchiam citò populi defectione, poſt Salomonem in duo regna eſſe diuiſam. Dixi autem, ab argumento operis *Melachim, ſeu Regum* nomen inditum; quoniam, vt ait S. Iſidorus Hiſpalenſis,

S. Cyprianus.

B reges Iudæ, & Iſraëliticæ gentis, geſtaque eorum per ordinem digerat temporum. *Melachim* enim Hebraicè, Latinè *Regum* interpretatur. quibus tandem addit, hunc librum Ieremiam primùm in vnum volumen coëgiſſe: antea námque ſparſum fuiſſe per ſingulorum Regum hiſtorias.

S. Iſidorus lib. 6. Etymol. cap. 1.

Tametſi verò hanc tituli appellatiooem, quæ ſiue *Regum*, ſiue *Regnorum* nomine præfertur, perpetuus Eccleſiæ vſus aſſeruerit: apud Hebræos tamen, authoris nomen magis obtinuit. Nam Samuëlem primi huius libri fuiſſe authorem, non modò idem ille S. Iſidorus, verùm etiam alij plures doctrina, atque eruditione præ-

Hebræi authoris nomine magis vtuntur, & hunc librum Samuelem dicunt.

C ſtantes viri teſtantur. Et quidem ipſe Iſidorus, non vnum hunc Samuëli laborem, ſed ſimul etiam Ruth, & Iudicum hiſtorias aſcribit. Sed & aliam quoque rationem affert, cur hic potiſſimùm *Samuelis* nomine inſcribitur: quoniam, inquit, eius natiuitatem, & Sacerdotium, ac geſta deſcribit. Sacerdotij autem nomine principatum, opinor, intelligit, eodem fere ſenſu, quo Zabud, filius Nathan, amicus Regis, 3. Regum cap. 4. *Sacerdos* dictus eſt, & filij quoque Dauid 2. Reg. cap. 8. *Sacerdotes*, hoc eſt principes, ſunt appellati: alioqoin enim, Samuëlem Aaronico Sacerdotio functum aliquando fuiſſe, poſtea negaturi ſumus. Nec illud S. Iſidorum mouet, quòd hic liber Saülis quoque, ac Dauidis hiſtorias continet: vtérque enim, inquit, ad Samuëlem refertur, quia ipſe vnxit Saül in regnum, ipſe Dauid in regem futurum. Et huius

Samuël quomodo ſacerdos dicatur.

quidem libri, ait, primam partem conſcripſit idem Samuël: ſequentia verò eius vſque ad calcem, ſcripſit Dauid. Qund tamen non videtur admodum neceſſe aſſerere, cùm ſcriptura apertè doceat, qui fuerint rerum à Dauide geſtarum ſcriptores. Sic namque loquitur libri 1. Paralip. cap. 29. *Geſta autem Dauidis Regis priora, & nouiſſima in libro Samuëlis videntis ſcripta ſunt, & in libro Nathan Prophetæ, atque in volumine Gad videntis.* Hoc ſcripturæ teſtimonio manifeſtum eſſe arbitror, non modò, cui opus hoc debeamus, cuiuſque ſtylo liber exaratus ſit: verùm etiam quis vltimam manum, poſt eius exceſſum admouerit, nimirùm Nathan, aut Gad viri cùm primis illuſtres, qui poſt eum vaticinandi gratia floruerunt. alter horum ſcilicet, reliquam hiſtoriam, à capite 25. quo eius mors refertur, & plangitur, ad poſtremam lineam continuauit. In quam ſententiam ſcripſit ſanctus Theodoretus, quæſtionihus in lih. 1. Regum, Prophetarum vnumquémque litteris olim mandare ſolitum fuiſſe, quæcúnque ſuo tempore fieri contigiſſet. Accedere verò ad hæc, quòd ipſe liber 1. Regum, cùm apud Hebræos, tum etiam apud Syros, *Propheta Samuëlis* vocetur: negari igitur non poſſe, quin Samuël illius operis author habeatur. Nec tamen vſque ad calcem, etiam de futuris poſt obitum ſuum narrationem præoccupaſſe intelligit: ſed ab alio quopiam Propheta, qui eius proximè veſtigiis inſtiterit, congeſtis in vnum volumen, quæcúnque à Samuële litterarum monumentis tradita comperiſſet, reliqua eſſe addita, quæ ad Saülis tempora pertinerent: ſicque demum integram hiſtoriam vſque ad Dauidis inaugurationem eſſe contextam.

Quis poſtremam manum huic operi admouerit.

A

B

S. Theodoret. quæſt. in 1. Reg. *Prophetæ ſuorũ temporum hiſtorias ſcripſerunt. Hic liber Syris dicitur Propheta Samuëlis.*

C

Quo verò ordine, loco, ac dignitate librum hunc habendum Hebræi cenſuerint, S. Hieronymus præfatione ſua in libros Regum, ita explicat. Quomodo igitur viginti duo elementa ſunt, per quæ ſcribimus Hebraïcè omne, quòd loquimur, & eorum initiis vox humana comprehenditur: ita viginti duo volumina ſupputantur, quibus quaſi literis & exordiis, in Dei doctrina tenera adhuc & lactens viri iuſti eruditur infantia. Porrò illa viginti duo volumina in tres claſſes diſtribuunt, quarum primam lex occupat, id eſt thorah תורה quæ libros quinque Moyſi complectitur. Tertius ordo hagiographa poſſidet. Et primus liber incipit à Iob: &c. ſecundum autem Prophetarum ordinem faciũt, & incipiunt ab Ieſu filio Naue, qui apud illos Ioſuë ben Nun dicitur. deinde ſuhtexũt שופטים Sophetim, id eſt Iudicum librum, & in eundem compingunt Ruth. quia in diebus Iudicum facta eius narratur hiſtoria. Tertius ſequitur *Samuël*, quem nos Regnorũ primum & ſecundum dicimus. Igitur librum hunc inter Prophetarum mooumenta, poſteritati conſecrata, Hebræi illi antiqui collocarunt: qua ratione, non indicat, cùm ſine dubio Prophetia tantùm ab hiſtoria diſerepet, quantum tempus futurum à præterito, quæ longa intercapedine diſſita, coaleſcere non poſſunt. Neque enim Prophetia aliud eſt, quàm futuræ rei certa & conſtans enuntiatio: hiſtoria verò, rei iam geſtæ narratio eſt. Quomodo igitur hic liber, qui totus in repetenda præteritarum rerum memoria conſumitur, non immeritò inter prophetica ſcripta connumeratus eſt? Nodum hunc ſoluit F. Brito ex ordine Minorum: Non enim, inquit, verbis duntaxat, quæ euentura ſunt, longè antè prædicimus, ſed etiam factis & operibus. Nec deſunt exempla, quibus hanc ſolutionem confirmare poſſis. Nam Oſee cap. 12. *Ego*, inquit Dominus, *viſionem multiplicaui: & in manu Prophetarum aſſimilatus ſum*: id eſt, operibus eorum, & rebus geſtis, tanquam in tabula depictus ſum, ad poſterorum ootitiam. Eſaias autem cap. 20. legitur inceſſiſſe nudus, & diſcalceatus tribus diebus: in ſignum & portentum trium annorum captiuitatis venturæ ſuper Ægyptum, & Æthiopiam. Tametſi igitur ſeries narrationis huius libri hiſtoriam contineat, nullam autem futurorum euentuum prædictionem littera polliceatur: ſi quis tamen accuratius introſpiciat, animaduertet ſanè, quæ deſcribuntur, ea præ ſe ferre typum quendam futuri: vnde non ſine cauſa obtinuit apud antiquos Prophetiæ locum. Verùm, quoniam ea reſponſio, ſi admittatur, parem tribuit dignitatis gradum pluribus ſanctorum monumentis, quæ inter hagiographa tertio ordine reponuntur, idcirco cum Hugone à ſancto Victore reſpondemus, hunc librum Prnpheticum appellari, non quia prophetico ſtylo exaratus ſit, ſed quia Prophetam authorem ſortitus ſit. Atqui ea quoque ratio Dauidi fauet, & Ioh, & aliis pluribus ſanctiſſimis viris, qui & ipſi non pauca ſcripſerunt, & prophetico munere præſtiterunt. Hanc igitur poſtremam reſponſionem, quæ obiectionem prorſus diſſolueret, Brito attexuit: triplici ratione quempiam Propbetæ ſibi oomen vendicare, *officio*, *gratia*, & *legatione*. *Officio* Prophetam dici eum, qui *ſorte*, ſeu alia qualibet ratione delectus, in dubiis Dominum conſuleret, ac eius mandata referret: quales olim Moyſen, & Ioſue extitiſſe memoriæ proditum eſt. *Gratia* verò eum, qui cæleſti beneficio ac fauore ſupra vires humanas edoctus, diuina quædam myſteria panderet, quæ nec natura, nec diſciplina aliqua inueſtigari potuiſſent: quomodo Dauidem atque Danielem feciſſe eorum monumenta teſtantur. *Legatione* denique eum, qui à Domino miſſus, pro eo, vt inquit Apoſtolus, ad Reges, & populos legatione fungeretur, vt quondam Ionas. Quoniam verò Prophetæ non dicehantur, nec eorum opera, Prophetarum opera vocabantur, niſi qui aut legatione, aut officio prophetabant, licet diuinitus edocti mira de futuris prædicarent: idcirco Dauid, & Daniel inter Prophetas non referuntur, quia nec eo munere ex officio functi ſunt, nec legatione claruerunt: tametſi prophetandi gratiam conſecuti ſunt, & reuera Prophetæ extiterunt. Prophetis porrò, qui ex officio tales eſſe cenſerentur, deſcribendorum publicorum monumentorum curam, ac ſtudium S. Theodoretus ſupra mandauit. Quo etiam munere apud Gentiles, Sacerdotes eorum, & Vates plerúnque functi ſunt. De Chaldæis pleríque teſtantur. De Ægyptiis præter cæteros hæc ſcribit Diodorus: Quæ omnia, ſcilicet Ægyptiorum geſta & more, ſacrorum

Quo loco hic liber apud Hebræos habeatur.

S. Hieron.

D

In ſecundo ordine ſacrorum voluminum inter Prophetarum monumenta numeratur. Prophetia quantum ab hiſtoria diſcrepet.

Brito in prolog. S. Hiero. *Duplex prophetandi ratio.*

Hugo à ſancto Victore.

Tribus modis quiſpiam Propheta dicitur.

Prophetæ apud Hebræos, Sacerdotes & Vates apud pleráſque

Digitized by Google

gentes res geſtas litteris mandabant.

Diodor. Siculus Biblioth. 6to. 1.

librorum monimentis Sacerdotes à priſcis illis A temporibus ſcripta poſteris reliquerunt, cuiuſlibet Regis magnitudinem, naturam, mores, ætatem, geſta ſcriptis mandantes. Et iterum libro 2. Prætermiſſis, inquit, quæ Herodotus, & alij voluptatis gratia fingentes tradunt, Sacerdotum à nobis diligenter ſcrutatos libros ſequemur.

Cicero de Orat.

Romanos idem feciſſe Tullius author eſt de orat. Nam Pontifex Maximus, inquit, res omnes ſingulorum annorum mandabat literis, efferebátque in album, & proponebat tabulam domi, poteſtas vt eſſet populo cognoſcendi.

Vopiſcus in in vita Taciti.

Flauius Vopiſcus initio vitæ Taciti Imper. docet, nouello adhuc Romanæ Vrbis Imperio, ſcribendæ hiſtoriæ poteſtatem penes Pontifices B fuiſſe.

Macrob. 3. Satur.

Macrobius libro 3. Saturnal. eius conſuetudinis originem inde vſque à Phrygibus repetit, dum explicat illud Virgilij Æneid. 2.

Et vacet annales noſtrorum audire laborum.

Pontificibus enim, inquit, permiſſa eſt poteſtas memoriam rerum geſtarum in tabulas conferendi, & hos annales appellant, & quidem maximos, quaſi à Pontificibus maximis factos. Inde ergo Virgilius Æneam Pontificem oſtendit, cùm ex eiuſdem perſona Troiæ laborum annales referre ſtatuit. Ergo etiam is mos apud gentes obtinuit: præcipuè tamen apud Hebræos, quorum ſemper ſumma cura fuit, rerum geſtarum memoriam integra fide poſteritati tradere.

Fides huius hiſtoriæ ab authore commendatur.

C Nunc de fide hiſtoriæ, atque authoritate, quam habere debet, ſuperfluum videtur attexere. Neque enim author publica fide duntaxat, quàm Metaſthenes Perſa libro de iudicio temporum à Chronographis exigit: verumetiam diuina nititur. Erat etiam Sacerdos quod idem requirit, ſi Sacerdotis nomen, pro quolibet Leuiticæ tribus homine, paulò licentius vſurpemus. Nec aliena ſcripſit, aut externarum gentium, ſed domeſtica, & quorum pars magna fuit, quod in primis Myrſilo Leſbio placet: nec auditu percepta, aut probabili coniectura diſpoſita temerè aſſeruit: ſed à ſeipſo geſta, aut certè oculis ſubiecta, quæ ignorare non potuit. Potuit verò etiam Philoni Biblico, & Metaſtheni ſatisfeciſſe, qui nihil admittunt, niſi quòd in ratione temporum, cum annalibus Monarchiarum, ac præcipuè Beroſo conſentit: nam & ordo rerum, & ſeries temporum, quæ hoc libro digeruntur, D ſi conferantur, optimè cum Aſſyriorum Chronologia conueniunt. Scripſit autem & Princeps, ne per vim, aut metum aliquid diſſimulaſſe putetur: aut vilis adulator in gratiam cuiuſquam, cuius ipſe fauorem ambiret, mentiri voluiſſe. Sed neque poſtremò quiſquam obiicere poteſt, dum ſuæ famæ conſulit, nonnihil veritati detraxiſſe: nam quis eum putet, qui ne filiis quidem pepercit, ſibi indulgere potuiſſe? Siquidem eorum quos iudices præfecerat, idem ipſe dedecora, & rapinas, & corruptelam, ac demum etiam abdicationem proprio ſtylo notauit. Denique diuino afflatus numine hiſtoriam ſcripſit, nec iſtic pro more vllam in partem fides humana vacillat, ſed diuina authoritate firmatur.

Proprijs filijs nō pepercit, vt hiſt. ſeruaret veritatem.

Flauius Vopiſcus in Aureliano.

De profanis quidem dudum Flauius Vopiſcus aſſeruit, neminem ſcriptorum, quantum ad hiſtoriam A pertinet non aliquid eſſe mentitum: quinetiam prodidit in quo Liuius, in quo Salluſtius, in quo Cornelius Tacitus, in quo denique Trogus manifeſtis teſtibus conuincerentur. Sed in Samuëlem nulla cadit talis ſuſpicio. non enim humano conſilio & ingenio fretus, ſe ad ſcribendum appulit, ſed dictante Spiritu ſancto; cuius in hoc opere numen & inſtinctum ſemper Eccleſia ſuo iudicio comprobauit.

Sixtus Senenſis.

Ad extremum, notauit Sixtus Senenſis bibliothecæ ſanctæ libro primo, librum hunc primum Regum habere verſus ſeptingentos nonaginta ſeptem, ſecundum autem verſus ſexcentos ſeptuaginta nouem, vtrúmque verò complecti hiſtoriam annorum ferme centum viginti. B

Aliud Proœmium Petri Vermilij.

Quinque conſideranda initio huius expoſitionis.

DOCTI expoſitores tam Græci, quàm Arabes, cùm librum aliquem auſpicantur, explicare prius conſueuerunt aliqua, paucíſque præfari, ex quibus totius libri ſumma facilius & melius intelligatur, quàm ad ipſam commentationem quam inſtituunt, exequendam accedunt. Et Auerroës quidem, necnon ante illum Themiſtius multa ſibi capita propoſuerunt, de quibus in expoſitionis proœmio luculenter dicerent. Ego verò quinque mihi excutienda ſumam, quibus rectè cognitis, non C ambigo, vniuerſum hoc negotium maiori cum fructu poſſe tractari. Primùm itaque dicam de ſcopo ſeu fine horum librorum. poſtea de illorum multiplici vſu, atque commoditate: tum de via, ratione ac forma dicendi. præterea de ordine rerum geſtarum. poſtremò de inſcriptione ac nomine librorum.

Finis ſeu ſcopus horū librorum.

Et quod ad finem ſeu conſilium, quòd Spiritus ſanctus in his libris ſequutus eſt, attinet, multa dicenda ſe offerunt. Primùm enim diuinitus prouiſum eſt, vt hinc mutationem reipub. viciſſitudinem varietatémque adminiſtrationis populi Dei cognoſcamus.

Ab optimatibus primū reſpub. Iſraelitarū adminiſtrata eſt.

Etenim ante hoc tempus reſpublica Iudæorum ab optimatibus regebatur. Nam Iethro cùm animaduerteret, Moſen in deſerto ſolùm omnia populi negotia gubernare, ne immenſo labori ſuccumberet, illi fuit author, cuius etiam Deus conſilium D probauit, vt ſibi deligeret ſeptuaginta viros ſapientes, Dei timentes, forti animo præditos, & alienos ab auaritia, quibus curam & adminiſtrationem reipub. committeret. Quod ſi magnæ deliberationis & grauis controuerſiæ quippiam incideret, id totum ad ipſum referretur, de quo ipſe conſulto Deo ſtatueret. Nec dubium eſt, quin optimus hic ſtatus reipub. fuerit, quandoquidem in deligendis magiſtratibus non cenſus aut nobilitatis, ſed tantùm virtutis ratio habebatur. Neque omnia iſta permittebantur arbitrio magiſtratus, vt populus ab omni deliberatione protſus excluderetur. quoties enim de re aliqua magni momenti, quæque ad omnes pertineret, agendum eſſet, ipſe quoque populus aduocabatur. Vnde nec reges creari, nec bellum indici, aut geri licuit, iniuſſu populi. & in lib. Iud. legimus, cùm in tribum

Beniamini bellum ſuſcipiendum eſſet, populum vniuerſum conueniſſe in Miſpha. Hanc eandem propemodum formam reipub. Romani antiquitus habuerunt, qui ciuitatis curam conſulibus & Senatui committebant, maxima tamen & grauiſſima quæque ad populum referebantur. Hebræi primùm (ſicuti dixi) ab optimatibus, id eſt, ſenioribus, quorum fuit Senatus præſtantiſſimus, regebãtur. Deinde res vniuerſa redacta eſt ad vnius poteſtatem, id verò quonam modo acciderit, ex hiſce libris intelligemus, atque docebimur in hac rerum varietate ipſum Deum populum ſuum perpetuò rexiſſe, nunc per iudices, nunc per Optimates, nunc verò per inſtitutos reges. Ne tamen ignoremus, quæ fuerit ante reges iudicum poteſtas, illum paucis explicabo.

Prius forma reipub. mutata in Monarchiam.

Iudicum poteſtas.

Quamuis in ea repub. Senatus ordinariè populum regeret, & in maximis cauſis plebem conſuleret, tamen ſi quid repentinum, difficilius & perplexum incidiſſet, vt cum populo non poſſet agi, aut propter diuerſas cauſas non expediret, excitabatur diuinitus iudex, id eſt, vindex populi ac libertatis, cuius in rebus adminiſtrandis poteſtas erat ſuprema. Quemadmodum Romani in rebus dubiis, afflictis, & acciſis dictatorem creare ſolebant, à quo nulla prouocatio eſſet, cui mandabant, vt videret, ne quid Reſpub. detrimenti caperet, íſque rebus confectis magiſtratu ſe abdicabat. Ita Deus cùm Hebræi ab Ædomæis, à Moabitis, à Palæſtinis attererentur, illis excitabat iudices, qui apud eos eodem loco erant, quo dictatores apud Romanos: hoe enim illorum munus fuit, populum aſſerere in libertatem, & collapſam rempub. reſtituere. Deinde res, vt dixi, tranſlata eſt ad reges: nec tamen Deus minus per eos populum gubernauit, quàm antea per optimates & iudices. Quomodo autem hæc reſpub. in regnum fuerit commutata, præproperum eſſet nunc exponere, nam poſtea ſuo loco fusè intelligetur.

Secūda finis horū librorum.

Alia finis eſt horum librorum, vt lectores animaduertant, regum tempore alios diuinis legibus obtemperaſſe, alios verò illas apertè neglexiſſe ac violaſſe, quòd magno cum fructu conſideratur. Nam quæ in lege Dei verbis tantummodo conſignantur, eadem omnia in hiſce libris illuſtribus exemplis, tanquam in tabulis expreſſa offeruntur. & reipſa hic videbimus, & præmia rectè factis, & ſupplicia ſceleribus fuiſſe à Deo reddita. Et ne putemus, aut promiſſiones, aut minas Dei res eſſe inanes, quicquid in lege aut minatus, aut promiſit, hic videbimus eum id bona fide præſtitiſſe. Ad hæc ex iſto narrationum genere nobis patefiet conſiliorum Dei certitudo ac conſtantia. Nam ita fixa & conſtabilita permanent, vt nulla ei humana reſcindi queant. profectò nationes finitimæ propemodum omnes malebant populum Iſraëliticum prorſus internecione delere: at Deus illos ab omnibus eripuit, & conſeruauit. Nitebantur etiam permulti ſceptrum & Regiam poteſtatem à familia Dauidis auferre: quorum conatus videbimus fuiſſe irritos, & in caſſum cecidiſſe. Nam id non contigit, niſi cùm Meſſias dandus eſſet, vti Iacobus olim prædixerat. Accedit poſtremus finis longè omnium vtiliſſimus, Chriſtus nimirùm, in quem vnum dum nauigamus & iactamur fluctibus huius vitæ, tanquam ad cynoſuram debemus reſpicere. vnus enim Chriſtus finis eſt, non modò legis, ſed etiam omnium iſtarum actionum. Id autem vt verum ſit, Origenes in lib. Iud. homil. 1. docuit. Opera, inquit, Dei omnia magna ſunt, ſi per ſeipſa conſiderentur: at ſi inter ſeſe conferantur, ſunt alia aliis maiora. verùm quæ minora ſunt, in maioribus continentur. quemadmodum vnitas in binario numero, & binarius viciſſim in ternario. vt ſi quis expendat liberationẽ Iudæorum ex Ægypto & Babylone, ac ex aliis nationibus, quibus interdum ſeruierunt, magna quidem ea ſunt, ac plurimi facienda: verùm ſi conferantur cum illa Dei charitate immenſa, qua filium ſuum vnicum pro nobis in crucem tradidit, parua & exigua videbuntur. Quocirca in omnibus iſtis populi Iudaici liberationibus, quæ minores videri poſſunt, Chriſtum ſpectare oportet, per quem illam ſummam & maximam iam obtinuimus. vtque illa incommoda, cùm populus ſuis ſedibus pelleretur, abduceretur captiuus, occideretur, peſſimíſque modis acciperetur, magna & atrocia videntur, quod ad carnem attinet. Ita eadem, ſi cum ira Dei, cum ſempiterna morte, ac æterna damnatione conferantur, parua neceſſe eſt appareant. Ideo quoties legimus, populum Dei oppreſſum, & ab hoſtibus afflictum, toties iræ ac vindictæ diuinæ in mentem veniat, toties oculos ad Chriſtum in cruce moribundum conuertamus, in quo Deus peccata vltus eſt omnium noſtrûm. Et viciſſim cùm eundem populum ab hoſtibus liberari audiemus, toties cogitemus Chriſtum à morte atque inferis exuſcitatum. quicquid enim piis hominibus & Chriſti membris fit, id citra controuerſiam ipſi Chriſto infertur. Et idcirco dum Paulus Chriſtianos truculenter vexaret, ille de cœlo clamauit: *Saule, Saule, quid me perſequeris:* & dum in terris ageret inquit, *Quod vni ex iſtis facitis, mihi facitis.* Hæc ob oculos perpetuò ſtatuenda ſunt, ne abſque fructu in ſacris hiſtoriis verſemur. Atque hæc de fine ſeu ſcopo iſtarum narrationum.

A *B* *C* *D*

Chriſtus poſtremus & præcipuus finis horum librorum.

Vtilitas horum librorū.

Nunc ſequitur vt de altero capite dicamus, nempè de librorum iſtorum vtilitate, quòd vtique, ne dixerim idem, tamen cum ſuperiori eſt coniunctiſſimum. Primùm vendicant ſibi eam commoditatem, quæ item omnibus diuinis libris eſt communis, & à Paulo poſteriori ad Timoth. explicatur, cùm inquit: *Omnis doctrina diuinitus inſpirata vtilis eſt, πρὸς διδασκαλίαν, πρὸς ἔλεγχον, πρὸς ἐπανόρθωσιν, πρὸς παιδείαν τὴν ἐν δικαιοσύνῃ.* Hæc ideo Apoſtolus commemorauit, quoniam omnis hominum ſcientia ſeu notitia, refertur ad capita iam relata. Quandoquidem ſcientia vel eſt θεωρητικὴ vel πρακτική. Ad θεωρίαν autem pertinet bonæ ſanæque doctrinæ inſtitutio, necnon impiæ ac prauæ confutatio. ad πρᾶξιν autem refertur malorum morum iuſta reprehenſio ac profligatio, necnon bonorum παιδεία ſeu diſciplina. Proinde Scripturæ diuinæ ad omnem partem & vſum vitæ

humanæ conducunt. Et quæ Paulus omnibus diuinis literis in vniuerſum attribuit, ea certè hiſtoriæ ſacræ non debemus abiudicare. Hinc præterea ſyluam, & quidem ampliſſimam exemplorum habemus, & ſententiæ graues, quæ alioquin mente nobis exciderent, perſonis & actionibus vinciuntur, & memoriæ conſtantius hærent. Prophetæ quidem monent, increpant, hortantur, & interdom, quamuis rarò hiſtoriam adhibent, vt Iſaias de Achazo & Ezechia: & Ieremias de Hieroſolymorum excidio. Ideóque minus libenter audiuntur, & leguntur, quòd hiſtoriarum parum admiſceant. Habet verò hiſtoria non tantùm antiquitatis memoriam, & exempla vitæ, ita vt ex ea, quæ ſunt ad vitam vtiliſſima, eadem non ſine aliqua voluptate hauriantur. Etenim tanta eſt Dei bonitas, vt oobis omnibus modis conſultum velit. Nam cùm hominum alij ſint graues & ſeueri, quos nihil niſi ſimplex & auſterum delectet, illis legem propoſuit. Cúmque alij tam ſint duri, vt non niſi minis & reprehenſionibus moneantur, illos remittit ad Prophetas: alij verò qui ſunt amœniori ingenio, delectantúrque rythmis & modulis, illos habere voluit pſalmos & cantica, quibus ſe oblecteot. Reperiuntur etiam, qui philoſophico ſint animo, cupiántque ſemper graues & vtiles audire ſententias, Deus ne iſtos quidem voluit deſtitui. Habent ſiquidem Prouerbia, & Eccleſiaſten Salomonis, necnon librum Iobi. Si qui autem ſunt curioſi & cupidi antiquitatis, voluit illis proponi ſacras hiſtorias, in quibus omnem antiquitatem illis cernere liceat, ita Deus pater clementiſſimus omni ratione proſpectum omnibus voluit. Deinde hoc eſt addendum Prophetarum ſcripta citra cognitionem ſacræ hiſtoriæ non poſſe intelligi, quandoquidem hiſtoriæ ſunt ſeu quædam Commentaria Prophetarum, atque adcò tanti momenti ſunt, vt ex eis in nouo teſtamento molta petantur teſtimonia. Nam cùm Apoſtoli à Scribis ac Phariſæis taxarentur, quòd ſpicas die Sabbathi conuellerent, Chriſtus hiſtoriam de Dauide contra eos adduxit: *Non legiſtis*, ait, *quid fecit David, cùm eſuriret, ingreſſus domum Dni panes propoſitionis comedit, quibus non licuit niſi Sacerdotibus veſci?* Alio item loco exemplum Reginæ Sabæ propoſuit, Ea, inquit, ad Salomonem venit ex longinquiſſima regione, cúmque hic habeatis me, longè maiorem Salomone, contemnitis non ſine magno veſtro malo mei præſentiam. Præterea cùm diceret, neminem Prophetam in patria ſua eſſe acceptum, Heliæ ac viduæ Sarreptanæ adduxit exemplum, necnon Eliſæi, qui præter Naamanem Syrum leproſum neminem curaſſet. & Act. 13. ſcribitur, Deum populo dediſſe Iudices vſque ad Samuelem. Deinde Saülem filium Cis, & Dauidem. Paolos quoque ad Rom. expectationem Heliæ inducit, qua olim dixerat: *Domine altaria tua ſuffoderunt, Prophetas tuos occiderunt, & relictus ſum ego ſolus, & quærunt animam meam.*

Hiſtoria ſūt Commentaria prophetarum.

In nouo teſtamento multa teſtimonia petita ex ſacris hiſtoriis.

A Proinde ſi ab ipſo Chriſto ſeruatore noſtro, & ab eius Apoſtolis hiſtoriæ tanti fiunt, inde facilè colligimus, quanti eas à nobis fieri oporteat, cùm inde teſtimonia poſſimus nobis comparare, ad vera & ſalutaria dogmata confirmanda. Atque hæc de vſu & commoditate librorum dicta ſofficiant.

Nunc tertiò ſupereſſet vt de forma & ratione dicendi ſeu ſtylo aliqua referrem, ſed quia in libro Iudicum circa initium Commentariorum, de hiſtoria & de illius diſcrimine ab Annalibus, multa ſatis fusè copioſéque ſcripſi, ideò ea nunc repetenda eſſe non arbitror, inde ſibi petat, qui cupit illa cognoB ſcere. Id tantummodo adüciam, non eſſe hic ornatam & elegantem dicendi formam, ſed nudam ſimplicémque narrationem: non ſanè quod Spiritus ſanctus non valuerit ſplendidius ac nitidius loqui, ſed quòd tale genus dicendi maluerit ſibi deligere, quòd omnibus eſſet aptiſſimum. Quia non tantùm doctis & eruditis, ſed etiam ſimplicioribus & rudibus conſuluerit, qui fucis & illecebris verborom potiùs conturbantur, quàm doceantur. Illud autem hoc ſcripti genus potiſſimum ſpectat, ne cæca ſint vetuſtiora tempora, & ne Dei beneficia, mira opera, & iudicia neglecta iaceant. Nec putandum eſt, hiſtoriam ab humano inuento profectam, ſiquidem iuſſu Dei conſcripta eſt. *Narres*, inquit, C *filiis & nepotibus tuis, quæ tibi Deus in Ægypto fecerit.* Et cùm Amalech profligatus eſſet, Moſi præcepit, vt eius rei memoriam literis conſignaret. Neque verò tum primùm hiſtoriæ ſcribi cæperunt, cùm lib. Nomerorum cap. 21. *Liber* citetur *bellorum Domini.* Retinent attamen ſumma religione iſtæ narrationes præcipuas hiſtoriæ leges. Primùm vt nihil falſi referant, néue taceant, quæ vera ſunt ad gratiam vel odium. Auguſtinus 131. ad Memorium Epiſcopum, quamuis multa hiſtoriæ tribuit, verùm addit: quæ humano ingenio conſcribuntur, ſe non videre, quomodo perpetuò queant eſſe vera, præſertim cùm *omnis homo ſit mendax.* Et eis perhibet, qui humana ratione velint conſcribere hiſtoriam, ſæpè rumores è vulgo eſſe colligendos, quod nihil certi ac ſolidi poteſt referre. Attamen excuſari ait hiſtoricum, ſi libertatem in ſcribendo ſeruet, & nihil animo fallendi ſcribat. At in his libris, D cùm à Spiritu ſancto profecti ſint, nihil eiuſmodi periculi eſt metuendum: imò ex eis certa ducuntur argumenta, tanquam à teſtibus, vel à rebus iudicatis. Cùm itaque ſatis conſtet de narrationum veritate, tantùm id videndum eſt, vt illis argumentando cautè ac diligenter vtamur. Dialectis ſanè rationes, quæ ad exempla conficiuntur ſyllogiſmos expoſitorios appellarunt, eóſque tertiæ figuræ aſcripſerunt, nempè in hunc modum. Abrahamus fuit vir hoſpitalis, Abrahamus erat vir ſanctos, igitur ſanctus vir eſt hoſpitalis. Poteſt item hoc argumenti genus aliter diſponi, vt ſcilicet maiorem propoſitionem ab exemplis confirmemus: deinde alteram adiicientes concluſionem

Forma & ratio dicendi in his libris.

Seruantur hic leges hiſtoria.

Quomodo argumentādum ab exemplis.

inducamus, vt, Deus vagas & effrænas libidines punit: Nam Sodomam igni cœleſti perdidit, & regnum Troiæ ſuſtulit, & Beniamitas penè ad internecionem deleuit: Dauidem quoque afflixit. Nunc autem mundus hac peſte mirum in modum eſt corruptus. Quare dubium non eſt, quin Deus illum ſit grauiter puniturus. Attamen in illis colligendis argumentis quædam pericula ſunt cauenda. Etenim vt Auguſtinus contra 2. Epiſtolam Gaudentij lib. 2. ſcribit: non omnia, quæ in ſacris literis geſta leguntur, ſtatim probari aut in exemplum trahi debent. Nam etſi à diuinis literis pij viri nonnunquam commendentur: attamen quia homines erant, interdum labebantur. Quare videndum eſt, ne lapſus eorum imitari velimus. Samſon alioqui bonus vir fuit, & in Epiſtola ad Hebræos annumeratur B Sanctis, qui tamen fœdo amore lapſus eſt erga Dalilam: vnde illius exemplo non oportet exiſtimare, nobis licere ſcortari. Attendendum præterea eſt, Deum legem in vniuerſum propoſuiſſe, quæ cùm omnes aſtringat, omnes oportet in eam intueri. Quod ſi non nonnunquam certis hominibus contra eandem legem quippiam imperet, id nobis minimè ſequendum eſt. Etenim in lege mandauit in vniuerſum, *Non occides*: Abrahamo tamen præcepit, vt ſuum filium immolaret, quod cæteris hominibus minimè licet imitari. Mandatum eſt præterea Iudæis, ne quis vxorem diuerſæ religionis duceret. Samſon tamen vxorem Palæſtinam duxit, quod factum eſt conſilio Dei, vt aliqua occaſio arma ſumendi con- C tra Palæſtinos. Proinde cùm facta ſingularia eſſe cernimus, ea minimè ſequenda ſunt, ſed lex vniuerſalis ſpectanda eſt. Hoc ſi diligenter cauerimus, ex hiſtoriis præſertim ſacris, quæ ſynceriter & verè ſcriptæ ſunt, magno cum fructu poterimus argumentari. Ideo Chryſoſtomus præfatione in Epiſtolam ad Philemonem optabat, vt omnia etiam leuiſſima quæque dicta & facta Sanctorum Apoſtolorum ſcripta extarent, quid ederint, quid biberint, quibus veſtibus amicti fuerint, & alia id genus. Alibi etiam inquit, hiſtorias eſſe ſcriptas ad æmolationem, hoc eſt, vt ad bonos viros imitandos prouocemur. Nec dubium eſt, quin ſi bona exempla in animo aſſiduè verſaremus, opera præclara & eximia illa ſequerentur. Traditur qoendam ruſticum ſatiſque de- D formem, cùm eſſet pulchrorum liberorum cupidiſſimus, vxorem multò ſe deformiorem duxiſſe, eum cùm amici riderent, & rogarent quo pacto ſobolem formoſam ex tali coniuge ſperaret? ille tum nihil reſpondit, verùm ſe in forum contulit, atque ibi pulcherrima ſigna, & tabulas coëmit, domúmque reuerſus in cubiculo eas collocauit, & vxorem iuſſit eas aſſiduè contemplari. Vnde factum eſt ex ea quotidiana ſpectatione quadam συμπάθεια, vt proles non ad matris formam, ſed ad tabularum exemplar fingeretur. Ita etiam ſi nos & animam & oculos mentis compleremus, & ſignis & exemplis virorum Sanctorum, opera eximia

A proferremus, & quæ Deo mirificè placerent.

Ordo rerum in his libris.

Hactenus de forma & ratione ſermonis in hac ſacra hiſtoria obſeruati. Supereſt, vt dicamus de rerum ordine, quæ in hiſce libris continentur. Vbi ſciendum eſt, Hebræorum regnum quandóque vnum fuiſſe, quandóque laceratum ac diuiſum. Nam & decem tribus habuerunt aliquandiu ſuos reges, & Iuda ſeorſim ſuos. Tempore Saülis, Dauidis, & Salomonis regnum fuit vnum, quod poſtea Salomone defuncto diſtractum eſt, vti licebit cognoſcere in libris Melachim. Quòd verò attinet ad priores duos libros, qui Samuëlis vocantur, in eorum priori docemur, Dei electione regnum fuiſſe primis regibus commendatum: nam Saül & Dauid electi à Deo fuerunt, & ſuffragiis po- B puli confirmati. In altero verò traditur, regnum fuiſſe poſteritati Dauidis per ſucceſſionem traditum. Cæterùm ab initio prioris libri mentio fit Eli & Samuëlis, vt libri Iudicum extrema cum principio regiæ hiſtoriæ coniungantur. Sed quæri poteſt, quomodo ſumma illa poteſtas ad Eli tranſlata fuerit. Ad hoc dicimus, quantum ex libro Iudic. licet colligere, poſt Samſonem Rempub. rediiſſe ad adminiſtrationem ordinariam, nempe vt per Senatum gubernaretur, ſed omnibus temporibus inter Iudæos eximia fuit Pontificis autoritas. Omnes enim cauſæ obſcuræ, ac difficiliores ad eius iodicium referebantur, vt de illis ex præſcripto diuinarum literarum iudicaret. Quare cùm Eli fuerit ſummos ſacerdos, ne- C ceſſe erat, vt ſumma eius autoritas fuerit: atque ita dici potuit Iudex Iſraëlitarum, qui tamen Iudex non ita fuit, vt populum ad libertatem aſſeruerit: non enim talis à Samſone vſque ad Samuëlem in Iſraële Iudex extitit. Cæterùm cùm hic Pontifex eſſet in ſuos liberos indulgentior, eóſque flagitioſè peccantes minimè coërceret, Deus tam de illo & ipſis, quàm etiam de toto populo ſupplicium ſumpſit, ipſos tradendo in poteſtatem Palæſtinorum, at poſtea pro ſua miſericordia Samuëlem excitauit, qui Rempub. in integrum reſtitueret. Primùm itaque de illius natiuitate in priori capite agitur, idque ob duplicem cauſam. Primùm quod per ipſum duo reges, Saül, inquam, & Dauid inaugurati, atque inuncti fuerint. Deinde quia ille ſummam poteſtatem, qua funge- D batur, illis tradidit. Vnde facilè apparet, qua ratione liber Iudicum, Samuëlis & Regum voluminibus iungatur. Quod autem attinet ad Samuëlis natiuitatem, in ea tria ſe offerunt conſideranda, illum ſcilicet à Deo fuiſſe poſtulatum: deinde cuiuſmodi precibus mater illum impetrauerit. Tertiò, quæ de illo iam edito in lucem gratiæ Deo actæ fuerint. Atque hæc de rerum ordine in hiſtoria exponendarum.

Vermilij opinio de Eli qualis iudex fuerit.

Inſcriptio horum librorum.

Nunc vltimo loco de Titulo & inſcriptione librorum pauca ſunt perſtringenda. Duo priores appellantur Samuëlis: quia res ab eo geſtas continent, & præſertim quod ſtatim à principio eius natiuitas deſcribitur. Hebræo-

rum conſuetudo eſt, vt libri ab ea re potiſſimùm inſcribantur, quæ in illis primùm tractatur. Vnde liber Geneſeos בראשית bereſchit nominatur. Non quod in eo nihil aliud, quàm principium, & rerum creatio tradatur, ſed quod hiſce de rebus ſtatim in limine agatur, & ſæpe item fit, vt libri à primo vocabulo, vnde oriuntur, nomen habeant. Nec defuerunt, qui arbitrati ſint, non quidem in vniuerſum, ſed vſqoe ad eum locum, vbi de ipſius morte agitur. Sed quis poſtea ſcripſerit, quæ ſequuntur, non omnes idem ſentiunt. Quidam opinantnr Nathanem, & Gaddum Prophetam illa ſubieciſſe, quæ obitum Samuëlis ſunt conſequuta. Certum quidem id eſt, Regum hiſtoriam è variis Prophetis fuiſſe conſcriptam: deinde in hos libros contractam, quo lectio perpetua eſſet, & magis conſpicua. Alij verò ſunt, qui multa fuiſſe ab Ezechia rege coniuncta, & multa item per Eſdram ſacerdotem & Prophetam diſpoſita. Sciendum præterea in hiſce libris non tantùm res geſtas Samuëlis & Regum contineri, verumetiam pleráque vaticinia, necnoo dicta & facta Prophetarum fuiſſe conſcripta. Vnde non tantùm Regum hiſtoria nominatur, ſed etiam inter maiores Prophetas hoc volumen recenſetur. Hieronymus in ſuis Traditionibus Hebraicis hunc librum eſſe putat, qui olim inſcribebatur iuſtorum, ſed quantum eius ſenteotiæ tribuendum ſit, lectoris iodicium eſto. De ratione verò temporum huius hiſtoriæ, id ſciendom eſt: ab exitu Iudæorum ex Ægypto vſque ad Eli ſacerdotem numerari annos 366. & ab Eli vſque ad captiuitatem Babylonicam interceſſiſſe annos plus minus 570. Hactenus Vermilij Prooemium.

Quo tempore Regum hiſtoria cœpiſſe feratur, & quòd certum annorum numerum inueſtigare non poſſumus.

His ita explicatis, adhuc vnum deſiderari poſſe videbatur, antequam ad opus deſtinatum aggredimur, vt ſcilicet Chronologiæ rationem aliquam iniremus: verùm, vt ingenuè fatear, neque tempus, neque annorum numerum quo hæc contigerunt, certò definire poſſumus: ſed neque ab alio fieri poſſe ſperamus. Neque tamen veremur, ne beato Philaſtrio iudice, idcirco hæretici habeamur, quòd incertum eſſe annorum numerum à mundi origine, & ignorare, vt ait, homines curricula temporũ arbitremur: nam, aut ſolus ipſe eſt Orthodoxus, aut certè nemo ideò iudicandus hæreticus: puto enim quòd in annorum numero conſentientem præter ſe habet neminem. Nec verò ſecum vbique conſentit, vt eidem exprobrat Alphonſus à Caſtro, verbo *Annus*. Quàm porò diuerſam ab aliis numerandi ratiooem ineat, ibidem Alphonſus oſtendit: neque enim aut illi cum Euſebio conoenit, qoem imitatur S. Auguſtinus Septuaginta ioterpretum longo vſu corroboratam authoritatem ſecutus, aut cum Venerabili Beda, qui S. Hieronymi veſtigiis inſiſtens Hebraicam veritatem amplecti maluit. Quòd tamen ait Alphonſus eundem B. Philaſtrium ab origine mundi vſque ad tempus, quo illud opus ſcripſit, quinquies mille trecentos ſeptuaginta annos poſuiſſe, in calcnlo error eſt, niſi nos forte exemplaria fallunt. Nam collatis ſedulò numeris, quibus ſingula temporum interualla concludit, 5939. reperimus. Nec ſolus Alphonſus, ſed etiam Theodor. Bibliander in libro de ratiooe temporum, quo loco varias ac multiplices annorum computationes ab Orbe condito ad natalem Domini IESV recẽſet, diuerſum ab eo, quem ſtatuit S. Philaſtrius, annorum numerum appingit. Illi namque annos 5801. tribuit, cùm tamen reuera 5509. ſolummodò habeat. quo etiam oumero cum nemine concurrit. Nam & qui Græcos interpretes approbant, mirificè variant inter ſe. Nam Euſebius Cæſarienſis in Chronico, Barpt. Platina, Vincentius definiunt ſummam annorum 5199. Vrſpergenſis Abbas, Ioann. Nauclerus 5201. Philo Hebræus, S. Auguſtinus libro 2. de mirabil. Scripturæ, vel quicumque ille nobis Auguſtini oomine obrepſit, 5195. S. Iſidorus annum addit inſuper. Albumaſar Aſtronomus, quem plerique neoterici putant ſequendum eſſe in aſtris computandis, 5328. S. Auguſtinus alium etiam numerum ab illo priore edit, 5353. Suidas verò cum pluribus Græcis 5600. Alphonſus autem rex pro fortunæ ſuæ magnitudine, atque copia, maximum oumerum adiecit, 6984. Ioannes Carion omnium, qui Chriſti fidem profiteotur, ſummam collegit breuiſſimam, excepto tamen vno Mirandulano, dum Iudæos ſequitur. Nam Ioann. Picus, niſi forte corruptus ſit numerus, 3508. Carion 3944. conſtitount. Bibliander Scripturæ ſanctæ, vt inquit, calculo exactiore 3979. inuenit, cùm tamen Hebræorum plerique, & Chronica publicata 3760. deſignent: Et S. Hieronymus, ac Venerabilis Beda iuxta Hebraicam veritatem, 3952. definiant. Ioſephum prætereo, nec paucos Rabbinos Iudæorum, Aſtronomorúmque nobiliſſimos, quoniam vna omoium videtur eſſe ſententia, vt ab inuicem diſſentiant. Quis igitur in tanta opinioоum varietate, atque inconſtantia certò conſtare putet, quid maximè tenendum ſit? Nec verò hic error poſtrema duntaxat tempora occupauit: verùm ab ipſa penè origine, authoribus Septuaginta interpretibus, annorum ſeriem turbauit. Præcipuè tamen ea labes primæ, ac ſecundæ ætati adhæſit, quanquam nec nouis difficultatibus poſteriora tempora caruerunt. Verùm tantæ caliginis quis primus author fuerit, quis prior eas tenebras offuderit, & veritatis lucem oculis mortalium eripuerit, non facilè quis dixerit. Plures tamen ſunt, qui velint eum errorem à Septuaginta primùm interpretibus, tanquam à ſuo fonte manaſſe, dum annos Patriarcharum ſuperiores, antequam prolem ſuſciperent, geminato numero auxiſſe videntur: quorum tamen ratio maximè habenda eſt, & à quibus pendet omnis ratio conſtituendæ Chronologiæ. Quorum mentem atque con-

Tempora & annos huius hiſtoriæ certò definire non poſſumus.

S. Philaſt. in Catalogo hæret.

Alphonſus a Caſtro aduerſus hæreſes.

Theodor. Bibliander.

Chronographorum diſcrepantes ſententiæ.

Septuaginta interpretes, dum non intelliguntur, primi annorum ſeriem turbarunt.

ſilium poſtquàm ſe aſſequi poſſe nonoulli deſperarunt, ſatis temerè erraſſe pronuntiarunt: alij verò maluerunt codices fuiſſe aliquando corruptos arbitrari: quorum alterum ſi admittimus, fides etiam reliquo operi detrahatur neceſſe eſt: à quo tamen ſcelere deterret nos antiquorum Patrum authoritas. Nam, vt quod ſentio, aliquanto liberios eloquar, Noui Teſtamenti fides, fide potiſſimùm Septuaginta interpretum nititur. Etſi namque ea, quæ poſterior fuit, ſancti Hieronymi tranſlatio, longè latéque priorem interpretandi felicitate exuperet: latuit tamen priſcos illos Apoſtolicos viros, quum fidei noſtræ fundamenta altius defoderent, eámque ſiue aduerſus Iudæorum calumnias, ſiue Hæreticorum perfidiam defenderent. Quapropter, licet negare non auſim, quod D. Hieronymus aſſerit, nonnulla ſapienter Gentilium oculis ſubduxiſſe: errorem tamen vllum induxiſſe, nunquam in animum inducam. Pereat itaque Hebraicorum codicum fides: abſit. At diuerſa tradunt: imò eadem. At noſſe, quomodo, quæ tam diuerſa apparent, in vnum conuenire poſſint, hîc opus, hic labor eſt. S. quidem Auguſtinus videtur difficultatem ſoluere potuiſſe, ſi ſatis compertam habuiſſet Ægyptiorum annos numerandi rationem. Verùm illa primùm ignoratur, non quia nullam eiuſmodi notitiam habeamus, nam plures tradiderunt: ſed quia incertum eſt, an eadem omni tempore obtinuerit, & communiter à Sacerdotibus populóque vſurpata ſit. Deinde quòd tempus interpretes ipſi reſpexerint, an præſens quo ſcribebant, an præteritum, quo hæc contigiſſe Æygptiis perſuaderi volebant: nam breuiſſimos nonnunquam habuiſſe, aliquando etiam longiores annos memoriæ proditum eſt: an vtrumque diuerſa ratione: ita vt veritati quidem nullam vim afferrent, ipſa tamen Ægyptios præteriret, qui in eo ſenſo ingentem illam annorum ſeriem acciperent, quo magis probarent. Hæc, opinor, ſi quis apprimè calleat, eum ſe facilè tantis difficultatibus expediturum. Verùm ea loce caremus: & accedit præterea, quòd nec vllum quidem idoneum authorem habemus, cuius ductu, atque auſpicus veritatem ex antiquitatis ruderibus eruere valeamus. Nam qui Beroſum Chaldæum, Metaſthenem Perſam, Manethonem Ægyptium, Philonem Hebræum, illum, ioquam, biblicum Chronographum, authores allegant, næ illi mihi ſuis dictis fidem abrogare velle videntur. Quis enim mortalium huius, aut etiam ſuperioris ætatis, eorum lucubrationes vidit? Ioſephum nooimus eorum aliquando feciſſe mentionem, item nonnullos ex antiquis Patribus de ipſis fuiſſe locuros: verùm germanos eſſe eorundem fœtus, qui nunc proſtant Aniano authore, vix crediderim quempiam ſeriò dicturum. Quanquam, nec illi, nec eorum ſimiles, præſertim Ægyptij, mentiendi libidine vnquam caruerunt. Teſtis Cardanus, nam legiſſe me olim memini, qui dum plus æquo,

Septuag. interpretum quanta eſſe debeat authoritas.

70. credendi non ſunt diſſentire ab Hebræis codicibus.

S. Auguſt. l. 15. de ciuit. Dei cap. 13.

Quàm ſit difficile percipere mentem 70. interp.

Cardanus de varietate rerum.

A & quàm Chriſtianum decuit, iiſdem in annorum numero tribuit, auſus eſt traditam à Moyſe temporis, atque orbis originem in dubium reuocare. Hæc publica ſcilicet Ægyptiorum fides, quo ſua monumenta condidiſſe ab Anniano referuntur. Verùm hæc miſſa faciamus: & quandoquidem in tanta opinionom diſcrepantia certi quicquam ſtatuere non poſſumus, doctiſſimorum virorum ſententias ſaltem referamus, ne penitus lector ignoret, quo tempore ab aliis hæc dicantur eueniſſe.

Euſebius igitur ex eorum numero, qui Septuaginta interpretum authoritatem ſequontur, B in Chronico ſuo docet, Heli principatus initiom in annum 4050. ab orbe condito incidiſſe, annis trecentis ſeptuaginta, & quòd excurrit, ante primam Olympiadem, regnante apud Aſſyrios Thineo 28. rege, apud Latinos Aſcanio Æoeæ filio, & poſt eum Syluio: apud Athenienſes verò vltimi eo tempore regnarunt ex Ereicteidarum familia, quia Cecrope per annos 449. regnum obtinuerunt. Qua tempeſtate etiam, vt ipſe refert, Amazones Epheſi templum incendiſſe feruntur, & Homerus ſua poëmata cecniſſe. Hæc Euſebius in Chronico. S. Iſidorus verò, item in Chronico, annum notat 4045. Nam cùm velit tertiam ætatem, id eſt, tempus illud C omne, quod inter Abrahami diem natalem & Dauidis inunctionem interiacet, finiri, vt inquit, per annos quater mille cxxv. ſubductis 80. annis, qui Heli, Samuëlis, & Saülis regis temporibus debentur, neceſſe eſt eum, quem diximus, numerum reperiri. S. Iulianus Archiepiſcopus Toletanus libro 2. aduerſus Iudæos, quo Septuagiota interpretum authoritatem mirificè commendat, tametſi tertiæ ætatis annos non vbique pateſcere fateatur: attamen ab orbe condito ad Heli præfecturam, annos 4071. enumerat. Eiuſdem autem fermè æqualis, aut etiam ætate paulò ſuperior Quintus Iulius Hilarion, nam ante annos mille ſcripſiſſe fertur, in libro ſuo de mundi duratione 4260. S. Nicephorus Archiepiſcopus Conſtantinop. in ſuo Chronico Septuaginta item ſecutus, ſed emendatos in annis Mathuſale, Annum 4208. aſſignat. S. Ado Viennenſis D item Archiep. 4046. At S. Seoerus Sulpicius his omnibus antiquior, hiſtoriæ ſacræ libro 1. Annorum, inquit, ordinem & ſeriem temporum perſequenti mihi, parum continuata videtur hiſtoria. Nam cùm poſt Sampſon Iudicem Semigar fuerit, paulóque poſt hiſtoria conſignet populum ſine Iudicibus egiſſe, Heli etiam Sacerdos libris regnorum fuiſſe referatur: ſed cùm quot anni inter Heli & Sampſon fuerint, minimè Scriptura prodiderit; video medij quiddam fuiſſe temporis, quòd laboret ambiguo. Cæterùm à die mortis Ieſu, vſque in id tempus quo Sampſon defunctus eſt, numerantur anni quadringenti & xix. à mundi autem exordio anni IIII. CCC. & III. quanquam ab hac ſuppotatinne noſtra cæteros diſcordare non neſciam. Hactenus ille beatus. Iam verò noſtrorum penè temporum ſcriptor Antonius

Euſebius Cæſar.

Eorum qui 70. ſequuntur de tempore Heli Principatus varia opiniones.

S. Iſidorus Hiſpal.

S. Iulianus.

Iulius Hilarion.

S. Nicephorus

Alia ratio ſequêdi 70. interpretes

S. Ado.

S. Seuerus Sulpicius.

Tempus medium inter Sampſon & Heli laborat ambiguo.

Fatetur S. Seuerus ſe cum aliis in ſupputatione non conuenire.

Antonius Contius. Triplex calculus 70. tribuitur.

Contius, in Chronicis Canonibus triplicem numerum Septuaginta interpretibus tribuit. Primùm ipſis Septuaginta interp. 4175. deinde iiſdem iuxta Origenem emendatis, quem ſequi Euſebium docet, 4045. poſtremò etiam ex Ioſepho iiſdem 4183. quæ omnes ſententiæ, cùm in definiendo annorum numero plurimùm differant, haud video qui à me poſſint inter ſe conciliari.

Marianus Scotus.

Ad hæc Marianus Scotus ad eorundem Græcorum interp. calculum tempora expendens, ſummam confecit annorum 4256. in ſuo Chronico.

Otto Phriſing.

Otto etiam Phriſingenſis pariter in Chronico, ſi tamen Mariano credimus tertiam ætatem 942. annis iuxta eoſdem Septuag. circumſcribi, 4276. annos ab Orbe condito ab Heli Principatum iiſdem authoribus enumerat. Nauclerus 4048.

Martyrolog. Romanum.

Denique Martyrologium Romanum, cùm ſtatuat diem natalem Domini anno ab orbe condito 5199. ab vnctione autem Dauid in Regem (quòd interpretor à morte Saülis) 1032. manifeſtum eſt Eccleſiarum teſtimonio, Heli Principatum incœpiſſe anno ante Chriſtum natum 1112. ab orbe autem condito 4087. Parum igitur, vt vides, qui Septuaginta ſequuntur, inter ſe conſentiunt.

Qui Hebraicam veritatem ſectātur non magis inter ſe conſentiunt.

Sed quid, qui Hebraicam veritatem profitentur, non ſimili diſſenſionis morbo laborant? citius dixerim, impendio nunc magis illi inter ſe diſcrepant. Paucos tantùm ex recentioribus commemorabo, qui te hoc doceant: non quò illi priſcis Patribus arte numerandi ſuperiores extiterint, ſed quia vel minus eruditi, ſi quid in numeris priorum aciem effugiſſet, facile deprehendere potuerunt. In primis igitur Ioann. Lucidus, veritatis Hebraïcæ vindex acerrimus, Heli principatus initium ad annum mundi 2810. annotat, ante Chriſtum natum annis 1159.

Ioan. Lucidus in tabul. annalibus tempo. rum.

Marianus Scotus.

Lambertus Schafnaburg.

Sixtus Senenſis.

S. Antonius

Gerardus Mercator.

Hermānus Cōtractus.

Robertus Bellarminus.

Ad eundem calculum accedit Marianus Scotus, de Hebræis loquens extremis lineis tertiæ ætatis. Lambertus idem Scafnaburgenſis de rebus Germanorum, & Sixtus Senenſis libro 1. bibliothecæ ſanctæ. S. verò Antonius ſummæ hiſtorialis parte 1. cap. 6. & Gerardus Mercator in Chronologia vno anno diſſentiunt. At Hermannus Contractus in Chronico 2858. adſcripſit: quem numerum antè alios probauit Card. Bellarminus, eodem vſus in breuiore ſua Chronologia.

Marianus Scotus. Emegar additur ad calculum Hebræorū.

Gilbertus Genebrardus.

Seder Olā Zuta.

Torniell.

Contius.

Marianus autem Scotus eundem illum Emegar, quem S. Scoerus, & Iulius Hilarion agnoſcunt, medio tempore inter Sampſon & Heli Reipub. præficiens, Heli Principatum tribuit anno mundi 3038. à quo nec longè abeſt Genebrardi calculus, qui annum ſignat 3026. Seder Olam Zuta, ſeu breue Chronicon Hebræorum, Genebrardo interprete, 2795. Torniellus, qui non ita pridem ſacros annales edidit ab orbe condito, 2900. Contius in Chronicis Canonibus 2809. iuxta Hebræos, vt credi vult. Omitto cæteros, & labori parcens, & tædio: neque enim eiuſmodi Arithmetica concertatio eximiam aliquam animo voluptatem, aut vtilitatem parit. Addam tamen præterea, ne quid eiuſmodi rerum ignores, Marianum Scotum tertiam quandam numerandi rationem ex S. Luca deduxiſſe diuerſam à cæteris: ſic vt iam non tantùm, bipartito

A diſcrimine, vel iuxta Hebræos, vel ſecundum Septuaginta annorum numerus exquiratur, ſed etiam ſecundum Lucam: qui cùm ipſe quoque à reliquis temerè diſſenſiſſe videri nequeat, ſuam vtique in notandis temporibus authoritatem obtineat neceſſe eſt.

Inſeritur iterū Cainā Chronologia Hebræorum à Mariano Scoto ex D. Luca cap. 3. unde noua confuſio exoritur.

Hanc verò Scotus ſic tractat, vt Hebræorum quidem numerandi rationem in reliquis illibatam ſeruet, ad ſecundam autem ætatem, propter eum qui medius inter Arphaxad & Sale in Chriſti genealogia inſeritur, nimirùm Cainam, ducentos 22. annos ad reliquum numerum adiungat. quo fit, vt qui prius iuxta Hebræos, à primo parente ad Dauid regem annos 2890. elapſos eſſe fatetur, poſtea ex additione Lucæ 3120. decernat. Qua in enumeratione, nec ſibi ipſe conſtat, ſi quis rem B attentius conſideret, nec fas eſſe puto, niſi maiores tenebras quærimus, numerum quendam medium ex vtroque mixtim Hebræorum ſcilicet & Septuag. conflare: ſed ſi cui Septuaginta placent, eos cum D. Luca conſtanter ſequatur; ſin ſecus Hebræi magis probantur, dic cum Hermanno Schedel, & Ioan. Nauclero in ſuis hiſtoriis, & Ioan. Lucido libro 1. annorum & temporum cap. 6. eundem eſſe Sale qui & Cainam, vt non ſit opus cum Mariano Scoto eiuſdem tempora à Græcis interpretibus edoceri. Quòd cùm feceris, & viſum erit eorum, quæ afferri poſſunt, probabilius, adhoc tamen hærebit is ſcrupulus, num tibi licuerit quos Lucas ſeparauerat, in vnum coniungere. Itaque nihil certi & explorati ſatis ex his omnibus elicere poſſu- C mus. Sufficiant igitur quæ hactenus à nobis congeſta ſunt de numero anni, quo Heli Reipub. clauum regendum ſuſcepit. In quo, quandoquidem authores conſentientes non habemus, locus poſtulare videtur, vt cauſas inquiramus tantæ opinionum diſcrepantiæ in temporibus definiendis; quæ multæ quidem occurrunt animo, ſed earum partem iam aliquā antea explicuimus.

Aliæ præterea rationes ob quas apud nos Chronologia turbata ſit.

Videntur verò præterea & libri vitioſi non parum ſtudentibus negotij faceſſere. illos verò facile eſt deprauari, præſertim quando notis ſignantur interualla temporum. Quanquam & voces literis ſuis integrè perſcriptæ vitiari nonnunquam ſolent: deinde ex deprauatis codicibus magis etiam inemendata tranſcribi, errore ſe magis magiſque diffundente. De quo S. Hieronymus in Comment. Epiſtolæ Pauli ad Titum queritur. Et S. Auguſtinus de ciuit. Dei lib. 15. cap. 13. tametſi non aſſerat, ſuſpicatur tamen tale aliquid Septuaginta interpretibus accidiſſe. Quid ſi ad eam librariorum oſcitantiam accedat quoque Iudæorum audacia, hæreticorúmque temeritas? ſatis vtráque nota & in peruertendis Scripturis, ſi quid veræ fidei fauere conſpexerint, nec poſſe ſuorum cauillationibus eludi. Vetus hæc querela eſt, & per ſingulas ætates continuò repetita. Tertia quoque ratio eſſe poteſt, quòd Synecdoche, quæ partem pro toto, & rurſum totum pro parte ponit, in omni genere ſcriptorum perfamiliaris eſt. Itaque in ſcripturis ſanctis alicubi reperiuntur numeri diſcrepantes, neque præcisè, vt loquuntur, & ad viuum omnia reſecantur. Quomodo Iephte Iudic. 11. cap. cum Rege Ammonitarum diſceptans de

iure terræ, præſcriptionem longi temporis definit annis trecentis, rotundo planè numero, exactiori autem calculo minor numerus prodibit. Id ſæpè fit in confinio duorum principum, vt vnus annus vtriſque tribuatur totus, etiamſi alter paucos menſes, & dies etiam pauculos ſibi vendicet. qua ratione euenit, vt Rhegino Pontificum, & Imperatorum Romanorum annos conferens, per annos 800. diſcrepantiam annorum quadraginta circiter offenderit. Tropo item Synecdoches finitima eſt Anacephalæoſis, id eſt recapitulatio, ſiue hyſterologia, quum ordo naturalis in exponendis rebus non ſeruatur. Vnde Chronographi, qui hanc Scripturæ ſanctæ figuram non obſeruarunt Geneſ. 12. Abrahamum euocatum putant è patria ſeptuageſimo quinto ætatis anno. Idem euenit in lib. Iudic. in rebus Dauidis, & alibi ſæpiùs. Illis quoque adiungenda eſt mutatio termini Regnorũ, vt Hierem. 25. cap. quartus annus Regis Ioachim, dicitur primus annus Regis Nabuchodonozor. Et rurſum aliquot annis interiectis Daniel. 2. ponitur ſecũdus annus Nabuchodonozor, ſed alia relatione, quàm in Hieremiæ ſermonibus. Addere potes nec inter Regnorũ habitam ſaltem accuratè rationem: quæ tamen ſub Iudicum imperio, ob frequentes populi lapſus, annorum ſeriem ſæpius interrumpunt. Tandem varietas nominum ſæpè fallit incautos in ratione temporum, quando plures homines cognomines ſunt, aut vnus multa habet nomina. Etenim plures Ægypti Reges dicuntur Pharaones, plures Palæſtini Reges Abimelechi, plures Perſici Reges Artaxerxes, aut Darij: quæ nomina, dum congeruntur in vnum principem, non mediocres pariunt confuſiones. Poſtremò, vt Melchior Canus animaduertit locor. Theologic. libro 11. ex iis qui populo à Moyſe ad Salomooem præfuerunt, quatuor ſunt qoorum tempora nuſquam ſcriptura vetus manifeſtè annotauit, Ioſuë, Samgar, Samuël, & Saül, has puto cauſas præcipuas, ob quas Chronologia turbata eſt.

Melchior Canus.

Cæterùm, quemcúnque numerum diuerſi ſtatuant, ferè eadem de tempore Heli præfecturæ prędicant, nempè eum ſtatim ab excidio Troiæ præfuiſſe, annis circiter 402. ante Romam conditam. quo tempore, ſi Chytræo credimus, concurrunt hiſtoriæ Gentilium, nimirùm Thucydidis lib. 1. Herodoti autem quartus & quintus, ſed & Francum de genere Hectaris veniſſe

Qua temporibus Heli, & Samuelis apud exteras nationes euenisse credantur, & qua gentilis historia concurrunt.

A in Pannoniam fabulantur, inquit Genebrardus in Chronico, illicque regnum conſtituiſſe, quòd progreſſu temporis in Franconiam Germaniæ, poſtremò in Franciam Galliæ tranſierit. Errant autem, quoniam nec Galli, nec Gallorum Reges, ſiue è Troianis ſiue è Germanis deſcenderunt, ſed ſunt indigenæ. Dicti autem Franci, labente Romano Imperio, vel quia pro libertate nomen illud ſumpſerunt, quod vernacula lingua liberum etiam hodie ſignificat: vel quia Francos ſeu Francones Germaniæ perpetuò vicerunt. Nam Romani nunquam de Tranſrhenanis ſine Gallis triumpharunt, vt eorum opus videatur Germanos vincere, quemadmodum Scipionum Pœnos. Hæc Genebrardus. De quo B fortaſſis quiſpiam non immeritò dicere poſſit, quod in alium quempiam olim iactatum eſt:

Origo Francorum. Genebrard.

Dum laudat ciues doctor, dum deſpicit hoſtes,
Nec malus eſt ciuis, nec bonus hiſtoricus.

Alioquin enim Francos indigenas eſſe maiorum noſtrorum videtur teſtimonio pernegari. Teſtis Saluianus Maſſilienſis Preſbyter, qui ea ætate floruit quo illi in Gallias eruperunt: quorum mores, quos etiamnum in nobis agnoſcimus, pluribus locis graphicè depinxit, ne nos ex eorum poſteris eſſe negaremus. Nam ſi adeam leuitatem ingenij, quam Cæſar in noſtris hominibus antea notauerat, accedat peierandi indefeſſa libido, dicere poſſis Gallum Cæſaris cum Franco Saluiani in vnum coaluiſſe. Francos autem Saluianus ſemper inter eas gentes recenſet, quæ ſuo tempore ab Aquilone profectæ, Gallias depopulatæ ſunt. Quo tempore Franci necdum fi- C dem imbuerant, aut Chriſto nomen dederant: ſed adhuc Gentilium Deorum ſuperſtitione, atque infamia laborabant. De his libro 4. de gubernatione Dei. Si peieret Francus, quid noui faceret? qui periurium ipſum ſermonis genus putat eſſe, non criminis. Et iterum libro 7. Franci mendaces, ſed hoſpitales. Diuerſa quoque veſte vſos à Gallis vſque ad Caroli Magni tempora docet Vverimbertus in vita Caroli Magni à quodam Monacho S. Galli conſcripta, qui vtriuſque gentis indumenta ibidem deſcribit: quemadmodũ refert Pithœus in gloſſario dictionum capitul. Caroli Magni, & aliorum Regum verbo, *Saga*. Poſtremò florente adhuc Imperio, Francorum meminit Trebellius in Gallieno, Vopiſcus in Proculo, ſiue Probo.

Franci non ſūt indigenæ. Saluianus Litinenſis Monachus.

Vita Carol. Mag. à quodam Monacho S. Galli. Pithœus.

LIBER PRIMVS REGVM.

CAPVT PRIMVM.

FVIT vir vnus de Ramathaimſophim, de monte Ephraim,
& nomen eius Elcana, filius Ieroham, filij Eliu, filij Thohu,
filij Suph, Ephrathæus: 2. & habuit duas vxores, nomen
vni Anna, & nomen ſecundæ Phenenna. Fuerúntque Phe-
nennæ filij: Annæ autem non erant liberi. 3. Et aſcende-
bat vir ille de ciuitate ſua ſtatutis diebus, vt adoraret & ſa-
crificaret Domino exercituum in Silo. Erant autem ibi duo
filij Heli, Ophni & Phinees, ſacerdotes Domini. 4. Venit
ergo dies, & immolauit Elcana, dedítque Phenennæ vxori
ſuæ, & cunctis filiis eius, & filiabus partes: 5. Annæ autem
dedit partem vnam triſtis, quia Annam diligebat. Domi-
nus autem concluſerat vuluam eius. 6. Affligebat quoque
eam æmula eius, & vehementer angebat, in tantum, vt exprobraret quòd Dominus
concluſiſſet vuluam eius: 7. sicque faciebat per ſingulos annos, cùm redeunte tem-
pore aſcenderent ad templum Domini: & ſic prouocabat eam. porrò illa flebat, & non
capiebat cibum. 8. Dixit ergo ei Elcana vir ſuus: Anna, cur fles? & quare non come-
dis? & quam ob rem affligitur cor tuum? numquid non ego melior tibi ſum, quàm de-
cem filij? 9. Surrexit autem Anna poſtquam comederat, & biberat in Silo. Et Heli
ſacerdote ſedente ſuper Sellam ante poſtes templi Domini, 10. cùm eſſet Anna amaro
animo, orauit ad Dominum, flens largiter, 11. & votum vouit, dicens: Domine exer-
cituum, ſi reſpiciens videris afflictionem famulæ tuæ, & recordatus mei fueris, nec obli-
tus ancillæ tuæ, dederíſque ſeruæ tuæ ſexum virilem: dabo eum Domino omnibus die-
bus vitæ eius, & nouacula non aſcendet ſuper caput eius. 12. Factum eſt autem, cùm
illa multiplicaret preces coram Domino, vt Heli obſeruaret os eius. 13. Porrò Anna
loquebatur in corde ſuo, tantúmque labia illius mouebantur, & vox penitus non audie-
batur. Æſtimauit ergo eam Heli temulentam, 14. dixítque ei: Vſquequo ebria eris?
digere pauliſper vinum, quo mades. 15. Reſpondens Anna, Nequaquam, inquit, do-
mine mi: nam mulier infelix nimis ego ſum, vinúmque & omne quod inebriare poteſt,
non bibi, ſed effudi animam meam in conſpectu Domini. 16. Ne reputes ancillam
tuam quaſi vnam de filiabus Belial: quia ex multitudine doloris, & mœroris mei locuta
ſum vſque in præſens. 17. Tunc Heli ait ei: Vade in pace: & Deus Iſraël det tibi pe-
titionem tuam, quam rogaſti eum. 18. Et illa dixit: Vtinam inueniat ancilla tua gra-
tiam in oculis tuis. Et abiit mulier in viam ſuam, & comedit, vultúſque illius non ſunt
amplius in diuerſa mutati. 19. Et ſurrexerunt manè, & adorauerunt coram Domino:
reuerſíque ſunt, & venerunt in domum ſuam Ramatha. Cognouit autem Elcana An-
nam vxorem ſuam: & recordatus eſt eius Dominus. 20. Et factum eſt poſt circulum
dierum, concepit Anna, & peperit filium, vocauítque nomen eius Samuel: eo quòd à
Domino poſtulaſſet eum. 21. Aſcendit autem vir eius Elcana, & omnis domus eius,
vt immolaret Domino hoſtiam ſollemnem, & votum ſuum, 22. & Anna non aſcen-
dit: dixit enim viro ſuo: Non vadam, donec ablactetur infans, & ducam eum, vt appa-
reat ante conſpectum Domini, & maneat ibi iugiter. 23. Et ait ei Elcana vir ſuus: Fac
quod bonum tibi videtur, & mane donec ablactes eum: precórque vt impleat Domi-
nus verbum ſuum. Manſit ergo mulier, & lactauit filium ſuum, donec amoueret eum à
lacte. 24. Et adduxit eum ſecum, poſtquam ablactauerat, in vitulis tribus, & tribus

modiis farinæ, & amphora vini, & adduxit eum ad domum Domini in Silo. Puer autem erat adhuc infantulus: 25. & immolauerunt vitulum, & obtulerunt puerum Heli. 26. Et ait Anna: Obſecro mi domine, viuit anima tua domine: ego ſum illa mulier, quæ ſteti coram te hîc orans Dominum. 27. Pro puero iſto oraui, & dedit mihi Dominus petitionem meam, quam poſtulaui eum. 28. Idcirco & ego commodaui eum Domino cunctis diebus, quibus fuerit commodatus Domino. Et adorauerunt ibi Dominum. Et orauit Anna, & ait:

Versvs I.

Fuit vir vnus de Ramathaimſophim, de monte Ephraim, & nomen eius Elcana, filius Ieroham, filij Eliu, filij Thohu, filij Suph, Ephrathæus:

In hoc primo verſu, præter verborum vim & interpretationem ſenſúmque Scripturæ, nonnulla exercitationes ſpirituales continentur, in quibus tum apud Fratres noſtros verſabar, cùm me ad ſcribendum contuli. Ne cui nauſeam pariant, ab his deinceps abſtineo.

FVIT.

Fvit.

Qvale eſt hoc ſcribendi principium? quæ ratio captandæ beneuolentiæ, vt attentè legatur? ſolennem agnoſco formulam, quam pro vita functis veteres vſurparunt, vt annotat Scaliger in Feſtum, verbo Abitio. Nam cùm veteres δυσφημίας vitarent in mortis mentione, de mortuo dicere ſolebant: fugit, vel abiit, vel vixit: ſic enim in antiquis marmoribus legitur. Et Tertullianus: Si de aliquo iampridem defuncto tanquam viuo quis requirat, præ manu occurrit dicere: abiit iam & reuerti debet.] *Fuit* igitur, quemadmodum & reliqui Patriarchæ fuiſſe feruntur, poſtquam eos mors abſtulit: neque enim quenquam, aut vitæ meritum, aut ſanctitatis decus à mortis tyrannide vendicauit: non Abraham fides, non Ioſephum pudor, non Moyſen inita cum Deo amicitia à funere reuocauit: omnes, pari ſorte ducti, mortis legibus ſuccubuerunt. Quemadmodum autem priora illa ſæcula dudum mors abſtulit, ita & poſteriora noſtra demetet, præteritis illa incubat, præſentia vrget, futuris inhiat, ſenectuti imminet, adoleſcentiæ inſidiatur, donec omnes ſuis laqueis irretitos pariter enecet. Quod ſi nemini illa parcit, haud dubium quod nec tibi aliquando parcet. Quamobrem non immeritò, vt monet Lucretius lib. 3.

Solemnis formula pro mortuu. Scaliger in Feſtum. Tertullian. *Mors nemini parcit, neminem veneretur.* Lucretius lib. 3.

Hoc etiam tibi tute interdum dicere poſſis:
Lumina ſis oculis etiam bonus Ancu reliquit,
Qui melior multis, quàm tu fuit, improbe, rebus:
Inde alij multi reges, rerúmque potentes
Occiderunt, magnis qui gentibus imperitarunt.

&, poſt aliquot Oratorum, Philoſophorum, ac Poëtarum exempla, vrget denique:

---- nec quiſquam expergitus extat,
Frigida quem ſemel eſt vitai pauſa ſecuta.

Poſtremo inſtat:

A *Tu verò dubitabis, & indignabere obire,*
Mortua cui vita eſt propè iam viuo, atque videnti?
Qui ſomno partem maiorem conteris aui?
Et vigilans ſtertis, nec ſomnia cernere ceſſas?

Fvit.

Non eſt, mihi crede, poſt tot clarorum virorum funera, cur tibi immortalitatem pollicearе, quam ne nobis quandóque repromitteremus, fierétque nobis ea perſuaſio æternæ mortis occaſio: multa ſapienter ab antiquis inuenta ſunt, plurima etiam à Deo Opt. Max. inſtituta. Nam cùm magnifico cultu, ad Dei penè ſimilitudinem, ſummum Pontificem exornari B inſtituiſſet, omnem illum ornatum, ſacráſque veſtes zona duplici, quæ ſerpentis ſpolium referret, circumcingi præcepit: ne dum illius oculos fulgor ille perſtringit, fortè mentem mortis obliuio caperet, quæ ſerpentis primùm dolo, atque inſidiis inuecta eſt. Æthiopum verò principem, & cunctos præcipuæ dignitatis antiſtites, cùm in apertum prodeunt, more maiorum crux anteit, vnà cum vaſe aureo terra pleno: ne vel dominicæ mortis, vel propriæ obliuiſci aliquando contingat. Nam crux quidem vitam Domino eripuit, nos verò morte in cinerem ſoluimur. & quid dico in cinerem? Imò potiùs in nihilum, nam abſumpti à ſarcophago, terræ puræ vix vncias quinas relinquimus, C vt docet Cardanus lib. xi. de Subtilitate. Nec verò Chriſtianos tantùm ea cura ſolicitos habuit: verùm etiam Ethnicos atque Gentiles, qui mortis memoriam variis quoque ritibus excitarunt. Nam ramos virides olim manu prætuliſſe eos, qui adorarent, Dionyſius Thrax Grammaticus author eſt, vt refert Clemens Alexandrinus lib. 5. Stromatôn: ne celeris vitæ immemores, in deorum potiùs offenſam incurrerent, quàm eorum gratiam demererentur. Italici etiam populi, Græcorum exemplum ſecuti, per ſex ferias Latinas oſcillis ludebant. Hæc, cuiuſmodi eſſent, ſatis exprimere videtur Virgilius his verſibus:

Inſtituta veterum ad excitandam mortis memoriam. Ioan Aubanus lib. 1. de Africa. *Soluto corpore, terra pura vix vncias quinas relinquimus.* Cardanus lib. xi. de ſubtil. Clemens Alexand. lib. 5. Stromaton. Virgilius.

Oſcilla ex altâ ſuſpendunt mollia quercu,
D *Oráque corticibus ſumunt horrenda cauatis.*

dicebantur verò ab eo, quod eſt os cillere, hoc eſt, mouere, vt Santra ait: eò quòd inclinent, præcipitéſque in os ferantur: aut os celent ob verecundiam, qui eo genere luſus vtuntur, vt Cornificius author eſt. Imaginem autem quandam humanæ vitæ ea agitatione exprimi, Feſtus docet: in qua, altiſſima ad infimum, interdum infima ad ſummum efferuntur: atque adeo memoriam quoque redintegrari initio acceptæ vitæ per motus cunarum, lactiſque alimentum, quia per eos dies feriarum, & oſcillis moueantur, & lactata potione vtantur. præcipua tamen

Feſtus.

Digitized by Google

men ratio fuit, vitæ, & mortis alternas vices, ex antiquorum inſtituto, eo ludo referte: ne, dum lætitiæ vacant, ruinæ impendentis obliti, delictis intemperanter abſorberentur. Nec immeritò ſanè tot modis, atque artibus mortis memoria refricata eſt, cùm ſit illa ad omnem vitæ rationem vtiliſſima, nam, cùm præ animi leuitate, atque impotentia, ad omnem boni cogitatum temerè efferamur, & ſublimibus malè cohærentes, citò iterum in præceps ruamus: nulla alia re magis, quàm mortis meditatione, humana inconſtantia compeſcitur. Enimuero, ſi cui mors ſemper ob oculos verſetur, ſéque breui nihil futurum meminerit, is opinor modum ſuis cupiditatibus imponet, atque cædibus & rapinis temperabit. Sapienter itaque, & quemadmodum Prophetam decuit, Samuël ab B ea dictione ſumpſit exordium, quæ nos vltimæ periodi admoneret: ac, *fuit*, ſcripſit, quod perinde ac iam non eſſe interptetor.

Dei eſſe, eſt ſemper eſſe. אֱלֹהִים

Fuit, inquit, ne ſemper eſſe putes, ſolius enim Dei eſſe, eſt ſemper eſſe. Vnde & Elohim dicitur: quod interpretatur S. Epiphanius, Deus ſemper. Et idem alibi de ſeipſo prædicat, *Ego ſum qui ſum.* Nos verò, teſte Iob, *velut vmbra fugimus, & nunquam in eodem ſtatu permanemus: ſed quaſi aqua in terram dilabimur*: vt ſapiens quædã fœmina ex vrbe Thecue teſtatur. Methodius apud S. Epiphanium hæreſi 64. in Epitome Origenis verborum de reſurectione, corpus animalium fluuium non immeritò dictum annotat, quandoquidem ſicut prioribus decedentibus vndis nouæ ſuccedunt: ita & in corporibus vſo venire ſolet, vt pro ea, quę defluit corporis ſubſtantia, ſemper noua ſe ingerat; quod nequaquã tamen perpetuũ futurum eſt, aut diuturnum; neque enim veluti de perenni amne, dicere licet: *Labitur & labetur in omne volubilis æuum*: ſed citò exhauſta corpus ſubſtantia deperit, atque anima elabitur. *Fuit* igitur, hoc eſt, iam non eſt. Nã de partibus temporis, quod futurum eſt, necdum eſt: quod præterijt, vltra non eſt; præſens verò ſolo momento conſtat, ne tempori confidamus. Macrobius certè, cùm ad Serapidis effigiem, quem Alexandrini pro Sole colunt, tempus appingeret, tranſacti temporis ſpeciem lupino ore exhibuit. Sic autem habet; Simulachro, inquit, ſignum tricipitis animantis adiungunt, quod exprimit medio, eodémque maximo capite leonis effigiem, dextera parte caput canis exoritur, manſueta ſpecie blandientis, pars verò læua ceruicis rapacis lupi capite finitur: eáſque formas animalium draco conuertit volumine ſuo, capite redeunte ad Dei dexteram, qua conſpicitur monſtrum. Ergo leonis capite monſtratur præſens tempus, quia conditio eius inter præteritum, futurúmque actu præſenti valida feruénſque eſt. Sed præteritum tempus lupi capite ſignatur, quòd memoria rerum tranſactarum rapitur, & aufertur. Item canis blandientis effigies futuri temporis deſignat euentum. De quo nobis ſpes licet incerta blanditur. Hæc ille. Blanditur igitur, vt canis, futuri ſpes; at præteritum, vt lupus, & fera peſſima, Ioſephum deuorat: quòd hic quoque factum videmus. nam qui fuiſſe refertur, modò nuſquam

Humanæ vitæ inconſtantia.

S. Epiphanius hæreſ. 64.

Tẽpus præſens ſolo momento conſtat.

Macrobius lib. 1. ſaturnal.

Simulachrũ temporis.

Præteritum tempus lupo comparatur.

A eſt: rapuit enim illum præteriri vis temporis, quæ nulli rei parcit, nec quod ſemel aboleuerit, vnquam reſtituit, niſi quos æternitas ipſa mortis faucibus extorqueat: at præſens tempus, quamobrem Leoni comparetur non ſatis video, cùm, præter inſtans breuiſſimum, tribui nihil illi poſſit. De quo præclarè omnino Cenſorinus lib. de die natali: Præſens, inquit, quod medium eſt, adeo exiguum & incomprehenſibile eſt, vt nullam accipiat longitudinem, neque aliud eſſe videatur, quàm tranſacti futurique coniunctio: adeóque porrò inſtabile, vt ibidem ſit nunquam, & quicquid tranſcurrit à futuro decerpit.] Diuiditur propriè, inquit S. Ioannes Damaſcenus, tempus in præteritum, & futurum, & quidem B per temporis punctum diuiditur, eſtque temporis momentum præteriti finis, & futuri principium, temporis autem pars ne minima quidem: verùm quod eſt in linea punctum, & in motu *κίνημα*, id eſt, motus punctum, hîc etiam in tempore eſt temporis punctum. Quantitatis enim expertia, atque ab omni diuiſione aliena ſunt, lineæ, motus punctum, & temporis puncta. Hactenus S. Ioannes Damaſcenus. Plutarchus etiam in eo libro, quẽ de Ei apud Delphos inſcripto compoſuit, alterius quoque tituli meminit, qui pro iiſdem foribus inſcriptus erat, & vtrumque ſic explicat. Deus enim vnumquemque noſtrum huc accedentem, veluti ſalutans, compellat, *Noſce teipſum* inquiens, quod nihilo eſt, quàm Salue deterius. Nos viciſſim C reſpondentes Deo, Ei, id eſt, es dicimus: veram, certam, ſolámque ſoli conuenientem ei appellationem tribuentes. reuera enim eſſentiæ nos nequaquam ſumus participes. Heracliti eſt, inquit, non poſſe quenquam bis in eundem fluuium deſcendere. Subſtantiam quoque caducam bis eodem in ſtatu nemo attinget: ſed celeritas mutationum eam mox diſſipat, ſtatim colligit rurſum. Iam inde continuantibus à ſemine mutationibus fœtus fit, infans, puer, adoleſcens, iuuenis, vir, ſenex, ſilicernium, ſemper poſteriore priores abolente ortus: ſed nos ridiculi ſumus, qui vnam metuamus mortem, toties iam mortui, toties morientes &c. Tandem & aliud argumentum petit ab ipſa temporis cõditione atque natura. Nam ſi idem, inquit, accidit naturæ, quam tempore metimur, quòd menſuræ eius, ipſa quoque nihil eſt permanens, nihil ens; ſed omnia fiunt, aut intereunt, iuxta D eorum cum tempore comparationem. Itaque de eo quod eſt, non licet dicere fuiſſe id, aut fore quæ verba inclinationem ſignificant, atque diſceſſum, & mutationem, quæ locum in eo quod eſt, non habet, ſed Deus, ſi ita dicendum eſt, *eſt*, & eſt nulla ratione temporis, ſed æternitatis immobilis, tempore & inclinatione carentis: in qua nihil prius eſt, nihil poſterius; nihil futurum, nihil præteritum; nihil antiquius, nihil recentius, ſed vna cùm ſit, vnico nunc ſempiternam implet durationem: & huius ratione quod eſſe dicitur, verè eſt, non futurum, non præteritum, neque ortum, neque deſiturum.] Audis quàm magnificè Plutarchus de Dei æternitate ſentit, quámque diſertis verbis eum interitus expertem prædicat? non video

Cenſorinus lib. de die natali.

S. Ioan. Damaſcenus phyſicon c. x.

Præſens nulla pars temporis.

Plutarchus in opuſc. de Ei.

Eſſentiæ nequaquam ſumus participes.

Ridiculi qui mortem metuimus toties iam mortui.

Solus Deus verè eſt, & quomodo.

Digitized by Google

A quid præterea ab homine Chriſtiano amplius dici poſſit. Nec minore doctrina atque eloquentia vitæ noſtræ inconſtantiam proſecutus eſt: de qua, ſi rationes eius accuratè perpendas, inuenies, hoc ſolùm aſſeri poſſe, quod *fuit*. Nam ſi futuri quidem expectatio nos latet, præſens autem, aut nihil eſt, aut certè momento effluit, reliquum eſt, vt ſi quos commemorare velimus, eos *fuiſſe* dicamus.

Fuit igitur, quando autem? non dixit. Et fortaſſis ne nos quidem ſcire neceſſarium, aut vtile eſt arbitratus. nam ſiue dudum, ſiue non ita pridem è viuis exceſſerit, omnino nihil refert. Nam eius rei, quæ eſſe deſierit, nullum diſcrimen eſſe poteſt, quemadmodum nec comparatio. quare, B nec diuturnitate temporis ſeiunctior erit, nec breuitate vicinior rebus præſentibus habebitur. quæ iam non ſunt, perinde ſunt, ac ſi nunquam extiterint. Quemadmodum enim, quo tempore Moyſes florebat, Ægypto portentis atque terroribus inſultans, Elcana, neque ſemotus, neque proximus illi ætati dici potuit, cùm is omninò non eſſet: ita nec nunc quidem ex quo ſuperſtes eſſe deſiit. nam quod fuiſſe, futurúmue eſſe à nobis dicitur, id ſi ſpectes accuratius, reuera citra mentis operationem nihil eſt, vt docet S. Iſidorus ſentent. 1. c. 7. at in animo eſt quædam motus cœli relatio, quam nos comminiſcimur, quæ profectò rei, quam fuiſſe, forétne dicimus, nihil affert præterea. Quamobrem libet admirari illud quàm nullius momenti ſit, quòd eſſe aliquando creditum eſt, cùm, ex quo *fuiſſe* incipit, ſic protinus elabatur, vt non aliter C quàm memoria retineri poſſit. Quanquam quod dico non eſſe, de præſenti ſæculo intelligendum eſt. Nam apud Deum, ſupereſt, & erit, nec vllo vnquam tempore ſui detrimentum patietur. Virtus enim perire non poteſt, quemadmodum & Horatius dixit lib. 3. carm. ode 2.

Rerum quæ nunquam fuerunt, aut iam eſſe deſierunt, par & eadem eſt ratio.

S. Iſidorus Hiſpal. lib. 1. ſentent. c. 7.

Fuiſſe forénque extra mentem nihil eſt.

Sancti interire non poſſunt.

Horatius lib. 3. carm. ode 2.

Virtus, recludens immeritis mori
Cœlum, negata tentat iter via:
Cœtúſque vulgares, & vdam
Spernit humum fugiente penna.

Sapient. c. 5

At contra, *Spes impij*, inquit Sapiens, c. 5. *tanquam lanugo eſt, quæ à vento tollitur: & tanquam ſpuma gracilis, quæ à procella diſpergitur: & tanquam fumus qui à vento diffuſus eſt: & tanquam memoria hoſpitis vnius diei prætereuntis. Iuſti autem*, vt idem ipſe teſtatur, *in perpetuum viuent, & apud Dominum eſt merces eorum, & cogitatio illorum apud altiſſimum. Ideo accipient regnum decoris, & diadema ſpeciei de manu Domini: quoniam dextra ſua teget eos, & in brachio ſancto ſuo defendet illos.* Tametſi D nec ſæculo quidem mortui videri poſſunt, quibus tam nobile epitaphium in monumentis ſcripturarum, ad poſteritatis memoriam, Spiritus ſanctus poſuit: in quibus ſemper rediuiuam eorum virtutem, & exemplo perpetuo futuram admiramur. Cum quibus ſi Æthiopum ſepulchra vitrea conferas, non fragiliora illa ſolùm, verumetiam obſcuriora cenſebis. Quid enim æquè ad nominis gloriam facit, vt ſcripturarum cõmendatio? de ſarcophagis autẽ, ſeu potius vitreis Æthiopum Macrobiorum reconditoriis, ne forſan ignores, in hunc modum Herodotus ſcribit lib. 3. Poſt menſam ſolis, ad extremum inſpexere eorum ſepulchra, (nimirùm Ichthyophagi illi, quos ad explorandum Cambyſes Rex Perſarum miſerat) quæ dicuntur è vitro eſſe conſtructa, hunc in modum. Poſtquam mortuum, ſiue Ægyptiorum, ſiue aliorum more areſecerunt, totum gypſo inducunt, picturáque exornantes, repræſentãt, quoad fieri poteſt, eius effigiem. Deinde cippum ei è vitro, quod apud illos multum eſt, & facilè effoditur, circundant: in cuius medio mortuus interlucet, nihil neque odoris ingrati, neque fœditatis vllius exhibens, ſed omnia illi ipſi mortuo ſimilia habens. Hactenus Herodotus. Verùm hæc, vt poſſint natiuum atque germanum vultus colorem referre, & oris lineamenta æmulari: virtutem tamen ac cæteras animi dotes B nunquam aſſequentur, quarum tamen pulcherrimam ſpeciem ad viuum Scriptura depingit. Tantæ rei nobis fidem facit eadem dictio *fuit*, quæ probè intellecta, non minimam ad virtutis ſtudium cohortationem in ſe cõtinet. Admonere namque nos videtur, quòd tametſi corporis compages morte ſoluatur, rerum tamen geſtarum etiam poſt mortem memoria vigeat. Illa namque ſupremo funeri ſuperſtes manet, nec recedentis reliquias aboleri ſinit; ſed longè poſt obitum poſteritati præſentem exhibet, quem mors abſumpſerat. Nec id modò, verumetiam præclara facinora miris laudibus extollit; in ſcelera verò, ſi quę paulò atrociora ſunt, acriter inuehitur (nam mediocria obliuio premit) ita vt tametſi non eſſe aliquando contingat, non fuiſſe tamen videri memoria non permittat. Quocirca C famę ſeruiendum eſt, neque tam ſpectandum quid nunc ſimus, quòd citò pręterit, quàm quid *fuiſſe* olim dicamur, quòd nũquam interit. Quòd ſi fama tanti habenda eſt, quanti illam ſummi viri ſemper eſſe duxerunt, qui illam, quoties ſeſe dedit occaſio, proprię vitę meritò prętulerunt, vtpotè longiſſimam breuiſſimę, citóque interiturę perpetuò duraturam: quanti obſecro, ęterna ſalus ęſtimanda erit? nam, vt demus famam illam decus eſſe preſtantiſſimum, eandemque apud poſteros perſeueraturam diutiſſimè, nunquam tamen ad mortuos illa pertinebit, aut ſenſum illius aliquem percipient, poſtquam vita exciderint. At verò florens & beatus ille ſtatus, qui nos hinc profectos ſuo ſinu excipiet, fouebitque perpetuò, qua parte interire non poſſumus, incredibili quadam felicitate cumulabit. Quo fit planè, vt mihi perſuadeã nihil prius, nihil antiquius cuiquam eſſe debere, quàm vt maturè, non ſolùm famę ſuę, ſed etiam ſalutis ęternitati proſpiciat: ad quam ſponte currenti etiam D illud *fuit* calcar addere poterit. Nam quid aliud ſignificare putes, quàm citò tempus pręteritum ni properes? quo elapſo, iam fruſtra ſperes te poſſe quicquam proficere. Nam vita quidem in actione conſiſtit, mors verò paralyſis quędam eſt, animęque defectio. Itaque, tantiſper dum vitam agis, operari licet, pietatem colere, meritorúmque cumulum augere. At vbi mors iners & otioſa te occupauerit: tum ſi quid paraueris, eo vti licebit, laborúmque tuorum mercedem repetere: quòd ſi otio, ac deliciis indulgens, inutiliter tempus contriueris, ſcias quod pręteritum eſt, non poſſe reuocari, nec futurum pœniten-

Sancti etiam poſt mortem apud nos ſuperſtites manent.

Herodotus in Thalia.

Non tam ſpectandum quid nunc ſimus quàm quid fuiſſe poſtea dicamur.

Vita præſenti ſama præferenda eſt: fama, vita æterna.

tię locum: ſed breuem illam ſuperioris vitæ ſocordiam acerbiſſimis, iiſque ſempiternis ſuppliciis multari.

Fuit igitur *Elcana*, id eſt vixit: nam nos hîc exiſtere, nihil aliud eſt, quàm viuere. Viuere autem quid ſit, oculis cernimus. quemadmodum ergo viuentes corpore & anima conſtamus, & illa corporis organis adiuta, ſuas operationes exercet: edimus, potamus, ſomno indulgemus, & quieti viciſſim atque labori incumbimus: & aliàs quidem valemus, aliàs ægrotamus, nõnunquam triſtitia deiicimur, rurſum autem, lætitia & hilaritate perfundimur, ad eundem etiam modum ille ſe habuit: verùm his omnibus moleſtiis, & difficultatibus, poſtquam *fuit*, exolutus eſt. Cæterùm talis aliquando *fuit*, vt ſcias, quem in exemplum tibi Scriptura proponat, non diſſimilem habitum, aut alterius naturæ virum: ſed qui eadem, quæ reliqui omnes, vitæ munia obierit: quo maior eſſe debet ad imitandum alacritas. Nam ſi nobis Angeli cuiuſquam virtus ſectanda proponeretur, propriis viribus diffiſi, iure animos deſponderemus. Nam quis ea, quæ ſuas vires ſuperent, libens ſuſcipiat? At poſtquam eum ſequi admonemur, cum quo reliqua paria habemus, cur eandem quoque victoriam nobis non ſpondeamus.

Vita quid ſit.

E noſtro grege nobis exempla proponitur, ne qua excuſatio fiat.

En quomodo ille aliquando *fuit*, hoc eſt vixit. At nunc non viuit amplius: ſed poſtquam vitæ ſtadio decurſo, ad metas peruenit, æternâ demum pace perfruitur. Quam nobis idem, qui ad pugnam vocat, ſi vicerimus, cum palma & coronis repromittit. Quod vtinam citò experiri contingat, vt vltrà non bibamus amplius, non edamus, non palliis operiamur, non inani gaudio geſtiamus, non mœrore tabeſcamus, non vltra nos rei familiaris cura exerceat, non prolis, non coniugis faſtidia conficiant, non æſtus torreat, non frigus adurat: ſed omnis prorſus ægritudinis, atque doloris expertes, parem cum angelis vitam ducamus, iugi quadam atque incredibili voluptate delibuti. O felicem illam viciſſitudinem, cùm de vnoquoque noſtrum, idem illud quod de Elcana, *fuit* prædicabitur, & affirmabitur tempus eſſe præteritum, acceſſiſſe autem æternitatem, quæ nullo deinceps tempore finiatur. Angelus enim quidam ſupra modum mirabilis, cuius veſtimentum nubes, cuius corona Iris, variis picta coloribus: cuius vultus ſolem, crura ignem præ ſe ferebant, altero pede mare, altero terram premens, perſanctè iurauit, *tempus vltra non eſſe futurum.* At contra reptoborum *tempus*, vt canit Dauid Pſal. 80. *erit in ſæcula*, nec vnquam æternitate potientur, tametſi eorum pœna nullum finem habitura ſit. *Tranſibunt* enim, inquit Iob cap. 24. & quidem perpetuis vicibus, *ab aquis niuium ad calorem nimium*. Nec vltimum illud *fuit* vnquam continget, quod eſt ſanctis, tempore præterito, æternæ beatitatis initium. Quam beatam immortalitatem, cùm non aliter, quàm virtutis ſtudio, vnà

Fuit, hoc eſt, tempus illi preterit, & temporalis vita moleſtiis abſolutus eſt.

Apocal 10.

Pſal. 80.

Tempus impiorum æternum manet.

Iob. c. 24.

I.

A cum diuinæ gratiæ beneficio, adipiſci liceat, ſapientis poëtæ cenſeo conſilio acquieſcamus,

----- & iam rebus, vt ait, *quiſque relictis,*
Naturam primùm ſtudeat cognoſcere rerum.

hoc eſt, ſeipſum noſſe ſtudeat, atque ita omnes animi motus ad virtutem componat, vt non poſt mortem timere neceſſe ſit: his enim ſubiicit maximi momenti rationem.

Temporis æterni quoniam, non vnius horæ,
Ambigitur ſtatus: in quo ſit mortalibus omnis
Ætas poſt mortem, quæ reſtat cunque manenda.

Lucretius lib. 3.

VIR.] Hebraicè *Iſc* איש, quod nomen apud Hebræos, quemadmodum & vir apud Latinos, B ſexum virilem à fœmineo diſtinguit. Nam mulier Hebræis *Iſſa* אשה dicitur. Sunt autem qui velint eius nominis etymologiam ab *Ieſ* יש peti, quod Hebræis eſſe ſignificat, nec prorſus abhorret, ſi tamen in eius compoſitione nominum heemanticorum legem obſerues. Alioquin enim & vir illius imago eſt, qui ſe ens denominauit. Verùm eiuſmodi myſteria dictionum, quæ nonnulli ſupra modum mirantur, Rabbinorum æmulis perſcrutanda relinquo. *Viri* autem Latinum nomen non pauci ad virtutis commendationem referunt, ſed non poteſt eſſe perpetuum. Nam & Goliath in ſequentibus eodem nomine, licet infamis habitus, deſignatur. Et Prouerbiorum cap. 21. Scriptura idem vocabulum frequenter vſurpans, impiis maledicit. quinetiam Græca vox ἀνὴρ, quæ huius loco apud Græcos vt plurimùm ſubſtituitur, non vſque adeò in bonam C partem accipitur, vt nonnunquam non malè audiat. Notandum cenſuit S. Iſidorus Peluſiota. Quid igitur dixerim, inquit, ſi audiant, vir flagitioſus ingreditur vias non bonas? quid item cum dicetur, vir inſipiens non intelliget? quid denique cùm illud rurſus audierint, ſimilabitur viro inſipienti? Nam ſi illic *vir*, non hominem, ſed fortem ac generoſo animo præditum ſignificat, quonam pacto hoc loco flagitioſus, & inſipiens, & ſtultus dictus eſt?] Accedit, quòd nec illa voce quidem vſi ſunt Septuaginta interpretes, cùm hunc locum exponerent, ſed ἄνθρωπον tranſtulerunt, quod videtur ſpeciei nomen non ſexus. Sic enim Clemens Alexand. pædag. lib. 1. cap. 4. Viris, inquit, & mulieribus commune nomen homo eſt, qua ratione mihi quoque videntur Attici ἄνθρωπον communiter non ſolùm maſculum, ſed etiam fœminam vocaſſe, ſi cui fide dignus videtur Comicus Menander in Rapizomena, qui ſic D dicit: filiola mea, admodum enim à natura humanum eſt, ac benignum ἄνθρωπον.] Æſchines tamen ἄνθρωπον pro *viro* nonnunquam dixiſſe fertur: quo ſenſu hic quoque Septuaginta accepiſſe dicendum eſt, tametſi non caret ſua dignitate illa quoque nominis appellatio. Nam ſi Socrati in Cratylo credimus, contemplatorem ſignificat. Tale ſiquidem, inquit, nomen homo adeptus eſt, vno excepto, grauiorique fine effecto. Cui Hermogenes. quomodo iſtud ais? Socrates. Ita

Nominis Hebraici etymos.

1. Reg. c. 17.

Viri nomen apud Latinos nonnunquam male audit, quemadmodù & ἀνὴρ apud Græcos.

S. Iſidorus Peluſ. lib. 3. ep. 12.

Qua voce vſi ſunt 70. interp.

Clemens Alex. pædag. lib. 2. c. 4.

Plato in Cratylo.

ἄνθρωπος Contemplatorem ſignificat, quod homini maximè conuenit.

hominis nomen illud ſignificat, quòd cætera quidem animalia quæ vident, non conſiderant, neque animaduertunt, neque contemplãtur: homo autem, & videt ſimul, & contemplatur, animaduertitque quod videt. Hinc meritò ſolus ex omnibus animantibus homo ἄνθρωπος eſt nuncupatus, quaſi ἀναθρῶν, contemplans, ἃ ὄπωπε, id eſt, quæ vidit.] Ab Etymologiſte autem dicitur ita nominatus, παρὰ τὸ ἄνω ἀθρεῖν, id eſt, à ſurſum aſpiciendo: quomodo & phœnices intellectualia animalia Thophaſunim vocant, id eſt, cœli conſpectores, authore Sachoniato eorundem antiquiſſimo ſcriptore. Ouidius item apud nos ait,

Refert Euſebius lib. 1. de præp. Euang. c. 7.

Os homini ſublime dedit, cœlúmque tueri Iuſſit.

quod Philo pariter aſſerit, hominémque cum planta quadam cœleſti comparat, cuius radices cœlo fixæ ſint, atque inde alantur, reliquæ verò partes, quæ à iudicio & ratione ſemotæ ſunt, terræ magis adhæreant. Ex quibus tandem conficitur, vt, ſi quis cœlum non intuetur, nec diuina curat, neque, quæ oculis cernit, animo reputat, & expendit, is profectò, cùm mutarum pecudum tarditatem æmuletur, eo nomine indignus habeatur. Sed enim cùm nulla acies humani ingenij tanta ſit, quæ ad primum conſpectum. Quomodo angeli facinus, in rerum naturas penetret, nec item valeat, vt bruta ſolent, nuda rerum ſuperficie abſque intellectu exſaturari: hoc vnum relinquitur, vt ſi quiſpiam homo haberi velit, in inueſtigatione veri, atque adeò rerum cœleſtium contemplatione ſtudioſè verſetur. Hæc cùm ita ſint, quales iſtos eſſe cenſemus, quorum ingens numerus terram occupat, qui opibus abundant, & optimis frugibus veſcuntur, ſimúlque omnem voluptatem, quæ ex rebus creatis percipi poteſt, auidè exhauriunt; illius autem qui tanta beneficia præſtet, ne nomen quidem inquirunt? Atqui, effectum aliquod intuenti, ea prima quæſtio occurrit, quid cauſæ ſit? An igitur inter pecudes connumerabimus, quas eſſe cognitionis expertes antea diximus? An potius tria hominum genera ſtatuemus, quorum ſpirituale vnum, inquit Valentinus, animale alterum, tertium autem carnale ſeu terrenum ſit? Ex his ſpirituale quod eſt, ſine labore & operibus, ſola cognitione ex arcanis myſteriorum ſuorum verbis, ſalutem conſequitur, animale iuſtis operibus: at carnales, quorum ſcilicet in numerum bardos illos atque hebetes referrent, cùm ad contemplandum non ſint idonei, vindicari omnino non poſſe. Abſit, vt cum hæretico vllo vnquam tempore ſentiamos: neque enim vllum in hominibus naturæ diſcrimen admittimus: ſed virtutis duntaxat, & vitiorum, aut etiam cognitionis atque ignorantiæ: neque alias cauſas agnoſcunt, ob quas, alij quidem dij in ſcripturis appellentur, hoc eſt Dei ſimiles, alij iumenta, & pecudes, quàm quòd ad priores Dei ſermo factus ſit, quemadmodum Chriſtus teſtatur, poſteriores eundem non intellexerint. Propterea enim iumentis ſimiles ſunt habiti. Quocirca etiam Dauid nos admonet: *Nolite fieri ſicut equus, & mulus,*

Philo lib. quod deterius potiori inſidietur.

Refert S. Epiphan. hær. 31.

Triplex hominum genus.

Vitiis & virtutibus, non natura homines inter ſe differunt.

A *quibus non eſt intellectus.* Hominis namque eſt cuncta rimari, Deum autem præ omnibus, vt puta, qui ſit eius opifex. Homo es, inquit Clemens Alexand. quare id, quòd eſt maximè commune, eum, qui te eſt fabricatus. Et paulò poſt: Quemadmodum equum nõ cogimus arare, nec taurum venari, ad id autem, ad quod natura aptum eſt, animal vnumquodque trahimus: ſic certè hominem, qui natus eſt ad cœli contemplationem, vt verè eſt planta cœleſtis, adhortamur ad Dei cognitionem, id quod eſt eius proprium, eximium & peculiare comprehendentes, ſimul, vt ſufficiens ſæculorum viaticum pietatem, & Dei cultum comparet, conſulentes.] Nec quenquam ab ea lege eximit, aut contemplationis immunem eſſe permittit, tametſi diuerſa ſtudia diuerſos ſequi contingat, terram cole dicimus, ſi es B agricola; ſed cognoſce Deum, terram colens: & nauiga, qui teneris amore nauigationis, ſed cœleſtem aſſumens gubernatorem: te militantem deprehendat cognitio, audi Imperatorem, qui tibi iuſta ſignificat.] Hæc Clemens Alexand. quibus iterum ſimilia docet pædag. lib. 1. cap. 12. Verùm enimuero tametſi hominum pars maxima delicijs vacans, aut certè curis, ac ſollicitudinibus obruta, vix aliquando è tenebris emergat, ſéque ad contemplandum conferat: ea tamen ab initio nobis propoſita eſt, veluti ſcopus quidam vitæ, ad quem collimaremus. Quod probat, non modò quædam vis diuina animis noſtris inſita ad veritatis indagationem, ſed etiam habitus ipſe corporis, & ſeries, atque ordo membrorum, & quod vltimo loco creatus eſt, reliquis iam tanquam in theatro ad oſtentationem compoſitis. Nam quæ ratio alia eſſe potuit, cur totius mundi opifex illi creaturæ, quam primam eſſe voluit, D poſtremò manum adhiberet, niſi quod cùm eam in orbis meditullio collocaturus eſſet, rerúmque ſuarum ſpeculatricem habiturus, debuit eorum, quæ ſpectanda forent, ingentem ſyluam ante præparaſſe? Verùm hæc diſertiſſimè Philo eo libro, quem de mundi opificio compoſuit. Qui figuræ etiam rationem copioſè explicat libro de plantatione Noë. Stirpes, inquit, deorſum merſo fecit capite, infixas fertiliſſimis terræ matris partibus. Brutorum autem capita retraxit à terra, & ſummæ ceruici oblongæ aptauit, & pro fulcro pedes ei anC teriores ſuppoſuit; ſolus homo eximium ornatum ſortitus eſt. Cæterorum enim animalium ora deorſum flexit, quapropter ad terram prona ſunt. Hominem contrà erexit, vt cœlum ſpectet, cùm ſit non terreſtris planta, ſed cœleſtis, ſicut à priſcis accepimus. Quorum alij particulam ætheree naturæ hanc aſſerentes, cognatione iunguntætheri hominem: At magnus ille Moſes, nulli creaturæ rationalis animæ ſpeciem facit ſimilem, quam inuiſibilis Dei pronuntiauit imaginem: hoc ipſo probam exiſtimans, quòd eſſentiam formámque diuinitus impreſſam habeat, cuius character æternus ſermo eſt. *Inſpirauit enim*, vt inquit, *Deus in faciem eius ſpiritum vitæ.* Itaque neceſſum eſt, vt qui eum recipit, verbi creantis

Clemens Alex in exhort. ad gentes.

Nemo homo à conditoris ſui contemplatione excuſatur.

quare homo poſtremo loco creatus eſt.

Philo lib. de plantatione Noë.

Humana figura ratio explicatur.

imaginem referat. Vnde & dicitur, non ad cuiuſquam creaturæ, ſed ſolius Dei imaginem homo eſſe factus. Conſequens erat igitur, vt quoniam humana anima exemplar ſuum, authoris ſui ſermonem referebat, corpus etiam erectum ad puriſſimam partem mundi cœlum os attolleret, vt per hæc quæ in propatulo ſunt, intelligantur illa inuiſibilia. Ergo, quoniam erat impoſſibile, vt cogitatio perueniret ad aſpectum eius, qui eſt, niſi mentis ab ipſo attractæ, ſicut ſua cuique manifeſtè teſtatur conſcientia: euidens ſimulachrum occulti oculi corpus hoc habemus, quod poteſt ad æthera ſuſpicere. Cùm enim hi ex corruptibili materia compacti oculi eo vſque aſcendant, vt à terrena hac regione prouolent ad cœlum remotiſſimum, pertingantque ad eius terminos, quales exiſtimandi ſunt per omnia diſcurrentes animæ oculi, qui multo deſiderio conſpiciendi eius, *qui eſt*, volucres facti, non ſolùm ad extremum æthera pertingunt, ſed à tergo relictis totius mundi terminis, ad ingenitum illum properant. Hactenus Philo, Gelenio interprete, qui geminam mihi diſputationem vnica oratione confeciſſe viſus eſt. Cùm ex habitu corporis, atque adeo ipſa acie oculorum quid Deus ipſe præſtiterit, quidue requirat, edocuit. Nam & mirabilem quandam ingenij vim, quæ ad cœlorum adyta penetret, tribuiſſe collegit, nec ad aliud, quàm ad ipſam rerum cœleſtium contemplationem. Contemplationi igitur homo natus eſt, & ad eam à prima origine inſtitutus: ſine qua, nec præſentis vitæ ſtadium feliciter decurrit, nec in altera coronas brauiúmque expectat. Nam quis præmium ſine virtute ſperet? virtutem autem ſine contemplatione conſequi nemo poteſt. Quid enim eſt virtus? Diuinæ, vt opinor, perfectionis quædam imago eſt, quæ non aliter, quàm imitando effingitur. Imitari autem nemo poteſt, quod non nouerit: neque noſſe, quod non ſtudioſè perſpexerit, quod cùm fit, tum eſſe contemplatio dicitur: quæ, cùm nobis Deum præſentem efficit, tum etiam penitiſſimis animæ ſenſibus imprimit. Quemadmodum enim ſpeculum, ſi terſum fuerit, rei obiectæ colorem figurámque induit: ita & animus, omni ſpeculo lenior, neſcio quid ſimile conſpectæ pulchritudini aſciſcit: nec alia ratione magis Chriſtum Dominum ſe filium ἀνθρώπου nominaſſe, matrémque ſuam, fratréſque & ſorores eos, qui cœleſti doctrinæ aurem accommodent, appellaſſe crediderim, quàm quod eo pacto adnaſci quodammodo hominum mentibus videatur. Sicut námque pater ab æterno filium, verbum ſuum, generat, ſeipſum intelligens: ita & qui Deum mente ac cogitatione complectitur, par aliud verbum, licet diſſimilis naturæ, ex ſe producit. Sunt tamen non pauci, inquies, qui à diuinarum rerum meditatione abhorrent, in quorum vita aliquid ſimile reperias eorum moribus, qui diuina ſpeculantur. Fateor, ſed illa tamen virtuti tribui non poſſunt. Non enim virtus tam eſt quid ſimile diuinis moribus, quàm eorumdem imitatio. Nam & multæ ipſæ pecudes ſuo more diuinos mores referunt, & ele-

Homo ab ipſa origine ad contemplationem inſtitutus, abſque ea virtutem conſequi non poteſt, abſque virtute vitã æternam.

Virtus non tam eſt quid ſimile diuinis moribus, quã eorundẽ imitatio.

A menta quoque, & ſol, & omnis cœleſtium corporum chorus, ſuo concentu, ordine, ac ſpecie non obſcuras Dei dotes repræſentant, nec propterea tamen virtute prædita creduntur. Res effecta eius cauſæ, quæ illam effecerit expreſſa quædam imago eſt: riuulus, ad ſcaturiginis ſuæ altitudinem vnde manauit, ſponte aſſurgit. Verùm ea ſimilitudo natura eſt, non virtus. Virtus enim ab electione voluntatis, atque propoſito proficiſcitur, quod totum cognitione indiget. Nam quis eligat quod ignoret? cognitio autem, ſi res paulò obſcurior ſit, non poterit abſque meditatione comparari. Quæ res autem poſſit cuiquam videri obſcurior, quàm quæ eſt inuiſibilis corporis oculis cernentibus, cœleſtis in terra degentibus, diui- B na humana tantùm expertis? Non poterit igitur virtus abſque contemplatione parari.

Nemo eligit quod ignorat.

Parergon de Contemplatione, in gratiam religioſorum.

CÆTERVM contemplatio non vna eſt: non enim æqualiter omnes ad ſpem beatè viuendi nitimur. Sed quemadmodum auium, alia ſublimè volat, alia vt poëta ſcribit, humilis volat æquora iuxta: ita & hominum nonnulli, quorum ſenſus obtuſior eſt, magis circa res ipſas morantur; alij, quorum mens ſagacior non in corde, cerebroue, aut in empedo- C cleo ſanguine demerſa iacet, ſeſe abducunt à conſuetudine oculorum, cœlum ſuſpiciunt, numénque potiſſimùm contemplantur. Quinetiam habet ſuos gradus diuina contemplatio, nec ſtatim ab initio ſe totam effundit: ſed ſenſim, & quaſi per momenta temporum, prout quiſque ſtudioſius in illam incumbit, aut ampliori luce diuinitus perfunditur. Id verò qua ratione fiat, aut quibus gradibus ad contemplationis apicem conſcendatur, non erit alienum à propoſito noſtro demonſtrare. Paucis exequar: ſi tamen prius admonuero, ne quis me eo more loqui exiſtimet, quo ſolent, qui myſticam theologiam tractant accuratè, & contemplationem à meditatione, reliquiſque animi motibus, quibus veritas quæritur, ſecernunt. Nam de contemplatione eo modo loquor, quo homini ex vi ſui nominis, atque naturæ inſtituto, aut etiam gratiæ communiter tribui D ſolet: quo modo hominis contemplationem tribus animæ motibus recto, obliquo, circulari Theologi definiunt. Et primus quidem motus, à quo contemplationem ſuam auſpicari hominem neceſſe eſt, ſi ſenſim proficiat, diſciplinæque ordinem ſeruet, rectus dicitur. Tum enim rectâ animam in Deum ferri intelligimus, cum natura duce, eundem ex artis ſuæ experimento probamus, & in ſuo opere miramur, vel etiam amore incendimur. Ad hoc genus contemplationis beatus Iob nos adhortari videtur, cùm ait: *Interroga iumenta, & docebunt te: & volatilia cœli, & indicabunt tibi: loquere terra, & reſpondebit tibi: & narrabunt piſces maris.* Plura in eandem ſententiam Eccleſiaſticus ca-

S. Thomas 2. 2. q. 180. art. 6.

Cõtemplatio tribus animæ motibus definitur. Rectus explicatur.

Iob. c. 12.

pite 43. quæ tandem, breui epilogo, quantum valere debeant, concludit. *Multa*, inquit, *dicemus, & deficiemus in verbis: conſummatio autem verborum ipſe eſt in omnibus gloriantes ad quid valebimus? ipſe enim omnipotens ſuper omnia opera ſua.* Eſt verò eiuſmodi contemplatio ita nobis à natura inſita, vt ſi qui in ea ſe exercere voluerint, quod eſt ingeniorum curriculum præſtantiſſimum, & nonnihil ſopitos naturalis luminis igniculos ſuſcitare, tametſi fidei præſidio deſtituti, tamen non obſcuram diuinæ maieſtatis ſignificationem percepturi ſint. Hoc ipſum manifeſtè oſtendit Philo libro de præmiis & pœnis. Introgreſſi enim, inquit, in hunc mundum, velut benè conſtitutam Rempub. & conſpicati campos montéſque plenos ſegeribus, atque arboribus frugiferis, variiſque generibus animantium: & hos rigari ſtagnis, amnibus, ac torrentibus, afflari. Ventis auriſque, miro temperamento quattuor annuarum viciſſitudinum, prætérque hæc omnia, Solem, Lunam, erratica fixáque ſydera, vniuerſámque cœli militiam obeuntem ordine mirifico hunc mundum, dictum verò nomine: tracti admiratione cœperunt cogitare, tam benè ornatas, ordinatáſque res non moueri temerè: vnde neceſſariò colligebant, eas ab aliquo mundi opifice regi magna prouidentia. Nam lex naturæ iubet opificem operis ſui curam gerere. Verùm hi diuiniores cæteris, ab inferis progreſſi ſunt ad ſupera, quaſi per quaſdam cœleſtes ſcalas, rationibus probabilibus tendentes ad ipſum opificem. Hactenus Philo. Porrò hoc contemplationis genus Affirmatiua ſimul & Negatiua, vt aiunt, Theologia perficitur: huicque, omne quod vſquam eſt, inſeruit: Scientiæ item, & artes omnes famulantur, ſegetem nacta eſt ampliſſimam.

Philo lib. de præmiis & pœnis.

Scientiæ & artes cōtemplationi ancillantur.

Verùm de prima hactenus. Illam excipit altera ſpecies contemplationis numero quidem poſterior, merito autem ac dignitate longè præſtantior. Ea obliquo motu conſtare dicitur, id eſt, ex vtroque recto, ac circulari compoſita. Hæc autem felicioribus, vt ita dicam, auſpiciis Deum inueſtigat, & ad eum remis veliſque contendit. Non enim iam ſolo naturæ ductu, quo in genere multas difficultates patimur, per ipſa opera Dei veſtigiis inſiſtit; ſed cùm ſit præterea diuino quodam lumine colluſtrata, eundem certius atque facilius ratiocinando inuenit. Qua parte igitur adhuc methodum ſeruat, & in cœleſtia myſteria via ac ratione inquirit, eum recto motu conſentit; at ex altera, qua diuinæ gratiæ fulgore collucet, ad circularem motum magis accedit. Ad hanc autem cùm primùm introducimur, tum noua quædam lux oriri videtur, quæ obductam mentibus noſtris caliginem diſcutit, rebus autem tantam claritatem affert, vt multa quæ prius latebant, non ſine admiratione eluceſcant. Huius tanti beneficij iconem nobis ad viuum Philo depingit his verbis: nam poſt hunc, per naturæ benignitatem præditum genuinis dotibus, tertium ſequitur (quem nos ſecundum dicimus) ille abſolutus meditator, cui præmium eximium, videre Deum contigit, vide-

Obliquus motus explicatur.

Philo lib. de præmiis & pœnis.

A

re autem eo modo quo ſubdit. Expertus enim omnia, quæ humana vita fert, & in his omnibus verſatus non obiter, laboribus nullis vitatis, nec periculis, ſi quo pacto poſſet optatam veritatem aſſequi, apud mortale genus multam inuenit caliginem, terra & mari, per aërem ac æthera. Nam in æthere, atque adeo toto cœlo, noctis vidit quandam imaginem: quandoquidem tota ſenſibilis natura infinita eſt, quicquid autem infinitum eſt, cognationem propinquam habet cum tenebris. Itaque prima ætate conniuentibus oculis animæ, præ continuis laboribus, vix eos potuit diducere, vt per offuſam caliginem cerneret: ſed repente affulſit ei purior ſplendor incorporeus ex æthere, & aperuit gubernari mundum intelligibilem. Verùm is gubernator, circumfuſus luce puriſſimâ, nec videri, nec palpari facilè poterat, radiis viſum hebetantibus. Reſtitit tamen vir egregius contra tantam vim igneam immenſo amore videndi percitus. Quam generoſam cupiditatem animaduertens pater, miſeratúſque, addidit robur viſui, nec inuidit ſui cernendi copiam, quantum humana natura capax fuit eius ſpectaculi, videlicet, vt ſciret eſſe Deum, non quis ſit etiam: Nam is & bonitate ipſa melior, & vnitate antiquior & ſyncerior, non poteſt ſpectari à quoquam alio. Ideo ipſi ſoli fas eſt à ſeipſo percipi. Hæc Philo narrat de Moyſe, qui non ſolus in exemplum adduci potuit, ſed vnà Prophetæ omnes, & Apoſtoli, quos θεοδιδάκτους appellamus, & quotquot à Spiritu ſancto eruditi, multa eo authore didicerunt, quæ nec ſummis ingeniis, nec maximis ſtudiis inueniri potuiſſent. Poſtremò, quantam voluptatem, quamque ſynceram ea contemplatio habeat, non facilè dixerim. Riſum vocauit Scriptura Iſaac, quod eius lætitiæ typum quendam præ ſe ferret. Cùm enim Deus ſcientias, inquit Philo, ſine præceptore cœlitus impluit, impoſſibile eſt amplius delectari ancillis, & concubinis artibus, & teneri deſiderio tanquam filiorum dogmatum illegitimorum. Habet enim in promptu perfecta dona Dei inſpirata per illas antiquas gratias, quæ ſibi optat perpetua.]

Deus à ſeipſo tantùm perfectè comprehenditur.

Magnā voluptatem affert ea contemplatio.

Philo lib. de congreſſu quæ rend. erud. gratia.

Ad tertiam accedamus. Ea circulari motu deſcribitur. Is verò eſt, qui paribus vtrimque ſpatiis, rotundo ambitu, medium aliquod punctum, quod centrum vocant, circulat. Centrum autem contemplationis animæ Deus eſt: in quem, vt perfectè circumferatur, duo quædam requiri videntur. Primùm, vt à rebus aliis animum auocet, à quibus olim conſueuit contemplationis initium capeſſere: quoniam eæ multiplici varietate contextæ ſunt. Deinde, vt ab ipſo ratiocinandi vſu abſtineat, quoniam multa inter ſe conferens, non aliter quàm per obliquos argumentorum flexus, tanquam labyrintho veritatem educit. His namque valere iuſſis, ſimul & naturalium rerum colluuione deterſa, cùm Deum inſtar oculi mens videat: ſi deinceps moueri dicenda eſt, in orbem moueri dicitur. Huiuſmodi enim mentis contemplatio, neque ob inæquabilem obiectorum differentiam, neque ob ancipitem ratiocinandi

D

Circularis motus deſcribitur.

Cōtemplatio hæc alia à Deo omnia ablegat, & ratiocinandi vſum compeſcit.

A laborem ab æquilibritate diſcedit: ſed cum puro ac ſimplici aſpectu in Deum feratur, tanquam æqualibus vndique interuallis, circularem motum obtinet. Sed hoc vt fiat, nonnulla corporis ſenſuum abdicatione opus eſt, necnon & voluntatis exſtaſi, raptúque intellectus: quæ omnia nec doceri poſſunt, nec, ſi quis doceat, à quoquam intelligi, niſi quem experientia rei gnarum fecerit. At verò quàm beatos illa, quamque felices ſuos cultores contemplatio efficiat, nemo ſatis explicare poſſit. Nec modò ſublimis illa, ac planè diuina, quæ circulum complet, verumetiam aliæ præcedentes: quæ licet dignitate, atque præſtantia longè inferiores ſint, eiuſmodi tamen deliciis, ac B voluptatibus abundant, quæ niſi temerè, non poſſunt cum vlla rerum earum, quæ ſenſibus illudunt, oblectatione conferri. Porrò contemplationem deſcribens, non aliquem eiuſmodi vitæ ſtatum definio, qui ab actione prorſus abhorreat: ſed contemplandi potius ſtudium refero, qood toti hominum generi à natura conueniat. Illud verò eſt, vt quæ videas, cogitatione complecti, ac ſedulò tecum expendere ſtudeas: ſeceſſum ames, in quo teipſum excutias: Deo vaces, & ad illius conſpectum, quem tibi ſiue natura, ſiue fides exhibuerit, obſtupeſcas: illum mireris, laudes, amore depereas, voluptate perfundaris: ſicque demum te ad tuum munus penſúmque reuoces, quod tibi ab eodem operum omnium præfecto, conC ſtiturum eſſe non dubitas. Quid enim prodeſt, inquit Philo, ceſſare bonum tibicinem, aut cithariſtam? aut in vniuerſum quemcumque artificem ſuam artem non exercere? Nam ſine actione ſola contemplatio ſcientibus ad nihil eſt vtilis. Nec enim pancratiaſta, pugilve, aut luctator ex arena protruſus, vllum fructum è ſtudio ſuo referet: neque abſolutus curſor, ſi corripiatur à podagra, aut alioqui laboret morbo infeſto pedibus.] Ita ne tu quidem illa ſpeculatione quicquam proficies, niſi, quæ officij tui eſſe perſpexeris, tentes perficere. Quocirca nec mihi neceſſarium eſſe arbitror, quod nonnihil faciunt, contemplatiuæ vitæ præſtantiam cum actiuæ fructibus componere: cùm talem homini contemplationem à natura inditam ex vi eiuſdem nominis colligam, cui optimè cum actione conueniat. Siquidem illa huic moderatur, eam fouet, vim gratiámque conciliat. D Quæ quidem vitæ ratio atque inſtitutum, etſi vniuerſo hominum generi à natura traditum eſt, atque omnibus competit: præcipuè tamen religioſorum eſt hominum, quorum maximè intereſt, vt quæ cæteri ex officio præſtare debent, ipſi ſua ſponte, atque ex animo cumulatius exequantur. Contemplationi igitur potiſſimùm incumbere debent, ſpeculationi, ac meditationi rerum in primis cœleſtium: deinde etiam inferiorum, quæcumque ad virtutis ſtudium promouere poſſunt: incitati præſertim exemplo maiorum ſuorum, qui primis Eccleſiæ temporibus ad virtutis apicem hanc illis viam munierunt. Quorum frequentiſſima exercitatio, ſi Philoni credimus, in contemplatione poſita erat. Sed enim cùm vtrumque

Senſuũ quoque abdicationem, voluntatis exſtaſim, raptúmque intellectus requirit.

Cuilibet hominũ generi contemplatio conuenit, nec ab actione auocat.

Philo lib. de congreſſu quærend. erud. gratia.

Religioſis potiſſimũ contẽplatio conuenit.

Philo lib. de vita contempl.

A diei terminum auroram & veſperam precibus occupaſſent, tum reliquum diem ſacris libris euoluendis conterebant. Nam corporis curam in noctis tempus referebant, tanta ciborum abſtinentia prædití, vt nonnulli ex illis, vt idem author eſt, vix ſexto die neceſſarium alimentum delibarent, aſſueti, vt inquit, rore viuere, quemadmodum cicadæ ſolent, & canticis inediam ſolari. Quæ cùm Philo refert, nónne videtur quotquot ſumus eiuſdem propoſiti ſectatores ad eandem palæſtram adhortari, atque à ſæcularium rerum ſtudiis auocatos, ad rerum longè præſtantiſſimarum ſpectaculum velle traducere? Sed non ille ſolus, verùm & B Pythagoras, ſynceræ licet pietatis expers, ad idem ſtudium nos prouocat, eo ſymbolo, dum, ne ſuper modium ſedeamus, prohibet. Neque enim alius eſt iſte modius quàm ea pars animæ, quæ ratione viget, qua cuncta metimur, examinamus, & expendimus, quam torpere otio vetat, aut ſegnitie remitti. Iubet item gallum nutriamus. Huic verò collatam à Deo intelligentiam Iob. cap. 38. legimus. Illo igitur mentis apicem exprimit, quæ non alia re magis, quàm cœleſtium rerum contemplatione atque ambroſia paſcitur. Addam & Zoroaſtrem, quo magis propenſum naturæ ſtudium in contemplationem vel ipſis ethnicis teſtibus agnoſcamus. Ille namque cum alis præditas eſſe animas ſæpius referret, quæ ſi exciderent, in præC ceps ferri, ſi contrà ſuccreſcerent ad cœlum auolare: percontantibus diſcipulis, qua ratione citò volucres animas ſortirentur, ſi rigarent, inquit, aquis vitæ. Iterum ſciſcitantibus vnde tam ſalutares aquas peterent, reſpondit: Dei paradiſum quattuor amnibus irrigari, quorum qui ab Aquilone *Piſchon*, id eſt rectus: ab occaſu *Dichon*, quod expiatio eſt: ab ortu *Chiddechel*, quod lumen ſonat: qui à meridie *Dirath*, quod pietatem interpretari poſſumus. Rectus Dialecticam denotat, quæ eſt amuſſis: expiatio moralem ſcientiam: lumen ab ortu naturalem Philoſophiam, quæ verè ab ortu eſt: at pietas ſupremam contemplationem. Hæc illi, Cimmeriis licet tenebris obſiti, viderunt: hoc naturam ſuam, ſeu potius Deum flagitare perſpexerunt, ſéque totos ad philoſophandum contulerunt. Igitur & nos quoque ad contemplandum animum appellere par eſt. D Qua exercitatione quid fingi poſſit honeſtius? Quid religioſo homine dignius? Quid denique ſuauius? Tantiſper enim dum ſpe alimur, dum ſponſi caremus amplexibus, ſola ea eſt, quæ poſſit auidæ mentis ſitim explere. An non vides, quemadmodum ſi quando puella vritur abſentis amore, eiuſdem, quam habet apud ſe, iconem aſſiduè verſat, & inſpicit, adeóque in ipſa imagine quærit prototypum, ac velut præſentem complectitur. Hoc ſcilicet ei ſuus ardor imperat: hoc deſiderij magnitudo. Et tu igitur, ſi pari in Deum amore incenſus ſis, non minora præſtabis. Nam Dei quidem imago, ſi requiras, tibi deeſſe nuſquam poterit, poſtquam illa in omnibus, atque in te potiſſimùm, tuáque anima impreſſa eſt. Quin tu igitur illam contemplaris excelſam

Priſcorum Monachorũ inſtitutum.

Adhortatio ad contempl. petita à gentibus.

Pythag.

Zoroaſt.

Apud Picum Mirãd. orat. de hominis dignit.

Contemplatione nihil honeſtius, dignius, aut ſuauius eſſe poteſt.

Dei imago vbique impreſſa eſt.

pulchritudinem, ac vultus ſpeciem planè diuinam defixis conſtanter oculis admiraris? Neqoe enim, vt id præſtes, grauis quidam labor ſubeundus eſt, & ſi eſſet, non propterea non eſſet ſuſpiciendus. Nam quid eſt aliud in rerum natura, quod, ſiue commoda, ſiue dignitatem ſpectes, pari ſtudio ac diligentia quæri, ac inueſtigari mereatur? Cernis quantis ſudoribus, quantóque vitæ hominum periculo aorum è terræ viſceribus eruatur? Quales illi moles arenarum egerant, quæ ſaxa ferro, igni & aceto doment, quos ſpecus ſubeant, quam duris laboribus exerceātur? Nec tamen illius metalli fulgor, cum diuino illo ſplendore vlla eſt ex parte comparandus, quem minimo vbique negotio nanciſci potes: at enim vel nolentibus vltrò in oculos incurrit. Vt quid igitur vultus amicos auerſaris? Quod quiſque amat, idipſum videre deſiderat: eſtque certiſſimum amoris argumentum deſiderij ſitis: nec os modò, aut faciem abſentis intueri cupimus, verùm & ſi quiſquam eſt, quem ſperemus aliqoid de illo afferre poſſe, ſedulò percontamur. Vt quid igitur & tu pariter non interrogas? Nam qunt creaturas vides, quot vtilitates ſentis, tot habet ille nuncios, tot baiulos apicum ſuorum. *Cœli*, inquit ille, *enarrant gloriam Dei: & opera item eius firmamentum annuntiat.* Quid elementa commemotem? Quid varios terræ mariſque fœtus, quid tot diuerſas animantium formas, metallorum pretia, lapillorum fulgores? Omnia hæc, ſi roges, Deum authorem referent: & aliud quidem ſommam eius prudentiam te docebit, aliud verò bonitatem, aliud etiam potentiam prædicabit: nam in his omnibus diuina quædam virtus elucet, quæ ſuum opificem latere non ſinit. Auari certè ſuos theſauros intuentes, mirum in modum oblectantur. Mulieres corporis cultui multùm deditæ ſuas gemmas atque monilia ſpectantes, non mediocri gaudio afficiuntur. Agricola item, de meſſe diſſerens, ſuperioris moleſtiæ obliuiſcitur, nec modicam animo voluptatem capit. Nos contra, non modò nullum iucunditatis fructum percipimus de Deo cogitantes, ſed etiam præ tædio frontem contrahimus: & rerum cœleſtium ſpeculationem, quæ debuit eſſe religioſæ vitæ moleſtiarum remedium, inter grauiſſimos labores computamus. Eheu, qoæ tanti cauſa diſcriminis? Num igitur, nec ille theſaurus noſter eſt, nec gemma expetita, nec optata meſſis, ſed fingimus, & falsò illius amorem mentimur, cùm tamen terrenis potius inhiemus, atqoe hæc vna maxima noſtra cura ſit animo morem gerere & carni obſequi? Verùm hæc indignis, & negligentibus dicta ſint, & eis qui rei augendæ ſtudent, & ventri ſeruiunt: Nam officij memores, ac propoſiti tenaces viros, ſicut decet, ita ſeceſſus, ſilentium, atque alta quies oblectant, diuinarúmque rerum contemplatio cœlo inſerit.

Omnia Deũ prædicant.

VNVS.] Fuit autem vir ille, in cuius gratiam hæc ſcripſimus, *Vnus.* Sic enim habet vulgata editio. Vatabli autem, & pſeudomartyris Vermilij, qui legere malunt, *vir quidam*, authoritas nil me mouet. Origenes enim tot ſæculis antiquior, Non me latet, inquit, primo loco quod in aliquibus exemplaribus habetur, *erat vir quidam*, ſed in exemplaribus, quæ emendatiora probauimus, ita habetur, *erat vir vnus*: in quo nobis etiam Hebræi, qui contradicunt in cæteris, acquieſcunt.] Acquieſcit etiam S. Hieronymus cum Sancte Pagnino, & Bibliis regiis, in quibus triplex verſio Latina Hebraici contextus, 70. & Paraphraſis Chaldaicæ idem nomen retinent. Nec verò videtur commodius, aut verius explicari poſſe, cùm ipſa Hebraica dictio, qua item Chaldæus de more gentis ſuæ vtitur, nimirum אֶחָד Echad vnum ſignificet: vt teſtatur Reuchlinus libro primo de Rudimentis Hebraicis, & nonnullis etiam exemplis approbat. Ezechiel. 37. *Et rex vnus erit omnibus imperans: &, ſeruus meus Dauid rex ſuper eos, & Paſtor vnus erit omnium eorum.* His enim locis eadem vox eſt vſurpata. Accedit præterea Septuaginta interpretum authoritas, quos, opinor, linguæ ſuæ proprietatem apprimè, calluiſſe nemo dubitabit. At illi ad hunc modum interpretati ſunt: *καὶ ἐγένετο ἄνθρωπος εἷς, & erat vir vnus.*

Orig. hom. de Elcana, Anna & Samuele.

Vnus & non quidam legi debet.

Reuchl. li. 1. Rudiment. Hebraicorum.

Iam verò, *vnum* eſſe quid ſit, quod attinet ad vim vocabuli, ſic explicat S. Iſidorus. Vnus, inquit, ex multis: vnicus ſolus eſt. Solus itaque vnus numeratur: vnicus citra numerum finitur. Inter ſolum, & vnum etiam hoc eſſe diſcrimen ſtatuit: quòd vnus ad numerum pertineat: ſolus è multis intelligatur. Verùm eſt aliud, opinor, quoddam vnum, qood ad numerum non pertinet, ſed cum ente reciprocatur; cui, ex Philoſophorum ſententia, præter ſimplicem ipſius conceptionem ſeu formulam, addit indiuiſionis rationem. Plinius lib. 9. naturalis hiſtoriæ de vnionibus ſcribens, Nulli duo, inquit, reperiuntur indiſcreti. Vnde vnionum nomen margaritis Romanæ impoſuere deliciæ. Et Solinus eius abbreuiator, Quia nunquam, inquit, duo ſimul (in eadem concha) reperiuntur, inde vnionibus nomen datum. Hæc illi: qui mihi videntur vnitatis vim geminam in explicanda etymologia expreſſiſſe. Parit namqoe vnitas, vt Philoſophi docent, indiſtinctionem in ſe, & à quouis alio diſtinctionem.

S. Iſidorus lib. differentiarum littera V. nom. 584. & 585.

Vnus, vnicus, ſolus quantũ inter ſe differant.

Plin. lib. 9. natur. hiſt.

Solinus.

Vnum quid ſit.

An verè homo vnus dici poſſit.

VNITAS communis quædam entis paſſio eſt, quæ ad omnes naturæ iure pertinet. Quamobrem non immeritò quærendum videtur, vt ait S. Gregorius, cur dicatur *vir vnus*: Nam ſi vnitas hæc referatur ad numerum, ſuperfluum apparet: vnuſquiſque enim vnus, & non duo eſt. Ad hunc modum S. Gregor. Non defuerunt tamen, qui hominem vnum eſſe, aut dici poſſe negarent: atque hi tribus potiſſimùm argumentis nituntur. Primum eſt, quod hæc ſit diuini numinis prærogatiua. Alterum, quod mores hominis perpetua quadam viciſſitudine mutentur: quare & *τρόποι* dicti ſunt. Tertium, quod contrariis ſæpe votis ſecum diſſideat.

S. Gregor. in 1 lib. reg. in hunc locum.

Triplici ratione non videtur homo vnus dici poſſe.

Digitized by Google

1 Solus Deus vnus eſt.

Nam quod ad primum attinet, hanc fuiſſe veterum ſententiam, vt Deus tantum *vnus* haberetur, cætera multitudine conſtarent, antiquiſſima Deum ſalutandi formula, qua ab initio vſi ſunt, ſatis teſtatur. Quoties enim ad Deum accederent, ſic olim præfari ſolebant, εἶ ἕν, *vnum es*. Sed & Apollo ita dictus eſt, voce nimirum multitudinem negante, quoniam pro Deo eſt habitus. Ieius item quod vnicum ſonat, ſiue ſolum. Phœbus præterea, quia hoc vocabulo antiqui omnia caſta, & pura deſignauerunt: ſicut, ni fallor, ait Plutarchus, etiã hodie Theſſali ſacerdotes ne faſtis diebus priuatim, & extra templa degentes, Phœbonemiſtæ, id eſt, luſtrari dicunt. Quod autem vnum eſt, idem quoque ſyncerum, ac concretionis expers ſit neceſſe eſt. Alterius quippe cum altero confuſione, res contaminantur. Quo pacto Homerus ait, puniceo colore ebur inquinari, cùm tinctum dicere vellet, colore mixto res infici, compoſitionem corruptelam nominans. Ergo vnum eſſe, neque cum alio contemperari, ſoli Deo conceſſum eſt; inquit Plutarchus. Vnuſquiſque autem noſtrum congeries quædam eſt, ex infinitis diuerſiſſimiſque affectionibus commixta, quomodo ex omnis generis hominibus ſolennes cœtus conflantur. Hactenus Plutarchus. Cui addere poſſis, Deum quoque vniuſmodi, ac ſimplicem, nec vllius permiſtionis capacem in Scholis noſtris prædicari, qualem etiam Scripturæ ſanctæ perhibent: ſic enim ſcriptum eſt, *Audi Iſraël Deus tuus Deus vnus eſt*. Et iterum Dominus in Euangelio docet: *Ego, & Pater vnum ſumus*. Et alibi: *Tres ſunt qui teſtimonium dant in cœlo Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus: & hi tres vnum ſunt.* quibus teſtimoniis, vt reor, omnis dubitandi anſa præciditur. Nam ſi compoſitio vlla in Deo admittenda foret, perſonarum illa eſſe debuit: tres enim illas eſſe dicimus: verùm tres illas, non tria, ſed vnum eſſe comperimus. Ergo multò magis, ſi perfectiſſimam illam naturam vna velut perſona contineri intuebimur, quemadmodum Philoſophi feciſſe videntur, ſimpliciſſima apparebit. Cùm itaque Deus vnus ſit, nec alteri præterea ex propriæ naturæ qualitate idem conueniat, non poterit Elcana, quemadmodum antea legimus, *vir vnus* appellari. Verùm, opinor, non intelligunt, qui ſic autumant, *ille vnus*, quem ſolum admittere volunt, quot modis ad nos pertineat. Pythagoras verò apud S. Iuſtinum, in ſermone exhortatorio ad gentes, paucis verbis explicat. Deus vnus eſt, inquit, non vt quidam ſuſpicantur, extra opus à ſe ornatum ac diſpoſitum, ſed in ſeipſo totus in orbe toto, inſpectans quæ gignuntur, cùm ſit temperamentum cunctorum temporum, opifex potentiarum operúmque ſuorum, omnium principium, vnum luminare in cœlo, pater omnium, vniuerſorum mens & animatio, circulorum motus omnium. Hæc Pythagoras. Quod ſi Deus rerum omnium fons & origo eſt, & ipſe eſt in omnibus, profectò vnitas vlli rei deeſſe non poterit: quod priuatim de anima probat Ficinus, argumento ſuo in Io

Plutarch. l. de inſcript. Ei.

Homerus Iliad. δ. 141

Refert S. Iuſtinus in exhort. ad gentes.

Deus quomodo dicatur vnus.

Cum Deus ſit in omnibus nulli rei vnitas deeſſe poterit.

Ficinus in Io Platonis.

A Platonis, ex eiuſdem Philoſophi ſententia. Vt enim, inquit, ab ipſo vno, quod omnium principium eſt, producitur, vnitatem quandam ſortita eſt, quæ omnem eſſentiam eius, vires, actionéſque vnit: à qua, & ad quam, ita cætera, quæ in anima ſunt, ſe habent, ſicut à centro, & ad centrum circuli lineæ. Vnit verò, non modò animæ partes inuicem, & ad totam animam, ſed animam totam ad ipſum vnum, rerum omnium cauſam. Nec anima duntaxat, verumetiam corpora vnitate conſtant. Nam vnitate partium ſuarum cuncta conſeruantur, diſperſione pereunt. Quod in humoribus noſtrorum corporum, & mundi elementis intueri licet: quorum concordia, vt olim Empedocles dixit, & mundus hic, & noſtrum corpus ſubſiſtit, diſcordia

B diſſipatur. Addam poſtremò ex Philone, vnitatem, primæ cauſæ ſeu omnium authoris eſſe imaginem. Quis igitur illam neget in eiuſdem operibus, cùm effectus omnis ſecundum quandam analogiam ſuæ cauſæ proprietatem repræſentet? Præ cæteris autem omnibus verè Archetypi illius homo imago ac ſimilitudo eſt. quamobrẽ verè dicitur Deus *vnus* in ratione prototypi: ita & homo quatenus imago eſt, verè dicitur *vnus*, & Elcana *vir vnus*.

Diuina vnitatis homo quadam imago eſt.

Quare homo multiplex ab antiquis habitus, & erroris confutatio.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

C QVI ſit igitur, inſtat Plutarchus, vt toties in ſingulos dies immuremur? Enimuero ſi vnum quippiam naſceremur, quomodo nunc aliis rebus gauderemus, gauiſi ante diuerſis? contraria diligeremus, odio haberemus, miraremur, vituperaremus: aliter loqueremur, afficeremur, non formam, non figuram, non ſenſum priſtinum retinentes? Nam neque abſque mutatione probabile eſt iſtam diuerſitatem oriri, neque qui mutetur, eundem permanere, ac proinde ne vnum quidem eſſe. Deinde apud Xenophontem Araſpas, interrogatus à Cyro, num poteris deſerere pulchram Pantheam, cuius ille ſcilicet inhoneſto amore flagrabat: Duos, inquit, Cyre, dilucidè animos habeo. Non enim qui vnus ſit, ſimul & bonus eſt, & malus, neque ſimul & honeſtorum, & turpium amore ca-

D pitur, atque hæc ſimul vult agere, & non vult: ſed perſpicuum eſt animos eſſe duos: quando bonus dominetur, res agit honeſtas, quando autem improbus, res turpes aggreditur. Nunc verò quia te ſocium cœpit, bonus animus dominatur, & id admodum quidem.] Audis hominem virtutis ſtudio cum improbo amore conflictantem, tantam in ſe vno voluntatis ſecum pugnantis ſeditionem experiri, vt iam non ſe vnum eſſe, ſed duos in ſe animos recepiſſe, nec id viciſſitudine quadam, vt Plutarchus, ſed ſimul deprehendiſſe putet? Nec id huic vni viſum aliquando fuiſſe credendum eſt, quinetiam plures ex antiquis, cùm primùm quidem Chriſti fidem

Plutarchus de Inſcript. Ei.

Obiectio ex Plutarcho ab inconſtãtia voluntatis.

Xenophon Cyropæd. l. 6.

Alia obiectio à repugnantia & contrarietate affectuũ.

professi eſſent, deinde in cæcos errorum labyrinthos prolaberentur, non modò diuerſum peccati fomitem ab inſito virtutis amore agnouerunt, ſed etiam plures, eáſque diuerſas animas in vno homine ſtatuerunt: quorum quidem principes Valentinus, & Baſilides, vt Clemens Alexand. author eſt, extiterunt. Baſilidis namque ſectatores, vt idem refert, vitia, & animi perturbationes conſueuerant vocare Προσαρτήματα, hoc eſt appendices, & ea eſſe quoſdam in eſſentia ſpiritus appenſos animæ ratione præditæ, per quandam perturbationem & confuſionem principalem docebant. Sed & alias rurſus tradebant ſpirituum adulterinas, & diuerſi generis naturas iiſdem adnaſci, vt puta lupi, ſimiæ, vrſi: quorum proprietates, quæ viſione in anima apprehenduntur, animæ cupiditates dicunt animantibus aſſimilare. Quarum enim ferunt proprietates, earum opera factáque imitantur. Nec verò ſolùm cum rationis expertium animantium appetitionibus, & viſionibus coniunctionem ineunt, & familiaritatem: ſed etiam plantarum motus, & pulchritudinem ex eorundem ſententia æmulantur; propterea quòd plantarum quoque ferant proprias appendices. Hæc Clemens, ex quibus concludit: Ego equi Durij, vt eſt in fabulis, ſimilitudinem quandam gerit ſpeciémque homo, qui tantum ſpirituum exercitum vtero geſtat. Valentinus tamen, alter eiuſdem ſectæ princeps, diuerſorio ſimilem dicere maluit, quòd peregrini quidem cæteri, & à ſalute hominis auerſi ſpiritus viderentur: at vnus quidam eorum præ cæteris, ſedem animæ præcipuam cor expurgaret, ac diuina luce perfunderet. Nam eſt vnus bonus, inquit, cuius fiducia eſt ea, quæ fit per filium manifeſtatio, & per eum ſolum cor poteſt fieri mundum, ex corde extruſo omni maligno ſpiritu. Multi enim in eo habitantes ſpiritus id mundum eſſe non ſinunt. Vnuſquiſque enim eorum propria efficit opera, ſæpe non conuenientibus inſultans cupiditatibus. Quaptopter mihi quidem videtur cor non eſſe abſimile diuerſorio. Illud enim perforatur, & effoditur, & ſtercore ſæpe repletur, cùm homines ſe petulanter gerant, & locum non omnino curent, vt qui ſit alienus. Eodem modo cor quoque, cùm, quamdiu eius nulla cura geritur, ſit immundum, & multorum dæmonum habitaculum. Poſtquam autem id inuiſerit, qui ſolus eſt bonus pater, ſanctificatum eſt, & luce reſplendet: & ſic, qui tali corde eſt præditus, beatur, quoniam Deum videbit. Hactenus Valentinus. Quoniam verò ex eo regno appendicum ſequi videbatur, vt vis afferretur animæ, & libertas voluntati eriperetur, idcircò Baſilidis polypſychen Iſidorus eius filius cum libero arbitrio conciliare ſtuduit, & errorem paternum omni modo confirmare. quibus argumentis, ſtatim ex ipſo audies, etenim de ea re non pauca diſſeruit. In eo libro, quem ſcripſit de adnata anima, de quo hæc quæ ſequuntur Clemens delibauit. Si enim, inquit, alicui perſuaſeris non eſſe animam vnius partis, (ſiue naturæ) vi autem appendicum fieri ea quæ ſunt deteriorum vitia, ac perturbationes, non leuem prætextum habebunt homines ſcelerati dicendi, coactus ſum, abductus ſum, coactus feci, non volens operatus ſum, cùm ipſe fuerit dux malorum cupiditatis, & cùm appendicum violentia non depugnarit. Oportet autem, cùm parte ratiocinatiua facti ſimus ſuperiores, minorem quæ eſt in nobis creaturam non videri ſuperare. Huc vſque Iſidorus. Sed mihi iam ſatis ſupérque ſcripſiſſe videor de variis opinionibus hominum, nunc denique rationibus ſubductis ſummam conficiamus. Cenſet igitur Plutarchus, frequenti mutatione hominem alterum fieri, ad eum ferè modum, quo Clemens Alexandr. bombycem innouari deſcribit. Bombix, inquit, primùm vermis, deinde aſpera: ex eo naſcitur eruca: poſt quam in tertia metamorphoſi innouatur papilio, quem nonnulli Græci appellant νεκύδαλον, ex quo longum ſtamen ducitur. Araſpas autem, ſiue potius Xenophon hominem duplici anima conſtare docet, altera generoſa, vili atque improba altera, quomodo fortè videmus Caſtores, ſeu fibros, & alias ancipites beſtias, ſeu amphibia animalia, partim quidem cum piſcibus, partim etiam cum terreſtribus corporis ſubſtantia, & viuendi ritu conuenire. Caſtoras egregiè deſcribit Olaus Mag. in hiſt. regionum Septent. De hyænis hæc habet Plinius lib. 8. naturalis hiſt. Hyænis vtrámque eſſe naturam, & alternis annis eſſe mares, alternis fœminas fieri. Auſus eſt etiam Venetus Platonem ſtolidóſque, vt ait Strabus, Iudæos ſecutus, hominem vtróque ſexu ab initio creatum mentiri. Tametſi dudum S. Auguſtinus lib. 3. de Geneſi ad litteram, eum errorem exploſerat. At Baſilides vnam quidem animam hominem habere dixit, verùm ex commercio aliarum rerum, quibus vtitur, alias plures inſeri, atque adhæreſcere, velut appendices: haud ſecus quàm teredines ligno, inteſtinis lumbrici, reliquo corpori pedes agnaſci ſolent. Poſtremò Valentinus, ſi quid forte diuerſam eius ſententiam à Baſilidis opinione credimus, hoc ſentire videtur: præter appendices, plures ſolidos ſpiritus vnum hominem incolere, non alia ratione forſitan, quàm qua pinnophilax ſimul cum pinna eandem concham ſubire ſolet, aut fœtus matris aluum occupat, vel etiam dæmones energumenos obtinent, aut Pythones eos, qui de ventre loquuntur.

Hæc omnia tametſi, rem quaſi per tranſennam ſpectantibus, nonnullis probabilibus coniecturis niti videantur, à veritate tamen toto cœlo aberrant. Nam quod afferunt hominem perpetua viciſſitudine mutari, nihil moror: facile eſt enim eiuſmodi argumentum multarum rerum collatione refelli. Vidiſtine vnquam, Philo ait, columbæ ceruicem ſolaribus radiis expoſitam quàm multis modis colores variet? puniceum, ceruleum, igneum, & carbunculi ſpeciem referentem, pallentem item rubentémque, & alios omnigenos,

Marginal notes: Clemens Alex. 2. Stromaton. — *Baſilidis Προσαρτήματα ſiue Appendices.* — *Peccatoris cor ſimile eſt diuerſorio.* — *Appendices non pugnãt cum arbitrij libertate.* — Clemens Alex. pædag. lib. 2. — *Quot modis ab antiquis homo multiplex eſt habitus.* — Plinius l. 8. natural. hiſt. c. 29. — Georg. Venetus tom. 1. problem. probl. 29. — S. Auguſt. l. 3. de Gen. ad litteram c. 22. — *Confutatio præcedentium opinionum.* — Philo lib. de temulentia.

quorum ne vocabula quidem memorare ſit facile? Apud Scytharum gentem, quam Gelonos vocant, fertur mirandum animal, rarò quidem, naſci tamen, Tarandum nomine, magnitudine bouis, facie verò ceruo quàm ſimillimum. De hoc narrant, pilum eius omnia propinqua, ſiue arbores, ſiue alia, colore imitari, & per eam ſimilitudinem fallere in quemcunque inciderit, atque ita magis quàm viribus periculum à venatoribus imminens euadere. Polypum ibidem cum Chamæleonte deſcribit, quemadmodum & Tertullianus libro de pallio, qui de pauo etiam hæc addit. Pauo pluma veſtis, & quidem de cataclitis; imò omni conchylio depreſſior, qua colla florent, & omni patagio inauratior, qua terga fulgent; & omni ſyrmate ſolutior, qua caudæ iacent, multicolor, & diſcolor, & verſicolor, nunquam ipſa, ſemper alia, & ſi ſemper ipſa quando alia, totiens denique mutanda quoties mouenda. Hactenus illi. Quod ſi tu pauum, tarandum, aut columbam toties alia fieri velis quoties colore immotentur, cùm pro ſitus, aut obiecti conditione, vel etiam prout diuerſa ratione ſolis radios excipiunt, ambiguo colore mutent, nec ſimiles è diuerſa regione ſpectantibus appareant, ne eodem quidem tempore eadem pluribus eſſe potuerunt; cùm tamen, ſi ea plumâ, aut villis nudaueris, vniuſmodi animalia eſſe reperias: verùm enimuero ea quæ accidunt, ab iis diſtinguenda ſunt, quibus accidere ſolent. Plura namque poſſunt vni accidere: at quod multitudinem fulcit, ac ſuſtinet, vnum ſit neceſſe eſt. Multa namque non aliter quàm vnius cuiuſpiam ſinu, ac gremio contineri poſſunt. Multitudo autem, ſeu numerus tribus modis rei cuipiam tribui poteſt: aut in recto, idque vel ſingulari, vel plurali: aut certè in obliquo. In recto plurali multa ea dicuntur, quæ tametſi eandem naturam communem obtinent, perſona tamen, ſiue numero differunt, vt multi homines. In ſingulari, illud quod & numero vnum eſt, & vna certa ſpecie continetur: quod tamen ſi in partes diuidi contingat, ſingulæ partes ſpeciei ſuæ numeros explent, vt multus aër, multa aqua. At in obliquo multitudo duntaxat tribuitur ob ea, quæ accidunt, ſiue illa id, quod vnum reipſa eſt, aliunde inuecta patiatur, ſiue ex ſe promat: quæ tametſi varios vultus, & aliam atque aliam formam, in rem inducere videantur, nunquam tamen vt multiplex, aut ſit, aut dici poſſit, efficiunt: ſed tantùm vt plura habere dicatur. Quæ porrò habentur ea non mutant, quin potius, ex eo quod habentur, ſtabile eſſe, & conſtans id quod habet, conficiunt: haberi enim niſi à permanente nequeunt, ſed omnia confeſtim ruerent, & ſoluta vnitate ſpargerentur. Quæ ratio, non vni tantùm Plutarcho, ſed etiam Araſpæ, Baſilidi, atque Valentino abundè ſatisfacit. Neque enim illa Baſilidis proſartemata, aut etiam Valentini pneumata aliud ſunt, quàm accidentia, quæ anima ex ſe fundit, occaſione eorum, quibus ad peccandum allicitur: aut certè extrinſecus tantùm, cum iis quæ ſunt foris, vrgere, non autem in anima inhærere credenda ſunt. Araſpæ autem

Tarandus animal.

Tertullianus lib. de pallio.
Pauus à Tertulliano deſcribitur.

Accidentia à ſubiectis diſtinguenda ſunt.

Multitudo tribus modis rei cuipiam tribuitur.

A improbus ille animus, qui à ratione deficiebat, eadem ipſa fuit inferioris animæ vitioſitas, cui cum virtute non admodum conuenit, niſi cùm ab ipſa mente, cui regnum totius animi à natura tributum eſt, freno & calcaribus ſubigitur. Manet igitur hominem, ſi naturam ſpectes, reuera vnum eſſe, nec id Samuëlem ſcribere magnopere attinuit, cùm ad hiſtoriam non magis pertineat, quàm ſi cor, aut caput habuiſſe feratur, ſine quibus nemo homo intelligi poteſt.

Homo natura vnus eſt, vitiis multiplex.

Quamobrem Elcana vnus dictus eſt, & quòd vir iuſtus vnus ſit.

B Qvorsvm igitur hæc ſpectat oratio? Nam abſque conſilio, & ratione id ab eo factum ſuſpicari non licet. Neque verò, vt benè ratiocinatur S. Gregorius, eundem Samuëlem, a quo hæc litteris mandata ſunt, à conſuetudine ſcripturarum temerè diſcedere voluiſſe putandum eſt: non enim reliqui ſacri ſcriptores ſuas hiſtorias pariter ordiri ſolent: ſed cùm alter quiſpiam Sanctiſſ. Patriarchæ Iob atlanticos labores deſcriberet, ab his verbis ſcribendi fecit initium, *Vir erat in terra Hus*. Et Lucas item Euangeliſta, *Fuit in diebus Herodis Regis Sacerdos nomine Zacharias:* neuter autem ſcripſit, *fuit vir vnus*, aut *ſacerdos vnus*. Quorſum igitur hæc ſpectat inuſitata locutio? Reſponderi poſſe videtur, idcircò ita ſcriptum eſſe, vt is error, qui apud nonnullos Philoſophos de hominis

C origine malè ſentientes inueterauerat, hominem quiddam varium ac multiplex eſſe, non modò rationibus à natura petitis, ſed etiam Scripturæ authoritate tolleretur. Vel certè, quòd, cùm Elcana neque princeps, neque magiſtratus eſſet, vt Iob: neque ſacerdos, vt Zacharias, tanquam de priuato homine dictum ſit, *fuit vir vnus*. At verò S. Gregorius pro ſua conſuetudine eleganter, ac magnificè ad allegoriam tranſtulit. Samuël, inquit, quoniam non ſolùm ſcriptor, verumetiam Propheta erat, idcircò ad Chriſtum retulit. Dicat ergo *fuit vir vnus*: quia de Deo homine loquebatur, vt Deitatem & humanitatem eius aſſereret, & non aliã ſuſcipientis Verbi & ſuſcepti hominis perſonam, ſed Dei & hominis vnam eandémque eſſe apertius demonſtraret: quæ tamen vnitas ad excellentiam dignitatis eius referri con-

D uenienter poteſt. Nam etſi redemptorem alium Eccleſia ſancta non habuit, ex virtutis oſtenſione viros nonnullos habuit. Dum ergo *vnus* dicitur, incomparabilis demonſtratur. Igitur vnica illa dictione duo maxima myſteria doceri interpretatur, nimirum Dei & hominis vnicam in Chriſto eſſe perſonam, eiuſdémque præ cæteris ſingularem eminentiam.

Origenes autem, eum ſenſum, qui ad mores ſpectat, perſcrutatus, cenſet eadem dictione viri iuſtitiam exponi. Vide, ait, ſi non hoc ipſum pertinet ad laudem iuſti. Nos qui adhuc peccatores ſumus, non poſſumus ad iſtum laudis titulum aſpirare: quia vnuſquiſque noſtrûm

S. Gregor.
Quàobrem Elcana contra morem Scripturæ vnus dictus eſt.

1. Ratio vt error multiplicis animæ tolleretur.

2. Quod homo priuatus eſſet.

S. Gregorius in 1. Reg. in hūc locum.

3. Ad ſignificandam in Chriſto perſonæ vnitatem.

4. Ad prædicandam vnius redemptoris ſingularem prærogatiuam.

Origenes hom. de Elcane, Anne, & in 1. cap. Reg.
5. Ad demonſtrandam Elcanæ iuſtitiam.

non eſt *vnus*, ſed multi. Quod probat duplici argumento. Primùm inconſtantiæ, & leuitatis humanæ: nam *ſtultus*, teſte Scriptura, *vt Luna mutatur*; modò mœſtus, modò hilaris, Chamæleonti ſimilis, & vndæ, quæ varios vultus refert pro obiecti gratia. Nam quis vnum eundémque eſſe dicat, quem ſæpe ſui diſſimilem videt? Similitudo enim, æqualitáſque votorum quodammodò vnum faciunt: contrà inæquabilis diſſimilitudo plures. Sunt enim illa, vt Philoſophis placuit, modi vnius: hæc verò multitudinis. Exemplum ſubiiciam, quo res ipſa magis ac magis eluceſcat. Scriptorem legi, qui traderet fuiſſe nuper in Anglia nouæ religionis Miniſtrum, qui, quò rem augeret commodius, & eloquentiæ ſuæ emolumenta plura perciperet, tribus in Synagogis vno tempore mereretur. Duæ illarum ex Caluini propagine ortæ cenſebantur, tertiam ſibi Lutherus author vendicabat. Nam Caluini ſecta cùm in plures, tum maximè in duas factiones in Angliа degenerauit. Harum altera Formaliſtarum eſt: altera Puritanos continet, Formaliſtis infeſtiſſimos. Ergo hoc triplici capite, vt alter Cerberus, homo ad omnem fidem natus, nam à ſyncera tantùm abhorrebat, quam cane peius & angue vitandam prædicant, qui liberè loquûtur in Anglia: regnabat, diteſcebat, triumphabat. Ille namque die Dominica, quo tempore ſolent prædicantes ad verborum pugnas procedere, poſtquam primo mane (nam ita conuenerat cum Puritanis) in eorundem Synagoga, ieiuna adhuc anima, iracundam concionem in Formaliſtas expuiſſet, ad conuentum Formaliſtarum ad horam fermè vndecimam, incaleſcente iam die, incaleſcente vena properabat. Illîc, eadem illa quidem, quæ manè effuderat, repetebat, verùm addita negatione, quæ præcedentem accuſationem in Puritanos retorqueret: cæterùm alia prorſus facundia, vt aſſolet, tantâque animi commotione, vt nihil ſupra. Scilicet iam commota bilis erat, & nonnihil etiam confirmata per exercitium memoria. Verùm illa referre, quæ vir ille catus confidens aſſereret, vt puta arcanorum myſteriorum conſcius, fortaſſis noſtros offenderet, cùm alioqui ſcriptum ſit: Nolite irritare crabrones. At ecce continuò poſt dixi, & Calliopius recenſui, & extremum illud plaudite, maturabat elato animo propter recentem victoriam, aliam rurſus maiorem ſibi pollicens aduerſus vtróſque Puritanos, & Formaliſtas in caſtris Lutheranorum. Quo cùm ipſe tandem aliquando perueniſſet, mirum quas tragœdias excitabat, quas ſtrages edebat, quæ fulmina iaciebat: fulgurabat, tonabat, vt olim de Pericle intonuit Ariſtophanes, & miſeros Caluiniſtas permiſcebat. Ibi tum ne Miniſtris quidem parcebat, quos, vt amphibia animalia, & ambiguæ fidei portenta lacerabat. Nunc igitur amabo te, vt tandem ad propoſitum reuertamur, num putas hunc, qui ſic vapulabat à ſeipſo Soſiam, vt eſt apud Plautum, non fuiſſe alterum ſe? Singulare, mea quidem ſententia, non inconſtantiæ modò, verumetiam Miniſtricæ fidei ſpecimen edidit, omnibus ſæculis memorandum.

Multiplicis ingenij ac fidei ſingulare exemplum.

Plautus in emphi.

Sed de prima ratione hactenus. Altera eſt, quòd tametſi virtutis ſtudium, ac voluntatem ſuſcepto, ac propoſito conſilio in animis noſtris defixerimus, adhuc tamen pars noſtri media diſſentit. Nam *legi mentis membrorum lex repugnat*, ait Apoſtolus: cuius infelicitatis imaginem Xenophon in Araſpa ſuo, & Baſilides, atque Valentinus in proſartematibus non obſcurè adumbrarunt. Quorum commentis vti, tanquam Æſopicis fabulis, quò euidentius his, qui nihil, niſi quod ſenſu percipitur, intelligunt, Cadmeam illam aciem cupiditatum noſtrarum ante oculos ſtatuas, quæ viperæ lingua, non dentibus olim proſeminata, cum ratione inteſtinum atque inexpiabile bellum gerit, nil vetat. At contrà vir iuſtus *vnus* eſt, primùm quidem ſibi, nam concupiſcentiam edomuit, & eundem ſeruare fortunæ vultum didicit: deinde etiam cum illis, quos S. Lucas ſcripſit, vnà omnes *cor vnum*, *animámque vnam* habuiſſe: cum his namque artiſſimo quodam Charitatis vinculo deuinctus eſt: poſtremò etiam cum Deo, cuius maximè ſimilitudinem refert. Nam de eodem dicitur Deuteron. cap. 5. *Audi Iſraël Deus tuus vnus eſt.* Vnus autem, non numero, etenim ſupra omnem numerum eſſe credendus eſt. Sed præcipuè, quia nunquam à ſemetipſo alter efficitur, hoc eſt nunquam mutatur, nunquam in aliud vertitur: quod iterum Dauid in Pſal. aſſeuerat dicens, *Tu idem ipſe es*: ſed & idem de ſeipſo affirmat prædicans, *Ego Deus, & non mutor.* Præclaram hanc Origenis interpretationem S. quoque Gregorius amplectitur, ait enim: Perfectio igitur viri in præconio ponitur vnitatis, vt qui ſæculum potenter deſpicit, mentem non diuidat, ſolis ſupernis inhiis, ad ea tantùm quæ de viſione conditoris ſunt, æterna gaudia ſuſpiret. Talis profectò erat, qui Deo confitens ait: *Quid mihi reſtat in cælo, & à te quid volui ſuper terram?* Et paulò pòſt, Pro hac, inquit, vnitate obtinenda veritas docens ait: *Qui non renuntiauerit omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.* Quæ etiam noſtra ſunt: quia hi qui abrenunciantes ſæculo, remotioris vitæ ſecretum petiuimus, monachi vocamur. Μόνος quidem Græcè, Latinè autem vnus dicitur. Hoc quippe titulo appellationis inſcribimur, vt vox nominis noſtri nobis inſinuet altitudinem dignitatis: & animus noſter tanto ardentius ad conditoris viſionem ſe erigat, quanto ſublimitatem claritatis, in qua ſemper debet conſiſtere, quaſi prælatam portat. Hæc S. Gregorius. Porrò talem eſſe, id eſt vnum cum Deo, non modò virtus eſt præcipua: ſed etiam omnibus numeris abſoluta felicitas. quam vt adipiſci tandem aliquando poſſimus, non tantùm ſinguli per ſe, ſed ſimul omnes *vnum* eſſe debemus. Hoc Charitas imperat, hoc Deus iubet, hoc Chriſtus optat: pro quo etiam morti proximus votum Deo Patri nuncupauit Ioan. 17. *Pater Sancte, cuſtodi eos in nomine tuo, quos mihi dediſti: vt ſint vnum, ſicut & nos.* Et rurſus: *Nec pro iſtis ſolis rogo, ſed etiam pro credentibus per ſermonem iſtorum in me: vt omnes vnum ſint, ſicut tu pater in me: & ego in te, vt & ipſi vnum in nobis ſint, & mundus credat quia tu me miſiſti.*

2. Ratio negantium hominem eſſe vnum.

Ibidem Origen. in c. 1 Reg. 1.
Vir iuſtus quot modis vnus eſt

Deus quomodo vnus.

S Gregorius in c. 1. Reg.
Vnitas præcipue ad religioſos pertinet.

Monachi unde dicti.

Oratio Chriſti ad Patrem vt nos vnum ſimus ille & pater vnum ſunt.

miſiſti. Et ego gloriam quam dediſti mihi dedi eis; A *vt ſint vnum, ſicut & nos vnum ſumus. Ego in ipſis, & tu in me: vt ſint perfecti in vnum: vt mundus cognoſcat quia tu me miſiſti.* Hoc qua ratione fieri poſſit, vt & nos *vnum* cum ipſo, & inter nos quoque *vnum* ſimus, copioſè explicat S. Cyrillus Alexand. theſauri ſui lib. 3. cap. 1. Ineffabiliter, inquit, ipſe ex patre eſt, & naturaliter vnum cum ipſo, non ſicuti nos gratia & participatione; veluti ferrum cùm ignitum fuerit, & ignis participatione. Et iterum, Non natura, inquit, noſtra omiſſa, ad Dei naturam mutamur: ſed vnum eſſe cum Den dicimur, quia participes eius ſumus. *In hoc*, inquit Ioannes, *cognoſcimus quia in ipſo manemus, & ipſe in* B *nobis: quia ex Spiritu ſuo dedit nobis.* Idem Ioannes alibi ſcribit: *Quicumque confitebitur quia Ieſus eſt Filius Dei, Deus in ipſo manet, & ipſe in Deo.* Non eſt ambiguum igitur homines gratia & dono vnum eſſe cum Deo: & propter fidem & confeſſionem huiuſmodi, donum hoc diuinitus accipere. Et iterum Cyrillus fidei & charitati illam vnionem tribuit. At enim, inquit, ſi quis naturalem coniunctionem nobis cum filio Dei futuram arbitratur, vehementer errat, impoſſibilia fingens: nam ſi dicere voluiſſet, natura nos vnum cum filio fore, dixiſſet profectò, vt vnum ipſi mecum ſint, quemadmodum ego tecum: nunc verò non ita dicit, ſed plurali numero vtitur, *Vt ſicut ego* C *& tu vnum ſumus, ſic & ipſi vnum in nobis ſint.* Ita clarè docet, non natura cum Deo nos coniungi, quod impoſſibile eſt: ſed poſſe fide & charitate, quum ad exemplar vnitatis naturalis Patris & filij nitimur, vnum vnitate voluntatum fieri, quod ipſi & Patri naturæ ineſt vnitate. Deinde pluribus explicat, quomodo Chriſtus Dominus Patrem, ſéque nobis in exemplum vnitatis proponat, & ad inuitandum ſtudioſè cohortetur: quod non aliter quàm voluntatum conſenſione, atque concordia fieri poſſe docet. Illud verò quod à Domino præterea dictum eſt, *Vt in nobis vnum ſint.* Sic interpretatur, vt intelligat in nomine, virtutéque Patris & filij admirabilem illum tanquam animorum concêtum, ſiue συμπνοίαν, conſpirationémve fieri & conciliari. Itaque ex Sancti Cyrilli ſententia, nos vnum cum Deo fieri, non eſt aliud, quam eiuſdem maximo benefi- D cio in illum credere, & diuina quadam charitate copulari. Nos autem inter nos pariter vnum eſſe, idem ſentire eſt, idem velle, quod ſine eiuſdem gratia obtineri nequit.

S. Cyrillus Alex. theſauri lib. 3. cap. 1.

Qualis vnitas in nobis ſit comparatione diuinæ vnitatis S. Cyrillus abundè explicat.

* *Summa dictorum S. Cyrilli.*

De triplici ratione vnitatis cum Deo.

TAMETSI verò quæ hactenus cũ ex Origene, tum ex S. Gregntio, maximè autem ex S. Cytillo in medium attulimus, ſatis eſſe videri poſſint, vt quis percipiat, quid ſit quod cum Deo nobis in vnitate conueniat, & qua ratione plures in vnum coaleſcamus, vel etiam nos ipſi vni ſumus: attamen in gratiam eorum, qui in rebus difficilibus explicandis diſciplinæ ordinem ſeruari volunt, rem totam à princi- A pio diligentiùs exequemur. Ac primùm quidem de illa, quæ nobis cum Deo intercedit, vnitate diſſeremus: ſecundum eam, de reliquis ſuo ordine dicturi. Eſt autem triplex ratio vnitatis, ſcilicet naturæ, æqualitatis, & ſimilitudinis, quemadmodum à Philoſophis accepimus; prima quæ dicitur naturæ, ad Categoriam ſubſtantiæ pertinet, dicta identitas. Hanc abſolutè S. Cyrillus negauit, neque prorſus admittenda eſt, quanquam vnio aliqua negari nõ poſſit: nam hæc iungit tantùm, illa etiam in aliud conuertit, quod ſperare nefas eſt; at ea quæ æqualitati tribuitur, ad quantitatẽ ſpectat, nec vnius generis eſt. Nã ea aut in Arithmetica pro- B portione poſita eſt, aut certe Geometrica. Geometricã protinus excludimus, non ſolùm quia Deus nulla quantitate circumſcribitur: ſed etiam quia finiti ad infinitum nulla proportio. *Excelſior cælo eſt, & quid facies? profundior inferno, & vnde cognoſces? longior terra menſura eius, & latior mari.* Non poterit igitur homo authori ſuo exæquari. Quanquam, vt verum fatear, ſi mentem à corporis contemplatione ad rerum ſpiritualium cogitationem traducamus, non erit nobis cum Deo proportio ſiue comparatio cuiuſmodicúnque deneganda: fundamentum enim noſtrum non vno loco ſe nominat: item lapidem augularem, murum etiam & antemurale Iſaiæ 26. horum verò nul- C lum ſine certa ac ſtabili ratione conſtat. Vnde & fabricandi ars neceſſariò inuenta eſt, quæ traderet fundandi extruendíque ſcientiam: cuius niſi præcepta ſapienter ac ſedulò ab architectis ſeruata fuerint, omnis extemplò molitio corruat neceſſe eſt. Quod ſi cùm paries leuiter attollendus eſt, cœmenta & lapides, quæ calce durantur, linea & perpendiculo indigent, quis putet humanam mentem cum diuina, hoc eſt, ima ſummis, abſque aliqua omni analogia cohærere poſſe? Sic igitur arbitror, quomodo in ædificiis altitudinis ad latitudinem, latitudinis ad longitudinem, ſingulorúmque membrorum ad vniuerſæ fabricæ ſpeciem, ratæ partis reſpõſus exigitur, quod operis Symmetria dicitur: ita ad ſpiritualis domus ædificationem, quæ lapidibus viuis extruitur, vt Beatus Petrus author eſt 1. c. 2. quendam velut animorum cum Deo cõmenſum pariter requiri, quem quia na- D tura largiri non poteſt, ſed totus ex Deo pẽdet, à quo gratia confertur, idcircò gratiã appellari. Itaq; homo poterit vel ex hac parte in vnum cũ Deo conuenire. Sed iam de Arithmetica etiam collatione rationes videamus, an vllo ſenſu admitti valeat. Deus certè vnus eſt. Verum. Sed non ab illa vnitate, quæ aliquoties repetita, numerũ conficiat: ſed quæ ſummã eius naturæ ſimplicitatem duntaxat denotet. Atqui Paſtorem ſe prædicat, aliàs etiam Magiſtrum, & Principem, Ducem exercitus. Paſtor autem abſque grege intelligi non poteſt, quemadmodum, nec ſine Schola Magiſter, aut ſine ciuitate Princeps, Dux-ve ſine exercitu: horum verò ſine numero nihil conflatur, qui numerus in ciuitate, non in ſolis ciuibus ſitus eſt: ſed ipſo etiam principe continetur. Exercitus non magis delecto milite quàm ipſo copiarum duce cẽ-

Triplex ratio vnitatis expenditur.

Vnitas quæ ab æqualitate petitur, examinatur.

Iob. c. 11.

Admittitur Geometrica proportio, & explicatur.

Item Arithmetica, & quo pacto.

ſetur. Vt igitut legiones vnà cum Imperatore ſuo vnum exercitum conſtituunt; vt multitudo ciuium ſimul cum principe vnam ciuitatem conficiunt: ſic nos qooque, ſi militiæ cœleſti nomen dederimus, aut in numerum ciuium cœleſtis Hieruſalem adſcribi curauerimus, vel etiam ei in diſciplinam nos tradiderimus, aliquid vnum cum Deo efficiemut. Ex quo, vt opinot, non ſetoel ait: *Qui vos audit, me audit; qui vos recipit, me recipit: qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.* Séque caput noſtrum, nos ſua membra affirmauit, quoniam quemadmodum plura membra connexa capiti corpus vnum componunt: eodem modo nos quoque cum Deo iuncti in vnum corpus myſticum compingimur, & coagmentamut: idque tam certum ex ſcripturis exploratúmque eſt, vt habere aliquid quæſtionis non videatur.

Vnitas etiã quæ in similitudine cõſiſtit, multis modis aſſeritur.

An verò etiam per ſimilitudinem ratio aliqua vnitatis cum Deo reperiri poſſit, vehementer ambigo. Cùm ſit enim Deos totus à natura perfectus, & omnibus ſuis numeris abſolutus, nullius qualitatis ornamento indiget, ſine qua tamen ſimilitudo intelligi nulla poteſt. Nihilominus ſi quos mores illi natura præſtat, nos, vtrúnque dabitur, actibus noſtris expreſſerimus, eatenus eidem ſimiles euademus. Quanquam enim nullæ hominum dotes, quas omnes ab illo hauſimus: nullæ actiones, quas inde omnes elicimus: licet illæ præſtantiſſimæ ſint, vllo genere, aut gradu cum diuinis virtutibus conoeniant, propter analogiam tamen eiſdem ſimiles feruotur. Quemadmodum enim ſtatua aliqua, hominis vultum referens, non idcirco non ſimilis ſuo prototypo dicitur, quod is qoidem homo ſit iodicio ac ratione præditus, hæc verò marmore conſtet: ita ne nos quidem Deo non ſimiles habebimut, quamuis natura diuerſi, ſi modò virtutibus abundemus, motéſque noſtros ad eius exemplum componamus. Scriptura certè iuſtos ac Sanctos non vno loco cum Deo confert: iudices etiam Elohim vocat, hoc eſt, Deos. Item miſericordes, & qui grauiſſimas iniurias voluntaria obliuione conterunt, ad Dei ſimilitudinem proximè accedere creduntur: quoniam ſcilicet ipſe quoque miſericors eſt, & in ingratos, & obtrectatores ſuos liberalis ac munificus eſſe perſeuerat. Præterea verò etiam animas, in quas Deus illabitur, cœleſti quodam ſplendore exornat, quo nihil eſt in rerum natura eidem ſimilius. Nam primùm quidem fidei penicillo ſeipſum quibus vult, tanquam in mentis tabula coloribus depingit: deinde gratia ſua, veluti cultu quodam regio animam conueſtit: tum charitate iſta voluntatem in ſe transfert, vt iam non hominis, non alia, ſed Dei propria eſſe videatur. Quid Spiritus ſancti dona commemorem? quid lucem Sapientiæ? quid ſcientiæ ſplendorem? quid pietatis decus præſtantiſſimum? quid denique eiuſdem io nobis reliqua beneficia, quæ diuinæ Maieſtatis radios non obſcurè repræſentãt? Ex his omnibus efficitur, & non temerè mihi perſuadeam eum, qui his moribus excultus ſit, meritò cum Deo vnum poſſe nominari.

Qua ratione cum aliis, & item nobiſcum vni eſſe poſſimus.

Vt nos in nobis ipſis vni eſſe poſſimus, quatuor cõditionibus opus eſt.

1\. At verò quo ad nos ſpectat, vnitatis rationem in nobis ipſis ſeruabimus, ſi quatuor conditiones, quæ id efficere poſſe videntur, ſtudeamus obſeruare. Primùm quidem vt omnium actionum noſtrarum, quas plures eſſe in hac tanta infirmitate neceſſe eſt, ſi perfectionis apicem conſcendere volumus, vnus ſit ſcopus, vnum propoſitum, nempe Deus. Neque enim qui ſit vnus, ſimul in diuerſa tendere poteſt, hoc ipſum docet Apoſtolus cùm ait: *Omnia in nomine Domini Ieſu facite.* Quod profectò nunquam præſtabunt, qui auaritiæ ſtudent, honores ambiunt, voluptates conſectantur: horum enim in ſe diuiſus eſt animus, & à ratione voluntas abhorret, libido etiam vnitatem dirimit, & à Deo diuellit.

2\. Deinde vna quoque intentio eſſe debet, quæ circa obiectum feratur. Nam ſunt plures, qui tametſi Deum præcipuè colendum exiſtiment, tamen in eo obſequio quod Deo exhibent, ſua commoda, dignitatem, gloriamve requirunt. Quoniam enim nihil ad parandam famam diuino cultu illuſtrius, nihil ad animi oblectationem efficacius rati ſunt, ideò conſtanter eum ſibi retinendum putant; at proculdubio ſi ſe penitius introſpexerint, ſuóſque affectus examinauerint, perſpicuè animaduertent, cùm philautiæ morbo laborent, ſe in diuerſas partes diſtrahi, nec poſſe ſecum indiuiduè conſiſtere. Neque enim ea eſt humanæ cupiditatis conſtantia, aot rerum quas appetit, vbertas & copia, vt vna aliqua te expleri poſſit, cùm nec ſimul quidem omnibus (ſi Deum excipias) exaturetur. Quo circa, ſi verè vnitatis deſiderio tenetur, *Abneget*, inquit Chriſtus, *ſemetipſum*, & eundem ſolum ſequatur: ſic enim tandem aliquando eam inueniet.

3\. Tertia conditio eſt, vt ordo quoque ſeruetur in actionibus, quandoquidem plura officia nos obire opus eſt, nec quaſi Angeli vnico voluntatis moto in hoc ſtadio ad calcem vſque decurrimus. Ea namque eſt vis ordinis, vt quæ ſuapte natura multa ſunt, vnum, ſi adhibeatur, efficiat. Nam quid cauſæ eſt, cur hominum multitudinem aut ciuitatem vnam, aut exercitum vnum dicamus? Ordo ſcilicet. Vides qoot ſunt illa, qoámque diuerſo petita loco & origine, quæ domum vnam vocamus? Solus ordo hoc præſtat: quem ſi in actionibus tuis ad vnum finem dirigendis religioſè tenueris, vnus homo cenſeris. Is talis autem arbitror eſſe deber, vt inferiores animæ vires ſuperioribus obediant, vt non temerè concupiſcentia frænos excutiat, aot voluntas rationi obnitatur: monet enim Apoſtolus, *Sit rationabile obſequium veſtrum.*

4\. Reſtat denique vt vnus & idem mo-

dus, formave noſtris omnibus ſtudiis & actionibus adſit. Quod breuiſſimè, diſſertiſſiméque Apoſtolus paucis his verbis complexus eſt: *Omnia veſtra in charitate fiant.* Poſtremò, cum aliis quoque vnitatis vinculo copulabimur, ſi nos fidelium cœtui, & ſchiſmatici facere ſolent, non ſubduxerimus: oportet enim, poſtquam Eccleſia viſibilis in terris apparet, ab ea non ſecedere: ſed eum ea coniungi, & numerum ouium explere. Perinde enim vt nemo eorum, qui extra Arcam degebant, quo tempore Deus Mundum ſubmerſit, naufragio ereptus eſt: ita nec quiſquam qui extra ſepta Sanctæ Matris Eccleſiæ vagetur & erret, poterit ab æternæ mortis periculo liberari. Ibi verò tum verè vnum cum cæteris erimus, ſi pariter ſentiamus, ſi omnes ex animo diligamus, ſi vnanimes vno ore Deum glorificemus.

Vnitas qui poſſit cum aliis obtineri.

De altera conditione vnitatis, & de eo quod de vnoquoque Sanctorum dicitur, Non eſt inuentus ſimiles illi.

TANDEM, quandoquidem vnitas, vt initio dicebamus, non modò ſubiectū quod afficit, indiuidoum præſtat, ſed etiam diſtinctum à quouis alio efficit, eius conditionis explicatio quam alibi Scriptura expoſuit, huc à nobis referetur. Sic autem illa ſe habet: *Non eſt inuentus ſimilis illi.* Cui illi? Cuiuis Sanctorum. Nam de quolibet Sancto Sancta Mater Eccleſia elogium illud Scripturæ, quod à Spiritu ſancto pluribus olim attributum eſt, vſurpat, nimirum ſimilem illi qui Dei legem pariter obſeruaret, inuentum non eſſe Etenim de Patriarcha Abraham illud habet Eccleſiaſticus cap. 44. de Ezechia Rege Iuda 4. Reg. cap. 18. de Ioſia eiuſdem libri cap. 23. Eccleſia verò nulli non Sanctorum præconium illud impertit, nec comparatione ſolùm (vt non nemo ſuſpicari poſſet) eiuſdem ætatis hominum: ſed etiam ſuperiorum, atque poſteriorum temporum.

Non horum modò, ſed quod ante fuerunt,
Aut ſunt, aut aliis erunt in annis,

inquit Catullus: vel ſi mauis illud Horatij de Cæſare.

Quo nihil maius, meliúſve terris
Fata donauere, bonique Diui:
Nec dabunt, quamuis redeant in aurum
Tempora priſcum.

Quod ſanè Scripturæ Elogium qua ratione ſatis commodè interpretari queam, non tam facilè inuenio: maximè cùm poſteriorum horum virtutem ad auitæ virtutis imitationem referat, velítque eos quàm ſimillimos Dauidi Regi demonſtrare. Niſi fortè dicimus Scripturam vulgi more locutam, quo ſolemus per exaggerationem ea, quæ nobis excellere videntur, reliquis omnibus anteferre, non abſolutè quidem: ſed iuxta illam conſuetudinem, qua ſuperlatiuo gradu vtimur inter plures: vel ſanè qua peritiſſimum aliquem, & ſingulari induſtria præditum in aliqua arte dicimus, non qui omnes vicerit; ſed qui ea polleat artis ſuæ ſcientia, quæ peritiſſimis quidem pluribus conuenit, in reliquis autem qui in eadem arte mediocriter ſunt verſati, inueniri non poſſit. Nam Scriptura, cùm in hominum gratiam ab hominibus, dictante Spiritu ſancto, exarata ſit, vt percipi poſſet, *hominis ſtylo* (vt Propheta ait) deſcribi oportuit. Quod ſi cui ea interpretatio minus probatur, quòd ea ratione diuinorum teſtimoniorum fides nonnihil eleuari, aut etiam labefactari videatur, ſtudeat aliam inueſtigare, ac primùm ſtatuat, illud epitheton *ſimilis* quid putet ſignificare, illomne qui omni genere virtutum conferendus ſit, quem parem dicimus, an qui vna aliqua ſpecie laudis alterum æmuletur? Deinde, an per *ſimilem*, eundem omnino virtutis gradum deſignari cenſeat, an tantùm ſpeciem: nam *ſimiles* etiam dici videntur, qui non peræque iuſtitiam excolunt, ſi modò vtrique eam amplectuntur: non tamen pares. Annotet præterea relationes maioris & minoris, non ad ſimilitudinem, ſed potius æqualitatem pertinere: ita vt qui ab ea deficit, minor: qui exuperat, maior habeatur: eodémque viris non à virtutis defectu, ſed ab exuperantia quæri. Hæc cùm obſeruarit, non erit difficile aduertere, non inuentum dici, non qui pariter, ſed qui ſimiliter diuinæ legi obtemperaret. Quî tandem? Aut qua ratione? Quoniam, vt inquit Apoſtolus, *Diuiſiones gratiarum ſunt, vnus autem ſpiritus. Nunquid omnes Apoſtoli? Nunquid omnes Prophetæ?* De quolibet ergo eorum vſurpari illud poterit, *Non eſt inuentus ſimilis illi*, ſi quidem diuerſa omnino chariſmata conſecuti ſunt. At ſi æqualis etiam, aut par fuiſſe negetur, tum non modò peculiarem aliquam gratiam priuatim accepiſſe credetur: ſed etiam reliquis omnibus præſtantiorem, quo nihil abſurdius de pluribus affirmari poteſt, inde enim ſequi videtur, vt collatus cum aliis, qui eandem gloriam Scripturarum ſuffragio adepti ſunt, ſeipſo maior euadat. Deinde Scripturarum authoritas vacillabit, ſeu iacebit potius, cùm inextricabilis repugnantiæ manifeſtis indiciis cõuincatur. Quî enim fieri poteſt, vt illi nemo par quandoque emerſerit, quo ſuperiores multi extiterunt? Vt enim cæteros taceam, quos longum eſſet adducere in medium, de Ioanne Baptiſta ſcriptum eſt: eo maiorem muliebri partu editum fuiſſe neminem. Is itaque antiquorum nemine inferior habendus eſt: neque quiſquam, eo in lucem edito, æqualem non habuiſſe exiſtimandus. Qui tamen, ſi cum illis etiam hoc tempore comparetur, pleriſque eorum nequaquam ſimilis fuiſſe inuenietur. Neque enim is maria quandoque iuſſit à vento ſorberi, vt Moſes: neque Solem ſtare cùm præceps in noctem rueret, vt Ioſue; ſed cum pietate, conſtantia, integrita-

Quis ſenſus horum verborum, non eſt inuentus ſimilis illi. 1. Interpretatio.

Altera interpretatio.

Multi ſimiles inuenti non ſunt, qui pares tamen, aut etiam meritis ſuperiores habuerunt.

te, denique vitæ totius inſtituto, aut æqualis, aot etiam maior illis extiterit, in his tamen neutiquam ſimilis repertus eſt. Vicit etiam inter poſteros Thaumaturgus, Baptiſtam Miraculorum gratia. Nam montes ille radicibus æternis auulſos ſolùm vertere coëgit; paludes vndis euaneſcentibus fugere: ſic planè, vt ne præcurſor quidem Domini, & amicus ſponſi, ſit illi in ea parte conferendus. Num igitur, quia ſimilis illi non eſt inuentus, par quoque meritis fuiſſe negabitur? Verùm, dicet aliquis, hæc interpretatio ſolas eas dotes complectitur, non quæ gratiam conferunt: ſed qoæ in aliorum gratiam potius conferuntur. Ad alias igitur etiam perſcrutandas accedamus. Sed hoc nihil eſt negotij: Chriſtus namque ait, *Manſiones apud Patrem multæ ſunt*: Et Apoſtolus, *Stella à ſtella differt in claritate.* Quod ſi præmiorum in cœlo delectum atque diſcrimen eſſe concedimus, quin ſint etiam in terris diuerſa meritorum genera dubitari non poterit. Species (inquiunt Philoſophi) ſunt velut numeri; Angeli autem omnes (vt docet D. Thomas) ſpecie differunt, non modò qui gloriam ſunt conſecuti, ſed etiam qui de ſtatu gloriæ adipiſcendo præ ſuperhia deiecti ſunt: quare etiam differens gloria eos manebat, non enim cuiquam eorum ſimilis alter aderat. Sequitur igitur etiam eos homines qoi nunc gloriæ eorum locum capeſſunt, ſic meritis, vt illos ſpecie, diſſimiles eſſe oportere. At videtur potius inde ſequi impares omnes futuros, quales apparent numeri, ſi inter ſe componantur. Nec hoc item dubito: ſed præter vnum Ioannem Baptiſtam, quis maior, minorve habendus ſit, viritim Scriptura non nominat. Quoniam verò ſpecie differre, non eſt ſolo grado inferiorem eſſe, quemadmodum qualitates ſub eadem ſpecie ſolent: ſed particularibos differentiis diſtingui, quas cum ſuperioribus communes non habeant, quales videmus ſingulorum numerorum proprietates eſſe: idcirco conſtanter Eccleſia prædicat, cuilibet Sanctorum ſimilem alium nuſquam reperiri.

Sic homines meritis diſſimiles eſſe decet, ſicut natura ac ſpecie apoſtatas Angelos.

Credibile eſt etiam impares meritis ſanctos omnes extiſſe.

Concluſio. Quanta laus Elcanæ vnū prædicari.

Ex his omnibus hoc tandem conficimus, Elcanam, dum vnus fuiſſe deſcribitur, inſignem pietate virum deſignari, cui ſemper optimè cum Deo hominibúſque conuenerit, Deum quidem colendo religioſiſſimè, ſingulari autem Charitate proximum ferendo conſtantiſſimè: præterea cohibitis animi perturbationibus ſummam ſecum pacem tranquillitatémque obtinuiſſe: quibus vtique moribus, Chriſti Domini mores, ingeniúmque multis ante ſæculis adumbrauit.

Vermilius. Locus natalis Elcanæ deſcribitur.

De *Ramathaim Sophim.*] Vermilius in hunc locum. Locus natalis deſcribitur vnde fuit oriundus Elcana, is autem eſt mons Ephraim vbi fuerunt duce Ramathaim. Ideò dualis numerus adhibetur: & vt nonnolli affirmant, ideirco dicuntur Sophim quod mutuò ſeſe reſpiciant. Nam Hebræis verbum Sophe eſt aſpicere. Vel ſic appellati ſunt hi doo ſcopuli, quod inde ſpectatores ea ſpectarent, quæ procul agerentur. Aut propterea tale

צופים Etymon nominis Sophim, & triplex eius ſignificatio.

A nomen inditum, quod illic Schola Prophetarum haberetur, qui Sophim dicti ſunt, quaſi diceret, videntes aut ſpeculantes, eu vox illa cùm ad corpus, tum ad animum referri poſſit. Non enim tantùm qui cuſtodiunt alta loca, turres, inquam, & promontoria, ſpeculantur quæ ſuot procul, verùm etiam Prophetæ cognoſcunt & prænuntiant futura. Idcireò Deus apud Ezechielem inquit, *Poſui te ſophe*, id eſt *Speculatorem.* Proinde triplicem huius loquutionis interpretationem colligimus: aut enim fuerunt doo cacumina montis, quæ ſe ſe mutuò ex aduerſo ſpectarint: vel quòd apta eſſent ad luſtrandam regionem, & videndum, ac renuntiandum quid in longinquis regionibus ageretur: aut illic ali-
B qua familia Prophetarum ageret. Tertia interpretatio Iudæis viſa eſt probabilior. Vnde Paraphraſis Chaldaica, Chimhi, & Ben Gerſon eliciunt Samuëlem à Prophetis originem duxiſſe. Nam certum eſt, illum è familia Chore prodiiſſe, vt habetur in Paralipomenis, vbi etiam legitur, filios Chore fuiſſe Prophetas, & aliquos ex eis quandam partem Pſalmorum condidiſſe. Quin & in præſentia inter maiores Elcana ponitur Suph, à quo fortaſſis, qui erant ex eius familia Prophetæ, dicti ſunt Sophim. Hæc Vermilius. Addit Sanctus Hieronymus in locis Hebraicis, illam ciuitatem eſſe, quæ & Arimathæa dicebatur, diſtaréque ab Hieruſalem 20. miliaribus, eámque ſitam eſſe in regione Tamnitica iuxta Dioſpolim: vn-
C de & fuit ille Ioſeph Dominica ſepultura nobilitatus, qoi in Euangeliis ab Arimathæa dicitur. Eiuſdem ætate Remphtis vocabatur. Addam etiam ex recentioribus Salignia-co c. 3. tit. 6. Duce Olicenſi Epiſt. 2. fol. 129. Stephano Raguſino, quinque fuiſſe Ramas, quarum hæc erat iuxta Gabaa, & hodie Ramula vocatur: in qua palmæ abundantes, & præcelſæ turres, in quibus lampades oliuo perpetuo ardent, (non enim vllus vſus candelarum, & cereorum apud Turcas) vrbs quondam elegans, & magna, nunc tota diruta: incolas habet Æthiopes Chriſtianis infenſiſſimos, Monaſterium etiam diues, in quo peregrini habent hoſpitium.

4. Interpretatio.

S. Hieron.

Ciuitas Arimathæa deſcribitur.

Saligniac. Steph. Raguſinus.

In ea vrbe nunc poſitū eſt Monaſterium.

De *monte Ephraim.*] Eum montem incolebat. Leuitas in cunctis tribubus attributas ſedes habuiſſe non dubium eſt, inquit S. Hiero-
D nymus, nec propterea tamen indiſcretè habitarunt: ſed cùm non paucas ciuitates à tribubus duodecim accepiſſent, in quibus ſedes domiciliúmqoe collocarent; eaſdem poſtea inter ſe ſortiti ſunt, nimirum filij Caath, Gerſom, & Merari. Filiorum etiam Caath ſors bipartita fuit. Nam ex eorum numero, quicumque de ſtirpe Aaron ſummi ſacerdotis deſcenderant, cùm Sacerdotes eſſent, à fratribus ſuis Iuda, Simeon, & Beniamin ciuitates incolendas & poſſidendas adepti ſont: reliquis ex eadem familia, qoi ex Iſaar ducebant originem, cùm eſſent Leuitæ inferioris gradus, ſic eos Scriptura vocat, Ephraim, Dan, & dimidia tribus Manaſſe vrbes decem diſtribuerunt, vt docet Io-

Leuitæ in ſingulis tribubus vrbes obtinebant.

Filij Iſaar, in quibus fuit Elcana, montem Ephraim ex parte incolebant.

Digitized by Google

ſue liber cap.21.inter quas tamen Arimatbæam illam non inuenio, niſi fortè aliqua earum nomen mutauerit, quod pluribus aliis contigiſſe videmus: aut certè non tam vrbem ſignificet, quàm excelſum aliquod, vt nomen indicat, in ſuburbanis Sichem, quæ filiorum Caath fuiſſe dicitur, cui iuncta eſſet ſchola Ptophetarum, quæ ſecutis temporibus loco nomen dederit. Nam vrbs quædam eius nominis in monte Ephraim ſtatuitur, quæ ad Leuitas pertinuerit, & præterea etiam refugij ciuitas fuerit, alia ab altera Sichem, quæ ex latere montis Garizim, ſita, vicina fuit puteo Iacob, cuius incolas Dominus ducto à muliere initio, aquaviua potauit, Ioan. c.4.

Ratio quam ſparſi eſſent per ſingulas tribus Leuitæ.

Porrò, non ſine grauiſſima ratione à Deo inſtitutum eſt, vt Leuitæ fuſi per omnes tribus Iſraël, diſperſique commorarentur, B ſiquidem ſacrorũ Miniſtros, & diuinæ legis antiſtites in ſingulis tribobus adeſſe oportuit, vt populum Dei Regem docerent, & ex eius præſcripto lites dirimerent, iudicia exercerent. In his enim potiſſimùm verſabantur Leuitæ, & erant præcipua illorum munera, poſtquam Tabernaculo, tebúſque diuinis opetam dediſſent.

Quæſtio de loco natali.

Ex loci deſignatione accedit ad hiſtoriam authoritas.

VERVM quid opus fuit ſiue natalem locum, ſioe habitationem deſignaſſe? Ad narrationis confirmationem pertinet, quò verior hiſtoria habeatur, cùm vel ex loci deſignatione deleri poſſit mendacij ſuſpicio. C Neque enim facilè tum illic degentibus imponi potuit: neque ab aliis, vt verum admitterent, qood ab incolis negaretur, impetrari.

Ad laudem ſpectat optimo loco eſſe natum.

Exiſtimo autem & hoc ad viri laudem ſpectare, quoniam optimo, & nobiliſſimo loco in hanc lucem eruperit: Neque enim loci conditio, ſiue cœlum ſpectes, ſiue ſolum, ad vtramuis ſortem parum momẽti habet. Nónne vides quantum Margaritæ Orientales Scoticas fulgore vincant? Aurum terræ Reuilath, auro cuiuſlibet alterius regionis ſcriptura anteponit Geneſ.2.

Multarum diuerſa priuilegia Prouinciarum.

Iulianus Auguſtus ficus Damaſcenas præ cæteris cõmendat: vulgus hiſtoricorum thus Sabæum, Dactylos verò Iudææ, Balſamum autem, olim Hierichuntinum, nonc verò Ægyptiacum. Cedros etiam Libani ſcriptura iactat, Cypariſſos montis Sion, Cades palmas, Iericho roſas. Si vis etiam animalia inſpiciamus, nam illa quoque ſuis dotibus, aut vitiis locorum di- D ſcrimina produnt. Quis enim atrebatum catellos non miretur, ſi cum Britanniæ moloſſis conferat? Arietes verò illi, qui nonnunquam è Barbaria ad nos aduehuntur, longè noſtros ſuperant: Libyæ autem leones tantùm Peruanos robore vincunt, quantùm lupi canes. Præterquam quod nonnullæ regiones à quibuſdam prorſus abborrent, quæ plereque ſponte generant. Serpentem Hibernia non parit, nec Anglia lupum, Gallia verò leones. Quod ad homines attinet, eos videmus pro regionis qualitate non modò vario colore tingi, verùm etiam toto corpotis habitu fieri diuerſos. Qois enim Pygmæos cum Patagonibus putet eſſe

I.

A comparandos? nec Monoſcelos profero, aut Sciopodas, nec Syrictas, aut Aſtomos: vereor enim ne inter homines quis recipere dubitet: verùm Mauros Æthiopáſque coofer, ſi lobet, cum Germanis, & Moſcouitis: non eſt quod quidquam poſthac diſſimile videatur, ſi hos probemus eſſe ſimiles. Qind verò hoc efficit? Regionis, ſeu potius Climatis diſtinctio. De India Plinius Naturalis hiſtoriæ l.7.c.2. Maxima, inquit, in illa gignuntur animalia. Iudicio ſunt canes grandiores cæteris. Atbores quidem tantæ proceritatis traduntur, vt ſagittis ſuperari nequeant.

Plin.lib.7. ca 2. natur. hiſt.

Cauſam quære: idem ſatisfaciet. Hæc, inquit, facit vbertas loci, temperies cœli, aquarum abundantia. Verùm hoc quod adiicit, quanta loci fœlicitas eſt? non expuere, non capitis, non dentium, aut oculorum vllo dolore affici, raro aliarum corporis partium tam moderato ſolis vapore durari. Philoſophorum eos, quos Gymnoſophiſtas vocant, ab exortu ad occaſum perſtare contuentes Solem immobilibus oculis. Quis ex noſtris vel ad horam poſſit aciem intendere, niſi prorſus oculis otbari velit? Supplicium eſt aliarum regionum hominibus ſolem intentis oculis intueri, vel teſte Regulo. Quid hoc, quo tandem loco reponemus, non modò loci natoram in corpus, & ea quæ ſunt corporis, dominari: Sed etiam videri animis inclinationes quaſdam, procliuitates, ac ſtudia imprimere, quæ in omnem partem plurimùm poſſint.

Locorum genium ad hominum mores non parum conferre.

Nam Arabes quidem ab incunabulis prædæ inhiantes, ac latrociniis dediti feruntur; contra Mactobij à furto maximè abſtinent. Qui Africam incolunt, libidine pleróſque omnes feruere didicimus; cùm porius, qui ad Septentrionem vergunt, gulæ atque ebrietati inſeruiant. Apud Apoſtolom Crētenſes malè audiunt, apud S. Gregorium Nazianz. Armeni, apud S. Iſidorum Peluſio. Cappadoces: Afros autem, vafrum genus, mirum in modum Saluianus exagitat l.7.de Gubernatione Dei.

Saluian.

Nec volo, inquit, in hac re aſſertionibus meis credi, teſtimonium requiratur generis humani. Quis non omnes omnino Afros generaliter ſciat impudicos, niſi fortè ad Deum conoerſos, id eſt fide ac religione mutatos? Sed hic tam rarum eſt ac nouum, quàm rarum videri poteſt quemlibet Gauium, oon eſſe Gauium, aut quẽcumque Seium, non eſſe Seium. Tã infrequeos enim eſt hoc & inuſitatum, impudicum non eſſe Afrum, quàm nouum & inauditum, Afrum D non eſſe Afrum. Ita enim generale in eis malum impuritatis eſt, vt quicunque ex eis impudicus eſſe deſierit, Afer non eſſe videatur. Hactenus Saluianus. Itaque etiam hominum moribus nonnihil ex loci proprietare accedit. At verò quæ illæ ſint locorum proprietates, quibuſque conoeniant, accuratè deſcribit Ptolemæus, libro 2. de Iodiciis, quo loco de proprietate vnioerſali Gentium diſſerit. Nam quod ſequenti capite Iudæam inter ſigna Virgini, inter planetas Marti reddit obnoxiam, ex quo colligit eiuſdem incolas aodaces, impios atque inſidioſos plurimũ eſſe debere nil moror: verũ ex præcedenti capite ſic corrigo: Cũ Æthiopas, Scytháſque ob cœli terræque inclementiam

A diuerſis vitiis affici notauerit, doceátq; eos qui
loca tenent intericcta inter tropicũ æſtiuum &
Septentriones, propterea quod ſupra eorũ ver-
ticem ſol non admodũ feratur, neque inde lon-
giſſimè ad auſtrum abſcedat, in aëre degere prę-
ter cæteros commodo ac temperato, & idcirco
etiam medio quodã colore tingi, mediocri ſta-
tura, ac natura moderata eſſe, habitationibus itẽ
manſuefactos excultóſque coniungi: fieri non
poteſt, quin regio Iſraëlitarum ſaluberrima, at-
que amœniſſima fuerit, ipſiq; in primis ad om-
ne virtutis, atque humanitatis ſtudium à natura
egregiè informati. Ex quo deinde ſequitur, loci
genium ac proprietatem Elcanæ plurimũ fauiſ-
B ſe. Quem fauorem mirum quãtum augeat dum
addit: Horum, nimirũ qui tota illa regione me-
dia inter tropicum & polarem circulum inhabi-
tãt, qui fuerint auſtro viciniores, eò ingenioſio-
res & callidiores, rerũque diuinarum peritiores
eſſe cõſueuiſſe: idque ob eam cauſam maximè,
quòd loci vertex, quem zenith Arabes dicunt,
cùm ſignifero, tum etiam errãtibus ſub eo ſtel-
lis citimus eſt, pro quorum vicinia, & tanquam
familiaritate animos habent prõptos ac faciles
ad res, artéſque inueniendas, præcipuè Mathe-
maticas. E quibus rurſum qui ad Orientẽ pro-
ximè accedũt, eodem teſte fortiores habentur,
ac liberali præ cæteris ingenio præditi. Siquidẽ
illa plaga dextera orbis pars cenſetur, diurna, ac
virilis, Soliq; maximè propria: quæ ſi vera ſunt,
C vix erit, opinor, alia regio, quæ terræ huius fœ-
licitatem æquare poſſit. Nam & citra tropicum
eſt, & ad illum proximè accedit, & inter eas quę
ad auſtrum vergunt, cis tropicũ, penè omnium
Orienti proxima. Itaque ſiue regionis longitu-
dinem ſpectes, ſiue latitudinem, optimo loco
ſita eſt. Latitudinem cuiuſcunq; regionis ducit
Ptolemæus ab æquatore ad polum, eſtque pro-
priè arcus meridiani cõcluſus inter æquatorem
& paralellum eiuſdem regionis. Habet autem
Hieroſolyma, quam nõ ita multis miliaribus à
monte Ephraim diſtare etiam antè diximus, in
latitudinem gradus triginta & vnũ: ex quo pa-
tet, octo gradibus duntaxat à cancro recedere,
qui vigeſimũ tertium ab æquatore occupat, ac
propterea eidem manere vicinam. Quod ad lõ-
gitudinem attinet, eã Coſmographi ab occaſu,
id eſt à fortunatis inſulis in ortum metiuntur, in
cuius gradu ſexageſimo ſexto eadem ciuitas po-
D ſita eſt: ita vt iure meritò inter eas, quæ polaris
zonæ & tropici circulo includũtur, & auſtralis,
& Orientalis haberi poſſit. Nec verò hanc tan-
tã gratiam terræ ipſius fœcunditas abnegat, nec
habitantium in ea doctrina, pietas, atq; religio,
quæ inde maximè in reliquas orbis partes pro-
pagatæ ſunt. Nam Scripturarum certè monu-
menta reſtantur, quo tempore omnium animis
generalis quędam cæcitas & ſuperſtitio inſede-
rat, in Iudæa tamẽ Deum innotuiſſe, nec de eius
laudibus vlla vnquam ætate Iſraëlem cõticuiſ-
ſe. Illic ſcilicet Deus olim patribus apparuit, il-
lic Patriarchas edocuit. Prophetas afflauit, ora-
culum inſtituit, tabernaculum fixit, vt quantum
fas eſſet æterno numini terris adeſſet, & cum
hominibus conuerſaretur. Addam & quod his
omnibus longè maius eſt, poſterioribus ſæculis
Deum, hominem factum, eãdem regionem ſua

Palaſtina ſitus optimus deſcribitur.

Clauius in 2. c ſphæræ.

Religio, doctrina, & pietas in Palaſtina ab initio adoleuit.

A inhabitatione conſecraſſe. Inde igitur lux illa
orta eſt, quæ toti mundo diem accendit: inde
Apoſtoli eruperunt, qui ſolis labores ſuo curſu
ſuperarunt, atque iis regionibus Euangelij lu-
men intulerunt, quæ ob locorum diſtantiam,
ſolaribus radiis imperuiæ, nullo ſæpius lumine
colluſtrantur. Quę eſt igitur alia regio, quę tan-
tùm boni, tantúmque fœlicitatis aliquando pe-
pererit? Non ſi mihi quiſquam Seres, olim bea-
tos habitos: non ſi mihi Arabes, dictos fœlices;
aut Macrobios de Solis menſa gloriantes, In-
doſve eiuſdem ſyderis incunabula iactãtes pro-
ponat, arbitrer cum huius terræ incolis de re-
gionis præſtantia, ac dignitate certare potuiſſe.
B Etenim diuini fauores naturalibus longè ante-
cellunt: & pietatis fructus, qui planè cœleſtes
ſũt, omnibus terrę fœtibus ſemper anteponẽdi.

Præterea verò, eorum quæ terra gignuntur, ſi
eiuſdem ſcripturæ teſtimonio fidem adhibea-
mus, ſemper maxima copia adfuit. Hoc enim
Deus, cùm Moyſen in Horeb de rubo alloque-
retur, videtur eſſe pollicitus. *Educã*, inquit, *filios
Iſraël in terram bonã & ſpatioſam, in terram quæ fluit
lacte & melle*. Exod. c. 3. Quod quidem viri illi,
qui ad explorandum præmiſſi fuerant, ſua rela-
tione comprobarũt. *Re vera enim*, dixerunt, *fluit
lacte & melle, vt ex his fructibus cognoſci poteſt*. Ex-
hibebant autem malogranata, & ficus, necnon
& vuam quam inde abſciſſam duo viri de vecte
pendentem attulerant, quod non ſine miraculo
C à circunfuſa multitudine inſpectum eſt. Hanc
iterũ Moſes iiſdem nominibus prædicat Deut.
11. populum ad officium cohortans, multíſque
admonens, ne tanto beneficio indignum ſe prę-
ſtet. *Hanc enim*, inquit, *Dominus ſub iuramento pol-
licitus eſt patribus veſtris, & ſemini eorum lacte &
melle manantem*. Temerè autem Deum iuraſſe
minimè credendum eſt, aut vulgare quippiam
& cõſuetum alumnis ſuis, quos præcipuo amo-
re proſequeretur, promiſiſſe: ſed optima quæ-
que & ſelectiſſima in orbe terrarum cõceſſiſſe.
Hoc pluribus Moſes exponit: *Terra*, inquit, *ad
quã ingredieris poſſidendam, non eſt ſicut terra Ægy-
pti de qua exiſti, vbi iacto ſemine in hortorum morem
aquæ ducuntur irriguæ: ſed montuoſa eſt, & campe-
ſtris, de cœlo expectans pluuias, quam Dominus Deus
tuus ſemper inuiſit, & oculi illius in ea ſunt à principio
anni vſque ad finem eius*. Denique hanc etiam Io-
ſephus eleganti ſtylo deſcripſit, belli Iudaici l. 3.
D c. 3. quemadmodũ & pluribus locis Philo item
Iudæus. Ad hæc quid vltra deſideres, aut quid
eſt quod his amplius adiici poſſit? Beatã planè
regionem, cuius non modo fœcũditas in omni
genere fructuum parem nõ habet: ſed nec tum
quidem pietas, atq; religio æmulam habere viſa
eſt: propterea enim dictum eſt, *Non fecit taliter
omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis*.
Quod ſi quam igitur naſcenti opem bona loci
temperies aliquando tulit, certè quæ optima
erit, eximiam aliquam conferet, & erit Elcana
æquiſſima ac fecundiſſima conditione natus.

Cæterum quemadmodum earum rerum,
quæ optimę cenſentur, pars quædam inter alias
principatum obtinet, neque enim aut vinum
optimum, aut mel, aut oleum optimũ, omnibus
ſuis partibus ex æquo reſpondent: ſed olei qui-
dem ſumma pars, mellis infima, vini autẽ media

Beatiſſima regio.

In Palaſtina bonorũ omnium vberrima copia.

Exod. c. 3.

Rerum bonarum pars quadam optimum.

præcipuè laudatur: ita regioni illi accidere po- A
tuiſſe credēdum eſt, vt eius pars aliqua reliquis
præſtaret. Ea porrò quæ eſſet, ſi animum attēdi-
mus, non erit difficile æſtimare. Nam cùm eſſet
crebris montibus vallibúſq; diſtincta, nemo eſt
qui neſciat montium iuga, ſiquidem illa nebulis
non obſideātur, vallium concauis altitudinibus
præferri. Salubritas enim aëris cūprimis expe-
tenda eſt. Quod non eo cōſilio dico, quòd Ana-
xagoræ fidem habeam dicenti, Rerum omnium
ſemina aëre cōtineri: ſed quòd perinde vtcum-
que temperatus ſit aër, ita pueros Orientes (vt
inquit Tullius) formari neceſſe ſit. Nec ita ſolū,
ſed poſterioris etiam ætatis valetudo atq; inco-
lumitas plurimum ab aëre pendet. Aër namque B
ſpiritu ductus, nō tantùm in pulmonē ſe induit,
ſed etiam in cor vſq; penetrat; ex quo ſequitur,
prout ille affectus fuerit, nos quoque pariter af-
fici. Nuſquam autem ſincerior & incorruptior
inſidet. Quàm ſummis montiū verticibus, quo-
rum proſpectus longè à paludibus in omnē cœ-
li regionē patet, niſi ſi fortè pruinis aceſcat, aut
concretus in nebulas craſſior effundatur. Sed il-
lud omnē admirationē ſuperat, quod his omni-
bus adiicit author opuſculi de Regimine Prin-
cipum, qui à nōnullis S. Thomæ tribuitur, l. 2.
c. 1. Ad animi conſtantiam, fortitudinē, pruden-
tiam, reliquáſque virtutes comparandas, aëris
opportunitatem non parùm conferre. Accedit
præterea ad hanc tantam aëris commoditatem,
geniúmq; loci beatiſſimum ſingularis quædam C
diuinæ benedictionis amplificatio, quā nulli ter-
ræ, præter hāc, à Deo conceſſam legimus. Illam
luculentis his verbis Moſes proſequitur Deut.
c. 33. *De benedictione*, inquit, *Domini terra eius, de
pomis cœli, & rore atque abyſſo ſubiacente*. Per abyſ-
ſum, fōtium inexhauſtas ſcaturigines intelligit.
*De pomis fructuum Solis ac Lunæ, de vertice antiquo-
rum montium, de pomis collium æternorū.* Hæc bene-
dictio terræ Ephraim, hæc vbertas collium illius,
quā longè antea Iacob prędixerat Gen. 49. dum
filiis ſuis moriturus benedictionem impertiret:
Omnipotens, inquit, *benedicet tibi benedictionibus
cœli deſuper, benedictionibus abyſſi iacentis deorſum,
benedictionibus vberū & vulua*, quanta paucis be-
neficia cōplectitur. Ex omnibus quæ optari po-
tuerant, nihil nō illa benedictione cōprehendit.
Aëris ſalubritatē, glebæ fertilitatē, rorē, imbres,
fontiū irrigationes, prolē deniq; generoſam, &
quæ alēdæ proli cūprimis neceſſaria eſt, optimi D
lactis copiam. Cuius alterius tribus poſſeſſioni
pariter benedixit? hanc tantam gratiā vnica ſors
Ioſeph conſecuta eſt. Tametſi enim Iacob aliis
quoq; filiis ſuis læta ac fœlicia precatus eſt, vi-
ros tamen, nō ipſam terram eorum ſua benedi-
ctione communiuit. Soli hoc Ioſepho contigit,
vt non ipſe tantū paternæ benedictionis cōpos
exiſteret: verūetiam locus ipſe, quē ſortiri eun-
dem contigiſſet, iiſdē fauoribus ampliſſimis au-
geretur: vnde liquidò apparet montē Ephraim
reliquis eiuſdē terræ partibus longè fuiſſe præ-
ferendā. Sed quid hoc, inquies, ad Elcanam, cū
ad eundē tribum minimè pertineret? Nunquid
potuit alterius in ſe familiæ prærogatiuam trā-
ferre? imò potuit. Nam cū eiuſmodi benedictio
non ſolū poſteros Ephraim, verū etiam ſortē il-

Theoph. refert c. 2. lib. 5 hiſt. Plant.

Montium ſitus vallibus præferendus.

Author opuſculi de regimine princ.

Ioſeph non ſolùm ipſe à patre benedictionē ſuſcepit, ſed etiam eius poſſeſſio.

lorū conſequeretur; ex quo iure ab illis in partis
poſſeſſionē miſſus eſt, benedictionē ſimul cum
hęreditate vēdicauit. Itaq; hoc ipſū naſcēs Dei
beneficio nactus eſt, quod olim cūctis optandū
Iacob prędixerat, *Faciet tibi Deus ſicut Eph. & Man.*
Nec verò ſola natalis ſoli, cœlique benignitas
fauit, vt Elcana à prima origine animam bonā,
& corpus incoinquinatum ſortiretur: ſed etiam
ſchola Prophetarū, quæ eiuſdem montis ſuper-
ciliū occupauerat, plurimū contulit ad eius edu-
cationem. Quæ quidē quàm neceſſaria ſit præ-
ſtātiſſimis quibúſque ingeniis ad virtutē capeſ-
ſendā, vel ipſa naturalium rerum, ſtirpium, atq;
adeò animaliū rationis expertium exempla cō-
B monſtrant. Vides gēmas qua gratia niteāt? quo
lumine fulgeant? ſi defuerit manus artificis, qui
expurget & expoliat, nullū ſplendorē emittent.
Vuas miraris de vite pēdentes? nihil his tulit na-
tura pulchrius, nihil vtilius: ſed quanta prius, vt
generoſæ naſcerētur & adoleſcerēt, ars Agrico-
larum molita eſt? Inſpice hos adminiculorū or-
dines, capitū coniugationes, & religationes, pro-
pagationes vitium, ſarmentorū aliorū amputa-
tiones, aliorū immiſſiones, foſſiones, repaſtina-
tionéſque, ac ſtercorationes; tot enim tanquam
diſciplinis ante vitis exculta eſt, quā eum fructū
pareret. Canes certè venatici, quorū eſt incredi-
bilis ad inueſtigandū ſagacitas nariū, alacritas in
venando, nequaquā tam cōtento curſu prędam
vrgerēt, tanta ſolertia veſtigarent, niſi primū eſ-
C ſent ab iis, qui earū rerū periti ſunt, ſtudioſè in-
ſtituti. Qua de re Xenophō in ſuo de venatione
libro. Nouimus itē quanto labore atq; induſtria
equorū domitores, rudes adhuc equos ſeſſoris
imperio parere doceant, vt frænum in os immit-
tāt, calcar lateri admoueant, clamore incitēt, ha-
benis moderentur, vt ſcribit idē Xenophon. At-
qui nulla gēma eſt, nullus lapillus, qui tātopere
lima indigeat, ſtirps nulla, cui tātū culturæ opus
ſit: nō equus, non canis, cui tā ſit neceſſarius ma-
giſter ad ea exercitia ad quæ eos adhibere volu-
mus, quā eſt puero adhuc rudi, rerúmq; omniū
inexperto neceſſarius dux & inſtitutor, qui æta-
tis petulantiā cohibeat, mores cōponat, ſocor-
diam excutiat, ſtudium ad virtutē accēdat. Hoc
probant, opinor, tot illuſtrium virorū lapſus, tā-
tæq; nobiſſimorum adoleſcētium ruinæ: quos cū in-
genij acie valere, nec cōtemnēdos progreſſus in
ſtudiis feciſſe nouerimus, miramur tamē viliſſi-
D mis cupiditatibus inſeruire, nec rarò etiā in er-
rores labi lōgè abſurdiſſimos. Quod venenū, quę
peſtis quæ cōtagio ne pręcellēs illud ingenium,
atq; adeò innocentē animā aliquando corrūpe-
ret. Deus Opt. Max. qui eius ſingularē curā ge-
rebat, cauit diligētiſſimè, eóq; loco naſci conſti-
tuit, in quo cū virtutis præcipua exercitatio eſ-
ſet, tū legis ſtudiū magnoperè floreret. Quēad-
modum igitur qui arbores ſerūt, loca quęrūt ar-
borū generi opportuniſſima, ne fortè cōuenieēti
ſucco deſtitutę citiùs emoriātur, aut ſterileſcāt,
vt admonet Theoph. hiſt. Plant. lib. 2. c. 7. ita &
Deus, cū decreuiſſet generoſiſſimā hanc plantā
fructū parere nobiliſſimū, nuſquā alibi quàm in
media Prophetarū Academia, inter virtutū cho-
ros edi voluit; vt ibi eū naſcentem à primo ortu
pietas exciperet, virtus ſuo ſinu foueret, erudi-

Elcana fecit Dominus, ſicut Ephraim, & ſicut Manaſſe. Gen. 48.

Schola Prophetarum.

Bona indoles præceptorum ope atque induſtria indiget.

Xenoph.

Idem Xenophon in ſuo hipparchico.

Theoph.

Elcana inter virtutum choros in media naturæ academia

A tio tanquam pia nutrix lacte aleret atque educaret. Quibus initiis quãtum profecerit, poſterior ætas manifeſtauit: atque imprimis ſumma illa animi moderatio, qua diſſidentium inter ſe mulierum, alterius quidem dolurem verbis demulcebat, alterius improbitatem ferociámque æquo animo tolerabat. Verùm hæc poſtea.

Elcana & montis Ephraim cum religioſa vita allegorica comparatio.

Elcana.i. Dei poſſeſſio.

NVNC poſtquam idem lucis vſurã accepit, atque per octauum diem charactere Circunciſionis ex legis præſcripto ſignatus eſt, El- B canæ numen inuenit, quod nomen Dei poſſeſſionem ſonat, vt interpretatur S. Hieron. & non obſcurè ſingularẽ viri dignitatem ac pietatem prædicat. De quo Origen. poſteriora prioribus attexens. Certum eſt, inquit, quia ille de quo dictum eſt, quod vnus vir eſſet, Dei poſſeſſio eſt, & non poſſeſſio Dæmonũ: quem enim Dæmones poſſident, non eſt vnus, ſed multi: ſicut & ipſi Dæmones de eo quem poſſidebant, reſponderunt dicentes: *Quia Legio nomen eſt ei.* Quod cùm antea religioſo viro, authore S. Gregorio conuenire diximus, reſtat, vt ipſum quoque numen eiuſdẽ eſſe proprium oſtendamus, quod non erit vtiq; difficile. Quis enim alius pari iure Dei poſſeſſio nũcupari poteſt, vt Monachus, & Religioſus? (Nam pariter de vtroque ſentio. C Tametſi enim Monachus à Religioſo nõnullo genere exercitationis, atq; adeò ipſa ſolitudine quam profitetur, diſtingui videri poſſit: vtriúſque tamen vnus, & idẽ ſcopus eſt ad perfectionem niti.) Ambo ſiquidem repudiatis mundi illecebris, & diuitiis, atque honoribus, quibus mũdo ius quæritur, voto paupertatis abdicatis, mundi poſſeſſione ſe liberarunt. Deinde etiam carnis, cùm pudicitiam ſcilicet complexi ſunt: non enim aliter quàm libidine victus caro nos poſſidet: ea autem caſtitatis voto penitus amputatur. Poſtremò ſuo ſe iure priuant proprio ac naturali, cùm libertatem ſibi abiudicant, voluntatémque ſuam alieno imperio ſubiiciunt: quod cùm perfectè fit, cùm pacta obedientia de alterius arbitratu pendent, nec ſibi quicquã quod libeat in ſeipſos priuata authoritate permittunt. Quæ omnia, cùm ea mente & conſilio Monachi, ac Religioſi faciant, vt ſe totos Deo D dedicent, quis neget eos verè Dei poſſeſſionem eſſe, aut etiam Elcanas dici oportere? Quod ſi quis fortè eius dictionis vim ſententiámq; minus percipit, ac propterea his quę à nobis hactenus dicta ſunt, non aſſentitur, intelligat, quæcumque tandem ſunt. Deeſſe propria, nec quicquam alterius verè eſſe; ipſe enim dixit, *Meus eſt orbis terræ.* Item, *Mea ſunt omnia.* Veruntamen quoniam eſt homo ratione pręditus, & optandi poteſtate auctus, ita vt quamuis diuinæ ſeruitutis iugum excutere non poſſit, poſſit tamen eandem aſpernari, atque in alterius ſeruitutem conſentire: idcirco non aliter homo à Deo poſſideri dicitur, quàm ſi non ſolùm poteſtatis effectu, ſed etiam voluntatis affectu poſſideatur. At in eo ſenſu verè Religioſus Dei poſſeſſio

Religioſus Dei poſſeſſio eſſe oſtenditur.

Dei quidem ſummo iure ſunt omnia, ſed affectu proprio nonnullo poſſidentur.

Origenes.

A eſt, vt puta quem non ſolùm vt naturæ Dominum ſuſpicit: ſed velut vnicum ſuæ voluntatis numen adorat.

Pręterea, quin ſit is quoq; de monte Ephraim nemini, vt opinor, dubium eſſe poteſt. Religioſæ nãque vitæ inſtitutum verè mons eſt, vt puta quæ inter reliquas eminet, & ad perfectionis apicem extollitur: mons autem non quiuis, ſed frugifer ſiue Ephraim; nam quantacunque illa eſt, tota ferax eſt, nulla pars illius à fructu vacat, quemadmodum nec vlla actio, aut quies illius ab obedientia vacat. Siue enim illud obſequiũ ſpectes, quod Deo impenditur, totum ex præſcripto fit: ſiue hominũ miniſterium, hoc quo- B que certis legibus præſcribitur: ſiue corporis curam conſideres, vnuſquiſque conſtitutum à Superiore canonem accipit: poſtremò etiam de quiete, ſomno, ac remiſſione poſt laborem neceſſaria ſedulò cautum eſt, nec in vllam partem licet regulæ metas tranſilire. Omnis igitur ſiue labor, ſiue ceſſatio apud religioſos viros obedientia conſtat. Obedientia verò quæ propter Deum ſponte ſuſcipitur, ſiue illam ſolis calori, ſiue imbrium irrigationibus compares, actionis humanę tanquam iactum ſemen meritis cumulat, & in ampliſſimos fructus educit. Meriti nãque ſingulare quoddam priuilegium obedientiæ negari nequit. Nam quid pręterea ad meriti prærogatiuam requiras? Duo quædam, (inquit ille malorum omnium incentor Caluinus) pri- C mum, vt noueris, id quod agis Deo acceptam eſſe: ſecundum, vt quod noueris, etiam voluntate perficias. At neutrum potes: nam & viribus voluntas deficit, cùm ſit arbitrij minimè compos; & animus ipſe cũ ſit tenebris obſitus, quid amplectendum, quidve fugiendum ſit, non deſpicit. Igitur ne nũc quidem, Caluine, *Filij lucis ſumus, aut in luce ambulamus*, quemadmodum ille dixit. Nox non pręceſſit, dies non appropinquauit, vt iactabat Apoſtolus: ſed adhuc in vmbra & caligine verſamur, quã non potuit Euangelij fulgor diſpellere. Tu ipſe quando ita vis, in illa nocte verſeris: Nos certè ſi Petro fidẽ adhibeamus, in admirabile lumen ſuum Chriſtus vocauit: & quod molimur, niſi quid labis aliunde aſperſum ſit, Deo placere non dubitamus. Vis ſcire quo teſte freti? Ipſo Apoſtolo, qui præcipit: *Obedite præpoſitis veſtris.* Sed neque ad eam rẽ deeſt nobis voluntas optima, quę ſimul cũ diui- D na gratia omnia poteſt, & tãto cõſtantior credi debet, quãto illam religioſius voto aſtrinximus, ne qua poſſet, deinceps arte labefactari. Porrò idem ille mons duos ſcopulos habuiſſe fertur, & quidem ſeſe mutuò reſpicientes, quos ſi libeat ad religioſæ vitæ ſtatum referre, non alij mihi eſſe videntur quàm eiuſdem actio, & contemplatio: quę idcirco ſcopuli, ſeu vertices quidam excelſi dicti ſunt, quoniam vtrũque genus palæſtræ in eo potiſſimùm eminet, non modò quia ibi frequẽtiores ſunt, qui in vtroque genere nauiter exercentur: ſed etiam quia pluribus ad vtrũlibet ſtudium præſidiis adiuuentur. Neque enim vel actionis ipſius, de qua ſolùm nobiſcum cõtendere poſſe videntur, qui in ſæculo commorantes bonis operibus incumbunt, ſi æquum iudicem nacti erimus palmam ferent.

Religioſa vita inſtitutũ mons eſt, & quidem feraciſſimus.

Duplex conditio ad conſequendum meritum requiſita.

1. Petr. c. 2.

Duo tanquã ſumma capita religioſæ vitæ actio & cõtemplatio.

Probatur actio Religioſorum ſtudiis ſecularium longè præferenda.

A Nam vt ea charitatis obſequia prætercam, quæ copioſè extraneis exhibentur, quæ ſi non exhibeotur, nullam ego religionem agnoſco, neque eorum qui hoc nomine abutuntur patrocinium ſuſcipio; quia ea ſatis dignè explicuerit quæ intra priuatos parietes geruntur: iſtic namque vnus ſæpenumero pluribus ſeruit, cui plures olim vni ſeruiebant: iſtic comedendi licentiam accipit, qui largiri ſolebat: iſtic nobilis ignobili, eruditus indocto, & quod etiam nonnunquam accidit, ſeruo quondam ſuo Dominus famulatur, & ad nutum iubentis obtemperat. Iſtic adoleſcens delicatus ægroto curam impendit, & viliſſimorum miniſteriorum faſtidia perfert, à quibus non tantùm & homine ingenuo indignis abhorreat: B ſed etſi maximè cuperet, ipſa tamen rerum facie, atque odore deterreretur. Eundem vita functum piis manibus attrectat, & emortuum cadauer, ſenſu licet naturæ reluctante, calida abluit, & aqua tinctum purgatúmque ad ſepulturam componit. Hæc ſi quiſquam idcircò parua æſtimat, quòd ea munera ſine laude plures obeant, meminerit obſecro, cum æqualibus noſtris, & non cum vltimæ fecis hominibus nos eſſe conferendos. Porrò hæc omnia etſi alius quiſpiam in ſæculo non ſordido loco natus, neque ſordidè educatus, ex charitate præſtet, quòd opinor rarum eſt, non propterea tamen non erit in eodem actionis genere Religioſo poſtponendus. Nam primùm quidem arbitrio ſuo id facit, certus cùm volet, & quandocúnque moleſtum erit, de ſtudio re- C mittere. Mihi pariter non licet: ſed tantiſper dum ſuperiori meo viſum fuerit, oportet quod iuſſum eſt exequar: etſi verò ſacræ militiæ prudens & ſciens nomen dederim, & volens in album relatus ſim, neque me propoſiti pœniteat, neque ſententiam reuocem, grauis nihilominus mihi eſt vigiliarum labor, quoniam tametſi me ſomnus opprimat, æſtus torreat, gelu adurat, nefas eſt ſtationem deſerere. Te ſi quid contriſtauerit, aut certè collibitum fuerit, præſtò eſt, quod moleſtè feras, confeſtim abrumpere: laborem enim detrectantem nemo amplius viſerit, verùm ne hoc quidem graue cuiquam, aut moleſtum eſſe videatur, alieniſſimis præter animi ſententiam obſequi: quid hoc, quod in vtróque conditio ipſa ſeruiendi longè diuerſiſſima eſt? Nam ſi cui à te obſequium impenditur, id habet beneficij loco, & quas referre non poteſt ſaltem habet gratias; D ego ſi vel meipſum impendero officium feciſſe iudicor, ſin minus ſeuerè animaduertitur: tu ergo inde laudem, ego præter pacti conſcientiam nullam mercedem reporto. Tandem nihil eſt tam durum, atque intolerabile homini in libertate educato, quàm ſemper, & vbique Cenſorem vereri, præſertim ſi is moroſus ſit atque difficilis, & qui data opera quod exprobret nunquam non exquirat. nam illi generi hominum nunquam ſatisfeceris. Non poſſe autem ſatisfacere ei, cui teipſum in omnibus probare debeas, animum enecat. At tales ſunt Religioſorũ Antiſtites, non quod eiuſcemodi animi vitio laborent, aut truculentos mores induerint: ſed quod ita expedire iudicent. Quemadmodum enim qui pueros inſtituendos recipiunt, ſi quid illi deliquerint, ſedulò corrigunt, ſi quid bellè exaratum ſit, non laudant pro merito: ſed integram tabulam perluſtrant oculis, & quærunt quod arguant, ne ſi fortè bene de ſe ſperare in animum induxerint, ſtudium remittant: ad eundem modum præſules noſtri, benefacta quidem ſilentio diſſimulant, at errata non obſcurè ferunt, non tantùm ne fortè quiſpiam animum remittat: ſed ne leuis aliqua glorioſa benè operantem occupet, quæ mercedis eundem iactura mulctet. Hæc cùm ita ſint, non habebit actio Religioſorum vnam cauſam charitatem, ſed alias item virtutes plurimas, quæ eandem comitantur. Nam & obedientia illam imperat, & patientia fouet, & humilitas tuetur, & paupertas alit, & timor caſtus adiuuat, & votorum tenax vinculum ſimul cum perſeuerantia & magnanimitate nectit: ex quo deinde ſequitur, cùm tot illa virtutibus nixa ſit, piis ſæcularium ſtudiis meritò eſſe præferendam.

Nihil tam durum & intolerabile quàm cenſorem ferre perpetuum.

Quãtis virtutibus Religioſorum actio fulgeat.

Poſtremò etiam de contemplatione dicerem, niſi illa priores partes antè occupaſſet. ſuperioribus hoc ſolùm adiungam, Religioſam etiam contemplationem. Idcircò quauis alia præſtabiliorem videri, quoniam illa quoque multarum virtutum caterua ſepta ſit, quæ vix ac ne vix quidem extra Religionum chorum inueniri poſſint.

Erant autem illi ſcopuli ſeſe mutuò reſpicientes, & ab vtroque fuiſſe Elcana dicitur, C quod in exemplum Religioſis propoſitum eſſe arbitror, propter vtriuſque ſtudij mutuum cõmercium. Tametſi enim contemplandi ſtudium illi vitæ generi, quòd in actione poſitum eſt, longè antecellat, aſſertore Domino qui vtique falli non potuit, cùm Mariam optimam partem elegiſſe laudaret: attamen propter multas & graues difficultates, quas in hac vita patimur, ab actione abſtinere omnino non poſſumus: ſed neceſſaria viciſſitudine alias quidem contemplationi indulgendum eſt, aliàs operibus inſiſtendum. Neque enim ſic Religioſum inter homines verſari decet, vt velut otioſus quidam ſpectator tragœdiæ, aliorum duntaxat calamitates inſpiciat, opem autem contemplationis prætextu ferre recuſet: ſed oportet diuinæ legi obtemperantem eſſe, & ſi quos caſus vrgeat, iis ſedulò opitulari. Quos enim obſecro, eo ſtudij genere Angelis vnquam ſuperior extitit? D At illi non paucis Sanctorum miniſtrarũt: nam alium quidem cibo aluerunt, alij ſe ducem viæ præbuerunt, medicum, proxenetam, procuratorem, vbi opus eſſet, præſtiterunt, nonnunquã etiam quò iuſſi ſunt, in remotiſſimas regiones aſportarunt. Quinetiã idem Angelorũ Rex, & Dominus, quo tempore in terris morabatur, diſcipulorum pedes, vtile ac neceſſarium ratus, lauit & terſit: & erit poſthac quiſquam, qui, cùm res poſtulet aliorum neceſſitatibus obſequi, contemplationis quietem excuſationis loco prætexat? Quod cùm dico, neceſſitati conſulo, non turbas quæro: neque enim eorum inſtitutum probare poſſum, qui cùm deberent otium & quietem ſectari, vltrò ſibi negotiũ acceſſunt, atque attrahunt, & noua ſemper ali-

Tametſi contemplatio prior nobis haberi debeat, ab actione tamen neceſſaria abſtinere non poſſumus.

Digitized by Google

Peſſimè ſibi conſulunt Religioſi, qui vltro ſibi negotia acceſſunt.

quid moliuntur quod profuturum ſuadeant, A quò videantur præter animi ſententiam à contemplatione auocari. Verùm his artibus Deus non illuditur, neque qui turbas cient, diuina aliquando pace fruentur. Peſſimum genus Religioſorum qui ſemper, aut aliquid immutandũ curant, quo reliquorum quies interpelletur: aut propoſitis temporalibus emolumentis eiuſmodi conditiones, & voce tenus precum ſuffragia paciſcuntur, quò à ſuis cellulis abripiantur: aut certè ipſi per ſe ſe ſtrepitum concitant, ardeliones, quietis impatientes, quibus cellula carcer eſt, ſæculum paradiſus, cui ſe olim nuntium remiſiſſe falsò mentiuntur: & tamen eiuſmodi peſtes, quòd nonnulli ex antiquis, ante me conqueſti ſunt, propterea quod nonnullam ſæcularium negotiorum ſcientiam profiteantur, in religioſis familiis plurimùm poſſunt; quanquam nulla eſſe poteſt tabes aut contagio, quæ B ſic pecus inficiat, vt illi fratres. Oportet itaque omni ſtudio, ac contentione contemplationi operam dare: ſi quid erit autem quod cuiuſquam infirmitas à nobis poſtulet, aut certè obedientia exigat, id quoque bene & nauiter præſtandum erit.

Tranquilliſſimum vitæ genus Religioſi nacti ſunt.

Illum denique montem, atque illos ſcopulos, temperatiſſima orbis regione collocauimus, quòd neſcio an non omnium maximè religioſæ vitæ conueniat. At enim cùm Eccleſia ad inſtar mundi huius, qui tribus potiſſimùm partibus incolitur, quarum altera gelu riget, altera calore exæſtuat, media temperata eſt: in tres quoque ordines præcipuè diſtributa ſit, quorum alter ſublime volat, alter humi iacet, tertius media quadam via incedit, ad tranquilliſſimum Eccleſiæ ſtatum Religioſi ſcapham appulerunt. Nam perfectum quidem illum & abſolutum viuendi morem, quo nihil nouit Eccleſia ſublimius, Epiſcopi tenent, qui omnes in ſe habent numeros charitatis; infimum autem qui ſecularia tractant, quorum eſt vita à perfectione remotiſſima, neutri verò quamuis non modicis interuallis diſiuncti, ſatis fida ſtatione conquieſcunt: at Religioſorum vita, quorum is ſcopus eſt, perfectionẽ ſequi magis quàm profiteri, & eandem obſequendo potius, quàm regendo præſtare, firmiſſimis præſidiis munita atque ſepta eſt. Quod ne quis temerè dictum putet, obſeruet quæſo, quantis vtraque ſors ſuperior moleſtiis conflictetur. Nam vt de Epiſcopis primùm dicere incipiam, quis eas curas ac ſollicitudines, in quibus verſantur, enumeret, ſi quidem officio ſuo ritè atque ordine defungi voluerint? Nam quot illis iurgia componenda ſunt, quantæ tollendæ ſimultates, quanta odia extinguenda, quæ niſi ſedulò cauent partem magnam gregis conficiunt? Eſt autem illis & nepotum luxus arguẽdus, popinis atque ebrietati interdicendum, inopum atque innocentium patrocinium contra potentiorum audaciam ſuſcipiendum, corruptelæ iudicum coërcendæ, publicanorum latrocinia comprimenda, mercatorum artes, doli atque fraudes reſecandæ, meretricum denique luſtra exturbanda: quæ omnia, non dicam perficere (neque enim aliquando dabitur) ſed tentare & aggredi ſine

Conferuntur Religioſi cum Epiſcopis.

A maxima animi ægritudine nemo poteſt. Quid pupillos commemorem, quorum ipſe pater eſt? Quid viduas, quarum procurator eſſe debet? Quid pauperũ turbam innumeram quam omni ſtudio fouere ac tueri iubetur? qui tandem poterit tantam negotiorum molem abſque aliqua perturbatione ſuſtinere? Accedunt ad hæc non pauca quæ ſæpè mentem de ſua tranquillitate deiiciunt, & mortem faciunt vita ipſa deſiderabiliorem, eorum ſcilicet qui magiſtratus gerunt, temeritas & contumacia, diuitum contemptus, ingratæ plebis faſtidium, flagitioſorum denique calumniæ, quibus innocentia vitam apud rerum inexpertos traducunt, & quod his omnibus longè grauius duco, ne tot quidem fluctibus agitatum, tot iactatum procellis audere quicquam remittere ob gehennæ metum. His namque conditionibus B gregem paſcendum ſuſcepit, vt ſi quando opus eſſet, eundem ſui capitis periculo ſeruaret. Quemadmodum igitur apud eos qui ſub ſole degunt, ſic vicini ſideris ardor gemmas, lapillos, odores, aromata excoquit, & alia multa miranda parit, vt ſimul cum illis venenata plurima ſiue herbas, ſiue animalia generet, quæ non minus periculi procreant, quàm illa emolumenti: ita & de Epiſcoporum ſtatu dicere poſſumus, ſi eorum dignitatem ſpectes, nihil æquè virtutibus cultum, gratia inſtructum, meritis auctum inueniri poſſe: at eadem dignitas quantis ſit addicta curis, quantis obſeſſa rerum difficultatibus, quàm plena moleſtiarum quis explicet? Nihil iſtic mediocre, nihil moderatum reperies, in arduo poſita ſunt omnia, ſummam animi celſitatem requirunt, nullam verò quietem, nullam à curis vacationem largiũtur.

Conferũtur cum ſecularibus.

At largietur fortaſſis Reipublicę adminiſtratio, aut certè rei familiaris procuratio, vel etiam D mercaturæ armorumve tractatio. Nihil minus ſperare poſſis: quin potius è medio mari dulcem aquam ante haurias, quàm inde pacem impetres. Verùm etſi demus in his tranquillitatem aliquam poſſe conſtitui, virtutem tamen infimo gradu ſequi generoſa ac præſtanti indole indignum ducitur. Quæ eſt autem horum propria virtus? Falſum teſtem non agere, non in cuiuſquam opes inuadere, non thoro, non vitæ inſidias ſtruere, quin potius, ſi quis erit qui ope indigeat, ſtudioſè opitulari, præterea diuinum numen præſcriptis ab Eccleſia diebus re- C ligioſè obſeruare, periurium vitare, nonnunquam etiam intimam conſciẽtiam excutere, & in ſeipſum leui aliqua caſtigatione animaduertere: hæ ſunt, opinor, eorum qui ſæculo ſeruiunt, virtutes præcipuæ, quas tametſi pars hominum maxima non aſſequitur, illi tamẽ vitæ generi neceſſariò conuenire nemo it inficias, quòd ſi qui forte ex illa claſſe maiora vrgent, & ſua ſorte minimè contenti Religioſorũ vitam æmulantur, primùm pauci ſunt & rari, quorum meritis nequicquam oratione mea detrahitur: deinde de ipſo ſtatu, atque adeò de toto ordine loquimur, qui præterquam quod nulla admodum illuſtri virtute coruſcat, quibus tandem procellis, quo turbine, qua tempeſtate non percellitur? Hinc enim honoris coutẽtio animum

Digitized by Google

exagitat: inde repulſa exanimat: inuidia ſtimulat, cupiditas inflammat. Deinde quæ cura coſficit, cùm lis perſequenda eſt, cùm parandus victus familiæ, ſeruitus ſtipendia quærenda, cùm proles educanda, erudienda, collocanda filia? Si rixatur vxor, ferenda eſt: ſi garrit, audiēda: ſi ſuccenſet, demulcenda: pueri ſi de nocte vagiunt, nox in ſomnis ducenda eſt: ſi de die petulanter ſe gerunt, arridendum, vicinus conuitium facit, diſſimulandum eſt: viator iniuria afficit, leuius feres quàm referas: denique vndique aut potentiores opprimunt, aut tenuiores inuident, aut æquales æmulantur. Si opibus abundes, plures inſidiantur: ſi deſint, nullus habebere. Tantam támque ſæuam hyemem ſuſtinere quis poterit? Quæ regio, licet illa ſub axe gelido frigidis Aquilonibus obnoxia ſit, ſicut iſta vita curis, ſic niue & pruina pariter obrigeſcit? Abſit à me igitur, vt optandam eiuſmodi conditionem iudicem.

At Religioſorum vita, primùm quidem ab his angoribus vacuitatem nacta eſt, & tanquam in portu trāquilliſſimo procul ab omni tempeſtate reſidet: deinde votorum ſuorum præſidio ſepta, & præſtantiſſimarum virtutum opibus fulta, ad ſpem parandæ perfectionis non obſcurè nititur. Nam præter illa, quæ iam antea diximus, & alia plurima quę ſola exercitatio docere poteſt, quod habent Epiſcopi præcipuum, id cum Religioſis communicant. Nam ſi Apoſtolo credimus, non miſit illum Dominus baptizare, ſed euangelizare: quo verbo, vt mihi quidem videtur, aſſeruit Euangelij prædicationem Apoſtolici muneris partem eſſe nobiliſſimam. Hanc verò beneficio Epiſcoporū etiam Religioſi participant, non modò cum laude, quæ fugientes ſequitur, verumetiam cum Eccleſiæ vtilitate permaxima. Præſunt item confeſſionibus audiendis, in quibus non rarò vtilem eorum operam Pontifices experti ſunt. Sæpe etiam cum hæreticis committuntur, quos vincere, penè dixerim, Religioſorum eſt. Denique à nullo bono opere abhorrent, in quo verſari cum proximi vtilitate poſſint. Nam & carceres ipſi adeunt, & vinctos conſolantur, & ægrotis atque animam agentibus adſunt, periculo, ſi quod ab hoſte imminet, & morem gerere voluerint, erepturi. Atque hæc omnia ſic agunt, vt de ſtatu quietis ſuæ neutiquam dimoueantur, quam fœlicitatem tametſi nemo verbis explicare queat, attamen viam ac rationem inueniſſe videor, quam ſi aduertas, aliqua ex parte poſſis cognoſcere. Finge enim animo te parentem habere nullum, non affinem, non conſanguineum, non fratrem, non vxorem, non liberos. Quanta putas id ſi contingere poſſet, te moleſtia ac perturbatione leuandum: adde prætereà nec vllas diuitias te poſſidere, non agrum, non aurum, non veſtem, non ſupellectilem, non domum: ſed nec habere velle: quanta te putas eo pacto cura liberandum? Quid ſi & hoc adiicias, nec vllis publicorum munerum occupationibus diſtringi, non magiſtratum gerere, non ductare exercitum, non agere iudicem, non patronum cuiquam venire, non denique familiæ præeſſe, nec tamen vllis rebus indige-

Quod habent Epiſcopi præcipuū, id cum Religioſis communicant.

Religioſa vita beata quies ob oculos ponitur.

A re, quoniam Deus procurator tuus fideliſſimus abundè omnia ſuppediter: quanta tum te putas hilaritate atque lætitia afficiendum? Demus igitur hæc omnia viro cuipiam contigiſſe, nam hoc fingere neceſſe eſt: is cùm ita animo affectus ſit, vt nulla cura ſollicitet, nullus angor diſtorqueat, ſi qua fortè occaſio ſe dederit, quæ eius opem conſiliumve expetat, num grauatè cenſes, an quod veriſimilius eſt, benignè ac comiter ſui copiam facturum? Actio certè vnumquemque delectat: deinde ad opem ferendam, & benè de omnibus merendum, non obſcuris à natura ſtimulis incitamur: poſtremò nihil eſt, quòd ſpontè currentem aliunde remoretur, inuadet igitur in optima quæque libentiſſimè.

B Atqui beatus ille ſtatus, quem nulla ægritudo cruciat, Religioſi ſtatus velut ex ore aliquo expreſſa imago eſt. Ergo Religioſi etiā quęcunque actio, quæ in rem proximi conferatur, erit cum ſumma animi tranquillitate atque pace coniuncta. Talem verò omnem hominem eſſe decet, qui paratus ſit aduerſus proximum beneficium præſtare, vt quemadmodum oculi acies nullo proprio colore tingitur, quò poſſit obiectarum rerum in ſe colores ſuſcipere; ita nec ille priuatis vllis affectibus occupetur, quò poſſit aliorum quoſlibet affectus induere. Sic enim maximè fiet, quòd de ſe prædicat Apoſtolus, vt cum flentibus flere, cum gaudentibus gaudere verè & ex animo poſſit. Quod ſi actiones illæ quæ non parum in ſe difficultatis continent, poſſunt ea ratione ſuaues ac delectabiles euadere, quæ tandem, & quanta erit voluptas eorum ſtudiorum, quæ reliqui ſolent, cùm an-

C gūtur animo, remedium adhibere? quanto cum gaudio libera, ac ſoluta mens cæleſtem ac plane diuinam eruditionem de limpidiſſimo Scripturarum fonte potabit? Quo ſtudio myſteria, quę recōditis in ſenſibus verſantur, eruet? quàm cupidè ſanctorum Patrum Commentarios euoluet? Nec vno porrò doctrinæ genere contentus, à cortice literæ ad Allegoriæ medullam penetrabit, in qua, cum admirabilitate maxima diuinorum myſteriorum ſeriem vmbris figuriſque contextam reſignabit. Poſtquam continuò humanæ leuitatis atque inconſtantiæ non immemor, aut etiam concupiſcentiæ ſemper obluctantis, eam partem quæ mores animúmque componit, non quaſi per tranſennam præteriens ſtrictim aſpiciet, ſed gradum tantiſper ſiſtens, dum quæ legi, altius in cogitatione defigat, ſolutus in lacrymas ingemiſcet, & cœleſtem numinis opem implorabit. Vnde poſtremò ſpe confirmatus, ac certa rerum cæle-

D ſtium expectatione recreatus, iam illas epulas cœleſtis patriæ delibabit, æternáſque delicias mente ac cogitatione percipiet, & floribus Anagogicis paſcetur. Quæ omnia, quanquam mira ſuauitate animum perfundunt, rerúmque omnium immemorem conſtituunt, orationis tamen fœlicitate vincuntur, illius præſertim, quæ intempeſtę noctis ſilentio, ſolo Deo arbitro concipitur; quàm qui frequentant, ne intellectu quidem capere poſſis, quàm exquiſitis bonarum cogitationum epulis ſaturentur. Eſt autem ad eas epulas noctis illa portio opportuniſ-

Religioſorū honeſtiſſimæ voluptates.

Oratio intempeſta nocte, ſolo Deo arbitro, voluptatum maxima.

ſima, quæ nocturnum officium conſequitur. Si- A quidem frequentius eo tempore, vt experientia docet, ſponſus aduenire conſueuit, & in amplexus ruere exoptantis animæ, quæ præ illius amore ac deſiderio excubat. Non ego tyrunculis noſtris quid temerè conſuluerim: parere primùm diſcant, nec ab inſtitutoris ſui præceptis vel latum vnquam diſcedant. Verùm poſtquam ex Ephebis exceſſerint, & citra regulę cõtemptum ſuos ſibi mores regere permittuntur, intelligant, quoniam *Iuſto non eſt lex poſita.* Arbitror autem quoniam nec ſi maximè quærant, illi operi tempus aliud opportunius reperient, neque maiores vnquam delicias ſuis omnibus exercitiis percipient. Quòd ſi cui fortè hoc non meum, ſed Sanctorum conſilium probabi- B tur, ſobrietati ſtudeat neceſſe eſt, præſertim iis diebus quibus ex more cœna paratur: nam cibo farctis vigiliæ ſunt inutiles, præterquam quòd corpus breui conficiunt. Deinde etiam hoc obſeruare debebit, vt maturè poſt Canonici officij penſum perſolutum, & breui examine diſcuſſam conſcientiam, quieti membra componat. Nam corpus ſomno penitus priuare velle, hominis eſt, qui ſe mortalem non meminerit.

Poſtquam verò iam illa meditatione, quæ nocturni officij poſtremas partes occupat, animus incendi cœperit, aut ſi vtilius duxeris etiam lectioni idoneæ operam dederis, ne defatigatus animus eundem tenorem diutius ſeruare non poſſit: tum verò ſolue protinus lachrymis Sabenas, téque totum Deo committe. Quòd ſi C ſeipſum, tanquam ſit abſens, aliquanto tempore diſſimulet, teipſum vrge, cælúmque terrámque inuoca, nec antè deſine circuire cum ſponſa per plateas, téque ipſum verberibus adigere, quàm te in eius familiaritatem penitus inſinues. Nam ſi perſtiteris, non ita multò poſt aderit, qui nubem illam triſtitiæ aduentus ſui clariſſima luce diſcutiat. Cæterùm, vt hoc interim admoneam, illa mihi ſemper abſurdiſſima viſa eſt cellularum diſpoſitio, quæ ingemiſcentem prodat; nec aliter ſibi conſulere patiatur, quàm ſi vicino moleſtiam exhibeat. Dic vbi quæram ſi apud Religioſos non licet? quætere autem abſque fletibus, & lachrymarum vi, necnon & ſingultibus internuntiis, imò & ſæpius abſque verbere vix poſſum, quæ cùm ſint præcipua religioſæ palæſtræ exercitia, ſiue mores ſpectes, vt corrigi poſſint: ſiue diuini amoris ſtudium, vt promoueri queat: ſedulò cu- D randum eſt vt commodè fiant: ne dum ego ſilentium capto, ille ſtertit: aut alter ſtudet, ego tuſſi laboro, inutili vtérque labore cruciemur. Cui ſanè morbo facilè occurri poterit, ſi non tam tenui diſcrimine ædiculæ ſeparentur. Plinius in Epiſtolis villæ cuiuſdam ſuæ amœnitatem deſcribens, poſt alia multa quæ eleganti penicillo depingit, Eſt præterea (inquit) in hac diæta dormitorium cubiculum, quod diem, clamorem, ſomnúmque excludit. Et iterum Laurentis ſui delicias deſcribens libri 2. epiſt. 17. Iunctum eſt (inquit) cubiculum noctis & ſomni, non illud voces ſeruulorum, non maris murmur, non tempeſtatum motus, non fulgurum lumen, ac ne diem quidem ſentit, niſi feneſtris apertis. In hanc ego zetam cùm me recipio, abeſſe etiam mihi à villa mea videor, magnámque eius voluptatem præcipuè Saturnalibus capio, quam reliqua pars tecti licentia dierum, feſtiſque clamoribus perſonat. Nam nec ipſe meorum luſibus, nec illi ſtudiis meis obſtrepunt. Num tu igitur, dicet aliquis, etiam apud Religioſos Saturnaliorum petulantiam times? abſit. Sed ſunt alia quæ, vt dixi, ſilentij quietem interrumpere poſſunt, culinæ ſtridor, hoſpitum concurſus, nam illis quoque dormitorium à quibuſdam imponitur, quemadmodum & apothecis frumenti ſupponitur: & cùm neque heliocamino locus ſit in Gallia, neque hypocauſtis vtamur, ſed congeſtis roboribus ignem excitemus, ſine ſtrepitu focum curare non poſſumus; cùm tamen anni parte non modica cœlum ſolúmque apud nos rigeat; & is locus à nonnullis, neſcio qua prudentia, cellis adiungatur. Qua igitur arte dices, profundum illud ſilentium Plinius obtinuit? Tam alti, reſpondet, abditique ſecreti illa ratio, quòd interiacens andrõ parietẽ cubiculi hortique diſtinguit, atque ita omnem ſonum media inanitate conſumit. Verùm hoc Chartuſiani imitentur, nobis certè non licet, qui tecto vno includimur. At licet cratitius ille paries, ſeu potius intergerinus, qui cubicula dirimit, ſi non ſeſquipedalis ſit, quomodo lex iubet eum qui contignationem vnam tolerare debeat, ſaltem ſemipedem obtineat. Id ſi fiat, parque cura tabulatis adhibeatur: nec ſit materies opportuna rimis; non deerit neceſſarium numinis aduentum captantibus ſilentium, nec rerum diuinarum contemplationi tranquillitas.

Religioſorũ cellulæ ab omni æterno ſtrepitu defẽdi debent, & eaſdem ingemiſcentes non prodere.

Plin. 2. ep. lib. 5. ep. 6.

FILII *Ierobam, filij Eliu, filij Tohu, filij Suph Ephrathæus.*] Parentes vſque ad tritauum apud Romanos proprio vocabulo nominantur. Vlteriores qui non habent ſpeciale nomen, Maiores appellantur. Item liberi vſque ad trinepotem. Vltra hos, Poſteriores vocantur. ff. de gradibus & affinibus l. 10. Seriem verò ſtirpium per gradus diſtinxerunt à ſimilitudine ſcalarum locorúmque procliuium: quos ita ingredimur, vt à proximo in proximum, id eſt in eum, qui quaſi ex eo naſcitur, tranſeamus. Primo gradu igitur aſcendentium pater & mater continentur. Secundo auus & auia. Tertio proauus & proauia. quarto abauus & abauia. quinto atauus & atauia. Sexto tritauus & tritauia. Vltima ſeptimi gradus nomina nec reperta ſunt: nec euenire poteſt, vt vita ſuccedentibus in id tempus porrigi poſſit. Ita decreuerunt Iureconſulti: quanquam Scriptura doceat cùm Henoch fuerit ab Adã ſeptimus, & ille Mathuſala genuerit, Mathuſala autem Lamech, cuius tempore Adam è viuis exemptus eſt, eundem ad nonum vſque nepotem perueniſſe. Verùm illa prioribus illis ſeculis contigerint: inpoſterum nulla ſpes reliqua eſt eadem poſſe euenire. In quantam verò multitudinem excreſcat illa ſuperiorum ſeries, hoc loco Paulus exprimit, ita vt in hoc vniuerſo ſtemmate perſonæ reperiantur 1784. Itaque deinceps non niſi temerè mori pœniteat, cùm multo plures ex noſtris quàm hic ſuperſint, in aliud ſeculum præmiſerimus.

Genealogiæ nomina.

D. de gradib. & affin.

FILII

FILII *Ierobam* &c.] Reliquam eius genealogiæ ſeriem liber 1. Paral. cap. 6. enarrauit. Inde diſcimus eundem ex ſtirpe Leui duxiſſe originem: à quo, vt ait ſanctus Theodoretus, Samuël decimum quintum locum obtinet, ac proinde etiam Elcana in decimo quarto gradu eſt collocandus. Suſceperat autem Leui tres liberos, Gerſom, Caath, & Merari, qui Leuiticam tribum in totidem partes tribuerunt. Sed reliquis duobus familia Caath prælata eſt, vtpote ex qua Pontifices prodierunt, qui vniuerſæ ſacrorum religioni præfuerunt, vt docet idem Sanctus. Ex ea igitur proſapia Samuël efſloruit, qui tamen propterea pontificatum geſſiſſe neutiquam credẽdus eſt: nõ enim ex Sacerdotali ſtirpe deſcenderat: ſed Caath princeps generis, duos filios ſucceſſores habuit, quorum alter fuit Amram, ex quo Moyſes & Aaron orti ſunt, quorum natu maior Aaron ſacerdotiũ diuina electione adeptus, poſteris hæreditaria ſorte reliquit: alter Iſaar, qui patris quidem nomen in ſuam familiam tranſtulit, Leuiticæ autem adminiſtrationis eam partem ſortitus eſt, quæ ſacerdotij quidẽ dignitate vinceretur, reliquis autem muneribus anteſtaret. Nam ex ſacra tabernaculi ſupellectile Caathitę ſancta baiulabãt, canendi præterea officio cęteris pręſtabãt, & Prophetæ quoque plures habebantur. Porro idem Iſaar Core procreauit, è cuius tandem propagine Elcana, & Samuel prodierunt.

Sanctus Theodoretus quæſt. in 1 Regũ.

Samuel à ſtirpe Leuitica, non tamen Sacerdotali oriũdus.

Et hæc quidem ſatis hactenus Elcanæ generis nobilitatem oſtendunt, quę à patre peti conſueuit. Nam matris genus vix quiſquã recenſet: quanquam ne hoc quidem, ſi S. Hieron. credimus, hoc loco Scriptura tacuit. Propterea enim Ephratæus eſt dictus, quòd illa ex principali tribu orta eſſet, nimirum ab Ephrata vxore Caleb, quam conſtat de tribu Iuda fuiſſe, à qua & regio, quæ circa Bethleem eſt, nomen accepit. Qua ratione etiam Dauid poſtea Ephratæus vocatur, cùm de tribu Iuda ex Bethleem oriundus eſſet. Nec hoc nouum putandũ eſt, vt Leuitæ in monte Ephraim cõmorantes ex Bethleẽ vxores ducerent, cùm legamus Iud. 19. inde illum ſibi coniugem aſciuiſſe, qui cùm domum repeteret, & ſcelere filiorum Beniamin in Gabaa violatus eſſet, totius penè gentis internecione acceptam iniuriam vltus eſt. Propterea igitur & duo illa excelſa ſeu ſcopulus Ramathaim, duas tribus ſanctus Hieronymus interpretatur, Regalem ſcilicet & Sacerdotalem, quoniam vtraque ſuos honores in Elcanæ natales contulerunt. Verùm hæc ſancti Hieronymi ſententia, ſeu potius Hebræorum quos ipſe refert, Vermilio non placuit: Quia non poteſt filius, inquit, à matre familiæ nomen habere, niſi ea fortaſſis hæreditaria fuiſſet, quòd hîc minimè locum habuit; quia Elcana Leuita exiſtens, non potuit quicquam accipere agrorum, hæreditatis nomine, citra id quod erat ſuæ familiæ à Domino aſſignatum. Atqui Vermili, huius rei exemplum habes Eſdræ cap. 2. vbi hæc leguntur. *Et de filiis Sacerdotum: filij Hobia, filij Accos, filij Berzellai qui accepit de filiabus Berzellai Galaaditis vxorem, & vocatus eſt nomine earum*: ſic enim vertit ex Hebræo Sanctes Pagninus.

Elcana maternum genus.

Quæ ratio deſcribendæ genealogiæ in Scripturis.

SOLEMNE eſt hoc Scripturæ, ad nouæ ſtirpis commendationem maiorum, qui gloria claruerint, memoriam refricare. Sed fortaſſis quiſpiam eius facti rationem requiret, cùm tam Scriptura ipſa, quàm reliqui omnes qui ſapiunt, nos doceant non de aliena virtute pendere: ſed propriis meritis niti. Apoſtolus etiam 1. ad Timoth 1. & 3. cap. ad Titum genealogias inquirendi ſtudium reprehendit. Verùm eo loco quæ fuerit mens Apoſtoli quidue intellexerit, SS. Chryſoſt. & Theodoret. interpretantur: copioſè etiam præter cæteros ſanctus Hieronymus in tertium epiſtolę ad Titum explicat. Vermilius rem non incommodè reſpondet, licet non videatur omnino Patrum illorum, ſicut nec Apoſtoli ſenſum aſſecutus: genealogias illas quas taxat Apoſtolus, prorſus friuolas & inanes fuiſſe, nec ad alium vſum accommodatas quàm vt Iudæi haberent, quo ſuam nobilitatem ſuperbè & arroganter iactarent, & quo id luculentius facerent, eos ſibi finxiſſe maiores, quos re ipſa nunquam habuerant. In captiuitate ſiquidem Babylonica, cùm tanta eſſet rerum Iudaicarum confuſio, Iudæos maxima ex parte ſuas genealogias amiſiſſe. Inde multos poſtea ſeſe in tribum Leuiticam inſerere voluiſſe, quos omnes Eſdras, cùm genus probare non poſſent, à miniſterio templi reiecit. Quo factum eſt, vt poſtea ducti ambitione multi ſint commenti ſibi genealogias, & inter ſe de nobilitate pugnare cœperint. Et hoc illud eſt, inquit Vermilius, quod Paulus in genealogiis damnauit. Cæterùm hic nihil inane aut curioſum habemus: ſed, vt alias taceam, ex hac deſcriptione duo adipiſcimur commoda. Primùm quidem videmus Dei promiſſiones ſtabiliri, qui Deuter. cap. 33. in benedictione Leuitarum prodidit: *Docebunt Iacobum ſtatuta mea, & Iſraëlem legem meam.* Quod Samuël (vti videbimus) exactè pręſtitit. Deinde cognoſcimus in hac genealogia, quod & in lege, nec non in Ezechiele habetur, *Filium non portare iniquitatem parentum.* Siquidem Core iniquitas nihil Samuëli nocuit: vel quo ad mores, vel quo ad ſancta chariſmata. In hoc itaque Dei bonitatem admirabimur, qui ex malo progenitore bonos liberos excitarit. Siquidem Core tumultus olim & ſeditionis contra Moſen in caſtris author extitit, & à Deo publico ſupplicio eſt affectus. Idcirco potuiſſet Deus eius poſteritatem ſpiritualibus chariſmatis priuare: ſed maluit pro ſua bonitate in progenitore malitiã reprimere quã pati, vt in poſteros graſſaretur. Vnde probamus malos parẽtes, aut prauos aut bonos liberos ſuſcipere; cùm malos ideorũ merito fieri, nec habere quod de eo iuſtè cõquerãtur, quandoquidem ea ratione Deus parentum nequitiã vlciſcitur. Sin verò bonos, id pro ſua clemẽtia Deũ facere, ne peccatũ ſerpat in immenſũ. Bonos quoq; parentes interdũ bonos liberos habere, quæ Dei eſt benedictio. ſiquidem polli-

Quare ſanctorum parentes longo ordine Scriptura numeret.

Chryſoſtomus. Theodoretus. Hieronymus. Vermilius.

Explicatur Apoſtolus genealogias damnans.

Duplex ratio à Vermilio allata.

ſima, quæ nocturnum officium conſequitur. Si- A quidem frequentius eo tempore, vt experientia docet, ſponſus aduenire conſueuit, & in amplexus ruere exoptantis animæ, quæ præ illius amore ac deſiderio excubat. Non ego tyrunculis noſtris quid temerè conſuluerim: parete primùm diſcant, nec ab inſtitutoris ſui præceptis vel latum vnquam diſcedant. Verùm poſtquam ex Ephebis exceſſerint, & citra regulę cótemprum ſuos ſibi mores regere permittuntur, intelligant, quoniam *Iuſto non eſt lex poſita.* Arbitror autem quoniam nec ſi maximè quærant, illi operi tempus aliud opportunius reperient, neque maiores vnquam delicias ſuis omnibus exercitiis percipient. Quòd ſi cui fortè hoc non meum, ſed Sanctorum conſilium probabi- B tur, ſobrietati ſtudeat neceſſe eſt, præſertim iis diebus quibus ex more cœna paratur: nam cibo farctis vigiliæ ſunt inutiles, præterquam quòd corpus breui conficiunt. Deinde etiam hoc obſeruare debebit, vt maturè poſt Canonici officij penſum perſolutum, & breui examine diſcuſſam conſcientiam, quieti membra componat. Nam corpus ſomno penitus priuare velle, hominis eſt, qui ſe mortalem non meminerit.

Poſtquam verò iam illa meditatione, quæ nocturni officij poſtremas partes occupat, animus incendi cœperit, aut ſi vtilius duxeris etiam lectioni idoneæ operam dederis, ne defatigatus animus eundem tenorem diutius ſeruare non poſſit: tum verò ſolue protinus lachrymis Sabenas, téque totum Deo committe. quòd ſi C ſeipſum, tanquam ſit abſens, aliquanto tempore diſſimulet, teipſum vrge, cælúmque terrámque inuoca, nec antè deſine circuire cum ſponſa per plateas, téque ipſum verberibus adigere, quàm te in eius familiaritatem penitus inſinues. Nam ſi perſtiteris, non ita multò poſt aderit, qui nubem illam triſtitiæ aduentus ſui clariſſima luce diſcutiat. Cæterùm, vt hoc interim admoneam, illa mihi ſemper abſurdiſſima viſa eſt cellularum diſpoſitio, quæ ingemiſcentem prodat; nec aliter ſibi conſulere patiatur, quàm ſi vicino moleſtiam exhibeat.

Religioſorũ cellula ab omni æterno ſtrepitu defẽdi debeat, & eoſdem ingemiſcentes non prodere.

Dic vbi quæram ſi apud Religioſos non licet? quærere autem abſque fletibus, & lachrymarum vi, necnon & ſingultibus internuntiis, imò & ſæpius abſque verbere vix poſſum, quæ cùm ſint præcipua religioſæ palæſtræ exercitia, ſiue motes ſpectes, vt corrigi poſſint: ſiue diuini amoris ſtudium, vt promoueri queat: ſedulò cu- D randum eſt vt commodè fiant: ne dum ego ſilentium capto, ille ſtertit: aut alter ſtudet, ego tuſſi laboro, inutili vtérque labore cruciemur. Cui ſanè morbo facilè occurri poterit, ſi non tam tenui diſcrimine ædiculæ ſeparentur. Plinius in Epiſtolis villæ cuiuſdam ſuæ amœnitatem deſcribens, poſt alia multa quæ eleganti penicillo depingit, Eſt præterea (inquit) in hac diæta dormitorium cubiculum, quod diem, clamorem, ſomnúmque excludit. Et iterum Laurentis ſui delicias deſcribens libri 2. epiſt. 17. Iunctum eſt (inquit) cubiculum noctis & ſomni, non illud voces ſeruulorum, non maris murmur, non tempeſtatum motus, non fulgurum lumen, ac ne diem quidem ſentit, niſi feneſtris apertis. In hanc ego zetam cùm me recipio, abeſſe etiam mihi à villa mea videor, magnámque eius voluptatem præcipuè Saturnalibus capio, quam reliqua pars tecti licentia dierum, feſtíſque clamoribus perſonat. Nam nec ipſe meorum luſibus, nec illi ſtudiis meis obſtrepunt.

Plin. 2. ep. lib. 5. ep. 6.

Num tu igitur, dicet aliquis, etiam apud Religioſos Saturnaliorum petulantiam times? abſit. Sed ſunt alia quæ, vt dixi, ſilentij quietem interrumpere poſſunt, culinæ ſtridor, hoſpitum concurſus, nam illis quoque dormitorium à quibuſdam imponitur, quemadmodum & apothecis frumenti ſupponitur: & cùm neque heliocamino locus ſit in Gallia, neque hypocauſtis vtamur, ſed congeſtis roboribus ignem excitemus, ſine ſtrepitu focum curare non poſſumus; cùm tamen anni parte non modica cœlum ſolúmque apud nos rigeat; & is locus à nonnullis, neſcio qua prudentia, cellis adiungatur. Qua igitur arte dices, profundum illud ſilentium Plinius obtinuit? Tam alti, reſpondet, abditíque ſecreti illa ratio, quòd interiacens andrõ parietẽ cubiculi hortíque diſtinguit, atque ita omnem ſonum media inanitate conſumit. Verùm hoc Chartuſiani imitentur, nobis certè non licet, qui tecto vno includimur. At licet cratitius ille paries, ſeu potius intergerinus, qui cubicula dirimit, ſi non ſeſquipedalis ſit, quomodo lex iubet eum qui contignationem vnam tolerare debeat, ſaltem ſemipedem obtineat. Id ſi fiat, parque cura tabulatis adhibeatur: nec ſit materies opportuna rimis; non deerit neceſſarium numinis aduentum captantibus ſilentium, nec rerum diuinarum contemplationi tranquillitas.

Filii *Ierebam, filij Eliu, filij Tohu, filij Suph Ephrathæus.*] Parentes vſque ad tritauum apud Romanos proprio vocabulo nominantur. Vlteriores qui non habent ſpeciale nomen, Maiores appellantur. Item liberi vſque ad trinepotem. Vltra hos, Poſteriores vocantur. ff. de gradibus & affinibus l. 10. Seriem verò ſtirpium per gradus diſtinxerunt à ſimilitudine ſcalarum locorúmque procliuium: quos ita ingredimur, vt à proximo in proximum, id eſt in eum, qui quaſi ex eo naſcitur, tranſeamus. Primo gradu igitur aſcendentium pater & mater continentur. Secundo auus & auia. Tertio proauus & proauia. quarto abauus & abauia. quinto atauus & atauia. Sexto tritauus & tritauia. Vltima ſeptimi gradus nomina nec reperta ſunt: nec euenire poteſt, vt vita ſuccedentibus in id tempus porrigi poſſit. Ita decreuerunt Iureconſulti: quanquam Scriptura doceat cùm Henoch fuerit ab Adã ſeptimus, & ille Mathuſala genuerit, Mathuſala autem Lamech, cuius tempore Adam è viuis exemptus eſt, eundem ad nonum vſque nepotem perueniſſe. Verùm illa prioribus illis ſeculis contigerint: inpoſterum nulla ſpes reliqua eſt eadem poſſe euenire. In quantam verò multitudinem excreſcat illa ſuperiorum ſeries, hoc loco Paulus exprimit, ita vt in hoc vniuerſo ſtemmate perſonæ reperiantur 1784. Itaque deinceps non niſi temerè mori pœniteat, cùm multo plures ex noſtris quàm hîc ſuperſint, in aliud ſeculum præmiſerimus.

Genealogia nomina.
D. de gradib. & affin.

Filii

Sanctus Theodoretus quæſt. in 1 Regū.

Filii *Ieroham* &c.] Reliquam eius genealogiæ ſeriem liber 1. Paral. cap. 6. enarrauit. A Inde diſcimus eundem ex ſtirpe Leui duxiſſe originem: à quo, vt ait ſanctus Theodoretus, Samuël decimum quintum locum obtinet, ac proinde etiam Elcana in decimo quarto gradu eſt collocandus. Suſceperat autem Leui tres liberos, Gerſom, Caath, & Merari, qui Leuiticam tribum in totidem partes tribuerunt. Sed reliquis duobus familia Caath prælata eſt, vtpote ex qua Pontifices prodierunt, qui vniuerſæ ſacrorum religioni præfuerunt, vt docet idem Sanctus. Ex ea igitur proſapia Samuël effloruit, qui tamen propterea pontificatum geſſiſſe neutiquam credēdus eſt: nō enim ex Sacerdotali ſtirpe deſcenderat: ſed Caath princeps generis, duos filios ſucceſſores habuit, quorum alter fuit Amram, ex quo Moyſes & Aaron orti ſunt, quorum natu maior Aaron ſacerdotiū diuina electione adeptus, poſteris hæreditaria ſorte reliquit: alter Iſaar, qui patris quidem nomen in ſuam familiam tranſtulit, Leuiticæ autem administrationis eam partem ſortitus eſt, quæ ſacerdotij quidē dignitate vinceretur, reliquis autem muneribus anteſtaret. Nam ex ſacra tabernaculi ſupellectile Caathitę ſancta baiulabāt, canendi præterea officio cęteris pręſtabāt, & Prophetæ quoque plures habebantur. Porro idem Iſaar Core procreauit, è cuius tandem propagine Elcana, & Samuel prodierunt.

Samuel à ſtirpe Leuitica, non tamen Sacerdotali oriūdus.

Et hæc quidem ſatis hactenus Elcanæ generis nobilitatem oſtendunt, quę à patre peti conſueuit. Nam matris genus vix quiſquā recenſet: quanquam ne hoc quidem, ſi S. Hieron. credimus, hoc loco Scriptura tacuit. Propterea enim Ephratæus eſt dictus, quòd illa ex principali tribu orta eſſet, nimirum ab Ephrata vxore Caleb, quam conſtat de tribu Iuda fuiſſe, à qua & regio, quæ circa Bethleem eſt, nomen accepit. D Qua ratione etiam Dauid poſtea Ephratæus vocatur, cùm de tribu Iuda ex Bethleem oriundus eſſet. Nec hoc nouum putandū eſt, vt Leuitæ in monte Ephraim cōmorantes ex Bethleē vxores ducerent, cùm legamus Iud. 19. inde illum ſibi coniugem aſciuiſſe, qui cùm domum repeteret, & ſcelere filiorum Beniamin in Gabaa violatus eſſet, totius penè gentis internecione acceptam iniuriam vltus eſt. Propterea igitur & duo illa excelſa ſeu ſcopulos Ramathaim, duas tribus ſanctus Hieronymus interpretatur, Regalem ſcilicet & Sacerdotalem, quoniam v- C traque ſuos honores in Elcanæ natales contulerunt. Verùm hæc ſancti Hieronymi ſententia, ſeu potius Hebræorum quos ipſe refert, Vermilio non placuit: Quia non poteſt filius, inquit, à matre familiæ nomen habere, niſi ea fortaſſis hæreditaria fuiſſet, quòd hîc minimè locum habuit; quia Elcana Leuita exiſtens, non potuit quicquam accipere agrorum, hæreditatis nomine, citra id quod erat ſuæ familiæ à Domino aſſignatum. Atqui Vermili, huius rei exemplum habes Eſdræ cap. 2. vbi hæc leguntur. *Et de filiis Sacerdotum: filij Hobia, filij Accos, filij Berzellai qui accepit de filiabus Berzellai Galaaditis vxorem, & vocatus eſt nomine earum:* ſic enim vertit ex Hebræo Sanctes Pagninus.

Elcanæ maternum genus.

Quæ ratio deſcribendæ genealogiæ in Scripturis.

Solemne eſt hoc Scripturæ, ad nouæ prolis commendationem maiorum, qui gloria claruerint, memoriam refricare. Sed fortaſſis quiſpiam eius facti rationem requiret, cùm tam Scriptura ipſa, quàm reliqui omnes qui ſapiunt, nos doceant non de aliena virtute pendere: ſed propriis meritis niti. Apoſtolus etiam 1. ad Timoth 1. & 3. cap. ad Titum genealogias inquirendi ſtudium reprehendit. Verùm eo loco quæ fuerit mens Apoſtoli quidue intellexerit, SS. Chryſoſt. & Theodoret. interpretantur: copioſè etiam præter cæteros ſanctus Hieronymus in tertium epiſtolę ad Titum explicat. Vermilius item non incommodè reſpondet, licet non videatur omnino Patrum illorum, ſicut nec Apoſtoli ſenſum aſſecutus: genealogias illas quas taxat Apoſtolus, prorſus friuolas & inanes fuiſſe, nec ad alium vſum accommodatas quàm vt Iudæi haberent, quo ſuam nobilitatem ſuperbè & arroganter iactarent, & quo id luculentius facerent, eos ſibi finxiſſe maiores, quos re ipſa nunquam habuerant. In captiuitate ſiquidem Babylonica, cùm tanta eſſet rerum Iudaicarum confuſio, Iudæos maxima ex parte ſuas genealogias amiſiſſe. Inde multos poſtea ſeſe in tribum Leuiticam inſerere voluiſſe, quos omnes Eſdras, cùm genus probare non poſſent, à miniſterio templi reiecit. Quo factum eſt, vt poſtea ducti ambitione multi ſint commenti ſibi genealogias, & inter ſe de nobilitate pugnare cœperint. Et hoc illud eſt, inquit Vermilius, quod Paulus in genealogiis damnauit. Cæterùm hic nihil inane aut curioſum habemus: ſed, vt alias taceam, ex hac deſcriptione duo adipiſcimur commoda. Primùm quidem videmus Dei promiſſiones ſtabiliri, qui Deuter. cap. 33. in benedictione Leuitarum prodidit: *Docebunt Iacobum ſtatuta mea, & Iſraëlem legem meam.* Quod Samuël (vti videbimus) exactè pręſtitit. Deinde cognoſcimus in hac genealogia, quod & in lege, nec non in Ezechiele habetur, *Filium non portare iniquitatem parentum.* Siquidem Core iniquitas nihil Samuëli nocuit: vel quo ad mores, vel quo ad ſancta chariſmata. In hoc itaque Dei bonitatem admirabimur, qui ex malo progenitore bonos liberos excitarit. Siquidem Core tumultus olim & ſeditionis contra Moſen in caſtris author extitit, & à Deo publico ſupplicio eſt affectus. Idcirco potuiſſet Deus eius poſteritatem ſpiritualibus chariſmatis priuare: ſed maluit pro ſua bonitate in progenitore malitiā reprimere quā pati, vt in poſteros graſſaretur. Vnde probamus malos parētes, aut prauos aut bonos liberos ſuſcipere; cùm malos ideorū merito fieri, nec habere quod de Deo iuſtè cōquerātur, quandoquidem ea ratione Deus parentum nequitiā vlciſcitur. Sin verò bonos, id pro ſua clemētia Deū facere, ne peccatū ſerpat in immenſū. Bonos quoq; parentes interdū bonos liberos habere, quæ Dei eſt benedictio, ſiquidem polli-

Quare ſanctorum parentes longo ordine Scriptura enumeret.

Chryſoſtomus. Theodoretus. Hieronymus. Vermilius.

Explicatur Apoſtolus genealogias damnans.

Duplex ratio à Vermilio allata.

citus eſt ſe benefacturum parentibus, & ſemini eorum poſt ipſos. Quandoque etiam prauos, idque ex cauſa fieri, ne bonitas hæreditaria exiſtimetur. Hæc Vermilius. Prima itaque ratio cur Scriptura Eleanæ progeniem ab alto deduxerit, neceſſitas illa fuit, quæ cogebat vnumquemque Iudæum maximè autem Leuitas,

Aliæ rationes præter præcedentes.

1. probare genus. Non enim eodem iure proſelyti cum Iſraëlitis, nec alius quiuis è populo cum Leuiticæ tribus homine potiebantur. Qood ſi quiſpiam ex illa tribu ſtirpis ſuæ originem approbare non poſſet, gradu mouebatur, quemadmodum nonnullis accidiſſe reſtatur Eſdras lib. 1. cap. 2. nam cùm reuerſis in patriam Iudæis, vnuſquiſque iure poſt liminij in integrũ reſtitui poſtularet: de quibuſdã refert, quòd quæſierint Scripturam genealogiæ ſacre, non inuenerint, & eiecti ſint de Sacerdotio. Idcireò aotem hoc tum moribus receptum fuit, quòd Sacerdotium ſucceſſionis iure ad poſteros tranſmitteretur; tranſmitrebatur autem ad poſteros idcircò, vt air Apoſtolus ad Hebræos cap. 7. quod morte prohiberentur permanere. Chriſtus verò eò quod maneat in æternum, ſempiternum habet Sacerdorium. Nunquid igitur ſunt immortales qui apud nos Sacerdotio funguntur? Abſir vt illis ſpem melioris vitæ amputemus: ſed vicariam duntaxat functionem ſortiti ſunt; Chriſtus in æternum viuens ſucceſſorem non accipit. Vnde nec ex traduce propagantur: ſed ex quouis hominum genere, qui meritis præſtiterint, in ſortem miniſterij huius alleguntur. Solent enim eligi quibus vices committantur, at filij na-

2. ſcuntur parentibus ſocceſſores. Secunda ratio eſſe poteſt, quoniam ſi prolem à primo ortu conſideres, reipſa quidem nullam laudem meretur, at illam auitæ virtutis ſpes & expectatiò plurimùm commendat. Etenim lege naturæ leo leonem parir, aquilam aquila, nec de informi mola vrſum deſperat Mater certa de origine. Eleganter Vlyſſes apud Senecam in Troade act. 3.

Seneca.

Generoſa in ortus ſemina exurgunt ſuos:
Sic ille magni paruus armenti comes,
Primiſque nondum cornibus findens cutem,
Ceruice ſubito celſus, & fronte arduus,
Gregem paternum ducit, ac pecori imperat.
Quæ tenera caſo virga de trunco ſtetit,
Par ipſa matri tempore exiguo ſubit,
Vmbráſque terris reddit, & cælo nemus.
Magna res Danaos monet.
Futurus Hector.

Caſſiodorus.

Præclarè item apud Caſſiodorum variarum lib. 2. epiſtola 15. Theodericus Rex paucis verbis hanc eandem ſententiam complexus eſt. Prouidentiæ noſtræ ratio eſt, inquit, in tenera ætate merita futura tractare, & ex parentum virtutibus prolis indicare ſucceſſus, quia bona certa ſunt quæ fidem ab exordin trahunt, dum origo neſcir deficere, quæ conſueuit radicitus pullulare. Fertur enim curſu perenni fontium vena vitalis, & hanc conditionem ſuſtioent cuncta manantia, vr ſapor qoi conceſſus eſt origini, niſi per accidentia fuerit fortè vitia-

A tus, neſciat riuulis abnegari. Hæc Caſſiodorus. Quòd ſi quis fortè putet virtutem parentum generatione minimè propagari poſſe, nec vllas animi dotes à natura proſeminari, negare tamen non poterit, quin familiæ ſplendor, atque adeo ipſa nobilitas ad pietatem aculeos habeat. Raro enim turpiter aut indecorè agit, qui maiorum ſuorum laudem perichtari ſecum cernit; at ille qui per ſeſe ignotus eſt, & maiores longè obſcuriores habet, paruam admodum iacturam ſibi facere videtur ſi deliquerit. Virtutes ſanè nonnullæ præ cæteris ſi non à natura nobilibus ingenitæ, at certè mox inſitæ videntur perſuaſione maiorum. Sic Brutos legimus libertatis ſtudio ſupra omnes pa-

B tricios flagraſſe: ſic Decios plures ſeſe pro patria vltro deuouiſſe: ſic nullum Francorum Regem, qui hæreditario iure ſuccedunt, in hæreſim incidiſſe. Sic Leuitas omnes exemplo maiorum ſuorum zelo religionis incenſos fuiſſe, vt cum Ieroboam ſuperſtirioſum cultum in Iſraël inſtitueret, domos, vrbes, prædia, omnia denique relinquerent, & in Iudæam ſe reciperent. quòd tamen, potius quàm naturæ, aut perſuaſioni, aut induſtriæ, diuino beneficio tribuendum eſt: quod aliquando collatum parentibus, atque ab iiſdem tanquam teſtamenti lege poſteris relictum, in æternum Deus tuetur. Hoc ipſum aſſerebat Eccleſiaſticus 44. cap. cùm diceret: *Cum ſemine eorum permanent bona. Hæreditas ſancta nepotes*

C *eorum, & in teſtamentis ſtetit ſemen eorum, ſed filij eorum propter illos vſque in æternum manent: ſemen eorum & gloria eorum non derelinquetur.* Sed iam tertiam quoque rationem in- 3.
oeſtigemus. Nam ſi Dei mentem conſiliúmque inſpiciamus, non dubito quin profectò ſtatuerit ex pacto populum ingratitudinis arguere, ſéque ſuámque prouidentiam ab omni calumnia liberare, oſtendens quàm ex nobili proſapia iudices, penes quos rerum ſumma eſſet antè præficeret quàm de Rege habendo conſpirarent. Nam quod nec degeneres fuerint ex geſtis palam eſt. Exaggerat autem populi dementiam non ſolùm Samuëlis, & Saülis morum diſſimilitudo, verùm etiam natalium inæqualitas. Poſſet & quarta 4.
ratio ſuperioribus adiungi; nimirum, vt diſcamus ſolos eos ſalutem poſſe conſequi cum ſanctis, aut, quod idem eſt, in album libri vitæ

D referri, qui poſſint regenerationis ſuæ originem ex Chriſto baptiſmi beneficio demonſtrare. Etenim, vt ait Dominus, *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, non intrabit in regnum cælorum.*

Tropologia.

Verùm fortaſſis quiſpiam audire etiam auear, quid ſit, cur tantum quatuor progenitores vir iſte habuiſſe feratur? Quoniam, opinor, nemo aliter vir exiſtimandus eſt, quàm ſi quatuor primariis virtutibus, tanquam fundamentis totidem, fulciatur. Quemadmodum enim aër, ignis, aqua, terra corporis quidem elementa ſunt, ſine quibus ſimul poſitis neque coaleſcere, neque conſeruari poteſt: ita & iuſtitia, temperantia,

Moralis ratio, quare tātum quatuor progenitores recenſentur.

fortitudo, atque prudentia virilis aoimi elementa ſunt, ſine quibus neque quiſquam eam dignitatem adipiſci, neque adeptam conſeruare poteſt. Quis enim eum virum nominet, quem præcipiti quadam cœcitate, ad inſtar eorum animalium quæ neque conſilio neque prudentia vti norunt, in caſſes ruere videat? Quis eum, quem auium rapaciom more ſeſe cibo potúque nimio ingurgitantem, nulla habita decori honeſtique ratione? Quis eum, quem animaduertat ad leuiſſimum quemqoe periculi motum, vt lepores ſolent, pauitantem, nec vllum virtutis ſpecimen in periculis aut ſubeundis aut propulſandis edentem? Quis eum denique, quem perſpiciat ferinum in morem in alios debacchantem, opes inuadentem, corporibus inſultantem, iura omnia diuina atque humana pedibus conculcantem, viri appellatione dignum exiſtimet? Appoſitè mea quidem ſententia, qui primi omnium alios bello laceſſiuerunt, ſerpentium, ferarum, atque auium rapacium formas ſuis vexillis prætulerunt, ne quis vultus humanos cernens ſpecie deciperetur, cùm reuera non eſſent illi homines, ſed belloinam mentem induiſſent. Sed neqoe ego eum virum dixerim, qui fide in Deum careat, ſpe item, charitate, & religione. Nam ſi virum eſſe eſt proximè ad Dei imaginem accedere, quomodo is accedere putandus eſt, qoi ſit ab eo alieniſſimus? Quomodo autem non ſit is ab eo alieniſſimus, qui neque fide eum nouerit, neque ſpe eidem inhæreat, neque amore cum eo coniunctus ſit, nullo denique religionis commercio cum eo conueniat? Etſi namque præclara quædam de virtutibus antiquiores Philoſophi, qui veræ fidei expertes fuerunt, diſſeruiſſe videantur, & non nihil etiam ſuis moribus expreſſiſſe: non ideo tamen tam viri dicendi ſunt, quàm pſittaci, aut ſimiæ. Nam quemadmodum illa quidem vocem, & corporis geſtus æmulantur, mentem autem hominis, vtpote qoæ diuinior ſit, induere non poſſunt: ita nec philoſophi; neque enim quidam de quibus diſputarent ipſi potuerunt agnoſcere. Nam quis virtutis ſcopus, quis finis, quæ origo, vnde principium, cùm definire volunt, aduerte animum obſecro quid reſponderint: vt bene beatéque viuas inquiunt, nulliſque malis ſis obnoxius. nam illa ad beatam vitam ſeipſa contenta eſt, aut certè fœlicitatis portio maxima, vt ſatius Peripateticis viſum eſt. Quod quàm ſit ab omni ratione alienum illi vtique non ignorant, qui Deum ſolum eſſe hominis finem vltimum, eundémqoe ſummum bonum non ignorant. Iam verò in conſtituenda ipſa virtute quantum à veritate aberrarunt? Eam namque volunt ab animi noſtri propoſito totam proficiſci: eum illi fontem aſſignant, hanc illius volunt eſſe ſcaturiginem, cùm tamen à Deo præcipuè manet, ſitque illius & quidem ſingulare beneficium. Sed neque naturam illios potuerunt explicare, cùm nihil niſi humanum in ea agnouerint, ſeu habitum ſpectes, qui animo inſidet, ſeu actum qui per vices foras erumpit:

Non hominem virtus beatum; ſed ſola Dei poſſeſſio facit.

A cùm tamen pars virtutis præcipua, diuina gratia conſtet, & eadem conſtituatur. quid igitur ſibi vult quod in pleriſque nobiſcum conſentiunt? Nimirum non defuiſſe illis naturam ducem, & ingenij eximiam quandam vim ad ea quæ optima eſſent ritè atque ordine conſtituenda, ſi horum omnium auctorem Deum, de famæ potius atque nominis celebritate quàm de ſua ſalute ſoliciti, præ ſuperbia, vt ait Apoſtolus, non ſpreuiſſent. Cæterùm, quemadmodum optimum quemque colorem noſſe à fuco diſcernere, eruditos quidem oculos habere docet, non autem pictorem facit: ſed neque ſi nouerit quiſpiam coloribus, auium ferarúmque figuras imitari, illico credendus eſt hominis quoque vultum ad viuum effingere poſſe; ita neque ſi quiſquam Philoſophus ingenij acumine, quæ honeſti ſpeciem præferant, à turpibus ſecernat, aut etiam aliquam earum actionum quæ naturalem bonitatem redoleant exerceat, continuò vir dicendus erit: ſed is ſolus qui verè Deum fide atque amore complexus, arduum virtutis iter aggreditur. Non quò eam ſuis viribus paret, aot in ea tanquam fine conquieſcat: ſed vt illius ductu atque præſidio ad eum perueniat, in quo omnis votorum ipſius, & perfectæ beatitudinis ſumma conſiſtit. Quod autem de gentilibus Philoſophis dictum eſt, idem quoque ſuo modo de hæreticis intelligendum eſt. Hos namque pariter ſuperbia & arrogantia excœcauit, vt in eoſdem pariter ſcopulos impingerent. Niſi fortè eò iniquiores hæreticos quis dixerit, quòd illi virtute quidem beatitudinem finiebant intra naturæ limites, iſti verò cœlo Deóque, vt par eſt, definiunt; verùm cum virtutem omnem abdicarint, & bonis operibus bellum indixerint, nullámque aliam iuſtificationem admittant, quàm quæ in ſola Christi attributione poſita ſit, quæ non iuſtificet ipſa quidem, ſed iuſtos, ſi fas eſt credere, credi faciat: cœlo noua quædam portenta ingerunt, quæ tametſi non putentur, ſuis tamen ſceleribus in feras euaſerunt. Quæ neſcio an cum acephalis, centauris, & draconibus, quæ ſtellis priſca ætas adſcripſit, iure merito conferre poſſis.

Quòd ſi quis Minimum ex his inſtituendum ſuſcipiat, poterit quatuor illos Elcanæ progenitores ad ſua vota, quæ pari numero conſtant, non incommodè referre. Illis namque tanquam progenitoribus, in eo ordine ad Religionis perfectionem naſcimur, quæ verè nos Deo totos acquirit, & mundo, carni, & diabolo ereptos, in æternum diuinæ poſſeſſioni vendicat & attribuit.

Minimorum vota quatuor cum Elcanæ progenitoribus comparantur.

Versvs 2.

Et habuit duas vxores, nomen vni Anna, & nomẽ ſecundæ Phenenna. Fuerúntque Phenennæ filij: Annæ autem non erant liberi.

Donatvs in 2. ſcenam Hecyræ Terentij. Vxor dicitur ab vngendis poſtibus,

Donatus. Vxor unde dicta.

Seruius.

& figenda lana, idcircò quòd cùm puellæ nuberent, maritorum poſtes vngebant, ibique lanam figebant. Seruius in 4. Æneidos. Moris, ait, fuit, vt nubentes puellæ ſimul ac veniſſent ad limen mariti, poſtes antequam ingrederentur ornarent laneis vittis, & oleo vngerent: & ideo vxores dictæ, quaſi vnxores, quæ verba S. Iſidorus in ſuam Etymologiarum farraginem tranſcripſit lib. 9. cap. vlt. Quòd verò ad eam vnctionem attinet, Plinius lib. 28. cap. 9. nouas nuptas adipe lupino poſtes inungere ſolitas, ne quid mali medicamenti inferretur, ſcribit. Quod ridet, & irridet Arnobius lib. 3. aduerſus gentes.

Iſidorus. Plinius. Arnobius.

70. autem habent, *καὶ τούτῳ δύο γυναῖκες*. cuius vocis etymologiam ſic interpretatur ſanctus Iſidorus lib. 3. epiſtolarum 143. tu quidem haud rectè illud dictum eſſe contendis. Ipſa vocabitur *γυνή*, quia de viro ſumpta eſt: ego verò non modò rectè, ſed etiam eximio atque admirando modo hoc ſcriptum fuiſſe aio, & qua ratione ductus audi. *ἡ γυνὴ παρὰ τὴν γονήν*, hoc eſt à genitura dicta eſt. Ipſa igitur *γυνή* vocabitur, hoc eſt ad gignendum idonea: quia ex viro ſuo qui eam fœcundam redditurus eſt, ſumpta eſt. Vir quippe virginem ſibi matrimonio copulans *γόνιμον*, hoc eſt fœcundam *γυναῖκα* reddit. Ob idque etiam apud Athenienſes legitimus congreſſus, arandorum filiorum cauſa fieri dicebatur: ac *γονεῖς*, parentes appellantur. Et poſt alia quædam adiungit. Hanc quippè vocem ex earum numero eſſe arbitror, quæ ad aliquid referuntur. Nam ſimul atque virum dixeris, vxor quoque animo ſtatim occurrit: quemadmodum ſcilicet & cùm Patrem dixiſti, filius vnà intelligitur, & cùm Dominum dixiſti, ſeruus etiam vnà cogitatur.

Iſidorus Peluſiota. *γυνὴ à genitura dicta.*

Quàm ſit autem præclarum naturæ munus matrimonium, breui elogio ſanctus Amphilochius Homilia in Purificationem beatæ Virginis expoſuit. Nuptiæ, inquit, honoratæ ſunt, & quouis terreſtri dono ſuperiores, fœcundæ arboris ſimilitudinem præ ſe ferentes. Eſt enim coniugium ipſum tanquam planta quædam pulcherrima, ex qua virginitas ipſa naſcitur, & ratione atque anima prædita germina producuntur. Eſt, inquam, coniugium benedictio illa, qua mundus creuit, & generis inſtauratio facta eſt. Per ipſum enim natura humana reparata fuit, quam cùm Dominus ſuſcepiſſet, diuinam renouauit. Tale denique coniugium eſt, vt vniuerſum genus humanum contineat, & cum illo verſetur, ita vt liberè poſſit dicere: *Ecce ego & pueri mei quos dediſti mihi Deus.* Hæc ille. Cæterùm non paruo diſcrimine antiquiorum connubiorum dignitas à chriſtiana nobilitate ſuperatur. In veteri namque lege, vt authorem habemus ſanctum Thomam, erat in officium naturæ, non autem quemadmodum hoc tempore poſt Chriſtum natum, ſacramentum coniunctionis Chriſti & Eccleſiæ, quæ nondum erat facta. Vnde & priſcis illis temporibus permittebatur libellus repudij, quod eſt contra ſacramenti rationem. De noſtro itaque, quod Eccleſiæ eſt proprium, exclamat Tertull. lib. 2. ad vxorem cap. 9. Vnde ſufficiam ad enarrandam fœlicitatem eius matrimonij, quod Eccleſia conciliat, & confirmat oblatio, & obſignatum Angeli renuntiant, Pater ratio habet? Nam nec in terris filij ſine conſenſu patrum ritè & iure nubent. Quale iugum fidelium duorum vnius ſpei, vnius voti, vnius diſciplinæ, eiuſdem ſeruitutis? Ambo fratres, ambo conſerui, nulla ſpiritus carniſve diſcretio. Atquin verè duo in carne vna. Vbi caro vna, vnus & ſpiritus ſimul orant, ſimul voluntantur, & ſimul ieiunia tranſigunt, alterutro ducentes, alterutro hortantes. In Eccleſia Dei pariter, in connubio Dei pariter, in anguſtiis, in refrigeriis, neuter alterum cælat, neuter alterum vitat, neuter alteri grauis eſt. Liberè æger viſitatur, indigens ſuſtentatur. Eleemoſynę ſine tormento, ſacrificia ſine ſcrupulo, quotidiana diligentia ſine impedimento. Non furtiua ſignatio, non trepida gratulatio, non muta benedictio: ſonant inter duos pſalmi, & hymni, & mutuò prouocant qui melius Deo ſuo canet. Talia Chriſtus videns & audiens gaudet. His pacem ſuam mittit. Vbi duo, ibi & ipſe; vbi & ipſe, ibi & malus non eſt. Ac demùm concludit: Hæc ſunt quæ Apoſtoli vox illa ſub benignitate intelligenda nobis reliquit. Hæc tibi ſuggere, ſi opus fuerit. His te ab exemplis quarũdam reflecte. Non licet aliter fidelibus nubere: & ſi liceret, non expediret. Hactenus Tertull. acuratè ſingula ſtylo perſecutus, quæ ad ſacri connubij rationes quoquomodo referri poſſent. Neque enim aut ſolemnes nuptiarum ritus, aut commoda & vtilitates, aut vtriuſque officium coniugum, aut fidem denique & religionem prætermiſit. Sed ne cui fortaſſis tot tantæque matrimonij laudes à tanto Præcone decantatæ cœlibis vitæ nauſeam pariant, accipe hoc à ſancto Iſidoro Peluſiota aduerſus periculum remedium. Soli eos, inquit, qui virginitatem amplexi ſint: Lunæ autem eos qui continentiam: ac denique ſtellis eos, qui honorabile connubium amplexi ſunt atque conſeruarunt, comparare licet; maximè cum diuinus Paulus calculum ſuum addat, ac dicat: *Alia gloria Solis, alia gloria Lunæ, alia gloria ſtellarum.*

Amphilochius. *Matrimonij laus.* S. Thom. 1 2. qu. 102. art. 5. ad 3. *Priſcu coniugium fuit in officium naturæ, Chriſtianis etiam ſacramentum eſt.* Tertullianus. *Chriſtianorum connubiorũ mira fœlicitas.* 1. ad Cor. 7. S. Iſidorus Peluſiota. *Continentia nuptiis præſtat.*

Porro matrimonium iniri poteſt, vel cum vna, vel cum pluribus. Siquidem vir vnus plures ſimul vxores prolis ſuſcipiendæ gratia, & maritali affectu, domum ducere poteſt, quomodo Iulius Cæſar olim decreuiſſe dicitur, vt liberorum quærendorum cauſa, quot vellet quiſque vxores ducere facultas eſſet, id quod apud Siculos, & Athenienſes in vſu fuiſſe quandóque legimus. Nam memoriæ proditum eſt, Athenienſes, cùm exhauſtam belli cladibus iuuentutem reparare vellent, decreto cauiſſe, vt vrbanam quidem ciues ducerent, ex altera autem etiam liberos tollere non vetarentur. Brachmanes, Numidæ, Mauri, Turcæ pro modo facultatum vxores habent. Apud pleráſque item nationes tantundem ſibi potentiores indulſerunt. Hebræis autem publicè licuit, vt pa-

Suetonius in eius vita, cap. 52. *Polygamia apud pleraſque nationes obtinuit.*

tet ex ſcripturis,& Philo teſtatur. At verò quis A prior tam infœlici copia ſibi peſſimè conſuluerit, Geneſeos liber loquitur,& infœlicitatis huius Lamech ataui ſui Cain parricidæ parricidam nepotem authorem facit. Cuius crimen S. Hieronymus libr. contra Iouinia. 1. cap. 8. his verbis exaggerat. Primus, inquit, Lamech ſanguinarius & homicida vnam carnem in duas diuiſit vxores : fratricidium & digamiam eadem cataclisſmi deleuit pœna, de altero ſepties, de altero ſeptuagies ſepties vindicatum eſt. Quantum diſtant in numero, tantùm & in crimine. O ſcelus igitur exhorrẽdum & libidinem prorſus nefandam ! eò magis opinor, quò in exemplum,& quidem ſine peccati conſcientia trahi potuit.

S.Hieron. Quanto ſcelere Lamech digamiam mundo inuexerit.

Quid igitur de Elcana ſtatuendum cenſes, qui duas vxores habuiſſe memoratur ? Tantùm ſibi imperare non potuit Vermilius, vt, tametſi hunc locum intactum relinqueret, & in alium Polygamiæ tractatum transferret, non interim tamen innocentia factum carperet, ac velut minùs, vt ait, in eo rectè feciſſet, in eum animaduerteret. Verùm illi tum licuiſſe iam ſemel diximus, &, ne quid dubites, teſtem producam S. Eucherium Lugdunenſem quæſtionibus in Geneſ. qooniam is mihi vnus reliquorum patrum ſententias optimè comprehendiſſe viſus eſt. Docet igitur, primùm eo tempore Polygamiam cuiquam probro dari non potuiſſe, cùm lege quidem tùm prohibita non eſſet, diuturna autem conſuetudine penè vim legis obtinuiſſet. Secundò, quomodo multa ab heris imperari videmos, quæ certo aliquo loco, aut tempore à quibuſdam ſeruis, fieri velint, quæ ſi aut alius, aut iidem illi alieno loco, aut tempore agere cœperint, moleſtè ferant : ita & nonnulla quibuſdam à Deo, aut iuberi, aut permitti potuiſſe, quæ ſi quis alius, aut alio tẽpore,& loco vſurpare velit, grauiter accipiat. Sic igitur rudi adhuc ſeculo præceptum fuerat: *Creſcite, & multiplicamini*. Hoc vt aſſequerẽtur, plures vxores ducendas cenſuerunt, nec Deus prohibuit. Nunc verò poſtquam iubetur, vt *qui habent vxores tanquam non habentes ſint*; Quis in poſterũ Polygamiam vetitam eſſe non iudicet? Non quòd, vt ait, iuſtitia varia ſit, ſed tempora mutabilia, quę pariter ire nõ poſſunt,& diuerſis quibuſdam tẽporibus, vel diuerſis locis diuerſa cõgruant. Neceſſe eſt poſtremò, quòd in his ex voluntate domini, ſub ſpecie geſtorum præſentium fieret quædam prænuntiatio futurorum. Hactenus S. Eucherius. Ex quo colligimus, Polygamia, quam diuerſa temporis ratio in antiquis tulerit, à religione poſteris eſſe interdictũ. Non quia rem illicitam aliquando tentare licuerit: (nam quouis tempore ſemper à ſcelere pietas abhorret) ſed quia quàm eſſent priſci illi homines diuinorum myſteriorum conſcij atque participes, nouerant quid ab iis pro temporum conditione Deus exigeret, cui nulla lex eſt poſita : ſed cuius voluntati obtemperare prima lex eſt atque religio.

Patriarchæ tametſi plures vxores duxerint, tamen vindicantur à calumnia.

I.

Num liceat Chriſtiano plures vxores ducere.

Nvm igitur etiam hoc tempore quiſquam poſſet exemplo maiorum cum pluribus ſimul matrimonium contrahere ? Iam negauimus. Vnus tantùm ex iis qui Catholico nomine cenſentur, Valentinianus Imperator Iuſtinæ amore captus, olim lege cauiſſe dicitur, vt liberum eſſet cuiuis plures vxores ducere. Ipſe verò ſoluto per edictum pudore, vt rebatur,
B Iuſtinam primæuæ vxori Seueræ, ex qua iam Gratianum Imperatorem ſuſceperat, allegit. Verùm illam legem Eccleſiaſtici doctores aſſenſu ſuo minimè comprobarunt, & populus omnis vſu repudiauit. Chriſtus enim Math. 19. mœchari eum docuit, qui priore vxore ſuperſtite, cum altera rem haberet. Quis contradicere auderet ? At enim ne quis ſecùs interpretari poſſet, aut in alium ſenſum Domini detorquere ſententiam, etiam illius proprium ac germanum ſenſum ab ipſa origine oſtendit. *Non legiſtis*, inquit, *quia qui fecit hominem ab initio, maſculum & fœminam fecit eos?* Manifeſtè cauſam deducit à principio. Poſtmodum etiam inſtituti diuini meminit, ne quis naturæ edictum ſe minùs exaudire diſſimulet : *Propter hoc*, ait,
C *dimittet homo patrem & matrem ſuam, & adhærebit vxori ſuæ.* Quod ne iterum quiſquam putet ſine diſcrimine numero variam poſſe, addit : *Et erunt duo in carne vna.* Nam ſi hoc Deus matrimonium inſtituit, vbi duo in vnam carnem coaleſcerent, certè cùm plures conueniunt, iam non erit illud matrimonium quod Deus inſtituit. Ne quis tandem legis ſuffragio, maiorum exemplis, petulantiam ſuam ſe poſſe tueri confideret, libellúmque repudij proferret : Huic quoque obiectioni obuiam itum eſt. Etenim, inquit, Moyſes ob duritiam cordis illis permiſit. Verùm ſunt quidam, qui nec Chriſto credunt, nec Apoſtolo docenti Sacramentum hoc magnũ eſſe in Chriſto & in Eccleſia: ſed prophanum ac ciuilem contractum eſſe duntaxat aſſerunt. Si quis verò Paulo fidem adhibuerit, quomodo illud myſterium inter plures quàm duos intelligere poterit ? cùm vnicus
D ſit Chriſtus, & vna tantùm ſponſa eius Eccleſia.

Polygamia apud Chriſtianos illicita.

Ad aliud aggrediar, ſi primùm his quoque Gothofredi adnotationem in lib. 7. c. de Iudæis & Cœlicolis adſcripſero. Duæ ſunt, inquit, Polygamiæ ſpecies. Prior, quoties duo vno tempore habentur vxores : altera, quoties priore mortua, altera ducitur. De priori ſpecie hic agitur, de qua ſi quæras, iure diuino num admitti debeat ? Reſpondeo, non admitti : at inquies nullibi prohibitam. Dices etiam dilectæ & exoſæ vxoris Deuteronom. vigeſimo primo, verſ. decimo quinto, & plurium vxorum, 2. Samuel. duodecimo, verſ. decimo octauo mentionem fieri. Patriarchis veteris teſtamenti plures vxores fuiſſe, Geneſ. decimo ſexto. 1. Paralip. decimo quarto. Iudic. 8. &c.

Gothofred.

Polygamia duplex. Item quæ ſpecies ſit prohibita.

Polygamiam in Eccleſia Chriſtiana receptam, A argument. 1. Timoth. 3. (Interim lector dum reliqua deſcribo, aduerte quæſo, quandoqoidem huic poſtremo argumento non reſpondet, illud quod ex tertio 1. ad Timoth. obiecit, falſitate niti, neque Polygamiam in Eccleſia vſu olim receptam ex illa Epiſtola coargui poſſe, cùm apud illos Monogamiæ legem Epiſcopis ſcriberet, qui Romano iure vtentes à Polygamia abhorrebant quandiu vxor viueret, aut certè connubij iura ſeruaret.) Polygamiam non repugnare neceſſariis ad ſalutem: vſitata diuortia eius beneficio euitari: non inconueniens eſſe, vt vni capiti plura ſint membra. Reſpondeo, idem ait, in rebus controuerſis ad initia recurrendum. B Math. 19. verſ. 8. ab initio ita non fuiſſe conſtat. Notum eſt enim illud, *Erunt duo in carne vna*, Geneſ. 2. verſ. vigeſimo quarto, Math. decimo nono, verſ. 5. Luc. decimo ſexto, *Suam quiſque vxorem & proprium quæque virum habeat*. 1. ad Corinth. 7. verſ. 2. Qoin ſi naturæ rationem quærimus, ipſa generatio non perficitur, niſi ex duobus: ſi amorem coniugalem, ſolidus inter duos tantùm eſſe poteſt: nec ſic erit indiuidua vitæ coniunctio, ſi vtrique pluribus adhærere permiſſum eſt. Ad hæc ſi conſideramus id quod homo per ſe poteſt, vnus pluribus non ita poteſt ſufficere: ſi æquitatem, plures mariti vxori permittendi: ſi liberorum & familiarum certitudinem, ſi parentibus honorem debitum, C tollendus erit maritorum, aut vxorum ille numerus: ſi conſulas Iuriſprudentes, eóſque Ethnicos, Polygamiam non probarunt. l. 1. in ff. De his qui notant. Si Imperatores, iidem vetuerunt, vt hîc l. 2. infra de inceſtis: l. decima octaua, infra de adulter. Conſtat igitur, nec eandem doobus nuptam eſſe poſſe, nec eidem licere, eodem tempore duas vxores habere, §. 6. Inſtit. de Nupt. l. decima qointa, vt iam duæ Iacob vxores, gregéſque concubinarum Salomonis ad Chriſtianos non pertinerent. Quid quod vxorem habenti, concubinam apud Rom. habere non licuit, l. 1. infra de Concubinis: Et quod magis mirere, vnicam tantum concubinam, non plures? Vide Cuiac. ad Nouell. 18. Hactenus Gothofridus. Id verò quod ait, hominem ſi conſideremus quod per ſe poteſt, non poſſe plutibus parem eſſe, quandoquidem memoriæ occurrit, non tam exemplo probabo, quàm oculis ſubiiciam. D

Concubinas vxores intelligo abſque tabulis contubialibus.

Miſelli cuiuſdam Miniſtri prima poſt apoſtaſiam ducta vxor, neſcio qua ſimultate inter eos coorta, teſtudinem planta excuſſerat: Eſt enim litigioſa res Venus, quam Sacramenti vincula non cohibent: & reformatæ charitatis oblita, ſemiuſtulatum hominem in Vulcani foco reliquerat. Vritur interea infœlix, & ſolita refrigeratione fruſtratus, in mediis flammis crepitat: de quo meritò affirmare poſſis, quod de Ætna Pindarum ceciniſſe Agellius Noct. decimo ſeptimo, cap. decimo refert.

Miniſtri ſeu prædicantis digami è ſecta Caluiniana facta hiſtoria.

Agellius.

Pindarus.

Ταὶ ἐρεύγονται μὲν ἀπλά-
του πυρὸς ἁγνόταται,
Ἐκ μυχῶν παγαί.

Id eſt, vt ipſe interpretatur, à qua ſanè eructantur inacceſſi ignis, puriſſimi ex imis fontes, aut certè illud quod improba item libidine incenſus, Porcius Licinius de ſeipſo prodidit.

Cuſtodes ouium, teneræque propaginis agnûm,
Quæritis ignem? Ite huc. quæritis? Ignis homo eſt.
Si digito attigero, incendam ſyluam ſimul omnem,
Omne pecus, flamma eſt omnia quæ video.

Imò & illud quod Valerij æditui eſſe fertur, quo nihil melius hominis æſtum atque ardorem exprimere poſſis

Quid faculam præfers Phileros, qua nil opus nobis?
Ibimus, hic lucet pectore flamma ſatis.
Iſtam non potis eſt vis flammæ extinguere venti,
Aut imber cælo candidus præcipitans.
At contra hunc ignem Veneris, ſi non Venus ipſa,
Nulla eſt quæ poßit vis alia opprimere.

Itaque ad remedia benè nota recurrit, & inuenta quæ viam abſentis ſuppleret, ludo ſolemni Venerem placat tantiſper dum alia peregrinatur. Vt ſolet Oceani fluctus poſtquam à littore longius abſceſſerit, maturius redire: ſic illa fugitioa ſtatim regreditur. Occupatum locum nacta, incandeſcit, ſic vt neque iudex aliquis, neque arbiter litem componere potuerit. Ne ille ipſe quidem, tametſi ſummopere cupiebat, præ charitate qua totus flagrabat: ſed velut hinnulus hinc inde à canibus diſtractus, nec totum ſe vni dedere, nec dimidia ſui parte alteri illarum ſatisfacere poterat. Ecce autem, dum polygynomachia in longum tempus producitur,

Omnia nocteſcunt tenebris caliginis atræ.
Increſcunt animi,

Simúlque vno impetu vtraque in thorum inſilit, ipſe medius ſternitur, vtrique præda futurus. O trucem atque immanem digamiam! quid hoc monſtri eſt? quàm parum abfuit, quin ab vtraque diſcerperetur. Quid igitur tum illi miſero putas animi fuiſſe, cùm à duabus his furiis impeteretur? Polygamiam execratus, citra teli iactum penè exanimis iacuit. En quo diſcordia ciues, & adhuc quiſquam Polygamiæ fauet, quam tandem ad agamiam deducere exempla demonſtrant? Nam dum vtrique non potuit, nec alterutra cedere voluit, cùm neutri illarum; tum nec ſibi ipſi ſatisfecit.

NOMEN *vni Anna, & nomen ſecundæ Phenenna, fuerúntque Phenennæ filij: Annæ autem non erant liberi.*] Annam igitur priorem duxerat eámque habuit ſuæ pubertatis vxorem: ſed cùm ſterilis eſſet, alteram duxit Phenennam, vt liberos ex ea ſuſciperet. Annam tamen repodiare noluit, neque illi aliquando moleſtus fuit, aut illam velut inutile pondus familiæ ſuæ neglexit: ſed cùm virtutem adamaret, eam præcipoo ſemper honore coluit; erat enim ſingulari quadam pietate atque modeſtia prædita.

Vnicum à mala muliere ſolatium liberi. Menander. Zonaras.

PHENENNÆ *autem erant filij.*] Hoc vnicum à mala muliere ſolatium eſt, quod vt aſſequaris ſexcentas interim moleſtias ferre neceſſe eſt. Quas poſtquam Menander ex parte enarrauit, Exiſtit attamen, inquit, boni aliquid ab ea, liberi. Cùm Imperator Theophilus (vt Zonaras author eſt Annal. Tom. 3.) luſtraret oculis formoſas puellas, è quibus ſibi coniugem deligeret, ad Icaſiam dixit: A muliere emanarunt mala: illa verò, Sed & res meliores, inquit, è muliere exuberant, liberos opinor intelligens. Geſtabat imperator malum aureum quod daret electæ pignus: quod cùm illa non accepiſſet, Monaſterium ſui nominis conſtruxit, & non pauca doctè atque eleganter ſcripſit.

Tropologia. Hieronym.

Porrò Annam gratiam, Phenennam conuerſionem interpretatus eſt S. Hieronymus. Et B gratia quidem interpretatione non indiget, quam enim aliam niſi Dei intelligamus? At conuerſio tum mihi videtur animæ contingere, cùm à peccato reſipiſcit, & ad meliorem frugem ſe recipit. Quod vt verè fiat, debet omnes tum corporis, tum animi neruos intendere, & remis veliſque, vt aiunt, conari. Idcirco autem gratia conuerſioni præponitur, quoniam niſi illas nos primùm excitaret, vímque proſtratis ad reſurgendum tribueret, perpetuò iaceremus.

Abſque gratia præueniente reſipiſcere non poſſumus.

Quemadmodum enim qui graui aliquo vulnere debilitatus eſt, aut etiam in ſcrobem altam & profundam lapſus, niſi quis fortè adiuuet, aut manum porrigat, neqoe incedere, neque inde emergere poteſt: ita ne ille quidem, qui in malitiæ barathrum inciderit, propriis viribus ſer- C uari poterit. Hoc docet præclara illa parabola, qua Dominus illi qui in latrones inciderat, Samaritani opem neceſſariam fuiſſe oſtēdit. Hoc Dauidis hiſtoria, qui non aliter quàm Michol auxilio, quæ prior illi nupſerat, demiſſum lapſus per funem è Saülis manibus eripi potuit. Verùm de gratia erit alius tractandi locus. Quoniam autem non ſine labore aliquo, licet à gratia adiuti, enitimur, ſi quid partum eſt, ſtudio atque induſtriæ noſtræ acceptum referimus: non aliter, quàm ſi quis agricola ſuo operi ac diligentiæ tribueret omnia, ſoli autem, ac pluuiæ ne hilum quidem. Inde ſæpe in eas voces erumpimus: O ſi mihi Deus vel hanc, vel illam gratiam contuliſſet, ſi vitæ arctioris votum inſpiraſſet, longè hos omnes vitæ innocentia, rerúmque omnium abnegatione ſuperaſſem. Verùm tantum ille mihi fauorem denegauit, ſed hoc quàm temerè! quaſi verò tu plus ſtudij D atq; animi adhibere paratus ſis, quàm Deus contulerit, cuius tu gratiam quaſi ſterilem incuſas, cùm ſit illa fœcundiſſima. Atqui video, dices, Phenennæ liberos, cerno induſtriæ fœtum, diligentiam, opus. De media nocte galli cantum præuenio, nec me aut caloris æſtus, aut hyemis rigor à decātandis Dei laudibus abſterret. Poſt noctis quoque excubias diurnus labor ſuccedit, qui totus aut ſtudiis, aut opere bono teritur, partem quoque lucis maximam orationi im-

A pendo. Habeo ex his Phenennæ liberos. Dic Annæ partus vbi eſt? Fructus vbi ſunt? Nam neque mihi videor præter ſolitum charitate incenſus, neque ampliori lumine colluſtratus, neque in oratione mentis quietem, aut vllam denique virtutem conſecutus. Quis igitur meritò gratiæ ſterilitatem non exprobret? Verùm, vt opinor, quid dicas non animaduertis. Nam vt reliqua taceam, idque in primis, quòd nec ſine gratiæ beneficio vllam talem actionem edere potuiſſet, perſeuerantia illa tua tanta quem authorem habet? Nunquamne igitur ingenij tui leuitatem explorâſti? Nunquam illius inconſtantiam ſic compertam habuiſti, vt hanc propoſiti tui, & quidem ardui diuturnitatem ab illa proficiſci minimè dubitares? At nul- B lam vt tibi videtur virtutem conſecutus es? Ergóne paribus libidinis facibus inflammaris, quibus in ſeculo incendebare? Num paribus ambitionis ſtimulis exagitaris, quibus olim cùm diuitiis atque authoritate omnibus antecellere cupiebas? Num te adhuc auaritia torquet? Num odium exulcerat, aut inuidia pariter tabefacit? Nihil horum. Quis igitur poſt tot accepta beneficia de Dei gratia conquerentem, ingratum non te iudicet? Verùm vis diuino feruore ſuccendi, vt virtuti quoque ſuauitas accedat, & in oratione animi tranquillitatem obtinere, & ad diuinæ locis ſplendorem aſpiras, præ quâ reliquas gratiæ dotes nihili ducis. Verùm vide ne te plus æquo ames. Si tamen per- C gis, diſce quo dolore Anna concipiat: flebat enim, & mœrore tabeſcebat, & cibum non capiebat: orationi autem tanto ſtudio atque animi contentione inſtabat, vt etiam ebria putaretur. Huius tu veſtigia ſectare, ſi præmium ſimile ſtudeas auferre.

Ingratè nos de Dei gratia conqueri, cùm potius ſocordiam noſtram accuſare debeamus.

Cæterùm duas illas vxores exemplo Elcanæ vnuſquiſque noſtrûm habere debet, quarum prima, inquit Origenes, Anna eſt: nec mirum: prior enim ille dilexit nos, elegit, vocauit. Niſi enim illius gratia nos præueniat, ad illum non accedimus. Vt enim abſque cœleſti rore conchæ gemmas non pariunt: ſic neque nos ſine gratia vllam in Deum deuotionem. Poſterior Phenenna eſt. Ex quo enim nos per gratiam excitauit, tum ad eum conuertimur, & à peccati labe recedimus. *Conuerte me Domine, & ego conuertar ad te.* Contra Pelagianos, vtraque credentis coniux eſt: contra Semipelagianos, etiam gratia prior eſt, non ſolum meritis, verùm D etiam, ſi quod intelligi poſſit, tempore. Aduerte autem quod ſequitur. Prior Phenenna parit, poſterior Anna. Ex operibus enim gratia incrementum accipit. Non quia Phenenna pariat Annæ liberos, nulli enim actus humani poſſunt augere, aut intendere charitatem: ſed quia ſi illa pariat, gratia quoque pariet, & gratiam Deus gratia cumulabit. Hæc tropologicè Origenem ſecuti. Myſticè S. Gregorius Eccleſiam, & Synagogam exponit.

Origenes.

Non abſque rore cœleſti concha gemmas paritur.

Pelagiani, Semipelagianique confutantur.

VERSVS III.

Et aſcendebat vir ille de ciuitate ſua ſtatutis diebus, vt adoraret & ſacrificaret Domino exercituum in Silo. Erant autem ibi duo filij Heli, Ophni & Phinees, ſacerdotes Domini.

Vermil. EGREGIE ſanè Vermilius hunc locum explanauit, cuius Commentarium deſcripſimus: in eo ſi quid animaduerſione dignum ſeſe obtulerit, citra ſtomachum cẽſura notabimus. Hebraicè, inquit ſcribitur, *miiamim iamima* מִיָּמִים יָמִימָה quod Kimhi, eſt interpretatus B *Liſchnamiſchna* לְשָׁנָה מִשָּׁנָה, hoc eſt, ex anno in annum. Ita Deus in lege præceperat, cùm inquit: *Et obſeruabis hunc ritum ex anno in annum.* Multę cauſę referri poſſunt, quamobrem Deus voluerit populum ſuum quotannis aſcendere ad locum, quem delegiſſet, religionis ergo. Primum id ſtatuit, ne memoria beneficiorum ſuorum excideret; ſed refricaretur annuis peregri-

Ob multas rationes iuſſit Dominus populũ quotannis aſcendere ad locũ quem elegiſſet.

1. nationibus: ſiquidem in Paſchate memoria liberationis ex Ægypto celebrabatur, in Pentecoſte verò legis per Moſem latæ. Deinde in vtraque ſolennitate, gratiæ de nouis frugibus agebantur. Quia in Paſchate offerebant hordei primitias, in Pentecoſte panem ex nouo tritico factum. Poſtremò in feſto Tabernaculorum beneficium commemorabatur, quo Deus patres in deſerto ſuſtentauit per annos quadraginta, & gratię agebãtur, quod omne genus fructuum iam collegiſſent: rectè autem tria hęc præcipua capita donorum Dei tribus hiſce peregrinationibus memorabantur: Nam ſunt præcipua bona, quibus conſtat humana ſocietas. Etenim prima gentis alicuius fœlicitas eſt, vt reſpublica ſit libera, quod Iudæi obtinuerunt, cùm ex dura ſeruitute Ægypti aſſerti fuerunt: proxima eſt, vt habeat leges & ſacra propria, ſiquidem nulla reſpublica conſtat ſine legibus & ſacris. Tertia ne quid ad victum deſit. Proinde horum beneficiorum quotannis memoria Dei iuſſu repetebatur. Alia deinde cauſa huiuſmodi aſcenſus

Tribus præcipuis bonis conſtat humana ſocietas.

2. batur. Alia deinde cauſa huiuſmodi aſcenſus fuit, vt populi coniunctio in cultu & religione conſeruaretur. Nam cùm ſemel collecti eſſent Iudæi, atque vno eodémque ritu ſacrificarent, cauebatur prudentiſſimè, ne diuerſæ religiones orirentur.
3. Tertia vt eos ſacerdotes ac Leuitæ D de lege ac ſacris publicè docerent, vnde populus redibat multò melius inſtructus, quàm acceſſiſſet.
4. Quarta item affertur cauſa, vt in eo conuentu, & aſpectu mutuo charitas inter tribus magis coaleſceret, & augeretur. Etenim ſe mutuò videbant, alloquebantur, & conuiuia ſimul agitabant, & quod præcipuum eſt, con-
5. iungebant publicas & ſolemnes preces. Deinde conſequebatur has peregrinationes miniſterij ſacri neceſſaria ſuſtentatio. Multiplicabantur quippe oblationes & ſacrificia, quorum maxima pars cedebat ſacerdotibus & Leuitis.
6. Ad hæc animus precantium confirmabatur de precibus à Deo exaudiendis. Nam promiſe-

A rat, ſe velle in eo loco vota populi complere, quæ ſanè cauſa debet etiam nos mouere ad ſacros cœtus celebrandos. Quia licet Deum poſſimus orare domi, quia tamen pollicitus eſt, ſe noſtras preces admiſſurum, vbi duo vel tres congregati fuerint eius nomine, idcirco non ſunt prætermittendæ Conuentus Eccleſiaſtici ſtatæ celebrationes. Dehinc voluit Deus, vt ſa- 7.
cris peregrinationibus obedientiam teſtarentur, eò præſertim quod locum ad quem accederent, non ipſi eligebant, ſed arbitrio Dei 8.
conſtituebatur. Nec prætereundum eſt, locum illum patribus Meſſiam retuliſſe, citra quem nulla hominum opera, quamuis pulchra & ſpecioſa Deo placere poſſunt. Poſtremò 9.
erat illud opus præclarũ fidei exercitium, quoties enim aſcendendum erat, ad locum ſacris deſtinatum, cogebantur Hebræi omnia ſua domi vacua & incuſtodita relinquere. Licuiſſet enim hoſtibus interea irrumpere, atque omnia populari: Verùm illi dicto Dei auſcultabant, & quicquid accideret, parui pendebant, omnia ſua diuinæ fidei committentes. Et eorum tanta fuit erga numen fiducia, vt illud non dubitarent ſuos fines quamuis deſertos eſſe defenſurum. Ter autem in ſingulos annos oportebat omnes mares oſtendere ſeſe coram Domino, idque ſtatis certiſque ſolennitatibus quas antè commemorauimus; fœminæ verò hac lege, quoniam aut grauidæ, aut alijs iuſtis cauſis impediri poterant, minimè tenebantur: Sed tamen quando nil erat impedimenti vltro C veniebant.

Fœminæ multis de cauſis excuſari poterãt.

ASCENDEBAT *in Silo Elcana.*]. Sed quo pacto aſcendiſſe dicitur, cùm habitaret in Ramathaim Zophim, hoc eſt in editiſſimo loco; vnde potius deſcendiſſe videri poteſt, quàm aſcendiſſe? Ad hoc dicitur, illum priùs deſcendiſſe de monte Ephraim: deinde, confecta quadam parte itineris per vallem ſeu campeſtre ſpatium aſcẽdiſſe in Silo. Cauſa huius aſcenſus illico traditur, *Vt adoraret & ſacrificaret Domino*: Sed hîc rogari poteſt, cùm Elcana Leuita eſſet, cur ipſe in Silo non agebat, vt vna cum cæteris miniſtraret? Reſpnodeo, Fortaſſe antea miniſtrauerat prorſus ætate. Nam vt habetur nu. 4. adigebantur Leuitæ miniſtrare in tabernaculo ab anno ætatis trigeſimo vſque ad quinquageſimum: vel vt habetur in 8. cap. ab anno viceſimoquinto vſque ad quinquageſimum. Deus quippe rationem voluit habere ætatis, & Leuitis quinquagenariis miſſionem dari. Quin & leges ciuiles nonnihil concedendum putarunt ſenectuti. Nam in Cod. habetur titulus, de iis qui excuſantur ætate, in quo lex vnica eſt, quæ à Seuero Imperatore lata fuit. Verùm à tutela & curatione nemo excuſabatur, niſi ſeptuagenarius. Vt autem à perſonalibus quis muneribus excuſaretur, ſatis erat egiſſe annum quinquageſimum quintum. Quod ſtatuerunt Diocletianus & Maximianus in Cod. titul. qui ætate vel profeſſione ſe excuſant, lege 3. Manifeſti iuris. Et quamobrem Leuitas tantùm vſque ad annum quinquageſimum oportuerit miniſtrare, aliquot probabiles rationes afferri poſſunt. Primùm, ſi non donarentur ſenes ru- 1.

Leuitarum functio perpetua non erat.

1. Ratio.

Digitized by Google

de, ſed in miniſterio ſemper fuiſſent, iuuenes
tantum defunctis ſucceſſiſſent, ſacrorum & ri-
tuum prorſus expertes & ignari. Deinde ma-
3. ctare, excoriare, lauare, in arã imponere: labo-
rioſa erant officia, nec niſi à firma & vigenti æ-
tate præſtari poterant. Idcircò Deus iuſſit Le-
uitas vſque ad annom trigeſimum diſcere, at-
que audire, poſtea vſque ad quinquageſimũ o-
perari ſacris & in miniſterio verſari: ab illa verò
ætate inſtituere & docere alios, & per pagos &
4. oppidula ius dicere. Præterea non omnes Leui-
tæ ſacra faciebãt, quandoquidem multos opor-
tuit in omnem regionem Hebræorum dimitti,
vt docerent, cauſas cognoſcerent, & iudica-
rent. Sunt itaque iuſtæ caoſæ, propter quas El-
canæ licuit à tabernaculo procul habitare.

Notatur abuſus ſacrarum peregrinationum.

Id verò eſt annotatione dignum, hunc ſanctum virum dici aſcendiſſe ad preces & ſacrificia: non itaque ad forum, nundinas, ludos & ſpectacula, quibus de cauſis in Papatu plerúmque ſuſcipiuntur peregrinationes, quæ ſacræ ab eis vocantur. Teſtimonium hoc verum eſt. Verùm illas, Vermili, non ſacras, ſed profanas peregrinationes appellamus; rei namque abuſum, ab vſu legitimo ſeparare didicimus. Quæ deinceps ſequuntur animaduerſione indigent. Nec imperitè annotarunt, inquit, expoſitores Hebræi, hoc loco, prius adorationis, quàm ſacrificij mentiooem fieri. Etenim adoratio preces comprehendit, quæ omnibus ſacrificiis multò ſunt priores. Annotatione ad margine etiã potiores habet. Vox Hebraica *Sabba* שָׁחָה Latinè eſt ſeipſum proſternere: qoia tum demom verè adoramus, quando nos ipſos Deo prorſus ſubiicientes in eius iuſtitiam & bonitatem intuemur, atqoe horremus peccatorum noſtrorum multitudinem & grauitatẽ. Sita verò eſt adoratio in eo, vt bonitatem Dei commendemus ab eo petentes omnia bona: de quibus, vbi contigerint, illi gratias agamus, eius legibus atque voluntati nos omnino ſubiicientes. At dicet quiſpiam, reges & principes ad hunc modum adoramos, illorum virtutes commendantes, & ab eis petentes, quibus indigemus, & gratias illis agimus, cùm aliquid beneficij contulerunt, ac denique mãdatis, legibus, & præceptis eorum nos profitemur aſtrictos. Fateor, ſed inter hæc plurimum eſt diſcriminis. Nam principes quidem ſuſpicimus vel adoramus, ſed tantùm vt Dei miniſtros: quos item laudamus. Verùm ita vt omnis eorum laus in Deum referatur, & vt intelligamus quicquid illis eſt virtutis, roboris, & bonitatis, id eos ex ſe non habere, ſed accepiſſe diuinitùs. Deinde ab eis non petimus niſi ciuilia bona, quæ tantùm ſuppeditari ab eis poſſunt, non aotem ſpiritualia, vel æternam vitam, qoæ in eorum poteſtate ſita eſſe non licet credere. Ad hæc ciuilia eos rogamus, ſtatuendo nihilominus apud nos, qoicquid ab illis datur à Deo per illos nobis dari, qua eadem ratione illis gratias agimus. Obedimus item illis, at non citra exceptionem: Nam ſi qoid imperauerint contra legem Dei, minimè parendum eſſe cenſemus. *Aſcendebat* igitur, *vt adoraret*, deinde *vt ſacrificaret*. Sacrificij autem ratio latè patet.

Adoratio quid ſit.

Quo pacto liceat principes adorare.

A Nam eſt vt ab Auguſtino deſcribitur de ciuit. Dei lib. 10. cap. 6. omne opus quod facimus ad id, vt ſancta ſocietate Deo adhæreamus. Verùm hoc loco vocabulum ſacrificij propriè ad victimas refertur. Ab eo verò, quod Rabini annotarunt, prius orationis quàm ſacrificij mẽtionem fieri Auguſtinus minimè diſſentit, 89. vbi ait: Nemo carnem Domini manducat, niſi prius adorauerit. Siqoidem fideles antequam Chriſti corpus fide & ſpiritu percipiant, illud pro ſe affixum cruci, & mortuum, ſupplices adorant, atque ita eius adoratio ritum communionis antecedit. Hæc ille. Nos verò nodum in ſcirpo, quod aiunt, non quærimus: ſed cùm merito nonnihil mali de iſto homine ſuſpicemur, monendum lectorem cenſuimus, ſiqui-
B dem preces tempore duntaxat ſacrificiis priores intelligat, tanquam ſint illæ velut diſpoſitio aliqua idonea ad peragendum ſacrificium præmittendæ, adnotationem illam admitti poſſe, at ſi etiam potiores haberi velit, quod gloſſula loquitur, omnino reſpuendam. Non poſſum autem non admirari hominem, qui vnà cum Caluino tantopere meritis & operibus deroget, plus orationi noſtræ, qoàm Chriſti Domini carni & ſanguini, id eſt ſacrificio tribuere. At hic, vt ait, ſacrificij vocabulũ pro brutis, victimis & hoſtiis antiquæ legis, id eſt, agnis, hœdis, & bobus accipitur. Num igitur & de illis agebat Auguſt. cùm ſcriberet, non ante carnem Chriſti in cibum aſſumi, quàm à conuiua adorata eſſet? Non autem ſic illa fide & ſpiritu percipitur, quod ait, vt te interim abſtineamus,
C quod tacuit: alioquin falſa fides: ſed verè quod credimus, hoc manducamus, ſitque ſacrificium precibus omnibus anteponendum. Verùm eſto, de victimis tantùm ſis intelligendus; qua fronte audes iiſdem preces & orationes præferre? Nam, vt opinor, non naſcuntur victimæ, ſed cùm ſint animalia rationis quidem expertia, hominibus autem ad varios vſus cooceſſa, Deo poſtmodum religione conſecrantur. Quæ ſi nihil habent præterea quàm vt adipem & carnes comburendas exhibeant, & nidore aërem inficiant, non video profectò qua ratione ad Dei cultum magnoperè pertineant. At ſi Dei mentem conſiliúmque ſpectes, rationémque, qua id fieri inſtituerit, requiras: tùm manifeſtè deprehendes, illis ſacrificiis, quæ precibus poſtponenda putas, priſcis Patribus Chriſtum repræſentari voluiſſe. Interim namque dum ille per ſe accederet, omnium votis abun-
D dè ſatisfacturus, illæ hoſtiæ fide operabantur, precéſque offerentium ratas faciebant. Atque ita ſacrificia, non pro merito orationis adorantium Deo grata erant, ſed preces potiùs pro merito ſacrificij, quod erat futuri typus & ſymbolum, acceptæ erant. Sed magis eſt, vt opinor, quandoquidem apertè non ſe prodidit, vt priores tantùm voluiſſe interpretemur. Argutias tantùm illas Rabinorum contemnamus. Neque enim ſine prece ſacrificium fieri didicimus. Nam & ipſum quoddam genus orationis eſt: myſticè autem peragitur, nec quiſquam ſanæ mentis ab adoratione diſcluſerit. Nam licet ſine ſacrificio ſæpiùs adorare contingat, ſacrifi-

Auguſtin. Sacrificium.

Examinatur Vermilij Commentarius.

Refellitur cum ſuis Rab. Vermilius, non enim ſunt preces ſacrificiis potiores.

Sacrificium preces ratas facit, non preces ſacrificium.

A care tamen ſine adoratione nemo vnquam poteſt. Nam & ipſum ſacrificium natura ſua atque inſtitutione adorationis ſpecies eſt, & quidem nobiliſſima; qua Deo, vt ſummo rerum principio atque fini, ille, qui ſolus dignus eſt, ſiue figurâ, ſiue re, ſiue mente Chriſtus nffertur, & ſemper oblatus eſt.

Priſcianus. Nonius. *Adorare vnde dictum.* Porrò adorare ab ador, hoc eſt frumento ſacrificiis deſtinato, Priſcianus deriuat. In eadem ſententia eſt & Nonius, cuius hæc ſunt verba: Ador frumenti geuus, quod epulis & immolatioúibus ſacris pium putabatur: vnde & adorare, propitiare religiones, poteſt ductum videri. Ador autem, Edor quõdam appellatum

Scaliger. Feſtus. & Edur (vt vult Scaliger.) Feſtus tradit ab e- B
dendo, vel quod aduratur, vt fiat toſtum, vnde in ſacrificio mola ſalſa efficitur. Sed & adorare

Sacrificij etymol. S. Iſidorus. agere dicebant veteres, vt idem author eſt. Sacrificium autem dictum, quaſi ſacrum factum S. Iſidorus refert: quia prece myſtica conſecratur, in memoriam pro nobis Dominicæ Paſſionis. Vnde hoc eo iubente corpus Chriſti & ſanguinem dicimus, quod dum ſit ex fructibus terræ, ſanctificatur, & fit ſacramentum, operante inuiſibiliter Spiritu Dei. Verùm paulò fuſius vtrúmque explicemus, & inueſtigemus horum verborum etymologias, non Grãmaticas, ſed Theologicas: ſic enim fiet, vt tota hæc quæſtio clarius eluceſcat, & nos deinceps ſimili labore exoneremus. C

De adoratione ſummi Dei, & quàm vario genere diſtingui poſſit.

S. Ioan. Damaſc. IGITVR quod ad adorationem ſpectat, authorem habeo ſanctum Ioannem Damaſc. oratione 3. de Imaginibus, qui mihi prorſus ſatisfaciat. De ſacrificio, quoniam non facilè reperi qui ſitim meam expleret, afferam quæ Deus dederit: nam & nobis quoque dictum eſt, opinor, *vnuſquiſque in ſuo ſenſu abundet*, ea tamen lege vt ab errore caueamus. Tuum erit, ô bone vir, quæ probaueris, conſtanter retinere, niſi quis alius maiorem lucem afferat. Sic igitur S. Damaſc. Franciſco Zino interprete.

Adorationis explicatio. Primum adorationis genus. Adoratio eſt animi cedentis, id eſt, ſummiſſi atque humilis ſignificatio. Adorationis autem D
genera ſunt complura. Primum enim genus eſt, qood per latriam, quam ſoli Deo naturâ adorando tribuimus, exhibetur, idque variis modis. Nam vel ſeruitutis gratia fit: adorant enim Deum omnes res procreatæ, vt Dominum ſerui, *Quoniam*, inquit, *omnia ſeruiunt tibi?* Partim quidem volentes, partim inuiti. Etenim alij Deum cognoſcunt, & adorant eum libenter, vt homines pij: alij cognoſcunt, & contra voluntatem adorant illum inuiti, vt Dæmooes: quidam etiam eum, qui naturâ Deus eſt, igno-
2. rantes, adorant inuiti quem ignorant. Secundum adorationis genus eſt, quod admiratione, deſiderióque compulſi præſtamus. Atque hoc modo quidem Deum propter naturalem ipſius gloriam adoramus. Solus enim glorioſus eſt, non quod ab vllo gloriam acceperit, ſed quo-

VT ADORARET ET SACRIFICARET, &c.

A niam ipſe fons & cauſa eſt totius gloriæ, atque omnis boni, lux incomprehenſa, incredibilis dulcedo, immenſa pulchritudo, bonitatis abyſſus, imperueſtigabilis ſapientia, virtus omni virtute præſtantior, ſolus per ſe dignus, quem omnia admirentur, adorent, collaudent, con-
cupiſcant. Tertium adorationis eſt genus, cùm 3.
pro beneficiis in nos collatis gratias agimus. Res enim vniuerſæ Deo gratias debent agere, & perpetuam illi adorationem tribuere, quoniam à Deo habent, vt ſint, in ipſóque conſiſtunt, & omnibus etiam non poſtulantibus abundè munera ſua dilargitur. Omnes præterea vult ſaluos fieri, ſuæque benignitatis eſſe parti-

B cipes, & nos peccantes patienti animo expectat, vt reſipiſcamus, & ſolem ſuum oriri facit ſuper iuſtos & iniuſtos, & pluit ſuper malos & bonos. Denique quia Filius Dei propter nos factus eſt, quales nos ſumus, noſque diuinæ naturæ participes fecit, quoniam ſimiles erimus, vt Ioannes ille Theologus ait in Epiſtola
Catholica. Qoartum eſt adorationis genus, 4.
quo ob inopiam, & ſpem bonorum vtimur, ex quo nos ſine ipſo nihil facere, nihil boni habere poſſe cognoſcimus. Quapropter adoramus eum, poſtulantes ea ſinguli, quibus indigemus, & quæ cupimus, vt à malis liberemur, & bona
conſequamur. quintum adorationis genus agi- 5.
mus, cùm reſipiſcimus & peccata confitemur.

C Peccatis enim admiſſis Deum adoramus, nóſque ſupplices ante illum proſternimus, tanquam boni gratique ſerui veniam poſcentes, & nobis vt ignoſcatur, obſecrantes. Atque hoc quidem genus eſt tripartitum. Aot enim charitate adductus aliquis doler, mœtoréque afficitur: aut metuens, ne à Dei muneribus excludatur: aut ſupplicia reformidans. *Tribus de cauſis homo reſipiſcit.* Primum eſt animi grati, Deíque deſiderio flagrantis, alterum mercenarij, tertium ſeruilis indicium. Hæc ille de adoratione qua Deum colimus. quoniam autem & hominibus nonnullam adorationem exhibemus, & hanc quoque Vermilius atrigit, eandem ſimiliter exponemus, ſi modò prius nonnihil de ſacrificio dixerimus. Vermilius.

De ſacrificio, & an ſint preces illo potiores.

D OMNIS hæc de ſacrificio quæſtio ſola definitione abſolui poterat, ſi numeris ſuis abſolutam illam haberemus. Nam ſi quid ſit ſacrificium, & quam vim poteſtatémque habeat, intelligeremus, quo loco item ſtatuendum eſſet nullo negotio ſtatueremus. Verùm non vniuſmodi vt arbitror eſt ſacrificium. Preces anteponendas ſacrificiis cenſet Vermilius; ego precibus ſacrificium. *Preces quomodo eſſe dici negarive poſſint ſacrificiis potiores.* Nec immeritò, mea quidem ſententia. Tametſi enim, cùm ſacrificij naturam ſpectas, preces videri poſſint ſacrificiis nobiliores: attamen cùm de ſacrificiis antiquæ legis agitur, preces ſacrificiis cedant neceſſe eſt. Erant enim illa ſacrificia velut antitypa Chriſti immolandi: cum quo ſi hominum merita precéſque conferas, nulla erunt. At ſi

Digitized by Google

illorum fidem ſectemur, qui ſacrificium hoc eſſe volunt, quod latriæ cultus immediatus & extrinſecus: certè tametſi preces ad eandem ſpeciem adorationis referantur, longè tamen ſubiectæ rei dignitate præcellent. Preces enim ratione conſtant, & ab ipſa mente funduntur; victimæ rationis expertes ſunt. Itaque ſi ſeorſim ac per ſe ſpectentur, preces erunt ſacrificiis potiores. At ſi eorum ſacrificiorum ratio habeatur, quæ à Deo inſtituta ſunt, non ad externam duntaxat latriæ profeſſionem, ſed etiam ad hominis cum Deo reconciliationem: illa preces ſuo merito vincunt & ſuperant. Nam primùm quidem ſi vtilitatem conſideres, hæc ſalutem afferunt, quæ ſolis precibus parari nequit. Si profeſſionis extrinſecam gratiam, plus illa cultus exprimunt & exhibent, quàm vel mente quiſquam complecti valeat. Si rem ſacrificiorum, idem Chriſtus victima erat, tametſi in aliena carne mactatus: niſi forte negamus, quod Ioannes aſſerit, Agnum occiſum eſſe ab origine mundi. Cùm igitur legalium ſacrificiorum ratio omnis & dignitas à Chriſto pendeat, qui tum per fidem in vmbra exhibebatur, non video quo iure preces habeantur ſacrificiis potiores; cùm ab illis immolatæ rei præſtantia, vtilitate, remediis, ipſa denique ſupremæ adorationis prærogatiua non obſcurè vincantur. Porrò, etſi nihil cauſæ fingi queat, quamobrem non homines, quos natura docuit autore Deo gloriari, etiam ante omnem de Chriſto ſuſpicionem, conceptam animo de numinis maieſtate opinionem externis ſymbolis atque adeo ſacrificiis teſtentur: minimè tamen credendum eſt, humanum inuentum eſſe ſacrificium, aut ab hominibus aliquando inſtitutum: ſed à Deo primùm antiquiſſimis patribus traditum, deinde moribus receptum, ac tandem, vt ſolent optima quæque in peius ruere, ab iis, qui idola colerent, diris ſuperſtitionibus contaminatum atque corruptum. In quos cùm incidiſſent nonnulli, qui inſtituti rationem minimè tenerent; admirati nullam omnino gentem eſſe, quæ ſacrificiis numen aliquod non veneraretur; putarunt non aliunde quàm à natura tantam populorum conſenſionem eſſe profectam. Inde adeò factum eſt, vt qui ſacrificiorum rationem explicandam ſuſciperent, tenebras potius offunderent quàm lucem afferrent. At qui nouerit antiquiſſimos eorum, qui ſacris operati ſunt, Abelem & Cainum germanos fratres, ab Adamo patre ſacrificandi ritum fuiſſe edoctos, Adamum autem à Deo; vt hoc interim ſpatio dum veniret qui ſuo ſanguine ſcelus expiaret, & carnis ſuæ pharmaco immortalitatem repararet, tantum beneficium variis figuris præuenirent, quæ analogia ſua quod futurum eſſet, adumbrarent: dubitare non poterit vnicum ſacrificium numerari oportere. Reliqua verò quæcunque ſacrificia cenſentur, per analogiam dicta ſunt, quoniam aliquid illius, quod vnicum eſt, exprimunt, & quadam proprietate ſua repræſentant. Ideò enim & hoſtiarum delectus eſt habitus: & actio ipſa certis quibuſdam ritibus cõſecrata, quæ non tam ad offerentis deuotionem

Antiquorū patrum ſacrificia typica fuerunt, ac proinde vna omniū virtus & adoratio.

A ſpectaſſe putanda ſunt, vt puta quæ diuerſo rituali poterat, quàm ne quid in figura à veritate diſcreparet. Vt autem ad illud reſpondeam, quod obiici poſſe videtur, priſcos olim homines ſuis ſacrificiis non modo Chriſtum adumbraſſe, ſed etiam imbecillitatem ſuam diuinámque potentiam per eadem eſſe profeſſos, quod ſatis eſt ad ſacrificij rationem, ſi nulla præterea conditio victimæ deſit: ego ſic arbitror: cùm ſe paterni ſceleris conſcios agnoſcerent, nec denegatam ſemel ſupremo numini reuerentiam vllo ſacrificij genere reſtitui poſſe intelligerent, præterquam illius, qui eiuſdem criminis expers oriretur: ſummiſſionem animi ſui cum diuini cultus obſeruantia per eundem Chriſtum offerre Deo voluiſſe. Neque enim B alia re magis, quod volebant, quã Chriſti Domini oblatione perfici poterat. qui cùm ſit ſplẽdor lucis æternæ, & paternæ forma ſubſtantiæ, attamen pro nobis peccatum & maledictio factus eſt: quo pacto ſolus id, quod erat numini ab homine debitum, perſoluit, & nos eum ſuo patre reconciliauit. Ergóne patres ſacrificia vera nulla habuerunt, imò tam vera quàm fuit ipſa religio: Nam & verè Chriſtus illis profuit, per quem ſalutem conſecuti ſunt: tametſi verum quoque eſt, quod ait Apoſtolus, illis omnia in figura contigiſſe.

De ea adoratione, qua nonnullas res creatas religioſè obſeruamus.

C SED iam redeamus ad illam partem adorationis, quam nos quoque hominibus in dignitate conſtitutis impertiri Vermilius commemorat. Quam quoniam ieiunè admodum, nec ſine veneni ſuſpicione explicuit, interim dum ſeſe alia offerat de latria, & dulia differendi occaſio: nam eum quoque nobis laborem in ſequentibus imponet: ex eodem S. Damaſc. vberius exponamus. Is enim quàm multæ, inquit, & quot modis adorentur res procreatæ, in ſacra Scriptura deprehendimus. Primùm enim adorantur in quibus requieuit Deus, qui ſolus eſt ſanctus, & in Sanctis conquieſcit: vt in ſancta Dei Genitrice, & in omnibus Sanctis, qui totis viribus operam dederunt, vt Deo ſimiles euaderent, idque cum voluntate, tum Dei inhabitantis auxilio ſunt aſſecuti: qui ſanè Dei D etiam verè nuncupantur, non natura ſed gratia, quemadmodum ferrum ignitum dicitur ignis: non natura, ſed adiunctione, qua particeps ignis effectum eſt. Dicit enim: *Sancti eſtote, quoniam ego Sanctus ſum.* Illud primum eſt, vt aliquis velit: tum omni volẽti bonum Deus fert auxilium ad bonum ipſum conſequẽdum. Deinde, *Inhabitabo*, inquit, *in eis, & inambulabo.* Et, *Templum Dei ſumus*, &, *Dei Spiritus inhabitat in nobis.* Præterea, *Dedit*, inquit, *ipſis in Spiritus immundos poteſtatem, vt eos expellerent, & omnem morbum, omnémque languorem curarent.* Et, *Quæcunque facio, vos etiam facietis, & maiora his facietis.* Ad hæc, *Viuo ego*, inquit Dominus, *eos qui me glorificant glorificabo.* Et, *Siquidem compati-*

S. Ioan. Damaſcenus orat. 3. de imag.

1. *Multa ſunt quæ ſecundum Deum adorantur.*

Leuit. 19.

Leuit. 26.
2. ad Cor. 6
Matth. 10.

Regum 2.

Digitized by Google

mur, & conglorificemur, Et, *Deus ſtetit in Synagoga Deorum, in medio autem Deos diiudicat.* Quemadmodum igitur verè ſunt dij, non natura, ſed quòd illius, qui natura Deus eſt, participes ſunt: ſic etiam adorantur, non quod natura ſint adorandi, ſed quoniam illum, qui natura adorandus eſt, in ſeipſis habent: ſicut ferrum ignitum non natura ſua eiuſmodi eſt, vt tangi nequeat, & comburat, ſed quia particeps ignis factum eſt, qui comburendi naturam habet. Adorantur igitur, vt qui à Deo ſunt gloria affecti, & à Deo aduerſariis formidoloſi, & horribiles conſtituti, & in eos benefici, qui cum fide ad ipſos confugiunt, noo vt ad eos qui natura ſunt dij, atque benefici, ſed vt ad ſeruos miniſtróſque Dei, quiqoe ob ſuam in eum charitatem, fiduciam fœliciter conſecuti ſint. Adoramus ergo illos, quia Rex ipſe colitur, cùm videt ſeruum, qoem diligit, non vt Regem, ſed vt miniſtrum ſubiectum & amicum beneuolum adorari. Et qui cum fiducia ad illos accedunt, impetrant ea, quæ precantur & flagitant, ſiue miniſtris ipſis à Rege poſtulantihus, ſiue Rege honorem & fidem illorum, qui à miniſtris ſuis petunt ſuſcipiente. Propter ipſos enim fuſæ ſunt preces. Ita per Apoſtolos accedentes ad Ieſum eurabantur. Sic Apoſtolorum vmbra, & ſudaria, & ſemicinctia curationem afferebant. Qui verò tanquam aduerſarij & defectores adorari volunt vt Dij, iſti non ſolùm adorandi non ſunt, ſed igne digni ſunt ſempiterno. Contemptores autem, qui elata mente Dei miniſtros adorare nolunt, tanquam arrogantes & ſoperbi, atque in Deum impij condemnantur. Teſtes ſunt pueri illi, qui eum contemptu aduerſus Eliſæum clamantes ab vrſis dilaniati ſunt.

Rom. 8. Pſal. 81. 4 Reg. 2.

2. Alter adorationis modus eſt, quo res, per quas, & in quibus ſalutem noſtram Deus, vel ante Domini aduentum, vel poſt aſſumptæ carnis eonſilium, executus eſt, veneramur & eolimus. vt montem Sinai, & Nazareth, & præſepe in Bethleem, & ſpeluncam, & ſanctum Golgotham, & crucis lignum, & clauos, & ſpongiam, & arundinem, & lanceam illam ſacram & ſalutiferam, & veſtem, & tunicam, & lintea, & faſcias, & ſanctum illud monumentum noſtræ fontem reſurrectionis, & monumenti lapidem, Sion montem ſanctum, montem rurſus oliuarum, probaticam piſcinam, & heatum illum Gethſemanes hortum. Hæc & his ſimilia veneror, & adoro, & omne templum Dei ſanctum, & omnia loca, in quibus Deus nominatur, non propter naturam ipſorum, ſed quoniam actionis diuinæ ſunt reeeptacula, & per ipſa, & in ipſis placuit Deo ſalutem noſtram tranſigere. Nã & Angelos, & homines, & omnem materiam actionis diuinæ partieipem, atque miniſtram ſalutis meæ, propter actionem diuinam veneror & adoro. Non adoro Iudæos, neque enim actionis diuioæ participes extiterunt, neque gloria Dominum Deum meum eo conſilio affixerunt cruci, vt mihi ſalutem parerent, ſed inuidia potius, & odio in Deum benè de ipſis meritum concitati. *Domine dilexi decorem domus tuæ*, inquit Dauid, *& locum habitationis gl.r.æ tuæ.* Et, *Adorate in loco, vbi ſteterunt pedes eius.* Et, *Adorate in monte ſancto eius.* Mons Dei ſanctus animatus eſt ſancta Dei Genitrix. Montes Dei ratione præditi ſunt Apoſtoli. *Exultauerunt montes ſicut arietes, & colles ſicut agni ouium.*

Pſal. 25. Pſal. 131. Pſal. 47.

3. Tertius adorationis eſt modus, quo adoramus ea, quæ Deo dicata ſunt & conſecrata: vt ſacra Euangelia, & reliquos libros: ſcripti ſunt enim ad noſtram inſtitutionem, ad quos fines ſeculorum deuenerunt: vt diſcos, & pocula, & thuribula, & lucernas, & menſas. Hæc enim omnia eſſe ſancta perſpicuũ eſt. Vide enim quomodo Deus, cùm Balthaſar populo vaſis ſacris miniſtrari feciſſet, regnum eius euerterit. Dan. 5.

4. Quartus modus eſt, quo imagines adorantur à Propheti sperſpectæ. Imaginum enim intuitu Deum cernebant. Et rerum futurarum imagines, vt virga Aaron, quæ quidem imago Virginis myſterium exprimebat: & vrna, & menſa. Et Iacob adorauit faſtigium virgæ, quo ſeruator ſignificabatur. Porrò imagines rerum, quæ geſtæ ſunt, valent pro monumento. Ipſũ enim tabernaculũ quid aliud erat, niſi imago pulcherrima & abſolutiſſima? *Vide*, inquit Moſem alloquens Deus, *exemplar quod tibi in monte demonſtratum eſt*, & Cherubim aurea opus fuſile, & Cherubim in velo opus textile. Hoc modo pretioſam crucis formam, corporeæque Dei mei figuræ ſimilitudinem, & eius, quæ ipſum in carne peperit, ac ſeruorum ipſius imagines adoramus.

ad Heb. 11 Heb. 8.

5. Quintus modus, quo nos vicitſim vt Dei partim habentes, & ad Dei factos imaginem adoramus, atque inter nos ſummiſsè gerimus, legi charitatis ohtemperantes.

6. Sextus modos quem principihus, & in poteſtate conſtitutis exhibemus. *Reddite* enim, inquit, *omnibus debita, cui honorem, honorem: cui*, &c. Ita Iacob tum Eſaü fratrem maiorem natu, tum Pharaonem à Deo Principem conſtitutum adorauit. Rom. 13. Gen. 33 & 47.

7. Septimus modus quo ſerui dominos, & benemeritos, & quorum egent auxilio proſequuntur. Sic Ahraham adorauit filios Emmor, cùm ab illis ſpeluncam duplieem emeret. Gen. 23.

Denique vt ſimpliciter dicam, adoratio & timoris, & deſiderij, & honoris ſignum, & animi ſummiſſi atque humilis argumentum. Verùm neminem oportet vt Deum adorare, niſi eum, qui natura Deus eſt: omnibus autem honorem habere debitum propter Dominum. Hæc ſanctus Ioannes Damaſc.

Nemo pariter cum Deo adorandus.

Cæterùm hoc loco legit Auguſtinus, ſi tamen ille, quæſtione 46. ex veteri Teſtamento, Quia *veniebat ex diebus in dies offerre munera ſua, & decimas.* Verùm neque textus Hebraicus, neqoe tranſlatio 70. Interpretum, neque Chaldaica Paraphraſis habent decimas. At is nihilominus hanc quæſtionem proponit, qoomodo decimas offerebat, qui nihil poſſidebat? Leuitæ enim non acceperunt agros, quia de decimis, quæ à plebe dabantur victum quærebant. Sed poteſt fieri, inquit, & ſic dabatur intelligi, qoia potuit habere poſſeſſionem vxoris ſuæ aut emptam: quia de aliis tribubus accipiebant vxores, non ſolùm hi, ſed & cæteri, ita vt ſacerdotes acciperent de aliis tribubus vxores.

Alia lectio huius loci.

Nam

Digitized by Google

IN SILO. IBI ERANT DVO, &c.

2. Paral. 22.

Nam Ioiada ſacerdos magnus vxorem duxit de tribu Iuda filiam Regis Ioram. Vereor ne hæc ſit ex additis quæſtionibus ad eas quæ ſancti Auguſtini germanæ ſunt. Satis enim oſtendit liber Ioſue Leuitas & vrbes, & ſuburbana earum poſſediſſe, & Philo lib. de honoribus ſacerdotum, docet Leuitas etiam decimarum quas perciperent à populo, ſacerdotibus decimas perſoluiſſe. Verùm de his poſtea cap. 3.

Leuita decimas decimorum ſuarum ſacerdotibus offerebant.

DOMINO *exercituum.*] Eo nomine gloriabatur inter eos, quos in timore, vt ait Apoſtolus, vocauerat. Quid enim æque humanam mentem concutit, vt terror exercitus? Exercituum autem dixit, nimirum cœleſtium, & terreſtrium: omnia namque illi militant, & pro illo armatur omnis creatura aduerſus inſenſatos.

IN *Selo.*] Vrbs eſt in tribu Ephraim, in qua arca Teſtamenti manſit, & tabernaculum Domini, vſque ad tempora Samuëlis. Eſt autem in decimo milliario Neeopoleos in regione Acrabitena, S. Hieronym. de locis Hebraicis. Ioſue autem, cap. 21. hæc legimus. *Ceperúntque conſilium filij Iſraël, atque dixerunt, Ecce ſolemnitas Domini eſt in Silo anniuerſaria, quæ ſita eſt ad Septentrionem vrbis Bethel. Ad Orientalem plagam viæ, quæ de Bethel tendit ad Sichimam, & ad meridiem oppidi Lebona.* Verùm hic ſitum vrbis deſcribi Vatablus negat in ſuis Scholiis, & interpretatur Bethel non illam vrbem, quæ prius Luza dicta eſt, ſed domum Dei ipſius Silo. Deſcribunt eis locum, inquit (nimirum filiis Benjamin poſt acceptam cladem de vxoribus quærendis ſollicitis) in quo virgines ſolebant ducere choros. Vbi poſſent deliteſcere, & inde eas rapere. Putarem tamen verè ſitum deſcribi, eodem argumento: ſed & ipſam regionem quaqua verſus deſignari, quò poſſent poſt raptum puellarum citra periculum antè recedere, quam patrum repentino concuſſu opprimerentur.

Vrbis Silo Topographia.

IBI *erant duo filij Heli Ophni & Phinees.*] Heli, nimirum ſummi Pontificis ex genere Aaron, idcireo ſacerdotes Domini. Nunc ideo recenſentur, quia Patrem admodum ſenem iuuabant in ſacro miniſterio, vt Ithamar & Eleazar Aaron. Non tamen ita iuuabant, quod pater iam ætate cœcus eſſet, vt ſacris operari non poſſet: Nam ex his quæ poſtea dicentur, cognoſcemus eum in tabernaculo præſentem adfuiſſe, vbi animaduertit Annam, vt indicabat, non decenter precari, & idcirco eam reprehendit. Ad hunc modum Vermilius. Tomiellus autẽ anno Mundi 2900. cenſet ſupremam, quoad vixit, ſacerdotij authoritatem nunquam depoſuiſſe: ſed functiones duntaxat filiis delegaſſe, ſiue ipſam ſacerdotij adminiſtrationem, eo quod iudex factus aliis occupationibus detineretur. Hoc ego neſcio qua ratione interpretari poſſim. Nam ſi illi eas duntaxat functiones obirent, quæ eſſent minorum ſacerdotum propriæ, delegatione opus non fuit, erant enim ſacerdotes: ſi autem horum aliquid, quæ ſolus Pontifex per ſe præſtare poterat, miror ſi putet Torniellus ea filiis committere potuiſſe. Tria autem erant ſummi ſacerdotis munera, quæ nemo alius ſacerdos vſurpare debuit, vt docet idem Torniellus anno 2545. numero 21. Primum erat, introire in Sancta Sanctorum ſemel duntaxat in anno, in ſolemni ſcilicet die Expiationis, ſeu Propitiationis, quæ celebrari ſolebat die 10. menſis 7. & ibi peragere ea quæ in toto Leuitici c. 16. deſcribuntur. Alterum Pontificis officium erat, initiare ſeu conſecrare Sacerdotes & Leuitas, ritu à Domino his locis præſcripto, nimirum quod ad Pontifices attinet, & ſacerdotes, Exod. cap. 29. & Leuit. cap. 8. Leuitas verò Numer. cap. 8. vbi tamen hoc expreſsè priuatímque ſummo Pontifici non tribuitur, nec ſatis dilucidè Torniellus docet quo authore didicerit. Tertium denique fuit, in rebus dubiis & grauibus conſulere Dominum in Ephod, & Rationali, quod erat proprium ſacrúmque ſummi Pontificis indumentum. Horum, vt opinor, prioris, & alterius muneris partes, niſi legitimo ritu conſecrato Pontifici delegare non potuit, neque veriſimile eſt tantam eſſe potuiſſe negotiorum molem, vt vel ſemel in anno Sanctuarium adire prohiberetur, cùm alioqui reges belli pacíſque curam ſuſtinentes, non rarò templum frequentarent. 3. verò munus, quod in arduis ac grauioribus difficultatibus diſſoluendis poſitum erat, principis functiones adiuuabat. quare probabilius videtur, eo conſilio iſtic appellatos, quòd cùm ſacerdotes eſſent, iſtic ibi tum ſacris operabantur, & quidem præter legitimum morem.

Vermilius. Torniellus. in ſacris Annalibus.

Num Heli ſummus ſacerdos vetes ſuos filios obtinere permiſerit.

IBI ERANT DVO FILII HELI, &c.

Munia ſummi Pontificis.

Probabilius videtur non permiſiſſe.

De his autem rectè quæritur, ait S. Gregorius in 1. Regum, cur dicantur ſacerdotes Domini, qui non valde inferiùs Belial filij eſſe referuntur? Sed ſi ad litteram ſimpliciter iſtud de Heli filiis quæritur, facilè reſpondetur: quia eo tempore ſacerdotes Domini dicti ſunt, quando ſimulachrorum ſacerdotes ex Deorum falſorum nominibus cenſebantur. Cùm ergo dicuntur ſacerdotes Domini, per inſignia fidei à ſimulachrorum cultoribus diſcernuntur. His enim verbis eorum fides, & non vita prædicatur: quia & prauitatem exercebant operis, ſed non errabant in fide conditoris. Ita ſanctus Gregorius. Erant igitur ſacerdotes officio, non merito.

Gregorius.

Filij Heli ſacerdotes Domini profeſſione non merito.

At quemadmodum nos omnes, quotquot religionem Chriſtianam profeſſi ſumus, etiam ſacerdotes ſimus, nec tales tamen quales ordo Sacramenti, ſeu manuum impoſitio Presbyterij, vt loquitur Apoſtolus, à reliquo populo ſegregat, & eidem præficit, qui ſoli propriè dicuntur ſacerdotes: neque te Lutherus decipiat, à ſancto Iſidoro Peluſiota ſic accipe, lib. 3. Epiſtola 75. Eos demum, vir eximie, diuinus Paulus ſacerdotes eſſe ſtatuit, qui non victimis & ſacrificiis, ſed nuda natura omnibus pietatis numeris perfunguntur, atque è corporibus ſuis purè ex ſe libant. Pulcherrima enim victima eſt piam mentem & carnem caſtam habere. Eoque etiam illud dixit, quod tu intelligere ex me cupiſti: *Exhibete corpora veſtra hoſtiam vi-*

Iſidorus.

Quo ſenſu omnes Chriſtiani ſacerdotes dici poſſint.

uentem Deo placentem, rationabile obſequium veſtrum. Non enim ad ſacerdotes ſolos ſcribens, hæc ipſis mandabat, ſed vniuerſæ Eccleſiæ. Vnumquémque enim ipſorum hac in parte ſacerdotem eſſe iuſſit. quod ſi caſtitas & pudicitia ſubditos ſacerdotes creat, libido proculdubio ac laſciuia ſacerdotibus dignitatem abrogat. Atque hoc quidem leges & Eccleſiaſtica inſtituta ſanciunt: verùm haud admodum tamen iſtud fit, quam ob cauſam, non eſt in eum commemorare. At verò qui diuino ſacerdotio redimiti, ac præfecturam dignè conſecuti ſunt, ſi corpori quoque caſtitatem cuſtodiant, verè pluſquam ſacroſancti ſunt. Vt enim in veteri Teſtamento ſacerdotij munere fungi exceptis ſacerdotibus nemini licebat, Paſchæ tamen tempore omnes Sacerdotij honore afficiebantur:(vnuſquiſque enim pecudem immolabat) ſic etiam in nouo ac ſucceſſionis experte, ſejunctim quidém, ac velut prærogatiuæ nomine, incruentæ victimæ ſacrificium ij habent, quibus illud offerre conceſſum eſt: At interim vnuſquiſque ſui corporis Sacerdos creatus eſt: non vt citra ordinationem & inſtitutionem ſubditorum imperium obtineat, ſed vt vitiis imperans corpus ſuum caſtitatis delubrum aut templum efficiat. Sic explicat Apoſtolum ſanctus Iſidorus. Apud Agellium autem Noct. Attic. l. 9. cap. 2. Muſonius conqueritur, quod ſanctiſſimum Philoſophi nomen vſurpent ſpurca, inquit, animalia, & ſubdit; Maiores autem mei Athenienſes nomina fortiſſimorum iuuenum Harmodij & Ariſtogitonis, qui libertatis recipiẽdæ gratia Hippiam tyrannum interficere adorſi erant, ne vnquam ſeruis indere liceret, decreto publico ſanxerunt, quoniam nefas ducerent nomina libertati patriæ deuota ſeruili contagio pollui. Cur ergo nos patimur nomen Philoſophiæ, dic Sacerdotij potius, illuſtriſſimum in hominibus deterrimis exſordeſcere.

Paſcha tempore vnumquemque ſacerdotem agere licuit.

Muſonius apud Agellium Noct. Att. l. 9 c. 2.

Versvs IV.

Venit ergo dies, & immolauit Elcana, deditque Phenennæ vxori ſuæ, & cunctis filiis eius, & filiabus partes.

Qvo anno Heli præfecturæ id contigerit ſtatuere difficillimum eſt. Abulenſis circa 7. id accidere potuiſſe crediderat: verùm Torniellus, qui non ita pridem Annales ab Orbe condito edidit, putat illum authorem non ſatis accuratè temporum rationem habuiſſe. Ipſe, cùm decreuiſſet Heli principatus exordium, ab anno muudi 2900. præter omnium quos legerim ſententiam, cœpiſſe, quo tempore Heli ætatis ſuæ 58. agebat: ſtatuit hoc Elcanæ ſacrificium 1. anno Heli præfecturæ eſſe peractum. Alioqui enim, cùm poſt Heli mortem illico, & abſque vlla temporis intercapedine,

Abulenſis. Torniellus.

Non videtur Samuel primis annis Heli præfecturæ naſci potuiſſe.

A Samuëlem velit Reipublicæ gubernacula ſuſcepiſſe, niſi ſtatim à primordio Heli magiſtratus Samuëlem à Deo impetratum concedimus, admodum iuuenis Rempublicam capeſceret. Quod quàm abſurdum ſit, ex eo patere poteſt, quod ſenex & canus deſcribitur ſuis filiis ſuas vices commiſiſſe, cùm tamen non amplius quàm viginti, aut triginta annis, vt eſt communior opinio, præfuiſſet. Verùm, an citò poſt cladem populi iudex Samuëlem inſtitutus ſit, an potius interregnum aliquod interponendum ſit, poſtea videbimus. Nam hoc præterea in illa opinione me malè habet, quòd eo pacto neceſſe ſit, vltimam illam admonitionem, qua Deus Heli per Samuëlem corripuit, annis penè triginta calamitatem præceſſiſſe, & eundem ab anno B ſexageſimo, aut quod proximè excurrit, præ ſenio caligare cœpiſſe, cùm tamen plures adhuc illa ætate oculorum acie vigentes aſpiciamus.

Venit *dies.*] Qui dies? Nam ſi de ſolemnibus agitur, plures erant, vt etiam antea diximus. Philo Biblicus diem bonum Paſchæ deſignat, cui ſi fidem adhibemus, fruſtra Vermilius admonuerit Elcanam dici ſacrificaſſe, non quod ipſe immolauerit hoſtias, ſed tantùm adduxerit eas ad tabernaculum: Leuita ſiquidem erat, non ſacerdos. Vnde & annotabimus, inquit, illum quoque dici ſacrificare, qui victimam offert ad fores tabernaculi vt immoletur. Atque ita Saül, Dauid, & alij, cùm ſacerdotes non eſſent, nihilominus tameo ſacrificaſſe leguntur. Fruſtra, inquam, Vermilius illud admonuerit, C quoniam etſi quolibet alio tempore ſolis ſacerdotibus immolare liceret, Paſchæ tamen tẽpore, vnuſquiſque pater familias intra domeſticos parietes ſacerdotis officio fungebatur. Hoc ipſũ lex apertè prædicat Exo. 12. præcipiens, vt *vnuſquiſque per familias & domos agnum immolet, & vtrumque poſtem cum limine hoſtiæ ſanguine tingat.* Philo Iudæus idem repetit lib. 3. de vita Moſis. Quo loco, poſt alia quædam hoc etiam ſubdit: quo tempore non vt alias plebeij homines victimas adducunt ad altare mactandas à ſacerdotibus, ſed iubente lege tota gens ſacrificat, dum pro ſe quiſque mactat hoſtiam ſuis manibus. Et iterum libro de Decalogo: patria Hebræorum lingua Paſcha dicitur, quando populariter ſinguli ſacrificant non expectatis ſacerdotibus, ipſi, permiſſu legis, fungentes ſacerdotio quotannis per vnam diem deſtinatam huic negotio. D In eandem etiam ſententiam ſuperiore verſu ſanctum Iſid. Peluſiotam citauimus, quanquam, vt verum fatear, nõ deſunt ex Scripturis quæ huic traditioni refragari videantur. Nam Paralip. 2. c. 30. narrantur *Leuitæ* tempore Ezechiæ Regis, *immolaſſe Phaſe his, qui non occurrerant ſanctificari Domino.* Et iterum eiuſdem libri cap. 35. *Et immolatum eſt Phaſe* (inquit Scriptura) regis ſcilicet Ioſiæ cura ac prouidentia: *Aſperſerúntque ſacerdotes manu ſua ſanguinem: & Leuitæ detraxerunt pelles holocauſtorum. Et ſeparauerunt ea vt darent per domos & familias ſingulas, & offerrentur Domino,* &c. His vtique teſtimoniis refu-

Philo Bibl.

Exod. 12

Philo Iudæus l. 3. de vita Moſis.

Vnumquemque patrem familias in Paſchate victimam propriam immolare potuiſſe.

Paral. 2. c. 30.

Paral. 2. c. 35.

A

tari videntur, quæ ſuperius à Philone, & S. Iſidoro tradita retulimus: non enim plebs, vt illi volunt, ſed plebis hoſtias Sacerdotes, & Leuitæ celeberrimis illis temporibus mactaſſe feruntur. Verùm his reſpondet Lyranus in 30. c. l. 2. Paralip. Exod. 12. capite, quo leges ſanciuntur de immolando Paſchate, præceptum non eſſe vt per Leuitas fieret, ſed per vnumquemq; patrem familias in propria domo. Quoniã tamen immolari niſi à mundis nõ debuit, & plures occurrebant qui ſanctificari legitimo ritu non poterant, idcirço tum viſum eſſe Leuitas id præſtare debere, & obire ſingulas domos, maximè cùm plures ex iis, qui ex aliis tribubus aduenerant, longa deſuetudine ceremonias ignorare

Lyranus in 30. cap l. 2. Paralip. Exod. 12.

B

contigiſſet. Porrò hanc fuiſſe diem omnium ſacratiſſimam, in qua Elcana epulare illud ſacrificium fecit, prout Philo Biblicus ſentit, ex eo fortè colligi poteſt, quòd inter ipſas epulas Phenenna conſortem ſuam conuitiis vrgebat, quod in loco ſacro minimè auſa eſſet. Quo loco pacificas hoſtias comedi conſtitutum erat. Plura tamen ſunt, quæ hanc coniecturam refellunt. Primùm, quod Anna peracto conuiuio ſurrexiſſe dicitur: nam ſtantes, non recumbẽtes Paſcha comedebant. Deinde, quòd à menſa profecta ſit ad tabernaculi fores, vt Dei opem imploraret, quem ſolùm calamitati ſuæ ſubuenire poſſe ſciebat: At minimè tum decuiſſet, nam ex decreto legis agnus ille nocte comede-

C

batur, nec veriſſimile eſt ibi ſummum Pontificem ea tempeſtate reperturam, aut eo reperto tam manifeſtè ex vultu deprehẽdi potuiſſe. Poſtremò, quòd notetur Anna in illo conuiuio nõ comedere, quod nequaquam licuiſſet, ſiquidẽ Paſchalis hoſtis fuiſſet. His rationibus adducti credimus aliam potius ſolemnitatem fuiſſe ex celebrioribus, quales erant Pentecoſte, Scenopegia, & cætera, aut certè ſi Paſcha omnino eſſe volumus, dicendum eſt illud Elcanæ ſacrificium, non in ipſum diem feſtum incidiſſe, quo Paſcha immolari fas erat: ſed in alium quemuis ex octo reliquis, quibus omnis generis hoſtiæ pro voto offerentium mactari ſolebant.

Qui dies feſtus fuiſſe videatur.

DEDITQVE *Phenennæ vxori ſuæ, & cunctis filiis eius & filiabus partes.*] Hinc facilè cognoſcimus, ait Vermil. quod genus ſacrificij obtulerit Elcana. Non vtique fuit holocauſtum, quia id oportuit vniuerſum coram Domino igne abſumi: nec erat ſacrificium pro peccato, quoniam eius nulla pars cedebat offerentibus. Reſtat ergo vt ſacrificium fuerit pacificum, & gratiarum actionis.] Quale autẽ eſſet illud ſacrificium, Leuitici 3. & 7. fusè deſcribitur. Et Ioſephus Antiquit. 3. c. 10. eadem repetit, plura pollicitus, cùm ſingulari libro de ſacrificiis ageret, qui, vt opinor, iniuria temporum excidit. At præclarè Philo & ſacrificij illius ritus & ceremonias, & ſenſum tropologicũ explicuit libro de victimis. Nunc, inquit, ſacrificium, quod pro ſalute vocatur, conſiderandum venit. In eo non refert vtrius ſexus ſit hoſtia. Verùm ex ea tria hæc debentur Sacerdotibus, adeps, fibra iecinoris, & renes duo. Adde pectuſculum, & ar-

Vermilius. Elcana ſacrificium fuit pacificum, aut gratiarum actionis.

Leuit. 3. & 7. Ioſephus Antiq. 3. c. 10.

Philo l. de vict.

A

mum dextrum, quem Leuit. c. 10. comedere iubentur in loco mundiſſimo. Cætera in epulum cedunt ei qui obtulit. Cur autem dictæ partes interaneorum ſacratæ ſunt, non obiter diſpiciendum eſt. Equidem ſæpe de his rebus cogitans miratus ſum, cur ex ea viſceratione lex deſumens ceu primitias, fibram iecinoris, & renes cum adipe, nec cor requirit, nec cerebrum, vtramque ſedem principalis partis animæ. Nec dubito aliis quoque nonnullis ſacras litteras magis mente quàm aſpectu perluſtrantibus, eandem quæſtionem occurrere: qui ſi cauſam probabilem inuenerunt, & ſibi, & nobis profuerint; ſin minus, noſtrum commen-

Leuit c. 10

Quare Deo in ſacrificiis cor, & cerebrum non offerebantur.

B

tum indicent an videatur veriſſimile. Eſt autem hoc, principalis noſtri pars capax eſt iniuſtitiæ, timiditatis, imprudentiæ, cæterorúmque vitiorum: habitat autem in duabus modò dictis ſedibus, corde atque cerebro. Itaque ſacra lex æquum indicat non oportere ad altare Dei, vbi ſolet impetrari omnium peccatorum & iniquitatum remiſsio, inferri vas illud & conceptaculum, in quo mens proclinauit ad iniuſtitiam & inſipientiam, deflectens à via ducente ad virtutem honeſtatémque. Stultum enim fuerit in ipſo ſacrificio refricari, non aboleri peccatorum memoriam. Et hoc eſt, opinor, cur neutrum offeratur principalis partis conceptaculum, neque cor, neque cerebrum. quæ autem iuſſu legis offeruntur, competentem habent ra-

Tropologia.

C

tionem. Pluribus illa interpretatur, quæ breuitatis cauſa omittimus. At poſtea ſubdit. In hoc genere duobus tantùm diebus epulari fas eſt, ita vt nihil reliquiarum ſuperſit in tertium, idque de cauſis pluribus. Vna, quia ſacræ menſæ vſus tempeſtiuus debet eſſe, curando ne quid corrumpatur mora temporis, cùm carnium vel conditarum natura obnoxia ſit putredini. Altera, quia victimarum partes non ſunt in penum retrudendæ, ſed in medium proponendæ omnibus indigentibus: iam enim ſunt non offerentis, ſed eius, cui litatum eſt: qui cùm ſit beneficus ac munificus, vult conuiuis vocatis communicari ſuum epulum, non eius qui exhibet. Quem ſic vtique cogitare iubet, miniſtrum eſſe ipſum conuiuij non dominum, nam apparatus fit de liberalitate domini, quam diſsimulari non decet, præferendo humanitati

Philo ibid.

Pacifici ſacrificij reliquias in diẽ tertium ſupereſſe nefas fuit. 1 ratio.

2.

D

ſordidam parſimoniam. Poſtrema, quia ſacrificium hoc pro ſalute duorum offertur, corporis & animæ: proinde ſuus cuique dies epularis tribuitur, quod æquum videatur, vt primæ diei conuiuium admoneat nos ſalutis animæ, ſicut poſtera dies ſanitatis corporis. Quoniã autem tertium nihil eſt, cui propriè quæratur ſalus, ſeriò vetitum eſt proferri epulum vſque diẽ tertium; ita vt ne per obliuionem quidem liceat ſupereſſe reliquias abſque piaculo. Ad hoc genus pertinet etiam illud ſacrificiũ quod laudis dicitur, & fit ad hunc modum. Cùm aliquis in nullam aduerſitatẽ incidit, vel rerum externarum, vel corporis, sed quieta tranquilláque vita fruitur, proſperè degens, & feliciter abſque offenſis damniſque omnibus, longum vitæ curſum ceu nauim in alto dirigens in ſe-

3.

renitate perpetua, ſecundæ fortunæ auris à puppi aſpirantibus, neceſſe eſt vt Deo gubernatori debeat ſanitatem continuam, & non interpellata commoda, atque in vniuerſum ſynceras fœlicitates nullis vitiatas calamitatibus, & horum largitorem demereatur hymnis, laudationibus, ſacrificiis, & aliis gratiarum actionibus, quæ omnia comprehenduntur laudis nomine. Hanc verò victimam non biduo, ſicut priorem illam pro ſalute, ſed ipſa prima die lex iubet abſumi; vt qui experti ſunt propenſum paratúmque fauorem cœleſtis numinis, incunctanter de hoc ſacrificio impertiantur aliis. Hæc Philo. Igitur tale erat ſacrificij genus quod Elcana obtulit, cuius leges Phenenna minimè obſeruaſſe videtur, quæ cor, & cerebrum iſtuc intulit, ſacras epulas conuitiis & maledictis commiſcendo, & pacem pertorbando, quam ſacrificio debebat.

Victima gratiarum actionis tota eodem die abſumi debuit.

DEDIT *Phenenna partes.*] Antiquorũ cœnis & epulis non tantùm Spartiatarum, verùm & aliarum gentium, & imprimis Hebræorum præerãt Mœris, & Lachesis, quæ in cœnis æqualitatem, & in ſympoſiis communionem diſpenſabant. Per portiones diuidebat Mœris æquales: Lacheſis, prout ſorte obtigerat. Eſt enim ſors præcipuè. Debuit mea quidem ſententia & tertia admitti, quæ dignitatis rationem haberet. Sic namque Saülem in ſequentibus Samuël reliquis omnibus in cibo prætulit: ſic iſtic quoque Annam Elcana virtutis ergò. Apud Homerum ſubulcos Vlyſſem dominum velut alium quemuis hoſpitem conuiuio excipiens, cùm tamen impenſius honorare vellet ob allatum de hero nuntium, partem optimam ex appoſitis habere iuſſit.

Rhodigin. l.17.c.22.

Conuiniorum præſides olim habita.

Eminentioribus honoris cauſa optima pars apponebatur.

Homerus Odyss. ξ. Odyſſeæ l.14.

Poſuerunt autem in diſcis ſimul omnia, ſubulcus verò
Surrexit in quadram diuidens, valdè enim mentibus æqua ſciebat,
Atque quidem ſeptifariam, omnia partibus eſt diuidens,
Partem quidem vnam Nymphis, & Mercurio Maiæ filio
Poſuit apprecatus, alias diſtribuit ſingulis,
Dorſis autem Vlyſſem integris honorans
Albidentis ſuis, honorabat autem animum heri.

Ioſeph, cùm fratres ſuos in Ægypto conuiuio exciperet, diuinando ſingulis ſuas partes diſtribuiſſe videri voluit: alias vnuſquiſque ex æquo partem accipiebat. Hunc verò ſacrificantium epulandi morem etiam Gentiles imitati ſunt, verùm non ea modeſtia aut temperantia ſunt proſecuti, qua primùm à Deo inſtitutus fuit. Inde tamen ortum habuit eorum ſuperſtitio, quæ, quoniam immundum Dæmonem authorem habuit, non caruit iis vitiis quibus abundare ſolent profanæ compotationes, maximè eorum, qui reuulſis temperantiæ repagulis, ſicut prædæ lupi, ita ferculis inhiant. Verùm huiuſmodi corruptelas hoc tempore excutiendas non ſuſcipimus: Licebit tamen, niſi fortè moleſtum eſt, vel vnam breuem hiſtoriam proferre. Quales, inquit Hyſtaſpas apud Xenophontem libro 2. Cyropædiæ, eiuſmodi viri (de Medis ſermo inciderat) in ho-

Inde manauit ſuperſtitio Gentiliũ, & ſacrarum epularum luxus.

Xenophon l.2. Cyropæd.

A ſtes futuri ſint, equidem non intelligo, in conuictu quidem difficiles medios fidius aliqui eorum videntur ac moroſi. Miſit nuper Cyaxares hoſtiarum carnes in ordines ſingulos, erántque carnium fruſta cuique noſtrûm tria, aut etiam plura, quæ circumferebantur. Atque à me principium coquus fecit primum circumferens obſonium. Cùm verò ſecundum circuiret obſonium illaturus, iuſſit, ab vltimo principium faceret, retróque circumferret. Exclamans igitur quiſpiam ex his militibus qui in medio circulo diſcumbebant: Per Iouem, inquit, horum nihil eſt æquale, ſi quidem à nobis qui ſumus in medio, nemo vnquam incipiet. quibus auditis, equidem ægrè tuli, ſi quid illi minus habere viderentur, eumque continuo ad me vocaui: hic autem permodeſtè paruit. Verùm vt ea quæ circumferebantur, ad nos venere, tanquam videlicet vltimos ea ſumentes, minima relicta erant fruſta. Hic ille manifeſtò admodum triſtatus eſt, dixítque ad ſeipſum, In malam fortunam quod huc inuitatus venerim. Ad quem ego dixi: Ne cura, rurſus à nobis confeſtim incipiet, & tu primus maximum capies fruſtum. Interim circumferebatur tertium, id quod erat reliquum, atque cepit ille. Cui cùm viſum eſſet exiguum ſumpſiſſe obſonium, quod ceperat, poſuit tanquam alterum ſumpturus: cùm illum coquus arbitratus nihilo amplius egere obſonio, abiens circumferebat prius, quàm ille alterum ſumeret. Hic autem grauiter adeo rem tulit, vt conſumeretur ei quod cepiſſet obſonium. C Quod autem intinctionis ei reliquum erat, hoc, quia eſſet animo quodammodo perturbato fortunæque iratus, ita malè affectus euertit. Primipilus autem qui nos proximè diſcumbebat, rem intuitus, manus inuicem compluſit, ridenſque lætabatur. At ego tuſſire diſſimulabam, quippe qui ne ipſe quidem riſum poteram continere.

Faceta hiſtoria.

Quo autem loco epulum illud ſacrum celebraretur, ſi de ſacerdotibus agitur, quorum erant partes pectuſculũ, maxilla, & armus dexter, certum eſt, quod non alibi quàm in ſancto loco: nam hoc expreſsè iubetur Leuit. c. 7. Ad verò etiam alij, ſiue Leuitæ, ſiue Laici, qui hoſtias offerebant, eodem in loco veſcerentur, neque in Bibliis ſacris, neque apud Philonem, aut Ioſephum diſertè reperi. quoniam tamen Deuter. 12. iubentur comedere coram Domino, in loco quem elegerit Dominus, inde factum eſt, vt eos quoque in loco ſancto comediſſe plures opinati ſint. E quorum numero Vatablus in hunc locum, Edebant, ait, partem hoſtiarum coram Domino, id eſt, in atrio è regione tabernaculi fœderis: quod an pro certo atque explorato haberi debeat, lectoris iudicio relinquo. Certè ipſi Gentiles in fanis ſuis epulabantur. Quamobrem etiam in illis menſæ ſuo more conſecratæ erant, vt teſtatur Macrobius Saturn. 3. explicans illud Virgilij 8. Æneidos,

Leuit. c. 7. *Epuli ſacri locus ſacer.*

Deuter. 12.

Vatablus.

In menſam læti libant, diuóſque precantur.

In Papyriano enim iure, inquit, euidenter relatum eſt, aræ vicem præſtare poſſe menſam dicatam: vt in templo Iunonis Populoniæ

Macrobius Saturnal. 3. *In fanis Gentilium menſa conſecrata erãt ad ſolennes epulas.*

Digitized by Google

auguſta menſa eſt. Namque in fanis, alia vaſorum ſunt, & ſacræ ſupellectilis, alia ornamentorum. Quæ vaſorum ſunt, inſtrumenti inſtar habent, quibus ſemper ſacrificia conficiuntur. Quarum rerum principem locum obtinet mẽſa, in qua epulæ, libarionéſque, & ſtipes reponuntur. Ornamenta verò ſunt clypei, coronæ, & huiuſcemodi donaria. Neque enim donaria dedicantur eo tempore, quo deluhra ſacrantur. At verò menſa arulæque eodem die, quo ædes ipſæ dedicari ſolent. Vnde menſa hoc ritu dedicata in templo aræ vſum, religionémque obtinet puluinaris. Ergo apud Euandrum quidem fit iuſta libario, quippe apud eam menſam, quæ cum ara maxima more vtique religionis fuerat dedicata, & in loco ſacrato, & inter ipſa ſacra, in quibus epulabantur. Agellius autem Noct. Attic. lib. 12. cap. 8. narrat ad talem aliquam menſam, quæ plures etiam nonnunquam in templis conſtitutæ erant, Publium Africanum & Tiberium ciuitatis facilè principes, in gratiam rediiſſe. Sic autem habet: Poſtquam diu Publ. Africanus ſuperior & Tiberius Gracchus Gracchorum pater diſſenſiſſent, cùm ſolemni die Ioui libaretur, atque ob id ſacrificium Senatus in Capitolio epularetur: fors fuit, vt apud eandem menſam duo illi iunctim locarentur. Tum quaſi diis immortalibus arbitris, in conuiuio Iouis Optimi Maximi amiciſſimi facti ſunt, & ibidem Africanus virginem filiam Tiberio Tiberij filio deſpondit. Quò magis miror peſſimam hanc Phenennam, nihil diuini numinis offenſam reueritam, eam quã ob conſortium vitę & thori non mediocriter amplecti debuerat, probris lacerare potuiſſe. Dicerem & de ſacris antiquorum Chriſtianorum epulis, ac cœna Dominica, quatenus illi Hebræorum conuiuia imitati ſunt, verùm me aliò Vermilius vocat: quapropter eum Tractatum in caput nonum referemus. Ibi, & ſi quid ad hæc addendum videbitur, commodiùs fieri poterit.

Agellius Noct. Attic. l. 12. c. 8.

African. & Tiberius ad Iouis menſam in gratiam redierunt.

Phenenna ira potius indulſit.

B

C

Refellitur error Vermilij de noſtra veterúmque ſacra communione.

Qvid igitur noui Vermilius? Illas epulas, quæ de victimæ partibus pararentur, fuiſſe illorum temporum ſacram communionem, quandoquidem in illis victimis pij Patres corpore ac ſanguine Chriſti veſcebantur, vt nos hodie in pane ac vino Euchariſtico facimus. Quod cùm aſſerit, ſolo ſigno, vt ipſe ſe explicat, differre vult vtramque communionem: omnem autem Chriſti corporis & ſanguinis altaribus noſtris præſentiam denegat, præter illam, quæ fide fit, quam habemus cum antiquis communem: ſimúlque cùm ipſi, tum reliquis etiam ſacramentis omnem gratiæ collationem abrogat. Facinus quidem audax, verùm magnos omnino habet, ſi vero credimus, ſui ſceleris authores. Nam primò quidem Auguſtinum allegat, cuius viri religio ac teſtimonium, quantam apud omnes authoritatem habeant,

An priſcorũ ſacra Communio ſolo ſigno à noſtra differret.

Vermilius.

A nemo neſcit: Deinde Apoſtoli ipſius fide nititur, cuius ſententia in dubium à nemine reuocari poteſt. His duohus tanquam certiſſimis patronis fretus, non modò cauſam ſuam obtinet, verumetiam in nos inuehitur, & ignorantiæ ac tarditatis accuſat. Verùm illi quoque nobis, vt opinor, audiendi ſunt, nec de amiciſſimis ſiniſtri quidquam temerè hoſti credendum. At enim qui ſemel ohligatam Deo, voto ſolemni fidem abiurauit, vt fecit Vermilius, is non iniuria videri poſſit hominibus quoque illudere velle. Auguſtinum itaque priòrem adeamus, quandoquidem illum priorem producit: Deinde etiam Apoſtolum ex ore eius loquentẽ audiemus. Igitur quatuor locis Auguſtinum ſuis partibus fauentem inducit, quorum primus eſt Tractatus 26. in Ioan. Videamus num illo Tractatu Auguſtinus errori Vermilij ſtuduerit. Illo Tractatu, inquit Vermilius, ſcripſit Auguſtinus rem eandem & in noſtris, & in illorum ſacrificiis proponi, ſolùm diuerſitatem in ſignis eſſe deprehendi. Vt hoc concedamus, Vermili, Auguſtinum dixiſſe, nihil tamen eorum quæ vis obtinueris. Nam etſi eandem rem, & illis, & nobis diuino conſilio fuiſſe, & eſſe propoſitam fateantur omnes Catholici, diuerſitatem tamen in ſignis ſeu ſymbolis, ſiue ſacrificij ſiue ſacramenti cum Auguſtino agnoſcant neceſſe eſt. Vnus enim Chriſtus ab vtriuſque teſtamenti patribus experitus eſt, verùm non iiſdem prorſus ſignis vtriſque exhibitus. Prioribus namque in iis ſignis oblatus eſt, quæ venturum ſignificarent, nohis autem, quæ veniſſe teſtarentur: neque iam vt futurum pollicentur, ſed vt præſentem exhibent. Hoc ipſum manifeſtè Auguſt. aſſirmat in Pſalm. 73. quemadmodum idem ſibi obiicit, neque aliter ego referrem: neque enim hoc mihi propoſitum eſt, hominem nube teſtimoniorum obruere, quod illi abundè præſtiterũt, qui fidei veritatem ab hæreticorum calumniis vindicarunt: ſed locum hunc dũtaxat expurgare, ſimúlq; irrogatam ſanctiſſimo viro, & de Eccleſia bene merito, vlciſci iniuriam. Illius ego verba deſcriham, ne quis reliquus ſit calumniæ locus: nã quò ſenſum poſſet peruertere, etiam corrupit verba Vermilius. Sic igitur Auguſt. Opportunè autem nõ ex noſtra, ſed ex Dei diſpenſatione factum eſt, vt modò audiremus ex Euãgelio, quia lex per Moyſen data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Si enim diſcernimus duo teſtamenta, vetus & nouum, nõ ſunt eadem Sacramenta, nec eadem promiſſa, eadẽ tamen pleraque præcepta. Nam non occides, &c. De præceptis diſſerit, poſt quẽ tractatum, Sacramenta, inquit, non eadem: quia alia ſunt Sacramenta dántia ſalutẽ, alia promittentia ſaluatorem. Sacramenta noui teſtamenti dant ſalutem, Sacramenta veteris teſtamenti promiſerunt ſaluatorem. Cùm ergo iam teneas promiſſa, quid quæris promittentia, ſaluatorem iã habens? Hoc dico, teneas promiſſa, non quod iam acceperimus vitam æternam, ſed quia iam venerit Chriſtus, qui per Prophetas prænuntiabatur. Mutata ſunt Sacramenta, facta ſunt faciliora, pauciora, ſalubriora, fœliciora. Hæc Aug. Quem vt poſſet Vermilius in ſuam ſententiam

B

Examinatur locus 1. Aug. Tr. 26 in Ioan. à Vermilio pro ſe citatus.

C

Oſtenditur ex alio loco Aug. in Pſal. 73. hunc locum 1. à Vermilio in aliũ ſenſum eſſe detortum.

Verba Aug. in Pſal. 73.

D

Veteris teſtamenti ſacramenta ſaluatorem promittebant, noſtra dant ſalutem.

pertrahere, aliquot dictionibus immutauerat. Sic enim ferebat eundem Auguſt. ſuam mentem clarius aperuiſſe: non dico quod iam habeamus ſalutem, ſed quia iam venit Chriſtus: quaſi idem eſſet vitam æternam habere, ac ſalutem cõſequi, cùm ſalutis quidem acquiſitio ad preſentis vitæ ſtatum pertineat, vitam æternam non niſi in gloria ſperare liceat. Cæterùm ex illis manifeſtè apparet, tametſi ſolo ſigno ſeu Sacrameoto antiquæ legis ſacrificia à noſtris diſtinguantur, non parum tamen ipſa inter ſe collata ſigna differre. Nam, vt ait Auguſt. Primò quidem noſtra faciliora ſunt, deinde & pauciora, ſalubriora, imò & fœliciora: Poſtremò noſtra ſalutem dant, quam priſca illa tantùm promittebant. Num igitur alia docet Aug. illo 26. B Tract. in Ioan. vt Vermilius perſuadere conatur? Ipſum audi. *Hic eſt panis, qui de cœlo deſcendit.* Hæc verba explicans, tradit ea quibus Vermilius pro telis vſus eſt. Hunc panem, inquit, ſignificauit Manna, hunc panem ſignificauit altare Dei. Sacramenta illa fuerunt, in ſignis diuerſa ſunt, ſed in re quæ ſignificatur paria ſunt. Quomodo paria? In re, inquit, quæ ſignificatur: nam vnum Chriſtum omnia pro ſcopo habent. Igitur & in ſeipſis paria ſunt. Abſit. Imò ait diuerſa ſunt. Suis verbis ſcholaſtici doctores hoc vocant obiectiuè quidem eadem eſſe, verùm formaliter differre. Hanc doctrinam Apoſtoli teſtimonio illuſtrat 1. Cor. 10. Apoſtolum audi, *Nolo enim vos*, inquit, *ignorare fratres, quia patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes mare tranſierunt, & omnes per Moyſen baptizati ſunt, in nube, &* C *in mari, & omnes eandem eſcam ſpiritalem manducauerunt.* Spiritalem vtique eandem, nam corporalem alteram, quia illi Manna, nos aliud: ſpiritalem verò quam nos, ſed patres noſtri, nõ patres illorum, quibus nos ſimiles ſumus, non quibus illi ſimiles fuerunt. Et adiungit. *Et omnes eundem potum ſpiritalem biberunt.* Aliud illi, aliud nos, ſed ſpecie viſibili quidem, tamen hoc idem ſignificante virtute ſpiritali. Duo illa quæ prius aſſeruerat, Apoſtolo exponente confirmat, nimirum, ſi ſignificationem Sacramentorum ſpectes, recentia cum veteribus in idem concurrere, interim tamen ſigno & viſibili ſpecie diſtingui. Quomodo autem cùm eſſent ſigna diuerſa, ſignificatione tamen conuenirent, ex eodem Apoſtolo oſtendit. *Bibebant*, inquit, *de ſpiritali ſequente petra: petra autem erat Chriſtus.* Inde panis, inde potus. Igitur ex Auguſt. imò ex Apoſtolo, non aliundè illis erat, aut eſca, aut potus, aut ſa- D crificium, quàm ex Chriſto, qui idem nobis in potum, & eſcam, & ſacrificium exhibetur. Verùm quo diſcrimine, ex ſequẽtibus accipe, nam ita perſequitur: Petra Chriſtus in ſigno, verus Chriſtus in verbo & in carne. Ergo Chriſti figura in petra quidem erat, at veritas non erat: in verbo, & carne veritas erat. Deinde nonnulla de energia, effectu, ſeu virtute Sacramenti interſerit, quod indignè ſumentibus non proſit, ac ſubdit: *Ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcendi.* Ideo viuus, quia de cœlo deſcendi. De cœlo deſcendit & Manna: ſed Manna vmbra erat, iſte veritas eſt. *Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Et panis quem ego dabo, caro mea eſt pro*

Vtriuſque teſtamenti Sacramenta tametſi rem eandem ſignificabant, ſymbola tamen inter ſe plurimum differebant.

A *mundi vita.* Hoc quando caperet caro, quod dixit panem carnem? Vocatur caro, quod non capit caro. Et ideo magis non capit caro, quia vocatur caro. Hoc enim exhorruerunt, hoc ad ſe multum eſſe dixerunt, hoc non poſſe fieri putauerunt. *Caro mea eſt*, inquit, *pro mundi vita.* Norunt fideles corpus Chriſti, ſi corpus Chriſti nõ negligant eſſe. Hactenus Auguſt. Ex his omnibus manifeſtum eſſe arbitror, quæ fuerit illius mens, quis ſenſus, quæ fides. Nam cùm eũdem Chriſtum, quo nos in vino & pane Euchariſtico veſcimur, priſcos in petra & manna prægustaſſe cõfirmet, ſed ita tamen, vt manna quidem & petram vmbras & antitypa, panem verò noſtrum Chriſti carnem eſſe aſſeueret: dubium eſſe non poteſt, quo ſenſu intelligat, Sacramenta B noſtra ab antiquis & obſoletis viſibili ſpecie differre, re autem ſignificata conuenire. Etenim cùm ſigna ſint ex eorum genere, quæ cum aliquo conferuntur, ſi rem ſignificatam ſpectes, neceſſe eſt ſub eandem rationem cadant, eundémque Chriſtum repræſentẽt. At ſi ſigna ipſa priuatim excutias, & iam non cum re ſignificata, ſed inter ſe conferas; tum denique, præter viſibilem ſpeciem, qua ſola ab antiquis ſymbolis noſtra diſcerni Auguſtinum docuiſſe mentitur Vermilius, in rupe quidem vmbram, in pane autem Euchariſtico Chriſti carnem docet Auguſtinus eſſe reperiendam. Quomodo id probas? inquis, nam alienus ab ea ſententia eſſe videtur Auguſtinus. Reſpondeo, vel teipſo teſte conuincam. Petram ſignum vocat, Manna item, C imò & panem & calicem etiam ſigna vocat. Ergo nulla hactenus differentia eſt. Apparet. At poſt hæc dic obſecro, ſi quo alio nomine petram ex Apoſtolo nominat? Vtique. Quo tandem? Sequentem. Quid manna? Vmbram. Nunquid ergo etiam panem, aut calicem Euchariſticum ſequentia, aut vmbras vocat? Non vocat. Reſtat igitur, vt ſit quippiam diſcriminis. Sed quomodo vocat? Carnem Domini, ex eiuſdem authoritate dicentis, *Panis quem ego dabo caro mea eſt.* Igitur panis Euchariſticus præter id, quod cum antiquis ſymbolis pariter eundem Chriſtum ſignificat, etiam illius carnem exhibet, quoniam eodem Chriſto authore, panis ille caro illius eſt, quod caro non capit, inquit Auguſtinus.

Antiquorum ſymbola vmbras Apoſtolus vocat, noſtra carnem Chriſti & ſanguinem.

Atqui lib. 3. de Doctr. Chriſtiana cap. 9. idem Auguſtinus affirmat, inquit Vermilius, reipſa nihil eſſe diſcriminis inter illorum ſacrificia & D noſtra, quæ tantùm circunſtantiis diſtinguũtur. Si quemadmodum, Vermili, te S. Auguſtinus docuit, reipſa ſignificata exponeres, non mediocri nos labore abſolueres. Verùm, quæ tua eſt ſumma religio atque fides, putaſti nos tuis poſſe dolis irretiri. Deus autem idcirco te tua improbitate abuti paſſus eſt, vt eſſet qui te publicè falſarum ac corruptarum litterarum accerſeret. Nãque obtrudis impudentiſſimè, tu nunquam eo loco legiſti. Sic ille eſt noui Euangelij candor, ſic illa eſt ſimplicitas atque innocentia. Ecquid te pudet, non modò ſententiæ vim afferre, ſed etiam, quæ nunquam ſcripta ſunt, falsò comminiſci. Conſilij tui memor eſſes, quo periclitantibus tuis in Poëſſiaco colloquio

Expenditur 3. locus S. Auguſtini.

Nouella religionis Punica fides.

Digitized by Google

ſuccurriſti, cùm ſcilicet admoneres, ne Patrum vlla ratione authoritati confiderent, alioquin cito cauſa caſuros, & non ſanctiſſimos Patres falſos teſtes ſubornares. Sed tu, qui eorum olim teſtimonium palàm te recipere negaſti, ſperaſti ſcilicet fore clam, ſi quid illis ſcripto imponeres, atque ea arte ſimplicioribus illuderes. O fallacem & inanem religionem, quæ nulla alia te magis, quàm fraudibus & mendaciis innititur. Hæc igitur, quæ ex illo S. Auguſtini fonte ſe hauſiſſe profeſſus eſt, cùm ibidem non legantur, aliundè oportet ex impura aliqua lacuna protulerit: quæ autem ex iis, quæ attulit eodem loco habentur, eundem falſitatis manifeſtò conuincunt. Deſcribam ex Auguſtino, nam Vermilius dum ſermonis elegantiam ſectatur, ſeu potius fallendi occaſionem captat, ſemper immutat aliquid quò longius à ſenſu aberremus. Hoc verò tempore, inquit S. Auguſtinus, poſteaquam reſurrectione Domini noſtri manifeſtiſſimum indicium noſtræ reſurrectionis illuxit, ne eorum quidem ſignorum, quæ iam intelligimus, operatione graui onerati ſumus, ſed quædam pauca pro multis, eadémque factu facillima, & intellectu auguſtiſſima, & obſeruatione caſtiſſima, ipſe Dominus & Apoſtolica tradidit diſciplina: ſicuti eſt baptiſmi Sacramentum, & celebratio corporis, & ſanguinis Domini. Hactenus S. Auguſtinus. Nunc te oro Vermili, qui tandem fieri poſſit, vt noſtra præ illis intellectu auguſtiſſima cenſeantur, ſi primùm rem eandem ſignificant, deinde ſola ſpecie externa diſtinguuntur? Nam Chriſtus quidem, qui peræque ab vtriſque deſignatur, ſeipſo auguſtior non eſt: panis etiam triticeus, cur cœlo manna delapſo anteferatur, non habet. Non erunt igitur noſtra, præ illis antiquorum temporum, auguſtiſſima: aut certè huius tantæ excellentiæ præſtantiæque, ex alio capite ratio petenda eſt. At quæ tandem erit? Ea nimirum, quod tametſi vtriuſque legis typis idem Chriſtus pariter ſignificetur, non tamen pariter exhibeatur: ſed prioribus illis quidem in vmbra, & ſpe futuri; nobis auguſtiori modo, in gratia & veritate.

Vetera & noua Sacramenta Chriſtum pariter ſignificarũt, non pariter exhibuerũt.

Pergit, & eundem S. Auguſtinum iterum teſtem citat libro 19. cap. 12. contra Fauſtum, cuius hanc ſententiam eſſe ait: Iudæorum & noſtra Sacramenta eadem eſſe, noſtra tamen fatetur virtute eſſe maiora, vtilitate meliora, actu faciliora, numero pauciora. Mirari quis poterit, qua fronte 12. caput lib. 19. citet, cùm liber ille vltra caput 4. non excurrat; verùm nos, ſiue id memoriæ lapſu, ſiue librarij incuria contigerit, nihil moramur ſi quid peccatum ſit in numero, modò fides ſeruetur, & nihil adulterinum ſuppoſitumve falsò adſciſcatur. Pauca igitur ex multis, quæ aduerſus Fauſtum ſcripſit Auguſtinus, propriis eiuſdem verbis referemus; quò poſſit lector certò apud ſe ſtatuere, quid ille ſenſerit, neque vltra confictis à Vermilio teſtimoniis deterreatur libro 22. quem aduerſus eundem hæreticum edidit cap. 6. hæc legimus. Sed de præceptis, & Sacramentis veteris teſtamenti ſæpe ac multa iam diximus, vt

4. S. Auguſt. locus excutitur.

A intelligeretur aliud ibi fuiſſe, quod per gratiam noui teſtamenti faciendo donaretur implendũ; aliud quod per veritatem pateſactam remoueto demonſtraretur impletum, cùm Dei & proximi dilectione ſuſciperetur legis perficienda præceptio. Circũciſionis autem, atque aliorum illius tẽporis Sacramentorum ceſſatione oſtenderetur legis perſoluta promiſſio. Præceptum quippe reos faciebat ad deſiderandam ſalutem, promiſſum autem figuras celebrabat ad expectandum ſaluatorem: vt per aduentum noui teſtamenti illos liberaret gratia donata, illas auferret veritas reddita. Ipſa enim lex per Moyſen data eſt, Ioan. 1. gratia & veritas per Ieſum

B Chriſtum facta eſt. Gratia ſcilicet, vt data indulgentia peccatorum, quod præceptum erat, ex Dei dono cuſtodiretur: veritas autẽ, vt ablata obſeruatione vmbrarum, quod promiſſum erat ex Dei fide præſentaretur. Hoc loco Auguſtinus vniuerſa, quæ ad Moſaicæ legis ſtatum pertinent, in duas partes diſtribuit, in legem, & Sacramenta, quæ ſimul etiam ſacrificia continent: Et lex quidem vt docet immutata manet, Sacramenta verò ſpecie viſibili mutata ſunt, & pauca pro pluribus reddita: Sic tamen quòd eadem ſemper, vt aiebat, te ſignificata manent. Sed nullamne præterea dicemus eſſe nouæ legis prærogatiuam? Imò plurimam. Nam ad legis quidem obſeruantiam, vt impleretur, gratia addita eſt: Sacramẽtis verò, vt promiſſa præſta-

C tentur, pro figuris & promiſſis veritas adhibita. Supra autem, id eſt, lib. 19. cap. 13. reperimus illa, quæ hîc à Vermilio mutila & decurtata proferuntur. Caput integrum, nam breue eſt, repetemus. Proinde, inquit, prima Sacramenta quæ obſeruabantur & celebrabantur ex lege, prænuntiatiua erant Chriſti venturi, quæ cum ſuo aduentu Chriſtus impleuiſſet, ablata ſunt, & ideo ablata, quia impleta: non enim venit ſoluere legem, ſed adimplere: Et alia ſunt inſtituta virtute maiora, vtilitate meliora, actu faciliora, numero pauciora, tanquam iuſtitia fidei reuelata, & in libertatem vocatis filiis Dei, iugo ſeruitutis ablato, quod duro & carni dedito populo congruebat. Nihil horum, vt opinor, quicquam gratiæ, aut veritati Sacramentorum noſtrorum detrahit, aut Vermilij nequitiæ fauet. Nam quomodo virtute maiora, ſi nullam gratiam conferunt? An quia panis, aut man-

In nouo teſtamento legi gratia addita eſt, Sacramentis veritas.

Math. 5.

D nã, aut toſtis agni carnibus ſuauior eſt? Quomodo autem iugum ſeruitutis excuſſimus, quod certè non aliud, quàm peccatum eſt, ſi nihil habent præter Dominicæ paſſionis indicium, nec illius ſanguine nos abluunt? Aut poſtremò, quomodo vtilitate meliora, ſi nihil in ſe præterea vtilitatis continent, ſed ſpecie tenus à repudiatis diſcrepant? Aſpicis in quos ſeſe labyrinthos cæcus iſte conijciat? Quibus vt ſe explicet, quàm multa perperam comminiſcitur? Sic vt tandem oblitus ſui, cùm de Sacramentorum præſtantia ſibi quæſtionẽ obieciſſet, de fide reſpondeat, maiorem eſſe huius temporis Eccleſiæ fidem, quàm priſtinæ fuerit. Quo argumento probas? Nobis enim, ais, in præſentia omnia ſunt clariora, & magis perſpicua, quã illis fuerint. Quaſi verò in

Fidei magnitudo non pendet à rerum euidentia.

terum perſpicuitate credẽdarum fidei præſtantia poſita ſit, & non potius in aſſenſu. Eſt enim fides ſperandarum ſubſtantia rerum, argumentum non apparentium. Quòd ſi tibi creditur, ſemper qui erunt doctiſſimi, reliquis etiam fide præſtabunt: nec erunt, ſecundum Domini ſaluatoris ſententiam, beati magis (nam comparatiuè dictum plerique omnes autumant) qui non viderunt, & crediderunt. Quod dico, non quia non verè credam maiorem nunc eſſe Eccleſiæ, quàm olim fuerit Synagogæ fidem: nam hoc infinita penè martyria teſtantur etiam puerorum, & aliorum ex vtroq; ſexu plurimorum, qui rudi adhuc & illaborata fide, vt loquitur Clemens Alexandrinus, initio conuerſionis ſuę B acerbiſſimos agones exantlarunt: ſed quia eam fidei conſtantiam, ſeu excellentiam, non rerum extrinſecæ claritati, aut perſpicuitati deberi puto, ſed interno potius lumini ac gratiæ, ſeu, vt ait Apoſtolus, renouationi Spiritus ſancti, quem effudit Deus in nos abundè, per Ieſum Chriſtum ſaluatorem noſtrum, vt iuſtificati gratia ipſius hæredes ſimus ſecundum ſpem vitę æternæ. Verùm his miſſis denuo ad illius argumẽta redeamus. Fide, inquit, remotiſſima quæ ſunt, fiunt præſentia. Eius igitur beneficio etiam antiqui omnes, qui pluribus ſæculis Chriſti Domini natiuitatem præcucurrerunt, eiuſdẽ corporis ac ſanguinis Domini nobiſcum facti ſunt participes. Atqui tum Vermili, non modò remota, ſi tamen remota etiam dici poſſunt, quæ C nuſquam ſunt, verumetiam nulla erant. Quomodo igitur comeſſe potuerunt? At in Apocalypſi, inquit, agnus aſſeritur immolatus ab origine mundi. Reipſa, an typicè? Reipſa dicere videtur Vermilius: Nam diuinæ pręſcientiæ omnia, inquit, etiam quæ longiſſimè abſunt, præſentia ſunt. Poſſum igitur probare, & te quoque eodem argumento diluuij tempore in arca fuiſſe præſentem, in qua cũ fuerint ex ſcripturæ authoritate octo ſolũmodo animæ, ediſſere nobis, obſecro, ea tempeſtate quale pecus fueris. Auidè expecto donec te inter vulpes referas, eſt enim id genus ſalax & vaferrimũ. Sed iam pluribus opus non eſt, ſiquidem idem Aug. quem ſibi iudicẽ delegit Vermilius, ſatis apertè eodem libro c. 18. ſuam ſententiam declarauit. Hæc præcepta ſunt morum, inquit (nempe decalogi leges omnes præter Sabbathi ſanctionẽ) illa (de quibus loquimur) Sacramenta ſunt pro- D miſſorum: hæc implentur per adiuuantem gratiam, illa per redditam veritatem: vtraque per Chriſtum, & illam ſemper gratiam donantem, nunc etiam reuelantem, & hanc veritatem tunc promittentem, nunc exhibentem, quia lex per Moyſen data eſt, gratia autem & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Denique iſta, quæ in rectè viuente conſcientia conſeruantur, fide per dilectionem operãte complentur: illa verò, quę in promittẽte ſignificatione verſata ſunt, rebus redditis tranſierunt. Ita & ipſa non ſoluta, ſed completa ſunt: quia ea non irrita, nec fallacia Chriſtus oſtendit, cùm id, quod eorum ſignificatione promittebatur, exhibuit. Hæc ibi. Nec minus apertè eiuſdem libri c. 16. cũ dicit: Quid enim ſunt aliud quæque corporalia Sacramẽta,

Fide, quæ futura ſunt, fieri præſentia non poſſũt, niſi fortè typicè.

Veterum Sacramentorũ promiſſa noſtrorum veritate complentur.

A niſi quædam quaſi verba viſibilia, ſacroſancta quidem, veruntamen mutabilia & temporalia? Deus enim æternus eſt, nec tamen aqua, & omnis illa actio corporalis, quæ agitur cũ baptizamus & fit, & tranſit, æterna eſt: vbi rurſus etiam illæ ſyllabæ celeriter ſonantes & tranſeuntes, cùm dicitur Deus, niſi dicantur, non conſecratur. Hæc omnia fiunt & tranſeunt, ſonant & tranſeunt: virtus tamen quæ per iſta operatur, iugiter manet: & donum ſpiritale, quod per iſta inſinuatur, æternum eſt. Verùm de his ſatis ſuperque. Reliquum eſt, vt memineris lector, Auguſtino teſte atque arbitro, quem ſuæ cauſæ patronum Vermilius aduocauerat, falſa illa omnia B probari quæ idem aſſerebat, nimirum, neque nouæ legis Sacramenta, ſi quis legitimè vtatur, gratiam conferre, neque Dominicum corpus in ſacra Eucbariſtia aliter quàm fide exhiberi: ſed eodem planè modo quo antiqua ſacrificia continebant. Veriſſimum namque ac fidei Catholicæ imprimis conſentaneum eſt, vnum & eundem Chriſtum vtriſque, tum nouæ, tum veteris Eccleſiæ Sacramentis corpus ſuum cum hominibus communicaſſe; hoc tamen diſcrimine, vt cum antiquis typicè, cum poſterioribus autem in veritate feciſſe intelligatur.

Sacramentorum elementa tranſeunt, virtus æterna eſt.

Quod ad mores pertinet, vt monet Vermilius, egregiè nos Elcana exemplo ſuo inſtituit. Nam cũ dicitur dediſſe non modò Phenennæ, verùm etiam cunctis filijs, ac filiabus partes, do- C cemur eũdem totam ſuam familiam ſecum habuiſſe. Quod factum certè vnumquemque imitari decet, atque ad eundem modum ſuos erudire ac educare, in timore legéque Dei, quod permulti homines haud quaquam pręſtant, qui potius diuitias & opes cumulant, quas liberis poſtea relinquant, de quorum pietate atque moribus fermè nihil cogitant.

Boni patrisfamilias exemplum.

Sed & hoc fortaſſis à me quiſpiam requirat, quod habet S. Hieron. in traditionibus Hebraicis, nimirum, has partes veſtes intelligi, quæ in iiſdem tribus feſtiuitatibus, iuxta morem illius gẽtis, vxoribus, & liberis, ac famulis tribuebantur. Hæc ex Hebræis tradit Hieron. Sequenti autem capite Anna mater Samuelis adhuc puerulo, *Tunicam paruam faciebat, quam afferebat ſtatutis diebus aſcendens cum viro ſuo, vt immolaret hoſtiam ſolemnem & votum ſuum.* Qua, vt ait Vatablus, ornaretur feſtis diebus. Sed & Dominus D patrem familias cuidam his verbis exprobraſſe refert, *Amice, quomodo huc intraſti non habens veſtẽ nuptialem?* Illa namque nobis omnino neceſſaria eſt, ſi Dominici cõuiuij participes eſſe volumus: *Nam qui mãducat, aut bibit indignè, reus eſt corporis & ſanguinis Domini.* Quid ſi illa careã, abſtinebo penitus? Abſit. Sed ſi bona voluntas non deſit. Ab Apoſtolo diſce qua arte texitur. Nã primò quidẽ fidem exigit, pręcipiens vt corpus Domini diiudicemus, id eſt, ne cõmunem cibum eſſe putemus, ſed ſanctiſſimã illius carnem, quã pro mũdi vita obtulit. Secundò, paſſionis & mortis Domini iubet nos eſſe memores, atq; illius crudeliſſimæ necis memoriã animo refricare, quo mutuus in nobis amor, ac reciproca quædã voluntatis deuotio in Chriſtum excitetur. Puto autem quòd & ſobrietatem nobis commẽdat,

S. Hieron. Hebræis elegãtiore cultu in feſtis vſi ſunt.

Quo veſtis nuptialis ad ſacram communionem requiratur.

ac in cibo potúque temperantiam, cùm de crapula atque ebrietate Corinthios redarguat. Cùm ægrè fert etiam ſciſſuras eſſe inter Corinthios, & à ſchiſmatibus abſterret, odia, inimicitias, ſimultates, atque adeo omnem animi alienationem amputandam prædicat, ac prius cum aliis in gratiam redeũdum eſſe, quàm ad epulas quiſquã Dominicas accedat. Quòd ſi quid à nobis animaduerſione dignum admiſſum ſit, vult illud primùm conſcientiæ diſcuſſione iudicióque deleri. Poſtremò etiam, vt nos ipſos probemus, admonet. Cui probemus? Non cuiuis è populo: ſed primùm quidem nobis ipſis, magnum enim theatrum ſua cuíque conſcientia eſt: deinde etiam reliquis B omnibus, ne cum flagitio ac ſcelere famam noſtram læſerimus, infirmis ſcandali occaſionem præbeamus. Quantus autem eſſe debeat eius probationis modus, atque finis, puto ex dignitate cibi quem appetimus peti oportere. Erit autem, opinor, ſufficiens atque idonea, ſi pro virili parte animum virtutibus excolere ſtuduerimus, humilitate inprimis, deinde & fraterna dilectione, miſericordia item, & liberalitate in pauperes, ſi facultas non deſit, innocentia & rerum cœleſtium amore, maximè autem in Deum charitate præcipua, qui tam diuino munere ſua maxima in nos beneficia cumulauit.

Versvs 5.

Annæ autem dedit partem vnam triſtis, quia Annam diligebat. Dominus autem concluſerat vuluam eius. C

Multiplex & varia trãſlatio.

Electam vertit Chaldæus Paraphraſtes. Duplicem exponit ex authoritate Hebræorum S. Hieronymus in Traditionibus. Montanus diſtributionem vnam facierum, honorabilem autem interpretatur Sanctes Pagninus. Nec pugno, ſi quis hæc ad nouas veſtes referenda duxerit, tametſi ratio ipſa temporis repugnare videtur. 70. habent ἔδωκε μερίδα μίαν κατὰ πρόσωπον, ſecundum faciem, quia non erat ei filius. An verò illud, ſecundum faciem, ſignificet vnam vni dediſſe, cùm daret cuique ſuam, lector iudicet. Plerúmque tamen apud Græcos κατὰ πρόσωπον idem valet, ac ſi coram dicas aut palam Hebraicè eſt אפים *aphaim*. אף *Aph* autem Hebræis duo ſignificat, nempè, vultum ſeu faciem, & iram: vnde afferuntur huios loci geminæ interpretationes, ait Vermilius. Prima D eſt, Elcanam dediſſe Annæ portionem præſtantiſſimam: & idcirco numerus dualis eſt adhibitus, quòd eius portionis duplex qualitas eſſet, vt quæ haberet pinguitudinem, & eadem ex altero latere careret, vt ea veſceretur pro vario appetitu. Atque hanc interpretationem ſecutus eſt R. L. ben Gerſon, vel dicitur hoc nomine, quòd ea pars, cùm pulchra eſſet & honorabilis, alliciebat faciem & vultum diſcumbentium ad ſe præ cæteris optandam & expetendam. Sin verò ſequamur alteram ſignificationem, nempè iræ, dicemus, Elcanam eam

Vocis Hebraica gemina interpretatio.

Vermilius.

R. Leui ben Gerſon.

A partem dediſſe Annæ, vt eius mœrorem ac triſtitiam ſedaret: qui enim ſunt in mœrore, dum ſe vident aliquibus donis honorari, vtcumque leniuntur. Dedit ergo eam partem, quæ huc videbatur conducere, quamuis ægritudinem ac moleſtiam alij referant ad ipſum Elcanam, nimirùm, quòd ipſe dando ſuam partem Annæ, triſtis & mœſtus fuerit, quòd eam doleret ſterilem eſſe. Vtraque forma interpretandi eſt veriſſimilis, & ad verba hiſtoriæ poteſt accommodari, & ex vtraque rectè colligitur. Quod poſtea ſubijcit hiſtoria, Elcanam amaſſe Annam, quandoquidem vxores non tantùm liberorum cauſa diligendæ ſunt, ſed etiam propter fidem thori, & ſummam illam coniunctionem qua ſunt vna caro, & Chriſti cum Eccleſia vnitatem ſignificant: Idcirco Paulus ait, *Viri diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus Eccleſiam.* Nec tantùm Elcana conſolatur Annam, selectam partem ex omnibus illi dando, ſed verba conſolationis plena illi dixit, oſtendens eam non ita debere lachrymis indulgere, atque à potu deſiſtere, quia etſi liberi deerant, ſe illi pro decem liberis eſſe. Atque ita ſuam erga illam declarabat ſingularem dilectionem. Non immeritò diſplicebat Elcanæ mœror & triſtitia vxoris in tali conuiuio, quia violabatur vtcumque Dei præceptum, qui mandauerat vt de ſacrificio pacificorum læti ac hilares coram Domino manducarent. Ita Vermilius. Cæterùm, in quamcunque partem verbi vim interpretari placeat, non erit difficile ſpiritualem ſenſum elicere. Neque enim quiſquam ſine gemitu, atque adeo ſine quadam animi indignatione in- C tueri poteſt eum Dominicæ menſę fieri participem, qui nullum bonorum operum fructum ediderit, cùm palam Apoſtolus prædicet, *Eum, qui biberit, aut manducauerit indignè, iudicium ſibi manducare & bibere:* neque dubitare, quin ea anima, quæ contemplationi vacet, in his epulis præſtantiſſimam partem obtineat, licet illa ſterilis videatur eſſe comparatione aliorum qui proximorum vtilitati ſtudent, & bonis operibus incumbunt, cùm apertè Chriſtus pronunciet: *Mariam partem optimam*, nec vllo vnquam tempore ab ea auferendam, delegiſſe.

Anna triſtitiam dupliciter nomine Elcana moleſtè ferebat.

Tropologia.

Qvia *Annam diligebat.*] Seneca in Octauia Actu primo.

Iuuenilis ardor impetu primo furit:
Langueſcit idem facilè, nec durat diu
In Venere turpi, ceu leuis flammæ vapor
Amor perennis coniugis caſtæ manet.

Nam coniugalis amor inquit, ibidem Delrius, ex virtute oritur virtus autem eſt habitus, qui D conſtans eſt & perpetuus; ſed amor concubinæ vel pellicis, quia vt plurimùm ex pulchritudine naſcitur, cùm ea perit, authore Ariſtotele libro 8. & hic ad Nicom. Huc ſpectat illud Terentij, in heautontim. quippè forma impulſi noſtra nos amatores colunt; hæc vbi immutata eſt, illi ſuum amorem aliò conferunt. Hæc Delrius. Nec id mirum: amoris enim obiectum bonum eſt: quod verò bonum præſtantius virtute? Nec ſterilitas huius, nec illius fœcunditas animum iuſti ab officio reuocauit. Quo indicio deprehendes, non ſola libidine, aut e-

Seneca in Octau.

Coniugalis amor conſtans & perpetuus, impudicus citò euaneſcit.

Delrius.

Ariſtoteles.

Terentius.

ANNÆ AVTEM DEDIT PARTEM VNAM TRISTIS.

Virtute potiùs quàm libidine, aut etiam prolis ſpe amor cõciliari debet. Sobolis dubium & anceps bonum.

A tiam prolis deſiderio, plures olim vxores à Patribus in matrimonio habitas, verumetiam cumprimis virtutis ſtudio atque admiratione. Brutorum eſt ſola ſpe ſobolis conuenire: ob ſolum verò libidinis commercium, ſi ferarum eſt aliquot, certè peſſimarum: At hominum eſt vittutem affectare, earúmque, quæ ea polleant, ſocietatem adamare. Etſi verò liberorum acquiſitio terræ bonis omnibus meritò præferri debeat, eſt tamen hoc bonum ex eorum genere, quæ adiaphora philoſophi nuncupant. Prout enim ipſi poſtmodum vitam inſtituerint, aut lætitia, aut dedecore parentes afficiunt. Quantos dolores primo omnium parenti Cain primogenitus eius peperit? quantos Noë viro illi perfecto, biſque in mundum edi- B to, filius eius Cham, etiam à quibuſdam primogenitus habitus? De quodam Marco Sergio hæc habet Solinus cap. 6. Beatus profectò tot ſuffragiis gloriarum, ni hæres in poſteritatis eius ſucceſſione Catilina tantas adoreas odio damnati nominis obumbraſſet. Præterea verò fœcunditas magna non aliena creditur ab infœlici præſagio, maximè ſi plures vno partu edantur. Solinus cap. 3. Fauſta quædam, inquit, ex plebe partu vno edidit quatergeminos, mares duos, & fœminas totidem, monſtroſa fœcunditate portendens futuræ calamitatis indicium, nimirùm, mortem Auguſti, famem, peſtem, bellum. Et gloriata vulpes aliquando de numero prolis apud lcænam, boc ab ea reſpõſum tulit: At ego vnum pario, ſed leonem. Fœ- C liciot etiam futura, ſi non pareret, ſiquidem creditut fœtus ventrem vnguibus diſcerpere.

Solinus.

Fœcunditas pro portento habita.

Quanto autem amore viri ſuas vxores diligere debeant, Apoſtolus luculentè explicat ad Eph. c. 5. dicens, *Viri diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea: vt illam ſanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo, vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiuſmodi, ſed vt ſit ſancta & immaculata. Ita & viri debent diligere vxores ſuas, vt corpora ſua. Qui ſuam vxorem diligit: ſeipſum diligit. Nemo enim vnquam carnem ſuam odio habuit: ſed nutrit & fouet eam, ſicut & Chriſtus Eccleſiam, quia membra ſumus corporis eius, de carne eius & de oſſibus eius. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem ſuam: & adhærebit vxori ſuæ. Erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum eſt. Ego autem dico in Chriſto & in Eccleſia. Veruntamen & vos ſinguli, vnuſquiſque* D *vxorem ſuam ſicut ſeipſum diligat: vxor autem timeat virum ſuum.* Hæc poſtrema verba Apoſtoli S. Hieronymus ſua adnotatione illuſtrans, Æſtimet aliquis, inquit, eandem inter maritum & vxotem iuberi ab Apoſtolo charitatem, quæ in proximum præcepta eſt. Sic enim ſcriptum eſt: *Diliges proximum tuum ſicut teipſum:* & nunc dicitur: *Vnuſquiſque ſuam vxorem ſicut ſe diligat.* Ergo eadem in proximum & in vxorem charitas erit. Quòd ſi proximus, iuxta interpretationem Saluatoris, omnis homo eſt homini, nulla ergo erit inter vxorem & quorumlibet hominum dilectionem differentia charitatis, quod dicere valdè abſurdum eſt. In proximo enim ſimilitudo ponitur, vt ſic eum diligas ſicut te,

Quanto amore viri vxores ſuas proſequi debeant.

S. Hieronymus.

Vnuſquiſque vxorem, & proximum ſicut ſeipſum iubetur diligere. Nullóne diſcrimine?

A & cupias eſſe ſaluatum. In vxore autem comparationis aduerbium, *ſicut*, non ſimilitudinem, ſed approbationẽ, & confirmationẽ cum quodam pondere ſonat, quomodo dicimus de viro quaſi vir fecit, & de Saluatore ſcriptũ eſt: *Vidimus gloriã eius, quaſi gloriã vnigeniti.* Nõ quo ipſe Saluator gloriam habuerit ad comparationem alterius vnigeniti, ipſe eſt enim vnigenitus: & vnigenitus, ſi & alter fuerit, vnigenitus nõ poteſt appellari. Vnde alterius vnigeniti non indigebat exemplo, ſed quaſi vnigenitum, hoc eſt, vt ſemetipſum decebat gloriam habere, poſſedit. Hoc idem & 72. Pſalmi iuxta Græcos tamen exordium ſonat, *ὡς ἀγαθὸς ὁ θεὸς τῷ Ἰσραὴλ τοῖς εὐθέσι τῇ καρδίᾳ*, quod à noſtris tranſlatum eſt: B *Quàm bonus Iſrael Deus rectis corde.* Caro autem animam timeat, vt ancilla virum, vtpote in ſecundo gradu, & in viliori ſubſtantia conſtituta. Animi quippè, vt ait Criſpus, imperio, corporis ſeruitio magis vtimur.

ANNAM DILIGEBAT.

Salluſtius.

Porrò loci huius Tropologiam, ſicut & illius, accuratè ſanctus Hieronymus in idem caput 5. Epiſtolæ ad Epheſios perſecutus eſt. Quandoquidem, inquit, viros animas, & vxores corpora diximus: ſic diligat anima carnem, quomodo Chriſtus Eccleſiam: vt ſemetipſam tradat pro ſalute ipſius, & eam ſanctificet verbo doctrinæ: vt exhibeat ſibi eam non habentem maculam, aut rugam aliquam vetuſtatis: maximè cùm ſciat illã in reſurrectione ſaluandam, & viſuram eſſe ſalutare Dei. Talis vir caput ha- C bet Chriſtum, & cùm propter ſalutem carnis ſe humilians factus fuerit cum vxore ſua vna caro, retrahit eam ad ſpiritum, & Domino copulatus, caro eſſe deſiſtit. Pulchrè quoque *maculam aut rugam*, quia de coniugio loquebatur, de exemplo mulierum ad decorem traxit Eccleſiæ. Sicut enim ſolent in mulierum corporibus vel ſordere næui, vel ruga contrahi, vel lentigo variari, & hoc eſt omne ſtudium fœminarum, vt quod fœdare videtur abſtergant, & exhibeãt maritis corporum venuſtatem: ita & animæ omni peccatorum corde purgandæ ſunt: vt ruga veteris hominis in iuuentute tendatur, vt renouetur in nouum hominem de die in diem. Et paulo poſt. Amabimus igitur noſtrum corpus, & corporis ſenſus, vilioris quidem conditionis ab animo, ſed per quos ad mentem bonarum artium & virtutum tranſeant diſciplinæ. Et iterum in hæc verba, *Nemo carnem ſuam odio* D *habuit, ſed nutrit, & fouet eam*: Sed opponi nobis poteſt, quod non ſit vera ſententia, cùm morbo regio laborantes, & phtiſi, & cancere, & diſtillationibus, mortem vitæ præferant, & ſua oderint corpora. Magis itaque ad tropicam intelligentiam ſermo referatur, & dicamus, quòd illam carnem quæ viſura ſit ſalutare Dei, anima diligat, & nutriat, & foueat, eam diſciplinis erudiens, & cæleſti ſaginans pane, & Chriſti ſanguine irrigans, vt refecta & nitida, poſſit libero curſu virum ſequi, & nulla debilitate & põdere prægrauari. Pulchrè etiam in ſimilitudinem Chriſti nutrientis ac fouentis Eccleſiam, & dicentis ad Hieruſalem (Lucæ 13.) *Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti?* Animæ

S. Hieronymus.

Senſus tropologicus.

quoque ſonent corpora ſua, vt corruptiuum hoc induat incorruptionem, & alarum leuitate ſuſpenſum, in aërem facilius eleuetur. Foueamus igitur ei viri vxores, & animæ noſtræ corpora, vt & vxores in viros, & corpora redigantur in animas, & nequaquam ſit ſexuum vlla diuerſitas: ſed quomodo apud Angelos, non eſt vir & mulier: ita & nos qui ſimiles Angelis futuri ſumus, iam nunc incipiamus eſſe quod in cœleſtibus repromiſſum eſt.

Solinus.

DOMINVS *autem concluſerat vuluam eius.*] Mulierum aliæ in æternum ſteriles ſunt, aliæ mutatis coniugiis exuunt ſterilitatem, nonnullę tantùm ſemel pariunt, quædam aut fœminas, aut mares ſemper. Poſt annum quinquageſimum fœcunditas omnium langueſcit. Nam in annum 80. viri generant, ſicuti Maſſiniſſa Rex Methymnum filium nonageſimum agens annum genuit. Solinus c. 4. cuius etiam hoc eſt, cap. vndecimo in Sicilia duos fontes eſſe, alterum ſi ſterilis ſumpſerit, fœcundam fieri: alterum ſi fœcunda ſumpſerit, verti in ſterilitatem.

Duorum fōtium alter fœcunditatem, ſterilitatem alter parit.

Hanc verò, non fons, non alia quæuis cauſa, ſed Dominus (vt inquit Scriptura) concluſerat. Vnde falſum eſſe apparet, quòd aſſerebat Lucretius libro 4.

Lucretius.

Nec diuina ſatum genitalem numina cuiquam
Abſterrent, Pater à natis ne dulcibus vnquam
Appelletur, & vt ſterili Venere exigat æuum:
Quod plerique putant, & multo ſanguine mæſti
Conſpergunt aras, adolêntque altaria donis,
Et grauidas reddant vxores ſemine largo.
Neſquicquam diuum numen ſortéſque fatigant.
Nam ſteriles nimium craſſo ſunt ſemine partim:
Et liquido præter iuſtum, tenuique viciſſim.
Tenue, locis quia non potis eſt adfigere adhæſum,
Liquitur extemplo, & reuocatum cedit ab ortu,
Craſſius hoc porrò, quoniam concretius æquo
Mittitur, aut non tam prolixo prouolat ictu:
Aut penetrare locos æque nequit: aut penetratum
Ægrè admiſcetur muliebri ſemine ſemen.

Sterilitatis cauſa naturalis.

Vermilius. *Suprema cauſa ſterilitatis atque fœcūditatis Deus eſt.*

Deus igitur, ait Vermilius, ad aliquod tempus voluit Annam prole deſtitui, cuius poſtea voto abundè ſatisfecit. Hoc exemplo monemur, & orbitatem & fœcunditatem non tantùm à ſecundis cauſis eſſe tenendas, cùm ab ipſo Deo eumprimis proficiſcantur. Etenim in familia Regis Abimelechi, Deus concluſit vteros mulierum, ne poſſent parere. Deinde ad preces Abrahami liberatæ fuerunt, vt parerent. Idcirco Rachel cùm ſe miſerè affligeret, atque marito diceret: da mihi liberos, alioquin moriar: ille iratus inquit: an ego tibi ſum pro Deo? Si Deus concluſit vterum tuum, quid ad me clamas? Sic è diuerſo, fœcunditas donum Dei eſt, idcirco apud Iſaiam 66. cap. dicit: an ego qui alios facio parere, ipſe non pariam? Et Dauid in Pſalmis cecinit: Deus qui facit ſterilem habitare in domo, & abundare liberis. Hæc Vermilius. Notabis autem phraſim Scripturæ, qua dicitur Deus concludere, quod non aperuit: Gen. 30. illo priuaſſe, quod non indulſerat: *qui priuauit te* (inquit Iacob) *fructu ventris tui.* Nam omninò aliter, quàm de latronibus

Claudere Deus dicitur quod non aperit.

A refert Cicero, eos ſe dediſſe gloriari, quod non abſtulerint, Deus prædicatur abſtuliſſe, quod non ipſe dederit. Quemadmodum etiam dicitur cor Pharaonis induraſſe, propterea quòd ſua gratia non emolliuerit.

Cauſæ morales ſterilitatis.

Quod ſi quis rationem inueſtiget, quare fœminarum præcipuas & nobiliſſimas aliquanto tempore ſterilitate Deus damnauerit, non abs re factum inueniet. Nam de antiquioribus quidem reſpondens S. Theodoretus quæſt. 74. in Geneſim, Volens Deus (inqnit) componere genus Iſraëliticum, oſtendit illud non naturarali ſucceſſione, ſed gratia & fauore multiplicandum. Quapropter Gen. 30. cùm Rachel angeretur, quòd liberis careret, ſtolidéque diceret, *Da mihi liberos, alioquin moriar*: Piè quidem obiurgauit illam Patriarcha, & docuit quiſnam eſſet naturæ creator, & quod nuptiæ non darent liberos, ſed qui nuptiis legem dedit Deus.
B Dixit enim ad illam, *Nunquid ego tibi ſum pro Deo, qui te fructu ventris priuauit?* Etenim ortæ illæ à parentibus à vera fide alienis, beneficiis diſcere debuerant, quæ viri diuinis oraculis. Verùm quid ad Annam de qua ſermo eſt? vt futurus infans crederetur eſſe ſingulare aliquod opus Dei, vt ante ortū etiam Deo voueretur, vt Nazaræus conſecraretur, vt abſtemius permaneret. Imò & ipſa quoque mater in melius proficeret, & ad quærendum Deum addita neceſſitate vehementius ſtimularetur.

Deus ſuos incommodis ad virtutem inſtituit.

Sic namque ſolet Deus tyrones ſuos, quos ad pietatem inſtituit, caſtigationibus & opprobriis erudire, donec ſe verè & ex animo ſteriles agnoſcant, neque ſe poſſe quicquam ſuis viribus præſtare. Nam & corporis nonnunquam infirmitate debilitat, & mentem infinitis propemodum perturbationibus concuti ſinit. Ita planè, vt ſi eos cum illis contuleris, qui mūdi pompam ſectantur, virtute longe inferiores
D videantur. At vbi ſe ſe intus & in cute ſatis perſpexerint, ſatiſque iam humilitatis antidoto aduerſus arrogantiæ venenum munierint: tum eis vires animúmque infundit, & præclaris virtutibus exornat, & agones eorum victoria coronat. Appoſitè autem, quandoquidem Annam corpus, Elcana animum interpretati ſumus, dicitur illa ſterilis eſſe. Deus namque Spiritus eſt, & tales adoratores quærit, qui eum adorent in Spiritu & veritate. Corporis verò obſequium, ſi rei naturam ſpectes, nullum ex ſe
C religionis fructum parit: ſi tamen ſub mariti iugo ieiuniis vacet & lachrymis & orationibus, citò Samuëlem ſeu impetratum à Domino eidem offeret. Actus namque corporis, quos imperatos Theologi nuncupant, fœtus animæ genuini eſſe cenſentur, ac proinde & ſpirituales euadunt, ac meritorum prærogatiuam aſſequūtur. Cuius rei ſimilitudinem habes, vt opinor, in pellicum Iacob liberis, qui legitimis accenſi ſunt, quemadmodum & in Nathinæis: qui, licet ex alia gente originem duxiſſent, ab Iſraëlitis tamen incolumes ſeruati ſunt, ac tandem Leuitis ad comportanda ligna in templum Domini attributi.

Obſequium corporis ad virtutem meritúmque pertinet.

ANNÆ AVTEM DEDIT PARTEM VNAM TRISTIS.

Virtute potius quàm libidine, aut etiam prolis ſpe amor cōciliari debet. Sobolis dubium & ancepſ bonum.

tiam prolis deſiderio, plures olim vxores à Patribus in matrimonio habitas, verumetiam cumprimis virtutis ſtudio atque admiratione. Brutorum eſt ſola ſpe ſobolis conuenire: ob ſolum verò libidinis commercium, ſi ferarum eſt aliquot, certè peſſimarum: At hominum eſt virtutem affectare, earúmque, quæ ea polleant, ſocietatem adamare. Etſi verò liberorum acquiſitio terræ bonis omnibus meritò præferri debeat, eſt tamen hoc bonum ex eorum genere, quæ adiaphora philoſophi nuncupant. Prout enim ipſi poſtmodum vitam inſtituerint, aut lætitia, aut dedecore parentes afficiunt. Quantos dolores primo omnium parenti Cain primogenitus eius peperit? Quantos Noë viro illi perfecto, biſque in mundum edito, filius eius Cham, etiam à quibuſdam primogenitus habitus? De quodam Marco Sergio hæc habet Solinus cap. 6. Beatus profectò tot ſuffragiis gloriarum, ni hæres in poſteritatis eius ſucceſſione Catilina tantas adoreas odio damnati nominis obumbraſſet. Præterea verò fœcunditas magna non aliena creditur ab infœlici præſagio, maximè ſi plures vno partu edantur. Solinus cap. 3. Fauſta quædam, inquit, ex plebe partu vno edidit quatergeminos, mares duos, & fœminas tridem, monſtroſa fœcunditate portendens futuræ calamitatis indicium, nimirùm, mortem Auguſti, famem, peſtem, bellum. Et gloriata vulpes aliquando de numero prolis apud leænam, hoc ab ea reſpōſum tulit: At ego vnum pario, ſed leonem. Fœliciot etiam futura, ſi non pareret, ſiquidem creditur fœtus ventrem vnguibus diſcerpere.

Solinus.

Fecunditas pro portento habita.

Quanto amore viri vxores ſuas proſequi debeant.

Quanto autem amore viri ſuas vxores diligere debeant, Apoſtolus luculentè explicat ad Eph. c. 5. dicens, *Viri diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea: vt illam ſanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo, vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiuſmodi, ſed vt ſit ſancta & immaculata. Ita & viri debent diligere vxores ſuas, vt corpora ſua. Qui ſuam vxorem diligit: ſeipſum diligit. Nemo enim vnquam carnem ſuam odio habuit: ſed nutrit & fouet eam, ſicut & Chriſtus Eccleſiam, quia membra ſumus corporis eius, de carne eius & de oſſibus eius. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem ſuam: & adhærebit vxori ſuæ. Et erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum eſt. Ego autem dico in Chriſto & in Eccleſia. Veruntamen & vos ſinguli, vnuſquiſque vxorem ſuam ſicut ſeipſum diligat: vxor autem timeat virum ſuum.* Hæc poſtrema verba Apoſtoli S. Hieronymus ſua adnotatione illuſtrans, Æſtimet aliquis, inquit, eandem inter maritum & vxorem iuberi ab Apoſtolo charitatem, quæ in proximum præcepta eſt. Sic enim ſcriptum eſt: *Diliges proximum tuum ſicut teipſum:* & nunc dicitur: *Vnuſquiſque ſuam vxorem ſicut ſe diligat.* Ergo eadem in proximum & in vxorem charitas erit. quòd ſi proximus, iuxta interpretationem Saluatoris, omnis homo eſt homini, nulla ergo erit inter vxorem & quorumlibet hominum dilectionem differentia charitatis, quod dicere valdè abſurdum eſt. In proximo enim ſimilitudo ponitur, vt ſic eum diligas ſicut te,

S. Hieronymus.

Vnuſquiſque vxorem, & proximum ſicut ſeipſum iubetur diligere. Nullóne diſcrimine?

A & cupias eſſe ſaluatum. In vxore autem comparationis aduerbium, *ſicut*, non ſimilitudinem, ſed approbationē, & confirmationē cum quodam pondere ſonat, quomodo dicimus de viro quaſi vir fecit, & de Saluatore ſcriptū eſt: *Vidimus gloriā eius, quaſi gloriā vnigeniti.* Nō quo ipſe Saluator gloriam habuerit ad comparationem alterius vnigeniti, ipſe eſt enim vnigenitus: & vnigenitus, ſi & alter fuerit, vnigenitus nō poteſt appellari. Vnde alterius vnigeniti non indigebat exemplo, ſed quaſi vnigenitum, hoc eſt, vt ſemetipſum decebat gloriam habere, poſſedit. Hoc idem & 72. Pſalmi iuxta Græcos tamen exordium ſonat, ὡς ἀγαθὸς ὁ θεὸς τῷ Ἰσραὴλ τοῖς εὐθέσι τῇ καρδίᾳ, quod à noſtris tranſlatum eſt:

B *Quàm bonus Iſrael Deus rectis corde.* Caro autem animam timeat, vt ancilla virum, vtpote in ſecundo gradu, & in viliori ſubſtantia conſtitura. Animi quippè, vt ait Criſpus, imperio, corporis ſeruitio magis vtimur.

Salluſtius.

Porrò loci huius Tropologiam, ſicut & illius, accuratè ſanctus Hieronymus in idem caput 5. Epiſtolæ ad Epheſios perſecutus eſt. Quandoquidem, inquit, viros animas, & vxores corpora diximus: ſic diligat anima carnem, quomodo Chriſtus Eccleſiam: vt ſemetipſam tradat pro ſalute ipſius, & eam ſanctificet verbo doctrinæ: vt exhibeat ſibi eam non habentem maculam, aut rugam aliquam vetuſtatis: maximè cùm ſciat illā in reſurrectione ſaluandam, & viſuram eſſe ſalutare Dei. Talis vir caput ha-

S. Hieronymus.

Senſus tropologicus.

C bet Chriſtum, & cùm propter ſalutem carnis ſe humilians factus fuerit cum vxore ſua vna caro, retrahit eam ad ſpiritum, & Domino copulatus, caro eſſe deſiſtit. Pulchrè quoque *maculam aut rugam*, quia de coniugio loquebatur, de exemplo mulierum ad decorem traxit Eccleſiæ. Sicut enim ſolent in mulierum corporibus vel ſordere næui, vel ruga contrahi, vel lentigo variari, & hoc eſt omne ſtudium fœminarum, vt quod fœdare videtur abſtergant, & exhibeāt maritis corporum venuſtatem: ita & animæ omni peccatorum corde purgandæ ſunt: vt ruga veteris hominis in iuuentute tendatur, vt renouetur in nouum hominem de die in diem. Et paulo poſt. Amabimus igitur noſtrum corpus, & corporis ſenſus, vilioris quidem conditionis ab animo, ſed per quos ad mentem bonarum artium & virtutum tranſeant diſciplinæ. Et iterum in hæc verba, *Nemo carnem ſuam odio*

D *habuit, ſed nutrit, & fouet eam*: Sed opponi nobis poteſt, quod non ſit vera ſententia, cùm morbo regio laborantes, & phthiſi, & cancere, & diſtillationibus, mortem vitæ præferant, & ſua oderint corpora. Magis itaque ad tropicam intelligentiam ſermo referatur, & dicamus, quòd illam carnem quæ viſura ſit ſalutare Dei, anima diligat, & nutriat, & foueat, eam diſciplinis erudiens, & cæleſti ſaginans pane, & Chriſti ſanguine irrigans, vt refecta & nitida, poſſit libero curſu virum ſequi, & nulla debilitate & pōdere prægrauari. Pulchrè etiam in ſimilitudinem Chriſti nutrientis ac fouentis Eccleſiam, & dicentis ad Hieruſalem (Lucæ 13.) *Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti?* Animæ

ANNAM DILIGEBAT.

quoque fouent corpora ſua, vt corruptiuum hoc induat incorruptionem, & alarum leuitate ſuſpenſum, in aerem facilius eleuetur. Foueamus igitur ei viri vxores, & animæ noſtræ corpora, vt & vxores in viros, & corpora redigantur in animas, & nequaquam ſit ſexuum vlla diuerſitas: ſed quomodo apud Angelos, non eſt vir & mulier: ita & nos qui ſimiles Angelis futuri ſumus, iam nunc incipiamus eſſe quod in cœleſtibus repromiſſum eſt.

Solinus.

DOMINVS *autem concluſerat vuluam eius.*] Mulierum aliæ in æternum ſteriles ſunt, aliæ mutatis coniugiis exuunt ſterilitatem, nonnullę tantùm ſemel pariunt, quædam aut fœminas, aut mares ſemper. Poſt annum quinquageſimum fœcunditas omnium langueſcit. Nam in annum 80. viri generant, ſicuti Maſſiniſſa Rex Methymnum filium nonageſimum agens annum genuit. Solinus c. 4. cuius etiam hoc eſt, B cap. vndecimo in Sicilia duos fontes eſſe, alterum ſi ſterilis ſumpſerit, fœcundam fieri: alterum ſi fœcunda ſumpſerit, verti in ſterilitatem.

Duorum fōtium alter fœcunditatem, ſterilitatem alter parit.

Hanc verò, non fons, non alia quæuis cauſa, ſed Dominus (vt inquit Scriptura) concluſerat. Vnde falſum eſſe apparet, quòd aſſerebat Lucretius libro 4.

Lucretius.

Nec diuina ſatum genitalem numina cuiquam
Abſterrent, Pater à natis ne dulcibus vnquam
Appelletur, & vt ſterili Venere exigat æuum:
Quod plerique putant, & multo ſanguine mœſti
Conſpergunt aras, adolêntque altaria donis,
Et grauidas reddant vxores ſemine largo.
Necquicquam diuum numen ſortéſque fatigant.
Nam ſteriles nimium craſſo ſunt ſemine partim:
Et liquido præter iuſtum, tenuíque viciſſim.
Tenue, locis quia non potis eſt adfigere adhæſum,
Liquitur extemplo, & reuocatum cedit abortu,
Craſſius hoc porrò, quoniam concretius æquo
Mittitur, aut non tam prolixo prouolat ictu:
Aut penetrare locos æque nequit: aut penetratum
Ægrè admiſcetur muliebri ſemine ſemen.

Sterilitatis cauſa naturalis.

Vermilius.

Suprema cauſa ſterilitatis atque fœcūditatis Deus eſt.

Deus igitur, ait Vermilius, ad aliquod tempus voluit Annam prole deſtitui, cuius poſtea voto abundè ſatisfecit. Hoc exemplo monemur, & orbitatem & fœcunditatem non tantùm à ſecundis cauſis eſſe tenendas, cùm ab ipſo Deo cumprimis proficiſcantur. Etenim in familia Regis Abimelechi, Deus concluſit vteros mulierum, ne poſſent parere. Deinde ad preces Abrahami liberatæ fuerunt, vt parerent. Idcirco Rachel cùm ſe miſerè affligeret, atque marito diceret: da mihi liberos, alioquin moriar: ille iratus inquit: an ego tibi ſum pro Deo? Si Deus concluſit vterum tuum, quid ad me clamas? Sic è diuerſo, fœcunditas donum Dei eſt, idcirco apud Iſaiam 66. cap. dicit: an ego qui alios facio parere, ipſe non pariam? Et Dauid in Pſalmis cecinit: Deus qui facit ſterilem habitare in domo, & abundare liberis. Hæc Vermilius. Notabis autem phraſim Scripturæ, qua dicitur Deus concludere, quod non aperuit: Gen. 30. illo priuaſſe, quod non indulſerat: *qui priuauit te* (inquit Iacob) *fructu ventris tui.* Nam omninò aliter, quàm de latronibus

Claudere Deus dicitur quod non aperit.

A refert Cicero, eos ſe dediſſe gloriari, quod non abſtulerint, Deus prædicatur abſtuliſſe, quod non ipſe dederit. Quemadmodum etiam dicitur cor Pharaonis induraſſe, propterea quòd ſua gratia non emollierit.

Quod ſi quis rationem inueſtiget, quare fœminarum præcipuas & nobiliſſimas aliquanto tempore ſterilitate Deus damnauerit, non abs re factum inueniet. Nam de antiquioribus quidem reſpondens S. Theodoretus quæſt. 74. in Geneſim, Volens Deus (inquit) componere genus Iſraëliticum, oſtendit illud non naturali ſucceſſione, ſed gratia & fauore multiplicandum. Quapropter Gen. 30. cùm Rachel angeretur, quòd liberis careret, ſtolidéque diceret, *Da mihi liberos, alioqui moriar*: Piè quidem obiurgauit illam Patriarcha, & docuit quiſnam eſſet naturæ creator, & quod nuptiæ non darent liberos, ſed qui nuptiis legem dedit Deus. Dixit enim ad illam, *Nunquid ego tibi ſum pro Deo, qui te fructu ventris priuauit?* Etenim ortæ illæ à parentibus à vera fide alienis, beneficiis diſcere debuerant, quæ viri diuinis oraculis. Verùm quid ad Annam de qua ſermo eſt? vt futurus infans crederetur eſſe ſingulare aliquod opus Dei, vt ante ortũ etiam Deo voueretur, vt Nazaræus conſecraretur, vt abſtemius permaneret. Imò & ipſa quoque mater in melius proficeret, & ad quærendum Deum addita neceſſitate vehementius ſtimularetur.

Cauſa morales ſterilitatis.

Sic namque ſolet Deus tyrones ſuos, quos ad pietatem inſtituit, caſtigationibus & opprobriis erudire, donec ſe verè & ex animo ſteriles agnoſcant, neque ſe poſſe quicquam ſuis viribus præſtare. Nam & corporis nonnunquam infirmitate debilitat, & mentem infinitis propemodum perturbationibus concuti ſinit. Ita planè, vt ſi eos cum illis contuleris, qui mũ- D di pompam ſectantur, virtute longe inferiores videantur. At vbi ſe ſe intus & in cute ſatis perſpexerint, ſatiſque iam humilitatis antidoto aduerſus arrogantiæ venenum munierint: tum eis vires animúmque infundit, & præclaris virtutibus exornat, & agones eorum victoria coronat. Appoſitè autem, quandoquidem Annam corpus, Elcana animum interpretati ſumus, dicitur illa ſterilis eſſe. Deus namque Spiritus eſt, & tales adoratores quærit, qui eum adorent in Spiritu & veritate. Corporis verò obſequium, ſi rei naturam ſpectes, nullum ex ſe C religionis fructum parit: ſi tamen ſub mariti iugo ieiuniis vacet & lachrymis & orationibus, citò Samuëlem ſeu impetratum à Domino eidem offeret. Actus namque corporis, quos imperatos Theologi nuncupant, fœtus animæ genuini eſſe cenſentur, ac proinde & ſpirituales euadunt, ac meritorum prærogatiuam aſſequũtur. Cuius rei ſimilitudinem habes, vt opinor, in pellicum Iacob liberis, qui legitimis accenſi ſunt, quemadmodum & in Nathinæis: qui, licet ex alia gente originem duxiſſent, ab Iſraëlitis tamen incolumes ſeruati ſunt, ac tandem Leuitis ad comportanda ligna in templum Domini attributi.

Deus ſuos incommodis ad virtutem inſtituit.

Obſequium corporis ad virtutem meritúmque pertinet.

VERSVS 6.

Affligebat quoque eam æmula eius, & vehementer angebat, in tantum vt exprobraret quòd Dominus concluſiſſet vuluam eius:

Vermilius.

MEMOR eſto, vt admonet Vermilius, quàm Elcana iuſtus fuerit in adminiſtranda familia, & inter duas coniuges, quàm moderatè ſe geſſerit. Ita porrò vtrámque amauit, vt neutram earum negligeret. Cum Phenenna præbet ſe hilariorem, cùm ipſi & liberis B præbet in conuiuio iuſtas partes, cum Anna verò lugente ſuam orbitatem quodammodo luget. Hoc eſt reipſa, vt monuit Apoſtolus, *Gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus.* Et certè ſi Annam durius tractaſſet ob inflictam ſterilitatem, nihil aliud id fuiſſet, quàm afflictam cumulare afflictione. Hæc Vermilius. At contra Phenenna mariti indulgentiā atque benignitatem, qua alterius mitigare dolorem ſatagebat, ſuam contumeliam rata, ſtudet ipſa mœrentem conuitiis angere atque exacerbare. Nonne ſunt igitur, exclamat Xenarchus comicus, in cicadarum genere mares beati,

Xenarchus Comicus. *Cicadarum mares beati.*

Quorum fœminis nihil vocis ineſt?

Dicunt Hebræi: qui malam vxorem non repudiat, eum non venire in iudicium, quia ſatis pœnarum dat in præſenti vita. Neque enim maius tormentum homini obtingere mala muliere. Ben-Sira in Apophteg. ſapientum Hebræorum, numero 2. Bene igitur conſulit Menander Comicus:

Ben Sira. Menander.

Mulier antequam domũ ducatur fondi exploranda eſt.

Et nos hoc modo vxorem ducere oportebat
Omnes, Iuppiter ſeruator, quomodo emimus:
Non explorare quæ ad rem nihil faciunt,
Quis auus fuit eius quæ ducitur, quæ auia:
Sed mores eius quæ nubit, cum qua
Viuetur, neque exquirere neque intueri:
Verùm ad menſam adferre dotem, vt
Sitne argentum legitimum penſator videat,
Quod ad quinque menſes domi non ſupererit:
Eius autem quæ intus ſeſſura eſt ſemper
Expendere nihil, ſed temerè accipere
Peruicacem, iracundam, moroſam, fortè
Loquacem. Circunducam meam filiam
Totam vrbem. vos qui vultis eam accipere,
Loquamini: conſiderate quantum malum
Accepturi eſtis. neceſſariò enim fœmina malũ eſt,
At fœlix eſt qui leniſſimum accepit.

Xenophon in Sympoſ. *Mulieris docile ingeniũ, ſi diſciplina excolatur.*

D Hæc Menander. At Socrates cùm dixiſſet, perſpicuum eſt muliebre ingenium nõ deterius eſſe virili, ſed conſilium & robur deſiderare. Quare ſi quis veſtrûm vxorem habet, magna cum ſpe doceat quicquid volet, ea perita vſurus. Antiſthenes reſpondit, Cur ergo, ô Socrates, cùm ſic ſentias, non inſtituis Xantippen, ſed vteris vxore earum quæ ſunt, quæ fuerunt, & futuræ ſunt moleſtiſſima? Quod, inquit, videam qui equitandi peritiſſimi cupiunt eſſe, non eos qui libẽtiſſimè parent, ſed ferociſſimos equos comparare. Arbitrantur enim ſi tales poſſint coërcere,

A re, facilioribus aliis ſe vſuros eſſe. Ego igitur cùm vellem cum hominibus congredi, eorúmque cõſuetudine vti, hanc comparaui, probè ſciens futurum, vt ſi eam tuliſſem, facilè & commodè cum omnibus hominibus verſarer. Atque ea oratio, inquit Xenophon in cõuiuio, minimè abſurda viſa eſt. Mihi verò videtur abſurdiſſima. Niſi forrè vxores pro iumentis habendas cenſemus, quarũ vitia & improbos mores foueamus, vt in illis nos erudiant: de eorum autẽ ſalute nihil curemus. Neque verò id probabile eſt, quantumuis ſtudij adhibuerit, omniũ poſſe improbitatem diſciplina vinci. Nam videntur nõnullæ ita à natura comparatæ ad omnem contradicẽdi libidinem, vt non alia re magis quàm iurgiis delectentur, neque aliter ſuo animo ſatisfacere poſſint, quàm ſi viris negotiũ faceſſant. Et has quidem, ſi officio fungi volumus, negligere non licet, aut iniuria noſtra earũ ferociã alere: ſed oportet ſæpius cõmonere officij, atque ad animi moderationem cohortari. Quod ſi nihil promoueas, nihilominus tamẽ ferendę ſunt: his namque legibus prudens & ſciẽs collum iugo ſubdidiſti, & in matrimonij fœdera conſenſiſti. Ferenda eſt pudica, licet imperioſa, ob caſtitatẽ: ferenda fœcunda, licet importuna & clamoſa, ob prolis amorem. Miranti cuidã poſſe Socratem tandiu Xãtippes improbiſſimę fœminæ clamores tolerare, AT ego (inquit) miror magis quomodo anſerum tuorum garrulitatẽ ferre poſſis. At illi, inquit, mihi oua pariũt: & mihi Xantippe liberos. Ludouicus duodecimus Francorum Rex, cùm Annam reginam animaduerteret dominandi cupidine flagrãtem, C multa ſe quoque inſcio moliri, vxori pudicæ multa aiebat condonanda eſſe. Aliquando tamẽ acrius inſtanti narrabat perquam familiariter, principio etiam ceruas, quemadmodum & ceruos, amplis cornibus fuiſſe inſignitas. At cùm ceruæ cum ceruis de imperio contenderent, indignatum Deum excornes vt in poſterum prodirent imperaſſe. Ferronus in eius vita. Nõ modò autem caſtitas, aut fœcunditas mulierum indocile ingenium, ac ſtudia & mores toleranda viris perſuadere debeat, verumetiam imprimis pacta fides, & coniugij ſanctitas, atque religio, quæ Chriſti Domini cum Eccleſia indiuiduam ſocietatem repræſentat. Quemadmodum enim Chriſtus in Eccleſia ſponſa ſua, quam ſibi proprio ſanguine deſpõdit, vtpotè ex iuſtis, & peccatoribus compacta, multa fert, & rugas, & næuos, & vitia, quę oculis ſuis diſpliceant, in expugnandis autem illis ſemper elaborat: ita & hoc quoque, quiſquis matrimonium contraxit, mu- D lieri curam adhibendo, & patientiam exhibendo ſuis moribus referre debet.

Socrates quo conſilio malam mulierem tolerarit.

Quare nunc ceruæ ſine abſque cornibus. Ferronus.

Ductam ſemel mulierẽ ferre neceſſe eſt.

ET *vehementer angebat, in tantum &c.*] Quid mirum? quandoquidẽ nec dominam ſerua prægnans reuerita eſt, Agar Sarã? Difficile eſt eam, quæ modum cupiditati nõ ſtatuat, pari conſortem. Amor, quem dicunt philoſophi concupiſcentiæ, riualem non fert, ſibi totum vendicat auara libido. *Tria ſunt inſaturabilia*, inquit Sapiẽs, *infernus, os vuluæ, & terra quæ nũquam ſatiatur aqua.* Prou. c. 3. cõtra amicitia quæ virtuti ſtudet, communicatione gaudet, & triumphat. Virtus

Zelotypia furor & improbitas.

enim

enim participata pluribus, largitione ſui nō minuitur. Cæterùm rarum exemplum eſt, vt quis in delitiis tantum virtuti indulgeat. Lia, & Rachel germanæ licet ſorores, tantū ſibi imperare non potuerunt. At erant, inquit, S. Theodoretus, q. 85. in gen. imperfectiores, & hominis impij filiæ, nempè, qui ſtatuas Deos nominabat. Eſto: alius tamen hoc contigiſſe poſtea nō legitur. Hac de cauſa, idem ſanctus ait, Deus, cùm leges conderet, tales nuptias prohibuit. *Non accipies*, inquit, *vxorem zelotypam aduerſus ſororem ſuam.*

S. Theodoretus.

Pro ratione autem amoris, tantus eſt & zelotypiæ furor. Amat liberos, nec eiſdem vult quicquam de hæreditate ſubduci: ſibi voluptatem quærit, & in viro reciprocum, id eſt, integrum amorem ſuo quodam iure poſtulat. Nemo eſt enim qui non ex æquo ſe amari cupiat. Æqualitas amicitia eſt, inquit S. Iſidorus Peluſiota. At illa vnum. Horum igitur quicquid abeſt, triſtitiam parit: quicquid aduerſatur, & obeſſe votis putatur, odium: nec odium tantùm, ſed & metum, & audaciam, & liuorem, & deſperationem, & iram in conſortem thori recidunt hæc omnia, eſtque quod zelotypia dicitur. De qua Seneca in Medea act. 3. in choro.

Iſidorus Pel. l. 3. epiſtola 147.

Seneca in Madea.

Cæcus eſt ignis ſtimulatus ira,
Nec regi curat, patitur ve frenos.

Et paulò antè.

Nulla vis, inquit, *flammæ, tumidique venti*
Tanta, nec teli metuenda torti:
Quanta, cùm coniux viduata tedis
Ardet & odit.
Non vbi hibernos nebuloſus imbres
Auſter aduexit, properátque torrens
Iſter, & iunctos vetat eſſe pontes
Ac vagus errat.
Non vbi impellit Rhodanus profundum, &c.

Nam pluribus æſtum furentis fœminæ deſcribere conatur. Quem non malè item Ouidius 2. de arte exaggerat, adhibita comparatione ferarū quæ vehementius excandeſcunt & ſæuiūt.

Ouidiar.

Sed neque fuluus aper media tam ſæuus in ira eſt,
Fulmineo rapidos dum rotat ore canes:
Nec lea cùm catulis lactantibus vbera præbet,
Nec breuis ignaro vipera læſa pede:
Fœmina quàm ſocij deprenſa pellice lecti
Ardet.

Hæc illi. Quorum ſententiam Herodotus exemplo vno ſatis ſupérque probabit. Olim ſiquidem Ameſtris Xerxis Perſarum regis vxor, hoc œſtro percita, & in furorem acta Maſiſtæ fratris Regis vxorem; quod cum illius filia Regem conſuetudinem habere comperiſſet, nec illa prohiberet, accitis ſatellitibus diris modis excruciat. Nam illi vtrámque mammillam pectore euulſit, canibúſque cibum illa præſente appoſuit, nares præcidit, labra atque aures amputauit, linguam quoque exſecuit, atque ad eum modum excarnificatam domum remiſit. Narrat Herodotus libro 9.

Zelotypa mulieris horrenda crudelitas.

Herodotus in Calliope.

O quàm cruentus fœminas ſtimulat dolor
Cum patuit vnà pellici & nupta domus!
Scylla & Charybdis Sicula torquens freta
Minus eſt timenda. Nulla non melior fera eſt.

Seneca in Hercule Octæo.

Nonnullæ tamen inuentæ ſunt fœminæ, quæ

A eam iniuriā æquo animo tulerunt. Nam de Liuia Auguſti narrat Suetonius, c. 71. quæſitas ab ea virgines, quas vir eius ſtupraret. Apud Krantziū Botilda Regina ſuas ipſa pellices compſiſſe atque ornaſſe fertur, quò impenſius Erico Daniæ Regi viro ſuo placeret. Phenenna ſaltem quieta maneret, quando nec ſimilem aliquando contumeliam paſſa eſt. Non enim Anna pellex, ſed legitimo fœdere in partē thori vocata fuit; quo minus excuſationem meretur, cùm nullam haberet iuſtam cauſam querelarum.

Sue tonius. Krantzius lib. 5. Daniæ cap. 1.

In *tantum quod exprobraret &c.*] Hac in re, vt admonet Vermilius, procacis Phenennæ malitiā expendemus, quæ de multitudine liberorū, vt altera Niobe, ſuperbiebat: quū potius debue-
B rit agnoſcere Dei beneficiū, eique gratias agere, necnon afflictam amicis & dulcibus verbis cōſolari. At illa ex collata ſibi fœcunditate materiā ſuperbiæ collegit; non ſecus atque araneus herbas ſuauiſſimas in venena conuertit. Abutitur itaque dono Dei, & diem ſacrum quaſi data opera polluit. Oportebat ſiquidem eo maximè tempore Deum orare, qui ſolùm humiles, demiſſos & fractos corde audit, & viciſſim elatos & ſuperbos à ſe reiicit. Proinde cùm Phenenna ſic efferatur, & prouocet ac irritet Annam, & ſuas ipſius preces indignas reddit, quæ à Deo recipiantur: & Annam ipſam, quātum in ipſa fuit, à precibus reuocauit. Quis enim bono animo Deū poteſt orare, qui ſe illi putet eſſe odioſum? Elcana quidem vt poteſt, Annam cōſolatur, ſed
C altera contra ei hoſtiliter inſultat. Nec dubium quin eius quoque liberi omnes ac filiæ, quibus per ætatem licuit, matris exemplū ſecuti Annā probris laceſſerēt. At dicet quiſpiam, Quare nō liceat afflictū affligere, nonne id eſt Deum imitari? Is etenim eſt, qui pro ſuo arbitrio quoſdam affligit. Reſpōdeo, Deum non eſſe in omnibus, quæ agit imitandum: quia multa ille ſæpè facit, quæ ſuis legibus nobis interdicuntur. Malum quippè minatur & Moabitis & Edomæis, quod Iudæos exules & inopes contumelioſè, atque crudeliter acceperint, & latitātes hoſtibus prodiderint, quos tamen ipſe cùm exules fieri, tum peſſimis modis à Babylonijs vexari decreuerit. Dauid autem de hoſtium immanitate conqueſtus, *Appone*, orabat, *iniquitatem ſuper iniquitatem eorum, & non intrent in iuſtitiam tuam.* Sic ille imprecatur ſeu potius diris deuouet. Iniquitatem autem S. Theodoretus interpretatur iniquita-
D tis vindictam, quaſi optet duplici pœna in eos animaduerti. Sanctus verò Auguſt. peccatū intelligit, cuius quidem etiam ſtipēdium mors, vt ait Apoſtolus, ac proindè & infernus, & ſupplicium, & ait, velut ſtupore quodam perculſus; quid eſt hoc? quis non expaueſcat? Deo dicitur, appone iniquitatem ſuper iniquitatem ipſorū. Vnde apponet Deus iniquitatē? habet iniquitatem quam apponat? ſcimus enim verum eſſe quod dictum eſt per Paulum Apoſtolum, *Quid ergo dicemus? Nūquid iniquitas eſt apud Deum? Abſit.* Quomodo ergo apponet iniquitatem ſuper iniquitatē? Et iterū. Quomodo enim auges febrem? Auges morbum, nō morbum adhibēdo, ſed non ſuccurrēdo: ſic ille apponit iniquitatem ſuper iniquitatē non vulnerādo, ſed non ſanan-

Improba mulier.

Afflictum affligere nō licet.

Pſal. 68.

S. Theodoret.

S. Auguſt.

Apponere Deus iniquitatem dicitur ſuper iniquitatem eum nō medetur.

do. *Deleantur* item *de libro viuentium, & cum iuſtis* A
non ſcribātur. Sed heus tu, cùm velis haberi mi-
tiſſimus. Quare tantū mali tuis hoſtibus impre-
ris? *Quoniam quē tu percuſſiſti, perſecuti ſunt, & ſuper*
dolorem vulnerū meorū addiderunt. quid ergo pec-
cauerunt, inquit Auguſt. ſi à Deo percuſſum
perſecuti ſunt? quid animo eorum imputatur?
malitia. Porrò malitia, vt opinor, quoduis pec-
cati genus complectitur. Nam & inobedientia
eſt, cùm Deus iubeat opem miſeris præſtare,
nemini iniuriam facere, & inhumanitas nullo
alterius incommodi dolore tangi, quin potius
paſci luctu alieno. Manifeſta item iniuſtitia eſt,
ſiue reus ſit, ſiue innocens qui affligitur. Nam ſi
culpa vacat, quo iure in eum ſæuis? ſi reus, Deus
quidem iuſtè nocentem plectit, tu autem qua B
authoritate præter id ſuppliciū, quod Deus le-
gitimum ſtatuit, aliud à te profectū irrogas? Id
verò etiam naturæ legi repugnat: neque enim
quiſquam eſt, qui ſi in calamitatē aliqoam inci-
derit, nō poſtulet inde eripi: idē igitur nos quo-
que aliis præſtare debemus, & nō prolapſos rui-
na opprimere: quòd ſi liceat, breui totū genus
humanum interiturum eſt. Nā qois tam erit ab
omni aduerſitate immunis, in quē non caſus a-
liquis incurrendi occaſionē præbeat? Verùm
hoc canū eſt, non hominum proprium, quos ad

Naturalia ſiue bona, ſiue incommoda cuiquam vitio vertere, aut ſibi laudi ducere ſtultitia eſt.

humanitatem natura finxit, & voluit mutuis
conſiliis, & auxiliis inter ſe ſocietatem tueri.

Grauiter igitur peccat Phenenna cùm Annæ
exprobrat orbitatē, & inſigne demētiæ ſuæ ſpe-
cimen edit, cum Annæ vitio vertit, quòd nulla
illius culpa acciderat, ipſa autem de fœcundita-
te, quæ naturale vteri beneficium eſt, non dos
aliqua animi, tāquam de virtute gloriatur. Erat C
tamē non leuis hæc, ſi cui prohro daretur, apod
carnalē populum infamia. Nam quæ Scripturæ
ſenſum altius penetrare nouerant, qualis fuit o-

Orbitas Annam plurimùm angebat.
1. ratio.

lim Iudith, quales pleræque aliæ, ſterilitatem æ-
quo animo ferebant, operū bonorū fructus am-
pliſſimos prolis fœture anteponētes. At durus &
hebes ille populus, cùm nō alia ſpectaret, quàm
quæ legis littera pollicetur, ſi quam ea benedi-
ctione priuari, quā lex promitteret, intueretur,
& aliquis eam in ſuſpicionē vocaret malè affe-
ctæ conſcientiæ, facilè in animū inducebat, non
alia ratione communis beneficij exſortē eſſe fa-
ctam, quàm quod Deus merito illā ſuo exoſam
haberet. Quo pacto fiebat, vt illam omnes non
ſolū iure aſpernandam, verūetiam execrandam,
atque adeo indignam hominū conſortio doce-
rent: nō aliter quā ſolemus eas arbores, quę fru-
ctus nō pariūt, indignas dicere quæ terrā occu-
pēt. Quo genere ſupplicij quid grauius fingi di-
cive poteſt? Angebāt igitur Annam nō medio- D
criter maledicta æmulę: angebat etiam, quod il-
2. la ſæpè iactabat, ne fortè ob ſterilitatis infamiā

Philo Biblicus.

viri ſui amicitia periclitaretur: nam his verbis
Phennenam Annæ inſultantem Philo Biblicus
inducit. Quid tibi prodeſt quod te diligit Elca-
na vir tuus? tu verò es lignū ſiccum. Et ego ſcio
quia dilecturus eſt me, delectatus in conſpectu
filiorum meorum, aſtantiū in circuitu eius, tan-
quam plantatio oliueti. Et iterū: Nō eſt dilectio
mulieris, ſi diligat eam vir, aut pulchritudinem
illius. Ne glorietur in ſpecie ſua Anna; ſed qui
gloriatur, glorietur cùm videt ſemē ſuum ante

A conſpectū ſuum, & quando inter mulieres non
ita fuerit fructus ventris eius, in vanū fiet dile-
ctio. Quid enim profuit Rachel quod dilexit eā
Iacob? & niſi datus fuiſſet ei fructus ventris il-
lius, in vanū fuerat dilectio eius. Hæc ille. Qui-

Philo Iudæus.

bus attexam Philonis Iudæi Hebraicarum legū
peritiſſimi de ſterilibus reſpōſum, quod ab An- 3.
na, vtpote ſuæ gentis conſuetudinū non ignara,
vel ſola cogitatione perceptū, non mediocriter
illius mœrorē augere poterat. Sic namque ait,
Cæterùm qui ſqualidū petricoſūmq; fundū co-
lunt, nō euitabunt opprobriū, videlicet, qui vo-
luptatis conſuetudinē habent cum fœminis ſte-
rilibus. Nihil enim captant præterea, qui per la-
ſciuiam ſpōte prolis iacturā faciūt. Quid enim
B aliud eſt cur earū coniugiū expetāt? Certè libe-
ros ſperare nō poſſunt, quos nullos fore ſciunt,
ſtimulātur tamē impotenti libidine, laborantes
inſanabili vitio. Ergo qui puellas duxerūt incer-
ti de futura fœcūditate, ſi ſterilitate tandem de-
prehēſa nō eis renūtiant, & res ſuas ſibi habere
agereque ſinunt, merētur veniam, quia victi diu-
turna conſuetudine amoréque mutuo non va-
lēt vim inferre ſuis affectibus, impreſſis iamdu-
dum in animū. Qui autē fœminas cōpertæ ſte-
rilitatis expetūt ad coniugiū, ſuum hircorúmq;
more quęrentes ſolam Venerē, in impiorū albū
adſcribātur, vt Deo repugnantes. Illi enim vt a-
matori animaliū, præſertim hominum, curæ eſt
genitura ſalúſque hominū. At iſti emittūt ſimul
ſemen & extinguūt, inimici naturæ confeſſione
publica. Hactenus Philo, libro de ſpecialibus
legibus. Vereri itaque Anna poterat, ne ſterili-
tate perſeuerāte, mariti in ſe beneuolētia tandē
C aliquando marceſceret, ac velut inutilis ſarcina
domo exigeretur. Hanc verò illi ſoſpicionē im-
proba mulier alere & fouere ſtudebat, atque ita
innocentē animam, & nihil tale de ſe meritam,
torquebat. Præterea verò & ipſa orbitas ſatis
per ſe angebat, quę multis de cauſis ea ætate, nō
modò cōtumelioſa erat, verūetiam præter reli-
quas gētes Iſraëlitis odioſa. Illas Vermil. cōme-
morat, nos eaſdem nōnullis additis reperemus. 4.
Prima erat, quòd videretur pugnare cū eo prę-
cepto, qno Deus mandauit, cùm ſtatim ab orbe 5.
cōdito, tum mox poſt diluuiū, Creſcite & mul-
tiplicamini. Deinde, quod ſteriles illam Dei be-
nedictionē non aſſequerētur, qua pollicitus eſt
Abrahamo ſemē eius fore vt ſtellas cœli, & are- 6.
nam maris. Ad hæc, ij qui liberis carebant, quo-
dammodo videbantur Deo exoſi, quòd eorum
genus & ſtirpem nollet vlterius propagari. Alij
verò ſterilitatē ideo apud Iudæos fuiſſe infamē
arbitrantur, quod Meſſias proditurus eſſet ex il-
D lorum poſteritate: quare ſtudebat quiſqoe plu-
res conſequi filios, vt ex proſapia ſua Meſſias a-
liquando naſceretur. Sed ille tribui Iudæ tantū,
& familiæ Dauidis promiſſus erat, quare iſtos 8.
dūtaxat ea de re oportuit eſſe ſollicitos. Cæte-
rū alia ratio multo verior adferri poteſt eius cu-
piditatis: vera quippè religio, & purus Dei cul-
tus, ante Chriſti aduētū, ſolū inter Iudęos publi-
ca ſaltem profeſſione retinebatur. Quāto itaq;
Iudęi magis numero augebātur, tāto numeroſi-
or futura erat cultorū Dei multitudo: ac proin-
de ſācti viri ſtudebāt ampliſſimā poſteritatē ha-
bere, vt ver⁹ De⁹ à quāplurimis coleretur. Quod

ſi cui liberi minimè contigiſſent, is probro & A infamia quodammodo notabatur. Vnde Rachel cùm tandem vterum gereret, *Abſtulit* (inquit) *Dominus opprobrium meum.* & Iſaias ait, *Apprehendent ſeptem mulieres virum vnum in die illa, & dicent: Panem noſtrum comedemus, & veſtimentis noſtris operiemur, tantum à nobis aufer opprobrium noſtrum.* Quin & apud Ethnicos probroſum fuit liberis caruiſſe: & iure ciuili apud Romanos à curatione atque à publicis muneribus excuſabantur, qui plures liberos ſuſcepiſſent, quem-

Ratio ob quam ſancti patres numeroſam ſobolem ſuſcipere curabant.

Tobiæ 8.

9. admodum titulo, de iis qui numero liberorum ſe excuſant, manifeſtè habetur. Romæ vtique tres erant ſatis ad excuſationem, in Italia requirebantur quatuor, in Prouincia quinque, modò B non eſſent adoptati, neque ab hoſtibus capti, neque mortui extra bellum. Hic autem numerus liberorum tantùm à perſonalibus muneribus, non autẽ à patrimonialibus excuſabat. At filij numero ſexdecim, ab vtroque genere munerum excuſabant, quemadmodũ habetur in ff. de iure immunitatis, lege ſemper. quæ à Pertinace lata fuit. Poſtea etiam duodecim excuſabant, vt apparet in codice de decurionibus, lege ſi quis decurio. In ſumma procreaſſe multos liberos apud omnes nationes sẽper fuit honorificum. Lacedæmonius quidam ſenex & cœlebs, cùm per publicum incederet quendam vidit ſibi honoris cauſa non aſſurgere, rogauitque illum cur ita faceret, reſpondit: Quia tu neminem Reipubl. reliquiſti, qui mihi vbi conſenuero aſſurgat. Et quamuis, inquit Vermil. Chriſtianiſmo ſublatum videatur hoc genus opprobrij, audite, obſecro, dignam Veneris ſacerdote ſententiam: tamen pro viribus adnitendum eſt, vt Eccleſiæ liberos cõplurimos poſt nos relinquamus. Hoc effatum ſeu potius oraculũ, quod vir tantus, noui Euangelij ſpiritu correptus effudit, ſingulis miniſtrorum luſtris aureis litteris meretur inſcribi, quò ſemper profeſſæ libidinis memores, dies noctéſque liberis operam dent, atq; interim cœlibibus illis Monachis frigidulis prædicandi officiũ relinquant. Magnus ille Paulus, gentiũ, vt gloriatur, Apoſtolus, licet pleraque vtiliter ad recentis Eccleſiæ propagationẽ atque incrementũ repererit, & vſque ad tertiũ cœlũ conſcenderit, tam ſalubre, támque honorificum augendæ religionis conſilium inuenire non potuit. Bonũ eſt, aiebat, homini, ſi ſic permanſerit ſicut & ego. Quomodo vt ego? cœlebs & rei expers vxoriæ. Atqui nullos eo pacto Eccleſiæ liberos relinques. Quanto ſatius feceris, & citius Eccleſiam auxeris, ac promoueris, ſi quemadmodũ docet Vermilius, impigrè Venerem colueris, ac pro viribus (vt ait) in fabricanda ſobole inter grauiſſimos amplexus procacis puellæ elaboraueris. Ecquid te pœnitet, vir beatiſſime, tam ſanctę támque ſalutaris ſentẽtię nõ fuiſſe olim authorẽ? Sapiẽtiores itaque, vt eſt in veteri prouerbio, factę ſunt cogitationes poſteriores prioribus, neque è tanto prędicantiũ grege quiſquã inuentus eſt, qui aut Pauli ſententiã approbaret, aut Vermilij reprobaret. quo argumẽto manifeſtè colligi poteſt, nõ aliũdè quã à ſpiritu. quo ſpiritu? vt puta fornicatione, doctrinã hanc eſſe profectã. Conſenſus enim tot ſan-

Liberos ſuſcepiſſe apud omnes gentes ſemper fuit honorificum.

Euangelij noui propagandi diuina planè ratio à Vermilio traditur.

Spiritus noui Euãgelij.

A ctiſſimorũ virorũ in eandẽ libidinẽ conſpirantiũ, certiſſimũ eſt afflatę cuiuſdã pruriginis indiciũ. Id porrò vbi ſemel placuit, & cõmuni patrum decreto firmatum eſt: non quemadmodum ſæpius vſu venire ſolet, paulò pòſt negligentia, aut deſuetudine elanguit, atque obſoletum eſt: ſed continuo ac perpetuo vſu à caſtiſſimis prædicantibus conſtantiſſimè obſeruatum. Vnde non immeritò quis putet eximium olim poëtam, paucis immutatis, in eorum laudem hos verſus epinicios longè antè cecinisſe.

Hoc ſimul edixit, non ceſſauere miniſtri
Nocturno certare loco, putere diurno.

Cæterùm ne quis ea loca Scripturæ, quibus ſteriles notari videntur, fortè requirat, nonnulla B ſubiiciam. Exod. 23. Non erit infœcunda (abortiẽtem reddit Vatablus) nec ſterilis in terra tua: numerũ dierũ tuorum implebo. Deuter. 7. Benedictus eris inter omnes populos, nõ erit apud te ſterilis vtriuſque ſexus, tam in hominibus, quàm in gregibus tuis. His quoniam non probè intellectis, facilè Anna potuit in ſuſpicionẽ læſi numinis venire, idcirco S. Auguſt. ſi tamen Auguſtini, certè antiquiſſimi Doctoris interpretationem adiungam. Quid eſt, inquit ille, vt maledictos dicat lex, qui ſemen non reliquerint in Iſraël: per Iſaiam autem nihil obeſſe dicatur ſpadonibus, quia generare non poſſunt? Quoniam aliter quàm dictum erat, intelligi cœperat, idcircò Eſaias Propheta oſtẽdit poſtea, quo C ſenſu dictum eſſet. Cũ enim hoc ex cauſa offẽſi Dei ſententiæ loco poſitũ eſſet, quia deſerentes Deũ in eo percutiebãtur, ne ducẽtes vxores ſemen relinquerent, ſic hoc arripuit error humanus, vt putarẽt reos eſſe apud Deum, ſi qui aut vxores nollẽt, aut accipiẽtes, vt aſſolet, generare non poſſent; quaſi nihil aliud quàm ſemẽ quæreret Deus, ſicut arguuntur per Malachiã Prophetã. Eſaias ergo vt cõſolaretur eos, quos mala intelligẽtia cõtriſtauerat, docuit nihil obeſſe, ſi quis aut nõ poſſet habere filios, aut nollet, dũmodo legem Dei ſeruaret. Maledictũ enim illis competebat, qui cũ poſſẽt, ac vellẽt, diuino obſtante iudicio ſteriles erant, ne fructũ haberent creationis Dei, quẽ ſpernebãt. Vnde cùm viderẽt aut generare ſe non poſſe, aut genitos minimè poſſidere, cognoſcerent indignantis Dei irã eſſe, & cõuerſi ſatisfacerent. Nam & ſancti viri cùm cupidi eſſent filiorũ, & non id obtinerent, D æſtimabant peccata obſtare, & dolebant ignorãtes Dei eſſe prouidẽtiam, cui ſeruabãtur. Denique ad Dei procurationem Anna concepit, & peperit Samuẽlẽ, & Elizabeth Ioannẽ, & vxor Manue Sanſonẽ. Spiritalis enim intelligentia in hac cauſa iſta eſt, vt maledicti habeantur qui nõ reliquerint ſemẽ, quod videat Deum: id eſt, qui non habuerint aut filiũ, aut ſeruum, aut proximum qui Dei timorem doceat ſuper terram.] Vel ſanè aliter, qui non aliquem verbo, vel exẽplo in Dei timore erudierit: aut quod etiã probabilius eſt, & omnibus etiam in remotiſſima ſolitudine degentibus cõuenire poteſt, qui bona opera, quorum ſemen in æternum manet, dum viueret non ediderit. Nam cõtra dicitur, *Beati, qui in Domino moriuntur*, ob eam rationem, quòd *opera illorum* poſt mortem *illos ſequuntur*.

Exodi 23.
Vatablus.

Deuter. 7.
Maledictum legis circa ſteriles explicatur.

Auguſt. q. 17. ex vet. Teſtam. in append. Tomi 4.

Eſaias.

Legis ſenſus moralis.

Versvs 7.

Sicque faciebat per ſingulos annos, cùm redeunte tempore aſcenderent ad templum Domini: & ſic prouocabat eam. Porrò illa flebat, & non capiebat cibum.

Præterqvam quod non erat leuis cauſa doloris, quotannis recrudeſcebat viuax tormentum. Quemadmodum autem aquarum ſtillicidiis cedit aliquando ſaxi durities: ita & animi conſtantia ſæpius repetito conuitio. Quapropter fugā ſuadet S. Iſidorus Peluſiota, epiſt. l. 3. epiſt. 7. & huiuſmodi huminem quē contumeliæ inferendæ ſatietas non capiat, tanquā indomitam belluam auerſandum, & fugiendum eſſe. Quid? ſi quis contra inferat, non vereor ne mihi patientiam extorqueat, ferre poſſum, maiorem mihi gloriam conciliabit, illumne etiam fugere oportebit? Apud nos, inquit, ſancti viri ex alienis calamitatibus coronas ſuas texere minimè volunt: verùm plerumque commoda ſua negligunt, vt aliorū errata corrigant. Non enim, vt maiorem ſibi gloriam comparent, alios in præceps agūt: verùm ſi prodeſſe queant, admonent: ſin ſecus, aufugiunt, ne illi in maiorem voraginē prolabantur. Non enim laudis atque honoris ſtudio, ſed vt hominum ſaluti conſulant, ea agunt, quæ agunt.] Optimum cōſilium. Verum Annæ non licuit fuga perfugio vti. Quis autem illius fœminę pertinacem malitiam ſatis miretur, quæ pluribus annis potuit in eadē maledicendi libidine perſeuerare? Eſuriēdi libido, inquit Saluianus, terminum habet, detrahēdi libido terminum nō habet: nam ſæpè admodum cibo, nūquam detractione ſaturamur. 3. de Prouid. Humanum eſt peccare, vt aiunt, diabolicum perſeuerare. Diabolus autem ab inueterata calumniandi conſuetudine nomen accepit. Puto autem tali ingenio mulierem, lapidē parere potuiſſe, quod cuidā Dyſeridi olim cōtigiſſe Hippocrates affirmat, 5. epidimiorū, vt refert Mercurialis 2. var. lect. c. 20. Quid igitur Anna? num tot malis obſeſſa, totque iaculis æmulæ linguæ confoſſa, mente excidit, aut quidpiam quod ſapientem fœminam & officij memorem nō deceret, oblocuta eſt? ne cogitauit quidem. Sed quemadmodū (ſic enim egregiè illā ſuo more depingit S. Chryſoſt.) ventis ex aduerſo inter ſe currentibus, mediámq; ſcapham, dū inter ſe depugnant, corripiētibus, ac multis fluctibus partim à prora, partim à puppi inſurgētibus, gubernator clauo aſſidēs ſeruat nauim, vndarū incurſus gubernandi prudentia depellens: ſic & mulier tum illa, quum ira & angor in animum ipſius facerent impetum, rationem illius perturbantes, multóſque fluctus excitarent, non iam biduum aut triduum, aut dies viginti, ſed ad totos annos: nam hoc, vt ait Scriptura, ex multo tempore factum eſt: fortiter pertulit tempeſtatem, nec paſſa eſt rationem demergi. Sed enim Dei timor, tanquam Nauclerus gubernaculis aſſidens, perſuaſit eam tempeſtatem magno animo perferendā eſſe, nec prius deſtitit mētem illius gubernare, donec in tranquillum adduceret portum onere plenam hoc eſt, vterum pretioſo theſauro onuſtum. Hæc ille.

Isid Peluſiota l. 3. Epiſtolarū. Epiſtola 7. *Vitandi qui iurgia concitant.*

Saluianus l. 3. de Prouid. *Detrahendi libido expleri nō poteſt.*

Hippocrates 5. Epidim. Hieron. Mercur. 2. variar. lect. c. 20.

S. Ioan. Chryſ. hom. de fide Annæ. *Mira fœminæ patientia.*

Cvm redevnte tempore.

Cvm *redeunte tempore*] Pōtifices, inquit Varro 16. rerum diuinarū, quatuor diis faciunt rem diuinam, Telluri, Tellumoni, Altori, & Ruſori. Altori fit res diuina, quòd ex terra aluntur omnia, quæ nata ſunt. Ruſori, quòd rurſus cuncta eodē reuoluantur. Hæc olim: Nos aliū Ruſorem præter vnū Deum, eúmque omnipotētem non agnoſcimus. Huic vni pro rerum perpetua ſucceſſione, & temporum viciſſitudine immortales gratias ſemper agere debemus.

Varro 16. rerū diuin.

Ascenderent *ad templum Domini.*] Audis, quibus potiſſimùm temporibus dæmon nobis inſidias ſtruat, quibus ſuas plagas & retia tēdat? Feſtis ſcilicet temporibus, & iis maximè quibus ad Dominum redire paramus. Olim ſenex quidam Monachus cùm videret in ſciti diabolum noctu ſacculos, raſtra, & cophinos præbētē fratribus, eundem percōtatus eſt quid iſta ſunt. At ille, Diſtractionem, inquit, fratribus paro, vt his occupati fiant ad orandum imparatiores. S. autem Macarius hæc de ſeipſo narrat apud Palladium c. 19. Quando rectè geſſiſſem omnē vitæ monaſticæ rationē, id eſt, ardua quæcunque cōſpexiſſet in aliis, fœliciter æmulatus eſſet, Tunc veni, inquit, ad aliud ſpirituale deſideriū. Statui enim quinque dies ſolum mentē meam ita cōponere, vt à Deo auelli nō poſſet, & nihil aliud omnino cogitaret. Et cùm id apud me ſtatuiſſē, clauſi meam cellam, & aulā extrinſecus, vt nulli darē reſponſum. Et ſteti incipiens à ſecunda, & menti præcipiens, & ei dicens, Vide ne deſcendas de cœlis. Habes Angelos, Archangelos, omnes ſupernas Poteſtates, Cherubim & Seraphim, Deum horum omnium effectorem. Illic verſare: ne ſub cœlos deſcēderis, ne incideris in mundanas cogitationes. Cùm duos autem, inquit, dies, & duas noctes perſeueraſſem, ita irritaui dæmonē, vt ipſe fieret flāma ignis, & cōbureret omnia quæ habebam in cella, adeo vt etiā ſtorea ſupra quam ſtabā igni arderet, & ſic quoque me exiſtimarē totū conflagrare. Tandē timore perculſus, tertio die deſtiti ab hoc propoſito: cùm nō poſſem amplius mentē meā tenere indiuulſā ſed deſcendi ad huius mundi cōtemplationē, Deo fortaſſe permittente, ne hoc mihi imputaretur in ſuperbiā.] Igitur variis artibus tētat dæmō, ſi quomodo poſſit, dū turbas ciet, ac variis occupationibus nos implicat, à diuinarū rerum meditatione abſtrahere, atque adeo in fraudem impellere, quo eum diem, quē sāctè colere inſtituimus, aliquo ſcelere polluamus; certò ſciens, tanto grauius fore delictum, quāto caſtior eſſe debuit eius diei religio. Cum Abrahā Deo iubēte victimas immolaſſet, eáſq; in holocauſtū compoſuiſſet, aues immiſit plurimas, quæ ſacrificij partes raperent. Gen. 15. Populus item Hebræus cùm ex Ægypti ergaſtulo pedē referret, vt ſoli Deo in ſolitudine inſeruiret, Pharaonem concitauit, qui vi & armis abeuntem reuocaret. Poſterioribus etiam ſæculis, cùm Zorobabel & Ioſue templi iam olim diruti parietinas reſarcire, & ruinas erigere cona-

Quo tempore potiſſimū nobis inſidietur dæmon.

Palladius in Lauſiaca hiſtor.

Gen. 15.

Exodi 14.

Digitized by Google

rentur extemplo illis Beelteem & Samſai ſuperuenerunt, qui eodem omnium malorum

Eſd 1.c.4.

incentore Diaboln Artaxerxem regem interpellarent, vt opus prohiberet. Quod cùm iterum Dario rege inſtaurari cœpiſſet, non defuit

Eſd.1. c 5.

iterum, qui bono operi impedimentum præſtaret, niſi Deus aduerſarios repreſſiſſet. Iam verò, qui cum Nehemia ciuitatis ſanctæ Ieruſalem ſolo tenus proſtratæ & incẽſæ rudera & ruinas excitandas, & muros turréſque reſtituendas ſuſceperunt, non aliter operi inſtare potuerũt,

Eſd.2 c.4.

quã armata ferro dextera, & accinctis enſe renibus. Cùm à pluribus, qui gentis felicitati inuidebant, bello, inſidiis, clam & aperto Marte oppugnarentur. Quid Machabæos commemo-

1.Mach.c.2

rem? quorum temporibus, qui legem tollere contẽdebant, profectos Sabbathorum dies eligebant, quibus in eos incurrerent: eo pacto rati ſcilicet, aut ſtatim perituros, aut certè Sabbathi vel inuitos religionem violaturos. Paulo Romam properanti, vt in vrbe omnium potentiſſima Euangelij famam diſſeminaret, Hieroſo-

Acta Apoſtolorum à cap. 20. ad vltimum.

lymæ primũ vincula & carceres oppoſuit: Deinde nauigantem naufragio penè demerſit: Poſtremò Romam ingreſſum cuſtode adhibito ac cathena reuinctum à propoſito abſterrere niſus eſt. Verùm nihil horũ inuictum illius animum fregit, non modò rebus humanis, verumetiam aëreis poteſtatibus ſuperiorem. Nos itaque tot exemplis edocti, ſummo ſtudio ac diligentia ab inuiſibilium hoſtiũ inſidiis caueamus, iis præſertim diebus, qui præcipuæ cuidã deuotioni conſecrati ſunt: quoniam illis ipſis potiſſimum nobis imminent, & ſæuiſſimè graſſantur. Non vides quemadmodum in iis vrbibus, quæ regni limitibus impoſitæ ſunt, iiſdẽ diebus, quibus populus religioni ſtudet, ac Deo vacat, portæ clauduntur, & non niſi raro admodum, ac certis quibuſdam horis patent, ne fortè quiſquam, dum ciues Eccleſiaſticis officiis diſtinentur, inſidias moliturus temporis occaſionem captet: Hanc tu quoque tibi ipſi ſecuritatem præſta, atq; omnes aditus ſedulo obſtrue, ne qua parte tentator animum irrumpat, aut incautũ & nihil tale metuentem cuniculis ſubruat, vel etiam victum captúmque, ac omni deuotione ſpoliatum iracundiæ, gulæ, libidini, atque intolerabili arrogantiæ ad omnem pœnam & cruciatum dedat.

PORRO *Anna flebat.*] Quid ſi illa pari ingenio prædita, aut certè conuitiis laceſſita, parẽ referre voluiſſet? Credo, pugnas fœminarum,

Suetonius in Domitiano. Herodotus l 4. *Muliebres pugna.*

quales poſtea Domitianum ediditſe ferunt, habituri eramus: vel certè quales apud Auſes Africæ populos Herodotus deſcribit. Horum, inquit, virgines, anniuerſario Mineruæ feſto, in honorem ipſius Deæ, indignè inter ſe bifariam diuiſæ, præliantur lapidibus fuſtibúſque, dicentes, ſe morem patrium ſeruare ei, quam Mineruam nominauimus. Victricem deinde præcipuam, armatam armis Græcis, & criſta Corinthia curru vehunt. Vel denique quales hoc noſtro tempore non abſque vehementi ſtupore tentatas accepimus. Hiſtoria eſt eiuſmodi, vt non dubitem poſteros fidem derogaturos. Scribam tamen, ne quis fortè noſtrorum temporum calamitates relegens, nos arbitretur im-

A meritò extrema quæq; expertos eſſe, cùm longè leuiora tulerimus, quàm ſcelera ac flagitia noſtra depoſcerent. Nam inter plurima ſcelerum monſtra quæ noſtra ætate in Galliis emerſerunt, etiam hoc portẽtum Orci faucibus erupit. Nam cùm ob nimiam indulgentiam, quæ poſtmodum importunis Concionatorum querelis à Rege nonnihil cohibita eſt, exarſiſſet per omnem Galliam inſana quædam ac prorſus Diabolica monomachiæ libido, ita vt qualibet occaſione leuiſſima, ac ſæpe etiam nulla, nobiles præſertim, ac milites decertarent, ſéque mutuis vulneribus confoderent: eo vſque furor ille prorupit, vt duæ matronæ nobiles mutua

B prouocatione in campum prodirent, ſtrictis enſibus ſuas iniurias vlturæ. Quod ego tametſi oculis non perſpexi. Audiui tamen qui aſſererent: nec erant, quarum nomina edebantur, in vulgus ignotæ. Verùm Annæ nihil tale in mentem venit: ſed cùm eſſet mulier Philoſophiæ dedita, æmulæ probra toleranter & humanè tulit. Flebat tamen interim, nec capiebat cibum, ſed animo vehementer angebatur: nec mirum, cùm tot illa ſtimulis aſſiduè pungeretur. Hypanis, vt ſcribit Solinus cap. 20. Scythicorum amnium princeps, purus & hauſtu ſaluberrimos

Solinus.

manat vſque dum Callipodum terminis inferatur. Ibi fons Exampeus infamis eſt amara ſcaturigine. Qui Exampeus liquido admiſtus fluori, amnem vitio ſuo vertit, adeo vt diſſimilis ſui in

C maria condatur. Quid mirum igitur, ſi mulier tot indignè contumeliis vexata, animo dolorem concipit?

NEC *capiebat cibum.*] Fletibus & comploratione ægritudo paſcitur, à potu autem cibóque abhorret. Nam victus triſtitia animus appetentiæ ſenſum auertit, mœror autem re geſta in ſtomachum bile nauſeam parit, cor cõprimit, fauces occludit, & reluctãtibus ſuſpiriis omnis aditus cibo præcluditur. Flebat igitur. Atqui permulti homines, inquit S. Iſidorus Peluſiota, inuito animo iniuria affici, timiditatis & ignauiæ;

Iſid Pel. l 3. Epiſtolarũ Ep 225. *Qui non lens iniuriã patitur, & fert modeſte, laude cum primis dignus eſt.*

vltro autẽ ac voluntario animo lædi, maximum ſuauitatis ac patientiæ argumentum eſſe docũt. Verùm qui rectè de rebus iudicare norunt, aut, vt rectius loquar, qui ſcriptoris fidem adhibẽt, longè aliter ſtatuunt. Et poſt aliqua. Atq; etiam ſi dicendi facultate vti, aut ſyncerè loqui oportet, illũ fortè ſuperarit. Explicat deinde, quam-

D obrem vim patienti palmam tribuat. Neque enim ille, niſi voluiſſet iniuria affectus fuiſſet. Qui autem, cùm iniuria affici nollet, illatam tamen tulit, nec quicquam eorum, per quæ eum à quo læſus fuerat, vlciſci poterat, fecit: Hunc vtique, vt qui extremæ cuiuſdam patientiæ documentum dederit, luculentior corona haud immeritò texi queat.

Quòd pij non temerè, ſed diuino conſilio incommodis perſæpe vexentur.

VERVM enim verò dicet aliquis, qui fit, vt ſi quis paulò ad pietatem propenſior ſit, is mille modis excrucietur, & habeat ferè ſemper

ſtodij ſui comitem infortunium? Nam is vtiq; aut paupertate conflictatur, aut inuidia flagrat, aut maledicorum conuitiis proſcioditur, aut morbo vel alia quauis calamitate laborat. Sunt qui fati neceſſitatem accuſent, & putent à cæca fortuna tanti ſceleris admitti, vt ſine diſcrimine immeriti pœnas luant. Verùm hi, vt ait idem S. Iſid. Ep. 154. eiuſdem l. 3. Deum aut non eſſe ſtatuunt, aut eſſe quidem, mūdum autem haud quaquam condidiſſe: aut ſi coodiderit, minimè gubernare: aut ſi gubernet, iis qui vitium amplexantur, oblectari: aut ſi non delectetur, imperium aliis conceſſiſſe: aut ſi non conceſſerit, inuito ereptum fuiſſe: aut ſi ei ereptum non ſit, improbos vlciſci nolle: aut ſi velit, nō poſſe: aot ſi poſſit, otium carios atq; antiquius habere: aut ſi carius nō habeat, ab aſtrorum motu ſuperari: aut ſi nō ſuperetur, inertem ac deſidem eſſe velle: quorum quid eſt quod extremam demētiam atque impietatem non redoleat? Iis autem qui putant iniuſtum Deum (inquit Auguſt.) lib. 83. quæſt. 82. cùm iuſtos in doloribus & laboribus vident: aut certè ſi non audent iniuſtum Deum dicere, vel res humanas non curare arbitrantur, vel ſemel ſtatuiſſe neceſſitates fatorum, contra quas nec ipſe aliquid facit, ne ordinē rerum à ſe diſpoſitū inconſtantia turbare credatur: aut aliquid aliud opinātur, quòd Deus in aliquo inualidus nō poſſit à iuſtis iſta mala prohibere: dicēdū eſt, nullam fuiſſe futurā iuſtitiam in hominibus, ſi res humanas non curat Deus: quia omnis iſta hominum iuſtitia, quam & tenere humanus animus rectè faciendo poteſt, & peccādo amittere, non imprimeretur animæ, niſi eſſet aliqua incōmutabilis iuſtitia, quæ integra iouениretur à iuſtis, cùm ad eam conuerterentur: integra relinqueretur à peccantibus, cùm ab eius lumine auerterentur. Quæ iuſtitia incommutabilis vtique Dei eſt, nec eam porrigeret ad illuſtrandos ad ſe conuerſos, ſi res humanas non curaret. Si verò propterea grauia perpeti iuſtos ſineret, quia cōtra ordinem rerum à ſe diſpoſitum nollet venire, nec ipſe iuſtus eſſet: noo quia diſpoſitionem ſuam ſeruare vult, ſed qoia ita diſpoſuit ipſum ordinem rerum, vt immeritis pœnis iuſti affligantur. In aliquo autem Deum eſſe inualidū ad repellenda mala quæ iuſti patiuntur, quiſquis opinatur, ideo deſipit, quia non intelligit, ſicut nefas eſt iniuſtum Deum dicere, ita nefas eſſe, omnipotentem negare. Hactenus S. Aug. Euagrius autem hiſt. Eccl. l. 6. c. 22. huiuſmodi olim quæſtionibus ſibi à S. Symeone interdictū docet his verbis. Quin etiam cùm mecum ipſe cogitarem de liberorum amiſſione, quærerémque quid cauſæ eſſet cur gentilibus, qui liberis abundarent, idem ipſum neutiquam accideret: Symeon Stylites, quamuis hanc cogitationem nemini patefeciſſem, ſcripſit ad me, vt ab eiuſmodi cogitationibus, vtpore quas Deus minimè probaret, deſiſterem.] Verumtamen quomodo hoc quoq; ad Dei iuſtitiam pertineat, ſic accipe. Non enim ſolùm iuſtitiæ eſt punire ſontes, & bene meritis gratiam referre: verūetiam futura mala prohibere, ſicut medici faciunt, qui non tantùm malè affecto corpori ſanitatem reſtituunt, ſed etiam antidotis valetudinem tuentur, vimqoe morbi ingruentis arcent. At quare non hoc beneficiis præſtat potius, quā tormentis? Non vides quantus ſit eorum numerus, qui perperam abutantur, & pereunt? Quare igitur nonnullos opibus cumulat? Non vides quanta ſit eorū turba, qui ob paupertatem animos deſpondent? Quare igitur hunc potius quā illum? Obſecro te, ſingulorum iudicium illi cōmittas, qui vniuſcuiuſque mentem perſpectam habet: nos enim non perinde perſpicaces, & acuti ſumus. Verùm hæc ſufficiant. Nam alias quoque rationes non vno loco declaraui.

Iſid. Pel: *Quare pij præ cæteris affligantur.*

S. Auguſt.

Euag:

A

B

Quod ſi Phenennam illam, Annæ æmulam, obiurgatricem cooſcientiam, ſiue ſynтereſim interpretari velis, quę clam admiſſi ſceleris conſcium pectus exedit, habebis hic profectò graphicè depictam pœnitentis imaginem, qui ieiunio, & lachrymis iniquitatum ſuarum maculas obliterare contendit.

Versvs 8.

Dixit ergo ei Elcana vir ſuus: Anna, cur fles? & quare non comedis? & quam ob cauſā affligitur cor tuum? numquid nō ego melior tibi ſum, quàm decem filij?

Fabvlatvr Philo ille Biblicus, cui immeritò præponitur D. Hier. eocomium, ex lib. de ſcript. Eccl. non modò quia inter Philonis Iudæi luculenta monumenta huius operis non meminit: ſed quia etiam fabulas multas, & quidem admodum repugnantes continet, vt legenti facile eſt deprehendere. Apparet autem emerſiſſe è ſchola Valentinianorum, quantum coniicere potui, cū ex aliis locis, tum præcipuè ex Cantico pueri Dauid, quem cecinit eo tēpore quo victus eſt in regē. Fabulatur, inquam, de Elcana, electum primū fuiſſe in ducem populi, ſorte, à populo, at mortem ſpontaneam ooeri prætuliſſe, ſi ſubire cogeretur. Conquerēti verò populo, ducē, & Prophetam ex altera ſua vxore ſterili promiſiſſe. Portò hæc verba Elcanæ ita reddidit: Quare triſtis es, & quare non es, & vt quid concidit cor tuum in re? Nonne meliores ſunt mores tui ſuper decem filios Phenennæ? Hæc ille, horum verborū ſenſum minimè aſſecutus, quantum arbitror. Quanquam etiam potuit Elcana hęc dixiſſe, quo fidem faceret ſuæ in Annam beneuolentiæ, atque omnem ab ea ſuſpicioois nebulam abſtergeret.

Philo Bibl.

C

D

Cvr *fles?*] Et miratur adhuc quiſquam cur Monachi, Leuitæ, & Sacerdotes cœlibē vitam degant? cùm eo tempore, quo & repudium licebat, & bigamia aliud tanquam malorum remedium adhibebatur, rixantibus inter ipſa ſacra mulieribus, Elcana in ferenda altera, altera conſolanda totus occupetur.

Nuptiarum incommoda. Ab his meritò Sacerdotes, & Monachos abſtinere.

O miſeros (inquit Alexis Comicus) *qui vendita vita libertate & deliciis,*
Vxorum ſerui viuimus pro liberis.
Ac deinde accepta dote nonne multam patimur
Amaram quidem & plenam muliebri bile?
Nam ira virorum comparata cum illa, mel eſt:
Siquidem viri iniuriam paſſi condonant:

Alexis Comicus.

Hæ verò iniuriam facientes etiamnum accuſant.

Antiphan: Antiphanes etiam alter Comicus de nuptiis diſſerens,

Hic ille dies, inquit, *hæc illa nox, noua fortuna*
initium nouaque ſortis eſt.
Magnum enim certamen homini nuptiæ adferunt.
Si enim minus idonea contigerit vxor
Tibi data, quo pacto calamitate vſurus es?

Et poſt nonnulla eius generis.

Agedum ne denuò, inquit,
Bilem mouentia dicamus: dicantur quæ ſunt omnium
commodiſſima.
Quid enim iucundius homini muliere grata? quidnam dul-
Cius præſertim iuueni? at in eodem ipſo in quo
Iucunditas ineſt, propè ſanè & moleſtia præſto eſt:
voluptates enim
Non ipſa ſola ingrediuntur, ſed earum comites ſunt
Dolores & labores.

Denique, *Ego*, inquit, *ſi mihi accederet*

Alterum corpus tale, quale ſum ego, mihi ſic viuere
nequirem,
Mihi multa negotia exhibens, tum pro valetudine
Corporis, tum pro quotidiano victu colligendo,
Et pro gloria, & temperantia, & nominis celebritate,
& bona [terum tale,
Exiſtimatione. Quid igitur ſi mihi accedat corpus al-
Quod mihi perinde ſit accurandum? Igitur conſtat
mulierem marito, ſi vel [exhibere,
Sit ex animi ſententia, nihilo maiores beneuolentias
Et minores moleſtias, quam ſibi quemque, tum propter
valetudinem duorum
Corporum, tum pro victu colligendo, próque
Tẽperantia, & bona fama. Age verò naſcantur liberi:
Curis iam omnia plena, & excitur iuuenilis
Vigor ex animo, & non iam idem qui fuit vultus eſt.

Quod ſi optima mulier, & quæ, vt ait Poëta, ex animi ſententia contigerit, tantas tamen moleſtias viro exhibet, peſſima quid faciet? Miſerum, opinor, tãquam omnium hydra malorum ærumnis conficiet. Incõpoſitam moribus vxorem, miſeriam exornatam vocat Epicharmus Comicus, ἀτυχίαν κοσμουμέναν. Menander verò plenum malis onus. Et alibi:

Epicharm.
Menand.

Γαμεῖν ὁ μέλλων εἰς μετάνοιαν ἔρχεται.
Vxorem ducturus ad pœnitendam pergit.

Cur fles? Optimi coniugis officium facit, cõmunem reputat conſortis ſuæ mœrorem. *Cur fles?* Tametſi non ignorat, cauſam tamen percontatur: leuat enim animum mœrentẽ luctus quædam quaſi per ſermonẽ egeſtio, exhauritur gemitu, lachrymis diluitur, & querelis prorſus extruditur. Quamobrem bene admonet S. Iſid. Peluſ. l. 3. Ep. 8. Quandoquidem, inquit, ei, qui mœrore obrutus & profligatus eſt, moleſtorũ narratio ſolatij nonnihil affert, ac præſertim cũ ad ſynceros amicos fit (ſilentio quippe ingraueſcit calamitas. Permulti ſiquidem ob pectore preſſas, ac ſilẽtio traditas miſerias ſuas in graues & periculoſos morbos inciderunt) idcirco eos, qui calamitates ſuas commemorare cupiunt, blandè ac ſuauiter admittere oportet, ac poſteaquam illi per huiuſmodi ſermonem dolore leuati fuerint, tum demum, eam, quam par eſt medicinam adhibere.

S. Iſid. Pel. *Flatu querelíſque leuatur dolor.*

Nonne *melior tibi ſum quàm decem filij?*] Hoc

A dicit: Ego quidẽ, Anna, tanti doloris tui cauſam cõpertam habeo. Propterea enim doles, & mœrore contabeſcis, quoniam liberis, & fœcunda ſobole minimè aucta es. At ſi teipſam diſpicias, & me, qui vir ſim, ſedulò intuearis, illiberalem hãc triſtitiam prorſus animo expues, & omnem ægritudinem animi tui cõſilio ac ratione depelles. Nunquam enim, tametſi liberos decẽ ſuſceperis, tantum ab illis ſolatij quantum à me vno percipies. Nam ſi quidem amor quæritur, quod eſt mœroris amuletũ præſentiſſimum; aut ſi te cuiuſquam ſecundum Deum charitas delectare poteſt, quæ debet eſſe votorũ ſumma tuorum: Ergúne quiſquã vllo in tempore reperietur, qui de amore in te pari mecũ certet? Nam patrem quidẽ & matrem, naturę reuerenda nomina, vel potius numina, propter te vnã, cariſſima, dereliqui, & vltrò natalium meorum oblitus, eos, à

Maritus filiis decem præferendus.

B quibus hanc animam hauſi, & ſpiritum duxi, dilectioni in te meæ poſtpoſui. Sed neq; tu, ſi rem accuratè atque ex animo perpẽdas, aut habuiſti aliquando, aut etiam poſthac habitura es, quem pari mecum amore complecti debeas: Non parentes, opinor, ſed neque liberos. Nam ſi parentis quidem vtriuſq; dignitatem ſpectes, ab illis, vt eſſes, accepiſti viuendi principium: ſi liberos, demus illos maternæ ſubſtantiæ delibationem eſſe nõ ignobilem, ac proinde nec mediocriter adamandos. Vt tamen demus hæc omnia, non erunt adhuc, dulciſſima, cùm noſtra ſingulari amicitia comparandi. Nam tu quantacumque demum es, tota mea es: nam duo certè Deo quidem arbitro, teſte autem Scriptura in vnam carnem coaluimus. Vt quid igitur me viuo atque præſente, torquet te & angit filiorum orbitas? Quod ſi vtilitatem ſpectes, fouet maritus vxorem, vt carnem ſuam: filij verò parentibus non theſaurizant. Si honorũ titulos, eos ego tecum

D communico, filij in propriam familiam transferunt. Si vitæ indiuiduam conſuetudinem, parem cum filiis mater ſperare non potes.

Nonne *melior tibi ſum quàm decem filij?*] Feles ob fœturam ſolùm, vt author eſt Herodotus, mari ſe permittunt: vbi ſunt enixæ latẽt maſculos. At illi, vt ſua libidine potiantur, prolẽ nacti enecant, ſicque denuo illæ ſe ad mares conferunt. Huic igitur animantium generi potior eſt ſoboles marito. At quod mirere magis, etiam in ea ſpecie quæ rationis eſt particeps, vxor inuẽta eſt, quæ vtriſque, id eſt, filiis & marito fratrem

C præferret. Nam cũ Intaphernes vnus ex ſeptem Perſis, qui Magos ſolio deturbarant, ob crudeliter cæſos, & naribus auribúſq, truncatos regis cuſtodes, capitis damnatus eſſet, réxque vxoris victus lachrymis optãdi vnius, quem ex tota familia potiſſimum liberari vellet, poteſtatem feciſſet, re ſecum deliberata fratrem elegit, regique percõtanti, qua ratione ducta viro filiiſque prætermiſſis fratrem elegiſſet, qui filiis quidem naturæ gradu eſſet remotior, & minus iucundus quàm maritus, reſpondit: Maritus mihi alius, ſi Dæmon voluerit, atque alij liberi, ſi hos amiſero eſſe, poſſunt: alius frater, parentibus iam vita functis, nulla ratione poteſt eſſe. Cuius ille oratione delectatus, etiam filium natu maximum indulſit, reliquis interfici iuſſis.

Intaphernis vxor viro filiiſque fratrem prætulit.

Parens, coniunx, filius, horum præ cæteris, cuius ratio in extrema neceſſitate habenda ſit.

Docent nihilominus Theologi, ſi neceſſitas aliqua talis incidat, quæ pluribus in ſummo diſcrimine conſtitutis opem ferre non ſinat: tum, cùm neceſſariò alter alteri præferri debeat, & omnes ex æquo laborent, filio quidem patrem anteponendum eſſe, marito autem filium. Nam pater quidem, ſi quid poſſumus, à nobis ſuo quodam iure repetit, vtpotè à quo etiam vitæ vſuram accepimus. Filius autem, iuſtitiæ perſoluto debito, in reliquis primas partes occupat, vtpote cùm pars noſtri eſſe cenſeatur. Marito verò deinceps nemo comparandus. Quanquã nec ſine ſcrupulo parentẽ, filiumve marito prætulero. Etſi enim coniugalis nexus naturæ vinculo poſterior ſit, attamen, quòd de reliquis dici non poteſt, copulante gratia in vnam carnem ambo compingit. Sed, ſiue in difficillimis temporibus maritus genitori, cariſque pignoribus præferendus ſit, ſiue poſtponendus, certiſſimum eſt, extra id tempus, quòd rariſſimè aut nunquam accidit, maritum præ cæteris omnibus ſingulari amore, cultu, atque obſeruantia eſſe colendum. Secundum virum autem, ſiue cùm adhue ille ſuperſtes manet, ſiue poſtquam vitæ curſum confecerit, liberi, ſi ſint officij memores, non modò voluptatem maximam, verumetiam ſpem bonam, & ſecuritatem matri afferunt. Nam deficiente viro illi matris curam ſuſcipiunt, eo tempore, quo plus auxilij indiget. Huiuſcemodi in parẽtes pietatem Græci θρεπτήρια vocant. Apud Homerum adoleſcens in bello cadens queritur non potuiſſe threpteria, id eſt, viciſſitudinem nutricationis parentibus referre. Extat nobile mulieris exemplum apud Valerium, quæ parentem in cuſtodia fame necandam clam vbere aluit. Ad feras vſque charitatis huius ſenſus pertingit: nam apud Ælianum ciconiæ parentes ſenectute graues, alia ſuſtentant, cibo fouent.

θρεπτήρια quid vocentur.

Quare vir ipſa ſobole melior ab vxore habendus ſit.

Itaque filij quidem lectiſſimæ ſuæ parenti chariſſimi eſſe debent; non tamen, vt non his pluribus maritus ſit præferendus. Nam quæ ſpes eſt aliqoando facturos filios, illa primùm minora ſunt, quàm quæ vir ipſe ſuppeditat. Deinde, longa patientia opus eſt, dum adoleſcant. Ad hæc, non ignorat, quàm ſint incerti animi hominum, & ætas puerilis anceps & lubrica. Præter quæ etiam dubius eſt futuri temporis exitus, & in caſu poſitus. Poſtremò, quicquid tandem ſit, diuturna cura ac ſolicitudine eſſe redimendum. At contrà in coniuge, ampla, parata, & expedita habet omnia: cuius cùm ea neceſſitudo, quæ ad ſummam beneuolẽtiam peruenit, perpetua vtriſque officij conſtituta eſt. quam deinde ſuauiſſima quædam vitæ ratio cõplexa eſt, quam rerum omnium communio, mutuum ius, & par vtriuſque obnoxij corporis poteſtas ac ditio efficiunt: quam non reliquæ omnes amicitiæ neceſſitudines, non quarumcunque rerum iucũditas exæquarint. Vnde non immeritò Elcana ſe meliorem decem filiis apud vxorem prædicat. Id quod tametſi iure facere videatur, non deeſt tamen neſcio quis ſcrupulus, qui eam ſententiam temeritatis ſuſpectam reddat. Nam ſi reſpectum ad prolem non habeas, cuius ſpe & expectatione nuptiæ contractæ ſunt, perit ius omne conſuetudinis illius, quæ matrimonio gratiam iucunditatemqoe conciliat. Nam libido ſterilis, licet illa ſenſum aliquem voluptatis rapiat, non poteſt non eſſe cum turpitudine & cõſcientia cõiuncta. Aberrat enim quàm longiſſimè à ſcopo nuptiarum. Id quod uon modò nos, qui fidem ſequimur, ſanctorum authoritate probare poſſumus: ſed etiam priſci homines, quos ſola naturæ vis & ratio inſtituit, ſuis legibus atque inſtitutis teſtatum reliquerunt. Gothofredus ad l. 220. ff. de verb. ſignificatione hæc habet. Lex Iulia Miſcella remittebat conditionem viduitatis iis, qui intra annum iurarent ſe liberorũ procreandorum cauſa nuptias contrahere, vt Spu. Carbilius iuraſſe dicitur lib. 4. Gellij cap. 3. & Iunia Norbana teſtatò interponebatur, liberorum quærendorum cauſa vxorem duci; eáque formula tabulis nuptialibus ſolebat inſeri. *Tacit. 2.* Hinc Auguſtinus 3. *contra Iulianum.* Pudicitia coniugalis facit quod præſcribunt tabulæ matrimoniales, ne vltra quàm generandis filiis ſatis eſt, coniogis corpus attrectetur. Idem ſerm. 224. vxor non propter libidinem, ſed propter filiorum procreationem accipitur. Denique ipſæ tabulæ matrimoniales hoc continent, liberorum procreandorum cauſa: Et 1. *de nuptiis ad Valerium Comitem,* Vt ſecundum matrimoniales tabulæ, non niſi liberorum procreandorum cauſa concumbant, *V. Cuiac ad Nouell.* 22. *S. Ambroſius ſuper Lucam.* Qui non cauſa procreandæ ſobolis, ſed explendæ libidinis ſibi inuicem copulantur, non tam coniungi, quã fornicari videntur.] Quod ſi verum eſt, non abs re queri poteſt, quòd illud eſſe velit, in quo ſe meliorem decem filiis Elcana iactitet? Verumtamen reſponderi poteſt, alios eſſe præterea fines nuptiarum: vt puta conſtitutionem familiæ l. 9. Cod. de quæſtionibus. Tobiæ 10. 1. ad Timoth. cap. 5. viciſſitudinem munerum inter virum & vxorem. Xenophon in Oeconomico: vitationem fornicationis, & humanitatis ſolatium. 27. queſt. 1. cap. Nuptiarum. 1. ad Corinth. cap. 7. Denique honorem Dei, cuius maximè gloria in Sacramentis nouæ legis elucet. Quæ omnia ſi cum iis conferas, quæ ex prole percipiuntur, non erunt vlla ratione liberi cum viro comparandi. Accedit ad hæc, quod iam antea ſatis probabimus, eam eſſe vim ac magnitudinem coniugalis amoris, vt ſecundum Deum nihil illo melius, nihil dulcius, aot acceptius eſſe qoeat. Ex quo ſequitur, vt nec meliorem quidem ſuo viro quemlibet alium, aut chariorem mulier habere debeat. Poſtremò, quod attinet ad eam partem conſuetudinis, quam plurimi faciunt, qui voluptatem ducunt eſſe ſummum bonum: iis, qui legitimo matrimonio iuncti ſunt, non videtur omnino negari poſſe, tametſi prolem longo tempore non ſuſceperint. Et quanquam Elcanæ ſententiam ad præcedentia magis referam, nihil tamen oberit, quod nonnunquam à nobis quæritur, etiam hoc loco inueſtigare.

D. de verb. ſignifi. Gothofredus.

Vetus formula tabularum matrimonialium.

Non vnus eſt finis nuptiarum.

Digitized by Google

An qui educationis filiorum onus detrectant, & augeri multa ſobole propter inopiam verentur, vxoris illa conſuetudine frui poſſint, & dare operam liberis liceat, cùm liberos ipſi nolint?

ALIENA eſt enim ea voluntas à propoſito nuptiarum, & pugnare videtur cum ea intentione, quæ tabulis matrimonialibus continetur. Itaque nonnulli eos, qui eiuſmodi ſunt, ſceleris accuſant: plures tamen negant diuinæ legis culpam ſuſtinere, ſed habere id genus leuiorem quandã offenſionem, quæ veniam mereatur. Sic porrò vtrique ſe loqui intelligunt, vt cenſeant, ab iis, quorum libido arguitur, nihil malæ artis adhiberi, quò naturæ beneficium ſpemve prolis expugnent. Qui mihi tametſi nonnihil dicere videantur, ſequar tamen communiorem ſententiam, quæ nullum in iis crimen agnoſcit: ſed perturbationem illam animi, ſiue impetum libidinis, quicunque eſt, in gratiam matrimonij condonari ſentit. Verumtamen, vt primi quidem aiunt, ea voluntas contra rationem venit inſtitutúmque connubij. Quod cùm faciat, abſolui mortali crimine non poterit. Imò maximè. Nam vt hoc verè dici poſſet, deberet eſſe certa ac deliberata voluntas. Iam verò quî talis eſſe queat, cùm à medus abhorreat? Videbitur igitur ea voluntas, potiùs ad imperfectam voluntatem pertinere. In illa verò hærere lethalis culpa non poteſt. Quæ quidem non in ſolo præcipitis deſiderij impetu poſita eſt, aut à ſolo iudicij defectu pendet, verumetiam, ſi finem quidem volumus, nolumus autem per quæ finis obtinetur, imperfecta voluntas eſt. Hic porrò, qui finis experitur, licitus ille eſt & conceſſus, ſaltem ex indulgentia nuptiarum. Non enim, opinor, odio prolis hoc experiunt, aut contemptu diuinæ inſtiturionis: ſed voluptatis gratia quam ſectantur, & detrectandi oneris cauſa, à quo abhorrent. At vtrumque licet, & libidini ſatisfacere, & prolis moleſtias fugere. Sed non licet medijs turpibus & inhoneſtis. Verùm eſt: quare etiam illa auerſantur. At videntur voluntate ipſa peccare. Oſtendo nullam eſſe. Quæ enim voluntas intelligi poteſt, quæ à ſeipſa diſſentit? Dici non poſſunt finem amplecti, ad quem neceſſaria inſtrumenta repudient. Vellent tamen ſibi licere. Nihil refert, modò nolint id, quod prohibetur, in ſe admittere. *Sentio*, ait Apoſtolus, *aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ.* Et tamen confidenter loquitur, *Nihil mihi conſcius ſum.* Itaque S. Auguſtinum, cuius deinceps plura teſtimonia proferam, ſic interpretor, cùm ait, cap. 5. lib. *de bono coniugali:* Vt vel nolint ſibi naſci filios, vel etiam opere aliquo malo agant ne naſcantur.] Vt intelligam, priorem illam partem diſtinctionis, *vt nolint*, ad voluntatem efficacem referri: quæ vtique ſtare non poteſt, ſi ex animo repudient, quæ ad effectum conferunt. Repudient, inquam, non illiberali aliqua formidine, quæ ſolum actum exteriorem inhi-

Non peccant mortaliter qui dant operam liberis, tametſi liberos ipſi nolint.

S. Auguſt.

A beat; ſed filiali, quo vereantur Deum offendere. Quod quidem iſtic eo argumento fieri deprehendes, quòd non ſolùm cauent ab illicitis perpetrandis, ſed etiam voluntate ipſa refugiunt atque execrantur.

De peccato veniali maior eſt difficultas. Siquidem præter naturalem æſtum libidinis, & primum impetum voluntatis, negari non poteſt turbidus aliquis concupiſcentiæ motus, qui ſit cum efficaci voluntate coniunctus: qui tametſi non eoúſque prorumpat, vt ſtatutos à Deo fines legitimi concubitus tranſiliat, attamen, præter id, quòd imperfecto deſiderio pugnat cum diuina inſtitutione, quod vitio verti poſſe non credimus, niſi fortè reflectenti, & tale deſiderium electione ſua comprobanti at-
B que amplectenti: apparet luxurioſior quidam pruritus libidinis, præter legiſlatoris mentem concubitum appetentis, quæ manifeſta ratio eſt venialis peccati. Licet enim nuſquam alibi, quàm in ipſo ſinu nuptiarum florem voluptatis colligar, deſiderium tamen illud prolis non adhibet, cuius gratia legiſlator eam valere iuſſit, vt eſſet hominibus illecebra procreandi. Quod probari iterum poteſt ea ſimilitudine, qua S. Auguſtinus vtitur, eiuſdem libri cap. 16. Nam quod eſt cibus, inquit, ad ſalutẽ hominis, hoc eſt concubitus ad ſalutẽ generis, & vtrúmque non eſt ſine delectione carnali. Quod eſt autem in cibo licito nonnullus immoderatior appetitus, hoc eſt in coniugibus venialis ille concubitus.] Ergo à culpa veniali non erit immunis ille concubitus. Quis ambigat, inquit
C idem Sanctus cap. 10. eos peccaſſe, quibus venia datur? Illum, ait, concubitum ſecundum veniam concedit Apoſtolus, qui ſit per incontinentiam, non ſola cauſa prucreandi, & aliquando nulla cauſa procreandi: quem nuptiæ non fieri cogunt: ſed ignoſci impetrant, ſi tamen non ita ſit nimius, vt impediat quæ ſepoſita eſſe debent tempora orandi, nec immutetur in eum vſum qui eſt contra naturam.] Qua fronte igitur negabimus veniale peccatum admitti? Quod eius nulla ratio habeatur in gratiam nuptiarum. Eiuſmodi enim, vt arbitror, peccatum à nobis non quæritur, cui ſingulari iure nuptiarum venia debeatur: ſed, quod cùm admiſſum erit, remiſſione indigeat. Vix enim in alio ſenſu de peccato ſiue mortali ſiue veniali loquimur, quàm vt intelligamus, mortale eſſe quod mortem afferat: veniale, quod facilè
D veniam conſequatur. Si quod autem vitium eiuſmodi eſt, quod noua remiſſione & pœnitentia non egear, tametſi nonnulla turpitudine non careat: attamen ne inter venialia quidem cenſeri ſolet. Coniugalis concubitus, inquit S. Auguſt. ibidem cap. 6. generandi gratia non habet culpam: concupiſcentiæ verò ſatiandæ, ſed tamen cum coniuge, propter fidem thori venialem habet culpam. Et iterum. Iam in ipſa quoque immoderatiore exactione debiti carnalis, quam eis non ſecundum imperium præcipit, ſed ſecundum veniam concedit Apoſtolus, vt etiam præter cauſam procreandi ſibi miſceantur: etſi ipſos praui mores ad talem, concubitum impellunt, nuptiæ tamen ab adul-

S. Auguſt.

1. ad Cor. 7.

Qua ratione peccent, aut non peccent venialiter, qui dant operam liberis citra prolis intentionem.

Digitized by Google

terio ſeu fornicatione defendunt. Neque enim propter nuptias admittitur, ſed propter nuptias ignoſcitur. Debent ergo ſibi coniugati, non ſolùm ipſius ſexus ſui commiſcendi fidem, liberorum procreandorum cauſa, quæ prima eſt humani generis in iſta mortalitate ſocietas: verumetiam infirmitatis inuicem excipiendæ, & cætera, quæ pluribus toto eo libro inculcat, ex quibus promptum erit ſoluere quæſtionem.

QVAM *decem filij*.] Numerus certus pro infinito, id eſt, vel plures etiam quàm Lia, ſiue multi. Photius in Bibliothecæ ſuæ authore 187.

Nichomachus apud Photium.

Nicomachi Geraſeni Arithmeticorum Theologicorum libros duos ſummatim complectẽs, inter cætera de Denario ex eiuſdem ſententia hæc habet.

Denarij numeri dignitas.

Denarius denique eſt vniuerſum, Deus ſummus, & Deorum Deus, quod manuum pedúmque decem ſint digiti, decémque, vt Logici vocant, prædicamenta, & orationis partes decem. Omnia enim ipſi decas vt ſit, allocutionem cæteris orationis partibus apponit & ſupplementum. Quid attinet dicere, complecti illum hic ſolida, plana, paria, imparia, pariter imparia, perfecta, prima, ſimplicia, æqualia, inæqualia, decem ipſas habitudines, ſphærica, circularia, ad genituras atque imitationes ſpectantia, & his conſentientia. Vt itidem ipſi decas ſit mundus, cælum, fatum, æuum, potentia, fides, neceſſitas, Atlas indefeſſus Deus, Phanes ſol, vrania, memoria Mnemoſyne. Vocatur etiam ab ipſo ὑπέρθεος ſuper-Deus. Verùm his nil opus eſt nobis. Satis enim erit ad demonſtrandam eius numeri vim atque infinitatem, obſeruaſſe, quicquid in vlla ſpecie numeri reperitur, denario contineri. Numerum autem filiorum non addere ad proſperitatem,

Miſera fœcunditas.

Priamus exemplo eſt; & poſt eum Artaxerxes Mnemon cxv. ſuſceptis liberis, quorum magnam partem ei inſidias parantem de medio ſuſtulit. Proximis quoque temporibus Barnabas vicecomes 30. relictis quorum nemo regnauit.

Volaterran.

Verùm numero cunctos ſuperauit Cõradus, qui ante hos annos deceſſit ex Regia Poloniæ domo Maſouiæ dux 8. ſuſceptis: ex quibus tantùm quatuor legitimi, ſuperſtites verò plures. Vnam verò Thyeſtæam domum noſtra ætate referam Franciſci Buſali ciuis Rom. nobilis ac prædiuitis, qui duos filios mutuis vulneribus ſe petentes vidit, totidem ob ſeditionem ſecuri percuſſos: alium nouercam interficientem, filiam verò apud virum ſe ſe veneno necantem. Ex quo Euripides ait, bonum eſſe incognitum, carere liberis. Collegit Volaterranus lib. 3. Philologiæ. Gadatas certè Eunu-

Xenophõ.

chus, apud Xenophontem lib. 5. Cyropæd. Cyro opem ferenti ſibi dixit: Non per Deos immortales, Cyre, ſi eſſem qualis ſum natus, ac filios genuiſſem, ipſe ſcio an adeptus eſſem filiũ talem erga me. Alios enim noui filios, & hunc præſertim qui nunc eſt rex Aſſyriorum, qui maiore iam ægritudine patrem ſuum affecerit quàm te nunc poteſt afficere. Quod ſi Gadatæ dicere licuit, cur non liceat Elcanæ apud vxorem paria de ſe prædicare?

De gratia noſtris operibus longè præferenda.

Porrò ſi eundem Elcanam Allegoricè Chriſtum interpretemur; Annam animam; filios opera quæ nos facere poſſumus, non erit magni negotij oſtendere, quantùm ille quibuſcumque noſtris operibus præſtet: *Siquidem non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos,* vt ait Scriptura, *ſed per ſuam miſericordiam ſaluos nos facit.*

VERSVS 9.

Surrexit autem Anna poſtquam comederat, & biberat in Silo. Et Heli ſacerdote ſedente ſuper ſellam ante poſtes domus Domini,

Vatablus.

COACTVS feciſſe videtur Vatablus, vt priorem de loco ſacri Epuli ſententiam mutaret. Nam cùm priùs in atrio celebrari ſolitum tradidiſſet, nunc, tanquam loci cuiuſdam anguſtiis deprehenſus, palinodiam canit, & repugnantia loquitur. Victimæ, inquit, pacificæ non edebantur in atrio, ſed extra atrium, vbicúmque viſum fuerat iis, qui ſacrificium pacificorum curauerant. Nos, quemadmodum antea verſu 4. in medio relinquimus. Neque me admodum vrgere videtur illud *ſurgendi* verbum, cùm non ſolùm ad loci rationem, & tabernaculi editiorem ſitũ referri poſſit: verum etiam ad eorum, qui expletis epulis menſis abſcedunt, habitum. Qui, ſiue more antiquorum lectis accumberent, ſiue ſederent, *ſurgere* non aliter accipiendum eſt, quàm cœna peracta, menſis, vt ait Poëta, remotis, aliò ſe recipere. Exodi 32. *Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere.* Huius libri c. 20. Hebræos

Priſcos menſis accubuiſſe, ſed aſſediſſe.

tum aſſediſſe menſis, non accubuiſſe, manifeſtò proditur. Nam & cathedræ, cui rex inſideret, mentio fit. *Cumque ſediſſet,* inquit, *rex ſuper cathedram ſuam, ſecundum conſuetudinem, quæ erat iuxta parietem, ſurrexit Ionathas, & ſedit Abner ex latere Saul, vacuúſque apparuit locus Dauid.* Et iterum verſ. 34. *Surrexit ergo Ionathas à menſa in ira furoris.* An verò poſterioribus temporibus, ex quo ſcilicet, vel ipſi aliò tranſmigrarunt, vel Græcos, & Romanos complures admittere in ſuam regionem coacti ſunt, & gentium ritus præſertim ciuiles ex parte æmulati ſunt, menſis quoque accumbere didicerint, non ita facilè diiudicarim. Etſi namque vix aliter intelligere poſſimus, qua ratione dilectus Domini diſcipulus pectori Dominico inter cœnandum incubuerit, & Tobias hiſtoriæ cap. 2. ſimul ac audiiſſet inſepultum cadauer iacere in platea, ſtatim de accubitu ſuo exilierit, prandiúmque ſuum relinquens, ieiunus ad corpus peruenerit. Vereor tamen ne id vſus obtinuerit, vt Græci Romaníque aliorum ritus iiſdem vocabulis deſignarent, quibus ipſi ſuos: Et illud præcipuũ Dominici amoris argumentum, inclinatio potius quædam & innixio fuerit, quàm prona accubatio.

SVRREXIT *Anna.*] *Surrexit* igitur, id eſt, abſceſſit, aliò ſe contulit, epularem locum egreſſa eſt. Quàm ſapienter id egerit, antea te docuit ſanctus Iſidorus Peluſiota. Iocendium

POSTQVAM COMEDERAT, &c.

Patientia prudentia comes.

enim fugit, ne vel ipſa arderet, vel præſens alterius incendio fomentum præberet. Sed attende mulieris Philoſophiam: Non enim ſimul ac probris laceſſi cœpit, tanquam dolore victa, moræque impatiens loco mota eſt: quin tantiſper patienter tulit, donec facta velut abeundi poteſtate, & ſoluto conuiuio, ſine cuiuſquam offenſione recederet. Quod ſi ſe antè ſubduceret, maiores turbas excitaſſet. At ſic faciens & irritatricem fugit, quod prudentiæ eſt. Et conuiuio interfuit, quod officij fuit: Neque per illam ſtetiſſe videri omnino poteſt, ſiquidem, vt opinantur, non fuerit ſacrificij particeps, cùm non peræquè probris tanquam vi impactam animo triſtitiam amoliri potuerit.

B

POSTQVAM *comederat & biberat in Silo.*] Variant in huius loci tranſlatione interpretes. Nam alij illam comediſſe referunt: alij etiam bibiſſe: Alij verò vtrumque non ipſi, ſed Elcanæ cum altera vxore & filiis attribuunt. Inde oritur quæſtio, an aliquid Anna comederit ex eo conuiuio antequam ſurgeret. Dauid Kimhi, vt refert Vermilius, ſentit illam nonnihil comediſſe. At ſecus exiſtimat Leui Bengerſon, ad cuius opinionem ego quoque accedo, inquit Vermilius. Primùm, quia ipſa reſpondit Heli ſacerdoti ſe nihil bibiſſe. Deinde, quia lege cauebatur, ne quis triſtis & mœrens coram Domino comederet. Nam Deuter. 12. ita ſcribitur: *Comedetis coram Domino, & eritis læti.* quare non eſt veriſimile Annam, cùm eſſet pia & obſeruans diuinæ legis, aliquid voluiſſe comedere de ſacrificio, antequam à Domino conſolationem acciperet. Leuitici 10. traditur, cùm filij Aaronis Nadab & Abiu percuſſi à Domino interiiſſent, Moſen vidiſſe hircum eſſe combuſtum iratum dixiſſe: *Cur hircum nō comediſtis?* Aaronem verò reſpondiſſe: *Hæc mihi acciderunt*, vt ſcilicet liberos infœliciter amiſerim, *& ſi comediſſem, num potuiſſem Domino placere?* Propterea igitur probabilius iudico Annam in mœrore & luctu conſtitutam, noluiſſe cibum capere. Huic Vermilij opinioni fauet 70. tranſlatio, qui ſic habent: *ϗ ἀνέστη Αννα μετὰ τὸ φαγεῖν αὐτοὺς ἐν σηλῶ, ϗ μετὰ τὸ πιεῖν.* Et ita S. Chryſoſt. legit, 70. ſecutus homilia de fide Annæ. Paraphraſtes tamen Chaldæus nonnihil comediſſe docet, at bibiſſe negat. Pagninus, ſeu potius Montanus, dum non ſolùm ex verbo verbum reddit, verumetiam religiosè nimis orationis characterem ſeruat, vtrumque in ambiguo reliquit: Nam poſt bibere duntaxat & comedere, illam ſurrexiſſe ſcribit. At vulgata, eáque certiſſima Scripturæ interpretatio, vtrumque de Anna affirmare videtur, quemadmodum & Vatablus, licet aliter in Ecphraſi exponat. Vtrumque accidere potuit, vt & primùm compoſito ad lætitiam animo ſacrificij partem delibaret, & poſtea, vt animum ſenſit mœſtitia atque ægritudine tabeſcere, reliquiis abſtineret: vel certè, cùm ab initio quidem abſtinuiſſet, mariti poſtmodum ſermonibus, vt comederet, mœrorémque deponeret admonitam, morem geſſiſſe. Poſtremò, hanc interpretandi rationem probauit ſanctus Gregorius, & in ſua typica

R. Kimhi.

R. Bengerſon.

Vermilius.

Non licuit mæſtos ſacrificium comedere.

C

Paraphr. Chald.

Arias Mõt.

D

S. Gregor.

A

expoſitione ſecutus eſt. Quæ, inquit, afflicta ab æmula comedere noluit, à viro cohortata manducauit: quia quæ ſeniori conſilio ima deſpicit, perfectionem contemplationis habet in ſpe, quam nondum habet in virtute experientiæ: (Annam ille contemplationis ſtudium, Phenennam actionem intelligit) ferè enim deficienti, & collapſæ contemplationi, ſpei renouatæ gaudium cibus eſt. Ad viri ergo ſui vocem Anna reficitur, cùm contemplationis intentio concuſſa per tentationem, ab eo qui ſe amare cœperat, ad ſpem ſui profectus excitatur. Vnde ſumpto cibo ſorrexit, omnipotenti Deo preces fudit, atque ei ſexum virilem, ſi hunc ab eo accipere mereretur, vouit. Natum filium omnipotenti Deo vouet, qui gaudium contemplationis ad fructum mentis expetit, non ad fauorem vanitatis. Et iterum. Sed notandum adhuc, quia ante iſta omnia ſurrexiſſe relata eſt: & antequam ſurgeret comediſſe, & bibiſſe. Quis eſt cibus electæ animæ, niſi iuxta Veritatis vocem, *Omne verbum, quod procedit de ore Dei?* Et quid eſt ei ſurgere, niſi ſe ad ſtatum ſupernæ intentionis erigere? Ante ergo ſurrexiſſe, quàm amaro animo fuiſſe dicitur, & antequam ſurgeret manducaſſe & bibiſſe: quia electa anima de ærumna vitæ præſentis dolere non poterit, ſi ſeſe ad illa, quæ in cœleſtibus perdidit, non extendit, & ſe ad illa ſomma non eleuat, ſi à Scripturæ ſacræ pabulo ieiunat. Ibidem plura S. Gregorius.

Huius loci tropologia.

IN *Silo.*] Origenes homilia in librum Regnorum vnica, Silo, inquit, exponitur auulſio, vel excalceatio, hoc eſt, calceamenti reſolutio: & vterque ſenſus conuenienter aptatur. Locus enim in quo peccata purgantur, rectè auulſio nominatur, vbi auellitur cor lapideum, & inſeritur cor carneum: vel excalceatio, quia omnes donec ad ſanctum locum veniamus, calceati ſumus: cùm autem peruenerimus ad eum, diſcalceari iubemur. Sic dicitur ad Moſen: *Solue corrigiam calceamenti tui. Locus enim in quo tu ſtas, terra ſancta eſt.* Et Apoſtolis prohibet Dominus, ne calceamenta geſtent in pedibus. Rationem facti explicat, cùm dicit, calceos ex pellibus mortuorum animalium eſſe confectos, ac proinde & mortis in nobis quædam argumenta eſſe, quæ in illis reprobat Deus, qui ad illum accedant, id eſt, æternam vitam, quæ morti vtique obnoxia non eſt. Nec, opinor, abſurdum videri poſſit, ſi quis eum locum, in quem ad Deum conuenirent, idcirco auulſionem eſſe dictam putet, quoniam reuera domo, patria, rebus, agris derelictis, ad deſignatum locum pergebant; quò nos docerent ſuo exemplo ab iiſdem rebus ſaltem cogitatione auelli, cùm nos ad Deum referimus. Turpe eſt enim, ſi nos, qui ampliorem illis gratiam conſecuti ſumus, inferiores in diuini numinis cultu atque obſeruantia inueniamur: aut non poſſimus vel ſola animi deuotione præſtare, quod illi reipſa præſtiterunt.

Origenes.

Exod. 3.

Etymologia nominis Silo interpretatio tropologica.

ET *Heli ſacerdote ſedente ſuper ſellam ante poſtes domus Domini.*] *Super ſellam*, ſiue, vt habet Vatablus, in magno ſolio: Erat enim ſummus Pontifex.

Vatabl.

Ante poſtes domus Domini. Vatablus, id eſt, ad alterum ex poſtibus, ad alterum atrij latus.

Domus Domini. id eſt, loci, in quo erat tabernaculum Domini. Per *Echal* הֵיכָל intellige atrium, aut totum illud ædificium, quod atrium & tabernaculum fœderis complectebatur. Sacerdotibus neque edere, neque ſedere licebat in atrio, ſed extra atrium. Surrexit igitur Anna, venítque ad tabernaculum Domini, vbi ad poſtes Heli ſedebat, loco, inquit Vermilius, ei propriè attributo. Nam vt in Numeris habetur cap. 3. quatuor erant partes tabernaculi, & in ſingula quaque ſingulas familias ſacerdotum reſidere oportuit. Ad Orientem, hoc eſt, ad fores & ingreſſum manebat Aaronis familia, vt obſeruaret cuſtodiam Sanctuarij in medio filiorum Iſraël: vel, vt exponit Vatablus, cuſtodiam Sanctuarij, & cuſtodiam filiorum Iſraël. Religionis enim obſeruantia, cùm ſit penes ſacerdotes, ſi incorrupta manet, eadem populum incolumem præſtat & tuetur. Ad Occidentem Gerſonitæ: ad Aquilonem Meraritæ: ad meridiem Caathitæ. Iure itaque ſummus ſacerdos in tabernaculi aditu ſedebat. Quod item alia de cauſa congruebat: quia introeuntes multa de iudiciis, de ceremoniis, & voluntate Dei rogabant, quare oportuit ſacerdotem præſto eſſe, qui doceret & reſponderet interrogantibus. Deinde videndum erat, ne quis indignus aut immundus admitteretur contra diuinam legem. Rectè igitur ſacerdos excubabat pro foribus, niſi cùm publicè Deum precaretur, aut ſacrificaret. At noſtri Epiſcopi minimè reſident in ſuis Eccleſiis, cùm perpetuò huc atque illoc vagentur, & præſertim in aulis principum volitent, atque vbiuis potius eſſe volunt, quàm vbi eſſe deberent: ſed tamen tales ſunt, vt eos multò præſtet abeſſe, quàm ſuis Eccleſiis præſentes adeſſe: quoniam ſua turpi vita & corrupto exemplo minus nocent, quàm ſi adeſſent. Equidem quales fuerint Epiſcopi tempore Vermilij neſcimus, quanquam ex ſuperſeminatis zizaniis admodum officij ſui negligentes fuiſſe apparet: at verò nunc quales habeamus, nemo non videt. Nam etſi ſint adhuc nonnulli, qui inueteratum illum torporem non excuſſerint, complures tamen religiosè ſuum munus exequuntur. Illos autem frequentius Regum curiis intereſſe noſtrâ intereſt, imò totius Eccleſiæ: quam partim cuniculis ſubruere, partim aperta vi oppugnare, hæreticorum nullo vnquam tempore ceſſat improbitas. Sed heus tu, Epiſcoporum obtrectator acerbiſſime, memineris obſecro perfidiæ tuæ, & quomodo contempta voti religione fidei tuæ ſacramēta violaueris. Verùm ſatius erit, vt omiſſo illo, ſancti Ioannis Eleemoſynarij, Archiepiſcopi Alexandrini, Epiſcopis noſtris exemplum proponamus. Is enim cùm accepiſſet, vt refert in illius vita Leontius, multos ad eum acceſſuros, & de his, quæ illis factæ fuerant iniuriæ ſupplicaturos, ab iis, qui ipſum ſequebantur, arceri, duobus hebdomadæ diebus conſtitutis, quarto ſcilicet & Paraſceues, ſedens in templi porticibus, omnibus ſui copiam faciebat, nonnullos ex iis qui erant virtute inſignes habens ſecum confidentes. Quibus ſæpe dictitabat illud dignum quod ſcriptis & memoriæ mandetur: Si nobis qui ſumus homines, licet omnino ad Deum accedere abſque vllo interceſſore, & de quibus volumus eum rogare: quomodo non ipſi quoque noſtris conſeruis portas aperiemus abſque vllo impedimento, & cuilibet egenti benignam aurem præbebimus? Scimus enim perinde vt cuique menſi fuerimus, ita nos quoque viciſſim menſuram accepturos. Cùm autem pro ſua conſuetudine aliquando præſediſſet, nullúſque acceſſiſſet, ſurgens veſpere triſtis abſceſſit & lachrymans. Cuius rei cauſam cùm aſtantium nemo ſciſcitari auderet, diuinus qui aderat, Sophronius, Quid eſt, inquit, ô vir diuine, quod te affecit moleſtia, & ægritudine animam tuam cumulauit? Ille autem miti ac leni voce, Hodie, inquit, miſerandus Ioannes nullam à quoquam mercedem accepit, neque vllum vel minimum piaculum potuit offerre Chriſto pro multis & magnis ſuis delictis, quomodo neque alias vnquam. Quid hoc illo minus (niſi etiam maius dixeris) quod dicunt eſſe cuiuſdam Imperatoris Romani dictum? Hodie non regnauimus, quoniam neminem affecimus beneficio. Cùm itaque ſacroſanctus intellexiſſet Sophronius, quid ſibi vellet, quod ab eo dictum fuerat, Te potius, inquit, lætari oportet, & non triſtitia affici, ô Beatiſſime Domine, quod tibi commiſſum gregem feceris viuere in tanta pace, vt nullus de re aliqua cum vicino habeat controuerſiam: ſed tanquam Angeli aliqui abſque vlla lite & contentione in terra viuant. Quod cùm verum eſſe inueniſſet vir mitiſſimus, ſtatim traductus fuit ad animi lætitiam, & pro eo Deo egit gratias. Hoc dicunt etiam eum eſſe imitatum, qui Heraclio in imperio ſucceſſit, Conſtantinum, qui etiam huius diuini viri fuit filius ſecundum ſpiritum. Hæc Leontius. quæ etiam refert, Baronius Annal. Tomo 8. ad annum 610.

Vermilius.

Recte olim ſacerdotes excubabant pro templi foribus.

Leontius.

S. Ioan. Eleemoſynarij mira circa gregem ſuū diligentia.

Porrò quia Iudaicus populus adhuc ſacrificiorum ritus, vt ait ſanctus Gregorius in Allegoria, adhuc & honorem legalis magiſterij, & ſublimitatem Pontificalis dignitatis habebat, ſuper ſellam Heli ſacerdos ſedere perhibetur. Quod tamen legis magiſterium, quia non ſpiritualiter, ſed carnaliter exhibere poterat, non intra templum, ſed ante poſtes templi ſedebat. Quid eſt enim templum Domini, niſi ſpiritalis intelligentia ſanctarum Scripturarum? Poſtes autem templi ſunt lex, & prophetia. Vnde & in monte Dominus in medio Moyſi & Heliæ transfiguratus apparuit: quia tunc diuinitatis eius ſplendor aſpicitur, cùm non in occidente littera, ſed in ſpirituali legis & prophetiæ ſignificatione, eius Sacramenta requiruntur. Heli ergo ſedebat ante poſtes templi, id eſt, foris, quia Doctores Synagogæ à ſpiritali Scripturarum intelligentia expulſi erant, & tamen in ſubuerſione ſubiecti populi, auctoritatem habebant magiſterij, & dignitatem prælationis. Huc vſque S. Gregorius. Theorianus verò quidam cùm circa annum 1170. à Manuele Comneno Imperatore Græcorum ad Armenios inſtaurandæ

S. Gregor.

Allegoria.

Theorian. in legatione ad Armenos To. 4. Bibliot. Patrum.

Culpantur Armeni quòd extra fores Eccleſia pſallerent.

randæ religionis gratia miſſus eſſet, inter alia quæ apud ipſos reprehendit, etiam hoc quæſiuit à Generali, ſeu, vt vocant, Catholico Armeniorum præſule: Cur extra Eccleſiam ſacerdotes tui ſtant quum pſallunt? At ille, Doctores noſtri, inquit, qui ſeriem & ordinem rerum Eccleſiaſticarum nobis tradiderunt, ſolam diuinam adminiſtrationem intra ſacrum templum perficiendam ſtatuerunt, ingrediente ſolo Pontifice, reliquo populo foris ſtante: Cætera fieri extra templum debere, nec id citra rationem ordinarunt. Nam valdè veteribus noua præſtant, vt vmbræ veritatis. Quippe mactatur intus Dei filius pro totius mundi ſalute, maiorémque reuerentiam exhibere nos noſtro templo quàm illi apud Hebræos, par eſt. Etenim illi, ſi puri eſſent, in id ſanctum ingrediebantur, quod *mundi* vocabant; non tamen in tabernaculum, quod ſanctum Sanctorum dicebatur, & vmbra ſacri apud nos templi erat. Nos verò toti cóinquinati ſordibus, quo pacto ſanctiſſimum Dei templum ingrediamur? Quod cùm Doctores noſtri non ignorareot, ita fieri debere ſtatuerunt. Contra Theorianus eum morem aduerſari Nicænæ Synodi decretis ex eiuſdem decimo Canone oſtendit, quo iubentur fidei olim deſertores, tres tantùm annos auditores extra Eccleſiam ſtare in ferula, &c. Nam ille pluribus, deinde etiam ratioοι, ſcripturiſque repugnat. Num enim ignoramus quod Euangeliſtæ prædicant, Moſaici templi velum ſciſſum eſſe, & vſque in adyta viam nobis Chriſtum, vt docet Apoſtolus, ſuo ſanguine reſeraſſe? Quorſum igitur poſt hæc foris ſtare? Iam cœli ſacratiſſima templa patent, quod nos ingreſſu in Eccleſiam noſtro profiteri debemus.

Intellectus anagogicus.

Versvs 10.

Cùm eſſet Anna amaro animo, orauit ad Dominum, flens largiter.

Gorrhaus verbo, πικρόν.

Fivnt amara vi caloris, partim proprij & inſiti, quomodo mel vetuſtate amareſcit, partim externi & aduentitij, vt cùm igni vel ſoli diutius exponitur. Sed cùm ampla ſit caloris latitudo, immodicus acria, moderatus dulcia, medius amara efficit. πικρόχολοι autem dicuntur ab Hippocrate qui amaro humore, qualis eſt flaua bilis, redundant, quaſi amaræ bilis homines. Colligitur autem humor ille aliquando toto corpore, aliquando ſuperiore corporis parte, vt Paulo Rhetori, ſicut Galenus narrat: quandóque verò inferiore, vt Eudemo Philoſopho. Itaque pro locorum in quibus ille regurgitat varietate, πικρόχολοι τὴν ὅλην ἕξιν, ἢ τὰ κάτω ἢ τὰ ἄνω, hoc eſt, Picrocholi toto habitu, aut ſuperius partibus, aut inferioribus, ab Hippocrate appellantur. Talem habitum à natura Anna non habuit: ſed cùm ab æmula iræ faces ſubminiſtrarentur, non accendi non potuit. Naturaliter enim ex iniuriis iniuſtis ira naſcitur, quam eſſe definiunt feruorem caloris in corde. Feruet autem tantopere calor iratis propter immoderatum & impotentem motum facultatis iraſcibilis, quòd in illo animi affectu, atque perturbatione, non modò cordis partes tumultuantur, & motibus maximis atqoe incompoſitis agitantur, indéque incaleſcunt: ſed etiam bilis feruet, quæ in venis, arteriis, hepate, ſuóque folliculo continetur. Inde igitur totum corpus amareſcit, & ipſa quoque ſaliua linguam moleſtè exaſperat. Verùm ſi conferas, nihil illud videtur præ mentis amaritudine, quæ ſeipſam ſuo veneno conficit, & aliis quoque periculum creat. Nam ad eam animi acerbitatē, niſi occurras, protinus conſequitur vindictæ appetitus. Quanquam duplex eſt apud Theologos animi amaritudo. Altera quidem iræ ſpecies. Altera effectus quidam rancoris, qui ex triſtitia oritur. Rancorem autem illum, non vt ſolet aliquando, odium interpretamur, ſed indignationem quandam aduerſus eos, qui nos ad ſpiritualia bona inducunt, quorum nos difficultas contriſtat. Ita namque D. Thomas 2. 2. quæſt. 38. Artic. 4. Alteram verò quæ ad iram pertinet, eiuſdem ſpeciem ſecundam conſtituit. Nam tres ſunt ſpecies iræ, inquit D. Thomas 1. 2. Quæſt. 46. Art. 8. quas ſanctus Ioannes Damaſc. & ſanctus Gregorius Nyſſenus aſſignarunt, quæ ſumuntur ſecundum ea, quæ dant iræ aliquod augmentum. Quod quidem contingit tripliciter. Vno modo, ex facultate ipſius motus: & talem iram vocat fel, quia citò accenditur. Alio modo, ex parte triſtitiæ cauſantis iram, quæ diu in memoria manet: Et hæc pertinet ad maniam, quæ à manendo dicitur. Tertiò, ex parte eius quod iratus appetit, ſcilicet vindictæ: Et hæc pertinet ad furorem, qui nunquam quieſcit donec puniat. Vnde Philoſophus in 4. Ethic. quoſdam iraſcentium vocat acutos, quia citò iraſcuntur: quoſdam amaros, quia diu retinent iram: quoſdam difficiles, quia nunquam quieſcunt niſi puniant. Et iterum de amaris, 1. 2. quæſt. 158. Art. 5. Habent, inquit, iram permanentem propter permanentiam triſtitiæ, quam inter viſcera tenent clauſam: Et quia non prorumpunt ad exteriora iracundiæ ſigna, non poſſunt perſuaderi ab aliis, nec ex ſeipſis recedunt ab ira, niſi prout diuturnitate temporis aboletur triſtitia, & ſic deficit ira.] Hanc peſtem animæ Scriptura pluribus locis execratur. Deuteron. cap. 29. *Ne ſit inter vos radix germinans fel, & amaritudinem. Viri diligite vxores*, inquit Apoſtolus ad Coloſſ. cap. 3. *καὶ μὴ πικραίνεσθε πρὸς αὐτάς. Et ne ſitis amari ad eas.* Iacobi cap. 3. *Si autem amarum zelum habetis, εἰ δὲ ζῆλον πικρὸν ἔχετε, Et contentiones ſunt in cordibus veſtris, nolite gloriari & mendaces eſſe aduerſus veritatem. Non eſt iſta ſapientia deſurſum deſcendens, ſed terrena, animalis, & diabolica.* Quid dici potuit deteſtabilius? Quomodo igitur illam fœminam ſapientem dicimus, quæ amaro eſſet animo? *Mors in olla vir Dei,*

Bile corpus amareſcit.

Hippocrates.

Illata iniuria iram ſuſcitat: Ira calorem bilemque toto corpore accendit.

Qui dicuntur amari Theologis.

S. Thomas.

Ira tres ſpecies.

Ariſtoteles

S. Thomas.

Amaros Scriptura reprobat.

exclamat quidam, qui colocynthidum ſenſum amaritudinis guſtatu percipit: quomodo non magis, qui felleum rancorem corde & animo?

Amari etiã dicuntur qui ærumnis confecti ſunt, aut animi ægritudine laborant.

Verùm fortaſſis, non qualem hactenus amaritudinem deſcripſimus, talem hic quoque intelligere licet. Nam & Noëmi Ruth 1. cùm diceret, *Nolite me vocare Noemi, id eſt, pulchram, ſed mara, id eſt amaram, quia valdè amaritudine repleuit me Omnipotens.* Non tale aliquod vitium ſibi Deum indidiſſe ſignificabat: ſed id potius quod explicandi gratia ſubiecit, nimirum, cùm diuitijs florens, atque opibus firma egreſſa eſſet, viduam, atque inanem, orbatámque domum repedaſſe: quæ res non mediocrem illi moleſtiam afferebat. Septuaginta verò interpretum auctoritas apertè prohibet, ne vitio verti poſſit. Nam cùm vbique Hebræus textus, quemadmodũ & Paraphraſis Chaldaica, *Marah*, quod amaram ſonat, habeat, Noëmi nomine καλοῦσί με πικράν reddiderunt. At de Anna, καὶ αὐτὴ κατώδυνος ψυχῇ, quod eam amaritudinem denotat, quæ in patiendo tota ſit, citra vindictæ appetitum. Nam appetitus vindictæ, ſeu vlciſcendi libido, iræ, vt volunt Philoſophi & Medici, acceſſorium eſt, non eius præcipua ratio aut eſſentia. Quapropter, etſi fieri non potuit, quin per tot annos continuè opprobrijs vexata, exaſperaretur: neque enim ſilice nata erat: nunquam tamen huc illam animi ægritudo impulit, vt iniuriam rependere optaret. Triſtitia autem affici, mœrore conſternari, aut etiam ira accendi, humani ſenſus, vt opinor, indicium eſt, non voluntatis vitium, quemadmodum nec pro viribus à ſe depellere, ſi quid aduerſi inciderit. Ignem excutere, ſi corripuerit; aut corpus contrahere, ſi quid pupugerit: At ei qui damnum intulerit parem referre velle, aut ſimili detrimento afficere, neque iacturæ reſtitutione eſſe contentum, ſed inſuper vltionem appetere, id verò iam non à recta ratione, aut humano ſenſu videtur proficiſci: ſed potius ab improbo quodam Dæmone, aut morbo animi, qui naturam infecerit. Quandiu autem nihil præter naturalem animi commotionem, aut etiam perturbationem obieceris, neque nos quicquam de illius laudibus detrahemus. Tantum enim abeſt, vt eiuſmodi perturbationes vituperandas, aut damnandas putemus, vt potius arbitremur virtutis ſtudio plurimùm conferre poſſe. Herodem Atticum Conſularem virum diſſerentem audiui, inquit Gellius, contra ἀπάθειαν Stoicorum. Laceſſitus is fuerat à quodam eorum, quod minus fortiter ferret mortem pueri quem adamauerat. Summa autem diſputationis hæc fuit. Quòd nullus vſquam homo, qui ſecundum naturam ſentiret, & ſaperet, affectionibus iſtis animi, quas πάθη appellabat, ægritudinis, cupiditatis, timoris, iræ, & voluptatis, carere & vacare totus poſſet; atque ſi poſſet, non ex re tamen id melius fore. Cuius dicti rationem hanc afferebat, quoniam eo pacto langueret animus, & torperet affectionum quarundam adminiculis, vt neceſſariò plurimùm

vel מֵרָה vel מָרָא

Ira accidit vt vindictã appetat, non autem ex eo conſtituitur.

Iraſci, aut etiam à ſe malum depellere culpa vacat.

Gellius l. 19 Noct. Atti. c. 12.

Paſſiones animæ, ſi rationis frena reganitur, ad virtutis ſtudium non ſunt inutiles.

A imperio, priuatus. Dicebat enim ſenſus iſtos motúſque animi, qui cùm immoderatiores ſint, vitia ſunt, innexos implicatóſque eſſe vigoribus quibuſdam mentium & alacritatibus. Ac propterea, ſi omnino omnes eos imperitius conuellamus, periculum eſſe ne eis quoque adhærentes, bonas & vtiles animi indoles amittamus. Exemplum verò proponebat Thraci cuiuſdam viri ex vltima Barbarie, qui vt mundaret agrum exemplo alterius, etiam vites & oleas amputauit, rudis in agricultura. At non ita Annæ contigit, quæ tanquam communi ſorte nata humanas quidem commotiones experta eſt, illis autem, Deo iuuante, vſa eſt fœliciter, & tanquam ſtimulis ad quærendum Deum excitata.

B ORAVIT *ad Dominum.*] Quemadmodũ oculos, quos alterius gemmæ fulgor retuderit, ſmaragdi recreant, & exacuunt, nec aliam ob cauſam placuit, vt non ſcalperentur, quàm ne offenſum decus imaginum lacunis corrumperetur: Ita & hominum mentes, ſi quando cuiuſquam improbitate, atque audaciã, repentina aliqua vis aut tempeſtas perculerit, ſola Dei benignitas atque clementia in priſtinum tranquillitatis portum reſtituit. Animum mœrore oppreſſum ac profligatum nihil perinde oblectare poteſt, inquit ſanctus Iſidorus Peluſ. vt Dei memoria. Atque hoc eſt, quod ex me ſcire voluiſti, *Renuit conſolari anima mea: memor fui Dei, & delectatus ſum.* Quemadmodum enim mulieris illius cruento profluuio laborantis morbus, qui nec exinaniri, nec à Medicis ſedari poterat, temporis puncto depulſus eſt: (ea enim fimbriam tetigit, Chriſtus id paſſus eſt, ac profugit morbus.) Sic etiam humana mœſtitia conſolationem propellens, vt cui nihil ſolatij adhiberi queat, ad ſolam Dei recordationem faceſſit & euaneſcit.] Audiſti quemadmodum prius mœſtitia & luctus Annæ cibi potúſque nauſeam pepererint. At illa poſtquam ſe tali dolore opprimi ſenſit, mox ad Deum confugit, opinata non poſſe Deum non illis dotibus eſſe præditum, quibus lapillum quendam, necnon & plantam donaſſe fertur, quorum ille quidem ſitim extinguit, illa famem leuat. Nam, vt refert Solinus cap. 17. in Creta herba eſt, quæ ἄλιμος dicitur. Ea admorſa diurnam famem prohibet. In India verò lapis Coraliachates, cùm varias nemorum animantiumque imagines æmulatur, tum intra os receptum, ſitim ſedat. Hæc cùm illa animo reputaret, certò apud ſe ſtatuit, Deum abundè præſtare debere vtrumque, ſi quis eiuſdem gratiæ fiat particeps. Propterea igitur illum ſibi adeundum decreuit, illum ſummis precibus exorandum. Quæ res ne infideles quidem, & à luce Euangelij alienos latere potuit. Siquidem, vt refert Athenæus libro 8. cùm ἵλεων, id eſt, propitium Deum ſibi eſſe cuperent, ἰὴ ἰὴ acclamabant. Quod quia in templis potiſſimum fieret, templum ab eis ἱερὸς dictum eſt. Ἱλεων autem & ἱλαρὸς pariter interpretati ſunt, vt docet Ephippus in fabula, quam negotiationem inſcripſit, hilaritatem

Smaragdi cum oratione comparatio.

Iſid. Peluſ. lib. 3 Epiſt. 129.

Deum præſentiſſimum omnium malorum remedium.

C

Solinus.

D

Athenæus.

ἱερὸς vnde dictum.

Digitized by Google

A ſcilicet, vnà cum felicitate ab eodem poſtulan-
tes.

Vermilius.
Annotabimus præterea, vt monet Vermi-
lius, Annam minimè vacaſſe regerendis pro-
bris æmulæ ſuæ, neque iocis aut nugis quæ-
ſiuiſſe lenimentum doloris, ſed cùm ageret
diem feſtum, & ſuam doleret ſortem, ad ædem
ſacram ſe ſe contulit, vt illic Deum ſummo af-
fectu ac vehementia oraret: non quæſiuit a-
riolos, veneficos, aut magos, vt complures
impiè faciunt: ſed ad Iehouam Deum verum
Iſraëlitarum ſe recepit, animum habens egre-
giè paratum vt audiretur.

S. Chryſ.
A prandio & poſt cœnam Deo gratia agenda ſunt.
1. Ratio.
A qua fœmina, vt ait D. Chryſoſt. iterum
B hoc vtilitatis conſequemur, vt ſciamus & poſt
coouiuium orare. Quiſquis enim ad hoc præ-
paratus fuerit, nunquam in ebrietatem aut
vinolentiam incidet, oonquam edacitate di-
ſtenderur: ſed quoniam expectationem
precationis habet pro freno impoſitam ani-
mo, conoeniente menſura attinget ex om-
nibus quæ fuerint appoſita, multáque bene-
dictione tum animam tum corpus implebit.
Siquidem conuiuium quod à precatione cœ-
2. ptum, in precationem deſinit, nunquam de-
ficiet: ſed quouis fonte vberius nobis om-
nia adferet bona. Ne igitur tantum oegliga-
3. mus lucrum. Abſurdum enim fuerit, ſi, cùm
C famuli noſtri, ſi quādo partem aliquam eorum,
quæ nohis appoſita ſunt, acceperint, nobis
gratias agant, benéque oobis precantes ab-
eant, nos, cùm tot tantiſque fruamur bonis,
ne hoc quidem honoris Deo perſoluamus,
præſertim quum hinc multam ſimus aſſecu-
4. turi ſecuritatem. Vbi enim precatio & gra-
tiarum actio, 'eo ſancti Spiritus aduenit gra-
tia, abiguntur Dæmooes, & omnis aduerſa-
ria poteſtas diffugit ac diſcedit. Qui ſe con-
5. uerſurus eſt ad orandum, non audet quicquam
abſurdè loqui, ne in medio quidem conui-
uio: aut ſi locutus fuerit, mox reſipiſcit. Proin-
de oportet in initio, tom in fine conuiuij
gratias agere Deo ob hanc præcipuè cauſam,
quòd quemadmodum dicere cœperam, haod
facilè prolabemur in ebrietatem, ſi nos ipſos
in hanc conſuetudinem conſtituerimus. Qoin
D ſi quando ſurrexeris crapula potuque graua-
tus, ne ſic quidem abiicies cooſuetudinem:
ſed quamuis habeamus grauatum caput,
quamuis vertigine circunferamur, & conci-
damus, nihilo ſecius tamen orabimus, nec a-
6. bolebimus conſuetudinem. Etenim ſi præ-
cedenti die ad hunc oraueris modum, poſtri-
die corriges dedecus pridie commiſſum. Quo-
ties igitur prandebimus, meminerimus ho-
ius mulieris, & illius lachrymarum. Hæc S.
Chryſoſt. homil. de fide Annæ, quæ iterum
petit homil. 79. de oratione ad Populum An-
tiochenum. Habes autem præterea & Domi-
7. ni ſaluatoris exemplum, qui non prius quàm
hymno dicto diſceſſit è triclinio, & in hor-
tum Gethſemani ſe contulit. Poſtremò etiam
Philo Iudæ. antiquiſſimorum Eccleſiæ Patrum, quos Phi-
8. lo Therapeutas vocat, apud eundem in eo li-
bro, qoem de eorum ſingulari pietate ac re-
ligione ſcripſit. Hinc etiam probat Chry-

A ſoſtom. mulieris non modò pietatem, ſed e-
tiam ſobrietatem. Quod enim omnes faciunt
tempus relaxationis, illa fecit tempus depre-
cationis: poſt conuiuium accurrit ad ſuppli-
cationem, ſootes lachrymarum emiſit, men-
témque præ ſe tulit ſobriam ac vigilantem.
Et homil. 79. ad Pop. Antioch. Surrexerunt,
inquit, omnes à menſa, & illa non ad ſom-
num ſe conuertit, noo ad requiem. Vnde mi-
hi videtur & ad menſam ſedens ſobria fuiſ-
ſe, nec vllis ſe ferculis oneraſſe. Non enim
tot emiſiſſet lachrymas. Si namque nos, cùm
ſobrij ſumus, & ieiuni, ita vix oramus: mul-
tò magis illa poſt menſam ita orare noo po-
B tuiſſet, niſi circa menſam ieiunantibus fuiſ-
ſet aſſimilis. Hæc S. Chryſoſt. Sobrietatem il-
lam nos æmulari decet, nec vllo voquam tem-
pore poſt cibi ſumptionem à gratiarum a-
ctione ſilere.

Anna pietas cum ſobrietate coniuncta.
S. Chryſ.

An ſit vtile ſtatim poſt cibum ſumptum meditationi vacare.

AN verò etiam ſtatim à prandio prolixio-
ri orationi vacandum ſit, & ab omni ſom-
no prorſus abſtinendum, noo ſine cauſa in du-
C bium reuocari poteſt. Paucis inueſtigabo cùm
videam hoc compluribus Mooachis ſuis le-
gibus indultum fuiſſe, vt leui ſomno diur-
num calorem leuent, nec improbet etiam
ſanctus Vincentius Ferrarienſis vitam ſpi-
ritualem inſtituens, potiſſimùm æſtatis tem-
pore. Equidem ſic arbitror, ſi quos fortè no-
cturnæ vigiliæ opprimant, vtpote quos de-
lectet noctis profundum ſilentium, omni-
bus, qui perfectioni ſtudent, ſedulò captan
dum, vtiliter poſſe leuem ſomnum poſt cor-
poris refectionem delibare, maximè qui tem-
peramento ſunt ſicco, & corpore arido: nam
ſucculentis, & qui naturali pinguitudine a-
bundant, labor potius conuenit, atque exer-
citatio. At verò eos, qui neque de nocte ex-
cubias obſeruant, neque de die admodum la-
boribus obteruntur, firma autem corporis va-
D letudine fruuntur, & tamen ſomno indul-
gent (quos videas vt plurimùm obeſo abdo-
mine diſtendi) ſéque eorum exemplo tue-
ri putant, qui ſtudiis immoriuntur, fucos di-
xerim potios quàm Monachos. An igitur,
vt ſe ſe illi ad orandum conferant magis pro-
bahimus? Neque enim deſunt, qui feruen-
te epulis ſtomacho, & vaporibus cerebrum
petentibus, protinus ſoluantur in lachrymas,
& tanta deuotionis dulcedine afficiantur,
quantam nec ieiuni experti ſint. Hoc ego, ſi
quid ſpiritale eſt, vnde proficiſcatur hactenus
reperire oon potui, maximè, poſtquam illi ſe ſe
ferculis immerſerunt. Nam ſi ſobriè, vt Anna,
appoſita deguſtaſſent, mirum noo eſſet fatiſcē-
tem nimio labore corporis infirmitatem, tan-
quā adminiculo erigi, atque inde alacrius ſpiri-
tualibus exercitiis inſeruire. At neque id ci-
borum onus patitur, neque occupata circa ali-
menti confectionem natura fert, neque, vt

S. Vincent. Ferrarienſis.
Leui ſomno, an prolixa orationi ſtatim à prandio indulgendum ſit.
Non probatur illa deuotio, quæ ſequitur ad ciborum copiam.

Philo Iudæ.

opinor, Spiritus ſanctus ieiunio offenſus, ioris potius & condimentorum nidotem conſectatur. Atqui merum videtur, vt ait Philo libro de Plantatione Noë, ea, quæ cuique à natura indita ſunt, augere ac intendere, ſeu bona illa ſint, ſiue contraria: quod & aliæ res pleræque faciunt. Nam & pecunia bono viro dux & magiſtra bonorum eſt; malo autem, vt quidam ait, malorum. Rurſus gloria inſipientis malitiam reddit illuſtriorem, ſicut iuſti virtutem nobiliorem. Ita ergo & merum infuſum malas affectiones temperat, bonas benigniores ac clementiores efficit. Ex quo ſequitur, vt etiam mentis in Deum ardorem magis ac magis accendat. Quocirca etiam Philo deinceps temulentiam, quam largam potationem eſſe definit, viro ſapienti nec indignam nec inutilem aſſere-

B

re nititur. Reſpondeo, tametſi Philonem ſemper plurimi facere ſoleo, in ea tamen parte nil me mooet eius autoritas, cùm idem ipſe in libro de vita contemplatiua, Therapeutas noſtros prorſus abſtemios, & cibi parciſſimos deſcribat. Quid igitur cenſes illi faciant? Duo quædam neceſſaria occurrunt. Primum eſt, vt S. Ioan. Chryſoſt. conſiliis acquieſcant: alterum, vt vitam in melius commurent.

S. Ioan. Chryſoſt. Hom. de fide Annæ.

AO *Dominum*.] Nouerat, inquit S. Chryſoſt. humanitatem Domini, eóque ſola illum adiit, & quicquid voluit impetrauit. Neque enim humanum auxilium, ſed diuinam gratiam requirebat illius deſperationis correctio: quia ea non naſcebatur ex iactura pecuniarum, vt aliquis allato auro diluere poſſet angorem: ne-

C

que ex adoerſa corporis valetodine, vt accitis medicorum filiis morbum poſſet abigere: Natura erat maledicto obnoxia, cœleſtem manom deſiderans. Eóque ſanè prætermiſſis omnibus terrenis ad naturæ Dominum confugit, nec prios deſtitit, quàm illum flecteret exoraretque, vt orbitatem tolleret. Hactenus ille beatus. Et ſanctus Theodoretus, Quæſt. in libr. 1. Regum ait: Quomodo agricolæ quidem eſt proprium ſemen deiicere, Dei autem deiecta perficere: Ita matrimonij quidem eſt propria coniunctio, Dei autem eſt proprium annuere naturæ, vt affingat & formet animal. Hoc cùm apertè ſciret Anna, nam cum longo tempore cum viro habitaſſet fructum non produxit, confugit ad opificem: & intenſa oratione, & lachrymis mutilatam curauit matricem, & clauſam aperuit.]

S. Theodo. *Natura conatum ſolus Deus perficit.*

D

FLENS *largiter*.] Reuereamur, inquit S. Chryſoſt. homilia ad pop. Antioch. 79. viri mulierem, confundamur de regno ſupplicantes, & oſcitabundi, conſiderantes de filio precantem, & fundentem lachrymas. Georgius Venetus Tomo 2. Problemat. ſect. 4. refert, quod tametſi incenſum thuris & thymiamatis directè aſcenderet, fumum tamen cuiuſdam herbæ fuiſſe olim adhibitum, qui adeò rectè ferretur, vt nulla procella aut turbine diſſipari poſſet. *Dirigatur*, ait Pſaltes, *oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo Domine.* Quod ſi quid præterea neceſſarium fuit, hæ potuerunt, vt opinor, abundè ſoppeditare lachrymæ. Hæc

S. Chryſ.

Georgius Venetus.

enim illa eſt Rhetorica vis, & facultas benè apud Deum orandi, quæ illius ſenſum inflectit: hæc ſumma facundia, quæ nihil non obtinet: contritio in corde, in oculis lachrymæ, & ſupplicatio in ore. His denegari à Deo nihil omnino poteſt. Vnde poſteriore libro Melaxim cap. 20. ait Vermilius, Rex Ezechias, cùm ab Iſaia intellexiſſet, moriendum ſibi eſſe, faciem ſuam conuertit ad parietem, atque vbertim fleuit, ad quam poſtea Iſaias diuinitus iuſſus eſt redire, & ex ore Domini referre, *Audiui preces tuas, & vidi lachrymas tuas.* Scribonius Largus Cæſaris Medicus ſcripſit, pazar lapidem pretioſum, qui omnibus venenis reſiſtit, eſſe lacrymam cerui in Sicilia. Refert Cardanus lib. 7. de ſobtil. Mirum illud quidem eſt, tantam ineſſe vim cerui lacrymis: non tamen vincunt hominum lacrymas, quibus nihil eſt in terra potentius, vt puta, quibus etiam Deus obtemperat. Ad hæc mulier iſta fide munita erat, & ideo ad locum acceſſit, vbi ſita erat arca fœderis, quoniam ibi Deus promiſerat ſe vota populi auditurum. Huic illa promiſſioni credidit, & idcirco ſurgens à menſa ad Iehouæ tabernaculum ſe contulit. Erat etiam memor eius promiſſionis, quæ in Exodo c. 23. ſcribitur. *Si exterminabis idola à facie tua, benedicam pani tuo, & aquæ tuæ, nec erit in te ſterilis, nec abortum faciens.* Ex his & conſimilibus Dei verbis, fide bonam ſpem concepit, vt à Deo exaudiretur. Nec eam fugiebat, vt opinor, exemplum Rebeccæ, quæ à Deo precibus liberos impetrauit. Hac eadem ratione oportet nos orare, nempe vt conſtantem fidem ſemper ad preces adiungamus. Ad locum verò vbi erat arca fœderis, nihil opos eſt accedamos: veteres enim ceremoniæ Chriſti beneficio ſunt ablatæ, uobiſque omnis locus ad preces fundendas patet. Vnde 1. ad Tim. 2. cap. ſcribitur: *Volo autem viros, in omni loco manus puras attollere.* quin ipſe Paulus auditus fuit in carcere, & latro in cruce. Quia Deus locum nullum faſtidit, ſed credentes vbique audit. Cæterum ſi penitius rem ipſam velimus aſpicere, nobis etiam vera arca, quæ Chriſtus eſt, minimè deeſt: Eum ſiquidem Paulus noſtrum vocat ἱλαστήριον; hoc eſt, vel propitiatorem, vel propitiatorium; quo alludit ad Moſaicum propitiatotium, quod arcæ ſuperponebatur. Dum itaque precamur, ad arcam noſtram, hoc eſt ad Chriſtum, fide reſpicimus: qui diuinitate atque humanitate conſtat, & qua Deus eſt, eſſe vbique non dubitatur, licet corpore ſitus propriè ſit in cœlo, vel, vt rectius dicam, ſuper omnes cœlos: aut certè in auguſtiſſimo etiam Sacramento, cuius beneficio licet eodem quotidie mente & fide, vel etiam reapſe frui, ſi modò velimus. Hæc Vermilius, vno aut altero verbo immutatis, quæ hominis impietatem redolebant.

Orationi, cùm lacrymas habuerit comites, Deus nihil denegat.

Vermilius.

Fides orationi neceſſaria.

In omni loco puras manus licet ad Deum attollere.

Flere autem, vt tradit S. Iſidorus Hiſpal. libro differentiarum, Numero 217. eſt vbertim lachrymas fundere, quaſi fluere: plorare, eſt quaſi cum voce flere (vtrumque tamen apud Feſtum inclamare ſignificate reperio, verbo plorare: & vtrumuis ſine diſcrimine vſurpant huius loci

S. Iſidor. Hiſpal. *Flere quid.*

interpreres Latini. Nam flere quidem habet vulgara editio, ſicut & 70. Paraphraſis autem Chaldaicæ verſio plorare.) Plangere autem, eſt cum lachrymis pectus, aut faciem tundere. Lamentari, eſt cum aliquibus dictis miſerabilibus flere. Mœrere, cum ſilentio dolere. Lugere, eſt cum habitus mutatione.] Flebat igitur Anna, & quidem copioſè, tota madens lachrymis, & cum oonnulla præterea doloris ſignificatione, ore & gemitu præ ſe luctum ferens.

De lachrymis. Phyſica conſideratio.

Plures cauſa cient lachrymas.

PORRO lachrymas eſſe à laceratione mentis dictas, idem ſanctus Iſidorus refert. Quarum quidem multæ poſſunt eſſe cauſæ, nonnunquam etiam inter ſe contrariæ. Nam & præ nimia lætitia, & præ nimio dolore æquè lachrymæ excutiuntur. Ita etiam vehemens lachrymas fundit, quæ ſecum ex contemptu dolorem coniunctum habet, & vnà nonnihil lætitiæ ſeu voluptatis continet, vindictæ velut quendam triumphum ſpe ac cogitatione præcipiens. Miſericordia quoque, cùm alienis malis perturbamur, & afflictis prodeſſe cupimus. Deſiderium item acre & incenſum: propterea enim pios viros videmus orantes ſolui in lachrymas. Adhæc fumus, & allia lacrymas mouent, id quod diuerſis accidit rationibus, vt autbor eſt Gorrhæus in Medicis definitionibus, in verbo *δάκρυον*. Has vt intelligamus, ſciendum eſt, ad ſingulos oculos quatuor ineſſe glandulas, in vtroque ſcilicet angulo geminas, vnam infra, alteram verò ſupra, quæ humiditate à cerebro delabente replentur, eáque oculos humectant, ne nimio motu exſiccati deteriores euadant. Ab his dolor, cui vis ineſt meatus refrigerandi atque adſtringendi, ſpiſſitudine meatuum, humorem quem illæ continent, exprimit, paritérque commiſeratio & triſtitia: lætitia verò humorem ex laxitate meatuum effundit, in naturis præſertim humidioribus, atque rarioribus. Nam quicumque arctioribus conſtant meatibus, lachrymam neutra de cauſa mittere conſueuere. Similiter fumus, & allia, & reliqua acria oculos mordentia, eum humorem eliciunt. Sed præterea in iis animi affectionibus perturbationibúſque inordinati quidam motus ſpirituum fiunt, à quibus humores quoque commouentur & diffluunt, tanta aliquando copia, vt iis excipiendis oculi non ſufficiant, ſed per nares etiam decurrant iis qui flent vehementius. Atque hæ quidem lachrymæ *ἑκούσιαι*, hoc eſt ſpontaneæ dicuntur, quaſi nobis volentibus obortæ, etiamſi eas aliqua vis, & cauſa præter naturam expreſſerit. Sic enim vocantur, quæ à cauſa externa manifeſtáque fiunt. Aliæ verò dicuntur *ἀκούσιαι*, id eſt inuitæ, vt quæ per morbos fiunt, veluti per lippitudinem, aut fluxionem è capite decumbentem, aut imbecillitatem retentricis facultatis, quas malas & exitiales eſſe (non tamen perpetuò omnes) Hippocrates libro Prognoſticon 1. declarauit. Hæc Gorrhæus. Quæ ſit autem humoris eiuſcemodi materia, Phyſici parum inter ſe conueniunt. Nam quidam eas ex felle conturbato prodire aiunt. Cui opinioni liber 1. de Mirabilibus ſacræ Scripturæ c. 19. Auguſtino adſcriptus, conſentit. Alij verò ſpeciem quandam ſudoris eſſe, quod Plutarchus attigit. Sunt etiam qui velint, quemadmodum ex lacte ſerum excernitur, à ſanguine itidem aquoſum humorem ſeparari, cuius maior pars in lotium deriuetur, quod verò eſt reſiduum in lachrymas exprimi. Sunt quibus magis placet, ac Senecæ imprimis 100. Epiſtola ad Lucilium, ictu doloris totum fermè corpus concuti, & vnà oculos, à quibus adiacens humor exprimatur. Quæ ſit harum omnium potior ſententia, Phyſicis diiodicandum relinquimus. Deflebat igitur Anna orbitatem ſuam, ſéque ob eam ab æmula ludibrio habitam, & quidem lachrymis, vt vocant, ſpontaneis, quos dolor & triſtitia exprimebant: atque his immerſa, & ob dedecoris infamiam falsò obiectam rubore ſuffuſa, Deum ſuæ conſcientiæ teſtem atque arbitrum implorabat, eámque calamitatem deprecabatur.

Gorrhæus. *Quibus modis eliciuntur lachrymæ.* *Duplex lachrymarum genus.* *Lachrymarum materia.* Liber de Mirabilibus Scripturæ. Seneca.

Quamobrem Deum oramus, cùm ſit immutabili.

ERGONE, dicet aliquis, Deus, cùm ſit immutabilis, oratione inflecti poteſt? *Ego Dominus*, inquit, *& non mutor*. Reſpondet Guillelmus Pariſienſis, duplex eſſe oratorum genus. Alterum eorum, qui cum verbis ad audiendum iucundis, & ſententiis ad probandum accommodatis, vti norint, in cauſis forenſibus atque communibus verſantur: qui, cùm ſint præterea ſuaui ac canora voce præditi, & altera tanquam eloquentia corporis actione, principum virorum animos torrentis inſtar in ſuam ſententiam pertrahunt: quæ cauſa etiam fuit, cur à bono quodam Poëta dicta eſt ea, quæ illorum eſt propria, flexanima atque regina rerum oratio. Alterum eorum, qui cùm ſciant Deum eſſe omnis mutationis expertem, nec voluntate variari poſſe, non id contendunt quò eum poſſint eloquentiæ viribus labantem impellere: ſed potius id ſtudent ſummoperè, vt ſeſe oratio dignos illius beneficiis efficiat, quæ à Deo, ſummiſsè petentibus atque idoneis, ab æterno dari conſtituta ſunt. Et quid opus eſt, dicet aliquis, tam impensè rogare, ſi firmiter olim tribuere decreuit? Quoniam, inquam, ad beneficij memoriam perpetuò conſeruandam, plurimùm valet impetrãdi difficultas. Tum etiam, quia nihil magis rationi cõſentaneum videtur, quàm vt, quæ emere non poſſumus, nec alio quouis iure vendicare, ſaltem precibus efflagitemus. Poſtremò, quoniam oratio, ſi debito modo fiat, habeátque comitem diuini numinis gratiam, meriti locum obtinet, quo nihil à Deo præſtantius hominum generi tribui concedíque poteſt.

Guillelmus Pariſienſis. *Deus cùm ſit immutabilis oratione inflecti non poteſt.* *1. Ratio cur oratio adhibeatur.* 2. 3. 4.

ET VOTVM VOVIT, DICANS.

Versus II.

Et votum vouit, dicens: Domine exercituum, ſi reſpiciens videris afflictionem famulæ tuæ, & recordatus mei fueris, nec oblitus ancillæ tuæ, dederíſque ſeruæ tuæ ſexum virilem: dabo eum Domino omnibus diebus vitæ eius, & nouacula non aſcendet ſuper caput eius.

NON modò igitur orauit, verumetiam impetrandæ prolis incenſa deſiderio, orationi votum adiunxit. Duo namque ſunt, vt opinor, ſi orantis partes reſpicias, quæ orationem plurimùm Deo commendare poſſint: anteactę
B
vitæ integritas, aut certè futuræ votum atque expectatio. Et qoidem quod ad prioris ætatis innocentiam ſpectat, nulla illam labes, nulla criminis macula fœdauerat, ſed intactam ſe atque ab omni ſorde puram ſedulò ſeruauerat. Verùm, cùm nihilominus illi ſe legi obnoxiam cerneret, quæ in prophanas mulieres, & cultui idolotum deditas, vitiíſque refertas lata eſſet: quod reliquum erat, votum addere conſtituit, quò diuinam gratiam omnino promereretur.

Orationem anteactæ vitæ integritas, aut futura votum commendat.

Iſid. Peluſ. l. 1. Ep. 387.

Oratio, inquit S. Iſidorus Peluſiota, non nudis verbis, ſed probis potius actionibus dirigitur. Dauid iudicium ſibi ſecundum innocentiam ſuam poſtulat. Ezechias rogat, vt meminerit quomodo ambulauerit: & viduæ Ioppenſes defunctæ mulieris virtutem ad deprecandum adhibent. Ad eundem modum ſi preces tuas offeras, poſtulata conſequeris. Et item Epiſtola ſequenti, Vis tibi Deus opituletur? Vide, ſi cùm poſſes, ei, qui rua ope indigebat, adiumento fueris. Petis vt opes tuas augeat? Vide, ait, eas quas habes an rectè adminiſtraris. Vis iudex facilem ſe tibi ac placidum præbeat? Hoſtilium iniuriarum ex animo memoriam depone. Vis benignitatem ac miſericordiam conſequi? Iis, qui tibi obnoxij ſunt, remitte. Præclarum eſt enim remuneratione ac debito ſalutem adipiſci, ac non ſemper gratia: id quod eſt un probi ac maligni hominis. Hæc ille ſanctus. Apollonius Tyanæus hanc orationi formulam præſcripſit: Concedite mihi, ô Dij immortales, quod vtile & profuturum eſſe nouiſtis, & quo me dignum, vt à vobis impetrem, eſſe cenſetis. Philoſtr. in eiuſdem vita lib. 1. cap. 8. Quid igitur, ſi nihil horum antea præſtiterim, animum deſpondebo? Nam reuocari quæ malè facta ſunt, aut in integrum reſtitui non poſſunt. At de futuris, quæ deinceps in tua poteſtate ſita erunt, ſaltem optima quæque ſponde ac voue.

Improbi eſt hominis omnia velle gratiá conſequi.

Philoſtr.

Quid ſit votum, & quibus verbis ſuum illud Anna nuncuparit.

Votum quid ſit.
Plato.

AT verò votom quidnam rei eſſe dicimus? Plato in Eutyphrone ſeu de ſanctitate.
A
Nonne ſacrificare, inquit, eſt munera dijs offerre, vouere autem à dijs petere? At Ficinus in argumento Alcibiadis 2. ſeu de voto, Definitio, ait, voti partim ab Orpheo, partim à Platone ſumpta hæc eſt: votum eſt ardens affectus caſti animi, Deo deditus, & quod bonum videtur exoptans. Huic affectui Zoroaſter & Orpheus ſuffumigationes adhibuerunt, quoties ad ſecunda numina preces dirigerentur. Mercurius ac Plato, cùm ſupremi numinis maieſtatem venerabantur, externas omnes ceremonias auferebant, ſolam ac puram animi fragrantiam relinquentes. Hactenus Ficinus. Subtiliùs Scaliger Exercit. 310. in Cardanum. Optatio aliud eſt à voto, quod ad aras, aut in periculis contentiore voce fundebant populi, preces dijs ſuis: πρὸς τὸ θεῖον. Votum igitur, vt aliquid de antiquorum ritibus acutè dicamus, eſt prouocatio
B
Deorum ad beneficia. Dabant enim, aut pollicebantur, vt acciperent. Pocillum vini, aut mulſi Mezentius Ioui, ſi viciſſet. Plenæ ſunt hiſtoriæ. Optatio eſt etiam aliud quàm deſiderium. Deſiderium eſt intenſus appetitus placitæ rei. Appetitus eſt inclinatio voluntatis ad habendum, aut faciendum. Optatio eſt idem, quod votum, ſed ſine ſtipulatione ſimplex, cùm opem à Deo petimus: hæc enim in ipſo verbo ſunt: id eſt, cùm oramus animo (nam vox in optatione accidens eſt, non neceſſarium) vt ſupplementum mittat Deus inopiæ noſtræ. Ad hunc modum Scaliger. Philo platonizat: Votum eſt, inquit, petitio boni alicuius à Deo. S. Iſidor. Peluſiota in Epiſtolis, muneris alicuius factam Deo promiſſionem definiuit. S. Gregorius Nyſſenus Orat. 2. de Oratione Dominica, εὐχὴ, id eſt votum, Promiſſio eſt, inquit, alicuius rei, quæ pietatis nomine dedicetur, & ſacris deſtinetur. προσευχὴ, ſiue oratio, eſt petitio bono-
D
rum, quæ Deo cum ſupplicatione offertur. Ac multis in locis Scripturæ, eiuſmodi τῆς εὐχῆς, id eſt voti, ſignificationem videre licet; vt cognoſcamus quòd votum quidem ſit, vt modò dictum eſt, doni pro gratiarum actione offerendi facta promiſſio. Deinde etiam votum ſemini comparat, quod in terram proiectum, fructum ex ſe fundit vberrimum. Sed longè omnium accuratiſſimè D. Thom. 2. 2. quæſt. 88. omnem votorum tractationem per plures articulos diſtribuit, & explicuit. Quorum quidem, quantum ad preſens attinet, hæc ſumma eſt: Votum,
C
ſi propriè eios ratio ſpectetur, non aliud eſſe quàm ſponſionis quoddam genus, quo quiſpiam rationis compos, atque libertatis, ſuarúmque rerum dominus & arbiter, id quod melius ſit, Deo ſponte repromittit. Eſt autem latriæ actus ſumma religione obſeruandus, tum propter fidem, illa ſponſione Deo obligatum: tum etiam propter eius non mediocrem vtilitatem: quippe quo fit, vt eadem recta opera ab aliquo virtutis genere profecta, maioris & ponderis & meriti ſint apud Deum, qoàm alias erant futura. Ex his omnibus, quæ ad voti ſuſceptionem pertineant, & ad eius perſolutionem requirantur, nihil erit negotij colligere. Sic autem illa votum nuncupauit, quemadmodum in textu expoſuimus.

Ficinus.

Scaliger.

Philo Iudę.
S. Iſid. Pel.

S. Greg. Nyſſenus.

S. Thomas.

Philo Biblicus.

Philo autem Biblicus hanc illi orationem A
tribuit. Nonne tu Domine inſpeculatus es cor
omnium generationum antequam plaſinares
ſæculum? Quæ autem metra aperta naſcitur,
aut quæ cluſa moritur, niſi volueris? Et nunc
aſcendat oratio mea in conſpectu tuo hodie, ne
deſcendam inde vacua: quoniam tu ſcis cor
meum, quomodo ambulaui in conſpectu tuo
ex die iuuentutis meæ. Verùm propiùs ad ſcri-

S. Ioan. Chryſ.

pturæ veritatem accedit S. Chryſoſt. Sic enim
legit: Adonai Domine Deus Sabaoth, ſi reſpi-
ciens reſpexeris ad humilitatem ancillæ tuæ, &
mei fueris recordatus, dederiſque ancillæ tuæ
ſemen viri, dabo ipſum in conſpectu tuo dica-
tum vſque ad diem mortis eius. Et vinum & ſi- B
ceram non bibet, & ferrum non aſcendet ſu-

Breues & frequentes orationes eſſe debere.

per caput eius. In qua quidẽ oratione S. Chry-
ſoſtom. ſermonis breuitatem notat, atque il-
lius imitatione nos erudit, quomodo prolixam
& tædioſam orationem vitare debeamus. Qua-
lis hæc, inquit, verborum multitudo? Verum-
tamen quoniam cum attentione & ſolertia fe-
cit hanc orationem, quæcumque volebat expe-
diuit, & deficientem correxit naturam, & ma-
tricem concluſam aperuit, ſéque multam in-
duxit in fiduciam ex ſterili ſemine fœcundam
metens ſegetem. Oportet igitur orantem, ne-
que longos extendere ſermones, & iugiter
orare. Breues enim, & frequentes orationes
fieri Chriſtus, & Paulus præceperunt paruis ex
interuallis. Nam ſi ſermonem in longum ex- C
tenderis, in negligentiam frequenter lapſus,
multam Diabolo ſubrependi facultatem dede-
ris, & ſupplantandi, & abducendi cogitatio-
nem ab his quæ dicuntur. Si verò continuas &
crebras orationes facias, totúmque tempus in-
terpolans frequentia, facile poteris modeſtiam
exhibere, & ipſas orationes cum multa facies
ſolertia. Eadem docuiſſe diſcipulos ſuos legi-
tur magnus Antonius.

S*i reſpiciens reſpexeris.*] Nunquid igitur non
reſpiciebat? Non videbat eam qui videt om-
nia? *Qui plantauit aurem non audiet*, inquit Pſal.
aut qui finxit oculum non conſiderat? Oculum ſce-
ptro impoſitum hieroglyphicè Deum confeſſi
ſunt olim Ægyptij: & ipſe Hebræorum Pon-
tifex ornatu Dei maieſtatem præ ſe ferens, Tu-
nicam byſſinam oculis intertextam gerebat.

Cognitio Dei duplex. Simplicis intelligentiæ, & viſionis.

Sed congeminat intuendi verbum, vt arbitror,
quoniam ſemel tantum vidiſſe, noſſe Dei eſt: D
At iterum ſpectare, votis ſatisfacere: Repetita
enim viſio, iam non modò notitiam, verum-
etiam Dei fauorem beneficiúmque deſignat.
Hinc primam Dei cognitionem ſimplicis in-
telligentiæ vocant Theologi, quæ ſpeculatiua
eſt duntaxat, nihil autem efficit: At ſecunda,
quæ viſionis dicitur, eum, quem videt, effectum
conſequitur.

E*t recordatus mei fueris, nec oblitus ancillæ tuæ.*]
Parem emphaſim habet iſta locutio. Non enim
ſolùm poſtulat, vt recordetur qui meminit om-
nium, verumetiam ne obliuiſcatur. Quæ neutiquam
A quam credenda ſunt eſſe ſynonyma, aut idem
diuerſo vocis ſono ſignificare: ſed recordari
quidem, eſt illius tanquam calamitatem intue-
ri: non obliuiſci autem, opem auxiliúmque præ-
bere. Quod etiam cum communi loquendi
modo conſentit. Nam dicimus eos nequa-
quam noſtri fuiſſe oblitos, qui aliquid beneficij
contulerint.

Deum cuiuſquam non obliuiſci, perinde eſt atque opem tuliſſe.

Verùm quid poſtulat? Prolem poſtulat, &
quidẽ maſculam. Meminit Pauſanias in Achai-
cis, Charadri fluminis: è quo quæ verno tem-
pore potarint pecudes, mares gignere credun-
tur fœtuum partem maximam: eaque de cauſa
paſtores, inquit, aliorſum greges agunt, præter
B bouillum tamen pecus. Id ab eo flumine idcir-
co non reiiciunt, quod mares & ad vſum ſacro-
rum, & ad agrorum cultum magis idoneos eſſe
arbitrantur. Cæteri pecoris fœminas minore
multo æſtimatione dignantur. Hæc ille. At cer-
tè in noſtro genere nullis non matribus ineſt
prolis maſculæ deſiderium. Sed enim penes
eam manet domus poteſtas, hæreditatis ius, di-
gnitatis ſucceſſio, atque totius familiæ propa-
gatio. Propterea igitur Menander,

Omnibus ineſt matribus prolis maſculæ deſiderium.

Pauſanias.

Menander.

Στῦλος γὰρ οἴκου, παῖδές εἰσιν ἄρρενες.
Columna enim domus, liberi mares ſunt.

Lex Salica.

Legis noſtræ Salicæ cap. 62. de Alode, numero,
ſeu leg. 6. Mulieri glebæ terræ hæreditate in-
terdicitur. De terra Salica, lex ait, nulla portio
hæreditatis mulieri veniat: ſed ad virilem ſe-
C xum tota terræ hæreditas perueniat. Cuius le-
gis auctoritate fretus, cùm aduerſus Eduardum
Anglum Philippus Valeſius de regni ſucceſſio-
ne contenderet, etiam illud ex Euangelio in fa-
uorem cauſæ ſuæ protulit: *Conſiderate lilia agri,
quomodo creſcunt, non laborant, neque nent*: Iis ver-
bis longè ante vaticinatum aſſerens regni Fran-
corum decus, neque penes eos, qui operi ruſti-
co incumbunt, ignobiles agricolas; neque pe-
nes eas, quæ colo atque fuſo lanæ operam dant,
mulieres, aliquando futurum: ſed viros ſem-
per, & quidem nobiles, illud ſceptrum poſſeſ-
ſores habiturum. Telemachus autem apud Ho-
merum Odyſſeæ φ. ſic Penelopem alloquitur:
Mater mea,

Lilia non laborant, neque nent.

Homerus.

Ἀλλ' εἰς οἶκον ἰοῦσα, τὰ σαυτῆς ἔργα κόμιζε
Ἱστόν τ' ἠλακάτην τε, καὶ ἀμφιπόλοισι κέλευε
Ἔργον ἐποίχεσθαι· τόξον δ' ἄνδρεσσι μελήσει
Πᾶσι, μάλιστα δ' ἐμοί, τοῦ γὰρ κράτος ἔστ' ἐνὶ οἴκῳ.
D *Sed domum profecta, ipſa tuipſius opera cura,*
Telámque colúmque, & ancillis impera
Opus adire: ſermo autem arcus (de illo quæſtio
erat) *viris curæ erit*
*Omnibus, maximè autem mihi, huic enim potentia
eſt in domo.*

In tribu autem Leuitica ſolos mares legis in-
ſtitutio ad ſacerdotij dignitatem, & quam-
cumque rerum ſacrarum adminiſtrationem ad-
mittebat. Deinde verò natura vbique quod
perfectum eſt appetit. Fœmina verò imperfe-
ctum quid eſt, ſiquidem mas læſus eſt, vt Phi-
loſophi aſſerunt.

In tribu Leuitica præcipua ratio maſculorum habebatur.

An, & quomodo liceat, res indifferentes à Deo petere.

Vermil.

CÆTERVM, cùm habere filiom tes adiaphura ſit, quandoquidem homines prole tam bene, quàm malè vti poſſunt, à nonnullis dubitatur, inquit Vermilius: An liceat petere à Deo res indifferentes: quia neſcimus, vt inquiunt, an petentibus nobis profuturæ ſint, an nocituræ. Et Plato in Alcibiade 2. difficillimum eſſe ait, preces noſtras definire, ideóque tantum in vniuerſum ac generatim putat bonum eſſe petendū? S. Chryſ. item in Ep. ad Tim. Hom. 8. Qui ſcire poſſum, inquit, me impetraturū quod poſtulo? Si nihil cōtra voluntatem Dei, aut eius maieſtate indignū poſtules, nihil terrenum, nihil mundanum, omnia ſpiritualia. Addamus, & D. Fulgentij loculentam illam orationem qua vti ſolebat, cùm poſtulatus pro aliquo intercederet. Scis Domine quid animarum noſtrarum ſaluti conueniat. Poſcentibos ergo nobis quod admonet neceſſitas, hoc miſericordia tua concedat, vnde ſpiritualis non impediatur vtilitas. Oratio ergo noſtræ humilitatis, ſi expediat, ita exaudiatur, vt voluntas tua principaliter compleatur. Dominus certè in oratione ſua tantùm ſpiritualia docet eſſe petenda. Etenim reliqua omnia generatim complectitur dicendo, *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie*. Atque alibi ait: *Quærite primùm regnum Dei, & hæc omnia adiicientur vobis.* Auguſtinus tamen in Epiſtola ad Probam, hoc etiam genus rerum poſſe à Deo peti affirmat. Nam quæcumque licet optare, ea, inquit, licet & petere. Deinde iſta Deus non raro promiſit, ergo & illa poſtulare licet. Huc etiam faciunt exempla. Moſes quippe victoriam petiit aduerſus Amalechitas. Abrahamus etiam poſtulauit, vt Iſmaël viueret, & eſt auditus. Paulus quoque rogauit, vt ab afflictione liberaretur. Verùm duo hìc nobis conſideranda occurrunt. Primùm, ne in iis rebus, quæ adiaphoræ ſunt, conſiſtamus, ſed eas perperuò referamus ad gloriam Dei. Deinde conſtituamus oportet nos illis rectè vti velle, ſi contigerint. Ita ſe geſſit Anna, quæ à Deo poſtulauit filium, qui cultui eius ſemper inſeruiret. Atque hic finis eſſe debet omnium rerum noſtrarum, nempe vt nomen & gloriam Dei amplificent. Primùm itaque Anna profitetor ſe bene vſuram filio ſuo, idque non vulgariter, ſed in ritu Nazaræorum educaturam, nimirum vt ſeruiret tabernaculo, vt Leuitas cæteros iuuaret, vtque, quod in voto Nazaræorum comprehenditur, abſtineret à vino. Faciebant hæc omnia vtique ad ſacram vocationem. Nam ita edocatus, minori poſtea moleſtia tabernaculo Dei erat inſeruiturus. Et quod ad vinum attinet, qui vacabant ſacro miniſterio, pro eo tempore vetabantur eo vti. In eo verò quod ſuum filium educari voluit in tabernaculo, duo quæſiuit: Primùm, vt ſcientiam legis conſequeretur: deinde, vt diuinum cultum à teneris an-

Plato.

S. Ioan. Chryſ.

S. Fulg.

S. Aug.

Res adiaphora ſic à Deo petenda ſunt, vt ad eiuſdem gloriam referantur.

Miniſtrantibus in tabernaculo vino vti non licuit.

A nis diſceret. Idcirco in hiſce votis nullum ſuum commodum, aut voluptatem quærebat, imò ſe oſtendit, quoad carnis delectationes inſigniter mortificatam. Parentes quippe magnam voluptatem capiunt ex ipſo liberorum aſpectu: præſertim poſtquam ludere, fari, & garrire cœperint. Hæc autem à ſe filiolum ſuum ad tabernaculum ſtatuit ablegare. Sed neque ſenectuti ſuæ proſpexit, certo aliqoo tempore votum definiens, vt eſſet deinceps, qui effœta ætate atque inualida, parentem neceſſario ſubſidio iuuaret & ſuſteotaret. Nam hoc quoque qui filios ſuſcipiunt, & educant, ſibi non immeritò pollicentur. Leo Philoſophus Imperat. Nouell. Conſtit. 26. Magnum, inquit, B excellénſque donom à Deo creatore ad mortales promanauit matrimonium. Quî tandem? Non modò enim naturæ mortis ingluuiei obnoxiæ opem fert, humanóque generi perpetuitatem elargitur, id, dum ab illa depaſcitur, non omnino deperire ſinens: verùm etiam per liberorum procreationem permagna alioqui hominum vitæ præſtat. Qoæ illa? Nam quid ea, inquit, quæ ex liberis percipitur voluptate ad oblectandos hominom animos ſuauius? Aut verò quid in humanæ vitæ negotiis, cùm aliis, tum quæ in ſenectute nobis ſe offerunt, vtilius? Leuari ſenecturis moleſtias liberorum miniſterio videmus. Hæc Leo. Verùm Annæ, cùm tot eſſent quæ illius vota prouocare potuiſ- C ſent, nihil tamen eorum in mentem venit: ſed hoc ſolùm ſpectauit, & expetiuit, vt eſſet qui ex ſe diuino beneficio ortus, Domino in perpetuum famularetor. At dicet quiſpiam, circa bonum vſum liberorum quos petimus, cùm ſimus homines, falli poſſumus: Nam ſolus Deus nouit quàm bene vel malè vſuri ſumus liberis noſtris: Deinde natura humana inconſtans eſt, & idcirco mutati poſſumus, vt quod prius volebamus poſtea repudiemus. Vera quidem hæc ſunt. At ſi animo fideli ac pio poſtules à Deo prolem nihil eſt periculi, quia ſucceſſus in manu Dei poſitus eſt, cuius arbitrio futura omnia reguntur. Ille ſpectat, non quid tu petas, ſed quid tibi ſit quàm vtiliſſimum. Et Paulus ait: *Nos quid petamus, neſcimus, verùm ſpiritus infirmitatem noſtram adiuuat.* Et ſua ſapientia noſtras preces corrigit. Nec id prætereundum, Deom quandoque videri nos mi- D nimè audire, cùm tamen tum maximè audiat; vt cùm Paulus precaretur, vt ſtimulus carnis abſcederet, audiuit ipſi debere ſufficere gratiam & fauorem, quo Deus illum proſequebatur. Cùm itaque talia oramus, hoc animo eſſe oportet, vt quicquid acciderit, iudicio Dei contenti ſimus. Et cùm Chriſtus ait: *Quærite primùm regnum Dei, & cætera adiicientur vobis.* Non inquit, adiicientur non petita. Adiicere qoidem ea vult, ſed non prohibet quin petantur, modò nobis poſteriori loco fuerint. Deinde ibi de precibus non agebat, ſed tantùm de ſollicitudine, curáque moleſta rerum fluxarum. Sancti autem Doctores, ſi quid aliter aliquando ſenſiſſe videantur, eo modò intelligendi ſunt, quo exponit Iacobos Apoſtolus cap. 4. Orantium preces irritas fieri,

Leo Philoſophus Imperat.

Liberi parentum ſenectutis præſidium.

Deus quandoque nos nō audire videtur, cùm maximè audiat.

Digitized by Google

DEDERISQVE ANCILLÆ TVÆ SERVM VIRILEM.

eo quod inquit, malè petant, vt in concupiſcentiis ſuis inſumant. Ea namque ratione à Deo quidquam legitimè peti poſſe negauerit. Liceret item addere Annam ſpiritu prophetico fuiſſe ornatam, & ideo, quod de filio ſuo eſſet futurum, diuino inſtinctu præuidiſſe.

DABO *eum coram Domino omnibus diebus vitæ eius.*] At fortaſſe dices, quid ſi aliquid vitij aut maculæ in filio eſſet, quibus miniſtrare in tabernaculo prohiberetur? Aut quid, ſi tam infirma eſſet valetudine, vt à vino inſtar Nazaræorum non poſſet abſtinere? Aut quid, ſi Deus eo voluiſſet vti ad alia opera, priuſquam ad annum viceſimum quintum perueniſſet? Reſpondet Vermilius, vota ſemper interpre- B tanda eſſe iure diuino ſaluo atque integro. Certè ſi puer habitu corporis non fuiſſet ad ſacra idoneus, voto minimè obſtringebatur. Deinde non eſt dubium, quin ratio valetudinis habenda ſit. Nam diuinæ litteræ monent, Deum potius miſericordiam velle, quàm ſacrificium. Præterea ſi Deus ad alia puerum deſtinaſſet, matris votum obſtare non deboit, quominus Dei voluntas fieret, ſiquidem plus creatori, quàm creaturæ cuilibet debemus. At in mentem venit, puerum iſtum cùm Leuitam fuiſſe, tum primogenitum: Leuitæ autem & primogeniti ſtatim vi legis Deo erant obſtricti. Quo ergo pacto licuit matri eum vouere, cùm iam duplici ratione illius eſſet? Reſpondeo, inquit Vermilius, primogeniti ſic Dei fuerunt, vt à parentibus certa pecunia redimerentur, ſiquidem Leuitici cap. vltimo iubetur puerum quinque annorum quinque ſiclis redimi, virum autem viginti annorum viginti ſiclis. Anna vero pollicetur, ſe illum nolle redimere, ſed prorſus Domino emancipare. Quæ reſponſio ſanè non minimam difficultatem patitur. Nam textus ille Leuitici de primogenitis non loquitur, & falſum numerum continet. Nam pro eo, qui viceſimum annum exceſſerit, ſicli 50. non 20. ſolui imperantur: & primogeniti, licet ex aliis tribubus redimerentur, Leuitæ tamen non redimebantur, vt declaratur Numer. 3. vnde nec erat neceſſaria illa obiectio. Leuitici autem cap. 27. id eſt eodem, verſu 26. prohibetur quidem, ne quod votum Deo de primogenitis nuncupetur: ſed de brutis animalibus ſolùm ea lege cautum eſt. quòd verò ad aliam dubitationem ſpectat, bellè ſatisfacit. Leuita namque non obſtringebatur prius diuinis obſequiis, quàm eſſet natus ad 25. annos: At iſta muliere filium ſuum, ſtatim vt eſſet ablactatus, vult vt ſe ſe in tabernaculo exerceat. Deinde non alium miniſterio finem præſcribit, quàm eundem, quem eſſet vitæ habiturus, quo pacto alia ſe quoque libertate priuauit. Tametſi enim Leuitæ, qua primogeniti erant, pretio redimi non poſſent, ſi qui tamen ſupra ætatem, ſupra conſuetudinem, ſupra etiam legem atque obligationem familiæ ſuæ Deo deuoti ac conſecrati eſſent, haud dubium quin more aliorum redimendi poteſtatem haberent. Sic enim lex ait Leuit. 27. *Homo qui votum fecerit, & ſpoponderit Deo animam ſuam, ſub æſtimatione dabit pretium. Si fuerit maſculus, à viceſimo anno vſque ad ſexageſimum an-* A *num dabit quinquaginta ſiclos argenti ad menſuram ſanctuarij: ſi mulier triginta. A quinto autem anno vſque ad viceſimum maſculus dabit viginti ſiclos: fœmina decem. Ab vno menſe vſque ad annum quintum, pro maſculo dabuntur quinque ſicli: pro fœmina tres. Si pauper fuerit,* &c. Igitur numerata pecunia etiam Leuitæ voti nexu eximi poterant. Verùm Anna, cùm annos illos Deo ſponderet, in quibus eius filius, ſiue tyrunculus, ſiue iam rude donatus, vacationem munerum habiturus erat, omnem redimendi facultatem ademit. Adhæc ſpondet etiam Nazaræatum, qui neque cum primogenitura, neque cum Leuitico miniſterio ſua natura coniunctus erat. Multi qui- B dem primogeniti, multique Leuitæ reperiebãtur, qui Nazaræorum vitam & cultum nequaquam ſuſcipiebant. Nazaræatum autem votum magnum Philo nuncupat, libro de victimis. Quod cur ita vocetur, his verbis explicat. Cùm aliquis ſacrarit omnium ſuarum rerum primitias ac decimas tritici, hordei, olei, vini, pomorũ optimorum, primogenitorum animalium, mactatis puris, impurorum verò perſoluto pretio, non habens amplius materiam in qua pietatem exerceat, ſeipſum dedicat pietate, ac ſanctitate nullis verbis effabili. Ideo magnum hoc votum appellatur. Nihil enim quiſquam poſſidet ſeipſo pretioſius, qua poſſeſſione tunc ceditur. Huius voti reo præcipiuntur hæc. Primùm ne mero vtatur, aliove potu ex vuis factitio, imò C ne alio quidem vllo, qui afferat temulentiam, & mentem labefaciat, vt ſacratus iam indè à voti nuncupati tempore. Nam qui ſacris operantur, ſitim aqua reſtingunt, ne in ebrietatem veritam incidant. Deinde ad præſtitutum diem &c. Nam ibi copioſius Nazaræorum ritus, & ceremonias perſequitur, quę habentur Numer. cap. 6. vini autem abſtinentiam potiſſimum notare volui, quoniam nec in textu Hebraico, nec in Paraphraſi Chaldaica, ſed neque apud 70. interpretes, aut Philonem Biblicum vlla mentio illius fit. Legit tamen etiam eam conditionẽ S. Chryſoſt. vt antea retulimus, oratione ad populum Antioch. Et iterum oratione de fide Annæ. Sed & apud Tertullianum cap. 9. l. aduerſus Pſychicos, hoc teſtimonium reperi: habet enim & abſtinentia vini ſuos titulos, quæ & Samuelem Deo vouerat, & Aaronem conſecrarat. Nam de Samuele mater: & vinum, inquit, & ebriamen non bibet: talis enim & ip- D ſa Deum orabat. Ad quæ hęc etiam adiũxit Pamelius, num. 55. haud multò aliter B. Hieronymus. Samſon, inquit, & Samuël vinum & ſiceram non bibunt: erant enim filij repromiſſionis, & per abſtinentiam ieiuniũmque concepti. Citat autem & Latinius in eandem ſentẽtiam, B. Baſilium hom. 31. An verò ſic aliquando legerint iſti Patres, neſcio: ſed etſi non legerint, quoniam tamen legitur, non modò filium mater vouiſſe Deo, ſed inſuper addidiſſe, nec capillum eius vnquam raſuram, qui ritus fuit Nazaræorum notiſſimus: inde colligere potuerunt, Nazaræum fuiſſe dicatum, ac proinde nec vinum bibiturum. Propterea igitur, tanquam quod oratione illa neceſſariò latebat, apertius explicantes, eam quoque conditionẽ addiderũt.

Vermilius. *Votum voluntarium iuri diuino præiudicare non poteſt.*

Leuitæ non redimebantur, tametſi primogeniti eſſent.

Primogenitus & Leuita voueri potuit, & qua ratione. Leuita voti necnon legis pretio abſolui potuit.

DABO EVM CORAM DOMINO OMNIBVS DIEBVS VITÆ EIVS.

Philo Iudę.

Nazaræatus votum magnum habitum.

Anna voto vini quoque abſtinentiam continerí.

Tertullian.

Iacob. Pamelius.

Latinius.

Digitized by Google

E T *nouacula non aſcendet ſuper caput eius.*] Hoc eſt capillus eius nunquam radetur, quaſi dicat, Nazaræorum viuendi modom ſectabitur. Ita Vatablus, ita etiam Vermilius: quanquam hoc potius à Nazaræorum ritu videatur abhorrere. Tametſi enim per aliquot annos intonſi manebant, attamen, cùm expleto tempore ſolemui ſacrificio vota abſoluebant, comam deponebant, flammiſque adolendam altaribus inferebant, cuius facti rationem egregiè Philo eodem libro de victimis expoſuit.

Philo Iudæus.

Nazaræi cap. illius tonderi debuit.

Quoniam, inquit, eo modo ſacrificans offert ſeipſum, & ſacrum altare nefas eſt pollui humano ſanguine, & opos fuit omnino eius partem offerri aliquam, electa eſt qoæ detracta nec dolorem afferret nec noxam. B Cùm enim corpus ſit inſtar cuiuſdam arboris, tanquam frondes ſuperfluæ capilli ex eo præſecti mittuntur in ignem, quo ritè coquantur carnes ſalutaris hoſtiæ: & quia votiuam partem inferre in altare non licet, ſaltem ignem ſacratum lignis admixta nutriat. Hactenus Philo. Quomodo igitur Nazaræorum legibus dici potuit eſſe victurus, qui nullo tempore crinem reſecaret? Reſpondemus eam ceremoniam iis duntaxat neceſſariam fuiſſe, qui χρονικοὶ ſiue temporales eſſent: Samſonem Iud. 13. & hic Samuelem deſignari perpetuos futuros.

Nazaræi temporales aut perpetui.

Occurrit iterum alia difficultas ex parte Leuitarum, nam Numeri 8. vbi eorundem purificatio præſcribitur, iubentur radere pilos omnes carnis ſuæ.

Leuitæ etiã tonderi debuit.

Igitur anteqoam ad tabernaculi miniſteria admitterentur, hoc ritu imitari opus fuit, quomodo voto ſe obſtringit mulier, vt raderetur, ſe non permiſſuram? C An quia capitis lex non meminit, opinabimur capillorum raſuram minimè iuberi? An potius Nazaræos, vtpote iam Domino conſecratos, ſi ſuum inſtitutum perpetuò tenuiſſent, noua conſecratione non indiguiſſe? idque Patrum traditione poſteris fuiſſe compertum? Alioqui enim lex obtinere debuit, cui vota volũtaria præiudicare non potuerunt: pro nouacula autem Chaldæus Paraphraſtes vertit terrorem, ait Vatablus.

Reſponſio pro Samuel.

Vatablus.

Sed tunc vox Hebræa haberet א in fine: מוֹרָא *mora* enim terrorem ſignificat. Hic verò legimus מוֹרָה. Sed profectò מוֹרָה *morah* terrorem ſignificat Pſal. 9. 21. terror non aſcendet &c. id eſt imperium hominis. Nam imperium eſt terror homini: id eſt, nemini vnquam ſeruiet præterquam Deo. Similia ferè habet Vermilius.

Vermilius.

Paraphraſtes, inquit, Chaldaicus interpretatur de libertate pueri naſcituri, quod non eſſet futurus ſub alieno dominatu & poteſtate, quaſi Samoel nemini ſubdendus eſſet. D Verùm (quod & ſentit Vatablus) non congruit, inquit, cum Hebraica voce, niſi legas מוֹרִים quo ſignificetur magiſter & Dominus. (arbitror librarij incuria factum, vt ם pro ה ſcriberetur, alioqui enim מוֹרֶה *Moreh* magiſtrum ſignificat, à quo ſi puncta ademeris, idem erit quod מוֹרָה nouacula.) Sed certè videbatur ſubdi regi Saüli, Cùm, inquit, *Saül audiet, & interficiet me.* Ad ſuam interpretationem fortaſſe torſit eò, quòd Prophetæ fotura eſſet magna ἐλευθερία, vt nemini taliter ſubderetur, vt

Paraphraſis Chaldaica expoſitio.

A verbum Dei reticeret: vel quòd à parentibus non eſſet, vel opificiis, vel hominibus addicendus, quo matris votum impediretur. Sed prima interpretatio, quæ Nazaræatum ſpectat, probatior eſt & communior. Itaque nouaculam non aſcenſuram eſſe ſuper capot eius, nihil aliud ſignificat, quàm cæſariem illius intonſam, & à raſura immunem conſeruaturam.

Germanus litteræ ſenſus.

De variis gentium ritibus circa alendam aut reſecandam cæſariem.

IVNIVS Comment. de Coma cap. 2. ſcribit ſenos fuiſſe obſeruatos ab antiquis mo- B dos, quibus crinium ſyluam tollerent: nam aut tundebant forficulæ, aut radebant nouacula, aut deglabratoriis medicamentis extringebant, aut pice reſinave extirpabant, aot deni que volſellis eradicabant.

Hadrianus Iunius.

Varius olim tondendi modus.

Vbi etiam videre eſt, quomodo ex Aſia mollities hæc emanarit; narrat enim ex Chryſippo, à Perſis ad Alexandrum magnum perueniſſe inde, eadem penè ætate Romanorum virtute in Aſiaticam luxuriam degenerante, (teſtibus Varrone l. 3. de re ruſtica, & Plinio l. 7. naturalis hiſt. cap. 59.) 454. anno ab vrbe condita, primùm Romam ex Sicilia tonſores euocatos.

Varro. Plinius.

Quemadmodum autem diuerſæ erant radendi, ſiue tondendi rationes: ita & diuerſas qooque à diuerſis populis capitis partes obſeruatas, quas raderent, aut comatas ſeruarent, cùm alij plures, tum præcipoè Herodotus autor eſt.

Herodotus.

Nam libro 4. Macas Africę populos refert ſummum capitis verticem ra- C dere, in medio capillos creſcere ſinentes, hinc atque hinc in orbem tondentes. Machlyes verò occiput crinitum geſtare, Auſes autem anteriorem capitis partem. Maxyes item Afros, dextram capitis partem comatam, ſiniſtram raſam gerere, Romani, vt opinor, ſylueſcentem capillum toto capite ex æquo deponebant, qoemadmodum & Hebræi: qood probat non modò ſingularis ille Nazarçorum ritus comam alendi, verumetiam Apoſtoli authoritas, qui 1. Cor. cap. 11. viris indecorum fuiſſe ait, ſi crinem promitterent.

Apoſtolus ad Corinth.

Quanquam nec defuiſſe inter Hebræos legimus, qui ſtudio alendæ comæ tenerentur, atque in primis Abſalon, qui quercum ſubiens capillo pependit. Apod Romanos verò qui capillum nutrirent, ſerui habiti ſunt, cùm è contrario apud Lacedæmonios libertatis profeſſio eſſet. Neqoe enim omnes in eo populi conſenſerunt, aut eandem opinionem probarunt: ſed quemadmodum fuerunt, qui mo- D lierum eſſe crederent cæſariem curare, viro autem indignum: ita & alij fuerunt, qui comæ cultum ad viri dignitatem decus & ornamentum inter cioes, inter hoſtes autem, ad terrorem & formidinem incutiendam pertinere arbitrarentur.

Non conſenſerunt olim nationes de promittendo vel radendo capillo.

At Lydorum, vt opinor, laſciuiæ atque improbitatis argumentum fuit nimia in cincinnis concinnandis adhibita cura. Quorum in ea re inſanum ſtudium cùm deprehendiſſet Condalus, qui eam prouinciam imperio regebat, in difficultate nummaria conſtitutus vafro conſilio ingentem pecuniarum vim ab

Lydi quanti comas ſuas fecerint.

eis extorſit. Nam cùm aduocata concione ægrè ſe referre diceret, quæ à rege mandata accepiſſet, verùm pro commiſſo ſibi munere cogi etiam ingrata perferre: fingit comas eorum ad ornatus quoſdam à Rege Perſarum peti, tegiæ autem libidini obſiſti non poſſe; ſi tamen nummos ſinguli conferrent, inueniſſe viam, qua illis parceret, comis aliundè redemptis. At illi hoc audito, gratiiſque peractis, ſtatim non modico ære capitis ſpolium redemerunt.

Verùm hæc Lydis obtigerint, genti omnium corruptiſſimæ luxúque perditiſſimæ, certè eadem ſuſpicio in maiores noſtros cadere non potuit, quos ſolus labor bellicus & gloria delectabat: & tamen capillum de more gentis nutriebant. Erat autem apud illos promiſſa cæſaries, in priuato quidem homine, libertatis inſigne; in principe, dignitatis & imperij.

Greg. Turon. lib. 6. de Geſt. Franc. cap. 24.

Prolixa cæſaries regiæ ſtirpis inſigne apud Francos.

Sanè ſanctus Gregorius Turonenſis autor eſt libro 6. de Geſtis Francorum, cap. 24. Gundebaldum nullum maius habuiſſe argumentum, quo ſe Clotarij filium conuinceret, dum Childeberto patruo à matre repræſentaretur, quàm quod literis eruditus eſſet, & crinium flagellis per terga demiſſis incederet, inueterata Regum conſuetudine à tempore Clodionis Francorum Regis, qui primus prolixa cæſarie delectatus fertur, atque inde comati nomen accepiſſe.

Eginhardus in vita Caroli magni.

Tōſo capillo Hildericus iuſſu Stephani ſummi Pont. regnum abdicare coactus eſt.

Eginhardus autem in Caroli magni vita, cuius olim Cancellarius fuerat, ac deinde gener, poſtremò ſancti Benedicti regulā profeſſus eſt: de Hilderico loquens qui poſtremus regnauit ex gente Merouingorum: cùm Stephani Rom. Pontificis iuſſu deponeretur, detonſus eſt, inquit, atque in monaſterium truſus. Quod ideo adnotauit, quoniam, vt idem ipſe teſtatur, etſi iam tum opes ac regia potentia penes palatij præfectos, qui maiores domus dicebantur, reſidebant: adhuc tamen vel ſolo nomine regio contentus, crine profuſo, barba ſubmiſſa, ſolio reſidens, ſpeciem dominantis effingebat. An verò etiam reliquus populus, Regis ad exēplum compto ac profuſo crine gloriaretur, non ita compertum eſt.

Agathius l. 1. de bello Gothico.

Agathius negat l. 1. de bello Gothico: ſolis enim Francorum regibus licuiſſe profuſa coma ornari cum aliquo diſcrimine ad frontem mediam affirmat, ſubditos omnes circuntonſos fuiſſe: atque ita cognitum Clodomirum vnum è quatuor Clodouæi regis filiis, qui in prælio Burgundionum telo occubuerat. Cui etiam fauet, quod cùm in ordinem aliquis ex Regibus redigeretur, aut certè cuipiam è ſtirpe regia regni ſpes adimeretur, tondebatur: quod erat abdicationis ſignum notiſſimum. Quod ſi communem cum reliquo populo cæſariei cultum ſtirps regia habuiſſet, non tam in ordinem redactus, quàm præter ordinem non neceſſaria ignominia notatus videretur.

Lex Salica.

Veruntamen legis Salicæ c. 26. inuenio puerorum crinitorum & incrinitorū fieri mentionem: ſic namque lex ait: Si quis puerū infra duodecim annos, ſiue crinitum, ſiue incrinitum occiderit: ſexcentis ſolidis mulctatur. Qui verò totonderit ſine voluntate parentum, ſolidis 45. Qua lege, vt opinor, non regiis liberis, nam id fuiſſet imminutæ maieſtatis crimen, ſed popu-

A laribus cauebatur: qui pro arbitrio parentum aut comam alebant, aut deponebant. Niſi quis hoc ſpectare velit ad aliquam religionis noſtræ ceremoniam.

Adrenald.

More maiorum noſtrorum, qui primus alterius capillum totondiſſet, ſpiritualis eius pater habebatur.

Nam de Martello principe refert Adrenaldus Floriacenſis Monachus, quòd cùm cum Luitprando Longobardorum Rege amicitias feciſſet, Pipinum filium ſuum ad eum miſerit: vt more Chriſtianorum fidelium eius capillum primus attonderet, ac pater illi ſpiritualis exiſteret: quod ille gratantiſſimè compleuit, multíſque ditatum muneribus patri remiſit. Aut denique ea omnium gentium conſuetudo fuit, vt pueris ad ornatum ſeruaretur intonſa cæſaries, donec illam cum puerili veſte deponerent, & diis etiam aliquando offerrent, B ſicut Græcos feciſſe legimus. Martialis ſanè collegium puerorum non ſemel turbam crinitam & capillatam nominat. Alij etiam poëtæ intonſos ſæpè pueros meminerunt.

Titus Liuius.

Inuenio autem & Galliæ noſtræ ante Francorum tempora comatæ nomen inditum ab incolis, vt reor, abſque delectu comam nutrientibus, quemadmodum & Tranſalpinam togatā à veſtis decore. Et Titus Liuius Decadis 4. l. 8. Gallis adſcribit promiſſas & rutilatas comas, vaſta ſcuta, prælongos gladios: ſed ſpecioſas, vt par erat, ante alios ipſos reges oſtentaſſe mihi fit veriſimile, nec non &, quod Agathius memorat, expoliuiſſe crinem, vnguentiſque variis perfudiſſe.

Philoſtratus vitæ Apollonij l. 8. cap. 30.

Idem vero & Lacedæmonij feciſſe feruntur quo tēpore bellicoſiſſimi habiti ſunt, à Leo- C nida Rege edocti, vt refert Philoſtratus: ſiquidem amplificato crine amicis quidem ſpecioſiores fore dicebat, hoſtibus vero terribiliores. Apud eundem Philoſtratum in vita Apollonij l. 4. cap. 5. narrat Achilles, nunquam ſe comam totondiſſe, ſed ſeruaſſe intactam, vt offerret flumini Sperchio, circa quem priorem ætatem illum tranſegiſſe narrat Homerus.

Homerus.

καρηκομόωντας ἀχαιοὺς laudis: quædam genere Homerus appellat. Athenienſes autem *τεττιγοφόροι* dicti ſunt, ob cultum cincinnorum, & implexas crinibus cicadas aureas.

Quare nunc Clerici & Monachi radantur.

Quomodo nunc Sacerdotes & Monachi capita radunt, cum id Nazaræis & Sacerdotibus lege fuerit prohibitum. Ratio 1.

VERVM hæc fuerint diuerſorum inſtituta populorum, prout cuíque viſum eſt, capillo abutentium. Quæri vtique poteſt, cur D nunc Clerici, & Sacerdotes, & Monachi capita radant, cùm id videatur non modò Nazaræis, quos ex parte religioſi referunt: verumetiam ſacerdotibus diuina lege prohibitum? Ezechiel quidem cap. 44. *Sacerdotes caput ſuum non radent.* Numer. 6. de Nazaræis: *Nouacula non aſcendet ſuper caput eius omni tempore conſecrationis ſuæ.* Quomodo igitur conſuetudo diuerſa placuit? Quoniam neque antiqui illi ſacerdotes in exemplum nobis ad imitandum ſunt propoſiti,
neque iam periculum eſt, ne raſurâ gentilium 2.
ſacrificorum ritus æmulari videamur: & debuerunt in coronæ modum attonderi, qui *regale* 3.
noui teſtamenti *Sacerdotium* præ ſe ferrent. Quod ad Nazaræos attinet, ſic illorum ſacrum morem imitamur, quemadmodum & Paulus

Act. 18. nimirum cum illis capita radentes, vt A
expletum votum noſtrum ſignificemus. Ne-
que enim iterum in votis eſt Chriſtus: ſed ſuo
aduentu vota noſtra cõpleuiſſe teſtamur. Quę-
ritur, inquit S. Iſidorus, cur ſicut apud antiquos
4. Nazaræos, non ante coma nutritur, & ſic ton-
S. Iſidor. Peluſ. detur? ſed qui hæc exquirunt, animaduertant
quid ſit inter illud Propheticum velamentum
5. & hanc Euangelij reuelationem, de qua dicit
Apoſtolus: Cùm tranſierit ad Chriſtum, au-
feretur velamen. Quod autem ſignificabat ve-
lamen interpoſitum inter faciem Moyſi, & aſ-
pectum filiorum Iſraël, hoc ſignificabat illis
temporibus coma ſanctorum. Nam & Apoſto-
lus comam pro velamento dicit eſſe: proinde
iam non oportet vt velentur crinibus capita
eorum qui Domino conſecrantur, ſed tantum B
vt reuelentur: quia quod erat occultum in Sa-
cramento prophetiæ, iam in Euangelio decla-
ratũ eſt. Hactenus ille. Sed & ſi qui raſuram no-
ſtram propterea pertinacius improbent, quod
priſca lege vetita ſit, capillos ipſi nutriant, &
mulierum in morem iubati incedant, nam &
tonderi omnino lege interdicitur. Sic fiet, vt
dum ſtudent ab antiqua lege cauere, in nouam
impingant, imo vtriuſque legis rei ac præuari-
catores habeantur: cùm illa prior in figura ni-
hil aliud præcipiat, quàm quod ipſi poſt adeptã
veritatẽ retinemus. Apoſtolus namque 1. Cor.
6. 11. *Natura*, inquit, *ipſa docet vos* (ius autem na-
turale etiam ad Euangelium pertinet, & ab
Apoſtolo docetur) *quod vir ſi comam nutriat,* C
*ignominia eſt illi: mulier autem ſi comam nutriat, glo-
ria eſt illi: quoniam capilli pro velamine ei dati ſunt:
& turpe eſt mulieri tonderi aut decaluari.* Quæ ver-
S. Chryſ. ba ediſſerens S. Chryſoſtomus ait, Naturam
humano generi etiam in cultu capillorum de-
7. diſſe præſidentiæ ac ſubiectionis ſymbola. vi-
rum enim iuſſit reſecta coma libero & adaper-
to capite principatus ſignum præ ſe ferre: mu-
lierem verò comam geſtare voluit, velut quod-
dam ſummiſſionis velamen, ac ſeruitutis inſi-
gne, ſicut itaque mulier, ſi abſciſſa cæſarie de-
tectoque capite viri ſymbolum contra naturæ
ordinem vſurpauerit, ſeipſam deturpat: Ita vir,
ſi neglecta poteſtatis ſuæ dignitate muliebrem
comam aſſumpſerit, ſeipſum ignominia affi-
ciet, ſeruitutis inſigne, & effœminati animi in-
dicium geſtans.] Cùm igitur naturæ inſtinctu D
ſuadeantur viri omnes ad comæ attonſionem:
quanto magis cõſentaneum eſt ſacerdotes, qui
officij dignitate, & vitæ exemplo cæteris præ-
eſſe debent, virilis præſidentiæ inſignia, attonſo
muliebri crine circunferre?

Verùm eam tractationem iis relinquamus,
qui de rebus noſtro tempore circa fidem con-
trouerſis diſputãt. Nam ſtudioſo lectori abun-
dè ſatisfacere poterunt Bellarminus, Coccius,
& alij plures: Sixtus itẽ Senenſis l. 5. Biblioth.
ſanctæ annot. 244. Et Baronius Annal. Tomo
1. ad annum Chriſti 58. inſtituto noſtro magis
conueniet, ſi capillaturæ & caluitij rationes
Raſura Clericorũ plures cauſæ myſticæ. myſticas inueſtigemus. Præterquã igitur quòd
eo capitis cultu ſingulari clerus à populo ſecer-
nitur, atque illa verticis in ſphæræ modum at-
tonſione, vnà cum ſacerdotali tiara etiam regia
corona exprimitur (ſiquidem vtroque honore, A
Petro autore, legis Euangelicæ ſacerdotium
pollet) clerici hoc externo attonſi capitis ſym-
bolo admonentur, vt docet ſanctus Iſidorus in
2. de officiis Eccleſiaſticis libro, cap. 4. quod in-
tus in mente, cuius caput ſedes eſſe dicitur, fa- 1.
cto opus ſit, nimirum ſuperfluas carnis curas, 2:
quas capillorum ſuperfluitas adumbrat, vnà cũ S. Iſidorus. Hiſpalenſis.
capillis reſecare, & crimina cum crinibus abij-
cere, & carnalem ac muliebrem mentem virili- 3.
ter attonſo capite deponere. S. verò Germa-
nus Conſtantinop. Archiep. in Theoria rerum S. Germanus Conſtantinop:
Eccleſiaſticarum, & Venerabilis Beda in hiſto- Venerab. Beda.
ria Anglorum libro 5. cap. 22. eo pacto volunt
ſpineæ illius coronæ, quæ Dominico capiti im- 4.
pacta eſt, memoriam refricari: Cœpiſſe autem
ab Apoſtolo Petro, cùm ab infidelibus Antio- B
chiæ prædicans ludibrio habitus eſſet, atque ad
eum modum attonſus. Quod etiam Romæ
Ioanni contigiſſe imperante Domitiano refert
Pſeudoprochori apocryphum, de Apollonio Prochorus
Tyanæo teſtatur Philoſtratus in eius vita l. 7. Philoſtratus.
eum in carcere ab eodem Imperatore tonderi
iuſſum. Apollonius enim, ſicut & Indiæ ſapien-
tes quos inuiſit, aliique plures barbam capil-
lúmque promittebant. Hoc verò, ſiue ignomi-
niæ cauſa factum eſt, vt raderentur: ſiue præcau-
tionis gratia, tanquam cum veneficis & incan-
tatoribus res eſſet: quos toto corpore radi cõ-
ſuetudo eſt, ne quid maleficij delitеſcat cùm iu-
dicio ſiſtuntur: Eccleſia certè in ſuam gloriam
tranſtulit, ſtatuens in poſterum ordinem ſuum C
nobiliſſimum eo ſtemmate deſignari. Iam verò
quanta ratione pili reſecatio inſtituta ſit, dum
allegoriam perſequor, ſimul aperiam. Sunt 5.
enim pili viliſſima totius corporis materia,
quod non modò vſurpata ab antiquis prouer-
bia teſtantur: verùm etiam ipſa natiuitatis eo-
rum, vt Tertulliani verbo vtar, paratura. Na-
ſcuntur enim è fumido, craſſoque vapore: ſic-
citate præterea, atque frigiditate reliquas cor-
poris partes ſuperant, ſi Galeni auctoritati ſta-
bimus: ac propterea etiam morti affines ſunt,
quæ in his potiſſimum conſiſtit. Quis igitur
cum eiuſmodi ſint, non ab iis amputandos eſſe
cenſeat, qui vitam mortis expertem quærant?
Decet nos præterea ab omni feritate atque
malitia eſſe remotos. At in rerum natura, ea, 6.
quæ ad hominum perniciem nata eſſe videntur, D
præcipuè pilis ſeu villis abundant. Apud Virgi- Virgilius.
lium in 4. ſcelerata maga pubentes herbas, hoc
eſt, piloſas ſeu lanuginoſas ad veneficium ex-
quirit. Ex animalibus vt quidque viliſſimum
eſt, aut veneno armatur, aut ferum & immite
cultum fugit, ita fermè pilis horret. Scolopen-
dra lethalis vermiculus totus pilis obſitus eſt.
Lupus, immitis ac ſubdola fera pilorum ſylua
viget. Aper ſetis horret, hiſpidus idcirco à Statio
appellatus. Quid monſtra commemorem? ne
illa quidem abſque pilis ſatis formidoloſa vide-
ri potuerunt. Itaque Gorgonem illam, cuius
ſolo aſpectu homines olim in ſaxa diriguerunt,
anguibus capillatam Poëtæ fingunt. Polyphe- Eſaiæ 13 21 שעירים
mum ſetis horridum Ouidius deſcribit. Tita- *Dæmones vertit*
nas Orpheus: Dæmones etiã Scriptura ſeirim, *Paguinus.*
hoc eſt, piloſos tradit. Getæ & Cilices olim

corpore

corpore hirto eſſe ſunt crediti: forte, quod A pellibus aduerſus frigora protegantur. Nunc qui ſunt eiuſmodi feros homines vocitamus. At contra homines læues & glabros natura creauit, nonnullis tantùm partibus raro crine reſperſis, nequando cõditionis ſuæ immemores ſupra modum inſoleſcant. Itaque pilum à ſe excutere nihil aliud eſt, quàm quicquid ferinũ nobis adhæſit ſedulò depellere. Propterea igitur pili capitis, comæ dicti ſunt, παρὰ τὸ κείρειν à cędendo, vt ſecare crebriùs ſtuderemus, quemadmodum & Latinè cæſaries à cædendo dicta eſt.

7. Humilitatem deinde eo pacto docemur, ſiquidem κομᾶν verbum tropicè ſuperbire ſignificat, criſtáſque attollere ob res bene geſtas. Ita accipi annotat Ammonius. Ariſtophanes in Nebulis, κἀγὼ μὲν τοιοῦτος ἀνὴρ ὢν ποιητὴς οὐ κομῶ, id eſt equidem tãtus ego Poëta nihilo magis ferocio. Herodotus, ἐπὶ τυραννίδι ἐκόμησε, hoc eſt, ſuperbiit ob aſſumptam tyrannidẽ, ſiue magnos ſpiritus ſumpſit iam regnum adeptus. Equæ verò iubis attonſæ feruntur aſinos admittere. Vt nos igitur etiam ſummiſſo atque humili animo inter Angelorum choros in atriis Domini verſemur, ceremonia illa admonemur. Barbæ etiam raſuram Venerabilis Beda in Eſdræ commentariis ad humilitatis recordationẽ dicit eſſe inſtitutã, ſcilicet ne Deo dicati homines magnitudine, aut multitudine virtutũ ſuarũ in ſuperbiam extollantur. Nam cùm barba, quæ virilis ſexus & ætatis eſt index, fortitudinem, prudentiam, aliáſque virtutes ſignificet perfecto viro dignas, idcircò eã ſancti viri abſcindere vel abradere iubentur: vt ex hoc intelligant, oportere eos omnẽ propriæ virtutis confidentiam abiicere, & meminiſſe virtutes ſuas quantumlibet magnas ac multas vitiis eſſe permixtas, ac proinde paucas eſſe & paruas, aut pene nullas, ſi diuinæ ęquitatis examine diſcutiantur: dicit enim Dauid Pſal. 144. *Non intres in iudicium cum ſeruo tuo Domine, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens.* Et Iob, *Si iuſtificare me voluero, & innocentem oſtendero, prauum Deus me comprobabit.*

Ariſtophanes.

Herodotus.

Vener. Beda.

8. Luctus præterea argumentum fuit tam apud Ethnicos, quã apud antiquos Hebræos, quemadmodum latè probat Iunius cap. 5. de coma. Iob certè audita morte filiorũ comam execuit, & in terram corruit, Deúmque ſolo proſtratus adorauit. Illud verò præcipuũ eſt Monachi officium in luctu ac mœrore eſſe, & ſua peccata plangere atque deflere, aſſiduéque mortis meditationem animo cõplecti.

Iunius.

9. Fuit etiam olim is habitus ſeruorum apud priſcos, potiſſimũ Gręcos, & etiamnum viget apud nonnullas nationes, quemadmodum refert idem Iunius cap. 2. Nihil verò ſic congruit vitæ generi quam profitemur, vt ſeruitutis ſymbolum, non illius quidem, quæ nos hominum libidini obnoxios efficit, ſed quæ Dei poteſtati addicit. Votorũ namque religione Deo in ſeruitutem tradimur, & deinceps noſtri iuris eſſe deſinimus. Tametſi, ſi quis rem attentius conſideret, ea potius libertas dicenda ſit, quàm libertatis priuatio: tùm enim verè liber homo eſſe incipit, cũ Dei iuſſis obtẽperat; ſeruus cũ ſuis cupiditatibus obſequitur.

10. Capitis autẽ raſura apud Romanos capeſſendæ libertatis auſpiciũ fuit. Serui namque abraſi pileo donabãtur, & Prætoris virgula in capite percuſſi vindicabãtur: quod abſque vindicta apud Ægyptios Ioſeph raſo tantùm capite Pharaonis beneficio conſecutus eſt. Quoniam verò metus & ſuſpicio optimos quoſque ceptus remorari ſolent, idcirco ille ritus formidinis contemptum nobis plurimùm commendat. Græci enim comam φόβην vocant, ſummam præcipuè. Quæ quidẽ vox horroris terroriſque ſignificationẽ quandã inſinuare videtur, ſi eius etymon ſpectemus. Sophocles in Oedipo Colonæo, Metus ſubiuit capite in ſummam comam. Ibi φόβαν habet. Metus enim vbi adeſt, cæſariẽ ſurrigit. Vnde & ab eodẽ Sophocle ὀρθόθριξ φρίκα, B hoc eſt, formido pilorũ arrectrix: & ab Aſchylo ὀρθόθριξ φόβος eodem ſenſu. Et naturę rerũ peritiſſimus Maro, *Obſtupui ſteteruntque comæ.* Ouidius quoque de ſeipſo in Faſtis, libro 1.

Extimui, ſenſique metu riguiſſe capillos.

Et apud Homerũ Iliados vltimo, Priamo arrecti ſteterant crines ad vocem Mercurij. Ex his omnibus ſatis apparet ſummũ capitis verticẽ, quem κορυφὴν Græci vocant, hieroglyphicè pro metu ſumi poſſe, eundémque cultro tõſorio leuigatum metus abſterſionẽ ſignificare. Id verò cum primis nos decet, ne Deo ſeruientes, quenquam timeamus. Perfecta namque charitas foras mittit timorem.

11. Alexander Macedo ad Arbelã ſigna cũ hoſte collaturus, iuſſit Macedonas ſuos barbam capillúmque deponere. At enim cum ſui barbam promitterent, Perſa quidam, cominus hoſte intra ipſius arma occupato, barba comáque prehendens Macedonem, crinibus 12.
C piſcis inſtar attractum, ſoloque afflictũ, educto acinace confoderat. Id cùm ipſe animaduertiſſet, de totius exercitus ſalute ſollicitus præſentiſſimũ remediũ, raſuram ſcilicet, adhibuit. Iam verò nos quoque milites ſumus, nec decet hoſti occaſionẽ dare qua nos opprimat. Oppreſſos nãque quales quãtoſque dolemus in exitiũ trahi, dum aut ipſi plus æquo comẽdis capillis ſtudẽt, aut in alterius cõptioris comę laqueos ſe induunt. His nãque vinculis diabolus ſuas plagas & retia texit. Debemus igitur & nos, ſi periculũ vitare cupimus, crinem tõdere: id enim tationibus noſtris cũ primis vtile eſt ac cõducibile. Sic namque fiet, vt plures animi morbos atque peſtes, quæ inde manãt, auertamus. Nam 13.
& medici ipſi, qui corpus curandum ſuſcipiunt, poſtquam reliqua remedia fruſtra tentauerint, ſæpè ad nouaculam dropacémque confugiunt: nec ante corpus ægritudine leuant, quàm caput exonerauerint ſpolio capillorũ. Atque hoc D adeo Ægyptiis olim perſuaſum fuit, vt Æſculapium, quem medicinæ Deum eſſe crediderant, caluum effingerent. Verùm illi, cùm corporis curam gererent, crinem capitis frequentius abradendum cenſuerunt: nos qui magis in eam curam incumbimus, vt animæ noſtræ ſaluæ ſint atque incolumes, eiuſdem potius capillum ſtudeamus abſcindere. Animæ autem capillum voco rationis omnes motus inanes & vanos, & ſuperfluas cogitationes, quas niſi ſedulò amputemus, ſua importunitate animam obruent, fractámque ac remiſſam

pesſundabunt. Plutarchus libro de Iſide& Oſi- A
ride, raſuram caſtimoniam credit ſignificare.
vera enim cauſa eſt, inquit, cur ſacerdotes ca-
pillos ponerent, quoniam purum tangi à nō pu-
ro nefas eſt, vt ait Plato. Atqui nullum excre-
14. meutum alimenti, nullum reiectaneum caſtum
Plutarchus. purumve eſt. Cæterum ex excrementis naſcun-
tur lanæ, villi, crines, vngues, atque germinant.
Porrò, ô Clea, inquit, non philoſophum barba
15. & pallium, neque Iſiacum, id eſt, ſacerdotē lini
Syneſius de caluitie. geſtatio, aut raſura faciunt, ſed vitæ puritas,
innocentia, atque religio. Vlyſſem, inquit Sy-
neſius, cùm eſſet caluo capite, proci inceſſentes
per noctem luminis inſtar eſſe poſſe aſſerebant.
Ergo habet aliquid abraſi capitis canities cum
luce commune: at comæ contra cum tenebris,
& nocte magis conueniunt, ſiquidem caput & B
humeros vmbra tegunt. Nos igitur, quos diui-
næ lucis ſtudium hactenus exercuit, non debe-
mus committere vt noctis imaginē præ nobis
feramus, quin potiùs caluities vltro accerſenda
eſt, ex quo magis cum luce conſentit: ſic nam-
16. que meliùs eiuſdem filij eſſe agnoſcemur, qui
Pater luminum à Iacobo Apoſtolo meritò ap-
pellatus eſt. Deinde, ſenſus corporis nobiliſſimi
pilis carent: quibus ſi oculi & aures lucorū in
morem conſerantur, cæcos nos eſſe, & ſurdos
oportebit. Ergo nos quoque ſi ſapere volu-
mus, ſupremā capitis partem, quo loco ratio
præſidet, ſimili impedimento liberabimus. Viri
17. namque religioſi, maximè qui rerum cæleſtiū
contemplationi inſiſtunt, oculi & aures Eccle-
ſiæ habentur. Quomodo igitur non ſit abſurdū C
eoſdem eſſe comatos? Pueros comæ decent, ſe-
nes caluitium comitatur: quorum illi quidem
rudes & imperiti audiunt, hos magis prudentia
commendat. Nos verò puerorum amentiam
æmulari quis ferat? Senilis prudentia, ſi quidem
18. officio fungi volumus, nobis aſſumenda eſt.
Hanc verò promittit & oſtentat capilli, ſiue à
natura, ſiue ab arte demiſſio. Denique imperfe-
ctæ rei, nec abſolutæ, capillus argumentum eſt:
ſiquidē ſemina quæ in terrā coniecta ſunt, dum
elaborantur, pubeſcunt primùm & culmo, fo-
liis atque ariſtis luxuriantur: deinde viriditas
herbeſcens nixa fibris ſtirpiū ſenſim adoleſcit,
ſicque demum fructum enititur. Ad eundem
ferme modū & ratio, tanquam iactum cœlo ſe- D
men, & in hominis cerebrum demiſſum, pilos
primū toto capite excitat: verùm illis deinceps
paulatim decidentibus, vbi iam ſatis ratio per-
fecta atque elaborata eſt, adducta caluitie ſa-
19. pientiā parit. Quam nos, quia maturè ante æta-
tem voto anticipamus, huius quoque indicem
canitiem arte inducimus. Poſt quæ omnia illud
quoque nobis cogitandum eſt, ſi quidem cæ-
leſtiū choris inſeri cupimus, nullam ex his crea-
turis, quæ vtique omnium præſtantiſſimæ ſunt,
pilis inhorreſcere. Neque enim ſol, aut luna, aut
aliud quodpiam ſydus crinitum eſt, ſed læuia
ſunt ac polita omnia. Quòd ſi quæ nonnunquā
ſtella comata apparet, quanquam reuera nulla
talis eſt, ſed eſt accenſa quædā terreſtris exhala-
tio: illam omnes vt portentum horrent & exti-
meſcunt. Arbitror autem & eos, qui iſta inco-
lunt ſpiritus, his neutiquam eſſe impolitiores.
Quocirca ſi cœleſtium ſocietatem appetimus,

A prius illorum ſimiles eſſe ſtudeamus: Primùm
quidē moribus, ac totius vitæ inſtituto: Deinde
etiam corpore nonnullam eorum imaginē de-
poſito crine referre gaudeamus. Poſtremò, vt
hoc etiam addam tanquam coronidem ex Sy-
neſio in Encomio caluitij, ſumma noſtra per- 20.
fectio Dei imitatio eſt: at eo nihil minus hiſpi- Syneſius.
dum, aut villis horridum, vel inæquale excogi-
tari poteſt. At enim ſi liceat eum cum aliqua
ex his rebus, quæ ſenſu percipiuntur, conferre,
ſapientiſſimorum hominum cōſenſu ſpheram
eſſe neceſſe eſt: figurarum enim illa capaciſſima
eſt, ſiue quæ in plano ſidunt, circulus enim mul-
tangulas omnes ſuperat: ſiue quæ profunditate
conſtant, globus enim ſolidis omnibus præſtat:
vtramque autem figuram circulū & globum in
B omnem partem æquabilem eſſe oportet. Tales
igitur etiam nos euadere opus eſt, ſi ad eius ſi-
militudinem ſimus peruenturi, quod quidem
mente atque animo perficitur. Interim tamen
illud quoque corporis ſpecie teſtati, non me-
diocris voluptas eſt, præterquam quòd animæ
proficit ad propoſiti memoriam perpetuò re-
fricandam.

Sed iam ſatis ſupráque de nouæ legis ritu
tractatum eſt, ad antiquam reuertamur. Quo-
niam illa igitur pro varia conditione hominum,
nonnunquam pilum radere præcipit, nonnun-
quam intactum ſeruare: vtriuſque ceremoniæ Origenes hom. 6. in Leuit.
myſticam intelligentiam Origenes homilia 6.
in Leuiticum expoſuit. Nam quod radi pilum
C iubet, puto, inquit, quòd omne quicquid operis
emortui animæ poſitæ in peccatis exortum eſt,
tolli iubeat. Hoc enim nunc pili nomine iube-
tur abiici. Peccator enim, omne, quod ei ſiue
in conſilio natum eſt, ſiue in verbo, ſiue in ope- Moralis
re, expedit, ſi verè purificari velit, vt eradat & ratio ob quā
abiiciat, nec reſidere aliquid patiatur. Sanctos Nazaræis
autem ſeruare debet omnem capillum, &, ſi coma non
poſſibile eſt, nec aſcendere debet ferrum ſuper raderentur.
caput eius, nec abſcindere aliquid de cogita-
tionibus ſuis ſapientibus, aut dictis, aut operi-
bus bonis. Inde denique eſt, quòd & Samueli
ferrum dicitur non aſcendiſſe ſuper caput: ſed
& Nazaræis omnibus, qui ſunt iuſti, quia iu-
ſtus, ſicut ſcriptum eſt, omnia quæcumque fe-
cerit proſperabuntur, & folia eius non decidēt.
Hinc & diſcipulorum Domini etiam capilli
D capitis dicuntur eſſe numerati, hoc eſt, omnes
actus, omnes ſermones, omnes cogitationes,
ſeruantur apud Deum, quia iuſta, quia ſancta Philoſtratus lib. 8.
ſunt. Hæc Origenes. Apollonius etiam negat c.3. vitæ
ſapienti comam amputandam, quo ferrum ca- Apollonij.
piti admoueri non debeat, cùm ſit illud fons &
origo ſenſuum, atque inde contemplatio, &
ſermo quoque interpres ſapientiæ, nec non &
vota atque orationes quæ Deo offeruntur,
procedant.

Puto autem quòd Nazaræis ad cōponendos
capillos, ne ſordes colligerent, aut ſine ordine
iactarentur, pectē quoque neceſſarius fuerit: nā
& in antiquis Floriacenſis monaſterij cōſuetu-
dinibus dies cōſtitutos reperio, quibus vt aiūt,
pectinabunt Monachi, & faciē lauabūt. Pecti- Iuo Carnotenſis.
nem autem ad ſe dono miſſum Iuo Carnotenſis
Epiſcopus myſticè expoſuit, cuius hîc ego tro-
pologicam interpretationem idcirco refero, ne

ET NOVACVLA NON ASCENDET SVPER CAPVT EIVS.

Pectinis Tropologia.

quid Nazaræo noſtro deſit. Sic igitur ille ſcribit Epiſt. 6. ad Girardum. Inſtrumentum etiam niuei candoris ad ordinandos capillos in idipſum charitatis ſignum tranſmiſiſti. Quod cùm mihi placeat in ſuo genere, quantum huiuſmodi placere debent, propter exteriorem pulchritudinem: vehementius tamen placet propter pulchri Sacramenti interiorem celſitudinem. Nam cùm in capillis inordinati mores, vel inordinati populi, quadam comparatione poſſint intelligi, credo prudentiam tuã munuſculo hoc quaſi quodam monitorio vigilantiam meam excitare, vt ſtudeam inordinatos populorum mores diuerſis exhortationum modis componere, atque habito diſcretionis moderamine ad debitum ordinem reuocare. Quid verò ipſo inſtrumenti decore, quod longa lima, & longa politura ad hunc candorem perductum eſt, ſignificare videris, niſi vt caſtigem corpus meum, & in ſeruitutem redigam, ne forte cùm aliis prædicauerim, ipſe reprobus fiam. Hæc Iuo.

De votis, & num Anna potuerit filium voto ſuo obligare.

RELIQVA eſt non minima difficultas, an ſcilicet Annæ licuerit vouere pro filio. Voto Patres familiarũ, inquit Vlpianus, ff. de pollicitationibus l. 2. obligantur, puberes ſui iuris. Filius autẽ familias, vel ſeruus ſine patris dominive auctoritate voto non obligantur. In quæ verba Gothofredus, quid in filia? patris conſenſus expectandus eſt. S. Ambroſius in c. mulier: Et S. Auguſtinus c. merito 32. quæſt. 2. quid in vxore? mariti voluntas expectanda. S. Auguſt. ca. noluit. 33. quæſt. 5. quid in viro continentiã vouente? vxoris conſenſu indiget. S. Auguſtin. in Pſal. 146. 33. quæſt. 5. c. ſi dicat, & ſequentibus. An idem ſi vir iter Hieroſolymam voueat? Negat Innocentius. c. ex militia 9. §. in tanta extra. de voto. Quid? num Epiſcopo, & clerico ſine ſuperiorum conſenſu vouere licet? Negat idem Innocentius in c. nunquam 7. vide ipſum etiam extra. de voto. Multominus Monacho ſine conſenſu Abbatis id licebit, Concilio Agathenſi in cap. Monachorum 20. quæſt. 4. Hæc Gothofredus paucis multa complectens, cuius breuitate delectatus, nonnunquam etiam his, quæ quærimus, annexa refero. Igitur Annæ nõ licuit inconſulto marito votum ſuſcipere; id enim cum lege Dei pugnare videtur, inquit Vermilius: quia vt in l. Numeri cap. 30. habetur, Si filius inconſulto patre quidpiam voto nuncupauerit, irritum eſſe iubetur. Item ſi vxor clam marito aliquid vouerit, id poſtea marito licet, ſi velit, reuocare. Cur ergo Anna ita vouet? Reſpondeo, inquit, quod ad maritum attinet, confidebat pia mulier, cùm ab ipſo diligeretur, ſe poſſe illi perſuadere, vt votum ſuũ ratum haberet. Nam præterea quod Elcana religioſo animo erat, Leuita etiã fuit, & accedebat ipſius voti honeſtas, & reipſa ita succeſſit: quia cùm puer eſſet natus, Elcana in Silo aſcendit vt votum perſolueret. Deinde id pollicetur quod in ſua poteſtate ſitum erat, hoc eſt, vt filiũ ritu

Vlpianus.
Quibus vouere liceat.
Gothofredus.
Vermilius.
Quomodo Anna filium vouere licuerit Vermilij ſententia.

DABO EVM DOMINO OMNIBVS, &c.

A Nazaræorũ educaret. Poſtremò nihil à verbo Dei alienum vouet. Poſt votum autẽ ita nuncupatũ, eius erant partes admonere atque hortari filium, vt, cùm ad ætatem adultam perueniſſet, id vltro præſtaret, quod ipſa eius nomine vouiſſet. Is autem, ſi poſtea nollet, quamuis iure voti non teneretur, attamen præcepto Dei vrgebatur, quo filij adiguntur vt parentibus obtemperent. Et ſanè huiuſmodi filius niſi hac in re pareret, ſe peccato non leui adſtringeret, cùm ei nihil mandaretur, quod cum verbo Dei pugnaret. Hactenus Vermilius. In cuius verbis multa mihi reprehenſione digna viſa ſunt, quæ ſummatim perſtringã, ne nimius videar. Nam quod nihil illam vouere dicit, quod præſtare nõ B poſſit, cùm poſſet illum Nazaræorum legibus inſtituere, falſum eſt. Non enim voti illius obligationem propriæ vitę terminis circunſcribit, ſed omnibus, ait, diebus vitæ illius. Secundò, quod item nihil vouere, quod eſſet à verbo Dei alienũ, hoc quoque illius cõmentum eſt: nam ex legis præſcripto nullius Nazaræi cõſecratio vſque ad illius obitum prorogabatur: ſed expleto aliquanto tempore, ſacris de more peractis, voto abſoluebatur, ac priſtinę libertati reſtituebatur. Præterea verò nec quiſquam ante vnum menſem à natali die Domino conſecrabatur, vt patet Leuit. c. 27. At iſte antè dicatur à matre, quàm vel conceptus ſit. Poſtremò, quòd ait filium, cùm pubertatis annos exegiſſet, ſiue ſui iuris factus eſſet, matris voto ſtare debuiſſe, C alioquin in Dei offenſam incurſurum, nõ quod matris voto obligaretur, ſed præcepto Dei, gratis, vt opinor, vel tanquam meliori ratione deſtitutus attexuit. Nam voti quidem ſæpiùs mẽtio fit: præcepti verò nuſquã. Ex quo ſequitur, vt ſi qua obligatio futura eſſet, ex matris vtique voto naſceretur. Nam ſi quod habuit huius rei imperium, voto vtique ſuo filium deuinxit: ſi nullum habuit, ne imperare quidem potuit: ſiquidem imperare aliud non eſt, quã voluntatis ſuę ſignificationem voce, nutu, vel ſigno aliquo dare ei, qui morẽ gerẽre teneatur. Obedire autẽ non tantũ eſt ea, quę voce prolata ſint, obire atque exequi, verumetiã imperãtis volũtati quocumque modo intellectæ obtẽperare. Vnde ſi matris votum filius reſciſcat, nec dubitet obligandi ius & poteſtatem penes eandem fuiſſe, vnà cum matre filius voti reus habebitur.

Hinc ad alia properabam: verùm enim verò D dum propero vereor, ne cauſæ noſtræ defuiſſe videar, ſi poſtremũ illud ſine reſponſione omiſero, quod ad voti ſanctitatẽ tanquã neceſſariã conditionẽ ſcriptoræ teſtimoniũ requirit. Qua in re, vt opinor, Caluinũ imitatus eſt: qui inſtitutionis ſuæ lib. 4. c. 13. idem exigit. Docet nãque, quò votum ſanctũ ac legitimũ haberi poſſit, tria quædam ſedulò obſeruanda eſſe, quorũ primũ eſt; vt in eũ, cui vota nuncupamus, id eſt ſolum Deum, oculos coniiciamus. Ille ſiquidẽ tantopere noſtra obediẽtia delectatur, vt maledictũ illud omne obſequiũ, quod à volũtate noſtra proficiſcitur, pronuntiet. Hìc ego, Caluine, nõ ſine cauſa, vt arbitror, tuã ſinceritatẽ & fidẽ requiro. Neque enim, quod neminem fugit, tu ignorare potuiſti hoſtias, & oblationes, & dona-

Præcedentis confutatio.
Samuelem non magis præcepto matris quàm voto obligari potuiſſe.
Caluinus. Votorũ leges à Caluino ſcripta.
Caluini leges reprehẽduntur.

Digitized by Google

ria,& vota ſpontanea à Deo plurimum cōmen- A dari. Leuit.7. Et iterum Leuit. 22. Deuter. 16. Verum dic, vir optime, quo ſcripturæ loco ante Hieremiæ tempora, Ionadab filij Recab tam inſolens tamque alienum à conſuetudine maiorum inſtitutum, à Deo iuberi, ſiue etiam approbari legeris: quod tamen tantopere ſibi placuiſſe per Hieremiam teſtatus eſt, vt propterea polliceretur nunquam de illius ſtirpe, qui in cōſpectu ſuo ſtaret, aliquem defuturum. Quid illud, quod de Paulo Act.21. refertur, & Paulos reperit Actor.24. oblationes & vota feciſſe, ſeque Nazaræorū ritu conſecraſſe, quo Scripturę teſtimonio, vel ante elapſi, vel poſt ſecuti tēporis approbabis, cùm magis ille diuinæ voluntatis conſcius diſceſſionem à lege doceret? Planè B voluntarium eſſe debuit, quod nulla lege, quæ rum vim obtineret, præſcribi valuit. Alterū eſt, quod vult Caluinus in ſuſcipiendo voto obſeruari: vt nos ipſos diſpiciamus, & meminerimus rerum omniū dominos à Deo inſtitutos, ingrati autem animi ſignum fore certiſſimum, ſi tanquā diuina beneficia peroſi, eorū nos vſu priuemus. Quanta eſt hæc Caluine inconſtantia? homini libertatem eripuiſti: nec vllam vel in ſeipſum poteſtatē reliquiſti: & tamen nos audes rerum omnium dominos aſſerere, doce nos obſecro, quî poſſit fieri, vt is ſit dominus omniū, qui liberi arbitrij compos non ſit. Mendacem decet eſſe memorem. Porrò hæc doctrina ſi fidem inueniat, nō modo vota reſcindet, verumetiā quæuis olim ſacrificia, nunc verò eleemoſynas, & quoduis opus pietatis abolebit. Nam quod charitati impenditur, aut religionis ergò erogatur, certū eſt vſui noſtro deperire. Tertio C denique loco plures leges votis ſtatuit, quarum nulla Annæ voto accōmodari poteſt. Nam vota, vt quidem vult, aut in futurum nuncupātur: aut ob ea, quæ iam contigerunt, concipiuntur. vota quæ ad tempus præteritum ſpectant, aut gratiarū actiones ſunt pro acceptis à Deo beneficiis: aut admiſſorum, quorum meminimus, caſtigationes delictorum: ſic ille mutato nomine pœnitentiam admittit. Quæ verò vota futuro proſpiciūt, eo nomine ſuſcipiuntur, vt tanquam cautiones quædā ſint, quę inconſtantiæ noſtræ ne labaſcat adhibeātur: aut certè tanquā ſtimulus aliquis, qui nos torpentes ad officiū cōpellat. Ad hunc modū de votis ille ratiocinatur. At tu dic, vbi his legibus, apud Caluinū Annæ votū inuenias. Nam erat illud ex eorū genere, quæ ad futurum referuntur, neque tamen horum quicquam, quæ Caluinus edixit, cogitauit: ſed quod omnino diuerſum eſt, prolem, & quidem maſculam poſtulabat. Aut igitur illa ſecus quàm D oportuit, voto ſe obſtrinxit: aut Caluinus quæ tradidit malè excogitauit.

Anna votū Caluini legibus conſtare non poteſt.

Videtur Samuel voto parentum teneri potuiſſe. Ratio 1.

Verùm ad illius voti nexum Gordiū reuertamur: arbitror enim matris votum Samuelem quoque deuinxiſſe. Primùm quidem, quia pacti rationē habuit, & is ea lege natus eſt. Pacta autē parentū ſi in ratione dati & accepti, maximè ſi poſteritati cauerint, etiā filios obligant: Iſtic verò maximè, vbi ſi conditio diſplicet, vita ponē-
2. da eſt. Quia eiuſmodi votū miraculo tanquam ratum habitū à Deo ſatis innotuit, cùm ſterilis A præter naturæ ordinem peperit. Manifeſtę autem Dei voluntati vnumquemque parere æquū eſt. 3. quia, etiamſi quid tutor, quod in rem pupilli ſit, tranſegerit, cùm ille querimoniæ iuſta n 3.
,cauſam non habeat, maior effectus ſeruare te- 4.
netur. Praeterea ſcire velim in illo voto quid ſit quod difficultatem pariat. Nam rametſi potu interdicere liberis parentes nō poſſint, poſſunt tamen certo potionis genere. De capillis verò, ſiue nutriendis, ſiue abradēdis nemo, vt opinor, quæſtionem mouebit, cū alteruter eo modus à
quibuſuis citra ſcandalum vſurparetur. At reli- 5.
gio, inquies, imperari non poteſt: erant autem illa cum religione coniuncta. Verum eſt. Sed vbi ſuſceperis, illius obſeruatio imperari poB teſt, & cultus ceremoniarum frequentior, ab iis, qui quoquomodo pręſunt, iuberi. Sic enim religioſorum ordinum præfecti, prout viſum erit, frequentiorem Sacramentorū vſum ſuis alumnis pręſcribunt, quàm fecerit Eccleſia reliquo populo: ſic olim Eccleſia ipſa perpetuis futuris temporibus 40. dierum ieiunium ſanxit, nec inuentus eſt hactenus ex eorum numero, qui Catholicam fidem profitentur, qui eam legem
obligandi vim nō habere diceret. An igitur pa- 6.
rentum iura in dubium reuocamus, illo præſertim tempore, quo, ad inopias redactis parentibus, liberos vendere licuit, & eorum pretio libertatis ſibi conſulere? quem vendere licuit, ſcilicet obligare non licuit.

Ex.21.v.7.

De patria poteſtate, & an poſſint filij voto parentum adigi ad religioſam vitam amplectendam.

C AN igitur ſtatuimus poſſe nunc quoque liberos parentum voto ad religioſæ vitæ profeſſionem compelli? Dicamus primùm pauca de patria in liberos poteſtate, & ſic denique quæſtioni ſatisfaciemus. Tertia parte legum 12. Tabularum ſancitur, vti qui ex patre matreque familias eius naſceretur, in patrisfamilias ſui manu, poteſtate, mancipioque eſſet: haberétque paterfamilias ius in eum vitæ ac necis, terque filium venumdandi poteſtatem. At ſi ter filium pater venundedit, filius à patre liber eſto. Si ex patre matreque familias ait lex, ac ſi dicat, ex iuſta vxore. Nam vt Iuſtinianus auctor eſt, in poteſtate noſtra ſunt ij demum liberi, quos ex iuſtis nuptiis procreauimus. Item manu, poteſtate, mancipio, tria hęc coniunctim coaceruata ſunt, vt ſummum illud, & infinitū ius patriæ poteſtatis intelligeremus. Nam (vt Dionyſius teſtatur) gentes aliæ omnes modum patriæ poD teſtati aliquē ſtatuerunt: At Romani in omne vitæ filiorū tempus eam produxerunt, etiamſi Rempublicā gererent, magiſtratuſve ſummos obirent. Vnde illud de Caio Flaminio apud Ciceronem in 2. de inuent. qui cùm Tribunus plebis eſſet, & ex roſtris concionem ad populū haberet, vi à patre de eo templo deductus eſt. Quanquam hoc, vt verum fatear, pugnare videatur cum iis, quæ de Fabij Maximi filio Conſule à Plutarcho in eius vita referuntur. Nam cùm ipſe dans operam Reipubl. patrem in equo ad ſe accedere proſpiceret,

Leges 12. Tabularū.

Patria poteſtas quàm fuerit apud Romanos.

Iuſtinianus

Dionyſ. Halic.

Cicero.

Plutarchus.

Digitized by Google

miſſo lictore imperat equo deſcenderet, ac pedibus, ſi quid vellet, Cõſulem adiret. Quo facto tantum abfuit vt pater offenderetur, aut patrio illo iure magiſtratum violaret, quin potius & paruit vltrò, & laudauit: ſic namq; Remp. dum eius dignitas parẽtibus ac liberis anrefertur, talem ac tantam euaſiſſe. Præterea etiam lex vitę ac necis poteſtatem tribuit. Verũ huic iuri Romani Imperatores atque Iuriſconſulti detraxerunt, & ad naturalem æquitatem reduxerunt, vt ex plurimis Pandectarum, Codicis, & Nouellarum Conſtitutionum locis apparet: cerque filium venũdandi. Huius partis teſtem habemus Dionyſium Halicarnaſſ. l. 2. qui etiam illud addit, maiorem hac lege patribus in filios, quàm heris in ſeruos licentiam eſſe permiſſam. Seruum enim ſemel venditum, ſi à nouo domino manumittatur, ſui iuris effici: At filium nõ prius ſuæ poteſtatis fieri, quàm ter à patre ſuo venditus, ter à ſuis dominis manumiſſus fuerit. Verùm, vt ait Iuſtinianus Imperator, ius illud atque immenſa poteſtas ciuium Romanorum proprium fuit: nullos autem pręterea fuiſſe homines, qui talem in liberos poteſtatem haberent, affirmat. Quanquam & apud Hebræos filiam vendere pater poterat, vt legitur Exod. 21. verſ. 7. nec an ſæpius id fieri liceret apertè ſignificatur: imò & ſeipſum Leuit. 25. cum tota familia, & vxore, & liberis. Sed erat clemens illa ſeruitus, & ſimilis operarum conductarum. Illos namque ſeruitute famulorum opprimi vetabat lex: & quaſi mercenarios ac colonos haberi iubebat. Deinde nec alieno populo, ab iis qui emiſſent, venire fas erat, alioqui enim vindex libertatis Deus foret. Poſtremò, nec diuturna, multò minus perpetua manebat illa ſeruitus. Nam ſeptimo quoque anno diuinæ legis beneficio in libertatem aſſerebantur. Deuteron. 15. Num verò etiam apud Chriſtianos à parentibus liberos pretio diſtrahi poſſe putamus? Equidem, ſi de hæreticis & à fide noſtra alienis ſermo ſit, huiuſmodi Chriſtianorum liberos in ſeruitutem tradi, ne eorundem fides periclitetur, poſſe negamus. Inuenio & aliam legem huic venditioni à Summiſtis præſcriptam, ne citra extremam neceſſitatem fiat; alioquin enim emptorem peccare mortaliter aſſerit Enchiridij cap. 23. num. 95. Nauarrus. Quo iudice rei conſtituerentur multi, qui olim ſuos liberos locupletioribus, dum illis amplificandis ſtudent, vendiderunt. Qua de re Caſſiodorus Variar. lib. 8. Epiſt. 33. Locaniæ celebrem conuentum, quo S. Cypriani natalis dies celebrabatur, deſcribens, inter cætera hæc ait: Præſto ſunt pueri ac puellæ diuerſo ſexu atque ætatu conſpicui, quos non facit captiuitas eſſe ſub pretio, ſed libertas: hos merito parentes vendunt, quoniam de ipſa famulatione proficiunt. Dubium quippe non eſt, ſeruos poſſe meliorari, qui de labore agrorum ad vrbana ſeruitia transferũtur. Hæc ille. Addamus & redimi poſſe quocunque tempore etiam inuitis dominis, vel ſoluto pretio, vel alio mancipio tradito, & in priſtinum ſtatum reſtitui: nec libertum euadere, ſed eſſe liberum, quemadmodum Couar. lib. 3. Variar. c. 14. docet ex iure ciuili, Codic. de patri-

Dionyſ. Halicar.

Iuſtin.

Patria poteſtatis à poſteris derogatum eſt.

Hebræus ſe cũ tota familia vendere licebat.

Clemẽs Hebræorum ſeruitus.

Chriſtiani an poſſint liberos pretio diſtrahere.

Nauarrus.

Caſſiodor.

Couarr.

I.

bus qui filios diſtraxerunt. l. 2. Iam igitur minus iniqua lex, quæ prolis nundinationẽ parentibus indulget, videbitur. Verùm fuerit aliquãdo lex illa æquiſſima: nunc tamen, ſi Soto credimus, apud Chriſtianos in vſu non eſt. Arguit tamen præcedentium licentia temporum non prorſus id naturali æquitati repugnare: neque enim tot ſæculis Chriſtiani principes eam legem tolerasſent, aut Catholici etiamnũ Doctores ſua relatione approbarẽt. Inuenio autem apud maiores noſtros, etiam ablata ſpe redẽptionis, liberos in ſeruitutẽ à parentibus voto traditos. Refert namque Adreual. Floriacenſis Monachus nobilem puellã deſperata valetudine à parentibus S. Benedicto commendatam ea lege, vt, ſi conualeſceret, ipſa in poſterum perpetuæ ſeruituti manciparetur, atque cœnobij Floriacenſis dominio addiceretur. Quam conditionem non modò ipſa incolumitati reddita ſibi ut, verumetiã poſteri eius, beatiſſimi patris obſequio, ac cœnobij vtilitatibus, non mente ſolũ, verumetiam ſorte ac cõditione addictiſſimi. Igitur, vt in id quoque vitę genus, quod à S. Patre inſtitutum eſt, conſentiret, voto parentũ adigi potuit, hoc eſt, vt ipſa quoque voto religioſam vitam profiteretur: ſiquidem ſine voto religioſa vita intelligi nulla poteſt.

Equidem ſanctus Baſilius Magnus, quo loco de allegendis in ſuam familiam pueris à parentibus oblatis diſſerit, in Reg. fuſius diſputat. interpretat. 15. nullam conſenſus puerorum mentionem facit, nullum periclitandæ puerilis volũtatis examen præmittit, quemadmodũ nec S. Bened. de filiis nobilium, vel pauperum ſuſcipiendis agens: ſed parentũ oblationis duntaxat, & teſtium præſentiæ vtriuſq; meminerũt. Adhęc non paucis Eccleſiaſticis legibus cauetur, ne filius qui à patre in infantia ſua Monaſterio dicatus fuerit, valeat, cùm ad pubertatem venerit, egredi. Ita habetur 20. q. 1. c. 3. Monachum. Ex Concilio Tol. 4. c. 48. Monachum, aut paterna deuotio, aut propria profeſſio facit: Quicquid horum fuerit, alligatum tenebit. Proinde his ad mundum reuertendi intercludimus aditum, & omnes ad ſæculũ interdicimus regreſſus. Idem habetur expreſsè c. addidiſtis. 2. & c. quicunque. 4. & c. quem progenitores. 6. ibid. Accedit pręterea Apoſtoli grauiſſima ſemper authoritas, qui 1. ad Cor. c. 7. id comprobare ſuo calculo videtur. Sic namque ait: *Nam qui ſtatuit in corde ſuo firmus, non habens neceſſitatem, poteſtatem autem habens ſuæ voluntatis, & hoc iudicauit in corde ſuo, ſeruare virginem ſuam, bene facit. Igitur, & qui matrimonio iungit virginẽ ſuam, bene facit: & qui non iungit melius facit.* Igitur, vel ſeruandæ virginis, vel collocandæ patri poteſtatem facit. Apparet.

Verũtamen, an ſit ille germanus litteræ ſenſus, paulò accuratius expendamus, & horum locorum interpretes conſulamus: ne forte falſa authoritatis imagine deluſi, in ſcopulos impingamus. Luculentam illam Apoſtoli ſententiam ſic explicat S. Ambroſ. in Comment. Hoc dicit, Apoſtolus ſcilicet, vt qui virginem habet, cui animus ad nuptias non eſt, ſeruet illam: nec illi ingerat fomitem nuptiarum, quã videt nubendi voluntatẽ non habere. Beneficia enim ſi præ-

Sotus in 4. diſt. 29. q. 1. art 4.

Adreuald.

Votiua ſeruitus.

Num voto parentum ad religioſa vita profeſſionem liberi cogi poſſint.

S. Baſilius.

S. Benedict.

20. quæſt. 1. Conc. Tol.

Apoſtolus.

Apoſtolus explicatur. Ambr. in c. 7. 1. Cor.

ſtanda ſunt, quanto magis minimè auferenda? S. verò Theodoret. itē in Comm. hoc, *Non habens neceſſitatem*, interpretatur pro eo quod eſt, qui eſt ſui iuris, nec eſt in domini poteſtate. Primaſius autem Vticenſis Epiſcopus. *Nam qui ſtatuit in corde ſuo firmus*. Firmus ille ſtatuit, cuius filiæ voluntas firmauerit volūtatem. *Non habens neceſſitatem*. Hinc cognoſcitur illum poteſtatem habere filię, de quo dixit, poteſtatem autem habens ſuæ voluntatis. Sed & Gloſſa interlinearis illum in corde ſuo firmū ſtatuere exponit, cuius virgo ſtatuerit continere. Poſtremò etiā Lyran. illum neceſſitatem nō habere intelligit, qui virginem ſuam nupturientem nō perſpicat, nec de illius lapſu verecundari veretur. Non fauet igitur votis parētum Apoſtolus, niſi in idem filiorum quoque voluntas conſentiat. Nec magis viget petita ex rebus Eccleſiaſticis authoritas, quā ſic explicat Gloſſa in caput, addidiſtis: intelligas hæc tria capitula de illis, qui poſt ætatem adultam conſenſum accommodarunt. Quā interpretationem complures Eccleſiaſtici Canones confirmant. c. cū ſimus. 14. de regularibus, quod eſt Cœleſtini 3. & cap. 10. illud autem. 20. q. 1. quod eſt Marcelli. Quod attinet ad clariſſimos Monachorū inſtitutores Baſilium, & Benedictum, neuter illico oblatū in familiam adſcribit: ſed emittendæ tempus profeſſionis in illam ætatem refert, qua rationis compos tyrunculus de ſe ſtatuat, ac vltrò, ſi ita viſum fuerit, in ſacram militiam det nomen. Quæ quidem quo magis vera appareant, proferam & quæ S. Bernardus olim ad Robertum Monachum ſcripſit de voto parentum, vt illa ſuperioribus tāquam pro commentario ſint. Videant, inquit, & iudicent (nam ille parentū votum excuſationi prætexens, Ciſtercium reliquerat, in quo ſeipſum voto deuinxerat, vt Cluniacum ſe reciperet, cui à prima infantia oblatus à parētibus ferebatur) quid potius ſtare debuerit: An votum patris de filio, an filij de ſeipſo, præſertim cùm filius aliquid maius deuouerit. Videat & famulus tuus Legiſlator noſter Benedictus, quid regularius fuerit: vtrum quod factum eſt de infantulo neſciente ipſo, an quod ipſe per ſe poſtmodum ſciens & prudēs fecit, cùm iam ætatem haberet vt de ſe loqueretur. Quanquam dubium non ſit promiſſum illum fuiſſe non donatum (hoc oro vt lector aduertas, pars namque maxima parentum cū ſuos liberos vouent, eo modo ſua vota nuncupant, non autem infantulum adhuc per ætatem minimè idoneum, aut forte etiam nec natum ſolemnibus formulis tradunt) nec enim petitio quam regula præcipit, pro eo facta fuit à parentibus: nec manus illius cum ipſa petitione inuoluta palla altaris, vt ſic offerretur coram teſtibus. Et iterum: Quid de parentis voto ſollicitus es, negligens tui: cùm ex ore tuo non illius habeas iudicari, tuorū non illius vota labiorum exigendus ſis? Concilium autem Trid. ſeſſ. 24. de Reg. cap. 18. omnes ad profeſſionem religioſam adigentes anathemate damnauit, & ſtatuit virginum in voto ſuſcipiendo voluntatem debere eſſe liberrimam. Et ſequenti capite, vi aut metu coactis, ſi probari poſſit, reſiliendi licentiā indulget. Nec puto parentes vllos ab hac lege

S. Theod.

Primaſius ibid.

Gloſſa interlinearis

Lyran.

Gloſſa in cap. addidiſtis.

SS. Baſilius & Benedictus quid ſenſerint.

S. Bernard.

Conc. Tridenti. Liberos non poſſe cogi à parentibus ad religioſam profeſſionem.

A poſſe excipi, tametſi voti religione ſe obſtrictos eſſe clamitent. Neque enim quiſquam quicquā præterea vouere poteſt, quā quod habet in manu ac poteſtate ſua: At verò filiorum nemo volūtatem poſſidet, nec poteſt illorum arbitrium in quam volet partem inflectere. Votum autem arbitrij res eſt, tantúmque ab arbitrio pēdet, vt ſi illud defuerit, licet verba ſolennia lingua protulerit, votiua ſponſio eſſe nequeat. Tametſi enim parentes ſpondendi ius aliquod pro filiis ex ſeſe habeant, quicquid tamen eiuſmodi ſpoponderint non ante ratum eſſe oportet, quā filij confirmarint: cū non aliter Eccleſia, quæ in terris Dei vices obtinet, admittere ſtatuerit, quā ſi filij ſuopte ingenio ac voluntate vltrò ſeipſos offerant. Nec, vt opinor, quiſquam dixerit eo pacto Eccleſiam parētes ſuo iure temere priuare: docet enim potius id nūquam eorundem poteſtati fuiſſe permiſſum. Nā quod nec talis voti
B obligatio quicquam habeat cū ſeruitute commune, ex eo manifeſtè patet: quoniam etſi libertatem pater filio eripere potuerit, nō potuerit tamen filio, nec parens, nec dominus matrimonium imperare: nec iniuriā. Seruitus enim conſenſum non exigit: at exigit matrimonium, non cōſenſum modò, ſed etiam inter coniuges mutuum amorem. Monaſtica autem profeſſio nuptiæ quædam ſunt, & religioſa vita cœleſte connubium, quo cū Deo æterno fœdere copulamur. Quî igitur fieri poteſt, vt alieno animo atq; auerſa voluntate alterius voto cōtrahatur? At iam quæritur, vtrumnam filius, tametſi paterni voti reus non habeatur, tamen ad implendum cogi imperio poſſit? Et quidem Vermilius quid ſentiret palam expoſuit: qui quanquam de votis noſtris, à quibus abhorrebat, loqui minimè credendus eſt, videtur tamen generalem quandam de patria poteſtate tuliſſe ſentētiam.

D Bartholomæus autem Medina, cùm primùm aſſeruiſſet patrē, qui Deo ſpoponderit ſe filium oblaturum, ad præſtandum obligari, poſtea docet filium non ex vinculo voti teneri, ſed tantū ex obedientia. Leſſius verò tametſi contrarium probet, vltimò tamen addidit: Etſi adhæc (id eſt religioſæ vitæ profeſſionem) poſſit filium obligare præcepto pater, non tamen voto. At nos, neque voto, neque imperio poſſe credimus. Num igitur parētibus obediendum non eſt, & quidem vt Apoſtolus præcipit ad Coloſſ. 3. per omnia? Abſit vt ego aliter ſentiam. Verùm D.
C Thomas 2. 2. q. 104. art. 5. imperātem, ſiue quocunque tandem titulo aliis præcipientem, cum rei alicuius motore conferens, oſtendit duplici ratione vtrūque ab effectu impediri poſſe. Motorem quidem, ſi vis potentior id, in quod nititur, defigat, quemadmodum ſi quis, vt eſt in prouerbio, clauam Herculi eripere tentet: aut certè, cùm vires ſuppetāt, eo modo mouere velit, quo moueri non poteſt, vt ſi quis ſaxum ſolo defixum non humo attollere certet, ſed deiicere, quod fieri non poteſt, cùm illud infimum locum occupet. Ad eūdem etiam modum imperans operam ludet, ac bruto fulmine tonabit, ſi, quod ſuperior poteſtas liberū eſſe iuſſerit, imperio coërceat: aut in ea imperium exercere voluerit, quæ ſuæ iuriſdictioni attributa non ſunt.

Non voto.

Medina in D. Thomā 1. 2. q. 50. art. 4.

Leſſius de iuſtit. & iure l. 2. de voto c. 40. dubit. 10.

Non imperio.

D. Thomas 2. 2. q. 104. art. 4.

Duplici ratione cōceſſa poteſtas impediri poteſt.

Vtrúmque horum in religioſæ vitę profeſſionē quadrat. Nam illam quidem Chriſtus, paterni ioris arbiter & author, vnicuique liberam eſſe pronuntiauit. Idque toties aſſeruit, quoties de ſuis conſiliis ageret: nec voluit vt penes parentem eius rei poteſtas eſſet, quæ ad futurum ſpectat, & vltra patris protogatur vitam, & imperium hoc verò genus vitæ, præterquam quod perpetuum eſt, etiam continentiæ votum annexum habet: quod vt iobeat, in patris poteſtate ſitum non eſt. In his nāque, vt ibid. D. Thomas aſſerit, quæ ad naturā corporis pertinent, homo homini obedire oon tenetur, ſed ſolùm Deo: quia omnes homines natura ſunt pares, vtputa in his quæ faciunt ad corporis ſuſtentationē, & prolis generationem. Vnde non tenentur, nec ſerui dominis, nec filij parentibus obedire de matrimonio contrahendo, vel virginitate ſeruanda, aut aliquo alio huiuſmodi. Ad hunc modum D. Thomas. Non enim rectores nobis à Deo dati ſunt cū imperij poteſtate, vt nos eſſe præciperent, aut prohiberent, vel etiam viuere, aut eorū aliquid agere, quæ Deus naturam docuit: ſed qui actus noſtros regerent, præſertim eos, quibus aliis obeſſe, aut prodeſſe poſſumus, cū vellet homines inter ſe ſocietatem inire, vitámque mutuis officiis tueri. Cùm igitur in his, quæ naturæ ſont, pares ſimus, nec cuiuſquā nos iugo ſubdiderit, non poterunt nos parentes ad ſeruandam perpetuo caſtitatem imperio cōpellere. Idcirco autem pares natura dicimor, non quia eadem ſpecie nati ſumus, id enim ad rationem imperij vel ſubiectionis non pertinet: ſed quia cùm Deus naturam per ſeipſum regēdam ſuſceperit, nulli in hanc permiſit imperium: ſed actus ſolummodo qui à voluntate proficiſcuntur, alios, quibus ſuas vices ſecundum quādam analogiā inter mortales permiſit, moderari decreuit, præſertim eos, quibus quiſquam iuuari, aut offendi potuit, id eſt, externos, qui ſoli, vt arbitror, aliorum ſenſibus expoſiti ſunt. Quod ſi etiam nonnullos naturæ motus regēdi poteſtatem acceperunt ob inſitam naturæ corruptionem, non tamen omnino tollēdi, aut perpetuò prohibendi. Verumenimuero qua ratione ducti parentes, aut caſtitatem colēdam præcipere, aut matrimonium cōtrahendum inhibere poſſint, omnino intueri non valeo. Tota namque humani amplitudo imperij circa hæc tantum porrigitur, nimirum, vt vel bona imperet, vel mala prohibeat, vel, ſi quæ ſunt quæ adiaphora eſſe cenſentur, aut imperet, aut prohibeat. Bonis autem interdicendi nullum ius conceſſum eſt. At matrimoniū in bonis eſt. Quapropter nec prohiberi poterit. Quod ſi etiam bonum aliquādo prohiberi cōtingat, duabus tantùm de cauſis id fieri certum eſt. Quarum prima illa eſt, vt quis propter ſceleris atrocitatem bonis arceatur, nō modò temporalibus, verumetiam diuinis: nam flagitioſus ab Eccleſiæ Sacramentis abſtinetur. Altera, ſi quando minus bonū vetatur, quo melius conſequi liceat. Horum nihil in hanc quæſtionem cadit. Nam ſi quis matrimonio aliter quàm fas eſt & decet vſus ſit, dubium eſſe non poteſt, quin ad pœnitentiam peragendā in Monaſterium detrudi poſſit. Verùm non rei cuiuſ-

Si naturam ſpectes, homines inter ſe pari iure certant.

In quibus homo homini ſubſit.

Humani latitudo imperij.

A quam, ſed innocentis patrocinium ſuſcipimus. An igitur idcirco quod matrimonij fœdus minus bonum, caſtitatis autem obſeruantia longè potior habeatur, illud quidē vetari, hæc autem iure meritò à parētibus imperari poterit? Non deerit fortaſſis qui ad primum conſpectum ſibi videri reſpōdeat. At ſi rem paulò attentios conſideret, inueniet matrimoniū profectò naturale quoddam bonum eſſe: continentiam autem & caſtitatem, vtpote quæ ſit naturalis boni priuatio, bonum nō eſſe, nec aliter bonū effici poſſe, quā ſi religione cōſecretur. Ex qoo ſequitur, ne imperari quidē vllomodo poſſe. Quod ſi votū accedat, efficietur nō modò bonum, verūetiam B matrimonio multò melius, non aliā ob cauſam, quàm quod ita pollicitus eſt Chriſtus, ſi quis ſeipſum propter regnum cœlorum execuiſſet, tum Deum agamiam gratiſſimam habiturum.

Quid ſi nihilominus parentes vouerint? Reſpoodet Leſſius l. 2. de iuſtitia & iure c. 40. dub. 10. aliud vouere nō potuiſſe, quàm ſe curaturos vt educetur dū adhuc impuber eſt, in Monaſterio; & quātum in ſe eſt, inducturos ad religionē amplectendam. Quandocumque enim aliquis promittit factum alienum ad quod cogere non poteſt, non cenſetur aliud promittere, quàm ſe, quātum poterit, inducturum alium vt faciat, vt omnes iuriſperiti cenſent, & colligitur L. ſtipulatio iſta, ff. de verborum obligationibus. Et inſtitut. De ſimilibus ſtipula. §. ſi quis alium.

C Aduerte tandē quid illa poſtulauerit, infamia ſcilicet liberari, prolem poſtulans, nō vt ſe propterea inſolentius iactaret, aut de ſobole gloriaretur: ſed potius vt haberet quod Domino conſecraret. Æmulatricis autem ſuæ ruinam non poſtulauit. Sed non iniuriæ quidem acceptæ meminit. Malum enim proprium deprecari licet, alteri malè precari non licet.

Vita cælebs vt in bonu haberi poſſit, religione conſecranda eſt.

Parentibus ſi pro filiis ſpoponderint quid agendū ſit.

Leſſius.

Inimicis malè precari nefas.

Versvs 12.

Factum eſt autem, cùm illa multiplicaret preces coram Domino, vt Heli obſeruaret os eius.

Geminam, inquit S. Ioan. Chryſ. Hom. de fide Annæ, ſcriptor hic virtutē in fœmina ſuo teſtimonio cōprobauit: in precibus aſſidui- D tatem inſtantiámque, & animi vigilātiam: illam quidem, cùm ait, *multiplicaret*: hanc cùm addit, *coram Domino*. Nam omnes quidem oramus, ſed non omnes in conſpectu Domini. Etenim cùm corpore in terra proſtrato, & ore fruſtra delirāte, mens vbique per domum ac forum circūuagatur: quo ore talis poteſt dicere, quòd orauerit in cōſpectu Domini? Nā in conſpectu Dei orat, qui orat vndiquaque colligens ſuam mentem, nihil habēs cum terra commercij, ſed ad ipſum Deum totus commigrans, omni cogitatione humana ab animo depulſa. Quemadmodum id temporis hæc fecit mulier. Totam enim ſeſe collegerat ac mentem intenderat, atque ita Deum inuocauit animo dolente. Hæc ſanctus Chryſoſtom. cuius antequam poſteriora verba referamus, interſerenda ſunt quæ Vermilius

S. Chryſoſt.

Qui dicantur orare coram Domino.

Vermilius.

eodem tetulit, & ſi quid minus verè exaratum A eſt, ſanctiore ſtylo corrigendum. Sic igitur ait. Corde imprimis atq; animo eſt orandum, quod illi non præſtant, qui cùm labiis Deum honorēt cor habēt longè ab eo alienum. Quare Scholaſtici turpiter errant ſtatuentes, in precibus noſtris actualem (vt loquuntur) attentionem non eſſe neceſſariam, verùm ſatis eſſe, vt virtualem, quemadmodum loquuntur, adhibeamus. Quoniam, inquiunt, cor non eſt in poteſtate noſtra, ideo ſatis eſt, ſi ab initio ſtatuamus nos velle Deum orare. Quod ſumunt cor noſtrum in poteſtate noſtra non eſſe, facilè damos: At illi viciſſim fateantur, oportet, ſi noſtra mēs in orando vagetur & erret, id citra peccatum nòn fieri. Quare non excuſent eiuſmodi culpam, neque affirment, preces huiuſmodi placere Deo. Hæc B Vermilius. Non excuſant Scholaſtici, ſi quis animo ab oratione alieno, cogitatione in diuerſa rapiatur, voluntate errorem illum, & inconſtantiam vel approbante, vel negligente: At ſi quid citra conſenſum obrepat, quod animum aliquanto tempore à ſtudio orationis auocet, ſtatuunt Scholaſtici ea, quæ vires noſtras ſuperant, Deum humanę infirmitati condonare, nec omnino preces noſtras auerſari; quanquam illę minorem vtilitatem cōſequantur. Nam vt docet D. Thomas 2.2.q.83.art.13. orationis triplex eſt effectus. Primus cōmunis omnibus actibus charitate informatis, quod eſt mereri. Et ad hūc effectum non neceſſariò requiritur quod attentio adſit orationi per totum: ſed vis primæ intentionis, qua aliquis ad orandum accedit, reddit totam actionem meritoriam. 2. ei proprius, quod eſt impetrare. Et ad hunc etiam effectum ſufficit prima intentio. Si autem 1. intentio deſit, oratio nec eſt meritoria, nec impetratiua. 3. quem præſentialiter efficit, eſt quædam ſpiritualis refectio mentis. Et ad hoc de neceſſitate requiritur in oratione attentio, vt 1. ad Cor. 14. Si orem lingua, mens mea ſine fructu eſt. Hæc D. Thomas, qui vna cum reliquis ſcholaſticis docet attentionem quandam adhibere poſſumus iure diuino cuicūque orationi deberi: nonnunquam verò etiam ad litteræ prolationem ex legis præſcripto obligari: neq; fas eſſe vllo tempore Deum abſque debito cultu ac reuerentia compellare. Attentio verò communior, & quæ idioris etiam in promptu eſt, ac ſufficit, illa eſt, quæ in Deum fertur, & in rem pro qua Deo offertur. Ad Chryſ. reuertamur, & alteram huius hemiſtichij partem explicemus. Sic igitur ille: D Sed quomodo dicit quod multiplicauerit precationem, quando exiguus eſt modus precationis quam fudit mulier? Neque enim in longum produxit ſermonem, neque in multum temporis extendit ſupplicationem, ſed pauca nodáque verba prolocuta eſt. Adonai Domine, &c. quæ ſuperius. Quæ eſt hic verborum multitudo? Quid igitur innuit, cū ait, *Multiplicauit*? Aſſidoè ſonabat eadem, nec deſtitit iiſdem verbis iterandis multum temporis abſumere. Ad hunc modum & Chriſtus in Euangelio, Matthæi 6. docuit orare. Quum enim iuſſiſſet diſcipulis ne more gentium orarent, vtentes multiloquio, etiam modum precationis docuit: oſtendens vt

S. Thomas. Triplex orationis fructus.

Ad tertium orationis effectū actualem intentionem requiri.

Quid ſit multiplicare preces. 1. Interpretatio. S. Chryſoſt.

exaudiamur, non eſſe ſitum in verborum multitudine, ſed in vigilantia mentis. Obiicit autem ſibi tum ex Euangelio Lucæ 18. viduæ parabolam, tum ex Epiſtola ad Roman. 12. & aliis locis Pauli authoritatem admonentis perpetuò atque aſſidoè orare, quæ ſanè videntur cum iis, quæ prius ab illo dicta ſunt, pugnare. At vtrúmque optimè conuenire docet, ſi crebrò & ex animo eaſdem diuinis auribus preces inculcemus. Nec malè Vermilius. Sciendum eſt, inquit, cùm Chriſtus monet ne orantes multiloquio vtamur, minimè prohibuiſſe diuturnas preces, ſiquidem ipſe pernoctauit orās in monte, & ante mortem prolixè orauit, nóſque iubet ſemper orare, ac nunquam deficere. Et quo magis hoc inculcaret parabolis vſus eſt, primum quidem iudicis iniqui, mulieris viduæ cauſam propter eius importunitatem vindicantis: Deinde etiam alterius hominis qui cùm eſſet in lecto, & nollet ſurgere, tamen amico aſſidoè atque importunè pulſanti fores poſtremò aperuit, eique tantum dedit panis quantum ille accipere voluit. Quin & ipſe Dominus mulierem 2. Chananitidem indefeſsè pertinacitérque clamantem ad extremum audiuit. Quare attēdendum eſt multiloquium tum adhiberi, non cùm diu precamur, ſed cùm citra fidem & ſpiritum verba multiplicamus, perſuaſi, nos propter numerum ipſum verborum audiri poſſe. Sic Helias Baalitas ridebat, hortabatúrq; vt altius clamarent, quo à Deo ſuo vel dormiente, vel occupato denique audirentur. Huc vſque Vermi- C lius. Fortaſſis etiam dici poſſit verba illa Domini de petitionibus, quæ ab orante fiunt, intelligenda eſſe, quæ paucis perſtringendæ ſunt, 3. non Rhetorum floſculis, aut verborum phaleris exornandæ, quaſi quid ignoret Deus eorum, quæ nos contingunt, aut opus ſit, quæ neceſſaria nobis ſunt, multis illum edoceri: ſemper tamen in eius celebrandis laudibus immorādum eſſe, nec vllo vnquam tempore à referendis gratiarum actionibus quieſcendum. Sic enim fiet, vt, & paucis deſideria noſtra inſinuantes, præcepto pareamus, & diutius rerū cœleſtium contemplationi inhærentes, ab eius exemplo non recedamus.

Vermilius.

VT *Heli obſeruaret os eius*] Os duobus modis dicitur, vt docent medici. Primò, quantum diducta labia patent: Secundò, & propriè, totū id ſpatium quod diductis labris ad imas vſq; fauces interiacet, in quo dentes, palatum, lingua, D gurgulio, & tonſillæ duæ continentur: hæ enim omnes partes os nūcupantur, quarum omnium vna tunica continua eſt, etiam naribus communis. Adnotarūt & hoc, os eſſe homini inter animantia paruum cōparatione vnguium, & dentium. Porrò cibi illa via eſt, atque vltrò citróque meantis animæ oſtium, vocis etiam officina. Verùm, vt arbitror, non pro ore duntaxat, ſed etiam pro toto vultu Synecdochicas hîc ſumitur, qui nullo in animante eſſe præter hominem poteſt, vt tradit Cicero de legibus, & indicat mores: cuius vim Græci norunt, nomen omnino non habēt. Et alibi, Vultus, inquit, ſermo quidam tacitus mentis eſt. Libro autem de oratore: imago animæ vultus eſt, indices oculi.

Os quid dicatur.

Cicero.

Vultus morum index.

Caſſiodor.

Iterum ibidem: vultus, quot animi motus ſunt, tot ſignificationes & commutationes poteſt efficere. Caſſiodorus verò libro de anima cap. 16. Facies ipſa, inquit, quemadmodum prudentiæ patefacit indicia, in effigiem noſtram exeũt occultæ cogitationes: Et ex hac parte cognoſcitur qualis intus animus volũtáſque verſetur. Vultus ſiquidẽ noſter, quià volũtate nominatur, ſpeculum quoddam eſt animæ ſuæ, & quod ſubſtantialiter non cernitur, per eius habitum

A. Gellius.

euidentiſſimè declaratur. Gellius Noct. Attic. l.1. cap. 9. vultus inſpectionis meminit, quam à Pythagoræis vſurpatam refert. Ordo, ait, atque ratio Pythagoræ ac deinceps familiæ ſucceſſionis eius, recipiendi inſtituendíque diſcipulos, huiuſcemodi fuiſſe traditur. Iam à principio adoleſcentes, qui ſe ſe ad diſcendũ obtulerant, ἐφυσιογνωμόνει. Id verbum ſignificat mores naturáſque hominum coniectatione quadam, de oris & vultus ingenio, déque totius corporis filo, atque habitu ſciſcitari. Eundem Pythagoram ob id viuum exuſtum in domo Milonis Crotoniatæ à quodam, qui ab eo repulſam paſſus erat, quod ex oris coniectatione minùs aptus ad Philoſophiæ ſtudia videretur,

φυσιογνωμία.

Cælius Rhod.

Cicero.

refert Cælius l. 10. cap. 47. Cicero l. 4. Tuſcul. narrat, cùm multa in conuentu vitia collegiſſet in Socratem Zopyrus, qui ſe naturam cuiúſque ex forma perſpicere profitebatur, deriſum eſſe à cæteris, qui illa in Socrate vitia nõ agnoſcerent: ab ipſo autem Socrate ſubleuatum, cùm illa ſibi vitia ineſſe, ſed ratione à ſe deiecta diceret. Phraotes item cuiuſdam in

Philoſtrat.

India prouinciæ Rex, apud Philoſtratum l.2. cap. 9. vitæ Apollonij, eundem Apollonium docet, apud Indos, adoleſcentes Philoſophiæ candidatos à quibuſdam, qui norint de ſola vultus contemplatione mores ingeniúmque pernoſcere diligenter explorari: oculos namque, ſupercilia, & genas ſtudia hominum prodere, nec ſecus quàm ſpeculum quicquid intus lateat eruditorum oculis ſubiicere. Eſt igitur Phyſiognomia Mantices pars ea quæ ex ore, omniúmque membrorum facie, motúque ac filo hominum mores coniectat: Et qui hanc diuinandi artem profitentur, Phyſiognomones appellantur. In quo genere primi habentur metopoſcopi, ex facie legentes & diuinantes. Iuuenalis,

Iuuenalis.

----frontémque manúmque
Præbebit vati crebrum poppyſma roganti.

Heli certè non oris lineamenta, aut vultus naturalem conformationem inſpiciebat, ſed præſentem ipſius habitum, colorem motúmque, vt quæ viderentur à mente ſobria & temperante aliena, ſpeculabatur. Hic ſenſus Scripturæ.

Textus explicatur.

Interim tamen non poſſum non mirari, quomodo id potuerit obſeruare Pontifex, ſiquidem velata erat capite, vt olim fœminæ conſueuiſſe creduntur. Tertull. certè l. de corona militis cap. 4. apud Iudæos tam ſolemne eſt fœminis eorum velamen capitis, vt inde noſcantur, ait. Verùm an ſic caput obnuberent, vt etiam facie cælarentur, non ita certum eſt, nec id affirmat Tertull. ſed in exemplum eius rei aliunde ex Arabia mulieres Ethnicas commemorat. Nam de Romanis Horatius, lib. 1. Satyra 2.

Tertullian.

Matronæ, præter faciem nil cernere poſſis.

Et iterum de iiſdem.

Ad talos ſtola demiſſa, & circumdata palla:
Plurima, quæ inuideant purè apparere tibi rem.

Quoniam autem & hunc morem Apoſtolus à fidelibus fœminis obſeruari voluit 1. Cor. 11. qui tamen longa deſuetudine à pluribus contemnitur, nec modum velaminis ſatis apertè præſcripſit, proferam Tertulliani de vtroque ſententiam: & quod ea lex longa temporis intercapedine antiquari non potuit: Et quis tandem eſſe debeat veli modus, atque circunferentia. Ille igitur libro de velandis virginibus cap. 1. Vt mulieres velentur, hoc inquit exigere veritatem, cui nemo præſcribere poteſt, non ſpatium temporum, non patrocinia perſonarum, non priuilegium regionum. Ex his enim fere conſuetudo initium ab aliqua ignorantia & ſimplicitate ſortita, in vſum per ſucceſſionẽ corroboratur, & ita aduerſus veritatẽ vindicatur. Sed Dominus noſter Ieſus Chriſtus *veritatẽ* ſe Ioan. 14. non conſuetudinem cognominauit. De velaminis autem menſura, atque amplitudine hæc habet, cap. 17. Sed & vos admonemus (ad coniuges loquitur) alterius pudicitiæ mulieres, (virgines enim antea alloquebatur) quæ in nuptias incidiſtis, ne ſic à diſciplina velaminis exoleſcatis, ne quidem in momento horæ, vt quia reiicere illam non poteſtis, alio modo deſtruatis, neque tectæ, neque nudæ incedentes. Mitris enim & lanis quędam non velant caput, ſed colligant, à fronte quidem protectæ: qua propriè autem caput eſt, nudæ. Aliæ modicè linteolis, credo ne caput premant, nec ad aures vſque demiſſis cerebro tenus operiuntur. Miſereor ſi tam infirmo auditu ſunt, vt per tegmen audire non poſſint. Sciant quia totum caput mulier eſt. Limites & fines eo vſque porriguntur, vnde incipit veſtis. Quantum reſoluti crines occupare poſſunt, tanta eſt velaminis regio, vt ceruices quoque ambiantur. Ipſæ enim ſunt quas ſubiectas eſſe oportet, 1. Cor. 11. Propter quas poteſtas ſupra caput haberi debet. Velamen iugum illarum eſt. Iudicabunt vos Arabiæ fœminæ Ethnicæ, quæ non caput, ſed faciem quoque ita totam tegunt, vt vno oculo liberato, contentæ ſint dimidiam frui lucem, quàm totam faciem proſtituere. Et iterum ibidem. Nobis Dominus etiam reuelationibus velaminis ſpatia metatus eſt. Nam cuidã ſorori noſtræ Angelus in ſomnis ceruices quaſi applauderet verberans, Elegantes, inquit, ceruices, & meritò nudæ. Bonum eſt vſque ad lumbos à capite veleris, ne & tibi iſta ceruicum libertas non proſit. Et vtique quod vni dixerit, omnibus dixerit. Quantam autem caſtigationem merebuntur etiam illæ, quæ inter Pſalmos, vel in quacunque Dei mẽtione retectæ perſeuerant? Meritóne etiam in oratione ipſæ facillimè fimbriam aut villum, aut quodlibet filum cerebro ſuperponunt, & tectas ſe opinantur? Tanti caput ſuum metiuntur. Alię quibus planè maior eſt palma omni

Mulieres velo caput obnubunto.

Velaminis quanta eſſe debeat regio.

Strutbiocamelus.

fimbria & villa, non minus capite ſuo abutuntur, vt beſtia quædam magis quàm auis, licet pennata, breui capite, protracta ceruice, cætera altegradia. Hanc aiunt, cùm delitєſcendum habet, caput ſolum planè totum in condenſum abſcondere, reliquam ſe in aperto relinquere. Ita dum in capite ſecura eſt, nuda qua maior eſt, capitur tota cum capite. Tales erunt & iſtæ minus quàm vtile tectæ. Hæc Tertull. Quid ſi, vt hoc noſtro tempore, non modò faciem, & aures, & ceruicem, & manum oblongam, verumetiam pectus, & vbera proſtitui paſſim vulgi conſpectibus animaduertiſſet?

Porro annotabis, quod nonnulli in ſacris locis otioſè alios circumſpiciunt, hoc nonnunquam ex officio ſuperiores vtiliter facere, ne quid præter decorum fiat.

VERSVS 13.

Porro Anna loquebatur in corde ſuo, tantúmque labia eius mouebantur, & vox penitus non audiebatur. Æſtimauit ergo eam Heli temulentam.

S. Chryſ.

HINC mihi mulieris, inquit Chryſoſt. homil. 70. ad Popul. Antioch. pietatem conſidera, *vox*, inquit, *eius non audiebatur, labia verò tantùm mouebantur*. Obtinere volens iſta à Deo, accedit non fatiſcens, nec oſcitans, neque ſe ſcabens, aut negligens. Nonne poterat & ſine oratione Deus præbere? Nonne ſciebat & ante orationem mulieris deſiderium? Sed ſi ante petitionem dediſſet, non apparuiſſet mulieris ſtudium, non virtus fuiſſet manifeſta, non inde præmium poſſediſſet. Et iterum: Nec enim tam voce opus eſt, quàm cogitatione: neque manuum extenſione, quàm animi intenſione: neque figura, ſed intellectu. Non enim quia claram & magnam edidit vocem, propter hoc audita fuit, ſed quoniam intus in corde multùm clamabat. Hæc S. Chryſoſt. Habet igitur cor etiam linguam ſuam. *Quid clamas ad me*, inquiebat Dominus ad Moyſen, cùm ne verbum quidem mutiret: ſed feruens affectio Deo nota eſt, & quid ipſa requirat Deus nouit, & huiuſcemodi ſermonē melius aure percipit: maximè ſi præ dolore ac gemitu incaleſcat. Quemadmodum enim ferunt Delphinoes auditu potiſſimum valere flante Aquilone: ita & Deus noſtras preces, cùm aduerſis premimur, facilius non modò audit, verumetiam exaudit. At contra de quibuſdam per Prophetam aiebat, *Fruſtra colunt me*, quoniam etſi labiis illi honorem impenderent, cor tamen eorum longe ab eo abſceſſerat: ab eo cultu quem foris exhibebat, intus abhorrebat.

Duplici ratione noluit Deus ante orationem Annæ prolem concedere.

Maior facũdia cordis, quàm oris.

TANTVMQVE *labia eius mouebantur.*] Nimirum illa potiſſimum, cùm in eius faciem oculos Heli conieciſſet, obſeruabat non ſine quadam animi indignatione, cernens labra quidem moueri, vocem autem nullam emitti. Græcè labrum χεῖλος dicitur παρὰ τὸ χέειν λόγους hoc eſt, quod ſermonem emittat & fundat. Quod in labiis prominet πρόχειλον dicitur: ipſa autem labiorum ſectio, quæ τὸ στόμα efficit, μάσταξ & λόγνοι vocatur, auctore Polluce: προστόμιον autem ſiue προστομία labiorum mutuus congreſſus. Labia carne fungoſa muſculis quatuor confuſa, cute item, & tunica conſtant: à quibus muſculis octo motuum differentiæ perficiuntur, quemadmodum Galenus libro 11. de vſu partium demonſtrauit.

Labia motuum ſpecies octo obtinet.
Galenus.

Igitur *labia eius mouebantur*. Non enim ſemper maxima quæque orationis contentio corporis ſenſum ſuſpendit: ſed fit etiam nonnunquam, vt incenſo animo actus incaleſcant, & animi motibus corpus ipſum quatiatur, maximè vbi rerum corporearum imaginibus meditatio ex parte confecta eſt. Omnem verò ſenſum ſuſpendi, ac præterea etiam vacare intellectum, incenſa ſolùm atque inflammata voluntate nequaquam credibile eſt, niſi quis ex ignorantia putet gratiam naturam deſtruere, aut certè, quod veriſimile eſt, non didicerit actuū vtriuſque facultatis indiuiſam œconomiam. Tertull. hoc ipſum quod nobis videtur, cum veritate conſentire pluribus affirmat, libro de reſurrectione carnis cap. 15. contra negantes reſurrectionem. Sic enim ait: Age iam ſcindant aduerſarij noſtri carnis animæque contextum, prius in vitæ adminiſtratione, vt ita audeant ſcindere illud etiam in vitæ remuneratione. Negent operationum ſocietatem, vt meritò poſſint etiam mercedem negare. Non ſit particeps in ſententia caro, ſi non fuerit & in cauſa. Sola anima reuocetur, ſi ſola decedit. At enim nō magis ſola decedit, quā ſola decucurrit illud vnde decedit: vitam hanc dico. Adeo autem non ſola anima tranſigit vitam, vt nec cogitatus, licet ſolos, licet non ad effectum per carnem deductos, auferamus à collegio carnis. Siquidem in carne, & cum carne, & per carnem agitur ab anima, quod agitur in corde. Hanc denique carnis ſpeciem, arcem animæ, etiam Dominus in ſuggillatione cogitatuum taxat. *Quid cogitatis in cordibus veſtris nequam?* Et, *Qui conſpexerit mulierem ad concupiſcendum, iam adulterauit in corde.* Adeo & ſine opere & ſine effectu, cogitatus, carnis eſt actus. Sed etſi in cerebro, vel in medio ſuperciliorum diſcrimine, vel vbi vbi Philoſophis placet, principalitas ſenſuū conſecrata eſt, quod hegemonicon appellatur, caro erit omne animæ cogitatorium. Nunquam anima ſine carne eſt, quandiu in carne eſt. Nihil non cum illa agit, ſine qua non eſt. Quære adhuc an cogitatus per carnem adminiſtrentur, qui per carnem dinoſcuntur extrinſecus. Voluet aliquid anima, vultus operatur indicium: facies intentionum omnium ſpeculum eſt. Negent factorum ſocietatem, cui non poſſunt negare cogitatorum. Hæc Tertull.

Tertullian.
Animæ & corporis indiuiſa ſocietas actionū.

ET *vox penitus non audiebatur.*] Docet nos Philoſtratus l. 1. vitæ Apollonij cap. 10. quomodo ille ſilentium quinquennale profeſſus iuxta præſcriptum diſciplinæ Pythagoricæ, Aſpendij tamen, Pamphiliæ vrbe non ignobili, populi furentis impetum ſeditionémque ſedauerit, & alia multa compoſuerit, ſolo manuum geſtu, vultúque ad perſuadendum compoſito. De

Philoſtrat.
Pantomimorum muta muſica.

Caſſiodor. Pantomimis loquens Caſſiodorus Epiſt. 26. l. 1. variar. Hanc, ait, partem Muſicæ diſciplinæ mutam nominauere maiores, ſcilicet quæ ore clauſa manibus loquitur, & quibuſdam geſticulationibus facit intelligi, quod vix narrante lingua, aut Scripturæ textu poſſit agnoſci. Verùm non in ſcena perſonam huiuſmodi ſuſtinebat Anna, ſed mœrore confecta, cùm orare vellet, vox illam deſtituebat. Suſpiriis namque ac gemitu vox intercipitur, aut certè minuitur. Nec mirum, cùm dolor ſuopte ingenio comprimat, & frigore vocis inſtrumentum contrahat. Vnde & apud Medicos, vt refert Mercurialis Variar. lection. l. 6. cap. 4. *τῆς ἰσχνοφωνίας*, ſeu vocis tenuis frigiditas & melancholicus humor cauſæ ſunt: propterea quod refrigerantur, vt ait, & cõtrahuntur larynx, & muſculi, inſtrumenta vocis, neque tam copioſè ſpiritus emittitur. Sed & hæſitantia quoque ſeu balbuties, & præceps verborum lapſus, nec ſatis expeditus linguæ vſus, & ſermonis imperfecti inelaborata continuatio melancholicum humorem, in quem triſtitia degenerat, conſectantur. Propterea igitur intercluſa dolore Annæ vox foras non erumpebat.

Hierony. Mercurialis. Triſtitia vocem eripit.

Vermilius. Non cælabat Anna vota ſua, inquit Vermilius, quod aliquid à Deo turpe vel inhoneſtum peteret, quod Ethnici ſæpè fecerunt. Vnde Seneca in Epiſtola ad Lucilium 10. inquit Athenodorum ſolitum eſſe dicere, illum permultum profeciſſe, qui nihil à Deo petat, quod non auſit publicè profiteri. Hæc Vermilius. Quibus addere poſſumus quæ apud Horatium leguntur, 1. Epiſtolarum Epiſt. 16.

Seneca. Multum profeciſſe, qui nihil petat à Deo quod nõ audeat publicè profiteri.

Horatius.

Vir bonus, omne forum quem ſpectat, & omne tribunal.

Deinde hypocritæ fraudem detegit, vulgi opinionem irridens. Ille, inquit,

Quandocunque Deos vel porco, vel boue placat,
Iane pater clarè, clarè cùm dixit, Apollo,
Labra mouet metuens audiri: pulchra Lauerna
Da mihi fallere: da iuſtum ſanctúmque videri,
Noctem peccatis, & fraudibus obiice nubem.

Dea furum.

Iudith. c. 13 Sed neque etiam, vt opinor, quòd tanquam Iudith. cap. 13. audire metueret, de qua ſcriptum eſt, quod cùm Holophernem iam mactatura eſſet, ſteterit ante lectum orans cum lachrymis, & labiorum motu in ſilentio, à Deo poſtulans ſibi vim animúmque ad tantum facinus addi: Incantari enim potius, & alto ſilentio ſopiri, quàm ſtrepitu excitari debuit. Denique nec Philonis Biblici reſponſionem probare poſſum, qui rationem reddens quare Anna clara voce vti noluerit, quemadmodum reliqui facere conſueuerunt, Tunc enim cogitauit, ait, ne forte non ſim digna exaudiri, & erit, vt plus me zelans improperet mihi Phenenna, ſicut quotidie dicit: Vbi eſt Deus tuus, in quo confidis? Et ego ſcio, quia non quę in filiis multiplicatur, ditata eſt, quæque minorata eſt, ęguit, ſed quæ abundat ditata eſt, & in voluntate Dei. Nam qui ſcierint quod oraui, ſi cognouerint quod non exaudior in oratione mea, blaſphemabunt. Et non ſoli mihi erit teſtis in anima mea, quia miniſtræ ſunt orationum mearum lachrymæ meæ. Hæc ille nugator. Tametſi enim in populo tam rudi, atque carnali nonnihil vereri Anna potuit, non eſt tamen veriſimile id illi in mentem veniſſe: neque enim latere quemquam voluit, quæ loco publico à Pontifice increpita, & lachrymis, & gemitu, & propria oratione votum animi ſui palam fecit. Verùm, primùm quidem dolore exanimata erat, & mœrore præpedita: Deinde etiam cùm priuatam ſuam orationem funderet, modeſtiæ ſtuduit, ne vel ipſa aliis quoque orantibus obſtreperet, aut multorum in ſe oculos conuerteret, aut pietatem oſtentare videretur.

Philo Biblic.

Rationes ob quas Anna vocem nõ orauit.

S. Cyprian. Sanctus Cyprianus de orat. Dominica hanc noſtram ſententiam ſuo calculo confirmat, ſimúlque docet, quomodo illius exemplo ſinguli in Eccleſia orare debeamus. Quando, inquit, in vnum conuenimus, & ſacrificia diuina cum Dei ſacerdote celebramus, verecundiæ & diſciplinæ memores eſſe debemus, non paſſim ventilare preces noſtras inconditis vocibus; nec petitionem commendandam modeſtè Deo tumultuoſa loquacitate iactare, quia Deus non vocis, ſed cordis auditor eſt. Nec admonendus eſt clamoribus, qui cogitationes hominum videt, probante Domino & dicente; *Quid cogitatis nequam in cordibus veſtris?* Et alio loco: *Et ſcient omnes Eccleſiæ, quia ego ſum ſcrutator renis & cordis.* Quod Anna in 1. Regnorũ libro Eccleſiæ typum portans, cuſtodit & ſeruat; quæ Dominum non clamoſa petitione, ſed tacitè & modeſtè intra ipſas pectoris latebras precabatur. Loquebatur prece occulta, ſed manifeſta fide: loquebatur non voce, ſed corde: quia ſic Deum ſciebat audire, & impetrauit efficaciter quod petiit, quia fideliter poſtulauit. Declarat Scriptura diuina. Item legimus in Pſal. *Dicite in cordibus veſtris, & in ſtratis veſtris, & transpungimini.* Per Ieremiam quoque (in Epiſtola) hæc eadem Spiritus ſanctus ſuggerit, & docet dicens: *In ſenſu autem tibi debet adorari Deus?* Hæc S. Cyprianus. Ad quem accedit & Tertull. de oratione cap. 13. Sonos etiam vocis, inquit, ſubiectos eſſe oportet, aut quantis arteriis opus eſt ſi pro ſono audiamur? Deus autem non vocis, ſed cordis auditor eſt, ſicut conſpector. Dæmonium oraculi Pythij: & mutum, inquit, intelligo, & non loquentem exaudio. Dei aures ſonum expectant? Quomodo ergo oratio Ionæ de ventre ceti, per tantæ beſtiæ viſcera ab ipſis abyſſis, per tantam æquoris molem ad cœlum potuit euadere? Quid amplius referent iſti qui clarius adorant, niſi quod proximis obſtrepunt? Imo prodendo petitiones ſuas, quid minus faciunt quàm ſi in publico Deum orent? Hactenus Tertull. Non licet igitur orantem linguæ plectro, & vocis lenocinio vti? Ita cenſet Porphyrius libro de ſacrificiis. Nihil eſt enim, vt ait, materiale, quod ipſi prorſus immateriali ſubito non ſit impurum. Quapropter neque ſermo huic vocalis poteſt eſſe accommodatus, neque etiam ſermo animo intimus, quando paſſione quadam animi ſit inquinatus, ſed ſilentio puro, puriſque de ipſo intelligentiis ipſum ritè colemus. Oportet igitur con-

Non orandum voce vbi deceat.

Luc. 15.

Pſalm. 4.

Tertullian.

Porphyrius.

iunctos ſimiléſque Deo iam effectos noſtram hanc ad Deum eleuationem, velut ſacram victimam dedicare, quæ quidem & ipſamet diuina laus eſt ſalúſque noſtra. Ad hunc modum Porphyrius. D. vero Hieronym. Pſal. 64. vbi nos habemus, *Te decet hymnus Deus in Sion*, ex Hebræo vertit: Laos tua ſilentium. Ad hæc reſpondemus, inquit, Vermilius, voce non opus eſſe, cùm Deum ſeorſim & priuatim oramus, quia Deus animum & cor audit & intuetur.

S. Hieron.

Vermilius.

Voce & geſtu ad deuotionem animus orantis nonnũquam excitatur.

Attamen interdum non abſque fructu adhibetur, quoniam in precibus nonnunquam languеſcimus, & animus ipſe defatigatur, vnde vox interpoſita nos excitat, & quodammodo reficit. Deinde quandóque fit, vt, cùm vehementer magnóque impetu precamur, totiqoe in eo ſumus, vel imprudentibus vox erũmpat, quæ Deo non poteſt non eſſe grata. Hactenus Vermilius. Nec vox modò ſemiſopitum animum, tanquam tuba aliqua ſuo clangore exſuſcitat, verumetiam quiuis alius corporis geſtus, aut motus, quo religio tanquam excolitur & exercetur. Quod noſtrum iudicium ſuo teſtimonio Auguſtinus corroborat cap. 5. libri de cura pro mortuis gerenda. Ibi namque ſic loquitur: Orantes de membris ſui corporis faciunt quod ſupplicantibus congruit, cùm genua figunt, cùm extendunt manus, vel etiam proſternuntur ſolo, & ſi quid aliud viſibiliter faciunt, quamuis eorum inuiſibilis voluntas & cordis intentio Deo nota ſit: nec ille indigeat his indiciis, & humanus ei pandatur animus: ſed his magis ſeipſum excitat homo ad orandum gemendúmque humilius atque feruentius. Et neſcio qoomodo cùm hi motus corporis fieri, niſi motu animi præcedente non poſſint, eiſdem rurſus exterius viſibiliter factis, ille interior inuiſibilis, qui eos fecit, augetur: ac per hoc cordis affectus, qui, vt fierent iſta, præceſſit, quia facta ſunt, creſcit. Ibi ſanctus Auguſtinus.

S. Auguſt.

Ad publicas preces vox vtiliter adhibetur.

Porrò ſi de publicis populi, & non priuatis ſingulorum precibus, quæſtio ſit, minimè dubitari poteſt, quin vox adhibita plurimùm conferat ad popoli deuotionem excitandam. Præterquam quod neceſſaria eſſe videtur, ſi communis quædam oratio habenda ſit: & imprimis æquum ac rationi conſeotaneum ſit, vt ſaltem aliquando publicè omnes etiam voce Deo obſequium præbeant, cui cùm toto corpore vocem acceptam referre debent. An verò etiam in hunc chorum publicè in Eccleſia laudes Deo concinentium, puellas & mulieres, quarum vox imprimis canora & ſuauis eſt, admittemus? Ne te diutius protraham, accipe breuiter, quæ in eam ſententiam ſanctus Iſidorus Peluſ. l. 1. Epiſt. Ep. 90. poſteritati tradidit. Importunas, inquit, loquacitates diuini Apoſtoli in Eccleſiis comprimere ſtudentes, modeſtiæque ac grauitatis magiſtros ſe ſe nobis præbentes, vt mulieres in ipſis canerent, ſapienti conſilio permiſerunt. Verùm vt omnia diuina documenta in contrarium verſa ſunt, hoc quoque quamplorimis in diſſolotionem, ac peccati occaſionẽ ceſſit. Siquidem ex diuinis hymnis non ingenti compunctione afficiuntur: verùm cantus ſuauitate ad irritandas & extimulandas libidines abotentes, nihilo eam ſcenicis cantilenis præſtantiorem eſſe exiſtimant. Operæpretium eſt igitur, ſi, quod Deo gratum eſt, quærere, atque id, quod ex vtilitate publica eſt, facere volumus, iis, vt Chriſto cauponum inſtar ad quæſtum abutentibus, & diuinam gratiam in exitij mercedem conuertentibus, ne deinceps in Eccleſia canant, atque in ciuitate maneant, interdicere.

S. Iſidorus Peluſiota.

Mulieres quare vetētur in Eccleſiis canere.

ÆSTIMAVIT *ergo eam Heli temulentam.*] Vnde autem hoc de Anna, inquit Chryſoſt. ſuſpicari potuit ſacerdos? Neque enim ridentem vidit, neque ſaltantem, neque vertigine concidentem: nou audiuit vllum verbum obſcœnum aut illiberale ſonantem: hæc enim indicia eſſe poſſunt, quibus ebrietas deprehenditur. Apud Homerum Vlyſſes Odyſſeæ ξ.

S. Chryſ.

Homerus.

Nam vinum prudentem etiam cantare coegit,
Et tenerum ridere, pedéſque inferre choreis,
Atque tacenda loqui, nec idonea prodere dictu.

Ebriorum turpitudo, atque protervia.

Et Cyrus puer apud Xenophontem Cyropæd. lib. 1. Aſtyagem aoum cum reliqois, quos in natalitiis cõuiuio lautè exceperat, poſtquam largè epoto vino ebrij euaſerant, ita deſcribit. Primùm, quæ à vobis facere prohibemur, hæc vos faciebatis. Omnes enim clamabatis ſimul, & intelligebatis inuicem nihil. Canebatis magno cum ridiculo; & cùm canentem minimè audiveris, iurabatis optimè eum canere. Et quiſqoe veſtrûm cùm de ſuis viribus loqueretur, mox ſaltaturi ſurgebatis, cùm non modò ad numerum ſaltare, ſed ne erigi quidem poſſetis: eratíſque obliti omnino, & tu quod Rex eſſes, & alij, quod ſibi imperares. Per id enim temporis ego primùm didici, hoc quod à vobis tum agebatur, cauſam eſſe perpetuæ veſtræ confabulationis. Itaque nunquam tacebatis. Lucretius verò lib. 3. non modò illa deſcribit, quibus in apertum ebrietas erumpit: verumetiam cauſam reddere conatus eſt.

Xenophō.

Lucretius.

Denique cur, hominem, cùm vini vis penetrauit
Acris & in venas diſceſſit diditus ardor,
Conſequitur grauitas membrorum? præpediuntur
Crura vacillanti? Tardeſcit lingua? madet mens?
Nant oculi? clamor, ſingultus, iurgia gliſcunt?
Et iam cætera de genere hoc quæcumque ſequuntur,
Cur ea ſunt, niſi quod vehemens violentia vini
Conturbare animam conſueuit corpore in ipſo?

Verùm nullum tale ſignum Heli in Anna deprehendit. Vnde ergo dare potuit locom ſuſpicioni? Aperiam, & quidem harum rerum idoneo aothore Philone Iudæo, qui eo libro, quem de temulentia inſcripſit, de Anna ſermonem inſtituens, Solet, inquit, numine correptorum non ſolùm anima concitari, ceu quodam œſtro, ſed & corpus erubeſcere incandeſceréque, interno gaudio prorumpente in exteriora: quæ res multos inſipientes decipit, qui ſobrios vino madere autumant. Ita contigit Apoſtolis initio naſcentis Eccleſiæ:

Philo Iudæ.

Numine correpti nõnunquam ebriis viſi ſimiles.

qui

qui cùm diuino ſpiritu afflati in voces erum- A
perent omnium genera linguarum exprimen-
tes, ebrij à Iudæis crediti ſunt & appellati,
Petro reſpondente, cùm eſſet hora diei ter-
tia neutiquam mero madere: ſed cœleſti a-
qua, quam Deus per Ioëlem olim eſſet pol-
licitus, perpurgatos ac delibutos, à diuinis
laudibus temperare non poſſe. Propterea
igitur etiam ille non omnino temerè, cùm
vultum rubore ſuffuſum cerneret: nam &
erythron ab effectu, id eſt rubrum, & æ-
thopa, id eſt vultum ſeu faciem inflammans,
vinum Homerus nuncupauit: & motu la-
biorum loquendi morem imitari, nec ſermo-
nem proferre; ignoraret autem præterea in-
teſtinum dolorem, nec vllum haberet de il-
lius ſanctitate teſtimonium, genio illam in- B
dulſiſſe arbitratus eſt. Quanquam nec deeſt
alia occaſio, quæ huic ſuſpicioni anſam præ-
buiſſe videatur, nimirum, vt ait ſanctus Chry- *S Chryſ.*
ſoſtomus, diei tempus epulis conſecratum:
erat enim meridies quum precaretur illa. Vn-
de hoc liquet? Ex his quæ locum hunc præ-
cedont. *Surrexit*, inquit, *Anna*, *poſtquam il-
li comederant & biberant in Silo.* Solebat au-
tem non raro accidere (ait Vermilius) vt in
illis feſtis conuiuiis homines pluſculum ad bi-
bendum ſe inuitarent, quod Paulus in pri-
mæ ad Corinth. decimo grauiter taxat: *A-
lius*, inquit, *eſurit*, *alius autem ebrius eſt.* Et

Philo. Huic naſci potuit ebrietatis ſuſpicio.

Philo libro de Plantatione Noë ſatis aper-
tè explicat, cuius pauca verba referam. Per-
actis enim votis, ait, & ſacrificiis placato nu-
mine, poſt purificationem corporum & ani- C
marum, aquis abluti, & imbuti ſacrarum le-
gum cognitione, hilares & læti ad remiſ-
ſiorem victum ſe vertebant, ſæpè ne domum
quidem repetentes, ſed in templis, vbi ſa-
cra fecerant, permanentes; vt & ſacrificij
memores, & locum reueriti, ſacroſanctum
reuera celebrarent conuiuium, nec verbo,
nec facto vllo peccantes. Ex hoc more na-
tam aiunt vocem μεθύειν, quaſi μετὰ τὸ θύειν:
quia poſt ſacra demum priſci indulgebant
poculis. Hæc Philo, qui iterum. Sunt qui
putant, inquit, huic rei non ideo tantùm da-
tum iſtud nomen, quia ſoleat ſequi poſt ſa-
cra, ſed ἀπὸ τῆς μεθέσεως, id eſt à remiſſione
animi. Relaxatur autem inſipientium ratio
ad peccandum licentiùs: rectè ſapientium
vero ad fruendum tranquillitate, hilaritatè-
que. Fit enim vir ſapiens vino maceratus, D
ſeipſo ſuauior. Huc accedit quod ſapientia
non eſt res dura aut tetrica, deuincta cogita-
tionibus triſtibus, ſed perpetua tranquilli-
tate hilaris, plena gaudio lætitiáque: vnde ſæ-
pè prorumpit in non inſulſos luſus, & dicte-
ria, coniuncta tamen cum grauitate ſeria:
quemadmodum in benè temperata lyra con-
trarij ſoni in vnam melodiam conſonant.

Sapientem animi lætitia decet id patientia.

Certè iuxta ſacri Moſis opinionem ſapien-
tiæ finis luſus & riſus eſt, non iſte quo pue-
ri ac infantes delectantur: ſed quo homi-
nes cani, qui non tam conſenuerunt tem-
pore quàm bonis conſiliis. In cuius rei fi-
dem affert quod Iſaac, riſus dictus, ludens
referatur cum Rebecca, id eſt tolerantia,
quem vidit Rex, non quiuis plebeius, Abi-
melech per feneſtram, per apertum & luci-
ferum mentis oculum. Ex quo concludit,
nullum magis negotium ſapientem decere,
quàm ludere, gaudere, hilareſcere cum hone-
ſta tolerantia. Hæc omnia Philo libro de
Plantatione Noë: qui mihi videtur huiuſ-
cemodi vinoſam & temulentam iucundita-
tem de Platonis potius, quàm Moſis fon-
tibus hauſiſſe. Etenim tantum abeſt, vt Bac-
chicam illam laſciuiam ac petulantiam in ſa-
cris epulis Moſes probauerit, vt etiam in ſa-
crificantibus vini vſum damnauerit. At Pla-
to non item: qui tametſi, vt tuetur Agellius *Agellius.*
libro decimoquinto, capite ſecundo, ebrieta-
tem iſtam turpiſſimam, quæ labefacere &
minuere hominum mentes ſolet, non lauda-
rit, largiorem tamen, pauloque iucundio-
rem, vt Philo, vini inuitationem, quæ fieret *Plato l. 1. & 2. de leg.*
ſub quibuſdam quaſi arbitris & magiſtris con-
uiuiorum ſobriis non improbauit. Cenſuit e-
nim vini ardorem, ſi copioſius aliquanto ad-
hiberetur, fomitem quendam ingenij ac vir-
tutis incitabulum eſſe, & calefacto ſimul re-
fotóque animo, ſi quid in eo vel frigidæ tri-
ſtitiæ, vel torpentis verecundiæ eſſet, di-
lui poſſe. Quod ſi tum Iſraëlitis publicè per-
ſuaſum fuit, cùm Elcana immolaret, mirum
videri deſinet, ſi Heli mulierem è conuiuio
reuertentem ebrietatis inſimularit, non mo-
dò illius, cui cum ſapientia Plato Philóque
conuenire volunt, verumetiam alterius quæ
ſapientiam expugnat, & amentiam indu-
cit. Difficillimum eſt enim eum modum com-
potationi ſtatuere, vt mero quidem præſen-
tes incaleſcant, & ſoluantur in riſus, & non
aliquanto poſt vini vi ac potentia ſe am-
plius diffundente, non modò caput titu-
bet, verumetiam ratio nutet. Verùm etſi car-
nalis populus ventri & gulæ plurimùm tri-
bueret, & ſuas voluptates ſenſibus corpo-
ris metiretur: puto tamen, qui præ cæteris
inter eos pietate ac ſapientia excellerent, id
ſemper Deo gratiſſimum eſſe arbitratos,
quod ab iis, qui ſuo cultui addictiſſimi eſſent
religioſè obſeruari animaduerterent. Illi au-
tem erant præcipue ſacerdotes ac Naza-
ræi, quibus vinum guſtaſſe nefas erat. Vn-
de illos quoque velut in exemplum propoſi-
tos, reliquos, qui ſanctitati ſtuderent, ſe-
ctatos eſſe arbitror: Et, ſi quidem non vi-
num prorſus à ſuis menſis arcerent, ſaltem
moderatiùs vſos, cùm ſacras epulas cele-
brarent. Non inficior tamen ex his, quæ à
Philone dicta ſunt, argui poſſe, plures ex Iſ-
raëlitis diem feſtum luſibus ac compotatio-
nibus agitare conſueuiſſe, quæ cauſa fuerit,
cur Heli Annam alieno tempore, & modo
ad tabernacoli fores orantem, vino ſe ſe in-
gurgitaſſe falsò crediderit. Accedebat præter-
ea, quod vino deditum eſſe mulierum genus, *Athenæus lib. 10. dipnoſ. c. 11.*
antiquitas credidit. Vnde eſt illud Axionici a-
pud Athenæum.

Philonis narratione non vſquequaque veram videri.

Hoc mulieri crede, aquam ſe non bibere.

Et Alexis in Saltatrice,

Mulieribus, inquit, omnium rerum ſatis eſt, ſi vini eſt ad bibendum ſatis. Xenarchus haud inueniſſe mulierem quandam apud eundem Athenæum, horrendo maximè iuramento ſeſe obſtringentem inducit, hoc pacto.

Mihi contingat te ſuperſtite, ô filia,
Liberam ac vinum bibentem, annuam agere.

Quod ſi ita eſt, inquit Antiphanes, an non eſt impendio miſer,

Vxorem qui ducit, præterquam apud Scythas?
Illic enim tantùm vitis non feritur.

Ex omnibus poſtremò ſequitur, quòd etſi malè ſuſpicioſus Pontifex, non leuem eo pacto iniuriam illi fecerit, multa ſunt tamen, quæ eius iudicij temeritatem excuſent, tempus, conſuetudo, locus, oris rubor, & tumidæ fletibus genæ, madentes oculi, palpebræ minio tinctæ, agitatio ipſa labiorum citra vllam vocis prolationem, quæ non modò iratis, aut frigore algentibus, verumetiam ebriis euenire ſolet, ac denique candor ipſe animi ab omni maleuolentia alienus. Vt primùm enim illius orationem accepit, quæ ſobriam mentem teſtabatur, non, quod fortè alius quiſpiam feciſſet indignum ratus mutare ſententiam, conuitiis exegit: ſed citò mœſtitiæ condolens, ac virtuti congratulans, illam benignè eſt allocutus, & precibus illius fauit, & ad meliorem ſpem eſt cohortatus.

Vermilius.
Turpiſſima in muliere ebrietas.

Cæterùm quod ad temulentiam attinet, turpis eſt profectò in viro quouis ebrietas, inquit Vermilius: at in muliere multò eſt fœdior, maximè verò in Leuitæ vxore. Quare Paulus in prima ad Timotheum id monet ſedulò, ne vxores diaconorum deditæ ſint vino. Hæc Vermilius. Eccleſiaſtici 25. Tanquam ira Dei mulier temulenta. Natura verò etiam in fœminis ab hac turpitudine abhorruiſſe videtur, cùm temperamento corporis prorſus contrario aduerſus ebrietatem armauit: quod pluribus expoſuit Diſarius Medicus, cùm apud Macrobium Saturnal. lib. 7. illud Ariſtotelis dictum explicat, Mulieres raro in ebrietatem cadere, crebro ſenes. Repugnantem enim ebrietati naturam mulier ſortita eſt, vtpote quæ humectiſſimo eſt corpore. Docet hoc & læuitas cutis & ſplendor, docent præcipuè aſſiduæ purgationes ſuperfluo onerantes corpus humore. Cùm ergo epotum vinum in tam largum ceciderit humorem, vim ſuam perdit, & fit dilutius, nec facilè cerebri ſedem ferit, fortitudine eius extincta. Sed & hæc ratio iuuat ſententiæ veritatem, quod muliebre corpus crebris purgationibus deputatum, pluribus confectum foraminibus, vt pateat in meatus, & vias præbeat humori in egeſtionis exitum confluenti. Per hæc fora-

Macrobius.

A mina vapor vini celeriter euaneſcit. Præterea verò etiam nimio frigore, quod in earum corpore eſt, hauſtum vinum frigeſcit, & ita debilitatur, vt vis eius, quæ elanguit, nullum calorem poſſit, de quo ebrietas naſcitur, excitare. Hæc ille. Naturam autem ſapientiores quique populi imitati, honeſtati mulierum conſulere volentes, vino prorſus eis interdixerunt. Apud Maſſilienſes olim vini vſus fœminis lege perpetua prohibitus fuit. Quod etiam ætate ſua Theophraſtus Mileti obſeruatum fuiſſe memoriæ prodidit. Qui verò de victu, atque cultu Populi Romani ſcripſerunt, inquit Agellius libro decimo Noctium Atticarum, capite B vigeſimotertio, mulieres Romæ, atque in Latio ætatem abſtemias egiſſe, hoc eſt vino ſemper, quod Temetum priſca lingua appellabatur, abſtinuiſſe dicunt: inſtitutúmque vt cognatis oſculum ferrent, reprehendendi cauſa, vt odor indicium faceret, ſi bibiſſent. Bibere autem ſolitas ferunt loream, paſſum, murinam, & quæ id genus epotant, potu dulcia. Quæ tamen Varro iis ſolummodo indulget, quæ iam ætate prouectæ erant: ſic enim ait libro primo, de vita populi Romani: Antiquæ mulieres maiores natu bibebant loram, aut ſapam, aut defrutum, aut paſſum, C quam Murrhinam quidam Plautum appellare putant. Sapam autem appellabant, quod de muſto ad mediam partem decoxerant. Defrutum, ſi ex duabus partibus ad tertiam redegerant deferueſaciendo. Paſſum nominabant, ſi in vindemia vuam diutius coctam legerent; eámque paſſi eſſent in ſole aduri. Porrò tanta religione ea conſuetudo ſeruata, atque defenſa eſt, vt non modò, ſi quæ vinum bibiſſent, de fama atque exiſtimatione periclitarentur: verumetiam viris libera poteſtas eſſet in eas animaduertendi non minus, quàm ſi ſe probro, aut adulterio polluiſſent; quemadmodum in eodem loco refert Agellius ex Marci Catonis authoritate. Tertullianus Apologet. capite ſexto. Plinius libro decimoquarto, capite decimotertio, referunt Egnatium Mecennium, cùm vxorem interfeciſſet, D quod vinum è dolio bibiſſet, cædis abſolutum à Romulo: & ex Fabij pictoris Annalibus, matronam, quæ loculos, in quibus erant claues cellæ vinariæ, reſignaſſet, à ſuis mori inedia coactam. Dote etiam multatas refert Gothofredus ad caput decimumſextum Nouell. vigeſima ſecunda. Tam antiqui moris cauſam, Athenæo referente, Alcimus Siculus in Italica hiſtoria hanc eſſe docuit, quod, cùm Hercules Italiam peragraret, & æſtu, atque labore aridus & ſitiens in Crotoniatarum fines acceſſiſſet, rogatétque ſibi potum exhiberi, viro iubente vinum propinari, illiberalis mulier lagenam occuluerit, iuſſeritque è proximo fonte aquam petere. Quod factum indignè ferens heros, viro impenſiùs laudato, decreuit: vt mulier impoſterum vino abſtineret, quæ lex illico totam Italiam peruagata eſt. Verùm, vt opinor, hanc ſi legem Her-

Vino mulieribus interdictum fuit.
Theophr.
Agellius.
Varro.
Tertullian.
Plin.
Gothofredus
Athenæus.

culem ſanxiſſe veriſimile credimus, non tam vlciſcendæ dolore iniuriæ feciſſe putandus eſt; quàm vt earundem mulierum pudori conſuleret. Nam quæ ſunt præcipua eius generis ornamenta, pudor, verecundia, caſtitas, illa, ſi vinum obtineat, mox euaneſcant neceſſe eſt. Semper enim vinum, vbi viget, temerarium eſt, & impudens, & inuerecundum: & amica libidini temulentia.

VERSVS 14.

Dixitque ei: Vſquequo ebria eris? Digere pauliſper vinum quo mades.

Vino madidi ſapere ſibi videntur. *Plato.* *Plutarch.*

MADIDIS enim, ſi necdum prorſus rationis & iudicij expertes ſint, acri reprehenſione opus eſt. Etenim quod faciunt, ſe ritè atque ordine facere opinantur. Plato in Cratylo nomen vino factum eſſe ait οἶ-νον, quia efficit, vt qui bibunt, ſapere ſe putent οἴεσθαι νοῦν ἔχειν. Nam neque nobilis, addit Plutarchus 7. ſympoſiacωn, neque pulcher, neque diues quiſquam bibentium ſibi ita videtur, etiamſi videatur, vt prudentem ſe ſe opinatur. Atque hinc eſt quod vinum loquaces facit, intempeſtiuáque garrulitate, & animi elatione, præire authoritate omnibus volente, implet: quaſi verò noſtrum iam ſit non audire, ſed audiri potius: non ſequi, ſed ducere. Hæc Plutarchus.

Ebrius delet in ſe Dei imaginem. *Abſtinentia orationes & ſacrificia comitari debet.* *Philo Iudæ.*

Turpe ſanè eſt quenquam ad Deum accedere, qui ſponte eius in ſe imaginem deleuerit. Dic in ebrio quid reſtat? Num ratio, num mens, iudicium, libertas? Nihil horum. Sed ne homo ipſe quidem, ne pluribus opus ſit. Et quid orat, qui ſeipſum ne attendere quidem poteſt? Hinc Angelus apud Tobiam orationes perpetuo fœdere cum ieiunio copulat, dicens: *Bona eſt oratio cum ieiunio, & eleemoſyna.* Quid ſi non adſit ieiunium? Non erit item bona. Quid ſi cum crapula & ebrietate coniuncta ſit? Non modò inutilis, verùm etiam mala. Philo de temulentia. Sicut veneranda res eſt ſobrios, & ſui compotes ire ad vota & ſacrificia: ſic è diuerſo ridicula, ſi quis corpore animóque præ vino labante id facit. Niſi fortaſſe, quoties domini, & parentes, & principes adeundi ſunt, curare decet ſeruos, & filios, & ſubditos, vt ſobrij ſint, ne quid dicto factóve peccent, neue pœnam incurrant, ſi videantur maiorum dignitatem contemnere, aut ſi clementius cum eis agatur, certè irrideantur: omnipotentem verò patrem aliquis adoraturus cibum, potum, ſomnum, cæteráque quorum vſum natura poſtular, non moderabitur? mallétque ad lautiorem victum declinans, imitari luxu perditos? Et oculis nimio vino grauatis, vacillante capite, obliquata ceruice crapulam ructans, A totóque corpore languidus, aquam abluendis manibus aut aras attinget ac victimas? Atqui tali non eſt fas vel procul ſacros ignes intueri. Hæc ibi. At libro de Monarchia quatuor rationes aſſignat, ob quas vino vti vetarentur ſacerdotes, qui ſacris operaturi eſſent, & victimas contrectaturi. Nimirum vt effugiant pigritiam, obliuionem, ſomnum, amentiam. Merum enim laxatis viribus corporis facit id minus agile, & in ſomnum velit nolit pertrahit: Animi quoque intentionem remittens, fit ei cauſa obliuionis ac deſipientiæ. Contra ſobriorum & membra ſunt leuiora habilioraque, & ſenſus puriores ſyncerioréſque, B & mens ipſa perſpicacior ad proſpiciendum futuris negotiis, & ad præteritorum reminiſcentiam. Et paulò inferiùs. Meritò igitur inſtitutum eſt ſacrificium abſtemium, vt diſcrimen ſit inter ſacra & profana, pura & impura, legitima & illegitima. Quòd ſi tanta ab iis adhibita diligentia eſt, qui pecudes immolarent, & veri ſacrificij typis tantùm fruerentur & vmbris: quantam nos, Deum immortalem! afferre par eſt, qui non iam, vt illi, arietis aut hœdi carnibus veſcimur, ſed agni immaculati deificato corpore paſcimur, & ſanguine potamur. Propterea igitur non abſtemij modò ad menſam Dominicam accedimus, verumetiam prorſus ieiuni, & omnis generis cibi potúſque C expertes, antiquiſſima Eccleſiæ conſuetudine, iam inde ab Apoſtolorum temporibus, omnium ſæculorum conſenſu corroborata: & genio poſtmodum indulgere, epotandiſque calicibus animum remittere, nefas eſſe ducimus. Cœleſtes namque delitiæ corporis voluptatibus obruuntur: Et ſi ſtomachus dapibus oneretur, mens ſenſui ſuccumbit: Et quomodo venena ſolent optimis dapibus afferre perniciem, ita & riſus, iocúſque, & carnis, ſenſuúmque oblectamenta ſpirituales eſcas inficiunt corrumpúntque. Neque verò his contrarium quicquam Deus præcepiſſe credendus eſt, cùm iuſſit hilares lætóſque ſacrificiorum reliquias coram Domino comedere. Licet namque, Scriptura teſte, vinum humanis pectoribus lætitiam infundat, non tamen eiuſmodi hilaritatem imperabat, qui vino ſacrificantibus interdicebat: D ſed promptam atque alacrem animi deuotionem requirebat, quæ nulla alia re magis iuuari poteſt, quàm moderata ſobrietate: nulla magis obſcurari, quàm tetra ebrietatis caligine. Apud maiores noſtros ac prætorium adire, nec iudicem interpellare, niſi ſobrio licebat. Comes autem niſi ieiunus, ius dicere non poterat. Sic enim legi apud Anſegiſum Abbatem l. 3. capit. Caroli cap. 38. vt nullus ebrius ſuam cauſam in mallo poſſit conquirere, nec teſtimonium dicere: nec placitum comes habeat, niſi ieiunus.

Iudicia tractare non niſi ſobrius conceſſum eſt.

Remedia quadam aduerſus ebrietatem. *Gotshaus.*

DIGERE *vinumque mades.*] Quomodo digerat? Num iis medicamentis vtēs, quæ ἀμέθυστα vocant Medici? Sunt enim quibus cauetur: ſunt quibus etiam diſcutitur ebrietas. Ex iis

alia ante potum præſumuntur, alia iam contracta ebrietate conueniunt. Ventriculum ſiccat, aſtringit, & confirmat abſynthij potus ante cibum: Item myrti floris, & myrrhæ, & rutæ tritorum ex aqua. Adhæc amara amygdala, quibus ſenis quiniſque ante cibum deuoratis quidam medicus, vt refert Plutarchus, apud Druſum Tiberij Cæſaris filium, nemini conceſſit in bibendi certamine. Fumos vini repellunt, reſtringunt, & denſant frigida poſt epulas epota, vti & braſſica cruda, & lactuca: eos autem è capite euocant per cranij ſuturas, atque digerunt, florum amethyſti herbæ odor, corona è croco, vel ex ramulis aiugæ: quibus calor natiuus vino ſepultus excitatur, & caliginem diſcutit. Hæc Gorrhæus. Num igitur iis remediis ſibi conſulere iubet? Tale, vt opinor, conſilium Pontifici in mentem non venit: ſed potius, quod explicandi gratia ſanctus Chryſoſtomus addit, vt à conſpectu Domini recederet. Imperat igitur his verbis aliò ſe conferat, templi ſanctitati parcat, Deum revereatur: quem nemo niſi ſobrius adire debet. Temulentæ mulieris ſupplicatione offendi magis poſſe, quàm placari. Non eſſe illam orationem, quam crapula & ebrietas euomeret, ſed blaſphemiam. Itaque templi atrio cederet, domum repeteret, fugeret ſcandalum, ſéque hominum oculis ſubduceret. Interim autem edormiret crapulam, reditura poſt ſomnum ad veniam deprecandam. Num igitur ſi quis ſe vino oneratum ſentiat, quantum compos erit iudicij, Deum orare non licebit? Semper quidem, licet illo vero tempore etiam magis neceſſarium eſt, quò grauius vrget periculum. Veruntamen id ſi publicè fiat, ſitque palàm eum, qui oret, temero plus æquo tribuiſſe, ſcandalum pariet; aliis quidem indignè ferentibus, aliis autem religionem irridentibus, nonnullis etiam fortaſſe propterea minus à vino abhorrentibus, quòd inde putent vini largiorem vſum nonnihil ad deuotionem conferre. Sapienter itaque admonet, vt domum pergat, & publicum vitet, ſéque hominum conſpectui ſubtrahat, ac dedecus ſilentio tegat, ne Dei in ſe iram concitet, populo autem fabula fiat.

S. Ioann. Chryſoſt.

Ebrioqua vitanda ſint.

Potes autem & hinc agnoſcere in quantum diſcrimen ebrietas hominem coniiciat, quem templi aditu prohibet: &, quod potuit eſſe reliquum ſpei in ſummo periculo verſanti, orandi facultatem adimit, quæ nulli præterea denegatur. Tametſi namque, ſi quid rationis ſupereſt, quod ebrietas non abſorpſerit, illam ad orandum Deum conferre nemo vetet, præterquam tamen quod oratio illa non admodum grata eſſe poteſt, quæ in peccato fit, & peccati fæce demergitur, difficillimum eſt ſtatuere, an illa oratio magis à iudicio, atque animi deliberatione procedat, quàm à vehementi quadam humorum, ſpirituum, atque adeò ſenſuum internorum commotione: inter quos præſertim phantaſia, atque imaginatio, ob impreſſas prius imagines, neſcio quid brutum deuotioni ſimile, quemadmodum in ſomnis accidere ſolet, referunt. Quod ſi ita fieri contingat, non modò erit illa oratio cum mugitu boum, gannitu vulpium, ruditu aſinorum conferenda, verumetiam longè inferior habenda: vtpote cùm illæ animalium voces, etſi rationis expertes ſint, tamen vitio careant: hominis verò vox ratione ſimul & crimine carere non poſſit, ac proinde etiam iram Dei prouocet, qui pullorum corui inuocatione placatus, dexter & propitius adeſt.

Ebrio orandi facultas eripitur.

VERSVS 15.

Reſpondens Anna: Nequaquam, inquit, domine mi: nam mulier infœlix nimis ego ſum, vinúmque, & omne quod inebriare poteſt, non bibi, ſed effudi animam meam in conſpectu Domini.

OPERÆPRETIVM eſt, inquit ſanctus Theodoretus in primum Regum Quæſt. 5. etiam admirari eius morum modeſtiam. Probro enim appetita quod eſſet ebria, leuiter tulit, & depulſa ſuſpicione, docuit affectionem qua laborabat, & Pontificis aſſecuta fuit benedictionem. Hæc ille. Nec erat erat leuis in mulierem intorta contumelia. Nam quis illius confidat caſtitati, quam madidam viderit? Exulat pudor, vbi regnat ebrietas. Nec tanta tamen aſperſa calumnia, aut incanduit, aut, quæ fortè potuit, in illum conuitia retulit. Non dixit (ait Vermilius) in miſera muliercula culpam, quæ nulla eſt, videre potes, filios verò tuos ebrios, adulteros, & ſacrilegos non vides. Sed neque fecit, quod nonnulli ſolent, qui dum admonentur, inſolentiſſimè reſpondent: Suſpicentur de me homines quæ volunt, mihi ſatis eſt mea conſcientia. Sed, cùm ſciret mulieri non licere famam negligere, & nos prouidere debere bona non tantum coram Deo, verumetiam coram hominibus, admodum modeſtè ſe excuſat, infamiámque à ſe depellit. Verùm nemo ſancto Ioanne Chryſoſtom. homilia de eiuſdem fide, melius illam ſuis laudibus exornat, & ſpecimen illud admirandæ benignitatis, eloquentiæ ſuæ pigmentis illuſtratum, in exemplum proponit.

S. Theod. in 1. Regũ Quæſt. 5.

Anna mira patientia.

Vermilius.

S. Chryſ. hom. de fide Annæ.

Hic potiſſimum licet, inquit, huius mulieris philoſophiam perſpicere. Domi exprobrabat æmula, venit in templum, & ſacerdotis puer (ſic namque legit ſanctus Chryſoſtom. ab vtróque & puero & ſacerdote fuiſſe increpitam) affecit illam contumelia, & increpat ipſe ſacerdos. Effugerat domeſticam tempeſtatem, venit in portum, & rurſus inuenit vndas:

Reſpondens Anna, nequaquam inquit, &c.

venit acceptura medicamen, & vulnus exaſperatum eſt. Scitis quomodo animi in mœrore conſtituti, aduerſus contumelias & conuitia ſint affecti. Quemadmodum acerba vulnera ne leuem quidem manus contactum ferunt: ſic & animus perturbatus difficilis eſt ac moroſus, & ad omnia indignatur, quouiſque verbo mordetur & offenditur. Verùm hoc non accidit huic mulieri, ne tum quidem cùm à puero conuitiis peteretur. Nam ſi ſacerdos fuiſſet conuitiatus, non erat perinde miranda tolerantia, propterea quod dignitatis magnitudo, ac magiſtratus authoritas vel inuitam illam compuliſſet ad modeſtiam. Nunc verò nec aduerſus ſacerdotis puerum indignata eſt: quo magis etiam ſibi conciliauit Deum. Sic enim res habet, quoties opprobriis milléque malis affecti, conuitiantes B excelſo ferimus animo, maiorem nobis à Deo beneuolentiam conciliamus. Et iterum eadem Homilia quum puer dixiſſet, *Digere vinum tuum abs te, & recede à conſpectu Domini*: Reſpondit Anna, & dixit: *Nequaquam Domine.* Qui contumelioſè locutus fuerat, eum appellat Dominum. Non dixit quod plerique ſolent homines, iſtáne ſacerdos? Iſta qui alios docet, temulentiam ac vinolentiam mihi exprobrat? Sed illud ſpectabat, quomodo ſuſpicionem depelleret, licet falſam. Nos contra, ſi quando conuitiis appetimur, quum oportebat excuſare & in gratiam redire, frequenter excitamus incendium, ac ferarum in morem inſilimus in conuitiatores, præfocantes, obſtricto collo trahentes, pro dictis ſupplicium repoſcentes. C Atqui his ipſis factis ſuſpicionem de nobis confirmamus. Nam ſi cupis exprobrantibus oſtendere, te non eſſe temulentum, oſtende per manſuetudinem, oſtende per humanitatem, non per contumelias & conuitia. Nam ſi percuſſeris eum qui te affecit conuitus, temulentiam tuam condemnaturi ſunt omnes: ſin magno pertuleris animo, factis ipſis depuleris malam de te ſuſpicionem: id quod tum hæc fecit mulier. Hactenus S. Chryſoſt.

Falſa calũnia patientia ac manſuetudine doletur, vlciſcendi ſtudio confirmatur.

Sed *effudi animam meam.*] *Effundo*, inquiebat Dauid, *in conſpectu eius orationem meam: & tribulationem meam ante ipſum pronuntio.* Exaggeratio eſt: ſicut enim nihil relinquit, qui effundit: ſic omnem ſuum mœrorem Domino aperuit. Patet etiam quod effuſum eſt. Effundit populus aquam inferius in conſpectu Domini: ſed quanto hæc ſapientior mulier, quæ non aquam, ſed animam ſuam? Tritum eſt, & vſu D receptum, ſpiritum effundere, theſaurum effundere, merces, pecunias effundere, odorem effundere. Horum quicquid dixeris, huius loci commentarius eſt. Vide autem cui effundat, Domino. Non enim querelis inutilibus mundum fatigat, non vana garrulitate affines ſollicitat: ſed Deum ipſum interpellat, cui nemo vnquam importunus viſus eſt, & ſolus ſæpe ſatisfacere poteſt. Non ait, inquit S. Chryſoſt. deprecor Dominum, ſupplico Domino, ſed effundo animam meam coram Domino: hoc eſt, meipſam totam conuerti ad Dominum, mentem meam exinaniui apud illum, toto animo totáque virtute precationem meam peregi.

Quid ſit effundere animam in conſpectu Domini.

S. Chryſoſt.

Vinumque, et omne quod inebriari, &c.

A Deo narraui calamitatem meam, oſtendi vulnus, ille poteſt dare remedium. Igitur Anna tres affert rationes: quarum vna omnem temulentiæ ſuſpicionem amouet. Duæ reliquæ motus incompoſitos, labiorúmque agitationem excuſant. Harum prima eſt, quod eſſet amaro animo, & vehementi dolore affecta. Altera, quod illum dolorem ſumma animi contentione in oratione exprompſerit. Vtramque rationem prior commentarius occupauit. Tertia ratio, quæ illius innocentiam aſſerit, hæc eſt:

Tres Annæ rationes, quibus ſeipſam purgat.

Vinumque *& quicquid inebriare poteſt non bibi.*] Legimus cuiuſdam herbæ fumo, ſeu potius eius ſeminis in ignem coniecti nidore, Thraces inebriari ſolitos. Verùm negat abſo- B lutè ſe vlla re eſſe vſam, quæ ebrietatem conciliare poſſet. Præterea verò etiam ieiunium in Anna Tertullian. commendat, libro aduerſus Pſychicos cap. 7. Nam &, inquit, ex viſceratione cùm partem accepiſſet, flebat, & non comedebat (viſcerationem vocat hoſtiarum partes in ſingulos diſtributas, quæ fiebat, vel in ſolemnibus ſacrificiis, vel funeribus potentiorum virorum) ita ieiunium in Deum reuerentiæ opus eſt, per quod Anna quoque ambiens vxor Elcanæ retrò ſterilis impetrauit facile à Deo inanem cibo ventrem implere, & quidem Propheta. Quod iterum affirmat cap. 9. ex eo quod vinum non biberit. Et hæc autem ſtrictura potus, inquit, xerophagiæ portio eſt, quanquam vbi abſtinentia aut à Deo exigitur, aut ab C homine vouetur, illic intelligatur etiam pabuli preſſura formam præſtruens potui. Qualis enim eſus, talis & potus: veriſimile non eſt, vt quis dimidiam gulam Deo immolet, aquis ſobrius, & cibo ebrius. Hæc ſunt Tertull.

Tertull. l. aduerſus Pſych. c. 7.

Idem ibid. cap. 9.

Vinum Hebraicè יין *iain* deductum à ינן *ianen*, vt vult Vvaſerus lib. 2. de Numis antiquis cap. 3. quod fæcem, aut lutum turbidum & liquidum ſignificat; quòd in terra Chanaan vina fuerint fæculenta, & turbida, & rubra: quemadmodum & veteres Græci tryga dixerunt, quod fæces ſignificat. Muſtum etiam Latinè, quaſi terra mixtum. Mus enim antiquis terra erat; vnde & humus, vt S. Iſidorus refert lib. Originum 20. cap. 3. Latinis autem inde vinum dictum eſt, vt idem ſcribit, quod eius potos ſanguine venas citò repleat. Veteres autem vinum, vt inquit, venenum vocabant. Sed poſtquam inuentum eſt virus lethiferi ſucci: D hoc vinum vocatum eſt, illud venenum. Vnde & S. Hieronym. in libro, quem de virginitate conſeruanda ſcripſit: Adoleſcentulas dixit ita vinum debere fugere, vt venenum; ne pro ætatis calore feruenti bibant, & pereant. Non pauci vini effectibus offenſi, cùm in potando modum non tenerent, eidem detraxerunt. Ægyptij Titanum cruorem, qui Olympum expugnare aggreſſi à diis immortalibus oppreſſi erant, eſſe crediderunt, ab eo abſtinentes, niſi quantum in ſacrificiis Deorum cauſa libabant. Manes verò ſectæ hæreticorum princeps, fel principum eſſe commentus eſt. Seueriani autem Draconis ſperma eſſe aſſeuerabant, eo argumento, quod & ipſa vitis ſer-

Vvaſerus l. 2. de Numis antiq. c. 3.

Vini vituperatio.

Iſid. l. 20. Orig. c. 3.

S. Hier. l. de virginitate conſeruanda.

S. Epiph. Hęr 45.

peotis figuram imitari videatur, &, quod impuri Dæmonis proprium eſt, ipſum vinum ad iram Veneremque concitater. Sanctus Epiphan. Hæreſ. 45. Verùm illi omnes aduerſus Deum muneris authorem ingrati cenſendi ſunt, cùm ſit illa in primis vtiliſſima atque ſaluberrima potio, ſi quis legitimè ac ſapienter vtatur. Neque enim vinum aliud eſt, quàm vuæ vitigineæ ſuccus feruendo excoctus: ſiue ille calcatis vuis, aut aliter expreſſis: ſiue etiam ſponte fluxerit. In vino autem quadruplicis naturæ partes ſpectantur, vt docet Galenus libro quarto de ſimplicium medicamentorum facultatibus. Earum vna τρὺξ à Græcis, fæx à Latinis dicta, vini ipſius excrementum eſt, quod temporis ſpatio ſecernitur, ac deorſum ſidit. Alia ἄνθος hoc eſt flos, dicitur, quæ, dum vinum feruet, ſupernatat, tandémque cum fæce in imo dolio ſubſidet. Tertia aquea eſt, toti vino permixta, quæ primariò potiſſimúmque feruet. Et quarta præter eas, ipſum reuera vinum. Harum partium varietate, vt inquit Gorrhæus in med. definit. & inæquali miſtura, non eſt dubium vinorum differentias atque facultates quamplurimas exiſtere. Nec ab iis modò, verùm & ab aliis propè infinitis, vt à natiuo ſolo, à guſtu, à robore, ab ætate, & reliquis eiuſmodi. Plinius certè libro decimo quarto, capite vndecimo, in orbe toto genera vini 80. eſſe ait, qui etiam libro vigeſimo tertio, capite primo, Aſclepiadem integrum volumen de vini laudibus conſcripſiſſe refert, vtilitatémque vini æquari vix Deorum virtute poſſe, audacter pronuntiaſſe.

Vini partes quatuor. Galenus l. 4. de ſimpl. med facul. — Gorrhæus in med. def. — Plin l. 14. cap 11. — Idem l. 23. cap. 1.

E T *omne quod inebriare poteſt non bibi.*] Vnico vocabulo ebriamen vertit Tertullianus aduerſus Pſychicos, capite nono. Habet, inquit, & abſtinentia vini ſuos titulos, quæ & Samuelem Deo vouerat, & Aaronem Deo conſecrarat. Nam de Samuele mater: *Et vinum*, inquit, *& ebriamen non bibet*: Talis enim & ipſa Deum orabat. Secundo autem loco ſiceram reddidit. Et Dominus ad Aaron Leuit. decimo: *Vinum & ſiceram non bibetis, tu & filij tui poſt te, ſi quando ingrediemini tabernaculum, vel aſcendetis ad altare, & non moriemini.* Adeo morientur qui non ſobrij in Eccleſia miniſtrauerint. Hæc Tertullianus. Hebraicè eſt שֵׁכָר *ſechar.* Eſt autem ſechar omnis potio, vt ait ſanctus Iſidorus, quæ extra vinum inebriare poteſt. Vnde & μέθυσμα 70. interpretati ſunt. Hoc verò nomen, vt ait idem ſanctus Iſidorus Orig. libro vigeſimo, capite tertio, licet Hebraicum ſit, tamen ſicera Latinum ſonat, pro eo quòd ex ſucco frumenti, vel pomorum conficiatur, aut palmarum fructus in liquorem exprimantur, coctíſque frugibus aqua pinguior, quaſi ſuccus colatur, & ipſa potio ſicera nuncupatur. Huiuſcemodi aliqua potione Hiſpanos vſos, iis locis, qui vitium feraces non eſſent, idem ſanctus Iſidorus, & ipſe Hiſpanus verbo Celia teſtatur: quemadmodum & Herodotus in Euterpe ſua, ſeu libro ſecundo, Ægyptios, qui frumentariam regionis par-

Tertullian. aduerſus Pſych. c. 9. — Leuit. — *Sechar quid.* — Iſid. l. 20. Orig c. 3. — Herodotus in Euterpe.

A tem incolerent, quæ vitibus caret, vocátque id genus vinum ex hordeo factum. Quod autem Diodorus tradit libro ſexto, zythum à Celtis vſurpari ſolitum frigidiorem oram tenentibus, commune eſt non modò Belgis, Anglis, Germanis, verumetiam reliquis omnibus ad Aquilonem poſitis. Apud Forcatium libro ſeptimo Imperat. & Philoſo. Gallor. legi, quod quemadmodum Galli à lacte, Itali à bobus, qui Græcè ἰταλοὶ dicerentur, nuncupati ſunt: ita peculiariter Britones Galli à Bryto, cùm vitibus ineptos agros & contumaces colerent. Nam Brytum eſt potio ex hordeo concinnata vini imitatione, vt tradit ex Æſchylo Athenæus libro decimo, capite decimo ſexto. Sunt huiuſmodi potuum genera quamplurima. Plinius libro decimo quarto, capite vigeſimo ſecundo, B centum nonaginta nouem excogitata eſſe refert, quæ, ſi ſpecies æſtimentur, penè duplici numero reperientur.

Diodorus lib. 6. — Forcat. l. 7 — Athenæus l. 10. cap. 16. Plin. l. 14. cap. 22.

Portò huiuſcemodi factitias potiones inebriandi vim habere ſatis experientia probat. Teſtatur Apollonius apud Philoſtratum vitæ ſuæ lib. 2. cap. 3. vinum Dactylorum non aliter quàm vitium inebriare. Qualis autem illa ſit ebrietas, quámve cauſam habeat, quantúmque ab ea, quæ à vino inducitur differat, non ita facile eſſet explicare, niſi nos eo labore Lemnius Medicus ſua diligentia liberaſſet. Is accuratè horum omnium l. 2. de Miraculis naturæ rationes inueſtigans, hæc ſcripta reliquit. Cerebrum tametſi molle ſit atque vdum, ex eo tamen nerui producuntur, velut ex colo, cui lanugo linúmque annexum eſt, telæ filamentáque: quorum coniugationes in omnes corporis partes diſtribuuntur. Ex hoc ſiquidem principio ac fonte, nerui in D omnia membra deriuantur, velut ex arboris caudice ac trunco ramorum propago ac ſoboles in multa germina diffunduntur. Corpus autem vniuerſum per eos ſenſum motúmque percipit: quibus affectis, partéque principe læſa, illis muneribus priuatur, aut ſuas facultates ac munia languidè perficit. Eoque fit vt ebrij delirent, vacilléntque, ac titubent, quòd cerebrum craſſis denſíſque vaporibus obnubiletur. Quum autem omnes madidi, vinóque perfuſi ridiculos comicóſque mores exprimant, tum nulli magis moriones agunt, riC ſúmque obuiis excitant, cùm vultus atque oculos geſtúſque ſpectamus, quàm qui ex zytho, quæ nobis Biria dicitur, temulenti ſunt. Illi ſiquidem non in omnem partem corruunt, ſed retrorſum duntaxat, ac ſupini. Qui verò ex vino ebrietatem contraxerunt, antrorſum proruunt, ac proni decumbunt. Sic vt iſti genas, frontem, faciem, naréſque mutilent: illi ſcapulas & occipitium, vbi in terram deuoluuntur. Quod ipſum etiam ſpectare licet, vbi inter pocula ſomno corripi ſolent. Ex ceruiſia enim vuidi, capite in ceruices deuoluto, hiantique ore dormiunt: Ex vino autem, facie mentóque in pectus inclinato. Ratio eſt, quòd fumi vaporéſque ex vino ſinciput, partéſque corporis anteriores occupant:

Philoſtrat. lib. 2. vitæ Apoll c. 3. — Lemnius med. l. 2. de mirac. nat. — *Sicera ebrietas quæ & quanta.*

ex ceruiſia occiput, partéſque poſticas obſident. Quo fit, vt iſti obliuioſi ſint, ac ſomnolenti, miniméque loquaces ac clamoſi. Hæc Lemnius: qui videbatut omnino ſatisfacturus, ſi rationem addidiſſet, ob quam vini quidem vapores anteriorem capitis partem, zythi autem poſteriorem petant: quæ non aliunde petenda eſt, quàm ex eorumdem vaporum diuerſa qualitate. Nam quo plus terreſtris ſubſtantiæ potio, aut etiam aqueæ poſſidet, eo facilius ad ima delabitur: quo plus igneæ vis, & ætheteæ, eo magis ſuperioribus imminet. Tale eſt autem vinum, ſi cum zytho comparetur, vt meritò ignis cenſeri poſſit: illud aqua. Aliter etiam dici poſſet; cùm fumi illi, vt equidem ſentio, quicquid cetebri vacuum eſt, repleant: ſiue illi à vino, ſiue à zytho proficiſcantur: inde fieri, vt alio atque alio modo ſeſe habeant, qui illis affecti ſunt; quod zythi vapor non modò vt vini ſeſe in omnes partes inſiouat, verumetiam, cùm pinguior ſit, vt viſcus neruorum radicibus adhæreſcat. Hinc enim ſequitut, vt in eam partem caſus inclinet, qua intercipitur moueodi principium.

Versvs 16.

Ne reputes ancillam tuam quaſi vnam de filiabus Belial: quia ex multitudine doloris & mœroris mei, locuta ſum vſque in præſens.

Chald. Paraphr.

Chaldævs Paraphraſtes legit, *Ne exprobres ancillæ tuæ ante filiam improbitatis*, nimirum Phenennam denotans, quam vetebatur, ne inde magis inſoleſceret. Verùm longè aliter Chryſoſtomus.

S.Chryſoſt.

Obſerua, ait, quomodo nec hic commemorat æmulæ conuitia, neque traducit illius malitiam, nec domeſticam calamitatem exaggerat euulgans, ſed hactenus aperit ſuam anxietatem, vt tantum ſeſe apud ſacerdotem purgaret.

Anna ſeipſã purgare contenta, ab æmula accuſatione abſtinet.

Mulier, inquit, *duro die ego ſum.* Quæ autem dura, moleſta ſunt, quæ autem moleſta, dolorem corpori, animæ autem ægritudinem pariunt. Proinde igitur & tempora illa dura dicuntur, quæ calamitate redundant.

Septuag.

Ne des ancillam tuam in filiam peſtilentem (ita vetrerunt 70. interpretes.) Rurſus, inquit, ancillam appellat ſeipſam, multam adhibens curam, ne à ſacerdote malam referat opinionem: nec apud ſe dixit: Quid mihi curæ eſt iſtius calumnia? Ignoranter ac temerè accuſat, ſuſpicatur vbi nihil erat opus. Mea conſcientia pura eſto, & omnes me traducant; ſed Apoſtolicam illam impleuit legem, quæ iubet, vt prouideamus bona, non tantùm coram Deo, ſed etiam coram hominibus.

Qvasi.] Hebraicè לפני *Liphnei*, quod *coram* ſignificat; ita vt ad verbum Vatablus tranſtulerit: *Ne ponas me coram filia impia.*

Vatabl. *Varia lectio.*

Quo Hebraiſmo ait idem ſignificari, ac ſi dicatur, Ne compares me filiæ improbæ: noli me habere pro muliere temulenta, & improba.

Pagninus.

Pagninus A autem vertit, *Ne dederis ancillam tuam ad facies filiæ ſine profectu. 70. εἰς πρόσωπον εἰς θυγατέρα λοιμήν. In faciem in filiam peſtilentem.*

Septuag.

Itaque, ſiue coram, ſiue ad faciem interpretari poſſumus: nec tamen, vt ex Chryſoſtomo audiuimus, illa deprecatione videri debet Anna à Phenennæ conſpectu ſibi velle cauere. Cùm autem vox Hebræa in regimine poſita ſit, aliquid ſubaudiendum eſſe Vermilio viſum eſt, idque non aliud eſſe, quàm ipſum nomen Dei.

Vermil.

Non ſecus ac ſi dictum eſſet: Ne me hîc in loco ſancto coram Deo traducas, ceu ſim filia Belial. Cum Vermilio conſentit Pagninus, apud quem in margine legimus, *Ne reputes quod ancilla tua ſtet coram Domino tanquam filia impia.*

Pagninus.

B Legit ſanctus Chryſoſtomus prout 70. ſcriptum reliquerunt.

S.Chryſ.

Interpretatio autem ſua eundem ſenſum expreſſit. Quid autem eſt, inquit, in faciem? Ne me exiſtimes effrontem & impudentem eſſe. Angoris non vinolentiæ eſt hæc audacia, mœroris non ebrietatis. Ita Chryſoſtomus. Filiarum enim Belial famoſiſſima comes eſt impudentia.

Proterua mulieris famoſiſſima comes impudentia, quæ Deo in primis odioſa eſt.

Nam quæ verecundiæ fines ſemel tranſierit, eam bene & nauiter oportet eſſe impudentem. Sunt illæ ore duriſſimo, nec cuiuſquam vultum erubeſcunt. Iſtis diffuſo ſanguine cutis non tingitur, nec naſcitur rubor; quoniam nec honeſto pudore victis ad conſpectum turpitudinis intus natura refugit, quæ, vt Phyſici dicunt, ſanguinem ante ſe
C pro velamento tendat: ſed perfricta fronte, & vultu ad audaciam compoſito, aut ſua ſcelera iactant, aut etiam audent caſtiſſimis cœtibus ſe immiſcere. Quinimo nec verentur Deum, quem flagitiorum ſuorum vindicem metuere debuerant, necdum libidinis æſtu benè compreſſo, appellare. Verùm is tametſi aliquanto tempore diſſimulet, olim tamen impunè non ferent. Impudentiæ enim in primis Deos infenſus eſt.

Clem. Alex. Strom 5.

Dioſpoli, inquit Clemens Alexand. Strom. 5. quæ eſt vrbs Ægypri, in æde ſacra, quæ vocatur Pylon, figuratus quidam eſt puellus, item ſenex, & accipiter, quod eſt Dei ſymbolum: piſcis etiam odij, & crocodilus impudentiæ ſignum. Quæ ſimul omnia hæc videntur ſignificare: O qui naſcimini, & interitis, ſiue pueri, atque ſenes, Deus odio habet impudentiam. Illis itaque nihil profuerit eſſe impudentes. At meæ, Anna ait, ſi qua
D eſt, impudentiæ legitima cauſa eſt: non enim proiectus atque extinctus pudor, ſed calamitas atque ἀπορία audacem me facit. Cogor enim id quod me conficit medico vulnus aperire: medicinam poſtulo, opem imploro, nec eſt, opinor, cur illi moleſta videri poſſim, qui ſine moleſtia mederi poteſt.

Filiam *Belial.*] *Belial*, id eſt, abſque iugo. Ita explicat vulgata editio, cuius grauiſſima apud omnes Catholicos authoritas, Iudic. capite decimo nono, verſ. 22.

Vulgata editio.

Accedit & D. Hierooymi linguæ Hebraicæ peritiſſimi teſtimonium, primum hîc in quæſtionibus Hebraicis, deinde & lib. 2. in Epiſt. ad Epheſ. ad illud: *Neque locum detis Diabolo.*

D. Hieron. in q. Hebr. & lib. 2. in Epiſt. ad Epheſ.

Etymologia etiam ipſa conſentit. Componitur enim illa dictio ex negandi particula apud Hebræos,

Etymologia vocis Belial.

quæ eſt בלי *beli* : & nomine על *bol*, quod iugum ſignificat ; quaſi dicas, non iugum ſeu, quod eſt elegantius, abſque iugo. Itaque ne me, inquit, illis adſcripſeris, quæ excuſſo legis iugo intemperanter viuunt, ego namque timore Domini tanquam fræno coërcita, didici modeſtiam ſeruare. Nec mireris me præter conſuetudinem commotam ; habet namque ſuos æſtus dolor, & ingentem animi commotionem grauis corporis perturbatio conſequitur. Inde tument genæ, & rubent oculi: inde crebris motibus labra quatiuntur, vnde & vtitur animus ; nec minor ſæpe, quàm quæ animum pulſat, corpus procella concutit. Id verò, vt admonet D. Hieronymus in primum Regum, adnotatione dignum eſt, quod, cùm ſe temulentam negare vellet, negat eſſe filiam Belial, non aliter, quàm ſi agnoſceret eas omnes eſſe filias Belial, quæ ebrietatem ſectantur.

D. Hieron. in l. 1. Reg.

B

Ebrij filij Belial.

Martialis epig l. 12.

Formoſa Phyllis, inquit Martialis, *nocte cùm mihi tota*
Se præſtitiſſet omnibus modis largam,
Et cogitarem mane quod darem munus:
Vtrumne Coſmi, Niceroti an libram,
An Bæticarum pondus ære lanarum,
An de moneta Cæſaris decem flauos:
Amplexa collum, baſiôque tam longo
Blandita, quam ſunt nuptiæ columbarum,
Rogare cœpit Phyllis amphoram vini.

Hæc ſcilicet erat filia Belial. Nec minus altera illa Cleo quàm Phalæcus, vt eſt apud Athenæum, deſcribit in Epigrammatibus.

Athenæus l. 10. Deip. cap. 10.

C

Crocea & auro nitenti veſte amicta, inquit,
Hoc munus Baccho Cleo dedit:
Quoniam in conuiuiis eximiè lepida fuit : nec paribus poculis
Hominum quiſquam extitit qui cum illa contenderet.

Suetonius cap 65. in Auguſto.

Iulia item Auguſti filia, cui iam probris omnibus contaminatæ, atque in inſulam relegatæ ſerò nimis vini vſum pater ademit. Satius fuiſſet eam ab ineunte ætate ouis noctuæ pauiſſe. Illa ſiquidem, vt docet Philoſtratus in inſulis, lib. 2. Iconum, vini nauſeam pariunt, & temulentiæ aduerſantur. Quam dum Iulia vitare non ſtuduit, per conuulſa pudoris repagula præceps & effrenata in omnem libidinem prorupit. Ex quo ſequitur, vt meritò *filiæ Belial*, dicantur, id eſt abſque iugo viuentes, quæcunque vino deditæ ſunt. Verumenimuero quis tam ſine iugo dici poteſt, quàm qui ebrius eſt? Qui nec imperium agnoſcit vllum, nec ſibimetipſi obtemperat, ratione peſſundata? Et quomodo regat mentem, qui nec linguam regere, nec vacillantem greſſum firmare poteſt? Philo lib. de Temulentia, Moſes, inquit, non vnam rem, ſed plures per merum ſignificat, deliratione, dementiam, ſtuporem omnium ſenſuum, auiditatem inſatiabilem, non probandam ſecuritatem, & inſipientiam quæ cætera huiuſmodi complectitur, tum eam quæ in his omnibus extat nuditatem, in quam ebrium Noë deuolutum narrat : hos omnes effectus vini dicit eſſe. Hæc Philo. Quis igitur eum qui ſic corpore, & animo affectus ſit, legis memorem putet, aut iugo ſe ſubmiſſurum? Legis iugum temulentia ferre non poteſt. Temulentus igitur abſque iugo eſt. Quod item alibi probat idem Philo libro de Plantatione Noë. Nam poſtquam vinum venenum eſſe dixit, hoc venenum inquit, ſi non mortem, certè creat inſaniam. Et quid vetat etiam inſaniam mortem dicere, cuius acceſſu præcipua noſtri pars mens interit? Quantum equidem intelligo, ſeparatio corporis ab anima, vt leuior, præ grauiore malo, alienatione mentis, ſi qua detur optio, eligenda eſt procul dubio. Quapropter priſci Græci artem vini parandi μανοποιίαν vocarunt, & occupatos hac Bacchas, & Mænadas : quandoquidem inſaniæ deſipientiæque cauſa eſt vinum immoderatè ingurgitantibus. Tanta eſt autem illa, quæ ebrietatem ſequitur, inſania, calamitas, atque turpitudo, vt etiam irrationabili iumento rationis pariter ac legis experte indigna videri poſſit. Quod egregiè ſuo more ſanctus Baſilius oſtendit his verbis : Qua re à brutis differs ô homo? Nonne rationis munere? quandoquidem à tuo conditore accepto, cæteris animantibus imperas atque dominaris. Is igitur qui hoc ſe ſenſu per ebrietatem priuauit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis : Imò verò ipſis etiam brutis multò magis ratione carentes temulentos affirmare auſim: quandoquidem quadrupedia omnia atque feræ, ordinato ac certo quodam impetu ad coitum feruntur : quibus verò mens ebrietate defeſſa eſt, corpúſque calore præter naturam adimpletum, hi nullo non tempore, nulla non hora ad impuros atque indecentes complexus ſtimulantur. Vt enim igni inimica eſt aqua, ſic modum excedens vini potio, modeſtum prudentémque ſenſum extinguit. Nam quænam eſt pecus, quæ ita videndi, audiendique ſenſu hallucinetur, ſicut ebrius homo? Nonne familiariſſimos ſibi non agnoſcit, atque extraneis ſeſe vt domeſticis adiungit? Nonne vmbras ebrij ſæpe quaſi riuulos terræque hiatus tranſiliunt? Sonis verò ſtrepitibúſque, quaſi maris æſtuantis, eorum refertæ ſunt aures. Ipſa etiam humus in rectum aſſurgere, & montes in orbem conuolui videntur. Graues quidem his difficiléſque ſomni, & reuera morti vicini. Vigiliæ verò ſomnis ſtupidiores, ac ſenſus magis expertes. Tota illis vita inſomnium eſt.

Philoſtrat.

D

Philo l. de Temulentia.

A

Philo l. de Plant. Noë.

S. Baſilius Homilia de ebrietate.

VERSVS 17.

Tunc Heli ait ei: Vade in pace: & Deus Iſraël det tibi petitionem tuam, quam rogaſti eum.

S. Ioann. Chryſoſt.

QVIS igitur ſacerdos? Conſidera & illius prudentiam. Non inquiſiuit curioſè de genere calamitatis, non exactius ſcrutatus eſt angoris cauſam: ſed quid ait: *Vade in pace: dabit tibi Dominus Deus Iſrael omnem petitionem quam ab eo petiſti.* Mulier ex accuſatore fecit patronum. Tanta eſt res humanitas, & manſuetudo. Pro B contumelia copioſo accepto viatico diſceſſit, cumqoe nacta eſt propugnatorem & interceſſorem, quem habuerat obiurgatorem.

Sacerdotis eſt pacem impertiri.

VADE *in pace.*] Sacerdotis eſt pacem precari, oratione pacem fouere, pacem omnibus impertiri. Vnde & ſolemnes illæ & ſacræ apud nos formulæ, Pax tecum: Ite in pace: Pax vobis; quæ pro ratione temporum, & officij à ſacerdotibus & Epiſcopis vſurpantur. Harum formolarum meminit ſanctus Iſidorus Peluſ. Epiſt. 122. libri 1. & vim ſenſúmque explicat ad Dorotheum Comitem ſcribens, his verbis. Pacem Sacerdos & cathedræ faſtigio Eccleſiæ pronuntiat, Dominum ſcilicet imitans, cathedram aſſumentem, cùm pacem ſuam diſcipulis relinqueret ac daret. Illud autem quod à plebe C reſpondetur, Et cum ſpiritu tuo, hanc habet ſententiam: Pacem quidē nobis præbuiſti Domine, hoc eſt mutuam inter nos concordiam. Pacem autem nobis da, hoc eſt eiuſmodi tecū coniunctionem, quæ nullomodo diuelli poſſit; vt cum ſpiritu tuo pacati (quem nobis in creationis initio indidiſti) à tua charitate diſtrahi nequeamus. Hæc Iſidorus. S. Gregorius autem Nazianzenus oratione de pace, quæ eſt 14. Pax amica, inquit, nō te duntaxat, ſed nomine qooque ipſo iucunda, quam nunc populo dedi, atque recepi. Pax amica, meditatio mea, & decus meum, quam Dei, & cuius Deum, & quam Deum eſſe audimus, velut in illis Apoſtoli verbis, Pax Dei, (ad Philipp. 4.) & Deus pacis, (2. Cor. 12.) Et ipſe eſt pax noſtra (Eph. 2.) At ne ſic quidem ſatis eam reueremur. Pax amica, bonum ab omnibus quidem laudatum, à paucis D autem conſeruatum, vbinam nos tanto iam temporis ſpatio reliquiſti? quando ad nos reditura es? Equidem te ſuper omnes mortales cupio & exoſculor, ac præſentem complector, & abſentem multis luctibus & lachrymis reuoco, qualibus nec Patriarcha ille Iacob Ioſeph, nec Dauid Ionathan.] Deus etiam Numer. cap. 26. vocat ſacerdotium fœdus pacis, primùm, vt annotat Fagius in 25. Numer. Onkeli Paraphr. quòd ſacerdotes præ aliis hominibus in pace, amicitia, & ſocietate Deì eſſe videantur, quod quotidie in illius conſpectu verſentur, oblationes pacificas & placabiles offerendo. Secundò, qoòd ſacerdotium rite adminiſtratum eſt cauſa pacis, & fœlicitatis. Deus vocat Leuit. 10. Sacerdotes קְרוֹבַים *Kerobim* propinquos ſuos.

S. Iſidorus Peluſ. l. 1. Epiſt. 122.

S. Nazianzenus orat. de Pace quæ eſt 14.

Ad Phil. 4. 2. ad Cor. 12. Ad Eph. 2.

Numer. 26.

Fagius in 25. Numer.

Sacerdotiū legitimè adminiſtratū cauſa pacis eſt.

Leuit. 10.

A Hæc Fagius. Quibus addi poteſt, eorundē maximè intereſſe pacem tueri: tum quia ſequeſtri dati ſunt inter Deum & homines: tum quia Dei vicem gerunt in terris, ſuprema illa poteſtate à Deo tradita, qua quicquid aut ligarint aut ſoluerint in terris ratū ſit habiturus in cœlis: cuius poteſtatis is vſus eſſe debet, vt pœnitentibus pacem cum Deo concilient, eoſque à ſcelere abſoluant. Inter diuinam, inquit ſanctus Iſid. Peluſ. Epiſt. 20. l. 3. & humanam naturam ſacerdotium velut medium interiectum eſt, vt illam colat atque obſeruet, hanc autem in melius commutet. Tum etiam quia velut neceſſitate quadam ad pacem fouendam compelluntur, cùm prædas agere, cædes patrare, hoſtilem in B modum graſſari, aut humanum ſanguinem fundere illis prorſus ab Eccleſia interdictum ſit. Et quidem plerique egregiè ſuo munere funguntur, publicè priuatimque toto orbe violata pacis fœdera renouantes: quod teſtatur diuturna ſatis præter Gallorum conſuetudinem noſtrorum temporum tranquillitas: nec tamen propterea maleuolorum calumnias vllo vnquam tempore ſacer ordo vitare potuit. Sed enim peſſimi quique eorum, qui regibus ac ſceptris inſidiantur, cùm deſperent Eccleſiæ ſtudium in ſuam ſententiam poſſe pertrahere; ſtudent quibus poſſunt artibus regibus populiſque perſuadere tanquam ſimus ipſi, quod optant, bellorum ſcilicet amatores, quibus pax ſummè neceſſaria eſt. Verùm eiuſmodi perditiſſimis C nebulonibus, qui hæreticorum veneno clam aluntur, vt Mogoxi pullus à vipera, S. Iuſtini martyris breuis reſponſio ſatisfaciet. Quod enim, ait, ad pacem attinet, fouemus eam magis quàm vlli ſocij veſtri, dum prædicamus Deum non poſſe falli à quoquam maleſico, aut fraudatore, aut doloſo ac deteſtabili: & cuique pro meritis aut pœnam repoſitam aut ſalutem, ſempiternam vtramque.

S. Iſid. Peluſ. l. 3. Ep. 20.

Iuſtinus Martyr.

Hebræorum ſalutandi mos.

Cæterùm hæc ſalutandi formula fuiſſe videtur apud Hebræos, cùm quis ſuperior dignitate inferiorem à ſe dimitteret, vt diceret, *Vade in pace*, quemadmodum & *Pax tecum*, & *Dominus tecum*, cùm primùm duo occurrerent, aut alter alterum adiret. Ad eundem modum & apud antiquiores Chriſtianos, vt de ſuo tempore auctor eſt Auguſtinus, in more poſitum erat, vt, cùm ſe mutuò ſalutare vellent, *Deo gratias* pronunciarent: qood etiam nunc religioſi faciunt. D Nec nuda quædam fuiſſe videtur lætitiæ teſtificatio ob conſpectum amici, aut valetudinis atque incolumitatis congratulatio, ſed ſimul cum aliqua bonorum imprecatione coniuncta. Dio Caſſius in vita Adriani imperatoris (Georgio Merula interprete) Aue, loquit, eſt ſalutatio mane accedentis; ſalue veſpere accedentis: diſcedentis quocunque tempore vale. At pro valetudine, quam Rom. amicis abeuntibus optabant, Hebræi à Deo edocti pacem precabātur, quæ bonorum omnium ſumma quædam eſt, ſiue eorum quæ ad corpus, ſiue quæ ad animam pertinent. Iſtic verò, & diſcedere iubentis formula fuit, & optantis votum, ac præterea etiā fauentis conſilium. Pacis autem præſertim meminit, ac, vt illi ſtudeat, conſulit; quoniam etſi

Auguſtin.

Dio Caſſius in Adriano.

ſterilitas à corpore depellatur, non minùs tamen ægritudo animum malè habebit, niſi ille quoque pacem conſequatur. At vbi pax animo ſerenitatem attulerit, etiamſi morbi vis alioqui non remittat, multò tamen leuius feremus. A

Iſraëlis nomen quid ſignificet.

Philo Iudæ.

ET *Deus Iſrael det tibi petitionem.*] Etſi hoc tritum ſit & vulgare omnibus ſacrorum voluminum auctoribus, vt Deum, cùm pluribus aliis epithetis, tum maximè Iſrael denominẽt: Hoc loco tamen ſingulari quadam ratione is titulus illi poſitus eſt: non modò quia qui Deũ videt, & intuetur illius incircunſcriptam cum pari bonitate potẽtiam: nam hoc nomen iſtud ſignificat, vt Philo auctor eſt pluribus locis, quem nonnulli Patres ſecuti ſunt: accepto tanti nominis pignore non poteſt non benè ſperare, verùm etiam quia tum illod Patriarcha nomen ſortitus eſt, cùm ſuſcepto filio cariſſimo Ioſeph ex ſterili vxore, tanto munere recreatus & confirmatus animo, viam in patriam repeteret, non ſecus ac ſi diceret: Ille te pari benedictione auctam domum reuertentem comitetur, qui conceſſo ex ſterili filio Iacob reuertendi aoctor fuit. B

S. Ioan. Chryſoſt. Vermilius. Chald. Paraph. Septuaginta.

DET *tibi.*] *Dabit* legit S. Ioan. Chryſoſt. & Vermilius in commentario, licet in textu optandi modum ſeruauerit: quibus etiam fauet Chaldaicus Paraphraſtes, & videtur ipſa Hebraica dictio ad futurum tempus pertinere. 70. tamen, quos veriſimile eſt ſecutum eſſe ſanctũ Ioann. Chryſoſt. habent δῴη Atticè, pro δοίη, quę eſt 3. perſona Aoriſti ſecundi optatiui: fortè tum aliter. Pagninus item cũ Vatablo, & Vulgata, *det, aut præſtet*, quod idem eſt, retinent. Iam quod ad ſenſum attinet. C

Pagninus. Vatablus. Vulgata editio.

Multiplex ſenſus literæ.

Sacerdotis verba, ſi futurum indicandi ſpectent, ita interpretari poſſumus: vt ſignificent ipſum prophetico ſpiritu orationis effectum longè ante prænuntiaſſe, aut certè verbis ſpem præ ſe ferentibus conſolari voluiſſe: vel etiam, ſi magis placet, poſteriora hęc cum prioribus coniungere, docere voluiſſe: ſi quidem ſuis cõſiliis acquieſceret, atque mœtoris tempeſtate depulſa ſe totam Deo committeret, illom certiſſimè ſuis votis affuturũ. Neque enim Deum quenquam, qui cum fide ad eum acceſſerit, hactenus repuliſſe.

Quoniam tamen præcipua ſemper reuerentia & fide vulgatam editionem obſeruare ſtatuimus, & illa ad modum optandi Heli orationem inflexit, idcircò ſic eius mentem interpretor, quaſi diceret: Vtinam det tibi Deus propitius quæ ab illo tantis cum lachrymis poſtulaſti. Quæ optantis oratio, etiam ſupplicantis vim apud Deum obtinet, nec illam minimi momenti, vt potè cùm ab illo procederet, quo offerente pollicitus eſſet ſe vota filiorum Iſraël ſuſcepturum. D

VERSVS 18.

At illa dixit: Vtinam inueniat ancilla tua gratiam in oculis tuis. Et abiit mulier in viam ſuam, & comedit, vultúſque illius non ſunt ampliùs in diuerſa mutati.

S. Chryſ.

AT ne ſic quidem Anna deſtitit, inquit Chryſoſt. ſed rurſus ait, *inueniat ancilla tua gratiam in oculis tuis*: hoc eſt, vtinam è fine rerúmque exitu diſcas, qood hanc deprecationem obſecrationémque fecerim, non ex vinolentia, ſed ex angore. Vatablus, quaſi dicat: ineam hanc gratiã vt pro me ores. Vermilius, mea poſtulata iuoes tuis precibus. Quorum interpretationem confirmat Paraph. Chaldaic. qui pro gratia miſericordiam vertit. vtrique benè. Optat Anna, vt opinor, cùm in illius gratiam recipi poſtulat, primùm, vt de illa bene ſentiat: vix enim fieri poteſt, vt eum gratum & charum habeamus, qoem indignum amore iodicemus. Tales autem ſunt omnes facinoroſi, & turpibus atque obſcœnis voluptatibus dediti: deinde, vt beneuolentia quoque eam proſequatur, ac poſtremò illi ſtudeat, & quibus poterit modis opituletur. Id verò totum eſt, quod ab humana gratia ſperari poteſt, honorificum de nobis iudicium, amicitia, & fauor: ſioe amici per ſe nobis auxilium præſtent: ſiue aliunde ptece comparent. At diuina gratia, præterquam quod abunde illa omnia ſoppeditare ſolet, etiã nos dignos multò præſtantioribus bonis efficit. Neque enim aliter diuinum nobis amorem conciliat, aut diuini iudicij ſententiam in noſtrum fauorem inflectit, quàm ſcelerum ſordibus abluendo, animámque noſtram iuſtitiæ cœleſtis aurea luce perfundendo.

Vatablus. Vermilius. Paraph. Chald.

Tria quæ ab humana gratia ſperari poſſunt.

Annæ fides.

S. Chryſ. hom. de fide Annæ.

ET *abiit mulier in viam ſuam, & comedit.*] Accepta nimirum conſolatione ex ore Pontificis, & facta hilarior, ad ſacras epulas rediit, & iuxta legem Domini hilaris & læta comedit. Vides mulieris fidem, inquit ſanctus Chryſoſt. eadem homil. priuſquam acciperet quod poſtularat, perinde confiſa eſt quaſi iam accepiſſet. In cauſa erat, quod oraret cum multo feruore, multóque ſtudio citra vllam hæſitationẽ, aut diiudicationem. Hanc ob rem abiit animo pacato, quaſi totum impetraſſet. Quin inſuper iam Deus totam anxietatem illi excuſſit ex animo, largiturus donum quod petebat.] Plures autem ſunt, qui hanc poſtremam S. Chryſoſt. ſententiam communem tegulam ſtatuant, velintque eam, quæ nonnonqoam orationem cõſequitur, animi tranquillitatem eſſe certiſſimũ impetrationis argumentum quod ſæpè verum eſt, nec vni Annæ contigit: ſecùs tamen nonnunquam accidere, non modò viuentium experientia didicimus, verumetiam petitis à ſcriptura exẽplis probare poſſumus. Nam & multis ſæpè inſperata ſalus etiam poſt orationem eluxit: nec paucos, qui de ſpe tanquam certa ſibi ex oratione blandiebantur, repentina op-

Animi ſecuritas, quæ orationem conſequitur, non eſt impetrata rei argumentum perpetuum.

Act. 12. Lucæ 22. 1. Reg. Gen. 32. v. 11. Eſther. 15. v. 11.

preſſit calamitas. Mœrebat etiam tom Eccleſia, cùm Petrum è carcere redeuntem recepit; cōtra Chriſtus in oratione ab Angelo confortatus, ab inmioentibus à tergo lictoribus raptatus eſt. Quanto terrote, qua trepidatione, poſt tot lachrymas in oratione profuſas, Dauid quidem à Saule obſeſſus expauerit, Iacob verò fratri occurrens exterritus ſit, Eſther etiam Regē Aſſuerum adiens penè exanimata ſit, ſcriptura loquitur: nec dubium eſſe poteſt, quio nulli

Tob. 3. v. 6.

hotum animi ſecuritas data ſit, ſicut nec Tobiæ patri, cui non aliud quicquam ex oratione in mentem venit præter mortis, quam optauerat, expectationem: cùm tamen illico poſt tot ſimul in illum proſperitates tanquam certatim

Gen. 4. v. 8.

B à Deo immiſſæ incurrerent. Abel verò, cùm ob accepti ſacrificij oblationē ingenti, vt par erat, voluptate perfuſus eſſet, derepente fratris inuidia atque inſidiis concidit. Elias, cùm incenſo

3. Reg. cap. 18.

cœleſti igne ſacrificio, totque iugulatis Deorū ſacerdotibus, maximam de recuperanda religione ſpem concepiſſet, & præ gaudio geſtiens accinctis lumbis regi præcurreret, vix dum cōfecto itinere ſolum vertere cogitur, & fuga ſibi conſulere: eorum, quæ ſibi certa & indubitata præ gaudio polliceri videbatur, nunquam poſtea compos effectus. Referam ſemel omnes filios Iſrael, ne quis plura exempla deſideret,

Iud. 20.

quos filij Benjamin iure merito ſibi infenſos, pœnáſque pro nefando ſcelere repoſcentes, bis orantes, bis oraculo confirmatos, bina clade affecerunt: quoſque iterū arca in caſtra recepta, diuino præſidio fretos, ac feſtis acclamationibus perſonantes, Philiſthim, cæſis triginta mil-

1. Reg. c. 4.

C libus, in fugam verterunt. Inde igitur nihil certi colligere poſſumus, ſiue quis depulſa triſtitię nube ab oratione recedat, ſiue iiſdē curis anxius repulſam pati vereatur. Quoniam verò de oratione nobis ſermo eſt, cuius effectum ſingularem in Anna miramur, quæ filiom non modò ſoluta ſterilitate, verumetiam Prophetam illū impetrauit: Nec deſunt circa hanc materiam difficultates nonnullæ, quæ animam virtutis ſtudium capeſſentem malè habeant, amplius de ea aliquid philoſophemur.

Quæſtio de oratione, an ſemper eam ſequatur optatus effectus.

ENIMVERO ſæpenumero cogitanti mihi, ſummáque animi contentione perſcrutanti, quî fieret, cùm tam luculentam Dei promiſſionem habeamus, eundem votis noſtris ſatis-

D factūrum, ſi quid ab eo poſtulemos; vt nequaquam tamen expetitum ſæpè beneficium noſtra conſequatur oratio: cùm nulla ſatis idonea ratio occurreret, quæſtio mihi viſa eſt olim obſcuritate pleniſſima. Nam quòd Chriſtus quidem apertè iuſſerit nos credere, quicquid poſtularemus, certiſſimè nos accepturos, pluribus locis Scriptura teſtatur, maximè autem Ioan. 16. vbi & promiſſa ſua iuramento firmaſſe refertur, &, ne quis aliter interpretari poſſet, alienam à figuris & prouerbiis ſuam oratio-

A nem pronuotiaſſe: At quomodo tam magnifica promiſſa cum veritate, & quotidiana experientia conſentiant, non perinde manifeſtū eſt. Ne fortè autem etiam alios nonnullos idem ſcrupulus torſerit aliquando, rationes afferam, quibus intellectus mei contumaciam vincere conatus ſum: interim dum alius quiſpiam maiore ſapientia præditus, has noſtras tenebras ſua luce diſcutiat. Sic igitur mecum ipſe pugnabam.

Duo genera bonorū quæ in oratione petuntur.

Duo ſunt, dicebam, genera eorum bonorū, quæ à Deo per orationem expetere poſſumus: aut enim illa ad æternæ vitæ conſecutionē pertinent, aut ad miſeræ huius, & citò perituræ cōſeruationem. De bis poſterioribus ante omnia

1. Cor. 15.

B videamus. Nam prius eſt, ait Apoſtolus, quod carnale eſt, & animale, quàm quod ſpirituale: tum etiam minor eſt, vt apparet, circa hæc reſpondendi difficultas. Horum igitur, quæ ad præſentis vitæ incolumitatem ſartam, tectam, tuendam pertinent, ounqoid aliquando tibi quidquam à Deo denegatum eſt, quod in nomine dilecti eius filij rogaueris? Reſpondebunt aliqui plurima. Etenim non paucis accidiſſe veriſimile eſt, vt, cùm opes, firmam valetudinem, honores, & ſimilia præter æquum & rationem poſtularent, minimè impetrauerint.

Temporalia bona an ſemper orāti concedantur.

Verùm hanc obiectionem dudum falſam eſſe docuit Iacobus Apoſtolus cap. 4. Petitis, & nō accipitis, inquit: ſed quamobrem? Eo quod malè petatis. Poſſumus namque benè & malè petere. Quod ſi malè petamus, nihil accipiemus. At quid eſt, inquies, malè petere? Petitis, inquit, vt conſumatis in concupiſcentiis veſtris.

Iacobus epiſtolæ ſuæ cap. 4.

C Id ſcilicet eſt malè petere. Abſit à me, dices: neque enim eo animo quicquam vnquam petij, vt in iis rebus abuterer, quæ largitori meo debitam reuerentiam imminuerēt. At necdum fortaſſis Apoſtoli mentem percipis: non enim is ſolus malè petere credendus eſt, qui peccato fomitem poſtulat: verùm etiam qui ea rogat, quæ maiori bono impedimētum præſtent. Tales ſunt opinor diuitiæ, nam illis longe præſtantior eſt paupertas, ſi æquo animo toleretur. Talis robuſta valetudo, qua longè melior eſt morbus, & corporis infirmitas, ſi patienter feratur. Tales ſæculi pompæ atque honores, quibus omnino præcellit humilitas, quæ cœlo vim infert, hominémque Deo proximum efficit. Propterea igitur quæ optaueras non es adeptus, quoniam malè petebas. Quanquam quod dico periſſe, non exactam rationem, ſed communem loquendi modum ſecutus dico. Nam ſi quis rem paulò attentius conſideret, ne petiſ-

D ſe quidem comperiet. Hæc illa eſt alia Pauli Apoſtoli reſponſio, qua aſſerit piorum orationes nunquam ſuo fructu priuari, licet aliter rerum cœleſtium incurioſis videatur.

Nam cùm duabus homo partibus conſtet, non modò inter ſe diuerſis, verumetiam repugnantibus, auctore eodem Apoſtolo, qui ait: ſentire ſe *aliam legem in membris ſuis repugnantem legi mentis ſuæ*, & ſpiritum quoque aduerſus carnem concupiſcere: orantem Deus ſic audit, vt non tam quid lingua proferat, aut caro præter rationem expetat, attendat, quàm quid ſpiritus

Non carnis deſideria, ſed prudentiam ſpiritus in orante Deus attendit.

optet, carni vtique in omnibus præferendus. Quod ſi quis propterea putet Deum minimè fidem præſtare, quod, licet ſpiritus deſideria compleat, carnis tamen cupiditatibus non acquieſcat: is profectò non modò iudicij inops, verumetiã ſenſus expers eſſe videbitur. Quemadmodum enim ſi duo legati ab vna ciuitate ad Regem proficiſcantur, inæquali ſorte ducti, alter quidem ex optimatibus ciuitatis optimis moribus præditus, alter è fæce populi imperitus atque ignobilis, nobiliori tantũ comes additus, & ab illo tegendus: & ille quidem legationis princeps vtilia poſtulet, & ea quæ maximam Reipubl. vtilitatem allatura ſint: alter verò inhoneſta quædam & turpia, & quæ in priuatum familiæ ſuæ cõmodum cedant, efflagitet; Rex autem prioris poſtulata concedat, poſterioris deneget, nemo poteſt dicere ciuitatem illam repulſam eſſe paſſam: Ita ne homo quidem cõqueri meritò poteſt, aut ſe contra promiſſi fidẽ contemptum, & vana ſpe deluſum contendere, cùm Deus, licet ad carnis vota obſurdeſcat, honeſtiſſimis tamen animæ deſiderijs ſemper obſequatur. Quamobrem, ſimul ac quippiam rogaueris, cõfeſtim gratias agendas eſſe ſanctus Chryſoſt. admonet: Et ſancta mater Eccleſia cunctas ſuas orationes ſolemni illa clauſula velut coronide *Deo gratias* concludit. Teſtimonium autem Apoſtoli, quo magis hæc veritas eluceſcat, eius verbis referam. Sic verò ait ad Romanos capite octauo. ὁ δὲ ἐρευνῶν τὰς καρδίας οἶδε τί τὸ φρόνημα τοῦ πνεύματος: ὅτι κατὰ θεὸν ἐντυγχάνει ὑπὲρ ἁγίων. At ſcrutans corda ſcit quid prudentia ſpiritus, quia ſecundum Deum interpellat pro ſanctis. Quibus verbis non modò quæ dicta ſunt à nobis, videntur explicari: verumetiã & nonnullis alijs, quæ obijci poterant, reſponderi. Quid enim ſi quis eorum, qui aliter ſentiunt, obijciat: Atqui longe aliter non modò corporis ſenſu, verumetiam corde atque animo affectus ſum. Nam cùm ea, quæ à Deo mihi petenda ſtatueram, non modò cum honeſtate conſentire decreuerim, ſed etiam pene ad virtutẽ neceſſaria crediderim: fruſtra mihi perſuaſeris non ſpiritus, ſed carnis tantùm voto expetiuiſſe. Quòd ſi pari conſenſu in eandem orationem ſpiritus caróque conſpirent, nec tamen quæſito munere auctus ſim, quî fieri poteſt, vt oratio mea effectum ſortita videatur? Paucis aperiam, animum aduerte. Apoſtolus namque ait, Deum in orante quid prudentia ſpiritus poſtulet perſcrutari. Scrutari autem non opus eſt, quæ palàm, & ob oculos poſita ſunt, ſed quæ abſtruſa ſunt & recondita, & quæ, niſi diligentiam adhibueris, oculorum aciem effugiant. Talis autem eſt prudentia ſpiritus tui, quam te quoque perſcrutari plurimùm intereſt. Nam ſæpè neglectâ prudẽtiâ orationem imprudentia deprauat. Vtramque autem Deus cùm perſpectam exploratámque habeat, non quòd imprudentia poſcit, hoc concedit: ſed quod rogat prudentia. Et hæc quidem ſuo modo, id eſt inexplicabili, Deus ſcrutatur & videt; vt verò tu etiam ex parte noueris, ſicut ait Apoſtolus, modúmque querelis imponas, has rationes accipe. Imprudentia quidem præſentia intuetur, & in diem viuit: at prudentia etiam futura proſpicit. Imprudentia temporalis vitæ commodis ſtudet: prudentia æternæ gaudia ſectatur. Prudentia vltimum finem ſpectat, media, vtpote adiaphora, & in vtramque partem incerta, Dei arbitrio relinquit: imprudentia temerè ſibi media decernit, quæ, ſi concedantur, ſæpenumero eundem finem præripient. Dic te oro, cùm duo hæc in te vno reperiantur, prudentia quidem latens, vtpotè à te neglecta: imprudentia verò tuo ſtudio manifeſta: quid æquius cenſes facturum eum, qui vtramque nouerit, imprudentiæ ne tuæ morem gerendo, an potiùs prudentiæ obtẽperando? Nemo eſt arbitror, qui tum, cùm imprudens eſt, audiri velit. Nam quæ per imprudentiam fiunt, à tergo ſequitur pœnitentia. Prudentem vero exaudiri vtiliſſimum eſt. Talem verò Deus à ſe immunem nunquam dimiſit. At mihi, etiam cum terrena poſtulo, prudens videor. Ea verò imprudentia maxima eſt, quæ ne te opprimat, Deum reueritus, illius potiùs de te iudicio acquieſce. Non vides quos & quantos diuitiarum grauiſſima moles oppreſſerit? quantos honorum, ac magiſtratuum inextricabiles laquei ſuffocarint, voluptates iugularint? & adhuc audes id ab optimo Deo precari, quod ſexcentis alijs ruinæ occaſio fuit? At ego vtar modeſtiùs, & ab iiſdem periculis ſummopere cauebo. Futura noſti? vt non nouerim, illa tamen pendent ab arbitrio meo. Sic faciam, certus ſum, nunquam nec latum vnguẽ ab officio diſcedam. Prorſus ſtupenda eſt humani ingenij temeritas: nam quid acturi ſimus in poſterum, audacter ſpondemus, cùm tamen quid in animo lateat etiam hoc tempore, ignoremus. Quanta memoriæ tenaciter inhæſerũt, quorum tamen hoc tempore nõ meminimus? quanti in voluntate vitiorum habitus deliteſcunt, quos extinctos credidimus, qui, ſi daretur occaſio, refricato dolore prorumperent? Valtero Iuetoto abſenti Rex Clotarius huius nominis primus pepercerat, quem ecce reducem, & nihil tale opinantem, viri præſentia cõmotus ante aras ipſas idẽ occidit. Scilicet Regis iram, quæ dudum ſopita videbatur, rediuiuo furore viri conſpectus accẽdit, quam proxime pœnitentia ſecuta eſt, & agente ſummo Pontifice mactati hæreditas in paruulum regnum inſtituta: Et audemus nos malè ſopitis ignibus fomitem quærere. Cùm igitur tanta ſit, quantam experientia didicimus, humana leuitas atque inconſtantia, tanta in deteriorem partem propenſio, rerum autem atque adeo ſuiipſius ignoratio, Deo nos committamus neceſſe eſt: edocti quidem ab ipſo, ſi quæ nobis neceſſaria ſunt, poſſe depoſcere: At ſi non concedantur, non illico inutilem orationem arbitrari debere: ſed ea potiùs, quæ optima eſſent, nobis ignorantibus ſine dubio eſſe conceſſa.

His ſi non omninò commodè, ac certè prout potuimus ſtudioſè explicatis, ad maiora veniamus. Eſt enim & aliud bonorum genus, ſicut antea diximus, quod cùm ad æternæ vitæ ſtudiũ diuinæque gloriæ ſplendorem referatur, ſi quid eſt,

S. Ioan. Chryſoſt.

Rom. 8.

eſt, quod oranti tribui debeat, illud certè negari non poterit. Habet verò etiam id genus duas bonorum ſpecies. Alteram eorum, quæ ad ornatum pertinent, aliorúmve profectum, qualia ſunt linguarum donum, eloquentia, miraculorum gratia, & aliæ complures animorum dotes, quæ parem cum ſuperioribus bonis reſponſionem ſortiuntur, nec noua quæſtione indigent: Alteram eorum, quæ non modò mentem excolunt, verumetiam voluntatem perficiunt, animámque Deo gratam & acceptam reddunt. Hoc genus virtutes omnes tanquam ſuo ſinu complectitur, patientiam, humilitatem, charitatem, quas nemo negare poteſt, etiamſi diligentiſſimè perſcrutetur, cum prudentia ſpiritus conſentire: vnde nec poterunt oranti non concedi, ſi quidem promiſſi ſeruetur fides. In his enim iam nullus eſt excuſandi locus, nullum deinceps impedimentum: quo minus id, quod pollicitus eſt, exhibere prohibeatur. Teſtem proferam Ioannem dilectum Domini, qui 1. cap. 5. *Hæc eſt*, inquit, *fiducia, quam habemus ad Deum, quia quodcumque petierimus ſecundum voluntatem eius, audit nos.* Hanc verò Dei voluntatem eſſe, hoc illius deſiderium Apoſtolus teſtatur 1. ad Theſſalon. 4. cùm ait: *Hæc eſt autem voluntas Dei ſanctificatio veſtra.* Igitur nullomodò fieri poterit, vt, ſi quid tale petierimus, denegetur. Denegatur tamen; nec cùm toties humilitatem ſupplex petierim, hactenus tantum beneficium conceſſum eſt. Perſcrutare igitur num cùm peteres, non malè poſtulaueris. Nam ſi humilitatem ſuperbè petas, non videris, vt decet, poſtulare: ſed cum animi ſubmiſſione ac deiectione petenda eſt. Illud verò eſt quod quæro: nam ſi habeam, cur petam? Idcircò autem peto, quia non habeo: alioqui fruſtra eſt oratio, ſi non licet, niſi quod habeas, petere. Atqui non ſine idoneo authore hæc diximus. Nam idem ipſe Chriſtus, qui tantum ſe orationi conceſſurum promiſit, *Habenti*, inquit, *dabitur: à non habente autem, etiam quod habet auferetur.* Non enim ſuperbis gratiam Deus impertitur, ſed humilibus: neque eorum, qui gratiæ illius expertes eſſent, preces ſe auditurum recepit: ſed eorum, qui ſunt illius iuſtitiæ atque æquitatis participes. Iam verò nemo eſt quem ſua gratia complexus ſit, cui cum reliquis virtutibus humilitatis quoque pretioſiſſimum munus non contulerit. Hanc igitur, quam gratis accepit, ſi quis ſedulò exerceat, & ad orationem adhibeat, procul dubio quicquid volet impetrabit. Eccleſiaſticus namque 35. cap. diſertiſſimè hoc aſſerit. *Oratio*, inquit, *humiliantis ſe nubes penetrabit, & non diſcedet donec Altiſſimus aſpiciat.* Sed non vno tantùm modo à legitima precandi regula deficimus, ſed pluribus: tum verò maximè, cùm non tam virtutis amore, aut diuinæ ſtudio gloriæ petimus, quàm propriæ quietis deſiderio. Quoniam enim ſuperbia multas ſæpè nobis turbas facit, idcircò illius improbitatem exoſi, humilitatem appetimus: hoc illius beneficio conſequi ſperantes, vt in poſterum tranquillè beatéque viuamus. Humilitatis verò ærumnas, contemptum, labores, & ſi quæ eſt alia quæ virtutem comitetur difficultas, illa non cupimus. Quapropter nec Deus concedit: quia nec petimus: ſed clanculum philautiæ ſtudentes, palàm derelinquit. Contrà, ego quoque hanc gratiam Deum exoro, vt humilitatis ſyncerus amator, verúſque precator exiſtam. Reſpondeo, nemo qui non ſit verè humilis, ex pacto cum Deo agere permittitur. His namque legibus Deus cum hominibus pepigit ſe, quod peteretur, largiturum, ſi legitimè atque ordine peteretur. An verò tu legem ſerues, aut etiam ſecus orationẽ offeras, cùm intus illa in pectore peragantur, agnoſcere non poſſum: Multa tamen videre mihi videor, quæ te, quod optaſti, impetraſſe coarguant. Illa namque productior oratio tua, gemitus, lachrymæ, cordis contritio, inflexio corporis, pectoris tunſio, præteriti temporis accuſatio, odium denique tui quid niſi humilitatem prædicant? Et tam ingratus es, vt, cũ Deus orationem tuam tam vbere gratia cumulauerit, te ſolum officio fungi, Deum ſuo deeſſe arbitreris. At citò imprudens eodem quo minimè cupio reuoluor. Tua nimirum culpa eſt, qui acceptum theſaurum non ea, qua decet, vigilantia cuſtodis. Hanc igitur iterum diligentiam poſtulo, quæ ad accepti theſauri cuſtodiã neceſſaria eſt. Et hanc accipis. Verùm nihil accepiſſe proderit, niſi vtaris. Igitur vtendi quoque gratiam efflagito. Nec iſtam, ſi perſeueres, denegabit: Atqui tot annos perſeuero pulſans, nec tamen ſum conſecutus. *Clamo ad te*, inquiebat Iob, *& non exaudis me: ſto, & non reſpicis me. Mutatus es mihi in crudelem.* Num igitur res ita ſe habuit? An non illum Deus & clementer intuitus eſt, & ærumnis abſolutum maioribus quam antea bonis cumulauit? Temporũ verò momenta, quibus id, quod queritur, vtilius effici debeat, ſola Dei ſapientia nouit, oratio præſcribere non poteſt. Reſponſio non ſatisfacit. Tametſi enim plures animaduertam, cũ ad metas peruenerint, aut in morbũ lethalem inciderint, ſiue etiam paucis ante menſibus, aut annis quàm morituri decumbant, tanquam euomita bile ab ira quieſcere: Nonnullos tamen adhuc video in ipſis penè mortis faucibus, vltimo vitę curriculo, bile feruere, neque tam victores, vt apparet, quã pœnitentes emori. Quæ mihi ſępè viſa eſt conſideratio deſperationis pleniſſima, atque ab ea, quam Deus orationi promiſit, gratia alieniſſima. Verumtamen cùm Deum promiſſa fallere, ne ſuſpicari quidem abſque religionis metu poſſimus: nec omnium, quos aliqua tali peſte laborantes vidimus, orationibus detrahere pium videatur: cùm tanquam illorum fidei, ac deuotionis teſtes, lachrymas, gemitus, oris confeſſionem habeamus: Statuendum eſſe arbitror, tantam illis orantibus à Deo gratiam eſſe conceſſam, quanta ad obtinendam de ſeipſis victoriam ſit neceſſaria, non quanta ad inferioris hominis æſtus comprimendos, animique tranquillitatem adipiſcendam.

Spiritualiũ bonorum duplex genus.

1. Ioan. 5.

Luc. 19. v. 26.

Non niſi bonorum preces Deus ſe auditurum recepit.

Eccl. c. 35. v. 21.

Iob 30. v. 20.

Quomodo Deus ſemper exaudiat eorum preces qui ſapientiam ab eo poſtulant.

ABIIT MVLIER ET COMEDIT.

ſcendam. Quam tamen ex interuallo ſæpius reparare debent, iudicio ac ratione motus illos incompoſitos irrationalis animæ ab iis, qui à voluntate imperantur, ſecernentes. Nam ſi quid ferox illa & immitis bellua, quæ præcordia noſtra, ſplenem, iecúrque occupauit, excuſſo rationis iugo perperam deliquerit, primùm quidem id citra culpam noſtram eſt, nec meritò cuiquam obiici poterit: deinde etiam voluntatis noſtræ motus primarij, quos ab omni labe puros ſacroſancta mater Eccleſia aſſeruit, nonnunquam, quod erroris caput eſt, pro magnitudine iactationis & procellæ, quæ menti diem eripit, diutiùs perſeuerant, donec tandem diſcuſſa perturbationis caligine ſeipſum animus diſpiciat, & motos fluctus componat. Hæc autem ſi quis ſedulò animaduerterit, magno ſe ſcrupulo liberabit, nec deinceps attributam orationi efficacitatem in dubium reuocabit: ſed hoc pacto fiet, vt de Deo quidem nullam iuſtè cõquerendi rationem habere videamur; de nobis autem humiliter ſentiendi occaſionem ampliſſimam; cùm inde manifeſtè deprehendamus quanta ſit propriæ virtutis infirmitas, quam ni Deus fulcit, tam miſerè, támque turpiter vilis quædam paſſio peſſundat & proterit: indigna planè quæ hominis eſſe cenſeatur.

VVLTVSQVE *illius non ſunt amplius in diuerſa mutati.*] Hanc ſententiam inter adagia ſua retulit Martinus Delrio. Nam quia ſolent homines vultum euentui accommodare, lætum lætis, triſtem triſtibus exhibere: ideò Hebræi, vt ſignificent nihil aduerſi accidiſſe, cur par ſit aliquem dolere vel iraſci, aiunt vultum eius eundem permanſiſſe, vt hîc narratur Samuelis mater Anna, benedictione Heli lætata, rediſſe domum, & deinceps ſpei ac fiduciæ plenam perſeueraſſe. *Vultuſque*, ait, *illius non ſunt amplius in diuerſa mutati.* Hebræa ſunt obſcura, *& facies eius non fuerunt ei vltra*, ſubauditur mœſtæ. Benè Septuag. τὸ πρόσωπον αὐτῆς οὐ συνέπεσεν ἔτι. facies eius non concidit vltra. ſicut de Cain Geneſ. 4. *Concidit vultus eius.* Chaldæus, *& vultus mali non fuerunt ei vltra:* quia cũ Hebræi facies in plurali numero vſurpant, ſæpè pro mœrore vel ira vſurpant: eo quod homo mœrens, vel iraſcens alium vultũ aſſumit, pro læto & miti, ſeuerum & minabundum. Plura confert in eum ſenſum Scripturæ teſtimonia, poſt quæ ſubdit: Eſt ergo phraſis, qua ex ſigno ſignatum colligitur. Nam affectionum animi notæ ſolent ſe in facie prodere. Ad hanc locutionem pertinet iſtud ex Thyeſte,

Martinus Delrio.

Chaldæus Paraph.

Nota affectionum produntur in vultu.

Seneca in Thyeſte.

Miſeri
Temporis omnes dimitte notas.
Veterem ex animo pelle Thyeſtem
Redeant vultus ad læta boni.

Hæc Delrio. Cuius ego induſtriæ ac labori fauens, de ſumma adagiorum detrahere nolui; quanquam apud Hebræos iurare non auſim talem fuiſſe parœmiam. Quòd ad ſenſum attinet, commodè ſatis explicuit. Ira namque vultus incenditur, palleſcit metu, triſtitia tabeſcit, pudore rubet, ſpe autem refloreſcit, pluréſque varij colores dolentis faciem alternis vicibus immutant.

VVLTVSQVE ILLIVS NON SVNT AMPLIVS IN DIVERSA MVTATI.

An deceat commoueri ſapientem, & vultu animóque mutari. item, quotuplex triſtitia ſit, & qua probari damnariue debeat.

B QVOD ad rem ſpectat, An deceat ſapientem vultu mutari: ne quæri quidem inter Chriſtianos fas eſſe videtur, abſit vt negare liceat. Tametſi verò olim Stoici, quorum tetrica virtus à communi naturæ ſenſu abhorruit, Socratis vultum ſemper eundem prædicare ſoleant, quoniam tamen perpetuò ſeruari minimè poſſe didicerunt, vt erant ad euadendum ingenioſi, rationes repererunt, quibus hanc vultus mutationem excuſarent. Nam cùm aliquando Philoſophus quidam Stoicus, vt narrat Gellius Noct. Attic. l. 19. cap. 1. A Caſſiopeia ad Brunduſium nauigans cum pluribus aliis vectoribus, ſæua tempeſtate coorta palluiſſe viſus eſſet, cauſámque rogatus, eum pauorem qui præter diſciplinam illi contigiſſe putabatur, authoritate ſuæ ſectæ principum, id eſt, Zenonis & Chryſippi defendere vellet, docuit: eiuſmodi repentinos pauores, qui non ſunt voluntatis atque arbitrij, ſed officium mentis atque rationis rapidis motibus & inconſultis præuertunt, & vi quadam ſua inferunt ſeſe hominibus, ſine culpa in ſapientem cadere poſſe. Itaque poſſe illum breuiter & strictim colore atque vultu moueri, fronte contrahi, paueſcere etiam & quaſi albeſcere, & tamen ſtatum vigorémque ſententiæ ſuę retinere, nec à ſapientię decretis excidere: diutius autem illis occupari, aut etiam aſſenſione ſua approbare, id verò ſapiente indignum eſſe iudicarunt. Hoc enim eſſe volunt, vt loquitur ſanctus Auguſtinus de ciuit. Dei lib. 9. cap. 4. Gellium referens, in poteſtate, idque intereſſe cenſent inter animum ſapientis, & ſtulti: quòd ſtulti animus eiſdem paſſionibus cedit, atque accõmodat mentis aſſenſum: ſapientis autẽ, quamuis eas neceſſitate patiatur, retinet tamen de his quæ appetere vel fugere rationabiliter debet, veram & ſtabilem inconcuſſa mente ſententiam. Propterea igitur animi ægritudinem ſiue triſtitiam à ſapiente prorſus alienam eſſe voluerunt. Sic enim ſtatuunt, illum animi morſum ſiue cõtractiunculam, quẽ nos timorẽ dicimus, terrificis quibuſdam viſionibus, quas φαντασίας vocant, repentinis effici, & in motu eſſe ſemper: At ſi æſtus ille perturbatióque animi opinione mali inueterauerit, & tanquam in venis medulliſque inſederit, tum exiſtere & triſtitiam: quam tollere

Chriſtianũ vultu mutari non dedecet.

Gellius Noct. Attic. l. 19. c. 1.

Auguſt. l. 9. de ciuit. Dei cap. 4.

Stoici triſtitiam ſapiente indignam malè cenſuerunt.

funditus, aut quàm primùm detrahere, aut A ſupprimere, nec pati manare longius ſapiens debet, memor ſententiæ, quam de huiuſcemodi viſis ſemper habuit, vt de minimè metuendis, ſed fronte falſa & formidine inani territantibus. Quapropter, cùm pro aliis tribus perturbationibus, quæ inſipientis mentem expugnant, lætitia, metu, libidine, totidem εὐπαθείας ſiue, vt Cicero vocat, conſtantias, gaudium, cautionem, voluntatem in ſapiente collocarent, pro ægritudine ſiue dolore, quem nos, ait Auguſt. vitandæ ambiguitatis gratia triſtitiam maluimus dicere: quæ quarta & poſtrema eſſe cenſetur ex earum perturbationum numero, è quibus reliquæ omnes tanquam ſtirpes oriuntur: negauerunt eſſe poſſe aliquid in animo ſapientis. Voluntas B quippe, inquiunt, referente ſancto Auguſtino, appetit bonum, quod facit ſapiens: gaudium de bono adepto eſt, quod vbique adipiſcitur ſapiens: cautio deuitat malum, quod debet ſapiens deuitare. Triſtitia porrò quia de malo eſt, quod iam accidit: nullum autem malum exiſtimant poſſe accidere ſapienti: idcircò nihil in eius animo pro illa eſſe poſſe dixerunt. At contra, vt ait ibidem Auguſtinus, in hac vita, volunt, cauent, gaudent, & boni & mali. Atque vt eadem aliis verbis enuntiemus, cupiunt, timent, lætantur & boni & mali. Sed illi benè, iſti malè, ſicut hominibus ſeu recta ſeu perverſa voluntas eſt. Ipſa quoque triſtitia, pro C qua Stoici nihil in animo ſapientis inueniri poſſe putauerunt, reperitur in bono, & maximè apud noſtros. Nam laudat Apoſtolus Corinthios, quòd contriſtati fuerint ſecundum Deum. Nam omnino non dolere, inquit idem ſanctus eiuſdem libri cap. 9. dum ſumus in hoc loco miſeriæ, profectò ſicut quidam etiam apud ſæculi huius litteratos ſenſit, & dixit, non ſine magna mercede contingit, immanitatis in animo, ſtuporis in corpore. Quocirca illa quæ ἀπάθεια græcè dicitur, quæ, ſi latinè poſſet, impaſſibilitas diceretur: ſi ita intelligenda eſt (in animo quippè, non in corpore accipitur) vt ſine his affectionibus viuatur, quæ contra rationem accidunt mentémque perturbant, bona planè & maximè optanda eſt: D ſed nec ipſa huius eſt vitæ. Non enim qualiumcúnque hominum vox eſt, ſed maximè piorum, multúmque iuſtorum atque ſanctorum: *Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, noſipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt.*] Itaque ex his S. Auguſt. dictis dubium eſſe non poteſt, quin ſapientiſſimis quibuſque viris etiam triſtitia conueniat, quomodo Scriptura infinitis propè locis teſtatur: ſitque ea tanto laude dignior, quanto vtilior eſt, non modò vt hominem ſingulari aliqua dote, quemadmodum reliquæ omnes virtutes faciunt, condecoret: verùm etiam vt ſi quid peccatum ſit, deleat, & virtutum chorum ſuo præſidio tueatur. Verùm quoniam de illa tantùm triſtitia loqui viſus eſt, quam quis ob admiſſi ſceleris conſcientiam ſpontè ſuſcipit, Annæ autem

August. l. 14 de Ciuit. Dei c. 8.

Impaſſibilitas culpatur.

A triſtitia non erat eiuſmodi, ſed dolor quidam ob ſterilitatis notam, & æmulæ improbitatem animam lancinans: quæri meritò poteſt, an is quoque dolor & mœſtitia, quam, ſiue corporis læſio, ſiue rerum damna temporalium, ſiue etiam famæ aut exiſtimationis iactura pariunt, excuſari à peccato poſſit, nec indigna ſapiente reputari?

Equidem ſi ab eo tempore, quo tempore propter ſceleris vindictam ex amœniſſimo voluptatis domicilio in hunc miſerrimum exilij locum eiecti ſumus, nullum in natura bonum ſupereſſet, quo priuari, nullum malum emergeret, quo affligi vltrà poſſemus, conſequens eſſet, vt nulla quoque triſtitia admittenda videretur præter illam, quæ eiectionem B noſtram defleret, aut reſtitutionis moras quereretur. At ſi alia quoque præterea bona ſunt, quibus oblectari, alia mala quibus vexari poſſumus: non dubium quin triſtari quoque & mœrere præterea neceſſe ſit. Quod ſi aliter ac dicimus cuipiam fortè videatur, nec Chriſtianum rebus præſentibus affici, dolere, aut lætari oportere aſſeueret, is profectò non modò Deo iniuriam fecerit, puniendi eripiens facultatem: verùm etiam omnia nobis pœnitentiæ remedia abſtulerit. Nam vbi neque triſtitia, neque ægritudo animi locum habet, quæ pœna, quæve pœnitentia reperiri poteſt? Minatur Deus per Prophetã ſe in filios Iſraël vltrà non animaduerſurum, ſed abiecturum prorſus, eorúmque curam derelicturum. C Quamobrem? quia percuſſi non dolerent, neque ob inflictas plagas angerentur, ſed leuiter ferrent. Igitur angi animo, dolere, lamentari, non modò ob periculum æternæ damnationis licet, verumetiam ob alia penè innumera mala, quibus hæc vita referta eſt. Oportet autem in primis illi triſtitiæ modum adhibere, ne metas tranſiliat: quod ita fiet, ſi non pluris, quàm deceat, illa bona æſtimemus, neque dolores corporis imbecillius horreamus & reformidemus. Iam qui ſic animo erga illa affectus fuerit, vt diuitias quidem fælicitatem præſtare poſſe abnuat, quæcunque autem perpeſſu aſpera & toleratu difficilia ſunt, ferri æquo animo poſſe Deo authore confidat, is D profectò neque ob infamiæ metum, neque ob inopiæ timorem, aut etiam tormentorum formidinem pietatem aliquando deſeret; quin potiùs malorum ſenſu tanquam ſtimulo incitatus, maiore cura ac ſolicitudine religionis officio exequetur. Quoniam tamen Scriptura nonnullis locis triſtitiam inſectatur, paucis quæ triſtitia fugienda ſit aperiam.

Non omnis triſtitia quæ ob res temporales concitur, prorſus reprobanda eſt.

Quatuor ſunt, inquit ſanctus Ioannes Damaſcenus Orthodoxæ fidei lib. 2. cap. 24. triſtitiæ ſpecies. Ἄχος Moleſtia, Inuidia, Miſericordia. Ἄχος, inquit, eſt triſtitia vocem adimens. Quæ verba pluribus explicans Clicthoueus, Acedia, inquit, triſtitia eſt ſic aggrauans mentem, vt nihil boni ei agere libeat: habétque ſibi annexam & inſeparabilẽ comitẽ, anxietatẽ & tædium animi, torporémque benè operandi, deiicientem totum hominem languore pigro,

S. Ioan: Damaſcenus.

Quatuor triſtitiæ ſpecies.

Clicthoueus.

& inducentem menti amaritudinem continuam. Hinc enaſcitur ex vehementiore mœſtitia, taciturnitas & defectio vocis: quod adeò abſorbeatur animus, & occupetur languida deiectione, vt in vocem depromendam non exeat, ſed ſuiipſius confuſione & obnubilatione impediatur, detineatúrque constricta, ne ſermonem efformet. Hæc ille. In hanc peſtem ſcriptura inuehitur cùm pluribus locis pigritiã damnat, & ad virtutis ſtudium adhortatur. Qua exhortatione, vt vides, Anna opus non habuit, quæ non modò graui illa moleſtia non eſt ab orationis ſtudio auocata, ſed potiùs adacta atque incitata. Altera eſt triſtitiæ ſpecies inuidia, quam S. Damaſcenus definit ex alienis bonis ſuſceptam triſtitiam. Hanc quoque cum omnibus bonis è virtutum cœtu & excludimus, & parricidæ Cain, impiorúmque omnium, ſiue potiùs dæmonum propriam eſſe dicimus, indignam autem quæ hominis Christiani ſynceritatem commaculet. Duæ ſunt reliquæ Moleſtia & Miſericordia. Miſericordiam quis vituperare audeat, quæ Chriſtum Dominum laudatorem inuenit? Verùm nulla harum, quantum ad præſentis facti hiſtoriam attinet, Annæ mœroris origo fuit, ſed orbitas propria, ſobolíſque ad id tempus priuatio. Poſtquam igitur nec acedia illa fuit, nec inuidiæ liuor, nec alieni ſenſus doloris, reliquum eſt, vt eam moleſtiam fuiſſe dicamus.

Qua fuerit Annæ triſtitia.

Eſt autem moleſtia triſtitia premens, vt vult idẽ ſanctus, vel ægritudo permanens, vt Cicero 4. Tuſcul. quæ tum animo impingitur, cùm vel habitis bonis ſpoliamur, vel expectatis fraudamur, vel etiam malum aliquod C incubuit: illa namque animus ægrè moleſtéque fert, & tanquam vel ſpinis pungatur, vel graui aliquo pondere opprimatur, ſic omninò ſe contrahit, & anhelat, & ſua quiete priuatur. Hanc ego cùm audio à nonnullis vitio verti, arbitror nullo habito diſcrimine cum acedia confundere, huic vni ſpeciei tribuentes, quæ reliquis potiùs conueniunt. Neque enim de hac triſtitia intelligendus eſt Tullius, cùm Tuſcul. 3. omnibus animi perturbationibus deteriorem ſcribit his verbis: Nam cùm omnis perturbatio miſeria eſt, tum carnificina eſt ægritudo. Habet ardorem libido, leuitatem lætitia geſtiens, humilitatem metus: ſed ægritudo maiora quædam, tabem, cruciatum, afflictionem, fœditatem: lacerat, exeſt animum, planéque cõficit. Hanc niſi exuimus ſic vt abiiciamus, miſeria carere non poſſumus. Hæc, inquam, Tullij ſententia abſolutè de triſtitia dicta intelligenda eſt, nam & in D acediam & inuidentiam quadrat, at in moleſtiam non item: quia tametſi animum pungit, & de ſua tranquillitate dimouet, niſi tamen cum aliis commiſceatur, aut cognatarum pſeudopaſſionum criminibus oneretur, ipſam tantam malorum ſegetem non partorit; ſed tanquam hyemis quædam aſperitas, quæ ante veris tempora efflorescentes arborum gemmas recludit: ſic illa iactantiam conata comprimere à cruciatibus illis abſtinet,

Vſus eius triſtitia quæ moleſtia dicitur.

A qui liuori atque acediæ meritò tribuuntur. Porrò quin ſit illa, ſi modum ſeruet, Deo gratiſſima, plurimúmque apud Deum poſſit, nemo negare poteſt, niſi qui maximarum rerum opificem diuinam miſericordiam, ſalutis noſtræ parentem benigniſſimam, tot iam olim laudibus exornatam, tot miraculis celebratam, nullam eſſe velit: in triſtitia namque curanda omnis illa verſatur, cuius tanquam clamoribus cælo elicita, præſto adeſt, hominémque tuetur.

S. Nilus.

Sanctus Nilus Opuſculo de octo vitioſis cogitationibus, Viperæ, inquit, medicamentũ ſi pareè adhibeatur, aliarum ferarum venena corrumpit: ſin autem vltra modum hauria- B rur, bibentem quoque inſuper necat: eodem modo mœror, ſi ita in nos incurrat, vt modum non excedat, voluptatum amores, qui ab aliis dæmonibus immittuntur, extinguit: ſin autem vehementius impetum faciat, miſeram animam demergit. Hæc beatus Nilus, qui iterum ibidem. Aurum improbum fornax purgat: at mœror Deo gratus pectus contaminatum.

Triſtitia viperæ ſucco pharmacis permiſto cõparatur.

Homerus.

Cùm Menelaus poſt reditum, Telemachũ Vlyſſis, Piſiſtratum Neſtoris filios conuiuio excepiſſet, & de Vlyſſe necdum reduce ſermo incidiſſet, qui illis lachrymas oculis excuſſit: ibi tùm Helena, vt narrat Homerus Odyſſ. δ. ſeu quarto.

Protinus ſane in vinum miſit pharmacum vnde bibebant,
Dolorem tollens & iram, malorum obliuionem inducens, omnium.
C *Qui illud deglutierit poſtquam crateri mixtum erit,*
Non vtique tota illa die profundere poterit lachrymas à palpebris,
Neque ſi ei mortui fuerint matérque patérque.
Neque ſi ei coram fratrem aut charum filium
Ferro trucidarent, ipſe verò oculis videret.
Talia Iouis filia habebat pharmaca vtilia
Bona, quæ illi Polydamna præbuit Thonis vxor
Ægyptia, ibi plurima producit fertilis terra pharmaca.

Diodorus Siculus.

Hinc Diodorus libr. 2. cap. 6. Homerum in Ægypto fuiſſe probat, & addit, potionem ad abolendum luctum, quam Poëta Helenam compoſuiſſe ſcribit, in Thebis Ægyptiis à Polydamna Thonis vxore factam conſtare, vbi nunc quoque mulieres hoc medicamine vtuntur. Apud ſolos etiam, inquit, Heliopolitas (eſt autem Heliopolis eadem cum Thebis Ægyptiis) priſcis temporibus inuenta eſſe D tradunt & iræ, & doloris medicamenta. Verùm quicquid dicat Diodorus huiuſmodi pharmaca nulla ſunt: nam, vt ait ſanctus Chryſoſtomus, de Annæ mœrore loquens, corrigere naturam, ac talem mœrorem excutere, talem animi cruciatum tollere, animũ iamiam collapſurum erigere, nulli quidem hominum, ſed ſoli naturæ domino in manu eſt. Quapropter nullum oratione præſentius remedium eſt. Hoc illud eſt vnicum Nepenthes pharmacum, quo omnem triſtitiam

S. Chryſ.

Oratio triſtitia antidotum.

depelli Homerus author eſt. Et idcirco Iacobus Apoſtolus benè admonet, *triſtatur quis? oret.* Certiſſimum eſt enim ea ratione diuinam conſolationem impetrari. Nam & per illam animus rebus cœleſtibus inſeritur, & à rerum triſtium contemplatione auocatur, & ſpe reficitur, & fide confirmatur, & aucta charitate perfuſus totus hilareſcit. Huius rei luculentum in ſe exemplum Anna præbebit, cuius occaſione ad hunc modum nos vrget S. Chryſoſtom. oratione de Anna, déque Samuelis educatione. Tu verò, ſi, cùm morbo laborares inſanabili, percurſa tota ciuitate pecunias impendiſſes, pluribus vtens medicis, nec vllum mali ſolatium reperiſſes: incideres in mulierem, quæ cum eodem morbo teneretur, liberata ſit, haudquaquam deſineres obſecrare, rogare, exhortari, vt eum tibi commonſtraret, cuius opera fuiſſet ſanata. Nunc verò cùm videas Annam in medio ſtantem, ſuúmque morbum enarrantem, & eiuſdem remedium commemorantem, ac medicum vltrò commonſtrantem, nullis obſecrationibus, nullis precibus adductam, non accedes acceptura remedium? nec audies tota cum attentione hiſtoriam? Hoc ſi piget, quid vnquam boni poteris conſequi? Pergit deinde, & tanquam faces adhibet pluribus vtens argumentis, nimirum quod neque longa peregrinatio ſuſcipienda ſit, vt medicus iſte inueniatur, ſed vel in ipſo thalamo remotis arbitris liceat cum conuenire, neque vni aut etiam alteri morbo mederi poſſit, ſed omnem prorſus ſoluat ægritudinem: ſed neque auri vim magnam exigit, aut pretio ſalutem æſtimat, quin potius ſola prece, aut etiam aliquot lacrymulis cōducitur. Denique, quod plerique omnes optant qui morbo conflictantur, citra doloris ſenſum ægritudinis moleſtiam expugnat.

Litera hæc etiam ſi verti poteſt. *Et triſtitia non fuit ei vltra*, vt docet Vatablus, quòd 70. dicunt, *καὶ τὸ πρόσωπον αὐτῆς οὐ συνέπεσεν ἔτι. Et vultus eius non concidit amplius.* Paraphraſt. Chaldæus, *Et vultus mali non fuerunt ei vltra.* פנה & vultus, & vltra, & triſtitia intelligi poteſt.

Vermil. Vermilius ſic interpretatur. Vultus eius nempe mœſtus, & facies illa, quæ præ ſe ferebat dolorem, non amplius in ea fuit. Orauerat, inquit, anteà magno fletu, nunc reddita eſt iucundior. *Nam qui ſeminant in lacrymis, metent cum exultatione.* Poſt imbrem lacrymarum flores lætitiæ aduenient. Iſti muliercuIæ idem vſu venit, quòd Monicæ matri Auguſtini, quæ cùm flendo vehementer Epiſcopo ſalutem filij commendaſſet, ídque non ſemel & iterum, ſed crebrò feciſſet, hoc reſponſum accepit, minimè poſſe fieri, vt filius tantarum lacrymarum periret.

Triſtitiam conſi lætitia conſequitur.

I.

Versvs 19.

Et ſurrexerunt manè, & adorauerunt coram Domino: reuerſique ſunt, & venerunt in domum ſuam Ramatha. Cognouit autem Elcana Annam vxorem ſuam: & recordatus eſt eius Dominus.

Vermilius. Vermilivs. Iter facturi benè manè ſurrexerunt. Verbum Hebræum *ſchacam* שָׁכַם eſt manè ſurgere, ſed maturè, & plerúmque illi verbo additur בֹּקֶר *bocher*, id eſt, quod Hieron. vertit, diluculò. Interpres noui Teſtamenti, vt exprimeret vno verbo vocē Hebraicam, dixit, manicare, verbo inſolito, ne barbaro dixerim. (Legiſſe non memini.) Cùm ſurrexiſſent, non ſtatim diſceſſerunt, quia inhumanum eſt, diſcedere hoſpite inſalutato. Igitur Elcanan antequam ſe daret in viam vnà cum ſuis, tabernaculum eſt ingreſſus, & Iehouam adorarunt. Leuitam illum, de quo in hiſtoria Iudicum agitur, ante diſceſſum Deum neque precatum eſſe, neque adoraſſe legimus, quare in itinere infœliciter ei ceſſit. Hæc ille. Contarenus Cardinalis lib. 2. de officio Epiſcopi, ait peropportunum eſſe id tempos, idque ſilentium diuinarum rerum contemplationi; quam ob cauſam Eccleſia diuinis Hymnis precibúſque conſecrauit. Et ſæpe Propheta ſeipſum vrgendo nos admonet, ne fruſtra perire ſinamus. *Exurge*, inquit, *pſalterium & cithara: exurgam diluculo.* Pſal. 107. Quod etiam antea Pſal. 56. & Pſal. 118. verſ. 148. *Præuenerunt oculi mei ad te diluculo, vt meditarer eloquia tua.* Poſt matutini laudes cùm aurora inſtat, ambiguáque inter noctem & diem eſt hora, quàm maximè optarem, inquit Contarenus, quando tunc & corpus ſomno penitus ſolutum eſt, & mens diuinarum laudum narratione erecta, vt id temporis impenderetur orationi, quæ ſine vocis vllius ſtrepitu mentis erectione meditationéque in Deum fieri ſolet. Nulla ratione fax maior menti adhiberi poteſt, quàm hac animi excitatione. Ex qua perhibent viri ſanctitate ac religione inſignes cordi influere tā magnam diuinorum, ac claram adeò intelligentiam, vt non amplius intelligendi modo conſueto, ſed aliena quadam ab homine ratione Deus menti adeſſe ſentiatur; tantúmque excitari in animo diuini amoris ardorem, vt nihil aliud quàm Deum mens ſic affecta cogitare queat, neque ſeipſam, nedum alia ſentire, cùm Deum ſentiat. Satis explicari oratione vlla non poſſet quantum intellectui luminis, quantúmque virium ac roboris menti accedat ex hac diuini radij illuſtratione: nil vel abſtruſiſſimum non intelligere, nulli quamuis arduæ prouinciæ non ſatis eſſe poteſt, mens tali fulgore perſtricta. Deinde docet hunc orationi humilitatem eſſe neceſſariam. Quod ſi quis ſe ſenſerit ingenio parum eſſe apto ad contemplationem, nolim quicquam, inquit, moliatur inuita, vt aiunt, Minerua, ſed ad ſtudia ſe conferat. Hæc

Inſalutato hoſpite diſcedere inhumanum eſt.

Dies & opus ab oratione auſpicanda ſunt.

Cōtarenus.

Matutinum tempus meditationi peropportunum.

Contarenus. Porrò, ſiue iter facturus ſit quiſpiam, ſiue domi manſurus, quàm ſit vtile diem ab oratione auſpicari diurnorum periculorum frequentia nos admonet, à quibus nos ille ſolus tueri ſeruaréque poteſt, cui nos per orationem commendamus. Olim nauigaturi prius in littore hoſtias cædebant, & vota nuncupabant, maris iram veriti, ventorúmque procellas nauibus exitiabiles: quas non aliter quàm numinis præſidio freti ſe vincere poſſe ſperabant. Verùm ſeu terra, ſeu mari, domi, militiæve agamus, hoc quodcunque vitæ eſt quod degimus, pelagus quoddam eſt, & quidem naufragiis famoſum: quapropter cùm in ſingulos dies ab aurora tanquam à portu ſoluimus, Deus nobis ante omnia exorandus eſt, quò nos in ſuam clientelam ſuſcipiat, ſuóque patrocinio defendat. B Et ſi quid eſt horum, qualia euenire multa neceſſe eſt, quod incolumitati noſtræ inuideat, aut ſaluti obeſſe poſſit, ſua benignitate amoueat. Sed & oratio ipſa habet quandam abſtergendi vim, ita vt ſi quam nocte labem contraxerimus, eius beneficio deleatur. Præterea verò & ſi quę prudentia, & virtus neceſſaria eſt ad ciuilē hanc & politicam vitæ rationem, non aliter haberi poteſt quàm diuino munere, ſicq; potiſſimum oratione comparatur. Nihil autem ſic frangit vires impuri Dæmonis, qui ſemper ab ortu ſolis ad occaſum vſque, aut inſidias ſtruit, aut aperto marte graſſatur, vt oratio; nihil ſic animam voluptate afficit, aut etiam robore confirmat vt oratio, quam primo quoque tempore occupantes, velut ſcuto protecti, aut etiam C nectare & ambroſia paſti, ſorte quidem noſtra contenti viuimus, aduerſarios autem impetus vltrò contemnimus. Teſtatur Plinius lib. Epiſtol. 10. Epiſt. 97. antelucanas preces à Chriſtianis olim frequentari ſolitas. Denique, matutinam vigiliam mirificè prodeſſe bonæ corporis valetudini Ariſtoteles author eſt in œconomicis.

Plinius Iunior.

Ariſtoteles.

COGNOVIT *autem Elcana.*] Audis, quēadmodum ad eam rem rationali dictione vtitur, vt homines doceat non more pecudum, & ſine iudicio in venerem ruere. Rationale enim animal ſeris, & vnà cum Deo liberis operam das, illo animam infundente dum tu corpori materiam adminiſtras. *Domum*, inquit, *reuerſus*. In D Siloh enim, inquit Vermilius, cùm precibus & ſacris vacaret, illam, vt veriſimile eſt, non cognouit, quod non idcirco dixerim, quod conſuetudo cum vxore peccatum ſit, ſed quod animum à rebus grauioribus auocet. Itaq; in publicis precibus, grauioribus præſertim illi commendantur, qui ſe modò poſſint, ab huiuſmodi coniunctione continent. Nam Paulus 1. Corinth. 7. conſilium dat coniugibus, vt ſecubent ad tempus, quò liberius & precibus, & ieiunio vacent. Moſes præterea in Exod. 19. nomine Dei populo iubet, vt veſtes lauent; & ab vxoribus abſtineant, quandoquidem erant habendæ ſolemnes preces, & Deus ipſe in montem Sina, vt legem daret, venturus erat. Eſt porrò veriſimile Annam ſpem ſuam, & ſacerdotis reſponſum cum ſuo viro communicaſſe, itaque ille cum ea conſuetudinem habuit. Nam etſi Deus filium promiſerat, tamen iis mediis vtendum fuit, quibus liberi quæri ſolent. Ita etiam ſi cui Deus polliceatur ſanitatem, illum oportet, & conſilio medicorum, & pharmacis vti, quandoquidem & ipſa media Dei donis acenſentur, quæ tamen vim nullam habent, niſi Dei bonitas illam ſuppeditet. Idcircò quando bibimus, edimus, aut liberis operam damus, agnoſcendum nobis eſt, iſtarum actionum vim omnem ab ipſis minimè proficiſci, ſed à potentia & bonitate Dei, vt à ſummis & potiſſimis cauſis. Hæc Vermilius, quibus non contradicimus. Neque enim ſancti, & ſteriles qui à Deo prolem impetrarunt, ſine complexu genuerunt. Vnde & Sara riſit, cùm deſiiſſent illi fieri muliebria, & ait: *Num voluptati operam dabo*? Soli hoc Chriſto contigit, vt ſine maris & fœminæ copula naſceretur. Quod illius ſingulare priuilegium in lege ipſa notauit ſanctus Iſidorus Peluſiota lib. 1. Epiſtol. Epiſtola 23. Id quod, inquit, in ſacra Scriptura dictum eſt, *Omne primogenitum adaperiens vuluam, ſanctum Domino vocabitur*, non de omni primogenito dictum eſt, (ne hoc imperiti homines exiſtiment.) verùm de vno illo ac ſolo, qui in partu vuluam aperuit. Etenim omnem quidem vuluam concubitus ac venereus complexus aperit: at eam quæ Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum peperit, ipſe ſine ſemine conceptus, prodiens aperuit; ac rurſum clauſam & obſignatam reliquit: Verè nimirum homo effectus, ac verè item Deus exiſtens, vnus idémque in duabus naturis adorandus.

Orationis gratiâ coniuges ad tempus ſecubent.

Vermilius.

S. Iſid. Pel.

Solus Chriſtus abſque ſemine natus, ſolus vuluam naſcens aperuit.

C ET *recordatus eſt eius Dominus.*] Si verum eſt, ait Vermilius, quod ait Siricius Papa, eos, *qui ſunt in carne, Deo placere non poſſe*, (ita enim abuſus eſt turpiter Apoſtolicis verbis ad ſancti matrimonij contumeliam,) quomodo ſcribitur Deum recordatum Annæ, dum ſuo viro inngeretur? An fuit decorum vt illi operi faueret, quod per ſe peccatum eſſet? Sed hac citati Papæ miſſa impietate, conſtituamus opus ipſum matrimonij, vt cætera humanæ vitæ opera, modò rectè vſurpetur, Deo gratum eſſe. Deinde non prætereamus Deum eſſe, qui vteros mulierum & claudat, & aperiat, ita vt ſterilitas & fœcundites ab eo pendeat. Ad hæc non intelligamus Deum more D hominum, qui multa ſolent obliuiſci, recordatum eſſe. Nos etenim cùm res præteritas in mentem reuocamus, dicimur earum meminiſſe, quod minimè poteſt Deo conuenire, qui purus eſt actus, neque viciſſitudines, aut mutationes vllas patitur. Dicuntur itaque iſta de illo per ἀνθρωποπαθῶς, non propriè. Quamobrem obliuiſci Deus dicitur, quando non iuuat, vel cùm peccata non imputat: & rurſus meminiſſe, cùm fert auxilium, vel aliquid hominibus aſcribit. Hactenus Vermilius. Qui ſi Catholicum Pontificem ſuæ linguæ ſpurcitia non maculaſſet, nulla erat hoc loco refellendi neceſſitas. Porrò ſic illum mendacij atque impietatis redarguemus, vt tamen illam verborum acerbitatem, qua petulanter nimis vſus eſt, quod laceſſiti iure poſſumus, non imitemur. Siricius igitur, quem falsò impietatis Vermilius inſimulat, mortuo ante vnum menſem Damaſo initio anni 385. pridie Idus Ianuarij

Vermilius.

Quid ſit recordari, aut obliuiſci Deum.

Siricius Papa defenditur.

Eccleſiæ clauum regendum ſuſcepit : cuius cùm electionem gratiſſimam Valentinianus Imperator haberet, Piniano vrbis præfecto reſcribens addidit, magnum illi innocentiæ & probitatis teſtimonium redditum. Sed hoc fuerit imperatoris iudicium, qui viri ſanctitatem, & fidem explorare non potuerit : aut ſi potuerit, is tamen poſtmodum corruptus honoribus in errorem labi potuit. Videamus igitur quo tempore Epiſtolam illam, quæ maledicendi anſam Vermilio præbuit, ediderit : & num in cuiuſquam Catholicorum propterea offenſam incurrerit. Hanc ille non familiarem, ſed Synodalem Epiſtolam, nouem capitulis comprehenſam, anno Pontificatus ſui 2. coacto Romæ 80. Epiſcoporum Concilio, ad reſtituendam in Africa Eccleſiaſticam diſciplinam communi omnium conſenſu ad Africanos Epiſcopos ſcripſit, non quò noua, vt idem ſcribit, præcepta aliqua imperarentur, ſed vt ea quæ per ignauiam deſidiámque aliquam neglecta eſſent, obſeruarentur, quæ iam olim traditione Apoſtolica, & Patrum conſtitutione eſſent inſtituta : Scriptum eſt enim, *State, & tenete traditiones noſtras, ſiue per verbum, ſiue per epiſtolam.* Data eſt autem Romæ 8. Idus Ianuarij poſt conſulatum Arcadij atque Bantonis. In hac, quæ præter cætera Vermilij animum offenderint, hæc leguntur : Præterea, inquit, quod dignum, & pudicum, & honeſtum eſt ſuademus, vt Sacerdotes & Leuitæ cum vxoribus ſuis non coëant, quia in miniſterio diuino quotidianis neceſſitatibus occupantur. Ad Corinthios namque ſic Paulus ſcribit, dicens, *Abſtinete vos, vt vacetis orationi.* Si ergo laicis abſtinentia imperatur, vt poſſint deprecantes audiri, quanto magis ſacerdos vtique omni momento paratus eſſe debet munditiæ puritate ſecurus, ne aut ſacrificium offerat, aut baptizare cogatur ? Qui ſi contaminatus eſt carnali concupiſcentia, quid faciet ? Excuſabitur ? Quo pudore, qua mente vſurpabitur ? Qua conſcientia, quo merito hic exaudiri ſe credit ? cùm dictum ſit, *Omnia munda mundis, coinquinatis autem, & infidelibus nihil mundum.* Qua de re hortor, moneo, rogo, tollatur hoc opprobrium, quod poteſt iure etiam gentilitas accuſare. Fortè creditur, quia ſcriptum eſt : Vnius vxoris virum. Non permanenti in concupiſcentia generandi dixit, ſed propter continentiam futuram. Neque enim integros non admiſit, qui ait ; *Vellem autem omnes homines ſic eſſe ſicuti & ego.* Et apertius declarat dicens : *Qui autem in carne ſunt, Deo placere non poſſunt.* Vos autem iam non eſtis in carne, ſed in ſpiritu. Hæc ſunt illa quæ fingit impietatis portenta Vermilius. Quæ tantum abeſt vt laïcorum nuptiis detrahant, vt ſolos Leuitas & Sacerdotes nominatim perſtringi ſignificent. At illorum ſaltem nuptias execratur in ſacri fœderis contumeliam. Ne hoc quidem : ſed cùm cælibes miniſtros iam inde ab Apoſtolorum temporibus, & eorundem inſtitutis, Eccleſia altaribus admoueret, nil mirum ſi carpat degeneres, & eos qui victi libidine abdicatam olim voluptatem repetunt, ſeuerius exagitet,

Siricius.

2. Ad Theſſ. 2.

1. Cor. 7. *Sacerdotes cum vxore habitare non debent.*

Ad Titum 1.

1. Ad Timoth. 3.

1. Ad Corinth. 7.

Rom. 8.

A non quia coniugalis actus execratione dignus ſit, ſed quia coniugalis caſtitas etiam illa longè inferior habeatur, quàm in iis, qui ſacra myſteria tractant, religio requirit.

Iam verò quantum Epiſtola illa anno 386. edita, non modò apud illius ſeculi homines, verùm etiam apud poſteros auctoritatem obtinuerit, Teleptenſis Concilij Patres abundè teſtantur (eſt autem Telepte prima ſedes prouinciæ Bizacenæ, in qua Synodus eſt habita anno 418 Zoſimo Pontifice, cui etiam eiuſdem ciuitatis Epiſcopus Donatianus præfuit,) ex illa namque Siricij Decretali publicè recitata, illam, quæ tum verſabatur in dubio controuerſiam, componi voluerunt. B Et tamen vnus poſt tot ſecula repertus eſt Vermilius, qui tot ſanctorum virorum calculis, tot annorum curriculis approbatam ſententiam conuelleret, ſeu potius neſcio qua procacis linguæ intemperantia nefariam hæreſim præter illius mentem Orthodoxo Pontifici impingeret. Nam præter te nouum arpinatem, quis vnquam ex antiquis Siricium Papam, vel eo, vel alio nomine impietatis arceſſiuit ? Scire vtique velim, qui tibi vir eſſe videatur, ille Mediolanenſis Ambroſius, nec ille modò, ſed etiam Sabinus Placentinus Epiſcopus, quem ſanctitate & doctrina non imparem ætas illa Ambroſio tulit, Geminianus item & Baſſianus Epiſcopi, quibus, cùm ipſa morum integritas, tum doctrinæ præ- C ſtantia, & ſtupenda quoque miracula ſanctitatis famam pepererunt, Eccleſia denique ipſa ad perpetuam memoriam ſuis dypticis tabulis conſecrauit. Hos tu, ſi quam fidem veterum monumentis adhibes, idoneos authores habebis, qui de Siricio loquantur. Ferant itaque illi de viro teſtimonium, nam cum Siricio eundem agonem ingreſſi illius fidem exploratam habuerunt. Illi igitur annis quatuor poſt datam illam Epiſtolam cum pluribus aliis Mediolani aduerſus Iouinianum hæreſiarcham conuenientes, totius Concilij nomine hęc ad eundem Siricium reſcribunt. Domino dilectiſſimo fratri Siricio Papæ Ambroſius Epiſcopus, Baſſianus, &c. recognouimus litteris ſanctitatis tuæ boni paſtoris excubias, qui fideliter commiſſam tibi ianuam ſerues, & pia ſolicitudine Chriſti ouile cuſtodias, dignus quem oues Domini audiant & ſequantur. Et ideò quia noſtri D ouiculas Chriſti, lupos facilè deprehendis, & occurris (quaſi prouidus paſtor,) ne iſti morſib. perfidiæ ſuæ, feralique vlulatu Dominicũ ouile diſpergant. Laudamus hoc domine frater nobis dilectiſſime, & toto cõcelebramus affectu. Hęc illi. At tu Vermili hunc impium vocas, hunc tu diuinis inſtitutis inimicum : qua frõte audes tot ſanctorum virorum conſeſſu reclamante ? Verùm quid ego aliorum teſtimonia proferam, cùm ipſe quid ſenſerit apertè doceat ? Agnoſce ipſius verba : Nos ſanè, (inquit in ea Epiſtola quam Eccleſiæ Mediolanenſi ſcribit eodem anno) nuptiarum vota non aſpernanter accipimus, quibus velamini interfuimus ; ſed virginum nuptias Deo dicatas maiore honorificentia honoramus. Tantum verò abeſt, vt ille vnquam de nuptiis grauius aliquid ſenſerit,

Concilium Teleptẽſe.

S. Ambroſij & aliorum Epiſcoporum Synodalis Epiſtola.

Honorabile connubium, ſed continentia præferenda.

vt etiam D. Hieronym. ſcripra in Iouinianum A propterea nonnihil ſuſpecta habuerint, quod ille nimius videretur in landanda virginitate, & depreſſione nuptiarũ eidem velle gloriam qoærere, quanquam nec id ſatis exploratè, cùm ab eo errore S. Hieronymus longiſſimè abfuerit. Quamobrem & in Apologetico ſuo his verbis iuſtè conqueritur: Dum contra Iouinianom preſſo gradu pugno, à Manichæo terga mea confoſſa ſunt. Nónne quæſo, ſtatim in principio operis mei iſta præfatus ſum? Neque enim nos Marcionis, & Manichæi dogma ſectantes, nuptiis detrahimus, nec Tatiani principis Encratitarũ errore decepti, omnem coitum ſpurcum putamus, qui non ſolùm nuptias, ſed cibos quoque, quos Deus creauit ad vtendum, damnat & reprobat. B Scimus in domo magna non ſolùm vaſa eſſe aurea & argentea, & lignea, & fictilia, &c. Et his quidem verbis S. Hieronymus obortam de ſe ſuſpicionem abſtergit. Tu verò qua arte petulantis linguæ infamiam abolebis, qua auſus es viro crimen imponere, à quo fuit alieniſſimus? Sed ne te ab illo immunem atque irremuneratum abire expoſtules, accipe quibus ille te coloribus ad viuum depinxit. Nunquam ſcribit Siricius, patitur nos quietos ab incurſione ſua vacare hoſtis antiquus, ab initio mendax, inimicus veritatis, æmulus hominis, quem vt deciperet ſe ante decepit. Pudicitiæ aduerſarius, luxuriæ magiſter, crudelitatibus paſcitur, abſtinentia punitur, odit ieiunia: miniſtris ſuis prædicantibus eadem dicit eſſe ſoperflua, ſpem non habens de futuris, Apoſto- C li ſententia percuſſus dicentis: *Manducemus & bibamus, cras enim moriemur.* O infœlix audacia, ô deſperatæ mentis aſtutia. Hæc ille, cùm in Iouinianum decerneret: tu verò tibi habeto, qui eiuſdem ſententiam tuendam ſuſcepiſti.

Epiſt. 50.

S. Hieron. lib. 1. aduer. Iouinian.

1. ad Cor. 15.

VERSVS 20.

Et factum eſt poſt circulum dierum, concepit Anna, & peperit filium, vocauitque nomen eius Samuel: eo quòd à Domino poſtulaſſet eum.

ANTIQVI Poëtæ annum rotæ cuiuſdam inſtar volui fingebant, vt in Hercule furente Senecæ actu 1. in choro legitur. D

Seneca.

----properat curſu
Vita citato, voluerique die
Rota præcipitis voluitur anni.

Annus rota ſiue circulo comparatur.

Alij annum ſerpenti caudam voranti aſſimilant. Claudianus libro ſecundo de laudibus Stiliconis:

Claudian.

Eſt ignota procul, noſtræque impermia menti
Vix adeunda dijs, annorum ſqualida mater,
Immenſi ſpelunca æui, quæ tempora vaſto
Suppeditat reuocátque ſinu. Complectitur antrum
Omnia qui placido conſumit numine ſerpens,
Perpetuúmque viret ſquammis, caudámque reducto
Ore vorat, tacito relegens exordia lapſu.

Macrobius autem Satur. 1. ſerpentis ab Apolline confecti fabulam pluribus explicat. Item quare Sol loxias dicatur. Cornificius verò arbitratur Apollinem nominatum, ἀπὸ τοῦ ἀναπολεῖν, id eſt, quia intra circuitum mundi, quem Græci πόλον appellant, impetu latus ad ortus refertur. Cæterùm hæc Poëtarum de rota & ſerpente fictio, planè rationi naturæ conuenit, illique circulorum circuitioni, ex qua dierum noctiúmque varietas, & menſis annique menſura procedit; de qua poſt Platonem Cicero in Timæo, vt citat Delrius. Hebræi verò etiam annum שנה *ſchanach* dicunt, à vertendo & iterando. Atteius Capito exiſtimauit annum dictum à circuitu temporis, quòd *an* circum ſignificet, vt ambio, id eſt circum eo. Id quud etiam Varroni placuit, eò quòd magni circuli dicerentur circites anni: vt parui circuli annuli. Sextus Pompeius dicit ex Græca dictione ἐνιαυτὸν venire. Quã etymologiam Epiphanius promit, quod in ſe redeat atque reflectatur. Diſce quid inde S. Iuſtinus præter ipſam rerum inconſtantiam, quam ipſius rotæ volubilitas demonſtrat, doctrinæ atque vtilitatis hauſerit. Nimirum, inquit Apolog. ad Anton. Pium, mortem contemnimus nemini non debitam, præſertim cùm hæc vita nihil nouans, ſemper eadem iteret: quorum vel intra ſpatium annuum ſaturos, perturbationúmque ac inopiæ pertæſos, oportet noſtris placitis animum aduertere.

macrobius.

Sextus Pompeius.

S. Iuſtin.

Nihil nouũ ſub ſole.

DIERVM.] Cootra Galli noctium potius rationem inibant, quod docet Cæſar lib. 6. belli Gallici. Galli namque ſe omnes, vt ait, à Dite patre prognatos prædicant, idque à Druidibus proditum dicunt. Ob eam cauſam ſpatia omnia temporis, non numero dierum, ſed noctium finiunt. Hoc ipſum & Nomades in Libya ſeruaſſe accepimus ex Stobæo ſermone 42. quam conſuetudinem Gallorum Francos quoque noſtros æmulatos eſſe, pluribus Salicæ legis capitulis probare poſſumus. Nam cap. 42. quod eſt de ſeruo, qui de furto interpellatus fuerit, ſæpius fit mẽtio 7. & 14. noctium, & viginti vnius, intra quas tria placita fiebant, & litium concertationes finiebantur. Item cap. 47. occupatori villæ alienæ decem noctes lex ſtatuit, tribus, ſi opus ſit, vicibus vſque ad numerum triginta noctium auctas, poſt quas ſi occupator exire renuerit (actor) ad mallum manniat. Et iterum cap. 52. de eo qoi fidem factam alteri reddere ooluerit. Si quis, inquit lex, ingenuus aut lidus alteri fidem fecerit, tunc ille, cui fides facta eſt, xl. noctes eſto. Vbi & formulas antiqui iuris noſtri à ſeculi huius corruptelis abhorrentes recitat, & quomodo ſolem debitori collocare debeat, qui repetit. In quo & Alemannica lex à Clothario rege ſancita titulo 36. cum Salica conuenit. Nam cùm ibi ſtatuatur, vt conuentus ſecundum antiquã conſuetudinem in omni centena habeatur, & placitum fiat de Sabbatho in Sabbathum, tanquam explicationis gratia additur, à ſeptem in 7. noctes. Soccedente verò tempore inuenio etiam Miſſam pro conſtituto tempore eſſe deſignatam, vt apud Anſegiſom Abbatem lib. 2. capitular. Caroli Magni capit. 20. iubetur pontes exhiberi reſtitutos ad

Cæſar.

Noctes olim Galli numerabant.

Stobæus.

Lex Salica.

Erat autem mallus manius placitum ſiue de maioribus cauſis, vbi quiſ præſentem adeſſe oportuit.

Mannire autem eſt vocare in ius tribus teſtibus præſentibus.

Manon Alemannis vt notauit Pithœus in ſuo Gloſſ. capit.

Miſſa ſignata pro tempore.

Cap. Caroli Magni.

Digitized by Google

Miſſam ſancti Andreæ. Et lib. 5. quem Benedictus Leuita collegit, capitul. 136. ſcriptum eſt: hæc omnia Miſſa ſancti Ioannis ſint completa. Et Anonymos, Imperator circa Miſſam ſancti Martini Aquiſgranum ad hyemandum venit. Quod Aymoin. 4. 116. circa feſtum S. Martini dixit, oſtendens olim Miſſam pro die feſto vſurpatam.

Monachus quidam ſcriptor vitæ Carol. & author.

Aymoinus.

Vermilius.

לִתְקֻפוֹת הַיָּמִים

Lithekuphoth haiamim. in reuolutionibus dierum.

Annotat autem Vermilius ex aliorum opinione Hebraicè circuitus dierum numero multitudinis dici, vt ad conceptum ſimul, & partum referri poſſint: non enim niſi ſtato numero menſium peperit, etſi ſtatim ac domum peruenit concepiſſe credenda eſt. Nam quæque reuolutio tres eorum iudicio mēſes comprehendit. Vnde geminis reuolutionibus ſex menſes abſoluuntur, poſt quas fœtus vitalis poteſt naſci: tribus autem reuolutionibus nouem menſes complentur, quod eſt plerumque tempus ordinarium pariendi. Et ideò in textu non habetur numerus vnitatis, neque dualis, ſed numerus multitudinis, vt tres indicentur reuolutiones.

Igitur poſt circulum dierum concepit, ſeu potius ſe grauidam eſſe deprehendit, quemadmodum & Bethſabee Regum 2. cap. 11. quæ mittens nunciauit Dauid, & ait: *Concepi*. Si naturalis materia hæſerit, inquit Solinus cap. 4. decimos à conceptu dies dolore grauidas admonebit. Iam indè incipiet & capitis inquietudo, & caligine viſus hebetabitur, ciborum quoque faſtidiis ſtomachi claudetur cupido. Conuenit autem inter omnes, corda primùm ex vniuerſa formari carne, eáque in diem quintum, & ſexageſimum creſcere, deinde minui: ac ex oſſibus ſpinas. Eapropter capitale eſt, ſi pars alterutra noceatur. Plane ſi corpuſculum in marem figuratur, melior eſt color grauidis, & pronior paritudo vteri. Denique à 40. die motus eſt. Alter ſexus 90. die primum palpitat.

Solinus.

Signa quæ conceptum ſequuntur.

D. autem Auguſt. lib. 83. Quæſt. 56. paulò accuratius explicans quomodo fœtus in vtero matris completur, Primis, inquit, ſex diebus quaſi lactis habet ſimilitudinem, ſequentibus nouem conuertitur in ſanguinem, deinde duodecim diebus ſolidatur, reliquis decem & octo formatur vſque ad perfecta lineamenta omnium membrorum, & hinc iam reliquo tempore vſque ad tempus partus, magnitudine augetur.

S. Auguſti.

Fœtus in vtero formatio.

Quod ad tempus partus attinet, illud iam antea cum Vermilio tribus dierum reuolutionibus, ſiue nouem menſibus definiuimus. At verò Armenij, authore eorum Generali ſiue Catholico, iſti numero à Chriſti conceptu ad eiuſdem natalem diem quinque dies addebant. Cuius rei cùm ratio à Theoriano Orthodoxo Manuelis Comneni imperatoris ad eos legato quæreretur, Accepimus, inquit Armenios, à Doctoribus noſtris, primigenia quinque diebus in matrum ſuarum aluo diutius exiſtere, quā fœtus non primogenios, atq; huic opinioni fidem conciliant ex illo ſapiente Salomone, de ſeipſo dicente: *Decem menſium ſpatio defixus in corpore fui*: quibus verbis hoc indicare vult, quod non modò nouem menſibus in vtero matris

Theorian.

Error Armeniorum circa tempus partus Domini.

A ſuæ fuerit, ſed etiam decimi partem aliquam cœperit. Noſter igitur Emanuel, tanquam fœtus primigenius: par temporis ſpatium in vtero matris exegit. At contra Theorianus. Salomon, inquit, Hebræorum more tempora metiens, decem menſium ſpatio ſe in corpore defixum fuiſſe dicit, quippe menſes Hebræorum minores ſunt noſtris menſibus. Nam ſecundum Lunam menſes ſuos dimetiuntur, adeóque Lunæ principium faciunt: ac viciſſim Lunæ finem, menſis ſui finem. Nunquam verò Luna xxx. vel triginta vnum inſtar noſtrorum menſium habet, itaque iuxta numerum Hebræorum mēſium Salomon dixit: decem menſium ſpatio

B defixus in corpore. Cæterùm lumen illud orbis, Ioannes Chryſoſt. in oratione de Natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, qua etiam clarè demonſtrat, quando natalis Seruatoris celebrandus ſit, cuius quidem orationis hoc eſt exordium: quæ olim Patriarchæ parturiebant, prædicebant vates, iuſti videre deſiderabant; ea nunc euenerunt, hodiéque conſummata ſunt. Sub huius igitur orationis medium Chryſoſt. ait: Cùm Ioannem Elizabetha ſextum iam menſem in vtero gereret, Mariæ conceptio principium habuit. Hinc iam cognito conceptionis Mariæ principio, nouémque menſibus à conceptione numeratis: quando pepererit ſciemus.] Theoriano Armenius aſſenſus eſt, eſtque veriſſima ea ſententia, quam vſus perpe-

S. Chryſ.

C tuus, & magiſtra rerum experientia comprobauit. Neque tamen propterea tam certa præſtituti temporis ratio habenda eſt, quin ab ea nonnunquam natura diſcedat, & fœtus, ſeu caſu, ſeu vi, ſeu etiam aliquo beneficio naturæ, aut eo ſetius, aut maturius edatur. Apud Plinium lib. 7. naturalis hiſtoriæ Maſſurius author eſt, Lucium Papirium prætorem, ſecundo hærede lege agente, bonorum poſſeſſionem contra eum dediſſe, cùm mater partum ſe tredecim menſibus tuliſſe diceret, quoniam nullum certum tempus pariendi ſtatum ei videretur. Et Aulus Gellius Noct. Att. lib. 3. cap. 17. præterquàm quæ ſcripta in libris legi, hoc quoque veniſſe vſu Romæ comperi. Fœminam bonis atque honeſtis moribus, non ambigua pudicitia, in vndecimo menſe, poſt mariti mortem, peperiſſe, factúmque eſſe negotium propter rationem temporis, quaſi marito mortuo

En legatione ad Armenios Biblioth. PP. tom. 4.

Plinius.

A. Gellius.

Non ſatis conſtat quo tempore mulieres vterum geſtent.

D poſtea concepiſſet. Quoniam decemuiri in decem menſibus gigni hominem non in vndecimo ſcripſiſſent: ſed D. Hadrianum cauſa cognita, decreuiſſe in vndecimo quoque menſe partum edi poſſe: idque ipſum eius rei decretum nos legimus. In eo decreto Hadrianus id ſtatuere ſe dicit requiſitis veterum philoſophorum & medicorum ſententiis. Varro quoque quartodecimo lib. rerum diuinarum, hominem naſci poſſe octauo & vndecimo menſe tradit: eiúſque ſententiæ Ariſtotelem laudat authorem. Herodotus verò etiam 7. menſe natum Demaratū Spartanum regem lib. 6. commemorat, qui tamen partus cùm viſus eſſet illegitimus, Leutychidiæ & Cleomenis fraudibus regno ſe ſe abdicare coactus eſt. Ille verò velato capite è theatro domum abiens, confe-

Herodot.

ſtim præparatum Ioui bouem immolauit, quo A immolato, matrem accerſiit, quæ cùm aduenisſet, poſitis in eius manus extis, mulierem his verbis obſecrauit: Per ego te mater cùm alios Deos, tum Iouem hunc domeſticum quem tango, precor, promas mihi veritatem, quinam reuera meus pater eſt? Illa poſt nonnulla alia tandem hæc verba addit. Verùm hoc tibi præcipuè exprobrant inimici, quod Ariſton, cùm ei te ortum eſſe nunciatum eſt, multis audientibus negauit te ſuum eſſe, quia tempus decem menſium non exiſſes, per inſcitiam talium rerum illi hoc verbum excidit. Nam mulieres etiam nouem menſium ac ſeptem menſium partum edunt, non omnes decimum menſem ex- B plentes. Ego te fili ſeptimeſtrem genui.

Feſtus. Scaliger. Plato. *Nominis Etymologia.* VOCAVITQVE *nomen eius Samuël.*] Nomen, inquit Feſtus, quaſi nominem, eo quod notitiam faciat. Vel vt Scaliger in Cardanum ludens exercitatione 71. à verbo Græco *νοεῖν*. Eſt autem nomen, vt docet Plato in Cratylo, inſtrumẽtum quo rem nominatam ab aliis diſcernimus & diuidimus. Quemadmodũ enim qui texunt ſubtegmen, & ſtamina confuſa radio diſcernunt: ad eundem modum & nos homines natura quidem & ſpecie indiſtinctos, perſona autem diſcretos vario nominum abinuicem diſcrimine ſecernimus. Porrò legitimũ C ordinem in hac narranda nominis impoſitione accuratè Scriptura ſeruauit, eundem ſcilicet Philo Iudæ. quem Moyſen in Seth obſeruaſſe Philo animaduertit. Nam primò quidem recens nati ſexum aperit, deinde quod nomen illi datum ſit ſubiungit: quod cùm in denominando Cain præteritum eſſet, ac præter conſuetudinem ante omnia illico nomen proditum, futuri mali præſagium, vt Philo notat, extitit, libro de Cherubim.

Porrò nomen ipſum 8. die, id eſt circunciſionis Hebræorum filiis imponebatur, vt patet Lucæ 1. de Ioanne, & Luc. 2. de Chriſto. Apud nos iam indè ab Apoſtolorum temporibus cõſuetudo obtinuit, vt in baptiſmate nuncuparemur, vt docet ſanctus Dionyſius Areopagita S. Dionyſ. Areopag. *Quo tempore nomen imponeretur.* de Eccleſiaſtica hierarchia cap. de baptiſmo, niſi ſi qui forte iam aliis nominibus innotuiſſent. Nam quod ad adultos & prouectiores D ætate pertinet, non fuit conſtans & perpetua illa conſuetudo: nam non pauci prius nomen poſteriore commutauerunt, plures tamen, ne mutatio illa gentibus ſcandalum pareret, ab ea abſtinuerunt. Inter quos & Cornelius Centurio Actor. 10. De Romanis, quo tempore fidem Macrobius. non ſuſceperant, Macrobius Saturnal. 1. author eſt, fuiſſe apud eos Nundinam deam, à nono die naſcentium nuncupatam, qui luſtricus dicitur. Eſt autem luſtricus dies, quo infantes luſtrantur, & nomen accipiunt. Sed is maribus Plutarchus Quæſt. Rom. c. 11. nonus, octauus eſt fœminis. Facti rationem inueſtigans Plutarchus, An cauſa eſt naturalis, inquit, quod prius puellis? Fœmina enim citius augetur, ad vigorem peruenit, atque abſoluitur quàm mas. Dies porrò poſt ſeptimam ſumunt: ſeptima enim periculoſa eſt infantibus, cùm alias, tum quod ea die vmbilicus decidit pleriſque, quod antequam fit, plantæ, quàm A animalis ſimilior eſt infans. Fortaſſis poſſit hæc ratio etiam Iudæis eſſe communis. At nos qui non rarò primo naſcentis die infantem, & lauacro tingimus, & nomen imponimus, aliam huius noſtræ conſuetudinis cauſam, atque originem afferre debemus. Et quidem mihi videtur illa cum primis idonea quæ morem hunc inuexerit, nimirùm vt eo primùm tempore puer ex nomine deſignari incipiat, cùm primùm Dei filiis annumeratur, & æternæ vitæ aſcribitur. Antea enim ne eſſe quidem dici poteſt, cùm tantùm morti ſit obnoxius, vt ſaltem vllo nomine dignus haberi poſſit. At baptiſmi beneficio, quemadmodum mortis æternæ periculo B defuncti tum primùm vitam inimus; ita & aliquo nomine cenſeri, atque in album cœleſtis militiæ referri incipimus.

Impoſuit autem Anna puero nomen *Samuël.* Philo Bibl. Fortem interpretatur Philo Biblicus. D. verò S. Gregor. Gregorius, nomen eius Deus. Origenes ibi Origenes. ipſe Deus: Et vide, inquit, quales filios generat gratia. At Philo ille alter, quem Iudæorum Philo Iud. *Significatio nominis Samuel & eiuſdem etymologia.* diſertiſſimum S. Hieronymus prædicat, in eo libro quem inſcripſit, quòd Deus ſit immutabilis, explicat ordinatum Deo: & addit, Mox acceptum datori reddidit, nullum ſuum proprium donum iudicans, niſi ex diuina gratia. Sic enim in 1. Regnorum ipſa loquitur: Do tibi C eum donum. Ac ſi dicat, eum, qui donum eſt, id eſt, dono gratuito acceptum, tibi do: iuxta illud dictum Moſis ſanctiſſimi: *Dona mea, munera mea, ſacrificia mea ſeruabitis offerre mihi.* Cui enim gratia debetur niſi Deo? aut quomodo ei refertur, niſi per hæc ipſa quæ accepimus? Nec enim aliunde licet capere. Qui nullius indigus cùm ſit, offerri ſibi poſtulat propter ſummam ſuam erga genus noſtrum benignitatem: vt per ſtudium cultus diuini, & gratiarum actionis, puri ſimus ab iniquitatibus, & abſtergamus vitæ ſordes contractas, vel verbis, vel operibus. Hæc Philo. Verùm Scriptura ipſa ſatis apertè mentem mulieris, vimque vocabuli explicat, cùm ſubdit: *Eo quod à Domino poſtulaſſet eum.* Porrò etymologiæ, vt ait Vatablus in hunc locum, non ſunt ſemper exigendæ ad regulas Grammatices. Aliter autem componuntur no- D mina ab Hebræis, aliter à Latinis. Aliquando enim in compoſitis Hebraicis cernuntur tantum primæ litteræ vocum, è quibus vocabulum componitur, vt ex hoc nomine, *Samuelis*, eſt clarum, quod impoſitum eſt à muliere non à victo docto, retinétque tantum primam litteram verbi שאל *ſchaal* quod poſtulauit ſignificat. אל *El* poſtrema ſyllaba Dei nomen eſt, quod fortem ſolent interpretari.

Vermilius. Igitur Anna impoſuit hoc puero nomen, quoniam, vt ait Vermilius, puerum iam intuebatur, non tanquam filium ſuum, ſed vt à Deo poſtulatum, & iam conſecratum eius nomini. Proinde ad illum diligentius educandum duplici ſtimulo pungebatur: Altero, inquam, naturæ, altero verò gratiæ. Et ſtudium illud ſuum erga diuinum fauorem, atque gratiam filio nominando voluit indicare. Vt quotieſcunque illum appellaret, perpetuò benefi-

Digitized by Google

cium Dei occurreret, eámque ad gratias agendas incitaret.

A

De ratione nominum imponendorum.

Nomina olim non ſine certa ratione impoſita.

NOTANDVM eſt, inquit Vermilius, veteres non temerè nomina filiis impoſuiſſe, verùm ex aliquo inſigni euentu, ne vnquam beneficia Dei memoria exciderent, néve ſuos liberos negligentius educarent, & rectè ſanè. Quia dona Dei ornanda ſunt, quàm maximè fieri poteſt. Ad hæc puer ipſo nomine de officio ſuo admonebatur. Nam quoties vocabatur Samuël, ad virtutem & pietatem incitabatur. Aſt hodie nomina ſæpè caſu imponuntur, quæ præterea nonnunquam ſunt ethnica, quorum ratio ægrè poteſt aliquando reddi. Hæc Vermilius.

B

Philo Iud.

Et Philo libro de Cherubim. Reliquum, inquit, vulgus hominum nomina imponit rebus diuerſa ab ipſis rebus: vt aliud ipſæ ſint, aliud ſonent earum vocabula: apud Moſen verò nominum impoſitiones manifeſtiſſimè res ipſas indicant, vt res neceſſariò in nomen abeat ſine vlla differentia. Tria nobis obiicit Vermilius, nam his verbis in nos inuehitur. Primùm quod à caſu nomina temerè: 2. quod ethnica: 3. quod nihil ſignificantia baptizandis imponamus. Cæterùm quid ſit nomen ipſe non explicat, neq; an aliqua alia ſignificatione præter eam, qua ſingularem hominẽ deſignat, indigeat, definit. At hoc facere debuit, vt iure merito poſſet Catholicorum morem carpere.

C

Nam quòd nonnullis olim Deo volente nomina contigerint, quæ myſteriis plena ſunt, ſi ſedulò excutiantur, imperitè facit ſi ea nos quoque velit æmulari. Iam enim typica illa ratio tempore obſoleuit: & nos alia lingua vtimur, quæ in pluribus ſignificatione caret, aut ſi qua eſt, temporum iniuria deleta eſt.

Varro.

Varro lib. 4. de lingua Latina, cùm in varias ſpecies Latina verba diſtribueret, Aut noſtra ſunt, inquit, aut aliena, aut obliuia: de noſtris dicam, cur ſint: de alienis, vnde ſiot: de obliuieis, relinquam. Et iterum: Quæ ideò, inquit, ſunt obſcura, quod neque omnis impoſitio verborum extat, quod vetuſtas quaſdam deleuit: nec quæ extat, ſine mendo omnis impoſita: nec quæ rectè eſt impoſita, cuncta manet. Multa enim verba littereis commutateis ſunt interpolata: neque omnis origo eſt noſtræ linguæ è vernaculis verbeis: & multa verba aliud nunc oſtendunt, aliud antè ſignificabant, vt hoſtis, nam tum eo verbo dicebant peregrinum, qui ſuis legibus vteretur: nunc dicunt eum quem tum dicebant perduellem.

D

Scaliger.

Admonet autem & de Germanicis Scaliger exercitatione in Cardan. 266. quæ indigenis vetuſta ſunt, aliquid omnia ſignificare. Quod ſi nunc ea laude carere videantur: venire hoc, quia temporum incuria memoria deleta ſit.

Vernaculorum quorundam nominum ſignificationes.

Nam idem eſt, inquit, Conrad, qood conſulta audacia: quæ quid aliud, quàm fortitudo? Quam ſolam virtutem veteres iudicabant. ἀνδρεῖον enim generis vocabulo ſpeciem denotarunt. Carl quoque priſca vox eſt, qua robuſti, fortéſque viri deſignabantur. Id etenim eſt Carlman, quod Andreas. Igitur habes præter expectationem tuam vernacula nomina, quæ cum Hebraicis, Græcis, Latinis, & Arabicis de ſignificatione contendant: quæ tu propterea à ratione aliena iodicabas, quod eorum ſenſum minimè percipiebas. Verùm nihil ſignificent, quando ita vis, oro te quid opus eſt ad nominis proprij rationem alia ſignificatione præter eam, qua id, cuius eſt nomen, deſignat?

Duplici ratione nomina conſtant.

Plato in Cratylo.

Aut enim Cratyli de nominum impoſitione ſententiam ſequeris, aut certè Hermogenis. Si Cratyli, hoc ipſum quod poſtulas impoſitum nomen exhibet, rei namqne vim rationémqne exprimit. Verùm dialecticia opus habes, quos facit Socrates neceſſarios, non vt illi ab initio nomen indant, ſed inditum explicent: cùm enim perſonæ ſit proptium, ſine dubio ſobiecti ſui formam ideámque repræſentat. Quod ſi magis placet Hermogenis opinio, qni de ſolo arbitrio nominis vim pẽdere exiſtimat, quæres fortaſſis, qua ratione ducti tali nomine quenquam appellandum cẽſeamus? Vno verbo reſpondeo, vt à quouis alio eundem diſtingueremus. Eſt enim ea, vt opinor, imponendi nominis ratio locupletiſſima. At vis ab aliquo euentu peti. A qoo tandem? Viſne Bornos Libyæ populos imitemur ſine legibus, ſine religione? Hi nimirum ex proceritate, aut lineamentis corporis, aliiſque notis, ſingulis quibuſque nomen affingunt: & hunc quidem longum, alium curtum, craſſum, curuum, ventrioſum, ſtrabum, atqne eiuſmodi nuncupant: quæ pro cognominibus à Romanis olim fuerunt inſtituta, & à noſtris qooque Gallis vſurpata, vt inde craſſos, calnos, pulchros, balbos, longos, comatos, in regibus noſtris notaremus. Erit igitur nominis impoſitio deneganda, donec tandem, aut ſagina venter intumeſcat, aut maturius ſeneſcenti fluxa cæſaries viro nomen acquirat. Non hoc poſtulas: ſed vt ſit fauoris alicuius iam accepti memoria. Quod ſi nullus tum fortè præter cõſuetudinem inciderit, à quo poſſit ſingulariter agnoſci? Equidem quantũ cogitatione conſequi valeo, ſi qua impoſitionis nominis ratio reddenda eſt, hæ ſunt, opinor, quæ reddi poſſunt. 1. vt ſit accepti beneficij parentúmque non ingratæ voluntatis monimentum.

1. Ratio imponendi nominis.

Tale eſt nomen Samuël: tale Franciſcus, quod ex voto proli imponendum plures receperunt, ſi quam à Deo S. Franciſci de Paula precibus impetraſſẽt, quod Duci Niuernenſi noſtra ætate cõtigit: cuius idcirco primogenitus filius à R. P. F. Claudio Viuiero eo nomine eſt appellatus, quemadmodnm idem meminit in vita S. Franciſci de Paula ornatiſſimo ſtylo à ſe deſcripta. Porrò id ab omnibus fieri non eſt neceſſe: neque enim omnes ſterilem parentem ſortiuntur, vt ſit opus nomine ipſo teſtari beneficij memoriam. 2. nonnunquã ab aliquo inſigni euentu petita ſunt.

2.

Sic enim Iſaac vocatum didicimus à riſu matris ſuę, quo futuræ prolis nunrium excepit. Et *Phares, idcircò quod propter eum diuiſa eſſet*, vt inquit obſtetrix, *maceria*. Sæpius verò nihil præter ſolitum accidit, quod poſſit imponendo nomini præberi

materiam: neque enim prodigiis omnium eſt A
nobilitata natiuitas: ſed oportebit ex alio fon-
3. te nomen deducere. Nonnunquam certè no-
men ipſum futuri eſt prognoſticon, quale fuit
Noë, *Ipſe enim*, inquit Lamech pater eius, *con-
ſolabitur nos ab operibus noſtris.* Pythagorei au-
tem nomini plurimùm tribuerunt: nec defue-
runt qui ex eorum ſomniis arbitrarentur cor in
certamine ab illis vinci, à quibus numero ſyl-
labarum vincerentur: propterea enim Hecto-
rem ab Achille ſuperatum. At ignorant fortè
qui talia fingunt, Goliath à Dauid interfectum,
cùm tamen ab illo ſyllaba aut certè litteris nu-
meralibus ſuperaretur. Nos igitur primùm ma-
gorum errorem reiicimus, deinde Sanctorum B
Patrum propheticam ſcientiam non vſurpa-
mus, quare nec nomina pueris, quæ ſint futu-
rorum præſagia, tribuere poſſumus. At poterit
eſſe nomen ingenij, virtutiſque ſignificatio,
qualis dictus eſt Ierobaal Iudic. 6. & Barſabas
etiam iuſtus Actor. 1. & nos quoque pios & ſa-
pientes nonnullos ex regibus noſtris appella-
mus. Pontifices autem ſe ſe Pios & Clemen-
tes, Vrbanos, Gregorios ſeu Vigilantes indigi-
tarunt. Fabulę. Nam ſi pro certo omine nomen
eiuſmodi infanti impoſueris, magus es: ſi pro
voto, virtuti ſæpius iniuriam facies, cùm plu-
rimi futuri ſint indigniſſimi. Præſenti verò in-
fantis conditioni quadrare non poterit, cùm
etiamſi ſi quid in eo ad eam gloriam deliteſcat,
non niſi longa demum experientia deprehendi C
poſſit; vnde ſæpè facturus ſis rem indecentiſſi-
mam. Nero, ſi Gellio credimus, lib. 13. cap.
21. Noct. Att. Sabinum nomen eſt, quod pri-
mùm tradit virtuti datum, ob eam cauſam
quod virtutem & fortitudinem denotet: ſi Ser-
uio Claudio apud eundem, mitem & tranquil-
lum ſignificat. Vtraque laus præclara indole
digna viſa eſt. Itaque tam inſigni nomine Ne-
ronis Imperatoris infantia decorata eſt. Quis
non rideat? Quid enim minus illi monſtro con-
uenit? Alexandro Seuero Imperat. cum à Sena-
tu Antonini nomen offerretur, reſpondit, vt
eſt apud Lampridium in eius vita: Nuper cer-
tè P. meminiſtis, cùm ille omnium non ſolum
bipedum, ſed etiam quadrupedum ſpurciſſi-
mus, Antonini nomen proferret, & in turpi-
tudine atque luxuria Nerones, Vitellios, & Cō-
modos vinceret, qui gemitus omnium fuerint,
cùm per populi & honeſtorum coronas vna D
vox eſſet, hunc non ritè Antoninum dici, &
per hanc peſtem tantum violari nomen. Et ite-
rum cùm Magni prænomen ingereretur, quid
enim iam magnum feci? cùm id Alexander
poſt magna geſta, Pompeius verò poſt magnos
triumphos acceperit. Duplici duntaxat homi-
num generi à virtute nomen imponi debet, aut
qui generoſæ indolis ſpecimen aliquod edide-
runt, laudémque ſibi rebus præclarè geſtis pe-
pererunt, vt illis pro ornamento ſit: aut qui pa-
randæ virtuti impenſius ſtudent, vt eo tāquam
ſtimulo vehementius incitentur. An nomen ip-
ſum præterea quicquam opis conferre cenſeas,
ego quidem neſcio, nonnullorum certè olim
opinio ſeu potius error fuit: at nihil efficere
multis & exemplis oſtenditur, & probatur ra-

A virtute quibus nomen imponi poſſit.

Agellius.

Ælius Lampridius Heliogabalum intelligit.

A tionibus, accidens enim merum eſt: atque adeò
accidens, vt neutiquam ſit res. Sed rei ab animo
ficta nota. Extrinſecam denominationem Phi-
loſophi vocant, nō illam quidem nugatoriam,
qualis eſt Centauri, & Chimæræ, ſed aliam cō-
muni vitæ rebúſque politicis vtiliſſimam, quæ
cenſetur ex conſtanti ſapientum hominum pē-
dere iudicio, vímque habere perpetuam, nec
cum cogitatione ſimul euaneſcere: qualia in-
ſtituta multa habemus, vt regis, doctoris, præ-
ſidis, ducis, quæ cùm reuera nihil ſint, niſi quā-
tum illis ſapientum iudicia tribuerunt, eſſe ta-
men aliquid putantur, & his reſpublica inniti-
tur, adminiſtratur, & regitur. Nominum verò
B aliorum res quidem ipſæ per ſe ſunt, vt Leo,
Petrus, quorum naturam ſi ſpectes, non pen-
det illa à nomine: nomina tamen ab inſtitutio-
ne hominum nata, atque profecta ſunt, nec ha-
bent à natura originem, vt aliquid eſſe, aut ef-
ficere poſſe credantur.

Veruntamen, ne quid Vermilio doleat ni-
hil ſe à nobis impetrare potuiſſe, age ratio-
nem impoſitionis nominum apud Catholi-
cos poſcenti reddamus. Habetur ratio apud 4.
nobiliores maiorum, & eorum maximè qui
familiæ decus gloriámve parauerunt. Nam
quo celebrior ſit apud poſteros eorum virtu-
tis memoria, & hanc tanquam mercedem
pro meritis rependant, eorum nomina nepoti-
bus imponunt, ſimul ſperantes eorundem, poſt-
C quam adoleuerint, ex æmulatione virtutem a-
cui poſſe. Lucæ 1. *Nemo eſt in cognatione tua qui
vocetur hoc nomine.* Vel certè is, qui de ſacro 5.
fonte puerum ſuſcipit, proprium nomen indit;
arbitratus eo pacto maiorem erga filium ſpiri-
tualem charitatem teſtificari. Nam ſeipſum
quidem cùm non poſſit impendere, quod ha-
buit proprium, quod conferri poſſet, cum illo
communicauit. Et habet alioquin ipſa nomi-
num ſimilitudo ad conciliandam amicitiam nō
mediocrem vim atque potentiam, quæ inter
eos maxima eſſe debet. Sunt verò etiam plures, 6.
qui Sancti illius nomine nuncupent, cuius me-
moriam dies ille referat; rati ſe eo pacto opem
præſidiúmque puero quærere. Illum namque
beatum, cùm apud Deum plurimum poſſit, &
charitate ferueat, cognominis ſui curam habi-
turum. Hæ ſunt, opinor, Vermili, rationes, quæ
à Catholicis reddi poſſint, quas tu nobiſcum
D probare debueras. At ſunt ethnica illa nomina,
quæ imponitis, Latina plerumque, aut etiam
Græca, vel denique vernacula cuiuſque gentis,
à maioribus noſtris olim infidelibus accepta.
Sanúſne es, mi vir, qui tam abſurda loqueris? Si
cuiuſque nomen illius eſt proprium, quomo-
do, Catholicus cùm ſim, poſſum dici ethnico
nomine appellari? Sed hoc vis, ab illis eſſe mu-
tuata. Et illud cœnæ nomen, quo auguſtiſſi-
mum religionis noſtræ Sacramentum deſignari
voluiſtis, vnde amabo te accepiſtis? Præterea
autem miror qui fiat, vt non aduertas in quos
hanc ſtruas calumniam, nam nos quidem telum
iſtud non ferit: dudum enim quæcunque tan-
dē illa nomina ethnica eſſe deſierunt. At ſi qua
culpa eſt, tota Apoſtolorum eſt, qui eiuſmodi
nomina tulerunt, aut etiam impoſuerunt, cùm
pene

Nomen rationis res eſt, non naturæ.

Quæ nomina pueris imponenda ſint.

A penè omnis Eccleſia iſtius generis nominibus ex eorundem Actis Paulique Epiſtolis deſcribatur: nos verò nunc demum religioſè vſurpamus, poſtquam illa confeſſione fidei, & Martyrum ſanguine cœlo dedicata ſunt. Itaque iam nullum apud Pariſios Dionyſio nomen auguſtius, nullum Martiali apod Lemouices, & apud noſtros Siluanettenſes Regulo, ibi namq. prima fidei uoſtræ fundamēta iecisse memoratur, fuitque eiuſdem ciuitatis primus Epiſcopus: in cuius Diœceſi Creſpeiū ciuitatula noſtra, Valeſiorum metropolis, ſeu prima iudiciorū ſedes ſita eſt. Hanc verò celeberrimam conſuetudinem cùm antiquiſſimorum Patrum teſtimonia confirmant, tū etiam concilia ſois decreris ſanciunt. B Nam S. Dionyſ. Alexand. hoc ipſum teſtatur apud Euſebium hiſt. l. 7. c. 20. & Concilij Niceni Canone xxx. præcipitur, vt Chriſtiani in baptiſmo nomina imponant filiis ſuis, non Gētilium, ſed Chriſtianorū. Ea nos amplectimur, nō Iudæorū, qualia vobis placuiſſe video, neſcio quo Eccleſiæ contēptu, Synagogæ autē æmulatione ridicula. Verùm reliqua etiam videamus.

Euſebius: Concilium Nicenum.

Quare nonnunquam Religioſi nomina commutent.

Vermilius.

C PATRES, ait Vermilius, cùm ita diligentes eſſent in ſuis filiis nominandis, certa quadā ratione Deum ipſum imitabantur, qui cùm aliquem hominem ad nouū aut inſigne opus gerendum vocaret, non ſemel eius nomen immotault. Ita eum, qui priùs dicebatur Abram, Abraham appellauit, Iacobum Iſraëlem, & Symonem Cæpham. Etenim qui ſic à Deo vocātur, qoodammodo rurſus naſcuntur, ideò non mirum ſi alio nomine appellantur.] Poſt hæc, ne pręcipuos amicorum ſoorum obliuiſci videretur, addit. Ex hoc inſtituto monachi ridiculā κακοζηλίαν arripuerunt, curātque ſibi mutari nomina, cùm ſuum illud inſtitutum profiteotur: ſed cùm ſine vlla Dei vocatione nomina dant aut Franciſco, aut Dominico, aut neſcio cui, videntur Chriſti baptiſmū abiurare. Papa quoque hodie cùm primum ſuam cathedram obtinuit, oomen ſuum immutat, non alia, vt arbi- D tror, cauſa, niſi vt cū antea fuerit ſceleſtiſſimus, mulrò poſt fiat ſceleratior. Hoc verò inſtiturū primus reperit Sergius ſecundus eius nominis, qui cùm antea ob oris fœditatē os porci dictus eſſet, poſtea Sergius dici maluit. Verùm hæc partim impia ſunt, partim ridicula, cùm patres veteres nomina ſuis liberis non niſi piè ac prudenter impoſuerint. Ita Vermilius, rem nefandam ſcilicet modeſtiſſimè elocutus. Sic enim feciſſe virum ſapiētem decuit, & eum maximè, qui Euangelicam manſuetudinem profitetetur. Impij igitur Monachi, qui tantum ſceleris in ſe admittant mutando nomine. Et qui ſunt tandē illi Monachi? Nam de illis, vt reor, loqueris qui de more ſolent, cùm initiantur, nouum nomen aſſumere. Suntne igitur illi qui ſub ſignis, Baſili, tuis militant? Minimè. An qui Auguſtini caſtra ſequuntur? Neutiquam. Illi forſitan, qui in plures ordines deducti, Benedicto duce ac parē-

Vermilij duplex mendacium.

I.

A te glotiantur? Ne illi quidem. Non igitur Cluniacenſis familia, non Ciſtercienſis ordo præclarus, non Carthuſianorum Angelicus exercitus, non Cœleſtinorum cœleſtis chorus, non denique vlla Monachorū congregatio hactenus illaoi conſuetudinē publicè vſurpauit. At Dominici & Franciſci ſectatores nemo eſt, qui tāti criminis immunes aſſerere audeat. Illos verò Monachos Vermilio appellare placuit eadem venuſtate ac gratia, qua Cardanus ſacrarum rerum peritiſſimus, Gaſparum Ieſuitam Monachum facit. Egregium planè nomen, & mille clariſſimorum luminum virtutibus, Baſilij, Gregorij vtriuſque, Chryſoſtomi, Hieronymi, B Aoguſtini ad cœlum vſque elatum. Veruntamen quoniam is titulus ſolitudini conſecratus eſt, nos qui proximorum ſaluti incumbimus, & plurimùm humana cōuerſatione demergimur, Religioſi potius Monachorum filij, quàm Monachi vocamur. Et tamen inter religioſorū ordines, qui plures ſunt, qois eum tandem morē obtinet? Num Dominicanus, nom Carmelitarum, Auguſtinianorum, Ieſuitarū, aut etiam Minimorum, ſi tamen quis idoneos exiſtimet, qoos inter tot præſtantiſſimos ordines recenſeat? Sola eſt, quantum memoria recolo, ſancti Franciſci familia, quæ tuo tēpore tyrones ſuos in album mutato nomine referret: reliquæ om- C nes antiquum nomen retinenres, ab illa nominum metamorphoſi abſtinent.

Verùm ſint tales vel ſoli minores, inoeniſti tandem qoos argueres. Videamus igitur iure, an iniuria. Et quidē, quod ad priores attinet, paucos ex Minoribus nomen mutaſſe comperies. Noſtro verò tempore Capucinis, eandē militiā profeſſis, tanquam pro lege eſt. Neque tamen video quamobrem propterea reprehendendos putes. Num igitur non licet cuiuis pro arbitrio nomē mutare? Ea libertas etiam lata lege ſancita eſt. 1. Eam accipe Cod. de mutatione nominis l. vnica. Sicut in initio nominis, cognominis, prænominis recognoſcendi ſingulos impoſitio libera eſt priuatis: ita earum motatio innocentibus periculoſa non eſt. Mutare itaque nomē, vel prænomen, ſiue cognomen, ſine aliqua fraude licito iure, ſi liber es, ſecūdū ea quæ ſæpè ſta- D tuta ſunt, minimè prohiberis: nullo ex hoc præiudicio futuro. Itaq. Vermiliſi recū iure agere liceat, lege ſe tuebuntur adoerſū te Capucini, nec ſi quidē vim afferre paratus ſis, obtinebis. Porrò 2. tam ſemper fuit hoc liberum, & in arbitrio cuique poſitum, vt plures olim ſola nominum celebriorum ambitione, id quod prius acceperāt, alio aſſumpto deleuerint. Propreteà enim Alexianus Māmææ filius, cùm ab Heliogabalo Cæſar eſt dictus, ſimul etiam Alexander eſt appellatus, quòd viſum eſſet illud nomen illuſtrius, & futuro Imperatore dignius. Herod. l. 5. Auguſtus verò Cæſar, cùm primùm Thurinus eſ- 3. ſet cognominatus, mox eo repudiato Octauij patris ſui nomen aſſumpſit. Et cùm per contumeliā poſtmodū ab Antonio in Epiſtolis Thurinus eſſet appellatus, ipſe nihil amplius quàm mirari ſe reſcripſit, pro opprobrio oomen prius ſibi obiici. Suetonius cap. 7. in eod. non paoci 4. etiam ex barbaris, cùm ſolum vertere, & Romę

Rationes ob quas vitam religioſam profitentes nomina mutare poſſint.

Herodian: lib. 5.

Suetonius.

L

autin Græcia ſedem figere ſtatuiſſent, quò ſtri-
dorem illum barbaricorum nominum vitarent,
& eruditis auribus parcerent, elegantiora no-
mina ſibi aptare ſunt coacti. Quemadmodum
& qui aliundè ad barbaros commigrarunt, gen-
ti conſueta nomina recipere ſunt compulſi. Sic
Daniel.
5. enim Danieli & ſociis eius in eiuſdem libro cõ-
tigiſſe legimus. Iam verò, quòd quædam mi-
nus honeſta viderentur, ea qnoque ratio pleriſ-
que mutandi nominis occaſio fuit. Cuius rei
eximium exemplum præbent Ægyptij quidam
Martyres, qui vnà cum Pamphilo Martyre ſta-
dium ingreſſi, pariter coronati ſunt. Illi nam-
que, cùm, quæ eſſent eorũ nomina, à Firmiliano
præſide rogarentur, contemptis idolorum no-
minibus, quæ ſibi olim fuerant impoſita, Pro-
phetarum nomina aſciuerunt; indignum rati,
ſi, cùm eſſent Chriſti, & in extremo pro illius
amore agone conſtituti, dæmonum nominibus
6. cenſerentur. Narrat Euſeb. l. 8. c. 20. Sunt etiã
Euſebius.
qui amicorum ſibi nomina proprio contempto
impoſuerint, quo maiorem beneuolentiam te-
ſtarentur. Euſebius Pamphili, Hildebrandus
Pontifex factus Gregorij 6. quos ſummè dile-
7. xerant, ſibi nomina indiderunt. Adoptione item
quicunque olim in alienam familiam insererẽ-
tur, hæreditario iure nouum nomen ſortiebantur,
quemadmodum Octauio contigit, vt Cæ-
Suetonius.
ſar ex auunculi teſtamento diceretur. Sueton. c.
8. 7. in Octauio. Præterea, ſi prodito nomine pe-
riculum aliquod innocenti immineat, quis no-
men immutãdum neget? Proferam, vt opinor,
luculentam hiſtoriam, quæ omnem facilè du-
bitationem, ſi qua animo hæſerit, abſterget.
Pionius Presbyter Eccleſiæ Smyrnenſis, nobi-
liſſimus Martyr, cùm ad martyrium vna cum
Sabina properaret, eandem monuit, & Theo-
dotã appellauit; ne ex nomine cognita, in ma-
nus impiæ ciuis dominæ ſuæ rurſum incideret:
quæ Gordiano imperante cùm vellet Sabinam
à fide abducere, eam vinctam in montibus rele-
gauit. Sed ibi clã neceſſaria à fratribus accepit,
à quibus etiam, vt à dominæ ſeruitute & vincu-
Euſebius.
lis liberaretur, ſtudioſè procuratum eſt. Euſeb.
l. 4. c. 14. ex Epiſtola Smyrnenſis Eccleſiæ. Vi-
des, vt iam appetente martyrio, cùm maius di-
ſcrimen à truci & immiti domina quàm à ty-
ranno metueretur, non dubitauit vir ſanctiſſi-
mus, atque doctiſſimus periclitanti nomen im-
mutare? Si dolus abſit, nullum crimen eſt. No-
men quoque vertit S. Thomas Cantuarienſis,
cùm Henrici 2. Angliæ Regis inſidias vímque
9. mutato etiam habitu effugeret. Sed neque ſi
quiſquam ob æmulationem virtutis illuſtris vi-
ri nomen aſſumat, priore neglecto, arbitrabor
eum magni criminis patratorem eſſe. Qua ra-
tione Seuerus Imperator filium natu maiorem,
Baſſianum quondam dictum, Antonini nomi-
ne voluit appellari; ipſe verò idem Antoninus
duces exercitus ſui Alexandri Macedonis du-
10. cum nomina iuſſit aſſumere, quò eorundem
virtutem æquare ſtuderent. Quid ſi iterum ad
conciliandum populi fauorem, aut demerẽdos
militũ animos, nouus Imperator illius ſibi no-
men imponat, quem nouerit fuiſſe olim gratiſ-
ſimum? Eo nomine Seuerum non accuſarim

A quòd Pertinacis nomen aſſumpſerit, aut etiam
Heliogabalũ quod Antonini: ſed quod neuter
ſe ſimilem iiſdem exhibere curauerit. At verò ſi
quis pietatis ſtudio incẽſus, & sãctæ humilitatis
amore inflammatus, necnon & ſolitudinis de-
ſiderio perſuaſus, quò liberius hominibus in-
cognitus ſe totum Deo impendat, nomen mu-
tauerit, is, opinor, non modò criminis expers
habendus erit, verumetiam maxima laude cele-
brandus. At ea eſt præcipua Capucinis mutan-
di nominis ratio, quantum ex S. Antonij facto,
cùm Minorum ordinem ſuſciperet, intelligere
poſſumus. Ille namque, cùm Ferdinandi prius
nomine innotuiſſet, Antonius deinceps nomi-
B nari impetrauit, quod is locus in quem ſe rece-
perat, magni Antonij memoriæ nuncupatus
S. Anton. ſummæ hiſtorial. parte 3. tit. 24. cap. 3.
eſſet: ea mente atque conſilio, vt S. Antonini
verbis explicem, vt requirentium ipſum ſoli-
citudinem, pia cautela deluderet, eorúmque
importunitates ſub ignoto facilius nomine de-
clinaret. Verùm ad Pontificum tandem cau-
ſam perorandam accedamus.

Qui Pontifices primùm nomen mutarint, & qua de cauſa.

DVO mihi potiſſimùm refellẽda eſſe video.
Nam quod ait Pontifices recens creatos,
ridiculè, aut etiam impiè, nouũ nomen aſſume-
C re, calumnia eſt. Quod autem aſſerit primum
omnium Sergium 2. ob oris fœditatẽ os porci
nominatum, nomen mutaſſe, mendacium eſt.
Tu ipſe, ne fortè ſuccenſeas Vermili, aut putes
me velle maledicta in te tua regerere, ex dicen-
dis manifeſtè comperies. Primùm igitur fuiſſe
Sergium 2. egregium Pontificem authores cõ-
ſentiunt, & tumuli eius inſcriptio teſtatur. Cõ-
Platina.
ſtat, inquit Platina, Sergium ex illuſtri familia
ortum, nequaquam à maioribus ſuis degene-
raſſe, adiuuantibus eius præclarum ingenium
Sergius 2. plurimùm ab hiſtoricis commendatur.
Leone 3. Stephano 4. Eugenio 2. & Gregorio
4. Pontificibus: quorum doctrina, moribus,
atque inſtitutis ita profecit, vt ſolus mortuo
Gregorio dignus haberetur, qui Pontificium
munus obiret. Quanta autem cum modeſtia,
prudentia, & religione Pontificatum geſſerit,
ſatis ſupérque Romani populi acclamationes
teſtãtur, eum verum Chriſti vicariũ, & vnicum
D patriæ parentem prædicantis. Præterquã quod
idem quoque egregiis ſacrorum ædificiorum
monumentis ſuam erga Deum pietatem teſta-
tam reliquit, ita ut iure merito inter laudatiſſi-
mos Pontifices annumerari poſſit. Fuit enim
hic Pontifex, vt de eo ſcribit Onuphrius in ſua
Onuphr.
Epitome, humilis, pius, benignus, & manſue-
tus, multáque opera bona feciſſe commemo-
rat. Quod idcirco refero, ne quis Vermilio fi-
dem adhibens, arbitretur hunc Pontificem, ve-
lut portentum aliquod, roſtro ſuillo territis
omnibus ſedem Apoſtolicam occupaſſe. De il-
lo teſtatur Iacob. De coll. in hiſtoria ſua vt au-
S. Anton.
ctor eſt S. Antoninus parte 2. ſum. hiſtor. titul.
16. c. 1. §. 5. quod fuit origine inſignis, fi-
de durus, prædicatione liberior, Deo humi-
lis: hominibus valdè amabilis, pauperum

Digitized by Google

Anaſtaſius Biblioth.

Sergius non fuit ore ſuillo deformis.

& indigentiam conſolator. Quæ omnia Ana-
ſtaſio Bibliothecario accepta referre debemus,
ipſe enim plutibus ipſius Sergij vitam, ab ipſis
penè incunabulis enarrauit, & præclaras illius
laudes non contemnendo ſtylo perſecutus eſt.
Quem etiam, ne monſtrum fuiſſe putes, à vul-
tus alacritate commendat. Vixit autem illius
tempore, quemadmodum & S. Ado Viennẽſis,

S. Ado.

qui licet eiuſdẽ in fine Chronici ſui meminerit,
Pontificis tamen mores ingeniũmq; nõ attigit.
His autem, quæ ab Anaſt. de illo ſcripta ſunt,
etiam monumenti Epitaphiũ cõſentit: ſic enim
habet, prout ex antiquis olim erutũ ruderibus,
Cæſar Baronius ex Bibliotheca Baſilicæ S. Pe-
tri in ſuos Annales tranſcripſit, ad annum 847.
cùm ipſe 844. imperante Lothario Reipublicæ
Chriſtianæ gubernacula ſuſcepiſſet.

Sergius en tumor præſul, & plebis amator
Hoc tegitur tumulo, qui benè pauit oues.
Spes patriæ, mundique decus, moderator opimus,
Diuinis monitis non fuit ille piger.
Romanos proceres non tantum famine verbi,
Rebus & humanis nocte, diéque fouens.
Vtque Leo ſanctus Damaſus quoque Papa benignus
Hic vitam tenuit, inſtituitque gregem.

Sergius 2. primus ex Pontificibus nomen non mutauit.

Talis igitur fuit Sergius 2. talémque ſe præſtitit
Pontificem, qualem Eccleſia ſuis votis optaret.
An verò is, quod ait Vernulius, cùm eſſet infa-
mi nomine, primus Põtificum nomen mutarit,
ſi cõſulas recẽtiores, præter paucos reliqui om-
nes accepiſſe ferunt. At verò Anaſtaſius, etiam
ante adeptum Pontificatum conſtanter Sergiũ
vocat, Romanum, ex patre Sergio. S. Antoni-

Martinus Polonus.

nus authorem Fabulæ Martinum Polonũ facit,
quadringẽtis annis Anaſtaſio iuniorem. Quem
authorem in multis ſæpè lapſum, & temerè cre-
dulum, cum doctiſſimis ætatis noſtræ ſcriptori-
bus tutò contemnimus. Sed neque Sergius 3.
nomen mutaſſe perhibetur. Qui verò nomen
mutarit in Pontificatu primum inueni (inquit

Onuph.

Ioannes 12. primus nomen mutauit.

Onuphrius annotatione in Platinam ad Ioannẽ
decimum tertium) Ioannem duodecimum. Nã
cum anteà Octauianus vocaretur, vt Guillo Bi-
bliothecarius ſcribit, gentili nomine omiſſo, tã-

1 Ratio.

quam parum maieſtati, & religioni Pontificiæ
idoneo, ſe Ioannẽ appellauit, quod ex Frodoar-
do Canonico Abbate Rhemenſi probat Baro-
nius, ſcriptore illius ſeculi, & nos quoque apud
Hermanum Contractum legimus in nouo co-
dice, ſeu manuſcripto ad annum 955. quo anno
refert quoque Baronius. Huius exemplum ſe-
quentes Pontifices, vt ſcribit ibidẽ Onuphrius,
qui deforme & parum conueniens tanto magi-
ſtratui nomen habuere, ſenſim, & paulatim ſe-
cuti, leuem conſuetudinem tanquam in legem
2. perpetuam tranſtulerunt. Cæterùm hanc rem
Romani Pontifices, & præſertim ex Germania
lecti, Bruno, Gerebertus, Sindegerus, Poppo,
alius Bruno, Geberardus, Fridericus, Gerar-
dus, Cadolus, Anſelmus, Hildebrandus, & ſi-
miles maximè confirmarunt, barbarorum no-
minum deformitate commoti. Hactenus Onu-

S. Antonio.

phrius. Porrò his rationibus S. Antoninus ex
3. Archi. duas alias addit, quarum 1. eſt Chriſti
exemplum, qui Pontificum eius ordinis cori-
phæum, cùm ei claues ſe daturum polliceretur,

A Petrum vocauit, cùm antea Simon diceretur.
2. vt eo pacto nouus Pontifex admoneretur nõ-
uo nomine aſſumpto nouum quoque homi- 4
nem induendum, qui, vt inquit Apoſtolus, ſe-
cundum Deum creatus eſt, & veteris malitiæ
expurgato fermento, ſoli in poſterum pietati &
religioni incumbendum. Aliam iterum ratio-
nem mutandi ſui nominis Sergius 4. qui anno
1009. Pontificatum iniit, habuit, nimirũ quod 5.
eodem quo Petrus nomine diceretur. propter-
ea enim ob reuerentiam Apoſtolici culminis il-
lo cedere placuit, vt eiuſdem ſepulchri inſcri-
ptio in Lateranenſi baſilica atteſtatur.

Albanum regimen luſtro venerabilis vno
Rexit, poſt ſummum ducitur ad ſolium.
In quo mutato permanſit nomine præſul,
Sergius ex Petro: ſic vocitatus erat.

B Quod etiam teſtatur lib. 6. Ditmarus Merſe-

Ditmarus.

purgenſis Epiſcopus, qui eodem tempore flo-
ruit, & ſuæ ætatis hiſtoriam ſumma fide con-
ſcripſit, pietate atque humilitate inſignis. Sic

Sergius 4. buccaporci cognominatus eſt.

eundem Sergium etiam Buccamporci nuncu-
patum docet, quod de cognomine intelligi ne-
ceſſe eſt, cùm proprio nomine Petrus vocare-
tur. Quare nec propterea nomen mutare coa-
ctus eſt, cùm non eſſet illius nomen: nec oris
fœditatem vocabulum arguit, cùm non eſſet
propria, ſed gentilis denominatio, antiquæ no-
bilitatis argumentum, quale Porcij nomen in

Fuit illud cognomen nobilitatis argumentũ.

familia Catonum fuit. Nuper Scaligeri Canes
dicebantur. Cyrus propriè canem ſignificat:
neque tamen, qualem Anubim Ægyptij fin-
gunt, illi nobis canino ore fuiſſe credendi ſunt.
C Sus verò, ſeu aper ante Marij 2. conſulatum,
quo cœpit Aquilam Romanis caſtris inferre,
inter ſigna militaria, vt Feſtus author eſt, quin-
tum locum occupauit. Apud Ægyptios etiam
bellicæ fortitudinis ac nobilitatis indicium

Diodorus.

fuiſſe inde colligo, quod Diodorus Siculus lib.
2. cap. 4. docet, cùm primùm illi, à ſylueſtri
& inhumana vita ad Ciuilem tranſeuntes, à fi-
nitimis bello peterentur, acie facta animalium
formas exercitui prætuliſſe, animaliáque ſub
quorum ſignis vicíſſent, perpetuò deinceps
non modò honoraſſe, verùm etiam adoraſſe.
Primi item reges priuſquam diademate, aut co-
rona tempora cingere didiciſſent, pro diade-
mate & corona, Leonis, Apri, Lupi, aut etiam
Serpentis exuuias capite oſtentabant, quò ter-
ribiliores eo cultu populis apparerent, eóſque
in officio continerent. Inde familiis indita no-
D mina, inde poſteris quæſita ſtemmata, quæ ge-
neris præſtantiam ſignificarent: quæ nemo eſt
qui alteri vertat in contumeliam, aut probro
ducat, vel etiam exprobret, tales olim habuiſſe
parentes, horrenda forma monſtro ſimiles,
quin potius plures ex illuſtribus familiis vi-
demus ſuillo capite gloriari. Non enim à for-
mæ ſimilitudine ſtemmatum aut nominum ra-
tio petenda eſt, ſed vel ab euentu aliquo,
quòd eiuſmodi feram maiorum aliquis fortiter
cõfecerit, vel quod familiæ gloria nouis ſenſim
acceſſibus aucta ſit, vel augeri poſſe poſteros
admoneat: hoc enim genus ſemper vlterius
progreditur: aut certè facunditas ipſa notatur,
aut quid aliud ſimile, quod ad ſtirpis commen-

dationem pertineat. Cretenſes ſuem ſacram A habent. Ægyptij roſtri eius præcipuè rationem ducunt: cuius hanc cauſam affert Calliſtratus apud Plutarchum in Sympoſiacon 4. quòd prima roſtri acumine tellurem findendo, aratri vſum oſtenderit: vnde ruotico inſtrumento vomeri nomen ὕνις, à ſue videlicet, quæ ὗς illis dicitur. Certè quicquid illi voluerint, qui eum buccam porci, vt Ditmarus, vel os porcinum, vt alij cognominarunt, præſtantiſſimum eũ fuiſſe Pontificem quotquot de illo ſcripſerunt, conſentiunt, Ditmarum, vt opinor, ſecuti: ſed & ipſum ſepulchri Epitaphium paucis, quæ ab aliis copioſè ſcripta ſunt, complectitur.

nis roſtrum commendatur.

Plutarch.

Hic tumulata iacent paſtoris membra ſereni,
Quem decus Eccleſiæ contulit Omnipotens.
Pauperibus panis, nudorum veſtis opima,
Doctor & egregius qui fuit in populo. B

Platina tantæ fuiſſe prudentiæ refert, vt toto ſuo Pontificatu nil commiſſum ſit, quo meritò reprehendi gubernantis negligentia poſſit. In Deum enim omnem mentem cõuertens (quod facere Pontifices omnes deberent) iuſtè atque integrè omnia ex animi ſui ſententia benè natura & moribus inſtituti, gubernabat. Hæc ille.

Platina.
Sergius 4. Pontifex laudatiſſimus.

VERSVS 21.

Aſcendit autem vir eius Elcanah, & omnis domus eius, vt immolaret Domino hoſtiam ſolemnem, & votum ſuum. C

GRÆCVM Interpretem hoc loco Vermilius impudentiæ arguit, quòd addiderit Elcana decimas obtuliſſe ex omnibus agris ſuis. Nos verò ſic legimus apud Græcum interpretem, καὶ ἀνέβη ὁ ἄνθρωπος Ἐλκανὰ, καὶ πᾶς ὁ οἶκος αὐτοῦ θῦσαι ἐν Σηλὼ τὴν θυσίαν τῶν ἡμερῶν, καὶ τὰς εὐχὰς αὐτοῦ. *Et aſcendit homo Elcana, & omnis domus eius ad immolandũ in Silo hoſtiam dierũ, & vota ſua:* Quæ cum Hebræo, & Chaldæo Paraphraſte cùm optimè conſentiant, nil corrigendum putaui. *Solennem*, anniuerſariam explicat Vatablus. Meliùs Paraphraſtes Chaldaicus *Solennitatis*, vnius ſcilicet ex eis, quibus apparere coram Domino præceptum erat. Niſi forte eximiam & præclaram ſignificet, quam agnito beneficio, & ſuſcepto filio illico ante ſtatuta tempora obtulerit. Gratum quippe illi fuit ſuſcepiſſe filium: multò gratius ex Anna ſterili & chara vxore: gratiſſimum verò, quòd illi Deus eum dediſſet præter naturæ vim atque facultatem. Habebat ille quidem alios liberos ex Phenenna: ſed ex Anna, quam ſummopere amabat, ne vnum quidem ſuſceperat. Fit etiam mentio de voto, quo apparet eundem, præter vxoris votum, ſe aliquo voto aſtrinxiſſe. Hoc erat familiare Iſraëlitis, cùm aliquod à Deo beneficium peterent, vt ad orationem ſuam votum quoque adiungerent: id quod Catholici etiam hactenus, vt decet, imitantur. D

VERSVS 22.

Et Anna non aſcendit: dixit enim viro ſuo. Non vadam donec ablactetur infans, & ducam eum, vt appareat ante conſpectum Domini, & maneat ibi iugiter.

VERMILIVS. Noua mater nunc ad tabernaculum non vult aſcendere, cúrque nolit, rationem affert: quod priùs vellet puerũ ablactare. Illa enim ætate infantili Samuel infirmus erat, idcirco noluit periculo exponere, ne aliquid in itinere illi accideret: nec poterat ipſa proficiſci, & puerum domi relinquere. Etenim ipſa eum lactabat, nec tradiderat nutricibus. Alioqui extabat lex in Leuit. 12. capite de puerperiis, qua mandabatur, ſi filium maſculum peperiſſent, vt poſt quadraginta dies aſcẽderent, eúmque offerrent Domino. Sic Beata Virgo Seruatorem noſtrum obtulit, quem Symeon ſuis vlnis cõplexus eſt: ſed fortaſſe Chriſtus robuſtior Samuele fuit. Cùm autem infans vt aliquando fit, debilior eſſet, mater cũ eo ad domũ Dei aſcendere minimè cogebatur. Scribitur quidem in lege, & poſt quadraginta dies legitimè purgetur, non tamen id præcipitur, vt ſtatim euolutis quadraginta diebus id fiat. Omnino tamen oportuit liberos Domino ſiſtere, præſertim ſi fuiſſent primogeniti. Chryſoſtomus ait Hannam aſcendere noluiſſe, quod optarit coram Domino apparere vnà cum dono ſibi collato. Lex quidem præcipit, vt mater aſcenderet, verùm cùm vel ipſa, vel infans ægrotaret, oportuit legem ad officia charitatis exigere, necnon ad rationem communis legis, qua requiritur à matribus, vt liberos diligenter curent. Nec tamen Hanna domi remanſit, niſi cõſcio & volente marito, cui rationem conſilij ſui reddidit, cui, vt iuſtæ aſſenſum præbuit. Bellè hoc Vermilius. Verùm cùm rationem conſilij ſui marito redderet, ægritudinis aut infirmitatis prorſus non meminit. Neque credibile eſt toto tempore, quo eum lacte aluit, tantopere infirmum fuiſſe, vt ad tabernaculum ferri non poſſet, maximè cùm non ita magno interuallo locus eſſet diſſitus. Quamobrem verior eſſe videtur ſancti Chryſoſtomi ſententia, quã ipſa ſatis ſuis verbis expreſſit, & probauit Elcana. Neque videri potuit illa mora in legem peccare, quam non religionis contemptus, aut officij negligentia afferret, ſed maior quædam diuini cultus ratio. Nam cùm illum apud ſe ſtatuiſſet Domino in perpetuum offerre, non erat neceſſe, quemadmodum aliæ mulieres ſolerent, recens natum Domino ſiſtere, poſt peractam oblationem denuo reducendum: ſatis enim iam ex voto dedicatus erat: ſed educari primùm debuit, & matris cura atque ſollicitudine infirmior ætas confirmari, donec iuxta promiſſi fidem abſque incommodo tradi poſſet. Non ſane poterat illi officio deeſſe videri, quæ idcirco offerre cunctabatur; vt non

Vermilius.

Quid de circumciſione, Vermili, quã non ſerò infans perimebatur?

Ratio, ob quam Annæ licuerit oblationis filij, ſuæque purgationis tempus differre.

modo offerret, verumetiam omnino traderet. Primùm itaque filium ablactare voluit, ne quid imperfectum Domino offerret, aut oneri potius quàm miniſterio futurum : eſt enim in enutriendis infantibus cura adhibenda non modica.

E T *ducam.*] Ducere dixit, nòn ferre : nam etſi forte per ætatem totum iter conficere non potuit, voluit tamen ſuis pedibus tabernaculum iogredi, ne magis offerri à matre, quàm ſeipſum offerre videretur. Obluctantes enim, & inuitos Deus non admittit : ſed *hilarem datorem*, vt inquit Apoſtolus, *diligit* & amplectitur. Talis eſt, qui ducitur : etſi enim conſilio atque adhortatione iuuatur, & regitur, ſimul tamen tanqoam per ſe incedit, dum ſanis conſiliis acquieſcit, & vltrò obtemperat.

Inuitus nemo Deo dedicetur.

V T *appareat coram Domino.*] Non enim aliàs appareret. Nam, ſicut teſtatur Scriptura pluribus locis, *Homo quidem faciem videt, & ex vultu cognoſcit, at Deus cor intuetur.* Vnde neque illi olim apparuiſſe coram Domino credendi ſunt, de quibus cum populo expoſtulans, ait : *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè eſt à me.* Eruditè etiam interpretatur Origenes Homilia de Anna & Samuele, hoc pacto oſtendi, conſecrari Deo neminem poſſe, qui adhuc lacte alitur, & puer ſenſibus atque expers eſt ſermonis iuſtitiæ, nec ſacerdotalia poſſe procurare Sacramenta, niſi deſiſtat à puerilibus, & in maius aſcendat ab his quibus Apoſtolus dicit : *Lac vobis potum dedi, non eſcam, nondum enim poteratis.* Hæc Origenes. Debent itaque parentes intra domeſticos parietes prima religionis elementa ſuos liberos edocere, & à teneris vnguiculis ad pietatem inſtituere, ac ſic demum tanquam rudiore penicillo delineatos, Eccleſiæ perficiendos exhibere. Docet nos præterea prudentiſſima mulier parcendum initio tyronibus, nec citò labori atque periculis eſſe exponendos : ſed indulgentia prius confirmari debere, & virtutibus adoleſcere, atque tum demum in aciem produci. Leuitici capite 9. verſu 23. nouellarum arborum præputia auferri iubentur, poma ante annum quartum Deo conſecrari prohibentur. Hactenus enim cultus potius adhibendus eſt, quàm fructus vllus decerpendus. Item, *Non coquas*, ait Scriptura Exodi 23. *hœdum in lacte matris ſuæ*, id eſt, donec lac ſugit, donec ablactetur, ſiue matureſcat. Et iterum de vitulis, & agnis, *Septem diebus ſint cum matre ſua, die octaua reddes illos mihi.* Quorſum hæc ? Vt diſcamus aliquid concedendum eſſe infirmitati, aliquid ætati, nec citò fructum velle ex incipientibus percipere : ſed humanè primùm habere, & æquanimiter ferre, tantiſper dum euadant robuſtiores ; alioqui enim cùm arborum, tum animalium carnes, & fructus ad veſcendum primo tempore inſalubres ſunt, & mali ſucci, valetu-

Origenes.

Parentes elementa fidei ſuos docere debent.

Parcendum tyronibus.

A diníque plurimùm officiunt. Non ſunt igitur omnia ab omnibus, omni tempore exigenda: ſed iubet lex paſſerculis contentos, à matre abſtinere. Vetat item ne pellem cum lana euellere tentemus : hoc eſt, ne intempeſtiois temerè laboribus ab ipſo ortu ingenuam indolem obteramus.

E T *maneat ibi iugiter.*] Ibique ſit in ſeculum habent Septuaginta, & interpres Paraphraſis Chaldaicæ, & ſic quoque Latinè reddit Vermilius, & ſubdit : vox Hebraica עולם *Gholam* non ſemper ſignificat æternitatem, ſed certum longúmque ſpatium temporis. Intelligemus itaque Leuitarum ſeculum, quod erat vſque
B ad annum quinquageſimum. Qua etiam interpretatione legem illam accipiemus de ſeruo, qui expletis iam ſex annis ſeruituris recuſaret liber fieri. Auris illi ſubula perfodiebatur, atque ita cogebatur ſeruus eſſe vſque ad עולם *Gholam*, id eſt vſque ad quinquageſimum Iubilæi annum. Dicitur à Rabinis, vixiſſe Samuelem quinquaginta duos annos in vniuerſum. Quod ſi demus, inde colligetur ipſum duos tantùm annos fuiſſe apud matrem, atque ita in miniſterio Dei Leuiticum olam expleuiſſe, id eſt annos quinquaginta. Ita Vermilius. Cui neſcio quî venerit in mentem tam aperta Rabinorum mendacia ſuis commentariis inſerere. Quî enim fieri poſſet vt ſenex haberetur, & canus, cùm filios iudices conſtituit, ſi quidem
C quinquageſimus & ſecundus annus vltimam eius vitæ periodum clauſerit ? Quod ad ſeculum, ſeu holam attinet, melius Vatablus, *quamdiu vixerit.* Nam & ipſa Anna ſuperius verſ. 11. idem manifeſtè pollicita eſt, cùm diceret, omnibus diebus vitæ ſuæ : nec ab ea interpretatione ſeculi ſignificatio diſſentit. Eſt enim ſeculum, ſpatium cuique vitæ ſuæ. Nam de ciuili Cenſorinus loquitur, cùm definit libro ſuo de die Natali : ſeculum eſſe ſpatium vitæ humanæ longiſſimum, partu & morte diffinitum. In vnaquaque, inquit, ciuitate, quæ ſint naturalia, ſeu potius ciuilia ſecula, Rituales Ethruſcorum videntur docere, in quibus ſcriptum eſſe fertur initia ſic poni ſeculorum : qoo die vrbes atque ciuitates conſtituerentur : de his qui eo die nati eſſent, eum, qui diutiſſimè vixiſſet ; die mortis ſuæ primi ſeculi modulum finire. Eo-
D que die qui eſſent reliqui in ciuitate, de his rurſum eius mortem, qui quàm longiſſimam egiſſet ætatem, finem eſſe ſeculi ſecundi. Hæc ille. Sed cùm ea ratione ſeculorum curricula futura eſſent inæqualia, id ne contingeret : cùm diuerſi diuerſa ſentirent, & alij quidem, vt Epigenes, longiſſimam vitam conſtituerēt annis 112. Beroſus 107. Ægyptij autem annis centum : Romani Ægyptiorum auctoritatem ſecuti, ſeculum, vt ſcribit Cenſorinus, 100. annorum conſtituerunt. Verùm hoc de ciuili, vt dixi, intelligendum eſt.

Vocis עולם *ſignificatio.*

Vermilius.

Seculum Leuitarum.

Vatabl.

Cenſorin.

Seculum quid ſit.

PRECORQVE VT IMPLEAT DOMINVS VERBVM SVVM. 7:

VERSVS 23.

Et ait ei Elcana vir ſuus: Fac quod bonum tibi videtur, & mane donec ablactes eum: precórque vt impleat Dominus verbum ſuum. Manſit ergo mulier, & lactauit filium ſuum, donec amoueret eum à lacte.

Vermilius. CVM Elcana ſe præbet, ſcribit Vermilius, ad Annæ vota facilem, ſuo exemplo nos condocefacit, magnam eſſe debere conſenſionem inter coniuges; ita vt nihil per violentiam inter eos agatur. Vnde
Ariſtot. Ariſtoteles in 8. libro Ethicorum, vbi varias tradit Reipublicæ admi-
Patrisfamilias multiplex poteſtas. niſtrandæ rationes, Paterfamilias, inquit, erga ſeruos eſt quodammodo tyrannus, erga liberos ſuos rex. Nam reges eſſe debẽt patres communis patriæ: erga vxorem verò habet poteſtatem *ἀριστοκρατικήν*; quia non ex ſua libidine, verùm ex dignitate imperat, nihil ei præſcribit de colo, de acu, de ancillarum cura, & conſimilibus, ſed ea ipſius iudicio & voluntati permittit. Hæc Vermilius.

Quibus rationibus viro ſubdatur mulier. Certè vxorem viro ſubdi debere, & mariti imperium ſequi, multis locis Scriptura prædicat.
1. 1. quidem, quia mulier de viro ſumpta eſt, vt ait Apoſtolus. Vnde, quod vnaquæque mater iuris obtinet in filium, hoc à prima origine naturæ vir etiam obtinet in mulierem. Quocirca etiam pleræque nationes maritalem olim poteſtatem patriæ æqualem eſſe voluerunt, vt
Dionyſ. Halicar. Cæſar. teſtatur Halicarnaſſeus libro 2. Cæſar libro 6. de Bello Gallico. Quod tamen bona paulatim ratione immutatum eſt; cùm & vxor materfamilias ſit, vt ille paterfamilias. Leuius itaque nunc maritus in eam animaduertere poteſt, & re benè ponderata, verbis, & increpationibus tantum. Gloſſ. in l. 5. §. fin. ad leg. ag. C. duo 23. quæſtion. 4. delicta enim grauiora relinquenda
2. animaduerſioni magiſtratuum cenſemus. 2. ob peccati prioris labem, cuius ipſa præcipua cauſa marito extitit. Inde enim hanc accepit ſententiam, *Sub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur*
3. *tui*. 3. etiam quia minùs prudẽs cùm ſit, viri conſiliis regi debet, atque auctoritate deterreri. Non enim vir deceptus eſt, ait Apoſtolus, ſed mulier, cùm ceſſit ille vxoris improbitati atque blanditiis, illa verò fraude ſerpentis in errorem
4. inducta eſt. 4. Iam verò ipſa nobilioris ſexus ra-
5. tio viro principatum acquirit. 5. Sed multò magis quod à Deo caput mulieris conſtitutus eſt. Quemadmodum igitur reliquum corpus capiti obtemperat, & ad eius nutum mouetur: ſunt enim in eo ſenſus præcipui, qui actionibus præſident: ita mulier mariti legem ſequi debet in adminiſtranda familia, atque adeo ſeipſa mo-
6. deranda, atque componenda. 6. Addit & aliam rationem Paulus, quod ſit ſeruator corporis eius. Vir namque vxorem tuetur, illi dies noctéſque pro præſidio eſt, dignitatem confert, honores cumulat, cauétque ſedulò, ne quam accipiat iniuriam. Propterea igitur illi parere

A tenetur. Nam qui ad eum modum Reipublicæ conſulit, omnium conſenſu imperat. Poſtremò illam rationem quantum momenti habere putabimus, quod Chriſtum, qui toti Eccleſiæ præeſt, quam ſponſam delegit, in propria familia repræſentat? Animaduerte quam inde concluſionem Apoſtolus eliciat, ad Epheſios 5. nimirum, vt pari diligentia mariti imperata obſeruet, qua Chriſti Eccleſia. Hæc vtique ſumma poteſtas eſt. Vnde & has in omnibus viris ſubditas eſſe Apoſtolus admonet. Verùm qua ratione tanta ſibi à Deo conceſſa auctoritate in mulierem vir vti legitimè poſſit, amœniſſimè tractat ſanctus Chryſoſtomus Homilia 20. in 5. cap. Epiſt. ad Epheſios. Legendus etiam Xenophon in ſuo Oeconomico, cui nihil videtur
B præter Scripturæ auctoritatem defuiſſe.

PRECORQVE *vt impleat Dominus verbum ſuum.*] Fingũt Hebræi vocem cœlo allatam, quæ mira polliceretur infanti, qui hoc nomen ſortitus eſſet, eámq; proli ſuæ felicitatem Elcana optare. Fabulæ. Forte ſic intelligendum, Impleat Dominus promiſſionem ſuam, qua pollicitus eſt affuturum ſe roganti in ærumna ſua. Hunc florem, quem nobis ſua benignitate conceſſit, ſua deinceps pietate conſeruet, donec adoleſcat, & fructum faciat. Vel certè דָּבָר *dauar*, cùm Hebraicè rem quoque ipſam ſignificet, puerum potuit deſignare; quem ideo ſuum, id eſt Dei nominat, quod ei voto iam addictus eſſet: vel, ſi cui magis placet, verbum ipſum confirmari
C petit, aut quod Heli Pontifex loquutus erat, aut quod Anna ipſa dixerat, videlicet ſe velle poſtea venire, atque Domino puerum offerre. Itaque non Ruminæ deæ, aut Cuninæ, quomodo ſolebant Romani, aut etiam Fabulino deo infantem commendat, quò feliciùs educetur: ſed Deum Opt. Max. cuius nutu vitæ noſtræ momenta decurrunt, infanti propitium precatur.

MANSIT *itaque mulier, & lactauit filium ſuum.*] Antipho Comicus, Antipho.

Scilicet valdè ſapientes Scythæ non ſunt?
Qui liberis ſtatim atque nati ſunt,
Equarum ac vaccarum lac porrigunt?
Nequaquam, per Iouem, mammas nudas inducunt, &c.

Lõgè enim, inquit, genus id eſt ſceleſtiſſimum. Offenſus nimirum quarundam mulierum vitiis, laudat Scythas, quòd aliorum potius animalium quàm matris lacte pueros alant, ne
D quid inde mali ingenij ſugant. Achillem verò medulla cerui primùm alitum notat Tertullia- Tertull.
nus libro de Pallio. Vnde & nominis, inquit, conſilium, quandoquidem labiis coaluerat ab vberum guſtu. Aiunt enim, ſcribit in eundem locum Rhenanus, appellatum Achillem, διὰ Rhenanus.
τὸ μὴ θίγειν χείλεσι θηλὰς ὅ ἐστι τροφῆς, hoc eſt, ob id quod labiis nutrimentum non attigerit: nam id lactis alimonia defuit, à Chirone medullis tantum ceruinis enutrito. Proinde Myrmidones hoc eum nomine vocarunt, vt author eſt Euphorion. Et heros igitur ille non eſt materno lacte educatus, ſed ne humano quidem; cùm tamen humano lacte nihil poſſit eſſe infanti vtilius & ſalubrius, præſertim materno, cui iam à

A principio ortus ſui fœtus aſſueuit, & conuenit facilius ob temperamenti analogiam. Cenſetur verò etiam ad fingendos mores plurimùm poſſe conferre. Quamobrem Plutarchus commentario de liberis educandis, hortatur matres ſua pignora proprio lacte alant, neque aliis, ſi per valetudinem licet, munus nutricationis imponant. Id etiam pluribus & grauiſſimis rationibus apud Aulum Gellium libro 12. capite 1. Phauorinus Philuſophus ſuadet: Oro te, inquit matri, puerperæ infirmitatem excuſanti, ſine eam totam ac integram eſſe matrem filij ſui. Quod enim hoc contra naturam imperfectum atque dimidiatum matris genus, peperiſſe, ac ſtatim à ſeſe abiecisse? Aluiſſe in vtero ſanguine ſuo neſcio quid quod non videret:

Plutarch. *Matres ſuos fœtus lacte proprio alere debere.*

A. Gellius.

B non alere nunc ſuo lacte quem videat iam viuentem, iam hominem, iam matris officia implorantem? An tu quoque, inquit, putas naturam fœminis mammarum vbera quaſi quoſdam næuulos venuſtiores, non alendorum liberorum, ſed ornandi pectoris cauſa dediſſe? Sic enim quod à vobis ſcilicet abeſt, pleræque iſtæ prodigioſæ mulieres fontem illum ſanctiſſimum corporis, generis humani educatorem, arefacere, & extinguere, cum periculo quoque auerſi corruptique lactis laborant: tanquam pulchritudinis ſibi inſignia deuenuſtet. Quod quidem faciunt eadem vecordia, qua quibuſdam commentitiis fraudibus nituntur, vt fœtus quoque ipſi in vtero concepti abortiantur: ne æquor illud ventris irrugetur, ac de grauitate oneris & labore partus fatiſcat. Quod cùm

C ſit publica deteſtatione communique odio dignum, in ipſis hominem primordiis, dum fingitur, dum animatur, inter ipſas artificis naturæ manus interfectum ire: quantulum hinc abeſt, iam perfectum, iam genitum, iam filium proprij atque conſueti, atque cogniti ſanguinis alimonia priuare? Sed nihil intereſt (hoc enim dicitur) dum alatur & viuat, cuius id lacte fiat. Cur igitur iſte qui hoc dicit, ſi in capeſſendis naturæ ſenſibus tam obſurduit, non id quoque nihil intereſſe putat, cuius in corpore, cuiúſque de ſanguine concretus homo & coalitus ſit? An qui à ſpiritu multo & colore exalbuit, non idem ſanguis eſt nunc in vberibus qui in vtero fuit? Noone hac quoque in re ſolertia naturæ euidens, quod poſteaquam ſanguis ille opifex in penetralibus ſuis omne corpus hominis fin-

D xit, aduentante iam partus tempore, in ſupernas ſe partes profert, & ad fouenda lucis atque vitæ rudimenta præſto eſt, & recens natis notum & familiarem victum offert? Quamobrem non fruſtra creditum eſt, ſicuti valeat ad fingendas animi atque corporis ſimilitudines, vis & natura ſeminis: non ſecus ad eandem rem, lactis quoque ingenia & proprietates valere. Neque in hominibus id ſolùm, ſed in pecudibus quoque animaduerſum. Nam ſi ouium lacte hœdi, aut caprarum agni alerentur: conſtat fermè in his lanam duriorem, in illis capillum gigni teneriorem. In arboribus etiam, & frugibus maior plerumque vis & poteſtas eſt, ad earum indolem vel detrectandam vel augendam, aquarum atq; terrarum quæ alunt, quàm ipſius quod iacitur ſeminis. Ac ſæpe videas arborem lætam & nitentem, in locum alium tranſpoſitam, deterioris terræ ſucco deperiſſe. Quæ (malùm) igitur ratio eſt, nobilitatem iſtam nati modo hominis, corpúſque & animum benignè ingenitis primordiis inchoatum, inſitiuo degenerique alimento lactis alieni corrumpere? Præſertim ſi iſta quam ad præbendum lac tunc adhibebitis, aut ſerua, aut ſeruilis, & (vt plerumque ſolet) externæ atque barbaræ nationis: ſi improba, ſi impudica, ſi temulenta eſt. Nam plerumque ſine diſcrimine, quæcumque id temporis lactens eſt, adhiberi ſolet. Pariemurne igitur infantem hunc noſtrum pernicioſo contagio infici, & ſpiritum ducere in animum, atque in corpus ſuum ex corpore & animo deterrimo? Id hercle ipſum eſt quod ſæpenumero miramur, quoſdam pudicarum mulierum liberos, parentum ſuorum neque corporibus neque animis ſimiles exiſtere. Scitè igitur & peritè noſter Maro, quod cùm verſus illos Homeri conſectaretur,

Homerus.

Οὐκ ἄρα σοί γε πατὴρ ἦν ἱππότα Πηλεύς,
Οὐδὲ Θέτις μήτηρ: Γλαυκὴ δέ σ' ἔτικτε θάλασσα,
Πέτραι τ' ἠλίβατοι. ὅτι τοι νόος ἐστὶν ἀπηνής.

Non eques ipſe pater fuerat tibi mehercule Peleus,
Non Thetis eſt genitrix: Glaucum te protulit æquor,
Aëria & rupes, mens quod tibi dura, feróxque eſt.

Non pactionem ſolam, tanquam illam quam ille ſequebatur, ſed alituram quoque feram & ſæuam criminatus eſt. Addidit enim hoc de ſuo:

Virgilius.

---- *Hyrcanæque admorunt vbera Tygres.*

Quoniam videlicet in moribus inoleſcendis magnam ferè partem ingenium altricis, & natura lactis tenet, quæ infuſa tenero (verbis vtar Macrobij libro 5. Saturnal. quoniam viſa ſunt clariora) & miſta parentum ſemini adhuc recenti, ex hac gemina concretione vnam indolem configurat. Et præter hæc autem quis illud etiam negligere aſpernarique poſſit, quod quæ partus ſuos deſerunt, ablegántque à ſeſe, & aliis nutriendos dedunt, vinculum illud coagulúmque animi atque amoris, quo parentes cum filiis natura conſociat, interſcindunt, aut certè quidem diluunt deterúntque? Nam vbi infantis aliorſum dati, facta ex oculis amolitio eſt, vigor ille maternę flagrantiæ ſenſim atque paulatim reſtinguitur, omniſque impatientiſſimæ ſolicitudinis ſtrepitus cõſileſcit. Neque multò minor amandati ad nutricem aliam filij, quàm morte amiſſi obliuio eſt. Ipſius quoque infantis affectio animi, amoris, conſuetudinis, in ea ſola vnde alitur, occupatur: & proinde (vt in expoſitis vſu venit) matris quæ genuit, neque ſenſum vllum, neque deſiderium capit. Ac propterea obliteratis & abolitis natiuæ pietatis elementis, quicquid ita educati liberi amare patrem atque matrem videntur, magnam ferè partem non naturalis ille amor eſt, ſed ciuilis & opinabilis. Hæc Phauorinus. Sanctus item Gregorius reſponſione 10. ad quæſtiones ſancti Auguſtini, eam cõſuetudinem, quæ iam tamen

Macrob.

S. Gregor.

vulgò recepta eſt, vt ſi mulier ſic paulò honoratior alendæ prolis ſolicitudine ſe liberet adbibita nutrice, prauam vocat, matrémque incontinentiæ accuſat. Neque enim aliam ob rem magis id fieri, quàm quòd voluprati aliquanto tempore parcere nolunt. Quod ſi tamen nutriecm adhibere neceſſe ſit, qualem eligere deceat tum corpore tum moribus docet

Rhodion.

Rhodion medicus libello de partu hominis capite 11. Si verò mater alendi pueri curam ſuſcipiat (referámne quod docet ſanctus Gregorius

Ad vxorem donec filium lacte alit, vir ſuus accedere non debet.

reſponſione 10. ad quæſtiones ſancti Auguſtini, apud venerabilem Bedam, libro 1. hiſtoriæ gentis Anglorũ? vt ingenuè fatear, vereor, Vernili, incurrere in gregis tui offenſam: nihil enim ſic vos puogit & ſtimulat, vt Veneri præſcripra lex: vrir enim reformatas mentes perpetuus quidam libidinis ardor. quando cœpi

B

referam tamen) ad eius, inquit, concubitum vir ſuus accedere non debet, quoad vſque, qui gignitur, ablactetur. Quod quidem ſedulò ab Anna obſeruatum eſſe minimè dubitamos.

S. Chryſ.

Siquidem, vt ait ſanctus Chryſoſtomus Homilia de Anna & educatione Samuelis, conſpiciebat deinceps infantem illum, non tantùm vt infantem, verumetiam vt rem Deo conſeeratam; eóque matri geminus amoris ſtimulus inſitus eſt, alter à natura, alter à gratia. Ac mea quidem ſententia, etiam reuerebatur puerum ſuum. Etenim ſi qui phialas poculave aurea Deo dicaturi ſunt, poſteaquam ea iam coofecta acceperint, domíque repoſuerint, nequaquam ea quaſi profana vaſa intuentur, ſed

C

tanquam Deo ſacra, nec audent ea temerè citráque cauſam attingere, quemadmodum cætera: multò magis hæc mulier ſimili animo attendebat ad puerum, etiam priuſquam illum in templum induceret: & diligebat impenſius tanquam filium, & curabat religioſius tanquam Deo dicatum, exiſtimans ſe per illum ſanctificatam iri, quando domus ipſius iam facta erat templum, vt quæ Prophetam ac Sacerdotem intra ſe contineret.] Probat verò quod de Annæ continentia dixeram, toto eo tempore quo aluit, vel illud argumentum maximè, quod non ante filij ablactationem, in tabernaculum à partu purificanda venit: prius enim quàm luſtraretur puerpera, eandem viro

D

congredi apud Hebræos religioſum fuit. Deinde, quod cùm poſt Samuel in tabernaculum illarionem filios & filias ſoſcepiſſe dicatur, ſecundom tamen antea non habuit; cùm tanto tempore vel plures fuiſſet paritura, ſi liberis operam dare voluiſſet.

Philo Biblicus. Auicenna. Rhodion. *Legitimum tempus ablactationis.*

DONEC *amoueret eum à lacte.*] Philo Biblicus duos annos lactationi tribuit. Auicenna, inquit Rhodion, præberi infanti mammam per totum biennium iubet: ſed noſtra conſuetudo obtinuit, vt non vltra annum fermè præbeamus. At generoſa mater Machabæorum 2. capite 7. *Lac*, inquit, *trienno dedi*, cùm tot illa liberos ſuſcepiſſet. Nec puro citius Annam ſuo Samueli mammam ſubduxiſſe. Porrò diuturnior lactis vſus pueros imbecilles reddit, quanquam Soſtarum referat Plutarchus nullo alio

Plutarch.

cibo potúque quàm lacte vſum, totam vitam

A

exegiſſe, Sympoſiacon libro 4. quæſtione 1. ſintque plures nationes, quæ illum Soſtratum alterius cibi inopia æmulari cogantur. Verùm noſtro cœlo ſoloque noo ſatis conuenit cum lacte, vt eo ſolo diutius veſcamur. Sed & copia ipſa lactis officit, vt Ariſtoteles notauit libro 3. de Partibus Animalium capite 15. inde

Ariſtot.

namque pueris contingunt conuulſiones, quod Galenũ prætermiſſe indicat Rabbi Moſes nona

R. Moſes.

Aphoriſmorum parte, cùm tamen Lucretius non ignorauerit, qui in 1. libro de Natura ita ſcripſit:

Lucretius.

----- hinc candens lacteus humor
Vberibus manat diſtentis; hinc noua proles
Artubus infirmis teneras laſciua per herbas
Ludit, lacte mero mentes perculſa nouellas.

VERSVS 24.

Et adduxit eum ſecum, poſtquam ablactauerat, in vitulis tribus, & tribus modiis farinæ, & amphora vini, & adduxit eum ad domum Domini in Silo. Puer autem erat adhuc infantulus.

Lyranus.

LYRANVS duplicem notat ablactationem fieri ſolitam: vnam ab vbere, circa principium anni tertij: alteram à lacte pueritiæ, circa annum decimum; quo tempore celebre conuiuium familiaribus amicis præbebatur, & pue-

C

ri tum primùm menſæ paternæ adhibebantur. Et de hac poſteriore intelligendum hunc locum arbitratur. Neque enim antea templo vtilis eſſe potuit: ab ea verò ætate vel lampades adornare poterat, & ſic paulatim maioribus aſſueſcere. Verumtamen phraſis ipſa, & loquendi modus Scripturæ perſuadere videtur, illico poſt ablactationem eſſe deductum; vt

Varro.

quo tempore apud Romanos, vt Varro author eſt, pueri initiabantur Eduliæ, & Poticæ, & Cubæ, diuis edendi, & potandi, ac cubandi, vbi primùm à lacte & cunis tranſierant: hic quoque ſummo Deo initiaretur. Apud Perſas, non niſi poſt quinquennium filij in conſpectum patris veniebant. Animaduerte porrò quàm ma-

D

Maturè Samuel in tabernaculum deductus eſt.

turè ſtudeat voto ſuo ſatisfacere. Ea ætate ſolùm apud ſe habuit, quæ tota in cura & ſolicitudine conſumitur: emergentem ex his anguſtiis confeſtim Domino obtulit. Mira deuotio! vnicum, tamdiu expectatum, tot votis expetitum, eo primùm tempore, quo innocens infantia ſuis blanditiis ſolet parentum curas delinire. Sapienter, priuſquam hauriret oculis mundi vanitatem. Quemadmodum enim mollis cera igni: ſic conſuetudine prima ætas effingitur. Etſi enim nonnunquam accidit, vt qui ſæculi tempeſtatibus aliquandiu iactati ſunt, poſtquam pertæſum eſt leuitatis atque inconſtantiæ rerum humanarum, tenaciter conuerſionis ſuæ votis adhæreant: certiſſimum tamen eſt eos abeſſe longius ab earum rerum cupidine, qui ne nouerint quidem.

S. Chryſ.

Aſcendit igitur in templum, inquit S. Chryſoſtomus tomo 1. homilia de Anna, & educa-

tione Samuelis, & agnellum induxit in ouile, ac A vitulum perduxit ad armentum, & in pratum deduxit roſam à ſpinis liberam: roſam, inquam, quæ nunquam marceſcit, ſed floret perperuò, quæque poſſit ad ipſum vſque cælum exilire, cuius fragrantia in hodiernum vſque diem iuuantur ac reficiuntur omnes qui terrarum orbem incolunt. Tantus annorum numerus præteriit, & tamen virtutis illius fragrantia ſemper augeſcit, nec temporum longinquitate facta eſt languidior. Talis enim eſt rerum ſpiritualium natura. Aſcendit igitur præclarum illud germen tranſplantans: & quemadmodum ſolertes agricolæ, primùm ſemen in terram depoount, cupreſſi, aut aliarum arborum ſimilium: deinde vbi conſpexerunt à ſemine factã arborem, non relinquunt in eadem terra, ſed B inde reuulſam plantulam in ſolum aliud transferunt: vt terra in recens gremio ſuo exceptam illius radicem, puram & integram vim ſuam proferat, ad nouam educationem: Itidem & hæc fecit mulier, quæ puerum præter ſpem proſemiuatum in illo vtero, à domo tranſtulit, & in templum tranſplantauit, vbi perpetuæ ſunt fontium ſcatebræ & irrigationes ſpiritoales: vt videre licuerit illud Propheticum in illis impleri, quod Dauid dixit ita canens: *Bea-*

Pſalm. 1. *tus vir qui non ambulauit in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit, & ſuper cathedram peſtilentiæ non ſedit: ſed in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte: & erit tanquam lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo.* C Neque enim poſt malitiæ experientiam venit ad malitiæ remiſſionem, ſed ab ipſis cunabolis ad virtutem tranſiluit, non habuit conſortium cum conſeſſibus iniquitati obnoxiis, neque communionem habuit cum conuenticulis impietate plenis: ſed prima ſtatim pueritia, à mamma matris venit ad mammam ſpiritualem: & quemadmodum arbor perpetua irrigatione in magnam excreſcit altitudinem: ſic & hic diuinorum eloquiorum doctrina aſsiduè irrigatus, ad virtutis faſtigium peruenit. Hactenus ſanctus Chryſoſtomus.

IN *vitulis tribus & tribus modiis farinæ.*]

Vermilius. Vermilius. Cùm eſſet lege diuina cautum, ne quis vacuus appareret coram Domino, ideò aſcenderunt Elcana & Hanna cum Samuele ſecum adducentes largas oblationes, nimirum tres vitulos, & אֵיפָה *epha* (quod modium vertunt) farinæ, atque vtrem vini. Sic teſtabantur ſe agnoſcere Dei beneficia quæ iam accepiſſent. Sed quorſum tres vituli?

Dauid Kimhi. Dauid Kimhi exiſtimat vnum tantùm ex eis ad ſacrificium deſtinatum fuiſſe, reliquos verò duos ad epulas. Farinam quoque eſſe aduectam ait, partim ad *minchah* מִנְחָה oblationem, partim verò ad panem cibarium: vinum quoque tum ad ſacra libamina, tum ad menſæ vſum. Nam ea fuit veterum conſuetudo, vt in ablactatione filiorũ conuiuium exhiberent, quod Abrahamum feciſſe legimus, cùm Iſaacum ablactaſſet, Gene-

Leui Ben Gerſon. ſis 21. Sed R. L. Ben Gerſon opinatur vnum eorum primo die fuiſſe mactatum, alteros duos deinceps reliquis feſtis diebus, quamuis licet,

A & quidem commodius, interpretari, vnum fuiſſe deſtinatum ad holocauſtum, alios duos ad ſacrificia pacifica, quæ fieri ſolebant re bene geſta, & agendis gratiis pro beneficiis impetratis. Holocauſti nulla pars cedebat ei qui victimam obtuliſſet. Nam excepta pelle, quæ dabatur ſacerdoti, totum cremabatur. Ex pacificis verò ſacrificiis adeps cum renunculis & cauda incendebatur. Sacerdoti verò pectuſculum, armus dexter, cum duabus maxillis obuenicbat, cætera dabantur ei qui obtuliſſet: vt ex iis coram Domino cum ſuis epularetur. In libro autem Numeri omnis ratio ſacrificij, מִנְחָה *minchah* deſcribitur: oportuit adhiberi farinæ quantũ capit decima pars Epha, ſi aries duas decimas, tres verò cum iuuencus fiebat. B Quare cũ Elcana tres iuuencos duceret, oportuit etiam iuxta rationem, quam prædixi, nouem decimas offerre. Superabat itaque decima pars, quam fortaſſis ad panem propoſitionis, vel ad alios panes conuiuij ſacri deſtinari oportuit. Hæc fuſius retuli, vt intelligamus farinæ menſuram com iuuencorum numero conueniſſe. Sacrificium verò pro peccato propterea omiſi, quòd locum hîc habere non potuerit, quia bos non offerebatur niſi pro peccato, vel ſacerdotis, vel totius populi, vt 4. capite Leuitici habetur. Pro peccato aotem principis vel hominis priuati, vel hircus, vel capra, vel ouis, vel aries immolabatur. Quare aut iuxta Kimhi ſententiam vnus è iuuencis ad ſacrificium parabatur, alteri verò C duo ad conuiuium: vel, vt ego arbitror, vnus ad holocauſtum, reliqui duo ad ſacrificia pacifica. Ex hoc loco ſatis liquet, patres in ſacrificiis nihil parcè, aut ſordidè geſsiſſe, ſed omnia luculenter ac ſplendidè, cùm alioqui domi ſuæ moderatè ac frugaliter viuerent. At hodie contra fit, quandoquidem in eleemoſynis diſtribuendis nimis parci & reſtricti ſumus, ſed in coouiuia & luxum domeſticum omnia profundimus. Hæc Vermilius.

Porrò vulgata noſtra lectio non vnum farinæ modium legit, ſed tres. Septuaginta verò 70. Interp. interpretes non tres iuuencos, ſed vnum. *ἐν μόσχῳ τριετίζοντι. & aſcendit cum eo in vitulo trimo.* Illum autem vocat ſanctus Theodoretus S. Theod. quæſtionibus in primom Regum puero temD pore æqualẽ: quo magis noſtra firmetur de illios ætate ſententia. Sic etiam legit eadem hoS. Chryſ. milia ſanctus Chryſoſtomus. Nihil vulgatæ demendum, nihil Septuaginta addendum puto. Iure merito ſanctus Hieronymus modios ad S. Hieron. ſingularem nomerum exigit, ſi ſacrificium ſpectes: iure merito duos ex iuuencis prætereunt Septuaginta, eadem ratione, cùm ſequenti verſu vnus non plures immolatus referatur. At ſi tecum reputes potuiſſe aliquid ſacerdoti offerre muneris loco, & nonnulla etiam præter ſacrificij dapes, ad epulum fuiſſe neceſſaria, integram vtramque lectionem diuerſa tamen ratione veritati congruentem admittes.

PVER *autem adhuc erat infantulus*] Vermilius. Vermilius. Samuel ſcribitur fuiſſe puer. Puer, id eſt admodum poer. Hebræi enim, cùm ſuperlatiuis careant, pro eis geminatione vocum vtuntur.

Digitized by Google

PVER AVTEM ADHVC ERAT INFANTVLVS.

Interpretes Hebræi fuiſſe illum tradunt viginti quatuor menſium, hoc eſt natum ante duos annos, & in eo pietatem Hannæ celebrant, quæ adultiorem pueri ætatem non expectarit, quòd non ſint procraſtinanda dona Dei. Lyranus verò non ſemper malus autor, puerum exiſtimat non adeo fuiſſe tenerũ, cùm iam ad tabernaculum Domini adduceretur, ſed iam grandiuſculum, ſex, inquam, aut ſeptem annorum, qui iam per ætatem aliquid poſſet in domo Dei addiſcere, & exiſtimat tempus illud vniuerſum tributum eſſe ablactationi: ſed hoc mihi parum probatur, quia ſi Anna puerũ ſuum domi tandiu retinuit, videri potuiſſet nimis differre tempus ſuæ purgationis, & legem Dei quodammodo ſpernere: tamen quicquid fuerit, ſi puerum tam infantem adduxerunt ad tabernaculum, in cœtu ſacro & Leuitarum oportuit eſſe nutriculas, à quibus tenelli pueri curarentur. Non fuit opus, Vermili, aliunde aſciſcere, cũ ſacerdotes ipſi domi ſuas vxores haberent, & eſſent tum prouectioris ætatis viduæ non paucæ, tum etiam virgines, qualem poſterioribus ſæculis Annam filiam Phanuelis legimus, tabernaculi miniſteriis ſpõte addictæ, quæ infantium curam gerere poſſent: & alioqui ea ætate plures nobiles liberos olim Monachis educandos, & inſtituendos traditos didicimus, apud quos tamen in penetralibus nullas delituiſſe nutriculas certiſſimum eſt.

Lyranus.

A

B

C

VERSVS 25.

Et immolauerunt vitulum, & obtulerunt puerum Heli.

PRIMVM oblationes de more offerunt, poſtea verò ad Heli puerum adducunt, idque rectè atque ordine faciunt: quia prius cũ Deo tranſigendum erat, deinde cum Pontifice. De ſpecie & modo huius ſacrificij, quod fuiſſe gratiarum actionis non dubites, iam ſupra dictum eſt.

At hic geminum fit ſacrificiũ, inquit Chryſoſtomus, & erat vitulus hic rationalis, ille irrationalis: & illum quidem ſacerdos immolauit, hunc verò dedicauit mulier. Erátque mulieris victima melior quàm hoſtia, quam obtulit Sacerdos, propterea quòd hæc facta eſt ſuorum viſcerum immolatrix. Imitata eſt Patriarcham Abraham, cúmque illo certamen ſuſcipit: ſed ille quidem filium receptum reduxit de monte, hæc verò reliquit in templo, vt illic perpetuò maneret. Quin potiùs ille quoque totum dedicauit, caue iam illud ſpectes quod non accidit, ſed quod animo totum peregerit. Vidiſti fœminam cum viro decertantem: vidiſti nihil à ſexu vetitam, quo minus æmularetur Patriarcham. Sed videamus quo modo illum conſecrarit.

S. Chryſ. *Duplex hoſtia offertur, altera rationе prædita, altera irrationalis.*

D

VERSVS 26.

Etait Anna: Obſecro mi domine, viuit anima tua. Ego ſum illa mulier quæ ſteti coram te hîc orans Dominum.

VERMILIVS. Anna orationem habet ad Eli potius, quàm maritus: illa enim Deum orauerat, vt filium impetraret, illa pepererat, illa vouerat. Eſt oratio eius in genere ſuaſorio, nam Pontificem hortatur, vt filium ſuum accipiat, eúmque habeat pro filio, ſeu diſcipulo, quem diligenter curet inſtitui, rationéſque ſuas ab boneſto & iuſto deducit. Erat quippe honeſtum, vt quem à Domino in ea domo impetrarat, is in eadem ipſa educaretur. Erat quoque iuſtum, vt cùm vouiſſet Domino ſuo puerum, bona fide illum ei redderet. Mouet autem attentionem, cùm ad hunc modum loquitur: ἐν ἐμοὶ κύριε: ſic enim habent Septuaginta interpretes, pro eo, quod legimus, *Obſecro mi domine. In me domine.* Quid tandem eſt illud, quærit Chryſoſtomus, in me? Auſculta, inquit, diligenter quæ loquar. Quoniam multum temporis iam interceſſerat, ſtudet illa, quæ priùs dicta fuerant, in memoriam reuocare, eoque dicit: *In me domine.*

Vermilius.

S. Chryſ.

VIVIT *anima tua.*] Hoc dictũ L. Ben Gerſon exiſtimat eſſe iuſiurandum, ac ſi dixiſſet: ita viuas vt hæc vera ſunt, quæ hîc dico. Vatablus in ecphraſi iurat in animam ſummi Sacerdotis. Aſſeuerationis genus. q. d. Ego dicam veritatem, & non mentiar: tam vera ſunt quæ dictura ſum, quàm verum eſt te viuere, *Auſsi vray que vous voilà.* vel, tam vera ſunt quæ dictura ſum, quàm verum eſt quod ego opto vitam tuam. Et eſt profectò formula hæc iuſiurandi ſatis vſitata in ſacris litteris. Viuo ego, dicit Dominus. Item, Viuit Dominus, & Viuit anima tua. Latini ſolent dicere, me Caſtor, me Hercule: in ſecunda verò perſona non dicebãt, te Caſtor, te Hercule. Verùm Dauid Kimhi non opinatur eſſe iuſiurandum, ſed formulam quãdam benè precandi, ceu dixiſſet, Opto tibi longinquam vitam, vt filium meum queas educare. Poſteriori mecum conuenit. An verò liceat per vitam, aut ſalutem cuiuſquam mortalium iurare, videndum erit poſtea.

L. Ben Gerſon. *Iuramenti formula.* Vatablus.

Dauid Kimhi.

EGO *ſum mulier.*] Quæ mulier? non dixit, inquit S. Chryſoſtomus, illa mulier cui tu exprobraſti, quam maledictis impetiſti, quam velut temulentam & ebriam deriſiſti, eóque Deus declarauit me non eſſe vinolentam, te verò crimẽ hoc temerè mihi impegiſſe. Nihil huiuſmodi verborum aſperorum dixit, ſed multa cum manſuetudine loquitur: quanquam cùm haberet rerum euentum ſibi patrocinantem, iure potuiſſet exprobrare Sacerdoti, quod id temporis ipſam temerè ac citra cauſam incuſaſſet: nihil horum facit, ſed tantùm commemorat Dei erga ſe beneficentiam.

S. Chryſ.

Versvs 27.

Pro puero iſto oraui, & dedit mihi Dominus petitionem meam, quam poſtulaui eum.

Vermilius.

SEO an exiſtimat Hanna, inquit Vermilius, ſe precibus ſuis filium promeruiſſe? nihil minùs, nec enim pij ad hunc modum ſentiunt. Cur ergo, inquies, preces interponuntur? reſpondeo, quod ſint vt viæ quædam & ſpatia, per quæ ad id venimus, quod vehementer optamus. Vult itaque Deus ea nobis concedere, quæ vtilia & commoda eſſe viderit, ſed tamen per iſtos gradus conferre ſtatuit: non quod preces cauſæ ſint eius beneficiorum, ſed quod ſint inſtar viæ, per quam ad illa perueniatur. Si volueris ad fluuium ire, tibi conficienda eſt via, quæ ducit eò, cùm tamen ea non ſit cauſa, qua peruenias ad fluuium. Nam ſi deſint animi vires, & motus corporis, eò fruſtra contenderis. Et cùm præceptor ad ſcholam proficiſcitur, ei per gradus eſt aſcendendum: cùm tamen illi gradus cauſæ non ſint, vt veniat. Nam finalis cauſa profectionis eſt, vt doceat: efficiens verò, animi vires & firmitudo corporis. Ad hunc eundem modum ſentiendum eſt de precibus. Quod ſi dixeris, Nonne Deus quæ vult, etiam citra preces elargiri poteſt? poteſt vtique, & ſæpè id facit, nec vult ambitioſè orari, quemadmodum tyranni faciunt, quaſi non niſi blanditiis noſtris flecti poſſit. Nec vult ſua cauſa orari, ſed noſtra. Nam ſi cui liceret diu multúmque cum homine prædito virtutibus & ſcientia verſari, nõ eſt dubium, quin & melior, & doctior euaderet. At quantò maius & præclarius eſt cum Deo Optimo Maximo verſari, & colloqui? Philoſophi arbitrantur magnam hominis eſſe perfectionem ſeipſum noſcere, proximam intelligere quid ſibi deſit, poſtremò noſſe Deum ſummum & vnicum bonum, quod ſit exoptãdum, & à quo petenda ſint omnia. Proinde nobis Deus preces mandauit, ceu quædam media, per quæ ad optata perueniremus. Quare inepti & ſtulti ſunt, qui dicunt, Si Deus me ad ſalutem prædeſtinauit, illam mihi etiam citra preces conferet, nam Deus & finem & media, quibus ad illam tenditur, ſimul prædeſtinauit. Et denique oramus, non quidẽ vt Deum immutemus, quod fruſtra niteremur, cùm ſit immutabilis: ſed potiùs vt ipſi commutemur, quandoquidem orando beneficiorũ Dei capaces efficimur. Hactenus ille. Catholicè loquitur, licet, ſi mentem ſpectes, ſenſus verborum ſit hæreticus. Neque enim, cùm de merito operum tractamus, arbitramur etiam bona quæuis adiaphora, qualia ſunt valetudo, diuitiæ, aut proles, meritis eſſe velut præmia propoſita; neqoe enim dicimus quenquam aut opes, aut ſobolem, ſua pietate mereri, ſed vitam duntaxat æternam: niſi forte ſint aliqua ex his media, quæ ad eandem ſalu-

Quare Deus à nobis orãdus, cùm paratus ſit vtilia conferre.

B

C

Temporalia bona non meremur per gratiã, ſed æterna: & quo genere cauſa.

D

A tem Deus inſtituerit, tunc enim etiam illa mereri poſſemus. Neque tamen huius rei cauſa eſt quam adfert, nimirum, quòd preces ſint ad inſtar viæ, nec eſſe poſſint cauſa beneficiorũ Dei: ſed quòd, cùm gratia diuina ſit ratio merendi, non eſt illa collata ad humanum finem, quin potius haud digna cenſenda eſt, quæ pro ſcopo fluxa & caduca petat. At ſi de æterna ſalute quæſtio ſit, illam ſine dubio gratia parit. Quæ poſtquam in eo ſtatu hominem collocauit, qui Deo eſt acceptiſſimus, vnà omnem illius conatum, cum honeſtate coniunctum, gratiſſimum efficit, quomodo iure merito dicimus, humanas actiones tum Deo placere, & mereri, vitámque nobis immortalem paciſci.

PRO PVERO ISTO ORAVI ET DEDIT MIHI DOMINVS, &c.

B Ludis verò nos, Vermili, an ſeriò loqueris, cùm ais: Profectionis ludimagiſtri in ſcholam cauſam quidem finalem eſſe vt doceat, efficientem animi vires, & corporis firmitudinem? quaſi verò difficile & arduum ſit oſtendere, in quo genere cauſæ meritum reponatur. An fortè magis ignoras rerum moralium cauſas à Phyſicis eſſe diſtinctas? Oro te imperitorum oculis ne fucum facias, ſed dic palàm, quo genere cauſæ putes impenſum ob operis laborem pactam mercedem lucrari. Nam meriti atque operum, ſi Chriſto credis, par quoque ratio eſt.

Versvs 28.

C **Idcirco & ego commodaui eum Domino, cunctis diebus quibus fuerit accommodatus Domino. Et adorauerunt ibi Dominum. Et orauit Anna, & ait.**

IDEIRCO *commodaui.*] Tertullianus de ieiunis contra Pſychicos capite 11. votum, cùm à Deo acceptatum eſt, legem in poſterum facit per autoritatem acceptatoris: exinde enim faciendum mandauit qui factum comprobauit. Sanctus Iſidorus Peluſiota epiſtola 463. libri 1. Etenim munus Deo minimè promiſiſſe, periculo vacat: at, cùm aliquid voueris, id minimè præſtare, condemnatione dignum eſt. Eccleſiaſtici 5. *Multo melius eſt non vouere, quàm poſt votum promiſſa non reddere.*

Tertullian.

Votum obligat.

S. Iſid. Peluſ.

Vermilius. *Reddam eum Domino*, inquit Anna, quia puerum habuit depoſiti loco, quaſi à Domino ſibi commendatum: Idcirco inquit, D ſe illum velle bona fide reddere. Nec ſecus oportet nos etiam ſtatuere, quicquid boni habemus, depoſitum Dei, non rem noſtram eſſe. Hæc ille. *Commodaui.* Mutuum eſt pecuniæ, commodatio rei quæ in eadem ſpecie redditur, poſt aliquantum temporis. Qui autem commodat Domino, etiam fœneratur, & præter ſortem longè plura recipit; quod hæc ipſa mulier ſuo experimento poſtea didicit. Sed vide, inquit S. Chryſoſtomus, quàm ſit illa modeſta: Ne putes, inquit, me magnam rem aut admi-

Vermilius.

Mutuum & commodatum.

S. Chryſ.

Digitized by Google

A randam facere, quod infantem dedico: non ego huius benefacti ſum autor, ſed perſoluo debitum. Depoſitum accepi, & hoc ei reſtituo qui dedit. Atque hæc dum loquitur, ſeipſam quoque dedicauit cum puero, quaſi ſolido quodam naturæ affectu ſeipſam templo alligans. Etenim vbi eſt theſaurus hominis, illic eſt & cor eius: multò magis vbi puer mulieris, ibi & mens illius erat.

Vermilius. CVNCTIS *diebus quibus fuerit accommodatus Domino.*] Vermilius שָׁאוּל Saül eſt Hebraicè, quod ſignificat datum, vel accommodatũ, & duplex poteſt eſſe loci expoſitio: prima, decreui dare illum Domino, quandiu nobis fuerit à Deo datus, id eſt quandiu viuet. Et ſic habet Paraphraſtes Chaldaicus. Altera quandiu erit שָׁאוּל hoc eſt expetitus, aut requiſitus, vt B ſententia ſit: dabo eum Domino quandiu is eum voluerit, & requiſierit: non enim fuit in poteſtate mulieris Deo præſcribere, vt certo aliquo tempore filium ſuum vellet miniſterio ſuo accommodatum. *Vota noſtra diuinæ voluntati non præiudicãt.* Nam poterat Deus vel eum cito extinguere, vel ipſo vti ad aliud inſtitutum, quod etiam in 7. capite huius libri factum audiemus. nam factus eſt iudex populi, & totam Iſraëliticam regionem obiuit. Fuit enim in Maſpha, & in Ramatha, in Berſaba, nec potuit ſe in Silo ad tabernaculum Dei perpetuò continere. Hæc Vermilius. Idem quoque ſæpius Religioſis contingit, cùm poſt votũ emiſſum, ex adytis in lucem prodeunt, ſiue nonnunquam vt cum hæreticis certent, vt olim & C noſtra etiam ætate plures, ſiue vt populos regendos ſuſcipiant, autoritate Apoſtolica cõpulſi, quod ſine præiudicio vllo fit prioris inſtituti, cùm potius obedientia & charitate perficiatur.

Votum ſeruitutis. Cæterùm præter conſuetum religioſæ profeſſionis votum, inuenio & aliud quoddam votiuæ ſeruitutis genus, quo ſolerent apud maiores noſtros nonnulli Deo in obſequium Sanctorum ſuorũ perpetuò mancipari, ita vt deinceps ab illa ſeruitute recedere non liceret. *Aymoinus Floriacẽſis.* Huius rei teſtem habeo Aymoinum Floriacẽſem monachum, qui libro 3. de miraculis Sancti Benedicti capite 20. narrat Adelaidem nobilem quandam puellam, cruribus contractã, cùm illa neque à ſancto Dionyſio, neque à D ſancto Martiale, ad quorum ſepulchra à parentibus delata erat, curationem impetraſſet: ab iiſdem parentibus ſuis, deſperata valetudine, ſancto Benedicto in perpetuam ſeruitutem addictam. Cuius ſuffragiis cùm illa ægritudinis ſolutionem conſecuta eſſet, poſtmodum viro nupſit, filios procreauit: ex quorum progenie quidam adhuc non inutiles in ſeruitio fratrum, vt inquit, perdurant. Verùm quod ad Samuelem attinet, quomodo voueri potuerit, cùm eſſet Leuita, quibus natiuitas ipſa pro voto eſt, præter eam rationem quam antea protulimus, illorum ſcilicet non fuiſſe perpetuum miniſterium, ſed intra certum annorum ſpatium definitum: Samuelem autem inſolubili materni *Quæſtiones vet. teſt. S. Auguſt tribaiæ.* voti nexu tabernaculo alligari: aliam quoque affert in medium D. Auguſtinus in quæſtionibus veteris teſtamenti, quæſtione 46. tomo 4. quam illius ſæculi mores non improbabilem reddant: ſic enim ait, *Commodo eum Domino*, non hoc diceret ſi natus eſſet ſacerdos, oportebat enim illum altari inſeruire, ſed quia Leuita erat, & lex Leuitis adhuc non erat poſita, ſed vnuſquiſque pro voluntate ſua agebat, ita vt oberrantes illicita præſumerent: Ionatha enim filius filij Moyſi, cùm inter Leuitas deputatus eſſet, ſacerdotem agere præſumpſit, ac per hoc legimus in libro Iudicum (17) quia vnuſquiſque placita ſibi faciebat; eo quod non eſſet Rex in Iſraël: idcirco vouit Anna dicens, *Commodo eum Domino*, ne cum cæteris oberraret. *Leuitam tabernaculo voto alligari potuiſſe, cùm hactenus Leuitæ pro arbitrio varias ſedes incolerent.* Vt verò noueris quo ſenſu accipiat, Leuitis legem nondum fuiſſe poſitam, ſubdit: adhuc enim Leuitæ non erant habentes ordinem conſtitutum miniſterij circa ſacerdotes, & arcam Domini. Dauid enim in regno ſuo diſpoſuit vices ſacerdotibus, & Leuitis, vt à viginti annis & ſupra: in lege autem viginti quinque annis & ſupra: inciperent exhibere ſeruitia Dominicis ceremoniis: vt eſſent de filiis Aaron, id eſt de filiis Phinees & Ithamar, claſſes ſacerdotum viginti quatuor, quæ vices ſuas agerent, certis temporibus. Leuitæ autem conſtituti ſunt, qui eſſent tabernaculi ianitores, & qui baiuli arcæ Domini, & qui excubias ſeruarent, & qui vaſorum eſſent cuſtodes, & qui promiſcuas ſuſciperent oblationes. Et 24. claſſes inſtitutæ ſunt cantantium, & citharizantium, & muſicorum cæterorum: ita vt etiam hi, id eſt omnes Leuitæ, haberent temporum vices: quia neceſſe erat eos & otium habere, & familiam procurare. Hæc ille.

ET *adorauerunt ibi Dominum.*] Vermilius. Cùm Anna talia diceret, aderat Elcana vir eius, approbans ea quæ dicebantur. Nam quod additur, *Et incuruauit ſe*, de illo proculdubio intelligendum eſt, cùm verbum ſit non fœminei, ſed maſculei generis. Et aiunt interpretes Hebræi Elcanam votum non tantùm ratum habuiſſe, ſed etiam imperio ſuo puero Samueli facultatem diſcedẽdi è domo Dei ademiſſe. Nec prætereundum eſt, aliquos eſſe, qui verbum illud *Et adorauit*, ad ipſum Eli ſacerdotem referunt, quaſi gratias Deo egerit tam de filio impetrato, quàm de illius votiua oblatione. Hæc Vermilius. Vulgatus noſter optimi interpretis officio fungens, non tam verba, quàm ſenſum Scripturæ expreſſit, pluraliq; numero reddidit, omnes enim adorauerunt. Nam de Anna, eius oratio ſatis teſtatur: de Pontifice dubiũ eſſe non poteſt, tum ex officio eiuſdem, tum ex ſequentibus. Elcanam ſcriptor ſingulari verbo notare voluit. Noſter igitur ſimul omnes complexus eſt.

Iterùm Vermilius. Ex hac hiſtoria colligimus, fuiſſe illis temporibus & ſcholas & collegia ſacerdotum, vbi piè caſtéque pueri educarentur in lege Domini. Pauli teſtimonio confirmatur, qui ſe aſſerit ad pedes Gamalielis in lege eruditum: & Domini quoque Saluatoris inter doctores conſeſſus legitur. Quæ ſancta conſuetudo ſtatim ab ineunte Chriſti Eccleſia

obti-

Digitized by Google

Schola Eccleſiaſtica ſtatim ab initio naſcentis Eccleſiæ.
Concilium Toletanum.

obtinuit, vt ſacris domibus adiungerentur ſingulæ ſcholæ. Hæc Vermilius. Quod cùm alibi, tum potiſſimum ex Concilio Toletano a. canone 1. circirer annum Domini 530. Ioanne 11. Papa notauimus. Deſcribam, quoniam id mihi videtur præclarum circa pueros, Eccleſiaſticæ curæ, & ſolicitudinis monimentum. De his (inquiunt Patres) quos voluntas parentum à primis infantiæ annis in clericatus officio, vel monachali poſuit, id ſtatuimus obſeruandum, vt mox cùm detonſi, vel miniſterio lectorum contraditi fuerint, in domo Eccleſiæ, ſub Epiſcopali præſentia, à præpoſito ſibi debeant erudiri. At vbi 18. ætatis ſuæ compleuerint annum, coram totius cleri plebiſque conſpectu, voluntas eorum de expetendo coniugio ab Epiſcopo perſcrutetur: quibus ſi gratia caſtitatis, Deo inſpirante, placuerit, & promiſſionem caſtimoniæ ſuæ, abſque coniugali neceſſitate, ſeſe ſpoponderint ſeruaturos, hi, tanquam appetitores arctiſſimæ viæ, leuiſſimo Domini iugo ſubdantur: ac primùm Subdiaconi miniſterium, habita probatione profeſſionis ſuæ, à viceſimo anno ſuſcipiant. Quòd ſi inculpabiliter & inoffensè viceſimiom & quintum annum peregerint, ad Diaconi officium (ſi ſcientes adimplere id poſſe ab Epiſcopo probantur) prnmoueri debenr. Cauendum eſt tamen his, ne quando ſuæ ſponſionis immemores, aut ad terrenas nuptias, aut ad furtiuos concubitus vltro concurrant: quòd ſi forte fecerint, vt ſacrilegij rei, ab Eccleſia habeantur extranei. Quibus autem voluntas propria, interrogationis tempore, deſiderium nubendi perſuaſerit, conceſſam ab Apoſtolo licentiam auferre non poſſumus. Hæc ibi. Sed & antiqoi olim Monachi in ſuis monaſteriis ſcholas inſtituerunt, in quibus ingenuæ indolis pueri doctrina ſimul cum pietate excolerentur. Nihil enim vſquam celebrius olim fuit Baſilij ſcholis inter Orientales: nihil Benedicti collegiis frequentios inter Occidentales. Teſtis eſt Bibliothecæ Floriacenſis collector, ad qoinqoe millia Scholaſticorum in vno Floriacenſi monaſterio quondam cenſa fuiſſe. Inde tot Sanctorum virorum examina eruperunt, qui variis in locis aot fidem inter barbaras nationes, doctrina & morum ſanctitare diſſeminarunt, aut ab aliis ſatam ampliſſimis incrementis amplificarunt, aut certè collapſam reſtituerunt. Longum eſſet exempla proferre per ſingula, & alioqui rem minimè neceſſariam faceremus; cùm nulla gens, nulla ciuitas, nulla ſit Eccleſia, quæ horum aliquod veſtigium non ſeruet. Noſtris verò temporibus Societatis Ieſu Religioſi Patres eandem Spartam Deo aothore nacti ſunt, quam probè & nauiter exornanr, reclamantibus licet toro orbe hæreticis, & nonnullis etiam Carholicis, qui eorum impigram ſolertiam ſuſpectam habent, tanquam aliquid amplius regno cælorum, ſi permittanrur, ſint tandem quæſituri. Nolo etiam hoc ignores lector, antiquos illos religioſos pædagogos, tanquam pro nundinis & can-

Schola olim in monaſteriis.

Societatis Ieſu in erudienda iuuentute religioſus labor.

. I.

A delis, à ſingulis alumnis ſuis duo manuſcripta volumina accepiſſe: necdū enim typographia in lucem prodierat: ita vt mirum non ſit, fuiſſe olim in monaſteriis Bibliothecas nobiliſſimas, inter quas Floriacenſis etiam aliquando enituit: quā noſtra penè ætate, ad annū milleſimū quingenteſimum ſexageſimū primū & ſecundum hæretici Caluiniſtæ diripuerunt. Quantos verò progreſſus in illis cæleſtium muſarum choris, nobiles pueri, cùm ad omnem liberalē diſciplinam, tum maximè ad cultum pietatis, & morum angelicam ſimplicitatem facerent, innumeri quidem alij oſtendunt: At volo vnius Gildæ ſapientis, qood dedit à prima ætate experimenrum proferre. Floruit ille iiſdem
B temporibus, quibus Childericus Merouei filius adhuc Gentilis regnum Francorum obtinebat. Erat autem Gildas Rege Cauno natus in maiore Britannia, & fratrem item regem habuit Coillum, à ſancto autem Hilduto venerabili Monacho, cum multis aliis nobilium filiis inſtituebarur in arcta quadam & anguſta inſula, arenti ſolo ſqualida, in qua puer admodum, iis, quæ à magiſtro dicerentur, candida prorſus & innocenti ſimplicitate fidem adhibens, illum aliquando conuenit (iiſdem verbis teferam, quibus in eius vita, in Bibliotheca Floriacenſi, hæc hiſtoria deſcripta eſt) Domine doctor, audiui te nuper ex Eoangelio verba noſtri Saluatoris prædicanrem: in quibus diſcipulos admonebat; vt cum fide à Deo ea quæ ſibi erant vtilia, peterent: & quia fideliter petita accepturi eſſent, dicens, (Matth. 12.) *Amen dico vobis quicquid*
C *orantes petieritis: credite quia accipietis, & fiet vobis.* Nunc ergo optime Doctor, cur non rogas ipſum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui potens eſt præſtare cuncta quæ ab eo fideliter petuntur, vt dilatet terminos, atque fructiferam reddar huius inſulæ glebam. Ille pueri fidem admiratus, conuocatis diſcipulis oratorium ingreditur: flexis genibus in terram, leuatis in cælum manibus, cum lachrymis orauit dicens. Domine Ieſu Chriſte fili Dei omnipotenris, qui cum Patre & Spiritu ſancto cælum & terram, mare & omnia quæ in eis ſunt, cùm non eſſent condidiſti; quiſque tuis fidelibus præcepiſti, vt Deum patrem in tuo nomine peterent quicquid ſibi opus eſſet: & eorum petitio ad effectum procederet. Tuo equidem in nomine, omnipotentis Domini imploramus clementiam: vt dilatari per te iubeat termioos inſulæ huius, atque fertilita-
D tem inferat glebæ eius, vt nobis ſeruis tuis, atque ſucceſſoribus noſtris, tua largiente gratia, abundanter cibaria adminiſtrer: vt ſatiati de tuis donis, gratias referamus nomini tuo, qui cum Patre & Spiritu ſancto viuis & regnas in ſæcula ſæculorum. Omnes reſponderunt. Amen. Et egreſſi viderunt dilatatam vndique inſulam, atque vernantem in circuitu diuerſis olerum floribus, reuerſi in oratorium gratias reddunt.] Quis non miretur candorem

Puerili in monaſterio inſtituti ſtupenda fides.

Bibliotheca Floriacenſis.

M

Omnibvs diebvs qvibvs fvertt &c.

animulæ illius, & columbæ euangelicam ſim- A plicitatem, cui nec ſerpentis ſapientia defuit? nam & ſapiens in poſterum dici meruit, non ſolùm ob ſcientiæ excellentiam, quæ in eo ſupra cæteros elucebat: ſed maximè ob ſpretas mundi delitias, diuitias, & honores; quibus abdicatis, eum, qui rebus omnibus longè præſtantior eſt, Deum ſuum ſapienter elegit. Ad has ſcholas igitur, quæ tantopere ad pietatem promouerent, chariſſimum filium pia mater adduxit, ſecũ reputans, quoniam cùm adhuc tener eſt ramus, facilè in quamuis partem flectitur: & lagena recens odorem, quo primùm imbuta eſt, diutiſſimè ſeruat: eos verò, qui iam longa conſuetudine ſuis moribus callum obduxerint, aut ægrè flecti poſſe, aut facilè poſtmodũ, vnde emerſerint, eodem reuolui. Claudat igitur huius capitis commentarium egregia illa Caſſiodori ſententia, variarum libro 1. epiſt. 24. quod in iuuentute non diſcitur, in matura ætate neſcitur. Accipitres ipſi, quorum victus ſemper ex præda eſt, fœtus ſuos nouitate marcentes nidis perturbant, ne molle ocium conſueſcant: alis verberant immorantes: cogunt pullos teneros ad volatum, vt tales debeant exiſtere, de quibus poſſit pietas materna præſumere: vos autem quos & natura erigit, & amor opinionis exacuit, ſtudete tales filios relinquere, quales vos conſtat patres habuiſſe.

Omnibvs diebvs qvibvs fverit, &c.

Caſſiodorus.

Quod in iuuentute non diſcitur, in matura ætate neſcitur.

CAPVT SECVNDVM.

EXVLTAVIT cor meum in Domino, & exaltatum eſt cornu meum in Deo meo: dilatatum eſt os meum ſuper inimicos meos: quia lætata ſum in ſalutari tuo. 2. Non eſt ſanctus, vt eſt Dominus: neque enim eſt alius extra te, & non eſt fortis ſicut Deus noſter. 3. Nolite multiplicare loqui ſublimia, gloriantes: recedant vetera de ore veſtro: quia Deus ſcientiarum, Dominus eſt, & ipſi præparantur cogitationes. 4. Arcus fortium ſuperatus eſt, & infirmi accincti ſunt robore. 5. Repleti priùs, pro panibus ſe locauerunt: & famelici ſaturati ſunt, donec ſterilis peperit plurimos: & quæ multos habebat filios, infirmata eſt. 6. Dominus mortificat & viuificat, deducit ad inferos & reducit. 7. Dominus pauperem facit & ditat, humiliat & ſubleuat. 8. Suſcitat de puluere egenum, & de ſtercore eleuat pauperem: vt ſedeat cum principibus, & ſolium gloriæ teneat. Domini enim ſunt cardines terræ, & poſuit ſuper eos orbem. 9. Pedes ſanctorum ſuorum ſeruabit, & impij in tenebris conticeſcent: quia non in fortitudine ſua roborabitur vir. 10. Dominum formidabunt aduerſarij eius: & ſuper ipſos in cælis tonabit: Dominus iudicabit fines Terræ, & dabit imperium regi ſuo, & ſublimabit cornu Chriſti ſui. 11. Et abijt Elcana Ramatha, in domum ſuam: puer autem erat miniſter in conſpectu Domini ante faciem Heli ſacerdotis. 12. Porrò filij Heli, filij Belial, neſcientes Dominum. 13. Neque officium ſacerdotum ad populum: ſed quicumque immolaſſet victimam, veniebat puer ſacerdotis, dum coquerentur carnes, & habebat fuſcinulam tridentem in manu ſua, 14. & mittebat eam in lebetem, vel in caldariam, aut in ollam, ſiue in cacabum: & omne, quod leuabat fuſcinula, tollebat ſacerdos ſibi. ſic faciebant vniuerſo Iſraëli venientium in Silo. 15. Etiam antequam adolerent adipem, veniebat puer ſacerdotis, & dicebat immolanti: Da mihi carnem, vt coquam ſacerdoti: non enim accipiam a te carnem coctam, ſed crudam. 16. Dicebátque illi immolans: Incendatur primùm iuxta morem hodie adeps, & tolle tibi quantumcumque deſiderat anima tua Qui reſpondens aiebat ei: Nequaquam, nunc enim dabis, alioquin tollam vi. 17. Erat ergo peccatum puerorum grande nimis coram Domino: quia retrahebant homines à ſacrificio Domini. 18. Samuël autem miniſtrabat ante faciem Domini, puer, accinctus ephod lineo. 19. Et tunicam paruam faciebat ei mater ſua, quam afferebat ſtatutis diebus, aſcendens cum viro ſuo, vt immolaret hoſtiam ſolemnem. 20. Et benedixit Heli Elcanæ & vxori eius: dixitque ei: Reddat tibi Dominus ſemen de muliere hac, pro fœnore quod commodaſti Domino. Et abierunt in locum ſuum. 21. Viſitauit ergo Dominus Annam, & concepit, & peperit tres filios, & duas filias: & magnificatus eſt puer Samuel apud Dominum. 22. Heli autem erat ſenex valde, & audiuit omnia quæ faciebant filij ſui vniuerſo Iſraëli: & quomodo dormiebant cũ mulieribus quæ obſeruabãt ad oſtiũ tabernaculi: 23. & dixit eis:

Quare facitis res huiuſcemodi, quas ego audio, res peſſimas, ab omni populo?
24. Nolite filij mei: non enim eſt bona fama, quam ego audio, vt tranſgredi faciatis
populum Domini. 25. Si peccauerit vir in virū, placari ei poteſt Deus: ſi autē in Do-
minum peccauerit vir, quis orabit pro eo? Et non audierunt vocem patris ſui: quia vo-
luit Dominus occidere eos. 26. Puer autem Samuël proficiebat, atque creſcebat, &
placebat tam Domino quā hominibus. 27. Venit autē vir Dei ad Heli, & ait ad eū:
Hæc dicit Dominus: Numquid nō apertè reuelatus ſum domui patris tui, cùm eſſent
in Ægypto in domo Pharaonis? 28. Et elegi eum ex omnibus tribubus Iſraël mihi
in ſacerdotem: vt aſcenderet ad altare meum, & adoleret mihi incenſum, & portaret
ephod coram me: & dedi domui patris tui omnia de ſacrificiis filiorū Iſraël 29. Qua-
re calce abieciſtis victimam meam, & munera mea quæ præcepi vt offerrentur in tem-
plo: & magis honoraſti filios tuos quàm me, vt comederetis primitias omnis ſacrificij
Iſraël populi mei? 30. Propterea ait Dominus Deus Iſraël: Loquens locutus ſum,
vt domus tua, & domus patris tui miniſtraret in cōſpectu meo, vſque in ſempiternum.
Nunc autem dicit Dominus: Abſit hoc à me: ſed quicumque glorificauerit me, glo-
rificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. 31. Ecce dies veniunt: &
præcîdam brachium tuum, & brachium domus patris tui, vt non ſit ſenex in domo
tua. 32. Et videbis æmulum tuum in templo, in vniuerſis proſperis Iſraël: & non erit
ſenex in domo tua omnibus diebus. 33. Verumtamen non auferam penitus virum
ex te ab altari meo: ſed vt deficiant oculi tui, & tabeſcat anima tua: & pars magna do-
mus tuæ morietur cùm ad virilem ætatem venerit. 34. Hoc autem erit tibi ſignum,
quod venturum eſt duobus filiis tuis, Ophni & Phinees: In die vno morientur ambo.
35. Et ſuſcitabo mihi ſacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum, & animam meam
faciet: & ædificabo ei domum fidelem, & ambulabit coram Chriſto meo cunctis die-
bus. 36. Futurum eſt autem, vt quicumque remanſerit in domo tua, veniat vt oretur
pro eo, & offerat nummum argenteum, & tortam panis, dicátque: Dimitte me obſe-
cro ad vnam partem ſacerdotalem, vt comedam buccellam panis.

ET ORAVIT ANNA, ET AIT:

RELICTA erant duo verba ex præcedenti capite, quæ non expoſuimus, quòd viderentur omnino ad ea, quæ ſequuntur, pertinere. Illa verò hæc ſunt: *Et orauit Anna, & ait.* Prima igitur difficultas tanquā in ipſo limine occurrit, quomodo oraſſe dicatur Anna, cùm tota illa oratione quam habuit, nullum beneficium poſtulet, nullum malum deprecetur. Sed ne Deum quidem ipſum affari videtur, vt notat Origenes homil. in primum regum, ſi vnum atque alterum verbum excipias. Partem etiam ſatis prolixæ orationis exhortationes quædam & commonitiones occupant. Quomodo igitur accipienda eſt illa oratio? Vatablus in ecphraſi, cenſet illam prius oraſſe, deinde hæc eſſe locutam: illam verò præcedentem orationem eſſe, qua Samuelem à Deo poſtulauerat: vel certè aliam, qua Deum precata eſt, vt eundem Samuëlem acceptū haberet, quæ hiſtoriæ non ſit inſerta: iam verò gratias agere, & beneficium acceptum hymno & laudibus proſequi. Hæc eſt mens Vatabli, vt opinor, licet aliquanto obſcurius explicet. At Origenes, Ego cùm legerem, inquit, 1. Theſſal. 5. aliquando apud Apoſtolum quod dixit, *Sine intermiſſione orate*, quærebam, ſi præceptum hoc poſſibile eſſet impleri. Quis enim poteſt nunquam deſinere ab oratione, ita vt neque cibum, neque potum ſu-

Vatablus.

1. Reſponſio, quomodo Anna oraſſe intelligenda ſit.

Origenes.

I.

A mendi tempus habeat? quippe cùm ſi hæc fiāt, intermittenda videatur oratio. Sed nec dormiendi, aut aliquid aliud humani vſus agendi veniam, ſecundum iſtud præceptū oratio communiter intellecta concedit. Videamus ergo ne forte omnes actus eius, qui in diuino verſatur officio, & omnia geſta, vel dicta, quæ ſecundum Deum gerit & dicit, ad orationem referuntur. Si enim oratio hoc ſolùm intelligatur, quod communiter ſcimus, neque Anna in his verbis oraſſe videbitur, neque vllus vnquam iuſtorum ſecundum Apoſtoli præceptū ſine intermiſſione orare poteſt. Satis apparet quid velit Origenes. At ſanctus Gregorius, cùm eandem difficultatem propoſuiſſet, inexplicatam reliquit. 2.

B Ben Gerſon hoc loco ſe aliter expedit, qui aliā partem huius carminis exiſtimat pertinere ad laudes Dei ſeu gratiarum actiones, aliam verò ad preces: & precum initium ab illis verbis fieri opinatur, *timeant Deum omnes fines terræ, & tonet Deus è cælo ſuper hoſtes ſuos.* quas preces à Domino auditas ex eo colligit, quod in 6. & 7. capite huius libri ſcribitur, Dominum tonitruis & cæleſtibus prodigiis Samueli dignitatem apud populum & authoritatem conciliaſſe. Orat poſtremò vt Deus regibus, quos erat deſtinaturus, addat robur. Orat item vt ipſe iudicet populum, hoc eſt, vt ſummum gerat magiſtratum, & populi cauſas cognoſcat. Placeret vtique iſta interpretatio, ait Vermilius, niſi ab ea præterirentur vaticinia, quæ Anna ſuo Cantico fudit, diuino afflata ſpiritu. Duo ipſe reſpondet: primum eſt, orationem, &

Ben Gerſon. 3.

Vermilius.

gratiarum actionem ſæpenumerò in ſcripturis coniungi. Nam Paulus ad Timotheum ait: volo fieri δεήσεις προσευχάς. idem ad Philip. inquit:
4. Petitiones veſtræ, orationes, & gratiarũ actiones innoteſcant apud Deũ. Alterũ, gratiarũ actione preces quoqoe ſaltem virtute, quod aiunt, aut etiam interna cogitatione & voto contineri. Neque verò dubium eſſe poteſt, Annam, gratias ageodo pro Samuële ſibi conceſſo, deſideraſſe vnà, & petiiſſe animo ſaltem & voluntate, vt ſuperſtes diu eſſet, & coram Domino inſeruiret multos annos. Gratiarum autem actionem vim orationis obtinere ex eo probat, quod ſi quis de accepto beneficio gratias agat, Deum prouocat, vt ſibi rurſus beneficia conferat, ita vt gratiarum actio nomine precum iure (B) poſſit cenſeri. Verùm non erat opus tanto labore, vt gratiarum actionem orationem poſſe dici probaret, ſi verè hunc hymnum gratiarum actionem eſſe admittimus. Satis enim apertè Apoſtolus 1. ad Timoth. 2. gratiarum actiones
5. inter orationis partes enumerat. Sed non videtur carmen iſtud vllam gratiarum actionem continere, ſed totum ad laudes referri, & admirabilem quandam diuinæ virtutis potentiã, ſiue in conterendis hoſtibus, ſiue in amicis erigendis prædicare: quæ quidem omnia poſſunt etiam ſine oratione commemorari. At verò ſi, quid ſit oratio, Vermilius annotare voluiſſet, mox totum negotium confeciſſet. Eſt enim oratio aſcenſus mentis in Deum: ſioe id fiat occaſione meritorum eius, quæ ad memoriam (C) reuocentur: ſiue admiratione futurorum, quæ diuino beneficio prænoſcantur: ſiue denique præſentium rerum contemplatione, quæ nos, vel ad laudandum Deum, vel deprecandum prouocent. Neque verò neceſſe eſt ex ipſo ſermonis contextu, aut prolatione verborum orationem expendere, ſed ex ipſo mentis intuitu, atque adeò animi tanquam cum Deo præſentia. Propterea namque, vt ſciremus eam oraſſe cùm illam odem ſiue hymnum concineret, illa voce, *Orauit*, præmiſſa, aperire quod latebat voluit, ſcilicet eius mentis intentionem. Per intentionem quippe ad Deum accedimus, non ſola quidem intellectus ſpeculatione, quomodo illi qui ad ſimplicem eius cognitionem aſpirant, ſed maximè voluntatis ſtudio, quo per amorem illum complectimur. Ad quem vbi peruentum eſt, & iam illius attentione fruimur, tum ſiue quid petimus, ſioe olim cooceſ- (D) ſum repetimus, ſiue illius laudes, ſiue iudicia enarramus, orare dicimur, qood eſt hominem cum Deo quacunque tandem ſermonis figura aut tropo colloqui. Non enim ſola decentium poſtulatio, oratio eſt: verumetiam quæuis religioſa cum Deo confabulatio. Angelicè, vt ſolet omnia, ſic quoque orationem deſcribit D. Thomas 2. 2. q. 84. art. 17. Illa, inquit, tria requirit: nam & ad Deũ accedere oportet, quòd oratio præſtat: eſt enim aſcenſus intellectus in Deum: & optare quidpiam, hoc enim in primis Deo gratũ eſt, & nos perpetuò indigemus, eáque actio poſtulatio dicitur: & illũ denique per illa obteſtari per quæ flecti valeat, id eſt, per eundẽ ipſum, & hęc obſecratio eſt. Ex parte etiã

Orare quid ſit.

D.Thom.

(A) noſtra laudem pro collatis prius beneficiis referentes, ad alia tribuenda prouocamus, quæ gratiarum actio eſt: eáque laudem non modò præteritorũ includit, verùm etiam futurorum ob fidei certitudinem.

Porrò genus eſt orationis εὐχαριστικὸν, inquit Vermilius, nam Deo gratias agit, qood Samuëlem fillum ſuſcepiſſet. Hæc quidẽ fuit carminis hypotheſis: ſed mulier diuini ſpiritus plena cõplexa eſt etiam & alia præclara, & ab hypotheſi ad theſim aſcendit: nam commemorat opera Dei, qui deiectos & afflictos tollit, ſuperbos verò & elatos deprimit. Eatenos iſta eò ſpectant, vt nos quoque moneamur in rebus aduerſis vni Deo confidere. Nulla enim eſt fortuna tam ab- (B) iecta ſeu deſperata, quam Deus non queat in integrũ reſtituere. Hanna ſub hac imagine fuit, quę à graui mœrore in eum iam locum erat adducta, vt præclara confidentia, & παῤῥησίᾳ loqui poſſet, nos condocefacit de illo incredibili artificio & prouidentia, qua Deus mundum vniuerſum regit ac moderatur. Sic enim res humanas tẽperat, vt crebrò excelſa ſoblimiáque deiiciantur, deiecta verò & humilia extollãtur. Geruntur autem hæc, non modò in orbis terrarum ciuili adminiſtratiooe: verùm etiam in Eccleſia. Fuit ille mos perpetuus piorũ hominũ, vt de acceptis beneficiis Deo gratias & laudes redderent. Ita Moſes cecinit Deo carmen de Pharaone profligato. Idem fecit poſtea Deborah de ſubactis hoſtibus. Nunc tertiom carmen (C) habemus Annæ, qood hîc iam cõmemoratur. Poſtea Dauidis carmina edita ſunt, inter quæ huius argumẽti permulta leguntur. Et in nouo teſtamento beata Virgo Dei nomen & laudes ferè ad hunc eundem modum celebrauit: imò & verba, & ſententias nonnullas ex hac Annæ ode mutuò videtur ſumpſiſſe. Illa, inquit, *Magnificat anima mea Dominum, exultauit ſpiritus meus in Deo*, &c. Hannah verò, *Exultauit cor meum in Domino*. Illa inquit: *Fecit mihi magna qui potens eſt*: & hæc, *non eſt fortis ſicut Deus noſter*. Illa, *& ſanctum nomen eius*: hæc, *non eſt ſanctus, vt eſt Dominus*. Illa, *Depoſuit potentes de ſede, & exaltauit humiles, eſurientes impleuit bonis*: hæc, *Infirmi accincti ſunt robore, & famelici ſaturati ſunt panibus*. Denique in vtroque hymno multa ſunt conſimilia. Nec mirum, quia tractant conſimile argumentum: ibi virgo peperit, hîc ſterilis eſt fœcundata.

(D) Eſt verò etiam hoc Canticum propterea admirandum, vt inquit ſanctus Theodoretus, quod non ſolùm laudauit largitorem ob ea quę accepit, ſed etiam vaticinationi hymnum miſcuit, & particeps fuit illius gratiæ, quam filius habuit: enixa enim Prophetam, ipſa quoque poſt partum vaticinatur. Quis enim, inquit Auguſtinus li. 17. de ciuitate Dei cap. 4. non ſentiat ſupergredi modum fœminæ huius dicta quę fudit? Orditur, inquit Vermilius, ab initio ex occaſione ſuarum rerum, ſed poſtea impetu ſpiritus orationem ad maiora transfert. Ita etiam cæteri Prophetæ quædam loquuntur de ſtatu ſoorum temporum, ac deinde ad Chriſtum & Eccleſiam diuertunt, ac de iis rebus longè plura ſcribunt, quàm de illis à quibus cæ-

Vermilius. *Genus orationis.*

Canticorum Annæ & B. Virginis comparatio.

S.Theod. *Orando Anna vaticinatur.*

D. Auguſt.

Vermilius.

perant, quandoquidem illa vmbræ tantùm erant, hæc verò ſolida corpora. Quocirca extra propoſitum argumentum non vagantur, nec aliena dicunt, dum magis commorantur in ipſis rebus, quàm in earum vmbris. Hoc teſtatur & Chaldaicus Paraphraſtes, necnon & Dauid Kimhi. Quæ verò ab illa de futuris prænuntiata ſint, dicemus cùm ſingula interpretabimur.

Quomodo Anna publicè prophetat cum vetet Apoſtolus mulieres in Eccleſia loqui?

Sed prius audienda nobis eſt dubij cuiuſdam ſolutio, quam paucis Vermilius abſoluit. Illud verò tale eſt; cùm partes mulierum ſint, in Eccleſia tacere, quod Paulus præclarè Corinthios monuit, quomodo licuit Annæ in cœtu loqui, idque in Siloh coram Domino, & ita loqui, vt viros aſtantes docere videatur? Nam alienum iure poteſt videri à mulierum conditione atque officio. Hæc eſt ſolutio. Primùm id ſumo, Deum ſuam voluntatem decreuiſſe patefacere, non tantùm per viros, ſed etiam interdum per mulieres. Etenim Deboram olim excitauit inter iudices, quæ populum docuit, & pulcherrimum Canticum cecinit publicè, necnon Oldam prophetidem ætate Ioſiæ: filias item Philippi, quas prophetaſſe referunt Acta Apoſtolorum. Atque ita futurum Ioël prædixit: *Filij*, inquit, *veſtri, & filiæ veſtræ prophetabunt.* Nec dubium eſt, quin populo indicarint & propóſuerint ſua vaticinia, nō enim Deus chariſmata ſua elargitur, vt iaceant occulta, vel vt in angulos abijciantur. Attamen ſciendum eſt, vt mulieres in cœtu doceāt, extraordinariam eſſe rationem, & idcirco non eſſe in exemplum trahendum. Paulus autem ad Tim. & ad Corint. id cōmuni & recepta conſuetudine prohibet fieri, & ſui præcepti rationes affert. Primū, quòd oporteat vxorem viro ſubijci. Nam in Geneſi ſcribitur, *Ad eum erit conuerſio tua, & ipſe dominabitur tui.* Sed qui docet dominij quoddam genus in eos habere videtur, quos inſtituit. Deinde, quod vir nō ſit factus propter mulierem, ſed mulier propter virum: tum quod vir prior factus ſit, poſtea mulier. Hæc oſtendunt virum eſſe digniorem præſtantioremque muliere, ideo non ei permittendum, vt viros doceat, cùm docentes præſtēt dignitate & authoritate illis qui edocentur. Poſtremò, quòd Adamus non fuerit ſeductus, ſed mulier: quare ſi mulieres ordine vſitato in Eccleſiis docerent, viri ſubinde poſſent ſuſpicari, diabolum velle ſuo inſtrumento veteri abuti, & homines per illud in fraudem & perniciem illicere. Quòd ergo aliquot mulieres loquutę fuerint aliquādo in Eccleſia, prærogatiua quædam fuit, non communis & recepta œconomia. Ita cōciliare poſſumus duos locos Pauli, qui prima fronte videntur pugnare. 1. ad Corint. 11. ſcribit. *Mulier prophetās, aut orans aperto capite, afficit ignominia caput ſuum.* Quę verba oſtēdunt licere mulieri prophetare, ſi tamen id operto capite fecerit. Et è diuerſo idem poſtea mandat c. 14. eiuſdem Epiſtolæ, vt mulieres in Eccleſia taceant. Hæc breui diſtinctione poſſunt expediri, quòd alia ſit prophetia ordinaria, & alia extraordinaria. Si mulier afflata fuiſſet ſpiritu Dei, ac inde modo extraordinario excitata, licebat illi prophetare, ſed ita vt meminiſſet decori, ſéq; modeſtè gereret: ſed vt ordinario miniſterio prophetandi fungeretur, nullo modo licuit.

Cæterùm, rarò admodum fœminas prophetandi munere à Deo donatas fuiſſe legimus, at complures à dæmonibus: nam his vt plurimùm ad oraculorū fraudes abuſi ſunt. Id enim multò credibilius eſt, quā quod diuinat Tullius, terræ vim Pythiam Delphis incitaſſe, naturę Sibyllā. Quanquam enim non paucæ Sibyllinæ vaticinationes, diuino potius inſtinctu atque afflatu editæ, quàm à dæmone confictæ, videri queant, attamen reliqua Gentilium oracula Deum authorem habere non potuerunt. Neque verò Sibyllas omnes dictas reperio, quotquot furore diuino incitatæ, futura prædicerent: ſed aliæ quidem à locis, aut numinibus, quorum nomine reſponſa ederent, aliæ propriis nominibus ſunt appellatæ. Phaennidem Chaonum regis filiam, & Peleas, quas apud Dodonæos columbas fuiſſe fabulati ſunt, tametſi illæ vaticinarentur, & oracula funderent, nemo tamen Sibyllas nominauit. Herophilen primam Sibyllarum, Græci Iouis & Lamiæ filiam fuiſſe dictitant, inquit Pauſanias in Phocicis: Lamiam ipſam Neptuno genitam, mulierum omnium primam vaticinatam, & ab Afris Sibyllam nuncupatam. Sed illud quis non rideat quod deinde ſubdit? Poſt Demó (ea eſt Sibylla Cumana) in fatidicarum mulierum numerum retuliſſe Hebræos, qui ſupra Palæſtinam ſunt, gentilem ſuam Sabbam nomine, quam Beroſo patre, matre Erymanthe genitam tradunt. Nonnullæ ſanè quondam apud Hebræos prophetandi gratia claruerunt, atque in primis Debbora & Holda; plures etiam myſtica cantica cecinerunt, vt Maria ſoror Moſis, Anna, & Iudith; nulla tamen earum Sabba dicta eſt: neque veriſimile eſt tam dementes olim fuiſſe Hebræos, vt cuperent Sibyllis ſuas prophetides accenſeri. Quod ad ſtylum huius orationis pertinet, non alium eſſe arbitror quàm cæterorum Canticorum, quæ fermè omnia verſibus deſcripta eſſe docet S. Hieronymus præfatione ſua in lib. Iob. Sibyllæ etiam verſibus ſua vaticinia tradiderunt. Vixque aliter quàm carmine apud Gentes oracula edebantur. Qua de re Bœó Delphica mulier, in Hymno à ſe compoſito de Hyperboreis, qui primi Delphis Apolli oraculum dedicarunt, hæc habet:

Mulieres paucæ prophetides, multæ fatidicæ.

Pauſanias.

S. Hieron.

Verſibus oracula edita.

Atque Olen, primus cecinit qui oracula Phœbi,
Et veterum primus modulari carmina cœpit.

Quanquam communis hominum opinio, inquit Pauſanias in Phocicis, priſcę memoriæ authoritatē ſequuta, ſolas agnoſcit mulieres oraculorum interpretes: quarum prima Phemonoë, prima item ſenariis longioribus fertur oracula decantaſſe. Inſignes porrò arte Poëtica mulieres plures quondam extiterunt, atque in primis Sappho. Corinna verò etiam Pindarum, cui ob artis peritiam, Apollo ipſe æquam primitiarum partem conceſſerat, carmine viciſſe dicitur. Author Pauſanias in Bœoticis.

Et exaltatum eſt cornu meum.

Versus I.

Exultauit cor meum in Domino, & exaltatum eſt cornu meum in Deo meo: dilatatum eſt os meum ſuper inimicos meos: quia lætata ſum in ſalutari tuo.

Vermilius. TRIA hæc ſimul iungit Vermilius, quæ ſic interpretatur. Cor dilatatur lætitia, & gaudio ſoluitur quodammodo, è diuerſo contrahitur mœrore. Hæc eſt illa ſyſtole & diaſtole, quã phyſici & docent & obſeruant. *David Kimhi.* Dauid Kimhi per antitheſim hæc cõponit. Cor meum, quod antea contractum erat, iam ampliatur: B Cornu meum, quod antea deiectum habebam, iam in altum attollitur: os meum, quod antea mœrore occludebatur, iam liberũ eſt & ſolutum. Chaldaica Paraph. habet, *Valuit cor meum in parte quã dedit mihi Dominus.* *S. Theodoretus.* 70. autem ἐστερεώθη ἡ καρδία μου ἐν κυρίῳ. *Confirmatum eſt cor meum in Domino.* Nimirum fide, inquit S. Theodoretus in Canticum Annæ, quando petiit, vt daretur ſibi gratia pariendi filij. Sequuntur etiam 70. Chryſoſt. & Auguſtin. cap. 4. lib. 17. de Ciuit. Dei: & pariter confirmatum legunt. *Origenes.* At Origenes vtroque antiquior nobiſcum legit, *Exultauit cor meum in Domino,* & ſubdit: neceſſariò addidit *in Domino.* Eſt enim exultatio, quæ non eſt in Domino, ſicut & illud dicitur: *Gaudete in Domino.* C *Gaudendum in Domino.* Poteſt enim quis gaudere in carnalibus, & non in Domino. Si enim gaudeam quod inueni theſaurum viſibilem, iſtud gaudium carnis eſt, & non in Domino. Si gaudeam quod me homines laudant, & fortè non pro merito, non eſt hoc gaudere in Domino. Si gaudeamus in rebus fragilibus & caducis, hæc omnia non habẽt laudabile gaudium. Si verò gaudeã, quoniam dignus habitus ſum pro nomine Domini iniuriam pati, iſtud gaudium in Domino eſt, quia ipſe dixit ſuper his: *Gaudete & exultate, quia merces veſtra multa eſt in cœlis,* &c. Et ideo nos docet ſcriptura, vt abiicientes gaudia terrena, fragilia, & caduca, de æternis gaudiis exultemus in Domino, & meritò dicamus quod Anna dixit, *Exultauit cor meum in Domino.* Quoniam autem, quo tempore eam concionem in Eccleſia Origenes habuit, Dęmon arreptum quendam in inconditas voces coëgit prorumpere, itaut populi concurſus fieret, oratio verò dicentis tumultu interci- D peretur, propterea tanto maiore ſtudio populum admonet illa ſalutari lætitia & gaudio perfruendum, quanto vident maiori triſtitia inuidum illum affici, qui eſt ſalutis noſtræ hoſtis infenſiſſimus. Quod ſi dicas, contraria omnino Annæ contigiſſe quã prædicet Origenes, ſiquidem eam mœrore contractam legimus, cùm ab æmula cõuitiis impeteretur, tum verò gaudio atq; hilaritate perfuſam, cùm de ſuſcepta prole gloriaretur: igitur illam minimè in exemplum proponendam eſſe, ſi quidem ex rebus aduerſis voluptas capienda ſit, ſecunda verò ac proſpera contẽnenda: Reſpondeo, idcirco prius eam doluiſſe ob ſobolem denegatã, quod eſſet illa mo-

A leſtia cum graui ignominia coniuncta, & pręberet æmulæ perpetuam maledicendi materiam, tum quod eo tempore crederetur ea calamitas cœleſtis iræ non obſcurum argumentũ: at verò quis mœrore non contabeſcat, ſi arbitretur deũ ſe habere iratum? Illæ ſolummodo procellę, dũ corpus opprimũt, animos debent attollere, quę nos amplius Deo commendant: at ſupplicia & pœnæ, quibus in ſcelera noſtra animaduertit, doloris ſenſu animam quoque ipſam cõtrahere debent, & pœnitentia afficere. Iam verò quod ad lætitiam pertinet, & ſingularem illam voluptatẽ, qua velut tota extra ſe rapta eſt, rationem habuit longè digniſſimam. Neque enim hoc ſolùm cogitauit quod mater effecta eſt, nec eſſet poſtmodũ æmulæ maledictis obnoxia: ſed cùm B eſſet diuino numine afflata, ſobolis ſuę futuram dignitatem proſpexit, & cœli quoq; celſa faſtigia ſuperans, de Deo æterniſque præmiis philoſophata eſt. Eſt autẽ exultatio gaudium geſtuoſum, vt definit Scaliger exercit. 317. 2. γανύσθαι, & ἀγαλλιάζειν Græcis. *Scaliger.* *Gaudium & exultatio.* Gaudium autẽ eſt voluptas, faciens effuſis ſpiritibus animum ſeſe efferentẽ. Græca omnino origo eſt: ſiue χαρά velit quis, ſiue malit γανεῖν effectum, ſiue cauſam, nam vtrũque interpretari poſſumus, tradere maluerũt 70. interpretes: vel enim propterea cor eius confirmatum ſcribunt, quòd quemadmodum triſtitia vires frangit & deprimit, ita lætitia & gaudium erigit atque confirmat: vel quia ex eo ſe lætificatam iactet, quod ſoluta ſterilitate ſe confirmatam videat.

C ET *exaltatum eſt cornu meum.*] *Paraph. Chald.* Paraph. Chald. addit, *in dono quod numerauit mihi Dominus.* *S. Hieron.* Et cornu ipſum, illud donum eſt: ſic enim D. Hieron. Cornu, inquit, filium vocat: quia, quando ſine filio erat, abſque cornu videbatur ſibi eſſe. *Vermilius:* *Vires etiam corporis Deus ſuis largitur.* Cũ hoc etiam conſentit Vermilius. Cornu, ait, appellare videtur vim & robur, quod eius corpori Deus indiderat, vt poſſet parere. Diuinis litteris perfamiliaris eſt hæc metaphora, quæ à brutis animantibus deducitur, quandoquidem illa cornibus armantur, & ipſis dimicare, ac ſe tueri cõſueuerunt. Deus non tantùm ſuis bona ſpiritualia confert, ſed etiã robur corporis elargitur, quo & reș moleſtas ferre poſſint, & difficiles adgredi. *Vatabl.* Vatablus: Cornu, id eſt gloria, quod in idem recidit: nam & hæc fuit illius gloria talem tantũmque filium peperiſſe. *Origenes.* Origenes cornua iuſtorum moraliter crucem Domini & virtutes interpretatur. Sunt, inquit, quædã cor- D nua iuſtorũ, quibus vtuntur, vel agẽtes aliquid, vel loquentes, ſicut cùm dicũt: *In te inimicos noſtros vẽtilabimus cornu.* *Cornu iuſtorum crux Domini eſt.* In Græco κερατιοῦμεν dicitur, quod eſt cornu petemus, vel cornu ventilabimus. Sed & alibi dicitur: & exaltabuntur cornua iuſti. Oportet ergo nos habere iſta cornua, quę iuſtis de cauſis apicibus Chriſti crucis conferuntur, vt in his deſtruamuș & deiiciamus aduerſarias virtutes de anima noſtra, quibus proſtratis & expulſis poſſit in nobis plantari vinea, quia vinea facta eſt dilecto in cornu in loco vberi. Hæc Orig. Homil. in 1. regnorum.

DILATATVM *eſt os meum ſuper inimicos meos, quia lætata ſum in ſalutari tuo.*] *Vermilius:* Bifariã, inquit Vermilius, licet exponere. Primùm vt ſignificet ri-

dere:nam ridẽtes os aperiunt:vel vti parreſia,& liberius loqui. Nam rebus aduerſis quodãmodo ſtupemus,& obmuteſcimus. Sic Vermilius. Parreſiam tribuit S. Theodoretus, etiam cũ inſultationequadam Chald. Paraph.& Vatablus. Riſum quoque intellexiſſe nil vetat, oritur ille namque ex lætitia, quam non modicam præ ſe fert illis verbis. Fit autẽ riſus à dilatatione diaphragmatis, ex qua dilatatio quoque muſculorum,qui circa buccas ſunt, per conſenſum fiat. Quippe ij quoque qui in præcordiis vulnerati ſunt, ridibundi perire dicũtur. In cachinno manifeſtiſſimum eſt, etiam manifeſto vbiq; motu. Et exit vox tunc ex proximo loco pectoris. Riſus autẽ definitio hæc eſt ab efficiente inſtrumẽto : aliter dici poteſt motus cõmunis ori & pectori. Porrò foris cauſæ quatuor ſunt : 1.nondũ nomen habet:ſed aiunt:vbi quid ridiculè dictũ, factumve ſit. Malim dicere ſic : aliquid præter morem cõmunem,aut expectationem,aut ſentẽtias ſapientum. Altera cauſa lætitia eſt.3.loco gigni ſolet riſus ab admiratione etiam rerũ ſeriarum.4.riſus natura ſolius oris affectus eſt:habétque pro cauſa contemptum,aut indignationem. Ab illo dicti irriſores. Hic poſterior Sardonius appellatur, nullomodo cum prioribus conueniens definitione, ſed nomine ſolo æquiuoco. Priores, quemadmodum Saræ, cuius ob riſum filius eius Iſaac dictus eſt, & Annæ quoque attribui poſſunt. Poſteriorem verò ſancti Chryſoſt.prohibet authoritas. Sic namque ille, Animaduertite,inquit, dictionis perfectionem, nõ dixit,acutum factum eſt os meum ſuper inimicos meos:non enim ad cõtumelias & conuitia præparatum erat,nõ ad accuſationem & opprobria, ſed ad conſilium & admonitionem, ad correctionem & inſtructionem : propterea non dixit, acuta facta eſt lingua mea ſuper inimicos meos; *Sed dilatatum eſt os.* Remiſſionem,inquit, aſſecuta ſum,poſſum liberè loqui,nunc pudorẽ excuſſi,ad libertatem ſum reuerſa. Nec hic nominatim mulierẽ dixit riualem : ſed ſimpliciter dixit indefinita nuncupatione,quaſi quadã perſona tantæ triſtitiæ authorem abſcondit. Non dixit,quod multæ dicũt mulieres:confudit eam Deus,diſſipauit,& deiecit ſceleſtam,arrogantẽ, & magniloquam : ſed ſimpliciter, *Dilatatũ eſt os meum ſuper inimicos meos, lætata ſum in ſalutari tuo.*

D Theodoret. Chald. Paraph. Vatablus. *De riſu.*

A B C

Scaliger exercit 317. num. 6.

D.Chryſ.

SALVTARI *tuo.*] Non ſimpliciter,inquit idẽ, in ſalutari:ſed,in ſalutari tuo:nõ enim quoniam ſaluata ſum, ſed quoniam per te ſaluata ſum, propterea lętor & exulto. Tales ſanctorum animæ,de Deo qui dedit, magis quã de donis gaudent : non enim ipſum propter ipſius dona, ſed hæc propter illum diligunt. Gratorum hoc eſt ſeruorum, omnibus ſuis ſuum præponere dominum, ita nos quoque parati ſimus.

D.Chryſ.

D

Donis ſuis Deus anteponendus.

VERSVS 2.

Non eſt ſanctus, vt eſt Dominus : neque enim eſt alius extra te, & non eſt fortis ſicut Deus noſter.

Origenes.

SI ſcriptum eſſet, inquit Origenes Homil. Vnica in libr.1.regnorum,non eſt ſanctus niſi Dominus, conſequens erat omnes nos renuntiare nobiſmetipſis ab hac ſpe,vt ſancti efficeremur:nunc autẽ neceſſaria diſtinctione vtitur,& dicit : *Non eſt ſanctus ſicut Dominus.* Hoc eſt, etſi ſint multi ſancti, ſed nullus ita ſanctus eſt,vt eſt Dominus. Poſſunt ergo multi ſancti fieri, ſicut & mandatum Dei dicit:Sancti eſtote,quoniam & ego ſanctus ſum. Sed quantumcũque quis in ſanctitate proficiat,quãtumlibet ſynceritatis & puritatis adquirat,ita eſſe ſanctus homo nõ poteſt ſicut Dominus:quia ille largitor ſanctitatis eſt,iſte ſuſceptor:ille ſanctitatis fons eſt,hic autem ſancti fontis potator:ille ſanctitatis lux eſt, hic ſanctę lucis inſpector:& ideo nõ eſt ſanctus vt eſt Dominus. Hęc Origenes. In quam ſentẽtiam hæc eadem verba ſimiliter interpretatur S. Aug.l.17.c.4.de Ciuit.Dei. Tanquã ſanctus, ait,& ſanctificãs,vt iuſtus & iuſtificans : non eſt ſanctus præter te, quia nemo fit, niſi abs te.

Nemo ſanctus natura & efficienter præter Deum.

S. Auguſt.

Poſſunt igitur dici & homines ſancti,ſed non vt Dominus. Dicũtur etiam & dæmones,vt notauit S. Theodor.q.in l.4.regum q.25. ita enim quęrit. Quid ſibi vult,Cadeſim qui erant in domo Domini? Per homonymiam,ait,appellabãt dæmones ſanctos. Cados enim interpretatur ſanctus. Hunc verò locum comment.in Canticum Annę,in eos præcipuè cõtorquet. Dictum eſt enim ab ea,inquit,vt oſtendat dęmones non eſſe ſanctos, ſed immundos : ad redarguendam enim Deorũ multitudinem,& impurorum ſpirituum,ſolũ Deum dicit eſſe ſanctum,& ſanctitatis fontem. Iobius autem Monachus, quem laude dignum,& in ſacris litteris apprimè verſatum Photius prędicat, Bibliothecæ ſuæ ſcriptorem CCXXII.non ſolùm in Deo ſanctitatis originem attendit, ſed etiam eiuſdem excellentiam. Nõ enim Deus tantùm reliquis ſanctitatẽ confert, ſed etiã vnus eminet inter omnes in omni genere ſanctitatis. Propterea enim dicitur ſanctus ſanctorum, quod eiuſmodi ſanctimoniam ſignificat,quæ ſit,inquit,ſupra omnẽ aliam,quę nominari poſſit, collocata, miniméque cũ vlla cõponenda. Quotquot enim ob diuinã gratiam ſancti dicuntur, profani alioqui atque impuri meritò iudicari queant, ſi cũ Deo componantur : vt & omnes reges,ſerui : & exiſtentia,non exiſtentia,ad eum qui reuera exiſtit,collata. Iam verò quid ſit eſſe ſanctum,quidve ea vox potiſſimum ſignificet,noſtrum eſt,opinor,explicare. Arbitror autem hoc loco non aliam eſſe huius dictionis emphaſim,quàm quæ religionis cultũ præ cæteris ampliorem Deo attribuat. Neque enim mihi aliud dicere velle videtur,quã neminem pari religione colẽdum ac Deum. Neque enim alium quẽquam ſimilem cum eo venerationem mereri:eum ſolum venerandum,auguſtum, ſuſpiciendum eſſe. Etenim ea vox ex vſu antiquorum ad religionem pertinet, videtúrq; ſimul pietatem cum ſacrorum cultu complecti: quem quidem cũ nemo alius ſit, cui Deum exhibere par ſit ; hæc Annæ verba ita accipienda erunt,vt neminem illa velit cum Deo religione atque obſeruãtia conferri. *Non eſt* igitur *ſanctus vt eſt Dominus.* Quaſi diceret : Non eſt colendus vt Dominus,venerandus vt Dominus,adorandus vt Dominus, ſacrificio, prece, voto hono-

D Theodoretus.

Iobius l.6. comment. ſui de verbo incarnato c.24.& 25.

Dei ſanctitas dignitate parem non habet.

Sanctus idē quod colendus.

Digitized by Google

randus vt Dominus. *Neque enim eſt alius extra te:* A Quaſi diceret: nec mirum ſi præ cæteris obſeruandum eum prædico, quin potius ſolum dicere debueram: neque enim alius quiſquam eſt, qui eãdem naturam, aut dignitatem ſortitus ſit, vt poſſit vllo genere cultus cum eo comparari. Huncigitur locum ita viſum eſt optimè poſſe explicari. Ne quis tamen ſecus accipiat, placuit paucis quæ didiciſſem ab aliis de ſanctitate referre.

D. Dionyſ. Areopag.
Sanctitatis definitio.

S. Dionyſ. Areop. l. de diuinis nominibus c. 12. quid eſſe poſſit ſanctitas his verbis ita deſcribit: *ἁγιότης μὲν οὖν ἐστιν, ὡς καθ' ἡμᾶς εἰπεῖν, ἡ παντὸς ἄγους ἐλευθέρα, καὶ παντελὴς, καὶ πάντῃ ἄχραντος καθαρότης,* id eſt, vt interpretatur Ambr. Camaldul.

Ambr. Camald.

Itaque ſanctitas quidem eſt, vt ſecundum nos loquamur, omni ſcelere libera, perfectáque & penitus incoinquinata mundicia. Quibus quidem B verbis, quicquid de ſumma perfectione dici potuit, S. Dionyſ. abſoluit. Nam tribus illa conditionibus conſtare debet, quarum prima eſt, vt nulla vel leuiſſimi ſceleris labe polluatur. 2. vt ille flos puritatis atque illibatus innocẽtiæ candor nullo vnquam tempore labefactari poſſit. 3. vt ſit quoque niueus ille decor pulcherrimis aliarum virtutum depictus coloribus, non aliter quàm cœlum ſtellis, monile auro & gemmis, aut etiam prata floribus, quæ intuentium oculos mira voluptate reficiunt. His ille legibus ſanctitatem definiuit, quam & ab omni peccato immunem, & ab infirmitatis iugo liberam, omnibúſq; numeris abſolutam aſſeruit. Quo quidem genere laudis Deus omnibus creaturis lõgè ſuperior eſt. *Nemo enim mundus à ſorde, nec iu-* C *ſtificabitur homo,* vt inquit Iob, *Deo compoſitus.* Tametſi namque creatura aliqua reperiri poſſit, quæ diuinæ gratiæ ope ac præſidio defenſa, nullam vnquam maculam contraxerit, non tamen propterea ſic exiſtimandum eſt, quaſi ſit illud naturæ ſuæ præſtantia atque bonitate conſecuta: non enim hoc aliter quàm cœleſti fauore effici potuit: ſed quicquid in vllo vnquam præclaræ virtutis emicuit, Deo auctore comparatum eſt. Sed nec aliter quàm Deo ſeruante ac protegente diutius poteſt conſeruari. Quòd ſi manum ſubducat, in quam virtus omnis non modò humana, verùm etiam angelica inclinata recumbit, de ſummo virtutis faſtigio in profundiſſimum impietatis barathrum præſtantiſſimi D quique laberentur. Teſtis ille angelorum coryphæus, quem præſtãtiſſimis naturæ donis Deus ornauerat, quem tamen poſtea de ſupremo cœlorum vertice in imam abyſſum, non alia quàm propriæ virtutis opinio, præcipitauit. *Ecce,* inquit Iob cap. 4. *qui ſeruiunt ei non ſunt ſtabiles, & in angelis ſuis reperit prauitatem: quanto magis qui inhabitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, conſumentur velut à tinea?* Quotus igitur quiſque eſt, qui hanc noſtram vitam, ſiue etiam angelicam, diuino beneficio adeptus eſt; ſi non illum ſuopte pondere ruentem Dei gratia fulciat, quantacumque virtute præditus eſſe videatur, oportet pari nobiſcum ſorte peccati legibus ſubiaceat.

Deus eſt ipſa ſanctitas.

At Deus nulla ratione peccare poteſt, cùm ſit ipſa ſanctitas: ſed eſt ab omni ſorde alieniſſimus.

Origenes.

Cuius dicti veritatem Origenes apertiſſimè demonſtrauit, vt refert ex periarchon primo Pamphilus martyr, ſeu potius Euſebius in Apologia.

Pamphilus martyr.
Euſebius.

Similiter, ait, & natura Spiritus ſancti, quæ ſancta eſt, non recipit pollutionem. Naturaliter enim vel ſubſtantialiter ſancta eſt. Si qua autem natura ſancta eſt, ex aſſumptione hac, vel inſpiratione Spiritus ſancti habet vt ſanctificetur, non ex ſua natura hoc poſſidens, ſed accidens, propter quod & decidere poteſt quod accidit. Hæc Origenes. Cùm ſit igitur ſanctitas ipſa natura diuina, ab illa vtique Deus deficere non poteſt, nec ſemetipſum deſtituere. Neque enim eo loco ſanctitas Spiritui ſancto tribuitur, tanquam ſit peculiare aliquid, quod ad eius cum Patre & Filio relationem pertineat, aliis autem denegetur: ſed tanquam communis quædam virtus: quæ cùm ex æquo ab Origene Spiritui ſancto cum Patre & Filio tribuatur, procul dubio, vt ibidem argumentatur Pamphilus, eoſdem inter ſe pares aſſeuerat. Licet autem veriſſimum ſit, ſanctitatem vnà cum reliquis omnibus virtutibus eſſe vnam ſimpliciſſimam, & ab omni compoſitione remotiſſimam naturam, atque adeo & vnam virtutem: nihilominus tamen hoc quod antè dicebamus, nimirum non poſſe ab innocentia abeſſe, aut ab integritate deſtitui, illam inquam ab omni corruptione immunitatem præcipuè ſingulari ſanctitatis nomine nũcupamus. Quod etſi Iobius Monachus, cuius antea fecimus mentionem, minimè probauerit, quod putet ad Dei laudem non poſſe pertinere, quod à pollutione immunis aſſeratur, idem tamen eodem recidit: ſed non aduertit forſitan, id quod negando alter explicare conetur, id ſe affirmando exponere.

Sanctitas eſt immunitas ab omni tum corporis tum animæ corruptione.

Tametſi enim affirmandi modus contrario longè præſtantior eſt: attamen multa ſunt ex iis, quæ naturam noſtram ſuperant, quæ cùm mente conſequi non poſſumus, cogimur cum rebus noſtris conferre: cum quibus cùm reperiantur non poſſe conuenire, vix aliter intelligimus, quam negando id eſſe quod intelligimus. Quod procul dubio fecit Origenes, qui cùm diuinæ naturæ caſtiſſimam ſynceritatem alia ratione intelligere nõ poſſet, quàm negando pariter ac noſtram pollutioni eſſe obnoxiam, negatiua oratione expreſſit, quæ tantum tamen valere exiſtimanda eſt, quantum ſi D quis aſſerat eam laudem non in ſimplici negatione eſſe poſitam, ſed in abſoluta quadam diuinæ naturæ perfectione, quam verbis explicare non liceat. Neque enim ipſe Iobius propterea eam luculentius explanaſſe mihi viſus eſt, quod alterum dicendi modum damnauerit, ſed potius contrariam ſententiam confirmaſſe, dum in ea explicanda deficit, niſi forte quiſpiam putet ex eiuſdem verbis ſupra humanam fidem, aut intelligentiam aliquid concipi poſſe. Eatenus tamen eius expoſitionem vtilem ſum arbitratus, quatenus eadem nos admonet id quod negando efferimus, reipſa amplius aliquid eſſe quàm ratione queamus inueſtigare. Quocirca etiam eius hoc loco verba referam ex eiuſdem commentarij de verbo incarnato libro ſexto, capite vigeſimo quarto, & 25. quæ ſe habent ad hunc modum. Sanctum

Iobius Monachus

Sanctitas ſingularem diuinæ naturæ prærogatiuam denotat.

inquir, dicas hîc, (quoties ſcilicet de Deo agitur.) Non quod ab omni ſorde, quæ corpus aut animam inquinat, purum eſt: quænam enim illa Dei laus, aut potius 'quomodo non extrema eius vituperatio ſit, ſi id laudationis loco vſurpetur, quod Deus ab affectionibus noſtris liber exiſtat? Sed diſtinctam (Dei naturam vox illa,) & cæteris omnibus antecelleotem, atque ab iis ſeiunctam prædicat. Neque verò inſolita ſacris litteris eiuſmodi huius vocabuli

Luc. 2.

ſignificatio, vt ibi: *Omne maſculinum adaperiens vuluam, Sanctum Domino vocabitur*, hoc eſt ſelectum. Et rurſum Iudic. libro cap. 13. *Paries filium, & non aſcendet ferrum ſuper caput eius, quia ſanctificatus eſt puer.* aliáque ſexcenta. Sic ſanè ſanctificare locum, vel panem, vel vinum dicimus, quæ Deo ſecernuntur, & ad nullum communem vſum referuntur. Et rurſum ait, vocem *ſanctus* ſine vlla coagmentatione prolatam, & nullo omnino alio intercedente prouocabulo, indicare ſimplicem, minimè compoſitum, excellentem ac ſacroſanctum diuinæ naturæ ſtatum. Et in explicatione Triſagij Seraphinorum interpretatur ſignificare immutabilitatem diuinarum perſonarum, quoad eſſentiam, potentiam, & facultatem.] Quod poſtquam pro ingenij noſtri mediocritate ſtudioſè ſatis ac diligenter explicuimus, illud vnum ſupereſſe videtur, vt de ornamentis quoque reliquarum virtutum quæ ad ſanctitatem conferunt, minimè taceamus. Verùm ne fortè nauſeam pariat ni-

Vatablus.

mis longa oratio extimeſcimus. Paucis Vatablus in ecphraſi: Per ſanctitatem, inquit, miſericordiam, clementiam, iuſtitiam, & reliquas virtutes intelligit.

Obiici poterat. Quomodo ergo ſancti erimus, ſicut & Deus ſanctus eſt, quemadmodum lex iubet, ſiquidem non eſt ſanctus vt eſt Do-

Origenes.

minus? Reſpondet Origenes hom. 11. in cap. 20. Leuitici. *Eſtote ſancti, quoniam & ego ſanctus ſum.* Hoc eſt, ſicut ego ſegregatus ſum, & longè ſeparatus ab omnibus, quæ adorantur, vel coluntur, ſiue in terra ſiue in cœlo: ſicut ego excedo omnem creaturam, atque ab vniuerſis quæ à me facta ſunt, ſegregor: ita & vos ſegregati eſtote, ab omnibus qui non ſunt ſancti, nec Deo dicati. Segregari autem dicimur non locis ſed actionibus, nec regionibus, ſed conuerſationibus: denique & ipſe ſermo in lingua Græca, quod dicitur ἅγιος, quaſi extra terram eſſe ſignificat. Hæc Origenes.

Deinceps quod ad homines attinet, cum quibus hic negatur fieri poſſe ex æquo comparatio, pluribus de cauſis olim ſanctos dici comperimus. Nam & parentes, & legatos, & ſacerdotes, & eos quoque qui vitæ innocentia, aut caſtitate præſtarent, eo nomine cohoneſtatos

Qui ſancti dicantur.

legimos. In vniuerſum igitur, aut iure naturali quoſdam ſanctos habitos didicimus, vt parentes: aut iure gentium, vt legatos: aut conſecratione, vt ſacerdotes: aut lege ciuili, vt patrónos: aut diuina gratia, vt puriores: aut gloria, vt qui è viuis exceſſerunt, cœlóque recepti ſunt. Si quæras, quam vim habeat illud vocabulum, quámque ſignificationem à priſcis têporibus apud omnes mortales obtinuerit, Iu-

A riſconſulti potiſſimum reſpondebont. Mar-

Marcianus.

cianus ff. de diuiſione rerum l. 8. Sanctum eſt, inquit, quod ab iniuria hominum defenſum, atque munitum eſt. Sanctum autem dictum eſt à ſagminibus. Sunt autem ſagmina quædam herbæ, quæ legati populi Romani ferre ſolent, ne quis eos violaret: ſicut legati Græcorum ferunt ea quæ vocantur Cerycia. In municipiis quoque muros eſſe ſanctos Sabinum rectè re-

Caſſius. Vlpianus.

ſpondiſſe Caſſius refert, prohiberique oportere ne quid in his committeretur. Et ibidem Vlpianus l. 9. Propriè, inquit, dicimus ſancta, quæ neqoe ſacra, neque profana ſunt, ſed ſanctione quadam confirmata: vt leges ſanctæ ſunt, ſanctione enim quadam ſunt ſubnixæ. Quod enim ſanctione quadam ſubnixum eſt, id ſanctum

B eſt, etſi Deo non ſit conſecratum. Et interdum in ſanctionibus adſcitur, vt qui ibi aliquid commiſit capite puniatur. Hæc Vlpianus. Sanctum igitur proprie rem nominat, quæ violari non debet, ſiue illud ius quodcunque eſt, quod vim arcet, & iniuriam propulſat: ſiue religio. Religioni tamen potiſſimùm ea dictio conſecrata eſt, aut etiam dicata virtuti, quæ auguſta ſem-

Trebatius.

per & religione plena omnibus viſa eſt. Trebatius certè lib. 10. religionum, apud Macrobium Saturnal. 3. docet, Sanctum interdum idem eſſe, quod ſanom, idemque religioſum: interdum aliud, hoc eſt nec ſacrum nec religioſum, Quemadmodum, inquit, eſt illud apud Virgilium:

Sancta ad vos anima, atque iſtius neſcia culpæ
Deſcendam.

C Non enim ſacro, aut religioſo eius anima tenebatur, quam ſanctam, hoc eſt incorruptam voluit oſtendete, vt in illo quoque,

---tuque ô ſanctiſſima coniunx,
Felix forte tua.---

In quo caſtitatis honorem incorruptæ vxoris amplexus eſt. Vnde & ſanctæ leges, quæ non debent pœnæ ſanctione corrumpi. Quod verò etiam ſæpenumero ſanctum non aliud ſit, quàm ſacrum aut religioſum, hæc habes exempla apud eundem ex Virgilio.

Ecce leuis ſummo de vertice viſus Iuli
Fundere lumen apex.

Et paulo poſt,

Nos pauidi trepidare metu, crinemque flagrantem
Excutere, & ſanctos reſtinguere fontibus ignes.

Hic enim ſanctos, ac ſi ſacros accipiemus, quia

D diuinitus contigerunt. Item,

---tuque ô ſanctiſſima vates,
Præſcia venturi:----

Non aliud niſi ſacram vocat, quam videbat & vatem, & Deo plenam, & ſacerdotem. San-

S. Iſidorus Hiſpal.

ctum Iſidorum volens omitto, qui Originum lib. 15. cap. 4. ſanctum à ſanguine hoſtiæ nuncupatum idcirco aotumat, quod veteres nihil ſanctum, niſi quod eſſet hoſtiæ ſanguine conſecratum aut conſperſum dicerent: quoniam id genus ſanctitatis rebus potiſſimùm inanimatis conuenit, quæ diuino cultui mancipata erãt. At non poſſum, quin vel paucis eam ſanctitatis ſpeciem attingam, quę hominem in primis Deo gratum acceptúmque facit. Ea verò eſt huiuſ-

Sanctvs vt est Domi-nvs.

modi, vt ex Platone didicimus, & Ficinus argumento in eiuſdem Eutyphronem refert, vt pietatem quidem illa ſequatur, ſanctitatem autem religio. Eſt enim pietas Dei parentis agnitio. Sanctitas eius quod Dei eſt, Deo agnito retributio. Religio, eius quod Deo redditum eſt, aſſidua meditatione, iuſtiſque operibus cum Deo ipſo indiſſolubilis religatio. Hæc illi, quos explicandi docendique facilitate D. Thomas longè ſuperauit 2. 2. quæſt. 81. art. 8. quo loco ſic ait: Dicitur ſanctitas, per quam mens hominis ſeipſam, & ſuos actus applicat Deo. Vnde non differt à religione ſecundum eſſentiam, ſed ſolùm ratione. Nam religio dicitur ſecundum quod exhibet Deo debitum famulatum in his, quæ pertinent ſpecialiter ad cultum diuinum, ſicut in ſacrificiis, oblationibus, & aliis huiuſmodi. Sanctitas autem dicitur ſecundum quod homo non ſolùm hæc, ſed aliarum virtutum opera refert in Deum; vel ſecundum quod homo ſe diſponit per bona quædam opera ad cultum diuinum pertinentia. In ſuo autem genere duo dicit ſanctitas, munditiam ſcilicet, & firmitatem ſeu conſtantiam, vt docet D. Thomas, idque pluribus: videtur enim ſanctitas habitum quendam deſignare, qui longua tandem benè agendi conſuetudine inualuerit. Quemadmodum enim qui ſemel in culpam lapſus eſt, non debet flagitioſus vocari: quo nomine is ſolus famoſus habendus eſt, qui ſceleribus inſueuerit: ita nec ille quidem ſanctus vocari debet, qui ſemel atque iterum opus dignum laude geſſerit, ſed qui diuturno quodam vſu atque conſtantia inculpatæ atque innocentis vitæ fidem fecerit.

Plato. Ficinus. Qua ſanctitas nos Deo commendet. D. Thom. Sanctitas habitum quendam conſtantia induit.

Neqve *enim eſt alius extra te.*] At 70. habent: *καὶ οὐκ ἔστι δίκαιος ὡς ὁ Θεὸς ἡμῶν. Et nõ eſt iuſtus ſicut Deus noſter.* Ita legunt S. Auguſtinus de ciuit. Dei lib. 17. cap. 4. S. Theodoretus in Cantic. Annæ. S. Chryſoſto hom. de oratione Annæ Tomo 1. quo loco S. Chryſoſtomus elegantiſſima oratione diuinam iuſtitiam, ab impiorum calumnia defendit, cuius hæc ſumma eſt: Neminem iuſtè de Deo conqueri poſſe, licet ab eo in pauperum ordinem relatus ſit, nec opibus, vt plerique diuites, abundet. Nam quæ vtiliſſima ſunt, & quibuſcunque diuitiis pretioſiora, ignem, aquam, & alia permulta æquè pauperibus atque diuitibus communia ſunt reddita. Aërem item ſalubrem, quo præcipuè ducitur anima, egenis ſpirare non ſecus quàm opulentis licet, lucis verò ſplendorem, quo nihil eſt in rerum natura beatius, inops totidem oculis quot ditiſſimus quiſque vſurpat. Incommoda autem, quæ ſibi plurima diuites aſciſcunt vitæ intemperantia, ciborúmque varietate, trucéſque morbos egentibus docet eſſe minus infeſtos. Orbitatem etiam, ſi quando contingat, non tenuibus pariter atque copioſis eſſe moleſtam. Denique ipſum pauperis ſepulchrũ, quod rediuiuo ſemper ceſpite vernat, patere minus inuidiæ quàm potentum tumulos, quorum titulis ſæpius hoſtis inſultat, fur etiam marmora vellit. Itaque quancunque ſortem nacti ſimus, Dei iuſtitiam monet eſſe prædicandam, nec vllo vnquam tempore diſpoſitionis ſuæ rationem ab eo exigendam, exemplo Annæ, quæ licet æmula ſua iuſtior videri poſſet, cùm videret tamen eam multiplici prole gloriantem, nequaquam orbitatem ſuam Deo exprobrandam cẽſuit: ſed, vno licet impetrato, eas laudes diuinæ iuſtitiæ concinit, quas cùm eſſet antea ſterilis meditata eſt. Hæc S. Chryſoſtomus.

D. Auguſt. D. Theod. D. Chryſ. Pauperes & egenos de diuina iuſtitia minimè poſſe conqueri.

Neqve enim est alivs extra te.

At verò Origenes Hebraicam veritatem ſecutus, nobiſcum legit, *Neque enim eſt alius extra te*, ſiue potius, *& non eſt præter te.* Deinde quærit ad hunc modum. Quid eſt quod dicit, non eſt præter te? Non planè capio. Si dixiſſet, non eſt Deus præter te, vel non eſt creator præter te, aut tale aliquid addidiſſet, nihil requirendum videbatur: nunc autem quia dicit, *non eſt præter te*, mihi hoc videtur in loco deſignari, nihil eorum quæ ſunt, hoc ipſum quod ſunt naturaliter habere. Tu ſolus es, cui, quod es, à nullo datum eſt. Nos enim omnes, id eſt, vniuerſa creatura, non eramus antequam crearemur, & ideo quod ſumus voluntas eſt creatoris. Et quia aliquando non fuimus, non eſt integrum ſi dicatur de nobis, quia ſumus, quantùm ad illud ſpectat cùm non eſſemus. Sed ſolus eſt Deus, qui quod eſt ſemper habuit, & non accepit, vt eſſet, initium. Denique Moyſes, cùm diſcere vellet à Deo quod ei nomen eſſet, docens eum Deus dixit: Ego ſum qui ſum, & hoc mihi nomen eſt. Si ergo aliud aliquid in creaturis hoc nomine, vel hac ſignificantia appellari poſſet, nunquam diceret Dominus, hoc ſibi eſſe nomen. Sciebat enim ſe ſolum eſſe, creaturas verò à ſe accepiſſe vt eſſent. Nam vt vmbra ad comparationem corporis non eſt, & fumus ad comparationem ignis non eſt: ſic ergo & quæ in cælis ſunt, & quæ in terra, viſibilia & inuiſibilia, quantùm ad naturam Dei pertinet, non ſunt, quantum ad voluntatem creatoris, ſunt hoc, quod ea eſſe voluit ille, qui fecit. Ideo ergo dicitur, *quia præter te, non eſt.* Hactenus Origenes.

Origenes. Eſſe de ſolo Deo propriè ac verè affirmatur. Exod. 3.

Et *non eſt fortis ſicut Deus noſter.*] Vt ſupra dixit, non eſt ſanctus vt eſt Dominus, ita & hîc, *non eſt potens ſicut Deus noſter.* Quoniam etſi ſint aliqui potentes, non tamen vt Deus. Ita Origenes. Hac phraſi potentiſſimum dici arbitratur Vatablus. Kimhi ſcribit, vt refert Vermilius, Hannam idcirco Deum fortem appellaſſe, quod vi ſua potuerit ipſius naturam immutare. Quam ſententiam etiam L. Ben-Gerſon ſequitur, qui ait, in ſecundis cauſis nihil eſſe, quod ita res fingere ac formare valeat, ſicuti Deus. Nam poſteriores cauſæ nihil faciũt niſi ad præſcriptum Dei qui liberè ſolus facit, quicquid voluerit, nec vlla vi poteſt impediri.] Quanto verò diſcrimine infirmitas noſtra à diuina virtute ſeparata ſit, quantumque ab illius omnipotentia diſtet, facilius erit agnoſcere, ſi quid nos non poſſimus, potius inquiramus, quàm quid ille poſſit. Quemadmodum enim vires noſtræ nequaquam cum illius ſumma poteſtate æquari poſſunt, ita nec ſcientia atque cognitio illam complecti poterit. Momento operatur, ſubiecti diſpoſitione non indiget, neque præiacente materia, quam de nihilo creare poteſt. Rerum vires ac proprietates ſolo nutu mutat. Cùm

Origenes. Vatablus. Kimhi. Vermilius. Ben-Gerſon. Diuina potentia conſideratio.

vult, ſolem ſiſtit, terram mouet, elementis imperat, vitæ & mortis poteſtatem habet, in terris ſuperiſque moderatur, ac denique totum orbem ſolus continet. Diuinè prorſus S. Dionyſius Areopagita de diuinis nominibus cap. 12. Quoniam verò Deus ille omnium procreator, eminenter omnium plenus eſt, (eminenter eſſe vocant Theologi, quemadmodum ſunt plures oboli in aſſe aut nummo aureo: formaliter quemadmodum vrendi vis in igne, & videndi in oculo) per vnum eminentem cunctis exceſſum, Sanctus Sanctorum prædicatur, & reliqua per exuberantiſſimam cauſam eminentiámque ſupremam, ac ſi dicamus: quantum eaque talia ſunt, ſcilicet ſancta, diuina, fortia,) dominantia, regnantia, antecellunt illa quæ non ſunt talia, itémque participationes ipſæ participantia vincunt: tantùm & omnia quæ ſunt, ſuperantur ab illo, qui omnia entia ſupereminet, atque participantium participationúmque omnium eſt imparticipabilis author. Sanctos autem, & reges, & dominos, & (fortes,) atque Deos, ſacræ litteræ nominant gradus eos, qui in ſingulis ordinibus principaliores exiſtũt, per quos deinde ſequentes diuina percipientes munera, traditionis illorum ſimplicitatem, iuxta ſuas multiplicant differentias, quorum varietatem illi ſupremi prouidè, atq. diuinè ad ſuam colligunt vnitatem.] Hactenus S. Dionyſius. Non incongruè etiam *Petram* vertit Montanus apud Pagninum, quoniam ea metaphora frequenter in ſcripturis aſylum ſeu profugij locus deſignatur. At enim is ſenſus Annæ, ea mens fuiſſe videtur, vt propriis experimentis edocta, rutiſſimum in Deo portum iactatis, atque periclitantibus eſſe aſſereret.

S. Dionyſ. Areop.

Montanus.

Versvs 3.

Nolite multiplicare loqui ſublimia, gloriantes: recedant vetera de ore veſtro: quia Deus ſcientiarum Dominus eſt, & ipſi præparantur cogitationes.

S. Hierony.

Recedant *vetera de ore veſtro.*] S. Hieronym. quæſt. in 1. Regum. In Hebræo, inquit, ita habetur: exeant vetera: & eſt ſenſus: exeant humilia de ore veſtro, de quo antea grãdia & ſuperba exibant. Quibus verbis Phenennam, & filios eius increpat, quæ ob fœcunditatem ſibi conceſſam, contra Annam eleuabatur. S. Theodoretus in Cantic. Annæ legit: *Ne gloriamini, & ne loquamini ſublimia ad faſtum, neque exeat magniloquentia ex ore veſtro, quoniam Deus cognitionum Dominus eſt, & Deus præparans exercitationes ſuas.* Et ſic exponit: quoniam illudebatur à Phenenna; Meritò, inquit, ne glorietur Phenẽna ob humanas fœlicitates: omnes enim res & aduerſæ & ſecundæ viciſſitudinem recipiunt, præſertim cùm Deus voluerit.] Sanctes verò Pagninus, ſiue Arias apud eundem ita vertit. *Ne multiplicetis, (vt) loquamini altum altũ: egrediatur vetus ex ore veſtro, quia Deus ſcientiarum Dominus, & non directa ſunt opera.* Quod ſic mihi videtur exponi poſſe. Secundæ res veſtræ vltra vobis non imponant, nec in poſterum de vobis magnificè ſentiatis, quaſi ſoli digni ſitis habiti, quos Deus ſuis fauoribus cumulet. *Recedant vetera de ore veſtro*, exprobrationes illæ quondam veſtræ iam conticeſcant. Reſipiſcite cæci, errorem agnoſcite. Quid ita? quia Deus ſcientiarum Dominus ipſe plurima nouit, quæ, ne ſuſpicione quidem attingere poteſtis, modos, tempora, rationes, quibus id efficere valeat, quod futurum minimè crederetis. Fallunt verò vos ipſius iudicia non accuratè cogitantes. *Et nõ directa ſunt opera:* veſtra ſupple, etenim cæcitate perculſi, & præ ſuperbia amentes, in grauiſſimos errores impingitis. Nam & iis, quos non ſimili fœlicitate donatos conſpicitis, illuditis: & de diuina bonitate ac potentia indigniſſimè iudicatis, tanquam nolit illa miſeris opitulari, aut etiam ſi velit, non poſſit. Quod ſi magis placet hæc poſtrema verba de Deo intelligere, eo ſenſu accipi poterunt, vt propterea malè conſultos & impudentes temerè decipi doceat, dum bonis inſultant iacentéſque deſpiciunt, quod putent rerum euentus neceſſaria quadam ſerie de naturæ lege pendere, itaut euadere poſſe deſperent, ſi quos vident naturalis cuiuſdam neceſſitatis laqueis irretitos. At directa non ſunt Dei opera, id eſt, non ſubiacent fati legibus, nec ſic vlli naturæ ordini apta & connexa ſunt, vt oppreſſa etiã natura opémque negante, à Deo præter ordinem fieri non poſſint. Optimè igitur S. Cyprianus admonet lib. 3. teſtimoniorum ad Quirinum, cap. 4. in nullum gloriandum quando noſtrum nihil ſit, in Euangelio κατὰ Ioannem, inquit, *Nemo poteſt quicquam accipere, niſi datum fuerit illi de cœlo.* Item in Epiſtola Pauli ad Corinth. prima: *Quid enim habes quod nõ acceperis? Si autem accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis?* Item in Βασιλείων primo: *Nolite gloriari, neque loquamini alta, & non procedat magniloquentia ex ore veſtro: quia Deus ſcientiarum Dominus.* Item illic: *Inualidus factus eſt arcus potentium, & infirmi accincti ſunt virtute.* De hoc ipſo in Machabæis: *Iuſtum eſt ſubditum Deo eſſe, & mortalem non paria Deo ſentire.* Item illic: *Et verba viri peccatoris ne timueritis: quia gloria eius in ſtercora erit, & in vermes. Hodie extolletur, & cras non inuenietur: quoniam conuerſus eſt in terram ſuam, & cogitatio eius periit.* Hactenus S. Cyprianus.

S. Theod.

S. Pagnin.

S. Cyprian.

Ioan. 3. e. 1.

Quid habes quod non accepiſti.

2. Machab. 9.

1. Machab. 2.

S. Auguſtinus ad hunc modum legit: *Nolite gloriari ſuperbè, & nolite loqui excelſa, neque exeat magniloquium de ore veſtro, quoniam Deus ſcientiarum Dominus ipſe.* Et explicat: & nemo ſcit quod ipſe ſcit: quoniam qui putat ſe aliquid eſſe, cùm nihil ſit, ſeipſum ſeducit. Hæc dicuntur aduerſariis ciuitatis Dei ad Babyloniam pertinentibus, de ſua virtute præſumentibus, in ſe non in Domino gloriantibus, ex quibus ſunt etiam carnales Iſraëlitæ terrenæ Hieruſalem, &c. *Et præparans*, inquit, *adinuentiones ſuas.* Iuxta 70. καὶ Θεὸς ἑτοιμάζων ἐπιτηδεύματα αὐτοῦ. Quas, inquit, adinuentiones putamus, niſi vt ſuperbi cadant, & humiles ſurgant? Cum quo bellè conſentit Paraph. Chaldai. *Non multiplicabitis ad loquendum magnalia magnalia, non exi-*

S. Auguſt. lib. 17. de ciuit. Dei cap. 4.

NOLITA MVLTIPLICARI LOQVI SVBLIMIA.

bunt blaſphemiæ ex ore veſtro, quoniam Deus nouit omnia, Dominus ſuper omne factum ſuum extendens iudicium, etiam vobis futurus ad retribuendum vltionem culparum veſtrarum.

Vermilius. Paulò aliter Vermilius, *Ne poſthac loquamini ſuperba, nec egrediatur verbum arrogans ex ore veſtro: quia Deus ſcientiarum Iehouah, & ipſi præparantur opera.* Quæ ſic explicat, vt nobiſcum ſentiat. In Hebræo eſt, inquit, גְּבֹהָה *ghefohah*. notantur autem verba tumida, & valde inſolentia, quibus vtebatur Penninah cum Annæ inſultaret, & quibus vtuntur, qui homines ad iracundiam prouocant. Et vox illa Hebraicè geminatur ad rei amplificationem. Dehortatur itaque ne arrogantiſſimè loquantur. Vel ea repetitio frequentiam reſpicit. Etenim ſuperbi & elati non ſemel & iterum, ſed crebrò, inſolenter & faſtuosè loquuntur. Qua in re dupliciter peccant. Primùm quia de rebus caducis, & parum ſolidis gloriantur. Deinde quia ſe adeò efferunt, vt ægrè faciant hominibus piis, & eos affligant, eò ſiquidem ſpectant illorum ſuperbiſſima verba.

Ne *egrediatur de ore veſtro durum verbum.*] Hebraicè habetur עָתָק *bhathach*, hoc eſt, videte ne vobis excidant ex ore dura verba, id eſt, ſuperba & arrogantia. Idem poſteriori parte huius verſus dicitur, cum eo quod in priori fuerat poſitum: ſed res magis exprimitur. Etenim verba tumida & elata dura ſunt, quia ferri non poſſunt ab eis, contra quos efferuntur. Sciendum tamen eſt vocem illam עָתָק *bhathach* Hebræis non modò eſſe durum, verumetiam antiquum & vetus. Vnde ſenſus eſſe poteſt, nec aſſiduè nec frequenter loquamini vetera, quod idcirco dicitur, quia homines elati vetera ſua facta nunquam deſinunt prædicare. Vt Brutus & Caſſius Calendas Martias, quibus Cæſarem obtruncarunt, & Cicero Nonas Nouembres, quibus Catilinæ coniurationem oppreſsit, & Sylla victoriam de Iugurtha, hæc ſemper habebant non tantùm in ore, ſed etiam in annulis ad obſignandum inſculpta. Qui Hebræa legunt animaduertant negationem quæ præceſsit, in poſteriori clauſula verſus eſſe repetendam, cùm ibi expreſſa non habeatur.

Qvoniam *Deus ſcientiarum eſt.*] Id eſt omnium ſcientiſsimus. Nouit & cernit præſentiſſimè quid ſit euenturum, voſque pro meritis poteſt perdere, ac viam probè nouit, qua id poſſit efficere cùm voluerit. Studia eius prompta ſunt & expedita, ſuáſque cogitationes & vires omnes habet in numerato. Nec eſt quicquam quod eius cõſilia poſsit retardare. Kimhi ſcribit Deum vocari ſcientiarum numero multitudinis, vt eum ſapientiſsimum eſſe intelligamus, vt qui vel particularia omnia intueatur. Nec verendum eſt, ne cùm Deus multa ſciat, ipſe reddatur multiplex, aut ne mutetur ex aliarum rerum notitia: quia ſcientiæ omnes citra multitudinem & commutationem eius in ipſo adhærent.

Kimhi.

Et *ipſi præparantur opera.*] Id eſt eius conatus omnino perficiuntur. Sed quantùm ex Hebræo liquet, clauſula hæc cùm affirmatiuè tum negatiuè legi poteſt propter voculam לא. Si affirmat, ad Deum referri debet, cuius opera firma ſunt & conſtantia: ſin verò neget, hominum conatus reſpicit, qui cadunt irriti, nec Dei voluntatem queunt remorari. Nec dubium eſt, quin homines multa interdum polliceantur, & ſibi facienda proponant, quæ præſtare ac perficere nequeunt. Vnde Hieremias præclarè monuit, non eſſe hominis viam ſuam.]

ARCVS FORTIVM SVPERATVS, &c.

לא et vel ipſi, vel non ſignificat.

Versvs 4.

Arcus fortium ſuperatus eſt, & infirmi accincti ſunt robore.

Ita Paraphr. Chaldai. *Arcus virorum confringentur, & qui fuerant debiles, facti ſunt eis virilitates.* Græci quoque 70. *τόξον δυνατῶν.* Vatablus tamen in ecphraſi ait ita vertendum eſſe. Arcus, & fortes, quanquam illud (&) in Hebræo non habeatur. Docet, inquit, Grammatica quod *hhattim* חַתִּים plur. maſc. non poſſit referri ad *Keſeth* קֶשֶׁת ſingul. fœmin. Senſus igitur eſt, arma nihil proſunt fortibus: iam, qui modò videbantur ſuperiores, ſtatim vincuntur: & contra, qui prius videbantur penè victi ac ſuperati, tandem euadunt ſuperiores, ita volente Deo. Eodem ſenſu omnes interpretantur. Vermilius: Hanna prouidentiam Dei, nec non potentiam ex eo probat, quod nullo negotio ex oppoſitis faciat, quæcunque libuerit. Vnde multa edit admiranda opera præter noſtram sẽtentiam & expectationem. Bella quæ nobis videntur, neque ſuperari, neque ſuſtineri poſſe, facilè profligat. Hactenus Vermilius. Cæterùm arcus ab arcendo dictus eſt, quod eminus hoſtem arceat. Benè autem confertur cum humano robore, quod citò langueſcit, nec diutius intendi poteſt, quin rumpatur & diſſoluatur. Narrat Florus libro 2. rerum Roman. cap. 8. ingentem illum Antiochi exercitum, quo cùm Mæandrum ad amnem, montémque Sipylum conſederat cum Romanis ſigna collaturus, cùm aliis de cauſis, tum vel eo maximè fuſum fugatúmque eſſe, quòd ſubitò ſuperfuſus imber mira facilitate Perſicos arcus corrupiſſet. Mox enim diſſolutis arcubus orta militum trepidatio, dein fuga, poſtremò ipſe debellatus eſt. Arcubus enim potiſſimum Orientis & Africæ populi confidere gloriaríque ſolebant. In iis virium ſuarum periculum faciebant, lacertotúmque robur oſtentabant. Macrobiorum rex Æthiopum, cùm apud Herodotum libro 3. Perſarum regis potentiam eleuare vellet, ſuámque contra iactare atque efferre, legatos iuſſit ad eundem arcum deferre, iuberéque ſuo nomine, vt cùm Perſæ paribus arcubus vti poſſent, tum denique Macrobiis bellum inferret. Interea diis gratias ageret, qui non eam mentem filiis Æthiopum indidiſſent, vt præter ſuã regionem aliam comparare vellent. Cleonæo Timanthi egregio Pancratiaſto qui coronam Olympicam meruerat exitum vitæ, in hunc modum contigiſſe narrat Pauſanias in Eliacis.

Vatablus. Vermilius. *Arcus tropicè pro viribus.* Florus. Herodotus. Pauſanias.

Abiunxerat

Abiunxerat ſe, inquit, ætatis cauſa ab athletarum certaminibus: quo vires tamen priſtinas exercitationibus tueretur, magnum & robuſtum quotidie arcum intendebat. Verùm cùm peregrè profectus conſuetudinem intermiſiſſet, eam, reuerſus domum voluit repetere. Sed enim cùm ſenſiſſet non ſatis iam ad arcum tendendum virium ſibi ſupereſſe, rogo extructo ſeipſum in ignem coniecit. Hoc verò qui fecerit mea profectò ſententia, inſaniæ potius affinis videri poſſit, quàm laudem fortitudinis aſſequatur. Hactenus Pauſanias. Attamen Ptolemæus Hephæſtion idem Herculi tribuit, & ſibi mortem idcirco conſciuiſſe refert, quòd annos quinquaginta natus arcum tendere non poſſet, quo iuuenis vti conſueuerat. Inuenies apud Photium in autore 190. eiuſdem Bibliothecæ. Inde igitur datus prouerbio locus, vt pro cuiuſque falcultate arcus vſurparetur. Sed melius erit, vt arcus vocabulo intelligamus hoc loco inſtrumenta omnia bellica, quibus homines confidere ſolent. Ea Deus, cùm libuerit, ſtatim comminuit ac diſſipat. Itaque arma nihil proſunt fortibus; nam qui modo videbantur ſuperiores, ſtatim vincuntur, & viciſſim qui antea vincebantur, mox euadunt ſuperiores, cùm Deus ita voluerit. Ægyptij ſiquidem præſtabant armis, & omni bellico apparatu, Iudæi autem nudi erant & imbelles, & ideò videbantur nullo pacto euaſuri: at Deus facilè viam inueoit, qua & illos perderet, & ſuos tueretur.

Deo nihil obſiſtere poſſe.

S. Hieron. Eodem quoque exemplo S. Hieronymus vtitur in hunc locum, *Arcus*, inquit, Ægyptiorum, id eſt, fortitudo & potentia ſuperata eſt, *& infirmi*, ſcilicet Iſraëlitæ, *confortati ſunt*. Aliter: arcus, inquit idem Hierony. id eſt, ſuperbia & fortitudo Phenennæ, qua in filiis gloriabatur, ſuperata eſt: & Anna, quæ ob ſterilitatem infirma erat, accincta eſt robore filiorũ.

S. Theod. At S. Theodoretus ad prophetiam retulit omnia. Hæc, inquit, contraria prædicta ſunt in Eccleſiam gentium, & Iudæorum Synagogam, conuerſo rerũ ſtatu, & gratia ad gentes tranſlata: ex quo dixerunt diſcipuli Iudæis, non credentibus, Ecce vertimur ad gentes.

S. Auguſt. Et S. Auguſt. lib. 17. de ciu. cap. 4. tantumne mens hominum à luce veritatis auerſa eſt: vt non ſentiat ſupergredi modum fœminæ, huius dicta quæ fudit? Porrò qui rebus ipſis quæ iam cœperunt etiam in hac terrena peregrinatione compleri, conuenienter mouetur: nonne intendit, & aſpicit, & agnoſcit per hanc mulierem, cuius etiam nomen, id eſt Anna, gratia eius interpretatur, ipſam religionem Chriſtianam, ipſam ciuitatem Dei, cuius rex eſt & conditor Chriſtus: ipſam poſtremò Dei gratiam prophetico ſpiritu locutam, à qua ſuperbi alienantur vt cadant: qua humiles implentur vt ſurgant, quod maximè hymnus iſte perſonuit? Niſi forte quiſquam dicturus eſt, nihil iſtam propheraſſe mulierem, ſed Deum tantummodo propter filium, quem precata impetrauit exultanti prędicatione laudaſſe. Quid ergo ſibi vult quod ait? Arcum potẽtium fecit infirmum, & infirmi præcincti ſunt virtute.

Origenes. Paulo fuſiùs Origenes quomodo potentium arcus infirmatus ſic explicat. Iacula, inquit, maligni quæ dicuntur ignita, per arcum potentium emittuntur. Potentes autem virtutes dicuntur aduerſæ, de quibus dicitur, quia ecce peccatores intenderunt arcum, & in ipſo parauerunt vaſa mortis. Et iterum: Sagittas ſuas ardentibus effecit. Sed & nunc dicitur, quia arcus potentium infirmatus eſt. Si enim tu indutus ſis armis Dei, ſi ſcuto fidei ſis munitus, & galea ſalutis obtectus, & lorica charitatis, & gladio ſpiritus accinctus, arcus contra te potentium pro munimentis talibus infirmabitur. Si enim iaculatus fuerit aduerſum te vnum aliquod iaculum ignitum, id exceptum fidei ſcuto continuò reſtinguitur. Iecit & aliud iaculum, repulſum id quoque eſt à thorace iuſtitiæ. Iecit & tertium, & id gladio ſpiritus detruncatum eſt. Mittit fortaſſis & quartum, quod ſimiliter per galeam ſalutis abiectum eſt. Cúmque per hæc omnia homo Dei petitus inuulnerabilis manſerit, tunc arcus potentium tot directis ſpiculis infirmabitur. *Et infirmi accincti ſunt fortitudine.* Si videamus quomodo quæ ſtulta ſunt mundi elegit Deus, vt confundat ſapientes, & quæ infirma mundi ſunt, vt confundat fortia, intelligemus pariter quomodo infirmi accincti ſunt fortitudine. Infirmus erat Gentilis populus, quippe qui alienus erat à teſtamento Dei: hic adeptus eſt fortitudinem. Quam fortitudinem? *Fortitudo mea & laudatio mea Dominus, & factus eſt mihi in ſalutem.* Fortitudo ergo mea ipſe eſt Chriſtus Dominus, qua accincti ſumus nos, qui eramus aliquando alieni à teſtamento Dei, & ſine Deo in hoc mundo.

Pſal. 7.

Ad Eph. 6.

Tropologia.

1. ad Cor. 1.

Versvs 5.

Repleti priùs pro panibus ſe locauerunt: & famelici ſaturati ſunt, donec ſterilis peperit plurimos: & quæ multos habebat filios, infirmata eſt.

Vrget inductionem qua id quod antè dictum eſt, probandum ſuſceperat, quaſi diceret. Vides, quomodo qui viribus, vel diuitiis, aut etiam fœcunditate inſoleſcunt, iiſdem priuentur; contra verò qui talium prius expertes erant, eorum tanquam ſpoliis diteſcant? Ecce enim, qui antea fuerant diuites, & ad ſaturitatem veſcebantur: ſic deinde ſunt ad inopiam redacti, vt ſuam operam locarint pro cibo conſequendo. *Famelici autem deſierunt*: ita vertit Pagninus, & annotat, ſupple, fameſcere: ſiue, vt Vermilius interpretatur, mercenarios agere, cùm habuerint ſorte immutata, quod affatim ederent. Hoc accidiſſe ſcimus in terra Chanaan, vbi Gabaonitæ ſatis antea opulenti & copioſi, redacti ſunt in ſeruitutem Iudæorum, qua cogebantur aquam & ligna ſupportare cùm ad ſacrum tabernaculum, tum in caſtra, vt ipſis alimonia ſufficeretur. Accidit etiam id poſteritati Heli, cuius filij cùm in ſacerdotio ſe turpiter gererent, minatus eſt vir Dei, fore aliqoando vt ſacerdotale munus

Inductione probat quod dictum eſt.

Pagninus.
Vermilius.

ad alteram ſtirpem transferretot, itaot eius poſteritas (iuxta aliam verſionem) cogeretur panis tortam petere, atque nummulum argenteum, quo famem tolerare poſſene.

Poſtrema hæc verba, *& famelici ſaturati ſunt*, 70. aliter tranſtulerunt, ſic enim habent: *καὶ οἱ πεινῶντες παρῆκαν γῆν. Et famelici prætererunt terram.*

Origenes. Quæ videtur imitatus Origenes etiam prioribus immutatis, ſic enim legit: Saturati panibus deducti ſunt ad ſeruiturem, eſurientes deteliquetunt. Quæ ille ſuo modo exponit. Ego putarim regis Ioachin tempora deſignari, cùm Nabuchodonoſor, exceptis, vt ait Scriptura Regum 4. c 24. pauperibus populi terræ, reliquos omnes cum rege ſuo patrio ſolo abreptos, abduxit in captiuitatem.

S. Auguſt. *Allegoria.* S. Auguſtinus ad hunc modum legit, & exponit: *Pleni panibus minorati ſunt, & eſurientes tranſierunt terram.* Qui ſunt intelligendi pleni panibus, niſi iidem ipſi quaſi potentes, id eſt Iſraëlitæ, quibus *credita ſunt eloquia Dei*? Sed in eo populo ancillæ filij minorati ſunt, quo verbo minus quidem Latinè, benè tamen expreſſum eſt, quod ex maioribus minores facti ſunt: quia & in ipſis panibus, id eſt diuinis eloquiis, quæ Iſraëlitæ ſoli tunc ex omnibus gentibus acceperunt, terrena ſapiunt. Gentes autem, quibus lex illa non erat data, poſteaquam per nouum teſtamentum ad eloquia illa venerunt, & multum eſuriendo terram tranſierunt, quia in eis non terrena, ſed cœleſtia ſapuerunt. Et hoc, velut quæreretur cauſa, cur factum ſit, *Quia ſterilis*, inquit, *peperit ſeptem, & multa in filiis infirmata eſt.*

Hic totum quod prophetabatur, eluxit agnoſcentibus numerum ſeptenarium, quo eſt vniuerſa Eccleſiæ ſignificata perfectio. Propter quod & Ioann. Apoſtolus ad ſeptem ſcribit Eccleſias, eo modo ſe oſtendens ad vnius plenitudinem ſcribere. Et in prouerbiis Salomonis hoc antea præfigurans ſapientia, *Ædificauit ſibi domum, & ſuffulcit columnas ſeptem.* Sterilis enim erat in omnibus gẽtibus Dei ciuitas, antequam iſte fœtus, per quem eam factam fœcundam cernimus, oriretur. Cernimus etiam, quæ multa in filiis erat, nunc infirmatam Hieruſalem terrenã: quoniam quicunque filij liberæ in ea erant, virtus erant eius. Nunc verò ibi quoniã littera eſt, & ſpiritus non eſt, amiſſa virtute infirmata eſt. Hactenus S. Auguſtinus. Idẽ quoque ſentit S. Theodoretus, & apud eundem

S. Theod. Origenes. S. Cyprian. Seuerus & Didymus: Origenes item, & pluribus in eandem ſententiam congeſtis paribus exemplis S. Cyprianus de exhortatione Martyrij cap. 11. & lib. 1. teſtim. aduerſus Iudæos cap. 20. Sed nec aſpernanda videtur Dauidis

Dauid Kimhi. *Iudæos nũc ſteriles, tandem aliquã fœcundos euaſuros.* Kimhi interpretatio, qui de Iudæis olim ſub mundi finem, tanquam iure poſtliminij ad Eccleſiam redituris, intelligit. Ait namq; Iudæos nunc in captiuitate ſteriles eſſe, quod non pariant: ſed cùm Deus illos ab omni parte orbis terrarum congregabit, tum denique parient, & numero vehementer augebuntur. Quod fore, inquit, tempore Meſſiæ, nimirum dudum incarnati, citò autem iudicaturi. Nam id quoque docet Apoſtolus, & pluribus locis teſtatum

Origenes. reliquit. Origenes etiam ad mores tranſtulit,

A & carnem quidem noſtram vitiis primùm fœcundam fuiſſe ait, animam verò virtutibus ſterilem, quam poſtmodum carne ſuis fœtibus fœliciter orbata, Spiritus ſancti gratia grauidam effectam plurimorum bonorum operum matrem effecerit.

Porrò ſeptenario numero apud Hebræos plurimos deſignari, quemadmodum hic vertit interpres noſter, plerique omnes interpretes conſentiunt, S. Auguſt. Origenes, S. Theod. S. Auguſt. Origenes. S. Theod.

Quorum etiam poſtremos, Septem, inquit, poſuit pro multis (nam & Hebræi, & 70. ſeptem habent, non plurimos) & pro illis, quotquot ſatis eſſent ad faciendum perfectum numerum.

B Nam totum tempus per ſeptenarium numerũ procedit: etenim incipiens à prima die paulatim peruenit ad hebdomadam, deinde claudendo illic dierum numerum, rurſus redibit ad primarium. Hæc ille. *Septenarius numerus pro abſoluta multitudine.* Perfectionem huius numeri ſeptenarij demonſtrat S. Auguſtinus Quæſt. in Deuteron. 42. & fuſius lib. 11. de ciuit. Dei cap. 30. Totus, inquit, impar primus numerus ternarius eſt, totus par quaternarius, ex quibus duobus ſeptenarius conſtat. Ideò pro vniuerſo ſæpè ponitur. Qua eadem ratione commendat huius quoque numeri perfectionem Macrob. in ſomnium Scipionis. De eodem etiam Gellius lib. 3. S. Hilarius in illud Pſalm. 118. *Septies in die laudem dixi tibi.* S. Auguſt. Macrob. Gellius. S. Hilarius.

Rationes non commemorabo, quoniam ſi quando inciderit Sabbathi

C mentio, de eo numero erit religioſius agendum.

Porrò quandoquidem huic ſeſe inductioni Anna immiſcet, ſeque in exemplum proponere videtur, quòd cùm fuerit olim ſterilis ſeptem poſtmodum enixa ſit, duplex quæſtio oritur. 1. An ſeptem illa liberos aliquando ſuſceperit. 2. quî ſcire potuerit, cùm non niſi vnum illo tempore peperiſſet, ſeptem ſe poſtmodum parituram. Vnicum habebat, inquit Auguſti. cap. 4. libri 17. de ciuit. Dei, quando S. Auguſt. iſta dicebat, ſed nec poſtea ſeptem peperit, ſiue ſex quibus ſeptimus eſſet Samuël, ſed tres mares & duas fœminas. Hanc quæſtionem, inquit, S. Hierony. S. Hieron. Hebræi ſoluentes, duos filios Samuelis cum filiis Annæ annumerant. Fabulas Iudaicas vocat Origenes, Origenes. & melius erit, ſi non de ſe, ſed de Eccleſia locutam eſſe aſſeramus. Quî verò ſcire potuerit ſe plures parituram? Reſpondet Vermilius, Vermilius.

D Spiritum Dei, cuius afflatu loquebatur, quemque nulla futura latent, hæc per eam eſſe locutum.

VERSVS 21

Dominus mortificat & viuificat, deducit ad inferos & reducit.

Vermilius. VERMILIVS. Videtur commutari naturæ ordo, quandoquidem homines prius naſci oportet, quàm interire poſſint, ſed tamen quotidie cernimus hoc euenire. Nam tritici granum minimè renaſcitur, niſi prius marceſcat & moriatur. Et Chriſtus antea mortuus eſt, quàm in gloriã adduceretur. Nos item, quoad

Ante moriendum eſt, quàm viuere incipiamus.

iuſtificationem, ſenſu peccati prius deiicimur, quàm per fidem in Chriſtum renaſcamur. Permultas vtique huius rei habemus adumbrationes in veteri teſtamento. Iacob cùm audiſſet Ioſeph extinctum, parum abfuit quin ipſe quoque moreretur. Sed poſtea cùm audiuiſſet illum viuere, exhilarari cœpit, & à mortuis quodammodo reſurgere. Ezechias item cùm accepiſſet à Propheta Dei nomine, ſibi eſſe moriendum, reuocatus poſtea eſt ad longiorem vitam. Ionas etiam ceu deſperatus in ventre ceti iacebat, qui paulò pòſt inde reiectus eſt, & inter homines vixit.

B Addam præterea nonnulla exempla ex profanis autoribus, quæ hanc eandem ſententiam mirificè confirmant. Claudius & Pertinax cùm ſe ad necem peti crederent, ad Imperium rapti ſunt. Broderus Iarmerici quondam regis Danorum filius, cùm adulterij per calumniam damnatus eſſet, & iubente patre ad ſupplicium raptus, mutato mox decreto vitæ & regno ſeruatus eſt. Sed audi qua tandem ratione. Miniſtri quibus ſupplicij cura mandata erat, cùm regis filij collum iam in laqueum infererent, binos adoleſcentes ſubornarunt, qui pendentem fulcirent, ne fortè interiret. Neque enim ſpes deerat, fore, vt regem prolis deſiderio facti pœniteret: quod & accidit. Nam cùm familiarem filij catulum miſerè eiulantem, & falconem C ſibi plumas vellentem animaduerteret, eorum animalium exemplo commotus pater, filium quærere cœpit, qui ſtatim è patibulo ad ſpem regni reſtitutus eſt. Albertus Krantzius libro ſecundo Daniæ, capite decimo ſeptimo. Sandoces item Thaumaſij, Cumæ Ætolidis poſtea præfectus, cùm prius in album regiorum iudicum relatus, iniquam ſententiam pecunia corruptus tuliſſet, iuſſu Darij in crucem actus eſt: cuius cùm ſtatim Darius luculenta in regiam domum beneficia animo reputaret, inde eripi ſeruarique iuſſit. Autor Herodotus in Polymnia. Sed longè clariſſima omnium Ariſtomenis Meſſeniorum ducis fortiſſimi reſtitutio. Is enim cùm à Lacedæmoniis in barathrum Ceadam præceps deiectus eſſet, locum irremeabilem, & iam poſt tertium diem vulpecula cadauer eius appeteret, diducto manibus eiuſdem occulto cuniculo, præter omnium ex- D pectationem elapſus eſt. Pauſanias in Meſſenicis. Quod ſi mihi quoque conceditur, ea quæ oculis quandoque vſurpaui, in medium afferre, hoc adiungam, me nouiſſe Sueſſione militem, qui, cùm ob eam cauſam quod prædas ageret earum rerũ, quæ in vrbem inferrentur, capitali ſententia damnatus eſſet, poſtquam ter eodem die patibulo admotus eſſet, tandem ſtudio Centurionum vitam impetrarit. Sed iam ſatis opinor exemplorum attulimus; ad Scripturam reuertamur. Neutiquam prætereundum eſt, verba quæ hic habemus, ex Cantico Moſis, quod habetur Deuteron.

Albertus Krantzius.

Herodot.

Pauſanias.

I.

trigeſimo ſecundo capite deſumpta eſſe, vbi vis & poteſtas Dei prædicatur ad hunc modum: *Ego ſum qui mortifico & viuifico: qui vulnero & ſano.* Etenim Deus, quos vult aut interficit, aut à morte liberat, & aliquando contingit, vt quis adeo cum morbo conflictetur, vt de illo actum putetur, quaſi iam penè fuerit ſapultus, quem tamen Deus è veſtigio ſonat. Licet itaque propoſitum verſum, vel de vno, vel de diuerſis hominibus intelligi, nempe quod Deus vnum occidat, alterum ſanctitati reſtituat, vel eundem hominem modò conficiat, modò reparet ad ſuum, non alienum arbitrium.] Quamuis commodius poſſit intelligi, inquit Auguſtinus loco citato, eoſdem viuificare, quos mortificauerit. Id enim velut repetiuit addendo: *Deducit ad inferos & reducit.* Quibus dicit Apoſtolus: *Si mortui eſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens.* Salubriter vtique mortificantur à Domino, quibus adiungit, *Quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram*: vt ipſi ſint illi, qui *eſurientes tranſierunt terram. Mortui enim eſtis*, inquit. Ecce quomodo ſalubriter mortificat Deus. Deinde ſequitur: *Et vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo.* Ecce quomodo eoſdem ipſos viuificat Deus. Et Origenes: quem mortificat Dominus, & quem viuificat? Meipſum mortificat, cùm me mortuum facit eſſe peccato. Et meipſum viuificat, cùm me facit viuere Deo. Peccator eram, & in delictis viuebam: mortificauit me à peccatis, mori me fecit vitæ priori, & viuificauit me, vt in timore ſuo viuam, vt in fide ſua ſtem, vt vltra non viuam peccato, ſed Deo, qui me à mortuis ſuſcitauit.] Verum hæc tropologicè. Qui primùm Pythagoram, & qui poſtea Platonem ſequuti ſunt, inquit Macrobius, duas eſſe mortes, vnam animæ, animalis alteram, prodiderunt. Mori animal, cùm anima diſcedit è corpore. Ipſam verò animam mori aſſerentes, cùm à ſimplici, & indiuiduo fonte naturæ, in membra corporea diſſipatur. Et quia vna ex his manifeſta, omnibus nota eſt: altera non niſi à ſapientibus deprehenſa, cæteris eam vitam eſſe credentibus, ideo hoc ignoratur à plurimis, cur eundem mortis Deum, modò ditem, modò immitem vocemus: cùm per alteram, id eſt, animalis mortem abſolui animam, & ad veras naturæ diuitias, atque ad propriam libertatem remitti, fauſtum nomen indicio ſit: par alteram verò, quæ vulgò vita exiſtimatur, animam de immortalitatis ſuæ luca ad quaſdam tenebras mortis impelli: vocabuli teſtemur horrore. Nam vt conſtat animal, neceſſe eſt in corpore anima vinciatur. Ideo corpus δέμας, hoc eſt vinculum nuncupatur: & σῶμα, quaſi quoddam σῆμα, id eſt, animæ ſepulchrum. Et iterum, Plato duas mortas hominis nouit: vnam animæ, animalis alteram. Sed ipſius quoque animalis, hoc eſt hominis,

S. Auguſt.

Senſus Moralis.

Mors hominis duplex.

Macrob.

Alia mortis diuiſio. duas aſſerit mortes: quarum vnam natura, virtutes alteram præſtant. Homo enim moritur, cùm anima corpus relinquit, ſolutum lege naturæ. Mori etiam dicitur, cùm anima adhuc in corpore conſtituta, corporeas illecebras Philoſophia docente contemnit: & cupiditatum dulces inſidias, reliquiſque omnes exuitur paſſiones. Hæc Macrobius lib. 1. in ſomnium Scipionis, quæ hoc loco non erunt inutilia, ſi quis eum ad mores conferre voluerit.

Tertullian. Hinc verò Tertullianus de reſurrectione teſtimonium elicit, & reſpondet ad obiectionem quæ fieri potuit, inde probari Deum eſſe auctorem malorum. *Deus non eſt auctor malorum.* Ad omnia, (inquit lib. 2. aduerſus Marcio. cap. 14.) tibi occurrit Deus, idem percutiens, ſed & ſanans, mortificans, ſed & viuificans, humilians, ſed & ſublimans; condens mala, ſed & pacem faciens, vt etiam & hic reſpondeam hæreticis: Ecce enim, inquiunt, ipſe ſe conditorem profitetur malorum, dicens: Ego ſum qui condo mala. Amplexi enim vocabuli communionem, duas malorum ſpecies in ambiguitate turbantem, quia mala dicuntur & delicta & ſupplicia, paſſim volunt eum conditorem intelligi malorum, vt & malitiæ iniuſtè auctor renuntietur. Nos autem adhibita diſtinctione vtriuſque formæ, ſeparatis malis delicti, & malis ſupplicij, malis culpæ, & malis pœnæ, ſuum cuique parti definimus authorem, malorum quidem peccati, & culpæ, diabolum: malorum verò ſupplicij & pœnæ, Deum creatorem, vt illa pars malitiæ depuretur, iſta iuſtitiæ mala condentis iudicia aduerſus mala delicti. De his ergo creator profitetur malis, quæ congruunt Iudici: quæ quidem illis mala ſunt, quibus rependuntur. Cæterùm ſuo nomine bona quâ iuſta, & bonorum defenſoria, & delictorum inimica, atque in hoc ordinê Deo digna.] Si plura in eandem ſententiam deſideres, conſule Pamelium in eundem locum.

Lib. de reſur. carnis cap. 28. *Aſſeritur reſurrectio ex hoc loco.* Quod ad reſurrectionem attinet, ſic illam probat. Poſt aliquot alia Scripturarũ teſtimonia, Sunt, inquit, & quædam ita pronuntiata, vt allegoriæ quidem nubilo careant, nihilominus tamen ipſius ſimplicitatis ſuæ ſitiant interpretationem. Quale eſt apud Eſaiam: (notatur caput 28. quo Ezechiæ oratio continetur, vbi nun hæc verba quæ citat, ſed ſenſus tamen habetur: putat autem Pamelius eſſe *μονομετικὸν ἀμάρτημα*, cùm potius dicere debuiſſet, in baſilius hoc loco) Ego occidam, & ego viuificabo, certè poſteaquam occiderit, viuificabit. Ergo per mortem occidens, per reſurrectionem viuificabit. Caro eſt autem, quæ occiditur per mortem, caro itaque & viuificabitur per reſurrectionem. Certè ſi occidere, carni animam eripere eſt, viuificare contrarium eius carni animam referre eſt, caro reſurgat neceſſe eſt, cui anima per occiſionem erepta, referenda eſt per viuificationem. Quæ quidem aliquando ſe receptura eſt, vt iterum illius verbis vtar eiuſdem libri cap. 4. in integrum de corrupto, in ſolidum de caſſo, in plenum de inanito, in aliquid omnino de nihilo. Et vtique redhibentibus eam ignibus & vndis, & aluis ferarum, & rumis alitum, & lactibus piſcium, & ipſorum temporum propria gula.] Eſt autem ruma ſeu rumex prominens ſub mento pars, qua cibus in aluum deſcendit, vnde rumino & ſtruma. Lactes ſunt in piſcibus ilia, per quas cibus demittitur.

DEDVCIT *ad inferos.*] Sepulchrũ maluit Vatabli corruptor in ephraſi, cùm tamen tam Vatablus ipſe, quàm Vermilios, quorum vna videtur eſſe, & mens & tranſlatio, conſtanter inferos in textu retinuerint, & Paraph. quoque Chald. cum interprete Latino 70. interpretum, & S. Pagninus infernum habeant. Sed & ſancti quoque Doctores pro inferis ſunt interpretati. S. Auguſt. *Allegoria.* S. Auguſti. Sed nunquid eoſdem deduxit ad inferos & reduxit? Hoc vtrumque ſine controuerſia fidelium in illo potius videmus impletum, capite ſcilicet noſtro, cum quo vitam noſtram in Deo Apoſtolus dixit abſconditam. Nam *qui proprio filio non pepercit, ſed pro omnibus tradidit eum*, iſto modo vtique mortificauit eum. Et quia reſuſcitauit eum à mortuis, eundem rurſus viuificauit. Et quia in prophetia vox eius agnoſcitur: *Non derelinques animam meã in inferno*: eundem deduxit ad inferos & reduxit. De Chriſto intellexit S. Auguſtinus. Verùm ad alios quoque ſanctos eius reſurrectionis conſortes & comites extendit S. Theodoretus in commentario. S. Theod. Non ſolùm his verbis, inquit, prædixit communem hominum reditum è morte in vitam, ſed etiam Chriſtum excitaturum eſſe è mortuis, non modò animam Lazari, & filij viduæ, & filiæ Archiſynagogi, ſed etiam reducturum eſſe ab inferis omnium Sanctorum animas, quando illuc deſcendit animatus cùm eſſet, fecitque, vt poſt ipſius reſurrectionem corpora ad tempus reſurgerent, & Hieroſolymæ conſpicerentur, vt agnoſceret ſanctos viros liberatos eſſe ab animarum carcere, & in alia loca eſſe tranſlatos, hoc eſt, in paradiſum, vel in cœlos cum Angelis.] De inferis, præter illa quæ digna fide ex Scripturis didicimus, nonnulla habet Macrobius lib. 1. in ſomnium Scipionis, quæ ſpero ſtudioſo lectori non ingrata futura. Antequam ſtudium Philoſophiæ, inquit, circa naturæ inquiſitionem ad tantum vigoris adoleſceret, qui per diuerſas gentes, autores in conſtituendis cerimoniarum fuerunt, aliud eſſe inferos negauerunt, *Inferorum tropologica deſcriptio in homine.* quàm ipſa corpora, quibus incluſæ animæ, carcerem fœdum tenebris, horridum ſordibus, & cruore patiuntur. Hoc animæ ſepulchrum, hoc Ditis concaua, hoc inferos vocauerunt. Et omnia quæ illic eſſe credidit fabuloſa perſuaſio, in nobiſmetipſis, & in ipſis humanis corporibus aſſignare conati ſunt. Macrob. Obliuionis fluuium, aliud non eſſe aſſerentes, quàm errorem animæ obliuiſcentis maieſtatem vitæ prioris, ſolámque eſſe in corpore vitam putantis. Pari interpretatione Phlegethontem, ardores irarum & cupiditatum putarunt. Acherontem, quicquid feciſſe, dixiſſeve vſque ad triſtitiam humanæ varietatis

more nos pœnitet. Cocytũ, quicquid homines in luctum, lacrymáſque cõpellit. Stygem, quicquid inter ſe humanos animos in gurgite mergit odiorum. Ipſam quoque pœnarum deſcriptionem, de ipſo vſu conuerſationis humanæ ſumptam crediderunt. Vulturem iecur immortale tondentem, nihil aliud intelligi volentes, quã tormenta conſcientiæ obnoxia flagitio viſcera interiora rimantis, & ipſa vitalia indefeſſa admiſſi ſceleris admonitione laniantis, ſemper curas, ſi requieſcere fortè tentauerint, excitantis, tanquam fibris renaſcentibus inhærẽdo, nec vlla ſibi miſeratione parcentis, lege hac qua ſe iudice nemo nocens abſoluitur: nec de ſe ſuam poteſt vitare ſententiam. Illos autẽ epulis ante ora poſitis excruciari fame, & inedia rabeſcere, quos magis, magíſque acquirendi deſiderium cogit præſentem copiam non videre, & in affluentia inopes, egeſtatis mala in vbertate patiuntur: neſcientes parta reſpicere, dum egent habendis. Illos radus rotarũ pendere diſtrictos, qui nihil conſilio prçuidentes, nihil ratione moderantes, nihil virtutibus explicantes, ſéque & actus ſuos omnes fortunæ permittẽtes, caſibus, & fortuitis ſemper rotãtur. Saxum ingens voluere, inefficacibus, laborioſíſque conatibus vitam terentes. Atram ſilicem lapſuram ſemper, & cadenti ſimilem, illorum capitibus imminere: qui arduas poteſtates, & infauſtam ambiunt tyrannidem, nunquam ſine timore victuri: & cogẽtes ſubiectum vulgus odiſſe, dum metuat: ſemper ſibi videntur exitium, quod merentur, excipere. Nec fruſtra hoc Theologi ſuſpicati ſunt. Nam Dionyſius, &c. tyranni factum narrat, cùm ille quendam ſuas opes ac fortunas admirantem, ad regias epulas adhibuit, imminente ceruicibus gladio de tenui filo pendenti. Talem eſſe tyrannorum vitam dictitans, quæ perpetuæ formidini obnoxia eſſet, nec vllo vnquam tempore à curis & periculis vacaret. Poſt hæc, dicendum, inquit, eſt, quid his ſolicitior inquiſitor, philoſophiæ cultus adiecerit. Inferos Platonici non in corporibus eſſe, id eſt, non à corporibus incipere dixerunt, ſed certam mundi ipſius partem. Ditis ſedem, id eſt, inferos vocauerunt. Sed de his hactenus.

VERSVS 7.

Dominus pauperem facit & ditat, humiliat & ſubleuat.

Vermilius.

DEIECTIONEM hominum, inquit Vermilius, per varios modos amplificat, ait deiici homines ad paupertatem, ad puluerem, ad ſtercora. Similiter amplificat exaltationem ad regnum, ad principatum, ad ſolium imperij, necnon ad æternam vitam. Ben-Gerſon docet ex hoc loco non ſuperbiendum, ſi floreamus opibus, nec ſi ptemamur inopia, deſperandum, quia Deus eſt, qui omnia temperat & regit, & cùm viſum fuerit, ea commutat. Hæc in Samuëlem pulcherrimè quadrant, qui primò vix impetrari potuit, vt naſceretur, qui tamen

Ben Gerſon.

A poſtea ex humili gradu ad ſummam dignitatem euectus eſt.] Præclarè omninò Heſiodus operæ & diei libro 1.

Heſiodus.

Per quem mortales homines ſunt pariter obſcuriſque, clariſque,
Nobiles ignobiléſque, Iouis magni voluntate:
Facilè enim extollit, facilè etiam elatum deprimit:
Facilè præclarum minuit, & obſcurum adauget,
Faciléque corrigit incuruum, & ſuperbum deſiccat
Iupiter altitonans, qui ſupremas domos incolit.

Huius nimirum nutu atque voluntate, Euilmerodach rex Babylonius eductũ de carcere Ioachin regem Iuda ſupra cæteros reges, quos habuit aſſeclas, extulit, menſæque ſuæ adhibuit. Contra verò Nabuchodonoſor regem, opibus rerúmq; geſtarum gloria regibus omnibus ſu- B periorem, auito ſolio deturbatum, proceres ſui ferinum in morem gramine paſci coëgerunt. Quod vnum ſeueritatis ſuæ clariſſimum ſpecimen diuina nobis iuſtitia dedit. Verùm noſtro quoque ſeculo nõ pauca huius rei exempla notauimus, quę iure merito poſſint cum omni antiquitate conferri. Adhuc puer necdum ſexennium emenſus, ducis Guiſiæ necem audiuimus potius quã ſpectauimus, necdum enim per ætatem licuit, quam tamen præ diuturnitate malorum pênè ſeneſcentes eluximus. Hunc virum maximis ingenij, fortunæ, virtutiſq; ornamentis præditum, Catholicæ religionis ſtudium, quo totus flagrare videbatur, plurimùm populo commendarat, iſque fauor ea opinione quæſitus, vt etiam poſt immaturam mortem in tan- C tum diſcrimen regem adduceret, vt non niſi armis maieſtatem ſuam vitámque tueri poſſet. Quam tamen per inſidias, licet valido cinctus exercitu, breui amiſit: nec ante, poſt eam cladem, geminúmque funus pax reſtitui potuit, quàm infinito penè ſanguine humano parentatum eſt. At iam gratior aura periclitantis Galliæ votis aſpirauerat, videbatúrque publicum illud incendium dudum noſtro cruore extinctum; cœperamúſque, vt olim, rebus proſperis efferri atque inſoleſcere, cùm flos ille noſter, Francorum decus atque deliciæ, Henricus quartus, diro atque inopinato caſu ſubitò oppreſſus eſt. Non illum congeſta gaza plurima, non pacis hactenus intemerata religio, non collectus numeroſiſſimus exercitus, aut feſti diei lætitia, tum enim regina inaugurabatur, à ne- D fando ſcelere vendicauit, ſed in ipſa regia vrbe, quæ vix in orbe toto ſimilem reperiat, publica via, inter aliquot proceres ſuos curru reſidens, gladio confoſſus eſt. Eam calamitatem pax alta ſecuta eſt, cùm omnes atrox bellum & inſuperabile timeremus. Sed erant, Deo volente, in procinctu exercitus quos legerat, qui rerum nouandarum cupidis metum incuterent. At aliquot poſt annos malefotum vlcus, & diſſimulatum potius quàm curatum recruduit. Summam rerum alienigena domeſticis antelatus adminiſtrabat, ſapienti, vt pluribus quidem viſum eſt, optimæ principis conſilio. Sic enim tutius regni negotiis conſultum iri credebatur, ſi nemo eorum plurimùm poſſet, qui, cùm opibus atque potentia aucti eſſent, minus eſſent in regis aliquando poteſtate futuri. Hæc

Regum 4. cap. 25.

Inconſtantia atque imbecillitatis humanæ exempla nobiliſſima.

itaque ratio cùm placuiſſet, cõtigit, eius mente atque ratione regnum magnoperè gubernari. Verùm is parũ gnarus moris Gallici, cùm poſſet omnia, imperiúmque & opes penes ſe haberet, elegit potius imperio noſtros continere, quàm fauoribus proſequi, quod omnium egerrimè ferimus, videtúrque id ingeniis noſtris duriſſimum. Inde igitur prima ſimultatum fundamenta iacta ſunt, inde ſenſim Gallicus furor exarſit, ac demum coorta ſeditio eſt. Quod malum, cùm in dies ſerperet latiùs, & iam collatis ſignis ciues manus conſererent, atque adeò vrbium mœnia tormentis bellicis quaterentur: derepente illum hominẽ rex annos natus quindecim, dies autẽ decem & octo antequam hæc ſcriberemus, id eſt ad 7. Calendas Maias anni 1617. in vincula coniici, aut etiam, ſi ſe telo defenderet, obtruncari iubet; & perduellibus, aut certè qui tales à nonnullis habebantur, aditum ad ſe parari. Qui omnes vltrò conuolantes pacem antè vſurparunt, quàm de bello componeretur: ipſum ab omnibus deſtitutum ſuapte illicò cõcidit. Eſt verò quod mireris, & vehementius obſtupeſcas, fuiſſe aliquãdo hominem, qui cùm paulò antè exactis regum priorum conſiliariis, penè ſolus de bello & pace, rebúſque grauiſſimis ſummo iure ſtatueret, & deliciis, opibus, famulitio, robore, copiis, omnibus in Gallia principibus anteſtaret, nec iam vlla re magis quàm modetatione animi, & comitate atque affabilitate ſermonis indigeret, tanquam fulmine ictus ex templo corruerit, tanto caſu atque ruina, vt nec intra mortem pœna ſteterit. Siquidem interempti cadauer, quod regis clementia homo condi præceperat, poſtridie matris Eccleſiæ viſceribus erutum atque effoſſum, nudum, & truncis naribus atque auribus deforme, brachiis item & virilibus mutilatum, per vrbem fœdè raptatum eſt: ac tandem iiſdem incẽſis patibulis, quæ fama ferebat diuerſis illum vrbis regionibus ad terrorem collocaſſe, ſemiuſtulatum, totum illum diem, qui S. Marci Euangeliſtæ ſolennem memoriam referebat, ab infima plebe ludibrio habitum.

VERSVS 8.

Suſcitat de puluere egenum, & de ſtercore eleuat pauperem: vt ſedeat cũ principibus, & ſolium gloriæ teneat. Domini enim ſunt cardines terræ, & poſuit ſuper eos orbem.

NIMIRVM vocat ea quæ non ſunt, tanquã ea quę ſunt, & infirma mundi eligit Deus, vt fortia cõfundat. Non dubium quin Iob ereptum de ſterquilinio, vel Ioſeph è carcere, aut etiam Moyſen è paſcuis, cũ hæc diceret, mente pertractaret. S. verò Theodor. etiam ad poſteriora retulit. (S Theodoretus.) Iterum, inquit, prædicit futura: deprimitur enim Saül elatus, extollitur autem Dauid ab ouibus ad hominum curam à Deo vocatus. Huic ſententiæ & vaticinationi etiam ea quæ ſequuntur adhærent. *Vt ſedeat cum principibus, & ſolij gloriæ hæres ſit.* Poſſunt ſanè diſcipuli ſuper duodecim ſoliis glorioſè ſedere Iudæos iudicãtes. Cæteri etiam fideles futuri ſunt ſplẽdere, & in requie eſſe, quod ſolium indicat. *Dans votum precanti.* Sic enim legit Septuaginta ſecutus, quemadmodum & S. Auguſt. lib. citato de Ciuit. Dei, (S. Auguſt.) qui hanc prophetiam de Chriſto potiſſimùm intelligit. De nullo melius, inquit, (Allegoria.) quàm de illo intelligo, qui propter nos factus eſt pauper, cùm diues eſſet, vt eius paupertate, ſicut paulò antè dictum eſt, ditaremur. Ipſum enim de terra ſuſcitauit tam citò, vt caro eius non videret corruptionem. Nec illud ab illo alienabo, quod additum eſt: *Et de ſtercore erigit inopem.* Inops quippe idem eſt qood pauper. Stercus verò vnde erectus eſt, rectiſſimè intelliguntur perſecutores Iudæi, in quorum numero cùm ſe dixiſſet Apoſtolus Eccleſiam perſecutum: *Quæ mihi*, inquit, *fuerunt lucra, hæc propter Chriſtum damna eſſe duxi*, nec ſolùm detrimenta, verùm etiam *ſtercora exiſtimaui eſſe, vt Chriſtum lucrifacerem.* De terra ergo ſuſcitatus eſt ſupra omnes diuites ille pauper, & de illo ſtercore erectus eſt ſupra omnes opulentos ille inops, vt ſedeat cum potentibus populi, quibus ait: Sedebitis ſuper duodecim ſedes. *Et ſedem gloriæ hæreditatem dans eis.* Dixerant enim potentes illi, *Ecce nos dimiſimus omnia, & ſecuti ſumus te:* Hoc votum potentiſſimi vouerant. Sed vnde hoc eis, niſi ab illo, de quo hîc continuò dictum eſt: *Dans votum vouenti?* Alioquin ex illis eſſent potentibus, quorum *infirmatus eſt arcus. Dans*, inquit, *votum vouenti.* Non enim Domino quiſquam quicquam ratum voueret, niſi qui ab illo acciperet, quod voueret.] Hactenus S. Auguſt. Cęterùm quod ad verba attinet, paoper, vt Varro docet, (Varro.) à paulolare dicitur, mendicus à minus, cui cùm opos eſt, minus nullo eſt: inops quod opis egeat: quemadmodum opulentus ab ope. Dominum autem de ſtercore erectum, gloriæ ſolium aſcendiſſe vel illud probare poteſt, (Chriſtus de ſtercore erectus ſolium gloriæ tenuit.) quod prius in loco, ſtercore dicto, turpiſſima morte damnatus ſit, quàm reſurrectionis coronam adipiſceretur. Ipſum namque Golgotha, quem Caluariæ locum Euangeliſta exponit, à *Galal*, גָּלָל quod Hebræis ſtercus eſt, denominatum fuit, ſiquidem ad eius radices, ſordes ſuperioris vrbis per portam ſtercoris egerebantur, ſeu potius, quoniam in eius vertice ſontes, qui ſunt vrbis ſordes præcipuæ, tollebantur. Apoſtoli etiam ad inſtar domini & magiſtri ſui, dum crucis ignominiſiam prædicant, à populis pro ſtercore ſunt habiti. Hoc ipſum teſtatur Apoſtolus 1. ad Corinth. 4. *ὡς περικαθάρματα τοῦ κόσμου ἐγενήθημεν, πάντων περίψημα ἕως ἄρτι. Tanquam purgamenta huius mundi facti ſumus, omnium peripſema vſque adhuc.* In hæc verba hæc ſcribit Budæus in Pandectas. (Budæus.) Fortaſſe inculpatius foret catharma ita dicere, vt peripſema dixit. Nam vt catharma purgationem ſignificat ad verbum & piamentum: ſic peripſema ſcobem, & ramentum, & quicquid limando deteritur. (à verbo ψάω, quod rado & tergo ſignificat,) quæ ſignificationes in eo loco Apoſtoli non conoeniunt: altior eſt enim quidam ſenſus verborum, niſi me fallit opinio. Ad cuius in-

telligentiam id iam dictis addemus, quod antiqui vrbiom expiationem anniuerſariam facientes, cùm ſacros illos homines abluerant in victimarum morem redimitos ex loco præcipiti in mare deiiciebant, Neptuno immolantes, intérque deiiciendum ſolennia verba effari ſolebant, περίψημα ἡμῶν γενοῦ, ſis pro nobis peripſema: ac ſi dixiſſent, ſis pro nobis piaculum: eſto luitio noſtra, & ſeruatrix vrbis victima. Id quod Suidas verbo περίψημα annotauit. (Suidas.) Sententia igitur Pauli hæc eſt, Nos tanquam piacula mundi facti ſumus, & ſuccidaneæ pro populo victimæ: ac ſi diceret, non minus apud gentium vulgus deteſtabiles, quàm illi qui diris execrationibus onerati atque obroti, pro ſalute publica olim abiici ſolebant. Quæ ſententia congruit iis quæ præcedunt. Peripſema enim etiam ramenta veſtigiorum ſignificat, quæ vt ſordida abiiciuntur. Mallem igitur Græcis verbis vti vtrobique hoc modo: tanquam catharmata mundi facti ſumus, & peripſema ad hunc diem.] Hactenus Budæus.

DOMINI *enim ſunt cardines terræ, & poſuit ſuper eos orbem.*] Superiorum rationem reddit, quam petit ab illius iudiciorum æquitate: Chaldaic. Paraphraſt. Quia, inquit, ante Dominum reuelata ſunt facta filiorum hominis, inferius apparauit gehennam improbis tranſgreſſoribus dictorum ſuorum; & iuſti facientes voluntates eius, fundauit illis orbem.

C

(S. Hieron.) A fine potius Hebræi apud D. Hieronym. in tradit. Hebraic. in 1. Regum. Sic enim ille refert. In Hebræo ita habetur: *Domini enim ſunt afflicti terræ.* Afflictos terræ, Hebræi pauperes ſpiritu & humiles corde intelligunt: ſuper quos Dominum orbem poſuiſſe dicunt; quia eorum meritis terram ſtare autumant. Hæc ille. Quæ non aliud opinor ſignificant, quàm Deum impios idcirco deiicere, pios autem ac probos eorum ceruicibus imponere, quod illi quidem mundo perniciem parant, hi verò etiam ruinas fulciunt. (*Hebræi mundum confuſionem vocant.*) Neſcio autem quo ſenſu Pagninum interpreter, qui ſtationes vertit pro cardinibus, & pro orbe confuſionem. Sic ille habet: (Pagninus.) *Quia Domino ſtationes terræ, & poſuit ſuper eas confuſionem.* Niſi fortè idem quoque ſtationes ſunt quod cardines, aut columnæ, vt annotat Vatablus, prætérque cæteros hoc innuat, Deum bonorum curam gerere, vtpote cùm ipſi illius ſint, & tanquam in ſortem & peculium illi ex omnibus ceſſerint. תבל *Thebel* verò quem orbem reliqui, ipſe confuſionem dicere maluit, à commixtione eſt, quod verbum frequentius terræ & elementis accõmodatur. Longè quidem alia ſignificatione quàm Græci, qui κόσμον nomine ornamenti appellarunt, aut etiam quam Latini, qui mundum à perfecta & abſoluta elegantia, ſed tamen veriori: quis enim hanc rerum perturbationem ornatum potius dicendum putet, quam Chaos & confuſionem? Aliter etiam Hebræi *Olam* עולם mundum hunc atque ſeculum vocant ab æternitate ſeu duratione, vt cùm Salomon dixit Eccleſ. 3. *Mundum tradidit diſputationi eorum.* (Ariſtot.) Ab Ariſtotele verò in libro de mundo, quid ſit

A mundus ita exprimitur: σύστημα compages ex cœlo & terra, & naturis, quæ iis continentur: vel ordo & digeſtio διακόσμησις vniuerſorum, quæ à Deo & propter Deum conſeruantur. Simpliciùs factum videmur, ſi hæc ad diuinam potentiam referamus, quam vtique ob ſolutam ſterilitatem ſuam, & alia plurima miracula ſtudioſè prædicat. Nobiſcum ſentit Vermilius, (Vermilius.) qui per cardines terræ, id eſt baſes ſeu columnas, ipſam terram ſignificari docet: quoniam in illa, ceu in baſi & fundamento quodam, alia omnia ſunt ædificata. Siquidem cœlum, æther, aër, aqua, & alia omnia terram ambiunt.] Arbitror eſſe phraſim Hebraicam, & ſic exponi

B

poſſe: *Dominus enim eſt terra, cardo* mundi ſcilicet. Nam cùm ea immota maneat, circa illam voluuntur omnia, & ab ea quodammodo pendent & fulciuntur. Quare etiam addit: *Et poſuit ſuper eos orbem.* Terra non mouetur, inquit Tullius in Somnio Scipionis. Eſt enim centron, vt annotat ibidem Macrobius. (Macrob.) In ſphæra autem ſolum centron diximus non moueri, quia neceſſe eſt vt circa aliquid immobile ſphæra moueatur. Adiecit, infima eſt: rectè hoc quoque, nã quod centron eſt, medium eſt. (*Terra mundi centrum, reliquas orbis partes ſuſtinet.*) In ſphæra verò hoc ſolum conſtat imum eſſe, quod medium eſt. Et ſi ima eſt, ſequitur vt verè dictum ſit, in eam ferri omnia. Semper enim pondera in imum natura deducit. Nam & in ipſo mundo vt eſſet terra ima, ſic factum eſt. Quicquid ex omni materia

C

de qua facta ſunt omnia, puriſſimum ac liquidiſſimum fuit: id tenuit ſummitatem, & æther vocatus eſt. Pars cui minor puritas, & inerat aliquid leuis ponderis, aër extitit: & in ſecunda delapſus eſt. Poſt hæc quod adhuc quidem liquidum, ſed iam vſque ad tactus offenſam corpulentum erat, in aquæ fluxum coagulatum eſt. Iam verò quod de omni ſylueſtri tumultu vaſtum, impenetrabile, denſatum, ex defæcatis abraſum reſedit elementis, hæſit in imo. Quod demerſum eſt ſtringente perpetuo gelu, quod eliminatum in vltimam mundi partem longinquitas ſolis coaceruauit. Quod ergo ita concretum eſt, terræ nomen accepit. In hanc igitur, quæ & ima eſt, & quaſi media, & non mouetur, quia centrum eſt: omnia pondera ferri neceſſe eſt. Hactenus Macrobius. Porrò hæc omnia, inquit Vermilius, Deus fecit ſapientia ſua. Ita enim in lib. Prouerb. cap. 8. Sapientia ipſa lo-

D

quitur: *Cùm iaceret fundamenta terræ, etiam cum eo cuncta diſponens.* Reges & principes Domini appellantur vrbiom & ciuitatum, ſed eorum potentia cum diuino robore non eſt conferenda. Nam Deus mundum vniuerſum condidit ex nihilo, quia materiam vnde fieret non accepit; deinde illum ornauit omni pulchritudinis genere, atque, vt volt, adminiſtrat, citra vllum impedimentum, idque non vno tantùm, vel altero die, ſed perpetuò. Cuius profectò vis atque potentia tanta eſt, vt contraria ſtatim atque pro ſuo arbitrio in contraria poſſit vertere. Non tamen ita, vt vtraque ſimul & eodem tempore ſint & coniungantur, nimirum, vt quiſpiam ſimul & pauper ſit, & diues: Verùm id efficit Deus, vt res migrent ab vno contrario in alterum, quod idcircò dixi,

quod etſi Deus vi ſua poſſit omnia facere, tamen quædam reperiuntur, quæ natura ſua minimè poſſunt fieri. Quod idcirco dixerim, quoniam aduerſarij noſtri eouſque diuinam potentiam proferunr, vt ſtatuant corpus Chriſti eſſe vbique, quod Deus ſit omnipotẽs, & propterea id poſſit efficere. At cogitare illos oportuit, corpus Chriſti non poſſe ſimul, & vbique eſſe, & eſſe humanum corpus. Vtqoe res eadem ſimul ſit humanum corpus, & non ſit humanum corpus, nulla potentia fieri contingit. Ita etiam illi fruſtra ſperãt, qui ſe putant ſaluos fore, licet non reſipiſcãt, neque vitam in melius commutent. Hæc enim cùm ſe mutuò deſtruant vna conſiſtere non poſſunt. Hæc ille.

Chriſti Domini corpus pluribus in locis conſiſtens non eſt contradictorium.

Ego verò Vbiquiſtis, hoc enim nomine genos quoddam monſtri à Luthero ortum nominatur, neutiquam patrocinabor, nec illorũ cauſam defendendam ſuſcipiam: hæreſim illam pari tecum odio odi atque execror: quandoquidem, tamen Vermili, illa ratione tua, qua erroris fundamenta conuellere niteris, veritatem pariter oppugnas, paucis pro Catholica fide reſpondebo. Ais enim, ſimul vnum corpus diuerſis in locis à Deo conſtitui non poſſe. At cogitare te oportuit, eum, qui velit diuinæ potentiæ metas præſcribere, temerè eſſe facturum. Neq; enim vlla ſunt, quæ pro ſua volũtate non poſſit efficere: ſed cùm ea ſit humani ingenij imbecillitas, vt non aliter, quæ non ſunt, aut intellectu percipere, aut etiam effari poſſimus, qoàm ſi eadem eſſe fingamus, inde adeò fit, vt nonnulla Deum prȩſtare poſſe negemus, non quod in aliquibus virtus eios deficiat, ſed quod illud reuera nihil ſit. Inde igitur, tũ philoſophi, tum etiam Theologi Deum efficere poſſe contradictoria pernegant, quod tu ipſe notare deboeras: at ſperaſti nõ ſeruato doctrinæ ordine poſſe euadere, quod minimè debueras. Nam cùm ſint oppoſitorum quatuor genera: ſunt enim contraria, & relatiuè, ac priuatiuè oppoſita, & item contradictoria: ipſe nullo diſcrimine, nullum corpus ſimul in pluribus locis poni poſſe decreuiſti. At ſi, vt decebat impigrum doctorem, ſingula excuſſiſſes, cũ in nullo horum genere quod affirmas inueniri comperiſſes, ſentẽtiam proculdubio mutauiſſes. Et quidem de tribus primis ſpeciebus inter te & me, quãtum ad hanc quæſtionem attinet, controuerſia eſſe non poteſt. De contradictoriis hoc accipe. Cùm omnis propoſitio duobus ſaltem terminis conſtituatur, alterius earum quæ inter ſe conferuntur, vt contradictio intelligi poſſit, terminũ realem alterum, alterum nullius rei protſus eſſe debere, ſchola & tatio docent. Quemadmodum ſi quis dicat hominem eſſe animal, alterum, qui cõtradicere paratus ſit, hominẽ non eſſe animal aſſerere neceſſe eſt, qood vtique reipſa nihil eſt. At neqoe corpus, neque locus, neque ipſa in loco conſtitutio eiuſmodi eſt, ſed aut corpos, aut corporis citcumferentia, aut aliud quidpiam quod verè ſit, niſi nos fortè decipimus cũ in loco eſſe cenſemus. Vides, vt tua illa validiſſima ratio vix primo quaſſata ariete repente corruit. Ita me Deus amet Vermili, vt tu qui alioquin ingenij acumine non parum vales, quoties in nos aciem

A ſtringis, hebes atque obtuſus efficeris. Non eſt, mihi crede, facilis & expedita veritatis oppugnatio.

Gellius noct. lib. 5. cap. 15.

Eadem vox pluribus in locis ſimul ponitur.

Age verò in gratiam eorum, qui minus ſunt perſpicaces, etiã nonnulla addamus, quo noſtræ fidei ſplendor magis ac magis eluceſcat. Quid igitur de voce ſtatuemus, erit ne illa corpus, aot aliquid incorpoteum? Stoici nãque corpus eſſe cõtendunt, eamque dicũt eſſe ictum aëra. Plato non eſſe corpus, nec percuſſum aërem, ſed plagam atq; percuſſionem vocem eſſe. Democritus, ac deinde Epicurus ex indiuiduis corporibus vocem conſtare dicunt, eamqoe, vt verbis eorũ vtar, ῥεῦμα λόγου. Ergo vt vides, in definienda voce Philoſophi non cõſentiunt, corpus tamen, aut certè aliquid qood corpus conſequi-
B tur, omnes eſſe dixerunt; nemo ἀσώματον, ſiue incorporeum. Iam verò cũ ſemel, te audiente loquor, & hoc nomen, homo, ore profero, eſt ne vna vox, an plores? Nam ſonus quidem ipſe indiuiſus eſt, vnus, & interruptus, itẽ vna nominis ſignificatio: poterit igitur etiam videri eſſe vna vox. Qui fit igitur, vt pluribus in locis tota eadémque exaudiatur? Nam ſi præter re auditor alter accedat, tertius item, & 4. mille deinde aut etiam innomeri, eãdem tamen ſemel prolatam, nec denuò tepetitam integrè percipient. Verũ non me fugit quid ad hæc reſponſurus ſis, nimirum, cùm tota illa tegione, qua vox ptofertur, vno genere motus aër inciratus ſit, quotquot aderunt pariter afficiet. Nec ego eo conſilio in mediũ attuli, quod potẽ ad amuſſim reſpõdere:
C ſed quo oſtendam quacũque tandem id ratione fiat, idem ſimul pluribus in locis conſtitui. At vnus eſt locus, inquit, quia continuus, indiuiſus, indiſtinctus. Audi quæſo, ſi auditus duntaxat in aure fit, vox in ore, quomodo cùm à me receſſerit, non erit auris ab ore locus media intercapedine diſſitus? Nã aër qui medius interiacet, non vox eſt, ſed vocis vehiculom: neqoe eoim voce affici poteſt, ſed motu quo impulſus eſt, vocem auri reptæſentat. Cùm igitur vox feratur in diſtans per mediom aërem, in quo vox non eſt, ſéque ipſam ex ore cum aute communicet, quomodo nõ dicetur eſſe in pluribus locis, quæ plutihus locis non mediocri interuallo diſtinctis adeſt & percipitur? At dices ſpeciem hoc ipſum præſtare, ne opus ſit in varia loca vocẽ diſtrahi. Inuentum eſt hominum planè ſubtiliſſimum. Verùm tranſeamus ad alia, quæ nec contuma-
D ciſſimus quiſpiam negare audeat, aot valeat effugere. Nam certè, niſi prorſus omnem de Deo fidem abũcimus, neceſſariò fatendum eſt, tantumdem poſſe Deum reipſa præſtare, quantum homo aliquis ſenſibus oſtentare queat, aut etiã ipſe ſenſus percipere. At plurihus in locis per ſpeculum ſimol eundem hominem meus oculus videt, & in ſingulos dies ſpecilla quædam ea arte componi videmus, qoȩ decies vnom hominem eodem tempore oon vno loco reptæſentent. Neque hîc mihi ſpeciem, vt antea, pro muro obũcies, neque enim eſſe contendo, ſed videri: qood negari nõ poteſt. Igitur ne Deum quidem id efficere poſſe negabimus, niſi hominem plus poſſe ingenio conari, qoam ipſa vis diuina operari poſſit, admittamus. Quibus cùm

Ars hominis efficere poteſt vt idem ſimul pluribus in locis videatur.

Digitized by Google

ab aduerſariis reſponderi nullo modo poſſit, ne A calumniam fortè Philoſophia patiatur, ad ſcriptutas ipſas accedamus, quas ſemper controuerſiarum dari arbitras poſtulaſtis, admiſiſtis nunquam: & duobus tantùm aut tribus locis, nam pluribos non placet, cùm plutes eo munere egregiè functi ſint, experiamur, num illis auctoribus docere valeamus, eandem tem duplici loco ſimul poſſe conſiſtere.

Apoſtolus igitur 1. ad Corinth. cap. 15. cùm de reſurrectione diſſereret, pluribus eam argumentis aſſeruit. Verùm alia quidem aliunde diuerſis ex rebus petita ſunt, vnum eſt quod à natura ipſa mutuatos eſt, vſus comparatione eorum ſeminum, quæ in terram iacta, ac tandem corrupta, denuò reuiuiſcũt. Ibi tum Apo- B ſtolus vno telo bina monſtra conficere ſtuduit, quæ teneram adhuc in cunis Eccleſiam conabantur opprimere. Illa erant duæ hæreſes, quæ reſurrectionem oppugnabant: altera Phileti, vt aiunt, & Hermogenis, qualis etiam prius Democriti, reſurrectionem quidem promittens, verùm nihil immutato corpore, ſed poſt longã annorum ſeriem, qua præterita recurrerent, in eandem ſortem reſtituto: quod etiam tum cõtigiſſe illi affirmabant, vt teſtatur Apoſtolus. Altera plurimorum hæreticorũ, quid habuerunt cum Iudæorum Rabbinis Pythagoreiſque commune, vt fieri metempſycoſim docerent, qua animæ in alia corpora transmigrarent, quæ pro ratione meritorum cæleſtia etiam & ſpiritualia nonnulli poſteriores, in quibus etiam Origeniſtæ, futura aſſeuerarunt. Igitur ambo illos errores, qui peſſimè Eccleſiam habebant, tenerámque eius infantiam vexabant, cùm Co- C rinthiorum animis Apoſtolus euelleret, naturalem quandam ſimilitudinem adhibuit, oſtendens quidem ex eo, quod iactum ſemen non quale diſſeminatum fuerit, reſurgit, ſed viridi cinctum folio, & culmo innixum, glomiſque & ariſtarum vallo munitum, ita ipſam quoque carnis conditionem longè aliam eſſe futuram, & pro dignitate operum vario decore coronandam, nec id videtur in dubium reuocari poſſe. At verò quod ad alterius hæreſis confutationem pertinet, quæ corpus mortuum in integrum reſtitui negabat, quî tandem probare potuit ex illa ſimilitudine, carnem, quæ à morte deuorata eſſet, eadem prorſus mole atque ſubſtantia denuò ad immortalitatem reparandam eſſe, niſi idem quoque ſemen quod terræ mandatum fuerat, & humore corruptũ, ſuſcitari renouaríque poneret? At non vnum, vt opinor, ex vno naſcitur. Iſaac namque ſementem ſuam centeno cum fœnore recepiſſe D Moyſes ſcribit. Quod ſi idem eſt quod metitur, cum eo quod ſeritur, nec alia atque alia ſubſtantia eſt, neceſſe erit idem ſæpius poni, & loca multiplicari, niſi magis placet bis idem ſimul aut etiam ſæpiùs prodoci, quod fieri poſſe diuina virture arbitramur. Verùm de modo & ratione, qua id fieri poſſit, non admodum contendam; nec enim apud me conſtat, aut neceſſe arbitror explicare. Si modo hoc obtineam, quod negabas, rem vnam ſimul pluribus locis collocari poſſe. Præterea verò quid ad ingens

Ex rediuiuo ſemine probatur reſurrectio. Num igitur illud vt prius locum vnum occupat?

A & ſtupendum illud miraculum, quo Dominos ex quinque panibus hominum quinque millia pauit, reſpondeas, auidè expecto. Cogit omnes que, niſi fortè Euangeliſtæ fidem abrogamus, fateri eoſdem panes ſæpius appoſitos, vt poſſent tot virorũ ſtomachos implere. Nam fuiſſe illos nõ admodũ grandes, & craſſos, vt videri poſſint tãtę moltitudini ſatis fuiſſe, probat ferẽtis infirmitas, quem puerulum vocat Ioannes Euangeliſta cap. 6. Sic enim habet: *ἔστι παιδάριον ἓν ὧδε, ὃ ἔχει πέντε ἄρτους κριθίνους, καὶ δύο ὀψάρια.* & quod addit Andreas præterea, *ἀλλὰ ταῦτα τί ἐστιν εἰς τοσούτους*; atqui ex ipſis impleti ſunt *ἐνεπλήσθησαν.* nec hoc modò, ſed etiam duodecim cophinos fragmentorum impleuerunt, *ἐκ τῶν πέντε ἄρτων τῶν κριθίνων, ἃ ἐπερίσσευσε τοῖς βεβρωκόσιν.* B Vides quanta diligentia ſingula notarit Euangeliſta. Primùm puerulum fuiſſe dixit, infirmã ætatem deſignans: deinde & numeri panum meminit: nec oblitus eſt quanta populi turba conueniſſet, aut quàm ingenti pecunia opus eſſe Philippus arbitraretur, ſi vel panis fruſtulum ſingulis porrigendum eſſet. Sed nec tacuit quomodo quinque illos panes apud poerum fortè repertos pro nihilo Andreas habuerit: & tamen unde fuiſſe repletos aſſerit, nec illos tantùm, ſed & cophinos duodecim, nec aliunde quidem Angelorum miniſterio comparatis, ſed ex ipſis quinque panibus, quod ſedulò ac diligenter incolcat, ne non obſeruari contingeret. Aduerte igitur quid potiſſimùm neges, tamne paucos fuiſſe panes, an tam multos homines fuiſſe repletos? Horum quicquid negaueris, Euangelium negaueris. Quod ſi conceſſeris, C neceſſe eſt idem ſæpius poſitum affirmes. Dices, panes ipſos diuina vi ac potentia multiplicatos, in maiorem molem excreuiſſe. Modum non quæro, ſat mihi eſt eoſdem ſemper agnoſci, ſiue cùm pueruli manibus geſtarentur, ſiue cùm tot ventres diſtenderent, ſimúlque tot cophinos implerent: hoc enim fieri omnino non potuit, ſi non eodem tempore plura loca occuparent. Sed heus tu, qui tam pertinaciter hoc negas corporibus, de ſpiritibus tandem cogeris admittere. Spiritus autem hominum, vt opinor, nulli ſont alij præter animas. Nam quæ in corporibus animæ dicuntur, propterea quod vitam ſubminiſtrent, eædem ſi corporibus ſoluantur, ſpiritus appellantur. At verò de ſua id anima teſtatur Eliſæus 4. Reg. 5. de accepta enim à Naaman Syro pecunia cum Giezi expoſtulans, cùm ille inficiari auſus eſſet ſe hominem conueniſſe, *Nunquid*, inqoit, *cor meum non erat in præſenti, quando homo reuerſus eſt de curru ſuo* D *in occurſum tuũ?* cor enim phraſi non inſolita pro animo ſeu ſpiritu, vt Vatablus docet, vſurpauit. Apoſtolus etiam manifeſtius 1. ad Corinth. c. 5. *Ego*, inquit, *abſens corpore, præſens autem ſpiritu* Et iterum: *congregatis vobis, & meo ſpiritu.* Item 2. ad eoſdem 12. cùm ſe ad tertium vſque cælum raptum prædicet, ſimulne cum corpore id factũ ſit, an verò corporis expers animus eò aduolauerit, definire non audet: & tamen de morte nihil illic ſuſpicatur, quam tamen contigiſſe oportuit, ſi quidem cùm ſolutos in cælis peregrinaretur animus, non idem quoqoe in ter-

Ex Euangelio panis vnus mille loca occupat.

Eliſæus.

Apoſtolus.

Domini enim ſunt cardines terræ.

ris cum corpore moraretur. Igitur non omni- A no diuinæ virtuti denegandum putaoit, quin poſſet humanam animam diuerſis locis eodem tempore conſtituere. Quod ſi de animabus conceditur, erit quoque in corporibus admittendum. Quanquam enim non vno diſcrimine anima corpúſque differant, nec ſpiritualis ſubſtantia locū propriè occupare poſſit: attamen quod ad præſentiam loci attinet, par ratio viſa eſt: quemadmodum enim illud corporis ambientis ſuperficies: ita hanc quoque actiuitatis ſuæ ſphæra circumſcribit. Sed ne videar vim afferre dictis Apoſtoli, aut in alium ſenſum flectere ac detorquere eius ſententiam, interpretationem illam meam authoritate Tertulliani comprobabo.

Tertullian.

Videamus, inquit lib. de reſur. carnis, cap. 52. iam nunc quo corpore venturos mortuos diſputet Apoſtolus. Et benè quòd erupit ſtatim oſtendere, quaſi quis eiuſmodi quærat. *Stulte*, inquit, *tu quod ſeminas*, non viuificatur, niſi mortuum fuerit. Hoc ergo iam de exemplo ſeminis conſtet, non aliam viuificari carnem, quàm ipſam quæ erit mortua. Et ita ſequeotia relucebunt. Nihil enim aduerſus regulam exempli licebit intellegi, ne quia ſequitur, *& quod ſeminas, non corpus quod futurum eſt ſeminas*. Idcircò aliud reſurrecturum corpus, quàm quod moriendo ſeminatur, exiſtimes. Cæterùm excidiſti ab exemplo. Nunquam enim frumento ſeminato & in terra diſſoluto hordeum erumpit, & non idipſum genus grani, eadémque natura & qualitate & forma. Denique vnde? ſi non idipſum: & corruptela enim ipſum eſt, dum ipſius eſt. Non enim & ſuggerit, quomodo? Non quod futurum eſt corpus ſeminatur, dicens: ſed nudum granum, ſi fortè frumenti aot alicuius eiuſmodi. Deus autem dat illi corpus provt vult. Certè ei grano quod nudum ſeminari ait. Certè, inquis. Ergo ſaluum eſt cui dare habet Deus corpus.

Idem prorſus granum reſurgit.

Quomodo autem ſaluom eſt ſi nuſquam eſt, ſi non reſurgit, ſi non idipſum reſurgit? Si non reſurgit, ſaluum non eſt. Si non eſt & ſaluū, accipere corpus à Deo non poteſt. Sed enim ſaluum omni modo conſtat. Ad quid ergo dabit illi Deus provt vult corpus, habenti vtique proprium illud corpus nudum, niſi vt iam non uudum reſurgat? Ergo addititium erit corpus quod corpori ſuperſtruitur, oec exterminatur illud cui ſuperſtruitur, ſed augetur. Saluum eſt autem quod augetur. Seritur enim ſolummodò granum ſine folliculi veſte, ſine fundamento ſpicæ, ſine munimento ariſtæ, ſine ſuperbia culmi. Exurgit autem copia fœneratum, compagine ædificatum, ordine ſtructum, cultu munitum, & vſquéquaque veſtitū. Hæc ſuot ei corpus à Deo aliud, in quod noo abolitione, ſed ampliatiooe mutatur. Hactenus Tertullianus.

Versvs 9.

Pedes ſanctorum ſuorum ſeruabit, & impij in tenebris conticeſcent: quia non in fortitudine ſua roborabitur vir.

Probat iuſtorum quantumuis infirmos vires quouis impiorum robore potentiores eſſe. Sit enim quiſpiam robuſtiſſimus, at ſi cæca nocte obruatur, tamen mouere ſe nō poterit. Pari modo ſe habent impij: *Erant*, inquit Scriptura, *catena tenebrarum omnes alligati*, Sap. B 17. de Ægyptiis loquitur, *at ſanctorum pedes Dominus ſeruabit, & Angelis ſuis mandauit*, vt tanquā aduerſom puerulos gerularum fungantur officio, ne fortè in lapidem impingant ceſpitentve. Impij præ ſuperbia atque ingratitudine, quæcunque Dei præcedens liberalitas contulerit, amittent. Contra verò iuſtis omnia fæliciter cedent, etiam ipſæ res aduerſæ, vt ait Apoſtolus: nam neque rebus proſperis ad ſuperbiā abutentur, neque vexati atque afflicti diuinæ prouidentiæ detrahent, ſed cum patientia emolumentum ex ærumnis percipient.

Vermilius.

Pedes poſuit, inquit Vermilius, pro omni actiooū geoere, ſtudio, conatu, atque cooſilio, quæ omnia, ſi Deus fauorē ſuum & bonitatem ſubtrahat, ſtatim labuntur, nō ſecus ac in rebus C naturalibus vſu venire cernimus, quibus quandiù ſpiritum ſuum Deus impertitur, tantiſper durant & viuunt, eo verò ſublato, ſtatim occidunt. Cùm autem Deus cuſtodire pios dicitur, ſatis demonſtratur multas illis paſſim inſidias tendi, alioqui non opus eſſet tam diligenti & valida cuſtodia. Et pij licet diuinitus cōſeruentur, oon tamen ſunt immunes ab omni lapſu: *Septies* quippe *in die cadit iuſtus*: verùm intelligere oportet Deū illos à lapſu exitiali tueri, qui ad æternam mortē impellat.

Quanta Deus cura iuſtos conſeruet.

Sinit autē ipſos interdū labi, vt ſuū ingeniū & naturæ humanæ corruptelā intelligant, ne quid ſibi ſuiſque viribus aſcribant. Nec eos ab omni externo incōmodo omnino ſeruat. Nam ſæpè illas afflictiones immittit, ſed ita, vt cruces noxias ab illis auertat, quæ illis interuertere poſſint ſalutē, & æternam vitā. Sed qua ratione ac via Deus tueatur ſuos, Anna præterire videtur. Cæterùm ſi eius verba D preſſius expēdātur, ex antitheto ſatis nos docet.

Impii, ait, *in tenebris conticeſcent.*] Lux porrò tenebris opponitur. Deus ergo luce, ac verbo ſuo pios conſeruat, & quia verbum externū minimè ſatis eſt, opus etiā habemus luce interiori, quæ niſi adſit & nobis affulgeat, quanto magis audimos, tanto magis magiſque induramur. Neceſſaria itaque lux eſt non quæuis, verùm ea quæ illuſtret mentem, & voluntatem flectat. *Impij conticeſcent in tenebris.* Nimirū ea luce deſtituti qua Deus tuetur & regit pios. iuſto autē iudicio deſtituuntur, vel vt atterantur, vel vt ſileant, cū in tenebris impingāt, vt ait Kimhi.

Tenebræ quæ ſint.

Tenebræ autē nō tantū ſunt humanæ afflictiones, verùm etiam ratio noſtra, prudētia carnis, φιλοσοφία, & quicquid in nobis eſt citra Dei gratiā.

In iſtis, inquam, tenebris relinquuntur, & impingunt, & corruunt impij, quia noſtra caro & ratio nihil habet, quod reſpondeat Deo. *Nam omne os obturabitur, & ſubditus fiat totus mundus Deo.* Licet etiam ſequi alteram interpretationem teſte Kimhi, quaſi conticeſcere in tenebris nil aliud ſit, quàm condemnatos aliquando à ſua iactatione deſtitutos. Hîc enim abſque modo nobilitatem ac titulos iactant, in futuro autem ſæculo altiſſimo quieſcent ſilentio. Atque dum in hac vita cadunt impij, non inſtar piorum cadunt, vt reſurgant, ſed in ſempiternum exitum ruunt.

QVIA *non in fortitudine ſua roborabitur vir.*] Hoc hemiſtichium referendum eſt ad illa duo, quæ iam attigimus, nimirum ad conſeruationem piorum, & ad impiorum exitium. Quandoquidem in iis humanæ vires nullius momẽti ſunt, ſiquidem pij robore ſuo minimè ſeruãtur, & impij, cùm affliguntur, nulla ratione poſſunt reſiſtere. R. Leui hoc loco ait, ſæpe fieri, vt princeps fortiſſimus ab infirmiori ſuperetur. Id autem eò fit, quia non eſt fortitudo aut robur hominum, quo paretur victoria: ſed quoniam pij Deo curæ ſunt, ideo vincunt. Idcircò rectè Paulus dixit ad Rom. *Non eſſe volentis neque currentis, ſed miſerentis Dei.* Impij verò aduerſus Deum cõſiſtere nequeunt. Quare Dauid ait, *ſi aſcendero in cælum, tu illic es, ſi deſcendero in infernum, ades:* quo notatur numinis iram euitari non poſſe. Atque alibi ſcribitur: Si nidum tuum in cælo poſueris, vſque ad terram detraheris. Hæc Vermilius.

R. Leui.

Chaldaicus Paraph. eadem retulit in futurũ iudicium. At 70. ita legunt. *Καὶ εὐλόγησεν ἔτη δικαίου, ὅτι οὐκ ἐν ἰσχύϊ ἀνὴρ δυνατὸς ἐν τῇ ἰσχύϊ αὐτοῦ. Et benedixit annos iuſti, quia non in fortitudine vir potens in fortitudine ſua.* Quæ ſic S. Auguſtinus: *& benedixit annos iuſti:* vt cum illo ſcilicet ſine fine viuat, cui dictum eſt, *& anni tui non deficient.* Ibi enim ſtant anni, hîc autem tranſeunt, imò pereunt: antequam enim veniant, non ſunt: cùm autem venerint non erunt, quia cum ſuo fine veniunt. Horum autem duûm, id eſt, dans votum vouenti: &, benedixit annos iuſti. Vnum eſt quod facimus, alterum quod ſumimus. Sed hoc alterum Deo largitore non ſumitur, niſi cum ipſo adiutore primum illud efficitur, quia non in fortitudine potens eſt vir.] Humilitatem docemur, inquit S. Theodoretus.

S. Auguſt.

S. Theod.

VERSVS 10.

Dominum formidabunt aduerſarij eius, & ſuper ipſos in cælis tonabit: Dominus iudicabit fines Terræ, & dabit imperium regi ſuo, & ſublimabit cornu Chriſti ſui.

Cap. 4.

VENIENT, inquit Sapiens, *in cogitatione peccatorum ſuorum timidi, & traducent illos ex aduerſo iniquitates eorum.* Eſt verò etiam timor ſanctorum, & proprius filiorum Dei, nec eſt

A metus ſemper inutilis, ſed plurimùm ſæpè ad virtutis ſtudium confert, ille nimirum, qui non modo pœnæ formidine ſcelus inhibet, verumetiam voluntatem immutat, & efficit, vt ad meliorem frugem peccator ſe recipiat. Exclamat certè Tertullianus Marcionem irridens, qui gehennæ metum damnaret, lib. 1. aduerſus eundem, cap. 27. Audite peccatores, quique nondum hoc eſtis, vt eſſe poſſitis: Deus melior inuentus eſt, qui nec offenditur, nec iraſcitur, nec vlciſcitur, cui nullus ignis coquitur in gehenna: cui nullus dentium frendor horret in exterioribus tenebris, bonus tantum eſt. Denique prohibet delinquere, ſed litteris ſolis. In vobis eſt, ſi velitis, illi obſequium ſubſigna-
B re, vt honorem Deo habuiſſe videamini: timorem enim non vult. Atque adeò præ ſe ferunt Marcionitæ, quod Deum ſuum omnino non timeant: malus autem, inquiunt, timebitur, bonus autem diligetur. Stulte, quem Dominum appellas, negas timendum: cùm hoc nomen poteſtatis ſit etiam timendæ? At quomodo diliges, niſi timeas non diligere? Planè nec pater tuus eſt, in quem non competat & amor propter pietatem, & timor propter poteſtatem: nec legitimus Dominus, vt diligas propter humanitatem, & timeas propter diſciplinam, &c. Et libro 2. cap. 13. idem Tertull. Denique timor iudicij ad bonum, non ad malum confert. Non enim ſufficiebat bonum per ſemetipſum commendari, iam ſub aduerſario
C laborans. Nam etſi commendabile per ſemetipſum, non tamen & conſeruabile, quia expugnabile iam per aduerſarium, niſi vis aliqua præeſſet timendi, quæ bonum etiam nolentes appetere, & cuſtodire compelleret. Cæterùm tot illecebris mali expugnantibus bonum, quis illud appeteret quod impunè contemneret? quis cuſtodiret, quod ſine periculo amitteret? legis mali viam latam & multò frequentiorẽ: nonne omnes illaberentur, ſi nihil in illa timeretur? horremus terribiles minas creatoris, & vix à malo auellimur. Quid ſi nihil minaretur? Hæc ille.

Tertullian.

Timor pœnæ non inutilis.

Chaldaicus Paraph. S. Pagninus, Vatablus, Vermilius exponunt hoſtes Domini frangendos & conterendos, ea ſcilicet de cauſâ, inquit Vermilius, vt potentia Dei timeatur ab eius hoſtibus. Et rectè Kimhi addidit, piorum hoſtes Dei quoque hoſtes eſſe. Quam eandem
D ſententiam S. Auguſt. habet de ciuit. Dei li. 17. cap. 4. Etenim hoc eſt ius fœderis inter nos & Deum, vt ille noſtros hoſtes pro ſuis habeat, & nos viciſſim eius noſtros eſſe ducamus. Deus omnes conteret, qui noſtræ ſaluti aduerſantur. E diuerſo verò vt ſcribitur in Leuitico, *Si ambulauerint aduerſum me, faciem meam contra eos ponam.* Væ autem illis, quibus ipſe Deus ſeſe opponit.

S. Pagnin.
Vatablus.
Vermilius
kimhi.
S. Auguſt.

Longè aliter legunt SS. Auguſtinus & Theodoretus. *Dominus imbecillem faciet aduerſarium eius, Dominus ſanctus, ne glorietur ſapiens in ſapientia, & ne glorietur potens in potentia ſua, & ne glorietur diues in diuitiis ſuis. Sed in hoc glorietur qui gloriatur, in intelligendo, & cognoſcendo Dominum, & in faciendo iudicium, & iuſtitiam in medio*

S. Auguſt.
S. Theod.

terræ. Hæc deſcripſi ex ſancto Theodoreto. Eadem habet & S. Auguſtinus Septuaginta ſecutus, vt in eundẽ locum Viues annotauit. Nam in carmine Annæ non haberi ex interpretatione ſancti Hieronymi, ſed Hieremiæ 9. idem quoque fatetur. At verò apud 70. reperi, & hoc loco, & item apud Hieremiam, vnde ſcire potuerit ignoro, nam nuſquam reperi, tametſi quæſiuerim: neque enim aut Complutenſis editio, aut regia Ariæ Montani, aut denique Vatabli horũ quicquam habent. Potuit alios etiam codices conſulere quos nobis videre nõ licuit; niſi fortè ex Græco textu Theodoreti, aut alterius cuiuſquam Græci interpretis ea ex parte nobis reſtituerit, ex toto namque illo textu hanc partem nobis in ſcholiis ſuis exhibuit: *ἀλλ' ἐν τούτῳ καυχάσθω ὁ καυχώμενος ἐν τῷ συνιεῖν* B *καὶ γινώσκειν τὸν κύριον, καὶ ποιεῖν κρίμα καὶ δικαιοσύνην ἐν μέσῳ τῆς γῆς. In hoc glorietur qui gloriatur, quod intelligit & nouit Dominum, & facit iudicium & iuſtitiam in medio terræ.* Copioſè S. Auguſtinus explicat. Verùm breuitati ſtudentes eò lectorem allegabimus. Interim tamen mediũ terræ, tam de homine iuſto, quàm de authore præcipuo iuſtitiæ, qui ſalutem in medio terræ operatus dicitur, corpus intelligit, vitámque hanc quam interim degimus.

S. Auguſt. S. Theod. ET *ſuper ipſos in cælis tonabit.*] S. Auguſtinus & S. Theodoretus qui legunt, *& aſcendit in cælos, & tonuit*, ad aſcenſionem Domini referunt, & Spiritus ſancti in Apoſtolos celerem illum perſonantémque illapſum. Reliqui qui Hebræa legunt, inter diuinæ iuſtitię terriculamenta hoc quoque computant. C Neque enim eſt aliud ad terrendos impios homines tonitru, ſi quando horrendum mugierit, efficacius. Idque Annam hoc loco precari volunt pro filio ſuo, & ſimul pro toto Iſraële quẽ iudicaturus erat, vt Dominus conterat aduerſarios eius. Quod tum factum fuiſſe dicunt nonnulli Hebręorum, quum Dominus intonuit voce grandi ſuper Philiſtæos, qui Iſraëlem aggreſſi fuerant, infra cap. 7. quemadmodum & olim iam tum factũ

S. Hieron. fuerat, vt annotat D. Hieronymus, Ioſue 10. *Cùm fugerent reges Amorrhæorum à facie Iſrael, & eſſent in deſcenſu Bethoron: tum enim Dominus miſit ſuper eos lapides magnos de cælo vſque Azecha, & mortui ſunt multò plures lapidibus grandinis, quàm quos gladio percuſſerant filij Iſrael.* D Melius eſt vt generatim ac vniuersè de quibuſuis Sanctorum hoſtibus intelligamus. Piorum vtique hoſtes peſſundabit, non vſitato, aut vulgari modo, ſed vt explicat Vermilius, inaudita vi, ſingulari & incredibili ratione. Deus ferè ſemper, quamuis vbique ſit, tamen in cælo eſſe ſcribitur, quia eius eximia & magnifica opera, vt pluuiæ, tempeſtates, fulmina, tonitrua, & ea quibus vehementer aut læduntur, aut iuuantur homines, è cælo dimanant, *tonabit è cælo*, id eſt, ſubitò & inſperatò vindicta Dei eos occupabit. Ita perditi ſunt Ægyptij olim in mari rubro, & poſtea Sennacherib, necnon Antiochus, & Iulianus, cùm inſolentia rerum geſtarum elati nihil minus expectarent, & ita ſunt afflicti, vt vel ipſi agnoſcerent manum Dei ſe attigiſſe. Ita Debora cecinit in libro Iudicum: ſtellas Dei ad-

A uerſus hoſtes Dei pugnaſſe. Et ſanè qui Deum habet hoſtem, omnia ſibi experitur aduerſa. Kimhi ſcribit, voce tonitrui etiam fulmina intelligi apud Hebræos, quemadmodum & apud Gallos noſtros, nam tonitruo ictum dicimus, quem fulmen peremerit, quòd vehementiora tonitrua fere ſemper comitentur. Talem porrò Dauid tempeſtatem in hoſtes Dei concitatam, Pſal. 18. deſcribit. Cùm, inquit, *præ fulgore in conſpectu eius nubes tranſierunt, grando, & carbones ignis. Intonuit de cælo Dominus, & Altiſſimus dedit vocem ſuam, miſit ſagittas ſuas, & diſſipauit eos, fulgura multiplicauit, & conturbauit eos.* Hæc Deus interdum conſueuit edere, vt pios conſeruet; & excindat impios. R. Kimhi.

DOMINVS *iudicabit fines terræ.*] Vermilius. Vermilius. B Cur appellantur iſta Dei iudicia? vt intelligamus hoc vindictæ genus non temerè, aut caſu, ſed magna ratione ac deliberatione à Deo ſuſcipi. Quocirca in Dan. cap. 7. ſcribitur filium hominis adduci ad antiquum dierum, & libros fuiſſe apertos, vt Deus agnoſcatur non ſine ratione cauſáque probè cognita ſupplicia de reis ſumere. *Iudicabit fines terræ.* Id eſt, omnes in vniuerſum adducet in iudicium, ne quis arbitretur ſe in aliquo angulo latere poſſe, ac iudicium Dei effugere. Idem quoque ſentit ſanctus Theodoretus, idem Auguſtinus, qui fines terræ hominis extrema tempora, ſeu mortis occaſum explicat. S. Theod. S. Auguſt. Extrema, inquit, terræ, extrema hominis intelliguntur: quoniam non iudicabuntur, quæ in melius vel deterius medio tempore commutantur, ſed in quibus extremis inuentus fuerit qui iudicabitur. C *Fines terræ, id eſt extrema hominis Deus iudicabit.* Propter quod dictum eſt: *Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit*: qui ergo perſeueranter facit iudicium & iuſtitiam in medio terræ, non iudicabitur cùm condemnabuntur extrema terræ. Hactenus S. Auguſtinus. Non modò igitur terribilis quidam metus gehennæ prænuncius ſontes exercebit, verùm etiam poſtmodum iratum iudicem illum ſuſtinebunt. Pauebunt quidem prius & extimeſcent illo tonante, ne ſperent ſe impunè laturos, at ſequetur deinceps maius ipſa formidine exitium: ille namque ſingulorum opera æquiſſima lance ponderans, in eos, quos ſcelerum artifices fuiſſe probauerit, æterno ſupplicio vindicabit. At ridemur Tertullian. D (inquit Tertull. Apolog. cap. 47.) Deum prædicantes iudicaturum. Sic enim & Poëtæ & Philoſophi tribunal apud inferos ponunt: *Poetarum de inferis fabula vero iudicio fidã aſtruunt.* ſi gehennam comminemur, quæ eſt ignis arcani ſubterraneus ad pœnam theſaurus, proinde decachinnamur. Sic enim & Pyriphlegeton apud mortuos omnis eſt, etſi Paradiſum nominemus, locum diuinæ amœnitatis recipiendis ſanctorum ſpiritibus deſtinatum, maceria quadam igneæ illius zonæ à notitia orbis cõmunis ſegregatum, Elyſij campi fidem occupauerunt. Vnde hæc (oro vos) Philoſophis aut Poëtis tam conſimilia? nonniſi de noſtris Sacramentis. Si de noſtris & de prioribus, ergo fideliora ſunt noſtra, magiſque credenda, quorum imagines quoque fidem inueniunt. Ad iudicium verò deinde neceſſariam reſurrectionem oſtendit cap. 48. vt iidem prorſus iudiciũ ſubeant,

Digitized by Google

Reſurrectio multis rationibus probatur.

ſubeant, qui facta perpetrarunt. Quam verò ſit credibilis eiuſdem hominis reſtitutio, probat ex Metempſycoſi Pythagoreorũ. Nam facilius multò eſt hominem ex homine, quàm è mulo hominem reſtitui, cùm nec reſtitutio credenda ſit, cùm mulus fieri non poſſit, niſi primùm deſinat eſſe homo. Deinde perſequitur, Sed quomodo, inquit, diſſoluta materia exhiberi poteſt? Conſidera temetipſum, ô homo, & fidem rei inuenies. Recogita quid fueris antequam eſſes, vtique nihil. Meminiſſes enim ſi quid fuiſſes. Qui ergo nihil fueras priuſquam eſſes, idem nihil factus cùm eſſe deſieris, cur non poſſis rurſos eſſe de nihilo eiuſdem authoris voluntate, qui te voluit eſſe de nihilo? quid noui tibi eueniet? qui non eras, factus es: quum iterum non eris, fies. Redde ſi potes rationem qua factus es, & tunc require qua fies, & tamen facilius vtique fies, quod fuiſti aliquando, quia æquè non difficilè factus es quod numquam fuiſti aliquando. Dubitatur credo de Dei viribus, qui tantum corpus hoc mundi de eo quod non fuerat non minus quàm de morte vacationis & inanitatis impoſuit animatum ſpiritu omniũ animarum animatore, ſignatum & ipſum humanæ reſurrectionis exemplum in teſtimoniũ vobis. Lux quotidie interfecta reſplendet, & tenebræ pari vice decedendo ſuccedunt, ſydera defuncta viueſcunt, tempora vbi finiuntur, incipiunt, fructus conſummantur & redeunt. Certè ſemina nonniſi corrupta & diſſoluta fœcundius ſurgunt, omnia pereundo ſaluantur, omnia de interitu reformantur. Tu homo tantum nomen, ſi intelligas te, vel de titulo Pythię diſcens, Dominus omnium morientium & reſurgentium ad hoc morieris vt pereas? vbicumque reſolutus fueris, quæcumqoe te materia deſtruxerit, hauſerit, aboleuerit, in nihilum prodegerit, reddet te. Eius eſt nihilum ipſum, cuius & totum. Hactenus Tertullianus.

Vermilius.

Dabit *imperium Regi ſuo, & ſublimabit cornu Chriſti ſui.*] Vermilius. Sed quando iſta fient? Reſpõdet cum regi ſuo dabit robur. Si reſpicimus hiſtoriæ ſeriem, videhimus primis temporibus filios Iſraël, ab Ammonitis, Moabitis, Palęſtinis, cęteriſque hoſtibus fuiſſe oppreſſos, à iudicibus autem vtcumque adiutos, ſed non omnino liberatos: verùm poſtea cùm Regis poteſtas inualuiſſet, extra omnem quodammodo formidinem vixerunt. Etenim Palæſtini vehementer à Saüle ſunt attriti: à Dauide autem & Salomone fermè prorſus extincti. Vaticinatur itaque Anna hiſce verbis Reipublicæ mutationem fore ab Ariſtocratia in regnum.

Verùm iſta expendenda ſunt altios, & à rebus temporariis ad æterna cœleſtia mentem oportet attollere, quandoquidem in hac mortali vita interdum ab afflictionibus liberamur, ſed imperfectè. Nam per Chriſtum, & iuſtitiam, & multa præclara dona Dei ſortimur, ſed ea omnia tantùm inehoata poſſidemus. At quando cornu Chriſti exaltabitur, tum demum iſta omnia in nobis perficientur. Id verò tum fiet, cùm

Allegoria.

A Dominus iudicabit omnes fines terræ, tradetque (vt ait Paulus) regnum Deo & Patri. Hæc ipſa verba Prophetidis, *& ſublimabit cornu Chriſti ſui*, Chaldaicus interpres de Meſſia intelligenda eſſe perhibet. Cæteri quoque Rabbini Hebræorum non modò hunc locum, verùm & alia multò plura ad Meſſiam accommodant, præſertim antiqoiores quàm Apoſtoli & Euãgeliſtæ, quibus fuit ſatis rationem tantùm indicare, quomodo multa dicta factáque in veteri teſtamento ad Chriſtum eſſent referenda, nec putarunt neceſſarium eſſe omnia perſequi. Zacharias quoque parens Ioannis Baptiſtæ ſatis vidit, & teſtatus eſt hanc veram eſſe & genuinã veteris teſtamenti expoſitionem, cùm in ſuo Cantico ait: *Erexit cornu ſalutis in domo Dauid* B *pueri ſui, quemadmodum locutus eſt per os ſanctorum, qui à ſæculo ſunt Prophetarum eius.* Iam tandem, inquit, Deus excitauit cornu tandiu expectatũ in domo Dauidis. Quod ideo dicit, quoniam Chriſtus ſtirpem ex Dauidis familia ducebat. At quando erigetur hoc cornu? Certè etiam nunc ſublatum eſt in ſublime, quia Chriſtus in præſentia quoque regnat ad dexteram Patris. Sed tum demum perſpicuè magnificéque attolletur, cùm orbem terrarũ iudicabit, cúmque regnum tradet Deo & Patri, cúmque omnia ſubiicientur pedibus eius. Etenim (vt inquit Apoſtolus ad Hebræos) nondum illi ſubiecta ſunt omnia, ſed tum ſubiicientur, quando mors nouiſſimos hoſtis deſtruetur. Hîc à Spiritu ſancto nos quoque iubemur eſſe bono animo, C ad quos etiam iſta pertinent. Sumus etenim Chriſti membra, & eadem ſors eſt capitis & membrorum. Chriſtus vtique inter nos agens mortali habitu verſatus eſt, deinde à mortuis excitatus ad ſummam gloriam euectus eſt, quæ tamen adhuc oculis hominũ celatur, illis tempore ſuo patefacienda. Itaque nos etiam dum hîc agimus, noſtrũ cornu habemus vtcumque depreſſum, partim noſtris ipſorum cupiditatibus iactati, partim externa tyrannide tantùm non oppreſſi. Cæterùm noſtrum cornu tum demom excitabitur, quando erimus cum Chriſto in gloria. Sanctus Auguſtinus qui exaltandi actum Chriſto attribuit, eúmque erectionis illius autorem facit (nam & ille eſt qui æternum accepturus eſt imperium, & cornu Chriſti ſui D ſublaturus) per Chriſtum Chriſti vnumquemque fidelem intelligit. Quomodo Chriſtus, inquit, exaltabit cornu Chriſti ſui? De quo enim ſuprà dictum eſt, Dominus aſcendit in cœlos, & intellectus eſt Dominus Chriſtus: ipſe, ſicut hîc dicitur, exaltabit cornu Chriſti ſui, qui eſt Chriſtus. Chriſtus ergo Chriſti ſui cornu exaltabit, id eſt vniuſcuiuſque fidelis ſui, ſicut iſta in principio huius hymni ait: *Exaltatum eſt cornu meum in Deo meo.* Omnes quippe vnctos eius chriſmate, rectè Chriſtos poſſumus dicere, quod tamen totum cũ ſuo capite corpus, vnus eſt Chriſtus. Non venient igitur in partem ſortis Sanctorum, nec cornu erigent aliquando Caluiniſtæ, qui non ſunt Chriſmate delibuti.

S. Auguſt.

Chriſtus Chriſti quis dicitur.

Digitized by Google

Porro filii Heli, filii Belial, &c.

Versvs 11.

Et abiit Elcana in Ramatha, in domũ ſuã: puer autem erat miniſter in conſpectu Domini ante faciem Heli ſacerdotis.

Peractis gratiis, pueróque oblato domũ vterque parens redeunt: puer autem, iuxta legem quam ſibi voto mater præſcripſerat, in tabernaculo relinquitur, & Deo coram Heli miniſtrat, id eſt, ex præſcripto Heli, ſiue etiam, vt Chaldaicus interpres vertit, donec Heli vi- B uiueret. Nec matrem voti piguit cùm à ſuis viſceribus abſtrahente, aut ingemuit ſuper vnigenito, ſed præ gaudio complexa ſæpius, ſupremiſque oſculis potita chariſſimũ pignus à ſe diuelli paſſa eſt. Puelluli etiam conſtantiam, quẽ hactenus dulciſſimæ matris cõſuetudo aluerat, cum ignotis traderetur, quos ſolet puerilis ætas expaueſcere, annotauit Chryſoſtomus homilia de Anna & Samuelis educatione tomo 1. Adduxit, inquit, Anna, ac reliquit, nec puer à mãma diuulſus moleſtè tulit, quum ſciatis quàm ſoleant indignari pueri quoties à lacte depelluntur. Verùm nec ipſe puer ægrè tulit à matre diuulſus, ſed ad Dominum reſpexit qui matrẽ creauerat: nec ipſa mater doluit à pueto ſeiuncta, propterea quod naturalem affectum vicit interueniens gratia, & vterque ſe alteri conui- C uere exiſtimabat. Quemadmodum vno in loco fixa vitis in lóguin producit palmites, & vua multo interuallo pendens, cum radice habet commercium: itidem & in hac accidit fœmina, quæ in vrbe manens vſque ad templũ ſuum extendit palmitem, atque illic vuam ſuſpendit maturam: nec interuallum illud vllum attulit impedimentum, quum charitas quæ ſecundũ Deum eſt, puerũ matri copularet. Quanquam enim puero ætas erat immatura, virtus tamen aderat matura: nam aſcendentibus in templũ omnibus multæ religionis ac pietatis magiſter factus eſt. Quæ plurihus explicat ſanctus Ioannes Chryſoſtomus. Narrabo etiam quàm commodè illo exemplo vſa ſit ſancta Iuliana vidua, cùm filium filiáſque ad virginitatem adhortaretur: tali namque oratione filias primùm, mox etiam filium alloquens à ſancto D Ambroſio idoneo vtique autore, in exhortatione ſua ad virgines inducitur. Conſiderate, inquit, filiæ quid votis debeatis parentum, aperuimus ad Deum os noſtrum, votum eſt voluntas parentum. Nos orauimus, vos ſoluite. Quanta vis ſit in votis parentum, Iepte Galaaditæ filia vos debet docere, quæ ne fruſtraretur oblationem patriam, etiam mortem ſuam obtulit. Nam cùm ille ſollicitus de belli periculo vouiſſet, ſi proſperior pugnæ euentus foret, id quod regredienti domum ſuam primò ſibi occurreret, Deo ſe immolaturum: vbi victoria potitus eſt, occurrit filia læta præ cæteris gaudio victoriæ, & pietatis officio. Ingemuit pater, non affectus immemor, ſed memor

Matris filiique religioſa conſtantia.

S. Chryſ.

Charitas abſentes copulat.

S. Ambroſ.

Quàm religioſè parentum vota liberi obſeruare debeant.

A voti. Quæſiuit cauſam filia, reſpondit ille quid Domino promiſiſſet. Tum illa hortata eſt, vt promiſſum Deo munus impleret. Itaque incautam patris oblationem ſanguine ſuo ſoluit. Hæc vobis filiæ ſunt communia. Tu autem fili quem mihi verus Helcana, id eſt, Dei dedit poiſeſſio, poſtulatus meus, petitus meus, (inde enim etiã Samuel nomẽ accepit) tu enim impetratus meus, & votiuus meus, qui quomodo in vterum meum veneris neſcio (iam enim deſperaueram ſobolem ſexus virilis) quem mihi vota mea, non aliqua ſolemnis coitus ſecreta formarunt. Tu, inquam, fili agnoſce à quo donatus ſis mihi. Ille tua ora plaſmauit, ille tua membra diſtinxit, ille mea orata ſuſcipit, B cuius templo, cuius obſequio te antequam naſcereris, ſacraui. Non parentibus, non tibi, ſed Deo natus es, cuius antequam de vulua matris exires, eſſe cœpiſti. Et omnes quidem illius ſumus, ſed tamen tu ſpecialiter promiſſus Domino, tu reddens; quia ſcriptum eſt: *Vouete, & reddite Domino Deo veſtro.* Ego miſera, ego indigna, & tamen quaſi Anna promiſi, vt omnibus vitæ diebus ac noctibus à conſpectu Domini non recedas. Ego promiſi, tu exequere, Dominus ſibi hoſtiæ ſuæ munus implebit. Obtinuit pia mater, vt docet S. Ambroſius, quod poſtulabat.

Remanſit igitur puer apud Sacerdotem in tabernaculo. Caſſiodorus variar. li. 8. Primùm, inquit, quod non minimæ laudis præſtat ini- C tium, infantia eorum nota eſt palatio. Sic fœtus tui more Aquilæ ſe probantes, regales oculos ab ipſis pene cunabulis pertulerunt.

Caſſiodorus.

Versvs 12.

Porrò filij Heli, filij Belial, neſcientes Dominum.

ΟΥΚ ἔστιν οὐδεὶς ἀποδεδειγμένος τόπος,
Ὃς ἢ πονηροὺς πάντας ἢ χρηστοὺς ποιεῖ.

inquit Epicharmus comicus,

Non eſt vllus deſignatus locus,
D *Qui aut malos omnes, aut bonos procreet.*

Aquilæ pullos ſuos ſoli obiiciunt, vt ex ipſorum conſtantia oculorum probent legitimos. Pſylli Africæ populi cum colubris committunt, quos ſi illi refugerint, vt ſpurios abiiciunt. Varro lib. 1. humanarum rerum, ſic habent Farij, qui vocantur ὀφιογενεῖς, & in Africa Pſylli, quorum ophiogeniſtum arbitrantur ſuppoſitum eſſe aliquem in ſtirpe, ſi admoueant, vt pungat colubra, cùm pupugerit, ſi de genere ſit, viuere; ſi non ſit, mori. Narrat & Diodorus Siculus lib. 3. cap. 13. Inſulanos quoſdam non aliter ſuſceptos liberos educare, quàm ſi ſuper aues impoſiti volantes per aëra non expaueſcant.

Epicharmus.

Probatio legitimorũ filiorum.

Varro.

Diodorus.

FILII HELI, FILII BELIAL, &c.

Iulianus.

A

Sed & Rhenus olim apud Gallos conſeruatæ pudicitiæ arbiter eſt habitus, quemadmodum refert Iulianus Apoſtata epiſtola ad Maximum Philoſophum. Sic certè, inquit, Gallia iniuriã nullam facit Rhenus, qui ſpurios infantes vndis abripit, tanquam impuri lecti vindex: quos autem ex puro ſemine ortos agnouit, in ſumma aqua ſuſpendit, matríſque trementis manibus reddit, & quaſi verum incorruptúmque caſti & laudabilis coniugij teſtimonium ſeruato infante perſoluit.] Verùm neqoe ſi corpore legitimè nati ſint, an generoſo quoque animo & excelſo futuri ſint poteſt agnoſci, ne ſi quidem, vt olim Lacædemonij ſolebant, auctore Plutarcho, vino & aqua recens natos abluas, nec illi ſyncopen patiantur. Robur enim corporis ea ratione tantùm deprehenditur, non mentis ſynceritas. Lymirini Africæ populi cum promiſcua venere vterentur, filios editos poſt quinquennium in vnum coactos, ſuum quemque ſibi ſimilem agnoſcebant, ac pro ſuo educabant. Liceret vtinã probis ac modeſtis principibus, eos ſolos legirimos agnoſcere, quos ſibi ſimiles nõ vultu tantùm, ſed etiam moribus inuenirent, ſicut nonnullos olim Indiæ populos feciſſe memoriæ proditum eſt. Non enim Commodum à Marco degenerem Romanum ſenſiſſet imperium, aut ſacrilegos iſtos ſacerdotes, optimi Pontificis filios, in ſuam perniciẽ Reſpub. Iſraëlitica accepiſſet. Quare non immeritò Adrianus Imperat. apud Dionem, legitimis ac naturalibos filiis eos anteponit, qui à nobis leguntur. Genuerim, inquit, an elegerim, moltum intereſt. Qui genitus filius, is erit quem fata voluerint: adoptatum autem vnuſquiſque ſibi pro voluntate aſſumit. Quare plerunque per naturam ſtulti atque mutilati filij dantur: qui verò leguntur, integro hi ſunt corpore, & mente ſana. Hactenus Imperator. Inde colligere potes, quàm præſtet illi veteri noui Sacerdotij dignitas, quod non qualicunque, vt olim, ſorte ab origine ducitur: ſed abdicato hærede, ſolis meritis ac virtutibus confertur. Sic namque fit, vt nemo inuitus accedat, nemo indignus admittatur: niſi profectò quiſpiam præter æquum, & rationem, & ſacrorum canonum ſanctiones dolo, fauore, obſequiis, fraudibus, aut etiam, quod longè iniquius eſt, pretio ſacris altaribus obrepit. Nemo enim, niſi qui virtutis & doctrinæ ſpecimen ante dederit, ſacris myſteriis initiandus adhibetur. Nemo naturæ lege, familiæ prærogatiua, aut ſucceſſionis ordine, etiam ſi quis liberos ante ſuſceptos ordines legitimè ſuſceperit, patrium munus obire legitur; ſed quemadmodum in allegendis ſacerdotibus pontifices non vi, aut cuiuſqoam potentia, ſed propria ſentẽtia ac iudicio reguntur: ita & qui ſeſe altaribus offerunt, id proprio arbitrio, non alieno imperio faciont. Quòd ſi cuipiam miniſtrandi neceſſitas imponeretur, cũ ille moribus ac voluntate à ſacerdotio abhorreret, haod dubium quin ſacrum illud officium multo dedecore afficeret, nec tamen ab eo abſtinere liceret, aut meliorem ſufficere, cũ eſſet ille naturæ lege præfectus, quæ nullam habet rationem meritorum. At nunc licet ſacerdotũ

Plutarchus in vita Lycurgi.

B

Alex. ab Alex. Gen. lib. 2. c. 24.

Dion Caſſius in Adriano.

Noua legis ſacerdotium quod electione conſtat, longè præſtat hæreditario antiquorũ.

I.

liberis diuerſa ſequi ſi lubet, nec cogitur Eccleſia, ſi parum votis reſpondeant, eorum mores inconditos perferre, ſed in eligendis aliis liberrima poteſtate vtitur. Fit autem ipſius Eccleſiæ non minimo commodo atque vtilitate, vt ipſi quoque pro ſuo arbitrio vitæ genus amplectãtor, quod alienũ ſit ab Eccleſiaſtica diſciplina, ne totum ordinem ſtudiorum ſuorũ contagione inficiãt. Amat vnuſquiſque, inquit ſanctus Ambroſius offic. lib. 1. cap. 44. ſequi vitam parentum. Denique plerique ad militiã feruntur, quorum militauerũt parentes, alij ad actiones diuerſas. In Eccleſiaſtico verò officio nihil rarius inuenias, quàm eum qui ſequatur inſtitutum patris: vel quia graues deterrent actus, vel quia in lubrica ætate difficilior abſtinentia: vel quia alacri adoleſcentiæ videtur vita obſcurior: & ideò ad ea conuertuntur ſtudia, quæ plauſibiliora arbitrantur. Præſentia quippe plures quàm futura præferũt. Illi præſentibus, nos futuris militamus. Vnde quo præſtantior cauſa, eo debet eſſe cura attentior.] At verò filij Heli, cùm gentile Sacerdorium auitóſque honores recuſare non liceret, tabernaculũ quidem ipſum flagitiis repleuerunt, vniuerſum autem populum maxima clade affecerunt.

S. Ambroſ.

Quibus rationibus ducti adoleſcentes à ſacerdotio abhorrent.

FILII *Belial.*] Hieronymus in 1. Eſaiæ: Ioannis, inquit, octauo Iudæi gloriantur, *Semen Abrahæ ſumus: & nemini vnquam ſeruiuimus:* audiunt à Domino Saluatore: *Si eſſetis filij Abrahæ, vtique opera Abrahæ faceretis.* Et iterum: *Vos ex Diabolo patre nati eſtis: & opera patris veſtri vultis perficere.* Tale quid & Ezechiel. 16. ad Hieruſalem loquitur: *Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa.* Aiunt Hebræi ob duas cauſas interfectum Eſaiam: quòd principes Sodomorum, & populum Gomorrhæ eos appellauerit: & quòd Domino dicente ad Moyſen: *Non poteris videre faciem meam:* iſte auſos ſit dicere: *Vidi Dominum ſedentem,* &c. Iſtic verò filij Heli ſacerdotis, filij Belial audiunt, quod dicitur, abſque profectu, imò cum multo detrimento: facti ſunt enim populo in lapidem offenſionis, & petram ſcandali. Sunt qui hanc dictionem aliunde ſumptam negẽt, à nullo enim malom eſt, cùm ſit idem ipſum nihil. Sunt qui ex duplici negatione coaluiſſe aſſerant, nec aliis tribui, quàm nefandis & execratis. Vermilius. Collatio quædã, ait, fieri videtur inter Samuelem, & filios Heli, & cùm de Samuele perhibeat hiſtoria, quòd iuſta diſciplina pro ſua ætate Deo miniſtraret, de filiis Heli viciſſim perhibet, quòd filij Belial fuerint. Belial, vt alias monui, ſignificat abſque iugo. Græci autem interpretes verterunt, Peſtilentes. Sciendũ verò eſt, naturam noſtram ita eſſe corruptam ob inſitas cupiditates, vt niſi freno quodam coërceatur, ſæpè nos in præcipitium auferat. Illud autem frenum ratio & lex naturæ fuiſſet, niſi ea iam eſſet noſtro vitio deprauata, & tantùm non extincta. Quare Deus legem ſuam adiecit, qoa, ceu iugo quodam, noſtra ferocia reprimeretur, ſed impij & ſcelerati verbum & legem Dei abiiciunt, dicentes: *Vincula eius dirumpamus, proiiciamuſque à nobis iugum eius.* At è diuerſo pij & ſancti viri ſeſe mulceri & regi patiũtur

C

D

S. Hieron.

Vermilius.

Qui filij Belial.

O ij

A verbo Dei, quod leue iugum experiuntur iuxta ſententiam Chriſti dicentis, *Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue.* Suaue quidem illud iugū probis eſt, ſed tamen iugum quandoquidem carni aduerſatur, eamque reprimit exultantem. Proinde filij Heli, filij Belial vocantur, quod iugum Domini petulanter excuſſiſſent. Hæc Vermilius: quæ poſſunt etiam Catholicæ intelligi ſeruata ſemper & vbique arbitrij libertate. Lex quoque naturæ, & lex à Deo Moyſi tradita, ſic frenum eſſe potuiſſe accipiēda ſunt, tanquam regula dirigens, aut exemplar quid opus ſacto ſit oſtendens, non tanquam vi ſua potuerint aliquando motus noſtros componere. Tale namque frenum quod poſſet, vt aiunt, formaliter, & per ſe inflectere ſenſus noſtros ad pietatem, cupiditatum autem æſtus compeſcere, non aliud agnoſcimus quàm originalem iuſtitiam ante primorum parentum lapſum: iam verò, poſt acceptū peccati vulnus, ſolam diuinā gratiam, quæ à Spiritu ſancto in animā infuſa, non modo peccati labē abſtergit, verùm etiam incredibili quodam virtutum ſplendore condecorat, lumēnque ſuum & bonitatem cum ratione ſimul & voluntate communicat.

Lex Moſaica quid facto opus eſſet oſtendit, non gratiā contulit.

B

NESCIENTES *Dominum.*] Peſſima ignorantia illa eſt, quæ ſecundum rei notitiam, non de intellectus cæcitate, ſed voluntatis prauitate procedit. Dominum autem non maieſtatem intelligit, ſed voluntatem. Voluntatem autem non quantum ad imperium, ſed operis executionem. Sic ſerui dicuntur dominū non agnoſcere, qui non obſequuntur, & religioſus neſcire regulam ordinis ſui, non quod canones regulæ aut ſtatuta maiorum ignoret, ſed quod ſeruare negligat: quia etſi verbis fatētur ſe noſſe Deum, factis tamen negant. Illud itaque neſcire, deſpicere eſt. Vermilius prorſus Atheos fuiſſe putat, arguitur, inquit, eorum grauiſſimū ſcelus, quid enim in ſacerdotibus turpius dici poteſt, quàm illos Deum ignorare? hoc verò dicitur, non quod illi apertè profiterentur ſe Deum neſcire, nam ita periiſſet eorum quæſtus, ſed reipſa quoad animum erant ἄθεοι, & Iehouam vnà cum eius mandatis cōtemnebant.] Nobiſcū etiam mitius ſentit. Ait enim: vel cū ſcirent vtcunque Deum, tamen impiè viuebant, perinde ac ſi eum ignorarent. Quare Chaldæus interpres inquit, eos fuiſſe timore Domini deſtitutos, & addit, Illos verò dixerim vel Iehouam neſciuiſſe, atque ob eam maximè cauſam quia verbo eius minimè ſtudebant, ex quo ſolo Deus verè cognoſci poteſt. Idcircò ait Kimhi, viam Dei neſciebant, hoc eſt ius diuinum, & veras miniſterij ſacri leges, propterea illi ius aliud ſibi ſtatuerunt, & nouas agendi rationes excogitarunt. Illiteratum Epiſcopum non illepido epigrammate ad hunc modum luſit Thomas Morus.

C

Neſcire Dominum eundem negligere eſt.

Vermilius.

D

R. Kimhi.

Thomas Morus.

Magne Pater clamas, occidit litera, in ore
Hoc vnum, occidit littera, ſemper habes.
Cauiſti bene tu, ne te vlla occidere poſſet
Littera, non vlla eſt littera nota tibi.
Nec fruſtra metuis ne occidat litera, ſcis non
Viuificet qui te ſpiritus eſſe tibi.

VERSVS 13.

Neque officium Sacerdotum ad populū: ſed quicumque immolaſſet victimam; veniebat puer Sacerdotis dum coquerentur carnes, & habebat fuſcinulam tridentem in manu ſua.

Tornicllus.

Officia minorum Sacerdotum.

QVÆ tunc eſſent Sacerdotum minorum of-
ficia copioſè deſcripſit Tornicllus in an-
nalibus ſuis ab orbe condito ad annum 2545.
numero 17. Nos paucis referemus. 1. quidem
fuit ſacrificia & libamina cuiuſuis generis of-
ferre ſuper altari holocautomatum, quod ſta- 1.
bat in atrio ſacerdotum ante templi veſtibulū,
vt ex primis Leuitici capitibus & 7. agnoſci
poteſt. Annexa verò huic muneri, quæ pariter
ad eoſdem pertinebant Sacerdotes, erant; ho-
ſtias diligenter inſpicere, ſcrutari, perueſtiga-
re, diſquirere, & ſi quid in eis vitij deprehen-
diſſent, reiicere; immaculatas verò mactare,
excoriare, in partes ſecare, abluere, cremare, &
nonnullas etiam coquere, atque comedere, & ſi
quid eiuſmodi aliud erat ad ſacrificia pertinens,
ritè decentérque peragere. Alterum, congeſtis 2.
lignis ignem perpetuum alere in altari holo-
cautomatum, Leuitici cap. 6. verſu 12. 3. Bis 3.
per ſingulos dies incenſum adolere in altari
thymiamatis, lucernáſque componere. 4. Se- 4.
ptima quaque die, id eſt, Sabbato duodecim pa-
nes calidos ab ipſiſmet præparatos menſę pro-
poſitionis inferre, veteres amouere atque co-
medere Leuit. cap. 21. verſ. 6. 5. erat ſacrum 5.
oleum, thymiama, vaſa ſanctuarij, & quic-
quid ad vſum Tabernaculi ſeu interioris tem-
pli pertineret, accuratè conſeruare, Numer. ca.
4. ver. 16. Cæterùm quoties aliquo munere in
templo fungeretur, à mulieribus abſtinuiſſe
oportuit. Secutis deinde temporibus in vices
diſtributi ſunt, vt narratur 2. Paralip. cap. 5. Et
miniſteriorum ordo inter eos diuiſus: pręter il-
la enim quæ dicta ſunt, ſacerdotes etiam tubis 6.
argenteis clangebant cùm opus eſſet, interdum
etiam corneis, nonnunquam etiam buccinis,
pro occaſionū dierúmque diuerſitate, Numer.
cap. 10. Mulieres quoque de adulterio ſuſpe- 7.
ctas aquis zelotypiæ probabant, Num. cap. 5.
Leproſos item & agnoſcebant, & curatos 8.
ſacris ritibus expiabant, quemadmodum &
mulieres menſtruas, puerperas item, & vi-
ros qui ſemine fluerent, de quibus vide Le-
uitici caput 12. & ſequentia. Si quando etiam 9.
arca mouenda eſſet, illorum erat officium eam
ſuis inuolucris amicire, geſtandámque Le-
uitis imponere, Numer. cap. 4. Iam verò pro 10.
populo orare munus erat eorum præcipuum,
quemadmodum & legem Dei populum do-
cere: quod tamen poſterius ex 2. Paral. cap.
17. eos didicimus cum Leuitis habuiſſe com-
mune.

Miniſtrantes à mulieribus abſtinere oportuit.

Ignorantia à voluntate proficiſcitur.

Hæc erant igitur legalia ſacerdotum munia, quæ illi neſciebant, id eſt, ſi noſtro more interpretari liceat, præſtare nolebant. Nam Gallicè neſcire etiam dicimur, quæ facere nolumus, & quidem verè: neque enim ſic quicquam ex animo neceſſariam ad agendum conſiderationem eripit, vt voluntas auerſa. Alioquin verò non eſt veriſimile, nõ fuiſſe edoctos ritus ſacrorum: ſed hoc indicat, perinde eos ſacra adminiſtraſſe, ac ſi nullos vnquam rituales libros legiſſent, aut prorſus expertes eſſent ceremoniarum. Fortaſſis etiam etſi theoriam didicerant, vſum tamen & praxim præ negligentia non comparauerant. Neque enim omnes qui muſicè ſciunt, aut artis cuiuſquam pręcepta callent, continuò etiam canere aut exercere poſſunt: in iis enim quæ ad opus referuntur, praxis eſt habitus diſtinctus à ſcientia: aut ſi vſum quoque comparauerant, quoniam tamen nonnihil laborioſa eſſet ſacerdotum functio, nihil patris ſenectutem reueriti, laborem detrectantes rite atque ordine facere contemnebant.

Pagninus.

Pagninus pro officio vertit iudicium. Verè enim abſque iudicio, & præter rationem ſe gerebant cum populo, diuini numinis iram minimè formidantes, qui toties mortem interminatus erat, ſi quid in ſacrificiis peccatum eſſet. Verùm quacumqoe tandem id cauſa acciderit vt officio prauè fungerentur, nam ex ignorantia contingere potoit, vel etiam negligẽtia, aut certè malitia: veriſſimè officium neſciſſe dicuntur. Nam ſi quis eius muneris excellentiam, dignitatem atque gloriam agnoſceret, nequaquam aut negligenter obiret, aut perperam abuteretur, ſed ſumma religione ac diligentia quęcũque inſtituta ſunt obſeruaret.

Ignorantia quouis peccato deterior.

Neſciuiſſe autem potius quàm improbè peccaſſe notatum eſt, quoniam, etſi ſit ignorantia quoq; proprij muneris quædã peruerſitas, peruerſitas tamen, quam improbitas vitare poteſt, minus abeſt ab officij debita obſeruantia, quàm ignorantia, ſceleris enim conſcientia illa ſenſim expugnatur; at ignorantia ne illum quidem ſcrupuli ſenſum habet, quò longè deterior illius conditio eſt. Quod ſi illa adhuc ſacerdotibus in vmbra verſantibus obiicitur, & ad æternam ſceleris infamiam ignominiæ nota inuritur, quid tandem de noſtris dicendum erit, qui præ ignorantia in media loce cæcutiunt? Quo ſupplicio dignos eos arbitrabimur, qui audent myſteria tractare quæ non intelligunt, & offuſa mente caligine iuſtitiæ ſolem non modò ſpectandom populis, verùm etiam induẽdum porrigere?

Ignorantia ſacerdotum execranda.

Quàm fuerit ſemper exoſa atq; execrata in ſacerdotibus ignorantia, non modò ſanctorũ Patrum doctrina probat, verùm etiam plures œcumenicæ Synodi, ſummique Pontifices ſuis decretis teſtatum reliquerunt.

Origenes.

Si quis vult, inquit Orig. Hom. 6. in fine in c. 8. Leuitici, Pontifex eſſe, non tam vocabulo quàm merito, imitetur Moyſen, imitetur Aaron. Quid enim dicitur de eis? Quod non diſcedunt de tabernaculo Domini: erat ergo Moyſes indeſinenter in tabernaculo Domini. Quid autem ei opus erat? Vt aut à Deo aliquid diſceret; aut ipſe populum doceret. Hæc duo ſunt Pontificis opera, vt aut à Deo diſcat legendo ſcripturas diuinas, & ſæpe

A meditãdo: aut populum doceat, ſed illa doceat, quæ à Deo ipſe didicerit, non ex proprio corde, vel humano ſenſu, ſed quæ Spiritus ſanctus docet.

S. Dionyſ. Areopag.

Et S. Dionyſ Areopag. docet ſubſtantiam hierarchiæ noſtræ ſeu ſacri ſacerdotij eſſe eloquia diuinitus tradita, id eſt, veram diuinarum ſcripturarum diſciplinam, Eccleſiaſticæ hierarchiæ c. 1. Oſeæ autem c. 4. dicitur: *Tu ſcientiam repuliſti, & ego repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi.* Quæ ſunt à 7. Synodo, id eſt 2. Nicena anno 800. repetita.

S. Gelaſius. Indocti à ſacris ordinibus arceantur.

Illiteratos à ſacris ordinibus arcet S. Gelaſius Papa Epiſtola ad vniuerſos Epiſcopos per Lucaniam Brut. &c. cap. 48. circa annum 496. quos etiam antea Sozimus Papa anno 421. excluſerat.

Gratianus.

Gratianus autem 1. parte decreti, diſtinctione 36. multas è ſcripturis ſenten-B tias affert in medium, quibus oſtendit Epiſcopos noo alicuius falſi nominis ſcientiæ, ſed illius tantùm, per quam redditur homo ad omne opus bonum inſtructus, ſacræ videlicet, peritos eſſe debere. Quæ omnia ex variis locis paſtoralis S. Gregorij deprompſit, vt Ioannes Quintinus annotauit in ſuo ſpeculo ſacerdotij. Nonnulla referam. In veteri teſtamento, inquit, inter cætera ornamenta Pontifex rationale ferebat in pectore, in quo ſcribebatur manifeſtatio, & veritas: (Hebræis Vrim & Thummim. 70. δήλωσις καὶ ἀλήθεια) quia in pectore Pontificis manifeſta debet eſſe cognitio veritatis. Hinc etiam vectes, quibus arca portabatur, iugiter annulis erant inſerti: vt quum arca eſſet portanda, nulla eſſet vel fieret mora de intromittendis vecti-C bus: quia prædicatores, per quos Eccleſia circunfertur, ſacris litteris ſemper debent inſiſtere, ne tunc quærant diſcere, cùm ex officio debent alios docere.

1. Reg. 2.

Hinc etiam Dauid prius ex gratia Spiritus ſancti donum ſcientiæ percepit: & poſtea adminiſtrationem regni aſſecutus eſt.

3. Reg 3. 2. Par. 1. Hierem. 1.

Salomon quoque non diuitias, non longa tempora huius vitæ, ſed ſapientiam à Deo expetiit & impetrauit. Hinc etiam Dominus prius poſuit verba ſua in ore Prophetæ; & poſtea conſtituit eum ſuper gentes & regna.

Malach. 2. Luc. 2.

Hinc etiam Malachias: *Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem exquirunt de ore eius: quia Angelus Domini exercituum eſt.* Hinc etiam idem Saluator noſter prius in medio doctorum ſedit audiens illos & interrogans: & poſtea prædicare cœpit. quia prius quiſque diſcere, & poſtea prædicandi officium vſurpare debet.

Eccl. 3.

Hinc etiam Salo-D mon ait: prius tempus tacendi, & poſtea loquendi: quia veritas prius tacendo diſcitur, & poſtea loquendo prædicatur. Hinc idem Dominus ait: *Qui audit, dicat, Veni.*

Apoc. 22. Math. 10.

Hinc etiam prius Apoſtolos docuit: deinde eos ad prædicandum miſit, dicens: Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbę.

Luc. vlt. Math. 14.

Sic etiam poſt reſurrectionem, prius illis ſenſum aperuit, & ſcripturas explanauit, & poſtea dixit eis: *Euntes in mundum vniuerſum, prædicate.* Vnde cùm de quinque panibus quinque millia hominum vellet reficere, prius panes accipiens fregit, & poſtea diſcipulis dedit: & per eos demum turbis appoſuit: quia Sacramenta legis & Prophetarum prius diſſerendo expoſuit, & poſtea eorum ſcientiam diſcipulis dedit, & per eos tan-

dem illam fidelibus diſpenſauit. Hinc Petrus etiam cùm rectoribus Eccleſiæ ſcriberet, ait: *Parati eſſe debetis reddere rationem omni poſcenti vos ſatisfactionem de ea fide & ſpe, quæ in vobis eſt.* Hinc etiam Paulus ſcribens ad Timoth. ait: *Attende lectioni, & exhortationi, & doctrinæ.* Vnde ſacerdotes ingreſſuri templum tabernaculi, prius lauabantur in ſpeculo æneo, quod fecerat Moyſes ex ſpeculis mulierum. Hinc etiam in Canticis Canticorum, oculi, per quos Prælati Eccleſiæ intelliguntur, aſſimilantur columbis, quæ reſident iuxta fluenta pleniſſima.

1. Petr 3.
1. Timot. 4.
Exod. 38.
Cap. 5.

Iam verò quid potiſſimùm ſacerdotes diſcere debeant, ex ipſius etiam Eccleſiæ præſcripto videamus. Igitur in concilio Tolet. 4. c. 24. ita decretũ legimus. Ignorantia, mater cunctorum errorũ, maximè ſacerdotibus Dei euitanda eſt: qui docendi officium in populo Dei ſuſceperũt. Sacerdotes enim legere ſanctas admonentur ſcripturas, Paulo Apoſtolo dicente ad Timoth. *Attende lectioni, & exhortationi doctrinæ: & ſemper permane in his.* Sciant ergo ſacerdotes ſanctas Scripturas, & Canones: & omne opus eorum in prædicatione & doctrina cõſiſtat: atque ædificent cunctos tam fidei ſcientia, quàm operum diſciplina. Item c. 25. Quando presbyteri in parœciis ordinantur, libellum officialem à ſacerdote ſuo accipiant, vt ad Eccleſias ſibi deputatas inſtructi accedãt: ne per ignorantiam in ipſis diuinis Sacramẽtis Chriſtum offendant. Quum verò ad litanias, vel ad concilium venerint, rationẽ Epiſcopo ſuo reddant qualiter ſuſceptum officium celebrent, vel baptizent. Enumerat autem quidam Auguſt. non vtique Hipponenſis ille quem Sal terræ, & Lucernam ſuper candelabrum Eccleſiæ poſitam, Paulinus Epiſcopus appellauit, ſed alius quidam Canonicæ politiæ ſtudioſus, apud Gratianum diſtinct. 38. 1. parte decreti. Apud Iuonem 3. Pannoniæ l. titulo de conſecratione Epiſcoporũ & Clericorum, quæ ipſis ſacerdotibus neceſſaria ſint ad diſcendum: hæc autem ſunt: Sacramentorum liber, Lectionarius, Antiphonarius, Baptiſterium, Cõputus, Canones pœnitentiales, Pſalterium, Homiliæ per circulũ anni in Dominicis diebus, & ſingulis feſtiuitatibus aptæ. Ex quibus omnibus ſi vnum defuerit, ſacerdotis nomen vix in eo conſtabit: quia valdè periculoſæ Euangelicæ minæ ſunt, quibus dicitur: ſi cæcus cæco ducatum præſtet, ambo in foueam cadunt. Tandem B. Petrus Damianus lib. 4. Epiſtolarum Epiſtola 14. grauiter atq; acerbè inuehitur in ſacerdotes diuinarum rerum & Scripturarum imperitos, aut etiam negligentes, quos cùm pro rei grauitate ſeuerè ac fortiter exagitauerit, ſedulò perlegendus erit, nos pauca quædã inde referemus. Et quid iam, inquit, pro populo in ſuis precibus ſupplicat, qui quod loquitur ipſe velut alienus ignorat? Scriptum eſt enim: qui ignorat ignorabitur. Et cũ Apoſtolus obſequium noſtrum rationabile eſſe præcipiat, quomodo illic rationabile erit obſequium, vbi is, qui offert, oblationis ſuę non concipit intellectum? Cúmque Deus omnipotens in offerentibus mentium magis vota cõſideret, quã ſtrepitum vocis attendat, quid in ſuis obtinere precibus valeat, qui quod neſcit, im-

Conc. Tol.
14 Ad Timoth.
Sacerdotes cui potiſſimũ ſtudio incumbere debeant.
Auguſt.
B. Petrus Damianus.
Sacerdos indoctus ſcandalum eſt publicum.

A plorat? Deinde comparat illos cũ ſacerdotibus gẽtium, quos tranſtulit Rex Aſſyriorum in Samariam 4. Reg. 17. quos Dominus, cùm ignorarent legitima Dei terræ, leonibus deuorandos obiecit. Quod verò etiam molaribus leonum longè formidabilius eſt, deinceps ſubiicit. Et ſicut per illorum imperitiam factum eſt, quod Scriptura teſtatur: *Vnaquæque*, inquit, *gens fabricata eſt Deum ſuum, poſuerũtque eos in phanis excelſis, quæ fecerunt Samaritæ: Gens & gens in vrbibus ſuis, in quibus habitabant.* Ita nũc per pſeodoſacerdotum ignorantiam, qui docere Dei populum neſciunt, fieri dolemus: vt ſcilicet alij, quorũ Deus venter eſt, & terrena ſapiunt, luxuriam colant: B alij auaritiam, quæ eſt Idolorum ſeruitus, venerentur: alij rapinis, alij periuriis, alij homicidiis, alij veneficiis ſacrilega deuotione deſeruiant, & ſic diuerſis criminibus, tanquam ſimulacris, & ſculptilibus officium ſeruitutis impendant. Vnuſquiſque cuius opus facit, illius & ſeruus appellatur, de quibus dicit Apoſtolus: quia tradidit illos Deus, &c. Rationem autem, cur tot tantíſque ceremoniis Deus populum ſuum alligare voluerit, idem reddit l. 6. Epiſt. 5. ad Cloniacenſes, nimirum vt dũ ſua ſatis religione occuparetur, ad Idola minimè deflecteret. Nec diſſimili conſilio refert Monachos Cloniacẽſes penè vtrumque tempus noctis, & diei in procurandis ſacris & diuinis officiis perſoluẽdis conſumpſiſſe, ne otio in riſus & iocos imbecilliores C fratres ſoloereotur, aut inutilia colloquia fererent qui minùs erant ad cõtemplandum idonei. Et id quidem, inquit, nõ ad inuentionis humanę ſtudium, ſed ſancti Spiritus magiſterium eſſe perpendo. Sed de his hactenus.

Ad Tit. 1.
Ratio multitudinis ceremoniarum

VENIEBAT *puer ſacerdotis.*] Pueri appellatio, inquit Paulus ff. de verbo. ſignif. l. 204. tres ſignificationes habet: vnam, cùm omnes ſeruos pueros appellaremus: Alteram, cùm puerum contrario nomine puellæ diceremus: tertiam, cùm ætatem puerilem demonſtraremus. Hîc, vt opinor, vtramque extremam, primam ſcilicet & vltimam obtinet.

Paulus Iuriſconſult.
Puer trifariam dicitur

FVSCINVLAM.] Duplex erat genus fuſcinularum, aureum vnum, æneum alterum. Aureæ lucernis, aut certè altari Thymiamatis inſeruiebant: inuenio namque in ea ſupellectile numerari, quæ ad miniſterium ſancti ſanctorum pertinebant. De quibus quidem à Moyſe nullum D habeo teſtimonium, at poſterioribus ſæculis recenſentur inter vaſa à Salomone exhibita, cùm templum neceſſaria ſupellectile inſtrueret, 3. Reg. c. 7. nam poſt candelabri aurei deſcriptionem, addit & lucernas deſuper aureas: & forcipes aureos, & hydrias, & fuſcinulas, & phialas, & mortariola, & thuribula de auro puriſſimo. Earundem etiam Scriptura meminit 4. Reg. 12. verſ. 13. & 1. Paral. 28. narratur Dauid in earum opus aurum puriſſimum præparaſſe. At verò æneæ paratæ erant in vſum altaris holocautomatum, & inter eius inſtrumenta numerantur. Exod. c. 27. Facies in vſus eius lebetes ad ſuſcipiendos cineres, & forcipes atque fuſcinulas, & ignium receptacula, omnia vaſa ex ære fabricabis. Item eiuſdem lib. c. 38. & 2. Paralip. cap. 4. Hiram Tyrius creagras, ſiue fuſcinulas dicitur

feciſſe iuſſu Salomonis, ex ære mundiſſimo, & A eas quoque inter vaſa ærea, quæ à Rege Babylonis aſportata ſunt cum templum incendi iuſſiſſet, Hieremias c.52. commemorat.

Versvs 14.

Et mittebat eam in lebetem, vel in caldariam, aut in ollam, ſiue in cacabum: & omne quod leuabat fuſcinula tollebat ſacerdos ſibi. Sic faciebant vniuerſo Iſraëli venientium in Silo.

Lebetem ἀπὸ τοῦ λείβειν, λοιβὴν certè humorem quemuis nuncupare vſitatum fuit, in- B de igitur lebetem dixerunt.

Cacabvm.] τὸ χαλκεῖον 70. Nec fictile vas fuiſſe credendum eſt, quale nullum legimus in tota ſacra ſupellectile: quanquam raró ad nonnullas cerimonias fictiles vrnas adhibitas non ignoramus, quibus peractis confringerentur. Fictilem cacabum in hunc modum deſcribit

Athenæus. Antiphanes apud Athenæum lib.4.

A. Caryſtæ alumnus, terra genitus, feruens.
B. Quorſum hęc tandem? ne dixeris: perge. A. Caccabum aio.
Antiphan. *B. Ollam potius fortaſſis dixiſti. A. Nomen tu nihil*
Differre puta, ſiue caccabum quidam.
Appellare maluit, ſiue ſyttibum.

Ollam verò etiam graphicè depingit.

Vtrum cùm dicturus ſum ollam, dicam
Torni purgamento fabrefactum, & corpori cauum fundum
Ex tellure fictum, in alieno matris aſſatum tecto:
An nouelli verò gregis in ſe coagula lactinutria,
Subingi corpora irretientem? Dij boni.
Scilicet enecabis me. Si mihi notis verbis
Et places dicas carnium ollam, benedices.

Seruius. Porrò Seruius 1. Æneid. Heroës elixis carnibus negat vſos. Negat & Eubulus comicus apud Athenæum lib.1. Deipnoſop.

Eubulus. *Piſcem vbinam comedisse Homerus dixit*
Quendam è Grecis? Carnes aſſabant illi tantummodo:
Etenim nullum elixaſſe ex ipſis refert.
Quin nec ſcortum in caſtris vllum fuit.

Item Antiphanes.

Piſce & elixis carnibus Heroes apud Homerum non vtūtur.

Homerus immolans boues, nec inſcula
Parat, neque elixat carnes, aut cerebrum,
Sed inteſtina ventreſque aſſat, adeo priſci moris tenax fuit.

Huius ſuæ ſententiæ vterque Homerum facit authorem: verùm vt illis non credam faciunt quæ ſequuntur. Eurypides in Cyclope, ait Polyphemo parata fuiſſe ἑφθὰ καὶ ὀπτά. Carnis etiã in aqua feruente coctæ, mentionem fecit Ariſtomenes in prægiatoribus. Et Cratinus in Vlyſſibus apud Athenæum lib. 9. Deipn. Attius in Atreo, de hac ipſa immanitate agens, inquit, concoquit partem vapore, flammam tribuit verubus, lacerta in focos. Fuit ergo pars carnium elixa. Ouidius de Lycaone.

Priſci elixis carnibus vſi ſunt.

Atque ita ſemineces partim feruentibus artus
Mollit aquis, partim ſubiecto torruit igne.

A Et de Ityl o idem;

-----pars inde cauis exultat ahenis,
Pars verubus ſtridet.

Seneca in Thyeſte actu 4.

Hæc verubus hęrent viſcera, & lentis data
Stillant caminis: illa flammatus latex
Querente aheno iactat.

Ergo etiam tum elixis veſcebantur carnibus. Iã verò quæ vtilior ſit elixa an aſſa caro ex Philocoro audies: ſic enim ille apud Athenæũ l.14. c.20. Athenienſes cum tempeſtatibus, ſiue horis rem diuinam faciunt, carnem elixant, non aſſant, Deas precantes, vt ſqualores & calamitoſos æſtus arceant, quæ verò prodeunt è terra, moderato calore, & tempeſtiuis imbribus ad commodam maturitatem perducant. Vtilitatis B enim minus eſſe in aſſatione putãt: Elixationem verò non ſolum quod crudum eſt adimere, ſed etiam mollire, alimentúmque blandius coquere, ac minore periculo. Itaque vulgare dictũ eſt, carnem elixam nec aſſari, nec elixari præterea oportere. Nam quod melius eſt diſſipare videtur aſſatura, & aſſa crudiora ſicciorâque ſunt elixis. Quanquam de hac re paulò aliter, vt notat Dalechampius, medici ſtatuunt.

Elixa an aſſa præſtent.

Et *omne quod leuabat fuſcinula tollebat ſacerdos ſibi.*] Non erãt contenti debita & legitima portione. Quas autẽ partes victimæ, ait Vermilius, Vermilius. ſacerdoti cedere oportuerit, lege conſtitutum erat. Si fuiſſet ſacrificium pro peccato, totum ſacerdotis erat præter adipem, qui coram Domino incendebatur, & ſanguinem, qui circa al- C tare fundebatur. Atq; ita decretum fuit quoad victimam pro peccato vulgarium hominum & priuatorum. At ſi oblatio fieret pro peccato, vel ſacerdotis, vel totius populi, totum oportuit cadauer extra caſtra incendio conſumi: Sin autem ſacrificium fuiſſet pacificum, partes eius ita diſtribuebantur, vt aliqua coram Domino cõbureretur, aliqua daretur ſacerdoti. Armus, inquã, dexter, pectuſculum, & maxillæ: reliquum verò ad offerentes redibat, quò eo hilari animo coram Domino veſcerentur. Atque ita, aiunt Hebræi, ex tribus victimæ præcipuis partibus, aliqua erat ſacerdotis. Nam ex trũco pectuſculum habuit, ex cruribus armum dextrum, ex capite Maxillas cum lingua. Neque contemnenda eſt D hac de re elegans Origenis allegoria, qui pectuſculum, vbi ſedes cordis eſt, ſignificaſſe ait ſacerdotum oportere ſapientiam egregiam eſſe: ceaxillas & linguã, oportere illos recta & ſana loqui, ac populum vera & vtilia docere: Armũ verò dextrum, qui manus quædam eſt victimæ, vt benè agerent, & ſancte viuerent, atq; ita doctrinæ ſuæ ſalutarem authoritatem conciliarẽt. Quòd ſi fuiſſet ſacrificium pro Nazaræo, dabatur inſuper ſacerdoti femur. At id ſingulare fuit, quandoquidem in aliis ſacrificiis pacificis minimè obſeruabatur. Hoc ſacrificiorum ius filiis Heli non ſatisfaciebat, idcirco aliud longè diuerſum inuexerant. Veniebat miniſter ſacerdotis, & impacta fuſcinula in ollam aut lebetes, non quod erat præſcriptum in lege auferebat, ſed quicquid collibuiſſet: & hoc tyrannico more fiebat, cùm ſorte ſua nollent ſacerdotes eſſe contenti. Peccabant itaque non modò in

Quæ partes ſacrificij ſacerdotibus cedebant, & earumdem allegoria.

Origenes. Philo item egregiè lib. de honoribus ſacerdotum.

diſtribuentem iuſtitiam, ſed etiam in rem diuinam: quare non tantum erant iniuſti, ſed etiam ſacrilegi. Turpe cuiuis homini eſt qui religionem profiteatur, neſcire legem Dei, at ſacerdotem illam ignorare longè turpiſſimum eſt, cùm in Deuteron. Sacerdos iubeatur cuſtodire verbum Domini, atque fideliter populum docere. At eam partem neſcire, quæ propriè ad munus ipſorum pertineat, omnino eſt intolerabile.

VERSVS 15.

Etiam antequam adolerent adipem, veniebat puer ſacerdotis, & dicebat immolanti: Da mihi carnem, vt coquam ſacerdoti: non enim accipiam à te carnem coctam, ſed crudam.

Vermilius: VERMILIVS: Acceſſit ad hæc aliud peccatom quod partem ſuam præcipiebant, priuſquam Domino adeps adoleretur: vbi annotandum eſt, ſacerdotes non oportuiſſe comedere niſi ſancta, at iſti etiam profana comedebant. Nam adipis concrematio fuit inſtar primitiarum, vnde cùm adoleuiſſent adipem totum, reſiduum victimæ ſanctum habebatur, ſed antea profanum erat nihil ab aliis carnibus differens. Hactenus Vermilius. Triplici crimine eos accuſat. 1. eſt, quod carnem antequam cocta eſſet vi raperent. Alterum qood quamlibet victimæ partem, & abſque delectu contra legem ſacrificiorum. 3. quod etiam antequam adeps adoleretur. De 2. & 3. ſatis apertè pluribus locis Scriptura pronuntiat, pręcipuè tamen Leuit. 6. & 7. capitibus. Philo item lib. de honoribus ſacerdotum, vbi & ſingulorum rationes allegoricas tradit. Primum verò quo loco prohibitum ſit, non inuenio. Ad traditionem itaque referendum eſt. Vaſa tamen in eum vſum multa legimus, tum in eo, quod tunc erat, tabernaculo, tum etiam in templo quod à Salomone conſtructum eſt. Traditio itaque locum etiam habuit eo tempore quo lex ſcripta vigebat, quo tempote hominum inuenta proprio ſanguine delebantur.

Traditio pluribus commendatur.

Qua igitur fronte Neoterici teſtatam ſanctorum Patrum ſcriptis traditionem audent accuſare? Vide ne forte ſint de gènere Ophni & Phinees, nam & toto vitæ genere, ſi quis aduertat, cũ iiſdem conſentiunt. At longè aliam Eccleſiaſticis traditionibus deberi reuerentiam docet Tertull. l. de corona militis c. 2.

Tertull. Porrò, ait, cum quæritur cur quid obſeruetur, obſeruari interim cõſtat. Ergo nec uullum, nec incertum videri poteſt delictum, quod committitur in obſeruationem ſuo iam nomine vindicandam, & ſatis auctoratam conſenſus patrocinio. Planè ſic tamen vt ratio quærenda ſit. Sed ſalua obſeruatione, nec in deſtructionem eius, ſed in ædificationem potius, quò magis obſerues cùm fueris etiam de ratione ſecurus. Et iterum eodem cap. & facile eſt ſtatim exigere, vbi ſcriptum ſit, ne coronemur. At vbi ſcriptum eſt, vt coronemur? Expoſtulantes enim Scripturæ patrocinium in parte diuerſa, A præiudicant ſuæ quoque parti Scripturæ patrocinium adeſſe debere. Nam ſi ideo dicitur coronari licere, quia non probibeat Sctiptura, æquè retorquebitur coronari non licere, quia Scriptura non iubeat. Item ca. 3. Sed quod non prohibetur, vltrò permiſſum eſt. Imò prohibetur quod non vltrò eſt permiſſum. Et quandiu per hanc lineam ſerram reciprocabimus, habentes obſeruationem inueteratam, quæ præueniendo ſtatum fecit? Hanc ſi nulla ſcriptura determinauit, certè conſuetudo corroborauit, quæ ſine dubio de traditione manauit. Quomodo enim vſurpari quid poteſt, ſi traditum prius non eſt? Etiam in traditionis obtentu exigenda eſt, inquit, auctoritas ſcripta. Ergo quæramus an & traditio non ſcripta non debeat recipi? B Planè negabimus recipiendam, ſi nulla exempla præiudicent aliarum obſeruationom, quas ſine vllius ſcripturæ inſtrumento, ſolius traditionis titulo, exinde conſuetudinis patrocinio vindicamus. Denique vt à Baptiſmate ingrediar, aquam adituri, ibidem, ſed & aliquanto prius in Eccleſia ſub Autiſtitis manu conteſtamur nos renuntiare Diabolo, & pompæ, & Angelis eius. Dehinc ter mergitamur, amplius aliquid reſpondenres, quam Dominus in Euangelio determinauit. Inde ſuſcepti, lactis & mellis concordiam prægustamus, exqoe ea die, laoacro quotidiano per totam hebdomadam abſtinemus. Euchariſtiæ Sacramentum & in tempore victus, & omnibus C mandatum à Domino, etiam antelucanis cœtibus, nec de aliorum manu quam præſidentium ſumimus. Oblationem pro defunctis, pro natalitiis annua die facimus. Die dominico ieiunium nefas ducimus, vel de geniculis adorare. Eadem immunitate à die Paſchæ in Pentecoſtem vſque gaudemus. Calicis aut panis etiam noſtri, aliquid decuti in terram anxiè patimur. Ad omnem progreſſum, atque promotum, ad omnem aditum, & exitum, ad veſtitum & calcearum, ad lauacra, ad menſas, ad lumina, ad cubilia, ad ſedilia, quæcumque nos conuerſatio exercet, frontem ſignaculo crucis terimus. Harum & aliarum eiuſmodi diſciplinarum ſi legem expoſtules ſcripturarum, nollam inuenies: traditio tibi pretendetur auctrix, conſuetudo confirmatrix, & fidei obſeruatrix. Hactenus Tertull. Poſt quem nec S. Iſidorum D Peluſiotam præteribo, qui mihi vnus omnium optimè eam quæſtionem pertractaſſe videtur.

S. Iſidor. Peluſ. Sic namque Epiſt. 106. l. 3. poſtquàm probauit veteris teſtamenti antiquiſſimos ſine ſcripturis Deo adhæſiſſe, ſubdit. Quod ſi in veteri duntaxat inſtrumento hoc extitiſſe putas, ac non in nouo confirmatum fuiſſe, ipſe contra in nouo quoque potiſſimum iſtud oſtendi aſſero. Neque enim diuinis Apoſtolis ſcripto proditum quicquam datum eſt: verùm litterarum loco Spiritus ſancti gratia promiſſa eſt. *Ille enim*, inquit, *ſuggeret vobis omnia*. Quod ſi ſcriptas leges non ſcriptis maiorem vim atque authoritatem habere cenſes, audi quid ipſemet rex dicat: *Et feriam cum ipſis pactum nouum, dans legem meam in mentibus eorum, & in cordibus eorum inſcribam eam, & erunt omnes edocti à Deo.*

A Vnde etiam Paulus, maiora fidei noſtræ, quàm Moyſi commiſſa fuiſſe aſſirmans, nos non in lapideis tabulis inſculptam, ſed in carnalibus cordis tabulis inſcriptam legem accepiſſe dicebat: quam qui contempſerit, is non vt ex veteri legis præſcripro lapidibus opprimetur, verùm lõgè acerbiori ſupplicio multabitur. Poſteaquam autem fluente tempore, ac celerrimi cuiuſdam equi inſtar currente, quidam ob fidei dogmata, quidam ob vitam corruerunt, neceſſario rurſum per litteras adhibenda correctio fuit. Violatis enim non-ſcriptis legibus, ad ſcriptas meritò ſe contulit is, qui ſubditos omni ratione ad virtutem inducere ſtudet. Quocirca nobis illud cogitandũ eſt, quanto in crimi- B ne verſemur, qui cùm tã purè ac ſyncerè viuere deberemus, & ne litteris quidem nobis opus eſſet, poſtquam huiuſce honoris iacturam fecimus, eoque redacti ſumus, vt litterarum adiumento indigeamus, rurſum tamen ne ſecundo quidem ſubſidio, vt par eſt, vtamur. Nam ſi crimen eſt litteris opus habere, ac non Spiritus ſancti doctrinam per vitæ puritatem attrahere, æquum eſt nos perpendere quantum malum ſit, poſt tantum ac tale ſubſidium (legem enim inquit ille in ſubſidium dedit) ne lucrum quidem facere velle, ſed litteras fruſtra ac temerè ſitas nihil pẽdere, maiorémque hinc cruciatum C nobis accerſere. Hactenus ille. Cæterùm eiuſmodi traditiones, quæ lege præſcriptæ non eſſent, plures hoc eodem lib. 1. Regum notare poteris. Nam & hoc capite Samuëlem puerum habes accinctum Ephod lineo. Item 7. c. verſus 6. populum hauſiſſe aquam & effudiſſe coram Domino. capite 9. Samuëlem benedicentem hoſtiæ, nec ante populum auſum dapes attingere. Item 10. chorum filiorum Prophetarum de excelſo deſcendentium, pſaltrémque & citharistam præcinentem: quæ omnia qua tandem parte legis inſtituta ſint, non inuenies, ſed ſola traditio poſteritati commendauit.

Vermilius. *Gula vitiũ.*

DA *mihi carnes vt coquam ſacerdoti.*] Notantur etiam, inquit Vermilius, ij homines dediti gulæ ac ventri. Volebant enim carnem acceptam coquere nimis tempeſtiuè, nec prandium tantiſper differre, donec adeps victimæ coram Domino abſumeretur. Ex lege oportuit ſacri- D ficio peracto carnes diſtribui, ſed iſtorum animi magis in patinis, quàm in Dei ſacrificiis erant. Curabant, vt inquit L. Ben-Gerſon prius ſuam menſam, quàm Dei. Nam ſacrificium erat quodammodo menſa Domini, altera ſeruorum: at ij ſerui conſtituerunt Domino ſuo quæ offerebantur, prægustare.

Leui Ben-Gerſon.

NON *enim accipiam coctam ſed crudam.*] Fortaſſe crudam idcirco habere volebant, vt ſuo modo condirent, & coquerent, aut eo tantùm, tempore pararetur quo comeſturi erant. Facetè Alexis Comicus hoc expreſſit.

Alexis Comicus.

Neſcitis in plurimis artium
Non architectum dominum voluptatis
Vnum conſtitutum, ſed vtentium
Confert aliquid portis, ſi benè vtantur.
Exempli cauſa (oportet enim hoſpes à me intelligat)
Obſonator hic apparet probè duntaxat
A *Oportet, aliud nihil. Itaque ſi contingat*
Vt qui hæc eſurus eſt, ac diiudicaturus,
Tempori veniat, artem iuuat:
Sin tardè poſt ſtatum temporis momentum,
Vt ſint vel iam aſſata rurſum calfacienda,
Vel non aſſata ſtatim conficienda,
Perdit artis omnem voluptatem.

Crudam igitur propterea extorquebant. At cõtra, flamini diali apud Romanos ne tangere quidem crudam carnem licebat. Cuius interdicti rationẽ inueſtigans Plutarchus quæſt. Rom. cx. An quia, inquit, is mos quàm longiſſimè à crudorum eſu abduxit? An eadem quam de farina attulimus cauſa ſubeſt? Caro enim neque B animal eſt, neque cibus adhuc eſt reddita: aſſatio & elixatio qualitatibus eius mutandis formam demum aliam inducunt: recens autem & cruda caro neque aſpectum quidem habet putum & labis expertem, ſed deformem, viſuique aduerſũ, & vlceroſum. Hæc Plutarchus. Quocumque tandem id conſilio egerint, ſiue vt reficiendi conſtitutum tempus præuenirent præ impatientia, ſiue vt lautioribus cibis veſcerentur præ libidine, atque effrænata appetentia, ſiue vt plura raperent quàm lex concederet præ edacitate, ſeu potius ſimul omnia conuenirent, equidem gulæ vitium fuit, & quidem turpiſſimum. Gulam enim veteres, vt docet ſanctus C Nilus tractatu de octo vitioſis cogitationibus, appellarunt, raptim ac feſtinanter, & multa citra delectum, ac præmaturè comedere: ingluuiem autem, cibis delectari: ſic nimirum vt inter vtramque id ſit diſcriminis, quod illa in quantitate, hæc in qualitate cõſiſtat. Quoniam enim μαργαίνειν inſanire ſignificat, ventris quidem inſania in quantitate verſatur: gutturis autem in qualitate. Quanquam, vt ait, nonnulli ſunt, qui vtrumque vno nomine gulam appellarint. Hæc ſanctus Nilus: quibus addam & hoc Auguſt. lib. 3. de doctrina Chriſtiana cap. 12. Quiſquis rebus prætereuntibus reſtrictius vtitur, quàm ſeſe habent mores eorum, cum quibus viuit: aut temperans, aut ſuperſtitioſus eſt. Quiſquis verò ſic eis vtitur, vt metas conſuetudinis bonorum, inter quos verſatur, excedat: aut aliquid ſignificat, aut flagitioſus eſt. In om- D nibus enim talibus non vſus rerum, ſed vtentis libido in culpa eſt. Quod igitur locis, & temporibus, & perſonis conueniat, diligenter attẽdendum eſt, ne temerè flagitia reprehendamus. Fieri enim poteſt, vt ſine aliquo vitio cupiditatis, vel voracitatis, pretioſiſſimo cibo ſapiens vtatur: inſipiens autem fœdiſſima gulæ flamma in viliſſimum ardeſcat. Et ſanius quiſque maluerit, more Domini piſce veſci, quàm lenticula more Eſaü nepotis Abrahæ: aut ordeo more iumentorum. Non enim propterea continentiores nobis ſunt pleræque beſtiæ: quia vilioribus aluntur eſcis. Nam in omnibus huiuſmodi rebus, non ex earum rerum natura quibus vtimur, ſed ex cauſa vtendi & modo appetendi, vel probandum eſt, vel improbandum, quod facimus: & iterum, etiam alias Dauid aquam malè concupitam effudit: & Helias carnes comedit.

Plutarch.

S. Nilus. *Gula vitiũ explicatur.*

S. Auguſt. tom. 3.

Versvs 16.

Dicebátque illi immolans: Incendatur primùm iuxta morem hodie adeps, & tolle tibi quantumcumque deſiderat anima tua. Qui reſpondens aiebat ei: Nequaquam, nunc enim dabis, alioquin tollam vi.

Vermilius. Cogitabimvs, inquit Vermilius, ordinem hîc fuiſſe omnino inuerſum, quia oportuit ſacerdotes populum docere ac monere, ounc eò tes redût, vt illi & monendi & docendi ſint à populo.

Mos quid. Incendatvr *primum adeps iuxta morem.*] Varro morem eſſe dicit in iudicio animi, quem ſequi debeat conſuetudo. Iulius Feſtus de verborum ſignificationibus lib. 13. Mos eſt, inquit, inſtitutum patrium, pertinens ad religiones cetimoniáſque maiorum. Vnde Virgilius dixit morem ritúſque ſacrorum. Et alibi morem ſacrum appellat. Morem illum ſeu potius legem de adolendo adipe à Deo traditam, relatam legimus Leuit. cap. 3. his verbis. *Et offerent de hoſtiis pacificorum in oblationem Domino, adipem qui operit vitalia, & quicquid pinguedinis eſt intrinſecus: duos renes cum adipe quo teguntur ilia, & reticulum iecoris cum renunculis, adolebuntque ea ſuper altare in holocauſtum, lignis igne ſuppoſito: in oblationem ſuauiſſimi odoris Domino.* Et eadem reperit C Scriptura pluribus locis. Morem verò illum de prius adolendo adipe quàm partes diſtribuerentur, nuſquam lege præſcriptum memini. Neque particulam illam, *iuxta morem*, in Hebræis reperi. Sed neque Chaldæus Para-

Traditio iterum commendatur. phraſtes explicationis gratia, vt nonnulla ſolet, adiecit. Græci autem 70. ὡς καθήκει inſeruerunt, quod dicitur, ſicut decet. Quo magis confirmatur noſtra de traditione etiam per iſtum motem ſententia. Nam eum fuiſſe morem in ſacrificiis obſeruatum, quemadmodum & decebat, certiſſimum habeo, vt ptimùm quod lex ſacrificij ferebat, Deo tribueretur: deinde partes reliquæ inter eos diuiderentur, qui eſſent ſactificij participes. Noo inuenio tamen fuiſſe aliquando vlla lege ſcripta ſancitum, vt is ordo perpetuò ſeruaretur, neque vſquam liceret ante adipis holocauſtum victimæ carnes attrecta- D re: ſed quia ita fieri decebat, nec erat Deus cuiquam poſtponendus, ad eum modum ptimùm ſacrificari cœptum eſt, ac deinde poſteris traditum in conſuetudinem abüt, quæ vim legis obtineret. Eius itaque conſuetudinis populus ſacerdotes admonebat. Quanta verò religione ſemper atque reuerentia antiquum morem à

Concilium Toletan. Patribus traditum coluerit Eccleſia, teſtatur Concilium Toletanum 8. cap. 11. his verbis. Nihil contra ordinem, temeritatis auſu præſumatur. Neque illa quæ ſumma veneratione cẽſentur, vel minimo præſumptionis actu ſoluantur. Et poſt pauca. Si quis hæc temerare præſumpſerit, excommunicationis ſententiam ſu-

A ſtinebit. Refert Iuo Carno. Epiſtola 56. ad Galterium. *Diceba(n)t qui illi immolans, &c.* *Iuo Carno.*

Verùm quid ſibi vult, inquies, quod adeps ante omnia adoleri præcipitur, nec ante fas ſit ſacrificij pattes contingere? Plures ex Patribus accuratè perſcrutati ſunt, ſed vnum proferam ex Iodæis Philonem, qui libro de victimis omnium optimè inueſtigaſſe viſus eſt, cuius interpretationis partem antea ſuperioti capite verſu 4. retulimus: teliqua tantùm, quæ huc pertinere videbuntur, ſubiiciemus. Adeps igitur, *Philo Iud.* inquit, propter pinguitudinem ptotectricem extorum adoletur. Eſt enim pto amictu, & multum ea iuuat ſua mollitie. Renes verò propter *Earum victima partium quæ Deo adolebantur allegoria.* oeruos tendentes genitalia, qui tanquam boni vicini genituram adiuuant, quoties abſque imB pedimento natura operatur feliciter. Sũt enim ſubcruentæ quædam lacunæ, per quas ſe humida excrementa exonerant. Pet neruos autem proximos (Paraſtatas vocant Medici) genitura deriuatut. Fibra porrò iecinoris, eſt præſtantiſſimi viſceris delibatio, cuius opera cibus in ſanguinem vertitur, móxque pet venas ad cor promanat, diſtribueodus porro in omnes partes corporis. Stomachus enim gulæ ſubiectus cibos dentibus præmanſos excipit & præparat. Ab hoc traditos veoter conficit ſecundo miniſterio à natura ſibi aſſignato eos in ſuccum mutans. E ventre duo caui tubuli enaſcuntur, facti ad digeſtionem, & mutandum illum ſuccum in ſanguinem. Digeſtiuus quicquid concoctu eſt difficile in fellis ſecernit veſiculam. Alter verò perpurgatum iam calore colatúmque ſanC guinem vitalem ad cor tranſmittit, vnde, vt dixi, deriuatur in corporis totius venas ſinuoſis flexibus, alimentum ei ſuggerens. Accedit huc quod iecinoris natura ſublimis & læuigata refert inſtar politiſſimi ſpeculi propter nitorem abſolutiſſimum: vt mens, quoties à diurnis curis ceſſat in ſomoum ſoluto corpore, nullis interturbata ſenſibus ſe ipſam ſuoſque intellectus in receſſu purè diſpiciat, intuendo iecur tanquam ſpeculum: & in eo ſyncerè contemplata res intelligibiles, circunſpiciat ſibi obuerſantes imagines, quò turpes fugiat, contrarias eligat, & ex imaginationum conſideratione, ceu vates, coniecturam de futuro faciat. Hæc Philo: cuius poſtrema verba per ſimilitudinem intelligenda ſunt: neque enim iecur ſpiritualia ſpectacula poſſe referre credidit, cùm deſcribat illud materiale atque corporeum, ſed inde admoneri animam credidit, vt ſe iotus ſpecu- D letur, ſimile iecoti ſpeculom apud ſe repertúra. Videtur autem ſuperioribus hoc innuere velle, nos non modò vitam qoæ iecore deſignatur, cùm ſit illud tuendæ vitæ organum præcipuum, verùm etiam quamcumque demum fœlicitatem noſtram, ſi qua vitam comitatur, quam carnis adeps non malè repræſentat in corpore, vt pote ad eam fouendam mollitérque habeodam conceſſus, ac tandem quicquid ipſi efficere aut cogitare poſſumus, quod rotum renes demonſtrant, qui habentur generandi principium, Deo offerre, ac præ illius charitate adolere, ſacrificaréque debere. Alij quoque non pauci huiuſce rei ſpiritualem ſenſum vtiliſſimè

pertractatunt, maximè verò antiqui illi patres, qui ſuo labore videntur nobis Scripturæ fontes aperuiſſe: ſed non vacat exſcribere omnia, addam dũtaxat ex Hebræorum ſententia id, quod refert Fagius in cap. 29. Exodi Onkeli Paraph. Chaldaicæ, nimirum, Dominum illa potiſſimùm animalia & membra in ſuis ſacrificiis exegiſſe, quæ concupiſcentiis ſubiiciuntur. Prohibet enim ſibi animal infirmum, aut quod teſticulis careat offerri. Deinde renes potiſſimùm requirit, qui concupiſcentiæ prima ſunt officina. Vult habere hepar, quod fomenta præbet libidini: deinde & adipem: qui eundem incendit, iuxta illud: *Impinguatus eſt, & recalcitrauit.* B Quæ omnia Deus requirit, non quod illum concupiſcentia vel libido delectet: ſed quod hæc ſignificent mortificanda eſſe membra noſtra ſuper terram.

Fagius.

E T *tolle tibi quantumcumque.*] Populus, inquit Vermilius, tyrannico timore cogitur & plus dare quàm par eſſet, & antea dare quàm congrueret. Huiuſmodi peccata ſæpè habentur leuia, & ideo negliguntur, ſed in oculis Domini, hoc eſt, diuino iudicio habentur grauiſſima. Nos autem in eis non ipſius rei pondus & dignitatem ſpectare debemus, verùm præceptum Dei, quod illis eſt annexum, alioqui leue fuit pomum quod Adamus comedit: ſed verbum Dei magnam vim & grauitatem illi adiecerat.

Vermilius.

In præceptis non res, ſed authoritatis præcipuè ratio habenda eſt.

N V N C *enim dabis, alioquin tollam vi.*]

Ne vnus quidem, inquit Menander, *cocum agens*,
Cocum offendens indemnis euaſit,
Sacra enim quodammodo ars noſtra eſt.

Menander.

Nec eſt quod mireris petulantem famulum, cùm eſſent ipſi ſui domini ad omnem impudentiam proiecti. Dominorum ſacrilegam audaciam exprimit ſerui ferocitas. Miniſtrorum vita eſt alter tanquam vultus, quo heriles mores agnoſcuntur. Saluianus lib. 7. de prouidentia Dei, poſtquam de ciuium ſceleribus grauiter atque acerbè conqueſtus eſt, Hic iam quæro, inquit, à ſapientibus, cùm hæc ita eſſent, quales putent fuiſſe illic familias, vbi tales erãt patresfamilias? Quanta ſeruorum illic corruptela, vbi dominorum tanta corruptio? Morbido enim capite nihil ſanum: neque vllũ omnino membrum officio ſuo fungitur, vbi quod eſt principale non conſtat. In domo autem ſua D dominus quaſi corporis ſui caput eſt, & vita eius cunctis norma viuendi. Peſſimúmque hoc eſt in hoc negotio, quod libentius omnes deteriora ſectantur: & facilius mala inſtitutio deprauat bonos, quàm bona emendet malos. Porrò autem, cùm etiam boni atque honeſti patres familias famulos bonos facere non poſſint, quantam illic putamus fuiſſe labem familiarum, vbi domini erant impuritatis exemplum? In hos igitur etiam quadrat quoddam Thomæ Mori Epigramma, quo Parochi cuiuſdam improbitatem notauit.

Saluianus.

Argumentum improbitatis domini ſeruus petulans.

Quid faciant, fugiantque tui, quo cernere poſſint,
Vita poteſt clarè pro ſpeculo eſſe tua.
Tantum opus admoneas eſt, vt te intueantur, &
vt tu
Quæ facis hæc fugiant, quæ fugis hoc faciant.

Thomas Morus.

Igitur peſſimus quiſque facinoroſa etiam mancipia, aut pretio comparat, aut ſtudio ſuo facit, quo ſibi cum eis ſcelerum ſocietate conueniat. Nã ſi quis paulò modeſtius agat, moleſtè fert, arbitratúrque obſequentium pudore ac temperantia ſuam improbitatem accuſari. Bonorum autem conſortium cane peius & angue vitat, quos pudet ſpectare diſſimiles, totóque vitæ genere à ſuis flagitiis abhorrentes. Hoc ipſum de Euſebio Epiſcopo teſtatur ſanctus Iſidorus Peluſiota lib. 3. Epiſtola 29. Cùm morum, inquit, vniuſcuiuſque ac vitæ perſpicuum argumentum ſit, eorum qui cum ipſo degunt, vitæ ratio, ne mireris ſi Euſebius Martinianum, Zoſimum, Maronem, alióſque eiuſdem farinæ honore afficit. Quemadmodum enim ſi virtutis amore teneretur, probis viris haud quaquam abire anteferret: ſic quia collactanea & chara eſt ipſi improbitas, iiſdem quoque hominibus vtitur. At verò quàm ſedulò quiſque ſtudere debet, ne ſui peccent, neve ſeruorum neglecta petulantia herilem exiſtimationem ſua labe cõtaminet, docet Cicero ad Quintum fratrem ſcribens. Sed prius, quo poſſit illius ſententia melius percipi, notandum eſt, magiſtratus Romanos, Conſules, Prætores qui prouincias regendas ſuſciperent, comitum habuiſſe duo genera. Quidam erant veluti adiutores & adminiſtri imperij publicè dati, Legati, Præfecti, C Quæſtores, Scribæ: Alij quaſi conuictores & domeſtici, qui dicebantur eſſe ex cohorte Prætoria, Medicus, Accenſus, Aruſpices, Præcones, Lictores, etiam à populo dati. Sic igitur Cicero ſcribit: His autem in rebus iam te vſus ipſe profectò erudiuit, nequaquam ſatis eſſe, ipſum has te habere virtutes: ſed eſſe circunſpiciendum diligenter, vt in hac cuſtodia prouinciæ non te vnum, ſed omnes miniſtros imperij tui ſociis, & ciuibus, & Reipublicæ præſtare videare: atque inter hos quos tibi comites & adiutores negotiorum publicorum dedit ipſa Reſpublica, duntaxat his finibus præſtabis, quos ante præſcripſi. Quos verò aut ex domeſticis conuictoribus, aut ex neceſſariis apparitoribus tecum eſſe voluiſti: qui quaſi ex cohorte prætoria appellari ſolent: horum non modò facta, ſed etiam dicta omnia præſtanda nobis ſunt.

Similis ſimili gaudet.

S. Iſid. Pel.

Facta dictáque famulorum dominis præſtanda ſunt.

V E R S V S 17.

Erat ergo peccatum puerorum grande nimis coram Domino: quia detrahebant homines ſacrificio Domini.

H I N C *vero intelligas* (ait quidam Comicus) *quale hoc malum ſit*
Venter, quæ doceat, quanta facias, cogat.
Si quis de corpore partem hanc ademerit,
Nullam iniuriam, contumeliam nullam volens faciet.
Nunc autem eius cauſa omnia difficilia redduntur.

A

S. Nilus.

Gula traducitur.

Aristoteles Saturn. l. 2.

Qnemadmodum, inquit beatus Nilus lib. de octo vitioſis cogitationibus, Dæmonum princeps eſt Satanas: ita & vitiotum gula. Iam verò quàm ſit illa turpis, atque homine quouis indigna, egregiè oſtendit Ariſtoteles his verbis, quæ Latina fecit Mactobius. Quinque, inquit, ſunt ſenſus hominum, quos Græci *αἰσθήσεις* appellant, pet quos voluptas animo aut corpore quæri videtur: Tactus, guſtus, odoratus, viſus, auditus. Ex iis omnibus voluptas quæ immodicè capitur, ea turpis atque improba eſt. Sed enim quæ nimia ex guſtu, atque tactu eſt, ea voluptas ſicut ſapientes viri cenſuerunt, omnium rerum fœdiſſima eſt: eóſque maximè qui ſeſe duabus iſtis voluptatibus dediderunt, grauiſſimi vitij vocabulis Græci appellauerunt, vel *ἀκρατεῖς* vel *ἀκολάστους*. Nos eos vel incõtinentes dicimus, vel intemperantes. Iſtas autem voluptates duas, guſtus atque tactus, id eſt cibi atque veneris, ſolas hominibus videmus communes eſſe cum belluis: & idcirco pecudum, ferorúmque animalium numero habetur, quiſquis eſt his feratum voluptatibus occupatus. Cæteræ ex tribus aliis ſenſibus proficiſcentes, hominum tantùm propriæ ſunt. Vides quàm graue fuerit illud peccatum Ariſtotelis iudicio. Quis igitur, ait Macrobius, habens aliquid humani pudoris, voluptatibus iſtis duabus coëundi atque comedendi, quæ homini cum ſue, atque aſino communes ſunt, gratuletur? Quòd ſi ad naturalem humanæ conditionis dignitatem accedat etiam Sacerdotij ſanctitas, quo tandem nomine dignum illum putabimus, qui cùm ſit eo honore præditus, ſpurciſſimæ huic belluæ ſuccumbat? Nam præter allatum naturæ dedecus, etiam religio ſacrilegio violabitur. Non modò igitur graue illud peccatum cenſendum eſt, verùm etiam maximum & grauiſſimum.

B

Macrob.

C

S. Chryſ.

Nam quod aliud pari calamitate genus humanum oppreſſit? Gula eſt, inquit Chryſoſt. hom. 13. in Matthæum, quæ Adamum paradiſo eiecit, quæ orbem aquarum inundatione deleuit, & Pentapolim cœleſti igne conſumpſit.] Nec alia peſtis inuenietur quæ tantos hominum generi dolores pepererit, quantos hæc omnium Lerna malorum: cum qua ſi reliqua vitiorum portenta contuleris, vniuerſa ſuperabit. *Manifeſta ſunt*, inquit Apoſtolus ad Gal. cap. 5. *carnis opera, quæ ſunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, Idolorum ſeruitus*, & reliqua quæ longa ſatis ſerie Apoſtolus enumerat, *Quæ qui agunt*, vt inquit, *regnum Dei non conſequentur*. Illa verò omnium monſtra libidinum carni accepta referenda ſunt. Etſi enim carnis concupiſcentiam Apoſtolus intelligit, quæ videtur non modò gulam, verùm etiam reliquas peſtes ſuo gremio complecti, tanquam ſit illa parens radixque cupiditatum omnium: eiuſdem tamen gula mater eſt, eámque luem mundo peperit, quæ deinde materno veneno grauida reliquas ſcelerum ſpecies ſecundo partu edidit. Habet verò præterea & ſuas, quas vocant filias, ſeu contagiones malorum, quæ ab ea profectæ manant latiùs. Nam quid illa non inficit? In omnem vtique partem graſſatur. Quod ſi ſingula coner exprimere, quanta opus erit ſylua verborum?

Gula ſumma malorũ.

D

Nam corpus quidem fœdè corrumpit, non ſolùm redundantis pituitæ eluuie, ſed etiam obſcœni humoris aſperſione commaculans. Quid deinde pugnas verborum commemorem? quid ſine ſale iocos? quid ſine delectu auium in motem garritum, & contortos exhauſto pudore ſcurrilem in modum totius corporis artus? Notanda eſt equidem præclara illa ſancti Gregorij ſententia, paſtor. pat. 1. lib. 3. cap. 20. Niſi gulæ deditos immoderata loquacitas raperet, diues ille qui epulatus quotidie ſplendidè dicitur, in lingua grauiùs non arderet. Habet verò etiã hoc miſerum, quod tanquam ſopito rationis gubernaculo inepta prorſus lætitia, ſecuritatéque mentem ludificat, efficítque, vt omnium irriſione excipiatur. Cogita præterea quàm hebetes ſenſus, pingues, ac tardos efficiat. Nam ipſa certè ingenij acies ciborum copia prorſus obtunditur. Quemadmodum enim vapores qui à ſole ex agris tepefactis, & ex aquis excitantur, ſæpenumero ſolem ipſum diémque eripiunt: ita & fumi illi atque anhelitus, qui pleno ac feruente ſtomacho erumpunt, poſtquam ſe in cerebrum induerint, coacta nube opaca atque atra rationi denſiſſimas tenebras offundunt. Propterea igitur beatiſſimus Nilus mentis nubem vocat, & perturbationum refertiſsimum theſautum, animæ autem vltro acceſitam mortem. Quod ſi præter hæc, quæ sũt illi cum omnibus communia, in his de quibus ſermo eſt, vnà cum legis præuaricatione, & religionis ſacrilegio, atque populi totius ſcandalo coniungatur, quanta demum erit huius criminis atrocitas, quanta ſceleris magnitudo, quàm grande nefas atque piaculum? Propterea igitur dicitur fuiſſe peccatum illud grande nimis.

S. Grego. Mag.

S. Nilus

Gula mentis nubes, perturbationũ theſaurus, & peccatum grande nimis.

PVERORVM.] Quî tandem potuit peccatum puerorum eſſe grande nimis? Siquidem pueri expertes malitiæ ſunt, nec cenſentur crimini obnoxij. Olim Caphyenſes, cùm pueros, qui Dianæ ſignum inſerto in collum laqueo ludibuodi trahebant, & Dianam ſtrangulari dictitabant, impietatis damnatos lapidibus obruiſſent, publicè pœnas luerunt, quod inſontes interemiſſent; donec oraculi monitu inferiis, & tumulo excitato manes placauerunt: non enim ea ætas ſacrilegij rea fieri poſſe viſa eſt. Sed quomodo hi pueri, cùm ſacerdotes fuiſſe ſcribantur? Quondam ſcilicet apud pleraſque gentes, pueri innuptæque puellæ ſacerdotio functi ſunt. Apud Ægienſes in Achaia, Iouis ſacerdotium impuberi puero, qui primas pulchritudinis tuliſſet, decernebatur; quo ſe pubeſcens abdicabat. Elateæ item puer immaturus annis quinque ſacris præficiebatur, donec pubeſceret, vt docet Pauſanias in Phocicis. Præterea, Calaureæ Neptuni ſacerdos virgo fuit, vſque ad maturitatem nuptiarum. Apud Aroen Ionum, poteſtas ſacrorum fuit penes puellam, Dianamque virgo colebat, vſquedum nuberet. Quod pariter Ægiræ ſeruatum eſt. Denique, Tegeatæ patriis legibus non alij quàm virgini, ſuas religiones in templo Mineruæ permittebant; cui ſola pubes efflorescens ſacerdotis munus abrogabat. Pauſanias in Arcadicis. Auitus ſanè,

Pauſanias in Arcadicis.

Idem in Achaicis.

In Corinthiacis.

In Achaicis.

Pueri ſacerdotes apud pleraſque gentes.

Digitized by Google

A ſanè, qui oppreſſo Macrino inuaſit imperium: ab ineunte ætate Heliogabali Dei ſui ſacerdos fuit. Verùm hæc forſan exempla propterea quiſpiam reſpuet, quòd à profanis religionibus petita ſint, quarum nulla viget apud nos autoritas. Eſto. Veruntamen, vt hoc interim addam, etiam religio noſtra ſanctiſſima, pueros Pontifices, & quidem maximos vtrobique ſortita eſt: ſiue olim apud Iudæos, cùm adhuc ſacerdotium illud typicum obtineret: ſiue deinceps apud nos, apud quos diuinior quædam ſacerdotij ratio cœlo terráque imperat. Nam Ariſtobulus certè, cùm eſſet regali ſanguine creatus, & forma egregia, vultúque honeſto conſpicuus, vt ſcribit Ioſephus lib. 15. Antiquit. c. 3. (Ioſephus.) Herode regnante, Hieroſolymis puer ſtolam ſanctam induit, ſacriſque præfectus eſt, cùm annum decimum ſeptimum vix dum egreſſus eſſet. Romæ verò, Pontificatum, anno poſt Chriſtum natum nongenteſimo quinquageſimo quinto, (Cæſar Baron.) Octauianus, qui poſtea Ioannes 12. dictus eſt, puer iniit: cui qui plures annos tribuunt, æqualem Ariſtobulo faciunt: alij non eo maiorem, quem decimum annum agentem in Tudertina ciuitate Epiſcopum ordinauit: adhuc enim poſt annos octo aſſumpti Pontificatus, ratione ætatis ab Ottone Imperatore puer vocatus eſt. Conſule Annales Baronij ad ann. 955. & 963. Potuerunt igitur hi quoque forſitan, quos pueros Scriptura nominauit, à teneris vnguiculis altaribus adhiberi. Sed hoc credibile non eſt, cùm eſſet eorum pater, penes quem ſumma poteſtas fuit, ſingulari pietate ac ſapientia præditus. Alienum eſt ſiquidem à boni Pontificis officio, vt pueros ſacerdotes inſtituat. Nam quod ad illa exempla attinet, quæ obiici poſſe videbantur: ſciendum eſt, perditiſſimos homines infeliciſſimis Eccleſiæ temporibus id ſceleris tyrrannica vi atque audacia perpetraſſe. Alioquin enim puberes atque adoleſcentulos more maiorum, à ſacris altaribus abactos fuiſſe docet Ioſephus lib. 12. Antiquit. cap. 6. Non erant igitur illi ætate pueri: ſed cùm diuinis muneribus præpoſterè abuterentur, contemptim, vt opinor, pueri dicti ſunt, inſipientiæ, non ætatis ratione Id quod eò maiorem illis ignominiæ notam inurere credendum eſt, quòd priſca ætas non modò viros ætate graues, ſed etiam virtute præſtantes, ſenum nomine honorabat, vt Dionyſ. Halicar. teſtis eſt, lib. 2. Antiquit. Roman. (Dionyſ. Halic.) Nihil antiquius verò, pro eo quod eſt, nihil præſtantius, Latini ſcriptores paſſim vſurparunt: quod à Græcis profectum eſſe docet Budæus, (Budæus.) quos Latinis placuit frequenter imitari. Plura exempla citat, è quibus vnum hoc eſt ex Herodoto lib. 5. (Herodot.) *τὰ γὰρ θεοῦ πρεσβύτερα ἐποιεῦντο ἢ τὰ τῶν ἀνδρῶν*. Res diuinas antiquiores humanas habuerunt. S. Dionyſ. Areop. in lib. de diuinis nominibus, (Dionyſ. Areopag.) ſummos Angelorum ordines, *πρεσβυτέρας δυνάμεις* vocat. Et Presbyteri, non tam ſeniores, quàm prudentia & grauitate venerabiliores ſignificantur, (*Pueritia & ſenectus non magis ætati quàm moribus tribuuntur.*) Græco vocabulo, à multis haud intellecto, qui ea appellatione cenſentur. At verò ſenes bis pueros Plato dixit, primo de legibus, (Plato.) cùm ad eum mentis habitum redirent, quem olim pueri à primis annis habuerant. Pueris enim ſolæ cupiditates imperant, virtus ignoratur, ratio verò ipſa alta ignorantiæ caligine demerſa eſt. Vtrumque præſtat ſenilis ſtultitia, quæ deliratio appellatur. Quod ſi quis vel prima ætate ex illis tenebris emerſerit, iam non ille puer, ſed ſenex potius dicendus eſt. Nec verò ille, vt opinor, canæ ſenectutis metas attigerat, aut adoleſcentiæ ſtadium emenſus erat, quem monebat Apoſtolus: *Nemo contemnat adoleſcentiam tuam*, 1. Timoth. capite 4. *μηδείς σου τῆς νεότητος καταφρονείτω*. Quid igitur ſibi vult, quod addit: *Noli negligere gratiam quæ in te eſt: quæ data eſt tibi per prophetiam, cum impoſitione manuum Presbyterij*? B Nimirum Epiſcoporum conuentum Presbyterium vocat, & Epiſcopos ſeu Sacerdotes Presbyteros, vt SS. Hieron. Chryſoſt. Theodoret. ibidem interpretantur: (*Presbyteri quare dicti*) & ipſum tum vix prima lanugine malas veſtientem, tanquam ſacerdotij gratia eſſet præcipua quædam canities, ſenectutis honorem adeptum eſſe pronuntiat. Presbyteri enim ſacerdotes, vt inquit ſanctus Iſidorus (S. Iſidor. Hiſp.) lib. 2. de diuinis officiis capite 7. meritò & ſapientia dicuntur, non ætate. Nam Moyſi præcepit Deus, (Num. 11.) vt eligat Presbyteros. Vnde & in Prouerbiis dicitur: (Prou. 10.) *Gloria ſenum canities*. Quæ verò eſt hæc canities? Haud dubiè quin ſapientia, de qua ſcriptum eſt: (Sap. 4.) *Canities hominum prudentia eſt*. Cumque nongentos & amplius annos ab Adam vſque ad Abraham vixiſſe homines legamus, C nullus alius appellatus eſt prius Presbyter, id eſt *ſenior*, niſi Abraham, qui paucioribus annis vixiſſe conuincitur. Non ergo propter decrepitam ſenectutem, ſed propter Sapientiam Presbyteri nominantur. Quod ſi ita eſt, inquit idem S. Iſidorus, miror cur inſipientes conſtituantur. Præcedentia verba ſunt S. Anacleti Pontificis, (S. Anacl.) qui ab eo mutuaſſe ſanctum Iſidorum veriſimile eſt. Iam verò eum honorem, non modò dignitati, verùm etiam virtuti habitum apud maiores noſtros, Philo (Philo Iud.) teſtatur lib. de Therapentis, ſeu vita contemplatiua. Nec enim ſeniores, inquit, nam præſens eorum inſtitutum, & Eccleſiæ naſcentis iubar miratus eſt, (*Seniores qui habeantur in Monaſteriis.*) ex annis æſtimant, ſed quantumliber grandæuos, habent pro pueris, ſi verò inſtitutum hoc complexi ſunt: honorem verò ſenectutis iis tribuunt, qui exercuerunt ſe à iuuentute in hac pulcherrima diuináque parte D contemplatiua philoſophiæ. Illum etiam fuiſſe ſolemnem ſacrarum Scripturarum morem, vt eos quidem qui virtutibus eminerent, ſeniores vocaret, pueros autẽ, quos ſcelera nobilitaſſent, pluribus oſtendit idem Philo eo libro, quem inſcripſit, de eo quod reſipuit Noe. Ibi namq. ea verba explicans, quibus refertur Noe, poſtquã euigilaſſet, ea, quæ circa ſe filius ſuus minor geſſiſſet, didiciſſe, Gen. 9. Iuniorem, inquit, filium dicens, non ætatis nomen ſcribit, ſed qualibus moribus præditi ſint rerum nouarum amatores indicat. Et paulò pòſt, Hic certè, inquit, mos eſt Legiſlatoris,

A vt & prouectos ætate appellet iuuenes, & eos qui nondum ſeouerunt, ſeniores, non reſpiciens annorum numerum, aut tempus breue longumve; ſed impotentias animæ, quæ mouetur melius aut deterius. Iſmaëlem penè vigeſimum annum agentem, cum virtutibus perfecto Iſaac collatum, nominat puerulum. *Sumpſit*, inquit, *panes & vtrem aquæ, & dedit Agar: impoſuitque ſuper humerum eius, & puerulum, quando eos à domo ablegauit Abraham*: Ac rurſum: *Proiecit puerulum ſub vna abiete*. Et: *Non videbo mortem pueruli*. Atqui ante natum Iſaac annum decimum tertium egreſſus Iſmaël circunciſus eſt. Et poſt alterius iam ſeptennis ablactationem, ne ſpurius cum legiti- B mo ex æquo luderet, vnà cum matre pulſus eſt. Et tamen quamuis iuuenis, vocatur puerulus, Sophiſta ipſe collatus cum ſapiente. Et iterum ibidem: In Cantico etiam maiore populum vniuerſum ad res nouas procliuantem, inſipientis, & infantilis ætatis nomine pueros vocat. *Iuſtus*, inquit, *& ſanctus Dominus: peccauerunt & pueri eius reprehenſibiles, generatio praua & peruerſa, haccine reddites Domino? Itáne populus ſtultus eſt, & non ſapiens?* An non aptè alloquitur homines probrum habentes in anima, per ſtultitiam ac dementiam ſæpè labeotes in rectæ vitæ actionibus, non puerilem ætatem cor- C poris adſpiciens, ſed ad mentis infantiam, expertem rationis ac vèritatis. Aliis deinde exemplis eandem Scripturæ conſuetudinem approbare aggreditur, ac 1. quidem Rachelis quæ corporis pulchritudine ſuperior, Lia tamen ſorore iunior habetur: propterea quod non ſit formæ decor cum virtutis ſplendore conferendus. Narratur item Ioſeph fratrum minimus, vtpote qui Ægypti opibus incumbat, dum fratres paſcendis virtutum gregibus ſtudent. Atq; ita ſatis demonſtratum puto, inquit Philo, iuuenem in ſacris litteris ſæpè vocari, non ætate vigentem, ſed eum qui habet animam temerariam, & nouarum rerum cupidam: iam oſtendemus non ætate, ſed honore præſtantes nominari ſeniores. Quis enim verſatus in libris ſacris ignorat, quòd ille ſapientiſſimus Abrahā, breuioris æui quàm vllus penè omnium maiorum ſuorum inducitur? Illorum tamen qui diutiſſi- D mè vixerunt, nemo, quod ſciam, ſed ſolus hic ſcribitur ſenior. Dicunt igitur ſacra oracula, quòd *Abraham erat ſenior ætatis prouectæ. Et Dominus benedixit Abraham, rebuſque ipſius omnibus.* Quod mihi videtur ſubiunctum, tanquam cauſa præcedentium, cur ſenior dicatur ille ſapiēs. Cùm enim à benigno Deo benè afficitur animæ pars rationalis, nec vnam modò, ſed omnes benedictionis ſpecies accipit, ſimiliter ſapit; atque ita fit ſenior. Sic & cari Deo populi conſiſtorium, quod cogitur ex decies ſepteno numero, Seniores ſolent nominari. Dicitur enim: *Conuoca mihi ſeptuaginta viros è ſenioribus Iſraël, quos tu ipſe noſti quod ſeniores ſint.* Ergo non eos, quos vulgus ſenes exiſtimat, quippe curandis ſacris præpoſitos, ſed quos ſolus hic ſapiens nouit, ſeniorum appellatione dignatur. Quos enim hic reprobauerit, tanquam bonus menſa-

A rius, falſam virtutis monetam habentes, iuuenili temerarióque ſunt omnes animo. Quos autem commendare voluerit, probati, & iuxta prudentiam ſeniores cenſendi ſunt. Certè vtrumque, quod dixi, eruditæ aures in vno legis edicto poſſunt agnoſcere clariſſimè. *Si habuerit*, inquit, *homo vxores duas, vnam dilectam, alteram odioſam, & pepererint dilecta odioſáque, & fuerit filius odioſæ primogenitus, volueritque ſubſtantiam inter filios ſuos diuidere: non poterit filium dilectæ facere primogenitum, & præferre filio odioſæ, ſed filium odioſæ agnoſcet primogenitum, dabitque ei de his quæ habuerit cuncta duplicia: iſte eſt enim principium liberorum eius, & huic debentur primogenita.* B Obſeruaſti iam quod dilectæ filium nunquam ſeniorem vocat aut primogenitum, odioſæ verò filium ſæpius. Atqui prior ille natus, odioſæ verò filius poſterior apparet in edicti principio. *Si pepererint*, inquit, *dilecta odioſaque*. Attamen prioris partus quanquam antiquior, à rectè iudicante iunior decernitur: poſterioris verò filius, quamuis prærogatiua temporis careat, maiore antiquioréque portione dignus habetur. Qoamobrem? Quoniam harum mulierum aliam dilectam voluptatis, alteram odioſam prudentiæ, ſignificatiuam dicimus. Illius enim conſuetudinem vulgus eximiè diligit, C eſcis & veneficiis ſuis allicientem homines à die natali vſque ſenectutem vltimam, huius autem tetricos verendóſque mores odit miſerè: ſicut inſipientes pueri parentum altorúmque ſuorum vtilia quidem, ſed parum iucunda monita. Ambæ in anima pariunt, altera ſtudium voluptatis, virtutis altera. Sed voluptatis ſtudiū partus imperfectus eſt, & nunquā non puer modis omnibus, etiamſi ad annoſam ætatem perueniat. E diuerſo virtutis amor ab incunabulis (iuxta prouerbium) in prudentiæ ſenatum allegitur, nunquam ſenſurus ſenium. Profert etiam in medium, & Iacob, & Ephraim: qui cùm hominibus crederentur eſſe iuniores, Deo tamen volente & ſeniores ſunt habiti, & primogenita ſunt conſecuti. Verùm hæc ſatis ſuperque ſufficiant, vt probè noueris, virtutis ne merito, an ætatis priuilegio ſenectutem Scriptura expendat, qualéſque ſint hi iudican- D di, quos pueros nominat: quos iam nō modò ætas puerili nota abſoluiſſe debuerat, verùm etiam ipſum dignitatis culmen gloria decoréque exornaſſe. Quanquam nihilominus Eccleſia, non tantùm prudentia, ſed etiam matura ætate ſummos ſacerdotes eſſe debere decreuit, quemadmodum teſtatur ſanctus Hildebertus Cænomanenſis Epiſcopus Epiſtola 12. In ſummis ſacerdotibus, inquit, ætas integra poſtulatur, vnde nec religio periculum metuat, nec reuerentiam dignitas amittat. Hinc eſt quod Ezechieli in trigeſimo anno cœli aperiuntur, & videt viſiones Domini, & prophetat: priùs ætas Prophetæ deſcribitur, vt quibos annis prædicatio committi debeat, oſtendatur. Chriſtus quoque Ioannem ſupra Petrū dilexit: Petro tamen non Ioanni cōceſſa eſt poteſtas ligandi atque ſoluendi, &c. Domini item exemplum in medium adducit, qui prius

Mulierum dilecta odioſaque tropologia.

S. Hildeb. *Ætate, & Prudentia Epiſcopos prouectos eſſe debere.*

quidem cùm eſſet puer, inter doctores audiens, A atque interrogans à matre inuentus eſt: deinde cùm ætate prouectior, eſſet, docendi munus aſſumpſit. Et poſt aliqua: His, inquit, omnibus impreſſa eſt Eccleſiæ forma quam ſequatur, certúſque limes ætatis appoſitus, infra quem fieri Epiſcopum, facto cedit ad iudicium.

Vermilius.

Quam pernicioſi ſint toti populo ſacerdotum mali mores.

Q V I A *detrahebãt homines ſacrificio Dei.*] Deinde, inquit Vermilius, hoc ſcelere ſacerdotum populus à cultu & lege Dei auertebatur. Quid enim, inquiebant, dabimus victimas ad tabernaculum, quæ iſti rapiant, & votent in contumeliam Dei? Ita peccatum ſacerdotum, & in populum, & in dedecus Dei redundabat. Sacrameotorum quippe contumelia pertinet vtique ad ignominiam Dei. Nam ſi regum ſigilla nefas eſt & capitale adulterаſſe, quid eſſe iodicabimus, ſi quis violet & adulteret Sacramenta Dei? Ad populum item peccatũ ſacerdotũ redibat, non tantùm quòd eo facto cuncti offenderentur, ſed etiam quod ob id à ſacrificiis auertebantur, & ſacra minus frequentes celebrabãt, quod etiam noſtro tempore in Sacramentis videmus vſu veniſſe.] Reuera ſcandalum magnopere auget flagitij magnitudioem. Cùm enim videret populus nõ ritè peragi ſacrificium, fruſtra ſe ſumptum facere intelligens, aut certè ita veritus, à ſacrificio abſtinebat: quod ſanè à noſtris moribus, quales nunc ſunt, non multum abhorret. Quot enim offẽſi noſtris vitiis Eccleſiam Dei cõtempſerunt, & ſacrificio Dominici corporis detraxerunt? Et quid dicam ſi peccatum illud puerorum grande nimis fuit coram Domino, quo tandem nomine portenta noſtra appellari neceſſe eſt? Nec enim in vitulis aut agnis peccatur, neque enim in iis ſacrificij noſtri ratio cõſiſtit, ſed Chriſti proprio ſanguine peragitur, cuius nos ſanguinis præ noſtra improbitate rei efficimur. Nam quod de vno olim Bellouaco, & vnius ciuitatis Pontificum corruptelis ab Iuone Carnotenſi Epiſcopo Epiſtola 44. ſcriptum eſt, meritò poteſt in plures huius tẽporis Eccleſias proferri. Iam diu enim illa, inquit, Eccleſia tales conſueuit habere Põtifices, quibus ipſa damnaretur, noo à quibus ad viam vitæ dirigeretur. Et item alias, Epiſtola 36. prædicta (Eccleſia) tam diu iam bonos deſueuit habere paſtores, vt malos habere, videatur ei quaſi legitimum, booos autem eligere quaſi nefarium. Clericum, inquit, quendam alearum ludo tantùm, & cæteris huius mondi lenociniis vacantem, procul etiam à ſacris ordinibus inuentum, quondam quoque propter adulterium publicum à Legato Romanæ ſedis Lugdunenſi Archiepiſcopo de Eccleſia eiectum, pro voluntate Regis, & illius contubernalis ſuæ, in Epiſcopum aſſumpſerunt. Hæc ille queritans: at nos iam reuulſis electionum repagulis, refractiſque obicibus poſtquam fauore ac libidine principum res agi cœpta eſt, quas non feras, quæ non monſtra Eccleſiam inuaſiſſe defleuimus? Nam non modò ſpurios atque nothos, genus hominum ab ipſa origine petulcum atque ſalax, milites, viros ſanguinum, & puellu-

Iao Carno.

Miſera temporum noſtrorum conditio.

los æquè doctos: ſed etiam fœminas, & quod etiam dictu horrendum eſt, infeſtiſſimos hæreticos, Eccleſiarum, nobiliſſimorum Mooaſteriorum gubernacula & opes poſſediſſe vidimos, & nonnullis etiam locis videmus? Hæc ſunt veſtra paſtores populorum miracula. Verùm vos ipſi videritis, veſtro enim periculo immiſſi per vos lopi ouem deuorant, quam olim reddetis. Ad noſtra reuertamur. Sanctes Pagninus transfert, *Quia contemnebant viri ſacrificium Domini.* Ad eundem modũ Chald. Paraphraſtes, & Vatablus verterunt. Quare contemnebant? Propterea quòd ſacerdotum ſcelere pollui, ac profana reddi arbitrabantur. B Vides quantum ſalutis communis interſit ſacerdotem culpa vacare, cùm, ſi quid peccet, vnà populi religio peſſum eat? Nam cùm ſacerdos, vt inquit ſanctus Iſidorus Peluſiota, Epiſtola 319. lib. 1. gregis forma, & Eccleſiæ lumen dictus ſit, ac reoera ſit, ſubditos, vt ceram ſigillo, ſic ipſius moribus imprimi neceſſe eſt. Docet etiam aliàs Epiſtola 20. libri 3. ſacerdotium medium quoddam eſſe inter diuinam humanámque naturam, illam vt colat atque obſeruet, hanc autem in melius commutet: quod ſi medium illud abſtuleris, qoomodo non extrema diſſoluentur? Peribit igitur religio, atque vtiliſſimum illud naturæ humanæ cum Deo commercium abrumpetur. Veriſſimè igitur ille idem ait Epiſtola 15. libri 3. C graue eſt eum qui inter ſubditos cenſetur peccare: grauius autem, eum qui diuino cultui cõſecratus eſt: longè verò grauiſſimom, eum qui Pootificis dignitatem nactus ſit. Quanto enim honoribus alios antecellunt, tanto quoqoe ipſorum peccatum, etiamſi alioqui idem ſit, grauius efficitur: quippe quod non ad naturæ, ſed ad eius, qui illud perpetrauit, dignitatem perpendatur. Quid autem magiſtrum & antiſtitem cum ſubdito comparo: cùm legiſlator Pontificis peccatum totius populi peccato par eſſe dixerit, tantumq. ab ipſo ſacrificiũ lege lata exegerit, quantum ſi plebs vniuerſa deliquiſſet offerri præcepit? Quod ſi æquale ac par vulnus non eſſet, haud parem medicinam conſtituiſſet. Idem quoque Philo ante animaduerterat libro ſuo de victimis. Pontificis, inquit, D & populi peccata ſimili expiantur victima, videlicet vitulo: principis verò minore, tamen & hac maſcula. Hircus enim cæditur. At priuati etiamnum deteriore. Fœmineum enim non maſculum pecus mactatur. Decebat autem principem priuato homini præferri, vel in ſacrificio: ſicut principi populum, quandoqoidem totum eſt ſua parte potius, Pontificem verò æquiparari populo in in expiatione impetrandáque peccatorum venia. Habetur tamen is honor Pontifici, non propter ipſum, ſed quia miniſter eſt populi, publicè vota faciens ſoluenda totius populi nomine.] In quo, pace tanti viri dixerim, parum de ſacerdotio illo, quantumuis vmbratili, magnificè ſentit. Non enim vſpiam ſi quid tamen memoria valeo, niſi fortè ſemel libro 2. Paralipomenon, ſacerdotem populi miniſtrum ap-

S. Pagnin.

Quanto Eccleſiæ pericula ſacerdotes peccent.

S. Iſid. Pel.

Pontificis peccatum cũ totius populi peccato exæquatur.

pellatum memini, ſed potius Angelum Domini, ab eodem & vnctum, & electum, & inſtitutum abſque vllo conſenſu populi, ex illo hominum genere, quos ſuos perpetuo iure Deus aſſeruit. Præceptum autem, ait Philo, quod ad ſacra hæc attinet, eſt mirificum. *Si*, inquit, *Pontifex ignoranter peccauerit*: móxque addit, *vt delinquat populus*. Hæc eſt, opinor, illa cauſa, quare Pontificem æquali cum toto populo hoſtia expiari voluerit, quòd cùm peccat, non ſolus peccat, ſed eo labante totus grex corruit. Quod non ita accipiendum eſt, tanquam quæuis ſacerdotis offenſiuncula eam perniciem afferat, aut ſint illius peccata æqualia omnia: ſed ſi quod grauius crimen in ſe admittat, cuius labe ipſa religio infici videri poſſit. Apoſtolus enim, cùm de iis, quos ad ſacros ordines Eccleſiæ electio promoueret, canonem ſcriberet, non ait: Si quis ſine peccato eſt (hoc enim ſi diceret, inquit Auguſtinus, omnis homo reprobaretur, nullus ordinaretur,) ſed ait, *Si quis ſine crimine eſt*: ſicut eſt homicidium, adulterium, aliqua immunditia, fornicationes, furtum, fraus, ſacrilegium, & cætera huiuſmodi. Crimen enim eſt peccatum graue accuſatione & damnatione digniſſimum. Quod ſi illa vnquam periculosè crimina graſſantur, tum maximè cùm arcem Eccleſiæ, Romanam ſedem occupant. Nunquam maiori damno, inquit Theodoticus apud Caſſiodorum Epiſtola 44. Variarum lib. 7. periclitati ſunt mores, quàm cùm grauitas Romana culpatur. Reparet itaque honeſta ciuitas moderationem ſuam. Pudor eſt degeneraſſe à prioribus. Eo præſertim tempore, cùm talem principem cognoſcitis vos habere, qui præmia benemeritis, vltionem tribuat inquietis. Quod ille barbarus dum imperium vſurparet, exigere ſtuduit, nunquamne ſperare licebit ſacerdote regnante? Idem iterum Variarum 2. Epiſtola 24. cùm ſenatum officij ſui admoneret, dicebat: conſtat ſenatum populis viuendi regulam præſtitiſſe. Nam quod ornat nomen Romanum, à vobis legitimè inſtitutum eſt. Ad hoc patres in illo principio nominati, vt quaſi filiorum per vos poſſit vita componi, vos enim deuotionem prouinciis, vos priuatis iura decreuiſtis. Et ideò non decet inde ſignum reſultationis exire, vnde exemplum potuit moderationis effulgere. Quod ille de ſenatu dixit, longè meliori titulo poteſt de clero Romano prædicari, ex quo, tanquam è limpidiſſimo fonte, in reliquas orbis partes fidei ac religionis diſciplina promanauit. Quàm turpe eſt igitur & quàm periculoſum eundem tanquam vitiata ſcaturigine, orbi reliquo ſi non hæreſeon, at certè impuritatis ac nequitiæ venena propinare? Narrat Poliænus ſtratage. libro 6. Amphictyones, cùm Cyrrham oppugnarent, aquæductum, qui eam vrbem copioſo latice influeret ac potaret, Eurylochi conſilio collecto ab anticyra elleboro infeciſſe, ſicque breui Cyrrhenſibus morbo diſſolutis vrbem cepiſſe. Eadem nunc quoque arte diabolus Eccleſiam oppugnat, vimque veneni dudum ægra membra teſtantur, virtuſque

Sacerdotes vt ſine crimine ſint exigitur, nõ tamen abſque omni peccato.

Nullibi periculoſius quàm Romæ peccatur.

Caſſiod.

Polianus.

Vitiato fonte mori omnibus imminet.

A vbique afflicta miſcrè: at nunquam deerit Deus, qui ſalutari antidoto eam ab interitu vendicet. Quòd ſi nos ipſos indignos cœleſti beneficio præſtiterimus, *Potens eſt Deus*, inquiebat Ioannes, *de lapidibus Abrahæ filios ſuſcitare*. Interim tamen vtinam inde ſcandala tollantur, vnde temporum noſtrorum correctio expectari debet. Nec de proſtibulis illis loquor toto orbe execratiſsimis, in quibus non vna Circe nobiliſsimos iuuenes lenociniis delinitos incantata potione in feras commutat, vnde illos poſtea, non quales ierant Catholicæ fidei rudimentis inſtructiſsimi, ſed corrupta mente ab omni pietate alieniſsimos, aut etiam hæreticos recipimus: etſi enim hoc imprimis optandum eſſet, plures tamen antea fruſtra conqueſti ſunt,

B & poſſent illi denuo ad patriam honeſtatem reuocati, ſi legitimos ſacerdotes haberemus: at nunc pro veris commendatarios, penſionarios: quo vtroque genere etiam hæretici apud nos Eccleſias palàm obtinent, ne quis in poſterum dubitet fuiſſe illud ſancti Spiritus inuentum vtiliſsimum: Briareos denique, Centauros, & Geryones, Chimeras item & ſeptem capitum monſtra ſuſtinemus, quæ an potius ad Eccleſiam, quàm ad Simonis ſectam pertineant, non ſatis compertum eſt. Liceat, oro, beatiſsime Pater, horum malè ſecuram conſcientiam ſalutari ſcrupulo interpellare. Sed non faciam, ne obtrectator potius, aut inuidus à nonnullis exiſtimer, quàm eorundem cenſor nequitię: Nihil autem prohibet, opinor, alienam referre ſententiam. Caietanus igitur Scholaſticorum ſui

C temporis facilè princeps, idemque Cardinalis, & Pontificiæ poteſtatis propugnator acerrimus: in 8. Act. q. 43. 2. 2. hæc ſcripta reliquit, quibus item Bannes non ignobilis Theologus in eundem locum ſubſcripſit. Nec Papa, nec aliquis prælatus eſt dominus Eccleſiæ, ſed Eccleſia ipſa eſt domina: quia donatores non donãt aut transferunt iura ſua in Papam aut prælatũ, ſed in Eccleſiam Romanam aut talem. Et propterea de prælatis dicitur in littera, quod tenẽtur de neceſsitate ſalutis ad conſeruationẽ bonorum Eccleſiæ. Nõ autem dicitur hoc de ipſa Eccleſia quæ eſt domina, quæ poteſt de ſuis diſponere vt domina. Nec putes propterea quod Papa habet plenitudinem poteſtatis Eccleſiaſticę, ob hoc poſsit de bonis Eccleſiæ diſponere, ſicut diſponit Eccleſia, quoniam plenitudo poteſtatis Eccleſiaſticæ ipſius Papæ intelligitur in

D ſpiritualibus tantùm. De temporalibus enim in ordine ad ſpiritualia poteſtatem habet. Hanc enim ſpiritualem poteſtatẽ dedit Chriſtus Petro Matthæi 16. *Claues regni cœlorum*. Claues regni cœlorum dicit, & non regni mundi huius: & ſpiritualem cibum mandauit dandum, Ioan. vltimo: *Paſce oues meas*. Vnde ita tenẽtur ad reſtitutionem, qui à Papa bona Eccleſiæ pro libito Papæ habuerunt, vt ditentur, exaltentur, & magnificentur: ſicut qui ab aliis pręlatis ſimilia Eccleſię bona acceperunt: omnis namq. donatio Eccleſiaſticæ rei, pietate vel neceſsitate vacua, nõ diſtributio, ſed diſsipatio eſt à diſpenſatore vſurpata. Hæc Bannes totidẽ verbis, quæ deſcripſi, in commẽtarium ſuum retulit. Porrò

Portenta ætatis noſtræ.

Caietanus.

Ius ſummi pontificis in bona temporalia Eccleſiæ.

Bannes.

Teneri ad reſtitutionẽ qui bona Eccleſiæ percepere aliter conceſſa ſibi quàm pietatis, aut neceſſitatis nomine.

Digitized by Google

A

illa ſunt, ob quæ potiſſimum de Dei ſacrificio detrahitur: nã dum ſacrarum qoidem cura negligitur, ſacrilegus autem quæſtus augetur in dies, Religioni plurimùm decedit. Nam primò quidem in pluribus diſſimulata licet, ſatis tamẽ manifeſta ſimoniæ labes apparet, quæ deinde efficit, ne ſine dubio legitimi ac veri ſacerdotes habeantur: quos tamen contra ne hiſcere quidem quiſquam audeat, ne imminutæ poteſtatis reus agatur, quoniam vtraque authoritas hæc flagitia ſancit. Etenim & motu proprio fieri quandoque dicuntur, & ad placitum noſtrũ referri. Atque de legibus quidem ipſis inſtitutóq; Commendatum, an pro legitimis habenda ſint non diſputo: ſed ſi vſum ſpectes, qui cenſetur eſſe legis interpretatio, qualis ſit noſtrum vnuſquiſque videt. Deinde verò etſi ſint plures, qui ſacerdntij gratiã antè ſortiti ſint quàm in ea crimina inciderent, poſtquam tamen id vitę genus ingreſſi ſunt; quod eſt Deo ingratiſſimum, ſatis, vt putãt, probabiliter verentur, ne eorum qnoque ſacrificium Deo gratum eſſe nõ poſſit. Accedit prærerea quòd cùm ſine intentione, ac certo cõſilio externum ſacerdotis miniſterium nihil in Sacramentis efficiat (vbique enim ex Euangelio myſtica operatio mentem animúmque requirit: nã & de auguſtiſſimo Sacramento dicitur, *Hoc facite*, & de alio item, *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis*: hæc verò, *facere, remittere*, ad imperium voluntatémque pertinent) & illi ita viuant, vt ſacrificare eos non expediat, nonnulli ſuſpicentur, ne forte deſit illis voluntas, quam neceſſariò poſtulat Sacramenti confectio, ac propterea ne fidem quidem ſacrificio adhibeant. Poſtremò etiam, de religione iſta quæſtio oritur; quî fieri poſſit vt veram eam habeant, quam tantoperè contemnunt. Quapropter & nonnullorum mẽtes non leuis quædam de fide ac religione dubitatio concuſſit. Atqui nihil horum nos in fraudem impellere debuit, aut à Dei cultu, Sacramentorúmque ſtudio & participatione auocare: neque enim viti improbitas, aut ſacerdotij vim imminuere, aut Sacramento gratiã abrogare poteſt, ſed manent vtraque ſalua atque integra, miniſtro licet moribus corruptiſſimo atq; perditiſſimo, ſi modo ſuum ordinem à vero Epiſcopo eſt conſecutus.

Quanta ſequantur incommoda ex illegitimis promotionibus.

B

Sacramentis non obeſt miniſtrantis iniquitas.

S. Iſidor. Peluſ.

Nam quòd ad Sacramenti efficientiam attinet, S. Iſidorus Peluſiota lib. 2. Epiſt. 37. ſic ait: Is qui initiatur, quãtum ad ſalutaria ſymbola ſpectat, ex improba ſacerdotis vita nullo damno afficitur, verùm ipſe prorſus atque omnino (aſſeuerationi quippe vti oportet) diuinis atq; omni dicendi facultate præſtantioribus beneficiis fruetur. Sacerdos autem grauiores vitæ ſuæ rationes ſubibit, tãtúſque ad ipſius pœnam atque cruciatum cumulus accedet, quantus prius in eum honor collatus eſt.

Iuo Carno.

Iuo etiam Carnotenſis Bernardo Abbati maioris monaſterij ſcribens, Epiſt. 57. plura in eam ſententiam teſtimonia congeſſit.

S. Auguſt.

B. inquit Aug. in lib. quæſtio. veteris teſtamenti ſic ait: Dictũ à Domino in Numeris ad Aaron. *Vos ponite nomen meum ſuper filios Iſrael, ego Deus benedicam eos:* Vt gratiam traditio per miniſterium ordinati transfundat hominibus: nec voluntas ſacerdotis obeſſe poſſit, aut prodeſſe, ſed meritum benedictionem poſcentis. Vnde idem Aug. in l. 3. de vnico baptiſmo. Aliud eſt nõ habere aliqiid, aliud non iure habere, vel illicitè vſurpare. Non ideo itaque non ſunt Sacramẽta Chriſti & Eccleſiæ, quia illis illicitè vtuntur nõ ſoli hæretici, ſed etiam omnes iniqui & impij; ſed illi corrigendi ſunt, aut puniendi, illa verò agnoſcenda & veneranda ſunt. Item in lib. contra Parmeniani Epiſtolam. Sicut redeunti non redditur, quod & foris habebat: ſic venienti nõ repetendũ eſt: quod foris acceperat. Vnde conſequenter intelligitur peruerſitatem hominum eſſe corrigẽdam: ſanctitatem autem Sacramentorum in nullo peruerſo eſſe violandã. Conſtat enim eam in peruerſis hominibus & ſceleratis, ſiue in eis qui intus ſunt, ſiue in eis qui foris, impollutam & inuiolabilem permanere, ſed in bonis ad præmium, in malis verò ad iudiciũ.

Anaſt. Papa

Vnde etiam Anaſtaſ. Papa Sacramenta, quæ Achatius condemnatus celebrauerat, rata eſſe confirmat ſcribens Anaſtaſio imperatori.

S. Auguſt.

Et Aug. contra ſcripta Petiliani: vt ſit quiſque verus ſacerdos, oportet vt non ſolùm Sacramento, ſed iuſtitia quoque induatur, ſicut ſcriptũ eſt: Sacerdotes tui induantur iuſtitiam. Qui autem ſolo Sacramento ſacerdos eſt, ſicut fuit Pontifex Caiphas perſecutor vnius & veriſſimi ſacerdotis, quãuis ipſe non ſit verax, quod dat tamen verum eſt, ſi non det ſuum, ſed Dei. Diuina Sacramenta talia ſunt vnicuique, qualis corde acceſſerit, ſicut dicit idem Auguſt. in dialogo contra Petilianum.

S. Auguſt.

C

Non ſcelere, non interdicto aboletur ordinis character.

S. Iſid. Pel.

Videamus autem & de ſacerdotij charactere quid ſentiat, num id peccati macula deleri poſſit. Sacerdotij, inquit in libro de bono coniugali, ordinem qui ſemel acceperint, non priuantur, licet aliqui pro aliquibus culpis ab officio remoueantur. Vberius ac fuſius S. Iſidorus Peluſiota libr. 2. Epiſt. 52. qui quoniam rem ipſam accuratè explicat totam referemus. Diuina quędam res eſt, inquit, ſacerdotium, rerum omnium præſtantiſſima. In illud autem ij omnium maximè contumelioſi ſunt, qui malè illud ac ſceleratè adminiſtrant. Quos etiam ſacerdotio fungi omnino non oportebat, ne ſtulti atque amentes homines, eorum qui improbè ac flagitioſè id muneris gerunt, crimina in ſacerdotium conuertere auderent.

Non ſacerdotio, ſed malis ſacerdotibus detrahendum.

D

Si quidem iis, qui contumelia illud afficiunt, omiſſis, culpam in illud conferunt: cùm cõtra ipſum vltionem conſequi par eſſet, vtpote ab impuris & ſceleſtis hominibus, quibúſque illud attingere nefas eſt, indignè ac petulanter exagitatum. Nam cùm in mundanis imperiis ac præfecturis aliud eſt ipſa res, aliud is, qui non vt cõuenit eam tractat, imperióq; ordinem ſuum ac dignitatem obtinente, is qui contumeliam ipſi intulit, extremo ſnpplicio afficitur, quidnam cauſæ eſt, quamobrem in ſacerdotio res confundunt, eorúmque, qui non, vt officij ratio poſtulat, illud adminiſtrant, ſcelera in illud conferre nituntur? Quamobrem deſinant ij, qui ob Euſebium, & Zoſimũ, & Palladium, & Maronẽ ſacerdotium patui pendunt, nec vindicem Dei gladium in ſe acuant: verũ illos quidẽ, ſi ſapienter ſe gerere non ſuſtinent, vt impios & execrãdos homines, ac pietatis & virtutis hoſtes inſectentur: ſacerdotium autẽ lan-

dibus efferant, & corona donẽt, vt quod omnibus, quæ cõgrua ſunt, tribuat. Illius enim opera & tegeneramur, & diuinorum myſteriorũ participes efficimur: quibus ſublatis nemo cœleſtia præmia cõſequi poteſt: quemadmodum ex ipſius veritatis oraculis ab omni mendacio alienis conſtat. Primò quidem his verbis vtentis: *Niſi quis regeneratus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non intrabit in regnum cœlorum:* Nunc autem, *Niſi quis manducauerit carnẽ meam, & biberit ſanguinem meum, non habebit partem mecũ.* Quocirca, ſi his remotis, ſempiternam ſedem conſequi non poſſumus: hęc autem non alia ratione quàm per ſacerdotium perficiuntur, quî tãdem fieri poteſt, vt non is, qui illud contemnit, contumeliam rebus dioinis inferat, animámque ipſe ſuam aſpernetur? Ac proinde, ne hæc contingant, ſacerdotium diuinam quandam eſſe tem exiſtimemus: eos autem, qui indignè illud oheunt, lachrymis proſequamur, nec eorum errata, ei cui vindicta debetur, adſcribamus. Hactenus S. Iſidorus.

Versvs 18.

Samuel autem miniſtrabat ante faciem Domini: puer accinctus ephod lineo.

Pueri olim puellæque inueſtes ſacrificantibus miniſtrabant. Pveros puelláſque nobiles apud Romanos inueſtes, id eſt pueros, donec pubertatis annos attigiſſent: puellas, donec nupſiſſent: in ſacris miniſtraſſe, pueros quidẽ flaminihus, puellas flaminicis multi auctores tradiderunt, & ex antiqua conſuetudine Camillos Camilláſq; vocatos: Quo monere, inquit Dionyſ. Halicarnaſſeus lib. 2. antiq. apud Hetruſcos, & antea apud Pelaſgos, in Euretũ & maiotum gentium Deorũ myſteriis fungebantur, qui ab iis *κάδμιλοι* dicti ſunt. Puer, inquit S. Iſidor. Hiſpalenſis xi. Orig. c. 2. dicitur à puritate, quia purus eſt, & necdum lanuginem florémque genarum habens. Tribus autem modis dicitur, pro natiuitate, vt Eſaias, *Puer datus eſt nobis:* pro ætate, vt octennis, decennis. Vnde eſt illud: Iam puerile iugum tenera ceruice regehat: pro obſequio & fidei puritate, vt Dominus ad Propbetam: *Puer meus es tu, noli timere:* Dum iam Ieremias longè puetitiæ exceſſiſſet annos. Hæc S. Iſidorus.

Dionyſ. Halicarn.

S. Iſid. Hiſp. *Puer tribus modis dicitur.*

S. Hieron. *Ephod duplex.* Ephod *lineo accinctus.*] S. Hieron. Epiſt. cxxx. ad Marcellam tom. 3. Ne te longiùs, inquit, traham, hanc habe ſententiam. Vbicumqoe in 70. interpretibus, hoc eſt in codicibus noſtris, *ἐπωμὶς*, id eſt ſoperhumerale legitur, in Hebræo ſcriptũ eſt ephod, quod ſupetius pallium ſignificat, quo tota ſacerdotalis protegatur ambitio. Pro lineo autẽ *Bad* ponitur, quod Hebraica linqua linum eſt: licet linum piſtha ſignificantius exprimatur. Quanquam non modo hoc libro, verùm etiam Exod. 28. & Daniel. 10. pro lino poſitum inuenimus. Propterea autem Samuel & 85. viri ſacerdotes cap. 22. *ephod bad* אֵפוֹד בָּד ephod lineum portaſſe referuntur: quoniam ſacerdos magnus ſolus habebat licentiam ephod, non lineo veſtiendi, verùm vt Scriptura commemorat, auro, hyacintho, purpura, cocco, byſſóque contexto. Ceteri habebant ephod, non

Bad. בַּד

A illa varietate diſtinctum, & duodecim lapidibus ornatum, qui in humero vtroque reſidebãt, ſed lineum, & ſimplex, & toto cãdore puriſſimum. Hæc S. Hieron. Chald. Paraph. habet Chardot byſſi: reliqui omnes conſentiunt præter 70. qui linum ſeu materiam ſacræ buius veſtis non notarunt, ſcilicet prout nunc legimus in codicihus noſtris, nam ita tranſtuliſſe 70. S. Hieron. non dubitat. Verumtamen nec lineum legiſſe videtur S. Theodoretus apud 70. cùm ex priuilegio videatur interprerari illum habitum induiſſe, qui ſoli ſacerdoti conceſſus eſt. Veriſimile eſt, inquit, quod Heli, cùm in eo florẽtem diuinam vidiſſet gratiam, eſſétque natus admirabiliter & B præter opinionem, & intus aleretur in tabernaculo, tanquam ſanctum, & Nazaręum, & à Deo petitum, hoc enim ſignificat nomen Samuel, etiam admodum iuuenem eo honore impertiiſſe. Hæc S. Theodoretus. Arbitror autem id veſtimenti genus, quod humeros pectúſque conſtringeret, eſſétque ex lino confectum, obſequium & laborem cum innocentia vitæ coniunctum, qualia Dei miniſtrum decent, ſignificare poſſe. Plura de linea veſte cap. 22. verſ. 18. referemus.

70. Interpretes.

S. Theodoretus.

Tropologia.

Versvs 19.

Et tunicam paruam faciebat ei mater ſua, C quam afferebat ſtatutis diebus, aſcendens cum viro ſuo, vt immolaret hoſtiam ſolemnem.

Vermilius. Sive diploidem puſillam, vt interpretatur S. Hieron. Hebraicè, inquit Vermilius ſcribitur מְעִיל קָטֹן *meghil Katon*, nimirum, vt ea poſſet vti ſub ephod lineo. Parua fuiſſe dicitur habita ſtaturæ puerilis ratione: alioqui talaris erat: eaque ornabatur in feſtis ſolemnioribus, & idcirco mater dicitur, illam ad eum attuliſſe annuatim, hoc eſt, certis & ſtatutis temporibus, cùm aſcẽderet vnà cum viro ad immolandum. Hoc loco pietatem Annæ attendemus, quæ licet filium ſuum Domino conſeçraſſet, tamen curam eius minimè abiecit. Longè aliter nonnulli faciũt, qui vbi filios ſuos miniſterio ſacro ſemel dicarunt, eos putant ad ſe nihil amplius D pertinere. Sic agendo pia mater addebat animũ puero Samueli, vt in inſtituto alacriter pergeret, non tam ipſo munere, quàm quod eũ verbis etiam, vt eſt veriſimile, ad pium Dei cultũ hortabatur. Dauid Kimbi Annam putat hanc veſtẽ non reliquiſſe apud Samuelem, ſed illam ſecum retuliſſe quotannis, vt ea puer in ſacris & ſolennibus diebus vteretur. Sed mihi non videntur hæc veriſimiliter dici. Nam cùm puer in annos ſingulos adoleſceret, non potuit illi vna veſtis perpetuò conuenire: togula enim quæ apta eſt puero, adoleſcẽti aut iuueni minimè conuenit. Hæc pietas parentum Heli ſacerdoti vehementer probabatur, & præſertim quod eos videret ſemper adeſſe ad diem ſacrum, & idcirco illis precatus eſt etiam aliam ſobolem. Hæc Vermilius.

R. Kimhi.

Digitized by Google

A PARVAM *tunicam faciebat.*] Agnoſce fortem illam mulierem, quam miris in cœlum laudibus effert Salomon, Prouerb. c. 31. de qua, inter cætera eius præconia, illud etiam commemorandum cēſuit, quòd lanam & linum ipſa quæſiuerit, & operata ſit conſilio manuum ſuarum.

Salomon. *Lana opus ſapientis mulieris conuenit.*

Homerus. Homerus Poëtarum ſapientiſſimus habitus, in palatio viri ſui Helenam textrino operi operam dantem inducit, ſicque ſæpius repertam ab hoſpitibus, non quidem vt famam gratiamve captaret; ſed quia domi ita fuiſſet educata & aſſuefacta. Thelemachum verò Vlyſſis filium cū eadem peplo donaret, inquit, munus, ô chare fili, hoc tibi do, monumētum manuum Helenes, quod geſtandum vxori trades nuptiarum, quas tu vehementer exoptas, tempore.

Athenæus. Refert cùm aliis pluribus Athenæus lib. 5. Dipnoſoph. B Nubentes apud Romanos colus compta cum fuſo & ſtamine comitabatut; Cuius moris, inquit

Briſſonius. Briſſonius de ritu nuptiarum, grauiſſima duo

Plutarchus. teſtimonia affetam. Vnum ex Plutarcho, *ἐν αἰτίοις τῶν ῥωμαϊκῶν*, ait, *εἰσάγοντες τὰς νύμφας ἀποστρωννύουσι· αὐτὴ δὲ εἰσφέρει μὲ ἠλακάτην, καὶ τὸ ἄτρακτον*: alterum ex

Sponſam introducentes, pellam lanatam ſubſternunt: ipſa verò colum cum fuſo defert.

Plinius. Plinio, apud quem lib. 8. naturalis hiſtor. c. 48. ita eſt. Lanam cum colo & fuſo Tanaquil, quæ eadem Cæcilia vocata eſt, in templo ſangi duraſſe prodente ſe author eſt Marcus Varro, factámq; ab ea togam regiam vndulatam in æde Fortunæ, qua Seruius Tullus fuerat vſus. Inde factum, vt nubentes virgines comitaretur colus compta, cum fuſo & ſtamine. Item ingreſſa in

Sextus Pomp. pelle lanata, quemadmodum à Sexto Pompeio C traditur, noua nupta ſtatuebatur, vel propter morem vetuſtum, quo antiquitus homines pellibus erant induti, vel quo teſtaratur ſe lanificij officium viro præſtaturam. Sunt qui & Talaſſij acclamationem ſolennem in nuptiis, non ad illum Romuli ducem, ſed lanificium referant. Qua in ſententia Varronem fuiſſe teſtatur Sextus Pompeius, Talaſſionem, inquiens, Varro ait ſignum eſſe lanificij. Talaſſionam enim vocabant quaſillum, qui alio modo appellatur calathus: vas vtique lanificiis aptum. Et hanc Plutarchus decātati in nuptiis Talaſſionis primam cauſam reddit, *ἐν αἰτίοις*: in fœdere certè inter Romanos & Sabinos percuſſo, lex hæc atque conditio dicta eſt, vt volentes nuptæ apud viros D quibus coniunctæ erant, manerent, omniū operum ac munerum vacationem præterquam la-

Plutarchus. nificij habituræ, vt eſt à Plutar. in Romulo pro-

Theocritus ditum. Theocritus quoque Græcus Poëta Eidyllio 39. cū mirificis ornaret colum ebuneam encomiis, quam hoſpitis ſuæ coniugi dono daturus erat, ſumma arte oſtēdit eam ad ſapientis mulieris ſupellectilem pertinere, & eſſe præcipuum mulieris induſtriæ inſtrumentum.

O colus, amica, inquit, *lanificij, donum glaucę Mineruæ,*
Matronarum mens, quæ domum augent, tui eſt compos:
Sequere nos confidenter in illuſtrem vrbem Neilei,
Vt hoſpitem meum oblectem videns, & viciſſim oblecter
Niciam, Gratiarum ſuaue loquentium ſacram ſtirpem,
A *Teque ex elaborato ebore factam*
Munus in coniugis Nicię manus præbebimus.
Cum ea multa opera perficies, ad viriles veſtes pertinentia:
Multa & ad braccas quas mulieres gerunt, aquatiles.
Bis enim matres agnorum, mollem in paſcuis lanam
Tondentur eodem anno propter Theugenidem pulchris talis.
Sic illa operoſa eſt, amatque ea quæ amant matronæ ſapientes.
Neque enim in ignauam, aut otioſam decreui
Dare domum, exiſtentem ex noſtra terra.
Habitabis in Mileto amabili inter Ionas,
Vt pulchram colum habens Theugenis ſit inter po-
B *pulares.*

Colus encomium.

Talem igitur Græci, talem & Romani, qualis Anna fuit, ſapientem mulierem pronuntiarunt. At verò Perſicæ otio deditæ, quæ colum & lanificij ſtudium contempſerunt, nequaquam fuerunt cum aliis mulieribus virtute ac ſapientia comparandæ. Narrat Curtius lib. 5. Alexandrum forte Macedonicas veſtes, multámque purpuram dono ex Macedonia ſibi miſſam, cū iis, qui eam confecerant, tradi Syſigambi Darij matri iuſſiſſe: omni namque honore eam, & filij quoque pietate proſequebatur: admoneri etiam præcepiſſe, vt ſi cordi quoque veſtis eſſet, conficere eam neptes ſuas aſſuefaceret, donóque doceret dare. At verò ad hanc vocem, inquit, obortæ lachrymæ prodidere animum C aſpernantis id munus: quippe non aliud magis in contumeliam Perſarum fœminæ accipiunt, quam admouere lanæ manus. Nuntiauit igitur qui dona tulerant, triſtem eſſe Syſigambim: dignáque res excuſatione & conſolatione viſa. Ipſe ergo peruenit ad eam, Et: mater, inquit, hanc veſtem qua indutus ſum, ſororum non ſolum donum, ſed etiam opus vides: noſtri decepere me mores. Caue obſecro in contumeliam accipias orationem meam. Hæc ille. Curtius.

Otium mulieri nocet.

Quid igitur illa faciet interim dum à lanificij opere vacabit? Num illi Rempublicam gerendam committemus? Num Prouincias regendas mandabimus? Num iudicia exercēda aliaſve fori contentiones? An forte pulſo ex academia Platone, D atque Ariſtotele Philoſophiam, aliáſque liberales diſciplinas docēre audiemus? totos dies nimirum torpebit otio malè cogitans, aut certè choros docet, aut talis diem ducet & alea, aut viro negotium faceſſet, totáque familia tragædias excitabit. Iam verò quis tantus flos caſtitatis eſſe poſſit, qui non tandem otio marceſcat?

Ouidius. Ouidius certè, cùm duarum mulierum mores diuerſiſſimos deſcribere vellet, & alterius quidem, id eſt Lucretiæ, caſtitatem commendare, alterius, id eſt Sexti Tarquinij coniugis, impudicitiam accuſare, alteram lanificio operam dantem, alteram otio vacantem, genióque indulgentem depinxit. Nam cùm de exploranda vtraque inter coniuges conueniſſet, móxque relictis caſtris inopinatò aduenissent:

Faſtor. 2. *Ecce nurum regis,* inquit, *fuſis per colla corollis*
Inueniunt poſito peruigilare mero.

Ioan ſapientis fœmina.

Inde cito paſſu petitur Lucretia: cuius
Ante thorum calathi, lanáque mollis erat.
Lumen ad exiguum famulæ data penſa trahebant:
Inter quas tenui ſic ait illa ſono:
Mittenda eſt domino, nunc nunc properate puellæ
Quamprimum noſtra facta lacerna manu.

His ille coloribus caſtiſſimæ fœminę vitę ratio-
nem atque inſtitutum expreſſit. Talis ſcilicet
ſeruare nouit illibatum pudorem. Opere nam-
que plurimùm occupata, neque vllis vitiorum
illecebris capi poterit, neque vllo verborum le-
nocinio tentari aures ſuas patietur. At quæ in
multam lucem ſtertit, deinde diei partem maxi-
mam in cultu corporis, atq; ipſo flore pulchri-
tudinis exornando conſumit, neque aliis dein-
ceps quàm ſerendis ſermonibus vacat cum illo
genere hominum, qui pariter otium ſectantur: B
Et, aut ipſa tāquam imago aliqua in ædicula ſua
poſita domi viſitur, aut alias ipſa inuiſit, cōpto
capillo, & vultu ad laſciuiam cōpoſito, toto de-
niq; ornatu meretricio conſpicua: quî fieri poſ-
ſit, vt cū illa tot machinis ſuam pudicitiam ex-
pugnet, ſeruare velle videatur? Quare ſapienter
Auguſtus, adhuc in ipſo principatu antiquum
obtinens, filiam, & neptes ita inſtituit, vt etiam
lanificio aſſuefaceret: vetarétq; loqui, aut agere
quicquam, niſi propalam, & quod in diurnos
commentarios referretur. Author Suetonius in
eius vita c. 64. Sed & otij præterea non minus
Otij non minus quàm negotij ratio reddenda eſt.
quàm negotij ratio reddenda eſt. Neque enim
quenquā fas eſt aut decet, mercedem, quæ ope-
rariis debetur, expetere, niſi prius cū illis domi-
nicæ vineæ operam impenderit. Nouerint igi- C
tur Chriſtianæ fœminæ, ſe ſuæ ſectæ placitis ad
opus obligari, ſocordiam atque inertiam eſſe
prohibitam.

Parvam, inquit, *tunicam.*] Cyri pueri de ma-
gna & parua tunica iudicium, niſi fortè moleſtū
eſt, animi gratia referam. Sic igitur ille narrabat
Xenoph.
auo Aſtyagi Regi Medorum apud Xenoph.
lib. 1. Cyropæd. Cùm eſſem, inquit, inter æqua-
les iudex à magiſtro conſtitutus, puer magnus
corpore, cui parua eſſet tunica, alterum paruum
puerum qui tunicam haberet magnam exuerat,
ſuáque illum tunica induerat, illius tunica ſe in-
duto. Ego igitur horum cauſa audita, iudicaui
Non ſemper quod cuique melius idem etiam iuſtius eſt.
eſſe melius ambobus, vt aptam vterque habe-
ret tunicam. Itaque hac in re magiſter me per-
cuſſit, inquiens: Si de conuenientia eſſem iudex,
ita iudicare oportere: cùm verò iudicādum fue- D
rit, vtrius ſit tunica, hoc ita cōſiderandum eſſe:
quæ poſſeſſio eſt iuſta? Vtrum habere is debet,
qui vi tunicam abſtulit, an hic poſſidere, qui vel
fecit, vel emit?

Qua parte autem Vermilius religioſorum
patrocinium ſuſcepiſſe videri voluit, de paren-
tum in nos duritudine conqueſtus, quos, vt pri-
mùm vident diuinis obſequiis mancipatos tan-
quam alienos deſpiciunt: ita vt non immeritò
iis adſcribi poſſit, quod Scriptura de ſtruthioca-
melo teſtatur, Iob. c. 39. nimirū, durari ad filios
Parentum alienatio vt contemptus religioſis non inutilis.
ſuos, quaſi nō ſuos: dicit gratia ſportulam à no-
bis non auferet: illorum namque contemptio,
beatitudo noſtra eſt. Neque enim aliter eorun-
dem perfectæ licet obliuiſci, quàm ſi illi quoq;
noſtrum in Deum amorem ſuo contemptū au-
geant. Nobis enim cum illis tanta natura at-
que officiis conſtituta neceſſitudo eſt, tantúm-
que diuturna cōſuetudine familiaritatéque ani-
mis inoleuit, vt non aliàs commodius, quàm
eorum contemptu atque iniuria aboleri queat.
Quòd ſi ſenſum illum diligendi, & charitatis
beneuolentiam, quę à natura gignitur, circa nos
perpetuò conſeruare ſtudeant, mores noſtros
ea dulcedine corruptelâque deprauabūt. Quo-
circa prudenter beatus Pater Benedictus, cùm S. Benedict.
de recipiendis nobilium filiis in ſuum ordinem
legem ſcriberet, ait: De rebus autem ſuis hoc in
præſenti petitione parentes promittant ſub iu-
reiurando: quia nunquam per ſe, nunquam
per ſuffectam perſonam, nec quolibet modo,
ei, qui offertur, aliquando aliquid dent, aut
B tribuant occaſionem habendi; vel certè ſi hoc
facere noluerint, & aliquid offerre voluerint in
eleemoſynam monaſterio, pro mercede ſua:
faciant ex rebus quas dare volunt, monaſterio
donationē, reſeruato ſibi (ſi ita voluerint) vſu-
fructu. Atque ita omnia obſtruantur, vt nulla
ſuſpicio remaneat puero, per quam deceptus
(quod abſit) perire poſſit, quod experimento
didicimus. Hæc ille Monachorum pater, qui
probè nouerat quàm ſit arduum ac difficile ne-
quiſſimi illius veteratoris inſidias euitare, cui
nomina mille, mille nocendi artes. Hiſtoriam
vnam exempli cauſa noſtris hominibus com-
memorabo, quæ licet conficta videri poſſit,
quòd nullum tanti ſceleris veſtigium noſtra
C ætate apud nos extet, veram tamen idcirco eſſe
credidi, quoniam huiuſce mihi narrationis au-
ctor eſt, qui non ab alio auditam, ſed à ſe viſam
referret; & dignus vtique, cui crederetur, eſt
habitus. Is fuit venerabilis quidam ſenex, tùm,
opinor, ſeptuagenarius, aut etiam eo maior, nec
minus virtutibus quàm ætate prouectus; à quo,
cùm cœleſtis philoſophiæ rudimentis adole-
ſcentiam noſtram excoleret, nóſque tyruncu-
los exerceret: aliquando inter cætera ſenilis
prudētiæ monita factum illud ad hunc modum
inculcatum memini. Eia agite filij, doctrinæ
meæ ab exemplo experimentum capite. Hunc
enim eundem ſacrum ordinem, quem vos ex-
petitis, forſan olim pari vobiſcum ſtudio duo
fratres complexi ſunt, vrbe regia, non obſcu-
ro loco nati. Sed cùm illi inſtituti ſui diſcipli-
nam minus quàm oportuit anxiè ac ſolicitè
D obſeruarent, penſionem annuam nummo-
rum aureorum quinquaginta, ſeparatim vter-
que, id eſt centum ſimul à parentibus ſuis
oblatam, ratam acceptámque habuerunt. Sed
cùm tanti ſceleris conſcientia torqueren-
tur, ſeque Deum fallere poſſe deſperarent,
primùm hac ratione fraudem apud ſe excuſa-
bant, quod accepta poſſent in communem vti-
litatem conferri, nec propterea quicquam ſan-
ctæ paupertatis voto deceſſum iri videretur.
Hanc enim legem à beato Patre noſtro latam,
vos quoque, cùm regulam interpretaremur,
nuper audiſtis: nimirum, poſſe nos quaſcun-
que eleemoſynas, ſiue annuas, ſiue perpe-
tuas, oblatas Ordini, conſeruare. Verùm illi
forſitan nonnihil animo ab eo abhorrebant:
deinde, vt eſſent ad conferendum in commune

paratiſſimi, omnino tamen peccauerant, ſeor- A
ſim proprio nomini aliquid aſcribi ſinentes.
Quod vbi ſenſit impurus dæmon, iuuenum labare
conſilium, qui ſibi iam olim conſtare debuerant:
auſus eſt ad deteriora hortari, ſperans
iiſdem machinis inclinatos labefactari poſſe,
quibus antea ſtantes perculerat. Primùm igitur
partem eius pecuniæ modicam, velut à parentibus
oblatam, in publica commoda erogare
cœperunt; partem in res minimè neceſſarias
ægrè ferente ſuperiore impendere: poſtremò
etiam totã ſubducere, ac pro ſua libidine abuti.
Arbitror tamen ab iis, quæ vulgò turpia atque
inhoneſta ducuntur, populique ſcandalo abſtinuiſſe.
At præterea memores eſſe debuerant,
vel eo maximè in Deum peccare, quòd ea vſur- B
parent, quibos ſibi voto interdixerant. Itaque
tandem aliqoando deprehenſi atque conuicti,
poſt tentata ſæpius admonitionum remedia,
cùm nihil proficerent, cenſuris in eos animaduerſum
eſt. Verùm illi tantiſper dum abſolutionis
beneficium impetrarent, penſione quidem
illa, ſed non ſcelere abſtinebant. Differebatur
enim in annum ſequentem dicti canonis
perſolotio, quod nec conuentum latuit. Cùm
itaque iam fratrum nemo eſſet, qui eos oculis
non fugeret, auribus reſpueret, animo aſpernaretur,
cogitatione denique ipſa ſacrilegij perhorreſceret,
& fruſtra tempus teri ſuperiores
intelligerent, exulare coguntur, ſi quidem illud
verè exilium dicendum eſt, cùm ob flagitij magnitudinem,
& non ob communis boni reſpectum,
procul à ſuis eiiccrentur. Eorum alter
contumeliæ impatiens, quam ipſe ſibi accerſiuerat,
profugus ac deſertor ordinis miſerè pe- C
riit. Alter, vim ſibi faciens, quò iuſſus erat cõtendit.
Quàm verò infelicem atque horrendũ
vitæ exitum conſecutus ſit, paucis explicabo.
Nam cùm eſſem à Reuerendo Patre generali
ad noſtros allegatus, & Prouinciam luſtrarẽ,
eundem illum Gratianopoli reperi, non ætate
modò; ſed etiam ſcelerum conſcientia confectum.
Eiuſdem, cùm optaſſet, confeſſionem
audiui. Admonitus à me ſpes ſuas omnes in
Deo collocaret, ingemuit: Et vtique manum
eius ſupra modum grauem ſentio, ait. Et cùm
non multò poſt nonnihil ageret in ipſo choro,
me præſente, de quo ſuſpicari poſſem aliquantulum
mente excidiſſe, admonui, recederet.
Paruit, abſceſſit: at quò tandem miſer? horreſco
referens: dicam tamen, nam vtile vobis
fuerit, opinor, eam cogitationem alta mente
reponere; ne qua vnquam, filij veſtræ ſynceritatis
immaculatum candorem vel leuiſsima
proprietatis labecula inficiat. Domus illa mo- D
dico amne alluitur, qui hortis noſtris pro muro
eſt. Illum igitur ſine rate tranſmiſit, & vicinos
montes impos animi, iudiciique expers, per alta
decliuia, perque inuias rupes conatus aſcendere:
ſiue unde ſe præcipitem dederit, quod nõ
auſim aſſerere: ſiue potius, cùm arduum iter
tentaſſet, diutius cum difficultatibus colluctatus,
tandem defectis viribus corruerit: poſt tertium
denique diem, fortè inuento à paſtoribus
cadauere, triſtiſſimũ funeſtiſſimæ mortis nuntium
accepimus. Filij mei, quid animæ conti-

A gerit, quamve illa ſortem adepta ſit, etiam
nunc latet. At non latet, vt arbitror, ſaltem
temporali illo ſupplicio atque infamia religioſi
hominis proprietatem eſſe vindicatam, quò
nos religioſius in benè cæpto propoſito conſtantiuſque
permanere doceremur.

VERSVS 20.

Et benedixit Heli Elcanæ & vxori eius: dixitque ei: Reddat tibi Dominus ſemen de muliere hac, pro fœnore quod commodaſti Domino. Et abierunt in locum ſuum. B

EX ſimilibus loquendi formulis etiam apud
Gentiles vſitatis, probat Tertullianus ethnicos
naturæ teſtimonio de Dei vnitate conuinci,
ac redargui. Adfert verò plures in medium.
Quod Deus dederit; ſi Deos voluerit;
Deus bonus eſt; Deus benefacit; benedicat te
Deus; Deus videt omnia; Deo commendo;
Deus reddet; Deus inter nos iudicabit. His, inquit,
manifeſtè Deum vnicum & ſolum confitentur.
Vocat autem Tertullianus benedictionem
illam, *benedicat te Deus*, inter nos ſummum
diſciplinæ & conuerſationis Sacramentum.
quod fortaſsis perinde accipiendum eſt,
ac ſi illud, ſummom quemadmodum & ſupremum,
pro poſtremo ſeu vltimo accipiatur: ita
vt eſſet, quantum ad conuerſationem attinet,

Tertullianus libro de teſtimonio animæ cap. 2. benedictio.

C vale abſcedentiom, non aliter quàm teſtatur
S. Auguſtinus, *Deo gratias*, fuiſſe ſalutandi formulam
apud Chriſtianos ſuorum temporum
celeberrimam. Diſciplinæ verò nomine, non
modò Chriſtianam doctrinam & mores denotat,
quæ cùm à charitate incipiant, vtique benedictionibus
perficiuntur: verùm etiam precandi
ritus Eccleſiaſticos, quorum vltimus actus
vota, & preces conuenientium ſacerdotali
benedictione tanquam ſigillo quodam obſignabat.
Poſt orationem, inquit Auguſt. ſurreximus,
& accepta ab Epiſcopo benedictione
diſceſsimus, lib. 22. de ciuitate Dei cap. 8.

S. Auguſt.

S. Auguſt.

Porrò non ſemper eodem ſenſu accipi debere
nomen benedictionis, cùm alibi, tum in
hoc vno libro docet diuerſiſsima tum rerum,
tum perſonarum conditio, quibus attribuitur.
Nam hoc quidem cap. Elcana cum vxore ſoa
ab Heli benedicuntur: hoſtiæ verò à Samoel
cap. 9. Deus à Dauid cap. 25. Deinde ad modũ
D optantis benedicit Heli parentibus Samuelis:
Dauid Deo ad modum congratulantis: Saül
Dauidi ca. 26. ad modum confitentis & agnoſcentis,
quòd antea iniuſtè oppugnarat. Inuenio
& aliud diſcrimen: nam eodem cap. 25. Dauid
benedicit Nabal, & domui eius, per verbũ
optantis in futurum: Abigail verò per verbum
aſſerentis de præſenti, vel præterito. Poſtremò
Abigail cap. eodem 25. dona quæ attulerat, &
offerebat Dauidi benedictionem vocat, & Dauid
item cap. 30. partem prædæ, quam ſenioribus
Iuda pro munere miſerat: reliquæ verò

Multiplex vſus huius dictionis benedictio.

benedictiones ſolo animi voto complentur. A Verùm de alijs vbi opus erit ſuo loco, nunc de illa quæ optantis eſt. Talis cenſenda eſt, quæ præcedenti capite verſu 17. continetur: Vade, ait Heli Annæ, in pace: & Deus Iſraël det tibi petitionem tuam, quam rogaſti eum. Talis & præſentis capitis: talis & quam præſcripſit Dauid pueris ſuis, quos ad Nabal miſerat, cap. 25. verſu 6. Videtur autem Tertullianus ad religionem referre eiuſmodi benedicendi formulam, *Benedicat te Deus*: ſed ad quẽ ex tot religionis actibus pertineat, nõ ita facile eſt agnoſcere. Non enim eſt de numero interiorum actuũ, illi enim ſunt deuotio & oratio: ſed neque exteriorum: nam adoratio dici non poteſt, qua quis ſuum corpus, vt explicat Diuus Thomas, B ad venerandum Deum exhibet: non ſacrificiũ etiam eſt, non primitiarum oblatio, decimarum perſolutio, non denique votum: quibus omnibus, aut de rebus noſtris aliquid Deo exhibemus, aut promittimus, ſed neque inter exteriores latriæ actus connumerari poteſt, quibus diuinum quippiam ab hominibus aſſumitur: qualis nimirum Sacramenti ſuſceptio, vel quale iuramentum eſt, aut adiuratio, aut diuini nominis inuocatio, quæ vel per orationem vocalem perficitur, vel per laudem: Nam horum nihil eſt: quid eſt igitur? Fortaſſis ille quoque actus benedictionis poterit reliquis adiungi, quo quis alteri benè optat in nomine Domini: ſeu quo quis Dei nomen in alterius gratiam vſurpat cum ea precatione, vt aliquid ei fauſtè, C feliciter proſperéque eueniat. Niſi quis forte malit cum oratione confundere, quomodo feciſſe videtur S. Auguſt. quem poſtea referam, & ſcripturæ ſacræ Numer. 6. & 3. Regum capite octauo verſu 55. & proximè ſequentibus. Nam hîc certè iſtud benedicere, non Atticè dicere, aut ſcienter, & peritè, ornatéque dicere ſignificat, quemadmodum definit Cicero: ſed neque etiam laude afficere, qua ſignificatione Valla putat plerumque in ſcripturis vſurpari: quanquam, vt obiter dicam, in Latinis authoribus non temerè eo ſenſu reperias, vna dictione. Nam Cicero ſemel duntaxat vſus eſt, & quidem ſeparata dictione, ſcribens in oratione pro Sextio, cui benè dixit vnquam bono? Cæterùm quocumque tandem loco inter religionis actus benedictionem referri placuerit, benedictio parentum, ac principum, potiſſimùm verò ſacerdotum maximi ſemper eſt habita. Hanc ſi- D quidem & Deus inſtituit, & ſe ratam habiturũ olim pollicitus eſt. Benedictionis namque & formulam, & inſtitutũ, vimque illi à Deo promiſſam tradente Moyſe Numerorum ſexto legimus, vt benè etiam notauit ſanctus Iſidorus cap. 17. lib. 1. diuinorum officiorum. Locutuſque eſt Dominus, ait Scriptura, ad Moyſen dicens: Loquere Aaron & filiis eius: Sic benedicetis filiis Iſraël, & dicetis eis: Benedicat tibi Dominus, & cuſtodiat te. Oſtendat Dominus faciem ſuam tibi, & miſereatur tui. Conuertat Dominus vultum ſuũ ad te, & det tibi pacem. Inuocabúntque nomen meũ ſuper filios Iſraël, & ego benedicam eis. Quem morem vt à Deo traditum, nec ad typos & legis vmbras pertinentem, ſed tanquam ius aliquod cum ſacerdotio connexum, ſancta mater Eccleſia ſedulò complexa eſt, chariſſimos filios ſuos, ſeu potiùs Dei, aſſidua ſacerdotũ benedictione tanquam rore cæleſti refouens & recreans. Hæreticorũ autem, qui illi ſanctiſsimæ conſuetudini obtrectare auſi ſunt, calumnias, non aliter quàm latratus canum contempſit, quod teſtatur Auguſt. vnà cum reliquis Patribus Concilij Carthaginenſis epiſtola ad Innocentium Papam, quæ eſt 90. tomo 2. inter eiuſdem Auguſtini epiſtolas. Sic enim ait: Contradicitur etiam iſtorum (Pelagianorum) contentione benedictionibus noſtris, vt incaſſum ſuper populum dicere videamur, quicquid eis à Domino precamur, vt rectè ac piè viuendo illi placeant: & illa quæ pro fidelibus precatur Apoſtolus dicens, Flecto genua mea ad Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, ex quo omnis paternitas in cælo & in terra nominatur, vt det vobis ſecundũ diuitias gloriæ ſuæ virtute corroborari per ſpiritum eius. Si ergo voluerimus benedicendo ſuper populum dicere, Da illis Domine virtute corroborari per Spiritum tuum: iſtorum nobis diſputatio contradicit. Hactenus ex illa epiſtola. Porrò cùm illa Pelagianorum contradictio, inter cæteros eorundem hæreticorũ errores numeretur, nemini dubium eſſe poteſt, quin Synodus ſua authoritate ac decretis antiquam illam, tótque iam ſæculis vſu receptam atque comprobatam benedicendi conſuetudinem, retinendam etiam in poſterum ſeruandámque cenſuerit.

Benedictio quis actus Religionis.

S. Thomas.

Cicero.

Valla.

Benedicendi ritus à Deo imperatus.

S. Iſidor. Hiſpal.

Pelagiani benedictiones reprobabant.

Concilium Carthagin.

P r o *fœnore hoc quod commodaſti Domino.*] Vides vt fœnus vocet, quicquid Domino tribuitur, nec id temerè dictum experientia poſtmodum comprobauit: nam plures illa filios ſuſcepit. In nouo teſtamento centuplum, inquit Chriſtus, accipiet, & vitam æternam poſſidebit. Neque enim Deus donis noſtris indiget; ſed vult ad noua beneficia prouocari eorũ oblatione, quæ priùs contulerat. Commodare autem vocat, quia ea conditione Deus recipit, vt poſtea reddat cumulatius, nihil poſſeſſori deperit, non minuitur, aut transfertur.

Versvs 21.

Viſitauit ergo Dominus Annam, & concepit, & peperit tres filios, & duas filias: & magnificatus eſt puer Samuel apud Dominum.

Scilicet illa Dominum quæſiuerat. Nam *qui quærit, inuenit.* Et, *Si quis*, ait, *diligit me, ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus.* Cæterùm non ſine fructu tanti hoſpitis præſentia quiſquam fruitur: ſed, quemadmodum nos aquarum inductionibus terris fœcunditatem damus: ita & ille ſua gratia vtero quondam ſterili, vberem prolis ſegetem contulit. En igitur illum fauoris prouentum. Nam fœnus eſſe quis neget? Nec enim ſi tuam ob cauſam, Tullius ait, cuiquam commodes, bene-

Quod Anna ſe accommodare Deo dixerat, ſacerdos vocat fœnerari.

Cicero.

ficium illud habendum eſt, ſed fœneratio. Habes hîc, certiſsimam, dicamne, vt ait, commodati, ſeu mutui, an potiùs depoſiti fidem. Nam quis illud quenquam mutuò accepiſſe dicat, ex quo nulla ad eum emolumenti ratio perueniat, ſed tota ſit tribuentis vtilitas? Soluit tamen quicquid à mutuo, & fauore quæſtus, aut commodi ſperari poteſt. Nam idem multiplicato tamen numero reſtituitur. Verùm illud quoque non ſegniter aduertendum eſt, quòd principes viri, aut iam reges, tametſi parentibus poſſint pro conceſſis ſibi filiis honores, pecunias, & opes largiri, liberos tamen alios nequaquam reponere poſſunt: ſed ſolus eſt Deus, qui parem gratiam referre valet, nouámque prolem excitare atque ſufficere. Poſtremò mihi videtur poſt oblatum Deo bonæ voluntatis pactum, qui *Samuel* appellatus eſt, non incongruè ſequi, vt quinque alios religioſa mulier conſequeretur, quì ad ſenſuum quinque fælicitatem ſpectant: illi namque, ſi voluntatem Deo dedicauerimus, non erunt inutiles, nec propria carebunt ſobole meritorum. Apparent autem ſenſus illi tres, viſus, auditus, & olfactus viriliores: reliqui duo guſtus & tactus, quos ſolus obiectarum rerum complexus excitat, ad fœmineam ſortem magis accedere videntur.

Verè fænerantur Domino.

Tropologia.

E T *magnificatus eſt puer Samuel.*] Nimirum, illius innocentia ac puritate, cum ſacerdotum petulantia atque impietate comparata. Contraria ſiquidem iuxta ſe poſita magis elucesc*û*t: vel vt ſimplicius interpretemur, maior in dies euadebat ſeu adoleſcebat.

V E R S V S 22.

Heli autem erat ſenex valdè, & audiuit omnia quæ faciebant filij ſui vniuerſo Iſraëli: & quomodo dormiebant cum mulieribus, quæ obſeruabăt ad oſtium tabernaculi.

SENEX valdè, cùm annum non amplius 88. ageret. Tam breui curriculo iam tum ad metas hominum vita perueniebat, cùm apud antiquiores, vix infra nongentorum annorum ſpatium, & quod excurrit, finiretur. Quod tametſi priſcis illis ethnicis incredibile nec vlla fide digna viſum eſt, certa tamen ratione conſtat. Nam Plinius quidem de annorum diuerſitate diſſerens, lib. 7. cap. 48. eas rationes protulit, quibus ad negandum moueretur. Alij, inquit, annum æſtate vnum determinabant, & alterum hyeme: alij quadripartitis temporibus, ſicut Arcades quorum anni trimeſtres ſunt: quidam Lunæ ſenio, vt Ægyptij: itaque apud eos aliqui & ſingula millia annorũ vixiſſe produntur. Hæc ille: At Lactantius libro 2. ca. 13. Varronem argumentantem, cor putarẽtur antiqui mille annos victitaſſe, & ratione Ægyptiorum vtentem reprehendit ad hunc modum. Ait apud Ægyptios pro annis menſes haberi, vt non ſolis per 12. ſigna circuitus faciat annum, ſed luna, quæ orbem ſigniferum triginta dierum ſpatio illuſtrat: quod argumentum perſpicuè falſum eſt. Nemo enim tunc milleſimum annum tranſgreſſus eſt. Nunc verò, qui ad centeſimum perueniunt, quod fit ſæpiſſime, mille certè, ac ducentis menſibus viuunt. Et authores idonei tradunt ad centum viginti annos perueniri ſolere. Sed quia ignorabat Varro, cur, aut quando vita hominis eſſet diminuta, ipſe diminuit, quum ſciret mille & quadringentis menſibus poſſe viuere hominem.

Plinius.

Lactantius.

Reuera primæ ætatis homines pluribus ſæculis vitam prorogaſſe.

Aduerte autem quòd ſenem vocat diuinus ſcriptor illum mox increpaturus. Nam cùm ſuperior ætas nulla illũ infamiæ macula aſperſiſſet, iam ſenio fatiſcentem filiorum ſcelus oppreſſit. Languefcunt enim non modò lacerti, viſque omnis neruorum ſenectutis vitio; ſed etiam virtus ipſa animi, niſi caues, remittitur. Lucretius libro 3. in eam ſententiam ita cecinit

Senectutis vitio nonnihil virtus langueſcit.

Lucretius.

Præterea gigni pariter cum corpore, & vnà
Creſcere ſentimus, pariterque ſeneſcere mentem.
Nam velut infirmo pueri, teneróque vagantur
Corpore: ſic animi ſequitur ſententia tenuis.
Inde vbi robuſtis adoleuit viribus ætas,
Conſilium quoque maius, & auctior eſt animi vis.
Poſt vbi iam validis quaſſatum viribus æui
Corpus, & obtuſis ceciderunt viribus artus:
Claudicat ingenium, delirat linguaque menſque
Omnia deficiunt, atque vno tempore deſunt.

Propterea igitur Varro libro 2. de vita populi Rom. docet, quod cùm ciues in quintum gradum peruenerant, atque habebant ſexaginta annos, tum denique erant à publicis negotiis liberi atque ocioſi. Ideo in prouerbium quidam putant veniſſe, vt diceretur, ſexagenarios de ponte deiici oportere, id eſt quod ſuffragiũ non ferant, quod per pontem ferebant. Hæc Varro. Ariſtoteles autem a. politicor. cùm culparet Rempublicam Lacedæmoniorum: quod ſenatoribus per omnem ætatem de rebus magnis opinari liceret, hanc rationem attulit: quoniam ὥσπερ καὶ σώματος, καὶ τῆς διανοίας γῆρας. ſicut corporis, ita & mentis ſeu iudicij ſenectus eſt. Thalia Atoſſa Darij vxor, apud Herodotum viro perſuadens inferre bellum Græciæ: Nunc, inquit, quando ætate iuuenis es, ſi opus ſuſcipias: nam augeſcente corpore ſimul prudẽtia creſcit, ſeneſcente conſeneſcit, atque ad omnia opera hebetatur. Priſcorum eſt Prouerbium,

Varro.

Ariſtoteles.

Herodotus.

Ἔργα νέων, βουλαὶ δὲ μέσων, εὐχαὶ δὲ γερόντων.

Opera iuuenum, conſilia media ætate degentium, preces verò ſenum. Cæterùm ſenes præcipuè vexat improbus Dæmon, & quemadmodum ea eſſe narratur canum ſagacitas, vt ceruũ laſſum inter alios potiſſimùm eligant quem curſu petant, quò faciliùs prædam aſſequãtur: ita & de dæmone ſentiendum eſt: ſi quos longa ætate fractos videt, eos ſtudioſè inſectatur, eò acrius vrgens, quò magis videt ruinæ obnoxios, & certius ſperat eſſe ruituros. Cùm multa huius rei exempla ſuppetunt, tum in primis de ſeipſo Marcus eremita teſtatur, apud

Senibus inſidiatur Dæmon.

Palladius.

Palladium cap. 21. qui cùm, vt ait, annos iam A centum tranſegiſſet, & dentes amiſiſſet, adhuc ſecum pugnabat, & cum diabolo vehementius altercabatur, & dicebat: quid vis deinceps κακόγηρε, id eſt male ſenex? ecce iam & vinum bibiſti, & oleum tetigiſti. Quid vis deinceps πολιόφαγε, id eſt vorax in canitie, & κοιλιόδουλε, id eſt ventri ſeruiens, probro & contumelia teipſum afficiens? Cum diabolo autem ad hunc modum expoſtulabat: Recede à me diabole, conſenuiſti mecum in diſſenſionibus. Iniecisti mihi imbecillitatem corporis, feciſti me bibere vinum, & ſumere oleum me reddens voluptarium. Adhuc ne tibi aliquid debeo? apod me nihil inoenis qnod velis diripere? Recede à B me deinceps inimice hominum. Ac veluti ſe prouocans & irritans, ſecum loquebatur, dicendo: Adeſdum ô nugator, in canitie vorator, & helluo in ſenectute. Quandiu ero tecũ? At generosè omnino ac penè diuine Alexander Cilix ſenex Monachus, cùm circa finem vitæ ſuæ fere menſes tres in lecto decubuiſſet, dies autem decem ante obitum à dæmone arreptus eſſet, eam improbitatem ſceleſtiſſimo dæmoni exprobrauit, apud Ioannem Euiratum Prati ſpiritual. 182. cap. eo loco ad hunc modum increpitans ait: Ad veſperam veniſti, ô miſer, hoc magnom non eſt; quoniam in lectulo deuinctus ſum, & mooeri non poſſum, oſtendiſti, miſerrime, imbecillitatem tuam. Nam ſi potens & valens eſſes, ante hos 50. vel 60. annos debueras appropinquare mihi, ego enim per confortantem Chriſtum oſtendiſſem tibi infirmitatem tuam, ac deieciſſem rugitũ tuum, atque contriuiſſem rigidam illam tuam, in- C flexámque ceruicem, nunc autem non mea eſt imbecillitas, ſed infirmitas eſt quæ premit me. Gratias tamen ago Deo, ad quem proficiſcens, oſtendam iniuriam quam abs te paſſus ſum, quia poſt tot annorum labores & fatigationẽ circa exitum ſic atrociter in me inuaſiſti. Hinc ille decima die cum ſumma quiete animam Chriſto reddidit.

Pratum ſpirituale.

Et *audiuit omnia quæ faciebant filij ſui.*] Iam hoc omnino peccatum eſt, & non obſcura negligentiæ confeſſio. Quare enim potius audiuit ab aliis quàm per ſeipſum comperit? Quare antequam quiſquam conqueſtos eſt, non ipſe cohibuit? Apud veteres illos Romanos, qoos Caſcos Ennius vocat, ſi quis agrum ſuum paſſus erat ſordeſcere, eúmque indiligenter curabat, ac neqoe arauerat, neque purgauerat; ſioe quis arborem ſuam vineamque habuerat derelictui: non id ſine pœna fuit; ſed erat opus cenſorum: cenſoréſque ærarium faciebant. Item ſi D eqoes Rom. equum gracilentum, aut parum nitidum habuiſſet, impolitiæ notabant, quaſi dicas incuriæ. Cato id ſæpenumero teſtatus eſt, inquit Gellius Noct. Att. libro 4. cap. 12. Illum igitur aut equus, aut ager videtur cum filiis comparandus, vt ille qoidem, aut colatur aut curetur ſedulo, filiorum autem inſtitutionis nolla ratio habeatur? filiorum procreationem ſeu ſuſceptionem Scriptura ædificationem nominat, quod poſteritas ſcilicet in filiis quodammodo ædificetur: vel potius, vt Hebræi vo- A lunt, ita dicta eſt: quod ſicut ædificium aliqood extruendum, curam, ſtudium, & diligentiam reqoirit: ita & liberorum educatio. Propterea igitur Hebræi Banim filios vocant ab ædificando, vt notauit Fagius in cap. 30. Geneſeos, verſu 3.

Prolis curã in primis habendam.

A. Gellius.

Fagius. בנים Banim.

Avdivit.] Caruit igitur illa, quam Poëta prædicat, honeſtiſſima voluptate:

Hac voluptate, inquit, *nulla maior patri eſt,*
Quàm moderatum atque prudentem
Vidiſſe aliquem liberorum ſuorum.

Menander.

Et S. Ioannes epiſtola 3. Maiorem, horum, nõ habeo gratiam, quàm vt audiam filios meos in veritate ambulare. Cæterùm non id ſemper parentibus crimini dandum eſt, tanquam præ B ſocordia atque inertia excubias in gregem ſuũ agere negligunt: ſed vincit nõnunquam quoduis parentom ſtudium ſceleratæ prolis proteruia atqoe improbitas. S. Auguſt. epiſtola 137. hæc ſcribit. Quãtumlibet vigilet diſciplina domus meæ, homo ſum: & inter homines viuo; nec mihi arrogare aodeo, vt domus mea melior ſit, quàm arca Noë, vbi tamen inter octo homines vnos improbus inuentus eſt. Aut melior ſit domo Abrahæ, cui dictum eſt: Eiice ancillam, & filium eius. Aut melior ſit quàm domus Iſaac, cui de duobus geminis dictum eſt: Iacob dilexi, Eſaü autem odio babui. Simpliciter autem fateor charitati veſtræ coram Domino Deo noſtro, qui teſtis eſt ſuper animam meam, ex quo Deo ſeruire cæpi: quoniam, ſicut difficile ſum expertus meliores, quàm qui in monaſteriis profecerunt: ita non ſum deteriores expertus, quàm qui in mona- C ſteriis ceciderunt. Ita, vt hinc arbitrer dictum in Apocal. Iuſtus iuſtificetur adhuc; & qui in ſordibus eſt ſordeſcat adhuc. Hæc S. Auguſt. quæ ſacerdotibus etiam ſoo modo conueniunt.

Filiorũ proteruia non vtique ſemper parentũ negligentiæ tribuenda eſt.

S. Auguſt.

Geneſ. 21.
Malac. 1.

Ex vineyã generoſo acetũ euadit acerrimum.

Apoc. 22.

Vnivarso *Iſraëli; & quomodo dormiebant cum mulieribus.*] Libido primùm qoaſi occultè ſerpit, & deprehendi timet: At vbi dedecore prodito omnem pudorem exhauſit, tum demũ palam bacchatur, furit audacia, ſcelus anhelat. Quid iſta miramur, cùm deteriora olim didicerimus? Nam quid paradiſo Deo vicinius? qoid cælo à tentatione remotius? Et tamen in vtroque homo, & angelus, id eſt in paradiſo, & cælo peccauerunt. Arbitratur Vermilius hoc tum contigiſſe, cùm iam præ oculorum caligine Heli filiorum ſuorum facta obſeruare non poſſet. Eius commentarium deſcribam, excepto quod ſciens ac prudens conuicia relinquam, quæ in nos affatim euomit homo maledicentiſſimus. D Sic igitur ille.

Retecta libidine nihil violentius.

Cùm dicitur Eli conſenuiſſe, demonſtratur eum per ætatem non potuiſſe officio ſuo amplius fungi, ſed coactum fuiſſe filios in miniſterio ſurrogare, qui cùm à patre iam ſene atque cæco, videri non poſſent, facti ſunt omnium peſſimi. Libertas enim declarat homines, liberi tantiſper in officio continentur, dum ſunt in poteſtate patrum. At cùm exceſſerunt ea ephebis, aut ſui iuris eſſe incipiunt, tum plerumque in omnem licentiã erumpunt. Quamuis iam conſenuiſſet Eli, tamen illi nec abro-

Vermilius.

gatur

Et quomodo dormierant cum mulieribus.

gatur magiſtratus, neque dignitas ſacerdotalis. A
Audiuit interea quàm ſceleratè filij ſe gere-
rent, & matronas etiam iuxta tabernaculum
violarent; quod vtique ſcelus in ignominiam
Dei & religionis contemptum redundabat.
Nam ex eo in dies etiam atque etiam diuinus
cultus imminuebatur. Quis enim aut filiam,
aut vxorem ad tabernaculum mitteret, quam
ſciret, aut ſuſpicaretur à talibus ganeonibus
conſtuprandam? Mulieres illæ congregari di-
cebantur ad tabernaculum. Vox Hebraica
hattſobeoth הַצֹּבְאוֹת à militando eſt deriuata, &
idcirco ſic dictum eſt, quod religionis cauſa
multæ ſimul & quodammodo turmatim ad
oſtium tabernaculi congregarentur. Non enim
veniebant ſeorſim, & ſingulæ, ſed magna ſimul

Mulieres quæ obſeruabant ad fores Tabernaculi.

B caterua, tanquam acie inſtructa. Dauid Kimhi
ait, conſuetudinem fuiſſe, vt quæ à puerperio
vel alia immunditia conualuiſſent, ad taber-
naculum ſimul venirent, offerrentque de mo-
re vel duos turtures, vel par columbarum. Ea
igitur de cauſa dictæ ſunt militantes. Occurrit
eadem loqoutio in Exod. cap. 37. vbi Bezeleel
& Aholiab dicuntur labium æneum ex ſpecu-
lis mulierum conflaſſe. Veniebant quippe mu-
lieres piæ cateruatim, & ſua ſpecula offere-
bant. Interpretes Græci tranſtulerunt νηστευουσῶν,
quod frequentes adeſſent, vt vacarent pre-
cibus & ieiuniis. Alij opinantur eas venire ſo-
litas, vt iuuarent miniſterium, & diuino cul-
tui operam darent. Id autem facillimè præſta-
re potuerunt viduæ, quòd eſſent liberæ ac ſo-
C lutæ à iure virorum, atque ita ſcribitur apud
Luc. cap. 2. de Hanna, quæ putatur ex hoc ge-
nere mulierum fuiſſe: ſed quæcunque illæ fue-
rint certum eſt, à filiis Eli fuiſſe conſtupratas.

Dauid Kimhi.

Loci profanatio.

Erat porrò illud ſcelus grauiſſ. etenim filij Eli
non ſolùm polluebant alienas vxores, verùm
etiam locum ipſum Deo ſacrum contamina-
bant, effecerúntque vt ſacra Dei fere ab om-
nibus parui fierent. Id præterea ſcelus eorum
augebat, quod cùm proprias haberent vxores
in alienas inſaniebant. Ioſephus ait eos alie-
nas mulieres corrupiſſe, vel vi, vel muneribus.

Hoc porrò flagitium ſacerdotum in eorum
parentem redundabat, illum enim oportuit
filios habere ſubiectos, cum omni caſtitate, vt Paulus
ad Timoth. & Titum præclarè monet. Et Hie-
ronym. libro 1. contra Iouinianum: Is, inquit,
cuius filij viuunt impudicè, non poteſt eſſe
D Epiſcopus. Et in epiſtolam ad Epheſ. de Epi-
ſcopis multa ſcribit, quorum filij, ἄσωτοι, &
eorum culpa perperam educati ſunt. Et vbi
locum illum Pauli ad Timoth. induxit: *Oportet
Epiſcopum eſſe ἀνέγκλητον*, addit; niſi ſint filij extra
omnem ſuſpicionem impudicitiæ pater non
poteſt eſſe ἀνέγκλητος.

Oportet Epiſcopum filios habere ſubiectos cũ omni caſtitate.

Cum illis mulieribus rem dicuntur habuiſ-
ſe, quæ ad oſtium tabernaculi militabant, vel
erant congregatæ. Domus Dei tum temporis
tabernaculum ſeu tentorium dicebatur, quia
templum nondum extructum erat. Ædem
verò ſacram pelles taurorum & arietum con-
tegebant. Dauid Kimhi ait, illas excubaſſe pro

A foribus, quod nefas eſſet mulieribus ingredi
atrium tabernaculi. Sed L. Ben Gerſon, vt
crimen ſacerdotum extenuet, comminiſcitur
illas mulieres non fuiſſe ab eis conſtupratas, &
rationem affert, quod nec pater Eli, nec vir
Dei eos accuſauerit adulterij. Hoc autem ſo-
lum fuiſſe, inquit, eorum peccatum, quòd ſa-
crificia Dei violarint. Adulterium verò cùm ſit
ſcelus non minus graue, quàm profanatio ſa-
crorum, nec ab Eli nec à viro Dei præteriri de-
buiſſe. Cæterùm argumentum quod affert eſt
leue atque ineptum. Quoniam Eli nihil in
ipſis nominatim reprehendit, ſed hoc tantum
vitio eis dat, quod ſuis peccatis populum impu-
liſſent ad legem Dei violandam. Viro autem
B Dei ſatis fuit contaminationem ſacrificiorũ &
ingluuiem, nec non auerſionem populi à vero
Dei cultu obieciſſe. Aliod præterea commen-
tum iſte Iudæus affert, nimirum haſce mulie-
res ſuas oblationes ad fores tabernaculi ad-
duxiſſe, verùm ſacerdotes aliis rebus occupati
earum ſacrificia non faciebant in tempore, at-
que ita eas crebrò fuiſſe coactas pro foribus ta-
bernaculi pernoctare. Verùm hæc non cõſtant,
quia verbum (dormierunt) maſculei generis
eſt in Hebræo, quare ad mulieres non poteſt
referri, quæ ante fores tabernaculi dormierint,
ſed ad ſacerdotes omnino pertinet, qui hac
dicendi formula demonſtrantur cum illis rem
habuiſſe. S. Hieronym. in traditionibus He-
braicis, rem aliter narrat: Sacerdotes nimirũ
C ſuaſiſſe mulierculis, vt, cùm vel à partu, vel à
menſibus eſſent ſanatæ, viris ſuis commiſce-
rentur antequam ſacrificia obtuliſſent. Verùm
& hoc figmentũ eſſe hiſtoriæ loquutio docet.
Quare ſimplicius & rectius eſt τὴν σκάφην σκάφην
appellare. Nec tanti ſunt ſcelerati homines, vt
iis ambagibus eorum adulteria nitamur excu-
ſare, quæ ſacra hiſtoria palàm, & apertis verbis
traducit. Hactenus Vermilius: cuius ego ſen-
tentiæ ſubſcribo: nec aliter ſentit S. Hiero-
nym. ſed refert ſomniaſſe Hebræos. Cæterùm
id genus ſacrilegij, quàm tetrum, miſerum, &
deteſtabile omnium ſemper iudicio extiterit,
inde manifeſtè apparet, quòd ne illi quidem
qui falſa religione conſtricti, dæmonibus ſa-
cra faciebant, de eo ſcelere aliter ſenſerunt,
quàm eo diuini numinis iram prouocari, &
perniciem publicè gentibus creari. Sic enim
teſtatur Pauſanias in Achaicis, Ionas, qui
D Aroen incolebant, cùm in grauem calamita-
tem incidiſſent, ab oraculo didiciſſe. Tri-
clariæ, inquit, Dianæ Iones feſtos dies anni-
uerſarios agebant, & lectiſternium faciebant,
vt interpretatur Amaſæus, ſeu potius noctur-
na ſacra, vt maluit Fridericus Sylburgius in
notis ſuis in Amaſæum: arbitror παννυχίδα ma-
gis ſignificare peruigilationes nocturnas. Sa-
cris ritu patrio virgo præerat, vſque dum
illa nuberet. Itaque cùm aliquando Come-
tho, eximia forma & præſtanti corpore puel-
la ſacrificia gentilitia faceret, eius pulchritudi-
ne captus Menalippus, Sacerdotem deperiit.
Sed nec illa minus, poſtquam eius in ſe amo-

L. Ben Gerſon.

Tradit. Hebraicæ.

Pauſanias.

QVOMODO DORMIEBANT &c.

A rem comperit, ſpecioſiſſimi adoleſcentis deſiderio incenſa eſt. Obſtabat vtriuſque votis aliena parentum voluntas: quos cùm nullis artibus ſibi conciliare poſſent, eò arctiùs inter ſe conueniunt, ſeque mutuò complectuntur, &, neque loci religionem reueriti, neque ſui illius numinis volgatam hominum opinione caſtimoniam, templo haud ſecus ac geniali thalamo abuſi ſunt. Sacrilegium mox ſtrages populi ſequuta eſt, & inopinata ſoli ſterilitas. Illi verò inter primos breui morbo conſumpti, impietatis pœnas dederunt. At cùm ſæua lues in dies ingraueſceret, & populus tabe confectus interiret, oraculum reſpondit, Melanippi & Comæthûs libidinem tantæ calamitatis cauſam fuiſſe; nec aliter Dianam placari poſſe, B quàm ſi quotannis virgo & puer, qui forma eſſent præſtantiſſima, Deæ mactarentur. Attulit igitur, inqoit Pauſanias, Melanippi & Comæthûs inceſtum facinus, pueris & virginibus, qui nulli ipſi culpæ affines fuerant, perniciem, & eorum parentibus luctum: ipſi verò quos maximè noxios eſſe oportuit, pœnam omnem morte effugerunt. Ignorabat ſcilicet Pauſanias homines immortales futuros, & Deum, vindicem ſcelerum, longè grauioribos ſuppliciis poſt mortem in reos animaduertere.

De cauſis tam proiectæ libidinis Sacerdotum; & quàm ſint vitanda viris Eccleſiaſticis mulierum conſortia.

Cauſa tanta ſacerdotũ corruptela.

POrrò huius tanti flagitij cauſa vna non erat, ſed plores. Nam primò quidem ſacra ipſa, non ea qua decebat religione ac ſtudio procurabant, ſed hoſtiis abutebantur ad ſuam ingluuiem, quo ſacrilegio vtique merebantur diuinæ gratiæ præſidio deſtitui, ac ſuæ libidini permitti. Deinde etiam cibo & potui indulgebant, ſéque dapibus ingurgitabant. Solet autem obſcœna voluptas his tanquam ſtimulis in furorem agi, atqoe inſoleſcere. Poſtremò, cum mulieribus partem noctis maximam collocutione familiariſſima ducentes, nec à male-ſuadis tenebris abhorrentes, in eam voraginem inciderunt, vnde poſtea pedem referre minimè potuerunt. Sed de eorum qoidem ſacrilegio, quod toti populo ſcandalum maximum peperit, antea verba fecimus: de mulierum familiaritate ac conſortio nunc dicendi locus eſt, ſi D prius duo quædam verba de cupedia, & crapula ſuperioribus inſeruerimus. Ventrem, inquit diuus Hieronymus tomo tertio epiſtolarum, ſecundæ quæſtioni Amandi presbyteri reſpondens, diſtentum cibo, & potionibus irrigatum, voluptas genitalium ſequitur; & pro membrorum ordine, ordo eſt vitiorum.] Qoocirca etiam dudum Eccleſiaſtica ſanctione caotum eſt, vt, ſi quando presbyteros conuiuiis intereſſe par eſſet, à

A crapula & ebrietate ſedulò abſtinerent, nec paribus poculis decertarent, vt nonnulli facere ſolent ſuæ dignitatis immemores; aut denique iocis & lodis in riſus lætitiámque ſoluerentur. Ex Nannetenſi Concilio, cuius nos tẽpus ignotamus, antiquiſſimũ autem idcircò arbitramur, quoniam palæis annumerant, hoc decretum habemus: Nullus presbyterotum, quando ad anniuerſariom diem xxx. aut ſeptimum, vel tertium, alicuius defuncti, aut quacunqoe vocatione ad collectam conuenerit, ſe inebriare vllatenus præſumat: nec precatus, amore Sanctorum, vel ipſius animæ bibere, aut alios ad bibendum cogere, vel ſe aliena precarione ingurgitare, nec B plauſus & riſus inconditos, & fabulas inanes ibi referre, aut cantare præſumat: aut turpia ioca, vel vrſo, vel tornatricibus ante ſe fieri patiatur: nec laruas dæmonum ante ſe ferri conſentiat: quia hoc diabolicum eſt, & ſacris canonibus prohibitum.] Et ideo vt eſt apud eundem Gratianum diſtinct. 44. peractis omnibus, qui volont, panem cum charitate in domo fratris ſui ſimul cum fratribus frangant: & ſinguli ſingulum bibere faciant: & maximè vltra tertiam vicem poculum non contingant: & ſic ad Eccleſias redeant. Hactenus Concilium: nos ad promiſſa veniamus.

Concilium Nannetenſe. Sacerdotibus in conuiuiis imperata modeſtia.

Quod igitur attinet ad illam cum molieribus conſuetudinem, quam in filiis Heli paulò ante damnauimus, ſcire velim, quid ea periculoſius fingi excogitarive poteſt? Filioli, dicebat ſenior Monachus apud Ioannem C Euiratum in Prato ſpiritual. capite 217. Sal ex aqua eſt, etſi appropinquaoerit aquæ ſoluitur, & deficit. Et monachus ſimiliter ex muliere eſt, & ſi ad mulierem accedat, citò ſoluitur vigor eius propoſiti, virtúſque deficit. Alter autem apud Caſſianum in inſtit. monach. de ſpiritu cœnodoxiæ, Monachum docuit duo præcipuè vitare debere, mulieres, & Epiſcopos: mulieres quidem propter laſcioiam, Epiſcopos propter honores. Sanctus verò Romualdus ne fœminæ quidem vultum intueri aliquando ſuſtinuit. An verò ab earum aſpectu diſcipulus & comes ſuus pariter abſtineret, cùm explorare vellet, callidè de Sybilla comitiſſa intolit: Quàm elegantis, & venuſti vultus fœmina: niſi, proh dolor! vnius oculi diſpendio laboraret. Cui cùm ſe vtrumque ſanum & incolumem diſcipulus obſeruaſſe reſpondiſſet, Et quis te, inquit, in faciem fœminarum reſpicere docuit? ſicque D vehementer obiorgatum, ne quid ſimile deinceps admitteret, commonuit: mox enim, ſi quis eas intentis oculis aſpiciat, tanquam ab incendio concupiſcentiæ facem accendi. Propterea igitur ſapienter vniuerſo mulierum gregi virorum monaſteriis interdictum eſt, tanta olim religione, vt ne religionis quidem gratia, ad venerandas Martyrum reliquias, in interiorem Monachorum Eccleſiam admitterentur. Huius rei exemplum vnum proferam, ne quis fortè huius noſtri ſæculi

Ioan. Moſchus. Religioſis fugienda mulierum conſortia.

Caſſianus.

Olim monaſteria virorum fœminis interdicta.

perditiſsimos motes intuens, dudum monaſteriorum fores abſque delectu omnibus patuiſſe putet, & nouatæ religionis accuſet, ſi qui ſtudeant eas occlodere, & in antiquam diſciplinam reuocare: cùm ſecus conſtet, non ita pridem licentia, temporum mulieribus illas reſignatas fuiſſe.

Adreualdus.

Adreualdus certè Floriacenſis monachus, qui Ludouico Auguſto pio regnante floruit, lib. 1. Miracul. ſancti Benedicti, cap. 28. narrat, quòd, cùm eſſent allatæ reliquiæ ſanctorum Dionyſij & ſociorum eius, & Sebaſtiani à monaſterio S. Dionyſ. in Floriacenſe cœnobium, petierint fœminæ, quæ procul ſacra pignora comitantes aduenerant, ingrediendi licentiam. Sed quia, inquit, ex antiqua authoritate ſancitum erat, fœminas infra exteriores portas monaſterij agere, & hoc aduerſum erat religioni monaſticæ, vt in interiorem Eccleſiam admitterentur, nullo omnino pacto impetrare valuerunt: ſed fixo foris tentorio, poſitiſque reliquiis, ibidem duntaxat ſua vota & preces ſoluere permiſſæ ſunt. Hæc Adreualdus. Tantum abeſt igitur, vt ſæculares fœminæ ſepta monaſteriorum ingredi ſinerentur, vt ne virgines quidem, ſi quæ caſtitatis propoſitum tenerent, eandemque vitæ rationem ſectarentur, propterea introduci poſſe patres cenſuerint: quinimo, ne vicina quidem monaſteria vtrique ſexui poni paſſi ſunt.

Concilium Agathenſe.

Concilij Agathenſis patres, temporibus Alarici regis, canone XIX. Monaſteria puellarum longiùs à monaſteriis Monachorum, aut propter inſidias diaboli, aut propter oblocutiones hominum, collocari ſtatuerunt. Quanto autem putas ſtudio, eum à mulierum conſortio refugiſſe, qui nec mortuam iuxta ſe poſitam ferre potuit? Is fuit Thomas monachus

Pratum ſpirituale cap. 88.

cœnobij, quod eſt in partibus Apamiæ, qui, cùm Theopoli defunctus eſſet, & Clerici Eccleſiæ eum in ſepulchris peregrinorum condidiſſent, & vnam atque alteram deinde mulierem in eundem tumulum intuliſſent, ſemel atque iterum, ter denique earum cadauera terra euomuit: ægrè ferente nimirum caſtiſſimo ac religioſiſſimo monacho, vel mortuum iacere cum fœmina. Fuit hoc, dices, illius cadaueris ſingulare priuilegium. Verum quidem eſt. Sed non fuit illi, dum viueret, eadem virtus ſingularis, quin potius communis omnium Monachorum, & tanquam ſanctiſſima quædam ceremonia, quam violare nefas ducerent, à mulierum conſuetudine abſtinere.

Abſtineant igitur monachi, quando ita lubet: veruntamen quid ad noſtrorum ſacerdorum laſciuiam? Num illi quoque pari diligentia à mulieribus ſeparandi ſunt, ne in laqueos incidant? Accipe à ſancto viro ſalubre

S. Iſidor. Pel.

Secularibus ſacerdotibus pluſquàm Monachis conſuetudo cum mulieribus vitanda eſt.

conſilium, quod olim Epiſcopo poſcenti dedit. Mulierum, inquit, congreſſus, vir optime, quantum fieri poteſt, fuge. Nam eos qui ſacerdotum munere funguntur, ſanctiores ac puriores illis eſſe oportet, qui ad montes ſe contulerunt. Siquidem illi & ſui, & plebis, hi autem ſui duntaxat curam gerunt.

A Atque illi in huiuſmodi dignitatis faſtigio collocati ſunt, omnéſque vitam eorum perſcrutantur & explorant: hi autem in ſpelunca ſedent, aut ſua vulnera curantes, aut vitia obtegentes, aut etiam coronas ſibi ipſis texentes. Et poſt aliqua: Quod ſi te frequenter cum ipſis verſari, nec vllo inde detrimento affici dixeris, id quidem fortaſſe mihi perſuaderi ſinam. At illud item velim omnibus fidem adhiberi, à quibus lapides extenuari, ac rupes aquæ guttis continenter cadentibus excauari dicuntur. Quorum verborum huiuſmodi ſenſus eſt: Quid rúpe durius fingi queat? quid item aqua mollius, & quidem aquæ guttula? Et tamen aſſiduitas naturam vincit. Quòd ſi natura, quæ ægre dimoueri

B poteſt, dimouetur, idque, quod minimè debebat, perpetitur, qua tandem arte ac ratione voluntas, quæ facilè mouetur, à conſuetudine non vincatur, & euertatur? Hæc ſanctus Iſidorus libro 2. epiſtolar. 284. Sanctus autem Hieronym. paulò acriùs & vehementiùs pro

S. Hieron.

ſtyli ſui nonnulla aſperitate, imò potius rei acerbitate, factique atrocitate. Iuxta ſerpentem mortiferum (inquit) ſecurè dormire te credis? At non habitas in eodem hoſpitio. In nocte duntaxat. Cæterùm totos dies in huius confabulatione conſumis. Quare ſolus cum ſola, & non cum arbitris ſedes: vt cùm ipſe non pecces, aliis peccare videaris: vt exemplo ſis miſeris, qui nominis tui authoritate delinquant? Tu quoque virgo, vel vi-

C dua, cur tam longo ſermone viri retineris? cur cum ſolo relicta non metuis? ſaltem alui te & veſicæ cogat neceſſitas, vt exeas foras: vt deſeras in hac re eum, cum quo licentius, quàm cum germano: multò inuerecundiùs quàm cum marito egiſti. Sed de Scripturis ſanctis aliquid interrogas: interroga publicè, audiant pediſſequæ, audiant comites tuæ. Omne quod manifeſtatur, lux eſt. Bonus ſermo ſecreta non quærit, quin potius delectatur laudibus ſuis, & teſtimonio plurimorum. Magiſter egregius contemnit viros, deſpicit fratres, & in vnius mulierculæ ſecreta eruditione deſudat., Hæc Diuus Hieronymus ad Gaudentium de educatione Pacatulæ, quo loco etiam hæc addit: Pudet dicere: & tamen

D dicendum eſt: nobiles fœminæ, quæ nobiliores habuere neglectui procos, viliſſimæ conditionis hominibus & ſeruulis copulantur, ac ſub nomine religionis & vmbra continentiæ, interdum deſerunt viros Helenæ, ſequuntur Alexandros, Menelaos pertimeſcunt. Hactenus ſanctus Hieronymus. Quid ſi tenebræ quoque faueant, quæ ſemper ſunt ad omne facinus audaciores? Solitudo, mihi crede, tenebræ, diuturnus ac familiaris congreſſus, prolixa denique ac benefica mulierum natura, ipſa quoque aſſueta obedientiæ procliuitas, dum ſtudent tutò regi; poſtremò nonnihil debilitatus pudor ob ſecretorum conſcientiam, & ſi tu ferreus ſis, aut totus ex calybe, mentem animúmque tuum, niſi maturè caues expugnabunt. Quid igitur ſi eandem

domnm incolant, vnáque commorentur, ſeu potius cohæreſcant, qua tandem ratione is impetus, qui in abſentē ſæpè furit, in præſentē cohibebitur? Nam ille tum conuictus, ac ſocietas domeſtica, omnes illas, quas prius enumerauimus, ad negotium quoties libuerit adminiſtrandum, opportunitates ſuppeditabit, non modò productione temporis commodiores, ſed etiam quia locus idoneus, & mutuis officiis tanquam fomentis delinita libido, plus quàm ſatis eſt incaleſcet. Firmus ille, Zenobiæ amicus, qui Aureliano Principe Imperium in Ægypto periturus inuaſit: vnctus crocodilorum adipibus, inter crocodilos natasse ſcribitur à Flauio Vopiſco in eius vita. Sed ne ſic quidem clericus, ſi cum mulieribus conſuetudinem habeat, illæſus euadet: quin potiùs obſequiis in fraudem inductus, lethali vulnere accepto corruet. Quare ſapientiſſimè mihi feciſſe videntur antiquiſſimi illi Francorũ Reges Theodericus Childebertus, Clotharius, & Dagobertus, qui vetuſtiſſimam Baioariorũ legem, ab ethnicis acceptam, ad amuſſim Chriſtianæ legis emendaſſe feruntur, cùm lege lata prohibuerunt, ne vnà cũ ſacerdotibus extraneæ mulieres habitarent. Sic enim lego in eius legis ca. 1. art. 12. numeris 1. & 2. Vt nulli presbytero, vel diacono liceat habere ſecum in domo extraneam fœminam, ne per illam occaſionem decipiatur, & pollutus offerat ſacrificiũ Deo, nec plebs per eius offenſionem corruat, & plagam ſuſtineat. Proprerea qui gradu ſacerdotali fulciuntur, extranearum mulierum interdicta ſibi conſortia cognoſcant, hac eis tantum facultate conceſſa, vt matres, filias, atque ſorores germanas intet domorum ſuarum ſepta contineant. In his enim nihil ſuſpecti criminis æſtimare fœdus naturale permittit. Illas etiam non relinqui caſtitatis probat affectio. Hactenus lex Baioariorum. Quanquam, qnod ad ſororem attinet, ne illam quidem S. Auguſtinus ſecum in eadem domo manere pertulit: non quia etiam ſororem ſuſpicioni obnoxiam crederet: ſed ptopter eas, inquit, quæ ad eam ventitarent, ne illæ ſuſpicionis locum darent.

Lex Baioariorum.

Porrò lex illa vetare videtur damnatiſſimum illum morem, quo nonnulli olim presbyteri & cœlibes, religioſæ vitæ ſocias aſciſcebant, cum quibus in eadem domo verſabantur: & turpiſſimo amicitiæ fœdere, de conuictione ſocietatéque inter ſe conuenientes, ſorores illas, aut etiam filias, ſeu alio quouis reuerendo naturæ titulo appellabant; quaſi poſſet nominũ dignitas actionis dedecus infamiámque eluere. Quē deinde morem, vt eſt procax natura multorum in inſectandis Monachis, Monachorum inuentum fuiſſe, quiſpiam à Catholica religione alienus aſſeruit, vt notauit Billius lib. 1. Obſeruationum, cap. 39. non minus tamen falsò, vt ait, quàm impudenter. Multis enim antè annis, quā monachorũ quiſquam huius criminis notaretur, imò quàm monaſticum inſtitutũ in Græcia cœpiſſet, hæc labes nonnullis in locis quoſdam infecerat: quemadmodum liquidò conſtat ex

Billius.

Canone 3. Concilij Niceni, vbi interdixit ſacroſancta Synodus, ne Epiſcopo, aut Presbytero, aut Diacono, aut vlli alij clerico συνεισάκτους (quod Ruffinus alienam vertit, alij ſubintroductam) habere liceret: iis duntaxat perſonis exceptis, quę omni ſiniſtra ſuſpicione vacarent, quales ſunt mater, amita & ſoror. Nemo autem dubitare poteſt, quin hæc lues iam antè in Eccleſiam irrepſiſſet, ac longè latéque ſerpſiſſet. Nam alioqui integro ab hac labe Eccleſiæ corpori fruſtra à Patribus remedium quæreretur: ſcelera enim nondum orta prohibere; potius ea docere eſt. Quòd ſi huius fœditatis auctor quæreodus ſit, ad hæreticos potius, quàm ad Catholicos, eundum eſſe cenſeo. Epiphanius enim magni nominis Epiſcopus hæreſ. 67. inter cætera, quæ de Hieracitis memoriæ prodidit, hoc quoque narrat, eos hoc nomine meritò ſuggillari, quòd συνεισάκτους mulieres ad miniſterium habeant. Turpem autem ac ſcandalis plenam συνοίκησιν (hoc eſt contubernium, vel, vt quibuſdam placet, mulierum cohabitationem) ἀγάπην quoque, ſi Deo placet, appellabant, & ἀγαπητάς, mulieres eas, quas contubernales adhibebant, vt patet ex eo ſancti Gregorij Nazianzeni carmine, quod inſcribitur Præcepta ad Virgines: vbi, quemadmodum & pleriſque aliis locis, ſalſiſſimè ſimol & acetrimè huiuſmodi fœda contubernia inſectatur, atque addubitare ſe ait, inter cœlibes, an inter coniugatos hoiuſmodi homines reponere debeat, an genus quoddam inter vtroſque medium conſtituere, quo ij contineantur. Extat etiam apud S. Chryſoſt. tractatus, in quo ex profeſſo eos exagitat, cui titulus eſt, Quod viri cum mulieribus non cohabitent: vel potius, vt eum citat S. Damaſceous in Parallelis, περὶ τῶν ἐχόντων συνεισάκτους. Vide etiam de hac re ſanctum Epiphan. hæreſi 78. Vbi oſtendit, vnde impuriſſimi homines ex ſcriptura ἐπεισάκτους & ἀγαπητὰς probare nitebātur: & hæreſi 80. Vbi aduerſum eos diſſerit. Tertullianus poſt multa dedecora ſuperſtitionum Gentilium etiam hoc addit, capite 15. Apologetici: Cæterùm, ſi adiiciam quæ non minùs conſcientiæ omnium recognoſcent, in templis adulteria componi, inter aras lenocinia tractari, in ipſis plerunque æditnorum & Sacerdotum tabernaculis, ſub iiſdem vittis & apicibus & purpuris thure flagrante libidinem expungi: neſcio, pluſne de vobis Dij veſtri quàm de Chriſtianis querantur. Certè ſacrilegi de veſtris ſemper apprehēduntur. Ad hunc modum Tertullianus. Væ nobis, ad quos Gentilium vitia tranſierunt. Nam etſi ſint rariſſima hoiuſmodi ſacrilegia, non minus tamen deteſtanda: neque impunè ferent, ſi qui ſe tali ſcelere polluerint. Nam & Deus olim ſeueriſſimè animaduertet, & ab Eccleſia ſemper, vbi quid tale deptehenſum eſt, pro criminis atrocitate acerbè atque aſperè vindicatum eſt. Quanquam, vt opinor, licet non negemus plures inſignium virorum lapſus poſſe notari, hoius tamen ſeueritatis pauca exempla ſuppetant; cùm vel ſceleſtiſſimi

Concilium Nicenū 1. Epiſcopi, Presbyteri, & Diacones συνεισάκτους habere prohibentur.

S. Epiphanius.

Hæretici primi authores tanti ſceleris.

Gregorius Nazianz.

S. Ioannes Chryſoſt.

S. Epiphanius.

Tertullian.

quique numen reueriti, aliis locis libidinem ſuam explere ſtuduerint. Quòd ſi tamen idoneum authorem nactus ſim, non video cut inficiari neceſſe ſit. Fieri enim non poreſt, quin ſe ſemper aliqui, cùm hæreticum virus hauſerint, iámque defectionem meditentur, pietatis perſonam aſſumenres, legitimis ſacerdotibus immiſceant: &, cùm omnem diuini iudicij metum pectote excuſſerint, audacter ruant in omne facinus, ſacrorúmque religiooem pro nihilo ducant.

Quæ loca ſacra, & de ſacrilegio.

B

PORRÒ, an eodem loco flagitioſiſſimi illi ſacerdotes mulierum pudicitiam expugnarint, an aliò abductis ſtuprum obtulerint, ſatis compertum non habeo. Neque enim verba cogunt eodem loco ſcelus hoc admiſſum eſſe fateri: videntúrq; potius matronarum religionem deſignare voluiſſe, vtpote quæ eò pietatis cauſa concurrebant, quàm loci ſanctitatem. Si cui tamen diuerſa ſentẽtia placuerit, pet me licet obtineat. Sed & ſi quis eundem locum, ſacrum fuiſſe aſſerat, ita vt fieret ex eiuſdem cõremptu non parua ad crimen acceſſio, oon magnopetè contendam: arbitror enim omnem illum tractum, quo populi preces fundebantur, ſacrum quoque habitum; tametſi non iiſdem conſecrationis ritibus initiarum legamus, quibus cum

C

Sacrũ quid dicatur. ſacra ſua ſupellectile tabernaculum. Sacrum enim eſt, vt Trebatius lib. 1. de Religionibus refert, quicquid eſt, quod Deorum habetur: apud Macrobium lib. 3. Saturnal. & Vlpianus ff. de Diuiſione rerum & qualitate, lege 9. Sacra loca ea ſunt, quæ publicè ſunt dedicata, ſiue in ciuitate ſint, ſiue in agro: Et quæ, vt Marcianus ait ibidem lege 6. in nullius bonis ſunt. De quo & Prętoris edictum tale refettut ff. Ne quid in loco ſacro fiat. Ait Prætor, in loco ſacro facere, inve eum immittere quid vero. Quod ſic interpretatur Vlpianus: Hoc interdictum de ſacro loco, non de ſacrario competit. (Eſt autem ſacrarium, vt alibi docet, locus quo res ſacræ aſſeruantur) quòd ait Prætor, Ne quid in loco ſacro fiat: noo ad hoc pertinet, quod ornamenti cauſa fit: ſed quod deformitatis vel incõmodi. Sed & cura ędium, locorúmque ſacrorum mandata eſt his, qui ædes ſacras curant. Profanum autem, ait Macrobius, omnes penè conſentiunt id eſſe, quod extra fanaticam cauſam ſit: quaſi porrò à fano & religione ſecretum. Vel, vt Trebatius. Profanum id propriè dicitur, quod ex religioſo, vel ſacro in hominum vſum proprietatémque conuerſum eſt. Quòd ſi id profanum cẽſetur, quod ex ſacro promiſcuè humanis actibus accommodatum eſt, atque omnino peccatum eſt ab iis, qui quoquo modo rem ſacram vſurparint, quantum erit illud nefas, ſi non modò vtantur, verumetiam abutantur ad ſcelus atque piaculum? Si loci ſanctitas atque reuerentia legitimo fœdere copulatos arcet ab amplexibus, quanto magis ab eu, quæ nullo loco licita eſt, ſacrilega libidioe abhorrebit?

Trebatius. Macrob. Vlpianus. Marcian. Lege 1. Vlpianus. Macrob. *Profanum quid.* Trebatius.

D

Cæterùm, idcirco eum locum ſacrum fuiſſe, ſiue religioni dicatum arbitror, quòd putem non alium fuiſſe, quàm qui poſterioribus ſæculis à Salomone muris cinctus, porticibúſque inſtructus, Atrium populi dictum eſt. Nam præter illod atrium, io quo altare holocauſtorum, labiúmque æneum collocata erant, & ſacerdotes ad apparatum ſacrificiorum vtebantur, neceſſe fuit & aliquod aliud ſpatium præſcribere, quo populus orans conſiſteret. Quod quidem *atrium populi, templum, porticum Salomonis*, poſt ędificatum templum appellatum Scriptura docet: priùs verò, quo tempore vetus Moyſi tabernaculum ſtetit, *ad oſtium tabernaculi* dicebatur, nonnunquam etiam ſioe alia loci notatione, *Facies Domini, conſpectus Domini*: Quo loco & ſtetiſſe, & ſediſſe oranres legimus, & populi quoque in difficillimis temporibus conuentum ſæpius habitum. Ioſue 19. Iudicum 21. Vtrumque autem atrium S. Hieron. Epiſtola 128. de tabernaculo differens, primum & ſecundum veſtibulum vocat, aptiſſimo oomine: Etenim, vt Aulus Gellius refert, cap. 5. lib. 16. Cæcilius Gallus in libro de ſignificatione verborum quæ ad Ius ciuile pertinent, ſecundo: Veſtibulum eſſe dicit, non in ipſis ædibus, neque partem ædium, ſed locum ante ianuam domus vacuum, per quem à via aditus acceſſúſque ad ædes eſt: quum dextra ſiniſtráque inter ianuam tectáque, quæ ſunt viæ iuncta, ſpatium relinquitur: atque ipſa ianua procul à via eſt, area vacanti interſita. Igitur, qui domos, inquit Gellius, amplas antiquitus faciebãt, locum ante ianuam relinquebant, qui inter fores domus & viam medius eſſet. In eo loco, qui dominum eius domus ſalutatum veniebãt, priuſquam admitterentur, conſiſtebant: & neque in via ſtabant, neque intra ædes erant. Ab illa ergo grandis loci conſtitutiooe, & quaſi quadam ſtabulatione (ſiquidem ve particula etiam intenſionem ſignificat) veſtibula appellata ſunt: ſpatia, ſicuti diximus, grãdia ante fores ædium relicta, in quibus ſtarent qui veniſſent, prioſquam in domum intromitterẽtur. Sed & ſepulchra olim, & templa habuiſſe ſua veſtibula & aditus, pluribus locis Tullius indicat. An verò in ſacris illa atque religioſis locis ab Ethnicis numerentur, parum noſtra refert. Quoniam verò Chriſtianorum Eccleſias veſtibulis olim, ſiue atriis, nonnunquam etiam tectis, minimè caruiſſe compertum eſt, vario vſu: nam & ibi primùm intrantes exorcizari ſolitos antequam in Eccleſiam ad baptiſmum admitterentur; & proſtratos iacuiſſe, qui pœoitentiam agerent; & auditas plebis querelas, ſi quas aduerſus Parochum ſuum haberet, ab iis, qui Epiſcopi nomine diœceſim colluſtrarent, legiſſe meminimus; & pleræque hactenus Eccleſiæ antiquum morem obtinent: idcirco non erit, opinor, à re noſtra alienum, quid vtraque poteſtas de iure veſtibulorum ſtatuerit, agnoſcere.

De atrio populi. Ioſ. 19. Iudic. 21. S. Hieron. A. Gellius. *Veſtibulum quid.* Tullius. *De atriis ſeu veſtibulis Eccleſiarum.*

Sacrilegio in atriis locum eſſe.

Gloſſa in 17. q. 4.
Sacrilegium in veſtibulis admitti.

SACRILEGIVM admitti docet Gloſſa in cap. 6. cauſa 17. quæſtione 4. ſi quid perperam illic agatur. Videtur enim ad Eccleſiam pertinere, vt circumiacens aliquod ſpatium circumſcribatur, quo longius abſit à rerum profanarum conſortio. Ibidem igitur Nicolaus Papa ad hunc modum decreuit. Sicut antiquitus à ſanctis Patribus ſtatutum eſt, ſtatuimus, vt maior Eccleſia per circuitum quadraginta paſſus habeat: capellæ verò vel minores Eccleſiæ triginta: qui autem confinia earum confringere tentauerit, aut perſonam hominis, vel bona B eius inde ſubtraxerit, niſi publicus latro fuerit, quouſque emẽdet, & quod rapuerit reddat, excommunicetur. Capite autem 20. ex Concilio Triburienſi. Si quis contumax vel ſuperbus timorem Dei, vel reuerentiam ſanctarum Eccleſiarum non habuerit, & fugientẽ ſeruum ſuum, vel quem ipſe perſecutus fuerit, de atrio Eccleſiæ, vel de porticibus quolibet modo Eccleſiæ adhærentibus, per vim abſtraxerit: pro enormitate nongentos ſolidos Epiſcopo componat, & ipſe publica pœnitentia iuſto iudicio Epiſcopi multetur. Et ſequenti capite Ioannes Papa octauus. Sacrilegium, inquit, committitur, ſi quis infregerit Eccleſiam, vel triginta Eccleſiaſticos paſſus, qui in circuitu Eccleſiæ fuerint, vel domos quæ intra prædictos paſſus C fuerint, aliquid diripiendo, &c. Talis ſacrilegij, móxque ſecutæ vltionis inſignem hiſtoriam narrat ſanctus Gregorius Turonenſis hiſtoriæ lib. 7. cap. 29. Eberulfus, inquit, cubicularius, quem Regina de cæde Regis fratris accuſauerat, cùm Turones in baſilicam S. Martini tanquam in aſylum tutiſſimum confugiſſet, à quodam Claudio, quem rex Guntchrannus eò miſerat, vt, ſi fieri poſſet, abſque ſacræ ædis iniuria, aut comprehenderet, aut interficeret: in ipſo atrio Eccleſiæ multis acceptis vulneribus confoſſus eſt. Qui quidem minimè mirum eſt, ſi loci religione ac priuilegio defenſus non eſt, cũ idem ſępius eiuſdem baſilicæ atrium cæde violaſſet, ſicut refertur cap. 22. At is Claudius, qui nefariæ cædis author fuerat, cùm mox patrato ſcelere ſuæ ſaluti proſpicere vellet, ab D interfecti ſatellitibus cæſus eſt: nec is ſolùm periit; ſed etiã quotquot ei ad eam rẽ auxilium opémque præbuerant, ſimul omnes eodem loco interempti ſunt: ac poſtremò ne illis quidem impunè fuit, qui ſcelus ſcelere, cædémq; cæde vlti ſunt, ſed in omnes cœleſtis ira deſæuiit, qui ſacrum atrium homano ſanguine polluerant. Nomen porrò atrij, quod nullo diſcrimine pro veſtibulo ponitur, vt Gellius teſtis eſt, & Scripturæ comprobant, maximè quo loco Euangeliſtæ Dominicæ paſſionis hiſtoriam tradũt: non nudam tantùm aream, ſed porticus domóſque aliquas, quæ cũ Eccleſia coniunctę ac continentes ſunt, comprehendit: quæ parem immunitatis prærogatiuam obtinent. Hoc iam antea nos docuit Eccleſiaſtica authoritas, nunc aliud pro-

Nicolaus Papa.

Confinia Eccleſiarum immunitate donata fuiſſe.

S. Gregor. Turon.
Tragica hiſtoria violantiũ atria Eccleſiarum.

A feram ex iure Ciuili teſtimonium. Etenim C. de his qui ad Eccleſiam confugiunt, lege 3. quã tulerunt Theodoſius & Valentinianus Imperatores, ita ſcriptum legimus: Pateant ſummi Dei templa timẽtibus; nec ſola altaria, & oratorum templi circumiectum, qui Eccleſias quadripartito parietum ſeptu cõcludit, ad tuitionem confugientium ſancimus eſſe propoſita: ſed vſque ad extremas fores Eccleſiæ, quas oratũ geſtiens populus primas ingreditur, cõfugientibus aram ſalutis eſſe pręcipimus: vt inter templum, quod parietum cinctu deſcripſimus, & poſt loca publica, & ianuas primas Eccleſię, quicquid fuerit interiacẽs, ſiue in cellulis, ſiue in domibus, hortulis, balneis, areis, ſiue porticibus, confugas interioris templi vice tueatur. Nec in extrahen- B dos eos conetur quiſquam ſacrilegas manus immittere: ne, qui hoc auſus ſit, cùm diſcrimen ſuum videat, ad expetendam opem ipſe quoque confugiat.] At verò rationem ob quam imperatores tantum ſpatium indulgere voluerint, ipſi ſic explicant: Hanc autẽ ſpatij latitudinem ideo indulgemus, ne in ipſo Dei templo, & ſacroſanctis altaribus confugientium quemquam manè vel veſperè cubare, vel pernoctare liceat: ipſis hoc Clericis religionis cauſa vetantibus, ipſos qui confugiunt, pietatis ratione ſeruantibus. Hæc ibi. Neque tamen propterea credi neceſſe eſt, etiamſi immunitatis priuilegio donata ſint, nec præterquam ſacrilegio violari poſſint, pari cum Eccleſiis conſecrationis dignitate certare: niſi fortè in eoſdem vſus pari- C bus quoque ceremoniis inaugurarentur. Nam pari nonnunquam cultu conſecrari, parémque ſanctitatis gradum ſortiri, Anſegiſus Abbas notauit, lib. 4 Capitularium Caroli Magni cap. 13. Ibi enim poſtquam de homicidio in Eccleſia perpetrato quomodo expiaretur, aut de eo cõponeretur, ſtatutum eſt, additur: Si verò in atrio Eccleſiæ, cuius porta reliquiis Sanctorum conſecrata eſt, huiuſcemodi homicidium perpetratum fuerit, ſimili modo emendetur, vel componatur: ſi verò porta Eccleſiæ non eſt cõſecrata, eo modo componatur quod in atrio committitur, ſicut componi debet quod in immunitate violata cõmittitur. Hactenus ille. Arbitror autem idcirco Dominum ex atrio populi templi Hieroſolymitani vendentes oues & boues pręter morẽ ſuum atrociter abegiſſe, quòd ille locus orationi conſecratus eſſet: quoniam tametſi D nullũ conſecrandi huiuſmodi atrij ritum Moyſi traditum legimus, attamen quo tempore Salomon templum Deo dedicauit, tãta nubes & caligo vniuerſa templi loca impleuit, vt nihil non in eo conſecraſſe viſa ſit. Et verò priori ætate, non tam locus ipſe ſacer habebatur, quàm ſupellex ipſa, totúmque cum ipſo tabernaculo inſtrumentum, ſacrum ac religioſum. Nam cùm mobile eſſet, mutationíque obnoxium, non aliunde locus ſacer habebatur, quàm quòd ab ipſa ſupellectile, & ſepto ligneo occupabatur. Iam verò nulla talis ſupellex extra atrium ſacerdotum efferebatur, quæ credi poſſet loco ſanctitatem conferre. Quoniam tamen non erat populo alter ab illo orandi locus, nec vbi coram Deo ſua vota ſacraret, idcirco minimè

C. de his, qui ad Eccleſiam confugiunt.

Eadem capitularium Caroli Magni lib. 7. cap 125. Nomine atriorum Eccleſiarum quæ olim imprehenſa ſunt.

Anſegiſus Abbas.

Atria nonnunquam conſecrata fuiſſe.

dubium eſt, quin ex vſu ſaetum eum duxerint: poſterioribus verò ſæculis, quihus non ſola ſupellex, reliquúmque tabernaculi inſtrumẽtum dedicatum eſt, verùm etiam arca ipſa iacénſque ſolum diuino cultui in perpetuum adſcriptum atque dicatum, multò etiam maiorem religionem conſecutus eſt.

VERSVS 23.

Et dixit eis: Quare facitis res huiuſcemodi, quas ego audio, res peſſimas, ab omni populo?

QVARE?] inquit, togas? Mala mens, malus animus. Non immeritò tamen ab adulteris quæri poteſt. Quate? Num quia iucundior ex aliena voluptas eſt? Abſit. Num vtiliot? Imò nocentiſſima eſt. Ergo honeſtior? At longè omnium turpiſſima. *Res peſſimas ab omni populo. Ex ore populi Domini* habent Septuaginta.

In hoc genere caſtigationis, operæpretium erit Iuonis Carnotenſis Epiſcopi, cùm ille impudicum presbyterum arguerit, in reprehendendo orationis vehementiam agnoſcere. Sic namque ille Rogerium quendam, impudicitiæ nomine malè audientem, indignans & ſtomachoſus exagitat, Epiſtola vigeſima ſecunda. Quis te faſcinauit, quis oculos tui cordis excæcauit, vt flagitium hoc quod tibi imponitur, non tantùm non perpetrares, ſed ne ſaltem de te probabiliter conſingi poſſet, modis omnibus præcaueres? Putabam concupiſcentiæ carnalis ardorem, flumine lachrymarum tuarum medullitus in te refrigeratum: &, ſi quid ille ignis vtens aliquo modo reliquerat in conſcientia tua cauteriatum, putabam frequenti ſacræ Scripturæ meditatione, tanquam temperatiui malagmatis ſuperpoſitiooe laxatum, & cœlitus infuſa ſancti Spiritus vnctione curatum. Putabam quòd Angelus primogenita Ægyptiotum percutiens, domum tuam in vtroque poſte ſignatam pertranſiſſet, & primogenita tua intacta reliquiſſet. Nunc verò publicus rumor eſt, te eſſe reuerſum in Ægyptum, & hoc primogeoitum, quod eſt caſtitas, malleo vniuerſæ rerræ miſerrimè interiiſſe contritum. Hic oculis meis penè quotidianus fletus occurrit. Hic iam mihi à tergo reuertitur. Hic à læua & dextra frequenter autibus meis quaſi nouus infertur. Hoc deuotarum mulierculatum ſubmurmurat & circumfert curioſa loquacitas. Hoc Eremitarum contriſtat habitacula. Hoe monaſteriorum quaſi commiſerando mirantur conuentu. Hoe quaſi argumentum ad defenſionem ſuarum abuſionum, ſubſannando ſibi aſciſcunt quidam Eccleſiarum cœtus. Hoc audiens, & ideo altè ingemiſcens amplius ſuſtinere non valui, quin dolorem tibi mei cordis effunderem, & de mea triſtitia te ſalubriter contriſtarem. Suadeo ergo tibi, ſeu vera, ſeu veriſimilia ſint quæ dicuntur, vt à candelabro, cui ſuperpoſitus es, inuenta honeſta occaſione deſcendas: ne amodò fumum magis, quàm ſplendorem circumiſtantibus effundas. Si enim vera ſunt, apud auditores tuos reptobus eſt ſermo tuus: & qui flagitiorum tuorum ſarcina premeris, aliena non corriges. Si autem tantùm veriſimilia, nec ſic tamen proficies: quia famam tuam neglexiſti, quam propter vtilitatem proximorum tuorum immaculatam conſetuate debuiſti.

Iuo Carn.

Expoſtulatio cũ impudico ſacerdote.

De correctione fraterna.

B ADDAMVS his Vermilij commentarium. Nunc, inquit, de correctione, qua Eli filios ſuos coarguit, eſt dicendum. Quæ res cùm in Eccleſia, tum republica, & in omni familia pernecеſſaria eſt: quandoquidem ea ſubmota omnia peſſum eunt. Vt enim pauperes nunquam deerunt, quibus poſſimus noſtra liberalitate opitulari: ſic nunquam deerunt hominum vitia, quibus valeamus reprehendendo mederi. Eſt igitur actio ad diſciplinam pertinens, qua cum lapſis de peccatis eorum expoſtulamus in charitate, monentes eos, vt reſipiſcant, iuxta modum & formam à Chriſto expoſitam, quo malum de medio auferatur. In hac definitione tanquam genus actio collocatur. Efficiens cauſa eſt charitas, quia non eſt
C iuſta correctio, ſi ex odio, ira, vel inuidia proficiſcatur. Materia verò circa quam verſatur, peccata ſunt, eáque grauia, cùm leuiora errata non pertineant ad correctionem. Forma verò, eſt modus à Domino præſcriptus. Finis: vt malum de medio fidelium tollatur, quod pio cuique in Eccleſia curandum eſt, quoad eius fieri poteſt. Nec tamen correctio vniuerſam diſciplinam continet, quia neque pater, neque paſtot Eccleſiæ, neque magiſtratus ciuilis debent ſinere peccata ſic abire: quia non pauci ſunt, apud quos monitio fraterna nullius eſt momenti. Quare pater filium peccantem, ſi vitam non emendarit; & magiſtiatus ciuilis contumacem, acerbius quàm monitionibus punire debent: paſtor fratrem pergentem inordinatè viuere, grauiori diſciplina coërcebit.
D Neque genus hoc actionis ab hominibus eſt inuentum, ſed ipſius Dei lege ſancitum. Chriſtus, vt in Euangelio ſcribitur, ait, *Si peccauerit in te frater tuus, argue illum inter te & ipſum ſolum.* Et Paulus ad Galatas: *Si præoccupatus fueris frater tuus in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, omni leuitate illum inſtruite.* Et 2. ad Theſſalonicenſes: *Eos non exiſtimetis, vt hoſtes, verùm admonete vt fratres.* Et in Leuitico ſcribitur capite decimo nono: *Ne odio habeas proximum tuum, ſed feras eum, corrigito peccantem, ne portes peccatum eius, ne vlciſcaris, aut ſerues odium contra eum, ſed amabis proximum tuum, vt teipſum.* Igitur, non tantùm Euangelio, ſed etiam lege monete & corripere frattem iubemur. Et certè ſi mandatur, vt aſinum inimici noſtri ſub onere labentem ſubleuemus, quantò

Vermilius.

Quid ſit correctio definitur.

Qvare facitis res, &c.

magis præcipitur, vt labenti fratri ſubueniamus? Altero item loco, Deus lege cauit, ne quis *cæco ponat offendiculum: ſed potius eum reducat in viam.* Fratres autem grauiter peccantes cupiditatibus excæcantur, & aberrant à via: quare à nobis præteriri nequeunt citra culpam. Eli quidem ſuos filios monuit, ſed molli brachio pro grauitate criminum. Hactenus Vermilius. Arbitror autem, quandoquidem correctio fraterna ad omnes ſpectat, & generale quoddam præceptum eſt, in ea exercenda iudicio ac ratione vti oportere. Primùm quidem vt ſtatuas, num ſit illa, aut vtilis, aut neceſſaria. Deinde, vt prudenter adhibeatur. Nam ſi temerè quemquam laceſſas, inimicum expetturus es, neque tam illa correctio quàm conuitium & contumelia dicetur. B Cæterùm, aut imperio tuo ſubditi ſunt, quos caſtigandos ſuſcipis: aut certè nullo tibi iure obnoxij. Si itaque illi pari tecum iure certent, nec vllam in eos iuriſdictionem obtines, quare corripias? Num quia fortè delicti magnitudinem ignorant? Benè facis docendo eos, quæ neſciunt. An quia etſi aliàs non ignorant, aliquando tamen non aduertunt, quemadmodum qui peccant ex conſuetudine? Benè item facies admonendo, ne imprudentes delinquant. An quia, etſi quis ſciens prudénſque ruat in præcipitium, confidis tamen oratione reuocari poſſe? Et hoc item benè, qui caſum amici doleas, ruentémque manu ſuſtentes. An quia, etſi ne hoc quidem ſperes effici poſſe, aliis tamen vtilem futuram eam correctionem animaduertis, quos illius exẽplum, niſi arguatur, in idem barathrum C pertraheret? Nihil hoc melius prudentiuſve dici poteſt. Iam verò, ſi accuratè vnamquamque cauſam expenderis, quæ te ad commonendum impellat, non erit difficile modum inuenire, quo commodè ac vtiliter fiat. At ſi in iracundum, & pertinacem, & contumelioſum incurreris, cuius audacia correctione potius irritetur, quàm reprimatur: ſatius erit, opinor, à tali fera correctionem abſtinere. Si tamen poteſtatem nactus es in eum qui peccet, iúſque animaduertendi habes, contumacem coërceas neceſſe eſt. Quod cùm facere Eli Pontifex neglexiſſet, ſiue propriæ quieti conſulens, ſiue filiorum charitate victus, quos non tulit moleſtia afficere, in miſerrimam calamitatem poſtremò incidit.

Quando correctione vti liceat.

Versvs 24.

Nolite filij mei: non enim eſt bona fama, quam ego audio, vt tranſgredi faciatis populum Domini.

Cvm in manifeſto ſcelere minas ac terrores intonare deberet, leui atque exili voce ſatis habuit admonuiſſe. Raucedinem illam ſic interpretatur B. Petrus Damian. vt quæ à frigore, hoc eſt diuini amoris vacuitate profecta ſit. De qua raucedine cùm nonnulla præfatus eſſet, de Heli mox ſubdidit. Hoc frigore iam & Heli conſtrictus obtorpuerat, qui filiis ſuis aiebat: A *Non eſt hæc bona, filij mei, fama, quam ego audio, vt tranſgredi faciatis populum Domini.* Nam quia prædicatoris huius guttur ab amore Domini algor occluſerat, idcirco vox eius quodammodo rauciens, in filiorum ſuorum cordibus efficaciter non ſonabat. Si vis ergo vocem habere, vel in prædicationibus intonãtem, vel in orationibus efficacem, ſatage ſemper, vt te diuinus feruor accendat, ne vocem tuam torpor frigoris intercipiat. Frigidæ quippe mentis oratio, vel prædicatio non admittitur, & tanquam vox rauciens non auditur. Hactenus Beatus ille l. 7. Epiſt. 17.

B. Petrus Damianus.

Non enim est bona fama, &c.

Raucedo ſpiritualis in correctione fraterna.

At S. Hildebertus Epiſt. 74. puluillum ſub cubito vocat, quem Dominus execratur, ac diris deuouet, Ezech. 13. *Væ his, qui ponunt puluillos ſub omni cubito manuum, & faciunt ceruicalia ad capiendas* B *animas. Verba* autem *Sapientis*, Eccleſiaſtæ 12. *claui ſunt in altum defixi.* Tali, inquit, puluillo, talique ceruicali, circa filios delinquentes vſus eſt Heli, cùm diceret; *Non eſt bona fama, filij mei, quam audio de vobis.* De huiuſmodi correctione S. Gregorius Nazianzenus in libro de Epiphaniis, his loquitur verbis: Heli ſacerdos pro filiorum iniquitate damnatur, quòd eos diuina ſacrificia temerantes, minus ſeuera animaduerſione plectebat: & quidem corripuit, ſed lenitate & manſuetudine patris, non ſeueritate & authoritate Pontificis. Superiora Hildebertus.

S. Hildeb.

S. Gregor. Nazian.

Non *eſt bona fama.*] *Oportet*, inquit Apoſtolus 1. ad Timoth. c. 3. *& illum teſtimonium habere bonum ab iis, qui foris ſunt.* Sic ille ſtatuit de Epiſcopo eligendo, rationem etiam adiungens, C *Vt non in opprobrium incidat, & laqueum diaboli.* Si teſtimonium quæritur ab externis, quantò magis ab amicis, inquit Chryſ. Nam his potiſſimum quæritur Epiſcopus, cuius illi exemplo proficiant, & doctrina erudiantur. Cæterũ plerique homines ita à natura comparati vidẽtur, vt oculis potius quàm auribus fidem adhibeant. Itaq; non tam illi quid doctores & magiſtri doceant, aduertũt, quàm quid agant curioſè explorant, proni ſemper ac faciles deteriora imitari. Quare ſi ſacerdotis dignitas inſigni aliqua turpitudine maculetur, eius quoq; doctrina dedecore atque infamia opprimatur neceſſe eſt: ſicque, qui paſtor ex officio eſſe debuit, ſuo vitio lupus fiet.

Fama Paſtoribus, & prædicatoribus neceſſaria eſt.

D

De fama, & quòd ea viris Eccleſiaſticis neceſſaria ſit.

Fama Hebraicè שמועה *ſcemuhha* rumor, auditio, fama. A verbo שמע *ſcamahh*, quod audire, exaudire, obedire, acquieſcere eſt. Cõſtanter tamen ipſum nomẽ rumor, aut fama eſt. At Latinis, vt docet Feſtus, *fama* à fando dicitur. Sic apud Græcos, φήμη ἀπὸ τῆς φάσεως: quia, inquit S. Iſid. Orig. l. 5. c. 27. fando & loquendo peruagatur per tradoces linguarũ & aurium ſerpens. Eſt autẽ nomen, vt idẽ ait, & bonarum rerũ & malarum. Nam fama felicitatis interdũ eſt, vt illud eſt, illuſtris fama, quod laus eſt: malarũ, vt Virg.

Fama malum, quo non aliud velocius vllum.

Gloſſa in cap. 2. cauſæ 3. quæſtione 7. fama, opinio, & exiſtimatio idem eſt. Bona fama, laus etiam, & commendatio, & nominis celebritas,

S. Iſid Hiſp.

Gloſſa in 3. q. 7.

& gloria dicitur, quam Græci εὐκλείαν appellāt, [A] cuius fundamentum eſt iuſtitia, vt ait Tullius, ſine qua nihil poteſt eſſe laudabile. Iſtîc verò, tum in Hebræo, tum apud Græcos interpretes, auditionem legimus. Verùm, vt opinor, hæ duæ dictiones diſtinctione opus non habent: nam & Cicero eas coniungit dicens, ſe aliquid fama atqoe auditione accepiſſe. Fama ſimpliciter à Iureconſultis definitur: Illæſæ dignitatis ſtatus, motibus & legibus comprobatus. ff. de variis & extraord. cognitionibus lege 5. §. exiſtimatio. Non bona fama autem, vt reor, non aliud quàm infamia eſt, quæ eſt duplex: alia iuris, alia facti. Facti quidem illa eſt, cùm quis ob facti alicuius indigoitatem, apud bonos [B] & graues viros malè audit. De qua igitur ff. de obſequiis à liberis, lege 2. & l. licet. Iuris autem infamia, eſt diminutio ſtatus alicuius, quæ nonnunquam ipſo facto inuritur, aliquando à iudice poſt criminis agnitionem irrogatur. De priore loquitur Pontifex, nimirum de ignominia facti, qua filij ſui flagrabant: *Non eſt bona fama quam ego audio*, dudum populi querelis aures meæ occaluerunt: nimirum, vos illi criminandi anſam præbuiſtis. Iam æquo animo ferre nō poſſum, quæ auribus accipio. Semper mihi nouæ accuſationes audiendæ ſunt. Vnicus hic ſermo, quemadmodum ora populi, ita & meas aures occupat, pudore ſuffundor, mēque diuturnioris vitæ iam pœnitet. Quæ eſt hæc veſania, omnes in ſe accuſatores concitaſſe, famámque ſoam tanto dedecore, atque ignominia polluiſſe? [C]

Pandecta. Fama definitio.

At ego populi rumuſcolos nil moror, dicet aliquis, nec inſanam vulgi maledicendi libidinem, cuius vna voluptas eſt, alieno numini detrahere: conſcientiæ meæ teſtimonio contentus ſum, aliena prædicatione non indigeo, nec obtrectatione moueor. Vt rupes vndarum minas fremitúmque contemnit, nec propterea quicquam litture decedit: ita & ego pariter nihil horum quæ cœperam, propterea immutabo. Conſtantiam verba quidem iſta præferunt, ſed quæ minimè neceſſaria eſt. Nam cùm veritas tanquam inuolucris quibuſdam tecta ſit, plerique omnes opinione ducimur. Opinionem autem fama parit, cum veriſimilitudine coniuncta. Quæ autem maior eſſe poteſt, quàm [D] ſi quis infamiam depellere à ſe negligat, quæ oritur ex crimine? Nam eo pacto aut feciſſe, aut ſi non fecerit, approbare videbitur. Horum autem quoduis magnopere fugiendum eſt. Nā ſi quiſpiam te probare credat, periculum eſt, ne velit imitari: ſi feciſſe, ne ab iis etiam bonis, quæ in te erunt, quibúſque iuuari poterat, ſuſpicioſus abſtineat. Quapropter non ſunt audiendi, inquit ſanctus Auguſtinus, libro de bono viduitatis capite 22. & refert Gratianus cauſa 11. quæſtione 3. capite, Non ſunt. Siue viri ſancti, ſiue fœminæ, quando reprehenſa in aliquo negligentia ſua, per quam fit, vt in malam veniant ſuſpicionem, vnde ſuam vitam longè abeſſe ſciunt, dicunt ſibi coram Deo ſufficere conſcientiam, exiſtimationem hominum non ſolùm impudenter, verumetiam crudeliter cōtemnentes, cùm occidant animas aliorum, ſiue

Fama his qui præſunt, aut docent, aut virtute præſtant ſedulò curanda eſt.

S. Auguſt.

[A] blaſphemantium viam Dei (quibus ſecundum ſuam ſuſpicionem, quaſi turpis, quæ caſta eſt, diſplicet vita Sanctorum) ſiue etiam cum excuſatione innitantium, non quod videot, ſed quod putant. Proinde quiſquis à criminibus flagitiorum atque facinorum vitam ſuam cuſtodit, ſibi benefacit: quiſquis autem etiam famā, in alios miſericors eſt. Nobis enim neceſſaria eſt vita noſtra, aliis fama noſtra. Et iterum idem cauſa 12. quæſt. prima, capite Nolo. Nolo, inquit, vt aliquis de vobis inueniat malè viuendi occaſionem. *Prouidemus enim bona*, vt ait Apoſtolus, *non ſolùm coram Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus*. Propter nos, conſcientia noſtra [B] ſufficit nobis: propter vos, fama noſtra non pollui, ſed pollere debet in vobis. Tenete quod dixi, atque diſtinguite. Duæ res ſunt conſcientia, & fama. Conſcientia neceſſaria eſt tibi, fama proximo tuo. Qui fidens conſcientiæ ſuæ, negligit famam ſuam, crudelis eſt. Hactenus ille.

De infamia, & eius Eccleſiaſtica purgatione.

Qvid igitur, ſi quis famæ iacturam fecerit, & mendaci infamia laboret, quale erit illud peccatum? Fortè nullum, ſi nihil ille ad[C]miſerit, quo notari mereretur: veruntamen ſacris altaribus adhiberi non debet, vt præclarè docet S. Chryſoſtomus, in 3. caput 1. ad Timotheum. Neque enim illius doctrina vtilis eſſe poterit, aut cuiquam perſuaderi, ſi putentur vita moréſque hominis dictis refragari. Talis itaque in ſacerdotem aſſumi non debet, quātumuis innocēs priuatim agnoſcatur, niſi primùm, ſi fieri poteſt, manifeſtè ac publicè vendicetur eius innocentia. Quis enim, te oro, eum, quem peſte corruptum iudicet, medicum accerſat, etiamſi ſit ille reuera ab eo morbo alieniſſimus? Solus ipſe ex ea ſuſpicione mali conceptus pauor, perniciem ægroto corpore creare poteſt: quanto magis animæ inſito ac naturali horrore credita vitioſitas?

S.Chryſ.

Quid ſi iamdudum initiatus eſt, & ſacro [D] munere perfunctus? Tantiſper abſtinere debet, dum eius fama illa labe abſtergatur. Et, ſi quidem accuſatòr idoneus accedat, qui litem intēdat, iudicio præſtolari decet: ſin præuaricetur, aut certè illum probationes deſtituant, vel etiā nemo eſt, qui nomen priuatim detulerit, & tamen ille rumor ad plures manauit, ſiue is Presbyter, ſiue Epiſcopus fuerit, ab illa ſuſpicione ſeſe expurget neceſſe eſt: quod pluribus capitulis cauſa 2. quæſtione 5. docetur, & complures olim ſummi Pontifices ſanctus Damaſus, S. Sixtus tertius, S. Symmachus, Pelagius item primus, Leo tertius, & S. Paſchalis primus, necnon & aliarum ſedium non pauci Antiſtites ſanctiſſimi præſtiterunt, quemadmodum notauit Pithœus verbo Expurgatio, in capitularia Caroli Magni. Ex quibus etiam capitularibus legem proferre poſſumus, quę eam purgationem, & modum eius prę́ſcribit. Sic

Sacerdos infamia laborans ſe purgare debet.

Capitularia Caroli Mag. libro 5. c. 34.

enim ibi legimos. qualiter conſultu Domni & A Patris noſtri Leonis (is erat tertius) Apoſtolici, cæterorúmque Romanæ Eccleſiæ Epiſcoporum, & reliquorum ſacerdotum, ſiue Orientalium & Græcorum Patriarcharum, & multorum ſanctorum Epiſcoporum & Sacerdotum, nec non & noſtrorum Epiſcoporum, omniúmque ſacerdotum cæterorum ac Leuitarum auctoritate & conſenſu, atque reliquorum fidelium, & cunctorum conſiliariorum noſtrorum conſultu definitum eſt, vobis omnibus vtriuſque ordinis miniſtris ſcire volumus. Statutum eſt namque ratione, & neceſſitate, ac autoritate prædicta conſultu omnium, vt quotieſcunque cuiquam ſacerdoti crimen imponitur, B ſi ipſe accuſator talis fuerit, vt recipi debeat (quia quales ad accuſationem ſacerdotum admitti debeāt, in Canonibus pleniter expreſſum eſt) ſi aotem, vt dictum eſt, ille accuſator, qui canonicè eſt recipiendus, eum de legitimo numero verotum & bonorum teſtium approbare in conſpectu Epiſcoporum poterit, tunc canonicè duudicetur. Et ſi culpabilis inuentus fuerit, canonicè damnetur. Si verò eum ſupraſcripto prætextu approbare ipſe accuſator minimè poterit, & hoc canonicè definiatur. Ipſe ergo ſacerdos, ſi ſuſpicioſus, aut incredibilis ſuo Epiſcopo, aut reliquis ſuis conſacerdotibus, ſiue C bonis & iuſtis de populo ſuo vel de ſua plebe hominibus fuerit, ue in crimine, aut prædicta ſuſpicione remaneat, cum tribus aut quinque vel ſeptem bonis ac vicinis ſacerdotibus, exemplo Leonis Papæ, vel eo amplius, ſi ſuo Epiſcopo viſum fuerit, aut neceſſe propter tumultum populi ineſſe proſpexerit: & cum aliis bonis & iuſtis hominibus ſe Sacramento coram populo, ſuper quatuor Euangelia dato, purgatum Eccleſiæ reddat. Hæc Carolus Magnus: quæ tamen poſtea reuocat capitulo 7. Cùm didiciſſet, inquit, eam cauſam à beato Gregotio Papa fuiſſe definitam, cuius hæc verba in ſua conſtiturione refert: De Presbytero verò, vel de quolibet ſacerdote à populo accuſato, ſi certi non fuerint teſtes, qui crimini illato approbant veritatem, inſinuandum erit in medio, vt illum teſtem proferat de innocentiæ ſuæ puritate, cui nuda, & aperta ſunt omnia; ſicque D maneat in proptio gradu. Tandem Imperator cōcludit in hunc modum: Iſta verò omnia, quia vires noſtras excedunt, in iudicio Epiſcoporum iuxta canonicam ſanctionem definienda relinquimos, vt hæc, quando orta fuerint, ita definire ſatagant, vt nec ſecundùm ſeculum iuſtam teprehenſionem, nec penes Dominum (quod abſit) damnationem, ſed æternæ beatitodinis, ipſo aoxiliante, qui omnia infucata præſtat, præmia conſequantur.

Eccleſiaſtica iudicia Imperatorum vires excedunt.

Vt *transgredi faciatis populum Domini.*] *Væ mundo à ſcandalis*, Chriſtus ait, *neceſſe eſt vt veniant ſcandala, væ autem homini illi per quem ſcandalum venit.* Et iterum de eo, qui vel minimis gregis ſcandalum attulerit, *Expedit ei*, inquit, *vt appendatur collo eius mola aſinaria & demergatur in profundum maris.* At verò, quid ſit ſcandalum, fortè requires.

De ſcandalo & eius multiplici genere.

Qvod Græcè, inquit Hieronymus Matthæi 15. ſcandalum dicitur, nos offenſionem, vel ruinam, & impactionem pedis poſſumus appellare. Quemadmodum enim nonnunquam accidit, vt diſpoſitis ad capiendas feras laqueis quiſpiam iter agens offendatur, aut etiam in obiectum ſcrupum impingat: ita & nonnunquam iis, qui arduum virtutis iter capeſſunt, impedimenta quædam aliorum inſidiis obiciuntur, quæ non parum difficultatis pariunt. Verùm nihil ſic explicat quæ ſit ſcandali ratio, vt oratio quædam Herodiani cùm ille nobis Romanorum, duce Macrino Imperatore, cùm Parthorum exercitu pugnam libro 4. deſcribit. Is namque poſt alia quædam, etiam hæc addit: Poſtea verò quàm ab equitatu, & camelitarum multitudine premebantur (nimirum Romani milites) fuga ſimulata tribolos, aliáque machinamenta ferrea acuminata prouciebant, quæ ſub arenis latentia, neque cuiquam conſpecta, perniciem equitibus, & camelorum inſeſſoribus afferebant. Quippe illis calcatis, equi, potiſſimùm verò cameli, quoniam huic generi molliſſimæ ſunt vngulæ, ſuccidūæ claudicabant, excuſſis tergo inſeſſoribus.] Id ſcilicet Parthorum equis, & camelis ſcandalum fuit maximum. Quod ſi quando tale quid in ſtadio virturum ad metas anhelanti contingat, quod curſum, aut interrumpat, aut remoretur, ſcandalum hoc quoque animæ dicetur.

S. Hieron.

Scandalum quid dicatur.

Herodian.

Porrò ſcandalum non vno modo ſolùm accipitur: ſed aliàs quidem illius caſum ſignificat, qui dolo alterius corruerit; aliàs verò eodem nomine illius fraus & improbitas deſignatur, qui fratri ſuo, vt laberetur, autor extiterit. Et quidem ſi lapſum ruinamve denotet, aut quod quiſpiam occaſionem ad peccandum arripuerit: tum fieri non poteſt, quin ſcandalum illud ſemper peccatum ſit: cùm non aliter quàm peccando labi contiogat, id eſt ſcandalo affici: D aliquando tamen leuius, aliquando grauius erit pro offenſionis grauitate. Nam præterquam quod tolerabilius nonnunquam errare contingit, cùm res ipſa non magni momenti eſt, tum hoc etiam ſedulo obſeruare decet, pleroſque, non tam aliena fraude in errorem induci, quàm ſuoprè ingenio atque malitia, dum ea, quæ benè geſta ſunt, perperam interpretantur: quemadmodum feciſſe olim Phariſæos Euangeliſtæ memorant, qui dum famæ atque exiſtimationi Chriſti Domini inuident, quam iuſtis operibus conſequebatur, eiuſdem facta calumniari nunquam deſtiterunt. Scandalum igitur in eo ſenſu acceptum nuſquam non erit peccatum. Sed quòd nouam peccati formam ſiue ſpeciem cōſtituat, diſtinctam ab eo peccati genere quod committitur: ſiue illud cibi potúſque intemperantia eſt, ſiue libidinis æſtus, non videtur concedi oportere. Neque enim, vt iiſdem Diui Thomæ verbis vtar, quibus hanc difficultatem

Scandalum multiplex, & quando nouum peccati ſpecies.

1. Ratio ſeu ſpecies ſcandali.

S. Thomas.

explicat, 2. 2. quæſt. 43. Hoc ipſum, quod eſt A ſumere occaſionem peccandi ex dicto, vel facto alterius, ſpecialem rationem peccati conſtituit: quia non importat ſpecialem deformitatem ſpeciali virtuti oppoſitam.

Altera ſpecies ſcandali.

Atverò, ſi ſcandalum datam ab aliquo ad peccandum occaſionem ſignificet, ſi quidem illud peccatum ſit, ſingularem quandam peccati formam conſtituet. Fieri enim nonnunquam poteſt, vt ne quidem peccatum ſit, tum ſcilicet cùm neque opus ipſum peccandi cuiquam neceſſitatem imponit, neque id ea mente aur conſilio factum eſt, vt obeſſe poſſet: ſic enim Ioſeph nihil tale cogitans, commemoratione ſomniorum ſuorum fratribus ſuis odij, atque inuidiæ fomitem miniſtrauit. Quinimò fieri etiam aliquando poteſt, vt peccatum ſit, nec tamen aliam peccati ſpeciem ab eo, qood commiſſom eſt, vnde ſcandali ſumpta occaſio eſt, neceſſariò pariat, ſiquidem is, qui ſcandalum dedit, & alterius cupiditatem, præpoſterè aliquid agendo loquendove exacuit, non eo animo fecit, vt cuiquam ad malum ſtimulos admoueret: ſed cùm ſtuderet ipſe propriæ tantum voluntati obſequi, alius quiſpiam inde ſibi ruinæ materiam fecit, quod videtur ex accidenti contigiſſe. Ea verò quæ caſu accidunt, & præter agentis expectationem, non cenſentur, quantum ad mores attinet, nouam formam inducere.

Vera ratio ſcandali.

At erit noua & teterrima peccati ſpecies, ſuo genere à quouis alio peccato diſtincta, ſi quis alterius animum iis artibus ad malè agẽdum pellexerit, quibus ille capi & deliniri poteſt. Speciei namque ratio, cùm de moribus agimus, à fine petenda eſt. At qui ea mente ſeſe adulterio polluit, vt alium pari cupiditate incendat; præter eum finem, quem naturaliter libido habet, nimirum voluptatem, alium etiam ſibi præſcribit, ſcilicet, proximi ſui depraoſtionem & corruptionem: qood vtique fraternæ correctioni, quam Chriſtus plorimùm nobis commendauit, omnino aduerſatur. Cæterùm tale erat horum ſacerdorum peccatum. Neque enim aliter quàm vi aot illecebris mulierum podicitiam expugnabant: & cùm ipſi ſacris malè operarentur, nec titum à Deo conſtitotum ſeruarent, ipſum etiam populum ſacrificiis prętermorem & æquum abuti compellebant, ita vt quicunque eſſent diuinę legis memores, omnino ab iis abſtinere cogerentur. Fuit porrò ea iniquitas maxima, vt ait Scriptura, & peccatum grande nimis: quoniam ea ratione paulatim religionis cultus extinguebatur, plebſque omnis eo ſacrilegio à vero Deo ſeparata atque abſtracta, ad idola conuertebatur: quo ſcelere, vt opinor, nullum maius reperiri poteſt.

POPVLVM *Domini.*] Quaſi diceret, non ille veſter eſt populus, nec vos illum ex Ægypti ſeruitute liberaſtis, ſed Dominus, qui ſibi illum populum peculiarem acquiſiuit, vobis autem docendum regendúmque dedit. Non itaque ſic illo debetis pro veſtra libidine abuti. Sed hoc potius vobiſcum reputate, quòd, cùm ſit ille populus Domini, ſi quid in eû peccetis, tota hæc iniuria ad Dominum pertineat, quam non ſegniter poſtea vlciſcetur. Eadem ſententia eſt, quam pluribus deinde Petrus 1. cap. 5. retulit: *Paſcite*, inquit, *qui in vobis eſt gregem Dei: non vt dominantes in cleris, ſed forma facti gregis ex animo. Et cùm apparuerit princeps Paſtorum: percipietis immarceſſibilem gloriæ coronam.*

VERSVS 25.

Si peccauerit vir in virum, placari ei poteſt Deus: ſi autem in Dominum peccauerit vir, quis orabit oro eo? Et non audierunt vocem Patris ſui: quia voluit Dominus occidere eos.

S. Hieron.

B SANCTVS Hieronymus in traditionibus Hebraicis in 1. Regum. Non ergo eo modo in virum quo in Deum peccatur: quia, in virum peccare, peccatom qualecunque eſt, leuiórque remiſſio: in Deum verò peccare, id eſt ab eius cultu recedere, impietatis peccarum eſt, difficiliórque remiſſio: & quoniam, cùm in virum quis peccat, placato ſibi viro, facit Deum ſibi placabilem. In Deum autem cùm quis peccat, *quis orabit pro eo?* Ac ſi dicatur: per quem Deum ſibi, in quem peccauit, propitium facere poterit?

Impietati nõ parcitur.

S. Cyprian.

Sanctus Cyprianus, libro de Aleatoribus, cum hac ſententia alias plures ex Scripturis copulat: ex Ezechielis cap. 14. *Fili hominis, terra quæcunque peccauerit mihi, vt delinquat delictum, extendam manum meam ſuper eam, & obteram ſtabilimentum panis, & immittam in eam famem, & auferam de ea hominem & pecora. Et ſi fuerint tres viri hi in medio eius, Noe, Daniel, & Iob, non liberabunt filios neque filias, ipſi ſoli ſalui erunt.* C Nam qui, ait, delinquit in Deum, nulla fit excuſatio, nec indulgentia vlla, & nemini venia datur. In Euangelio Dominus dicit: *Si quis*, inquit, *dixerit blaſphemias in filium hominis, dimittetur illi: At is qui peccauerit in Spiritum ſanctum, non dimittetur illi, nec hîc, nec in futuro ſæculo.* Et iterum Propheta dicit: *Si delinquendo peccet vir aduerſus virum, orabitur pro eo ad Dominum: ſi autem in Deum peccauerit quis orabit pro eo?* Et Beatus Apoſtolus Paulus, Procurator, Vicarius Chriſti, Eccleſiaſticam curam agens, ponit & dicit: *Vos eſtis templum Dei, & in vobis Chriſtus habitat, ſi quis templum Dei violauerit, perdet illum Deus.* Iterum Dominus in Euangelio ſuo negat peccatores, & exprobrat, dicens: *Recedite à me omnes qui operamini iniuſtitiam, numquam vos cognitos habui.* D Et Ioannes Apoſtolus dicit: *Omnis qui peccat, non eſt de Deo, ſed de diabolo eſt, & ſcitis quoniam ideo venturus eſt filius Dei, vt perdat filios diaboli.* Hæc S. Cyprianus.

Matth. 12.

1. Cor. 3.

Matth. 7.

Iacobus Pamel.

In quæ verba numero 47. annotat Pamelius, videri hæc pertinere ad errorem Nouatianorum, Quod caue, inquit, ne credas: aberat enim quàm longiſſimè ab ea ſuſpicione diuus Cyprianus, cuius hunc librum legitimum partum eſſe agnoſcit. Mox enim poſtea, cùm de aleatoribus agit, monet ab hac dementia recedere, &, Vt peccata, inquit, donentur tibi, eleemoſynis, & orationibus continuis incumbe.

SI *autem in Dominum peccauerit, quis orabit pro*

eo?] Hæc ſententia, inquit Vermilius, paulò A obſcurior eſt. Primùm itaque dicam, quid Hebræis interpretibus viſum de illa ſit, poſtea quid ipſe opiner. Aiunt ergo illi, vocem *Elohim* hoc loco ſignificare iudices, ſenſumque verborum eſſe, cùm homo in hominem peccat, Iudicem pro autoritate ſua illum poſſe cogere, qui fecit, vt ei quem læſit ſatisfaciat, atque ita vterque inter ſe in gratiam redeant. At ſi quis in Deum peccet, neminem poſſe reperiri, qui ſe iudicem interponat, cùm Deus ipſe de ſua offenſione futurus ſit iudex. Et ſanè cùm in hominem peccatum eſt admiſſum, iri poteſt ad iudicem, qui ſe medium præbeat, & neutram in partem odio aut gratia propendeat, vn- B de ab eo malum iuxtáq. bonum expectari poſſit. At ſi iudex ipſe læſus fuerit, nihil ab eo niſi malum eſt expectandum. Conſequitur ergo filios Heli, cùm Deum offenderint, eundem habituros eſſe iudicem, & ideo facilè videri poſſe, quid apud eius tribunal ſperare debeant.

אלוהים Hebræorum interpretatio.

Vermilij interpretatio.

Hæc interpretatio, addit Vermilius, licet recepta ſit, & mihi non diſpliceat, ſimplicius tamen eſſet, & magis ad rem, ſi quid ego video, ſi peccare in Deū, interpretemur eſſe in eius peccare ſacrificia: ac ſi diceret: Si homo in hominem peccet, ſuperſunt adhuc ſacrificia, quibus peccata dicuntur expiari: at dum ſacra ipſa corrupta & vitiata fuerint, quæ præterea ſupereſt expiatio? Propterea, cùm vos legem Dei contaminaueritis, & ſacrificia corruperitis, nihil ſupereſt niſi C vindicta Dei. Sed hîc monendus eſt de duobus pius lector. Primùm non ita accipiendum peccatum in hominem, quaſi eo non offendatur ipſe Deus, quod proximum lædit, ſed illud eſſe peccatum in hominem dicimus, quo primùm læditur homo: deinde ipſe Deus, cuius lex violatur. Illud autem peccatum in Deum vocatur, quod immediatè, vt ita dicam, in cõtumeliam Dei redundat. Secundo loco id monebo, quod licet quiſpiam in Deum ipſum peccarit immediatè, Chriſtum tamen eſſe mediatorem, nec peccatum tam graue reperiri citra culpam in Spiritum ſanctum, quin per ipſum remitti queat. Sed tamen ſciendum eſt, non prodeſſe Chriſtum niſi pœnitentibus & credentibus: iſtos autem apparet, qui perſeuerabant in ſuis malis, abſque fide & pœnitentia D prorſus fuiſſe, ideòque non poterant à Deo niſi pœnas, & quidem grauiſſimas expectare. Hactenus Vermilius.

Porrò dubium eſſe non poteſt, quin ea oratio difficultatem reconciliandæ cum Deo gratiæ, poſtquam is offenſus fuerit, mirum in modum amplificet: idque duobus potiſſimùm argumentis. Primum eſt, quòd iniuriæ compenſatio fieri non poſſit: Alterum, quòd prece flecti non valeat, nec ſubſit cuiuſquam imperio: quaſi diceret: Qua tandem ſpe freti aut confidẽtia Deum offenditis? Nã qui hominem violat, & vt puta vaſa eius aufert: aut ſupellectilem diripit, aut faces denique, & ignem in eius poſſeſſionem aliquam inijcit, hoc ſibi polliceri poteſt, ex ſaturata nocẽdi libidine, ſi opus ſit, damni in integrum reſtitutione facta, de lite poſſe componi.

Quare Deus non ita facilè placari poſſit.

Fores effregit? reſtituentur (vt ille alebat) diſcidit
Veſtem? reſarcietur, eſt (diis gratia)
Et vnde hæc fiant, & adhuc non moleſta ſunt.

At ſi quis Deo iniuriam fecerit, primùm nullis illa operis aut officiis compenſari poteſt: deinde nec precibus quidem ſeueritas eius mitigari valet. Nam quæ precibus vim addere ſolent, ea ſunt, ſimilis periculi metus, nemo enim eſt qui labi non poſſit: deinde præteritorum beneficiorum commemoratio, futurorum ſpes, ſanguinis communio, vitæ ſocietas, amicorum fauor, quæ ſæpè plurimùm poſſunt non modò ad impetrandam, verumetiam extorquendam veniam, poſtremò iudicis, aut cuiuſquam potentis autoritas. Ad horum nullum eſt homini cum Deo commune commercium: neque enim aut cuiuſlibet ambit gratiam, aut opibus indiget, aut potentiam reueretur. Cùm itaque non ſit in poteſtate hominis, vt placet Deum, qua tandem audacia tam proteruè illius legem contemnitis? Et hoc quidem in dubium non videtur poſſe reuocari, quin, ſi hominis vires ſpectes, poſt ſuſceptas cum Deo inimicitias, in gratiam, quantumuis conetur redire, non queat. At relicta erat vna ratio, nimirum vt iis mediis vteretur, quibus ipſe pollicitus eſſet iram remiſſurum. Illa verò erant ſacrificia, quorum etiam nonnulla in expiationem ſacerdotis inſtituta erant. Quod ſi deinceps, id quod ſpei reliquum erat, etiam ſacrificiorum religionem contaminaueritis, iam nullus erit euadendi locus. His verbis filios ſuos Heli ad pœnitentiam hortatur, & ab illa impietate reuocat: reſipiſcentibus enim, & ad meliorem frugem ſe recipientibus, per hoſtias patebat ad Deum acceſſus, neque cuiquam veniam ex animo poſcenti denegabat, quod Philo copiosè docet ex Scripturis libro ſuo, quem de victimis inſcripſit. Vbi etiam diſcrimen aliquod explicans, quod lege præceptum erat obſeruari in hoſtiis, quæ pro peccato offerrentur: nimirum, vt præter eas partes quæ incendio altaris abſumerentur, reliquæ ſacerdotibus cederent in epulum, ſi hoſtia Regis nomine, aut cuiuſquam è populo crederetur, tota verò flãmis dederetur, nec quiſquam ex ea participaret, ſi pro ſacerdote, aut vniuerſa gente fieret: ad hunc modum diſſeruit. A ſacerdotibus autem abſumitur victima multis de cauſis. Primo in offerentis honorem. Nam conuiuarum dignitas ornat eum, qui excipit conuiuio. Deinde vt pœnitentes ſecurius credant ſe habere Deum propitium: alioquin eius famuli hanc menſam non accederent, niſi anteactis omnibus obliuioni traditis. Tertia cauſa eſt, quia ſacrificare nulli ſacerdoti, niſi integro permittitur, cui ne minima quidem inſit labecula. Atque ita monentur, quotquot à delictorum via decedunt, vt æmulentur puritatem ſacerdotum, qui de oblatione ipſorum epulari non dedignati ſunt. Ideo ſacrum hoc intra vnam diem abſoluitur, quia peccantes cunctatio decet ac procraſtinatio, in benefactis verò properandum eſt. Locus verò epuli fanum fuit. Nihil enim extra fanum effertur

Philo Iudæ.

tur, videlicet, ne pœnitenti exprobrentur peccata priſtina, iactata in vulgum ſuſurris inimicorum, & linguis petulantibus gaudentium aliena ignominia. Præſtat igitur ea contineri intra ſacrata limina, vbi fit expiatio. Sed quæ pro Pontificis, aut totius populi peccato mactantur, damnata cibis exuruntur (vt dixi) in ſacro cinere, nemo eſt enim aut Pontifice, aut gente potior, qui deprecator allegari poſſit pro his peccantibus. Hactenus Philo. Cæterùm etſi hæc, quæ de ſacrificio diximus, admodum vera ſint, & mirificè cum textu noſtro conſentiant: puto nihilominus non eſſe neceſſe vllis ambagibus vti, ſed commodè poſſe, prout verba ſonant, ſic illam interrogationem accipi, vt intelligamus eum quidem vehementi illa expoſtulatione difficile atque arduum eſſe affirmare, vt talem quis inueniat, qui ad deprecandum Deum ſit idoneus, non tamen omnino negare. Sic namque interpretatur diuus Ambroſius libro primo de pœnitentia, capite octauo aduerſus Nouatianos diſſerens: Non, inquit, ſcriptum eſt: nullus orabit pro eo, ſed *quis orabit?* Hoc eſt quis ille ſit, qui in tali cauſa orare poſſit, quæritur, non excluditur. Denique habes in Pſalmo 14. *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requieſcet in monte ſancto tuo?* Non enim nullus, ſed probatus habitabit. Nec hoc dicit quod nullus requieſcat, ſed requieſcat electus: vt ſcias hoc eſſe verum, quod non multò poſt in Pſalmo 23. ait: *Quis aſcendet in montem Domini, aut quis ſtabit in loco ſancto eius?* Id eſt non quicunque de vulgo, nec plebeiæ vilitatis aliquis, ſed vitæ egregiæ ſingulariſque meriti. Et, vt ſcias quia cùm dicitur, *quis*, non intelligitur nullus, ſed aliquis ſignificatur; cùm dixiſſet: *Quis aſcendet in montem Domini?* ſubiecit: *Innocens manibus, & mundo corde, qui non accepit in vanum animam ſuam.* Et alibi: *Quis ſapiens, & intelliget hæc?* Numquid dicit, quia nullus intelliget? Et in Euangelio: *Quis fidelis diſpenſator & prudens, quem conſtituet Dominus ſuper familiam ſuam, vt det illis in tempore tritici menſuram?* Et vt comprehendas, quia de eo dixit, qui vtique eſt, non de eo qui non eſt, ſubiunxit: *Beatus ille ſeruus, quem, cùm venerit Dominus, inuenerit ſic facientem.* Et illud ita opinor: *Deus quis ſimilis tibi?* Non vtique nullus, quia imago Patris Filius eſt. Similiter igitur accipiendum: *Quis orabit pro eo?* Hoc eſt, ſingularis vitæ aliquis debet orare pro eo, qui peccauit in Dominum, quia quo maior culpa, eo maiora ſunt quærenda ſuffragia. Non enim quicunque de vulgo pro Iudæorum populo, ſed Moyſes rogauit, quando vituli caput fidei immemores adorauerunt. Nunquid errauit Moyſes? At certè quia non errauit, quod rogauit, & meruit, & impetrauit. Quid enim talis affectus non impetraret, quando ſe obiecit pro populo dicens: *Et nunc, ſi dimittis illis peccatum, dimitte: ſin autem dele me de libro vitæ?* Vides quia non tanquam delicioſus interceſſor, & faſtidij plenus ſibi conſulat, ne

Hoſtia pro peccato ſacerdotis propter ſe comburebatur, vt ſciret apud Deum non habere ſe interceſſorem.

S. Ambroſ.

Verior interpretatio.

Pſal. 82.

Exod. 32.

A offenſionem contrahat: quod Nouatianus metuere ſe dicit: ſed magis omnium memor, ſui immemor, offendere non timebat ipſe, vt plebem ab offenſionis periculo exueret, & liberaret. Meritò ergo ſcriptum: *Quis orabit pro eo*, hoc eſt talis qualis Moyſes, qui ſe offerat pro peccantibus: talis qualis Hieremias, cui cùm eſſet dictum à Domino Deo noſtro: *Noli orare pro populo iſto*: tamen orauit, & veniam promeruit. Denique obſecratione prophetica, & interceſſione tanti vatis inflexus Dominus dicit ad Hieruſalem: quoniam ea quoque pœnitentiam pro delictis egerat, dicens: *Domine omnipotens Deus Iſrael, anima in anguſtiis, & ſpiritus anxius clamat ad te: audi Domine, & miſerere*: & iubet luctus veſtimenta deponi, & abiici gemitus pœnitentiæ. Sic enim ſcriptum eſt in fine libri: *Exue te Hieruſalem ſtola luctus, & vexationis tuæ, & indue te decorem eius, quæ à Deo tibi data eſt gloriæ in æternum.* Hactenus ſanctus Ambroſius.

Hierem. 7.

Baruch. 3.

B Ibidem 5.

E**T** *non audierant vocem patris ſui:*] Socrates aliquando ſentiens filium ſuum Lamprodeum, qui natu maior erat, matri ſuæ iratum, quòd eius expoſtulationes ægrè ferret, ſtuduit, eorum commemoratione beneficiorum, quæ plurima in filios matres conferunt, à ſententia reuocare. At reſpondit adoleſcentulus: Etſi hæc omnia, cæteráque his multò fecerit plura, nullus tamen poſſet profectò duritiem matris meæ perferre. Tum Socrates: C Vtrum, ait, feræ immanitatem putas difficilius eſſe ferendam, an matris? Ego quidem, inquit, matris puto, quæ talis ſit. Num igitur vnquam aut momordit, aut recalcitrauit tibi, quemadmodum multi à feris affecti ſunt? Non iſta: Sed ea dicit, inquit, mehercle, quæ nullus vnquam audire velit. Tu autem quot, Socrates ait, ei moleſtias tum dicto, tum facto, à prima ætate, die noctúque præſtitiſti? Aut quantum doloris attuliſti ægrotationibus vexatus? Nil tamen, ait, vnquam aut feci, aut dixi, cuius illam puderet. Quid verò, inquit, grauius tibi putas eſſe, quæcunque illa dicit audire, iis, quæ hiſtriones in tragœdiis alter alteri contumelioſiſſimè dicunt? Sed tamen, vt arbitror, D quoniam non putant, nec illum qui redarguit, propterea redarguere, vt damnum inferat: nec illum qui minatur, propterea minari, vt mali quicquam faciat, æquo animo ferunt. Tu autem cùm haud ignores, quòd quicquid mater dicit, non modò non vt maleuola tibi dicit, ſed volens tot tibi bona fore, quot nulli alij, ægrè feres? An opinaris maleuolam tibi matrem eſſe? Minimè, inquit, hoc opinor. Nonne, ait Socrates, iſtam cùm beneuola tibi ſit, & quàm maximè poteſt pro te procuret vt ſanus ſis, nullóque priueris neceſſario, & ad hæc tibi multa bona fieri Deos oret & vota reddat, difficilem eſſe ais? Ego quidem arbitror, ſi talem non poſsis ſufferre matrem,

A nec bona te poſſe ſufferre, & cætera apud Xenophontem lib. 2. de dictis & factis Socratis. At iſti eo minùs excuſatione digni ſunt, quòd & grauiſſimè peccauerant, & mitiſſimè ſunt admoniti à patre, cuius tamen conſiliis acquieſcere cootempſerunt.

Num Deus velit quenquam occidere.

Vermilius.

QVIA *Deus voluit occidere eos.*] Quæ ſeqoũtur ſunt Vermilij: Hic duo ſe dubia offerunt. Primum eſt, vtrum Deus velit aliquem occidere ſeu perdere, ſiquidem hic ſcribitur, filios Heli non audiuiſſe vocem patris, *quòd Deus eos voluerit occidere.* Alterum eſt, an Deus ſit autor peccati, cùm verba hiſtoriæ prima fronte, id videantur præ ſe ferre, idcirco enim aſſeruntur non audiuiſſe vocem patris, *Quòd Deus occidere voluerit.* An Deus effecit, ne patrem audirent? An ideo non dedit eis oculos ad videndum, neque cor ad intelligendũ, qood omnino eos decreuiſſet perdere? Quod ad 1. attinet, Ezechiel in 18. & 33. capitibus (ſiquidem vtriuſque capitis idem eſt argumẽtum, quamuis Hieron. aliquod inter ea diſcrimen indicauerit, ſed tam paruum, vt nihil propemodũ referat) ſub perſona Dei ait: *Viuo ego, nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur, & viuat.* Et apud Iſaiam c. 28. legitur: *Ego faciam*, inquit Dominus, *opus alienũ*, oimirum vt vos puniam. Vnde colligitur, à natura Dei alienom eſſe, vt pœnas pro peccatis infligat. Quare ab Eccleſia paſſim canitur, oei proprium eſſe parcere ac miſereri. Et cap. 1. Sapiẽtiæ babetur, Deus mortem non fecit, nec delectatur in perditione viuorum. Ad hæc nomẽ ipſius Dei *Iehouah* in ſacris litteris prædicatur, quod nihil aliud ſonat quàm eſſentiã, vel eſſe. Propterea in lib. de vera & falſa religione c. 12. Auguſt. ait: Natura Dei eſt eſſe. Quandoquidẽ omnia inde habent illud ipſum, quod extant. Mors verò efficit, vt res eſſe deſinant: vnde non videtur à Deo proficiſci. Et in Geneſi ſcribitur, Deum feciſſe *hominem in animam viuentem.* Vnde conſequitur nõ ſic feciſſe, vt illum perderet, ſed potius vt viueret. Et Hieremiæ 9. cap. dicitur: *Ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis*, ait Dominus. Cæterùm è diuerſo hic audimus, illum voluiſſe perdere filios Heli. Et Hieremias in Threnis ait: *Deum cogitaſſe vt euerteres murum Sion.* Et in Zacharia dicitur: *Quemadmodum cogitauit Deus facere malum, cùm irritarent eum Patres veſtri: ſic modò vobis cogitat benè facere.* Extat item locus 14. Iſaiæ, qoo apertiſſimis verbis refertur, Deum apod ſe conſultaſſe ac decreuiſſe omnino perdere Babylonios, & Aſſyrios. Ac teſtimonia complura in hanc ſententiam facilè poſſent è diuinis litteris colligi, ſed cùm paſſim obuia fiant, ſuperſedeo.

B

Deus non vult mortẽ peccatoris.

C

יהוה

D

De propoſita diſputatione primùm aliquid certi ſtatuendum eſt, deinde occurrendum teſtimoniis, & rationibus, quæ poſitæ definitioni reſiſtere videantor. Ante omnia ratio mortis eſt diſtinguenda, quòd alia ſit animi, & alia corporis. De illa, quæ pertinet ad corpus ali-

Mors diſtinguitur.

A qua dicere ſuperuacaneũ eſſet, cùm ſeoſu percipiamus nihil eam aliud eſſe quàm diſceſſum animi à carne. Vnde viciſsim ſtatuimus mortem animi tum accidere, cùm à Deo peccati ergò ſeparamur. Id quoque iis adiiciendum eſt, corporis mortem à morte animi pendere: niſi enim ea præceſsiſſet, hæc non ſequeretur. Vnde Paulus veriſsimè ſcripſit, *Per peccatum mortem ingreſſam eſſe in mundum.* Vnus Chriſtus hic excipiendus eſt, qui ſolos citra peccatum obiit. Quanquam ne is quidem prorſus abſque omni peccato eſt mortuus, quandoquidem peccata noſtra in ſuo corpore ſoper lignum pertulit. Conciliatorem verò mortis

B Auguſtinus de Ciuitate Dei libro 4. capite 12. ait fuiſſe Diabolum. Is enim à Ioanne idcirco dictus eſt homicida iam inde ab initio, quòd primus hominibus peccatum ſuaſerit. Vt itaque Chriſtus mediator eſt vitæ, ita diabolus mortis, & peccatum ſcribitur ingreſſum in mundum per vnum hominem, quod ille vnus, id eſt, primus homo à diabolo corruptus fuerit. Proinde, inquit Auguſtinus, Deus mortem ſimpliciter, ac per ſe non fecit, ſed eam ex retributione iuſta peccantibus irrogauit. Aliud ſiquidem eſt ſimpliciter ac per ſe aliquid producere, aliud iuſtè infligere. Omnia enim, quæ per ſe fiunt à Deo, bona vtique ſunt. *Vidit enim Deus omnia, quæ fecerat, & erant admodum bona.* Illa etiam quæ merito peccatorum infliguntur, etſi natura ſua mala ſunt, boc eſt naturæ

S. Auguſt.

Deus mortẽ non fecit.

C noſtræ aduerſantia, tamen quatenus iuſtitiæ rationem ſubeunt, pro boois debent haberi. Ad quam rem dilucidius expediendam Aoguſtinus ſimile quàm elegantiſsimum adhibet. Cùm Iudex reum ſupplicio damnat, non dicitur propriè ſupplicium feciſſe, cùm reus illud ſibi accerſierit. Eſt ergo Dei voluntas quædam ſimplex: Altera verò, vt Auguſtinus appellat, retribuens. Ad vtram earum præſens locus pertinet, quo Deus voluiſſe dicitur perdere filios Heli? An de ſimplici, an de retribuente iſta intelligemus? Certè de retriboente: quia de ſimplici voluntate accipi non debet. Propterea, inquit Auguſtinus, æquiſsimum eſſe, vt cùm animos noſter ſua voluntate diſceſſerit à Deo, nolens & inuitus à corpo-

Duplex Dei voluntas, ſimplex & retribuens.

D re ſoo abiungatur. Diſcernendæ itidem ſunt peccantium conditiones. Quidam enim eorum ſunt, qui ſe peccaſſe dolent, & quos pœnitet admiſſorum ſcelerum, ij, vt ad electionẽ pertinent, ita etiam fidem qoa ſunt ornati exercent. De hoc peccantium genere Deus loquitur, cùm apod Ezechielem inquit, *nolo mortem peccatoris.* Atqoe hæc Dei voluntas ita firma & ſtabilis eſt, vt eam iureiurando confirmet: *Viuo ego*, inquit, *nolo mortem peccatoris.* Alij verò ſic in ſuis flagitiis hærent, vt nulla vnquam reſipiſcentia ducantur, quãdoquidem ad reprobatorum numerum pertinent. Iſtos vtique Deus vult mori, & ſanè poſtquam impleuerint menſuram ſuorum flagitiorũ, expedit vt moriantur, quo finẽ peccãdi tandẽ aliquãdo faciãt. Proinde quod Propheta inquit ſub Dei perſona, ſe nolle mortẽ peccatoris, non in vniuerſũ de omnibus, verũ de quibuſdam eſt accipiendũ. Poſſemos itẽ

Duplex peccantium genus.

Voluntas ſigni, & alia efficax.

cum pleriſque Theologis addere, quandam eſſe Dei voluntatem, quam efficacem appellant, nec non aliam ſigni. Dantur quippe promiſcuè omnibus ſigna quædam ſalutis, cuiuſmodi ſunt externa vocatio, quæ præcipuè conſtat verbi Dei prædicatiooe, atque ſacramentorum adminiſtratione. Altera Dei voluntas arcana eſt, quæ vocatur efficax, & ad omnes promiſcuè non pertinet. Nam ſi omnes complecteretur, omnes procul dubio ſeruarentur. Nam ea eſt vis Dei & potentia, vt de illo Scriptura prædicet, *Omnia quæcunque voluit fecit.*

Explicantur argumenta initio propoſita.

Sentit igitur Ezechiel Propheta, non eſſe Deo aſcribendas noſtras pœnas, ſed noſtris potius ipſorum peccatis. Et cùm ſubiicit, *Deum velle, vt homines conuertantur, & viuant*, id non ſic interpretandum eſt [nonnihil ſubducimus & immutamus, quod viri hæreſim ſapiat] quaſi ex virtute & merito pœnitentiæ, abſque gratia, vitam æternam aſſequamur, cùm illam adipiſcamur ſola Dei miſericordia, quę nos per Chriſtum à morte, & peccato liberat. Nec enim minus pœnitentia, quàm fides noſtra, inter dona Dei eſt annumeranda. Et ſanè de pœnitentia Paulus inquit ad Timotheum, *Si fortè Deus det illis reſipiſcentiam.* De fide verò ſcribitur ad Philippenſes: *Deus dedit vobis non ſolùm, vt crederetis in illum, ſed etiam vt pro eo patiamini.* Et ad Epheſios item: *Fide ſeruati eſtis, & hoc non ex vobis, donum enim Dei eſt.* Ex Dei vtique liberalitate, non autem ex noſtris viribus hæc habemus, *Quia ſufficientes non ſumus ex nobis, tanquam ex nobis aliquid ad ſalutem noſtram conferre. Deus etenim eſt, qui operatur in nobis tam velle, quàm efficere.* Quocirca non aliqua pars noſtræ ſalotis, verùm vniuerſa pendet à Deo. Quod ſi quæſiueris, cur Deus hæc ſua dona iſti, & non illi elargitur, ideſt, αἰξιούμενον; hoc nobis debet ſufficere, vt illum profiteamur, quicquid facit, rectè ac iuſtè facere. Quod verò Iſaias inquit, Deum facere opus alienum, cùm ſceleratos iuſtis pœnis afficit, non eſt difficile ad ſententiam, quam propoſuimus accommodare, cùm Deus ſponte ſua, & abſque iuſta cauſa malom non inferat.' Prouocatur quippe noſtris peccatis, & ſceleribus iuſtam damnationem rependit, mihi tamen eo loco ſignificare videtur opus alienum, opus inuſitatum, non antea viſum, & inauditum: ac ſi diceret Deus: Non aliquo vulgari, & quotidiano ſupplicio, verùm inſigni, ac ſtupendo vos afficiam. Qui ad hunc modum verba Prophetæ acceperit, me iudice, à ſententia ei us germina minimè aberrabit. quodque in 1. cap. Sapiētiæ legitur, *Deum non feciſſe mortem, nec lætari perditione viuentium*, ex iis, quæ iam dicta ſunt, ſatis liquere arbitror. Quia Deum non feciſſe mortem intelligemus, quòd nos eā peccatis noſtris attraxerimus. Nec tamen propterea ſtatuendū eſt, eam à Deo nulla ratione deriuari, nec τὸ ῥηθὲν ibi vehementer vrgēdum eſt, alioqui regereretur ex 11. cap. Eccleſiaſtis, *Mortem & vitam, bona & mala, paupertates & diuitias eſſe à Deo.* Et quod ſubiicitur, *Deum perditione viuorum non lætari*, verum id eſt, quoad prædeſtinatos, quandoquidē ex illis neminem patitur interire, cùm è diuerſo

Deus abſque cauſa malū non infert.

Quo modo Deus fecit mortem.

A de reprobis 1. cap. Prouerb. dicatur: *Ego quoque in interitu veſtro ridebo.* Non enim Deus nolens aut violenter, ſed ſponte ſua & alacriter ad perdendos impios adducitur. Deinde verum eſt, hominem ab initio creatum eſſe in animam viuentem, Deúmque poſſe videri ob id non eſſe autorem mortis, quòd hominem creauit vt viueret, qui poſtea ſibi ſuo vitio mortem peperit, ſed tamen iis addo, non potuiſſe hominē vitam habere, niſi Dei ſingulari beneficio. Nā ille dat, quibus viſum fuerit, pro ſuo arbitrio. Et profectò verum eſt, quod ipſe inquit apud Hieremiā, *ſe cogitare cogitationes pacis, & non afflictionis.* Primùm, quod mors & ſatellites eius à nobis ipſis, vt ſæpius dictum eſt, attrahantur. Deinde non leuiter expendendum, quod in Propheta ſubB iicitur, *domui Iſrael*, hoc eſt electis, & ad ſalutem prædeſtinatis. Nam illis Deus nihil cogitat, niſi ad eorum ſalutem. Quòd attinet ad nomen Iehouah, quo Deus præcipuè nuncupatur, quòd ab eo res omnes id ipſum quod ſunt nanciſcātur, & idcirco mortem, cùm homines ad nihilum redigat, non poſſe videri à Deo habere cauſam, ſciendum eſt, mortem hominibus irrogari, vt peccati ſupplicium, & merentibus infligi. Nec inficiamur, Deum per ſe vitam eſſe, cùm ab eo eſſentia omnium rerum tanquam à fonte pendeat. quod tamen non ita eſt, quin eam poſſit retrahere, quoties viſum fuerit. Nā quicquid facit, voluntariè ac ſua ſponte facit, non vt Sol, aſtra, Luna, & ignis, ac cætera Phyſica, quę naturaliter, ac quadam neceſſitate operantur. Idcircò Dauid ſapienter cecinit: Ape-C riente te manum tuam omnia implebuntur bonitate: quam ſi retraxerit, & ſemel clauſerit, omnia ſtatim deſtruentur. Sed manum ſuam nō claudit, niſi malis noſtris meritis prouocatus. Et de priori quæſtione hactenus.

Quid ſit Deum cogitare cogitationes pacis.

De nomine Iehouah.

An Deus ſit auctor peccati.

SEQVITVR altera diſputatio, ultimum, an Deus aliquo modo ſit cauſa peccati. Extant in vtramque partem non pauca Scripturarum teſtimonia. Primùm, Deus perhibetur nolle, ſed potius odiſſe peccatum. Vnde in Pſalmo ſcribitur: *Non enim tu es Deus volens iniquitatem, ſed odiſti omnes qui eam operantur.* Et in Zacharia legitur, Deum odiſſe mendacium, atque periurium. Et Ioannes teſtatur concupiſcentiam D non eſſe à Deo. Ex altera verò parte Deus prædicatur induraſſe cor Pharaonis, nec non tradidiſſe impios in reprobum ſenſum, & Chaldæos excitaſſe, qui affligerent Iſraëlitas: necnon miſiſſe ſpiritum mendacem, qui Achabi Prophetas deciperet, & alia permulta huius farinæ in Scripturis habentur. Ad huius rei perſpicuam notitiam, duo ſunt expendenda. Primum, quæ ſit ratio & natura peccati: alterum, quæ ſit circa noſtra peccata Dei voluntas: quia tora propoſitio minimè poteſt intelligi, niſi ſeorſim excutiantur ſingulæ partes,

Teſtimonia Scripturæ in vtramque partem.

Quid ſit peccatum.

Peccatum eſt defectus à rectitudine.

QVOD ad peccatum attinet, omnibus id eſt in confeſſo, illud eſſe defectum à rectitudine, ac eius iuſtitiæ priuationem, quam in nobis eſſe oportuit. Etenim tunc labimur & peccamus, cùm à Dei lege atqoe voluntate deficimus. Talis nihilominus eſt hic defectus, vt in aliquo bono ſemper intelligatur. Quia priuationes oon ita fingi poſſunt, vt per ſe queant exiſtere. Vnde ſapientiſſimè, inquit Auguſtinus, tantam eſſe vim boni, vt ne mala quidem inueniantur: niſi fuerint in aliquo bono collocata. Etenim cæcitas, cùm ſit malum, citra oculum eſſe non poteſt, & niſi auris extaret, nulla ſurditas inueniretur. Ita etiam peccatum, cùm ſit priuatio & defectus, vel in actionibus humanis, vel in affectibus, vel in vniuerſa noſtra natura collocetur oportet. Et ſanè in vniuerſa natura hominum ſitum eſt illud peccatum, quod originis vulgò appellatur. In affectibus autem ſunt primi motus, & inclinationes ad malum impellentes (quas tamen caue putes eſſe peccata, vt Vermilius inſinuare videtur, licet eò nos pertrahant, & inde proficiſcantur) in actionibus verò ea peccata inhærent, quæ in Scholis Actualia nuncupantur. Duo itaque in peccato ſeſe offerunt, priuatio, inquam, & ſubiectum illud, cui adhæret. De quibus duobus eſt ſeparatim diceodum. Primùm haud negari poteſt, Deum ad omnem Phyſicam actionem producendam concurrere. Nam eſt primus rerum omniom producendarum mouens & autor, ſine cuius numine, & vi nihil poteſt exiſtere. Quare in Actis Apoſtolorum ex nobiliſſimi Poëtæ ſententia ſcribitur: *In ipſo viuimus, mouemur, & ſumus.* Quicquid enim fit, non modò ab inferiotibus & ſecundis producitur, verumetiam à Deo prima efficiente cauſa dimanat, quod & Philoſophos non latuit, & à Ioanne confirmatur, cùm ait: *Omnia per ipſum facta ſunt, quæcunque facta ſunt.* Quibus verbis de λόγῳ hoc eſt filio Dei æterno verbo loquitur, ſine quo teſtatur, nihil poſſe conſiſtere. Ideò cùm omoes hominũ actiones res quædam ſint in natura, dici non poteſt, quatenus extant, illas à Deo non eſſe. Propterea, inquit Auguſtinus, libro 3. de Trinitate capite 4. ab illa prima cauſa omnes motus & ſpecies tanquam à ſumma aula magni Imperatoris proficiſci, verùm cum iuſtitia.

Ad actionẽ Phyſicam peccati Deus concurrit.

Priuatio diuina gratia an haberi poßit cauſa peccati.

CÆTERVM inter diſputantium partes non multùm de hoc laboratur, omnes enim quod ſumpſimus, vltro videntur concedere: ſed in altero plus eſt negotij, videlicet ad quam cauſam priuatio illa iuſtitiæ ſit referenda. Verùm hic non efficiendi cauſa, ſed potius de-

A ficiendi eſſet inoeſtiganda, qoæ ſi diligenter quæratur, prorſus à nobis eſt. Sumus quippe ac naſcimur iræ filij, quodque deflectimus à Dei iuſtitia, id ex noſtra ipſorum corruptiooe habemus, nec Deo noſtrum peccatum aſcribi poteſt, niſi fortaſſis eo modo, quo Philoſophi ponunt etiam inter cauſas eam, quæ prohibentia remouet. Videmus quippe non raro lapides à columnis fulciri ſublimes, quibus impulſis aut labefactatis deorſum lapides pondere ſuo & ſponte corruunt, ſuique caſus aut ruinæ cauſam in ſeipſis habent, propria nimirum pondera. Eſt enim grauium rerum natura, vt ad inferiora deferantur. Ideo qui ſuſtulit co-
B lumnas, etiam poteſt dici quoquo modo cauſa, quanquam non propriè, cur lapides ad ima corruerint. Ad hæc, ſi gubernator in tempeſtate nauem deſerat, naufragium ſequitur, cuius vera cauſa in tempeſtatem, in fluctus, & in ſcopulos eſt referenda. Sed tamen etiam gubernator, ſuam operam ſubducens, poteſt quoquo modo eius cauſa dici; nam ea ſuſtulit, quæ illud valuiſſent prohibere. Sed quorſum hæc ſimilia? Vt intelligamus gratiam Dei, qua, dum ſtamus, à peccato ſeruamur, & qua ſublata è veſtigio labimur, & ideo qui eam ſubtrahit, poteſt vtcunque cauſa ooſtri lapſus appellari, vt ſi quis infirmo & debili ſci-
C pionem auferat, quo incedendo ſuſtentatur, cauſa dicitur eſſe, cur ille cadat. Cùm itaque Deus gratiam & fauorem ſuum peccantibus auferat, qood inficiari minimè poſſumus, videri poteſt cauſa non modò actionum humanarum, verumetiam defectuum atque priuationum, quæ ipſis inhærent. Quòd verò ille gratiam à peccantibus auferat, ſatis liquet, cùm ſolus arbiter ſit & moderator donorum ſuorum, quandoquidem nemo eſt, qui eum ſibi debitorem aut obnoxium habeat. Quare dicit: *Nonne licet mihi facere quod volo*, de rebus meis? *quis eum vocabit in ius, vt ei dicat, quare hoc feciſti?* [Latet hîc, vt opinor, anguis in herba. Nam quamtumuis licet in nos referat cauſam ſubductionis diuinæ gratiæ, quam oos videri vult noſtra deprauatiooe commereri, ſic tamen ſe explicat, vt eſſe potiſſimùm illam
D corruptionem ſeu vitioſitatem intelligat, quam habemus à ſtirpe, atque origine: quæ ſanè labes, cùm in iis, qui baptiſmo loti ſuot, ſemel extincto reatu atque deleta macula vitio verti non poſsit, etſi maneat qoidam vitiorum fomes inextinctus, non tamen legitima ratio eſſe poterit, cur Deus, nulla hominis culpa prouocatus, collatum gratiæ munus auferat. Neque enim, vt ait Scriptura, quandoque Deum beneficentiæ ſuæ pœnitet: & videtur alioqui ſumma illa æquitate indignum, ſi, qoem prius donis cumulatiſsimè auxerat, & ob illa gratiſsimum acceptiſsimumque habuerat, antequam in vllam offenſiooem incurrat, multet parte collatæ gratiæ, quo debilior factus, primo quoque impetu deiiciatur. Verùm ſi ita mentem illius ioterpretemur, vt oon aliter dicere ſentiamus, quàm Deum, nunquã, niſi ſcelere offenſum, quẽquam collata gratia priuare, quę priuatio deinde, vbi cõtigerit, maioris ruinę

Deficiendi cauſa, non efficiendi in peccato quærenda eſt.

Quomodo Deus dici poſſit autor peccati, ſicut & aliorum defectuum.

Deus peccãtibus aufert gratiam, nõ peccaturis, donec ea bene vtantur;

Deus non ſponte, aut ſine cauſa collatam gratiã ſubducit aut imminuit.

cauſa ſit, ſecurè, vt arbitror, licebit illius commentario vti. Et hoc quidem pluribus deinceps verbis exponit, non tamen ſic, vt omnem à ſe fraudis & verſutiæ ſuſpicionem amoueat: quoniam, vt ex illius ſcriptis didicimus, Concupiſcentiæ fomitem, quem legem membrorum Apoſtolus appellat, peccatum eſſe omnino ſtatuit: & cùm de priuatione gratiæ diſſerit, infuſam iam & collatam, cum ea quæ conferri potuit, nullo diſcrimine cõfundit. Verùm, ſi, quod monui, memoria teneamus, non erit, cur eius erroris cõtagionem admodum reformidemus; & eſt alioqui non ineruditus commentarius. Sequitur deinceps apud eundem.] Non tamen ob rationes adductas Deus propriè dici poteſt peccati cauſa. Quicquid enim vitij eſt in nobis, id totum à nobiſipſis manat. Hoc præterea eſt addendum, incommoda quæ patimur. [Quantũ ad gratiæ priuationem ſpectat: alioqui enim, ſi de temporali calamitate agitur, Iob in ſterquilinio poſitus, vel Deo iudice ſuam innocentiam tuebitur.] Minimè accidere nobis innocentibus & immeritis: quia ſemper aliquid antecedit in nobis, ex quo poſſit intelligi, nos indignos minimè fuiſſe, qui eo malo afficeremur. Vnde in poſteriori libro Paralipomenon capite 15. ſcribitur: *Si reliqueritis Deum, Deus etiam vos relinquet*. Et in Apocalypſi: *Qui ſordeſcit, ſordeſcat adhuc*. Vniuerſa humani generis maſſa corrupta eſt in Adamo, ex ea Deus aliquos pro ſua miſericordia eruit, & ſi neminem inde liberaret, tamen crudelitatis accerſiri nõ poſſet. Toti enim ſunt homines in ſua ſtirpe corrupti. Deinde, cũ hîc vitam exigũt, alia peccata natiuæ corruptioni adiiciunt. Nihil ergo eſt cur queramur, cùm gratia deſtituimur, nos indignè tractari. Quin Scholaſtici iam dictis hoc etiam adiecerunt, quòd natura noſtra, etiamſi ab omni peccato eſſet prorſus immunis, tamen Deum non fore obſtrictum, vt nos fauore ac gratia ſua ornaret: ſed illos mitto, quia me iuuat loqui de rebus, vti iam ſunt. Quod enim illi fingunt, iam eſſe non poteſt, vt ſcilicet natura humana ſit omnis corruptionis immunis. Id verò nobis omnino oportet conſtare, Deum, cùm ſuos electos gratia proſequitur, id ex mera puráque miſericordia facere, & reprobos, cùm deſtituuntur, indignos fuiſſe, quos gratia ſua cõplecteretur, cùm in ipſis cauſa ſit, cur ita reiiciantur; ita vt nihil habeant, quod poſſint iuſtè conqueri.

Non poteſt Deus propriè dici cauſa peccati.

Ipſi ſumus cauſa peccati: Deus verò intentator malorum eſt.

INTERIORES profectò, ac veræ cauſæ peccati ſpectandæ ſunt, quas in nobis ipſis habemus, nec alienas in Deo quærere debemus. Etenim ſi quiſque velit in ſeipſum deſcendere, videbit ſe volentem & cupientem peccare, atque ita cupientem, vt impatientiſſimè ferat, ſi à peccando fortaſſe retrahatur, vel quoquo modo impediatur. Hac de re pulcherrimè ſcripſit Iacobus, cùm ait: Deus, *vt malis non tentatur, ita neminem tentat, ſed quiſque à ſeipſo tentatur, cùm à propria*

Vera cauſa peccati in nobis ſunt.

A *concupiſcentia abducitur*. Non ignorauit porrò Iacobus id, quod iam diximus, Deum eſſe primam rerum cauſam, eúmque gratiam ſuam peccantibus auferre, nec non id quod in Deuteronomio de malo Propheta ſcribitur: *Tentat vos Dominus*: Et illum per annos quadraginta tentaſſe Iſraëlitas in deſerto. Hæc vtique omnia intelligebat, ſed cùm aliam cerneret veram propriámque peccati cauſam, quæ in nobis eſt ſita, fideles potius ad illam reuocare maluit. Proinde vera cauſa tentationum & peccatorum eſt cupiditas, in vnoquoque noſtrum infixa, [& voluntatis ſpontanea corruptio.] Propterea non debet quiſquam ita ſecurè peccare, vt cauſam ſcelerum ſuorum in Deum coniiciat. Deus profectò non tentat, ea videli-
B cet ratione, qua vel diabolus, vel homines mali bonos viros tentare ſolent. Et ratio affertur, quod ipſe Deus minimè tentetur à malis. Nam qui alium tentando ad malum incitat, ipſe priùs à malo tentatus eſt. Qui enim ſic alios ad peccandum inflammant, libenter id agunt, quo ſocios in peccando habeant. Deus verò in Scripturis, in alium finem quandoque tentare dicitur, nimirum vt infirmitatem, aut vires noſtras exploratas habeamus. Efficit etiam nonnunquam, vt in aliquam grauem calamitatem incidamus, vt ea occaſione tandem reſipiſcamus. Neque patiamur, vt nobis in mentem veniat, Deum inſtillare hominibus, quàm non in ſe habeant, nouam malitiam, qui nunquam ea
C carent dum hîc viuunt, [eam malitiam concupiſcentiæ ſtimulum intellige, qui ruptis iuſtitiæ originalis habenis, ad mortem vſque nunc ſæuit. Nam quòd ad peccatum attinet, id ſalutari lauacro eluitur: & ſi quod poſteriùs admiſſum eſt, quod lethale ſit, in pluribus ſanctis, qui impigrè pœnitentiam egerunt, fletu ac lachrymis ſic deletum eſt, vt nefas ſit tale aliquid in eorum mentibus ſuſpicari. Supereſt tamen peccati fomes, & furit adhuc, licet extincto peccato.]

S. Iacobus.

Deus malitiam non inſtillat, ſed eo impulſu, quoad agendum mouet, eam in lucem educit.

Deus quomodo ſe habeat circa peccatum, & quàm ſapienter malis vtatur.

D NEC tamen hoc negari poteſt, Deum, cùm ſit (vt loquuntur Philoſophi) actus purus, vel ignis, vt in ſacris literis habetur, non poſſe nec velle pati, vt creaturæ otioſæ iaceant. Itaque omnia perpetuò incitat, mouet, & impellit. Sed quamuis motus omnium rerum ſit à Deo, attamen ſingula etiam ex naturæ ſuæ principiis mouentur. Et cuius rei principia ſana fuerint, ea res vtique bono & ſano motu agitatur: & cuius è diuerſo fuerint deprauata, ea corrupto motu & vitiato permouetur. Neque ad altiſſimam & primam cauſam malitia eius motus eſt referenda, verùm ad ſingularia principia corruptioni obnoxia, vnde profectus eſt, accommodabitur. Quemadmodum auriga, dum equum claudum flagello incitat, non propriè aſſeritur cauſa eius claudicationis, quæ impulſionem eius conſequitur, ſiquidem au-

Quomodo omnia à Deo mouentur.

rigæ motus tantùm, vel curſus aſcribendus eſt, verùm initium claudicationis nequaquam in auriga, ſed in ipſo equo debet inquiri, quod in eo ſitum eſt etiam dum ab auriga non incitatur. [Hoc ſolùm monendus eſt lector, ſtimulum carnis non eſſe actionum humanarum principium, ſed eſſe liberrimam arbitrij facultatem, quæ non modò, cùm in aliquod ſingulare obiectum incitatur, amare vel odiſſe poteſt, verùm etiam abſtinere ab illo, ſi ita velit, impetúmque ſuum cohibere, ac aliò conferre. Si tamen quis, cùm ſit diuinæ gratiæ expers, malè agere ſtatuat, huius rei cauſa non Deo tribuenda eſt, ſed propriæ malitiæ aſcribenda.] Ad hæc, inquit, Deus ita bonus eſt, vt iſtas ipſas actiones, quamuis corruptas & vitiatas, poſtquam eliciuntur, non relinquat, aut ſibi ipſis deſerat, verùm illas gubernat, regit, flectit, neque graſſari ſinit, aut furere pro libidine, verùm illis abutitur, vel ad reſipiſcentiam electorum, vel ad gloriam ſui nominis. Etenim illas non patitur erumpere, niſi quando ille velit, quantum velit, & quandiu velit, nec minus eas quàm cætera omnia, quæ ſunt in rerum natura, temperat & moderatur. Quare Auguſtinus in libro 83. quæſtionum quæſtione 3. ſcribit: homine ſapiente authore, nemo dicere debet aliquem fieri deteriorem. Ea enim culpa tanta eſt, vt in ſapientem cadere nequeat. Quare multò minus cuiquam licet aſſerere, authore Deo quempiam fieri deteriorem. Ideo cùm prauitas reuera ſit à nobis, Deus tamen eam in lucem educit, & pro arbitrio ſuo, nimirum ſapientiſſimo, eam regit: vt cùm medicus ægrotum accedit, vitioſos humores ei non inſtillat, verùm potius temperat, & ad æquabilitatem ſalubrem reuocat. Quod ſi fieri non poſſit, extra corpus educit, aut vomitu, aut lotio, aut excrementis, cæteriſque viis ad ſuam artem pertinentibus. Ita Deus nouam prauitatem non ingerit nobis, ſed eam quæ innata eſt, pro ſuo arbitrio temperat. [Satis ineptè, vt arbitror, hanc ſimilitudinem induxit: non enim idem eſt mederi aut noxios humores purgare, ac morbum ipſum nouis acceſſibus augere. Inſitus namque animo prauus affectus, multiplicatis actibus non minuitur, ſed ingraueſcit. Deinde etiam non mediocrem diuinæ bonitati contumeliam facit. Quis enim eum à culpa vacare credat, qui in alienas ædes ingreſſus, etſi facem non incenderit, incenſam tamen & foco ereptam, ligneæ ſupellectili ſubiecerit, totámque domum comburendam procurauerit? Atqui tanto grauius crimen Deo impingit, quantò grauius eſt hominis, quàm ædium incendium. Non enim ſola voluntatis in adulterium inſita propenſio, vitium facit, imò magis ipſum elicitum adulterium, peccatum eſt. Sit igitur à nobis iſta propenſio; at ipſum elicitum adulterium à Deo eſt. Etſi namque libidinis principium in me inhæreat, vſus tamen poteſtatis penes Deum eſt, vt docet, qui ex natiua voluntatis meæ corruptione probroſam actionem ſuo ſtudio elicit. Quòd ſi non phyſicè, ſed moraliter iſta accipiamus, ſic nimirum, vt

Deus ſapienter malis vtitur ad bonum.

A non Deus ipſe per ſe ad malum impellat, ſed mala, accepta ex diuina impulſione, quæ ad bonum incitet, occaſione, ad malum impellantur, optimè cum fide Catholica Vermilij doctrina conſentiet. Exemplum ſubiiciam, quo res tota magis euceſcat, & deinceps, quo ſenſu ſimilia accipienda ſint, intelligamus. Immiſit, verbi gratia, Deus Pharaoni eam mentem, vt conſulere vellet ſuis Ægyptus. Simul autem ſubiit illius animum iſta cogitatio; Hebræos, alienam gentem, & quæ cum indigenis commiſceri nollet, ingenti numero excreuiſſe. Inde igitur vereri cœpit, ne, ſi quod fortè bellum ingrueret, vt erant alieno ab Ægyptiis animo, hoſtibus iungerentur, totámque Ægyptum in maximum diſcrimen adducerent.
B Quapropter ſtatim maturè conſulendum eſſe cenſuit, ne quam ipſi regno perniciem afferrent. Hactenus ſcilicet, & cupido publicæ tranquillitatis, & periculi conſideratio, & metus, & ſuſpicio, & deliberandi ſtudium, à Deo excitari potuerunt. At poſtmodum ille occaſione accepta, cùm eſſet ab omni pietate alieniſſimus, & à diuina gratia deſtitutus, Hebræos laboribus conficiendos, omnémque prolem maſculam, vt primùm nata eſſet, è medio tollendam decreuit: quod tam atrox & crudele inſtitutum, minimè à Deo authore manauit, licet eò vſus ſit, tanquam manifeſtandæ occaſione potentiæ, vt idem ſæpius teſtatur.] Ad Vermilium redeamus. Quod ſi dixeris, quorſum Deus ita præſidet peccatis, ea regendo &
C gubernando? Reſpondetur: partim vt maleficos puniat, partim vt lapſos reuocet, partim vt pios exerceat, necnon vt ipſius dona magis magíſque fiant euidentia. Exemplo Achabi poteſt hoc confirmari, qui rex impius fuit ac idololatra, nec non digniſſimus, vt ſuppliciis horrendis afficeretur. Fuit præterea in ipſo diabolo vehemens cupido nocendi, & adhuc in Pſeudoprophetis eſt parata voluntas ac prompta mentiendi, ac decipiendi ſine modo. Has vtique prauas affectiones Deus in eis minimè creauit, ſed regendo & flectendo in lucem eduxit, miſitque ſpiritum mendacem, qui regem decepit. Identidem Seon rex Amorrheorum, & Pharao Ægypti rex ob grauiſſima ſcelera commeriti erant, vt à Deo infeliciter perderentur, quandoquidem erat in animis eorum obfirma-
D tio & rebellio contra Deum incredibilis, quæ mala illis Deus non inſeuit, ſed ea iam eorum ſponte inſita direxit, & abuſus eſt ad illorum, vt merebantur perniciem. Ad Pharaonem legauit Moyſen, & ad Seonem certos nuncios, quibus auditis illi deteriores, & obfirmatiori animo reddebantur. Hac via Deus vſus eſt, cùm ad eos delendos, tum ad iuſtitiam potentiámque ſuam mirificè illuſtrandam. Dauid commiſerat, & adulterium, & homicidium, vtrumque ſanè grauiſſimum ſcelus. Deus, quò ſuam iuſtitiam declararet, ambitionem Abſalomi ſuit erumpere, quam non iniecit in eum, ſed antea inſitam in Dauidem caſtigandum temperauit, & ditexit. Deinde illi fugienti occurrit Semei, & odium iam antè conceptum in illum euo-

Quo ratione Deus dici poſſit eſſe actum mali, ita quæ in corde latet.

Deus peccata regit & quo fine.

Digitized by Google

mit. Dauid modeſtè id tulit, dixitqne: Deus illum iuſſit, vt mihi malediceret. Semei vtique maleuolum animum à ſeipſo, non à Deo habuit, quo tamen Deus vti voluit, vt Dauidem caſtigaret. Præterea Ezechiel, Ieremias, Daniel, cæteríque pij explorandi erant, & prohandi aliqua rerum acerbitate. Deinde tum temporis rex Chaldæorum ambitione dominandi vehementer incenſus, exercitum aduerſus regem Syriæ conſcripſit, atque in itinere, cùm ad biuium perueniſſet, vt inquit Ezechiel, Deus ipſum impulit, vt arma potius in Iudæos conuerteret: qui tamen illi non indidit eam dominandi libidinem, ſed pro ſua voluntate flexit, vt potius Iudæos quàm Syros affligeret. Qua ratione factum eſt, vt & Iſraëlitæ pro meritis punirentur, vtque rex ille Babylonis manum Dei non prorſus euaderet. Ad hunc modum retinet Deus & frænat impetum peccatorum, nec ea patitur longius graſſari, quàm ipſi viſum fuerit.

Origo prima peccati, & quare Deus non omnes homines ſua gratia confirmauerit.

Origo peccati.

SED quæſiuerit fortaſſe quiſpiam, cùm Deus non producat, ſed tantùm vtatur & gubernet peccatum, vndenam illud ortum ab initio habuit? Recurrendum porrò eſt ad primum hominem, quem Deus à principio rectum fecit, vt in Eccleſiaſtico legitur, & gratia ſua, multíſque donis inſtruxit. Verùm, cùm ille negligentius ageret, Deúſque gratiam ſuam, & dona ob id ei ſubduceret, cùm ſe, tum vniuerſam poſteritatem horrenda calamitate inuoluit. Cùm autem à quoquam gratiam ſuam, & auxilium eripit, conſequentium lapſuum non eſt quærenda cauſa efficiens, cùm deficiens præceſſerit. Et ſanè vbi deſtruimur luce, vita, felicitate, neceſſe eſt & ruamus in tenebras, mortem, atque miſeriam. Quemadmodum in rerum natura contingeret, ſi Deus vim ſuam abſtraheret à rebus creatis, tunc eſſet neceſſe, vt in nihilum redirent: Ita etiam nos, cùm à Deo auertimur, in corruptionem, & vitium deficimus. Vnde qui liberantur, tantùm per Dei gratiam & miſericordiam reſtituuntur. Et vtcumque reſtituti, quia reliquias veteris corruptionis in carne ſemper circumferimus, ex eo fit, vt crebrò labamur. Sed rurſus obiicitur: Nonne Deus potuiſſet ita primum hominem regere, ac ſuſtentare, ne laberetur? Potuiſſet quidem: nam ſanctos viros, Apoſtolos inquam, & Prophetas, & pleroſque alios non rarò confirmauit, ne ruerent. Verùm non ſemper auxilium, gratiámque ſuam eadem contentione largitur, parique vehementia, ſed illam temperat ad ſuum arbitrium; quæ ſtatim vt remiſſior cœperit eſſe, tum ex noſtra infirmitate lapſus conſequi poſſunt, qui non vtique ſuccederent, ſi perpetuò ſumma vi & ope

A ſua Deus iuuaret. Quod & in Adamo vſu veniſſe non eſt dubium. Sed illud notandum eſt, remiſſum vtrumque illud auxilium diuinum potuiſſe Adamo ſatis eſſe, vt in ipſa iuſtitia perſeueraret, modò voluiſſet diligenter, & fortiter agere. Quod quia non præſtitit, à ſua prima inſtitutione miſerè corruit. Hic humana ratio queritur, non omnes homines eodem tenore diuinæ opis & auxilij ſuſtentari, nec eundem eadem ope Dei perpetuò iuuari, ſed modò laxiori, modò efficaciori ſuſtineri. Huic occurrendum eſt reſpondendo: Deum eſſe liberrimam cauſam, &, prout viſum fuerit, ſemper agere. Et cur velit, an velit, velit an nolit, B ſolus ipſe cognoſcit. Nihilominus tamen ex hac inæquabili eius gubernatione permagnæ vtilitates ad nos redeunt: Primùm, ſi omnes, & quiſque ſemper, æquali & eodem ſuſtentarentur præſidio, facilè poſſent omnes exiſtimare, id ex viribus naturæ ſuæ proficiſci, citra interuentum diuini ſubſidij: At Deus magnoperè quærit, vt ſuam erga nos curam & bonitatem intelligamus. Deinde, hac ratione in timore ac reuerentia Dei ſancti homines aſſiduè continentur, qui cùm ſe in eius manu ac tutela poſitos vident, quam Deus, prout videtur, & laxet & augeat, ad orandum excitantur, ne gratia ſe remittente labantur. Et cùm ſe labi ſenſerint, poſtulant, vt eius gratia reſurgant. Has Deus occaſiones quærit, vt C ſe adeamus, quæramus, & pulſemus. [Poſtremò, etiam hoc arbitror ad vniuerſi perfectionem, & diuinæ ſapientiæ commendationem attinuiſſe, vt liberi arbitrij facultas, quæ vtique bona eſt, quemadmodum & cæteræ naturales virtutes, ſuas quandoque vires exereret, & actum ſibi proprium eliceret. Nam is bonus futurus erat, ſi legitimè prodiret: ſin ſecus, non idcirco tamen prohibendus viſus eſt, quòd is error diuinæ iuſtitiæ materiam manifeſtandæ potentiæ præbiturus eſſet. Neque enim in alium finem homo à Deo creatus eſt, quàm vt per ipſum variis modis maieſtatis ſuæ magnitudinem demonſtraret. Reliqua etiam apud Vermilium nullam difficultatem pariuntur, ſi modò probè meminerimus, non ſolùm eam gratiam vocari, quæ animam diuino lumine colluſtratam Deo gratam efficit, ſed etiam omnia virtutum præſidia, quibus eandem aduer- D ſum inimici inſidias munit ac tuetur, ac denique curam omnem, quam circa bonos Deus exercet; tum variarum tentationum impeditiones amoliendo; tum etiam plurima ad officium inuitamenta adhibendo, quæ remitti poſſunt, & intendi, abſque principalis gratiæ detrimento.] Et hæc hactenus, inquit Vermilius, de initio lapſus Adami, eiúſque prauæ cupiditatis, quam in nobis experimur. Cæterùm in hoc toto negotio cauenda eſt cumprimis iudicij noſtri temeritas, quo ſtatuitur à nonnullis Deum oportere omnibus hominibus prorſus eundem & æquabilem eſſe, cùm tamen res longè aliter ſe habeat, cùm ille voluerit ex magno numero eligere, quos iuuaret, & ad ſalutem æternam adduceret:

Quare Deus noluit homines confirmare in gratia.

1.

2.

Quomodo Deus intelligendus remittere aliquãdo ſuam gratiam, ex quo fit vt ruamus.

Electionis ſingulorum certa ratio reddi non poteſt.

alios autem in ſua corruptione relinquere, vt eius gratia & bonitas agnoſceretur: potentia item & iuſtitia redderetur illuſtris. Si autem cauſam quis quærat ſingulatim de illo, vel hoc homine, cur ita fiat, vtique fruſtra ſudatur, non enim vnquam poterimus ad illam peruenire. Nam Paulus Apoſtolus cùm ea de re multis diſputaſſet, ad extremum exclamauit: *O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei.* Sed hoc poſthabito, rurſus quæritur, cùm Deo liceat per ſuam potẽtiam immenſam peccata reprimere, ne foras erumpant, quare illa non impedit? Ad hoc reſpondeo, illum quidem peccato aſſiduè reſiſtere, at non ſemper eodem modo: in nonnullis quandoque illi occurrit, antequam committatur & erumpat, in aliis autem poſtquam fuerit patratum coërcet & punit. Cur autem id aliter atque aliter faciat, non eſt noſtrum, ſed eius iudicium. Proinde tria iam ſatis ex dictis liquere arbitror. Primum, actiones ipſas hominum, vt res quædam in natura ſunt, eſſe à Deo, quamuis peccatum illis vitio noſtro inhæret. Alterum gratiam ſuam Deum ſubducere ab hominibus, vbi voluerit, ſed nunquam id niſi iuſtè facere. (Quod non de habitu gratiæ, ſed aliis fauoris ſui præſidiis intelligendum eſt.) Poſtremò illum ſic peccata regere ac gubernare, vt ne longiùs, aliterve graſſentur aut erumpant, quàm ipſe decreuerit. Nunc de voluntate ipſa Dei ſupereſt vt dicamus.

De diuina voluntate.

Voluntas ſigni explicatur.

PRIMVM autem profiteor mihi diſtinctionem illam non diſplicere, qua Scholaſtici vti ſolent, cùm ſtatuunt, aliam eſſe voluntatem *ſigni*, aliam verò *efficacem*. vel, vt alij ſcribunt, *benèplaciti*. *Signi* voluutas eſt, quæ indicat quid facere, quidve fugere nos oporteat. Nam ex ea colligimus Dei iudicium & inſtitutum. Ea verò ſita eſt in lege, mandatis, promiſſionibus, minis, atque conſiliis. Ad hoc porrò genus voluntatis illud pertinet, quod ſuprà commemorauimus: *Non Deus volens iniquitatem tu es*: Necnon illud, *Odiſti mendacium, & iniquitatem*: Et omnia ea teſtimonia, ex quibus demonſtrari poteſt, Deum nolle peccata. Et ſanè quomodo poteſt ea velle, cùm aduerſus ea legem tulerit? Cùm illa ſeueriſſimè punierit? Cùm in animis piorum hominum deteſtationem peccatorum inſeuerit? Cùm tollendi cauſa peccati dilectiſſimum filium ſuum in crucem agi paſſus fuerit? Cæterùm annotare debemus, contra voluntatem hanc Dei, quæ *ſigni* appellatur, multa committi & fieri. Magnus quippe numerus eſt ſceleratorum, qui auerſantur legem Dei, concionatores diuexant, occidunt Prophetas, imò filium ipſum Dei olim interfecerunt. Nec prætereundum eſt, hanc verè appellari, & eſſe voluntatem Dei, cùm Chriſtus dicat: *Qui fecerit voluntatem patris mei, hic mater mea, & frater meus, & ſoror mea eſt.* Et in Deuteronom. ſcribitur: *Quid aliud vult Deus, quàm vt diligas eum, & ambules in viis eius?* Altera prætereà eſt Dei voluntas, quæ *potens, efficax, & beneplaciti* dicitur, quæ nulla vi ſuperari & vinci poteſt, cùm de illa ſcribatur, *Omnia quæcumque voluit fecit.* Et Paulus de illa inquit: *Voluntati eius quis poteſt reſiſtere?* Et profectò ſi quid inuito & nolente Deo poſſet fieri, debilis & infirmus eſſet. Geminæ autem iſtæ voluntates, ſic diſtinctæ ſunt, non quaſi duæ res & facultates, quæ ſint in Deo ſitæ, cùm ille actus exiſtat ſimpliciſſimus: ſed cùm Deus hominibus non ſemper vniuerſum totúmque conſilium ſuum patefaciat (non enim eſt neceſſe, cùm ſatis fuerit, illud indicaſſe, quod ad ſalutem obtinendam ſufficiat) ex eo duæ iſtæ voluntates eius differunt. Nam quod aliquo modo indicauit, referendum eſt ad voluntatem *ſigni*: quod autem ſibi ſoli, vt ſecretum & arcanum retinuit, id ad voluntatem *beneplaciti* pertinet. Sed hoc præclaris & planis exemplis, quo faciliùs intelligatur illuſtrari oportet. Deus Abraham iuſſit ire ſacrificatum Iſaacum vnigenitum filium. Hoc vtique præcepto *ſigni* voluntas continebatur. Quoniam Deus Abrahamo non indicauit, ſe tantummodo voluiſſe illius obedientiam explorare, neque demonſtrauit, ſe poſtea velle inhibere immolationem Iſaaci. Quæ ſanè prohibitio poſtea ſubſequuta, nec ante patefacta, fuit voluntatis *beneplaciti*. Quamobrem ſtatuere poſſumus, vnam eandémque voluntatem eſſe *beneplaciti*, ac *ſigni*: ſed variè appellatam, pro vt cognita nobis, vel ignota fuerit. Ad hæc dictum Ezechiæ fuit, *Domum tuam diſpone, cùm ſis iam moriturus.* Certè vi morbi, & naturæ ordine rex omnino moriturus erat, eiúſque mors Dei voluntas, vt è ſigno naturali & verbis Prophetæ colligi poterat, fuit. Quia tamen Deus ex miſericordia ſua decreuerat, eius pœnitentiæ ac lachrymis vitam in multos annos prorogare, hæc eius voluntas & *efficax* & *beneplaciti* fuit. Voluntate quoque *ſigni* denunciatur Niniuitis poſt quadraginta dies excidium, cùm tamen voluntate *beneplaciti* Deus conſtituerit ipſis pœnitentibus ignoſcere. Hæc voluntas cum altera coniuncta eſt, nam qui ab altera excidunt, in hanc incidunt, & qui aſpernantur eam Dei voluntatem, qua legem, promiſſa, minas, & conſilia proponit, in eam incurrunt, qua peccantes pro ſceleribus pœnam luunt. Quare Auguſtinus in Enchiridio ad Laurentium capite 101. elegantiſſimè ait, quod vult Deus, omnino fit, vel à nobis, vel de nobis. A nobis cùm rectè viuimus: de nobis, cùm de peccatis commiſſis pœnas damus. Et cap. 102. inquit, Peccantes quantum in ipſis eſt, contra legem Dei faciunt, ſed quoad eius omnipotentiam attinet, facere non poſſunt: Quin & Gregorius in Moralibus capite 11. lib. 6. ſcripſit: Multi voluntatem Dei faciunt, cùm illam nituntur mutare, & reſiſtendo imprudenter, obſequuntur diuino conſilio. Ioſephus etiam hac ſententia fratribus reſpondit: *Vos quidem vendidiſtis me, ſed conſilium Dei erat,*

Voluntas efficax, ſiue beneplaciti.

Diſtinctio vtriuſque voluntatis.

S. Auguſt. *Voluntas Dei ſemper obtinet.*

S. Gregor. Papa.

vt me vobis præmitteret in Ægyptum, vt vobis & cibum, & ſalutem pararem. Hæc porrò ea voluntas eſt, qua Deus electos ad æternam vitam prædeſtinat, quæ vt nobis obſcura eſt, ita, cùm ſit potentiſſima, labefactari noo poteſt. Ex hac diuinæ voluntatis diſtinctione ſatis intelligimus, quid reſpondere oporteat, quando nobis obiicitur, *Deum feciſſe hominem in animam viuentem, & propterea non velle, vt pereat.* Nam dicimus id eſſe verum, quoad ſigni voluntatem, ſiquidem homini legem obtulit, promiſſa, minas, & conſilia. Quæ ſi fuiſſet amplexus, vtique vixiſſet. At ſi alteram illam potentem & efficacem voluntatem ſpectemus, certè negari minimè poteſt eum voluiſſe hominem interire. Quia vt habetur, 16. ca. Prou. *Deus omnia propter ſeipſum condidit, impium etiam ad diem malum.* Et Paulus docet, *Deum inſtar figuli alia quidem vaſa in gloriam fingere, alia verò in contumeliam.* [Non hoc dicit Paulus, ſed fingit Vermilius. Quanquam ea comparatione Apoſtolus vſus eſt, ad Rom. 9. quo curioſorum temeritatem retunderet: aſſerit verò potius in multa patientia vaſa iræ aptata interitum ſuſtinuiſſe. Verùm hæc, vt ſequentia ſic diiudicanda erunt, prout modum ipſe, quo vult intelligi, præſcripſerit. Nam de eo potiſſimùm quæſtio eſt. Quòd ſi quiſquam vrgeat, hæc poſtrema verba de æterna malorum reprobatione dicta eſſe: quæcunque tandem authoris mens fuerit, quam nunc perſcrutari minimè neceſſe eſt: iacto præſcientiæ fundamento benè illa conſiſtent. Reliqua perſequamur.] Hæc quoque voluntas ea eſt, qua Deus prauas hominum cupiditates & peccata regit, gubernat, & moderatur, vt dictũ eſt, pro ſuo arbitrio. Hac Deus voluntate *impios tradit in reprobum ſenſum, immittit Chaldæos,* qui populum ſuum captiuum abducant, *addit illuſionibus efficaciam, ſeduci vult impios, vt eos dicitur indurare.* Verùm cùm disertè legantur, & crebrò in ſacris litteris occurrant, videndum eſt attentè, quomodo ſint accipienda.

An, & qua ratione Deus indurat cor hominis, & de peccato Adami.

Deum indurare quomodo intelligendum. 1 interp.

VVLGVS exiſtimat, cùm Deus excæcare, indurare, tradere, immittere, decipere ſcribitur, nihil aliud ſignificari, quàm ipſum permittere, vt iſta fiant. In quam ſententiam permulti ex Patribus eas loquutiones interpretantur, ea proculdubio ratione adducti, quod impiom & blaſphemum iudicarint, ſi Deus author peccati haberetur, nollentque homines peccatorum ſuorum cauſas in Deum ipſum reiicere. Quod eorum conſilium mihi vehementer probatur, & vnà cum illis fateor, Dei permiſſione iſta fieri. Nam cùm peccata, ne fiant, queat inhibere, nec tamen impediat, rectè

S. Auguſt. permittere dicitur. Vnde Auguſtinus in Enchiridio ad Laurentium cap. 98. rectè, ait, nullum eſſe animum adeò prauum, quin Deus illum, ſi modò velit, queat emendare. Non

A autem prohibere, cùm poſſis, eſt permittere. Idémque author contra Iulianum libro 5. ca. 3. tradit multa eſſe mala, quæ Deus niſi vellet, non vtique permitteret. Attamen oportet etiã quippiam aliud, quàm permiſſionem afferre, ſi ſcripturarum locis, quæ obiiciuntur, volumus rectè ſatisfacere. Nam qui Deum peccata ſolùm aiunt permittere, non queunt eius voluntatem prorſus excludere, quoniam illa volens aut inuitus permittit, quia nemo poteſt eum cogere. Ideò conſequitur, vt volens ea patiatur fieri. Nec ſomniare licet eam voluntatem permiſſionis, in Deo eſſe remiſſam, quia nihil in Deo eſt, quod non ſit perfectum & abſolutum. Quare conſtituendum eſt, Deum non 2.
tantùm permittere, ſed etiam certo quodam

B modo velle peccatum: ſed non quatenus peccatum eſt: quandoquidem voluntas neceſſariò ſemper in bonum fertur: ſed quatenus pœna eſt præcedentium ſcelerum. Nam ea ratione, quamuis peccatum eſt, tamen boni formam ſubit. Ita principes & magiſtratus nonnunquã leones & feras beſtias in maleficos homines immittunt, & elephantos in hoſtes extimulant, qui tamen ea genera beſtiarum non fecerunt, ſed illarum ſæuitia & ferocitate abutuntur. Ita Deus operam tyrannorum vſurpat, cùm vult de aliquo populo iuſtum ſupplicium ſumere. Vnde Rex Babylonis *malleus, baculus & ſerra, manus Domini appellatur*, cùm Deus voluerit eius violentia populum Iſraeliticum caſtigare.

C Non enim rex ille, quamuis potentiſſimus, Iudæos valuit ſuis viribus affligere: imò arrogantiæ accuſatur, quod id aliquando propriæ fortitudini adſcripſerit. Deus enim ſe verum fuiſſe authorem tantæ cladis perhibet. Et Iob, cùm à Sabæis & Chaldæis, nec non diabolo fuiſſet grauiter vexatus, & bonis propemodũ excluſus, non minus piè, quàm ſapienter inquit, *Dominus dedit, Dominus abſtulit.* Vtque apertiùs Dei voluntate id contigiſſe oſtenderet, ſubiecit: *ſicut Deo placuit, ita factum eſt.* Siquidem vidit Chaldæis ac Sabæis, & diabolo Deũ pro inſtrumentis fuiſſe abuſum. Et poſteriori lib. Samuelis 24. cap. habetur, *Deum excitaſſe Dauidem ad populum recenſendum*, quod factum in Paral. diabolo attribuitur. Vtrúmqoe autem duorum verum fuit, quia Deus illum miniſte-

D rio & opera diaboli ad id faciendum incitauit. Vt enim Salomon ait, *Regis cor eſt in manu Dei, & Deus id quocunque voluerit proclinat.* Non quidem, vt ſæpè iam dictum eſt, nouam inſtillando malitiam, ſed ea, quam inuenit, abutendo, vel ad delicta punienda, vel ad alia ſua conſilia perficienda. Itaqoe cùm Deus vel indurare, vel excæcare ſcribitur, non tantum relinquere, aut deſerere credẽdum eſt, ſed etiam voluntatem ſuam adhibere. Nec prætereundum eſt in cap. 6. & 7. Exodi, Deum ſcribi, cor Pharaonis induraſſe, cùm tamen in 8. cap. Pharao ipſe ſcribatur, ſuum cor obfirmaſſe. Vtrumque porrò verum eſt: priùs quippe Pharao tantæ contumaciæ principia in ſe habuit, & libenter, ac ſua voluntate Dei verbo ſe oppoſuit. Ex altera tamen parte Deus, vt ſupra demonſtratum eſt, illam eius animi duritiem in lucẽ produci

curauit, eámque moderatus eſt, & rexit ad ſuũ arbitrium. Nec fingere debemus orbi terrarũ ſic Deum præeſſe, vt inſtar otioſi ſedeat in ſpecula, ibique nihil agat. Vel vt mundo & rebus infernis tanquam equo frena permittat, & ſinat vagari, quò libuerit. Nec verum eſt id, quod à nonnullis aſſeritur, Deum ipſa mala ſeu peccata nec velle, nec nolle, ſeu de illis nihil prorſus cogitet. Velut ſi quis me roget, velimne hodie regem Galliæ venari, rectè poſſim reſpondere, me id neque velle, neque nolle, ſiquidem ad me nihil pertinet. At ſic reſpondeti non poteſt rectè de Deo, cùm ad eius curam & prouidentiam attineant, quæcunque in rerum natura fiunt. Sed iſti, velim cogitent, ex quo teſtimonio ſcripturarum ſuam illam permiſſionem, quam tam mordicus tetinent, cõfirmare valeant. Non me latet, illos pro ſe adducere, quod 81. Pſalmo habetur: *Permiſi eos deſideriis cordis eorum.* Cæterùm ſi Hebraica veritas conſulatur, infirmius & dilutius apparebit, quàm arbitrentur. Nam שִׁלַּח verbum in Piel Hebraicè habetur, quod ex coniugationis vi actionem vehementem ſignificat. Nec eſt conueniens, vt illud interpretatione permiſſionis leniamus: imò potius cum phraſi Paulina facit, qua dicitur ad Roman. *Deus impios tradidiſſe in reprobum ſenſum*, & potius impios abieciſſe, quàm permiſiſſe Deus oſtenditur. Sed quò eos permiſit, ſeu abiecit? Nempè in ipſorum praua deſideria, ſcilicet, vt ab illis toti poſſiderentur & regerentur. Atque in hanc ſententiam verbũ illud Hebræum in ſacris litteris crebro vſurpatur. In Geneſi quippe traditur, *Deum eieciſſe homines è paradiſo*, vbi verbum eiiciendi, quis interpretetur permiſit? cũ potius illinc homines extruſerit, & deturbarit. Deinde in cap. 19. Angeli dicunt. *Et miſit nos Deus ad perdendam Sodomam.* Quo loco emittere non poteſt idem eſſe, quod permittere. Et in Ezechiele ſcribitur, emiſit propaginem, cùm tamen vitis non permittat ex ſe propaginem exire, ſed potius eam ad egrediendum impellat. Quare videat interpres, vt eo loco verbum Hebraicum שִׁלַּח reddiderit verbo permittendi. Nec eſt omittendum diuinas litteras permiſſionem Dei non minus bonis rebus, quàm malis tribuere. Etenim ad Hebræos cap. 6. cùm de bonis rebus ageretur, Apoſtolus inquit, *ſi Deus permiſerit.* [Antequam pergamus ad alia, hîc pauliſper gradum ſiſtamus. Tametſi enim iam ſatis ſupra doctrinam *permiſſionis*, quam nunc oppugnat, Vermilius admiſerit: quandoquidem tamen nunc illam Scripturæ teſtimonio opprimere conatur, duo nobis ſedulò præſtanda ſunt: primum, vt teſtimonium illud nequicquam eius errori fauere oſtendamus: deinde, vt vulgati interpretis fidem & eruditionem ab eius calumnia vindicemus. Quæ cùm fecerimus, nil oberit, quominùs præter ſimplicem permiſſionem, neſcio quem imperum cum S. Auguſtino agnoſcamus, quo Deus impios ſuũ virus, quod intus alunt, cogat euomere. Igitur, quòd ad primum attinet, cùm animaduerteret Vermilius ſuum illud nuperum commentum non ſatis aptè loco quadrare, Pſalmiſtam Pauli autoritate confirmare ſtuduit. Vſus eſt enim Apoſtolus, ſi fortè illi ſententiæ fauit, voce ad eam rem longè magis accommodata. *Tradidit* enim *Deus* impios, inquit, *in reprobum ſenſum.* Hoc igitur poſterius teſtimonium, quod longè eſt illo priore robuſtius, ſi magis permiſſionem aſſerere quàm refellere probetur, non erit vltra, cur de priore explicando laboremus. Atqui hoc ipſum docet S. Iſidorus Peluſiota, vir in exponendis ſacris Scripturis haud vlli veterum facilè ſecundus. Hæc verba, inquit, Dedit, Tradidit, ſecundum leges & proprietates, modóſque peculiares loquendi ſacræ Scripturæ, ſignificant, reliquit, vel permiſit. Quòd ſi hoc non recipis, per demonſtrationem procedet oratio. Ait Paulus de illis, qui diuinitatem idolis tribuebant: *Tradidit eos* (Deus) *in affectus ignominiæ*: hoc eſt, reliquit, aut dimiſit. Quomodo namque fieri poterat, vt non ignorarent naturam, & volutarentur in ſceleribus naturæ terminos excedentibus, illi, qui creaturam omiſſo creatore adorabant? Et iterum: *Tradidit eos in reprobum ſenſum, vt facerent, quæ non decent.* Deinde ſeipſum interpretans, dicit: *Repletos omni iniquitate, malitia, auaritia*, &c. Si igitur erant repleti, quomodo tradidit eos? Vide quàm accuratè loquitur. Non dixit: Tradidit replendos: ſed iam repletos reliquit atque deſtituit: haud aliter ac ſi quis paſtor bonus oues peſtilentiali lue correptas extra gregem abire, & quodammodo lupis tradere conſueuit. Non quod eas in fauces luporum coniiciat: ſed quod ſua cura ac præſidio eas denudet ac deſtituat.] Idem iterum eiuſdem lib. epiſt. 59. Non dixit, quoniam vel poſtquam traditi ſunt, repleti ſunt; ſed neque hoc, Traditi ſunt replendi, vel vt replerentur; ſed repletos tradidit: hoc eſt dimiſit, reliquit, nudatos ſuo auxilio & præſidio: non aliter quàm Imperator aliquis milites, qui mandatis ipſius parere detrectant, ſed quantum in ſe eſt victos, dimittit ac relinquit, ſua ſapientia conſilióque deſtitutos. Eos ergo, qui à ſeipſis repleti erant omni improbitate, non immeritò deſerendo *tradidit, non impellens in reprobum ſenſum*, ſed in eum cupidè ruentes & cum impetu, relinquens. Hactenus S. Iſidorus. Nunc ad interpretem noſtrum tuendum accedamus: nam ſi is quoque ſyncerè veritatem Hebraicam cõplexus eſt, nullus relinquetur calumniæ locus. Et primùm quidem vulgatam editionem S. Hieronymi autoritate poſſum defendere, qui eiuſdem à nonnullis autor eſt creditus, à pluribus reſtitutor: cæterum, omnium qui hactenus apud nos floruerunt, Hebraicæ linguæ peritiſſimus. Accedunt Septuaginta interpretes, qui accuſari ignorantiæ non poſſunt, ſeu numerum, ſeu delectum ſpectes, ſiue etiam gentis originẽ: & alioquin diuino afflati ſpiritu Scripturas interpretati eſſe feruntur. Hi porrò ſic habent: καὶ ἐξαπέστειλα αὐτοὺς κατὰ τὰ ἐπιτηδεύματα τῶν καρδιῶν αὐτῶν, &c. *Et dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum.* Conſentiunt itaque; & in eandem ſententiam S. Hieronymus & Septuaginta interpretes, quibus ego fretus, reliquos facilè contemno. Nam ſi quid præterea afferunt,

Pſal. 81. Contra eos qui præter nudam ac ſimplicem mali permiſſionem nihil præterea in Deo admittunt.

S. Iſidor. Peluſ. li. 4. epiſt. 101.

Dare, tradere in reprobum ſenſum quid ſignificent in Scrip.

Defenditur vulgata editio.

Septuag. Interp.

dic vnde hauſerunt? Dudum enim illius linguæ vſus exaruit. Binos duntaxat hos riuos habemus ſynceros à prima ſcaturigine. Deinde etiam, vt cum recentioribos in gratiam redeamus, doctiſſimi quique eorum pariter expoſuerunt.

S. Pagnin.

Nam Sanctes Paguinus, qui omnium iudicio palmam tulit, vertit in hunc modum: *Et dimiſi eum in fortitudine cordis ſui*. Cui adſtipulatur Arias, niſi quòd eam fortitudinem cordis, pertinaciam maluit interpretari.

Arabici Pſalterij Interpretes.

Præterea Maronitæ, Arabici Pſalterij interpretes, hoc modo verterunt, qui magis nobiſcum facit: *Dereliqui eos, & voluntatem cordis eorum: ambulabunt in operibus ſuis.*

Acta Apoſt.

Poſttemò Apoſtolus vnà cum Barnaba apud Lucam in Actis cap. 14. verſu 15. hanc eandem ſententiam repetens, quam per occaſionem Gentibus accommodat, ſimilibus verbis expreſſit: Deus, inquit, *in præteritis generationibus* εἴασε πάντα τὰ ἔθνη πορεύεσθαι ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν. *Dimiſit omnes gentes ingredi vias ſuas.* Itaque benè & fæliciter vertit interpres noſter: quinimò, ſi locus ille Pſal. 81. diligentius excutiatur, mox apparebit, nouam illam Vermilij interpretationem conſtare non poſſe. Nam Deus quidem priùs illis ſua beneficia exprobrat, & de contemptu conqueritur: deinde, eos in ſua pertinacia ſe deſerturum minatur: Poſtremò, id quod ſequenti verſiculo vertit interpres noſter, *Si populus audiſſet me*, Hebraica phraſis habet לוּ עַמִּי שֹׁמֵעַ לִי *lou hhammiſcomehha li*, *Vtinam populus meus audiens mihi.* Quomodo igitur abieciſſe per vim credendus eſt, qui optat audientem? Atqui dictio ipſa in Piel denotat vehementem actiunem, quod pluribus exẽplis probat Vermilius. Erit igitur hic poſtremus labor noſter, vt oſtendamus in eodem ſenſu interpretis noſtri שִׁלַּח *ſcilabh* paſſim in ſcripturis neceſſario vſurpari.

Examinatur verbi שלח *ſignificatio.*

Illud habes non ſemel in Exodo, cap. 4. verſu 23. & cap. 10. ver. 27. Vbi dicitur Pharao *nolle dimittere populum.* Qois fingat Pharaonem accuſari, quòd nollet eiicere, & à ſe repellere per vim populũ? Apud Eſaiam cap. 45. ver. 13. Ieremiam 50. ver. 33. illa vox idem ſignificat. Deuteron. cap. 15. ver. 12. iubentur Hebræi ſeruos Hebræos poſt annũ ſeptimum liberos dimittere, & 21. ver. 14. captiuas mulieres, quas ſibi toro iunxerint, ſi cõtingat ſordeſcere, item liberas dimittere. Et Iobi 39. verſ. 5. quæritur, quis dimiſit onagrum liberum, & vincula eius quis ſoluit? His omnibus locis nemo, qui ſapiat, vt teor, vim affectre interpretabitur: quod vtique phraſis Hebręa vetat, quæ potiſſimùm 21. illo cap. Deuteron. ex adiunctis eam vocem manifeſtè explicat: וְשִׁלַּחְתָּהּ לְנַפְשָׁהּ *veſcillabhethab lenaphſcah*, *& dimittes animæ ſuæ, non vendes pecunia, nec eius ſeruitio vteris*, vt Arias, ſiue, *per potentiam opprimes*, vt vulgatus noſter. Nec minus apertè Salomon vim dictionis aperit, cùm ait Prou. ca. 29. verſ. 15. *Virga atque correptio tribuit ſapientiam: puer autem, qui dimittitur voluntati ſuæ, confundit matrem ſuam.*] Tandem Eſaias cap. 16. verſu 2. meminit *nidi dimiſsi*. Et iterum ca. 27. veſu 10. *Tugurij dimiſsi.* His non opus eſt vt vim faciat, qui miſſa facere voluerit. Deſinat ipſe Vermi-

A lius vim verbis afferre: & quod ſapienter ab antiquis interpretatum eſt, caueat in poſtetum in aliam partem deflectere. Nam mendacia difficile eſt obtinere diutius. Alius iterum obſeruabit, illum, quo nos oppugnaret commodius, vulgatæ editionis mutaſſe dictionẽ. Non enim *permiſit* in ea ſcriptom eſt, ſed *dimiſit*. Verùm ad reliqua properemus.]

Vermilius.

Nam Iulianus Pelagianus, inquit, (vt apparet ex Auguſtino contra eum lib. 5. cap. 3.) in ea ſententia fuit, vt cùm Deus in ſcripturis tradere, aut excæcare dicatur, ſit intelligendus, tantùm relinquere aut permittere: Auguſtinus verò è diuerſo Deum ait, non ſolùm permittere, ſed, vt Apoſtolus docuit, iram & potentiam ſuam decla-
B rare. Tradit præterea Iulianus eiuſmodi locutiones eſſe hyperbolicas: Auguſtinus verò cõtẽdit eſſe proprias. Iulianus intetpretatur iſtos, qui traditi dicuntur ſuis deſideriis, laboraſſe antea illis morbis, vnde ſubiicit, quid opus erat vt illis traderentur? ſatis fuit, vt ſinerentut in iiſdem volutari & acquieſcere. Ad hoc Auguſtinus ait: An idem eſſe putas habere deſideria, & illis tradi? traduntur enim impij malis cupiditatibus, non tantùm vt eas habeant, ſed vt ab illis prorſus habeantur, & poſſideantut. Itaque addidit idem pater: Sicut Deus agit in corporibus impiorum ea vexando & affligendo, ita eriam in illorum animis operatur, ea impelleodo in peccata. [Ea verba apud Auguſt. noo legi, & quanquam eadem ſeotentia
C ex ipſius ſcriptis elici poſſe videatur, ſemper tamen, id quod etiam prius admonuir Vermilius, intelligendum eſt, hoc Deum facere, non inſtillando cordibus impiorum malitiam, ſed ea vtendo ad eorum perniciem.] Eodem loco hiſtoriam Semei tractat, vbi Dauid air: *Dominus ei iuſsit, vt mihi malediceret.* Voluntarem, inquit Auguſtinus, Semei, vitio ſuo malam, Dominus iuſtè inclinauit, vt Dauidem conuitiis inceſſeret: & cauſa redditur: *mihi quippe Dominus retribuet pro hoc maledicto bona.* Idem quoque Auguſtinus de gratia & libero arbitrio ſcribit, Deum in animis hominum operari, eos inclinando tam ad bona, quàm ad mala, iudicio ſæpè occulto, ſed interdum aperto, ſemper autem iuſto. Quibus addas: quemadmodũ, & qua cauſa Deus hæc faciat, difficillimum eſt explicare. Hoc tamen eſt certiſſimè ſtatuendũ, hæc mala, quatenus à oeo proueniunt non eſſe pec-
D cata, ſed res iuſtas ac bonas: ſed quatenus vel à diabolo, vel ab hominibus proficiſcuntur, iure peccatis accenſeri debent. Manichæi, cũ ex iſta quæſtione ſe non poſſent explicare, finxerunt duo eſſe rerum principia, quorum vnum eſſet bonum, alterum verò malum. Nos verò docemus, vnum eſſe Deum bonorum omniũ authorem: peccata verò dicimus orta ex diſceſſione Adami à Deo, quæ tamen oei voluntate atque arbitrio tempereotur & regantur. Vnde concludimus, & actiones ipſas, hoc eſt, peccatorum ſubiecta, eſſe à Deo: ipſumque, vbi viſum fuerit, ſubducere gratiam & auxilium: deinde hominum prauas cupiditates vrgere, ac flectere, quocumque placuerit: & cum pec-

Qvia Devs volvit occidere eos.

catis hominum abutatur ad aliorum peccato- A rum ſupplicia, non poſſe dici, ea nullo pacto voluiſſe. [His omnibus, quæ, cũ domino nõ haberet, aliunde eos Scholaſticorom fontibus, atque adeò ex S. Auguſtino accerſiuit Vermilius, atque in ſuos commentarios deriuauit, interim dum modos explico, nam iſtic non placet, cùm iam ſupra modum Scripturam hanc Scholiis onerauerim, quibus creditum eſt, Deum eam vim, quæcunque tandem eſt, voluntati afferre, operæ pretium viſum eſt, ex eodem Auguſtin. quid de libero arbitrio in vtroque ſtatu hominis tam gratiæ, quàm peccati ſentiat, attexere.

Libertas arbitrij.

Is igitur tomo 4. in expoſitione quarundã propoſitionũ ex epiſtola ad Romanos lib. vno, ſic B ait: Liberum arbitrium perfectè fuit in primo homine, in nobis autem ante gratiam non eſt liberum arbitrium, vt non peccemos, ſed tantũ vt peccare nolimus. Gratia verò efficit, vt non tantum velimus rectè facere, ſed etiam poſſimus, non viribus noſtris, ſed liberatoris auxilio.]

Verùm de peccato Adami ait idem Vermilius, difficilior eſt quæſtio, quia nullus præceſſerat eius lapſus, qui poſteriori peccato à Deo plecteretur. Ad hoc tamen reſpondemus, actionem illius, hoc eſt, ſubiectum deformitatis ac iniuſtitiæ, fuiſſe à Deo: Priuationem autẽ ſeu C defectum à libero Adami arbitrio, quem Deus integrum, liberum, & abſolutum creauerat, non tamen ita, vt non deficere ac errare poſſet. Nec Dei gratia, qua retineretur à lapſu, tanta fuit, vt eum firmiter cõſtabiliret. Deũ verò Adamũ voluiſſe cadere dubitari non poteſt, alioqui nõ cecidiſſet. Voluit autẽ cadere, non quidem ratione peccati, ſed vt eo lapſu ad patefaciendas opes & immenſas diuitias ſuæ bonitatis vteretur, oſtenderétque ſe non tantùm potuiſſe hominem integrum atque perfectum efficere, verumetiam lapſum & perditum reſtituere. Ac ea de cauſa miſit filium ſuum, qui pro humano genere in cruce moreretur. Vnde Gregorius exclamauit: O felix culpa, quæ talem meruit habere redemptorem. Atque hactenus de propoſitis quæſtionibus.

Gregor.

Contumaces filios ex lege lapidari oportuit.

Quibus ita explicatis reuertamur ad hiſtoriã, D vbi Deus perhibetur, filios Heli voluiſſe occidere. Impij ſanè ac rebelles filij digniſſimi erant, qui perderentur, & idcirco Dei voluntas fuit iuſtiſſima. Ex lege oportuit filios contumaces erga parentes lapidari, quod ab humana poteſtate cùm eo tempore non fieret, Deus id ſua potentia & voluntate ſuppleuit. Voluit igitur eos perdere, vt vaſa iræ aptata in interitũ. Et Dauid Kimhi hoc loco ſcribit, cùm impij peccata peccatis cumulant, Deus illis poſtremò iter ad reſipiſcentiam occludit, partim vt ſcelerum ſuorum dent pœnas, partim vt huiuſmodi exemplis pij admoniti ſibi diligentius caueant.

Dauid Kimhi.

Versvs 26.

Puer autem Samuel proficiebat, atque creſcebat, & placebat tam Deo quàm hominibus.

IGITVR filij Heli patris monita pertinaciter contempſerunt. At audire debuerant, & non potius ventris & gulæ libidinem paternis monitis anteferre.

Etenim ego, (ait Callimachus Cyrenæus Poëta, qui temporibus Ptolomæi Philadelphi floruit) *quæcumque olim capiti largitus ſum,*

Callimachus.

Flaua cum odoratis vnguenta corollis,
Omnia ſtatim odorem amiſerunt, & quæ dentes
Intra, & ventrem ingratum ſubierunt,
Eorum quoque nihil in craſtinum remanſit, quæ verò in aures
Recondidi, ea ſola mihi adhuc manent.

Auris non venter credita ſeruat.

Quod verò hic de Samuele repetitur, quod ambulauerit & creuerit, bonúſque fuerit tam apud Iehouam, quàm apud homines, res hoc pacto eſt intelligenda, inſit Vermilius, quòd, vt annis, ita etiam probitate, nec non bona fa- C ma quotidie augebatur. Melior quippe ſubinde fiebat, gratiórque tam Deo, quàm hominibus. Repetuntur hæc, vt collatio inter illum & filios Eli euadat illuſtrior. Hoc præterea loco notabimus, *malo exemplo filiorum* Heli Samuelem non fuiſſe corruptum, & mirabimur ipſos Heli filios, cùm fuiſſent eiuſdem tribus cum Samuele, ac erudirentur in eadem ſchola, eodémque præceptore vterentur, euaſiſſe adeò malos, & Samuelis diſſimiles. Vnde licet colligere, non quidem eſſe leue, bonum præceptorem nanciſci, & idcircò parentibus id cum primis curæ eſſe debere, vt ſuos liberos non niſi probis piiſque præceptoribus committant. Sed niſi Deus ſpiritu ſuo eos afficiat, curam præceptorum vel parum vel nihil profuturam. Nam vt Paulus docuit, *qui aut plantat aut rigat, nihil eſt, ſed Deus eſt, qui tribuit incrementum.* Quare licet præceptores & pij & do- D cti contigerint, tamen adhuc parentũ eſt Deũ, ſine cuius ope nihil poteſt abſolui aut promoueri, ardentiſſimis votis orare, vt ſuis liberis adſit, eóſque foueat, & perficiat. Eamdem vtique ſcholam, doctrinam eandem ac diſciplinam, eundémque præceptorem Petrus & Iudas habuerunt, quorum tamen ille præclariſſimus Chriſti Apoſtolus, alter verò perfuga & proditor nequiſſimus euaſit: quare mirari deſinamus diſcrimen inter Samuëlem ac filios Eli. Hæc ille. Samuelem etiamnum puerum vocat, necdum enim ex ephebis exceſſerat. Quæ ſit ea ætas, docet Gellius Noct. Att. libro 10. cap. 28. Tu vero, inquit, in Hiſtoriarum primo ſcripſit, Seruium Tullium regem Popul. Rom. quum illas quinque claſſes iuniorum, cenſus faciendi gratia inſtituerit, pueros eſſe exiſtimaſſe, qui minores eſſent annis ſeptemdecim: Atque inde ab anno XVII. quos idoneos iam eſſe reipub. arbitraretur, milites ſcripſiſſe: eoſque ad annũ qua-

Vermilius

Ex bona ſchola boni & mali prodeunt.

A. Gellius.

Tempus pueritia.

quadrageſimum ſextum iuniores, ſupráque eum annum ſeniores appellaſſe. Eam rem propterea notaui, vt diſcrimina, quæ fuerunt iudicio moribúſque maiorum, pueritiæ, iuuentæ, ſenectæ, ex iſta cenſione Seruij Tullij prudentiſſimi regis noſcerentur.

Virtus amorem conciliat.

Proficiebat, *creſcebat & placebat.*] Nimirum hoc habet proprium ſimplex & minimè fucata virtus, nec arte ſimulata, maximè ſi cum amœna quadam morum ſuauitate & publica vtilitate coniuncta ſit, vt omnium ſibi fauorem conciliet. Potiſſimùm verò in iunioribus, in quibus necdum liuor inuidiæ locum inuenit, nec contentioſa rerum adminiſtratio, quæ multos ſæpè offendit, odium ſimultatéſque incendit, & ipſe flos iuuentutis amabili quadam venuſtate omnium in ſe amorem conuertit. Deo autem imprimis virtus accepta eſt, vtpote quæ eum parentem agnoſcit, & obſeruat vbique ſemper. Aduerte autem qua ratione Deo Samuelem placuiſſe referat. *Proficiebat*, inquit, *& creſcebat*, & ſic demum Deo placebat. Quàm præclara eſt hæc inſtitutio atque diſciplina. Etenim quiſquis rem Deo gratam facere ſtudet, proficiat neceſſe eſt. Ignauos namque odio, impigros atque alacres amore proſequitur. Nec puto hos progreſſus Samuelis ad ætatis tantum incrementa referri, ſed potius virtutis ſtudiorumque eius ad pietatem promotionem ſpectare. Etſi namque tum promoueri augerique dici potuit, cum in ſingulos dies adoleſceret, & tantillo corpori vires robúrque adderẽtur: nec non ipſa quoque cerebri officina, quæ ſedes eſt animi, & vbi omnis cõceptio diſciplinarũ conſtituitur, quæque à primis annis plurimo humore obducitur, ſenſim aucto calore ſolueretur, ingenióque viã ad omnẽ humanitatis cultũ aperiret; arbitror tamen ea verba potius de pietatis, ſapientiæ, virtutúmque omnium in puero profectu intelligi oportere. Neque enim ſola corporis ſpecies, ingeniíque acumen illum tantopere Deo hominibúſque commendaſſent: quoniam etſi admirationi illa ſunt, non tamen ab omnibus æquè probantur: At verò virtus ſolo cælóque chara habetur. Ambulabat, inquit Scriptura, & ſemper ſeipſo grandior euadebat. Quorſum hæc duo verba, ſi eamdem rem ſignificare voluit? Num verborũ copiam Scriptura ſectatur?

Virtus duplici ratione creſcit.

Abſit. Sed vtique virtus duplici ratione creſcit, aut numero, aut præſtantia ſtudioſarum actionum. Nam vſus quidem, & exercitatio virtutis meritorum cumulum auget: qui autem actus maiori contentione ſuſcipiuntur, ipſum etiam mentis habitum intendunt. Et quidem quin ille meritis proficiat, qui charitatẽ exereret, negari, opinor, omnino nõ poteſt. Nam Matth. 10. ca. de præmio illius cauetur, qui hauſtum aquæ frigidæ dederit: non igitur ſi quis panẽ porrexerit mercede fraudabitur. Deinde hæc à Deo conditio offertur: *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.* At quantumuis licet remiſſo vſu charitatis lex ſeruari poteſt: ergo & vitam ipſam dabitur promereri. Iam verò illud quàm incredibile, quàm abſurdum, eùm primo vſu cæleſtis gratiæ, ſiue etiam nullo vſu, ſed ſola infuſione

A ius æternæ vitæ quæſitum ſit, nullam deinceps exercitationi, ſeu præclaris eius fructibus mercedem reponi, cum toties repromiſſa ſit, & de cõdigno, vt aiunt, etiam mereri cenſeatur? An igitur pro ratione delictorum erit plagarũ modus, pro ratione autem meritorũ non erit præmiorum modus? Num ſi quis geminam cædẽ fecerit, nõ grauiore ſupplicio luet, quàm ſi vnã feciſſet, tametſi æquali odio incenſus? Num qui patrem iugulauerit, non ſeueriùs punietur, quàm ſi ſeruum pari furore confecerit? Alienum hoc videtur à ratione inſtitutóque maiorum. Quomodo igitur non abſurdum erit eum, qui plures ſeruauerit, & plura etiam contulerit, licet æquali charitate, non aliter quàm ſi vnũ,
B & quidem minimo impendio ac labore liberaſſet compenſari? Ea, quæ inter homines iuſtitiæ ratio conſtituta eſt, ſiue illa ſapientũ conſilio, ſeu potius inſpiratione diuina vt reciperetur obtinuit, cæleſtis, vt opinor, iuſtitiæ quædã imago eſt. At nefas eſt apud nos, ſi quiſquam operas mercenarias cõduxerit, redemptori ſuo, qui geminas ſtructiones molitus ſit, quamuis pari ſtudio atque artificio, tanquam pro vna mercedem reponere: ſed lex iubet pro gemino opere duplicatũ quoque pretium reſtitui. quod ſi igitur legis huius æquitas æternæ legis quædã imitatio eſt, quis neget Deum pro numero meritorum ſimilem quoque gratiam referre? Addi etiam poſſet, fore alioqui deteriorem perfectorum conditionem, ſi non poſſint iiſdem actibus, quibus virtute minores æternam gloriam conſequantur, quicquam proficere ac cõſequi. At quod ad ipſius cæleſtis formę, quæ in animo
C eſt, augmentũ pertinet, nõ videtur aliter quàm feruentiore ſtudio ac contentione voluntatis poſſe propagari. Etſi enim illa totâ naturâ ſuperior ſit, nec humanis viribus gigni augerive poſſit, diuina tamen liberalitas, quæ nunquam non ſua dona colere inſtituit, ad modum aliorũ habituum qui naturæ facultate comparantur, & vehementiori motu ac ſtudio promouẽtur, intendi quoque ac augeri facit. Quod ex eo probat D. Thomas quod in naturalibus, vt ait, ſi remiſſius agens ſuperueniat intenſiori, nõ auget effectũ, quia nõ poteſt conari ſupra vires. Igitur ad inſtar naturaliũ agentium nunquã actus charitatis remiſſior eundẽ habitũ intendet, ſed ſi vehementior conatus adhibeatur, tũ denique perficiet, licet ille nõ phyſicè, vt docent Theologi, ſed meritoriè ad eam amplificationẽ concurrat. quod ſi cuiquam fortaſſis mirũ videatur, minimè aucto charitatis habitu ſummam tamẽ meritorum creſcere, hoc vnum meminerit ve-
D lim, Chriſti Domini charitatem quamuis perfectiſſimã, finitam tamen fuiſſe: at meritorum vim immenſam, atque infinitam extitiſſe.

Non aliter quàm contentiore ſtudio gratia habitus incrementum capit, licet inde phyſicè non augeatur.

S. Thomas.

יהוה

Enos nomen hominis ſperantem Chaldaicè ſignificat, eſt enim ſpes humana natura proprium.

Philo Iudæus.

Tam *Deo, quàm hominibus.*] Dei nomẽ eſt tetragrammaton, de quo multi multa tradiderũt & dabitur nobis aliàs explicãdi locus. Nunc de eo nomine, quo hic homines nuncupãtur. Nam אנשים Enaſim legimus, id eſt ſperantibus, quę ſignificatio in hunc locum mirifice quadrat, vtpote egregiam animi indolem, & iam non obſcurum virtutis ſpecimen puero edente. Nam Chaldæi, inquit Philo libro de Abraham, ho-

ET PLACEBAT TAM DEO QVAM HOMINIBVS.

minem Enos vocant: ac ſi ſolus verè homo ſit, A qui res bonas expectat, & bona ſpe ſe ſuſtinet. Vnde manifeſtum eſt, quod ſpe carentem non hominẽ exiſtimat, ſed beſtiam humana forma præditam, cui deſit ſpes proprium ornamentum humanæ animæ. Quamobrem cùm vellet egregiè laudare hunc bene ſperantem, poſtquam dixit: Hic ſperauit in patrem, & in factorem omnium: ſubiecit, *Hic eſt liber generationis hominum*, quamuis iam, & patres, & aui quidem erant. Sed illos mixti generis authores cenſebat, hunc autem puri putique, quod rationale verè dicitur. Nam ſicut Homerus inter cæteros innumeros Poëta per excellentiam vocatur, & atramentum B quo ſcribimus, quamuis atrum ſit quicquid albo opponitur, & ἄρχων Athenis è nouem magiſtratibus præcipuus, cuius nomen in faſtis diſtinguit tempora: eodem modo bene ſperantem hominem per excellentiam nominat, ſecretum à vulgo ignobili, & indigno tali appellatione. Nec minus rectè librum generationis veri hominis dixit, nõ extra propoſitum, quandoquidem hic benè ſperans celebratione memoriàque dignus, non in chartulis corrumpendis à tineis, ſed in immortali natura, penes quam ſunt commentarij omnium virtutum. Quod ſi quis initium numerandi faciat à primo illo terrigena, hunc à Chaldæis Enos, à Latinis nominatum hominem, quartum inueniet. Quaternarius autem inter numeros honoratur apud alios quoque Philoſophos, qui incorporeis & intelligibilibus eſſentiis delectantur, ſed præcipuè apud Moſen illum ſapientiſſimũ, qui extollens quartum numerum ait, eum ſanctum & laudabilem, ſicut in præcedente opere dictum eſt. Sanctus verò & laudabilis eſt, qui benè ſperat, ſicut è diuerſo ptophanus & vituperabilis qui non ſperat, timore ſemper vtens malo conſiliario. Negant enim vllas duas res tam infeſtas eſſe inuicem, quàm ſpem & timorem: & meritò. Nam vtraque eſt expectatio, altera bonarum rerum, altera contra malarum, inter quas naturas nulla poſſunt intercedere fœdera. Hactenus Philo, qui nomen illud Enos præclaris laudibus D ornauit occaſione præcedentis ſententiæ, qua filius Seth illud primò ſortitus, in Domino ſpes collocaſſe refertur, quaſi ſit illud iuſti & innocentis viri elogium tanti nominis interpretatio, quod deinde vſus cum toto hominum genere communicauit. Benè autem dicitur placuiſſe ſperantibus, quoniam nihil ſpe iucundius dici, nil lætius excogitari poteſt. Eſt enim citra inuidiam bonorum expectatio, quod ſæpè virtuti cum iam adeſt præſenti non contigit. Puer verò non tam re atque vtilitate, quam ſpe & expectatione commendari poteſt. Sed ſtudia eius in adoleſcentia tanquam in herbis ſignificant, quæ virtuti maturitas & quantæ fruges induſtriæ ſint futuræ.

Gen 4. & 5.

VERSVS 27.

Venit autem vir Dei ad Heli, & ait ad eum: Hæc dicit Dominus: Numquid non apertè reuelatus ſum domui patris tui, cùm eſſent in Ægypto in domo Pharaonis?

B IAM ait Vermilius, à Deo legatus ad Heli mittitur, qui eius indulgentiam erga liberos, & ignauiam increpet. Is oratione ſua primum grauitatem peccati explicat: deinde vltionem de illo ſumendam prædicit, & ne verba, quæ affert, contemnantur, ſigno externo, id eſt, nece filiorum Heli veritatem ſuæ orationis confirmat. Quis autem fuerit iſte legatus cum ſacra hiſtoria non doceat, hinc relicta eſt occaſio interpretibus, vt varia cõminiſcantur. Quidam ex Hebræorũ expoſitoribus putant iſtum fuiſſe Phinees Eleazari filium: ſed ratio temporis id non patitur. Alij ſuſpicantur Heliam fuiſſe, at ne id quidem poteſt conſtare. Nec deſunt, qui ad Elcanam patrem Samuelis hoc referant. Verùm hoc, quia è ſacris Scripturis authoritatem non habet, ea facilitate contemnitur, qua proponitur. Quocirca nobis, quia Spiritus ſanctus eius nomen prodere noluit, ſatis erit noſſe, quicunque fuerit, & legatum & virum Dei fuiſſe. Viri autem Dei ſunt omnes quicunque ab eo ſunt conditi. Sed peculiarius ita dicuntur qui ſpiritu Dei aguntur, quique ad populum eius legatione funguntur. Horum verò duo ſunt genera: quandoquidem alij ad miniſtros ordinarios pertinent, ad hoc delecti, vt populum doceant verbum Dei, & Sacramenta eidem adminiſtrent. Qua ratione Paulus virum Dei Timotheum appellauit. Alij verò extraordinarij iure dici poſſunt: qui à Deo interdum aliqua magna de cauſa citra D conſuetam electionem excitantur, vt modò factum eſt, quando ſacerdotes corrupti erant, & ſacra vitiata. Hunc legatum miſit Deus hominem à familia ſacerdotali alienum, qui Heli Pontificem corriperet. Ita peruerſa & diſiecta erant omnia, vt ſacerdotem ipſum cuius vnius fuerat alios emendare, oportuerit ab aliis edoceri. Ad eumdem modum temporibus noſtris accidit, quando religio Chriſtiana à Papis, Cardinalibus, & Epiſcopis, qui antiſtites in ea eſſe, atque haberi volunt, ſic horribiliter corrupta & vitiata eſt, Deus extra ordinem alios excitauit, qui & illos acriter corriperent, & religionem collapſam inſtaurarent.] Sed nemo illorum, vir optime, aut miracula edidit, aut Propheta fuit, quales antiqui illi omnes fuerunt, quorũ nemo ſacerdotio bellum indixit, aut Hierarchicum ordinem euertit, aut Pontificis auctoritatem imminuit:

Vermilius.

Virorum Dei duo genera.

Nulla authoritas in Eccleſia præter ordinariam.

Digitized by Google

Venit vir Dei ad Heli.

quæ tamen omnia veſtri tollere ſummopere conati ſunt, qui non tam extra ordinem, quàm contra veniſſe dicendi ſunt. Si qui verò etiam poſt inſtitutum Eccleſiæ ordinem, præter conſuetudinem à Deo miſſi ſunt, illi in primis legationi ſuę admirandis operibus fidem fecerũt: deinde verbo tenus collapſos Eccleſiæ mores corripuerunt, exemplóque ſuo inſtaurarunt, auctoritatem autem nullam vſurparunt, niſi fortè ab Eccleſia per manus Pontificum traditam. Talem deſcribit ſanctum Equitium S. Gregorius lib. 1. Dialog. cap. 4. Miraculis & prophetiæ dono fulgentem, qualem in veſtro illo extraordinario ordine commemorare poteris neminem. Sed redeamus ad virum illum Dei, qui & Propheta erat, & quod prædicebat manifeſto citò futuræ eladis argumento aſſerebat. Huius ſi conferatur oratio cum ea, quã Heli ſacerdos ad ſuos filios habuit, deprehendetur virilis admodum & acris, non autem frigida, neque mollis, ſed talem denique viri Dei eſſe decuit. R. Leui ben Gerſon hoc loco ſcribit, ipſi Heli, quòd iam conſenuiſſet, prophetiã fuiſſe ablatam. Quod ineptũ videtur, quandoquidẽ nulla ætas parũ idonea eſt Spiritui ſancto. Prohibet quidem ſenectus arare, fodere, arma tractare, vel in templo ſacrificare: facultatem verò ſpiritualem, & cęleſtia chariſmata non aufert: ſed fortaſſis hîc interpres eam diuinationem reſpexit, quæ per vrim & thomim fiebat. Etenim inde ſacerdotes oracula & captabant & edebant, quod Heli amplius, cùm præ ſenectute cæcutiret, præſtare non potuit. Sed qoid etiã ſi prophetiam adhuc retinuiſſet, oonne ab alio Propheta officij potuit admoneri? quaſi Prophetæ nec labi, nec errare potuerint. Certè Propheta, qui à Domino miſſus eſt in Samariam, fuit ſeductus ab altero Propheta, vt in libro Regum narratur. Non ignorabat Heli filiorũ peccatum, ſed, vt erat animo erga eos nimis leni, non exaggerauit, qood cõmiſerant, quemadmodum par erat, nec diſciplina & ſeueritate pontificia caſtigauit, ſed arbitratus eſt Deum pro ſua miſericordia id eſſe illorum ætati condonaturũ. Idcircò ad eum mittitur durus nuncius. Is peccatum illud, vt merebatur amplificat. Primùm ab eius magnitodine atque attocitate. Deinde à grauitate atque pondere ſupplicij, quod eius toti familiæ imminebat. Moneri ſolent homines negligẽtes, quique de ſuis peccatis leuiter cogitant. Monentur etiam illi, qui propter ſtatum & cooditionem, in qua verſantur, ſecurè peccant. Ita Dauid, cùm in duo grauiſſima crimioa incidiſſet, adulterium, inquam, & homicidium, & rex in Iſrael eſſet, nec poſſet à quopiam alio puniri, Nathan ad eum miſſus eſt, qui ei nuntiaret Deum pœnas grauiſſimas de illo ſumpturum. Ita nunc agitur cum Heli, qui & Pontifex, & Iudex erat in Iſraël. Huius autem generis admonitiones vtiles admodum ſont piis hominibus: Nam per eas & reſipiſcunt, & in viam reoocantur. Impij verò admoniti contemnunt, ſibíqoe grauius iudicium accerſunt. Ita enim Cain non ab homine, ſed ab ipſo Deo admonitus, factus eſt deterior, & ſe in extremam deſperationem abiecit. Solet verò Deus graues calamitates aliquanto antea denunciare, quam eueniant, ne populus dicere queat, ſe illa euentura non audiuiſſe. Noe mittitur pręco iuſtitiæ, antequam orbis diluuio perderetur. Et innumeri Prophetæ ſunt excitati, antequam Hebræi captiui abducerentur à Chaldæis. Et ad Dauidem miſſus eſt Nathan, priuſquam Deus illum affligeret. Sic modò vir Dei mittitur ad Heli, qui de vindicta inſtanri domui eius illum admoneat.

S. Gregorius Papa.

R. Leui Ben Gerſon.

Solet Deus calamitates ante prædicere.

Hæc dicit Dominus.

Hæc *dicit Dominus.*] Hæc eſt omnium Prophetarum communis præfatio. Legati etiam cùm ad aliquem Priucipem, aut rempub. mittuntur, ante omnia litteras proferunt, quibus legationis eorum authoritas cognoſci poſſit. Quare ſic etiam Prophetæ authoritatem ſibi conciliant, cùm teſtantur ſe nihil præter verbum Domini afferre.

Prophetarũ communis præfatio.

An liceat ſummum Pontificem arguere.

Ao notandum præterea eſt hoc loco, ait Vermilius, etiam ſummum Pontificẽ ex verbo Dei potuiſſe reprehendi, quod hodie Paparum & Cardioalium adulatores nefas eſſe clamitant, aiuntque nemini licere Papæ dicere, cur ita facis? Sed aliter viſum eſt Spiritui ſancto. Nam Paulus audacter Petrũ coarguit, cùm in Euangelio adminiſtrando minùs rectè ſe gereret. Certè ſi Papæ, Cardinales, & Epiſcopi ſint membra, & filij Eccleſiæ, vbi errant, cur admoneri non debent? Quare malè ſibi cauit Symmachus Papa, cùm ſuo decreto ſtatueret, à ſolo Deo peccata ſua iudicanda eſſe.] Atque Vermili, ſanctus Symmachus Papa, cuius memoriam quotannis Eccleſia celebrat Iulij menſis decimanona die, non modò admoneri, verùm etiam iudicari ſe tulit. Quo magis miror impudentiam tuam, te eum potiſſimùm ex omnibus delegiſſe, quem maledictis tuis inceſſeres, qui non modò volens Eccleſiæ iudicio ſe ſubdidit, ſed etiam communi Concilij decreto abſolutus eſt, *diram qui contudit hydram,* aiebat Horatius epiſtola 1. 2. libri,

Notáque fatali portenta labore ſubegit,
Comperit inuidiam ſupremo fine domari.

Horatius.

Et alio item loco:

Virtutem præſentem odimus,
Sublatam ex oculis quærimus inuidi.

At te, qui ante mille annos vita functũ, non modò laudibus obtrectas, ſed etiam inoocentiæ crimen impingis, à quo dicam dæmone poſſideri? Inuidia maius aliquid ſpiras. Sed neque tale vnquam decretum Symmachus Papa ſcripſit: ſed cùm eſſent illa verba ex Ennodij libello Apologetico in ſancta Synodo Romana, ex iis quæ eiuſdem Pontificis tempore Romæ habitæ ſunt, recitata, decernente vniuerſo conſeſſu ac flagitante,

inter pontificum decreta referri paſſus eſt. Verùm cuncta ordine referam, quò magis Vermilij calumnia arguatur. Ac primùm hæc ſunt Ennodij verba ex eiuſdem libello, iuſſu eiuſdē

Ennodius.

Synodi conſcripta. Viſitatores, inquiunt, nempè ſchiſmatici illi, qui Laurentij Pſeudopapæ partes fouebant, & à Rege Theodorico Ariano Viſitatorē impetrauerant, qui de criminibus Symmacho Papæ impoſitis cognoſceret, atque interim Eccleſiam Romanam adminiſtraret: quæ poſtmodum omnia à Synodo reſciſſa ſont, ipſo etiam Rege Concilij auctoritatem reuerito.) Et alijs Epiſcopis dedit ipſe, nimirum Symmachus: & iuſtum eſt, vt facti ſui lege teneatur. Non vos in hoc titulo falſitatis inceſſo; diu mendacijs adhærentia verba non arguo: dico tamen, latorem iuris diffinitionis ſuæ, niſi velit, terminis non includi: & niſi princeps faſtigij ſumma moderetur, fruſtra ad illud quod dederit, ius vocatur. Lex probitatis & mentis eſt, quæ hominem viuentem ſine lege caſtigat: propriè motibus impendit, quam neceſſitati non debet diſciplinam. Aliorum fortè hominum cauſas Deus voluit per homines terminare, ſed ſedis iſtius Præſulis ſuo ſine quæſtionæ reſeruauit arbitrio: voluit beati Petri ſucceſſores cælo tantùm debere innocentiam, & ſubtiliſſimi diſcuſſoris indagini inuiolatam exhibere conſcientiam. Nolite timere eas animas de inquiſitione non habere formidinem, quas Deus præ cæteris ſuo reſeruauit examini. Dicas fortaſſe: omnium animarum talis erit in illa diſceptatione conditio. Replicabo vni dictum: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam: & quæcumque ſolueris ſuper terram, erunt ſoluta & in cælis.* Et rurſum ſanctorū voce patet, Pontificum dignitatem ſedis eius ſanctam, toto orbe venerabilem: dum illi quicquid fidelium eſt, vbique ſubmittitur, dum totius orbis caput eſſe deſignatur: de qua mihi videtur dictum per Prophetam: *Si hæc humiliatur, ad cuius confugietis auxilium? & vbi relinquetis gloriam veſtram?* Hæc Ennodius. Cùm igitur qui eſſent Romæ Catholici, rei indignitatē cum iniquitate coniunctam exhorreſcerent, miſſum nempè contra Symmachum à Rege viſitatorē, eundemque parti Schiſmaticorū addictum, apud abſentem adhuc regem egere, rogantes, vt ſineret res Romanæ Eccleſiæ more maiorum abſque ignominiæ nota tractari. Cū annuiſſet Rex Theodericus, ſeque præſentem Romæ exhibuiſſet, congregata Synodo, cùm quærerent Epiſcopi conuocationis ſuæ cauſam, reſpondit Rex: Plura ad ſe de Papæ Symmachi actibus horrenda fuiſſe perlata: & in Synodo oportere, ſi veræ eſſent inimicorum eius obiectiones, indicatione conſtare. Exceperunt Pontifices, ipſum qui dicebatur impetitus, debuiſſe Synodum conuocare. Probauit princeps eiuſdem Symmachi traditis litteris illius conſenſu ac voluntate Synodum eſſe collectā. Ea Synodo quæ Palmaris dicta eſt, & eſt 4. Symmachus eſt abſolutus. Cumque de actis eiuſdem Concilij ad Principem referretur, reſpondit & Gothus, & Rex & Arianus: In Synodali eſſe arbitrio in tanto negotio ſequenda præſcribere, nec aliquid ad ſe, præter reuerentiam, de Eccleſiaſticis negotiis pertinere. Porrò cùm ſeditio denuò renouata eſſet anno ſequenti, qui fuit 502. Anaſtaſij autem Imperat. 13. & eiuſdem Symmachi 5. Quinta Synodus eſt habita, in qua, cùm Ennodij Apologeticus, de quo priùs mentionem fecimus, lectus eſſet, & probatus, ſancta Synodus dixit: Hæc futuris temporibus reſeruentur, atque ab omnibus teneantur, & ab omnibus ſeruentur. Hic libellus integerrimè ſynodaliter ab omnibus teneatur, atque inter quartæ, & quintæ Synodorum noſtrarum actiones interponatur, & ita, ſicut harum Synodorum decreta habeatur, quia ſynodali auctoritate conſcriptus eſt & roboratus. Ad quæ Symmachus beatiſſimus Papa reſpondit: Iuxta veſtrum omnium fiat voluntatem, & vt iudicatis, Apoſtolica habeatur auctoritate, & inter Apoſtolica (quod dicitis) interponatur decreta, & ſicut cætera Apoſtolica ab omnibus teneatur decreta. Ad quæ omnes ter vna voce reſponderunt dicentes: Vt fiat, rogamus. Hæc omnia reperiuntur in actis eiuſdem Synodi tomo 1. Conciliorum. Inde igitur Gratianus decreti ſui parte 2. cauſa 9. quæſt. 3. cap. *Aliorū hominum*. inter Pontificum decreta Symmachi nomine tranſtulit, ex quo Vermilius, vt opinor, mutuatus eſt: qui potuit etiam præcedens capitul. afferre, vt ex ore duorum ratum haberetur teſtimonium: ſcriptum eſt enim in eandem ſententiam. Gratianus S. Innocentio 1. tribuit; alij S. Syluestrum cum Concilio Romano authorē faciunt. Eſt autem eiuſmodi: Nemo iudicabit primam ſedem, quoniam omnes ſedes à prima ſede iuſtitiā deſiderāt tēperari. Neque enim ab Auguſto, neq; ab omni clero, neq; à regibus, neque à populo iudex iudicabitur. Adde his quòd Sinueſſanum Concilium S. Marcellino poſt lapſum thuſque ſimulacris adhibitū, pœnitenti ac cilicio induto reſpondit: Tuo te ore iudica, nam prima ſedes à nemine iudicatur. Adde etiā innumera alia, quæ paſſim apud authores Eccleſiaſticos reperiuntur. Nullū tamen reperies, qui de admonitione loquatur. Quomodo enim ſummi Pontifices ſe admoneri non paterentur, cùm id, quod longè grauiſſimū eſt, etiam accuſatores contra admiſerint, iudiciúmque ſubierint, vt etiam plurib. antea exēplis oſtendi verſ. 24. quanquam omnium Catholicorū conſenſu nulli ſententiæ ſubiacere potuerint? Eo, quo vir Dei modo, Heli non modò admonuit, verùm etiā acriter reprehendit, licuit ſemper Papas arguere, neque eorū quempiam commemorare potes, qui aut ęgrè tulerit aliquando, aut ſi quiſquā ægrè tulit, qui edicto veruerit ſe admoneri. At tu, quod veriſimile eſt, non tantū admonere velles, verū etiam habere tuæ libidini obnoxiū, vt poſſes quo iure quaque iniuria illū ſolio deturbare, odiúmque illud tuū, quod in illū ſuſcepiſti, exſaturare. Nec te quicquā viri Dei erga ſummum Pontificē reuerentia mouet, qui poſtquam à Deo iuſſus, vera crimina Pontifici exprobraſſet, abſtinuit deinceps ab iniuria, nec illū vlla facti indignitate violauit, ſed Deo totum commiſit, qui ſolus in eum potuit iure animaduertere. Iterum ad virum Dei reuertitur.

B. Petri ſucceſſores cælo tantùm debent innocentiam.

Matth. 16.

Eſaiæ 10.

Ad regem nihil pertinet de Eccleſiaſticis negotiis præter reuerentiam, ait Rex Theodericus.

Gratianus.

HÆC DICIT DOMINVS.

Auget ingrati animi vitium beneficiorum magnitudo.

Status accuſationis eſt, inquit, violata eſſe Dei ſacrificia. Deinde ſubiicitur. Senem plus liberis ſuis tribuiſſe, quàm Deo. Quod autem ſacrificia contemnerentur, & Deus filiis poſthaberetur, à nullo expectandum erat homine pio, multò autem minus à Pontifice, ac denique minimè omnium ab eo Pontifice, qui tam ornatus & auctus eſſet diuinis beneficiis. Vt itaque crimen amplificaretur, confert legatus Dei pręclara beneficia cum illius ingratitudine. Extant, inquit, præclara beneficia erga te, minimè recentia, ſed longè vetuſtiſſima. Delegit quippe ſibi Deus Pontificem Aaronem, ex quo tu genus ducis, & modò Pontificatum geris. In Ægypto Deus ad Moſen fratrem Aaronem adiunxit, vt eo vteretur interprete. Arbitrantur autem Rab. Hebræorum, Aaronem fuiſſe Prophetam, & conciones ad populum Iſraëliticum in Ægypto habuiſſe, atque illorum idololatriam reprehendiſſe, vnamque apud Ezechielem ex eius concionibus extare. Accedit deinde ad beneficij magnitudinem, quod eum tum Deus elegit, cùm adhuc ſeruiret in Ægypto. Sic enim inquit hiſtoria: *Cùm eſſent in Ægypto in domo Pharaonis.* Seruitutis vtique refricat memoriam, & exaggerat ſuum beneficium ab ea conditione in qua erant, cùm eos elegit: Non enim, inquit, vos elegi nobiles, aut diuitiis & gloria florentes, ſed oppreſſos ſeruitute, & quidem Ægyptiaca, id eſt duriſſima. Auget beneficij rationem ipſa priſtinæ calamitatis conſideratio, & fauoris ac beneuolentiæ gratiam auorum ſtatus atque eruditionis indignitas. Tota autem Ægyptus poteſt domus Pharaonis appellari: vel idcirco Iſraëlitæ in eius domo fuiſſe dicuntur, quòd præfectis domus eius faciendo lateres inſeruirent. Non rarò etiam reges patres dicuntur, vnde poſſet & totum regnum principis domus ſeu familia appellari.

VERSVS 28.

Et elegi eum ex omnibus tribubus Iſraël mihi in ſacerdotem: vt aſcenderet ad altare meum, & adoleret mihi incenſum, & portaret ephod coram me. & dedi domui patris tui omnia de ſacrificiis filiorum Iſraël.

Electionis diuinæ ſola cauſa eſt diuina beneuolentia.

ELEGI.] Voluntatis electio, beneuolentiæ ac charitatis argumentum eſt maximum, præcipuè verò ſi Deum ſpectes. Nam alij quidem aliorum cohortationibus perſuaderi poſſunt, vt vnum potius quàm alium eligant: alij ad optandum cupiditate trahi, alij vtilitate allici: nonnulli etiam præſertim boni honeſtatis illecebris capi: at nihil horum diuina opulentia in hominibus reperit quod ſibi expetendum putet, ſed ſola bonitate ſua ad diligendum eligendúmque impellitur. *Ex omnibus.* Quaſi diceret: Cùm plures alios poſſem, nec maioribus tuis, ſi conferre libeat, aut genere, aut meritis inferiores, omnibus tamen illum, téque ex illius poſteris antetuli. Electos autem deſtinaui,

VT ASCENDERET AD ALTARE MEVM, &c.

A non ad quamlibet functionem, ſed ad ſummum ſacerdotium, hoc eſt, ad maximam & ampliſſimam dignitatem. Nam, vt in Epiſtol. ad Hebræos legitur, *Omnis ſacerdos ab hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur, in iis quæ ſunt erga Deum.* Erat Pontifex inter Deum & populum ſequeſter, adumbrauitque Chriſtum venturum. Huius officij amplitudinem explicat ſanctus Iſidorus Peluſiota libr. 3. Epiſtol. 249. Ex ſacerdotio & regno, inquit, rerum adminiſtratio conflata eſt. Quamuis enim permagna vtriuſque differentia ſit (illud enim velut anima eſt, hoc velut corpus:) ad vnum tamen & eundem finem tendunt, hoc eſt, ad hominum ſalutem. Quapropter cùm Iudaicæ res initium ſumebant, ſacerdotium, vt magis neceſſarium,

S. Iſid. Pel.

Sacerdotium regno prius & magis neceſſarium.

B inſtitutum eſt, ac perdiu durauit. Poſteaquam autem, cùm carni addictiores atque craſſiores eſſent, Regnum popoſcerunt: illud ipſis conceſſum fuit, quippe quod vtiliſſimum eſſet, atque eorum, qui minimè ſacerdotio parebant, peccata coërceret ac reſtringeret. Hactenus ſanctus Iſidorus. Eccleſiaſticus etiam cùm de Aarone ſummo ſacerdote ſcriberet capite 45. verſu 21. *Dedit illi*, inquit, *in præceptis ſuis poteſtatem, in teſtamentis iudiciorum, docere Iacob teſtimonia, & in lege ſua lucem dare Iſraël.* Nec verò tantùm voluit Deus, inquit Vermilius, illum excellere honore: ſed etiam de victu ei commodiſſimè proſpexit. Dedi illi, ait, victimas, oblationes, hoſtias, & primogenita. Non enim Deus ita ſuum inſtituit Pontificem, vt hodie

C multi principes equites auratos creant, quibus liberaliter titulos & honores largiuntur, ſed vnde viuant gradúmque ſuum tueantur, minimè proſpiciunt. Sic etiam Epiſcopi presbyteros & diaconos ordinant, quos deinde oportet, vt ſibi de victu proſpiciant, nec ſacerdotia moris eſt apud eos conferre, niſi proxeneta Simone. Si per ſacerdotia, beneficia, quæ vocant Eccleſiaſtica, intelligit, non negarim apud quoſdam impios vſu receptum eſſe quod ait, ſi quidem fama vera loquitur. Verùm tu, qui certius aliquid, quàm quod rumore diſſeminatum eſt, compeiſti, hos profer in medium, reos age quicunq; tales ſunt, vrge, accuſa, non deerit vindex, ſi legitimæ probationes non deſint. Totum autem Eccleſiaſticum ordinem ob paucorum ſcelus calumniis iniuſtè opprimere deſine.

VT *aſcenderet ad altare meum, & adoleret mihi*

D *incenſum, & portaret ephod.*] Hiſce verbis, ait Vermilius, complectitur hiſtoria tria ſacerdotum miniſteria. Primùm victimas ad altare offerre: deinde in interiori aditu ſuffitū facere: tertium per ephod conſulere Dominum, & oracula petentibus reddere. Hæc ille, qui legit vt offerret ſuper altare meum. S. Pagninus ad faciendum aſcendere ſuper altare meum. Chald. Par. ſimiliter cum Pagnino, cui etiam addidit, oblationem, quo magis exponitur, quid velit illa ad altare Dei aſcenſio. Decus verò miniſterij huius, vt dignitatem tantæ actionis mirificè prædicat Eccleſiaſticus in perſona Simonis Oniæ filij ſacerdotis magni, c. 50. his verbis: *In aſcenſu altaris ſancti, gloriam dedit ſanctitatis amictum*, vel vt alij vertunt, glorificauit circuitum ſanctitatis. *In ac-*

Sacerdotalis miniſterij maieſtas & gloria.

VT ASCENDERET AD ALTARE MEVM, &c.

cipiendo autem partes de manu ſacerdotum, & ipſe ſtans iuxta aram. Circa illum corona fratrum: & quaſi plantatio Cedrorum in Libano, ſic circa illum ſteterunt quaſi rami Palmæ, & omnes filij Aaron in gloria ſua. Oblatio autem Domini in manibus ipſorum, corã omni Synagoga Iſrael, & conſummationem fungens in ara amplificare oblationem excelſi regis porrexit manum ſuam in libatione, & libauit in ſanguine vuæ. Effudit in fundamento altaris odorẽ diuinum excelſo principi. Tunc exclamauerunt filij Aaron, in tubis productilibus ſonuerunt, & auditã fecerunt vocem magnam in memoriam coram Deo. Tunc omnis populus ſimul properauerunt, & ciciderunt in faciem ſuper terram adorare Dominum Deum ſuum. Ex quibus facile colligi poteſt, quã magnifico apparatu ſummus Põtifex ad altare accederet, quantaq; religione & obſeruantia illo ſacrificante populus omnis venerabundus aſſiſteret. Porrò ara & altare iuxta Seruium in hoc differunt, quod aræ eſſent & inferis & ſuperis diis cõſecratæ, altaria verò ſuperis diis duntaxat. Quorum hoc ab altitudine dictum putat, aram verò quaſi anſam commutatione litterarum interpretatur Varro. In ſcripturis autem raro licet, aram tributam ſummo Deo legimus: Altare etiam vitulo Ieroboam 3. Reg. cap. 15.

Seruius.

Varro.

E T *adoleret incenſum.*] Quod ne regibus quidem licuit: teſte Ozia rege Iuda 2. Paralip. c. 26. Nam cùm id tentaſſet aggredi, orta è veſtigio lepra, non modò templi adytis eiectus eſt: ſed etiam reliquo tempore vitę ſuæ hominum conſortio, regníque adminiſtratione caruit. Porrò genus illud incenſi ſeu Thymiamatis, quod ſuffite ſacerdotes iuſſi ſunt, præclarè vt ſolet, Philo expoſuit, eo libro, qui inſcribitur, Quis rerũ diuinarum hæres ſit. Eſt, inquit, in cõpoſitione aromatum ad ſuffitum pulcherrima æqualitas. Præcipitur enim: *Sume tibi odoramenta ſtacten, onycem, & galbanum ſuaueolens, & thus perlucidum, omnia lectiſſima & inter ſe paria: facientque ex eo ſuffitum vnguentum opus vnguentarij, puræ compoſitionis, opus ſacratum.* Singulas portiones ait, pares oportere eſſe ad totius temperamentum. Opinor autem has quatuor ſpecies, ex quibus ſuffitus componitur, figuram eſſe elemẽtorum, ex quibus cõſtat hic mundus vniuerſus. Nam per ſtacten aquam, per onycem terram, per galbanum aërem, per thus perlucidum ignem ſignificat. Siquidem ſtacte à ſtillando dicta, eſt liquida, onyx terreſtris & aridus, galbanum ſuaueolens cognominatur ad ſignificandum aërem. Odor enim locum habet in aëre. Thuri quoq; perlucidi cognomen additur, vt ignem ſubindicet: ideo grauia ſeparauit à leuibus, altera per copulatiuam coniunctionem vniens, altera diſiunctim proferens, dicendo, Sume tibi odoramenta ſtacten, onycem. Hæc diſiunctim ſignificatiua grauiũ, aquæ terræque. Deinde incipiens denuo per copulam, & galbanum ſuaueolẽs & thus perlucidũ, quę iam leuem aërem & ignem ſignificant. Temperaturam autem ex his cõpoſitam, antiquiſſimum perfectiſſimúmque opus, verè ſanctum dicimus hunc mundum, qui per figurã ſuffitus admonetur, vt agat ſuo creatori Deo gratias: vt verbo quidem vnguẽtaria compoſitio adoleatur: ſed reuera totus mundus per

Philo Iudę.

Thymiamatis allegoria.

A Dei ſapientiam fabricatus mane ac veſpere accenſus exhalet vaporẽ ſuaueolentiſ. Hæc enim vita decet mundum: vt parenti ſuo factoriq; indeſinenter agat gratias, tantũ non euaporans & in elemẽta reſoluens ſeipſum, vt declaret ſe nihil ſibi recondere, ſed totũ ſeipſum offerre creatori ac dedicare.] Hęc Philo. Totam verò illam actionem Pontificis fusè latéque explicat Orig. & ad mores transfert Homil. 9. in c. 16. Leuitici. Potiſſimum verò Philonem deſcribo in his quę ad ſacrificiorum ritum pertinent, quòd eo functum illum aliquando arbitrer, licet non ignorẽ Alexandrinũ illum ciuem, in Ægypto habitaſſe.

ET PORTARET EPHOD CORAM ME.

E T *portaret ephod coram me.*] Fuit illud inſigne B Põtificiæ maieſtatis. Quare etiam cum ſtola, & reliquo ornatu Pontificio, poſteris temporibus ab iis diligenter aſſeruatum eſt, qui Iudæorum gentem ſub iugum miſſam, in officio continere voluerunt. Nam ſine duce ac præſide religionis nihil mouere poſſe videbatur: erant enim Iudęi ſacris ceremoniis addictiſſimi: Pontifex autem inaugurari, aut etiam ſacro munere fungi, abſq; ea veſte non potuit. Ioſeph. l. 18. Antiquitatum Iud. c. 6. Hyrcanus, inquit, Pontifex eius nominis primus, exſtructa prope tẽplum turri, degebat in ea maiorem tẽporis partem: & quoniam hanc ſtolam habebat in ſua cuſtodia, qua nemo præter illum vtebatur, recepturus priuatum habitum, eo loci eam deponebat. Idem mos fuit etiam ſucceſſoribus ipſius poſteris. Herodes autem C regnum adeptus, turrim hanc opportuno loco ſitam, magno ſumptu exædificatam, denominauit ab amico Antonio, & ſtolam, ita vt ibi reperta eſt, detinuit, ratus eò magis obnoxium ſe habiturum populum. Idem fecit Archelaus filius eius, & ſucceſſor, cuius regno in prouinciam mutato, Romani ſimul & Pontificię ſtolę poſſeſſionem nacti ſunt, in cella ad hoc ipſum ſtructa repoſitæ, & obſignatæ ſigillo Pontificũ atq; cuſtodum ſacri ærarij, præfecto caſtelli accendẽte ibi lucernam quotidie. Hanc ſeptimo ante feſtũ die præfectus exhibebat Põtifici: qua purificata indutus ſacrorum tempore, ſequenti die rurſum eam reponebat in cellam, vbi antea cõdita fuerat. Id fiebat ſingulis annis ter ieiunij tẽpore. Hactenus Ioſeph. Verùm hęc poſteriùs contigerunt: nunc ea potius videnda qualis fuerit, & quanto decore ornata: eximiam enim eſſe oportuit, cuius aſpectu placatum numen Ponti- D fici, ad oraculũ accedenti, peccata populi condonaret. Philonẽ lege l. 3. de vita Moſis, & l. de Monarchia: nam longũ eſſet deſcribere omnia: quæ tamen digna ſunt, quę legantur, & apud eũ authorem mira voluptate animum perfundũt. Afferam tamen non pauca ex S. Hieron. qui nõ tantùm Ioſeph. quem ipſe nominat, ſed etiam Philonẽ mihi expreſſiſſe viſus eſt in ea Epiſtola, quã de veſte ſacerdotali ad Fabiolã ſcripſit, quæ eſt CXXVIII. to. 3. in qua & S. Epiphanium ſuper hoc egregiũ volumen edidiſſe refert. Nec verò illi duntaxat hoc præſtiterunt: ſed etiam, cùm omniũ oculos fulgor illius veſtis perſtringeret, plurimorum ex patribus in ſe ſtudia concitauit: qui aurum, gemmáſque, necnon & fulgentiſſimos colores, quibus tota radiabat, lõgè maiore virtutum ſplendore ex cõmentariis ſuis illuſtra-

Ioſephus.

Philo.

runt. Sed & Scriptura ipſa quoque pluribus locis eius veſtis decorem maieſtatémque cõmendat. Sap. 18. Eccl. 45. & aliis. Etſi verò nõ vnum ephod, ingrato atque tanto honore indigno habito Pontifici exprobrari ſentiam, ſed etiam reliquam põpam veſtium, quæ tota illuſtris erat: & non modò mira arte, verumetiam ſtupendis quibuſdam myſteriis contexta: ne tamen lectorem tędio enecem, ea ſolùm, quæ ad ephod ſpectant, ex illa S. Hieron. Epiſtola huc aſciſcam.

De ephod, & rationali ſummi Pontificis.

S. Hieron. SEXTVM eſt, inquit S. Hier. Pontificis indumentum, quod Hebraica lingua dicitur אֵפֹד *ephod*, Septuag. ἐπωμίδα, id eſt, ſuperhumerale vocant, Aquila ἐπένδυμα, nos ephod ſuo ponimus nomine & vbicumque in Exodo, ſiue in Leuitico ſuperhumerale legitur, ſciamus apud Hebræos appellari.] Hoc ſubinde diſtinguit ab ephod lineo, quod Samuel & Dauid geſtaſſe Scriptura memorat: & ad illuſtriſſimum illud

Ephod deſcribitur. veſtis genus texendum ſe confert. Auri, inquit, laminæ, id eſt, bracteæ, mira tenuitate tẽduntur, ex quibus ſecta fila torquentur, cũ ſubtegmine trium colorum, hyacinthi, cocci, purpuræ, & cũ ſtamine byſſino: & efficitur palliolũ miræ pulchritudinis, perſtringens fulgore oculos in modum caracallarum, ſed abſque cucullis. Contra pectus nihil contextum eſt, & locus futuro rationali derelictus. In vtroq; humero habet ſingulos lapides, clauſos & adſtrictos auro, qui Hebraicè dicũtur, שֹׁהַם *ſoom*, ab Aquila, & Symmacho, & Theodotione onichyni, à Septuag. ſmaragdi transferuntur (quemadmodum & à Philone:) Ioſephus Sardonichas, cum Hebræo Aquiláque conſentiens; vt vel colorem lapidũ, vel patriam demonſtraret. Et in ſingulis lapidibus ſena Patriarcharum nomina ſunt, quibus Iſraëliticus populus diuiditur. In dextro humero maiores filij Iacob, in læuo minores ſcripti ſunt: vt Pontifex ingrediens Sancta Sanctorum nomina populi, pro quo rogaturus eſt Dominũ, portet in humeris. Septimum veſtimentum eſt menſura paruum, ſed cunctis ſupradictis ſacratius. Intende, quæſo animum, vt quæ dicuntur

Rationale deſcribitur. intelligas. Hebraicè vocatur *hoſen* חֹשֶׁן, Græcè autem λόγιον, nos rationale poſſumus appellare; vt ex ipſo ſtatim nomine ſcias myſticum eſſe, quod dicitur. Pannus eſt breuis ex auro, & quattuor textus coloribus, hoc eſt, iiſdem, quibus & ſuperhumerale, habens magnitudinẽ palmi per quadrum, & duplex, ne facilè rumpatur. Intexti ſunt enim ei duodecim lapides miræ magnitudinis atq; pretij, per quattuor ordines, ita vt in ſingulis verſiculis terni lapides collocentur. In primo ordine Sardius, Topazius, Smaragdus ponitur. Symmachus diſſentit in ſmaragdo, cerauniũ pro eo transferẽs. In 2. Carbũculus, Sapphyrus, Iaſpis. In 3. Lyncurius, Achates, Amethyſtus. In 4. Chryſolitus, Onychinus, Berillus. Satiſq; miror, cur hyacinthus, pretioſiſſimus lapis, horum numero non ponatur: niſi forte ipſe eſt alio nomine lyncurius. Scrutans eos qui de lapidum atq; gemmarum ſcripſere naturis, lyncurium inuenire nõ potui. In ſingulis lapidibus ſecundũ ætates duodecim tribuum ſculpta ſunt nomina. Hos lapides in diademate Principis Tyri, & in Apocalypſi Ioannis legimus, de quibus extruitur cœleſtis Hieruſalem: & ſub horũ nominibus, & ſpecie, virtutum vel ordo, vel diuerſitas indicatur. Per quattuor rationalis angulos, quattuor anuli ſunt aurei, habentes contra in ſuperhumerali alios quattuor: vt, cùm appoſitum fuerit λόγιον, in loco, quem in ephod diximus derelictum, anulus veniat cõtra anulum, & mutuò ſibi vittis copulentur hyacinthinis. Porrò ne magnitudo & pondus lapidum contexta ſtamina rumperent, auro ligati ſunt atque concluſi: nec ſuffecit hoc ad firmitatem, niſi & catenæ ex auro fierent, quæ ob pulchritudinem fiſtulis aureis tegerentur; haherentque & in rationali ſupra duos maiores anulos, qui vncinis ſuperhumeralis aureis necterentur, & deorſum alios duos poſt tergum in ſuperhumerali cõtra pectus & ſtomachum, ex vtroque latere erant anuli aurei, qui catenis cum rationalis inferioribus anulis iungebantur: atque ita fiebat, vt adſtringerentur & rationale ſuperhumerali, & ſuperhumerale rationali, vt vna textura contra videntibus putaretur.

Deinceps quod ad interpretationem attinet: Dicamus, inquit, prius, quod ab Hebræis accepimus: & iuxta morem noſtrum, ſpiritualis poſtea intelligentię vela pandamus. Quattuor colores ad quattuor elementa referuntur, ex quibus vniuerſa ſubſiſtunt. Byſſus terrę deputatur, quia ex terra gignitur. Purpura mari, quia ex eius cochleolis tingitur. Hyacinthus aëri, propter coloris ſimilitudinẽ. Coccus igni & ętheri, qui Hebraicè שָׁנִי *ſeni* appellatur. Quod Aquila διάφορον, Symmachus δίβαφον interpretatus eſt. Pro cocco, iuxta Latinum eloquium, apud Hebræos *tolaath* תּוֹלַעַת id eſt, vermiculus ſcribitur: & iuſtum eſſe commemorant, vt Pontifex creatoris non ſolũ pro Iſraël, ſed & pro vniuerſo mundo roget: ſiquidem ex terra, & aqua, & aëre, & igne mundus iſte conſiſtit: & hæc elementa ſunt omnium. Quòd autẽ ſupradicti colores auro intexti ſunt, id ſignificari volũt, quod vitalis calor, & diuini ſenſus prouidẽtia, vniuerſa penetret. Duos lapides, vel ſmaragdinos vel onychinos, qui deſuper ſunt, & vtrumq; humerũ tegunt, duo hemiſphæria interpretãtur; quorum aliud ſuper terrã, aliud ſub terra ſit, ſiue Solem, & Lunam, quæ deſuper rutilant. Rationale in medio poſitum, terram ediſſerunt: quę inſtar puncti, licet omnia in ſe habeat, tamen à cunctis tollatur elementis. Duodecim lapides vel zodiacum interpretantur circulum, vel duodecim menſes. Et ſingulis verſiculis, ſingula aſſignant tempora, & his ternos deputant menſes. Pulchrè autem hoc ipſum, quod in medio eſt, appellatur rationale. Ratione enim cuncta ſont plena, & terrena hærent cœleſtibus, imò ratio terrenorum & temporum, caloris & frigoris, & duplex inter vtraque temperies, de cœli curſu & ratione deſcendit. Vnde & rationale cum ephod fortiùs ſtringitur. Porrò quòd dicitur in ipſo rationali δήλωσις eſſe,

Allegoria ſacrarum veſtium ex Hebræis.

שָׁנִי ſani.

A & ἀλήθεια, id eſt, manifeſtatio, atq; doctrina, vel veritas, hoc ipſum ſignificat, quod nunquam in Dei ratione mendacium ſit; ſed & ipſa veritas multis ſignis & argumẽtis monſtretur hominibus, & vſque ad mortales veniat. Iuſtum ergo erat, ſicut ſupra ex parte diximus, vt Pontifex Dei, creaturarũ omnium typum portans in veſtibus ſuis, indicaret cuncta indigere miſericordia Dei, & cũ ſacrificaret ei, expiaretur vniuerſalis conditio, vt non pro liberis, ac parentibus, & propinquis, ſed pro cuncta creatura, & voce, & habitu precaretur. Hæc S. Hieronym. ex Hebræorũ ſententia, ſpiritualem ipſe ſenſum ediſſerens poſt aliarum veſtium myſteria hæc de ephod, & rationali ſubiungit.

Spiritualis ſenſus à ſancto Hieronymo traditur.

Iĩgitur & ephod, id eſt, ſuperhumerale quod B rationali copulatur: vt non ſit laxum, neque diſſolutum, ſed hæreant ſibi inuicẽ & auxilio ſint, ratio enim operibus, & opera ratione indigent; vt, quod mẽte percipimus, opere perpetremus. Duóq; lapides in ſuperhumerali vel Chriſtum ſignificãt, & Eccleſiam, duodecim Apoſtolorũ, qui ad prædicationem miſſi ſunt, nomina cõtinentes; vel litteram, & ſpiritum, in quibus cõtinentur legis vniuerſa myſteria. In dextra ſpiritus, in læua littera eſt. Per litteras ad verba deſcendimus, per verba venimus ad ſenſum. Quã pulcher ordo, & ex ipſo habitu Sacramenta demõſtrans. In humeris opera ſunt, in pectore ratio. Vnde & pectuſculum comedũt ſacerdotes.

Leuit. 7.

Hoc autem rationale duplex eſt, apertũ, & abſconditum, ſimplex, & myſticum, duodecim in C ſe lapides habens, & quattuor ordines, quos quattuor puto eſſe virtutes, prudentiam, fortitudinem, iuſtitiam, & temperantiam, quæ ſibi hærent inuicem: & dum mutuò miſcẽtur, duodenarium efficiunt numerũ; vel quattuor animalia, quæ in Apocalypſi deſcribuntur plena oculis, & Domini luce radiantia mundum, illuminãt. In vno quattuor, & in quattuor ſingula. Vnde & *δήλωσις* & *ἀλήθεια*, id eſt, manifeſtatio, vel doctrina, & veritas in pectore ſacerdotis eſt. Cùm enim indutus quis fuerit veſte multiplici; conſequens eſt, veritatem, quam corde retinet, ſermone proferre: & ob id in rationali veritas eſt, id eſt, ſcientia, vt nouerit quæ dicẽda ſint; & manifeſtatio, atque doctrina, vt poſſit inſtruere alios, quod mente concepit. Vbi ſunt, qui innocentiam ſacerdoti dicunt poſſe ſufficere? Vetus lex nouæ cõgruit: idipſum Moyſes, quod Apo- D ſtolus. Ille ſacerdotis ſcientiam ornat in veſtibus: iſte Timoth. & Titum inſtruit diſciplinis. Sed & ipſe veſtimẽtorum ordo præcipuus. Legamus Leuit. Non prius rationale, & ſic ſuperhumerale, ſed ante ſuperhumerale, & deinceps rationale. *A mandatis tuis*, inquit, *intellexi*: Prius faciamus, & ſic doceamus, ne doctrinæ auctoritas caſſis operibus deſtruatur. Hoc eſt, quod in Propheta legimus: *Seminate vobis in iuſtitia, & metite fructum vitæ: illuminate vobis lumen ſcientiæ.* Primùm ſeminate in iuſtitia, & fructum vitæ æternę metite: poſtea vobis ſciẽtiam vindicate. Nec ſtatim abſoluta perfectio eſt, ſi quis ſuperhumerale & rationale habeat; niſi hęc ipſa inter ſe forti compagine ſolidentur, & ſibi inuicem cõnexa ſint: vt & operatio rationi, & ratio ope-

Apoc. 4.

Leuit. 8.
Pſal. 118.

A ribus hæreat; vt, his præcedentibus, doctrina ſequatur, & veritas. Hactenus S. Hieronym.

Quomodo verò per ephod futurarum rerum prænotio haberetur, nã hoc voluit eſſe tertium Pontificis munus Vermil. vt illius beneficio de rebus dubiis reſpõderet, erit alius dicẽdi locus. Addam tamen quod occurrit ſcribendi ex Iſid. Pel. Epiſt. 10. l. 3. de rationali. Vox hæc λόγιον, inquit, non vnam dũtaxat ſignificationem habet. Cũ enim 1. ſyllaba acuitur, oraculum ſignificat. Cũ autem 2. id quod ex diuino preſcripto Pontificis pectori impoſitum erat, quaſi λόγου ἱερόν, id eſt orationis ſacrum, aut domum, aut delubrũ. Quoniam autẽ, cur Pontificis pectori imponeretur, ex me quæris, hoc primũ reſpondeo, quia iræ & cupiditati rationem aurigæ in modũ inſi- B dere oportebat. Deinde quia ei, qui ſacerdotij munere fungitur, veritatẽ ornamenti loco eſſe conuenit. Siquidem τῷ λογίῳ, id eſt, rationali, δήλωσις & ἀλήθεια inhærebant, quarum altera perſpicuitatem, altera veritatem ſignificat. quod ſi alio adhuc ſenſu id explicari cupis, id ea ratione fiebat, quia internæ rationi veritas congruit, ei autem quæ ſermone profertur, perſpicuitas. Denique quia ſplendor quidam, vt nonnulli aiunt, in lapillis illis exiſtebat, cùm ad Sancta Sanctorum ſacrificandi cauſa ſe conferret, atq; ea quæ ventura erant, verè declarabat, his fortaſſe nominibus appellati ſunt. Hæc ille.

S. Iſid. Pel.

Iterum de rationali.

Et *dedi domui patris tui omnia de ſacrificiis filiorũ Iſrael.*] Excipiẽdum eſt, inquit Vermilius, ſacri- C ficium pro peccato ſacerdotis, & pro peccato vniuerſi populi, quorũ ſanguinem inferri oportuit in ſanctum, & aſpergi coram propitiatorio, deinde quicquid ſupererat efferri oportuit, & extra caſtra cõburi. Holocauſta quoq; tota igne conſumebãtur. Alia verò ſacrificia pro peccatis à ſacerdotibus comedebãtur, & de pacificis potiores partes eis cedebant. Iſta Deus Aaroni & poſteris eius cõtulit, ne operis externis cogeretur victum quęrere, nempe vt quantus quantus eſſet, in ſacris verſaretur, nec de alia quapiam re ſollicitus eſſet. Hæc Vermil. At Philo breuem tractatũ de præmiis & honoribus ſacerdotum inſcripſit, in quo cũcta, quę diuino iure ſacerdotibus attributa eſſent, paucis cõplexus eſt, quorũ nos aliqua referemus. Sacerdotibus, inquit, nullam agri partẽ lex attribuit, vnde more cęterorum in vſum vitæ fructus terræ colligant: ſed D honoris cauſa Deum ipſum fore ſortẽ, ac poſſeſſionem eorum pronuntiat, ad res offerri Deo ſolitas reſpiciens, idq; duabus de cauſis: primò quia ſummus honor eſt participes fieri eorum, quæ Deo ſacrãtur à gratis hominibus: Deinde, vt circa ſolũ Dei cultum occuparentur, ceu curam & poſſeſſionẽ propriam. Pluribus deinde perſequitur oſtendere, quàm prolixè ac liberaliter ſacerdotum commodis & vtilitatibus à Deo proſpectum eſſet. Huc enim accedunt, inquit, & alij honores, virtutis ergò illis habiti, & ante omnia cibus abſque ipſorum cura laboréque paratus. Præcipit enim lex, vt quotieſcumque panis à piſtoribus fermentatur ac ſubigitur, totius primitiæ ſeparẽtur in vſum ſacerdotum: ſed & è reliquis prouentibus imperantur primitiæ, vinum in ſingula præla, triticum hor-

Philo.

Sacerdotij temporalia emolumenta.

Digitized by Google

Sed et domvi patris, &c.

deúmque in ſingulas areas. Similiter ex oliuetis A oleum, cæteríque mites fructus ex arboribus. Tertium etiam præmium ſunt primogenita maſcula, ex omni genere terreſtrium quæ in vſum hominum veniunt. Nam hæc iure diuino debentur ſacerdotibus: ex armentis boum & ouium caprarumque gregibus ipſi iuuēci, hirci & arietes, quippe cibo puri & ſacrificio: pro equis verò, aſinis, camelis & ſimilibus æſtimationis non iniquæ pretium. Sed & primogeniti quoque filiorum hominum certa quadam pecunia à ſacerdotibus redimuntur. Alios inſuper non mediocres reditus iura ſacerdotibus tribuunt, dum à ſingulis exiguntur decimæ frumenti, vini, olei, fœturæ pecudum ex armentis ac gregibus, quanta verò hinc quoque prouenіat copia, licet ex numeroſiſſimæ gentis fre-
B quentia coniecturam ſumere. Ex his rebus liquet iuxta legis iudicium ſacerdotes æquiparari honore ac maieſtate regibus: ſiquidem illis tanquam principibus conferri tributa imperat. Id quod fit longè aliter quàm in cæteris ciuitatibus ſub dynaſtis degentibus. Nam hæ gemētes & coactæ vix tandem conferunt, peroſæ quæſtores ceu peſtem publicam, nunc has, nūc illas cauſationes fingendo, ne ad præſtitutum tempus tributa repræſentent. Ad hæc gens ſacerdotibus debitam pecuniam libens gaudénſque depromit, quaſi non daret ſed acciperet, addens fauſtas ominationes & gratiarum actiones populariter, idque quotannis nec viris ceſſantibus nec mulieribus, ſed alacritate ſpontanea, quanta nullis verbis exprimi poteſt, conferentibus. Ad hæc iterum de qualibet macta-
C ta pecude lex iubet duas certas partes eis decidi, armum dextrum, & pectoris pinguedinem: quarum altera ſignificat requiri in eis fortitudinem in omni actione legitima, ſiue dandum, ſiue capiendum, ſiue operandum ſit quippiam: altera verò animum placatum & alienum ab ira poſtulat. Hunc enim aiunt habitare in pectore, vbi natura collocauit vim irritabilem, ceu militem in præſidio, munito videlicet compage oſſium firmiſsima, neruis adſtricta validis. De pecudibus autem quæ alias mactantur cauſa viſcerationis armum, maxillam, & quod omentum appellatur. Armum eadem ratione quam ſupra diximus. Maxillam vt ſermonis primitias. Nam niſi maxillis commotis promanare non poteſt, vnde & σιαγόνας ἀπὸ τοῦ σιεῖν, hoc eſt ab eiuſmodi commotione Græci has nominant.
D Omentum, quod ventris eſt protuberatio, quo admoneantur deſpicere gulam inſatiabilem, & quicquid hanc concupiſcentiam alit. Habebāt & holocautomatum tergora: integras verò has hoſtias, quæ pro peccato offerrentur. Accipiebant verò etiam decimas decimarum earum qui Leuitis deferebantur. Et profert Philo dignam ſua ſapientia ſententiam. Victum ſacerdotum lautiorem, argumentum euidens eſt pietatis publicæ, & legum ſemper ſeruatarum ſummâ diligentiâ. Poſtremò oppida quoque quadraginta octo acceperunt lege concedente, & cuiuſque pomæria per duo millia cubitorum in circuitu paſcendis pecudibus, & in reliquos vſus oppidis neceſſarios. Hæc omnia Philo copiosè, ornatè, pro vt virum diſertiſsimū decuit: illa autem ex ſacris litteris ipſe collegit. Num. certè cap. 18. ſacerdotibus primitiæ, oblationes, & ſacrificia tribuuntur, Leuitis decimæ: quarum tamen decimas iterùm ſeparare, ac offerre Domino, & Aaron ſacerdoti tradere iubentur.

Quare calca abieciſtis, &c.

Versvs 29.

Quare calce abieciſtis victimam meam, & munera mea quæ præcepi vt offerrentur in templo: & magis honoraſti filios tuos quàm me, vt comederetis primitias omnis ſacrificij Iſraël populi mei?

Vermilius

Vermilivs: Quare cōculcaſtis ſacrificia mea? Pro tot beneficiis, inquit, hanc mihi ſcilicet gratiam retuliſtis. Cōculcaſſe dicuntur ſacrificia, quod in obeundo miniſterio ab inſtituto & præſcripto diuinæ legis receſsiſſent. Qua defectione ſapientiam Dei videntur pedibus conterere, ſuaque inuenta eius iudicio anteferre. Ego vos extuli, ait, ſupra fratrum veſtrorum ſortem, vos autem infra pedes veſtros me abieciſtis. Præter allatam iam expoſitionem alia quoque ſuccurrit. Verbum enim Hebraicū בָּעַט *cagbat*, non ſolùm eſt conculcare, ſed etiam recalcitrare. Sic enim Moſes illo eſt vſus, cùm ait: Impinguatus eſt dilectus, & recalcitrauit. Nihil autem magis arrogantiam & contēptum Dei adducit, quam diuitiarum copia, opulentia, & vberior annona. Vnde cùm filij Heli gulæ ac crapulæ ſtrenuam operam nauarent, illico cœperunt recalcitrare atque à ſe iugum diuinæ legis excutere. Eccleſia item Chriſti cū adhuc tenuis, inops & paupercula eſſet, verbū Dei tractabat fideliter, & ſacramenta piè caſtéque diſtribuebat & percipiebat. Poſtea verò quàm Epiſcopi, facti ſunt principes & rerum domini, cœperunt nonnulli mirum in modum inſoleſcere, & verbum Dei necnon inſtituta Chriſti faſtidire (hoc ſi gemens nobiſcum Vermilius exprobraret, & non potius maiore petulantia quorundam Epiſcoporum laſciuiæ inſultaret, non iniquo animo toleraremus: at eum minimè decet, qui, vt cupiditatibus ſuis obſequeretur, datam Chriſto fidem violauerit, aliorum notare libidinem, intemperantiam carpere.) Ad hæc verbum illud Hebraicum ſignificare poteſt calcibus abijcere, quod in hunc locum pulcherrimè quadrat. Nā accuſantur filij Heli, quod repulerint ſacrificia Dei à tabernaculo, nam ſuis malefactis illos abigebant à tabernaculo qui victimas & munera ſolebāt crebrò afferre. Allatæ iam expoſitiones probabiles vtique ſunt, & ſignificationi verborum aptiſsimè congruunt. Ad hæc obſeruandum eſt Dei legatum non arguere filios Heli tertia perſona, ita vt dicat, illi hæc fecerunt. Verùm ſecunda inquit, cur calcitraſtis? qua dicendi formula ipſum Heli etiam inuoluit liberorum ſceleribus, nempe quod eos non caſtigarit, ſed

Scelus filiorum patri tribuitur, eo quòd non eos cohibuerit.

fortaſsis vnà cum illis de iiſdem carnibus comederit. Hactenus Vermilius. Septuaginta etiam in ſingulari numero & 2. perſona tranſtulerunt, totum patri tribuentes, non quod ille quidem fortaſſe ſacrilegio filiorum abuſus ſit, ſed quod impudenti illud oculo intueri potuerit, ſic enim habent: καὶ ἱνατί ἐπέβλεψας ἐπὶ τὸ θυμίαμά μου, καὶ ἐπὶ τὴν θυσίαν μου ἀναιδεῖ ὀφθαλμῷ? Et quare deſpexiſti in victimam meam, & in ſacrificium meum impudenti oculo?

Vlpianus ff. de verb. ſignifi. *Munus quid.*

ET *munera mea.*] Inter donum & munus hoc intereſt, inquit Vlpianus, ff. de verb. ſignif. l. 194. quod inter genus & ſpeciem. Nam genus eſſe donum Labeo à donando dictum, munus ſpeciem. Nam munus eſſe donũ cum cauſa, vt puta natalitium, nuptialitium. Et Marcianus ibidem l. 214. Munus propriè eſt, quod neceſſariè obimus, lege, more, imperiove eius, qui iubendi habet poteſtatem. Dona autem propriè ſunt, quæ nulla neceſſitate iuris, officij, ſed ſponte præſtantur. Quæ ſi non præſtentur, nulla reprehenſio eſt. Et, ſi præſtentur, plerumque laus ineſt. Sed in ſumma in hoc ventum eſt: vt non quodcunque munus, id & donum accipiatur: at quod donum fuerit, id munus rectè dicatur.

Vermilius.

ET *magis honoraſti filios tuos.*] Vermilius: Hoc non verbis illum commiſiſſe intelligendum, ſed reipſa, quemadmodum Paulus de impiis loquitur, cùm *dicant ſe noſſe Deum, factis illum negant.* Eò videbatur Heli pluris facere ſuos liberos, quàm Deum, quod illos pateretur capere cibum, priuſquam Deo ſacrificium adoleuiſſent. Verum dixeris: Si filij ſcelerati fuerunt, non debuit pater eorum cauſa reprehendi, cùm in Ezech. cap. 18. ſcribatur: filiorum crimen in parentes non eſſe conferendum. Verùm attendendum eſt, Ezechielem ibi de patre loqui, à quo iuſtitia & iudicium exerceatur, quod Heli minimè præſtitit. Neque oportet, vt nobis ea tantùm præcepta obſeruanda proponamus, quę ſunt omnibus communia, ſed ea item, quæ peculiariter ad cuiuſque vocationem pertinent: vt, qui miniſter Eccleſiæ fuerit, docere fideliter ſtudeat: ſi magiſtratus, ius ad legum præſcriptum laborioſè dicat: ſi pater, filios diſciplina graui atque ſeuera inſtituat: nec ſibi quiſquam blandiri debet, quod præcepta communia vtcunque obeat, ſi peculiaria ſuæ vocationi relinquat. Apud Ezechielem ait Dominus, cùm ego miſero Prophetam, vt populum doceat, is autem non docuerit, illi quidem in peccato ſuo morientur, ſanguinem tamen illorum de Prophetæ manu exquiram. Pater erga liberos Prophetæ locum obtinet, quare ſi eos inſtituere ac erudire neglexerit, illorum caſus ac ruina de manibus eius repetetur. Heli autem non modò pater, ſed etiam Pontifex, & Iudex erat, quare omnibus iſtis nominibus adigebatur, vt liberos peccantes grauiter coërceret. Paulus Romanus Epiſcopus eius nominis tertius, cùm iam pene ageret animam, profeſſus eſt, ſe in eo vehementer peccaſſe, quod nimium ſuis indulſerit, quaſi ſolus ex grege Paparum id commiſerit. Omnes fermè alios duriter vexant, cum ſuis plena manu indulgeant.] Quid tua refert Vermili? Imò maximè: ſemper enim non mediocrem maledicendo voluptatem percipio. Quocirca nec vllo vnquam tempore ab inſectandis Pontificibus ceſſabo, quos habui ſemper infenſiſſimos, ex quo caſtigari atque ſanctimoniæ bellum indicere ſtatui. At quantumuis ſedulò occaſionem captes, videris tamen imprudenter hoc loco feciſſe. Nam quid iſti, cuius tu virtutes reticebas, quas plurimas prædicare potuiſti, præter delicti confeſſionem exprobras? Illius tu defenſor eſſe debuiſti. Nam qui de crimine confitetur, non ille, ſi ſacras litteras conſulas, ſuperbè obiurgandus eſt, vt Phariſæi ſolebant, aut etiam ludibrio habendus: ſed potius exemplo Domini benignè noſtro patrocinio tuendus atque iuuandus. [Oportuit, inquit, Heli cogitare opulentiam & copiam non fuiſſe datam ſacerdotibus ad libidines alendas, & curem curandam. Voluit quidem Iehouah amplam ſacerdotum ſuorum dignitatem eſſe, illiſque omnia ad victum cultúmque pertinentia, ſuppeditari abundè, non vt idcirco ſeſe nimiùm efferrent, ſed vt maiores authoritate ac ſtudio legitima ſacra tuerentur & exercerent. Quare debebant omnia iſta vni Deo poſtponere: ſed peruersè tum agebatur, & nunc agitur, cùm Deus omnibus iſtis longè poſtponitur. Dona vtique Dei materia eſſe deberent noſtræ fidei atque charitatis erga illum declarandæ, quod cùm illi non præſtitiſſent, pergit Dei legatus, ac ſi diceret: Vos hæc mihi feciſtis, nunc audite viciſſim, quid ego ſim vobis facturus.

Præter communia præcepta vnumquemque decet ſuæ vocationi ſatisfacere.

Typus hæreticorũ Phariſaiſmus.

A B C D

VERSVS 30.

Propterea ait Dominus Deus Iſrael: Loquens locutus ſum, vt domus tua, & domus patris tui miniſtraret in conſpectu meo, vſque in ſempiternum. Nunc autem dicit Dominus: Abſit hoc à me: ſed quicũque honorificauerit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.

Vermilius.

VERMILIVS, ait Deus ſe decreuiſſe olim, & omnino ſtatuiſſe, vt hæc familia officio ſummi Sacerdotis fungeretur in tabernaculo. Etenim ab initio Eleazari poſteritati Pontificatus ceſſerat, qui poſtea tranſlatus fuit ad Heli, qui erat ex familia Ithamaris. Cur verò id factum fuerit non ſatis ex Scripturis liquet. Expoſitores Hebræi opinantur, cùm illud ſcelus nefarium, cuius mentio habetur in lib. Iudicum fuiſſet commiſſum in vxorem Leuitæ, vniuerſum populum Iſraëliticum grauibus multiplicibúſque peccatis fuiſſe contaminatum, quocirca ſacerdotes per omnes regiones excurrere debuiſſe, vt omnes monerent, corriperent, & in viam reuocarent. Quod facere quia neglexerunt, ſacerdotij dignitatem fuiſſe illis ereptam, & ad Heli familiam tranſlatam. In qua vſque ad Regem Salomonem permanſit, is enim Abiatharum vltimum ex ea familia Pontificem

Indignis promiſſum, imò etiam collatum beneficium eripitur.

ſummouit, eique Zadoccum ex antequa familia Eleazari ſuffecit. Hæc illi. *Vt ambularet coram me.* In Hebræo eſt יִתְהַלְּכוּ *ithhallecou* quod verbum pertinet ad cõiugationem hithpael atque ſignificat ſeipſum mouere. Hoc autem omnibus piis eſt commune, vt vltro ſpontéque rectè agant. Quod autem dicitur, coram, לְפָנַי *lephanai* interpretantur nõnulli, omnes debere ſe ita gerere, ac ſi Deus omnibus eorum actionibus intereſſet. Verùm hic ſacrum miniſterium notatur, vt nihil aliud ſit, quàm in ſacra facienda coram arca Domini, & in tabernaculo, diligenter incumbere.

ABSIT *hoc à me.*] Non patitur iuſtitia mea, vt Sacerdotium vobis diutius permittam. Ego quidem hoc decreueram, ſed vos impediuiſtis. Quid ergo, dicet aliquis, an reuocat Deus ſententiam? Certè reuocat, quamuis ipſe non mutatur. Voluit vt illi ambularent coram ſe, hoc eſt, benè ac ſedulo in miniſterio ſe gererent, hoc illi non fecerunt, idcirco eis eripit ſacerdotium. Et ſanè in Hieremia cap. 18. hoc edictum conſcriptum eſt: *Si locutus fuero de gente, vt eam perdam*, euellam, & extirpem, & ipſa pœnitentiam egerit, me quoque pœnitebit, quod ei facere conſtitueram. Et ſi locutus fuero de aliqua gente, vt eam ædificem & plantem, & ea malè fecerit in oculis meis, me quoque boni pœnitebit, quod ei facere decreueram. R. Samuel Marochianus lib. de aduentu Meſſiæ c. 5. (is habetur Tom. 4. Bibliothecæ Patrum.) Eius rei exempla profert plurima. Peccauerũt, inquit, patres noſtri ante illos ſeptuaginta annos (Babylonicæ captiuitatis) qui exiuerunt de Ægypto, & promiſſio eis facta, in eis locum non habuit, ſed in peccatis ſuis in deſerto mortui ſunt. Peccauit enim Moſes ad aquas contradictionis, & terram promiſſionis non meruit. Peccauit ipſe Aaron, & portauit pœnam. Heli ſacerdos peccauit, & ruptis ceruicibus expirauit, & poſteritas eius ſacerdotio priuata eſt, & tamen Deus promiſerat Sacerdotium in æternum. Sed huiuſmodi promiſſa intelliguntur ſemper, niſi propter peccata non mereantur accipere, vt patet in regno Dauid, quod carnalis poſteritas eius priuata eſt regno. Sicut etiam Deus glorioſus & verus promiſit Abrahæ & ſemini ſuo terram illam in æternum poſſidendam, & frequenter perdiderunt eam propter peccata ſua, & frequenter reſtituit illam Dominus vſque ad vltimam vicem qua perdiderunt. Iam ſunt mille anni & vltra, & iam non eſt ſpes recuperandi eam, quia manemus omnes in eodem peccato, propter quod terram noſtram perdidimus. Hactenus Samuel. Quare conſiderandum eſt, inquit Vermilius, ex Dei promiſsionibus alias conditionem ſæpè habere coniunctam, alias verò abſolutas & ſimplices eſſe. Qualis ea cenſetur, qua filium ſuum ſtatuit in mundum pro ſalute humana quandoque mittere, quod promiſſum perfecit, quamuis homines pergerent eſſe nequiſſimi. Pollicitus eſt item ſe daturum cor carneum pro lapideo. Quod ſubinde facit citra noſtrum vllum meritum: nec dixeris, quia credidimus: nam

Samuel Marochia.

Deuter. 32. Num. 20.

Promiſſionum Dei duplex genus.

A vt crederemus prius oportuit cor ſaxeum tolli. Quo verò ad alias promiſſiones, quæ pendent à conditione, intelligendum eſt eam eſſe talem, vt à noſtris viribus citra Dei auxilium præſtari non poſsit. Conditio vtique legis hæc eſt: ſi feceris omnia, quæ ego præcepero tibi, vita viues. Sed quis vnquam fuit, qui hæc ſua vi ac facultate præſtare valuerit? Quorſum ergo datæ ſunt huiuſmodi conditiones? Nõ fruſtra. Nam efficiũt vt noſtra ipſorum infirmitate percepta, confugiamus ad Chriſtum, eumque fide nobis diuinitos conceſſa percipiamus. Vnde iuſtificatis per illum, vires in nobis inſtaurẽtur, quæ vt vt infirmæ ſint, attamen ea operentur, quæ Deo placeant, ita vt, quod noſtræ defuerit iuſtitiæ, id ea Chriſti iuſtitia ſuppleatur. Certè B conditiones legales ſi perfectè à nobis præſtarentur, (ſic accipe, non modò quoad exercitium, ſed etiam quoad finem operis, qui eſt charitas. Aliàs namque nihil ad perfectum adduxit lex, nec ſi cumulatiſsimè quidem obſeruaretur) eſſent noſtræ iuſtificationis cauſæ. Sed eum id neque fiat, neque fieri poſsit (nimirum humana tantum virtute) ad Chriſtum nos reiiciunt, quem per fidem (charitatémque) amplexi, quandam iuſtitiæ inchoationem adipiſcimur, (primum illum gradum cœleſtis iuſtitiæ intellige, qui verè quidem iuſtitia eſt, ſed quoniam ſi ſedulò acceptam gratiam excolamus maioribus incrementis augeſcit in dies, idcirco perfectæ atque immaculatæ vitæ initium habetur) atque ita quæ fuiſſent acquirendæ iuſti- C ficationis cauſæ, nunc ſunt effecta eius per fidem parta.

SED *quicunque honorificauerit me glorificabo eũ.*] Ratio ſubiicitur, cur per iuſtitiam ſuam Deus nõ poſsit eos diutius in ſacerdotio perferre. Eſt porrò vniuerſalis, quę adducitur propoſitio, ſed Hebræorum interpretes illam ad hypotheſim reuocant, & priorem eius partem, id eſt, *honorificantes me honore afficio*, referunt ad Phinees & eius poſteros, à quibus Deus piè caſtéque colebatur. Nam cùm ille ſtudio accenſus diuini cultus, Hebræum principem vnà cum ſcorto Madianitide interemiſſet, ad honorẽ ſacerdotij euectus eſt, eiuſque poſteri in ea permanſerunt dignitate, cùm Deum quo poterant honore affeciſſent. Vos è diuerſo me ignominia & con- D tumelia proſequuti eſtis, idcirco vos mouebo loco. Ego verò allatam propoſitionem malim theſim eſſe, ita vt ad omnes pertineat. Et licet præclarum ſit Deum afficere gloria, tamen credendum non eſt, id à nobis ipſis proficiſci, quãdoquidem ſuo auxilio efficit, vt eò adducamur. Et Chriſtus ait apud Ioannem, *Ego elegi vos, non autem vos elegiſtis me.* Vt itaque honor ille, quo Deum proſequimur ab eo dimanat, ita oportet, vt ad illum referatur. Quemadmodũ igitur ipſe nos deſtinauit, vt ſui eſſemus cultores, ita nos viciſsim debemus illum ſuſpicere ac venerari. Nec aliud eſt Deum honorare, quàm eum ex animo colere, nec poſſe quicquã ferre, quod in eius cõtumeliam vergat. Poteſt variis modis Deus honore affici. Nam ſcribitur, *Timentes Deum illum honorificant.* Et Dauid ait: *ſacrificium laudis honorificabit me.* Atque hoc genus alia te-

Quid ſit Deum honorare.

A ſtimonia permulta citari poſſent. Verũ ea omnia vno comprehẽduntur capite, nimirum vera ſolidaque fide, quibus adde Salomonẽ in Prouerbiis appoſitè ſcripſiſſe, cùm ait, *Si amplexatus fueris illam, honorificabit te.* Vbi attendendum eſt, amplecti ſapientiam nihil aliud eſſe quàm in Chriſtum credere. Paulus etiã inquit Abrahamum Deo credidiſſe; non retuliſſe animum ad ſenile ac effætum corpus ſuum, neque ad emortuũ Saræ vterum, ſed dediſſe gloriam Deo. Conſeqoitur hinc, eos Deũ afficere ignominia, quicunque illius verbis fidem non adhibent.

S. Ambroſ.

S. Ambroſ. hæc verba ſic explicat lib. de Paradiſo cap. 15. cùm legerimus quod ſcriptũ eſt dicente Deo: *Honorificantes me, honorificabo, & contemptor mei honore priuabitur*: Licet nobis ex

Boni honore à Deo, mali à ſeipſis ignominia afficiuntur.

B his verbis aliqoid æſtimare. Deus enim operatur quod bonum eſt, non quod malũ. Ergo doceãt te verba diuina, quia operatur gloriã, pœnã relinquit. *Honorificantes me*, inquit, *honorificabo*: honorem bonotum operationis ſuæ eſſe declarãs. *Et contemptores*, inquit, *mei*, non dixit honore priuabo, ſed *honore priuabũtur.* Non ſuæ operationi deputans eorum iniuriam, ſed quid futurũ eſſet oſtendens. Hæc S. Ambroſ. quæ videntur cum proximè ſuperioribus verbis pugnare, ſed bellè omnino conſentiunt. Tametſi enim Deus illis qui diuinos honores paruipendẽdos putãt, ſæpè non leuem ſupplicij multam irroget, illam tamen, quæ maxima eſt, ignominiæ notam, ſacrilegium atque impietatem non tam illis inurit, quàm ipſi ſuo ſcelere accerſunt. Iam enim apud omnes flagrabant infamia ſceleratiſſimi iuuenes, & execrandi cũcto populo deteſtabileſque habebantur, cùm Deus illos prædictæ ac denunciatæ pœnę ſubiecit. C

ERVNT *ignobiles.*] Cootemnẽtur propriè, deſpicientur, vileſcẽt. quoniam autem præcipuus honor inter mortales nobilitati defertur, idcirco eos fore ignobiles prædixit, cùm dicere vellet in omnium odium, inuidiam, & cõtemptionem adducendos. Nobiles autẽ ſunt qui in tres claſſes diſtribuant. Et alios quidem ἐνδόξους vocant, ſcilicet qui ob res præclarè geſtas, vel virtutes egregias inter cæteros eminent: quoſdam generoſos γενναίους, qui à oobilib. orti ſunt: quoſdam neque virtute, neque genere nobiles, ſed tãtùm diuitiis & opibus, vel ex beneficio & priuilegio ſummi magiſtratus. Et primi quidẽ generis nobilitas natiua dici poteſt: 2. propria: Poſtremi verò datiua ſiue cõceſſa, quę longè ignobiliſſima eſt. Romani ſenatorium ordinem, eorumque poſteros tantummodo oobiles appellarunt. D Alij nobilitatem à ſola notiorũ generis antiquitate eſſe volũt, vt Thebani, & Ægyptij: Alij à cenſu & diuitiis, vt oonnullæ Aſiæ vrbes, quæ ſolã opulentiam admirantur. Alij ab equitatu, quoniam equos bellandi cauſa alere non niſi locupletes poſſint. Et qui animi ingenuitate excellũt, veluti fuerunt Chalcidenſes, & Magneſij, & accolæ omnes Menandri fluuij. Alij à principatu, & potentia, ſiue etiã à populari aura, vt in pleriſq; populis cernimus, quorũ principes nonnunquam ad tyrannidem vſque prouehuntur à populis, vt Piſiſtratus apud Atheniẽſes, Lyſander apud Lacedæmonios, Polycra-

Qui dicantur nobiles.

A tes apud Samios, aliique complures. Plato cum quo fermè etiam Ariſtoteles conſentit apud Laertiom l. 3. nobilitatem in quatuor ſpecies diuidit. Nam qui claris, bonis iuſtiſq. maioribus fuerint nati, eos nobiles vocari docet, quorum item parentes porentes ac principes fuere, aut etiam fama & opiniooe celebres, quam vel ex bellicis rebus præclarè geſtis, vel ex certaminũ coronis reportauerunt. Denique quartum eſſe idque præſtantiſſimum genus oobilitatis, cum quis per ſe animi magnitudinę excellit. Addit etiam quintum Ariſtoteles, eorum videlicet, qoi illuſtriore aliqua diſciplina claruerunt, & quidem iure optimo. Nam noo modo ſe, familiamque ſuam clariorem reddunt, verum vrbes ac prouincias quibus oriũdi ſuot illuſtrant. Stagyritem dicimus fuiſſe Ariſtotelem, Democritũ Abderitanum, Zenonem Cittiæum, quorũ patriæ iam nomen amiſiſſent, niſi tantorum ciuiũ memoria ſeruaretur. Francica nobilitas, etſi videatur præcipuè addicta iis hominibus, qui ſcutariorum ac gẽtilium promiſcuè nominibus gloriantur, quique etiam nũc apud nos ſola arma tractantes eorum inſtitutũ æmulantur, qui olim pariter vocati apud Marcellinũ inter præcipuos ac fortiſſimos Romanæ militiæ ordines recenſentur: ſi qui tamen è plebe paulo honeſtioribus Reipub. muneribus fungũtur, & cauſas orant, aut iuri dicundo præſunt, à ſcutariorum & geotiliũ titulis duntaxat abſtineotes, ſeſe paſſim nobiles actis inſcribunt. Verùm enimuero etſi neceſſe eſt haberi talem ordinem in Repub. qui propulſandæ hoſtili iniuriæ vacet, atque adeò à prima ætate bellicis artibus erudiatur, iſque præ cæteris apud pleraſque gentes nobilis habeatur, niſi tamen ad militarem fortitudinem pietas comes accedat, nomine tenus nobilis exiſtet: vera autẽ & germana nobilitas tota in iis reſidebit, in quibus pietas eluceſcet, licet illi armorum gloria careant. Fundamentũ enim perfectæ nobilitatis atque amplitudinis eſt pietas atque religio, ſine qua nihil clarum & inſigne eſſe poteſt. Quod ſi ea in illo quoq; requiritur, qui armis ſibi famam pepererit, vt verè nobilis eſſe poſſit, quanta erit Eccleſiaſtici nominis obſcuritas, ſi, cùm nulla poſſit trophæorũ celebritate clareſcere, etiã ſcelerũ oube obducatur? Queadmodũ à ſole reliqua ſidera lapillique lucem, qua micant, accipiunt: ita & ab vna pietate ſplendorem ſoum reliquæ virtutes mutuantur, quæ ſi caſu aliquo obteneбreſcat, reliquas omnes obſcurari neceſſe eſt. quapropter Philo, cum ſtuderet quorũdam Iudæorũ comprimere iactantiam, qui cùm eſſent virtutis expertes, ob generis tamen antiquitatem mirum in modum efferebãtur, ſapienter, quotquot eſſent à vera pietate alieni, ignobiles pronũtiauit. Qui laudibus, inquit, extollunt nobilitatem, vt bonum maximum, & cauſam magnorũ bonorum, ipſi reprehendendi ſunt, vel ob hoc, quod nobiles cenſent natos è familiis iamdudũ claris & diuitibus, cùm ne maiores quidem illi, quos iactant, propter opulentiã fœlices fueriot: quãdoquidem verum bonũ in nulla externa re, nec in corpore, imò nec in quauis parte animæ, ſed in principali tantùm, ſitum eſſe natura voluit.

Plato apud Laertium.

Ariſtoteles.

Nobilitas ſine pietate intelligi non poteſt.

Philo Iudæus libro de nobilitate.

Poſtquam

Digitized by Google

A Poſtquã enim Deus pro ſua bonitate charitatẽ que etiã inter nos hoc collocare decreuit, nullũ templũ inuenit ei dignius quàm mẽtem hominis, mens enim circunfert illius boni effigiem, quãuis id perſuaderi nõ poſſit his, qui ne ſummis quidẽ labris deguſtarunt ſapientiã, caligantibus in luce clariſſima. Nam aurũ, argentum, honores, dignitates, valetudo, forma, ſunt in virtutis tanquã reginæ miniſteriis. Quoniã igitur nobilitas expiatæ purgatęque mẽtis ſors eſt præcipua, nobiles dicendi ſunt ſoli prudentes & iuſti, etiãſi è vernis aut emptitiis nati ſint: malis verò, prognatis ex honeſtis maioribus claroq; genere nullus locus eſto inter nobiles. Et poſt nonnulla. Id ita eſſe, etiã aliis argumentis facilè B colligitur. quid enim prodeſt oculis orbato ſuorũ maiorum perſpicacitas, nequaquã hereditaria? Quid prodeſt ad dicendũ elingui paterna vel auita eloquentia? quid conferunt ad vires tabe diuturna exſucci aridiq; & vix oſſibus hærẽtis, principes generis propter athleticum robur adſcripti faſtis Olympiacis? Etiãſi fuere illi victores in omnib ſacris Græciæ certaminibus? Certè nihil ea de cauſa decedit vitiis corporis, nullã opẽ ex præterita familiæ fœlicitate ſentiẽtibus. Ad eundẽ ſanè modũ iniuſtis liberis iuſti parentes, luxu perditis ſobrij, & in vniuerſum malis boni vtilitatem nullam adferunt, ſicut nec iura iuris violatoribus, ad quorum contumaciã pœnis coërcendã inuenta ſunt. Hoc deinceps multis illuſtrat exemplis. Nam & generis noſtri C princeps, cùm eſſet, ſi originem ſpectes, vnus omniũ nobiliſsimus, vtpote qui genus ſuum referebat in Deũ, viliſsimæ tamen atque ignobiliſsimæ cupiditati ſubiacuit, omnemque ſuam poſteritatem turpiter labefecit. At cõtra Iſraeliticæ gentis caput & origo, fideique parens Abrahã, cùm eſſet in gentili familia natus atque educatus, pietatis ſtudio ſummã nobilitatẽ poſteris ſuis dereliquit. Tandẽ concludit: Nõ ſunt igitur audiendi, qui bonũ alienũ nobilitatẽ ſibi vſurpant, cũ exceptis paucis, quos memorauimus, hoſtes ſint non Iudæorũ tantum, verũ etiã totius humani generis, quã latè patet orbis habitabilis: illorum, quia non ſinunt eam gentem ſecurè imitari virtutes maiorũ ſuorum: huius, quia etiamſi aliqui euaſerint ad probitatis faſtigium, negant eis profore, eo quod non ſint prognati è probatis auis atque parẽtibus. Qua opi- D nione nulla poteſt excogitari nocentior, ſi neq. bonorũ degenerem ſobolẽ ſua pœna ſequetur, neque bonis malo genere prognatis reddetur debitum præmiũ, cum lex vnumquemque non pro maiorum meritis, ſed ſuis propriis, vel honoret, vel puniat. Hæc Philo. Nos igitur in po-

S. Cyprian. ſterum acquieſcamus S. Cypriani conſiliis, qui libro de oratione Dominica, Meminiſſe fratres dilectiſsimi, inquit, & ſcire debemus, quia quãdo Deũ patrem dicimus, quaſi filij Dei agere debemus, vt quomodo nos nobis placemus de Deo patre, ſic ſibi placeat & ille de nobis. Conuerſemur quaſi Dei templa, vt Deum in nobis conſtet habitare. Nec ſit degener actus noſter à ſpiritu, vt qui cœleſtes & ſpiritales eſſe cœpimus, nõ niſi ſpiritualia & cœleſtia cogitemus & agamus, quia & ipſe Dominus Deus dixit: *Eos qui clarificant me, clarificabo: & qui me ſpernunt ſpernetur.*

Maiorum virtus poſterorum vitiis non patrocinatur.

VERSVS 27.

Ecce dies veniunt: Et præcidam brachiũ tuum, & brachiũ domus patris tui, &c.

Vermilius. VERMIL. Iã demõſtratur quo pacto Deus velit ſuã ignominiã vlciſci: quãquã demõſtrat non fore ſtatim, quod minatur, cũ inquit, dies venient. Quoniã vſq. ad Salom. in familia Heli conſeruatũ eſt Sacerdotium. Hæc Dei bonitas eſt, vt priuſquam ſuppliciũ ſumat, plerũq. multò antea id prædicat, quò monitis ad pœnitentiam ſpatiũ relinquatur. Miſit Noe vt hominibus prædicaret, ante centũ annos quàm diluuio mundũ perderet. Et multò ante captiuitatẽ B Babylonicam Prophetas ad Iudæos legauit, qui de interitu & vaſtatione gentis admouerent, vt eos interim admiſſorum ſcelerum pœniteret.

Ariſtoteles. Ad quid manus homini? PRÆCIDAM *brachiũ.*] Ad quid brachia & manus homini datæ ſunt? Ariſtol. 4. de partibus animaliũ c. 10. quod ſit erectus, nec cruribus e- 1. Ratio. geat. Altera ratio, quod cùm ſit prudẽtiſsimus, 2. pluribus inſtrumẽtis ad agendũ indigebat. Ma- Galenus. nus autẽ ſunt artificioſiſsimæ. Gal. item, quòd 3. ſicut ratio mẽti: ſic manus corpori reſpondeat. 4. S. Greg. Nyſſ. l. de opificio hominis, vt poſſet S. Greg. Nyſſen. loqui: nã ſi manibus careret, & prono ore cibos 5. legeret, loqui vix poſſet. Addamus & aliã ratio- 6. nẽ, vt futuri quoq. ratio haberetur, & eadẽ vox ſemel prolata litteris deformata ſeruaretur, ſine manibus enim ſcribi vix potuiſſet. Sed & hanc C quoque me legiſſe memini, ad offerendas potiſsimùm hoſtias, & deferenda Deo munera manus eſſe datas, vnde & vola manus *θέναρ*, ſit dicta *παρὰ τὸ θύεσθαι εἶναι χειρῶν*, nimirum, *εἰς ὃ ἐντίθενται τὰ δῶρα. βραχίων* autẽ deducitur à *βραχὺ*, id eſt breue: Eò quòd ab humeris ad manus breuiores ſint, quã à coxis plantę, vt docet Feſtus. S. Iſidor. Hiſp. Feſtus verbo *brachiũ*: vel certè, vt tradit S. Iſid. l. 11. Originũ c. 1. à fortitudine nomen accipit, *βαρὺ* enim Græcè, graue & forte ſignificat. In brachiis enim tori lacertorũ ſunt, & inſigne muſculorũ robur exiſtit. Quicquid ſit de etymologia, non eſt dubiũ hoc loco ſacerdotiũ ſignificare. Vnde Vermil. Hæc eſt deſcriptio, ait, eripiẽ- Vermilius. di ſacerdotij, quod illius familiæ robur & firmamentũ inſtar brachij erat. Euenturæ infœlicitatis multæ partes enumerantur. Erãt quippe D dignitatẽ Pontificatus amiſſuri. Deinde prædicitur, in ea familia non fore ſenes, quod præpropera & immatura morte perituri eſſent. Adhęc æmulũ creatũ iri Pontificẽ. Præterea ita victuri oſtenduntur, vt inuidia contabeſcerent propter excitati æmuli dignitatẽ. Accedit ad hæc filios ipſos Heli viuo patre morituros. Indicatur item, hanc rerũ mutationẽ fore iam templo excitato, cùm populus maxima fœlicitate frueretur. Nunciatur enim, familiam æmuli ſubſtituendi perpetuò manſuram in honore ſibi collato: quia in illa poſteri Zadocci vſque ad Chriſtum durarunt. Et denique additur, Heli poſteros mendicos, non tantùm pauperes eſſe victuros, & omnium ludibrio expoſitos.

NA *ſit ſenex in domo tua.*] Quidam hoc interpretantur, non quoad ætatem eſſe dictum, ſed quoad excellentiam & dignitatem, neminem ſcilicet in ea ſtirpe fore prudentem, itáve

Non avferam penitvs, virvm abaltari.

Diuina indulgentia, ac ſeueritatis Eccleſiaſtica ratio diuerſa.

A terio & homicidio pœnitentiam prophetiæ ſpiritum uon amiſit. Petrus poſtquam Chriſtũ cũ periurio negauit, culpam lacrymis diluens non ſolùm Apoſtolus, ſed etiam Apoſtolorum princeps manſit. Paulus poſt perſecutionẽ & cædẽ diſcipulorum Domini ad Apoſtolicum faſtigiũ peruenit. Homicida ille quem beatus Ioannes Epheſino Epiſcopo nutriendum, erudiendũque cõmiſerat, poſt cædes & rapinas ductus pœnitentia, non ſolùm indulgentiã obtinuit, ſed etiã B. Ioanne ordinante Epheſinæ Eccleſiæ præpoſitus fuit. Iſtæ memorabiles perſonæ, quia verã pœnitenriam egerunt, plenam indulgentiã meruerunt, non tantùm ad culpæ remedium, ſed etiã ad obtinendum paſtoralis curæ faſtigium. Veruntamen hæc exempla legem non faciunt, quia ſicut dicit B. Aug. poſterorum diligentia B ſeueriſſimè ſanxit, vt poſt actã de crimine pœnirentiã nullus in clericatu maneat, nullus ad clericatum accedat. Quod dictũ eſſe creditur non deſperatione indulgẽtiæ, ſed vigore diſciplinæ: quoniã aliqui propter affectatas honorũ potentias fictas agebant pœnitentias. Vnde mihi videtur, quia ſicut ficta pœnitẽtia fictos pœnitentes à clericatu repellit: ita vera pœnitẽtia verè pœnitentes ad clericatum admittit. Hæc dicentes ſacris patrũ regulis non obuiamus, ſed ex ratione, & exẽplorum cõmemoratione in præſidentium intelligimus poſitum eſſe diſcretione: vt quos viderint verã egiſſe pœnitentiam, eos ad Eccleſiaſticam poſſint promonere militiam, ſi tamẽ publicã non egerint pœnitẽtiam. Talibus C enim ideo clericatus denegatur, quia ab inſidiatoribus dininis Sacramentis pro huiuſmodi derogatur, & ſimplicinm animus aut ſcandalizatur, ant infirmatur. Hactenus Iuo.

Herodot. Sed vt deficiant oculi tui.] Herod. l. 9. Sunt in Apollonia, inquit, ſacræ ſolis oues, quæ interdin ſecundũ flumen paſcuntur, qnod è monte Lacmone per Apolloniatem agrũ fluit in mare iuxta Oricũ portũ. Eas noctu ſtabulantes in antro, non procul ab vrbe, cuſtodiunt delecti viri, diuitiis & genere inter populares ſuos ſplendidiſſimi ſingulis annis ſinguli, quòd ex oraculo quodã Apolloniatæ eas oues permagni faciant. Ibi cũ Euenius quidam delectus ad cuſtodiẽdas ones non excubaret vigilans, ſed obdormiſſet, ingreſſi antrum lnpi, circiter ſexaginta oues trucidarunt. quod factum cùm ſperaret fore clã, in D animo habebat alias ſubſtituere: ſed accidit, vt re detecta, in iudiciũ vocaretur, in quo ſomniculoſæ incuriæ dãnatus, oculis priuatus eſt. Sed illa tum quidẽ ſeuerior quàm pro rei cõditione animaduerſio fuit: neque enim ſtrages pecudũ tanti facienda erat, vt pro illis homini lumen eriperetur: iſtic verò, vbi tot hominum ſalus in diſcrimen coniicitur, quibus non tenebris, qua oon cæcitate paſtoris incuria plectenda eſt?

Ioſephus. Et tabeſcat anima tua.] Ioſephus lib. 18. Antiq. c. 8. de Tiber. Imperature in hũc modũ ſcripſit. Vinctorum cauſas ideo ſe aiebat ſeriùs cognoſcere, ne affecti ſupplicio citò leuentur malis quæ meruerint anteactis ſceleribus, nunc dum lõgiores moras terunt, multò grauius reddi illorum infortunium.] Et Sueton. in eius vita c. 61. Mortem adeò leue ſnpplicium, vt cùm audiſſet vnum ex reis Carnulium nomine, antici- Suetonius.

Sed vt deficiant, &c.

A paſſe eã, exclamauerit, Carnulius me euaſit. Et in recognoſcẽdis cuſtodiis, precãti cuidã pœnæ maturitatem, reſpõdit, Nondum tecum in gratiam redij.] Videri poſſunt hæc verba pertinere ad eandem ſententiam, ſicut etiã Vermil. antea interpretatus: melius tamẽ erit, opinor, ſi referamus ad Heli poſterorum inuidiam. Et quoniã ſupra non tãtum Heli brachium, ſed etiam domus patris ſui ſe ampntaturum dixit, nec aliud brachium ſignificari poteſt, ſi de ſacerdotio agitur, quàm illud Aaronicum, cuius ipſe prior ex familia ſoa Põtificatus infulas induit: arbitror, poſteriorem illam ſacerdorum inuidiã deſignari, qua ducti Chriſto Domino ſummo æternóque ſacerdoti necẽ parauerunt, vel ipſo Iudice agnoſcente, quem proditorum liuor, vt narrat B Euangeliſta, non latuit. *Vt tabeſcat anima tua.*

Menander.

Adoleſcens, inquit Menander, *haud videris mihi intelligere, quod*
Res ſingulæ ab inſito aliquo vitio pereunt.
Et omnes corruptionis cauſæ veniunt intrinſecus.
Vt ferrugo, ſi conſideres ferrum:
Si veſtes, tinea: teredo, ſi lignum ſpectes.
Inuidia verò, malorum omnium peſſima,
Tabidum fecit hominem, & faciet, & facit,
Propter impias animæ praua cogitationes.

Inuidia cordis humani tinea.

Euripides. Euripides verò etiã apud eundẽ Stobæũ inquit:

Quænam genitrix, aut quis genitor lugens malum
Produxit hominibus infauſtam inuidiam.
Vbi tandem & quam corporis nacta partẽ habitat?
In manibuſne, aut viſceribus, aut oculis
Eſt nobis? ò quantus eſſet labor medicis
C *Excindere ipſã vel potionib. vel pharmacis expellere*
Vtpote morborum omnium, quibus capiuntur homines, multò maximum.

Morietvr *cùm ad virilẽ ætatẽ venerit.*] Nõ immeritò quæri poſſet, vtrum illa vitæ contractio & breuitas, quam minatur Deus, ſupplicij loco potius habenda ſit quàm beneficij. Siquidem quantulúcumque eſt, qnod degimus temporis, tãtis in periculis verſatur, vt iure optimo diuinę prouidẽtię gratias referre debeat, quiſquis hinc quã citiſſimè euadit. Veruntamẽ ſi tempora illa cõſideremus, dubiũ eſſe nõ poteſt, quin multis de cauſis cõminatio illa foret acerbiſsima. Nã cùm multa ſunt, quæ ſenectutem expetendam faciunt, tum verò præter cætera illud maximè quod cùm in expectatione eſt, vitã longiorem D pollicetur, quã tũ proferri admodũ cupiebant. Accedit deinde, quòd grauis ætas in ea gẽte, nõ parũ auctoritatis ſenibus conciliabat. Prudẽtia itẽ, quã votis omnibus optamus, nõ temerè alio tẽpore quàm ea ætate contingit. Poſtremò etiã morbos ac peſtes animi, quas nos paſsiones dicimus, atq; inter eas libidinẽ ac intẽperantiam inuẽruti moleſtiſsimas, ſenectus cicures ac domitas rationis imperio ſubiicit: quæ fælicitas nõ mediocriter ſenectutẽ cõmendat. Nihil tamen ſic viuendi cupiditatẽ augebat, vt vitæ melioris deſperatio. Nam cum ante reparatam Chriſti beneficio ſalutem adhuc clauſas cœlorum fores eſſe intelligerent, diuturnæ mortis tædia & inſuperabiles moras vehemẽter extimeſcebant. Propterea igitur ſummo vitæ deſiderio tenebantur, ſenectutemque longiſsimam concedi cupiebant. At verò nunc poſtquam reſerato cœleſtis patriæ aditu paradiſi limina

Ob quas rationes antiqui longæuam vitam expeterent.

S. Panacius Bibliotheca ſloriacenſi.

patuerunt, mors quidẽ in votis eſt, vt aiunt, vita autẽ in patientia his, qui verè ex animo Chriſti crucẽ amplectuntur. Nec dubitamos vltrò corporis diſſolutionem orare, ſiquidem lõgiori vitæ iacturam terrenæ vitæ celeriori cõſecutione compẽſamus. Verùm enimuerò etſi vita iſta, vt ait S. Panacius tertius Cœnomanenſis Epiſcopus, à S. Clemente olim miſſus, centũ tendatur annorum ſpatiis, in die vltima ſtatim videbitur non fuiſſe, ac ſine memoria, hoſpitis vno die apud vos manẽtis veſtigia vix reliquiſſe. Illa vita autem manet iugiter, perſeuerat inſtãter, annis quoq. labentibos vireſcit & pollet, & inde renouationis ſimul initiũ, vnde finis preſentis accipitur. Quapropter, vt exclamãs ait, ô verè ſancta voluntas, & omniũ bonorũ intẽtio experta, quę illius tam formoſæ vitæ deſideriis accenditur! qui non timet iſtam vitam tradere morituram, & illam accipere, quæ penitus perire non nouit, in qua deliciæ & delectationes, vt diuitiæ, & gaudia ſic inchoantur, vt terminum neſciant, ſic principium capiunt, vt penitus finire non poſſint, ab æterna morte oon capietur. Ad hunc modum ille Sanctus.

Versvs 34.

Hoc autem erit tibi ſignum quod venturũ eſt duobus filiis tuis Ophni & Phinees: in die vno morientur ambo.

Vermilius.

Signa nonnunquam adhibentur, non quo Dei verbum confirmetur, ſed vt eſſe Dei verbum cõſtet.

Vermilivs: Cùm Deus iam eſſet cõminatus Heli poſteritatẽ malis modis accipiẽdam, quia ille potuiſſet facilè ſecũ dicere, id mea nihil refert, modò ſit pax me vioo, idcircò Deus adiecit, ſe illum quoque afflicturum. Eò pertinet hoc ſignum, nempe duos eius liberos Ophni & Phinees vno eodemq. die perituros. Tu, inquit, ſuperſtes & viuus tuos liberos mori ſenties. Hoc vtique ſignum erit, ne me vanom falſumve Prophetã exiſtimes. Ea verò de cauſa mihi videtur hoc ſigno vir Dei vſus, quod illis diebus (quemadmodũ audituri ſumus) verbũ Dei eſſet rarũ & pretioſum, quod ferè Propheta non eſſet, à quo futura prædicerentur. Proinde ſignum adhibet, vt fidẽ orationi ſuæ faceret, nee videretur ea, quæ dixit, humano ſenſu protuliſſe. Quod ad verbum Dei attinet, ex ſeipſo authoritatis & firmamenti ſatis habet, nec ei opus eſt vt ſignis externis cõfirmetur. Verùm vt nobis conſtet eettò, verbũ Dei eſſe quod proponitur, argumentum à ſignis nonnũquam adhibetur. Signa enim inſtrumenta ſunt, quibus homines ad credendũ faciliùs indocuntur. Nec tamen ex ſeipſis eam vim habent, vt quæ ſunt credenda perſuadere queant, niſi ſpiritus Dei animas intus & illuſtret, & flectat. Proponuntur quidem illa ob oculos, ſed afflatus diuinus eſt, qui mutat animos, & illis perſuadet, vt credant. Etenim qui ſunt in vna eademq. concione variè afficiuntur. Alij quippe mouetur, & ad credendum inclinantur, alij verò manent iidẽ atque priùs fuerant. Et ſigna, quæ Chriſtus edidit, aliis ad ſalutẽ profuerunt, & ab aliis in Beelzebub referebantur. Negare quidẽ ea perfidi nõ poterant, ſed inficiabantur à Deo eſſe profecta.

In *die vno morientur ambo.*] Signi vis in eo ſita eſt, vt ſi hoc euenerit, quemadmodum prædixi, alia quoque putare debes, tẽpore ſuo repræſentanda. Hac ratione Aug. aliquãdo eſt vſus: Multa, inquit, pollicitus eſt nobis Deus, & ex illis multo maximã partem iã exhibuit. Quare, cùm vnum aut alterum tantũmodo præſtandũ ſupereſt, ea quoque bona fide præſtabit. Minatus eſt diluuiũ, & euenit: Abrahamo pollicitus eſt ſemẽ, dedit: prædixit eius poſteritatẽ fore peregrinã in aliena terra, fuit: vaticinatus eſt Iudæis captiuitatem Babylonicam, & ſe inde illos poſt annos 70. reſtituturũ, quæ ita ſucceſſerũt: promiſit Meſſiam ex virgine, atque ex familia Dauidis naſciturum, moriturum, atque reuicturũ à mortuis, quæ iam facta eſſe credimus. Promiſit item Spiritum ſanctum & Eccleſiã propagãdam ad vltimos terrarum fines, quę, vt Eccleſiaſticæ hiſtoriæ perhibent, iã ſunt completa. Supereſt nonc reſurrectio defuoctorum, necnon poſtremum iudicium: quare cùm Deus in aliis promiſsis toties fidelem ſe oſtenderit, de iis quę ſoperſunt, qua fronte, quove animo poſſumus ambigere? Si mercator ſemel, iterum, ae tertiò pecuniam ſibi creditam repræſentarit ad diem, non ſolemus de illius fide in poſterũ ſuſpicari. Quare, cùm Deus toties promiſſa effecerit, ſi de illius fide ambigeremus, quoad poſtrema, quæ reprę ſentanda ſunt, incredulitatis admodũ perfidæ rei eſſemus. Nec ſine legis authoritate à ſigno vir Dei coofirmationẽ petit ſuæ orationis. Etenim Deut. c. 18. Deus teſtatus eſt ſe Prophetam daturum ſimilem Moſis, cui ſi non obtemperarent Iſraëlitæ, pœnam incurſuros: quòd ſi dixerint, qoo pacto ſciemus illũ eſſe Dei Prophetam? Reſpondet, ſi euenerint, quæ prædixerit. Quod tamen (vt id obiter dicam) in vniuerſum non eſt verum. Nam Pſeudoprophetę quandoq. vera diuinant, & Deut. c. 13. habetur: *Si ſurrexerit in te Propheta, & vaticinatus fuerit aliquid euenturum, idque iuxta eius prædictionem ſucceſſerit, deinde te incitet ad alienos Deos colendos, nec illum audias. Tentat quippe vos Dominus, vt ſciat, an ipſi credatis.* Quamobrẽ regula iam propoſita ita eſt explicanda, ſi vera prædixerit, vt à verbo Dei aliena minimè ſuadeat, illum verum Prophetã eſſe cenſeas. Idcirco vir Dei, qui loquebatur Heli, cum ſanam religionem incolumem eſſe voluerit, ſuas minas veras eſſe confirmat ex euẽtu ſigni, quod propoſuit. Sed quid reſpondebimus Iſaiæ, qui c. 41. videtur ſimpliciter, ac per ſe ad prædictiones futurarum rerũ prouocare? *Nunciate*, inquit, *nobis, quæ futura ſunt, & dicemus vos eſſe Deos.* Certè primo aſpectu videtur nimiũ ſocceſsioni vaticiniorum triboere. Quid enim ſi aliquid forte cõtingat, quod ſatan prædixerit, an eum pro Dei Propheta ſtatim habebimus? In ethnicorũ profectò hiſtoriis dæmooes legimus permolta verè prædixiſſe. Nam ille cũ reuera Deus eſſe nõ poſsit, ſimia tamen eius vult eſſe, quantum poteſt. Animaduertit Deum per Moſen ſigna facere, idcirco etiã ipſe magos excitat, qui fere ad eundem modum ſigna edant. Videt Deũ oracula fundere, vult etiam ipſe de futuris cõſuli, ſibiq. parat lebetes, tripodas, fana, & ſpecus, vnde rogãtibus det reſponſa: vtq. Deus ſuos Prophetas, ipſe itẽ diuinos, augures, aruſpices pręparauit, per quos nonnũquã vera reſpõdet. Quid ergo Iſaię reſpõdebimus? quidã

An ſemper ab euentu verus Propheta à falſo dignoſci queat.

Eſaias explicatur.

In die vno morientvr ambo.

locũ illũ interpretãtur de iis prædicationib. quę à cauſis naturalibus minimè pẽdeant. Nõ enim ducunt abſurdum ex aſtrorum curſu ac poſitu ſatanam poſſe multa præuidere, & quia eũ non latet antecedentium vis & poteſtas, inde poteſt de multis conſequentibus rectè iudicare. Vnde ſe inſinuat impiis hominibos, quibus meritò illuditur, & ideo excęcantur, quod ſint à veritatis dilectione auerſi. Et Chriſtus ait, fore tantã vim falſorum prodigiorũ ſub Antichriſto, vt ſi fieri poſſit, etiam electi Dei ſint ruituri. Nec dubiũ eſt, diabolum, ſi velit ſibi credi, oportere vt aliquando vera dicat, quia ſi perpetuò mẽtiretur, nemo adeò ſtultus eſſet, vt ei vellet fidẽ hahere. Illud tamen eſt annotandum, ſatanam non immeritò dici λοξίαν, quod nihil planè atq; apertè, ſed obſcurè & obliquè pronuntiet, quale illud B eſt: Cræſus Halim tranſmittens magnũ euertet imperiũ: &, aio te Æacida Romanos poſſe vincere. Hæc reſponſa eiuſmodi ſunt, vt in alterutrum euẽtum flecti poſſint. Deinde, ſæpè etiam ſynonymis fallebant oracula: ſic enim quõdam Athenienſes, Epaminondas Thebanus, atq; Annibal decepti ſunt. Nam cùm reſpondiſſet oraculum, coloniam in Siciliam eſſe ducendam, Athenienſes in Siciliam profecti, ad Syracuſas magna clade affecti ſunt. Erat alter eius nominis locus, non procul ab vrbe poſitus. Epaminondas, cùm ex oraculi monitu pelagus vitaret, Annibal humum Libyſſam; alter in ſaltu pelago, alter in vico Bithyniæ Libyſſa oppreſſus eſt. Sẽtit igitur Iſaias, ſi certò & verè futura prædixerint, tum demũ pro diis habendos, modo apertè C atq; clarè, quę dicunt, nuntient, adhibendo perſonarum, locorum, temporúmque circunſtantias. Deus prædixit orbem periturũ, ſed adiecit aquis, idque poſt centum annos, ſolúmq; Noë cum ſua familia euaſurum. Prædixit populum ſuum affligẽdum, ſed captiuitate inferenda per Chaldæos & Nabuchodonoſor, eáque duraturam annos 70. quã poſtea ſoluendam pronuntiauit per Cyrum, eius expreſſo nomine cẽtum annis antequam naſceretur. Deinde oportet his addere, vt ſemper vera dicat, quod minimè poteſt diabolo aſcribi, cũ prædictionum eius maxima pars conſtet mendaciis. Et poſt Chriſtum natum ita eius oracula ſunt abolita, vt nihil amplius reſpõdeant. Hæc alij. Ego verò ſimplicius arbitror, Iſaiam eſſe loquutũ de ſtatuis lapideis & ligneis; Nam illæ, vt Dauid inquit, os habẽt, D & non loquuntur: de illis quippe ibi loquitur non de ſatana, & vi malarum poteſtatum. Quibus addi poteſt ſemper diaboli prædictiones ad legis diuinæ tranſgreſſionem impellere. At vir Dei, qui modò cum Heli agit, & vera prædicit, & à propoſita regula non diſcedit: eius quippe ſcopus fuit, vt religio ſana inſtauraretur, & verbum Dei ſigno allato fieret euidẽtius. Oportuit Prophetam cautè atque cõſideratè loqui: nam ſi quid prædixiſſet nomine idolorum, vel etiam Dei nomine citra illius iuſſum, de illo ſumendum erat capitale ſupplicium, vt Deuter. ſcribitur c.18. Sed adhuc quæri poteſt, cùm Heli quoque audita captiuitate arcæ periturus eſſet, cur illius etiam mortem Propheta non vaticinatur? Reſpondeo, id nuntiauit Propheta, quod ei fu-

Pauſanias in Arcadicis.

Vermilius.

I.

Qvi ivxta cor mevm, &c.

A turum erat admodum graue. Nam, cùm eſſet iam grandis natu, non videbatur eſſe magnum, ſi mortẽ oppeteret. Sed longè moleſtius id erit, ſi futurum audiret, vt liberi ante ſe occiderẽtur.

Versvs 35.

Et ſuſcitabo mihi ſacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum, & animam meam faciet: & ædificabo ei domum fidelem, & ambulabit coram Chriſto meo cunctis diebus.

B Svscitabo *mihi ſacerdotem fidelem.*] Vermilius: Hoc perinde eſt ac ſi diceret: etiamſi tu cum omnibus tuis diſpereas, meũ tamen ſacerdotium nõ deficiet. *Qui vt fuerit in corde meo, & in animo meo faciet.* Chaldæus interpres exponit, ſecundum verbum meũ, hoc eſt, qui mea ſacrificia non contaminabit, nimirum citra pręſcriptum legis ea faciẽdo. Vnde Paulus inquit, nil amplius à diſpẽſatoribus quæri, niſi *vt ſint fideles*. Et ſanè Dei miniſtro non poteſt, aut nobilior, aut præclarior titulus attribui. Qua de cauſa, cùm ſuum Timotheum idem Apoſtolus cõmendat, illum non tantùm filium ſuum vocat, ſed fidelem miniſtrũ in Domino. Fides autem miniſtri conſtat iis partibus, vt populum ex Dei verbo doceat, vt munus commiſſum diligenter & ſedulò præſtet. Ad hæc, vt id nõ ex hypocriſi, C aut dolo malo, ſed bona fide obeat. Multi enim videntur ſe benè gerere, qui tamen pietatis ergò non agunt, verùm ſua conſequi ante omnia ſtudent.

Vermilius.

Fidelem eſſe magna laudis ducitur.

Ambvlabit *coram Chriſto meo.*] Vnctum ſuum appellat Salomonem. Nam ille fuit, qui ſacerdotium tranſtulit in Zadoccum Abiatharo deiecto. Fuit autem Sacerdotum & Leuitarum legem deſcribere, ac eam regi tradere, quo ille ad eius præſcriptum Dei populum inſtitueret. Ideoque ſcribitur, coram Chriſto Domini ambulaturus, quòd eius munus eſſet *regẽ docere.*

Ædificabo *ei domum ſtabilem.*] Phraſi Scripturarum ædificare alicui domum, eſt illi *poſteritatem dare*: ita ſcriptum eſt de obſtetricibus, quæ in Ægypto miſericordiam Iſraëlitis exhiboerunt. Et Sara inquit de Agar, ſi fortè per ipſam ædificer. Liberos quippè Agar, cùm D ſerua eſſet Saræ, oportuit ad dominã pertinere, eũ fœtus vterũ ſequatur. Et idcirco Hebręi hac metaphora vtuntur, quia parentes, vt vt moriantur, attamen videntur manere in poſteris, & quodammodo in eis ædificari, quod in illis denuò excitentur. Itaque cum Deus Abrahamo dixiſſet, *Ego ſum merces tua*, ille cœpit conqueri, dixitque: *at ego abibo vaſtus & euerſus*, hoc eſt, abſque prole.

Cvnctis *diebus.*] Vermilius, indicat, ait ſacerdotium in familia Zadoc perſeueraturum, & Kimhi colligit ex 1. Paral. c.7. Zadoccum poſteros habuiſſe ſacerdotio fungentes vſque ad Ezram. Salomon duplici ratione Chriſtus Domini appellatur. Primùm quia multos fratres habentem natu maiores, Deus illum extraordi-

Vermilius.

naria vocatione omnibus prætulit, fecitque Chriſtum ſuum, id eſt, peculiariter abs ſe delectum. Deinde ſic quoq; vocatur, quia ſeruatorem noſtrum Ieſum Chriſtum in ſuo regno adumbrauit. Sed quomodo ſacerdos traditur ambulare coram rege? Non ſanè quòd ille aut maior eſſet, aut præſtantior, ſed fortaſſis (vt Paraph. Chald. annotauit) quod futurus eſſet regis miniſter, (falſum eſt hoc illum annotaſſe) quod attinet ad doctrinam & eruditionem. Dauid autem Kimhi putat לִפְנֵי *liphnei* ſignificare circum regem, aut coram rege. E diuerſo autem à Scriptura non traditur, debuiſſe regẽ eſſe coram ſacerdote, niſi tantùm cũ oraculum captabat, tũ enim quodammodo ſtabat loco indigniori corã B ſacerdote. Et locũ adducit, vbi Deus Moſen ſic alloquitur: *Veni in mõtem Abarim, & ibi morieris.* Tum Moſes, *Domine*, inquit, *Deus ſpirituũ, præſicias aliquẽ populo tuo, ne ſint velut oues abſq; paſtore.* Tũ Deus inquit: *Accipe Ioſue & ſtet corã Eleazar ſacerdote qui pro illo cõſulet in Vrim & Thumim.* Hic ait, iubetur princeps corã ſacerdote ſtare, dum conſulit Deũ. Et eò refert Prophetæ Zachariæ verba, quibus dixit, princeps in ſolio ſedebit, & ſacerdos erit corã ſolio, nimirum vt regem ſeu principem doceret ac inſtitueret. Sed quoad ea verba Prophetæ nihil impedit, quin duo throni eſſent, vnus altero celſior, in quo ſederet Zorobabel, alter verò inferior, in quo ſacerdos collocaretur. Kimhi tamen (vt retuli) tradit vnũ duntaxat ſolium fuiſſe, atq; addit: ſi rex cũ ſacerdote C voluiſſet agere, ſacerdotem oportuiſſe ad regẽ venire. Ita primis Eccleſię tẽporibus Papę ſiſtebant ſe imperatori, nec tantùm ei, verũ etiam illorum præfectis. Etenim Syluerius Beliſarium acceſſit (imò potiùs Antoninam Vermili, eius vxorẽ:) Nã Beliſarius rei bellicæ intentus negotium coniugi ſuæ mandauerat; quæ, velut altera Iezabel, ſubornatis falſis teſtibus proditionis reum fecit, & Põtificatu per vim abdicatum in inſulam Ponteam relegauit: in qua coacto Epiſcoporũ concilio, oſtẽdit palam Eccleſię gubernacula Põtificiis manibus extorqueri nõ potuiſſe. Ibidem ęrumnis cõfectus clarúſq; miraculis obdormiuit. Debuiſti igitur, cũ tanti viri meminiſſes, etiam martyrij illius feciſſe mentionem, cuius memoriã quotannis ſancta mater Eccleſia 20. Iunij die religiosè colit. Nam quòd nollet Anthemium hæreticũ in ſedem Cõſtantinopolitanam reſtituere, hæc à Theodora imperatrice D hæreſi infecta per vim paſſus eſt. At potueras ſi ita libuiſſet, illuſtrius exẽplum Pontificiæ ſubiectionis proferret, Petri ſcilicet & Pauli Apoſtolorum: quorum alter in crucem actus eſt, alter ſecuri percuſſus, Neronis imperatoris imperio. At hodie Papæ primas partes omnium rerum ſibi deferri volunt, & reges atque imperatores ad ſe venire ſupplices & patiũtur & cõpellunt. Nimirũ hoc tibi dolet, cùm ſis ipſe deſertor ac perfuga, conſtitutũ à Deo iudicem apud omnes plurimũ poſſe. Cæterùm, quod attinet ad illud, *Corã*, quod cũ Iudęorũ peſſimo Vermilius, odio Pontificũ, humilius quã diuiniſſimam in terris maieſtatẽ deceat exponit, habes & aliud quid ſimile de Samuele v. 3. c. 12. *Loquimini*, ait, *de me corã Domino, & corã Chriſto eius.* Vbi etiam, ſi ita viſum fuerit, eã Scripturæ phraſim accuratius explicabimus. Interim de Samuele quidẽ dici po-

Defenditur S. Syluerius Papa.

Quid ſit Pontificem ambulare corã Chriſto Domini.

A teſt, nõ fuiſſe illum ſacerdotem, & ſi fuiſſet, non de ſacerdotij functione paratũ fuiſſe reſpõdere, ſed de adminiſtratione ciuili: & deinde nõ perſonã ſuã ſubiicere regali iudicio, ſed res ipſas. Deniq; non admonitũ, aut cõpulſum legis neceſſitate feciſſe: ſed cũ eſſet ſibi benè cõſcius, in exẽplum principis, innocẽtiam ſuã ab omnibus aſſeri voluiſſe, quomodo plures olim ſummi Pontifices, atq; in primis S. Symmachus teſte rege Theoderico, feciſſe memorãtur. Iſtîc porrò de ſummo ſacerdote ſermo eſt, quẽ ambulaturũ *corã Chriſto* ſuo prædicit. Quid igitur verba illa ſignificare dicemus? Nũ habiturũ illum innocentiæ ſuę teſtẽ? An arbitrũ, an approbatorẽ, B an iudicem, an potius virtutis illius atq; decoris admiratorẽ? Aut deniq; dignitatis aſſertorẽ atque acerrimũ defenſorẽ? duo quędã mihi in illa oratione certa videntur. Primũ eſt, amplificandũ ſacerdotij decus futuris tẽporibus deſignari, vt hęc ſentẽtia cũ iis quę priùs dicta ſunt cõgruat, futurũ Heli æmulũ *in cũctis proſperis Iſraël.* Alterũ eſt, indicari à rege venturo poſteros eius repulsã paſſuros, eumq; alteri potius familiæ, quã æmulã habeat, pro virili parte fauiturũ; vt ſe ſciret Heli in poſterũ cœlo terræq; Deum & regẽ infenſos habiturũ. quòd verò iiſdẽ verbis ſubiiciendus regi ſacerdos prędicatur, nõ ſit omnino veriſimile: nã quod pollicetur, vtique amplioris dignitatis & gratiæ prærogatiua habẽda eſt. Miror autẽ, ſi tamen hoc regi addictũ iri pręnũtiet, C quæ tãta futura ſit illa gloria, vt propterea Heli inuidia rũperetur, cũ ipſe hactenus nullius pareret imperio, nulli ſeruire cogeretur. Verũ vt vt ſit de poſteris Aarõ & ſucceſſoribus, certè legis ac ſacerdotij dudũ trãſlatio facta eſt. Nõ enim iã ſecundũ Aaron, ſed ſecũdum ordinẽ Melchiſedech ſacerdos inſtitutus eſt, qui idem rex fuit aliquãdo. Vnde & Petrus regale noſtrũ ſacerdotiũ appellauit. Regibus autẽ reges, niſi fortè bello victis, nõ ſubiiciũtur. Subiugati verò ab vllo Chriſtianorũ principũ eũ, qui cœlorũ claues in poteſtate habeat, & ligãdi ſoluẽdiq; omnia prętogatiuã adeptus ſit, nefas eſt, vel ſola cogitatione horribile atq; auerſandũ. Sẽtit verò S. Cypr. l. 1. teſtimoniorũ aduerſus Iudęos c. 17. De illa ſacerdotij trãſlatione hũc locũ eſſe intelligendũ, ſic namq; ait: quod ſacerdotiũ vetus ceſſaret, & nouus ſacerdos veniret, qui in æternũ futurus eſſet, in Pſ. 109. *Ante luciferũ genui te. Iurauit Do-* D *minus, & nõ pœnitebit eũ, tu es ſacerdos in æternũ ſecundũ ordinẽ Melchiſedech.* Itẽ in βασιλειων primo Deus ad Heli ſacerdotẽ: *Et ſuſcitabo mihi ſacerdotẽ fidũ, qui omnia quæ ſunt in corde meo faciet, & ædificabo ei domũ fidelẽ, & trãſibit in conſpectu Chriſtorũ meorũ omnibus diebus: & erit, qui remãſerit in domo tua, veniet adorare in obolo pecuniæ, & in pane vno.*

S. Cyprianus.

Indicat præterea vir Dei, inquit Vermilius, ſua oratione Iſraëliticæ Reip. formã immutandam, quòd reges inungẽdi eſſent, qui ante Saülẽ nulli fuerãt. Sed lõgo poſt tẽpore (vt iã diximus) hæc erãt euẽtura, hoc eſt rege Salomone, non tantũ vt pœnitẽdi ſpatiũ tribueretur, vtq; probaretur ſanctorũ fides: verùm etiam vt mẽſura impleretur peccatorũ. Quamobrem id nobis nũquam debet excidere, Deum ſuo tempore promiſſa cõpleturum, ſi quidem omnibus rebus propria momenta præſcripſit: ideò ethnicorum Poëtæ non abſurdè tradiderunt, Horas cuſtodes eſſe

cœli : quod à Deo ſuis quæque temporibus temperentur & fiant.

VERSVS 36.

Futurum eſt autem, vt quicumque remanſerit in domo tua, veniat vt oretur pro eo& offerat nummum argẽteum, & tortam panis, dicátque : Dimitte me obſecro ad vnam partem ſacerdotalem, vt comedam buccellam panis.

Vermilius.

VERMILIVS ſic legit: *Veniet, & incurues ſe illis pro nummo argenteo & buccella panis.* Illud(pro)habet etiam Vatabus,& videtur etiam Chald.Paraph.conſentire. Sanctes item Pagninus ſuo textui inſeruit, ſed Arias adſcripſit tantùm ad marginem. Hanc igitur lectionem ſic interpretatur Vermilius. Supplices,inquit,erũt poſteri tui ſuis aduerſariis,vt victum ab eis nanciſcantur,alioqui fame perituri. Petẽt inde non voluptates aut lautitias,ſed obolũ, fruſtumve panis. Verùm hic poteſt quæri, vt potuerit id euenire, cũ illi eſſent ex familia & ſtirpe Aaronis, de qua iuſſit Deus,vt illi darentur oblationes & ſacrificia, quæ inter miniſtros diuiderentur, atque ipſis quemadmodũ aliis & Leuitis & Sacerdotibus decimæ obueniebant. Quid ergo precibus opus erat, cũ cibus illis per legem Dei non poſſet denegari? Quibus addas, Deũ etiam nominatim cauiſſe poſteris Aaronis, vt ſi quis ex illis corpore manco ac vitiato ſic eſſet, vt ad altare non potuerit accedere,tamen ex oblationibus & ſacrificiis aleretur. Mihi porrò videtur hoc ad hiſtoriam alludere,quæ tempore Salomonis accidit. Is enim Abiatharum ſummum Põtificem ita diſiecit, vt non tantum abdicaret ſacerdotio, ſed in vniuerſum omni ſacro miniſterio. Iuſſit enim de medio abire,& ſe conferre in agrum ſuum. Quamuis enim reus erat læſæ maieſtatis, tamen quia portauerat ephod olim coram Dauide, noluit Salomon eum ſupplicio capitali afficere. Quare cõſtitutus in ea calamitate, ſi quid volebat ſibi miniſtrari, oportuit eũ vel per filios, vel per alios Zadocco ſacerdoti ſupplicem fieri. *Incuruabit ſe.* Tradit Ariſtoteles in Rhetoricis, hunc eſſe habitum ſupplicãtium, ſed tamen non niſi apud exteros & barbaros. Non enim Græci ſeſe incuruabant coram ſuis principibus,atq; magiſtratibus : attamen hodie non modo in Syria , verùm etiam in toto ferè Oriente conſuetudo adhuc retinetur,& ab Europæis regibus atq; Põtificibus Romanis vſurpatur, vt proſtratos, vel flexis poplitibus admittant ſupplices. At poſteros Heli non cauſa honoris hoc facturos demõſtrat vir Dei,ſed famis neceſſitate compulſos,nempe vt victum conſequerẽtur. Quod ſcribitur *pro nummo vel obulo argenteo*, Hebraicè habetur *agorath* אגורה, quã vocẽ Kimhi opinatur habere א à capite ſibi adiectum,vt ſtet *gorath* גרה vt ſignificetur moneta, cuius in lib. Num.c.18. fit mentio,& eſt 20. pars ſicli ſanctuarij. At ſanctuarij ſiclus duplo fuit maior,quã profanus. Erat ergo גרה ſicli vſitati & profani decima pars. *Et pro fruſtulo panis.* Agẽdum erat cum iſtis pœna Talionis. Nam antea peccauerãt cautè ac delicatè comedendo, ac

Reum læſæ maieſtatis ſacerdotem Salomon ſecedere iubet.

Ariſtoteles.

Pœna Talionis Deus in contẽptores ſuæ maieſtatis animaduertet.

A ſe ingurgitãdo ſacrificiis. Nũc è diuerſo eſurire ac egere ſtrenuè coguntur. Magna porrò infœlicitas denunciatur, quod ex tãta dignitate necnõ affluentia in tãtam calamitatem & inopiam eſſent redigendi. Sæpè in Scripturis prædicitur impios fame affligẽdos, è diuerſo autem de piis cecinit Dauid Pſal. 37. *Iunenis fui & incanui, & non vidi iuſtum derelictum, nec ſemen eius quærens panem.* Quod non ita eſt in vniuerſum, ſed pertinet ad cõmunem curſum & morem vſitatum diuinæ prouidẽtiæ. Alioqui reperiuntur Lazari, qui fame grauiſſima premantur. Deus quippe vult interdum eorũ calamitate ac patientia nomen ſuum illuſtrari. Nam alioquin mẽdici permulti nequiſſimi ſunt, quos tamen deſtituere prorſus non oportet, ne illos videamur crude- B liter perſequi, quos Deus affligit. Vni parti ſacerdotiorum orabunt ſe adiungi, vt buccella panis fruantur. Precabuntur, inquam, vt noui Pontificis benignitate vno quopiam ex officiis iuniorum ſacerdotũ fungantur pro victu, vt ſcilicet ea ratione poſſint viuere. Hactenus Ver.

Hæc interpretatio ſi fortè probetur, tũ ſic arbitror, *panis* nomine iuxta morem Hebręorum, omnem cibũ intelligi, qui ex decimis primitiiſque cũ ſacerdotibus, tũ Leuitis præbebatur: per *nummum* autem pecuniam ſignificari, quæ uidẽ ex votis ac ſpontaneis oblationibus, & iis, quæ pro pretio animę inferebãtur, viritim diſtribuebatur. Quę pecunia duplex erat. Altera, quę pro pretio animæ à ſingulis, in vſum Tabernaculi ſoluebatur ; de qua Ex. 30. cautum eſt. Ea autem C erat ſicli pars media, quę obolos decẽ continet, quẽ, vt primũ annum 20. attigiſſent, ſingulatim omnes pendere iubebantur. Hanc pecuniam cũ ſacerdotes inter ſe diuiderent, nec tẽplum ſartũ tectum tuerẽtur, Ioas rex iuſſit ad inſtaurationẽ templi conferri, donec ruinæ ſarcirentur. *Nolite amplius*, inquit, *accipere pecuniã iuxta ordinẽ veſtrũ, ſed ad inſtaurationẽ tẽpli reddite eã.* Altera pecunia erat, quę pro delicto & peccatis pẽdebatur, à qua ne rũ quidem ſacerdotes manus abſtinere iuſſi ſunt. Sic enim ibidẽ legimus. *Pecuniã verò pro delicto, & pecuniã pro peccatis non inferebant in tẽplum Domini, quia ſacerdotũ erat.* Fuit porrò extra primitias & oblationes, quibus ſacerdotes alebantur, pecunia aliqua neceſſaria, cũ ad veſtes, tũ ſupellectilẽ, & reliquum priuatarũ ędium cultum comparandum. Primitiæ verò atq; oblationes D quã abundè victũ ſuppeditarẽt, teſtatur Azarias ſacerdos l. 2. Par. c. 31. *Ex quo*, inquit, *offerri cœperũt primitiæ in domo Domini, comedimus & ſaturati ſumus, & remanſerunt plurima : eò quòd benedixerit Dominus populo ſuo : reliquiarũ autẽ copia eſt iſta quã cernis.* Oſtendebat autẽ Regi aceruos plurimos, quos vt cõdere ac ſeruare poſſent, horrea conſtrui in domo Dei atq; ædificari fecit. *Sacerdotibus autẽ*, vt inquit Scriptura, *per familias, & Leuitis à 20. anno & ſupra per ordines & turmas ſuas, vniuerſæque multitudini tam vxoribus quã liberis eorum vtriuſque ſexus, fideliter cibi de his, quæ ſanctificata fuerãt, præbebantur.* Neque tamen ex ęquo diſtributionem illam factam eſſe intelligendum eſt: ſed primùm quidem ordinis ac functionis, deinde etiam in his maiorum minorumve graduum rationem eſſe habitam , ſicut ex iis locis, quos ante notauimus, facile eſt animaduertere.

Confirmatur Vermilij interpretatio, & quid nominibus panis, & nummi intelligatur.

4. Reg. c. 12

Cæterùm, cũ primùm hæc omnia ad Pontificis arbitrium nutúmque fierent, quẽ veriſimile eſt, cùm ex lege, tum ex conſuetudine habuiſſe rationem diſcriminis, & geometrica proportione potius quàm arithmetica cuncta diſtribuiſſe: poſterioribus ſeculis ab Ezechia rege, & Azaria Pontifice nonnulli Leuitæ diribitores inſtituti ſunt, qui diuidundis eſcis nummíſque præeſſent. Igitur ab eo tempore, & deinceps, quod quemque accipere ius faſque eſſet, ab his tribuebatur. Prius tamen ſolius Pontificis imperio res tota gerebatur, & quos ipſe iuſſiſſet, eam prouinciam ſuſcipiebant. Et quanquam dubium non eſt, quin per ſingulas vrbes vicinæ regionis decimas Sacerdotes ac Leuitæ perciperent, nulli tamen eorum quæ in templum offerrentur, prærerquàm oppidò pauci participes eranr, nec alij ferme, quàm qui præſentes ſacri muneris functiones obibant: fungebantut autem ſoli, quos ipſe ſummus ſacerdos adhibuiſſet. Nam cùm de claſſibus vtriuſque ordinis, & temporum officiorúmque viciſſitudine nihildum ſtatutum eſſet, ſummi Pontificis conſilium ac poteſtas erat, quos veller admittere. Neque enim confertim omnes admitti poterant, neque quos ipſe optaſſet, ſingulariter aſſumere vetabatur. Itaque, inquit Scriptura, cùm poſteri tui, æmulo tuo ſummum Pontificatum obtinente, vix olim ſperent ad offerendas hoſtias, & rem diuinam faciendam aditum reperire poſſe, ne prorſus eo compendio priuentur, & à ſacrificiis & oblationibus alieni fiant, orabunt vel ea conditione recipi, vt ex iis, quæ ſiue de victimis, ſiue ex nummis, aliiſque oblationibus ſacris operantes perciperent, minimam ipſi partem acciperent. Quibus verbis Deus, cùm illis paupertatis atque inopiæ terrorem iniicit, tum viles atque inglorios in ſuo grege futuros minatur. Sed iam ſatis ſupérque prior illa interpretatio à nobis explicata eſt. Quæ quanquam præclarè videatur ſcripturam hanc, pro vt Vermilius ipſe legit, explanare: quoniam tamen cum vulgari noſtra editione minimè conſentit, quæ, ſi diligentius excutiatur, reperienda eſt ab Hebraica veritate neutiquam diſſidere, alius nobis ſenſus, ſi fieri poteſt, inueſtigandus eſt. Literam primùm videamus.

Varia trãſlationes.

Chaldæus Paraphraſt. tametſi ſuperiori ſententiæ fauere videatur, nonnullam tamen difficultatem patitur. Quid enim hoc eſſe dicemus, *Veniet ad humiliandum ſe illi, ad megha argenti & buccellam panis.* Septuaginta clariùs quemadmodum & Iſidorus Clarius. 70. habent, *ἥξει προσκυνῆσαι αὐτῷ ἐν ὀβολῷ ἀργυρίου, καὶ ἐν ἄρτῳ ἑνί. Veniet ad adorandum eum in obolo argenti, & in pane vno.* Iſidorus, *Vt adoret eum, & offerat nummum argenteum, & tortam panis.* Arias verò articuli ל rationem non habuit. Quem ſi ſequi voluerimus, ad hunc ferè modum verbum ex verbo exprimemus: *Veniet ad incuruandum ſe ei, minuto argenti & torta panis.* Quod tametſi nonnullis probari ſentio, atque in primis Montano, ad vitandam articuli amphibologiam: illam tamen hac ratione augeri potius, quàm tolli exiſtimo; adhuc enim apud Latinos incertum eſt, quo ſenſu accipi debeat,

A instrumenti, an finis: nam eo caſu vtrumque intelligi poteſt. Deinde nec ſatis ſyncera eſt eiuſmodi interpretatio: Neque enim is articulus ל, ablatiuo magis quàm datiuo conuenit: quinimò frequentius datiuo à Grammaticis tribuitur. Fertur & genitiuo etiam nonnunquam adiungi. Accuſatiuum præterea ductat ſæpiſſimè, & motum ad locum oſtendit. Poſtremò non paucas præpoſitiones ſua multiplici ſignificatione æquiparat: velut ad, cùm, pro, in, &c. Quis igitur putet verum eius ſententiæ intellectum detracta illa præpoſitione elici poſſe? At, quæ præ cæteris, inquis, magis tribui debeat, difficillimum eſt ſtatuere. Eſto: ſed nihil vetat eorum iudicium ſequi, qui cùm Hebraicam linguam apprimè calluerunt, tum

Articuli ל vſus varius ac multiplex in Scripturis.

B diuino numine afflati ſacros libtos explicuiſſe creduntur. Tales fuerunt Septuaginta, qui cùm venturos Heli poſteros ad adorandum in obolo æmulum ſuum expoſuiſſent, Latinus interpres, explanationis gratia cùm orationis feciſſet mentionem, oboli quoque vſum edocuit, nempe quod ab iiſdem incuruis ac ſupplicibus eidem offerretur. Quid enim aliud interpretari poſſumus illud, *adorare ac ſupplicare in obolo*, quàm adorando obolum offerre? Sed habet præterea noſter, *vt oretur pro eo.* Fortaſſis hoc dicit, etiam ſequeſtres adhibituros, quòd repulſam vereantur: aut certè vtroque modo paſſiuè, & actiuè dictionis vim exprimere voluit. Nam להשתחות לו *lehiſcttabhaoth lo*, quod à

Optima tranſlatio.

C radice שחה deſcendit, atque humiliare ſe, incuruare, proſternere, procumbere, ſupplicare ſignificat, cùm hoc loco ex poſtrema coniugatione, quam hithpaël vocant, petitum ſit, nullo diſcrimine actiuè, paſſiuéve ſumitur. Hactenus diſcuſſa eſt illa caligo literæ, diluxit, patet, videmus omnia: reſtat igitur, vt ſenſus quoque inſpiciendus ſit, & ſi quid eſt, quod in ipſa orationis ambage deliteſcat, reſeratur.

Animaduerte itaque recténe hanc ſententiam interpteter, nam hoc mihi dicere vir ille Dei videtur: cùm Abiatharo non modò ſummo gradu deiecto, verumetiam in exilium acto, nullus iam tanquam iure poſtliminij teditus ſperari poſſet, futurum fuiſſe, vt poſteri eius atque nepotes munuſculis riualis olim ac competitoris ſui, tum autem præfecti atque antiſtitis elatum animum inflectere, atque expu-

Proponitur alia interpretatio.

D gnare tentarent; quò vel ſaltem pateretur eos in ſortem ſecundi otdinis ſacerdotum reſtitui. At quî tandem opus foret, dicet aliquis, ambire tam anxiè atque ſolicitè? Nunquid non Heli nepotes abſque cuiuſquam fauore ſacerdotes naſcituri erant? Audies. Nam cùm priùs quidem duo principes ſanctuarij, ſiue principes Dei (ſic namque Scriptura loquitur) authoritate cuiuſdam ſcripti, Dei manu exarati, quod ſe accepiſſe diuinitus Dauid referebat, inſtituti eſſent, & reliqua item ſacerdotum turba in vices vigintiquatuor diſtributa: Abiathar, ſiue eius nomine filius Achimelech, nequaquam in ordinem eorum, qui vicibus fungerentur, redactus eſt, quin potius æqualem cum Sadoc dignitatem ſortitus, ſuæ ſtirpis, id eſt familiæ Ithamar, quæ in octo claſſes ſeparata erat, præ-

Duo principes Dei ſiue ſanctuarij authoritate diuina à Dauide conſtituti.

1. Paral. c. 24.

fecturam obtinuit. Igitur, cùm deinceps, vt A minatur Deus, Salomon eundem Abiatharum expulſurus eſſet, & ſummum ſacerdotium abrogaturus, conſequens profectò fuit, vt tandem aliquando omni prorſus ſacerdotio poſteri eius exciderent; cùm neque iam auitis pollerent honoribus, neque inter claſſes minorum ſacerdotum haberentur. Hoc vero poſtquam eueniſſet, ſi quidem vel inter minores referri vellent, neceſſe omnino fuit, vt in aliquam deſcriptarum claſſium Pontificis autoritate allegerentur. Quod vt conſequi poſſent, eatenus coactos iri prædicit, vt obſequio & munuſculis æmuli ſui beneuolentiam aucupentur & captent. Nam quod ſcriptum eſt, *offeret*, eius generis obſequia erga Pōtificem deſignat: B quod autem ſubdit *nummum argenteum*, & *tortam panis* commemorat, eorundem egeſtatem atque inopiam prædicat. Hæc ſunt igitur quæ mihi dicere vir ille Dei viſus eſt. Nunc denique factum æqua lance perpendamus, & an peſtis aliqua Simoniæ in verbis illis deliteſcat, inquiramus. Neque enim à paucis Giezi, puer Eliſæi Prophetæ, primus ex antiquis ea labe infectus perhibetur. Tametſi, quod ſpectat ad Giezi, vt hoc interim dicam, ſi factum illius accuratiùs expendatur, non video, quo tandem iure Simoniæ inſimulari poſſit. Nam neque pactum aliquod interceſſit, neque ab inuito quicquam extorſit, aut concuſſione vlla vſus eſt: ſed quæ ille vltro obtulerat, immò potius partem oblati muneris exiguam, & quidē poſt C impetritam curationem, ne conducta potius quàm gratuita videretur, Eliſæo nequaquam conſcio repetere auſus eſt. Quod ſcelus vt furtum, fraus, auaritia, calumnia, temeritas, mendacium meritò dici poſſit, quid tamen habeat cum Simonia commune hactenus percipere non potui.

Giezi factū non videri ad Simoniam pertinere.

De Simonia; & an Heli nepotes ea labe inficiendi prædicantur.

AT verò nemo erit, opinor, qui neget Simoniæ ſcelus eſſe manifeſtiſſimū, ſi quis Sacerdotium pretio compararet: id namque verè eſt, Spiritus ſancti gratiam ſeu rem diuinam, quæ ab eo gratis conceditur, ab hominibus pecunia redimere, pecuniæ autem nomine non D ſola moneta intelligenda eſt, ſiue aurea illa ſit, ſiue ærea, aut etiam argentea, verùm illud omne quod homines poſſident, aut pretio æſtimari poteſt. Siue ſeruus ſit, inquit S. Auguſtinus, ſiue vas, ſiue ager, arbor, pecus; quicquid horū eſt, pecunia dicitur. Ideo autem, ait, pecunia vocata eſt, quia antiqui totū, quod habebant, in pecoribus habebant. Iouenio & profeſſionem clientelæ ſiue homagium titulo de Simonia cap. *Ex diligenti*. ſi præſtitum ſit ea conditione, vt beneficium conferatur, Simoniæ notam inurere. Et S. Gregorius à Gratiano relatus, cauſa 1. quæſt. 1. cap. *Sicut nonnulli*. Aliud, inquit, munus eſt ab obſequio, aliud munus à manu, aliud munus à lingua. Munus quippe ab

Propheta verbis futuram Heli poſterorum Simoniam ſignificari.

S. Auguſt.

S. Gregor.

Munus triplex.

A obſequio, eſt ſubiectio indebitè impenſa. Munus à manu, pecunia eſt. Munus à lingua, fauor. Ab his omnibus illi religioſè cauendum docet, qui ſacros ordines aut recepturus ſit, aut collaturus, ni velint turpiſſimum illud Simoniæ crimen incurrere. Quod quidem ſi quolibet horum modo incurritur, cùm vir Dei poſteros Heli muneribus cum ſummo Pontifice acturos prænunciet, quò in partem aliquam functionis ſacerdotalis admittat, dubium eſſe non poteſt, quin illa vaticinatio tantam eis inopiam portendat, vt nouo eatenus & inaudito flagitio egeſtati ſuæ ſtudeant conſulere. Quanquam, ne quid diſſimulem, duo quædam ſunt, quæ locum hunc à tali ſuſpicione purgare videantur. B Primum eſt, ipſa muneris exiguitas, nam quæ nullius fere momenti ſunt, pro nullis habentur. Alterum, quòd ſpontánea futura erat oblatio, non coacta, non extorta, non vllo pacto aut conuentione ſtipulata.

1. Obiectio à muneris exiguitate ſoluitur.

Et quidem quòd ad rei leuitatem attinet, ratio ipſa docet eſſe cōtemnendam. Nam quæ munera prohibentur hæc ſunt, quæ animum illecebris capere poſſunt, & ab officio auocare. Vilia autem ſi offerantur, locupletem ineſcare non poterunt, neque eiuſdem animi cōſtantiam inflectere. Porrò hæc ratio etiam Eccleſiaſtica autoritate confirmatur. Nam tit. de *Simonia*. cap. *etſi quæſtiones*. hæc nobis traduntur: nimirum, in muneribus dandis, vel accipiendis tria maximè attendenda eſſe: perſonæ C ſcilicet dantis & accipientis qualitatem: quantitatem muneris: & donationis tempus. Qualitatem perſonarum, vt à quo, & cui, videlicet, an à paupere diuiti, vel è conuerſo, ſiue à diuite locupleti datum fuerit. Æſtimationem muneris, & donationis tempus, ſi magni vel minoris pretij res data exiſtat, ſi inſtante neceſſitate, ſeu alio tempore conferatur. His ita conſtitutis negat ibi Pontifex tramiſſum equū à fratre Strigon. Archiepiſcopi Cardinali cuidam, qui eius cauſa venerat vt illi pallium traderet, poſſe vllam Simoniæ ſuſpicionem parere, cùm eſſet ille potentiſſimus, & Cardinalis alioquin eo indigeret, vtpote qui mari venerat, nec eſſet ad iter agendum equis ſatis inſtructus. Ac deinde ſubdit: Quod autem ſcriptum eſt: *beatus qui excutit manus ſuas ab omni munere*: de illis donis dictum eſt, quæ accipientis animum allicere, vel peruertere ſolent: quoniam D ſi ipſa etiam perſona electi offerat ordinatori vel conſecratori ſuo electuarium, aut de vino, ſiue de aliis huiuſmodi, quæ modici pretij fuerint, & quæ voluntatem recipientis inclinare vel mouere non debeant: non tamen Eccleſia Romana interpretari conſueuit, accipientem in his delinquere vel donantem. Hæc ibi. Quorum ratio eſſe poteſt, quòd etſi corruptelę procul à ſacris arceantur, mutua tamen beneuolentiæ commercia interdici non debent, cùm ſint illa diuino iure omnibus plurimùm commendata. Quinetiam S. Hieronymus in 3. cap. Micheæ Prophetæ, cùm in Simoniacos inueheretur videtur in rebus viliſſimis nonnihil indulgere. Sic enim ait: Sed fac eum accepiſſe (nimirum Samuelem quartam partem ſtateris

Eſaiæ c 33.

S. Hieron.

1 Reg c 3.

à Saül pro munere prophetiæ) ſtipes magis æſtimandæ ſunt Tabernaculi, quàm munera prophetiæ. Siclus enim viginti obolos habet: & quarta pats ſicli quinque ſunt oboli. Et noſtri igitur Sacerdotes, ſi volunt vẽdere prophetiam, & columbas in cathedris ſuis proponere, quas Dominus flagello ſobuertit: vtinam non pretia villarum, ſed quinque obolos acciperent. Hæc Sanctus. At longè etiam minor eſt pecuniæ ſumma, de qua hîc agitur, nam vt docuit nos antea R. Kimhi, ſicli profani decima pars fuit. Quo magis conceſſurum credimus S. Hieronymum, vt illi acciperent.

2. Obiectio à voluntatis prolixitate.

Sed iam ad aliam quoque conditionem accedamus, quæ priùs viſa eſt Simoniam excuſare. Hanc ſatis approbat, mea quidem ſententia, eadem ratio, quam Pontificis ſupra memorati reſcripto ſubiecimus. Neque enim cuiquã, quòd aduerſus alterum beneficentiam liberalitatémqoe præſtiterit, fraudi eſſe debet, aut vetitum eſt aliquando oblata ab altero beneuolentiæ pignora grata acceptáque habere: ſed cauetur iniuſto fauori ac corruptelæ, quæ pactis potiſſimum, conuentis, ac ſtipulationibus mentes euertere ſolet. Quare his prorſus interdicit lex Eccleſiaſtica, cætera permittit, quæcunque de ambitu accuſari oon poſſunt. Idoneum authorem affero S. Gregorium, qui 1. quæſt. a. ca. *Sicut Epiſcopum*. ita docet: Is autem, qui ordinatus fuerit, ſi non ex pacto, neque exactus, neque petitus, poſt acceptas chartas, & pallium, aliquid cuilibet ex clero, gratiæ tantummodo cauſa, dare voloerit; hoc accipi nullomodo prohibemus: quia eius oblatio nullam culpæ maculam ingerit, quæ non ex ambientis petitione proceſſit. Hactenus S. Gtegorius. Tametſi porrò hæc vera ſunt, vt ſemel vtrique obiectioni ſatisfaciam, nulla tamen arte Heli nepotes à culpa liberari poterunt. Nam ſi hoc ſcelus vel ſola mente, nullo dato munere admitti poteſt, muneris, vt reor, tenuitas, quantumuis exiguum illud ſit, labem illam non abſterget. Neque enim egeſtatis ſignificatio, innocentiæ reparatio eſt; & alioqui non debet mediocre donom videri, quod par eſt opibus offerentis, aut etiam ſuperat. Deniqoe conuenta & ſtipulationes manifeſta ſunt: *Iube me*, ait, *participem fieri ſacerdotiorum*, quaſi diceret: Idcirco enim hoc ego te munere dignatus ſum. Hui apagete manifeſtam Simoniam.

S. Gregor.

3. Obiectio quòd vſum duntaxat ſacerdotij redimere voluerint.

Quid ſi quis eos dicat non ab illo mercari Sacerdotium, illod namque ſibi vendicabant vel ſolius naturæ beneficio: ſed functionis poteſtatem atque vſum voluiſſe, quam pulſo ſuo patre ad tempus amiſerant? Reſpondeo, neque functionem ipſam nundinari licuiſſe. Ad eandem enim gratiam artinet Sacerdotij collatio, & poteſtas vſus. Neque enim Sacerdotij quidem ſanctitas à Deo eſt, vtendi autem poteſtas ab hominibus: ſed vtrumque ab eodem gratis, & primum quidem ob ſecundum: neque enim alia tatione Sacerdotium confertur qoam vt exerceatur. Itaque qui alterutrum vendit, pari ſe crimine obligat. Num igitur qui vicariam functionem obeunt, & conſtituto ſtipendio alterius nomine Sacramenta diſpenſant, omnes ſcelerati ſunt? Abſit. Quis enim prohibeat, quod indulget Apoſtolus, eos, qui altari ſeruiunt, ex eodem, quantom ſatis ſit emolumenti percipere? *Nemo*, vt ait, *ſuis ſtipendiis militat.* Sed neque pollicitus eſt Dominus, eos, qui ſacris operantur, interim dum rei parandæ curam abiiciunt, cæleſti rore aliturum. Oportet igitur ſumptus oeceſſarios aliunde ſuppeditari. Sed ſi eiuſmodi vicariam functionem pretio comparent, aut certè miniſtrandi licentiam tuſve ſtipulentur, continuò etiam rei cenſendi ſunt. Ita docet Concilium Chalced. apud Gratianũ 1. quæſt. 1. cap. *Si quis Epiſcopus*. Et Vrbanus Papa ibidem quæſt. 3. cap. *Saluator*. qui & ſanctũ Auguſtinom laudat eiuſdem ſententiæ dudom aſſertorem. Et iterum de Simonia cap. *Conſulere*. manifeſtiſsimè.

Vicariam functionem pro se redimere non licet.

Concilium Chalced. Vrbanus Papa.

4. Obiectio emolumenta, non ſacerdotium emi.

5. Abbo Martyr.

Quid ſi iterum ne hoc quidem emere ſtudeant, ſed emolumenta ipſa quærere, quæ plurima ex ſacrificiis proueniebant: naoi hoc eorum conſilium Scriptura ſatis indicat, dum addit: *vt comedam bucellam panis?* ne ſic quidem à me abſoluentur. Memini enim quæ olim reſponderit Sanctus Abbo martyr Floriacenſis Monachus cuidam Bernardo Abbati Bellilocenſi, à quo ſomma quædam pecuniæ tum à Comite Tholoſano, tum ab Archiepiſcopo Bituricẽſi exigebatur, vt in Epiſcopatus Catburcenſis poſſeſsionem mitteretur. Hoioſmodi, inquit, emptores, quaſdam velut telas aranearum texunt, quibus ſe defendoot, quòd non benedictionẽ, ſed res Eccleſiæ poſſeſſuri emũt. Cuius verò poſſeſsio eſt Eccleſia niſi ſolius Dei? quis eius dominus niſi Deus? quia etſi præſens Eccleſia iodiget duobus aduocatis, vno in rebus temporalibus, altero in ſpiritualibus, neutrum tamen habet vt dominum, qui eam vel vendere poſsit, vel emere, quam Chriſtus redemit ſoo ſanguine. Danſque ei conſilium addit: Nunquam ergo fieri hæreticus vllo modo acquieſcas, quia inaniter de peccatis pœnitentiam agit, qui eam fidem impugnat, quam ſub ſanctis Apoſtolis Catholica tenuit Eccleſia. Acquieuit ille ſancti martyris conſilio. Paſchalis autem Pontifex 1. qoæſt. 3. cap. *Si quis obiecerit*. Si quis, inquit, obiecerit non conſecrationem emi, ſed res ipſas, quæ ex conſecratione proueniunt, penitos deſipere probatur. Nam cùm corporalis Eccleſia, aut Epiſcopus, aut Abbas, aot tale aliquid ſine rebus corporalibus in nullo proficiat, ſicut nec anima ſine corpore corporaliter viuit; quiſquis horum alterum vendit, ſine quo nec alterum prouenit, neutrum inuenditum derelinquit. Nullus igitur emat Eccleſiam, vel præbẽdam, vel aliquid Eccleſiaſticum: nec paſtellum, vel paſtum antea vel poſtea pro huiuſmodi ſoluat. Hactenus Pontifex. Idem etiam ſentit amborum ferme æqualis B. Petrus Damiani, qui eiuſdem erroris, ſeu potius hæreſis, nonnullos Gothfredi Ducis Tuſciæ Capellanos ſuo tempore authores facit. Cum iiſdem diſputat libro 5. Epiſtolarum epiſtola 13. libro autẽ primo epiſtola 13. de eorundem pertinacia cum Alexandro 2. ſummo Pontifice vehementiùs expoſtulat. Nuper, inquit, cum in excellentiſsimi Ducis

Paſchalis Pontifex.

Confutatio præcedentis obiectionis.

B. Petrus Damiani.

Gothfredi verſaremur alloquio, duo quidam A ex Capellanis eius, vnus vt erat barbarus, barbarico oomine Tudetchinus, alter verò natiooe Venetus, Ioannes vocabatur. Hi nimirum tanquam Hymenæus & Philetus in prædicatione Pauli; vel certè tanquam Iannes, & Mambres tempore Moyſi, reſiſtentes veritati, hanc non ceſſabant diſſeminare doctrinam, hanc Catholicam, atque Canonicam fatebantur eſſe ſententiam: videlicet, vt iure Simoniacus non dicatur, quiſquis abſque manus impoſitione Epiſcopatum comparaſſe conuincitur. Dicebant enim, quia cùm hoc fit, non diſtrahitur Eccleſia, ſed facultas: nec emitur Sacerdotium, ſed poſſeſſio prædiorum. Sub hac B enim præſtatione pecuniæ, opes tantùm, non honoris, vel Eccleſiæ redimitur Sacramentum. Venalia ſiquidem ſunt, ſicut aiunt, vnde fiot diuites: gratis accipiunt, vnde fieri debeant ſacerdotes. O nouum Schiſmaticorum genus, & os ſacrilegum æterni ſilentij cenſura damnandum! In vna ſiquidem hominis perſona duos eſſe conſtituunt: vt vnus ſit ſacerdos ſub peccato vænundatus, alter autem diues ſub taxatione pecuniæ cõparatus. Ipſe velut alter Sardanapalus inter delicias eructet conuiuantium; ille tanquam Apoſtolus in regimine præſidcat animarum. Hoc ergo modo qui comparat agrum, puluerem terræ tantum, non ſegetum dicendos eſt comparaſſe prouentum: plagiarius etiam, qui diſtrahito hominẽ, non animam iudicandus eſt vendidiſſe, ſed carnem. Immò cum legamus, quia corpus hominis quadrageſimo ſexto die poſt materiæ conceptionis initium, plena fnrmetur diſtinctione membrorũ, C atque mox diuinitus animetur; quoniam non anima, ſed caro duntaxat ex paterno ſemine prodüt, ergo pater carnem tantummodo dicendus eſt genuiſſe, non prolem, quæ ex anima conſtat & corpore. Quod cum penitus abſurdum ſit, & meritò pater ille dicatur, ex cuius femore ſola caro ſit egreſſa, non anima: ſic ille proculdubio dicendus eſt mercator Eccleſiæ, qui per terrena, quæ tedemit, ad honoris culmen aſcendit, & per corporalis commerciũ locri, emptor efficitur nihilominus Sacramenti. Deinde multis probat ex ipſo ritu inueſtituræ, quæ à principibus redimitur, quàm verum ſit eam redemptionem ad Simoniæ crimẽ pertinere. Probat & argumentis ab ipſa bonorum natura & qualitate deductis. Nam cùm prius Act. 4. pretia agrorum à fidelibus ad pedes Apoſtolorum afferrentur, ſuccedente tempore melius viſum eſt, eadem ipſa prædia offerri. Sic namque fieri poſſe, vt eſſet perpetuum D beneficium, & maior vtilitas, cùm ad Eccleſiam, tum ad pauperes, quorum illa patrocinium ſuſcepit, inde rediret. Hæc verò poſtquã Domino conſecrata ſunt, cùm ſancta haberi debeant, vltra pretio venire non poſſe. Leuitici 27. *Omne quod Domino conſecratur, ſiue homo, ſiue ager, non vendetur, nec redimi poterit. Quidquid ſemel fuerit conſecratum, ſanctum Sanctorum erit Domino.* Ecce hîc manifeſtiſſimè prohibetur, ea, quæ Domino conſecrantur, vel vendi debere, vel redimi; ſed iuſſum eſt inquit, ea ſancta Sanctorum iugiter permanere. Poſt hæc verò nos non ſolùm clericos redemptores Eccleſiaſticorum bonorum, ſed etiam Principes eorumdem venditores in Simoniæ laqueos ſe induere docet, & probat ſacrorum Canorum authoritate. Nec eos modò qui pecunias accipiunt, verum etiam qui ratione obſequij ac mercedis loco conferunt. Non enim, inquit, Laban pretium à Iacob accepit cùm filias venderet, ſed eius tantum miniſterio atque induſtria in paſcendis pecoribus vſus eſt. Geneſ. 31. Plura leges apud eundem epiſtola 3. libr. 2. Igitur ne ſic quidem licet ſacris miniſteriis obrepere, aut ſacras ſportulas, & ſtipendia Eccleſiaſtica, tanquam res profanas pretio liceri, ſed eum, qui gratis talem gradum adeptus ſit, ſua natura conſequuntur: emptori autem addici nullo modo debent.

5. *Obiectio pro introitu offerri potuiſſe.*

Reliquum eſt igitur, ſi quidem eos à ſcelere immunes aſſerere volumus, vt dicamus ea munera, tanquam pro enthroniaſtico, ſeu inſtallatione, vt vocant, offerri potuiſſe. Nam hoc ſemper vtroque iure tum ciuili, tum Eccleſiaſtico licuiſſe compertum eſt. Verùm ea quoque excuſatio quantum momenti habeat, paulò attentius conſiderandum eſt. Et quidem quoad imperatores ſpectat, leges vno ore prædicant pro introitu aliquid erogari permiſiſſe: licet non eundem omnes pecuniæ canonem ſtatuant, neque ſatis de loco, & perſonis conſtet, in quos velint eam conferri. At iura inter ſe Eccleſiaſtica parum conſentiunt. Verùm delibemus prius pauca quædam ex iure ciuili, cætera deinceps quæ neceſſaria videbuntur, maiori ſtudio quæſituri. In primis igitur Iuſtinianus Imperator inſinuatiua dari prohibet, *Nouella* 56. præterquam in maiori Eccleſia Conſtantinop. Sunt autem inſinuatiua, quæ Græci ἐμ-φανιστικὰ vocant, ea quæ nouitij clerici præbent veteribus pro ſuo introitu: quæ ſi de Epiſcopis ſermo ſit, dicentur Cathedratica. Rationem etiam adiungit, quare id prohibendum duxerit: Quoniam, inquit, Domini Dei miniſteria & functiones non per venditionem, nec per mercationem fieri aliquam volumus, ſed purè & citta redemptionem. Sic enim rei digni fient nulla venditione aut mercatione facienda.] Mirum e[illegible] lector, cùm de rebus Eccleſiaſticis ſtatuunt [illegible]culi principes, quibus non acerra, ſed ſceptrum commiſſum eſt, ni hallucinentur. Nam, vt cætera taceam, quomodo per te licet io principe Eccleſia, quod nuſquam licet, ſiquidem inſinuatiua refers ad ſacrorum miniſteriorum nundinationem? Aliàs verò, cuicunque Epiſcopo ſiue clerico noo ſolùm permittit, verùm etiam hortatur quodlibet offerre pro introitu ſuo: modo id non perſonis, ſed loco ſiue Eccleſiæ tribuat, in quam allegitur, ſiue cuius, vt ait, ſacerdotiũ ſuſcipit: Quoniam hoc, vt ait Nouella 123. cap. 3. non eſt emptio, ſed oblatio. Datur enim Eccleſiæ, non priuato alicui. Et eiuſdem cap. 16. quærit: Quid ſi Eccleſiæ aut loco dare aliquid voluerit? Reſpondet: non ſolùm, inquit, non prohibemus hoc fieri, ſed etiam magis inuitamus eos talia pro ſalute animæ ſuæ facere. Nos enim illa

Iuſtinianus Imperat.

ſolùm prohibemus, quæ propriis perſonis quibuſdam præbentur, non quæ ſanctis Eccleſiis, aut aliis venerabilibus locis offeruntur. Tertiò tamen etiam aliquid Epiſcopi miniſtris indulger, ea lege, ne quando muneris magnitudo vnius anni prouentum eiuſdem ſacerdotij ſuperet. Sed neque clericum cuiuſcumque gradus, inquit, dare aliquid ei à quo ordinatur, aut alij cuilibet perſonæ permittimus: ſolas autem præbere eum conſuetudines iis, qoi ordinantium miniſtrantes ſunt, ex conſoetudine accipientibus, vnius anni emolumenta non tranſcendentem. Poſtremò tam ipſe, quàm Iſaac etiam Comnenus Imper. in conſtit. imper. veteres cõſuetudines circa Epiſcopos reliquoſque clericos obſeruari præcipiunt, & antiquas largitiones quas canonica vocat, præberi. Cæterùm pro conſuetudinibus, inquit, Iuſtinianus eiuſdem Nouell. conſt. 123. cap. 3. illa ſola permittimus præberi ab ordinatis Epiſcopis, quæ ſubſeqoenter præſenti legi inſerta ſunt. Iobemus igitur Beatiſſimos Archiepiſcopos & Patriarchas, hoc eſt ſenioris Romæ, & Conſtantinopoleos, & Alexandriæ, & Theopoleos (ea eſt Antiochia) & Hieroſolymorum, ſi quidem conſuetudo habet, Epiſcopis & cleticis in eorũ ordinatione nõ minus quàm viginti auri libras dare, (efficiunt 1440. aureos) ipſa ſolummodo præberi quæ conſuetudo recognoſcit: plus autem ab hac quantitate nihil ſupra viginti auri libras præberi. Metropolitas autem à propria Synodo, aut à beatiſſimis Patriarchis ordinatos, & alios omnes Epiſcopos, qui aut à Patriarchis, aut à Metropolitis ordinantur, dare pro inthroniſticis quidem (ὑπὲρ ἐνθρονιαστικῶν Scrimger. pro Cathedratico Iulianus.) ſolidos centum: notariis aotem ordinantis, & aliis miniſtrantibus ei, & ſolenniter accipientibus, ſolidos trecentos. Si verò Eccleſiæ reditus minus quidẽ quàm triginta auri libras (efficiunt 4320. aureos) per annum reddant, non minus autem quàm decẽ, dari pro Inthroniſticis ſolidos centum. Aliis autem omnibus, qui ex more capiũt, ſolidos 200. Si verò minus quidem quã decem, non minus aotem quàm quinqoe auri libras Eccleſiæ reditus eſſe contigerit: pro Inthroniſticis quidem dari ſolidos quinquaginta: omnibus autem aliis ex conſuetudine percipientibus, ſolidos docentos. Si autem minùs quàm quinque, non minus autem duas auri libras (efficiunt aureos 144.) Eccleſiæ reditus habeat, pro Inthroniſticis ſolidos decem & octo: omnibus autem aliis ex conſuetudine percipientibus, ſolidos 24. Minus habentẽ reditus Epiſcopatũ nihil omnino dare permittit. Hęc verò, inquit, percipientes primus Presbyter ordinãtis Epiſcopi, & Archidiaconus ex cõſuetudine percipientibus diſtribuant. Hæc Iuſtinianus, cũ quo etiam Iſaacum Comnenũ Imperatorem coniungam, qui Nooell. Imper. libro 2. ita loquitur: Maieſtas mea ſanxit, vt tam in ordinatione ſacerdotum, quam in Canonico antiqua ſanctio vigorem obtineat. Neve quid amplius in ordinatione capiat Epiſcopus, qui ſacerdotẽ ordinat, præter ſeptẽ nummos aureos præſtantioris monetæ maieſtatis meæ: videlicet vnum,

Ibidem cap. 16. Elenchus eorum quæ iubens imperatores Epiſcopos & clericos pro Cathedraticis & Iſagogicis, nec non & ordinationibus perſoluere.

Iſaac Comnenus Imperator.

A quando eum ſimplicem Papam ſiuo lectorem facit: tres, quando Diaconum ordinat, & alios tres, quando ſacerdotẽ. Similiter nomine Canonici à viro, habente triginta fumaria, ſimilis nummus aureus vnus exigatur, argentei duo, aries vnos, hordei modij ſex, vini menſuræ ſex, farinæ modij ſex, triginta gallinæ. Et poſt nonnulla: Quemadmodum in veterum exactorũ ſigillis hæc præſcripta ſunt, & maieſtati meæ cõſentiens omnium depoſitio prouincialiom probauit. Iſta Iſaacius, quibus hæc addita ſunt: Cum hac verò aurea formali bulla, confecta eſt etiam 15. menſis Ianuarij, indictionis 10. à ſanctiſſimo illo Patriarcha Domino Nicolao Synodalis annotatio, quæ iubet vt ſecundum hãc B auream bullam Canonica, ac pro ordinatione dentur.] In hac additione, qua imperatoriæ cõſtitutioni quæri videtur authoritas, quod ad numerum indictionis attinet, errorem eſſe neceſſe eſt. Nam Comnenus quidem indictione 10. anno 1057. iouaſit imperium, qoo ſe 1059. indictione 12. abdicauit, & ſucceſſore deſignato monaſticam vitam profeſſus eſt; at eo imperante non Nicolaus aliquis, ſed Michael Cerularius, ac poſt eum Cooſtantinos Protoueſtiarius Conſtantinopolitanam Eccleſiam adminiſtrauit. Nicolaus autem iſte cognomento Grammaticus, longo poſt tempore in locom defuncti Euſtathij, Alexio Comoeno Imperatore, anno 1089. indictione 12. ſuffectus eſt.

Cæterùm eiuſmodi Imperatorum ac regum C ſanctiones, cùm in alienam meſſem, vt aiunt, falcem immittunt, tantùm roboris atque fidei obtinere debent, quantùm cum ſacris Eccleſiæ legibus conſentiunt: quarum ſe illi quidẽ vindices ac religioſos cultores profitentur, probare tamen nonnulli eorum non poſſunt. Et de Iſaacio quidem minimè mirum eſt, ſi nonnunquam temerè, quæ non debuit Eccleſiæ præſcribat: hoc enim ſedes illa commerita eſt, quę à ſe iugum ſummi Pontificis excuſſerat, vt Imperatoris libidini permitteretur: qoi non modò ea quæ diximus, in eo ſchiſmate ſanxit, verũ etiam monaſteriorum facultates omnes, relicta tantummodo ſtipe Deo ſeruientiũ monachorum, vt docet Coropalata, fiſco addixit. Quorum deinceps inſtitutum, vrgentibus eò diuinæ iuſtitiæ ſtimulis, quã tantis ſceleribus prouocarat, in monaſterio Studij ſuſcipere coactus eſt. Tantæ porrò ſuperbiæ fuiſſe fertur, vbi tyranD nicè Imperiom adeptus eſſet, vt ſtatim regio numiſmari, vt ſcribit Ioann. Curopalata, ſpataphorus impreſſus ſit, qoo ſignificaret, nõ omnia accepta Deo referre, ſed propriæ virtuti, & rei militaris peritiæ: At verò Iuſtinianus, qui multorum laudibus religionis ergò celebrari meruit, ſi intra ſacrorũ Canonum metas, quas ſibi initio conſtitutionis iſtius, vt teſtatur, definiuerat, conſtanter ſtetiſſet, nulla forte ſatis idonea ratio appareret, cur in illum animaduerteremus. Nam etſi leges Eccleſiæ cõdere viſus ſit, cum in ea quæ Dei ſunt, ius imperiúmqoe non haberet: & meritò eidem reſpõderi poſſet, quod olim S. Ambroſ. Valentiniano Iuniori Epiſtola 33. Nolite grauare Imperator, vt potes te in ea quæ diuina ſunt, imperiale aliquod

ius

Leges Principum, cum de rebus Eccleſiaſticis ſtatuunt, quam vim habere debeant.

Qualis fuerit Iſaacius Imperator.

Google

ios habere. Noli te extollere. Sed ſi vis diutius imperare, eſto Deo ſubditus. ſcriptum eſt: Quæ Dei, Deo: quæ Cæſaris, Cæſari. Ad Imperatorem palatia pertinent, ad Sacerdotē Eccleſiæ: attamen idcirco factum excuſare potuit: quod cùm pluresante eum Principes hæretici Imperium tenuiſſent Zenon, Baſiliſcus, Anaſtaſius: & Patriarchæ item nonnulli hæretica labe infecti ſedes orientis occupaſſent, neceſſe fuerit collapſam Eccleſiæ diſciplinam in integrum reſtitui, hæreticorúmque alumnos, qui ſeſe paſſim Eccleſiis immiſcuerant, formidoloſiori, quàm Eccleſiam deceat, cenſura cohiberi. Sæpè etenim hæretici, qui Eccleſiæ manſuetudini illudunt, terrore imperij coercentur. At verò nonnunquam zelo præcipitatus, vt arbitror, ſed non ſecundum ſcientiam, (erat enim alioqui ἀναλφάβητος ſiue abecedarios, vt Suidas auctot eſt, & Trihoniano præſertim iureconſulto in componendis legibus vtebatur: quod genus præterquam quod fuit ferè ſemper in Eccleſiam contumax, tum etiam is erat à fide alienus.) Tam abſurdè in ſacros Canones impegit, ſeu potius eos conculcauit, vt ſacroſanctos Epiſcopos & Patriarchas, Eccleſiæ proceres, præfectorum Prouincialium tribunalibus obnoxios feciſſe, initio Nouellæ 115. non obſcurè indicet. Quare meritò addoctus ſum, nequid crederem illi conſtitutioni, quam prius exſcripſi: veritus ne, dum patrum canones prædicat, ſua nobis, id eſt profana pro ſacris ingereret. Cum itaque eas, quas commemorat, conſuetudines apud ſacros auctores me legiſſe non meminerim, aliunde quærendum ſtatui, quid de his certò tenendum ſit, & an is qui ſacerdotio aliquo initiaretur, promouenti aliquid valeat impertiri.

Qualis Iuſtinianus.

Igitur ſanctos Gregorius regiſtri libro 4. cap. 44. relatus à Gratiano 1. quæſt. 2. cap. *Sicut Epiſcopum.* ita decernit: Sicut Epiſcopum non decet manum, quam imponit, vendere, ita miniſter, vel notarius non debet in ordinatione eius vocem ſuam vel calamum venundare. Oblatum tamen ſponte munus poſt confectum negotium, recipere non vetat. Quod iterum repetitur, de Simonia. cap. 1. Quanquam gloſſa notarium, ſi ſit laicus excipere videatur. Et eodem titulo cap. 39. Si qua eiuſmodi conſuetudo inoleuerit, vt pro conſecrationibus Epiſcoporum, vel benedictionibus Abbatum, aut clericorum ordinationibus exigatur, prorſus reprobatur, & interdicitur. Capitulo autem 9. manifeſtè quocunque nomine cenſeantur inſinuatiua, ſiue Enthroniſtica, lege lata ex Concilio Lateranenſi prohibentur. Sic namque ibi legimus. Horribile nimis eſt, quod in quibuſdam Eccleſiis locum venalitas perhibetur habere: ita vt pro Epiſcopis, vel Abbatibus, ſeu quibuſcumque perſonis Eccleſiaſticis ponendis in ſedem, ſeu introducendis Presbyteris in Eccleſiam aliquid requiratur. Putant autem plures ex hoc licere, quia legem mortis de longa inoaluiſſe conſuetudine arbitrantur: non attendentes quòd tanto grauiora ſunt crimina, quanto diutius infælicem animam tenuerunt alligatam. Quem morem, ſi quis præterea vſurpauerit, portionem, inquit, cum Giezi ſe nouerit habiturum. Et manifeſtiùs etiam Innocentius 3. eiuſdem tituli de Simonia. cap. 36. vetat Archidiaconos, & decanos quos vocant rurales, quicquam pro Eccleſiarum inueſtitura tanquam ſuo iure petere. Prauam, inquit, illam conſuetudinem de tua prouincia ſtudeas abolere, per quam pro Eccleſiarum inueſtitura, Archidiaconi marcham argenti, minores verò decani vaccam albam ſibi dari poſtulant, vel certam ſolui pecuniæ quantitatem. Canonici etiam Eccleſiæ Aprutinenſis capite quadrageſimo quarto, ſeuerè à Gregorio nono obiurgantur, quòd Canonicum in idem Collegium adſcriptum, Canonico ſtipendio, ſiue præbenda idcirco priuarent, quòd debito, vt volebant, ex conſuetudine conuiuio, eos non excepiſſet: Iuberque nihilominus æqualem cum cæteris prouentuum partem percipere. Quis igitur deinceps turpem iſtum quæſtum, totque Pontificum decretis damnata Cathedratica, ſiue Emphaniſtica non deteſtetur? Fertur tamen Gregorius ſecundus (ne fortè cuiquam videar fucum facere voluiſſe) Enthroniaſtica ab Archipræſule Senonenſi & eius ſuffragantibus, nec non eioſdem diœceſis abbatibus, Senonenſi Archidiacono pro inſtallatione ſua perſolui ſolita, & approbaſſe, & in poſterum, vt ſoluerentur abſque vlla contentione iuſſiſſe. Gregorianom diploma ad verbum exſcripſit Choppinus libro primo ſacræ politiæ, titul. octauo, articulo decimo quarto, qui & fontem ipſum aperit, vnde conſuetudo illo manarat. Nam propterea, inquit, omnes harum diœceſium Epiſcopi, quæ ſacræ Senonum præfecturæ contribuuntur, honorarium quoddam præſtare tenentur Senonenſi Archidiacono, quod ſingulas illas regiones Euangelica primùm luce colluſtrarit Serotinus Diaconus Senonenſis, eóque diuinorum oraculorum interprete ex Romana vrbe huc profecto, harum partiom indigenæ fuerint Chriſtiano initiati Sacramento. Ex hinc enim creditum, Senonenſes Archidiaconos, qoi earum diœceſum præfectis tradebant ſacroſancti faſtigij poſſeſſionem, (velut Chriſtiani illius ſeminarij monimentum) ab iis accipere munus aliquod conſueuiſſe. Hæc Choppinos. Quæ certè iis, quæ ſuperiùs à nobis dicta ſunt, non præiudicant, cùm longè alia ſit huius nummariæ præſtationis ratio, quàm quæ à ſummis Pontificibus reprobatur. Aliud eſt enim conceſſum ab antiquis religioni teſtimonium repoſcere, aliud tanquam pro labore mercedem, aut pro gratia beneficium, ſeu potius pretium extorquere. Percunctemur nunc, inquit Choppinus, eiuſ-

Inſinuatiua prohibentur.

Choppinus.

Eorum quæ pro introitu conferuntur duplex differentia.

dem tituli articulo duodecimo tolerabile ſit neene, aliquid pro introitu ſacro ſodaliter erogari. Negabis forſitan, iſagogieon dependi in eam cauſam oportere. Rem ita puto diſtinctione dirimendam; aut Eccleſiaſtico ſtatuto (nimirum collegij, ſibi prioris anni Sacerdotij vacantis fructus applicantis) onus caducariæ pereeptionis redituum iniungitur ipſi Canonicatus ſacerdotio in piam cauſam, & tunc valebit ſacrorum ſodalium conſtitutio, vt ſanxit Honorius tertius capite *tua nobis*. de verborum ſignificatiou. Et Innocentius tertius capite vltimo, *De iis quæ fiunt à maio. par. capit*. Vbi nominatim de ſacra fabrica ſummi Rotbomagenſis delubri. (His certè prophanis vocibus auctor iſte abundat, quibus, dum ſtudet latiùs loqui, pias aures & eruditas plurimùm offendit) ſecundum quos idem Bonifacio octauo probatum capite *ſi propter. de reſcrip*. Aut verò onus illud perſonæ indictum eſt, impoſitumque: eo caſu talem conſuetudinem non habemus, nec Eccleſia Dei, vt qui ſacris ſuperni numinis operantur aſſiduè, iis dicata ſtipendia, alimentáque detrahantur. Innocentij tertij reſcripto Iacobus de Symon. Guymierus accuratè titulo de annatis. Hæc ille. Arbitror autem ne ſic quidem Heli poſteros Simoniæ crimen effugere poſſe. Aliud namque eſt propria largiri, quo mittaris in poſſeſſionem Sacerdotij, aliud, ſi quę ſunt eidem ſacerdotio bona annexa, partem eorum in pios vſus ab eo, qui Eccleſiæ procreationi præfectus eſt, transferri. Hoc namque licitum eſt, niſi forte Pontifici omnem in facultates Eccleſiæ poteſtatem abrogamus, & negamus, quod affirmat Apoſtolus, curam illi omnium Eccleſiarum incumbere. Deinde & reliqui, qui ſecundum eum aliquo aut iure aut iuriſdictione nituntur, quantum auctoritatis obtinent, tantundem poterunt ex iis, quæ ſuæ poteſtati permiſſa ſunt, ad maiorem Eccleſiæ vtilitatem legitimè diſpenſare. At verò re propria cum aliquo paciſci, quò annexam Sacerdotio hæreditatem adire liceat, aperta nundinatio eſt. Nam quod tuum eſt, largiris ob pactum, & cum conditione vtili: das namque vt faciat: quod genus contractus ad eam ſpeciem attinet, qui innominati dicuntur. At ſi is qui beneficium Eccleſiaſticum confert, partem fructuum aliquando ſubducat, aut totos aliquanto tempore, non tu hoc ipſum tribuere dicendus es magis, quàm ille ſuo iure vti, qui poteſt, ſi quando melius, aut certè neceſſarium viſum fuerit, de eo ſecus diſponere. Neque ſatis idonea ratio eſt, cur tu mihi Sacerdotij functionem miniſteriumve obiicias, quod ſuis ſtipendiis fraudari non debeat. Etenim non certo aliquo pretio cum miniſtris ſuis Eccleſiæ conuenit, ſed ſatis eſt, ſi pro eorum dignitate, neceſſitati conſulat. Sed neque cur eius, qui ſtipendia teſtamento legata, aut donatione fundata conſtituit, intentionem conſiliumve obiectes: indiget

Quam ob cauſam Heli poſteri ne ſic quidem excuſari poſſint.

A enim nonnunquam ſuprema hominis voluntas interpretatione. Ius autem interpretandi non penes quoſcunque eſt, ſed penes ſupremum Eccleſiæ antiſtitem. Dici autem non poteſt præter illius intentionem fieri, qui annuos ſumptus fundauit, ſi quando illi in neceſſarios vſus, ad eiuſdem beneficij conſeruationem, aut etiam melius aliquid conferantur: tum enim non ille iniuriam, ſed beneficium potius accipere cenſendus eſt.

Addetur his alia difficultas, ſi dicamus Heli poſteros, non quò Sacerdotium pretio compararent, aut de emolumentis ſiue ingreſſu paciſcerentur, pecuniam & alia munera

6. Obiectio obtuliſſe munera ad redimendā vexationem.

B obtuliſſe: ſed, vt Sacerdotio, quod illis debebatur, fungi liceret, & ſuam, quod aiunt, vexationem redimerent. Adhuc enim dubium eſſe poterit, num propterea tanti ſceleris infamia abſoluendos iudicemus. Duplici, vt opinor, diſtinctione opus eſt. Primam ſic explicat Diuus Thomas 2.2. quæſtione centeſima, articulo ſecundo ad 5. vt doceat nequaquam licere antequam ius in rem quæſitum ſit, aduerſariorum interceſſionem pecunia redimere. At enim eo pacto ad ſpirituales opes pretio via ſterneretur. Et confirmatur de *Simonia* capite vigeſimo tertio. At ſi iam dignitas legitimè parta ſit, ſed alius quiſpiam maleuolè innocenti negotium faceſſit; eum denique fas eſt & licet eius

C auaritiam tanquam offa obiecta placare. Ita probat Cæleſtinus 3. de *Simonia* capite vigeſimo octauo. Et Sanctus Rigobertus Archiepiſcopus Remenſis videtur ſuo facto comprobaſſe. Nam cùm ipſe iniuſtè exularet iniquiſſimo Caroli Martelli decreto, eſſétque in eius locum Milo quidam Abbas ab eodem per vim ſuffectus, hanc conditionem offerenti Miloni, ſi rebus propriis eidem cedere vellet, effecturum ſe apud Principem vt in Epiſcopatum reſtitueretur, ad horam vir Dei conſentire viſus eſt, eaque lege reſtitutionem ſuam pepigiſſe, quanquam tamen poſtea cùm ab exilio in vrbem rediiſſet, & à Milone, cuncta quæ illius fuiſſent, repoſcerentur, dixiſſe fertur: quæ ſua fuiſſent dudum Eccleſiæ tradidiſſe, nec ab ea eripere poſſe. Quare nec priſtinam ipſe dignitatem recepit. Verùm alia quoque diſtinctio

D neceſſaria eſt. Aut enim qui negotium exhibet nullo iure nititur, ſed pro ſua tantùm libidine affert moleſtiam: aut certè experiundi iuris gratia litigat, & iudicio contendit. Dicas igitur, vt ait gloſſa in cap. dilectus. de Simonia. quod ius ſuum nulli redimere licet in re ſpirituali; vbi ille qui petit, ius habet in re illa: quia Simoniam committeret: ſed agere debet per ſuperiorem. arg. 5. eodem. *Ad aures*. Sed cum ille qui vexat, nullum ius habet, niſi quia illum vexat de facto malitioſè, & iniuſtè: probabilius videtur pactionem cum eo pecunia conflare poſſe. Hæc gloſſa: cuius is ſenſus

Digitized by Google

Vt offerat nummum argenteum, &c.

A eſt, ſi de iute ſit controuerſia, eam vexationem pretio redimi non poſſe, ſed ſuperioris iudicio permittendom eſſe, quem iubeat è duobus beneficium obtinere. Quod ſi pecunia cum eo pangat, cum quo de iore contendit, quo minus ſuum ius experiatur: tum ſcelus admittere. Nam ſi huiuſmodi contentionis omiſſio rem illi vindicaſſit, qui ante iodicis ſententiam poſſeſſot legitimus haberi non poterat, quis neget eam poſſeſſionem pretio fuiſſe cõparatam? Tale fuit opinot crimen Heli nepotum, qui cùm eo delectu, qoem Dauid habuerat, in album Sacerdotum minorum relati non eſſent, vt eorum tamen haberetur ratio, muneribus à ſummo Pontifice impetrare ſtuduerunt. Nam B de illis meritò dubitari poterat, an eſſent adſcribendi cum cæteris, cùm id quidem qood poſtulabant, diuino decreto non eſſent conſecuti: illam verò ampliſſimam dignitatem, qua reliquis omnibus ex ſuo genere prelati fuerant, paterno ſcelere amiſiſſent. Illi igitur, cùm res multis implicata difficultatibus videretur, aleã iudiciorum veriti, contentioſè agere noluerunt: ſed niſi ſunt clam obrepere, & delinito donis ac muneribus Pontifice, ſe in Sacerdotiũ inſinuare, quod illo inuito ac repugnante vix potuiſſent.

Obiectio ſeptima.

Contra, Sacerdotium iiſdem conſtare, etiam poſt ſummi Pontificatus abdicationẽ omnibus perſpicuum fuit. Tametſi enim ſopremę dignitatis pterogatiua illi familiæ abtogata eſt, adhuc tamen ſecundi ordinis poteſtas cum ſtirpis perpetuitate illibata manſit. Sic enim Deus in ſceleris autores animaduerterat, & eorundem poſteritatẽ damnauerat, vt tamen polliceretur, C ex ea ſtirpe, qui ſacris altaribus inſeruiret, nullo vnquam tempore defuturum. Nam ſupra verſu 33. *Veruntamen non auferam*, Deus ait, *penitus virum ex te ab altari meo.* Tametſi igitur donis ac muneribus infenſum ſibi Pontificem cõciliare ſtuderent, quò cõceſſis à Deo honoribus per eum frui liceret, nequaquam tameo propterea in ſuſpicionem tanti ſacrilegij vocandi ſunt, ſiqoidem tota illa ratio donorum, oon ad Sacerdotij oundinationẽ, ſed ad delinitionem mitigationémque Pontificis pertinuit. Reſpoodeo primùm illud *Penitus* Hebræa nõ habere, deinde Septuaginta etiam non agnoſcere, immò nec Chaldæom Paraph. addidiſſe; Poſtremò pugnare cum reliqua ſentẽtia. Quomodo enim donis ac largitionibus ſacerdotium redimerẽt, qoo nunquam excidiſſent? Non poteſt itaque vox illa *penitus* ad perpetuam annorum ſeriem referri, tanquam nullo vnquam tempore ſacerdotio eſſent cariruri: quio potius hoc tantùm D negat perpetuò carituros, cum vellet tandem aliquando ad officiũ reuocari. Simpliciùs Septuaginta exponunt fore, vt quicunque calamitati ſuperſtes manſerit, idem mœrore atque inuidia coutabeſcat. *ϗ ἄνδρ' ἐὰν οὐκ ἐξολοθρεύσω σοι ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου μου, τοῦ ἐκλείπειν τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ*, &c. Et virum quem non diſperdã tibi ab altari meo, faciam deficere oculos eius, &c. Inde igitur Simonia manifeſtò prodit ſe, quòd cùm legitimè exautorati eſſent, ſacram functionem pretio recuperare conati ſint.

Obiectio 8. B. Petrus Damian.

Atqui pœnam ſceleris oomine impoſitam pecunia tedimere æquũ eſt, vt docet B. Petrus Damianus epiſt. 8. libri 5. quæ eſt ad Clericos Florentinos, & Daniel olim cap. 4. Regi Nabuchodonoſor cooſuluit. Item cùo pœnã quis ptetio commutat, qua ſola ab altaribus arcetur, non vſum ſacri miniſterij pecunia comparare credẽdus eſt, ſed obicem impedimentumque duntaxat amoliri: quod vtique nullo iure prohibitum eſt. Tandem, ſi quid eo pacto redimitur, tempus ſolummodo in cauſa eſt, cùm res ipſa extra controuerſiam ſit, rem etiam vſus abſque pretio conſequatur. Reſpondeo coodi- B tiones in textu expreſſas palàm docere, non ſolùm legitimum pœnitentiæ ſpatium pecunia præuetti, verumetiam, vt mihi quidem videtur, ea licitatione perſonæ ius quæri. Rem ipſam à principio paucis exponam, quò illud impendiò nunc magis Simoniæ vitus appareat. Familia Heli cùm ſecundi ordinis Sacerdotio fungeretur, ipſe propter ſingularem pietatem ac fidem, necnon & alterius familiæ, hoc eſt Eleazari, quæ Pootificatus apicem obtinebat, vt credere par eſt, negligentiam atque ſocotdiam, ad ſummi Sacerdotij faſtigium euectus eſt. Verũ deinceps cùm eo culmine principes eiuſdẽ familiæ perperam abuterentur, de abdicatione eiuſdẽ familiæ lex à Deo lata eſt: ea tameo conditione atque omine, vt non omnem penitus virum ex ea ſtirpe ab altari ſuo excideret. Terror primùm damnationis iſtius, & minæ propoſitæ ſunt: deinde, cùm illi propterea nihil aut parum cõmouerentur, ſententia exitum ſortita eſt. Pul- C ſus cum ſuis Abiathar à Rege Salomone, omni protſus Sacerdotio caruit: in quo quidem, lector, non tam quid Salomon egerit, ſpectandum eſt, quàm quod idipſum Deo autore perfecerit. Neque enim tam vi tegia aut metu ſacri muneris functionem inhibuiſſe putandum eſt, quàm ex lege diuina eidẽ, poſteriſque eius Sacerdotij poteſtatem abſtuliſſe: quam recipere nullo poſtea tempore licuit. Quod tametſi perpetuum futurum non erat, quantũ ſcilicet ad ſecundi gradus miniſteriom attinet; idem tamen poſterj eius, vrbem, poſt Salomonis exceſſum repetentes, tanquam iure poſtliminij repetere minimè potuerunt. Primùm, quia maiores eorũ eo ſe honore indignos pręſtiterant. Secundò, quia lege diuina abdicati atque eiecti fuerãt. Tertio, quia ipſi eiectorũ filij ſeu potius nepotes (nam Salomon quidem diutiſſimè regnauit, ſenex autem in ea domo oemo vixit) ſacro oleo nunquam delibuti fuerant, qoo Sa- D cerdotes conſecrari mos fuit. Adhæc ex priuatis parentibus non niſi priuati oaſci poterant. Denique non aliud ius Sacerdotij parentes eorum aliquando obtinuerant, quã quod eſſent diuino beneficio cooſequuti. Illud igitur cũ ob flagitiorum magnitudinem dudum amiſiſſent, ante reſtitutionis tempora ſibi vendicare iure non poterant. Quod ſi faciant, donis atque obſequiis Sacerdotij inunctionẽ & vſum mercantes, quis eos à Simonis labe puros & immunes aſſerat? Si quis tamen ita ſenſerit, Heli bra-

Munera illa Heli nepotũ videntur ad Simoniã pertinere.

A

chium ſiue ſacerdotiũ exercitio tenus præciſum fuiſſe, genti verò ſiue familiæ ſuum ius integrũ ſeruatum eſſe: iiſdem legibus quas ante præſcripſimus, Heli poſteros eo crimine abſoluet. Nos ſanè qood verius duximus, probabilirer amplexi, cum lectore communicare ſtuduimus. Vrget enim nos, vt ita ſentiamus, vocis illius emphaſis וְגַדַּעְתִּי *vegadaghthi* & præcidam, quod extirpabo Chaldæus Paraphr. vertit: Septuaginta ἐξολοθρεύσω ſiue diſperdam interpretati ſunt. גָּדַע *gadagh* excidere, ſuccidere eſt.

Simonia ſacrilegium, & hæreſis dicitur.

Porrò nihil tam deteſtabile, tamque peſtiferum quàm Simonia eſt. Illa ſiquidem, cùm rebus ſacris incubarit, omnem funditus pietatem euertit: B neque enim religio pecunia adminiſtrari, neque diuina gratia, cui tanquam fundamento omnis noſtra ſalus innititur, pretio redimi poteſt. Quamobrem non illos tantum qui ſe eo ſcelere polluunt, interimit, verumetiam reliquos omnes in ſummum diſcrimen adducit. Quò eſt deteſtabilior eorum turpitudo, qui lacerant eo genere rapacitatis Eccleſiã. Propterea namque & Sacrilegium dicitur, tanquam ſacrorum omnium corruptio atque profanatio: & item hæreſis, tanquam à vera fide alienatio: non enim in mores peccat duntaxat: ſed etiam fidem labefacit. Et Dominus quidem noſter, cùm mæchas & ſcorta & Publicanos ſumma cum manſoetudine non modò C exciperet, ſed etiam inuitaret, attamen eos qui in templo venderent, durè increpitos, nil loci religionem reueritus ipſiſſimo loco flagello plagis & verberibus multauit. Nec iniuria. Nã quæ alia peruerſitas atqoe malitia cum ea cõparari poteſt, quæ Spiritum ſanctum venalem habet? Etenim eo ſceleratior eſt improbitas, quò proximè Deum tanquam ſcopum petit. Deos immortalis euerte obſecto, & deteſtare procul à finibus noſtris teterrimam hanc belluam. Sed & ipſos Gentiles à redemptione ſacerdotiorũ abhorruiſſe Gothofredus annotat. ad l. 11. ff. de pollicitationibus & inter cętera flagitiorum portenta, quæ Caio Imperatore rempub. peſſundabant, Suetonius cap. 22. Hæc etiam recenſet, & vitio dat his verbis: Magiſteria Sacerdotij ditiſſimus quiſque & ambitione, & licitatione maxima vicibus comparabant. Item de Claudio cap. 9. eius vitæ. Seſtertiom, inquit, octogies pro introitu noui Sacerdotij coactus impendere, ad eas rei familiatis anguſtias decidit, vt cum obligatam ærario fidem liberare non poſſet, in vacuum lege prædiatoria venalis pependerit ſub edicto præfectorum. At non ſimiliter ſancto Guntchramno rege Francorum olim contigiſſe S. Gregorius Turon. author eſt. Nam cùm plores Remigio vita functo, munera offerrent, vt in eios locum ſufficerentur, ambientibus reſpondiſſe fertur: Non eſt principatus noſtri conſuetudo, ſacerdotium venundare ſub pretio: ſed nec veſtrum illud præmiis comparare: ne & nos turpis lucri infamia notemur, & vos Mago Simoni comparemini. Finem dicendi mecum faciet ſanctus Abbo Martyr, poſt quam duobus verbis, vt optauit, reges noſtros erit allocutus. Caueat, inquit, quicumque vult ſaluus eſſe (Hugonem & Robertum Reges alloquitur cap. 8. vitæ ſuæ ex Apologetico ſuo) Eccleſiam alicuius alterius, niſi ſolius Dei poſſeſsionem credere. Vnde Petro Principi Apoſtolorum dicitur. *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram, ædificabo Eccleſiam meam.* Meam, inquit, non tuam. Et Chriſtus alibi. *Domus mea, domus orationis vocabitur.* Pſalmiſta quoque: *Domum tuam Domine, decet ſanctitudo.* Si ergo Eccleſia non eſt Petri, cuios erit? aut ſucceſſores Petri audebunt poteſtatem ſibi vendicare, quam non habuit Petrus Princeps Eccleſiæ? Certè, cariſſimi Principes, nec Catholicè viuimus, nec Catholicè loquimur, qoando illam Eccleſiam dico eſſe meam, ille alteram dicit eſſe ſuam. Ac veluti quædam iumẽta, comparati iumentis inſipientibus, vtraſque aliquando venales proponimos, propoſitaſque ab aliis, emere non formidamus. Eſt etiam alius error grauiſſimus, quo fertur altare eſſe Epiſcopi, & Eccleſiam alterius cuiuſlibet domini: cum ex domo conſecrata & altari, vnumqoodque fiat, quod dicitur Eccleſia, ſicut vnus homo conſtat ex corpore & anima. Videte æquiſſimi Principes, quò nos ducit cupiditas, dum refrigeſcit charitas. Hæc ſanctus in Apolog. ſuo ad Hugonem & Robertum Reges, & refertur ab Aymoino Floriacenſi cap. 8. vitæ ipſius.

Suetonius. S. Gregor. Turon.

S. Abbo Floriacẽſis in Bibliotheca Floriac.

Eccleſia Chriſti eſt, non Petri, non Regum, aut cuiuſlibet hominis.

CAPVT TERTIVM:

PVER autem Samuel miniſtrabat Domino coram Heli, & ſer-
mo Domini erat pretioſus in diebus illis, non erat viſio mani-
feſta. 2. Factum eſt ergo in die quadam, Heli iacebat in
loco ſuo, & oculi eius caligauerant, nec poterat videre: 3. lu-
cerna Dei antequam extingueretur, Samuel dormiebat in tem-
plo Domini, vbi erat arca Dei. 4. Et vocauit Dominus Sa-
muel. Qui reſpondens, ait: Ecce ego. 5. Et cucurrit ad
Heli, & dixit: Ecce ego: vocaſti enim me. Qui dixit: Non
vocaui: reuertere, & dormi. Et abiit, & dormiuit. 6. Et adiecit Dominus rur-
ſum vocare Samuelem. Conſurgénſque Samuel, abiit ad Heli, & dixit: Ecce ego,
quia vocaſti me. Qui reſpondit: Non vocaui te fili mi: reuertere & dormi.
7. Porrò Samuel necdum ſciebat Dominum, neque reuelatus fuerat ei ſermo
Domini. 8. Et adiecit Dominus, & vocauit adhuc Samuelem tertiò. Qui
conſurgens abiit ad Heli, 9. & ait: Ecce ego: quia vocaſti me. Intellexit
ergo Heli quia Dominus vocaret puerum: & ait ad Samuelem: Vade, & dor-
mi: & ſi deinceps vocauerit te, dices: Loquere Domine, quia audit ſeruus
tuus. Abiit ergo Samuel, & dormiuit in loco ſuo. 10. Et venit Dominus, &
ſtetit: & vocauit, ſicut vocauerat ſecundò, Samuel, Samuel. Et ait Samuel:
Loquere Domine, quia audit ſeruus tuus. 11. Et dixit Dominus ad Samuelem:
Ecce ego facio verbum in Iſraël: quod quicumque audierit, tinnient ambæ au-
res eius. 12. In die illa ſuſcitabo aduerſum Heli omnia quæ locutus ſum ſu-
per domum eius: incipiam, & complebo. 13. Prædixi enim ei quòd iudica-
turus eſſem domum eius in æternum, propter iniquitatem, eo quòd nouerat
indignè agere filios ſuos, & non corripuerit eos. 14. Idcirco iuraui domui
Heli quòd non expietur iniquitas domus eius victimis, & muneribus vſque in
æternum. 15. Dormiuit autem Samuel vſque manè, aperuítque oſtia domus
Domini. Et Samuel timebat indicare viſionem Heli. 16. Vocauit ergo Heli
Samuelem, & dixit: Samuel fili mi? Qui reſpondens, ait: Præſto ſum. 17. Et
interrogauit eum: Quis eſt ſermo, quem locutus eſt Dominus ad te? oro te ne
celaueris me. hæc faciat tibi Deus, & hæc addat, ſi abſconderis à me ſermonem
ex omnibus verbis, quæ dicta ſunt tibi. 18. Indicauit itaque ei Samuel vniuer-
ſos ſermones, & non abſcondit ab eo. Et ille reſpondit: Dominus eſt: quod bo-
num eſt in oculis ſuis faciat. 19. Creuit autem Samnel, & Dominus erat cum
eo, & non cecidit ex omnibus verbis eius in terram. 20. Et cognouit vniuer-
ſus Iſraël à Dan, vſque Berſabee, quòd fidelis Samuel Propheta eſſet Domi-
ni. 21. Et addidit Dominus vt appareret in Silo, quoniam reuelatus fuerat Do-
minus Samueli in Silo, iuxta verbum Domini. Et euenit ſermo Samuelis vniuer-
ſo Iſraëli.

A

VERSVS I.

Puer autem Samuël miniſtrabat Domino coram Heli, & ſermo Domini erat pretioſus in diebus illis, nec erat viſio manifeſta.

Solon apud Philonem.

SOLON Athenienſium Legiſlator, vt refert Philo de mundi opificio, ætates hominis deſcripſit his verſibus elegiacis.

Impubes pueri ſeptem voluentibus annis
Claudunt enatis dentibus eloquium.
Poſt alios totidem, diuorum numine dextro,
Occultum pubis naſcitur indicium.
Ætates hominu.
Annis ter ſeptem prima lanugine malas
Veſtiet, ætatis robore conſpicuus.
Quartus id augebit iam ſeptenarius, iſque
Optima virtutis proferet indicia.
Adde alios totidem, feſtinans ocius ætas
Coniugio monuit quærere progeniem.
Sexta ætas animo ſi quid deeſt, addet, eáque
Diſces quid deceat, quid quoque dedeceat.
At quæ ſuccedunt per proxima ter duo luſtra,
Ornabunt linguam dulcibus eloquiis.
Non ætas languet, tum frigida membra retardant
Virtutem non vnquam interituram animi.
At quiſquis decimam poterit contingere metam,
Iam tempeſtiuo funere conciderit.

C

Hippocrat.

Ita quidem Solon. Hippocrates verò medicus apud eumdem Philonem ait: ſeptem eſſe ætates, infantis, pueri, adoleſcentis, iuuenis, viri, ſenioris, ſenis. Sic autem enumerat. In hominis natura ſeptem ſunt tempora, quas ætates vocant, infans, puer, adoleſcens, & reliquæ. Infans eſt, donec intra ſeptennium dẽtes amittat, puer vſque genituræ excretionem, ad geminatum ſeptennium. Adoleſcens vſq; barbæ hirſotiem, ad annum ter ſeptimum. Iuuenis vſq, dum creſcit totum corpus, ad quater ſeptimum. Vir vſque vnde quinquageſimum, ad ſepties ſeptimũ. Senior vſque ſextum ſupra quinquageſimũ, ad octies ſeptimũ. Quicquid verò deinceps ſequitur, ad ſenium pertinet.

Ariſtoteles.

Ariſtot. autem l. 2. artis Rhetoricæ ſic ætatum diſcrimina diſtribuit; vt eſſent νέοι, id eſt, iuuenes vſque ad trigeſimũ annum: ἀκμάζοντες, id eſt, vigentes, quoad corpus, vſq; ad trigeſimum quintum: quoad animum,

D

circiter annum quadrageſimũ nonum: πρεσβύτεροι, id eſt ſeniores deinceps.

Horatius. Varro.

Horatius quatuor tantũ ætates definiuit, Varro quinque: at verò Scriptura non plures tribus quantũ ad Leuitas pertinet agnouiſſe videtur. Nam quicquid eſt quod præcurrit tẽporis ante annum vigeſimum quintum, id totũ pueritiæ tribuit, ceſsitq; Deo volente in tyrociniũ, quò perfectius leges & instituta miniſteriorum ſuorum addiſcerẽt.

Ætates Leuitarũ iuxta ſcripturam.

Inde verò ad annum quinquageſimũ ſuccedebat virilis ætas, quę tota in miniſteriis obeundis terebatur. Reliqua deinde ætas iã ſatis ſpectatis ac rude donatis, munerum vacationem in perpetuum impetrabat. Has ita recenſet & explicat ſuo more Philo, eo libro, quem inſcripſit, quod deterius potiori inſidietur.

Philo Iudæus.

A

Hæc eſt, inquit, lex Leuit. *A viginti quinque annis ingredietur, vt miniſtret in tabernaculo teſtimonij: & à quinquageſimo anno miniſtrare ceſſabit, ſuccedẽte fratre in miniſterium. Ipſe autem cuſtodiet cuſtodias, opera verò non operabitur.* Ergo dimidiũ perfectionis habentẽ (perfecta enim ratio quinquagenaria, cuius dimidium viginti quinq;) operari permittit, & ſancta facere, approbantẽ ſe operibus: eſt autem principium, teſte antiquo prouerbio, totius dimidium: Cæterùm perfectum non iam laborare, ſed quæ per exercitationem laborémque acquiſiuit, cuſtodire. Abſit enim, vt eorum ſim meditator, quę mox ſeruare nõ liceat. Ergo exercitatio ad mediũ ſtatum pertinet, non per-

Earundem ætatum tropologica interpretatio.

B

fectio eſt. Fit enim non in perfectis quidem animis, ſed tamen ad faſtigium tendentibus. At cuſtodiæ perfectum officium, memoriæ mandare contẽplatiua exercitia ſanctorum, ſcilicet fideli cuſtodi pulchrum ſcientiæ depoſitum, quę ſola cõtemnit obliuionis caſſes multiplices. Itaque memorem eorum quæ didicit, rectè cuſtodem appellat. Hic autem prius quam exerceretur, alterius docentis erat diſcipulus. Factus autem ad cuſtodiam idoneus, aſcitus iam in docẽtium dignitatem ac ordinem, fratres ad miniſteria ſua doctrina ſubſtituit, hoc eſt ſermonẽ ſuum enũtiatiuum. Dicitur enim quod miniſtrabit frater eius. Itaque probi viri mens, cuſtos ac promaconda eſt virtutis dogmatum. Frater verò eius ſermo miniſtrabit, eruditione cupidis enarrans

C

ſapientię contemplationes & dogmata. Ideóq; Moſes benedicens Leui, poſt alia mirãda infert hoc quoque: *Cuſtodiuit eloquia, & teſtamentum tuum ſeruauit.* Ac mox: *Manifeſtabũt iuſtificationes tuas Iacob, & legem tuam Iſrael.* Ergo ſatis docet, & eloquiorum & teſtamenti Dei probum virũ cuſtodem eſſe. Quin & iuſtificationum legúmque interpretem, ac doctorem eundem optimũ indicat: quando interpretatio per cognatum inſtrumentum, vocale ſcilicet peragitur: cuſtodia verò circa mentem examinatur, quæ eſt magnũ conditorium à natura fabricatum, facilè capax cogitationum omnium, quibus vel corpora vel res comprehendimus. Hæc Philo. Quæ nos idcirco retulimus, quoniam occaſione ætatũ corporis, mentis quoque, ſeu potius virtutis ætates gradúſque deſcribit. Nam quo tẽpore ab aliis ad virtutem inſtituimur, tum animæ pueritiam deſignat, poſtquã verò iam ſumus edocti, & in

D

ipſo virtutis ſtadio gnauiter exercemur, nos viros vocat: ſeniores autem eos, qui doctrina pariter & meritis exculti, in aliis erudiendis ſtudium & operam collocãt. Propterea igitur Samuel adhuc puer dicitur, non ſola ratione ætatis, ſed quod hactenus præceptis informaretur ad cultũ religionis, & ſimul aliquo vſu imbueretur. Etenim Afranius Poëta dixit, ſapientiam vſus & memoriæ eſſe filiam. Non enim ſolũ libris, ſed potiſſimùm operibus comparari. Et eſt verſus Pacuuij, quem Macedo Philoſophus dicebat deſcribi oportere pro foribus omnium templorum, ego odi homines ignaua opera, & Philoſopha ſententia. A. Gellius Noct. l. 13. c. 8.

MINISTRABAT.] τὸ λειτουργεῖν. eſt autem λειτουργία publicum munus Græcis. Populum Plutarchus in Romulo, vt & curiam λήϊτον vocat

Gothofred.

λειτουργία.

Herodotus: munere publico etiam funguntur, qui ſacris rebus vacant. ff. de iure immunitatis l.5.§.2. Hinc illud Luc.1.v.23. de Zacharia, poſtquã impleti ſunt dies officij eius, Græcè λειτουργίας miniſtrationis. Et Acto.23.v.22. Inde ἑσπερινὴ λειτουργία Theodoreto 4. Eccleſiaſticę hiſtorię 1. veſpertinę precationes. Ac ne ſi quidem ſoli λειτουργοὶ, ſed etiam magiſtratus: ad Rom.13.v.6. & flãma & ignis Dei λειτουργοὶ dicuntur ad Hebr.1. v.7. quin & Dominus ipſe ad Hebr.8.v.2. etiam miſſa eo nomine vocatur. De qua Nouell. 7. 120.133. Et ff. de iure immunitatis l.5.§.6. publicum munus eo nomine vocatur. Ad quod hæc annotauit Gothofredus.

Puerilis ætas qua ratione tractanda.

S Iſid Pel.

Miniſtrabat igitur id eſt non illum Heli neglig͡ẽter habebat, aut otio atque inertia egregiam indolem corrumpi ſinebat, ſed iuſtis laboribus auguriiſque exercebat. Sic namque decet eos, quos cupimus ad virtutis apicem euehere, maturè in palæſtram deducere, ſedulóque prouocare, vt certare diſcant, ſéque ipſos ætatémque ſuam animi robore ſuperare. Verùm prudentiſſimè monet S. Iſid. Peluſ. l.1. Epiſtolarum, Epiſt.258. Monaſticæ vitæ tyrones, inquit, nec regulæ iugo onerare immodicè oportet, ne ſtatim in ipſis præludiis animis frangantur, ac deficiant: nec rurſus indomitos ac laborum expertes relinquere, ne in ſocordiam ac ignauiam prolabantur: verùm paulatim ad altiora prouehere: vt quemadmodum Iſaac, ſenſim progredientes, in maiorem magnitudinem euadant. Nam quod immodicus labor efficit, hoc quoque ingens negligentia incuriáque præſtat: ille videlicet proſternens, hæc autem eneruans & emolliens. Non modo autẽ Samuel miniſtraſſe dicitur, ſed miniſtraſſe corã Heli, & quidẽ Domino. Etſi enim ex præſcripto hominũ religioſis officiis exercemur, non tamen illud qualecũque eſt obſequium, hominibus exhibemus, ſed Deo. Perpende itaq; animo accuratè qualẽ ſibi miniſtrum Deus ex voto cooptet, nimirum, qui candore atque innocẽtia ad modũ pueri immaculati præfulgeat. Nec enim toties puerũ deſignaſſet, cuius ætatẽ ne ſemel quidẽ nominauit, niſi illius optimam indolẽ, & mentis integritatem cõmendare voluiſſet. Neque enim omnes pueri pari morũ ſimplicitate atq; ingenij docilitate præditi ſunt. Teſtes illi infœlices, quos magno numero Eliſeo Prophetæ inſultãtes vrſi

4. Reg c.2.

de ſaltu erũpentes iugularunt. Verùm iſte puer, quẽ nulla adhuc corruptelę labes inquinauerat,

Quid ſit miniſtrare Domino.

immaculato flore ętatis Domino ſeruiebat. Nec verò temerè notari credendum eſt, miniſtraſſe eũ, non in tabernaculo, ſed Domino. Nã & hoc verè dici potuit, cũ non alibi quã in tabernaculo deſeruiret. Sed Scriptura docere nos voluit, eũ ſyncero animo Domino obſequium præſtitiſſe. Nã ex iis, qui in tabernaculo diuinis miniſteriis exercentur, non omnes Domino ſeruiũt: ſed plures ſibi, ſuiſque cõmodis obſequuntur. Neque ad eos mihi ſermo eſt, quorũ ego vitæ inſtiturũ odi atque execror, nimirum, qui colligendis & abſumẽdis duntaxat frugibus incumbũt, ceterùm à miniſterio & legitimis oneribus abſtinent: ſed ad eos mihi ſermo eſt, quorũ ſolertia Eccleſiaſticis muneribus exercita, lucris

A & cõpendiis potius, quàm moribus cõponendis inuigilat. Tu verò, ne in eũdem fortè errorẽ lapſus ſis, diligenter excuties. Sic autẽ maximè teipſum deprehẽdes, & ingenij tui ſenſa explorabis, ſyncerόne an magis alieno animo eã prouinciam ſuſceperis, & etiamnum adminiſtres. Etenim ſi plus inde emolumenti tẽporalis percipere ſtudeas quam virtutis, & plus te delectet cõgerere quã erogare, philautiæ reus tenebere. In eo nãque tibi manifeſtè places, non Deo: ac proinde nec eidẽ obſequeris. Quid enim aliud eſt, obſecro, cuiquam obſequi, quã ſequi quod ipſe velit? Tibi autem vni famularis, cùm ea facias quæ animum oblectent tuum, Deo autem diſpliceant. Quare etiam à teipſo mercedẽ exigere debueras, & ab Eccleſię ſtipẽdiis abſtinere. B Quomodo enim non iniquum eſt alienis ſtipẽdiis tibi ſoli mereri? At puer iſte *Domino miniſtrabat*: Cuius nimirum caſtitas, & innocẽtia, & fides, & pudor, & obedientia gratũ Deo obſequium reddebant. Atq; illud ipſum corã Heli.

Vocis coram *ſeu* לפני *vberior explicatio.*

CORAM *Heli.*] Quid iſtud verbi eſt? An non ſatis eſt placere Deo, niſi te etiã hominibus probes? Vide quid Scriptura ad perfectũ innocentis animæ miniſterium requirat: vt etiam id corã Heli exhibeatur. Sed quid ſibi vult ea conditio, aut quis ſenſus horũ verborum, *corã Heli?* Non vna eſt interpretatio, lector, huius dictionis *liphnei* לפני. C Aliquando enim rẽ apertè & palàm geri tantum ſignificat, maximè ſi cũ *Domino* copuletur, vt ſæpe in ſcripturis, aut peccaſſe homines *coram Domino*, aut corruptam eſſe terram *coram Domino* ſcribitur: quod nõ aliud ſignificat quàm proiectam eorum audaciam, qui publicè peccant. Nonnunquam verò aliquid fieri *coram Domino* perinde eſt atque illo volente, & ita fieri procurante, aut etiam decernente: vt cũ Gen.6. dicitur à Domino, *Finis vniuerſæ carnis venit coram me*, non aliud innuit, quàm eum ſtatuiſſe ob ſcelera hominum totum genus internecione delere. Aliàs approbationem denotat, vt capite Geneſ.7. Cùm Dominus aſſerit ſe Noë iuſtum inueniſſe *coram ſe*, id eſt, vel ſeipſo iudice. Nam plures quidem eo nomine gloriantur apud homines non intus, ſed in cute noti: Aſt ego qui lynceis oculis abditiſſima quæque penetro, etiã D te iuſtum eſſe in veritate comperi. Exaggerandi etiam vim habere non rarò animaduertimus. Vt cùm Geneſ.10. Nembrot dicitur *venator robuſtus coram Domino*, illud ſic accipiendum eſt, quaſi pronũtiaretur robuſtiorem inuentum eſſe neminem. Obſeruaui & illud ad exprimendam protectionem vſurpari. Nam eo ſenſu dixit Abraham Geneſ.17. *Vtinam Iſmael viuat coram te*, id eſt, te protegente, & curam illius ſuſcipiente. Sępenumero verò notitiam deſignat. Neque ea phraſi quicquam frequentius in ſcripturis, quàm fieri aliquid *coram Domino*, id eſt, quaſi eo vidente átque inſpiciente, id enim coram nobis fieri dicimus, quod nos minimè latet. Comperi etiam quibuſdam locis pro poteſtate & arbitrio poni. Vt cùm Geneſ. 20.

Vocis coram varia & multiplex ſignificatio.

MINISTRABAT DOMINO CORAM HELI.

ait Abimelech rex Geraris *terra coram vobis eſt, vbicunque tibi placuerit habita.* Mihi enim dicere viſus eſt: terram hanc omnem poteſtati tuæ permitto, penes te eſt eligendi libertas; nemo voluntati tuæ refragabitur. Fungitur & vice teſtimonij, quemadmodum cum Abraham Geneſ. 23. agrum emens dixit, *Tradat mihi Ephron coram vobis*, hoc eſt vobis teſtibus. Arbitror & ad tyrocinij rudimenta referri, ita vt illud *coram* nihil aliud indicet, quàm magiſtri ipſius inſtantiam, quo tempore tyronum exercitationi præſidet. *Ambula*, inquit Deus ad Abraham Geneſ. 10. *coram me*: id eſt, me rectore tuos greſſus dirige; *& eſto perfectus*, macte virtute, & ad perfectionis culmen aduola. Nec id quoque ſilentio prætereundum eſt, quod præcedenti capite notauimus, nimirum, coram aliquo B ambulare, ſtare aut agere quippiam, idem eſſe, atque eo pacto illius gratiam inire, & fauorem promereri. Addet poſtremò & alios plures huiuſce locutionis vſus, qui ampliorem diligentiam adhibuerit: nobis iſta ſufficiant. Igitur Samuelem *Domino miniſtraſſe coram Heli* perinde eſt, ac ſi diceretur, eodem præceptore atque magiſtro ſummo Pontifice, in cuius manum ab optima matre ſua datus erat, necnon eodem inſpectore, teſte, atque arbitro, ſic puerum ingenuè ac ſedulò miniſtraſſe; vt puer quidem non mediocrem ab inſtitutore ſuo gratiam iniret: ipſe verò pædagogus vehementer admodum de alumni ſui pietate gauderet. Et quidem ſic ſe habet huius vocis interpretatio.

C Reliquum eſt, vt ſi quid inde ſpiritualis emolumenti percipi valeat, inueſtigemus. Hoc itaque Samoelis exemplo ob oculos poſito, palàm eſt, opinor, Scripturam non probare inſanam eorum arrogantiam, qui ſolo ſuæ conſcientiæ teſtimonio freti, hominibus, vt aiunt, placere non ambiunt. Eiuſmodi enim contemptus non ab humilitate, vt videri volunt, ſed à philautia ducit originem. Etſi namque æquum ſit, quorundam de nobis opinionem negligere, qui Dei leges cõtemnunt, nec quicquam aliud probent, quàm quod mundo arrideat; non licet tamen eorum, qui nos ſacris inſtitutis & moribus imbuunt, iudicium aſpernari, quin potius quantùm in nobis eſt, debemus nos noſtráque ſtudia illis approbare. Sic enim fiet, vt maiores in virtute progreſſus faciamus, & ſi quid, vt aſſolet, difficile aut ambiguum occur- D rerit, minùs ab incœpto itinere aberremus; cùm ad eorum proximè ſententiam accedamus, qui de rebus optimè iudicare norunt. Addam poſtremò, eodem ſpectando Pontificem potuiſſe edoceri. Nam & illud propterea arbitror *coram* eſſe poſitum, quò magis liberorum ſuorum peccata aduerteret, non ſolùm, ſed etiam animaduerteret. Nam quæ inter ſe plurimùm differunt, ſi coram obiiciantur, vehementius ſuum diſcrimen produnt, ſéque mutuò manifeſtant. Samuelis obedientia filiorum eius contumaciam, diligentia negligentiam, ſimplicitas malitiam, caſtitas impudicitiam, Religio impietatem arguebat: & quid facto opus eſſet, vitæ ſuæ exemplo admonebat. Puer ſeniorem, Leuita ſacerdotem, magiſtrum

Non tantùm Deo, ſed etiã rectoribus noſtris, nos noſtráque probare debemus.

Conſpectus bonorum malos arguit.

A diſcipulus non loquendo, ſed piè ſe gerendo erudiebat, & quibus moribus ſuos filios præſtare deberet oſtendebat. Ne igitur poſſet eorum adoleſcentiam excuſationis loco prætexere, Scriptum eſt: *coram* eo adoleſcentulum modeſtè & ſanctè ſe habuiſſe. Neque enim deinceps ætati indulgendum fuit; cùm non eſſe illud vitium iuuentutis ex pueto manifeſtè appareret, ſed peruerſæ atque deprauatæ iuuentutis.

ET SERMO DOMINI ERAT PRETIOSUS.

ET *ſermo Domini erat pretioſus.*] Vermilius: id eſt iam raro à Deo reſponſa fundebantur. Nam quæ rara ſunt, magis habentur in pretio. Hic annotabimus, puerum Samuelem, cùm in ſua vocatione officium Deo præſtaret ſedulò, fuiſſe promotum ad ſublimiorem gradum, ni- B mirum, vt Propheta, & nuntius Dei fieret. Et ſanè qui rectè ſe gerit in gradu inferiori, dignus eſt, qui ad conditionem illuſtriorem extollatur. Vnde in Euangelio Dominus ait fideli ſeruo, *Super pauca fuiſti fidelis, te conſtituam ſuper multa.* Et Paulus agens ad Timoth. de Diaconis, *Qui benè verſatur*, inquit, *in eo miniſterio bonum gradum ſibi acquirit.* Narratur ſermonem Dei eo tempore fuiſſe rarum, vt intelligamus Prophetiæ donum, quod Samueli conferebatur, fuiſſe præclarum & illuſtre, quale in hominibus eorum temporum non inueniebatur. Per verbum autem Domini minimè ſcriptum intelligimus, quia id iam in manibus habebatur. Extabat quippe Pentateuchus, & liber Iudicum, quos libros licuit omnibus euoluere. C (Nil tamen vetat, etiamſi aliter ſentiat Vermilius, quo minus etiam ſcriptum intelligamus, ſeu potius conciones ex eodem à Sacerdotibus & Leuitis haberi ſolitas, & Sacerdotum negligẽtiam in erudiendo populo notari. Etenim, vt ait Propheta, labia ſacerdotis ſapientiam aſſeruare debent, & lex ex ore eius requiri. At eo tempore id munus intermiſſum erat. Erubeſcebant enim diuina præcepta publicè proferre, quæ eorum facta nefaria ſceleris arguebant.) Sed verbum id notatur, quod per oracula Prophetarum ore tenus patefieret. Etenim cùm Rebuſpubl. perſæpè graues caſus imminebãt, conſueuit Deus populo ſuo ſubinde Prophetas excitare, quorum conſilio res gererentur. Quod vbi fiebat, rectè ac fœliciter Iſraëlitis conſulebatur. Verùm cùm à Domini fœdere D populus receſſiſſet, Deus illis viciſſim hanc ſubduxit commoditatem. Laudatur proinde Samuel, vt per quem Deus munus illud ſuum, iam populi vitio propemodum abolitum & extinctum, reſtituit. Petrus in Actis à Samuele Prophetas recenſuit, non quòd ille primus in populo Iſraëlitico fuerit; etenim Deus antea locutus fuerat Abrahamo, Iſaac & Iacob: nec non Moſi facie ad faciem. Sed quod Prophetia, quæ iam defuiſſe videbatur, per eum eſſet reuocata. Et in poſter. lib. Paralip. cùm ſolemnitas Paſchæ deſcribitur, quæ ſub Ioſia rege fuit celebrata, ſubiicitur: non fuiſſe tale phaſe in Iſraël à tempore Samuelis. Cogitandum præterea eſt, non fuiſſe hanc leuem iacturam in Iſraël, vt verbo Dei priuarentur, quod experimento cognoſcere licet in papatu. Vbi ſa-

Vermilius.

Quis ille ſermo Domini.

Google

crificij legunt in ſuis miſſis fruſtulum aliquod ex Epiſtolis Pauli, necnon ex Euangeliis, ſed recitant aliena lingua, vt populus nõ intelligat, & ſi quando accedit interpres, quod tamen rariſſimè fieri ſolet, nil aliud fermè ille crepat & inculcat, quam indulgentias, poteſtatem Papæ, oſſa mortuorum, Sanctorum inuocationes, peregrinationes, nec non ficta & fabuloſa miracula. De Chriſto autem, & fide in eum, de iuſtificatione, ſolidiſque Chriſtianæ religionis fundamentis altiſſimum eſt ſilentium. Vnde beatus inter eos, ſiquis in tantis tenebris aliquid ſatis clarè poteſt videre. (Neſcio planè, quo ſtomacho is homo erat prædicus, ſed largiſſimè quantum poteſt, & cupidiſſimè mendaciis paſcitur, quæ poſtquam non valet concoquere, eructat ſermonibus ſuis torrentem calumniarum. Vah, quanta erat ea copia, quæ abundantia, quod pelagus conuitiorũ, cùm in vulgus imperitum virus illud acerbitatis tuæ euomeres, cùm ſcriptũ hoc, quod rariſsimi ex tuis ob ignorantiam legunt, eſt enim indoctiſsimum genus hominum, penè totum maledictis fictiſque criminibus reſperſeris? Verùm abeas, nam vſus Eccleſiæ ſatis ſuperque impudentiam tuam arguit,) Sed vt bonus eſt Deus, inquit, quamuis peccata Hebræorum eſſent grauia, non deeſt ſuæ promiſsioni, qua in Deuteronomio ait, (cum edixiſſet, ne quis diuinos conſuleret, augures, & ariolos) quoniam ego excitabo Prophetas de fratribus veſtris, vt eos conſulatis: nunc Samuelem Prophetam illis dedit, per quem de ſua voluntate commonefierent. Cæterùm dixeris, quomodo ſtetit Deus promiſsis, ſi ante Samuelem tanta fuit eius verbi penuria? Primùm reſpondeo, Deum non poſſe coargui malæ fidei, cùm ipſi Hebræi fœdus initum cũ eo violarint. Deinde adiicio, ſi temporũ computatio diligenter ineatur, inueniemos Deum poſt Moſen dediſſe Ioſuam, deinde Iudices, & inter eos poſtea Samuelem, deinde ab eo vſque ad Malachiam ſemper aliquos miſiſſe Prophetas, quamuis populus falſa numina & idola coleret. Nec prætereundom eſt, in omnibus illis Prophetis Chriſtum fuiſſe agnoſcendum, qui vnicus & veriſsimus miſſus fuit tandem Propheta & interpres Dei. quare locum illum Deuteron. rectè ad Chriſtum accommodat Apoſtolica doctrina. Nam eius mors, paſſio, cœleſtiſq. doctrina, vt in Patriarchis, necnon ſanctis regibus & ſacerdotibus, ita etiam in Prophetis & prædicebatur, & adumbrabatur. Deinde ille ſolus nobis apertè voluntatem patris demonſtrauit, & idcirco locutus eſt Moſes vnitatis numero dicendo: *Suſcitabo Prophetam de medio fratrum tuorum.* Ideò cum ſpeciatim de Chriſto locus intelligatur, Deus etiamſi ante Samuelem prophetiam Hebræis nonnihil ſubduxerat, promiſsionem ſuam non violauit, cum poſtea Chriſtum ad nos congruo tempore miſerit. Manebat quidem inter Hebræos tempore, de quo nunc agimus, aliqua Dei notitia, obſcura tamen & admodum tenuis. Quod ſanè fiebat ipſius populi vitio & ſacerdotum, qui ventri ſuo ſtudebant, libidinibus & adulteriis magna cum ignominia indulgentes. Quare non

Deut. 18.

Libidini ac gulæ ſeruientes, diaboli inſtrumenta ſunt, & non Spiritus ſancti.

A mitum ſi verbo Dei & prophetiæ rariſsimus erat locus. Nam qui tam perditè viuunt, inſtrumenta potius diaboli ſunt, quàm diuini ſpiritus. Daniel cum oraculum, ſeu diuinum afflatum captaret, à cibis abſtinuit, ſeque ieiunio & lachrymis propemodom confecit. Quare iſti cum ſecus agerent, tenebras & cœcitatem ſibi accerſebant.

Id etiam attendendum eſt quod in hiſtoria dicitur: *Nec erat viſio aperta,* id eſt, manifeſta, vtque interpretatur Chaldæus, quæ publicè innoteſceret, quo ſignificatur, non fuiſſe omnino ſublatam, ſed obſcuram & infuſcatam adhuc relictam, quæ poſtea in Samuele claruerit, & ſplendidè nituerit. Hactenus Vermil. in Chaldæo reperi נְבוּאָה *nebuah*, quod omnes viſionem B vertunt. Tradunt Rabbini Hebræorum quatuor olim modis Deum ſe ſuáque conſilia cum antiquis patribus communicaſſe, quorum poſterioribus ſeculis vſu Synagogæ prorſus interdixit. Et primùm quidem נְבוּאָה *nebuah* vocant, eodem illo, quo hîc Chaldæus vtitur, nomine. Alterum רוּחַ הַקָּדוֹשׁ *hacados ruah*. Tertium הָאוּרִים וְאֵת הַתֻּמִּים *Vrim & Thummim.* Quartum denique בַּת קוֹל *bath Kol* nuncuparunt. Nam Deus ita nonnunquam rerum futurarum myſteria vmbris figuriſque delineabat, vt Prophetæ, quamuis non ipſas res, earum certè ſimulacra typoſque oculis vſurparent. Ad hunc modum referunt quod olim Moſi contigit, vt rubum ardentem cerneret, qui diuinæ C iuſtitiæ æſtum furorémque in Ægyprios accenſum præ ſe ferret. Pluribus deinde aliis futurorum adumbratæ quædam imagines apparuerunt. Hanc verò procul videndi ea, quæ ventura eſſent, rationem, priuatim prophetiam nominabant; quæ ſi vigilantibus atque experrectis accidiſſet, viſio: ſi dormientibus, viſum ſiue ſomnium à nobis dicetur, ne vel hæc ſpecies quemadmodum ab illis, ita & à nobis prætereatur. 2. eſt, quam dicunt רוּחַ הַקָּדוֹשׁ *ruah hacados*, ſiue inſpirationem ſanctam, quam ſic explicant, vt nihil aliud eſſe videatur, quàm quod Græcis ἐνθουσιασμὸν nos afflatum dicere poſſumus, mentem ita mouens, vt eam prouidam rerum futurarum efficiat. Nam diuino quodam lumine mentes illoſtrati nonnulli Sancto- D rum, inter quos principẽ locum obtinent Dauid & Iob, tam perſpicuè futura prænuntiarũt abſque vllis imaginibus, quàm qui maximè, licet ea tanquam in tabula depicta vidiſſent. Tertio loco numerabãt eam, quam dabat Deus ſuæ voluntatis ſeu rerum euentus ſignificationem, quum per Ephod à Sacerdote interrogaretur. Tum enim non, vt ante diximus, ore hominum oracula ſua fundebat, aut mentem animumque Sacerdotis vllo inſtinctu concitabat: ſed duos λογίου ſiue rationalis lapillos pretioſiſſimos, quos Scriptura vrim & thommim appellat, adamantes fuiſſe volunt, vario tingens colore fœlicitatem exitiumve portẽdebat. Nã ſi clades aliqua proximè ſecutura eſſet, tãquam faces ardentes minas intentabant: ſi peſtilentia & lues regioni vaſtitatem allatura, velut ſepiæ, videbantur atramento ſuffundi: at ſi

Prophetia quatuor genera.

Fagius.

NEC ERAT VISIO MANIFESTA.

proſpera nunciarentur, ſolis radios ſuo ſplendore vincebant. Bathcol denique, ſeu vocis filiam, multis ſæpè locis auditam ferunt, quæ de rebus maximis nonnullos, aut etiam plures ſimul admoneret, præſertim verò poſtremis temporibus, quibus non ſemel paterna vox filio teſtimonium diuinitatis communicatæ dedit. Ioſephus item inter cætera cladis Iudaicæ prodigia, quæ belli Iudaici libro 7. cap. 12. recenſet, huius quoque ex voce prophetiæ terribile quoddam exemplum refert. Nam feſto Dei, inquit, quam Pentecoſten vocant, nocte ſacerdotes intimum templum more ſuo ad diuinas res celebrandas ingreſſi, primùm quidem motum quendamque ſtrepitũ ſenſerunt, poſtea verò ſubitam vocem audiere, quæ diceret, migremus hinc. Hæc etiam pluribus explicat B Paulus Fagius ex ſententia Hebræorum in 18. cap. Exodi Paraph. Chaldaicæ Onkeli.

Ioſephus.

VERSVS 2.

Factum eſt ergo die quadam Heli iacebat in loco ſuo, & oculi eius caligauerant, nec poterat videre.

IACENTE ſummo Pontifice, & iudicis populi caligantibus oculis à Domino puer excitatur. Factum eſt ergo in die quadam, ſeu potius illa, vt vertit Pagninus. Quæ illa nimirum qua Samoel miniſtrabat, & Heli iacebat, vt Samoel quoque dormiret. Duo ſunt quæ mireris: quare diem vocet, quæ nox erat, & quidem intempeſta: & quare in illa miniſtraſſe Samoelem ferat, cùm ſomno ſopitus quieſceret. Verùm nullo negotio ſoluetur prior difficultas, ſi dicas more Hebræorum loqui, quibus conſuetudo fuit diẽ ab occaſu auſpicari. Quod item de Romanis teſtatur Paulus Iureconſultus ff. de feriis & dilationibus l. 8. hoc tantum diſcrimine, quod hi à media nocte, non autem à veſpera inciperent. More Romano, inquit, dies à media nocte incipit, & ſequentis noctis media parte finitur, itaque quicquid in his viginti quatuor horis (id eſt duabus dimidiatis noctis, & luce media) actum eſt, perinde eſt, quaſi quauis hora lucis actum eſſet. Poſterior quoque dubitatio ab Apoſtolo tollitur cum ait: *Diligentibus Deum omnia cooperari in bonum, his qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti.* Iis D namque qui votum fecerint, & ſe totos Dei obſequio obligarint, cum iam non ſibi viuant, ſed Deo, non tantùm eæ actiones quæ à virtute proficiſcuntur, cenſentur ad Dei famulatum pertinere, verumetiam reliquæ omnes, licet naturales ſint, quæ ad vitæ conſeruationem incolumitatémque pertinent, & ſine quibus neque perſona Deo conſecrata, neque promiſſi fides conſtare poſſunt. Propterea igitur Samoel etiam cùm dormiret, miniſtraſſe dicitur. Non enim aliquis tum cuipiam ſolùm dare operam credendus eſt, cùm eius falce vtitur in metenda ſegete, verumetiam cum eandem cote acuit, & ad opus reparat: ſicut neque tum

Diligẽtibus Deum omnia cooperantur in bonum.

A ſolùm agricolæ operam nauare bubulcus cenſendus eſt, cùm iunctos aratro boues ſtimulo incitat, & ducit ſulcos, verum etiam cum paleis & fœno paſcit, ac in præſepibus curat.

HELI IACEBAT IN LOCO SVO

HELI *iacebat in loco ſuo.*] Idem verbum protinus interpres noſter cùm de Samuele agitur, dormiebat exponit. Etenim cùm vtrumque tũ lecto decubuiſſe Scriptura ſignificet, interpres, quod erat veriſimile, Heli ſenem iacuiſſe duntaxat, puerum autẽ prorſus obdormiſſe cõmemorat. Cæterùm non in templo, vt Samuel, iacuiſſe ſcribitur, ſed in loco ſuo. Samuel autem non in loco ſuo, vt Heli, ſed in templo, quod neſcio qua ratione verbis diſcrepet, cum locus conſentiat. Neque enim alius ille locus Heli, quàm templum ſeu tabernaculum Domini B fuit: neque aliud templum illud Domini, in quo dormiebat Samuel, quàm locus ille Heli. Vnde igitur tot vocum diſcrimina in re pari, ſed hæc quæſtio communis eſt pleriſque dicendi formulis. Nam cum omnia ſint Dei, pleraque tamen ſic hominibus propria tribuuntur, quaſi cum Deo ſortitione facta ab eiuſdem mancipio ſeparata ſint. Non modò enim templum, ſed terra quoque quanta eſt, Domini eſt, vt Dauid ait. Et tamen tanquam inter Deum hominemque ampliſſimam poſſeſſionem diuidens, *Cœlum cœli Domino*, inquit, *terram autem dedit filiis hominum.* Etſi enim ea donatione nihil de iure in rem Deo depereat aut minuatur, nihilominus eiuſdem beneficio ſic quodammodo incipit eſſe hominum, vt liberè eadem vti poſſint abſque reprehenſionis metu. Neque id difficile eſt æſtimare. Siquidem diuinum ius atque C poſſeſſio, cum ſit vniuerſalis atque infinita, quãlibet legitimam poſſidendi rationem abſque cuiuſquam præiudicio ſuo ſinu comprehendit. In eo namque ſunt omnia, ex quo omnia, & per quem, vt ait Apoſtolus, ſunt omnia. Quemadmodum enim ſol, cùm totius luminis fons ſit & ſcaturigo, nullam non lucis formam in ſe continet, ſed licet aliunde manare aliqua videatur, & diuerſa quoque ſuo ſplendore atque effectis appareat, inde tamen eſt quicquid lucis emicat: nec propterea tamen illi officit, quam aut ſtellæ vibrant, aut lapilli ſpargunt, aut ab orbe lunæ funditur, quin potius illam accẽdit: ita & de rerum proprietate nobis ſentiendum eſt. Nam Deus quidem quicquid vſquam eſt ſummo iure poſſidet, nec minus tamen propterea nos quoque inde partem ſinguli poſſidemus, non quaſi diuerſam ab eo iuris ſpeciem D conſtituamus, quæ nos ab illius nexu atque mancipio eximat, & in libertatem aſſerat: ſed tãquam accepto ab eo iure, cuius auctoritate, non tantum rebus vtimur, verumetiam legitimo titulo vendicamus. Verùm non circa hanc difficultatem totius quæſtionis cardo vertitur, ſed longè eſt alia obſcurior, quæ Oedipum interpretem requirat. Quę tandem illa? Nimirum hæc eſt. quare in iis, quæ diuino munere hominum vſibus conceſſa ſunt, alia dicuntur Dei eſſe propria, alia hominum? An igitur cum feruntur eſſe Dei, eo ſenſu intelligendum eſt, quo & omnia? Quorſum igitur præ cæteris omnibus nonnulla loca & res templi nomine aut

Quomodo Dei quædam propria eſſe dicãtur, quædam hominum.

Quæ ſanctitas Eccleſijs ac templis tribui poſſit.

ſanctuarij deſignantur? Erunt fortè qui putent, ob eam ſanctitatem, quæ lignis & lapidibus affricetur. Parietes namque oleo ſacro inungũtur. Oleum verò ipſum myſticis ceremoniis initiatum atque conſecratum, non modò ſanctitatem, verumetiam ſanctificandi vim conſequi cenſetur; ita vt iam dubium eſſe non poſſit, quin ea loca ſanctitate imbuat, quæ miniſterio Pontificis aſperſerit. Sed ea opinio quam debili fundamento nixa ſit (ſi illud oleum quod confirmationis, aut etiam extremæ vnctionis appellamus, exceperis, de cuius vi atq; energia ab Apoſtolo Iacobo Epiſtolæ ſuæ cap. 5. edocti ſumus) facile erit agnoſcere, ſi, quid ſit ſanctitas, penitiùs introſpiciamus. Nam cum ea ſit ſpiritualis quidam decor animæ fide & ratione prædıtæ, fidem omnem ſuperat ea poſſe ſaxa decorari. Quod ſi quę ſanctitas conſecratis ædibus non modò ab Eccleſia, ſed etiam à Chriſto Domino tribuitur, quemadmodum ipſe de ara & templo Hieroſolymitano aliquando aſſeruit: de ea ſanctitate accipi debet non quæ rebus inſita ſit, qualis ea eſt quæ fidelium animas Deo gratas efficit, ſed de ea quæ aliunde eam appellationem ſortitur. Sic audis regale Palatium mutuato à rege epitheto nuncupari, non quia domus ipſa cuiquam præſideat, aut quia rerum habenas moderetur, vel vllius regiæ virtutis ſit particeps: ſed quia eam princeps inhabitat, & in ea commoratur. Inhabitat autem, quoniam illius iuris eſt, & ad eum pertinet. Pariter igitur ara quoque, & ædes, & oleum ſancta dicuntur, quoniam diuino cultui inſeruiũt, ab eo participato cognomine, cuius in honorem conſecrantur. Et quis eam domum ſanctam non iudicet, quam ſanctus incolit? Sed nunquid non incolit omnia, qui cœli terræque ambitum ſuo, vt ait, numine complet? Incolit: veruntamen peculiari quadam ratione & modo ea loca, quarum poſſeſſionem adeptus eſt. Sed nunquid iterum non poſſidet omnia? Imò poſſidet, & quidem iure naturali, vtpote cuius vt authoris vniuerſa ſunt propria: ſed non morali iure: quod quale ſit non erit difficile indicare, cum illud ſolum ſit, quo nos vtimur. Hominem audis agrum poſſidere, fundum, villam, ædes, vineta, ſyluas. Quo fretus, obſecro, illi harum rerum poſſeſſionem aſſeris? Quoniam aut horum aliquid emit, aut certè donatum eſt. Siue igitur emptione, ſiue donatione ius in rem conſecutus ſit, certè non ſine alterius conceſſione factum eſt. Quæ ceſſio, conceſſio, venditio, donatio, vt fixa rataque habeatur, iuris formulæ ſeruandæ ſunt, & inſtrumentum per publicos notarios conficiendum, cui deinde robur vtraque pars ſua ſubſcriptione adiungat. Quod vbi factum eſt, tum ille verè poſſidere creditur. Ad eundem modum nos quoque cum Deo agimus, totque ab illo acceptorum beneficiorum memores, ex pluribus, quæ in noſtros vſus contulit, pauca quædam eius numini conſecramus, ea lege atque conditione, vt deinceps peractis initiationis myſteriis, illi ſoli in eodem loco atque rebus miniſterium præſtetur, neque fas ſit à quoquam in alium vſum transferri. Sic deinde cenſetur Deus verè loca illa ſibi habere propria, non modò vniuerſali illo iure, quo cuncta continet, verumetiam peculiari illo quod moribus introductum eſt. quod ſi poſtea oblationis & conſecrationis immemores, aliter quàm par eſt, & decet inhabitantis ſanctitatem, in iiſdem verſemur: tum quaſi exprobrans, iam non ſua vocat, ſed noſtra, vt hoc loco videmus, vbi ſcriptũ eſt: Heli iacuiſſe in loco ſuo, etenim tanquam ſuum ille locum fecerat, quod erat tabernaculum Domini, in eo liberùm ſuorum libidini obſequẽdo potius, quam Deo cuius ſacrificiorum religionem præ illis negligere arguebatur. Iuſtinianus Imperator Inſtitut. lib. 2. titulo de rerũ diuiſione. §. 8. res ſacras ita definit. Sacræ res ſunt, quæ ritè per Pontifices Deo conſecratæ ſunt: veluti ædes ſacræ, & donaria, quæ ritè ad miniſterium Dei dedicata ſunt: quæ etiam per noſtram conſtitutionem aliẽnari & obligari prohibuimus: excepta cauſa redẽptionis captiuorum. Si quis autem auctoritate ſua quaſi ſacrum ſibi conſtituerit, ſacrum non eſt, ſed prophanum. Locus autem in quo ædes ſacræ ſunt ædificatæ: etiã diruto ædificio, ſacer adhuc manet, vt & Papinian. ſcripſit. Hæc Iuſtinianus.

Iuſtinian.

Ocvli eius *caligauerant, nec poterat videre.*] Sunt qui addunt lucernam, quaſi interdiu videre poſſet, noctu cæcutiret. Luſcitionem eam eſſe quidam putant, inquit Vlpianus ff. de ædilitio edicto. lib. 10. vbi homo lumine adhibito, nihil videt. Gothofredus in hæc verba: Nuſcitioſum Ætius Philologus appellat, eum, qui propter oculorum vitium parum videt: Ætius Stilo, qui plus videt veſperi, quàm meridie: nec cognoſcit niſi quod vſque ad oculos admouerit. Nuſcitiones cæcitudines nocturnæ Popilio Aurelio. *Feſtus.* Ætius 2. Tetrab. 3. c. 46. ait *νυκτάλωπας* vocari, qui die quidem videant, occidente ſole obſcurius, deinde nocte nihil penitus cernant. Hęc Gothofredus. Albani, contrà (qui, vt inquit Solinus cap. 20. canitiem habent auſpicium capillorum: inde nomen genti datum: ea eſt ex finibus Scythiæ) quoniam glauca ineſt oculis popilla: ideò nocte plus quàm die cernunt. Verùm lucerna hęc ad ſequentem periodum ſpectat. Quare non alius morbus hic fuit quã ſenectutis: quæ poſtquam cœpit ingraueſcere, cerebrum, quod ſua natura frigidum eſt, fit etiam frigidius, pituita creſcit, rigeſcunt nerui, ſpiritus langueſcunt, duritudinem pelliculæ cõtrahunt, albugo multa colligitur, & ſic demum ſquamis & caligine obducta acies oculorum videre renuit. Caligabat igitur Heli præ nimia ſenectute. quæ res Hylophagis vitæ finem afferre conſueuit. Nam cum ſummis arborum ramulis veſcantur, ſimul vt viſu priuantur, victum quærendi facultatem amittunt, atque inedia intereunt. Diodor. Siculus lib. 4. Caligabat itaque Heli præ nimia ſenectute. Veruntamen de Tacito Imperatore teſtatur Vopiſcus in eius vita, legiſſe eum ſenem minutulas literas ad ſtuporem: nec vnquam noctem intermiſiſſe, qua non aliquid vel ſcriberet vel legeret, præter poſterum calendarum diem. De Moſe etiam ſcribitur, vn-

Luſcitioſum Cicero vocat Gothofred.

Solinus.

Diodorus.

Vopiſcus.

Vermilius.

quit Vermilius, quod cùm eſſet natus annos centum viginti, oculos tamen vegetos, omneſque corporis ſenſus integros habuit, quod tamen donum minimè fuit commune omnibus ſanctis. Nam Iſaac & Iacob priuſquam morerentur, cæcutiebant. Nec tamen opinor Heli nihil omnino vidiſſe, ſed clarè ac perſpicuè non potuiſſe cernere. Et ſanè de Iacob ſcribitur in Exodo, caligaſſe oculos eius, qui tamen filios Ioſeph vidit cùm propè acceſſiſſent. Vidit ſanè vtcunque, non clarè ac diſtinctè. Referunt Hebræi hoc loco, Domini bonitatem eſſe tantam, vt non patiatur, quemadmodum ipſi loquũtur, vnum ſolem occidere, quin alterum procuret oriri. Sic inquiunt, antequam Moſen tolleret, Ioſuam instituit, qui populo ſuo præeſſet, & nunc accendit & illuſtrat animum Samuelis, priuſquam Heli moriatur. Scribunt item hoc loco caliginem oculorum corporis nihil ad hiſtoriæ rationem pertinere, quare interpretãtur caliginem hanc cæcitatẽ cordis. Tradunt quippe illum ſcientiam rerum diuinarũ habuiſſe ante hoc tempus. Nunc verò illi ereptã fuiſſe propter iniquitatem populi. Sed cur non potius dicunt, id ei contigiſſe potius culpa filiorũ & ſua? Mihi verò magis eſt veriſimile de cæcitate corporis agi. Etenim ratio inde colligetur, cur Samuel ad ipſum toties accurrerit. Cæcis enim ſubinde opus eſt auxilio, eoque Samuel nil cũctabatur vel media nocte illum adire, cum ſe vocari ab eo exiſtimaret. Hæc Vermil. Vtique credendum non eſt, minos eũ fuiſſe mente cæcum quàm corpore: indulgentia enim filiorum nõ minus animũ eius ratione priuauerat, quàm ſenectus einſdem oculos ſuo lumine: nec tamẽ propterea iudicem agere deſtitit, aut tanquã in palæſtra defatigatus curſor integro facẽ tradidit, ſed perpetuò retinuit, ita vt minimè mirum ſit, ſi Iſraëlitica Reſpublica, cùm à cæco ductaretur, breui in tantas turbas inciderit. Et quidẽ ſi corporis tantũ oculos caligo obſcuraſſet, ferri poterat: non enim illa viſio ad perſpiciendã iuris æquitatem admodum neceſſaria eſt: verùm ad eam oculorũ caliginẽ mentis quoq. cæcitas accedebat. Apud Romanos cæcos potuiſſe iudicandi officio fungi teſtatur Vlpianus D. de iudiciis lib. 5. tit. 1. l. 6. & Paulus ibidem l. 12. §. 2. cùm plures enumeret, quibus eo munere interdictum ſit, nullam locorum fecit mentionem. Non omnes, inquit, iudices dari poſſunt ab his, qui iudicis dandi ius habent: quidam enim lege impediuntur, ne iudices ſint, quidam natura, quidam moribus. Natura, vt ſurdus, mutus, & perpetuò furioſus, & impubes: quia iudicio carent. Lege impeditur, qui ſenatu motus eſt. Moribus, fœminæ, & ſerui: non quia non habent iudicium, ſed quia receptum eſt, vt ciuilibus officiis non fungantur. Hæc Paulus. Tantum abeſt vt cæci à iudiciis exercendis arcerentur, vt cæci etiam regnis præfuerint. Nam Anyſis cæcus in Ægypto regnauit, non prorſus inutilis princeps, vt teſtatur Herod. l. 2. ſine in Euterpe. Apud Thebanos princeps ſenatus oculis faſcia obuuptis de rebus cõtrouerſis cognoſceret. At verò, ſi quem fauor & gratia cæcauerit, eum iudiciis adhibere, aut etiam rerum poteſta-

Cæci poſſunt eſſe iudices.

Vlpianus & Paulus ff. de iudiciis.

A tem permittere, res eſt, vt opinor, non minimi plena periculi. Nam cùm vice oculi ſe gerere debeat, tenebriſque obſitam multitudinẽ imperio regere, haud dubiè ſi à recto iuſtitiæ tramite, ſtudio abductus aut miſericordia deflectat, in bella & ſeditiones citò aget præcipitem. Præclarè omnino S. Iſidorus Peluſiota in hanc ſententiam ducem populi, ſeu Eccleſiæ cũ oculo mihi contuliſſe viſus eſt. Eius verba referam ex 2. Epiſtolarum. Epiſtola 12. quoniam illa in hunc Pontificem totamque eam Rempublicam mirificè quadrant.

S. Iſidorus Peluſiota.

Quandoquidẽ, inquit, oculus vniuerſum corpus moderatur, faciemque exhilarat & exornat, atque omnium membrorum lucerna eſt, propterea velut in regia quadam ſede collocatus eſt, vt qui ſupernam ſedem nactus ſit, aliiſq. ſenſibus præſideat. Quemadmodum enim ſol in terrarũ orbe, ſic quoque oculus in corpore eſt. Et quẽadmodũ ille ſi extinguatur, omnia perturbabit: ſic etiam extincto oculo, & pedes, & manus, ac totum penè corpus inutile reddetur. Quorſum hæc dixi? Nẽpe quia magiſter quoque corporis Eccleſiæ oculus eſt. Quare ſi hic lucidus fuerit, hoc eſt virtutum radiis ſplẽdeat, totum corpus lucidũ erit, vtpote quod ab ipſo regatur & gubernetur, eamque quã par eſt, curam conſequatur. Si autem tenebroſus ſit, hoc eſt, ea quæ tenebris digna ſunt, perpetret, vniuerſum propemodum corpus obſcuratur. Nã etiamſi quidam ſint in membrorum claſſe, qui rectè valeant, eáque, quæ ipſorum officio conſentanea ſint, præſtent, nec ex magiſtri improbitate ac nequitiæ detrimenti quicquam contrahant: at nihil tantum poſſunt, labe nimirum ac vitio potiſſimas partes depaſcente, reliquoſque ad præceptoris imitationẽ extimulante, ac ſanos & incolumes maledica oratione inſectãte, omnique ratione, vt ipſos quoque in morbũ coniiciat moliẽte. Ob eamque cauſam dictum eſt, Si ergo lumen, quod in te eſt, tenebræ ſint, tenebræ ipſæ quantæ erunt? Velut ſi quiſpiam dicat Eccleſiæ, tyrãnicis cupiditatibus magiſtrũ habenti: ſi is qui aliis prodeſſe, ac lumen afferre debet, ne illuminari quidem ſuſtinet, verùm eos quoq. qui prodeſſe inſtituunt amolitur, qui ſub ipſius imperio ſunt, à quo tandem flagitio abſtineant? S. Iſidorus ad hunc modum.

Magiſter Eccleſiæ pro oculo eſt.

D

VERSVS 3.

Lucerna Dei antequam extingueretur, Samuel dormiebat in templo Domini, vbi erat arca Dei.

VERMILIVS: Lucernæ in candelabro erãt poſitæ media parte tabernaculi, hoc eſt, in ſancto, vbi etiam extabat menſa panum propoſitionis. In lucernas autem quotidie oleũ certa quadam menſura infundebatur, quò tota nocte corã Domino lucerent. Vnde conſtat oraculum factum Samueli fuiſſe noctu, cum adhuc lucernæ arderent. Nam, vt refert hiſtoria, ter vocatus eſt, & ad extremum cùm ſurrexiſſet, fores templi aperuit. Non deſunt ex Rabinis, qui tradant iſta contigiſſe aurora, quod tum homines reſponſa veriora ſoleant conſequi. Nõ eſſet

Vermilius Exod. 27.

hæc

CALIGAVERAT ET NON POTERAT VIDERE.

hæc ratio inſulſa, ſi de naturalibus inſõniis ageretur. Sed cùm Deus tẽporibus nõ aſtringatur, interdiu, veſperi, & ante aurorã poteſt voluntatẽ ſuã patefacere. Nihil ergo fingendũ eſt veritati diuinæ accedere cauſa tẽporis. Conſtat itaque, vt diximus, hæc noctu contigiſſe, quod lucerna fuerit adhuc accenſa. Hæc Verm. Eadem docet S. Hier. in tradit. Hebra. de illo tempore, quod mediũ eſt inter mediã noctem & aurorã,

Ouidius.

Ouid. *Nãq. ſub auroram, iam dormitante lucerna,*
Tempore quo cerni ſomnia vera ſolent.

Horatius.

Et Hor. *Poſt mediam noctẽ viſus, cùm ſõnia vera.*

Theodoretus.

Vnde & Onitomantici ſola hæc ſomnia digna eſſe, quæ obſeruentur affirmãt. S. Theod. quęſt. in 1. Reg. paulò aliter legit, & partẽ aliam noctis aſſignat. *Lucerna Dei*, inquit, *priuſquam instructa eſſet.* Et ſic explicat. Significat oratio, quòd ſtatim poſt veſperam, cùm ipſi cœpiſſent dormire, apparuit Samueli Dominus Deus. Veſpere enim ſolent accẽdere ſacram lucernam. Circa mediam noctem oleum iniiciebant. Volens ergo ſcriptor ſignificare tempus, dixit lucernam nondum fuiſſe inſtructam.

Tertull.

SAMVEL *dormiebat.*] Tertull. l. de anima c. 43. de ſomno diſſerens, Non vtique extranaturale eſt ſomnus, inquit, vt quibuſdam Philoſophis placet, cùm ex his eũ deputant cauſis, quæ præter naturam haberi videntur.

Somnus quid.

Stoici ſomnum reſtitutionem ſenſualis vigoris affirmant, Epicurei diminutionem ſpiritus animalis, Anaxagoras cum Xenophane defetiſcentiam, Empedocles & Parmenides refrigerationem, Strato ſegregationẽ conſati ſpiritus, Democritus indigentiã ſpiritus, Ariſtoteles marcorem circumcordialis caloris. Ego me nũquam ita dormiſſe præſumo, vt ex his aliquid agnoſcã. Neq. enim credendum eſt, defetiſcentiam eſſe ſomnum, contrarium potius defetiſcentiæ, quam ſcilicet tollit. Siquidem homo ſomno magis reficitur quã fatigatur. Porrò nec ſemper ex fatigatione concipitur ſomnus, & tamen cùm ex illa eſt, illa iam non eſt. Sed nec refrigeſcentiã admittam, aut marcorẽ aliquẽ caloris, cùm adeò corpora ſomno concaleſcant: & diſpenſatio ciborũ per ſomnum non facilè procederet calore properabili, & rigore tardabili, ſi ſomno refrigeraremur. Plus eſt, quod etiã ſudor digeſtionis ęſtuãtis eſt index. Deniq. cõcoquere dicimur, quod caloris non frigoris operatio eſt. Proinde diminutionẽ animalis ſpiritus, aut indigentiã ſpiritus, aut ſegregationẽ conſati ſpiritus, immortalis anima nõ ſinit credi. Perit anima ſi minoratur. Supereſt, ſi fortè cum Stoicis reſolutionẽ ſenſualis vigoris ſomnum determinemus, quia corporis ſolius quietẽ procuret, non & animæ. Animã enim vt ſemper mobilẽ & ſemper exercitã, nunquam ſuccedere quieti, alienæ ſcilicet à ſtatu immortalitatis: nihil enim immortale finẽ operis ſui admittit. Somnus autem finis eſt operis. Denique corpori cui mortalitas cõpetit, & ſoli quies finẽ operis adulatur. Et paulò pòſt. Porrò ſomnum ratio præit, tã aptum, tam vtilem, tam neceſſariũ, vt abſque illo nulla anima ſufficiat, recreatorẽ corporum, redintegratorẽ viriũ, probatorem valetudinum, pacatorẽ operũ, medicum laborũ, cui legitimè fruendo dies cedit, nox legẽ facit, auferens rerum etiam colorẽ. Quod ſi vitale, ſalutare, auxiliare ſomnus, nihil eiuſmodi nõ rationale, nihil non naturale. Pergit iterũ de ſomno dicere, & eum tanquam ortus vitæ mortiſq. humanæ ſimulachrũ quoddam à Deo propoſitum docet: nec cuiuſuis hominis duntaxat, verum etiam Chriſti ac demũ reſurrectionis eiuſdẽ, & noſtræ immortalitatis.

SAMVEL DORMIABAT IN TEMPLO VBI ARCA

Somni allegoria.

Quo genere laudis excogitari quid poſſit ſublimius? Cæterùm ea in ſomnũ cõperere his verbis oſtendit: Ille fons, inquit, generis, Adã antè ebibit ſoporẽ, quàm ſitiit quietẽ. Antè dormit quàm laborauit, imò quàm & edit, imò quam & profatus eſt, vt videant naturalẽ iudicem ſõnum omnibus naturalibus principaliorẽ. Inde deducimur etiam imaginem mortis iam tũc eũ recenſere. Si enim Adam de Chriſto figurabat, ſõnus Adæ mors erat Chriſti dormituri in mortem, vt de iniuria perinde lateris eius vera mater viuentiũ figuraretur Eccleſia. Ideò & ſomnus tam ſalutaris, tam rationalis, etiam in publicæ & communis iam mortis effingitur exẽplar. Voluit enim Deus & alias nihil ſine exemplaribus in ſua diſpoſitione molitus, paradigmate Platonico pleniùs humani vel maximè initij ac finis lineas quotidie agere nobiſcum, manum porrigens fidei facilius adiuuandæ per imagines & parabolas, ſicut ſermonum, ita & rerũ.

Somnus ortus atque interitus noſtri teſtatio eſt.

Proponit igitur tibi corpus amica vi ſoporis eliſũ, blanda quietis neceſſitate proſtratum, immobile ſitu, quale ante vitam iacuit, & quale poſt vitam iacebit, vt teſtationem plaſticæ & ſepulturæ, expectans animam quaſi nondum conlatam, & quaſi iam ereptam. Sed & illa ſic patitur, vt alibi agere videatur, diſsimulatione præſentiæ futuram abſentiam ediſcens: & tamen interim ſomniat, nec quieſcit nec ignaueſcit omninò, nec naturam immortalitatis ſeruam ſoporis addicit. Probat ſe mobilem ſemper, terra, mari peregrinatur, negotiatur, agitatur, laborat, ludit, gaudet, licita atque inlicita perſequitur, oſtendit quòd ſine corpore etiam plurimum poſsit, quòd & ſuis inſtructa ſit membris, ſed nihilominus neceſſitatem habeat rurſus corporis agitandi. Ita cùm euigilauerit corpus redditum officiis eius, reſurrectionẽ mortuorum tibi adfirmat. Hæc erit ſomni & ratio naturalis, & natura rationalis. Etiam per imaginem mortis fidem initiaris, ſpem meditaris, diſcis mori & viuere, diſcis vigilare dũ dormis. Hactenus Tertull. Dormiebat igitur Samuel, & fruebatur ſomno pueris gratiſsimo, illo maximè, qui iam vergente ad aurorã nocte ſic puerorum inter ſe palpebras ſuo rore conglutinãs, vt vix ſolis primoribus radiis diuelli poſsint.

Delrius in Troad. Sen.

Eſt autem pueris ſomnus non modo ſuauiſsimus, ſed etiam vtiliſsimus ob humoris caloriſque copiam, & perpetuam interdiu agitationem. Aduertit Delrio in Troadẽ Senecæ Act. 3. Poëtam almam noctem vocaſſe, Cereris celebri epitheto, quia nocturna quies, cibi inſtar homines alit. Locum etiam vbi quieſceret Scriptura notare ſtuduit, ſubdit enim continuò.

Vermilius.

IN *templo Domini.*] Mos fuit, inquit Verm. vt ſacerdotes in atrio ipſo cubarẽt, loco ſanè pro-

In templo Domini vbi erat arca Dei.

pinquioti ædi ſacræ. In poſteriori verò parte, quæ magis aberat à tabernaculo cubabãt leuitæ. quo autẽ ordine quæque familia excubaret, in l. Num. habetur: Caathitę ad Meridiẽ: Gerſonitæ ad Occidentẽ: Meraritæ ad Aquilonẽ. Samuel itaque cũ eſſet ex familia Caath, ad meridiẽ erat. Nec tamen (vt arbitror) dormiebant leuitæ in tabernacolo, ſed iuxta illud ſua cubicula ſeu eellas habuerũt. Quodque ſcribitur de Samoele, qood in templo dotmierit, hoc eſt, in tabernaculo, L. Ben-Gerſon putat reddendum iuxta tẽplum, hoc eſt Dei tabernaculum. (Lyranus habet in exedra Leuitarũ. Paraph. Chald. in atrio Leuitarũ.) Mos autẽ ille pro tabernaculo excubãdi docet nos, qui ſumus regale ſacerdotiũ, debere quàm diligentiſſimè aduigilare, & aſſiduos eſſe in cultu Dei, quo noſtra cõuerſatio perpetua ſit in cœlis. Non enim runc periclitabatur Deus, vt à fratribus auferretur, niſi vigil ei adfuiſſet cuſtodia Leuitarũ. Quare intelligendũ eſt illam cõſuetudinem ad pios omnes pertinere, vt ſemper pij Dei templo ſeſe contineant, & ſiue comedant, ſiue bibant, ſeu quid aliud agant, id totum ad gloriam Dei faciant.

Leui Ben-Gerſon. Lyranus Paraphr. Chald.

Candelabri aurei cum ſancto Spiritu allegorica comparatio.

POSTREMO, ne nos quoq. lueernam Dei cũ cæco illo vidiſſe quis neget, paucis illã explicabimus. Quale fuerit candelabrũ illud, cui lueernæ in tẽplo impoſitæ erant, Exod. c. 25. deſeribit. Erat nãque totum illud aureũ, & ductile, & quod præter haſtile, quod mediũ ſtabat, ternos in vtrãq. partem calamos proferebat. Deinde ſphærulis & ſcyphis, & liliis per ſingulos diſtinctum erat, quibus omnibus lucernæ ſeptem imminebant, aurea prorſus omnia. Huius tam multiplicis lucernæ, & tã mirabili opere perfectæ machinæ arcana myſteria Philo Iudæus ſemel atque irerũ excutit, lib. Quis rerũ diuinarũ hæres ſit, & 3. de vita Moſis. In his refert lychnũ illũ mirabilem cœleſtis machinæ vnà cum ſeptẽ ſtellis, quos planetas vocauit, fuiſſe imaginem. Itẽ animæ, cuiusvires quidẽ tripertitæ sũt, deinde etiã ſingulæ: earum bifariam diſtributæ: quibus ſeptimus iure annumeratur ille, vt ait, inciſor omniũ ſermo ſacer & diuinus. Nobis autẽ potius videtur Spiritum ſanctũ cum eœleſtibus donis ſuis illo ſchemare adumbrari. Nã quod aureũ factum eſt, & ex eadem pretioſiſsima materia, qua menſa, & ipſum quoque oraculũ cõſtabat, eamdẽ fuiſſe illius cum patte & filio naturã oſtendit. Oraculũ namque patrem, menſa filium, cui propter humanæ naturæ in eundã ſoeietatẽ ligni incorruptibilis materies adiuncta erat, referebat. Doctile autẽm fuit, non fuſum, non eonflatũ, aut iunctis partibus cõcinnatum, vt productũ quoqoe, non creatum, aut aliunde aſcitũ Spiritum ſanctum intelligeremus. At verò qood ad orbes illos aureos, & ſcyphos, & flores, & cauliculos attinet, quis tanta erit dicẽdi copia præditus, vt ſingula oratione explicare poſſit? Porrò dubium eſſe non poteſt, quin lucernæ ſeptem totidem Spiritus ſancti dona repræſentent: qua idcirco humanis mentibus inſerit, vt prõptas, faciles & expeditas habeat, quæ

Philo Iud.

Candelabrũ aureum cũ lucernis ſuis Spiritum ſanctum referebat.

S. Thomas 1. 2. quæſt. 68.

A eius ductum ſequantur. Oportet enim nõ modò eum, qui mooere paratus ſit, viribus præſtare; verumetiam id quod moneri debet, tali aliqua affectione ſeu nobilitate eſſe inſtructum. Nã ratio quidem, ſi Deus inſtiget, ſuapte natura fertur ad ea quæ natura bona sũt: at vires humanas tranſcendere nequaquã poteſt. Igitur, ad ea, quæ hominis captũ ſuperãt, quale eſt æternũ quod quærimus, tanquã vitibos, ita & hominibus adminiculis opus eſt. Nã quod quiſpiã putet iis virtutibus, quas Theologicas dicimus, quæcũque natura neget expleri poſſe, nulla ratione nititur. Quãuis enim illæ nos ſuo nexu cum Deo coniungant, vſus tamen earũ reliquas facultates aptas atque accõmodatas requirunt. Neque enim ſatis eſt, vt quiſpiam artifex induB ſtriæ ſoæ monimẽtũ edat, habere eum attis ſuæ eonionctum inſtrumentũ, niſi illud quoque aptum ſit ad id, quod aggreditur, elaborandum. Deinde hoc etiam intereſt inter vtrũque artificem, qood homo quidem ſæpe aliis ſua inſtrumenta eoncinnanda locat, Spiritus ſanctus ſuis ipſe donis animam hominis perficit. Quoniam verò ſeptem numero eſſe illa feruntur, age eius quoq. numeri rationem inueſtigemus. Homo igitur duas habet principes facultates rationẽ, & appetitũ. Verùm rationis vſus bipertitus eſt. Nam aut ille totus in contẽplatione eſt, aut ad regendas actiones refertor. Is qui in veritatis contẽplatione conſiſtit, duobus potiſsimũ indiget. 1. eſt, vt quæ proponuntur, intelligat: ſunt enim quæ diuinitus ingeruntur pleraque rationi inſolita, & ab humana fide abhorrentia: quaC le eſt, Deum quidem vnum, tres verò perſonas eſſe: Verbũ hominem induiſſe: carnem ſitu ac pedore confectam, & in cinerem ſolutam, immortali vitæ poſt multa ſecula reſtituendam, & alia plurima quę, vt ſine errore quis percipiat, nouo qoodam lumine ſupra communẽ intelligentiã illuſtrari neceſſe eſt, quò tantarum rerũ fides hominum animis coneiliari atque inhærere poſsit. Deinde ſapientia quoque neceſſaria eſt, qua, tanquã lydio lapide, probet & diiudieet, num quæ, vt vera admiſerit, cũ diuina authoritate conſentiant. At verò, eùm non modò ratio quid eredendũ, quidve reſpuendum ſit exquirat, verumetiam quid ſequendũ ſit, quidve fugiendum præſcribat: ſcientia, non humana illa quidem, ſed eœleſtis atque præeipua, ne quãdo mens inter tot errorum laqueos à ſumma lege deflectat: quis rerum temporalium vſus legitimus habendus ſit, cumulatè docet. Et, ne D quid temerè ſuſcipiatur, quod Deum offendat, inſitũ animis conſiliũ ſuggerit, quod irẽ ſpiritus donũ eſt, quo quid, quove tempore, aut modo gerendum ſit, ſi attendere libeat, admonemur. His quatuor à Spirito ſancto collatis habitibus mens humana perficitur, vt non inoita eiuſdem impulſioni obtẽperet. Neq. enim aliæ ſunt rationis partes quã vt intelligat, & diiudicet. Ad id muneris in vtroqoe genere tum ſpeculandi, tum dirigẽdi illa ſuis numeris abſoluit. Impulſio verò Spiritus ſancti eorum operum, quæ gratiæ adſcribuntur præcipua cauſa eſt, quemadmodũ, virtutis humanæ raciocinatio. Cauſa enim noſtrarũ actionum diuiditur in impulſionem, & ratiocinationem. Impulſio eſt, quæ

Lucerna Dei antequam extingueretur.

Donorum Spiritus ſancti vſus & poteſtas.

Lvcerna Dei antequam, &c.

ſine cogitatione per quandam affectionem animi facere aliquid hortatur, vt Tullius definit: quæ tum commodè excipitur, ſi, quid præcipiatur, ratio intelligat, & cum diuina lege conuenire reperiat. Reliquum eſt deinceps tam benè conſtituta ratione, quæ volũtati præire debet, vt appetitus quoq. neceſſariis auxilijs adiuuetur. Cęterùm homo vel alteri ſtudet, vt nonnunquã fit, & proximi commoda complectitur: vel ſibi ipſi conſulit, & propriam vtilitatem ſectatur. Igitur quoad promerendũ attinet, pietas à Spiritu ſancto impertita beneuolentiam erga omnes inſinuat, voluntatemqoe ſic afficit, vt propter eum amorem, quo Deũ proſequimur, de omnibus benè mereri vehementer optemus. Quantum verò ad nos ſpectat, ne vel laboris difficultate abſterriti à virtutis ſtudio reuocemur, aut voluptatũ illecebris capti in vitia prolabamur, metu quidem diuini numinis impotẽtes atque elatos coercet: remiſſos & metu fractos fortitudine erigit atque corroborat. Habes ex his ſeptem ſpiritus dona, quas totidem lucernas Scriptura vocat, vni cãbelabro inſertas, id eſt Spiritui ſancto, qui eorumdem fons & origo eſt. Ea ſunt intellectus, ſapientia, ſciẽtia, cõſilium, pietas, fortitudo, timor. Et illud quoque animaduerſione dignum, ante dormire hominem, quàm extingoantur. Nam niſi nos vecordes primùm atque improbos Spiritus ſanctus patiatur, ſua dona tuetur conſtantiſſimè.

VERSVS 4.

Et vocauit Dominus Samuel. Qui reſpõdens, ait: Ecce ego.

VERSVS 5.

Et cucurrit ad Heli, & dixit: Ecce ego: vocaſti enim me. Qui dixit: Non vocaui: reuertere, & dormi. Et abiit, & dormiuit.

VERSVS 6.

Et adiecit Dominus rurſum vocare Samuelem. Conſurgénſque Samuel, abiit ad Heli, & dixit: Ecce ego: quia vocaſti me. Qui reſpondit: Non vocaui te fili mi: reuertere & dormi.

Religioſa ſedulitatis exemplum.

ANIMADVERTE pueri in tabernaculo Domini commorantis animoſam alacritatem, intempeſtæ noctis ſilentio, corpore atq. animo pariter ſoporis illecebris irretitis, vocatus reſpondet: nec hactenus reſpondiſſe contẽtus, refluente continoò ſopore demergitur: ſed eum nemo præterea quicquã imperaret, aſſurgit, & quod magis mirere, cucurrit ad Heli. Egregium plane noſtris tyronibus ſedulitatis exemplum. Sic enim decet eum, qui Deo ſeruiat, impigrè obſequium præſtare. Vides vt non illũ mollis culcitra, non ſomnus tenuit blandus aſſentator adoleſcentium: non noctis horror, nõ tenebrarũ vincula, non ambiguæ vocis incerta autoritas, pręſertim apparẽte nemine, ab officio retardauit. Ad primum vocis ſonum cõfeſtim prodiit. At nos per tot vices infremente claſſico, quaſi veterno occupati, doto & inamœno cubili inhæremus, quibus ad procedendũ parata ſunt omnia præter animũ. Nam miles clangente tuba excuſare poſſit induenda primùm

A arma eſſe, & imponendam capiti galeam, loricam autem aptandam corpori, muniendum ferro pectus, ac ſic demũ in aciem proditurũ. Poſſit & periculi metus nonnihil ſemiſopitum, & necdum ſatis exertis ſenſibus ſibi conſtantẽ, remorari. Ipſa item ſomni violenta diſcuſſio, nondũ plane reparatis viribus, ac denique præter expectationem tumultuaria profectio. Tibi poſt ſolitam quietem conſueta excubiarũ ſtatio recurrit: dormis neceſſario cultu inſtructus, arma in breuiario ſunt omnia, diſcrimen nullum, quid moraris? Nõ vocat te Heli, ſed Dominus. Currentẽ inſequere Samuelẽ: ducem ſe viæ præbet, ne vel hoc tibi deſit ad exhortationẽ. Quo magis

B autẽ illum cupias æmulari, conſidera quæſo, quo tẽpore Adamo latus in mulierẽ deformatum eſt, quæ illum ad peccandum impelleret, nonne cùm ſomno indulgeret, & quidem graui? Isboſet itẽ cum ſterteret, inſidiis oppreſſus eſt. Siſara autem, & Holophernes, cùm arctè & grauiter dormirent, repentè à molieribus confoſſi ſunt. Quod non ea mẽte dixerim, qood putem Dominũ famulis ſuis ſomnum prorſus inhibuiſſe: ſed quod leuis ſomnus ac facilis eſſe debet, qualẽ fuiſſe Samuelis colligimus, qui ad minimum quemque ſtrepitum cito ſoluatur, liberoſque artus imperio volũtatis reſtituat. Nã ſi quis tanqoã lethargo ſopitus, mortuo potius, quã quieſcẽti ſimilis iaceat, quomodo optatiſſimam vocem illam exaudiet, quæ media nocte ſponſi aduentum nuntiatura eſt? At Samuelem

C cùm eſſet abſtemius, & cibis quoque parcè, cõtinenter, ac ſobriè veſceretur, diuina vox latere non potuit: qua facile excitatus pigritiã vnà cũ ſomno à ſe depulit. Cæterùm, vt hoc quoq. te moneã, tam prompta ac facilis obedientia non aliũde profecta eſt, quàm ab homilitate, quam paupertatem ſpiritus Chriſtus vocat, & charitate, qua Deũ, ſenemque magiſtrum ſuom Samuel complexus eſt. Nã dum omnia quę imperantur, religioſe ſuſpicit, & nequid ſeni cæco atque imbecillo incõmodi acciderit, veretur, vt primùm vocatus eſt repẽte adfuit. Porrò ſenis iuſſu reuerſus illicò ſomnum repetit. Quo argumento deprehendimus partem noctis maximam adhuc reliquam fuiſſe: & cùm necdum ſolitũ ſomnum cepiſſet, tamen ſedulò morem

D geſſiſſe. Nec paulò pòſt reuocatus obmurmurat, aut ſe audire diſſimulat: non ſibi ludũ fieri conqueritur, non quietem interpellari, non denique redire cunctatur: ſed ingenuè ſimplex & innocẽs, abſque vllo examine, accerſitus adeſt, hoc vnum ſollicitus, ne obedientiæ deſit. *Fili mi, reuertere & dormi:* Iuuenalis Satyra 7.

Dij maiorũ vmbris tenuem, & ſine pondere terrã,
Spirantéſque crocos, & in vrna perpetuum ver,
Qui præceptorem ſancti voluere parentis
Eſſe loco.

VERSVS 7.

Porro Samuel necdum ſciebat Dominũ, neq. reuelatus ei fuerat ſermo Domini.

Cvcvrrit ad Heli, et ait, &c.

INTERPRETATIONE indiget, ſicut & illud S. Ioannis Baptiſtæ Ioann. 1. verſ. 33. *Et ego neſciebam eum:* quomodo enim neſciebas, quẽ accedentem ad baptiſma præ reuerentia repel-

CVCVRRIT AD HELI ET AIT, &c.

S. Auguſt.

lebas, & , *à te debeo baptizari* inquiebas? Samuel A etiam quomodo Deum neſciebat, cuius in obſequio dies & noctes conſumebat? Sed vtrique ænigmati ſua ſolutio adhibita eſt. Itaque vtriuſque ignorantia ſic intelligenda eſt, vt Ioannes quidem neſciret, teſte S. Auguſt. in eum locum, eum eſſe ſolum qui baptizaret in Spiritu ſancto, quiſquis tandem miniſterio functus baptizaret: Samuel verò necdum colloquio Domini potitus, aut ſpiritu prophetiæ inunctus, vt teſtatur S. Hieronym. in Tradit. Hebraicis in 1. Regum: aut certè necdum ſacris literis imbutus quod hactenus iunior eſſet, quā vt per ætatem eas diſcere licuiſſet, vt S. Theodoretus quæ. in 1. Reg. tradit. Sapientes Indiæ adoleſcentes non ante decimum octauum annum ad Philoſophica ſtudia admittebant. Præcedentem enim ætatem infantiæ terminis contineri arbitrabantur. Narrat Phraotes rex Indus Apolloo io apud Philoſtratum lib. 2. cap. 9. eius vitæ.

S. Hieron.

S. Theod.

B

Philoſtrat.

Obſerua tandem, non prius quenquam noſſe Dominum, quàm ipſe vocet, ſeque illi manifeſtum faciat. Vnde nec fidem labore atque induſtria partam, aut ingenij acumine repertam credere debemus: ſed diuinæ benignitati acceptam referre. Non nouerat Petrus, non duo filij Zebedæi, cùm de retibus apud ſe reſarciendis cogitarent: non Matthæus, cùm inter Publicanos reſidens, de exigēdis vectigalibus cum reliquis ſui ordinis tractaret: non denique Saulus, cùm in eos, qui eum faterentur agnoſcere, hoſtilem in modum ſæuiret: ſed prius quidem eos vocauit Chriſtus, deinde & qui eſſet aperuit, ac ſic demum quos vocauit, vt ait Apoſtolus, eoſdem etiam ſuæ gratiæ beneficio iuſtificauit. Quis igitur deinceps fidenter peccare audeat, hoc ſibi pollicens, ſe poſſe cùm volet, pœnitentiam agere, cùm pœnitere quemquam verè & animo nequeat, niſi Deus vocet: & ipſe non modò plures ſe vocaturum neget, qui gratiam ſuam contempſerint: verumetiam ſi maximè rogent, aſſerat non auditurum? Etſi namque dolor aliquis ſemper à tergo ſceleri immineat, qui conſcium pectus pungat & laceret, tantus ſæpenumero qui credi poſſit pœnitentiam ciere poſſe: non tamen vnquam tantus, vt peccatum deleat. Neque enim, vt vides, ſi quod vulnus corpori inflictum fuerit, is dolor, quem plagæ natura comitem adhibuit, idem quoque valetudinis reparatio eſt, ſed aliis illa remediis ſanatur. Itaque nec ſi ſæuiſſima quidem ægritudo, aut etiam diræ vltrices conſcientiam torqueant, propterea anima conualeſcet, niſi curatio adhibeatur. Ea verò non in poteſtate noſtra ſita eſt: ſed à Dei voluntate pendet, cui vim afferre non poſſumus.

Nemo conuertitur, nec quenquam pœnitet, niſi quem Deus vocauerit.

C

D

VERSVS 8.

Et adiecit Dominus, & vocauit adhuc Samuelem tertiò. Qui cōſurgens abiit ad Heli.

VERSVS 9.

Et ait, Ecce ego: quia vocaſti me. Intellexit ergo Heli quia Dominus vocaret puerum: & ait ad Samuelem, Vade & dormi: & ſi deinceps vocauerit te, dices, Loquere Domine, quia audit ſeruus tuus. Abiit ergo Samuel & dormiuit in loco ſuo.

NON igitur poſtquā ſemel vocauit Dominus, ſi continuò agnitus non ſit, deinceps à vocatione abſtinet: ſed patienter agit nos diutius ſuſtinens, donec tādem ſua conſtantia mētis noſtræ contumaciam expugnet, & vocationi pareamus. At verò quanta eſt hoc admiratione dignum, quod eum, quem Prophetā elegerat, & tertia iam vocatione dignatus fuerat, nō ante colloquio ſuo impertiuit, quàm à ſacerdote admoneretur, quomodo vocationi diuinæ reſpōderet? Vocatur autem Samuel vſque ad tertiā vicem, eò quod, vt ait gloſſa interlinearis, futurus eſſet Propheta, dux, & ſacerdos. Sed hoc conſtare non poteſt, cùm neutiquam fuerit ſacerdos, vt poſtea docebimus. Potius igitur, vt Heli cognoſceret, inquit Vermil. non eſſe rem illam fortuitam, aut commentum puerile, ſed verum Dei oraculum. Alioqui potuiſſet ſuſpicari aut puerum mentiri, aut eſſe ab aliquo ſubornatum, vel denique ne Heli oraculum illud præteriret, quod alioqui futurum erat, niſi id ante ex toties repetita vocatione coniecisſet, Nam Samuel, vt apparet paratus erat reticere, veritus ne rem parum gratam magiſtro faceret tam ſæua, tam horrenda referendo, niſi ille coëgiſſet. Tandem miratur Heli, dum ſecum reputat, Samuelem vocatum eſſe non modo ſemel, verum etiam iterum, ac tertiò. Et intelligit ex hoc, illud non fuiſſe naturale inſomnium, aut humanam vocem. Nam ipſe quoque illam audiuiſſet, ac cæteri leuitæ, qui eadem tabernaculi parte cubabant. Statuit itaque apud ſe puerum à Deo vocari, eumque inſtruit, quomodo erga vocantem debeat ſe gerere.

Gloſſa interlinearis.

Vermilius.

INTELLEXIT *ergo Heli quia Dominus vocaret puerum, quod Dominus vocaret puerum.*] Et vnde intellexit? Num quia tribus vicibus repetita vocatio diuinæ vocationis certum argumentū eſt? Nam ait Scriptura: *Tres ſunt qui teſtimonium dant in cælo, Pater, Verbum, Spiritus ſanctus, & hi tres vnū ſūt:* Nempe tria ſuppoſita, vnum principiū actionum omnium ad extra. Et iterum: *Tres ſūt qui teſtimonium dant in terra, ſpiritus, aqua, & ſanguis.* Tria enim illa fidem vnam aſſerunt, ſeu tribus illis quaſi modis vocamur à Deo in nomine Trinitatis. Verùm poteſt & dæmon numerum illum imitari: nec ſemper totidem vicibus antiquiores vocati ſunt. Vnde ergo veritatem deprehendit? An quia vocationes inſolitas omnes Deo tribuebant, ſecuri illuſionum, quæ nos ſæpè decipiunt? At contra plures fuerant falſi Prophetæ, quos ſpiritus mendax exagitarat. An quia mens conſcia puſillanimitatis ſuæ diuinā

Daniel. 13.

irã præſentiebat? An potius non certò agnouit, ſed vt erat ſuſpicax ex dubiis indiciis coniecit? An certè qui auribus Samuelis loquebatur, menti quoque Pontificis rei fidem inſpirauit? Quærit S. Theodoretus quamobrem Samoeli, cũ eſſet admodum iuuenis, vniuerſorum Deus eſt locutus? Et reſpondet ad argoendum Pontificem, qui ſeouerat, adoleſcentulos dignus eſt habitus, cui Deus appareret. Erat enim adeo iuuenis, vt Dei doctrinam nondum poſſet ſuſcipere. Sed tamen eam ætatem antiquæ prætulit Deus: Et eum, qui octoginta & ſex annos duplici magiſtratus honore dignus fuerat habitus, erat enim & Iudex & Pontifex, deſpiciens, locutus eſt cum paruo puero, docens quantum canitie eſt melior iuueotus ornata virtute. S. autem Ignatius ad Magneſianos ſcribens, iuniorémque ſoum Epiſcopum illis commẽdans, ita monet: Et vos oportet non contemnere ętatem Epiſcopi, & ſecundum ſententiam Dei patris omnem venerationem ei exhibere, & ſecundum quod cognoui etiam ſanctos preſbyteros ei deferre, non propter iuuentutem, quæ in eo videtur, arbitrantes contemnendum, ſed in ſapientia Dei ei obedire, quandoquidem non longi tẽporis ſunt ſapientes, neque ſenes ſciune prudentiam, ſed ſpiritus qui eſt in hominibus. Denique Daniel ſapientiſſimus dodecim annorum effectus, Spiritu ſancto repletus eſt, & illos ſeniores canitiem vanam habentes, calumniatores, & alienæ pulchritudinis appetitores eſſe manifeſtauit. Samuel etiam cum eſſer puſillus, nonagenarium Heli ſacerdotẽ per increpationem redarguir, quod filios ſoos honorificaret ſuper Deũ. Similiter & Hieremias audit à Domino, *Noli dicere quia iuuenis ſum ego.* Salomon quoque, & Ioſias in iuuenture mirifici & ſapientes in operibus ſuis apparuerunt. Salomon quidem 12. anno ætatis ſuæ regnare incipiens, arduam & ininterpretabilem mulierum pro paruulis quæſtionem, terribili iudicio diſſoluit. Ioſias verò octo anoorum exiſtens, aras & monumenta ſubuertere cœpit, lucos excidere, templa deücere, quæ non Deo ſed dæmonibus fuerant conſecrata. Nam & falſos ſacerdotes interfecit, vt corruprores & ſedoctores hominum, non diuinitati, ſed diabolo ſeruientes. Propter quod non eſt contemnenda iuuentus cũ Deo adiacuent atque adhæſerir, ſed illa ętas, quæ ex ſentenria nocet, etiamſi inueterata fuerit dierum malorum. Iuoenis etiam fuit Chriſtophorus Timotheus, ſed audite quid ei ſcripſerit magiſter: *Nemo*, inquit, *iuuentutem tuam contemnat, ſed forma eſto fidelium in verbo, in conuerſatione.* Hactenus S. Ignatius Epiſtola ad Mag.

S Theodoretus.

Minor ætas nonnunquã ob virtutem ſenili præfertur.

B

S. Ignatius.

Daniel. 13.

C

Hierem. 1.

4. Reg. 22.

D

1. Ad Tim. 4

DIeIs, *loquere: quia audit ſeruus tuus.*] Benè admonet. Nam ſi quis doceri cupit, debet primùm aures attẽtas promittere: qui legationem ſuſcepturus eſt, fidelem operã polliceri: & qui mandata ſibi dari poſtulat, obſequium offerre. Conſidera etiam quoniam antequam profeſſus eſſet ſeſe pariturum, etſi ſæpius eum Dominus appellaſſet, non eſſe tamen ea quæ vellet prolocutum. Etenim gratia tametſi vocatione ſua mẽtem præueniat, non tamen prius in animam

Diuina gratia humanæ voluntatis conſenſum exigit.

A illabitur, ſéque cum ea communicat, atq; adeo ſuo ſplendore exornat, quàm is, qui tanro monere decorandus eſt, aſſentiatur. Denique non ante verbum gratiæ authorem beata virgo vrero coocepit, quàm ſe ancillam, dictiſque obſequentem prædicauit.

VERSVS 10.

Et venit Dominus, & ſtetit: & vocauit, ſicut vocauerat ſecundò, Samuel, Samuel. Et ait Samuel: Loquere Domine, quia audit ſeruus tuus.

B POSTQVAM vt decebat reſpondere edoctus fuit, & obedire paratus, rurſus eum Dominus, qui procul antea loqui videbatur, propiùs accedeos maiori efficacia vocauit, bis eius oomen repetens. Cui reſpondit puer, vt admonitus erat, *Loquere*, ait, *quoniam audit ſeruus tuus.* Audit, inquit, attento videlicet animo & religioſo. Vocat ſe Dei ſeruum, quod eſſet paratus facere, quicquid iuberetur. Deus, inquit Vermilius, aſtitiſſe dicitur ei, nimirum (vt putat Kimhi) forma quapiam aſpectabili, vel quod ui imagine ſe ei demonſtrauerit viſendum. Et hãc ſuam interpretationem cõfirmat ex libro Numer. vbi cùm traditur Angelum Balaam aſtitiſſe, cùm ſuper aſinam ſederet, Scriptura idem verbũ vſurpat, quod hoc loco יתיצב *iithiaſſef* à verbo יצב *iatſaf.* Paraph. Chald. habet, *Et reuelata eſt ei gloria Domini.* Vel certè idcirco tum ſtetiſſe dicitur, quod cùm antea, poſtquam nomen illius inclamaſſet, deinde ſileos retrocedere videretur, tum & iuxta adeſſe viſus eſt ex ſono vocis, & remãſiſſe, cùm plura loqueretur. Nec verò dubium eſt, quin ſi ſemel diuina gratia admiſſa ſit, ſtet apud nos perpetuò, donec illam noſtro ſcelere deüciamus. Deum namque beneficij nunquam pœnitet: ſed quo plura contulit, eò paratior eſt ampliora cõferre. Illorum verò plurimùm errore offenditur, qui, ne ipſi moleſti ſint, maiora petere verentur, & parcunt eius liberalitati ne fontem exhauriant. Quæ non mediocris iniuria eſt, cùm ſir ille infinitus.

R. Kimhi. Vermilius.

LOQVERE ait.] Nec interponit, inquit Vermilius, nomen Iehouah, quemadmodum Heli mandauerat, quod R. Dauid Kimhi factum idcirco putat, quod illod nomen Dei tremendum ſit, nec proferri à quouis homine debeat, quaſi puer in hoc fuerit Pontifice ſapientior. Friuola hæc ſunt, & à vero aliena. Deus quippe illud nomen propterea bominibus indicauit, vt eo ab illis inuocaretur. Dicendum potius aot hiſtoriam non referre anxiè ac ſollicitè plenum reſponſum pueri: aut illum timore ac nouitate rei ſibi excidiſſe, vt non totum id reſponderit, quod animo conceperat. Id autem non rarò accidere ſolet iis, qui orationem habent apud reges aut imperatores. Illorom quippe maieſtate ac magnitudine ſic perturbantur, vt ſibiipſis minimè conſtent.

Vermilius. Dauid Kimhi.

A

Versvs 11.

Et dixit Dominus ad Samuelem : Ecce ego facio verbum in Iſraël : quod quicumque audierit, tinnient ambæ aures eius.

Vermilivs. Cùm dicit Dominus, ego facio, præſenti tempore pro futuro abutitur, & grauis eſt in eo ſignificantia, quod ait, ſe facturum, docet quippe nos, cùm importantur calamitates, vt eas cogitemus non caſu, aut fortuitò contigiſſe, ſed ab ipſo Deo immitti, quandoquidem is eſt, qui vlciſcitur iniurias ſibi à ſceleratis illatas.

In *Iſrael.*] Ait ſe facturum, initium facieos à clade publica, quod ea maior & acerbior videri debeat, quàm priuata. In bello ſiquidem Paleſtino, vti audiemus, cæſus eſt exercitus, & arca Domini capta. Vnde vniuerſo populo igoominia turpiſſima fuit inuſta.

Tinnient *ambæ aures eius.*] Nimirum ex ſtupore, quo cùm vehementer afficimur, commotiones & ſpiritus quidam excitantur in capite, atque inde magno impetu deſcendunt in aures. Eſt autem vſitata diuinis litteris hæc dicendi formula. Habetur enim poſteriori libro Melakim : Ego faciam, vt quicunque audierit hæc, tinniant aures eius. Quod item in Hieremia legitur. Faciunt autem huiuſmodi locutiones non tantùm ad rei amplificationem, verùm vt quæ dicuntur in animis hominum vehementiùs inſigantur. Nec tanta fuiſſet atrocitas rei, ſi dictum fuiſſet, ego vexabo, affligam, ſeu perdam hunc populum.

Versvs 12.

In die illa ſuſcitabo aduerſum Heli omnia quæ locutus ſum ſuper domum eius : incipiam, & complebo.

Vermilius. Incipiam, &, vt ait Paraph. Chald. ad calcem perducam. Hoc additur, inquit Vermilius, quia nondum erat finis iræ Dei cum interfecti ſunt duo filij Heli, cùm cæſus eſt exercitus, & arca Dei abducta. Quia deinde in nube vniuerſa propemodũ eius familia præter vnum Abiatharum extincta eſt, & denique Abiathar ipſe cum ſua poteſtate motus fuit loco. Noo itaque iniuria Deus ait ſe cæpturum, & perfecturum. Effecit adhæc, non ſolùm vt aures tinnirent audientium, verùm etiam vt Heli ruens ſolio ſuo fractis ceruicibus moreretur. Vtque nurus eius audita ſoceri & viri morte præ animi acerbitate, ac doloris magnitudine in ipſo partu extingoeretur. Hoc erat excogitata ſupplicia perficere. Nam homines, quamuis permulta minantur, & punire incipiant, attamen quòd miſericordia noonunquam tangantur, vel aliquo impedimẽto prohibeantur, cæpta noo abſoluunt. Aſt ego, inquit Dominus, omnino perficiam, & iudicabo domum Heli.

Versvs 13.

Prædixi enim ei quòd iudicaturus eſſem domum eius in æternum, propter iniquitatem, eo quòd nouerat indignè agere filios ſuos, & non corripuerit eos.

Prædixi.] Hoc eſt : antea quidem commeritus eras, vt in negligentiam tuam atque ſocordiam ſeuerè animaduerterem, verùm dum tibi parcere ſtudeo, hactenus quieui, & iræ meæ frenos adhibui. Deinde etiam, vt ſcires
B non ignorare me, quæ tu ab vniuerſo populo reprehendi ſentiebas, per interpretem admonui, vt tandem aliquando ſaluti tuæ proſpiceres. Sed & denuntiatione periculi terrere conatus ſum, & ad officium reuocare, vt filiorum libidini atque ſacrilegijs modum imponeres : ſed nihil horum apud te quicquam valoit : neque comminationes meas extimuiſti, neque iudicia reueritus es. Quid igitur deinceps cauſæ eſſe poterit cur violatæ religioois pœnas non repetant, atque in te poſteris exemplum ſtatuam, ne qois poſthæc ſacra & oblationes meas contemnere audeat ? Turpis excuſatio eſt, & minimè accipienda, cùm cæteris peccatis, tum ſi quis cootra Deum ſe liberorum cauſa feciſſe fateatur.

C Ivdicatvrvs *eſſem.*] Hoc eſt : Quandoquidem ipſe noluit hoc præſtare, munus illius ego ipſe obibo. Iudicium eſſe Dei opus, ait Vermilius, & ad eom pertinere ſatis apertè oſtenditur in Deuteronomio. Nam cùm Deus iuſſiſſet deligi iudices, qui cauſas populi cognoſcerent, & rectè iudicarent, ſubiicitur : *Quia Domini eſt iudicium.* Quod idem Ioſaphat affirmauit. Quare ſi aut paterfamilias, aut magiſtratus officium ſuum negligant, Deus & authoritatem, & operam ſuam interponit. Vermilius.

In *æternum.*] Se prædicit ſumpturum ſupplicium de illa familia per multas ætates. Dauid Kimhi quærit hoc loco, quid ſi quis ex eius poſteris fuiſſet vir pius, & ſanctè vixiſſet, an erat ille quoque inuoluendus iiſdem pœnis ? Reſpondet præuidiſſe vtique Deum neminem ex
D illa familia innocentem fore, adducitque verba Hieremiæ 32. capite, Deus reponit iniquitatem patrum in ſinum filiorum, &c. Etenim filij, quicumque fuerint, ſemper in ſe aliquid habent pœna dignum. Rectè quidem ille quatenus Iudæus, quandoquidem nullus eſt in vniuerſa humani generis maſſa innocens. Deum itaque non latet, quem velit præterire, & neminem immeritò punit. David Kimhi.

Propter *iniquitatem quam nouit.*] Indicatur hiſce verbis Heli non laboraſſe ignorantia, nam cùm omnes de filijs eios quererentur, ſcelus eorum non potuit latere. Expoſtulabant paſſim aduerſus eos, quòd cibos ante tempus eriperent, quòd carnes crudas ab offerentibus etiam inuitis extorquerent, quodque mulieres excubantes pro tabernaculo conſtuprarent.

A Omnia hæc ita publicè committebantur, vt Heli ea fieri non poſſet neſcire, qui tamen ſuos filios iuſta diſciplina minimè caſtigauit. Verbum Hebraicum כהה *cahah* inter cætera ſignificat vultum obfuſcare, ſeu rugis contrahere. Senſus igitur erit. Heli ne frontem quidem contra filios ſuos rugaſſe, vt intelligerēt ipſum eorum nequitiam indignè ferre: quamuis & ad filios id referri queat, vt ſignificerut illum ſua reprehenſione frontes liberorum minimè turbaſſe, hoc eſt, non ſic illos affeciſſe, vt erubeſcerent, & præ pudore frontem demitterent.

Indigne *agere filios ſuos.*] Chald. Paraph. *Eo quod prouocantes ſibi filij eius.* Id eſt, ſibi malum à Deo quærentes, eiuſque ſibi vindictam B accerſentes, immò & reliquum populum illorum impietate offenſum in ſe concitantes; ita vt iam nemo eſſet, qui non eos conuitiis & maledictis proſcinderet. Poteſt etiam illud de ſcãdalo accipi, cuius illi populo ſatis per ſe ad ſuperſtitionem propenſo, amplam materiam ſubminiſtrabant; quod ſcelus eſt omnium, vt ante dixi, nocentiſſimum. Peſſimè ſanè merentur de religione vitioſi antiſtites, quod non ſolùm vitia concipiunt ipſi, ſed ea infundunt in Eccleſiam, neque ſolùm obſunt quòd illi ipſi corrumpuntur, ſed etiam quod corrumpunt, pluſque exemplo quàm peccato nocent. Neque enim tantum mali eſt peccare ſacerdotem, quantum illud, quòd permulti imitatores ſacerdotis exiſtunt. C At Pagninus, Vermilius, Vatablus legunt eo quod contemnebant ſeipſos, id eſt, ſe contemptibiles reddebant ſuis facinoribus. Quales nonnullos hoc tempore videmus, qui cùm in ganeis & popinis frequentius quàm in locis ſtodio, aut orationi conſecratis verſentur, ventri atque libidini ſeruiant, & ludis vnà cum reliquo populo exerceantur, minimè mirum eſt ſi turpiſſimo cuique ludibrio ac deſpectui habeantur. Quorum proinde prædicatio, aut nulla ſit neceſſe eſt, aut omnium irriſione ludatur. Qui magiſtro, inquit S. Iſidor. Peluſ. nihil pręter ſermonem ineſſe exiſtimant, & aures obtundunt, & riſum moueut. At qui operibus emicant, etiamſi ſilentium colant, ſpectatorum tamen animos erudiunt. Atque illud eſt: *Sacerdotes loquimini ad cor Hieruſalem.* Multi enim ſunt, qui loquendo moleſtiam exhibeant. Pauci qui operibus doceant. D Hactenus S. Iſidorus. Ex quo deinde ſequitur, vt eorum etiam vitia in plebis perniciem erumpant, & in Deum ipſum per ſummam iniuriam ignominiámque redundent. Nam ſi illi qui ceremoniarum ac religionis principes haberi debent, viles ac profani cenſeantur, quæ poterit eſſe diuini cultus reuerentia? Nam vulgi hic error eſt, plures ſacra putant illegitimo vſu contaminari, nec cum pietate impietatem, cum ſanctitate ſpurcitiam coniungi poſſe autumant. Quòd ſi quis contra arguat, ne cœno quidem lucis ſpleudorem maculari, reſpondent: quis eum putet qui ſibi minimè profit, alteri conſulere velle? Nam voluntatis intentio, certúmque conſilium requiritur, vt quod ceremoniis adumbratur reipſa & exitu perficiatur. Quocirca non leue flagitium eſt ſacra contaminatis manibus attrectare, & ceremoniarum ſanctitatem vitæ propriæ dedecote polluere, cùm tantum inde periculum omnibus immineat, quantum neceſſe eſt contempta religione creari. Iam verò qui eiuſmodi ſuot, licet aliquanto tempore iudiciorum hominum laqueos declinent, diuinæ tamen iuſtitiæ inexorabilem ſententiam oon effugient, neque impunè ferent. Olim quidem, vt refert Fagius in 3. Geneſ. ſi tempore quo ſummus ſacerdos in feſto expiationis in ipſum ſanctuarium ingrediebatur, innocens fuit, in pace quoque ingręſſus fuit. Si verò nocens fuit, de medio duorum Cherubim egrediebatur flammeus gladius & verſatilis qui exurebat eum, ſic vt in ipſo ſanctuario moreretur. Conſtat certè ex ſcriptis Hebræorum aliquot Pontifices in ſanctuario periiſſe, quòd non rectè adminiſtraſſent miniſterium ſuum, vel quod dolo ſeſe in illud ingeſſiſſent. Atque hi maximè erant ex Sadducæis, qui non veram fidem habebant legi, & Prophetis: nec iuxta legem, & verbum Domini incenſum offerebant ingredientes in ſanctuarium. Hæc Fagius. Itaque nonnulli eorum calamitate poſtea territi, & ſapientiores effecti, ſeipſos diligentius obſeruarunt: & nonnunquam etiam ab officio abſtinere maluerunt, quàm, dum temerè tantum munus obeunt, exitium ſibi accerſere. Hoc teſtatut Ioſephus de qoodam Matthia ſummo Pontifice lib. 17. Antiq. Iudaic. cap. 7. numer. 8. Matthiæ, inquit, Pontificatu accidit etiam alium Pontificem ad vnam diem ſubſtitui, qua Iudæi populariter ieiunium celebrant. Nam Matthias ea nocte, quæ pręcedebat diem ieiunij, viſus eſt ſibi per ſomnum cum vxore coogredi: & cùm ob hoc ad rem diuinam faciendam non eſſet idoneus, Ioſephus Ellemi filius adiutot vicarius propter cognationem ei datus eſt. Hactenus Ioſephus. Sed & minores etiam ſacerdotes, ſi quid deliquiſſent, ſeuerè extremplo puniti ſunt. Teſtes Nadab & Abiud filij Aaron ſummi ſacerdotis, qui cùm alienum ignem ſacrificantes vſurpaſſent, actutùm cœleſti ignè conſumpti ſunt. Nec illorum temporum exempla duntaxat ſuppetunt: verùm etiam ex quo, antiqua illa Synagoga obſolera atque diruta, Chriſti Eccleſia ſanguine ſtetit, parem ſeueritatem animaduerſionis nonnulli, cùm indignè ad ſacra accederent, experti ſunt. Narrat Palladius cap. 29. Sanctum Macharium preſbyterum quendam curaſſe, quem morbus Cancer ita capite corroſerat, vt os verticis nudum appareret. Quod eidem ſancto idcirco contigiſſe declarauit, quòd cum ſeſe fornicatione polluiſſet, nihilominus ſacrum miniſterium peragere non dubitaſſet. Itaq; iuſſit eum polliceri deinceps, vt inquit, non ſacrificaturum, & ſic demum ſanauit. Sed & ſanctus Gregorius Turonenſis, vt viciniora & tanquam domeſtica noſtris hominibus referamus, l. 5. hiſt. Franc. cap. 4. Pappolus, inquit, Lingonum Epiſcopus, cùm multa ſceleratè egiſſet, anno 8. Epiſcopatus ſui, dum diœceſes & villas Eccleſiæ circumiret, quadam nocte dormienti apparuit illi beatus Tetricus vultu minaci eundem

Turpis vita ſacerdotum peſtis eſt maxima.

S. Iſid. Pel. Epiſt. 1 La.

Eſa. 40.

Paulus Fagius.

Indignè ſacra tractantes ſeuerè puniti.

Ioſephus. *Pontifex ob ſomnum venereum à ſacris abſtinet.*

Palladius.

S. Gregor. Turon.

his verbis increpitans: Quid tu hic Pappole? Vt quid ſedem meam polluis? Vt quid Eccleſiam peruadis? Vt quid oues mihi creditas ſic diſpergis? Cede loco, relinque ſedem, abſcede longius à regione, & hæc dicens virgam, quam habebat in manu, pectori eius cum ictu valido impulit. In quo ille euigilans, dum cogitat quid hoc eſſet, ficta illo in loco defigitur, ac dolore maximo cruciatur, abhorret cibum potúmque, & mortem iam ſibi proximam præſtolatur. Quid plura? Tertia die cum ſanguinem ore proiiceret, expirauit. Hæc S. Gregorius. Sed nulla celebrior, aut etiam terribilior quàm Vdonis Archiepiſcopi Magdeburgenſis hiſtoria, qui cùm olim puer obſcuro loco natus, parum ingenio valeret, ſummam tamen eruditionem B. Virginis ſuffragio, cui ſe precibus pluriimùm commendarat, obtinuit: ac poſtremò etiam Epiſcopatum in eadem vrbe conſecutus eſt. Verùm ille poſtea beneficij ſimul & officij immemor, libidini ſe prorſus addixit. Is itaque cùm aliquando rem cũ quadam cœnobij vallis liliorum antiſtita haberet, in ipſa nocte terribilem in modum admonitus eſt, in poſterum ludo finem imponeret. Verùm cum nihil ille propterea commotus, pergeret tenere eam viam quam cœperat, à Friderico eiuſdem Eccleſiæ Canonico in choro S. Mauritij excubante, à B. Virgine apud ſummum iudicem accuſari viſus eſt, & capitali ſententia damnari: quem eueſtigio Abbatiſſę complexibus abſtractum, atq; eò adductum, capite obtruncari perſpexit. Cuius etiam prodigij vt aliquod veſtigium extaret, quo metus poſteris incuteretur, marmoris candor eius cruore erubuit. Ita refert Ioan. Naucler. 2. volomine Cronographiæ ſuæ generatiooe 34. S. Henrico imperatore, Benedicto autem 8. Pontifice. Quibus à Nauclero memoratis nõnullæ ab aliis circunſtantiæ adiiciuntur, quæ totam narrationem admodum ſuſpectam reddant, quemadmodum illud eſt, fuiſſe eam Abbatiſſam Ciſtercienſis ordinis, cùm ordo ipſe longo poſt tempote, nimirum anno Domini MCXCIX. inſtitutus & fundatus fuerit, vt notauit Paulus Langius in ſuo Chronico Citizenſi, in Hugone 3. Citizenſi Epiſcopo. Adde quod nemo vnquam, vt idem affirmat, eius nominis Epiſcopus illi ſedi præfuerit. Per hæc tamen, inquit Langius, non aſſero relationem de Vdone prorſus explodendam & abiiciendam eſſe: ſed tanquam pro magna ſui parte falſam, & mendoſam, dubiam & ſuſpectam hiſtoriis non inſerendam oſtendo. Ita Langius: qui illam quidem hiſtoriam vetam eſſe non negat, ſed negat temporis rationem oménque Pontificis pati poſſe, vt id de Archipræſule Magdeburgenſi, ſiue Parthenopolitano aſſeratur. Ao verò alibi cõtigerit, quod iſti loco tributum eſt, non diſputat, neque diuinorum iudiciorum ſeueritatem in dubium reuocat: quę, licet hoc factum falſitatis argueretur, aliis penè innomeris exemplis confirmari poteſt. Nec tamen propterea, ſi quiſquã eſt, qui, cùm ſceleratè viuat, nulla moleſtia afficiatur, is periculum euaſiſſe credendus eſt, ſed ſeruari in poſterum; vt tanto atrocius ſopplicium luat, quanto faciliorem Dei

Ioan. Nauclerus.

Paulus Langius.

A clementiam in prorogando pœnitentiæ ſpatio expertus eſt. Cæteroqui enim neque ſatis liberum videri poſſet, neque diuinæ præſcriptioni conſentaneum, ſi malis omuibos iſtic pœna irrogaretur. Nam ſi quotqoot ſunt diuini Numinis contemptores, in eos omnes in præſentia vindicaretur, quæ ratio eſſe poſſet cur futurum poſt hanc vitam iodicium prædicaremus? Sed & iuſtis quoque præmiorum expectatio periclitabitur, ſi Deus nunc omnibus pro eo ac merentur retribuat. Nsm ſi iſthc vitia plectuntur omnia, quis non arbitretur parem quoque meritis gratiam referri? Propterea igitur neque omnes animaduertendi ſunt, ne futurorum ſpem boni abiiciant; B neque non aliqui puniendi, ne mali, qui tantũ pręſentia cernunt, timorem à ſe depellant: etenim impunitatis ſpes maxima eſt illecebra peccãdi.

Non abs re malis omnibus iſtic pœna non infligitur.

At 70. paulò aliter hunc locum interpretati ſunt: *Et nuntiaui ei quod vlciſcar ego domum eius vſque in æternum in iniquitatibus filiorum eius, quibus nouerat, quòd maledicentes Deo filij eius.* ὅτι κακολογοῦντες θεὸν οἱ υἱοὶ αὐτοῦ. Quo ſenſu etiam Dauid Kimhi exponit, vt docet Vermilius, nimirum Heli ſciuiſſe filios ſoos execratos fuiſſe Dominum, quod tamen Scriptura noluit apertè ſignificare, ſed litteris tranſpoſitis poſuiſſe להם *labem* pro לו *lo*, quaſi diceret: Norat illos me contemnere ac blaſphemare, cùm ſuum honorem, voluptatem, & commodum honori C meo anteferrent. Deo itaque tanta reuerentia debetur, vt literæ ſacræ quandoque nolint exprimere diſertè nomen eius blaſphemia & execratione fuiſſe imperitum. Sic vxor Ioh dixit ei, *Benedic Deo, & morere*, cùm ad execrationem Dei eum incitaret. De Ioh autem Scriptura teſtatur eundem qootidie pro ſuis liberis obtuliſſe Deo ſacrificium, *Ne fortè illi benedixiſſent Domino.* Et Naboth eo crimine dãnatus eſt, qood *benedixiſſet Deo & Regi.* Et adiecit idẽ Hebræus interpres, decem & octo huiuſcemodi loca in ſcripturis inueniri, nec tamẽ ea commemorat. Hanc reuerentiam erga Deum non poſſumus non vehementer probare, ſummo quippe honore de illo & cogitandum eſt, & loquendum. Si enim Michaël, vt eſt in Epiſtola Iudæ, non auſus eſt Diabolum execrari, ſed tantùm dixit: *Increpet te Deus*, quanto minus exprimenda ſunt ea verba, quæ honori Dei videri poſſint quid-D quam detrahere? Et apud Zachariam dixit Angelus Diabolo ſub perſona Dei: *Increpet te Deus.* Reprehenditur itaque Pontifex Heli, quòd ſoos liberos, cùm ſciret Deum contemnere & execrari, non repreſſerit.

Septuaginta.

Kimhi.

Benedicere in ſcripturis nonnunquã pro maledicere ponitur.

Indignè vertit interpres noſter, quod vocabulom ſuperiora omnia ſua ſignificatione complectitur. Nam & turpiter ſe geſſiſſe ſignificat, & ſceleſtè, & impiè, atque adeò longè ſecus quàm vel eorum dignitatem, qui ſacerdotes eſſent, vel dioinam maieſtatem, cui miniſterium exhibebant, deceret. Porrò, qui indignè ſe habet aduerſus aliquem, eundem proculdubio ad iracundiam prouocat. Nam & contemptionem & deſpicientiam ſonat illa vox, quæ maximè iram concitant: Superbiam quoque, ac contumaciam, contumeliam item ac iniu-

Indignè agere quis dicitur.

Nove-ratin-digne agere filios.

riam, nec communem, aut vulgarem, ſed quæ, A cùm cum ſacrilegio, ignominia atque animi atrocitate coniuncta ſit, minimè ferenda eſt. Nam qui idcirco alteri molitur inferre iniuriã, quod prior acceperit, nonnulla fortaſſe venia dignus habebitur: eſt enim aliquid dolori indulgendum, quemadmodum & ſi quis alterius commodis, aut honoribus inhians, eadem in ſe quamuis iniuſtè transferre conetur: non enim id adeò vt illi incommodet, quàm vt animo obſequatur ſuo facere credendus eſt. Quanta autem ſit cupiditatis vis atque potentia nemo non agnoſcit. Quò æquiores eſſe debemus illis, qui ab eadem aliquando vincuntur. At verò ſi quiſquam non modò non iniurium, ſed nec B vlli quidem inuidiæ obnoxium, de ſe autem bene meritum contumelioſè atque iniurioſè tractet, animo lædendi magis, quam inferendæ neceſſitate iniuriæ, is profectò indignus eſt, à quo vllam excuſationem accipiamus. Quòd ſi præterea, non tantùm quæ ſunt illius propria, petulanter inuadat, verùm etiam eundem nullo loco habeat, dignitatẽ omni probro ac turpitudine violet, proculdubio indigna facere dicendus eſt, quemadmodum & is qui ferat, indigna pati: quod tum verè fit, cùm quis non ſolùm contemptum atque iniuriam tolerat, ſed etiam tanquam vlciſci non valeat, humilis atque abiecti animi infamiã ſuſtinet. Porrò hæc omnia à perditiſſimis illis ſacerdotibus Deus Optim. Max. pertulit, ſi tamen credi fas eſt, aut ſi potuit eſſe aliquando vlli contumeliç obnoxius. Verùm hoc dicere volebam, quantum in illis fuit, nullum vnquam opprobrium aut contumeliam in eum iactare deſiiſſe. Propte- C rea igitur, cùm diuinum numen tam indignis modis à filiis Heli conculcaretur, (quanquam reuera nulla ex eorum ſumma indignitate labes illius dignitati aſpergi potuit,) tandem aliquãdo iracundia exarſit & excanduit, ſeque breui in eos, patremque ipſorum exemplum læſæ diuinitatis editurum per ſanctè iurauit.

ff. de reg. Iuris.

Et *non corripuerit eos.*] Paulus ff. de diuerſis regulis iuris l. 50. Culpa caret, qui ſcit, ſed probibere non poteſt. Seneca in Troade Act. 2.

Seneca.

Non pariar, in me culpa cunctorum redit.
Qui non vetat peccare cùm poſsit, iubet.

Verùm quid ſi cogitarit, vt inquit Vermilius, ſe apud eos nil poſſe caſtigatione ſua proficere, erant enim iam grandes natu, & facilè ſenis hominis verba fuiſſent aſpernati. Ad hoc Dauid Kimhi ait: Cùm Deus eum ſemel atque iterum increpet, colligendum eſſe inde omnino dignũ fuiſſe, qui reprehenderetur. Et planè ſi liberos D ſuos ita educaſſet à prima ætate, adultiori minimè contempſiſſent. Non quidem æquum eſt parentes liberorum peccata præſtare, alioqui nemo eos libenter ſoſciperet, ſed tamen illorũ eſt, cum deliquerint, corrigere ac caſtigare. Sed nunquid non corripuit? Imò corripuit, ſed nimis indulgenter, inquit Vermilius. Oportuit enim ſingula eorum ſcelera efficaciter ob oculos ponere. Nam generatim vitia commemorare, leuius eſt, & auditu facilius, quàm ſi cum authoritate ſingula exprobrentur; & quę ſcor-

D. Kimhi.

Vermilius.

Et non corripuerit eos.

Quomodo Heli dicatur filios non corripuiſſe. 1. Interpret.

ſim exaggerantur, vehementius commouent. Deinde non eos affirmando reprehendit, ſed tantùm ex conditione: Sic dicunt, inquit, ſic ad me perfertur: ac ſi diceret: Si vera ſunt quæ audio, grauiter peccatis. At dicere oportuit, hęc veſtra ſunt ſcelera, hæc flagitia committitis, hæc nefariè peccatis. Certè qui frigidè ac leniter monent, nihil aliud quærunt, quàm declinare inuidiam. Non ſatisfeciſſe autem Heli grauitati diſciplinæ inde colligitur, quod poſtea & à viro Dei, & à Samuele ob hanc eandem cauſam reprehenditur, quod minimè contigiſſet, ſi, reprehendendo liberos, authoritate Pontificis, non paterna lenitate fuiſſet vſus. Erat ſenex, & ea ætate ſolent homines ad miſericordiam eſſe propenſiores. Ioſephus inquit, ab eo tempore illum ferè ſemper fleuiſſe, quod in filios ſuos Dei vindictam certiſſimam expectaret. Hactenus Vermilius. At S. Chryſoſtomus libro 3. contra vituperatores vitæ monaſticæ, ſtatim ab initio, Heli reprehenſionem ſtudioſius examinans, Certè, inquit, plena ſunt grauitatis, reuerentiæ, ac ponderis hæc verba, & quæ recuperare, atque ad ſtatum vitæ melioris reuocare poſſent eum, qui penitus excors & amens non eſſet. Quippe ſceleris immanitatẽ indicant, & quàm ſit metuendum & cauendum admonent, & quæ illud pœna ſubſequatur oſtendunt, grauiſſima ſcilicet & intolerabilis. Corripuit igitur illos & cohibuit. Quorſum itaque tam ſeuerè atque atrociter ob neglectã correctionem arguitur? Verùm, quoniam non omnia quæ fuerant agenda, vt ea reſecarentur vitia, molitus eſt, & ipſe vnà cum illis periit, inquit idem Chryſoſtomus. Quemadmodum enim ſi quis medicus, cùm igni & ferro opus eſſet, anodynis medicamentis vſus ſit, vlcus fouiſſe potius quàm curaſſe arguetur: ad eundem modum hic quoque Pontifex, cùm filiorum contumaciam impietatemque ſeueriori animaduerſione coercere poſſet, leuiora remedia adhibens, eorundem ſalutem prodidiſſe viſus eſt, ac proinde etiam meritò neglectæ religionis damnatus. At dicet quiſpiam, quid enim ad hæc adiicere potuit? Reſpondet idem ille 2. beatus: Minas addere debuit, & à ſuo conſpectu illos amouere, abdicare etiam & verberibus afficere, multòque illis grauius & durius inſtare. Itaque S. Ephræm ſuperiorem illam Heli reprehenſionem ne dignam quidem cenſet, quæ admonitio eſſe putetur, cùm non tam ex animi ſententia profecta ſit, quàm populi querelis extorta: Et alioquin, ſi ita in animum 3. velle induxiſſet, vt illi corrigerentur, efficere ſua autoritate potuiſſet. Sic enim ſcribit in Apologia ſua de Heli ſacerdote: Quã arbitratus es admonitionem, non eſt admonitio, ſed ſocordia & negligentia eius in Deum amoris. Nam etſi hoc facientes non probauit, attamen potuiſſet facilè reprimere malum. Et iterum: Dicebat autem, inquit: *Ne feceritis ſic*, forte populi impetum veritus, ita locutus, vt ſcilicet animos eorum, qui filiis reclamabant, emolliret atque placaret. Si enim ipſi diuinus cultus cordi fuiſſet, nullo ſanè modo tantum à filiis damnũ ſceluſque ſuſtinuiſſet, quin potius illud

S. Ioannes Chryſoſt.

S. Ephræm in Apolog. de Heli Sacerd. Initio Tom. 1.

è veſtigio propria è domo arcere contendiſſet. (Cuſtodes namque legis erant, & ſacerdotes, qui legem diſſoluere atque euertere nitebantur) & ſiue obedientes accepiſſet legitimè, ſiue inobedientes, iuxta legis traditionem penitus de medio ſuſtuliſſet: cùm & Sacerdos eſſet, & Iudex, & omnis populus ab ipſius ore penderet. Pergit deinceps idem ſanctus ex Scripturis ſuam probare ſententiam, & hæc ſimul in medium exempla adducit. Apoſtolus cum miſericordiæ viſcera induiſſet, ciuem tamen Corinthium inceſti flagitij reum non tulit, ſed illum Satanæ in interitum carnis tradidit. Petrus Actor. 5. indignos eos vita iudicauit, qui Spiritum ſanctum tentare auſi eſſent. At erat leuior ſcilicet culpa filiorum Heli. Imò cùm iiſdem autoribus Iſraëlitæ à Deo receſſiſſent, impuros Dæmones eius loco colebant, & illis chariſſima quæque pignora filios & filias mactabant. Et tamen hic, cùm Sacerdos eſſet, nullam eis qua refrenarentur diſciplinam dedit, nõ alapam, non verba duriora, tametſi conquerebatur populus, & Deus ipſe per Prophetam admonebat. Huc vſque S. Ephræm de Heli Sacerdote. Præ quo quis explicet quàm ſlaude dignior ſit ſanctus Ambroſius Mediolanenſis Epiſcopus, qui non dico filios, ſed ipſum Theodoſium Imperatorem ad publicam pœnitentiam adegit? Marcion quoque, cùm puellam violaſſet, à patre ſuo Epiſcopo pulſus eſt ex Eccleſia, qui veniens Romam, cùm & ibi ad pacem & cõmunionem recipi non poſſet, ſceleratam commentus eſt hæreſim. Forſtaſſe iſte ſenex Heli, inquit Vermilius, fuit paulò ambitioſior, & conatus eſt Sacerdotium in familia ſua retinere. Interea loci hac ratione in ſeipſum, & in filios ſuos, & familiam peſſimè conſuluit.

1. Cor. 5.

Attendendum præterea, Heli, non ſponte ſua atque vltrò filios reprehendiſſe, ſed populi querelis & clamotibus quodammodo coactũ. Vtique omnes ob vitiatam & corruptam naturam ita ſumus comparati; vt alios inuiti corripiamus. Vellemus enim placere omnibus, & nemini diſplicere. Etenim homo eſt animal ſociabile, itaque ferè ſemper veretur, ne ſi alium arguat, aut liberius moneat, ſocietate indignus habeatur, neve homo *σκυθρωπὸς* appelletur. Tales enim exiſtimantur, qui liberè ac verè loqui ſolent. Idque prophetis maximè vſu veniebat, vt hominum vitia dum reprehenderent, à pleriſque furioſi haberentur. Sic enim principes exercitus de diſcipulo Elizæi percontati ſunt Iehu: *Quid venit inſanus iſte ad te?* Veriſſimè porrò à Comico dictum conſtat. Veritatem odium parere. Sic etiam Paulus ad Galatas dixit: *Num inimicus vobis factus ſum, verum docens?* Noluit itaque odioſam prouinciam Heli ſuſcipere, ſed inſtar boni Mitionis corrigendis filiis egit. Adulatio placet omnibus, verbáque mollas facilè ac citra ſtomachum audiuntur. Quidam enim repetiuntur, qui à monendis & corrigendis hominibus ideo abhorrent, quod ſint male ſibi conſcij, atque intelligant ſe quoque non immeritò poſſe argui, & verentur ne illud audiant: *Hypocrita prius tolle trabem ex oculo*

Ægrè alios corripimus, cùm placere omnibus ſtudeamus.

A *tuo.* Cicero in Verrem ſcribit, ſibiipſi legem indicere innocentiæ, qui paratus eſt in alium dicere.

Cicero.

Alij prætexunt nouum quoddam Philoſophiæ genus, vt doceant omnes huiuſcemodi admonitiones vanas & inutiles eſſe. Is enim, aiunt, quem vis corripere vel prædeſtinatus eſt, vel reprobus. Si autem eſt prædeſtinatorum, admonitione non eſt opus, nam ſalutem aſſequetur, etiam ſi per me non corrigatur: ſin verò inter reprobos, illi admonitio nequaquam proderit. Quis enim eum corrigat, quem Deus abiecit? Hic mihi opportune ſuccurrit reſponſum quoddam Stoici ægrotantis, qui cum iuberet medicum accerſiri, quidam ex aſtantibus
B inquit; nihil tibi operæ pretij medicus afferet. Nam ſi eſt in fatis vt conualeſcas, id tibi vel abſque medico eueniet: Sin verò non eſt, medicus minimè te ſanabit. Ille reſpondit, imò ſi eſt in fatis vt conualeſcam, medicum accerſendo facilius id conſequar quod fata deſtinauerunt: ſin verò non eſt, nihil tamen oberit medicus ad me accedens. Alteri cuipiam vxorem ducturo, quo liberos ex ea ſuſciperet, quidam ait. Nihil tibi opus eſt vxore. Nam ſi fatis deſtinatum eſt vt pater ſias, etiam ſine vxore ſuſcipies liberos. Ad hæc ille ait: Si fata decreuerint mihi liberos, ducam vxorẽ vt illos queam legitimè ſuſcipere. Ita etiam nos argutulis biſce cauillatoribus dicemus, ſi qui lapſus eſt fuerit prædeſtinatus, eum nihilominus corri-
C piemus, vt effectus prædeſtinationis in eo compleatur: ſin verò ad reprobos pertinet, illum admonuiſſe nihil oberit. Diuina etenim decreta nihil auferunt ſalutis media, quæ non minus Deus prædeſtinauit ſuis electis, quàm extremã ſalutem. Nos decet ratione ac via ordinaria ingredi. Nam quid occulta ſua voluntate Deus conſtituerit de ſingulis hominibus, ignoramus.

Prædeſtinatis admonitio neceſſaria.

Cæterùm qui hæc dicunt, reuera ſuperioribus illis cauſis, quas iam commemoraui, potius ducuntur, quàm hoc vano prætextu, quem fallaciter proponunt. Nolunt quippe hominibus diſplicere, & ſuam vitam huiuſmodi eſſe intelligunt, vt multis grauibuſque reprehenſionibus ſit obnoxia. Vnde Prophetæ, vt dictum eſt, odioſam prouinciam monendi & reprehendẽdi alios ſuſtinebant, & nonnunquam deprecabantur. Quin Samuel ipſe, vt audiemus, vix
D adduci potuit, vt comminationẽ Domini Heli Sacerdoti exponeret. Grauiſſimum itaque illius onus eſt, qui omnes ex æquo inſtituit coarguere, ac nemini parcere. Sunt quippe homines admodum veritatis impatientes, cùm ipſam nullo modo aut ferre, aut audire queant, niſi delicate ac magno artificio condiatur. Propterea lauas in primis Horatio tributa eſt, quod vitia ridenti amico indicare poſſet, & circum eius præcordia ludere. At ſi quis candidè atque apertè velit agere, non effugiet quin odium & quidem grauiſſimum incurrat. Neque hodie alia de cauſa in aulas Principum fatui & moriones adducuntur, niſi quòd alij propemodũ omnes principibus adulantur, ſtulti verò ſoli, ſi quid liberius dixerint, vtcumque feruntur.

Vera ratio cur à fraterna correptione abſtineamus.

Digitized by Google

Hæc tamen fratribus admonendis cautio adhibenda eſt, vt ne quid odio, aut inuidia inducti videamur dicere, Nemo quippe facile fert, vel ab inimico, vel ab inuido reprehendi. Quocirca Eccleſiis dari non debet paſtur, qui populo ſit inuiſus, quoniam apud eum nihil vnquã docendo proficiet. Sed vt ad hiſtoriam reuertar, inquit idem Vermilius, concludam ex iam inductis rationibus Heli pontificem erga ſuos filios egiſſe multò leuius, quàm oportuerit. Nam quamuis eos aliquatenus reprehendit, alias tamen partes diſciplinæ minimè adhibuit: & filij cùm pattis monita qualiacumque aſpernarentur, digni fuerunt, vt eos Deus morte cõficeret, qui legem ſanxit, vt filius, qui parentes contempſerit, ad iudices producatur, qui, vt lege præceptum eſt, filium contumacem dedant neci. Hactenus Vermilius.

An ſemper patrem liceat in filios clementem eſſe.

Quatenus amicis indulgendum. Gellius li. 1. Noct. Att. cap. 3.

NVM igitur non licuit patri in filios indulgentem eſſe? Nam ſi iudex, ne amicitiæ iura violet, nonnihil poteſt legis tigorem inflectere, qua tandem beneuolentia par eſt patrem filium complecti? Gratia, inquit Fauorinus, eſt relaxatio diſciplinæ, id eſt rigotis in decoro. Ea verò cui potius quàm filio debetur? Pro magno delicto, inquit ille apud Terentiũ, parum ſupplicij ſatis eſt patri. Verùm alias licere nonnunquam arbitremur, vbi tamen de Deo agitur, eiuſmodi animi remiſſio tolerari non poteſt, cùm ſit ille filiis omnibus anteponendus. Pericles ab amico rogatus, vt falsò iuraret, Oportet, inquit, me opitulari amicis Deorum tenus. Deinde, non leuis erat iniuria vt diſſimulari poſſet. Theophraſtus libro 1. de amicitia, Parua, inquit, & tenuis vel turpitudo, vel infamia ſubeunda eſt, ſi ea re magna vtilitas amico quæri poteſt; neque nominibus honeſtatis, aut vtilitatis deterreri oportet, vbi magna inæqualitas: magnum enim pondus æris lamina auri præponderat, penſitatis temporum, perſonarum, neceſſitatum momentis. Et Cicero item cum eo ſentit, vt ſi qua fortuna acciderit, vt minus iuſtæ voluntates amicorum adiuuandæ ſint, in quibus eorum aut caput agatur, aut fama, declinandũ de via ſit, modò ne ſumma turpitudo ſequatur. Eſt enim quatenus amicitiæ venia dari poſſit. At neuter ſceleri atque flagitio ob amicitiam fauẽdum eſſe duxit. Chilo Lacedæmonius, vnus ex illis ſeptem ſapientibus, quos Græcia mirata eſt, vt autor eſt Gellius Noct. Attic. lib. 1. cap. 3. moriens angebatur adhuc incertus, bene an malè feciſſet. Iudex in amicum, cùm videret damnandum morte, ipſe quidem iuſtum ſuffragium occultè tulit, cæteris verò apertè abſolutionem perſuaſit: ſic ille abſolutus eſt. Fælicius cecidit Barnabæ Briſſonio, ne pariter olim animo angeretur. Nam cùm iudicio is præeſſet, & occultè prius crimen eleuans, ſtuduiſſet aliorum ſententiis hominem abſolui; vbi rem ex animi

Theophraſtus.

Tullius, libro de amicitia.

ſui ſententia proceſſiſſe videt, contrariam ipſe ſuam ſententiam aperit, multiſque rationibus confirmat, quibus reliqui iudices permoti, repudiata priori ſententia, omnes in eiuſdem ſententiam diſceſſerunt. Quæ inſperata mutatio, etſi tum illũ malè habuit, proditæ tamen iuſtitiæ conſcientia exemit. Narrantem audiui virũ nob. Ludouicum de Beauclerc, Caletenſem Præſidem, qui iuſtitiæ ſtudium, cum pari pietatis ardore coniunxit. At contra Heli ceſſit infeliciſſimè. Sed enim, cùm eius indulgentiam Deus ſibi eſſe contumeliæ ratus eſſet, eandem poſtea ſeueriſſimè vindicauit: Ac ſic demum Pontifex, dum eadem facilitate ac lenitate, qua filios antè deprauauerat, eoſdem præcipites ferri ſinit, nec ſeriò cohibet, ſeque ſuoſque perdidit. Cuius vitam ſi flagitiis & dedecore inſignem ſcriptura prædicaret, minus mirum videri poſſet tanto filiorum amore capi potuiſſe, vt propterea Dei monita negligeret. Compertum eſt enim, quemadmodum efferatiora animalia, vt ait Ælianus, ſunt magis philotecna, id eſt filiorum amantia, vt tigris, vrſa: & praui item crudeleſque viri, ac natura iniuſti, charitatẽ erga liberos præter alios maximam retineant. Cuius quidem rei, vt videtur, hæc ratio afferri poteſt, quòd humana natura, quæ amore vacare non poteſt, ſeque ſuaque vehementius diligit, quò per iniuſtitiam & iniquitatem magis expers charitatis in cæteros fuerit, quam totam in ſe continet. Viri autem boni, quò meliores, eò comiores, & in omnibus moderatiores: tum ita adficiuntur, vt eorum cauſa ab honeſto non diſcedant. Improbis verò, cùm nihil penſi habeant, nihil erit potius, quàm liberorum gratia omni ſceleri, rapinæ, ac turpitudini inſeruire. Quapropter indulgẽtiores etiam ſunt iis omnia permittentes, nulla ſeruata diſciplina. At contra bonorum plura ſeueritatis in filios exempla ſunt: apud Romanos Brutus, & Torquatus, & alter item Torquatus, qui Silanum filium publicè accuſatum damnauit. Apud Græcos Epaminondas victoris etiam filij interfector: & Zaleucus Locrenſis, qui ob ſeruandas leges oculum filio excudit. Quibus antiquorum exemplis cùm Heli quoque noſter annumerari debuiſſet, vtpote qui filios haberet ſupplicio digniſſimos, & ſupremã vtramque poteſtatem in Republica obtineret: qui factum dicemus, vt quos verbis emendare non poterat, imperio tandem non coercuerit?

Improbi homines in ſuos ſunt indulgentiores.

Volaterranus in philologia lib. 3.

Num liceat ſacerdotes pœna ſubiicere.

QVID igitur, num cenſes eos, qui ſacerdotes eſſent, pœnæ ſubiici oportuiſſe? At contra ſentit Gregorius 4. diſtin. 45. cap. *Licet accidant.* ſcribens ad Epiſcopos per Germaniã & Galliam. Sic enim ait: Licet accidant pleraque Sacerdotibus quæ ſunt reprehendenda, plus tamen erga corrigendos agat beneuolentia, quàm ſeueritas: plus cohortatio quàm cõminatio: plus charitas, quàm poteſtas: quum nemo noſtrum ſine reprehenſione, aut ſine pec-

Concilium Bracharenſe.

cato viuat. Nam ſi Dominus ſtatim poſt trinam negationem, beatum Petrum Apoſtolum præceprorem noſtrum iudicaſſet, non tantum ex eo fructum, ſicut fecit, recepiſſet. Et Concilium Brachar. 3. cap. 6. circiter annum 670. Quam beatus Apoſtolus arguere, & obſecrare, vel increpare in omni bonitate & patientia præcipiar, extra hanc doctrinã nouimus quoſdam ex fratribus tantis cædibus (verbera intellige à cædo dicta) in honoraros efferueſcere, quantas poterant latrocinantium promereri perſooæ. Et ideo qui gradus iam Eccleſiaſticos meruerunt, id eſt Presbyteri, Abbates, & Leuitæ, qui (exceptis grauioribus & mortalibus culpis) nullis deberent verberibus ſubiacere: B non eſt dignum, vt paſſim vnuſquiſque prælatus honorabiliora membra ſua, pro vt voluerit, & ei placuerit, verberibus ſubiciat, & dolori. Anathemare ferit, imo etiam exilio multat, ſi quis contrà facere audeat. Sunt verò & aliæ leges plurimæ, quæ vim omnem à ſacris corporibus arceant, &, ſi quidem opus ſit, pœnitentiæ laboribus conteri, aut etiam ordine moueri decernant. Verùm quid ad filios Heli hæc attinent? Nam ſi Sacerdotij dignitatem ſpectes, longè alia ratio habenda eſt huius temporis Sacerdotum, quàm illorum, qui vmbrã potius geſſiſſe Sacerdotij, quàm Sacerdorium ipſum obtinuiſſe credendi ſunt. Neque enim illis aliquando aut claues regni cælorum creditæ ſunt, aut ligandi atque ſoluendi conceſſa poteſtas, aut idem ipſum Dominicum corpus facere permiſſom eſt: ſed cùm capras & oues, animalia rationis expertia, facerent, de lepra aut ſangoine ſolummodo iudicabant. Quare, nec ſi quidem noſtros à pœna immunes præſtiterimus, illi propterea ſacroſancti erunt iudicandi. C Quanquam nec ab omni prorſus animaduerſione & caſtigatione, ſi quid Sacerdotes deliquiſſent, Eccleſia vnquam abhorruit. Sed vbi ſe quopiã ſcelere obſtrinxiſſent, maximè vnde graues ſolent eſſe populi offenſiones, ieiunio, mulcta, carcere, ordinis abdicatione compeſcere inſtituit. Imò nec ſi quis denuò, poſt abdicatum Sacerdotium facinus in ſe admiſiſſet, à lictoribus comprehendi, & publico iudicio ſiſti, vel ipſe dignitatis Eccleſiaſticæ defenſor D acerrimus S. Thomas Cantuarienſis inhibuit. Quamobrem igitur illi poſt homines natos turpiſſimi, ac contaminatiſſimi Sacerdotes nõ violatæ Religionis pœnas darent? aut ſe illius ordinis prærogatiua tuerentur, quem ſuo ſacrilegio non ſolùm inquinaſſent, ſed etiam penè de medio ſuſtuliſſent? in corpore ſi quid eſt eiuſmodi quod reliquo corpori noceat, vri & ſecari patimur: horum verò contagio, cõſpectus, vmbra toti populo perniciem afferebat. Quis igitur non continuò exſcindendos pronuntiaret? Sergium patrem ſuum monachum factum, cùm ille officij immemor eſſet, ſanctus Romualdus eius filius vinxit, & ad mentem redire coëgit. Quare filiis ille parceret? Quòd ſi fortè durum & intolerabile parenti viſum fuit ſæuire in filios, at ſic ſeruate deboerat, vt tamen religio ſartatecta maneret, ac priſtinum decus ſacrificiis redderetur: quod præſtare facile fuit.

Non vna & eadem ratio ſacerdotum vtriuſque legis.

Pœna Sacerdotum.

A Nam ſi eos, qui tam indignè ſuo munere fungebantur, ab officio remouiſſet, finem accepiſſet iniuria, & ſimul cum ceſſatione iniuriæ plebis quoque offenſio, & diuini numinis ira conquieſſet. Quocirca ſapienter mihi ſcripſiſſe viſus eſt S. Theodoretus, cùm in hunc locum ad hunc modum diſſeruit: Filiorum iniquitas non egebat lenibus medicamentis, ſed acerrimis & aſperrimis. Oportebat ergo cùm poſt primam & ſecundam admonitionem perſeueraſſent in nequitia, eos à templi ambitu expellere. Nam non ipſi ſoli legem tranſgrediebantur, ſed etiam erant aliis exemplũ vt tranſgrederentur. Quoniam autem pluris fecit naturam quàm creatorem, à Deo ei data gratia fuit priuatus.]

S. Theod.

Versvs 14.

Idcirco iuraui domui Heli, quòd non expietur iniquitas domus eius victimis & muneribus vſque in æternum.

Hebraice, *Si expiabitur*. Vermilius: Formula hæc eſt iuriſiurandi, quæ ſæpius occurrit in ſacris literis. Dicitur à Dauide ſub perſona Dei, *Si introibunt in requiem meam*, vbi pars redditiua deeſt, ſcilicet, non ſim Deus, nom ſim verax, aut quippiam huiuſcemodi. Et hoc loco vocabulum peccati non culpam aut reatum ſignificat, ſed pœnam & ſupplicium, quod ſæpè in diuinis literis accidit. Deum verò ſuas minas confirmare iureiurando mirum non eſt, quia confirmat ad eundem modum ſuas promiſſiones, ne de illis ambigamus. Iurauit Abrahamo, cùm ſemen ei promitteret augendum, & Dauidi iurauit fore, vt ſtirps eius pro eo ſederet, & regnaret in æternum. Annotabimus præterea minas haſce Dei liberas & abſolutas fuiſſe, nulla conditione adiecta.

Vermilius.

De vi bonorum operum & antiquorum ſacrificiorum.

Interpretes Hebræi nituntur quantum poſſunt ſuperioris ſententiæ verba mitigare, aiuntque, Dominum dixiſſe peccatum domus Heli ſacrificiis aut mincha non expiatum iri, non tamen adieciſſe placari ſe non poſſe doctrina legis, eleemoſyois & precibus: quibus rebus multo plus tribount quam ſacrificiis. Equidem fateor, iſta, quæ commemoraui, genere ſuo bona eſſe, nimirum preces, nec non lachrymas, atque ſtudium diuinæ legis cognoſcendæ, quæ tamen ex vi operis ad iuſtificationem & remiſſionem peccatorum nihil faciunt, cùm ad illa ſit opus fide efficaci, nimirum quæ per charitatem operetur: alioqui enim multi legunt, diſcunt, docent ſacras litteras, & quandoque opem ferunt egenis, & precantes aiunt, *Domine, Domine*, quibus

Abſque fide & gratia ſacrificia prodeſſe non poſſe.

Digitized by Google

quibus tamen Deus nihilo eſt placatior. Imò Deus ait in Pſalmo aduerſus impiom, *Quare tu enarras iuſtitias meas?* Eleemoſynis quidem redimitur peccatũ quoad pœnæ mitigationem, ſed illis quæ fiant ex vera fide, alioqui Paulus ait: *Si omnia mea expendero in pauperes, charitatem verò non habeam, nihil mihi prodeſt.* Precibus item multa conceduntur. Nam Abrahamus precibus Iſmaëli vitam impetrauit. Et Loth precibus obtinuit ne Segor oppidum combureretur. At ſi deſit fides, preces otioſæ ſunt & inanes. Quare Deus apud Zachariam inquit: *Cùm ad me clamauerint, non exaudiam eos.* Proinde bonis operibus multa in diuinis literis attribuuntur, non quidem ex ipſorum vi & dignitate, ſed tantùm ex mera Dei miſericordia.] Paucis te admonebo, lector, ne quid in huius verbis offendas, quod à vera fide alienum eſſe videatur. Cùm igitur ſupra fidem efficacem, & per charitatem operantem, ad iuſtificationem requirit Dei gratiam, intellige, quam in nos Spiritus ſanctus infundit, cũ animam purgaturus illabitur, quæ etiam tum cùm nihil agimus, imò ne cogitamus quidem, habitu mentibus inhæret. Alioquin enim nemo dormiens iuſtus haberi poſſet, nemo inter dormiendum oppreſſus ſalutem conſequi, quod eſt abſurdiſſimũ. Cùm item ait, Eleemoſynis, quæ fiant ex vera fide, ſupplicium errato debitum redimi: ibi per fidẽ veram, eandem gratiam intellige, per quã ſimul etiam nouã acceſſionem promeretur. Iam verò cùm addit, bona opera non ſuapte vi, ſed mera Dei miſericordia, diuina beneficia cõſequi, veriſſimè loquitur: neq. enim pro vt à nobis proficiſcuntur, ipſius naturæ habitu, bona eſſe potuerunt, cùm ſit illa corruptiſſima: attamen, ex quo diuina gratia, nos ſibi gratos & acceptos ſuo munere efficit, propter eorum diuinum & immortale meritum, ſalutem quærere & lucrifacere credenda ſunt.] Idcirco autem dicitur nunc, peccata iſtorum non expianda ſacrificijs, quia purgationis huios generis mentio eſt in lege frequentiſſima, nec eo tempore fuit quicquam vſitatius. Et cùm ignis de cœlo cecidiſſet, iamque Iſraëlitarũ caſtra deflagrarent, Moſes iuſſit Aaronem thuribulũ accipere, ac Deo ſuffitum facere, quaſi eo ſtatim placãdus eſſet. Quid ergo, an habebãt illa ſacrificia natura ſua vim placãdi numinis? minimè: docet enim epiſtola ad Hebræos, ſanguinem hircorum & taurorum nõ potuiſſe delere peccata: Chriſtus quippe ſolus eſt, qui noſtram ſalutem perfecit: vulgus tamen illorum temporũ in ipſis ſacrificiis videbatur ſalutem ſuam conſtituere. Quare Deus voluit eis opinionem illam eximere, quã maximè confidebant. Etenim, vt dictum eſt, Sacrificia ex ſe (alia ſcilicet omnia à Chriſti ſacrificio) vtque loqui ſolẽt, ex opere operato nihil hominibus vnquam profuerunt; Cùm tamen ex fide oblata, momenti non parum habuerint. In illis quippe ſubijciebatur oculis Meſsiæ præſtantiſsimũ ſacrificiũ, & promiſsio per eũ æternæ ſalutis, quæ, vt quiſque vera fide apprehendebat, veniã peccatorum conſequebatur. Hinc tota ſacrificiorum deriuabatur vtilitas. Quocirca ſi quis citra fidem in eis verſaretur, nihil indè

Antiqua ſacrificia ex opere operato gratiam iuſtificantẽ non conferebant.

Chriſti fides ſaltem implicita ante eius aduentum Iudæis neceſſaria fuit.

A operæ pretii lucrabatur, præſertim quoad peccatorum condonationem (cum fidem audis, intelligere potes, etiam ſi illa rudis eſſet & inelaborata, ſic enim illam vocat Clemens Alexãdrin. quã Theologi implicitam dicunt, qualem ferebat tenebricoſiſſimi illius temporis ratio, quod totũ figuris & vmbris myſteria celabat, modò tamen illam vſu vel habitu charitas informaret atque animaret) habebatur quidem ex illis, etiam abſque fide perceptis, ciuilis nõnulla mundities. Nam ſi quis ob aliquam impuritatem defuncto extra caſtra tempore manſiſſet, deinde, vt lex exigebat, lauiſſet, pro mundo habebatur, eique licebat cum aliis promiſcuè verſari. Siquidem Eccleſia de actionibus externis tantũmodo iudicat, cùm ad animi penetralia minimè pertingat. B Hoc autẽ ciuili ſeu externa purgatione fiebat, vt pax & ſocietas in populo retineretur, & quamuis huiuſmodi cultus citra fidem hypocriſis ſit, tamen ira Dei eo interdum videbatur mitigari. Etenim Achab ad Deum non conuertebatur ex toto corde, tamẽ ille ob externã diſciplinam ſupplicium ad tempus diſtulit, quòd eius exẽplo populus fortaſſe redditus eſſet aliquantò melior. Non enim dici poteſt, quãti fiant à plebe principum exempla. Vnde ſequitur, Magiſtratuum poſſe ad colendam pacem inter ciues, vrgere opera externa, & ordinariam perceptionem Sacramentorum, nec illorum contemptum, vel intermiſsionem citra iuſtas cauſas diſsimulare. Quo verò animo, ſeu qua fide quiſque illa vſurpet, iudicio C Dei eſt relinquendum.

Legalis & externa iuſtitia.

Antiquorum fides in Chriſtum.

CÆTERVM, quæret aliquis, qua ratione conſtet nobis in veterum ſacrificiis mortem Chriſti fuiſſe adumbratam. Reſpondeo: primùm Deus ait ſe Iudæis dediſſe ſanguinem, quo vterentur ad altare atque ad expiationes, non vt eo veſcerentur, adiecitque rationem, quòd ſanguis anima ſit. Proinde illo ritu ſignificari voluit peccatum expiari non poſſe, niſi mors interceſſerit. Cùm itaque mors deberetur peccato, rectè Paulos dixit, ſtipendiom peccati eſt mors: & Deus in Geneſi monuit Adamum, dicens: D Quocumque die comederitis, morte moriemini. Qui autem offerebant victimas pro peccatis ipſi mori uolebant, & idcirco loco ſuo vitulum, hircum, aut capram, mactanda ſupponebant, manus imponendo eorũ capitibus, ac ſi declararẽt, ſe quidẽ peccaſſe, verùm peccatum ſuum velle in victimam deriuare, ita vt ea pro ſe lueret ſupplicium. Cæterũ cõpenſatio iſta iuſta nõ erat: quia multo maioris pretij eſt hominis vita, quam pecudis. Docebatur itaque hac ceremonia populus expectandã eſſe illã victimã, quæ omniũ eſſet perfectiſſima, hoc eſt, Chriſtũ Ieſum Saluatorẽ noſtrũ, de quo Ioãnes teſtatus eſt diſertis verbis: *Ecce Agnus Dei, qui tollit peccatũ mũdi.* Et Iſaias vaticinatus eſt de eo, *Tanquã ouis ad macellũ ducetur.* Ad hunc itaq. modũ Chriſtus in veteribus hoſtiis notabatur. Sed quæres ad hæc, an verus eccleſia

Quomodo priſci colligere poterãt Chriſtum eſſe venturum.

hoc intellexerit? Equidem non dubito eo tempore id fuiſſe cognitũ, quod tamen intelligo de piis hominibus & ſtudioſis diuinæ legis, non autem de otioſis & contemptoribus. Nam cogitare poterant Deum prius dixiſſe placari ſe velle ſanguine victimarũ, qui tamen poſtea in Pſalmis, & in Prophetis conteſtatur ſe illis ſacrificiis non delectari. Hæc duo loca, ſpecie tenus pugnantia, ſic inter ſe oportuit componere, vt populus doceretur poſteriori ſentẽtia, ſacrificia illa ſua vi & natura nihil ad placandũ Deum valuiſſe, qui ſe tantummodo per Chriſtũ beneuolum præberet & propitium: ipſum autẽ qui expectabatur, Meſſiam, in illis victimis cõſpiciendum proponi. At non omnes eum videbant, inquies. De otioſis & negligentibus id fatebor, cùm tamen & ipſis à Prophetis, id inculcaretur, cùm ab eis repeteretur ſæpè Meſſias, & promiſſio olim facta Abrahamo. Quotquot igitur ex eis eam doctrinam ſeriò cõſiderabant, in illis ſacrificiis Chriſtũ facilè videre poterãt. Cæterùm adhuc obiicitur: cur nunquã expreſſè Chriſtum inuocabant? Quare condonationem peccatorũ propter Meſſiam non orabant? Reſpondeo illos hæc abundè præſtitiſſe, cum dicerent: *Memento Domine fœderis, quod cum Abraham, Iſaac, & Iacob pepigiſti, nec non cum Dauide.* Iſtis vtique patribus, de ſemine, in quo benedicerentur omnes gentes, promiſſio facta erat, hoc eſt de Chriſto, quemadmodum Paulus ad Galatas interpretatur. Ideò quoties iſta veteres commemorabant, non minùs Chriſtũ ſuis precibus admiſcebant, quàm nos hodie, cùm aliquid nobis concedi precamur nomine Ieſu Chriſti. (Adde, etſi amplius vulgus non intelligeret, quàm quod illis verbis exprimebant, modò ex vera fide in Chriſtum crederet, & de promiſſis diuinis minimè dubitaret, quamuis quo modo, aut qua ratione compleri poſſent nequaquam perciperet, officio ſatisfeciſſe, & inuoluta illa atque indigeſta fide perinde ſeruari potuiſſe, atque nos ipſi eâ, quæ Apoſtolorum ſymbolo articulatim diſtinctèque explicata eſt. Zeno Rhetoricam palmæ, Dialecticam pugno ſimilem dicebat. Nos verò Chriſtianam fidem palmæ, Iudaicam pugno ſimilem eſſe dicemos.)

Veteres orarunt in Chriſti nomine.

Verùm ad narrationem illam denuò reuertamur, qua traditur ſcelus filiorum Heli nullis ſacrificiis poſſe deleri, cum tamen, ſi quis ex poſteris eius pœnitentiam egiſſet, & ex vera fide vixiſſet, minimè dubitem illũ impetraturũ fuiſſe ſuorum peccatorũ condonationẽ, quamuis eam crucem quam Dominus toti Heli familiæ impoſuit, nullomodo poſſet à ſe depellere. Deinde, quoad ſacrificia, ea tũ ab Ophni, & Phinees filiis Heli erant offerenda, quia pater eorum cum eſſet cæcus, miniſteriũ ſacrũ obire non poterat: at illi cùm eſſent contumaces, nec non ſcelerati atque indigni, vt Deus ad altare ſuũ illos conſpiceret, quomodo illorũ ſacrificia Deum placare poterant? Perſonã quippe neceſſe eſt prius Deo eſſe gratam & acceptã, quàm eius dona & munera placeant. Idcircò ſcribitur Deum prius ad Abelem, deinde ad illius munera reſpexiſſe. Hactenus Vermilius,

Quomodo dicatur ſcelus domus Heli expiari non poſſe.

A qui, cùm diuinam hanc ſententiam de pœna, quam tota illa domus ſubitura erat, latam intellexiſſet, eo pacto ſe moleſtiſsima quæſtione liberauit, an ſcilicet quiſquam aliquando tantopere in Deum delinqueret, vt nulla ratione improbitatis abſolueretur. Arbitror tamen etiam de crimine poſſe intelligi, & domus nomine patrem in primis, deinde & ambo filios Ophni & Phinees deſignari. Nec ſi qua ſeni miſero clam miſericordia impertita eſt, propterea decretum illud minùs certum crediderim: ſemper enim Deum licuit, & licebit, pronuntiato iudicio, clementia vti. Verùm de quæſtione ipſa quam poterit fieri breuiter, videamus.

B

Quoduis peccatum pœnitentia deleri poſſe.

NON defuerunt olim plures hæretici, qui nonnullis Scripturæ locis abutentes, grauiora quædam peccata à Deo condonari negarent. Nam is fuit error Nouati, quemadmodum ex libro 6. hiſtor. Eccleſ. Euſebii, Rufino item, & Nicephoro didicimus, vt ſi quis Chriſtum in tormentis negaſſet, aut alias à fide receſſiſſet, remiſſionis culpæ beneficio priuaretur. Cathari verò & Cataphrygæ nullum omnino ſcelus, quod poſt ſuſceptũ baptiſmum admiſſum eſſet, vt docent ſancti Epiphanius, & Theodoretus, deleri poſſe affirmabant. Quod C etiam nonnulli, vt eſt apud S. Baſilium homil. 29. quæ eſt de pœnitentia, & S. Chryſoſt. hom. 20. in epiſtol. ad Hebræos aſſerere conati ſunt, quorum illi nomina prodere noluerũt. At verò quàm ſit hoc à veritate alienum, cùm ipſe perpetuus Eccleſiæ vſus arguit, tum ipſa ſcripturarum oracula luculenter declarant. Verùm illi propterea in eum errorem, opinor, inciderunt, quòd Scripturæ ſenſum minimè perciperent, quod ex iis potiſſimum locis, ad quos nos allegant, manifeſtè patebit. Nam illa ſacrarum literarum teſtimonia, quæ proferunt, quibuſque ſuã hæreſim ſtabiliuiſſe videri volunt, tantũ abeſt vt illi opinioni ſuffragentur, quin potius vehementer refellunt. Apoſtolus epiſtola ad Hebræos cap. 6. ſcribit *impoſſibile eſſe eos, qui ſemel illuminati ſunt, & denuò corruerunt, ad pœnitentiam reuocari.* Hoc dictũ, cũ prima fronte illorũ errori fauere videretur, cupidè arripuerunt; at quod ſequitur notare debuerant, addit enim, tanquam quid vellet apertiùs explicans, *Chriſtum rurſus crucifigendo.* Etenim, & alibi idem ait, *Chriſtus iam non moritur: nam quod mortuus eſt, peccato mortuus eſt ſemel.* At ſi non iam illum, ſed ſeipſos crucifigant, nunquid non poterunt per pœnitentiam in integrum reſtitui? imò poterunt, quod confeſtim admonet, vſus ſimilitudine ad eam rem efficaciſſima. Quemadmodũ enim ager, ſi nullis aquarum inductionibus ſterilitatẽ exuat, reprobatur, & vaſtus ac deſertus manet: at ſi fæcũdus euadat, & fœno, pomiſq. coronetur, illi à Domino benedicitur: ita erit & de lapſis ſentiẽdum. Si ſæpius obiurgati, & tanquam copioſo admonitionũ imbre rigati, cõtumaces permaneant, pœnæ ſubiacebunt; at ſi

Obiectiones hæreticorũ.

D

angore & ſollicitudine conſciennæ vexati, dignos pœnitentię fructus ediderint, Dei gratiam illis per hanc cauſam inſtaurari certum eſt. Verùm idem rurſus cap. 10. inquiunt, aſſerit *ſpontè peccantibus poſt acceptam notitiam, nullam ſupereſſe hoſtiam*, cuius ſanguine labes abſtergatur, ſed manere eos ſupplicium certiſſimum atque grauiſſimum. *Peccantibus* vtique dixit, & quidem præſenti tempore, vt Græca lectio docet, non autem pœnitentibus. Nam ſi de pœnitentibus id quoque intelligendum eſſet, non vtique idē ipſe Apoſtolus, & quidem, vt ait, in perſona Chriſti, inceſto Corinthiaco, ne mærore prorſus conficeretur, veniam tribuiſſet, impunitatē dediſſet. Attamen, inquiunt, Chriſtus palàm & B apertè pronuntiauit Matth. 12. & Marci 3. ſi quid in Spiritum ſanctum peccatum eſſet, nuſquam condonari. Ioannes item 1. cap. 5. docet quoddam genus peccati ad mortem eſſe, *pro quo non dico*, ait, *vt quiſpiam oret*: ac ſi diceret, eum, qui eiuſmodi eſt, quaſi deſperatum relinqui oportere. Hæc ſcilicet illi tela in nos coniiciūt, hoc ſe clypeo tuentur, qui pœnitentiam oppugnant, ſed fruſtra, nam nihil horum pœnitentiæ officit. Chriſtus namque quod ait, non modo ſententia fuit, ſed etiam prophetia, quemadmodum & illa: *In peccato veſtro moriemini*, cū fore noſſet vt nunquam reſipiſcerent. Ioannes verò de grauioribus quibuſdam delictis loquitur, quæ Anathematis cauterio inurebātur, pro quibus interim neminem orare iubet, cùm non C debeant qui talibus infecti ſunt, orationū præcipuè communium fieri participes. Nulla eſt igitur tam atrox, tamque immanis culpa, cui pœnitentiæ remediū, ſi ſtudioſè adhibeas, non medeatur. Hoc ipſum docet Iuſtinus martyr

Quoduis peccatum deleri poteſt. S. Iuſtinus.

poſtremis verbis colloquij cum Tryphone Iudæo. Deus, inquit, cum vellet Angelos & homines obſequentes habere, viſum eſt ei facere eos liberæ poteſtatis ad benè agendum, ratione præditos, vt ſcirent ſuam originem, & à quo, vt ſint, acceperunt: futurúmque vt iuxta ipſius leges iudicandi ſint, ſi quid à recto deflexerint. Nam ſuapte conſcientia, & homines, & Angeli coarguentur, niſi maturè mutentur in melius. Quod ſi verbū Dei prædicit omnino quoſdam Angelos & homines damnādos, ideò prædicit, quia præſciuit incorrigibiles, non quia tales à D Deo facti ſunt. Itaque ſi omnes reſipuerint, poſſunt conſequi Dei miſericordiam, macti diuino teſtimonio. *Beatus*, inquit, *cui non imputabit Dominus peccatum*: hoc eſt, cui pœnitenti peccata Deus remittet: non ſicut prædicatis voſmetipſi fallentes, etiamſi qui peccatores fuerint, modò Deum norint, non imputabit eis peccata Dominus. Teſtis eſt vna culpa Dauidis, quando per faſtum lapſus non prius impetrauit remiſſionem, quàm lamentis, fletúque peccatum deleuit. Idem poſtea de nobis etiā concludit. Auguſtinus etiam aduerſus Nouatianū

S. Auguſt.

diſſerens, tomo 4. quæſt. ex vtroque mixtim quæſt. 111. Qui maiora crimina, nominatim idololatriam & fornicationē poſt lauacrū nō poſſe remitti aſſeueraret, quia poſt acceptū Spiritum ſanctū, quod contra Spiritum ſanctum eſt admitti non debet, ita reſpondet: quis neget pec-

A cari nunquam debere, ſi eſſet poſſibile? Porrò autem ſciens Deus fragile genus humanū, ſemper remediis ſalutaribus proſequutus eſt eos, vt poſt peccata haberent quomodo ſe repararent. Si autem Spiritus datus prohibet peccantibus dari pœnitētiam, nulla prouidentia eſt in nouo teſtamento: & melius videbitur veteribus prouiſum, quibus medicina iſta minimè eſt denegata. Et quomodo maior eſt gratia eſt in nouo quā in veteri? Nam hoc inimici eſt, qui ſcit hominibus aliter prouideri nō poſſe vt perueniāt ad ſalutem, quàm interuentu pœnitentiæ: Spiritū ſanctum dari, cui ſi iniuria facta fuerit, metu aliquo, aut per aliquem errorem, iam ſatisfa-

B ctio locum non habeat reformandi hominem. Hoc eſt occaſionē quæſiſſe perdendi homines, non ſaluandi. Sed abſit, quia Dominus ait, Filius hominis nō venit animas perdere, ſed ſaluare. Nā ſi nobis peccata, quæ in nos peccamus, inuicem, ſi conuertamur, ſeptuagies ſepties remitti à nobis alterutrum præcipit Deus, quanto magis ipſe, ſi in illum peccetur, ignoſcit cōuerſis? Omnem enim peccatorē conuerti volt. Vnde Apoſtolus 2. ad Cor. 12. Fornicariis, & immundis remiſſum probat, dicens, Ne forte veniens lugeā multos ex iis, qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiā ſuper immunditia, & fornicatione quā geſſerunt. His, & pluribus aliis in eandem ſentētiam ſcriptis, ea, quæ antea diximus, cumulatè probat Auguſtinus.

C Quorſum igitur dices, eum terrorem Deus Heli iniicit, vt omnē penitus recuperandę pacis ſpem abiiciat? Quoniam, etſi tanta eſt diuina miſericordia, vt ſoleat vltro lapſis occurrere nulla oratione euocata, neminem tamen periculo eximit, aut ſcelere abſoluit, niſi quem facti pœniteat. Neque enim aliter peccatum induci intelligendum eſt, quàm ſi Deus offenſionem ſui, vt ita dicam, animi, quæ ab iniuria nata eſt, deponat, & gratiam ſuam reſtituat. At gratiam illam, quæ ſibi gratū eum, à

Quare dicatur fore vt non expietur iniquitas filiorum Heli.

quo læſus eſt, efficiat, nemini conferre arbitrādus eſt, niſi quem præclariſſimis ornatū muneribus ſe dignū effecerit. Nam quî fieri poſſet, cū ſit ille caſtiſſimus, vt eum amore cōplectatur, in quo tantū odij cauſas inueniat? Vt igitur peccator idoneus fiat qui à Deo ametur, mutari ne-

D ceſſe eſt. Sed homines quidē, cū tantū efficere non poſſint, vt cuiuſquam voluntatē inflectāt: pro vt vnumquemque affectum vident, ita aut oderunt, aut diligunt. Deus verò, cū ſummū in illam ius imperiūque obtineat, & à ſcelere illā auertit, & ad ſeipſum reuocat, & redintegrato prioris innocentiæ ſplendore ſuæ gratiæ recuperat. Ex quibus non obſcurè colligimus pœnitentiā ad peccati extinctionē eſſe neceſſariā. Iam verò neminem illorū, de quibus ſermonē inſtituimus, tantorum ſcelerū pœnitebat. Nam neque ſceleſtiſſimi filij à turpitudine & ſacrilegio abſtinebant, neque pater illorū, cū aliter impediri nō poſſent, vt in eos animaduerteret perſuaderi potuit: quare nec immeritò benigniſſimi Domini clementia indigni ſunt habiti. *Niſi pœnitentiā egeritis*, ait Chriſtus, *omnes ſimul peribitis*. Et Ier. 18. *Pone tibi inquit, amaritudines & dirige cor tuū*. Et c. 8. *Nūquid qui cadit nō reſurget? atte-*

di & auſcultani, nullus eſt qui agat pænitentiam de peccato ſuo dicens : quid feci? Chriſtus quid de Niniuitis, Tyriis, & Sidoniis tradiderit notius eſt, quã vt à nobis referri indigeat. Iob *idcirco*, aiebat, *me reprehendo, & ago pænitentiam in fauilla & cinere*. Pluribus etiam rationibus poteramus cum aduerſariis confligere, niſi melius viſum fuiſſet Scripturarum authoritate opprimere.

B. Petrus Damianus.

Iudicem religionis prætextu ab officio excuſari non poſſe.

Poſtremò, perpende, inqoit Beatus Petrus Damianus lib. 7. Epiſtolarum, epiſt. 11. quale eſt quod victimæ ſimul ac monera, quæ peccata principaliter abluũt, habitam erga ſubiectos negligentiam expiare non poſſunt. Eat ergo Iudex, cauſas atque negotia iurgantium dirimere negligat, maximam diei partem miſſarũ ſolemniis, & orationibus inſiſtendo conſumat. Sed ecce illic dicitur, quia nec ipſius quidem Sacerdotis iniquitas expiati poterit victimis, & muneribus vſque in æternum: eo quod Heli vitia non coercuerit filiorum. Diaboli præterea miniſtrum vocat iudicem, qui ſine cauſa gladium portat. Denique multa ex Scripturis intempeſtiuæ manſuetudinis exempla commemorat, in quæ Deus ipſe ſeuerè animaduertit.

VERSVS 15.

Dormiuit autem vſque mane, aperuitque oſtia domus Domini. Et Samuel timebat indicare viſionem Heli.

Vermilius.

VERMILIVS. *Aperuit oſtia.* Hoc porrò munus erat Leuitarum, vt æditui eſſent, fores Tabernaculi aperiendo atque claudendo, fores, inquam, atrij, vbi altare fuit, & in quo victimæ fiebant. Aonotabimus puerum Samuelem poſt diuinum colloquium non intumuiſſe, neque de ſe magnificè ſenſiſſe, quod ptophetiæ donum in ſe fuiſſet collatum, ſed vt ſolebat antea, diligens in officio extitit, ſe modeſtè atqoe ſummiſſè gerendo. Quare non eſt ſimpliciter & per ſe amplectendum, quod Paulus ait, *Scientiam inflare*, cum id intelligendum ſit de ambitioſo & ſuperbo animo, cùm pium & religioſum vera ſcientia magis magiſque demittat. Samuel verebatur ſeni Pontifici indicare quid ſibi Dominus dixiſſet: pudore ſiquidem atque modeſtia impediebatur. E diuerſo impij exultant, ac mirum in modum gaudent qooties aliquid nuntiare poſſunt quo alteri ægre faciant, pios autem oportet flere cum flentibus, & vnà cum dolentibus dolere. Huc præterea id accedebat, Deum illa de re nihil eum disertè monuiſſe. Quare ſibi videbatur iure poſſe tacere, cùm tamen non ita factum oportuit. Quia Prophetiæ idcircò dantur, vt aliarum ſaluti conducant. Debuerat itaque Samuel iſta Heli patefacere, nec poteſt à nobis omnibus modis excuſari. Nam ſi veremur ne cui diſpliceamus, correptio fraterna protſus è medio tolletur. Puer quidem erat Samuel, & ætas peccatum eius nonnihil releuat, ſed tamen ita, vt ciuilis eius pudor minimè peccato caruerit. At dixeris, cur non iuſſit ei Dominus vt viſionem ei patefaceret? Quia ſatis nouerat eum id vltrò percontaturum. Nam Heli cum ſibi eſſet malè conſcius, & iam compertum haberet Dominum ad puerum veniſſe, proculdubio ſuſpicatus eſt de ſe eſſe aliqoid actum. Hæc Vermilius, qui Samuelem noluit omni crimine abſoluere.

Non ſemper ſcientia inflat.

Vitio carui Samuelis verecundia.

Potuit tamen iſta Samuelis reticentia ſine peccaro eſſe. Nam cùm puer per ætatem necdum ſatis perſpicere poſſet, deberetne illa efferre, an ſilentio premere, & alioqui laudabili verecundia prohiberetur, quæ moleſta futura eſſent altori ſuo referre: potuit, mea quidem ſententia, ſine culpa tacere. Qood ſi fingeremus tunc temporis adeò ratione viguiſſe, vt certò apud ſe ſtatuere poſſet, non alia ſe lege nuncium accepiſſe, quàm vt renuntiaret; aut certè, vt id faceret, à Deo iuſſum fuiſſe; vel etiam interrogatum diſſimolare perſeueraſſe, reuera rum affinis alicuius culpæ eſſe cenſeretur: At cùm horum nihil conſtet, aut certò compertum ſit, religioſum eſſe duco, religioſiſſimum adoleſcentem accuſante nemine reum citare.

S. Gregor.

Quanta religione ſuperiorũ vitia carpenda ſunt.

Sanctus verò Gregorius in commentariis, etiam laudandam duxit eam Samuelis taciturnitatem, noſque illius exemplo admonet, quanta reuerentia Eccleſiarum præſides obſeruare, quanta religione ab eorumdem reprehenſione cauere debeamos. Sic namque ait: Hinc ergo præpoſitorum ſuorum reprehenſores colligant, quanta ſe inconſideratione præcipitent, & lapſus ſui profunda pertimeſcant. Si enim ij, quibus omniporens Deus loquitur, prælatis ſuis loqui metuont, ij, quibus nequaquam locutus eſt Deus, recondere ſe ſub linguæ ſuæ ſilentio quanto terrore debueruot? Timor ergo Samuelis, non pauorem ſeruilem inſinuat, ſed reuerentiam debitam culmini paſtorali. Nam etſi negligens prædicator reprehenſionem & minas ex reatu meretur proprio, timorem reuerentiæ exigit eius ordinis celſitudo.

Macrobius.

Eorum quæ in ſomnis accidunt.

VISIONEM *indicare Heli.*] Macrobius lib. 1. in ſomoium Scipionis. Omniom, inquit, quæ videre ſibi dormientes videntur, quinque ſunt principales, & diuerſitates & nomina. Aut enim eſt ὄνειρος ſecundum Græcos, quod Latini Somnium vocant: aot ὅραμα, quod viſio rectè appellatur: aut χρηματισμὸς, quod oraculum nuncupatur: aut eſt ἐνύπνιον, quod inſomniom dicitur: aut eſt φάντασμα, quod Cicero (quoties opus hoc nomine fuit) viſum vocauit. Vltima ex his duo cum videntur, cura interpretationis indigna ſunt, quia nihil diuinationis apportant, ἐνύπνιον dico, & φάντασμα, eſt enim ἐνύπνιον, quoties cura oppreſſi animi, corporisve ſiue fortunæ, qualis vigilantem fatigauerat, talem ſe ingerit dormienti. Animi, vt ſi amatot deliciis ſuis, aut fruentem ſe videat, aut carentem. Pariter qooque ex aliis, cùm occurrerint, accidit. φάντασμα verò, hoc eſt viſum, cùm

inter vigiliam & adultam quietem, in quadam, vt aiunt, prima ſomnij nebula adhuc vigilare ſe exiſtimans, qui dormire vix cœpit, aſpicere videtur irruentes in ſe, vel paſſim vagantes formas, à natura, ſeu magnitudine, ſeu ſpecie diſcrepantes, variaſque tempeſtates, rerum, vel lætas vel turbulentas. In hoc genere eſt ἐφιάλτης, quem publica perſuaſio quieſcentes opinatur inuadere, & pondere ſuo preſſos ac ſentientes grauare. His duobus modis ad nullam noſcendi futuri opem receptis, tribus cæteris in ingenium diuinationis inſtruimur. Et eſt oraculum quidem, cùm in ſomnis parens, vel alia ſancta grauiſq; perſona, ſeu ſacerdos, vel etiam Deus, apertè euenturum, quod euenturum, faciendum, vitandumve denuntiat. Viſio autem eſt, cùm id quis videt, quod eodem modo quod apparuerat, eueniet. Amicum peregrè commorantem quem non cogitabat, viſus eſt ſibi reuerſum videre: & procedenti obuius quem viderat venit in amplexus. Somnium propriè vocatur, quod tegit figuris, & velat ambagibus, non niſi interpretatione intelligendam ſignificationem rei, quæ demonſtratur. Hæc Macrobius. Salomonis quidem ſomnium illud in Gabaon 3. Reg. cap. 3. oraculum fuit. Samuelis verò hæc ſiue viſio, ſiue auditio, in nulla horum ſpecie reponi poteſt. Excitatus enim quæ dicebantur percipit. Accedit tamen proximè ad oraculum, ſi quidem & vigilantibus tribui conſueuit.

Versvs 16.

Vocauit ergo Heli Samuelem, & dixit: Samuel fili mi? Qui reſpondens, ait: Præſto ſum.

Quæ audire minimè cupimus, ea maximè audire cupimus.

Mvlta quæ audire minimè cupimus, tamen audire maximè cupimus. Ea eſt humani ingenij ſolicitudo atque anxietas, vbi ſuſpicio inſidet. Torquet nos curioſitas noſtra, nec malũ, ſi quod inſtat, ſinit ignoremus. Prior illa viri Dei cum Heli expoſtulatio, & minæ ſuſpenſum ac ſolicitum eum habebant, itaque ſcire auet quicquid illud ſit, quod Samueli indicatum fuerit. Quo minus benè ſperare de nobis licet, eo magis audiendi tenentur deſiderio. Etenim bona ſpes, quo plus affligitur, eo tenacius inhæret, & inuicta cum omnium rerum deſperatione confligit: fidelis comes ac ſocia ad ſepulchrum vſque comitatur. Arbitror autem tãtum diſcriminis noſtri cognoſcendi ſtudium nobis idcirco à natura datum, quòd anxia malorum expectatio plus ſæpè nobis moleſtiæ atque ægritudinis inferat, quàm certa deſperatio. Etenim pauor ipſe omni penicillo velocius periculorum imagines, quas mente ac cogitatione complectitur, pro cuiuſque ingenij facultate reipſa maiores & horribiliores facit. Itaque ſæpenumero noſſe pro certo quid immineat, multis doloris atque ægritudinis leuatio fuit. Poſtquam enim rebus noſtris prorſus diffidimus, tum ad ea, quæ non licet effugere, ſubeunda fortiter animum virtute ac ratione instruimus, quod tamen fallit, cùm Deus ipſe periculum iudicij cuipiam intendit. Illud namque omnem humanam fortitudinem ac ſapientiam exuperat.

Samvel *fili mi.*] Ætatem vtriuſque conſidera: at verò ſi ſacerdotium ſpectes, plerique omnes eo nomine dicendi erunt. Etenim ſacerdotes reuerentiæ cauſa patres ab antiquis nominati ſunt, quod etiam nunc vſu retineri videmus. Nam in benè moratis & inſtitutis Religioſorum familiis, preſbyteri qui ſunt, honoris ergò patres vocantur. Et in Eccleſia cum ſacerdotem inter orandum appellamus, patrem nuncupamus. Numerorum 3. cap. ita legimus: *Hæ ſunt generationes Aaron & Moyſi, in die qua locutus eſt Dominus ad Moyſen in monte Sinai.* Et tamen Moyſi filios iſtic patri ſuo Scriptura non adſcribit, ſed ſolius Aaron, expreſſo cum filiis patris nomine, quatuor filios recenſet, Nadab ſcilicet, & Abiud, Eleazar, & Ithamar. Num igitur illi quoque Moyſi filij erant? Quis enim negare audeat quod Scriptura affirmat? Verùm ille quidem corpora procrearat, hic mentes animóſque diuinis præceptis informauerat. Quare ex hoc loco Santes Pagninus in ſuo theſauro, verbo *ben*, duplici genere patres dici annotauit. Iam verò Apoſtolus quoties ſe patrem nominat? Quoties ſe iterum *parturire* ait, donec in illis, ad quos ſcribit, *formetur Chriſtus*? Quoties ſe per Euangelium plures in Chriſto genuiſſe prædicat, cùm tamen ipſe virginitatem perpetuò coluerit? Iudicum cap. 17. Michas, & cap. 18. vniuerſa tribus Dan, Leuitam patrem ſe habiturum confirmant, ſi apud eos ſacerdotio fungi vellet. Elizæus etiam igneo curru per aëra raptum Eliam ad hunc modum compellat: *Pater mi, pater mi.* Quod item feciſſe poſtea Samariæ Rex fertur, cùm Elizæum accederet. Ezechielis cap. 14. verſu 20. Noë, Daniel, & Iob prædicuntur filium & filiam non eſſe liberaturi. At quos tandem ſuſcepit filios Daniel, cùm ipſe coniugij expers vixerit? S. Adhelmus, vt nonnullos etiam poſt innouatam à Chriſto religionem eius rei teſtes proferam, libro ſuo de laudibus Virginitatis, cap. 17. narrat Numerianum Auguſtum, cùm tres puerulos inuictos in fide comperiſſet, quos vnà cum ſancto Babila Epiſcopo diris cruciatibus affecerat, dixiſſe: Sunt ne ô Babila verè tui filij? Sanctum autem reſpondiſſe: Verè ſunt filij mei ſecundum Deum: mulierem autem non cognoui coram Deo meo ex quo natus ſum. In Capitularibus Regum noſtrorum à Carolo Magno, editione Pithæana, additione prima, cap. 54. Can. 18. Synod. Aquiſgra. anno 817. & aliis pluribus quæ ibidem reperies, præcipitur, vt qui præponuntur Monachis, Nonni vocentur, hoc eſt paterna reuerentia. Quod petitum videtur ex regula S. Benedicti, in qua monentur iuniores, vt priores ſuos Nonnos vocitent, quod intelligitur, inquit, paterna reuerentia. Priores autem iuniores fratres ſuos appellare iubentur. Apud malè feriatos tamen & dyſcolos, ſicut populus, ſic & ſacerdos: & cùm iubeat Apoſtolus honore inuicem præuenire, Laicos & Conuerſos videmus contemptim Sacerdotes fratres vo-

Sacerdotes honoris gratia patres olim dicti.

4 Reg. c. 2.

4. Reg. c. 13.

S. Adhelm.

Capitularia Caro. Mag.

care. Quo argumento probare poſſis quanta ſit A apud eos ſacri culminis reuerentia, cùm ab antiquis ne diacones quidem, præterquam honorificè appellari conſueuerint, vt videre licet apud Palladium, S. Theodoretum, pratum ſpirituale, Caſſianum, Vitas Patrum, & S. Gregorium Magnum, pluréſque religioſos ſcriptores, apud quos ſacerdotes Papæ, Abbates, patres nuncupantur.

Versvs 17.

Et interrogauit eum: Quis eſt ſermo, quem locutus eſt Dominus ad te? Oro te ne celaueris me. Hæc faciat tibi B Deus, & hæc addat, ſi abſconderis à me ſermonem, ex omnibus verbis quæ dicta ſunt tibi.

Adiurationē ſuperioris contemnere non licet. Vermilius.

Qvi puerum participem conſilij ſui fecerat, hic quoque, ſenex vt diſcendi deſiderio æſtuaret, fecit. Cæterùm Heli Samuelem interrogandò, iuſiurandum interpoſuit, eúmque obteſtatus eſt, nequid vel mentiretur, vel celaret. Nemo ſiquidem, vt ait Vermilius, cùm adiuratur à ſuperiori poteſtate, aut fallere, aut mentiri debet. Quare Micheas Propheta, quamuis antea reſpondiſſet aliena, tamen cùm iureiurãdo adigeretur, apertè ac verè quicquid viderat patefecit. Et Chriſtus adiuratus per Deum viuum à Pontifice non amplius diſſi- C mulauit, ſed, *Tu dixiſti*, ait; *& poſthac videbitis filium hominis ſtantem à dextris Dei.* Hæc Vermilius. Nos de admiratione cap. 14. ver. 27. dicturi ſumus.

Vatablus.

Hæc *faciat tibi Deus*, &c.] Vatablus in Ecphraſi ita exponit, quaſi diceret; Ita te Deus tractet, vt me erat tractaturus, quin grauius puniat, ſi me celes. Vel, malè tibi contingat. Formula eſt adiurandi, & conteſtandi Hebræis familiaris. Verùm attendamus non oſcitanter huius miſeri ſenis conditionem. Erat Pontifex, erat Iudex populi, fuerat diu verſatus in lege, tractauerat ſacrificia, portarat Ephod, & nihilominus à puero nunc eſt edocendus. Certè vel hinc, niſi fuiſſet lapis, iram Dei ſentire potuit.

Tyrones, eorum quæ exꝑeriri contigerit, ſenioribus ſuis rationem reddant.

Quòd ad mores attinet, non abs re ſenior à D iuniore horum rationem, quæ illi præter morem accidiſſent, repoſcit, ne ſimplicem atque expertem inſidiarum adoleſcentiam labi contingat, aut certè animo efferri. Dæmon enim, cùm apprimè calleat quibus artibus rudis adhuc & imperita ætas capi poſſit, lucem diuinæ familiaritatis aſtutè diſſimulat, & ita demum ad ſenſus influit & illabitur. Quapropter callidus ille & occultus ne ſe inſinuet, ſtudioſè cauendum eſt. Ipſe verò diuinæ conſuetudinis ſplendor ac magnificentia mirificè animos tollit atque erigit. Quare hinc etiam magnoperè verendum eſt, ne tanta gloria dignus habitus inſoleſcat, & ſuæ infirmitatis obliuiſcatur. Vtrique periculo quò certiùs occurrerent maiores noſtri, religioſæ militiæ tyronibus ſeniores quoſdam præfecerunt, vt docet Caſſianus l. 4. Inſt. ca. 9. quorum iudicio non modò actiones ſuas, verùm etiam cogitationes omnes, incitationes mentis atque afflatus cõmitterent; ſic, vt quicquid illi decreuiſſent amplectẽdum aut fugiendum, nefas eſſet ab eorumdem placitis vel latum vnguem diſcedere. Sunt namque plurima in his, in quibus Religioſi verſantur, quæ naturæ vires ſuperant, & quorum nos cauſa latet, nec ratione vlla inueſtigari poſſunt. Quapropter horum cognitio, quæ, ſi doli vitandi ſunt, in primis neceſſaria eſt, non niſi à Deo impetrari poteſt, aut certè longo vſu atque experientia comparari. Experientia verò non eſt minoris ætatis, ſed ſenectutis: nec Deus aliter quàm humilitatis lenocinio exoratur, quæ nuſquam magis ſplendeſcit, quàm cùm alterius iudicio cedimus, animúmque ſummittimus. quanquam, ne quid diſſimulem, tutum non arbitror cuilibet abſque delectu ſui poteſtatem facere, ſéque excutiendum permittere. Nimis enim periculoſum eſt, quod nonnulli ſibi vltrò perſuadent, ſe errare non poſſe donec eorum monitis ſedulò pareant, quorum ductum ex electione ſua ſequuntur. Chriſtus namque diuerſum ab eo ſentit, & docet, cùm ait: eum qui luminibus orbatus eſt, ſi cœco ſe ducem viæ præbeat, vtrumq; ruiturum. Hoc eſt, tum ſi quid peccatum erit, non humilitati & obedientiæ, ſed ſtultitię aſcriptum iri. At ſi de illis ſermo ſit, non quos temeritas noſtra ſuo ſuffragio optauerit, ſed quos ſuperiores noſtri ſua prudentia probauerint, his, vt opinor, tutò conſcientiam aperire, & morem gerere poſſumus, niſi fortè prorſus à diuinæ legis tramite aberrarent. Nam etſi in quibuſdam nonnunquam hallucinentur, tu tamen ſecurus incedes, & extra omnem aleam: quantum enim prudentiæ defuerit, tantum humilitate reſarcietur.

Caſſianus.

Versvs 18.

Indicauit ei itaque Samuel vniuerſos ſermones, & non abſcondit ab eo. Et ille reſpondit: Dominus eſt: Quod bonum eſt in oculis ſuis faciat.

Macrobius l. 1. in ſomnium Scipionis.

Nec obiici potuit Samueli quod ab antiquis traditum eſt, non habenda pro veris de ſtatu ciuitatis ſomnia, niſi quæ rector eius magiſtratuſve vidiſſet; aut quæ de plebe non vnus, ſed multi ſimilia ſomniaſſent. Vnde apud Homerum, cùm in concilio Græcorum Agamemnon ſomnium, quod de inſtruendo prælio viderat, publicaret; Neſtor, qui non minùs ipſe prudentia, quàm omnis iuuenta viribus iuuit exercitum, concilians fidem relatis. De ſtatu, inquit, publico credẽdum Regio ſomno: quod ſi alter vidiſſet, repudiaremus vt futile. Nam verè ſomnium non fuit: & alioquin ipſe ſummus ſacerdos toties à Samuele excitato interpellatus, *Agnouit*, inquit Scriptura, *quod Dominus puerum vocaret.*

Respondit, *Dominus eſt.*] Hermogenes hæreticus vt materiam Deo coæternam aſſere-

RESPONDIT, DOMINVS EST.

Tertullian.

Deus non eſt ab æterno Dominus, ſed ex tempore.

ret, inducebat Deum, Dominum ſemper fuiſſe: at ante mundum conditum non potuit, niſi adeſſet ab æterno materia. Reſpondet Tertullianus lib. aduerſus Hermogenem cap. 3. Dei nomen dicimus ſemper fuiſſe apud ſemetipſum, & in ſemetipſo, Dominum verò non ſemper: diuerſa enim vtriuſque conditio. Deus ſubſtantiæ ipſius nomen, id eſt diuinitatis; Dominus verò non ſubſtantię, ſed poteſtatis: ſubſtantiam ſemper fuiſſe cum ſuo nomine, quod eſt Deus, poſtea Dominus accedentis ſcilicet rei mentio. Nam ex quo eſſe cœperũt in quæ poteſtas Domini ageret, ex illo per acceſſionem poteſtatis & factus & dictus eſt Dominus: quia vt pater Deus eſt, & iudex Deus eſt, non tamen ideo pater & iudex ſemper, quia Deus ſemper (cum patrem audis, intellige filiorũ adoptionis, nam de filio ſeu Verbo æterno Catholicè omnino ſentit lib. de Trinitate aduerſus Praxeam) nam nec pater potuit eſſe ante filium, nec iudex ante delictum. Fuit autem tempus, cùm & delictum & filius omnino non fuit, quod iudicem, & qui patrem Deum faceret. Sic & Dominus non ante ea, quorum Dominus exiſteret, ſed Dominus tantum futurus quandoque, ſicut pater per filium, ſicut iudex per delictum, ita & Dominus per ea, quæ ſibi ſeruitura feciſſet. Argumentari tibi videor Hermogenes. Nauiter nobis Scriptura patrocinatur, quæ vtrumque nomen ei diſtinxit, & ſuo tempore oſtendit. Nam Deus quidem quod erat ſemper, ſtatim nominat. *In principio fecit Deus cœlum & terram.* Ac deinceps quandiu faciebat quorum Dominus futurus erat, *Deus* ſolummodo ponit. *Et dixit Deus, & fecit Deus, & vidit Deus*, & nuſquam adhuc Dominus. At vbi vniuerſa perfecit, ipſúmque vel maximè hominem qui propriè Dominum intellecturus erat, *Dominus* etiam cognominatur. Tunc etiam Dominus nomen adiunxit: *Et accepit Deus Dominus hominem quem finxit, & præcepit Dominus Deus.* Ac exinde Dominus, qui retro Deus tantum, exquo habuit cuius eſſet. Nam Deus ſibi erat, rebus autem tunc Deus, cùm & Dominos. Hoc quidem ſanè luculenter Tertullianus.

S. Thomas.

At D. Thom. 1. p. quæſt. 13. art. 7. omnino ſcienter interpretatur, quomodo, ſi creaturas ſpectes, ea nomina quæ inde petuntur quod res confertur cum aliquo, vt puta Dominus Deo, tribui poſſint ex tempore, nec ante tribui poſſint quàm res eſſe cœperint, nec, cùm res eſſe cœperint, quicquam illi præter inſignẽ nominis titulum adiungant. Nam poteſtas quidem, iuſque ipſum diuinũ, naturale atque æternum eſt, ſed non propterea Deum Dominum appellamus: ſed poſtquam exorti fuerint qui illi famulentur, & eam authoritatem, quam habet ab ęterno tempore, agnoſcant, tum demum *Domini* nomen imponimus: quod illi quidem nequicquam apponit, ſed ſolùm alios qui illi obſequuntur, exiſtere oſtẽdit. Quod pariter de nobis, cùm ſerui illius dicimus, aſſerere nõ poſſumus. Etenim quicqoid tandem ſumus ſic totum ab eo pendet, vt neque primùm ſine illo fieri, neque deinceps factum conſeruari poſſit. Eſſe quidem dominum aut ſeruum neutrum apud nos reapſe quicquam eſt, niſi quantum in

A more poſitum eſt. Vnde & tota horum nominum vis & poteſtas, ſiue eſſentia moralis eſt, & in prudenti tãtum hominum æſtimatione conſiſtit. At idem de rebus creatis affirmare, quatenus addictæ Deo feruntur, nefas eſt; verè enim cum tota natura ſua à Deo profectæ ſunt; & ad eundem vt dominum referuntur; ipſe tamen non refertur ad eas: neque enim illi quicquam noui accedit, quemadmodum nec homini quidem, cũ dominus euadit. Verùm, dicet aliquis, cùm referẽdi ad Deum quæ producta ſunt, non alia cauſa ſit, quàm quod ipſæ ab illo pendeant, idcirco autẽ pendeant, quia illa produxit, quare non ſub eandem rationem cadent, vt pater cũ

B filio, ſic creator cum opere ſuo: ſi quidem vt quemvis filium pater, ſic ille nos ſua operatione creauit? Reſpondeo: quoniam vtriuſque actionis diſſimillima eſt ratio. Generanti quippe ſua actio accidens eſt, Dei autem actio ſuamet natura; Temporalis illa eſt, hæc æterna; illa cùm definito tẽporis ſpatio ſe exerat, tum effectum reddit cũ adhibetur; at verò hæc, cùm eandem ſemper ab æterno operam nauauerit, & ſit virtutis tantæ quantam cogitare non poſſumus, mirum eſt qui fiat, vt poſt infinita poſtmodum ſæcula, diuerſo tempore, opus tam varium & multiplex oriatur. Poſtremò ſuus cuique generãdi actus noua perfectio eſt: Deo quemadmodum noui, ita nec incrementi quicquam accidere poteſt. Itaque, cùm inter diuinam actio-

Deus non refertur ad creaturas.

C nem & humanam tantum interſit, vt nuſqoam conuenire videantur, nequaquam ex vtriuſque comparatione vlla in Deo habitudo noua fingi poterit, qua ipſe ad procreata referatur: ſed omnino dicetur *Dominus*, oon qoia ipſe quicquam habeat commune cum reliquis omnibus, ſed quia nihil vſquam eſt, quod eius imperio ac numine non contineatur.

Vermilius.

DOMINVS *eſt. Quod bonum eſt in oculis ſuis faciat.*] Vermilius. Patres qui hæc tractant, putant verba ſenis ad veram conuerſionem atque reſipiſcẽtiam pertinere. Nec id ego negauerim: quamvis dicta hæc à malo animo proficiſci & hypocritico queunt. Sed hoc ſolùm Deus, qui eſt *καρδιογνώστης*, videre poteſt. Probabile quidem eſt illũ reſipuiſſe, non tamen neceſſarium. Quemadmodum autem ſancti viri non ſunt excuſandi, cùm labuntur, ita etiam temerè de illis iudicare non oportet, reſipuerint, necne. Heli

D itaque ſi verè ac ex animo ad Deum rediit, condonationem peccatorũ eſt aſſecutus. Vt autem verba præ ſe ferunt, confeſſio hæc præclara eſt diuinę potentię atque iuſtitiæ. Eſt Deus, inquit, & Dominus meus, quare de me, necnon de meis faciat, vt ipſi viſum fuerit: quandoquidem ſumus prorſus in eius poteſtate. Idem quoque nos oportet cogitare, cùm Deum inuocamus, dicendo: *Pater noſter*, &c. & poſtea ſubiiciendo, *Fiat voluntas tua*, eſt perinde ac ſi diceremus, Tu es Deus noſter, ideò ſtatue de nobis pro tuo arbitrio. Impij ſua ſcelera excuſare ſolent, & quãdoque, quod eſt iniquius, in execrationes erumpunt, Deum accuſando iniquitatis quod aliis ignoſcat, & ſe tantùm pro libidine puniat. Hæc verba Heli noſtris animis inſcribantur, ne ſinamus nos auferri deſperatione,

Debemus nos ſponte Deo permittere.

Nam Cain, cùm à Domino eiiceretur, ait grauiorem ſuam iniquitatem eſſe, quàm vt veniam poſſit aſſequi: & nonnulli reperiuntur, qui, vt Iudas, ad laqueum confugiunt nolentes ſe committere Domini arbitrio, ſed ipſi faciunt de ſeipſis quod ſibi videtur bonum. Vtinam ij omnes qui condemnati legibus ad ſupplicium ducuntur, ſic velint apud ſe ſtatuere, *Deus eſt, faciat quod bonum videtur eius oculis.* Non eſt conſultum melius in homines, quàm, vt quicquid euenerit, ſiue Crux, ſiue Mors, totum id voluntati Dei concedamus. Deus quippe nihil aliud eſt quàm ipſa bonitas: ideò quicquid nobis imponit, etſi noſtræ carni malum & acerbum videtur, tamen eſt bonum, ſi eum reſpexerimus æquo iudicio. Hactenus Vermilius.

Cæterùm qui ſint illi patres, qui ſenis verba B ad pœnitentiam pertinere velint, non inuenio, præter vnum S. Ioann. Chryſoſtomum libro 3. contra vituperatores vitæ monaſticæ, & S. item

S. Theodoretus. Theodoretum, qui in quæſtionibus in primom Regum ita exponit. Perſpicuum quidem eſt, quod Heli rectè factis eſſet ornatus, ſed propter filiorum ſuorum prauitatem exitij acceperit ſententiam. Eius autem pietatem verba quoque oſtendunt. Nam primùm quidem non puduit eum rogare adoleſcentem, vt ei declararet quæ à Deo fuerant annuntiata, ſed & eum adſtrinxit iureiurando, & execrationibus, vt nihil eum celaret ex iis, quæ ſibi ſignificata fuerant. Deinde, cùm latam didiciſſet ſententiam, laude dignam emiſit vocem: Dominus faciet quod in oculis ſuis placuerit. Quin etiam cùm C filiorum ſuorum cognouiſſet cædem, non puſillo & abiecto animo id tulit pater, & ſenex. Cùm autem accepiſſet arcam captam fuiſſe ab hoſtibus, è ſella quidem excuſſus eſt, ingenti autem animi mœrore confectus, vitæ finem accepit. Hæc ille Sanctus. Cuius me non parum mouet authoritas, vt credam miſerum ſenem, tot quaſi vaticiniorum flagellis ſtimulatum, nonnihil reſipuiſſe. Verumtamen qui fructus ſit inde ſecutus, quæ veteris ſuæ negligentiæ correctio, non legimus. Quare potius eam vocem, teſtimonium pertinacis in ſacrilegos indulgentiæ aduerſus eum dicere arbitramur; cũ inde manifeſtè pateat, non externa tantùm voce Prophetarum admonitum, verùm etiam Deum illius intus animom ſuo lumine colluſtraſſe, & quid opus facto eſſet, inſtinctu edo- D cuiſſe, cùm tamen nequaquam propterea ad prioris culpæ emendationem excitari potuerit.

Num peccatori liceat, cũ arguitur, illa reſponſione vti: Dominus eſt: faciat quod bonum eſt in oculis ſuis.

S. Gregor. Sanctvs Gregorius dictum hoc perpendens accuratè, ita ait: Qui ſimplicius quàm

Heli reprehenditur. debet iſtam Heli reſpõſionem conſiderat, tam rectè hunc reſpondiſſe, quàm humiliter putat. Nam ſicut auditur exterius, quid humilius reſpondiſſe potuit? Qui reprobationem ſuam A audiuit, & minanti Deo, imò reprobationis ſuę ſententiam promulganti, quicquid de ſe facere vellet, obtulit. Sed profectò iſta reſponſionis humilitas, ſi ſubtiliter inſpiciatur, vera humilitas non eſt. Quod probat quatuor argumentis. Primum eſt: vera namque humilitas eſſe cognoſcitur, quæ bonum obedientiæ in maioris imperia conſequenda comitatur. Verè itaque eſſet humilis, ſi ſeſe ad emendationem culpæ, pro qua arguebatur, obtuliſſet. Alteram rationem ſic explicat. Sed & fortaſſe verius eſſet humilis, ſi reprehenſus, nequaquam reſponderet, ſed neglectam correptionem ſceleſtis filiis adhiberet: ſi vel tunc paſtorali zelo inſiſteret, & flagitioſorum ſacerdotum ſcelera digna vltione vindicaret. Eſt etiam tertia ob quam reſponſionem hanc improbet. Electionis ſuæ, inquit, verbum apertius protuliſſe cognoſcitur, quàm reſponſionem humilitatis: quia nimirum potiùs elegit minarum Dei cauſas incurrere, quã de perpetratis iniquitatibus filios condemnare. O quanti ſunt adhuc imitatores Heli! qui cùm minantem ſibi omnipotentem Deum quotidie de ſacro eloquio ſentiant, & tamen hominibus diſplicere trepidant, & diuinæ indignationis minas incurrere non formidant: & dum inimicitias hominum velut implacabiles metuunt, de Dei miſericordia etiam peccando confidũt. Poſtrema hæc verba quartam rationem indicant, quam ſic exponit: Incorrepto enim peccatori, & in culpæ ſuæ propoſito perduranti, quid eſt deminanti ſibi Deo dicere, *Dominus eſt, quod bonum eſt in oculis ſuis faciat*; niſi de ordinatiſſima Dei miſericordia inordinatè confidere? Tot igitur rationibus cùm ſedulò eam ſententiam excuteret ſanctus Gregorius, inuenit ab officio pœnitentis abhorrere. Eſt quidem præclara illa vox, quam ore ſuo protulit, *Dominus eſt*, & nos illam quoque ſuſpicimus; verùm ex illa tam admirãda propoſitione quid elicit? Quid ratiocinatur? Num quod erat conſequens, ergo extimeſcendus eſt? Nam idem ait: *Si ego Dominus, vbi timor meus?* Ergo parendum illius voluntati; ergo filij mei plectendi ſunt, & peccata mea deflenda. Nunquid hoc dicto ingemuit, num lachrymatus eſt, num iram deprecatus, num quemadmodum Dauid poſtea, *Peccaui*, ait, *faciat quod bonum eſt in oculis ſuis*. Qualem eſſe hanc orationem dices? Num culpam agnoſcentis? Num Dei miſericordiam implorantis? An potius animum deſpondentis, ſiue potius iram prouocantis? Nam qui ſe vltrò comminantis arbitrio permittit, videtur illius minas contemnere, & tanquam pro nihilo ducere, & malle vim furoris illius experiri, quàm veniam petere, & vt ignoſcatur poſtulare.

Neque verò Pontifex hoc zelo iuſtitiæ dicere credendus eſt, tanquam ſe, filióſque ſuos ſacerdotio indignos fateretur, ac proptetea in ſe prolatæ ſententiæ acquieſceret, quemadmodum nonnulli olim piiſſimi homines, cùm ſe ſcelere commaculaſſent, votis expetiuiſſe feruntur, vltrò pœnas ſibi dum viuerent, à diuina iuſtitia conſtitui poſtulantes, ne alteri ſæculo reſeruarentur. Sic enim Mauritium quondam

2. *Offert ſe Heli ad pœnam potius, quàm emendationem, quod ſumma dementia eſt.*

3.

4.

Nonnulli pij homines optarunt in hoc ſeculo debitas pœnas luere.

Digitized by Google

Imperatorem, & ſanctum Sigiſmundum Burgundiorum regem feciſſe hiſtoriæ commemorant, & impetraſſe, cæſóſque fuiſſe crudeliter cum tota familia: Non ſimilia, inquam, feciſſe vota Heli credendus eſt: ſed nec quomodo Dauid poſtea neceſſitate compulſus, cùm optare iuberetur, diuinæ voluntati obtemperans luem peſtémque ſe ſubire paratum retulit: aut denique, perinde vt idem cùm Abſalonem fugeret, & ſuperioris illum vitæ verè & ex animo pœniteret, diuinæ iuſtitiæ æquitatem reueritus, reſpondiſſe fertur; *Quòd ſi dixerit, Deus non places, præſto ſum*: Sic pariter Heli reſpondiſſe putandus eſt: Abſit, quin potius cùm eſſet puſillo atque abiecto animo, iudicis animum induere non ſuſtinuit, nec digna animaduerſione filiorum impietatem reſtinguere conatus eſt, ſed patriæ charitati ſuccubuit, atque imperatam ſeueritatem animo auerſatus eſt, quam cùm ſe poſſe præſtare deſperaret, *Faciat*, ait, *quod bonum eſt in oculis ſuis*, nam ego quidem, quod iubet, efficere non poſſum, neque meos affectus contriſtare. O mentis imbecillitatem, exclamat S. Ephræm, ad obſeruationem mandatorum Dei. O iniquam erga iniquos filios indulgentiam. Quomodo non exhorruit caro eius ſuper auditis? Quomodo renes eius non contremuerunt? Quomodo non adduxit animũ ad pœnas de impiis ſuis filiis ſumendas, exemplo zeli Phinees ante oculos ſibi poſito? Quomodo ſua non diſcidit veſtimenta, pernoctauitque in ſacco & cilicio ſuper prolata aduerſus eum condemnationis nota? Sed ne commotus eſt quidem. Meminit deinde S. Ephræm zeli Leuitarum, Exod. 32. cùm, teſte Moyſe, ob vituli idololatriam manus ſuas in ſanguine fratrum filiorúmque conſecrarunt: ac ſic demum concludit. Vide autem reſponſionis huius intentionem, ait enim: *Dominus eſt, & quod bonũ erit in oculis eius faciat*, pro eo, quod eſt: Ego verò filiis meis moleſtiam afferre non poſſum. Ad hunc modum S. Ephræm. Abſit ergo, vt quiſquam noſtrûm ſimili oratione aliquando vtatur: ſed ſi quiſquam reſpõſum in ſe mortis habeat, non deſperet, quin potius ſtudeat peccata ſua lachrymis eluere, & iacturam præteriti temporis diligentia reſarcire. Nouit Dominus, inquit Auguſtinus, mutare ſententiam, ſi nouerimus emendare delictum.

S. Ephræm. homil. de Heli ſacer.

VERSVS 19.

Creuit autem Samuel, & Dominus erat cum eo, & non cecidit ex omnibus verbis eius in terram.

SANCTVS Gregorius. Hoc profectò ſi ad hiſtoriam legitur, creuiſſe puer Samuel ætate corporis deſignatur: ſi verò vt cætera ſpiritali inueſtigatione iſta perquirimus, cum eo Dominus eſſe deſcribitur, qui creuiſſe memoratur. Creſcit autem qui in virum perfectum mentis ætate proficit. Vnde & per Prophetam de electis proficientibus dicitur: *Ambulabunt de virtu-*

Quomodo creſcere oporteat.

Pſal 83.

A *te in virtutem, videbitur Deus deorum in Siõ.* Hinc Paulus ait: *donec occurramus ei in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Christi.* Verùm nonnulli ſunt, qui dum virtutibus creſcunt, elatione corruunt. Hi nimirum creſcere videntur, ſed tamen cum eis Dominus non eſt: quia à ſe eum alta ſentiẽdo de ſe eiiciunt, quem in profectu virtutum poſiti, per humilitatem ſecum habere potuerunt. vel ſi per exteriorem dignitatem creuiſſe intelligitur, Dominus cum eo eſſe memoratur: quia profectò plerique in humiliori ordine religioſi ſunt, ſed cùm ſubitò ad culmen dignitatis peruenerint, prima opera cum humilitate dereſinquunt. Samuel igitur & proficit, & proficiens Dominum ſecum habuit: vt profectò electorum prædicatorum morem

Epheſ. 4.

Quid ſibi velit Dominum eſſe cum aliquo!

B præferret, qui cùm dona & dignitates quibus præſint aliis, aſſequuntur, de ſemetipſis placere Deo non negligunt & ex eo illa, quæ pro aliis acceperunt dona multiplicant, vnde in ſemetipſis oſtendunt bonum, quod in eis loquendo propagare concupiſcunt.

ET *non cecidit ex omnibus verbis eius in terram.*] Vermilius: Hoc eſt, nihil Samuel protulit, quod vanum & irritum eſſet, ſed omnia impleta ſunt ad vnum quæcunque prædixit. Poteſt etiã hoc & ad ipſum Deum referri, quòd non ſit paſſus vllum verbum ſuum non impleri. Tranſlatio inde ſumpta eſt, quod ea quæ in terram effunduntur, pereant: vel ab ædificiis, cùm ad terram deiiciuntur. Santes Pagninus, Vermilius, & Vatablus legunt: *Et non fecit cadere ex omnibus verbis eius in terram*, quæ pariter explicat Vatablus in Ecphraſi, vt à nobis antea relatum eſt

C ex Vermilio. Paraphraſt. Chaldæus: *Et non ceſſauit ex omnibus verbis eius vnum.* Hieronymus in quæſt. Hebra. Quicquid prophetabat, rebus geſtis demonſtrabatur.

VERSVS 20.

Et cognouit vniuerſus Iſraël à Dan, vſque Berſabee, quòd fidelis Samuel propheta eſſet Domini.

VERMILIVS: Iam inter omnes conſtitit Iſraelitas, Samuelem euaſiſſe fidelẽ Prophetã Dei, vel quòd iam idoneus eſſet, qui Propheta Dei fieret, hoc eſt, nomen Samuelis vbique deprædicatum eſſe. Nam Deus præclaris

Vermilius.

D initiis iam illum ornauerat. Comprehenditur autem totus Iſrael duobus terminis, *Dan* ſcilicet ab Aquilone, & *Berſabee* verſus meridiem. Significatur itaque fama Samuelis peruagata vbique inter Iſraelitas. Nõ opus fuit nouo miraculo, ſatis erat Deum illi apparuiſſe, præſertim cùm Heli ſummus Pontifex conſcius eſſet eius prophetiæ. Hæc Vermilius. *Dan*, inquit D. Hieronym. in locis Hebraicis, viculus eſt in quarto à Paneade milliario euntibus Tyrum: qui vſque hodie ſic vocatur, terminus Iudææ Prouinciæ contra Septentrionem: de quo & Iordanis flumen erumpens, à loco ſortitus eſt nomen. Ior quippe ῥεῖθρον id eſt fluuium, ſiue

S. Hieron.

Deſcribitur longitudo ac latitudo terræ promiſſionis.

ritum Hebræi vocant. Berſabee in tribo Iuda, A ſiue Simeonis, eſt vſque hodie vicus grandis in viceſimo à Chebron milliario, vergens ad Auſtrum: in quo & Romanorum militum præſidium poſitum eſt. A quo loco termini Iudææ terræ incipientes tendebantur vſque ad Dan, quæ iuxta Paneadem cernitur. Interpretatur autem *Berſabee*, puteus iuramenti, eò quòd ibi Abraham, & Iſaac fœdus cum Abimelech ſociauerunt iurantes. Et Epiſtola ad Dardanum quæ eſt 129. Vtique, inquit, *à Dan vſque Berſabee* vix centum ſexaginta millium in longum ſpatio tenditur. Neq. Dauid & Salomon potẽtiſſimi, exceptis iis, quos poſt victoriam in amicitiam receperunt, plus tenuerunt Scriptura teſte. Et hoc dico vt taceam quinque Paleſtinæ B ciuitates, Gazam, Aſcalonem, Geth, Accaron, & Azotum. Idumæos quoque à Meridiana plaga vix ſeptuaginta quinque millibus ab Hieroſolyma ſeparatos, Arabas, & Agarenos, quos nunc Sarracenos vocant, in vicinia vrbis Hieruſalem, & addit: Pudet dicere latitudinem terræ promiſſionis, ne ethnicis occaſionem blaſphemandi dediſſe videamur. Ab Ioppe vſque ad viculum noſtrum Bethleem, quadraginta ſex millia ſunt: cui ſuccedit vaſtiſſima ſolitudo, plena ferocium barbarorum, de quibus dicitur: *Contra faciem omnium fratrum tuorum habitabis:* Et quorum facit Poeta eloquentiſſimus mentionem: Latéque vagantes Barcæi: à Barce oppido, quod in ſolitudine ſitum eſt: quos nunc corrupto ſermone, Afri Barcianos vocant. Hi C ſunt qui pro locorum qualitatibus, diuerſis nominibus appellantur, & à Mauritania per Ægyptum, Africam, Paleſtinamque, & Phœnicem, Cœlen Syriæ & Oſrohenem, Meſopotamiam, atque Perſidem tendunt ad Indiam. Hęc eſt Iudææ, tuarum longitudo & latitudo terrarum: in his gloriaris: ſuper his te per diuerſas prouincias ignorantibus iactitas: ad populum phaleras: ego te intus & in cute noui. Quod ſi obieceris, terram repromiſſionis dici, quæ in

Num. 34. Numerorum volumine continetur, à meridie maris ſalinarum per Sina, & Cadesbarne, vſque ad torrentem Ægypti qui iuxta Rhinocoruram mari magno influit: & ab occidente ipſum mare, quod Paleſtinæ, Phœnici, Syriæ Cœle, Ciliciæque protẽditur, ab Aquilone Taurum mõtem & Zephirium vſque Hemath, quæ appellatur Epiphania Syriæ: ad Orientem verò per Antiochiam, & lacum Cenereth, quæ nunc D Tyberias appellatur: & Iordanem, qui mari influit ſalinarum, quod nunc mortuum dicitur: trans Iordanem autem duarum & ſemis tribuum poſſeſſio eſt, Ruben, & Gad, & dimidia tribus Manaſſe. Et ego fatebor hæc tibi promiſſa, non tradita: ſi obſeruaſſes mandata Dei, & in præceptis illius ambulaſſes, ſi non pro omnipotenti Deo coluiſſes Beelphegor, & Baal, Beelzebub, & Chamos: quos quia prætuliſti Deo, omnia, quæ tibi promiſſa fuerant, perdidiſti.

VERSVS 21.

Et addidit Dominus vt appareret in Silo, quoniam reuelatus fuerat Dominus Samueli in Silo, iuxta verbum Domini. Et euenit ſermo Samuelis vniuerſo Iſraeli.

Hæc, inquit Vermilius, per Antitheſim opponuntur ſentẽtiæ antea propoſitæ, quòd verbum Domini fuerit pretioſum, hoc eſt rarum illis diebus. Incepit quippe Deus rurſus aſſuefacere populum audiendo verbo ſuo, & apparebat in Silo quemadmodum prioribus temporibus fecerat. Ibi enim iam Samuel fungebatur Prophetæ munere, adhuc viuo Heli ſacerdote, & publicatum iam vbique fuerat, illum eſſe Dei Prophetam. *Et euenit ſermo Samuelis vniuerſo Iſraeli.* Iterum Vermilius, *factum eſt verbum Samuelis vniuerſo Iſraeli.* Interpretantur nonnulli Samuelem vniuerſo populo dixiſſe, quæ à Domino audiuerat, nimirum Paleſtinis reſiſtendum eſſe, & aduerſus eos expeditionem ſuſcipiendam. Nec deſunt qui affirment, Iſraelitas per eum conſuluiſſe Dominum, an deberent aduerſus Paleſtinos pugnare, qui populum Iſraeliticum inuadebant, & Dominum per eum reſpondiſſe, vt bellum aduerſus Paleſtinos gererent, & idcirco Iſraelitas, cùm poſtea cæderentur, conqueſtos eſſe dicendo: *Cur percuſſit nos Deus*, cùm ſcilicet hanc expeditionem illo ſuadente vel iubente ſuſceperimus? Quamuis alij Verbi nomine, rem geſtam intelligant, ſeu factum: vt ſit ſenſus, intellexiſſe vniuerſum populum Samuelem eſſe Prophetam Domini: Quidam è diuerſo per Verbum notari concionem arbitrantur, quam Samuel habuerit ad cũctum populum in Silo, eos adhortatus ad reſipiſcentiam, & ad ſacrorum inſtaurationem. Inſtigando præterea, vt Kimhi exiſtimat, ad bellum cõtra Paleſtinos, quod ei ſuggerebat Deus, vt ſupplicium de filiis Heli ſumeret: necnon vt Iſraelitæ cęſi peccatorum luerent iuſtas pœnas, quemadmodum factum eſt in eo bello, quod tribus Iſrael contra Beniamitas geſſerunt, ad vlciſcendum ſcelus admiſſum contra Leuitæ cõcubinam. Rabbi Leui Ben-Gerſon opinatur è diuerſo bellum iſtud iniuſſu Dei fuiſſe indictũ, & grauiter Iſraelitas peccaſſe, quòd habentes Vrim & Thumim, Deum non conſuluerint. Ego verò cùm Scriptura hæc diſertè nõ tradat, non multùm contenderem, conſultóne Deo, an inconſulto bellum ſit geſtum. Sed arbitror breuem proponi periochen expoſiti negotij, nimirum Samuelis prophetiam, & ſermones omnibus Iſraelitis fuiſſe vulgatos de familia ac poſteris Heli perdendis, poſtea verò ſubiici quo quicquid ordine acciderit. Quare verba poſſent ad hunc modum per tempus pluſquam perfectum efferri: Cùm verbum Samuelis iam vniuerſo Iſraeli eſſet patefactum. Hactenus Vermilius. S. Hieronymus in Tradition. Hebraicis ad hunc modum exponit. Sermo eius fuit ad vniuerſum Iſrael, quod percutiendi eſ-

Vermilius. Vermilius. Kimhi. Leui Ben-Gerſon. S. Hieron.

ſent à Philiſtæis propter peccata filiorum Heli. A
Quem ſermonem euentus rei poſtea proba-
uit.] Et ſic legunt vulgatus, & Chaldæus Pa-
raph. Quoniam tamen poſtrema hæc verba
Santes Pagninus, Vatablus, & Vermilius no-
ſter, ſed & ſeptuaginta interpretes, quorum
non eſt contemnenda authoritas, ad initium ſe-
quentis capitis retulerunt, ibi nos iterum expli-
cabimus.

CAPVT QVARTVM.

ET factum eſt in diebus illis, conuenerunt Philiſthiim in pugnam;
& egreſſus eſt Iſraël obuiam Philiſthiim in prælium, & caſtrame-
tatus eſt iuxta Lapidem adiutorij. Porrò Philiſthiim venerunt in
Aphec, 2. & inſtruxerunt aciem contra Iſraël. Inito autem cer-
tamine, terga vertit Iſraël Philiſthæis: & cæſa ſunt in illo certami-
ne paſſim per agros, quaſi quatuor millia virorum. 3. Et reuer-
ſus eſt populus ad caſtra: dixerúntque maiores natu de Iſraël:
Quare percuſſit nos Dominus hodie coram Philiſthiim? Afferamus ad nos de Silo
arcam fœderis Domini, & veniat in medium noſtri, vt ſaluet nos de manu inimico-
rum noſtrorum. 4. Miſit ergo populus in Silo, & tulerunt inde arcam fœderis Do-
mini exercituum ſedentis ſuper Cherubim: erántque duo filij Heli cum arca fœderis
Dei, Ophni & Phinees. 5. Cúmque veniſſet arca fœderis Domini in caſtra, voci-
feratus eſt omnis Iſraël clamore grandi, & perſonuit terra. 6. Et audierunt Phi-
liſthiim vocem clamoris, dixerúntque: Quænam eſt hæc vox clamoris magni in ca-
ſtris Hebræorum? Et cognouerunt quòd arca Domini veniſſet in caſtra. 7. Ti-
muerúntque Philiſthiim, dicentes: Venit Deus in caſtra. Et ingemuerunt, dicentes:
8. Væ nobis: non enim fuit tanta exultatio heri & nudiuſtertius: væ nobis. Quis nos
ſaluabit de manu Deorum ſublimium iſtorum? hi ſunt Dij, qui percuſſerunt Ægy-
ptum omni plaga, in deſerto. 9. Confortamini, & eſtote viri, Philiſthiim: ne ſer-
uiatis Hebræis, ſicut & illi ſeruierunt vobis: confortamini, & bellate. 10. Pugnaue-
runt ergo Philiſthiim, & cæſus eſt Iſraël, & fugit vnuſquiſque in tabernaculum ſuum:
& facta eſt plaga magna nimis: & ceciderunt de Iſrael triginta millia peditum. 11.
Et arca Dei capta eſt: duo quoque filij Heli mortui ſunt, Ophni & Phinees. 12. Cur-
rens autem vir de Beniamin ex acie, venit in Silo in die illa, ſciſſa veſte, & conſperſus
puluere caput. 13. Cúmque ille veniſſet, Heli ſedebat ſuper ſellam contra viam ſpe-
ctans. Erat enim cor eius pauens pro arca Dei. Vir autem ille poſtquam ingreſſus
eſt, nunciauit vrbi: & vlulauit omnis ciuitas 14. Et audiuit Heli ſonitum clamo-
ris, dixítque: Quis eſt hic ſonitus tumultus huius? At ille feſtinauit, & venit, & nun-
ciauit Heli. 15. Heli autem erat nonaginta & octo annorum, & oculi eius caliga-
uerant, & videre non poterat. 16. Et dixit ad Heli: Ego ſum qui veni de prælio,
& ego qui de acie fugi hodie. Cui ille ait: Quid actum eſt fili mi? 17. Reſpondens
autem ille, qui nunciabat, Fugit, inquit, Iſrael coram Philiſthiim, & ruina magna fa-
cta eſt in populo: inſuper & duo filij tui mortui ſunt, Ophni & Phinees: & arca Dei
capta eſt. 18. Cúmque ille nominaſſet arcam Dei, cecidit de ſella retrorſum iuxta
oſtium, & fractis ceruicibus mortuus eſt. Senex enim erat vir & grandæuus: & ipſe iu-
dicauit Iſrael quadraginta annis. 19. Nurus autem eius, vxor Phinees, prægnans
erat, vicináque partui: & audito nuncio qoòd capta eſſet arca Dei, & mortuus eſſet
ſocer ſuus, & vir ſuus, incuruauit ſe & peperit: irruerant enim in eam dolores ſubiti.
20. In ipſo autem momento mortis eius, dixerunt ei quæ ſtabant circa eam: Ne ti-
meas, quia filium peperiſti. Quæ non reſpondit eis, neque animaduertit. 21. Et
vocauit puerum, Ichabod, dicens: Tranſlata eſt gloria de Iſrael, quia capta eſt arca
Dei, & pro ſocero ſuo & pro viro ſuo; 22. & ait: Tranſlata eſt gloria ab Iſrael, eo
quòd capta eſſet arca Dei.

Versus I.

Et factum eſt in diebus illis, conuenerunt Philiſthiim in pugnam: & egreſſus eſt Iſrael obuiam Philiſthiim in prælium, & caſtrametatus eſt iuxta Lapidem adiutorij. Porrò Philiſthiim venerunt in Aphec.

E T *factum eſt in diebus illis.*] Quibus illis? Nempe quibos Heli parum de ſua ſalute ſollicitus, in filios animaduertere contemnens, Dei in ſe iram prouocauit. *Conuenerunt Philiſthiim in pugnam.* Græcè ἀλλόφυλοι. Aduerſarios, inquit ſanctus Ambroſius officiorum libro 1. cap. 29. molli veteres appellatione nominabant, vt peregrinos vocarent. Hoſtes enim antiquo ritu peregrini dicebantur. Quod æquè etiam ipſum de noſtris aſſumptum docere poſſumus. Aduerſarios enim ſuos Hebræi Allophylos, hoc eſt, alienigenas, Latino appellabant vocabulo. Denique in libro Regnorum 1. ſic legimus: *Et factum eſt in diebus illis, conuenerunt alienigenæ in pugnam ad Iſrael.* Hæc ille. Igitur conuenerunt in pugnam, nimirum à Domino incitari in vltionem Sacrilegiorum filiorum Heli. Sic enim pluribus aliis Scripturæ locis teſtatur hoſtes ſuis ſedibus exciuiſſe, & in populum ſuum immiſiſſe, cùm in illius impietatem & contemptum vindicare vellet. Vtitur enim quihuſlihet iuſtitiæ ſuæ adminiſtris, ſiue elementis, vt quandoque igne, aqoarum eluuionibus, aut aeris contagione: ſiue feris, nam ſæpius etiam comminatus eſt ſeſe vrſos, & leones, & regulos, & aſpides immiſſurum, qui dente, vnguibus, veneno in perduelles ſæuirent. Frequentius tamen hominum iniqoorum opera aburitur, & eorum ſcelere animaduertit in ſuos. Nec hoc quiſquam ignorat.

S. Ambroſ. *Hoſtes olim peregrini dicti.*

Deus vtitur quibuſlibet iuſtitiæ ſuæ adminiſtris.

Qua ratione Deus malos, ad malum aliis inferendum incitet.

A LITER hoc hæretici, aliter qui de Deo legitimè ſentiunt, interpretantur. Illi enim cenſent Deom quidem mali cauſam & originem eſſe, licet miro quodã modo ac priuilegio ſuæ maieſtatis flagitij macula non inquinetur: nec ſecus perditiſſimis quiboſque ad cædes, & rapinas, templorúmque direptionem vti, quàm cum lignator quiſpiam ad cædendas arbores aſciam, aut ſecurim adhibet: quod planè non aliud ſignificat, quàm Deum (ſi qood eſt in facto crimen) ſceleris conſciũ, ſeu potius A architectum, & ſolum autborem eſſe, illos verò innocentes, qui vi ac neceſſitare, cui reſiſtere non poſſint, ad id impellantur vt pareant. Sed qoò facilios res tota dijudicari valeat, nõ de quauis vltione aut punitione ſermo eſt, ſed de ea, quæ ſit cum executoris ſcelere coniuncta. Deum enim ſontes vlciſci æquum eſt, non iniuſtum. Ad eam rem, ſiue hominum vires vſurpet, ſiue res alias rationis expertes admoueat, nulli facit iniuriam, cùm omnium obtineat imperium. Sed neqoe ſi quis ad ſupplicium, quod Deus decreuerit, ipſo iubente operam manúmque accommodet, iure reprehendi poteſt, cùm in ijs, quibus fas ſit, & cui meritò teneatur, obtemperet. Eo itaque B ſenſu non loquimur, ſed de Philiſtiim nobis ſermo eſt, aut Ægyptijs, ſiue Babylonijs, quos in perniciem Iſraëlitici populi non diuinæ iuſtitiæ zelus armauerat, ſed dominandi libido, atqoe prædandi cupiditas: vel potios ſtudium perdendæ religionis, quæ reliquas omnes aſpernaretur, & ab ũs tanquam prophanis abſtineret, inſtigabat. Hos ſi quis fateatur à Deo incitatos, & liuore atqoe odio in veram religionẽ incenſos, ſummi Dei arã ſacrilegio polluiſſe, templum euertiſſe, ſacris illuſiſſe, & Deum ipſum conuitiis atque maledictis inſectatos diris deuouiſſe: cùm ſint ea omnia à vera pietate alieniſſima: impietatis verò atque iniuſtitiæ teterrima facioora: Deum quoque ipſnm ſcelerum artificem, ac proinde etiam reum aſſerat oeceſſe eſt. Cui ſceleſtę opinioni, ſi quiſquam eſt, qui fidem accommodet, non video cur vltra de religione diſputet, aut inquirat, C quæ ſit ſincerior & magis legitima, cùm talis error nulli prorſus religioni det locum, ſed omnem pietatem funditus euertat. At qui veritatis amatores ſunt, & cæleſtia dogmata impolluta fide complectuntur, ſic intelligunt, Deum dici eam mentem conſiliúmque populis quibuſdam indidiſſe, vt in ingratos & rebelles filios eius incurrerent, & ab ijſdem debitas pœnas repeterent: quoniam eo tempore, ad eas cogitationes eorum animos tradoxerit, quæ de reipublicæ ſuæ defenſione, ſplendore, ac gloria haberent ſolliciros: & ſimul Iſraëlitici populi ſiue robur & potentiam, ſiue veteres inimicitias, ſiue etiam opes atque ignauiam, quaſi eſcam ob oculos paratam proponerent: qua deinde arrepta occaſione, nullam iuris habentes rationem, ſed ſola prædæ ſpe præcipites, in commeritos quidem meritò irruerunt, ve- D rùm alieno animo, deniqoe impia multa deſignarunt, quæ nefas eſt in Deum referre. Tametſi enim cura illa & ſollicitudo publicæ quietis, aut incolumitatis, aot gloriæ, quam Deus gentiom rectoribus nonnunquam inſpiraoit, iamdodum ſopitos animos ad ea facinora exſuſcitaſſe videantur, & materiam ſceleribus præbuiſſe: non tamen idcirco eorundem autor, aut particeps Deus eſſe credendus eſt: cùm non niſi ad ea, quæ iuſta & legitima eſſent, & legitimè fieri poſſent, induceret: & ipſi alias rationes inire poſſent, quibus abſque cuiuſquam iniuria ſibi, & toti reipublicæ coosulerent.

Hæreticorũ interpretatio.

Deus qua ratione intelligi debeat peſſimis vti ad vltionem de ſceleratis filiis expetendam

Itaque

ET CONVENERVNT PHILISTHIIM, &c.

Itaque *Philiſthiim conuenerunt in pugnam. Egreſſus eſt namque Iſrael.* Quid hoc ſibi vult? Num prior Iſraël ad arma conclamauerat, aut bello Philiſthæos laceſſiuerat? Videtur hic verbis ſignificari, cùm ratio reddi videatur, quare Allophyli ad pugnam deſcenderint, quoniam ſcilicet eos prius Iſraël acie inſtructa prouocauerat. Idque manifeſtius euadet, ſi poſtremum illud hemiſtichium, quod præcedenti capiti finem imponit, initio præſentis annectamus, Santem Pagninum ſequuti, qui hunc locum ita ordine digeſſit: *Et fuit verbum Samuel omni Iſraël: & egreſſus eſt Iſrael in occurſum peliſtim in bellum, & caſtrametati ſunt ſuper Lapidem adiutorij: & peliſtim caſtrametati ſunt in Aphec: & ordinauerunt ſe peliſtim in occurſum Iſraël: & diffuſum eſt prælium, & caſus eſt Iſraël.* Notanda ſunt ſingula, quò certius Scripturæ ſenſus germanus eruatur. Primùm narratur Samuelem toti populo vaticinatum eſſe autore Deo. Deinde Iſraelem ſuis ſedibus excitum, Philiſthæis bellum intuliſſe. Poſtremò ipſos quoque Philiſthæos in Aphec caſtrametatos, vt collatis ſignis manum cum hoſte conſererent. Ex hac narrationis ſerie colligimus primò, Samuelem populum quietum & otio torpentem, Dei iuſſu ad arma corripienda incitaſſe. Secundò, exercitum eodem autore conſcripſiſſe, vt in Philiſthæos iouaderet. Tertiò Philiſthæos delectum quoque habuiſſe, & incurrentibus cum armata multitudine obuios fuiſſe, vt eos aditu prohiberent. Hoc ſi verùm credimus, quod non ſine aliqua probabilitate dictum putamus, noua difficultas emergit. Nam

S. Pagnin.

Qui fieri potuit, vt vates ſanctus populum ad bellum impelleret, quo fuſus fugatuſque pro magna parte hoſtili mucrone interiit.

ENIMVERO qui ad certamen ineundum animos acuit, id ſi ſyncerè faciat, videtur de hoſte triumphum polliceri. Nam quis credat quenquam liberali animo præditum, eos, quos præcipuo quodam amore proſequatur, ſcienter in fraudem pellecturum? Num igitur, vt Samuelē à dolo malo immunem aſſeramus, præter ſpem & expectationem eius accidiſſe reſpōdebimus, & longè ſecus, quàm non modò aliis, ſed etiam ipſe ſibi fore perſuaſerat; & ignorantiam vari tribuemus, vt eundem à calumnia & fraudis ſuſpicione vindicemus? Non minima hæc difficultas ſemper mihi viſa eſt. Ecce autem, dum nodi huius ſolutionem inueſtigo, mentem ſubiit ſimilis cuiuſdam expeditionis memoria, quæ S. Bernardum olim autorem habuit: quam, vt inquit Gofridus Monachus Clareuallenſis l. 3. vitæ eiuſdem, c. 4. cùm triſtior ſequeretur effectus, graue contra eū quorundam hominum, vel ſimplicitas vel malignitas ſcandalum ſumpſit. Gofridus porrò ad eam

Gofridus monachus.

A rem eandem excuſationem affert, qua idem Sāctus in 2. de Conſideratione libro vſus eſt: eam profectionem autore ſummo Pontifice, imò potius Deo, perſuadendam ſuſcepiſſe, qui eius prædicationem miraculis confirmaſſet, tanta copia, quantam vel numerare vix quiſquam poſſet. Deinde ſubdit: Quòd ſi placuit Deo tali occaſione plurimorum eripere, ſi non orientalium corpora à paganis, occidentalium animas à peccatis: quis audeat dicere illi, Quid feciſti ſic? Aut quis rectè ſapiens, illorum ſortem magis non doleat, qui ad priora, vel peiora fortè prioribus ſcelera redierunt, quam eorum mortem, qui in fructibus pœnitentiæ, purgatas variis tribulationibus Chriſto animas reddiderunt? Alioquin quamlibet dicant B Ægyptij, dicant filij tenebrarum, qui veritatem nec videre valeant, nec proferre, *callidè eduxit eos, vt interficeret in deſerto:* patienter tolerat Saluator opprobrium, quod tantarum animarum ſalute compenſat. Hæc Gofridus. Quibus continuò addit, iterum poſt auditam cladem exercitus Sanctum virum cæco lumen reſtituiſſe, quò probaret non aliter, quàm diuino inſtinctu, ſuſcipiendi belli ſe autorem ac ſuaſorem extitiſſe. Imponens, ait, Sanctus puero manum, orabat ad Dominum quatenus, ſi ab eo verbum prædicationis illius exierat, ſi prædicanti ſpiritus eius affuerat, in illius illuminatione oſtendere dignaretur. Quod multis tum fratribus, tum Laicis præſentibus illico contigit. Idem verò C ſanctus Bernardus in ſecundo libro de Conſideratione, docet exemplo Iſraelitarum, quibus, cùm eos Moyſes ex Ægypto educeret, meliorem terram pollicitus fuerat, quam tamen non ſunt aſſequuti, ſed miſerè omnes præter pauciſſimos in ſolitudine perierunt: hos quoque, cùm eorum facta imitarentur, parem exitum eſſe ſortitos, nec promiſſa illis victoria frui licuiſſe, quoniam ſe illa indignos præſtitiſſent. Neque enim aliquando, vt ait, promiſſiones Dei, iuſtitiæ Dei præiudicant.] Poſt quæ etiam hæc ſequuntur. Et audi aliud: Peccauit Beniamin, accinguntur reliquæ tribus ad vltionem, nec ſine nutu Dei. Deſignauit denique ipſe ducem præliaturis. Itaque præliantur freti & manu vaD lidiori, & cauſa potiori, & quod his maius eſt, fauore diuino. At quàm *terribilis Deus in conſiliis ſuper filios hominum!* Terga dedere ſceleratis vltores ſceleris, & paucioribus plures, ſed recurrunt ad Dominum, & Dominus ad eos: *Aſcendite*, inquit. Aſcendunt denuò. Denuóque fuſi & confuſi ſunt. Ita Deo primùm quidem fauente, ſecundò & iubente, iuſti iuſtum certamen ineunt, & ſuccumbunt. Sed quò inferiores certamine, eo fide ſuperiores inuenti ſunt. Quid putas de me facerent iſti, ſi meo hortatu iteratò aſcenderent, iteratò ſuccumberent? Quando me audirent mouentem tertiò repetere iter, repetere opus, in quo ſemel & iam ſecundò fruſtrati forent? Et tamen Iſraelitæ vnam & alteram non reputantes fruſtrationem, tertiò parent & ſuperant. Sed dicunt fortaſſe iſti. Vnde ſci-

EGRESSVS EST NAMQVE ISRAEL.

Deus tametſi belli inferendi autor ſit, non tamen ſemper victoriam largitur. 1. Ratio.

S. Bernard. 2. *Ratio.* Exod. 3.

Iud. 20.

3. *Ratio, vt fidem exerceat, & maiorem in modum augeat.*

Pſalm. 65.

mus quòd à Domino ſermo egreſſus ſit? Quæ ſigna tu facis, vt credamus tibi? Non eſt quod ad iſta ipſe reſpondeam, parcendum verecundiæ meæ. Hæc S. Bernardus. Ad quem

Ioan. Caſemar. ep. 333. inter epiſtolas S. Bernardi.

Ioannes Abbas Caſemarius de eadem re ſcribens, Videtur mihi, inquit, quod omnipotens Deus de hac via multum fructum fecit, non tamen eo ordine, quo ipſi viatores arbitrabantur. Siquidem ſi hoc quod cœperant, ſicut decet Chriſtianos, iuſtè ac religioſè proſequi vellent, Dominus cum eis eſſet, ac magnum fructum per eos perfeciſſet. Sed quoniam ipſi ad mala ſunt deuoluti, & hoc nequaquam Dominum, qui author viæ fuerat, à principio latere potuit, vt ſua prouidentia in ſui diſpoſitione non falleretur, malitiam eorum in ſuam conuertit clementiam, & immiſit eis perſequutiones & afflictiones, quibus purgati ad regnum peruenire poſſent. Denique confeſſi ſunt nobis qui redibant, quòd vidiſſent multos ibi morientes, qui libenter ſe mori dicebant, neque velle reuerti, ne amplius in peccatis reciderent. Sed ne in dubium veniat quod dico, (cœlo teſtes aduocat) quaſi patri meo ſpirituali in confeſſione aperio, quòd pattoni loci noſtri, beati Ioannes & Paulus ſæpius nos viſitare dignati ſunt, quos ego ſuper hac re interrogari feci, & huiuſmodi ſententiam reſponderunt, dicebántque multitudinem angelorum qui ceciderant, de illis qui ibi mortui ſunt, eſſe reſtauratam.]

4. Ratio:

Poſt quæ citò viuendi finem eum facturum iiſdem autoribus prædicit. Hactenus Abbas Caſemarius. At verò Otto Friſingenſis Epiſcopus, prius quidem Ciſtercienſis Monachus, vt

Radenicus.

docet Radenicus Friſingenſis Canonicus libro 2. de Geſtis Friderici primi Imperatoris cap. 11. tum verò etiam Conradi Romanorum regis fratris ſui comes in eadem expeditione, ſicut virum eruditiſſimum decuit, totam hanc quæſtionem tractat philoſophicè. Verba eius deſcribam, ne quid illi gratiæ meo vitio depereat. Sic igitur ille libro primo de Geſtis Friderici primi Imperatoris patruelis

Otto Friſingenſis.

ſui cap. 60. Porrò quia nonnulli ex puſillis Eccleſiæ fratribus ſcandalizati mirantur, mirando ſcandalizantur, de prætaxatæ noſtræ expeditionis labore, quòd tam arduo & bono inchoata principio, tam humilem, & non bonum exitum acceperit, ipſis hoc modo reſpondendum videtur. Nihil verè dici bonum poteſt, illo ſolo excepto, qui non aliunde, ſed ex ſe habens quod eſt, & veriſſimè eſſe, & veriſſimè

Luc. 18. *Nemo bonus niſi ſolus Deus.*

bonus eſſe dicitur, iuxta illud, *Nemo bonus niſi ſolus Deus.* Cætera verò ab eo, non ex ipſius eſſentiæ ſectione, ſed ex eiuſdem bonitatis denominatione bona dicuntur. Quicquid autem in naturalibus bonum vocatur, aut id fit *ſimpliciter*, *aut ſecundum quid.* Sed ſi ſimpliciter ſit,

Bonum ſimpliciter. Iacob. 1.

tunc *datum* naturæ dicitur, ſicut conceſſum gratiæ *donum*: iuxta illud, *Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt.* Ipſum verò datum naturæ, quod ſimpliciter bonum diximus, velut in ciuili facultate generaliſſimum, per donum gratiæ, tanquam per differentiam, ad conſtituendam quodammodo ſpeciem, informatur: ſecundum quod ali-

A qua dicimus iuſta, ſobria. Cùm ergo aliqua ſimpliciter in natiuis bona dicuntur, proculdubio bonum naturæ intelligitur. Vnde dictum eſt: *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valdè bona*: Quomodo lapis & lignum

Geneſ. 1.

erit bonum. Cùm autem ad eius proximam ſpeciem deſcendimus, vniuerſalitate generis per ſpecificam differentiam, quam donum gratiæ diximus, ad rationalem reſtricta naturam, illam tantùm ſolemus dicere iuſtam vel ſobriam: nunquam verò lapidem, ſicut bonum, ſic vocamus ſobrium vel iuſtum. Denique vt verbis Boëtij in libro regularum vtar, qui bonum generale, iuſtum ſpeciale ponens, adnectit; nec ſpecies deſcendit in omnia, id eſt, de omnibus quæ ſupponuntur generi, prædi-

B catur. Ita ex oppoſito dicere licet, quòd genus ad ea tantùm, ad quæ ſpecies, prædicatione ſua non contrahatur. Iuxta Logicorum enim regulam: Methodus à genere ad deſtruendum, à ſpecie valet ad conſtruendum. Sicut ergo cùm *ſimpliciter* aliquid bonum dico, naturæ datum, quod velut vniuocè de ſuis ſpeciebus prædicatur, intelligo: ſic cùm *ſecundum quid* aliquid bonum aſſero, vtilitatem potius quàm naturæ fontem intueor: quo vſu eius acceptio ad infinita æquiuocatur. Hinc

Bonum ſecundū quid.

dicimus equum bonum ex vſu vectitandi, veſtem bonam ex vtilitate induendi, alimentum bonum ex emolumento nutriendi. Item eadem ratione quod alteri ſpeciei, alteri aſſeri-

C tur malum. Verbi gratia, iuſquiamum alit paſſerem, necat hominem. Eadem quoque res alia conſideratione eiuſdem ſpeciei contentis, vel etiam eidem ſingulari erit bona, & erit non bona. Vnde & ſolemus dicere, bonum eſt iſti calorem febrilem ſentienti bibere aquam: bonum eſt illi propter infirmitatem ſtomachi, iuxta Apoſtolum, modico vino vti. Nec ex hoc ſequitur, ſi *ſecundum quid bonum*, iſti vel illi *ſimpliciter eſſe bonum*: ſicut non ſequitur; ſi Æthiops eſt albus dente, ergo eſt albus: vel è conuerſo, non eſt niger dente, ergo non eſt niger. Quod etiam ex diuinæ paginæ vſu patet. Velut cùm dicimus: Non erat bonum Iudæis, vel Iudæ Chriſtum tradere, vel crucifigere, etſi nobis eſſet bonum. Sicut verò in humana Philoſophia, album habere dentem, non aufert Æthiopi eſſe nigrum: ſic in diuina pagina ma-

D lum Iudæorum non demit vniuerſitati paſſionem Chriſti non eſſe bonam.

Quæſtionis ſolutio.

Ex quo fit à ſimili propter eandem cauſam, de prædicta noſtra expeditione, quòd ſi non fuit bona pro dilatatione terminorum, vel commoditate corporum, bona tamen fuit ad multarum ſalutem animarum: ſic tamen vt bonum, non pro dato naturæ, ſed pro vtili ſemper accipias: & ex eo vſu hæc emergat ſubdiuiſio, vt (ſicut ſupra diximus) bonum quandoque ſimpliciter dici, quandoque ſecundum quid intelligatur: & quando ſecundum quid dicitur, ad diuerſum vſum vtilis æquiuocari: ita hoc bonum, idem vtile, quandoque ſimpliciter, quandoque ſecundum quid vocari. Quamuis ſi dicamus, ſanctum illum Abbatem ſpiritu Dei ad excitandos nos afflatum

EGRESSVS EST NAMQVE ISRAEL.

fuiſſe, ſed nos ob ſuperbiam, laſciuiamque no-
ſtram ſalubria mandata non obſeruaotes, me-
ritò rerum, perſonarumve diſpendium de-
portaſſe, non ſit à rationibus vel antiquis ex-
emplis diſſonum: quanquam & ſpiritus Pro-
phetarum non ſemper ſubſit Prophetis. Qua-
liter verò prædictus bonus vir ei libro, quem
Eugenio Papæ de conſideratione ſcripſit, ſuper
hac re, ad exeuſationem ſui Apologeticũ inter-
ſeruerit, curioſus rerum indagator inuenire po-
teſt. Hactenus Otto. Ex cuius verbis, & ſupe-
riorum omnium, quos teſtes adduximus, ma-
nifeſtè colligimus, non ſemper Deum, quo-
ties belli cauſam probet, & militiam ſuadeat,
3. Ratio. lætos quoque ſucceſſus largiri. Non enim ſo-
la victoria de hoſtibus trophæum ſtatuit, ſed
etiam patientia, & vulnera, & mors quoque
ipſa pro iuſtitiæ defenſione fortiter tulerata,
quemadmodùm luculenro oraeuli teſtimo-
Iudic. 20. nio confirmare poſſumus. Nam cùm, vt an-
tea quoque ſanctus Bernardus expendit, filij
Iſrael exercitu eopioſiſſimo comparato, vlci-
ſci pararent vim illatam coniugi cuiuſdam Le-
uitæ Ephratæi, cuius indigna calamitas & ſin-
gulos horrore perculerat, & ſimul omnes ad
ſtatuendum de ſceleratis ciuibus vrbis Gabaa
ſupplicium ira inceoderat: & ſemel atque ite-
rum quid facto opus eſſet, Dominum conſu-
luiſſent: & ille toties in eam ſententiam re-
ſpondiſſet, vt inirent prælium, & ſcelus armis
vindicarent: & Iudam præterea ſummæ rei du-
eem præfeciſſet: bis tamen multis millibus
ſuorum deſideratis miſerè cæſi ſunt, donec
tertiò interrogato Domino, non tantùm ad
pugnam animati ſunt: ſed etiam de victoria
certiores facti, filios Beniamin tot iam victo-
riis inſoleſcentes, repetito certamine penè ad
vnum omnes internecione deleuerunt. Ex
his conficitur, mea quidem ſententia, quòd
etiamſi Deus belli autor ſit, & ad dimican-
dum prouocet, non tamen idcirco nos de vi-
ctoria certos ac ſecuros eſſe debere: ſed fine-
re illum nonnunquam, vt qui iure ſuperiores
ſunt, cauſa cadant. Neque enim, ſi penitius
rem introſpiciamus, belli conſiliis victoriæ
promiſſio neceſſariò annexa eſt. Nam quòd
iubeat armis decernere, vt ſcelus vindices,
ad officium tuum pertinet: qoòd verò incœ-
ptum conatúmque noſtrum fauſto exitu co-
ronet, aut fruſtra ruere permittat, aut fauor
eſt, ac proinde nec iure debitus, aut certè po-
tioris cuiuſdam miſericordiæ diſpenſatio.
Nam qui bene opetando mortem oppetit, et-
ſi victus occumbere videatur, vincit tamen, &
triumphat, vt pote qui martyrij coronam con-
ſequatur. At nos aliter pro inſita mentis cali-
gine iudicamus. Nam cùm in belli admini-
ſtratione, non tam quid inde nobis emolumen-
ti contingat, æſtimemus, quàm quid hoſtes ac-
cipiant incommodi, inde adeò fit, vt non ali-
ter nos viciſſe arbitremur, quàm ſi illi ferro ob-
truncati iaceant.

S. Iſidor. Hiſpal. ET *caſtrametatus eſt Iſrael.*] Caſtra, inquit,
ſanctus Iſidorus 9. Etymologiarum, ſunt, vbi
miles ſteterit. Dicta autem caſtra, quaſi ca-

ET CASTRAMETATVS EST ISRAEL.

A ſta, eò quòd ibi caſtraretur libido. Polybius
Polybius. lib. 6. hiſtoriarum, Romanorum caſtrame-
tandi rationem multis deſcribit, eámque lon-
gè diuerſam ab inſtituto Græcorum fuiſſe an-
notat, quòd illi quidem dum ſtudent vbique
De forma, antiquitate, vſuque caſtrorum. parem, notamque militibus formam obtine-
re, fodiendi laboreo non refugerent: Græci
verò, quò labori parcerent, locorum munitio-
nes diligentiſſimè captarent: ex quo deinde il-
lud incommodi ſequi oportuit, vt caſtrorum
figuram identidem mutarent, nec ſatis confer-
tim tentoria collocarentur. At verò, quis pri-
mus omnium vnum aliquem exercitum ſub
Frontinus. eodem vallo continere inſtiruerit, narrat Fron-
tinus lib. 4. Stratag. cap. 1. & Pyrrhum Epi-
B rotarum regem huius inſtituti autorem facit.
Deinde Romani, inquit, eo victo in campis A-
ruſinis, circa vrbem Statuctum caſtris eius po-
titi, & ordinatione notata, paulatim ad hanc
vſqoe metationem, quæ nunc effecta eſt, per-
uenerunt. Nam prius quidẽ Romani, cæteræ-
que gentes paſſim per corpora cohortium ve-
lut mapalia conſtituere ſoliti erant, cùm ſolos
vrbium muros noſſet antiquitas. Hæc ille. At-
qui Pyrrhum Heli noſtro ſeptingentis annis
iuniorem fuiſſe hiſtoriæ produnt. Nec tamen
veriſimile eſt, caſtra Iſraelitarum omni pror-
ſus munitione nudata fuiſſe: maximè, cùm
Exodi 32. referatur, Moyſen ſtetiſſe in porta
caſtrorum, cùm paratet vlciſci ſcelus filiorum
Iſrael: & iuſſiſſe, vt filij Leui, qui ad eum con-
C uolarant, ferro inſtructi à potta in portam in
obuium quemque inuaderent. Iterum Nu-
mer. 5. leproſis, & aliis quibuſdam caſtris in-
terdicitur, iubenturque tandiu foris agete, & à
caſtris abſtinere, donec legitimè purgentur.
Inde ſequi videtur, Iſraelitas, cùm caſtra po-
nerent, non ea prorſus libera atque aperta reli-
quiſſe: ſed vallo, aut cratibus, ant aliis qui-
buſlibet impedimentis taliter muniuiſſe, vt
portis ad ingrediendum opus eſſet: quæ vtique
inutiles videri poſſent, ſi vndique aditus pate-
ret. Porrò tribus modis vt ſcribit Vegetius lib. Vegetius.
3. de re militari, c. 8. diffiniunt caſtra muniri
poſſe. Primùm in vnius noctis tranſitum, &
itineris, occupatione leuiore, cùm ſublati ceſ-
pites ordinantur, & aggerem faciunt, ſupra
quem valli, hoc eſt, ſudes, vel tribuli lignei
per ordinem digeruntur. Ceſpes autem circun-
ciditur ferramentis, qui herbarum radicibus
D continet terram: fit altus ſemiſſem, latus pedẽ,
longus pedẽ ſemis. Quòd ſi terra ſolutior fuerit,
vt ad ſimilitudinẽ lateris, ceſpes non poſſit ab-
ſcindi, tũc opere tumultuario foſſa percutiatur,
lata pedes quinque, alta tres: cuius intrinſecus
agger excreſcit, vt ſine metu ſecurus requieſ-
cat exercitus. Statiua autem caſtra æſtate vel
hyeme, hoſte vicino, maiore cura ac labore fir-
mantur, & cæt. Quod ad formã attinet, pro ne-
ceſsitate loci, vel quadrata, vel rotunda, vel tri-
gona, vel oblonga cõſtitues. Nec vtilitati præ-
iudicat forma. Tamen pulcriora creduntur,
quibus, vltra latitudinis ſpatium, tertia pars
longitudinis additur. Ita autem ab agri men-
ſoribus podiſmum menſuræ colligi oportet,

Et caſtrametatus eſt Iſrael.

Dimenſio eſt pedibus facta Budæo.

vt ad quantitatem concludatur exercitus. Nam propugnatores anguſta conſtipant, & vltra quàm conuenit, latiora diffundunt. Et iterum. Prima igitur ſigna locis ſuis intra caſtra ponuntur, quia nihil eſt venerabilius eorum maieſtate militibus. (Signis autem & vexillis vſos à principio Iſraelitas docet Numer. caputa.) Deinde, ait, ducis prætorium, eiuſque comitibus præparatur, hinc tribunis tabernacula collocantur, quibus per contubernales deputatos ad munera, aqua, lignum, & pabula miniſtrantur.] Tales erant, opinor, Gabaoitæ in caſtris Hebræorum munifices, ſicut patet Ioſue cap. 9. Namque ea lege vita eis conceſſa fuerat, vt ligna & aquam comportarent, & populo in baiulandis oneribus ancillarentur. Quod autem legitur Iod. capite 20. collecto in Maſphat exercitu, nonnullorum delectus habitus qoi commeatum deferrent, ptopterea accidiſſe arbitror, quòd Gabaonitæ, quorum id munus erat, in iis vrbibus moratentur, quæ in ſortem filiorum Beniamin obtigiſſent, quibus tum reliqui filij Iſrael bellum indixerant. Nam eorum vrbes quatuor numerantur Ioſue cap. 9. nimirum, Gabaon, Caphira, Beroth, & Cariath-Iarim: quæ omnes, præter vltimam, tribui Beniamin adſcribuntur, cap. 18. idcirco fortaſſis adeſſe exercitui minimè potuerunt. Sequitur apud Vegetium: Tunc pro gradu legionibus & auxiliis, equitibus, & peditibus, loca in quibus papiliones tendant, deputantur in caſtris: ac de ſingulis centuriis quaterni equites, & quaterni pedites, excubitum noctibus faciunt.]

Milites munifices.

Ivxta *Lapidem adiutorij.*] Locus eſt antea dictus Bethchar inter Senet Maſphat. capite 7. hoc nomen adipiſcitur. *Aphec* vrbs quidem eſt, ſed non vna. Nam & tribui Manaſſe talis quædam tribuitur Ioſue 12. tribuitur & Iudæ Ioſue 15. Sanctus Hieronymus in locis Hebraicis, hanc vult eſſe, quæ iuxta Endor Iezraelis ſita eſt: (quæ, vt opinor, tribui Aſer aſcribitur Ioſue 19. Iudic. 1.) vbi etiam poſtea dimicauit Saül huius libri capite 29. & Benadab rex Syriæ victus eſt. 3. Reg. cap. 20. *Aphec* porrò pelagus, ſiue fortitudo ſiue etiam vigor Hebræis eſt.

S. Hieron. Aphec.

Versvs 2.

Et inſtruxerunt aciem contra Iſraël. Inito autem certamine, terga vertit Iſraël Philiſthæis: & cæſa ſunt in illo certamine paſſim per agros, quaſi quatuor millia virorum.

Ælianus.

Aelianvs opus compoſuit de inſtruendis aciebus, quod imperatori Hadriano dedicauit. Latinum fecit Theodorus Theſſalonicenſis. Verum nos artes bellicas neutiquã docemus, quorum omne ſtudium in colenda cum Deo hominibuſque pace verſatur. Veruntamen, ne interpretis officio prorſus defuiſſe videamur, nonnulla huc è Vegetio transferemus. Ille igitur lib. 3. de re militari, cap. 14. Acies, inquit, dicitur exercitus inſtructus: frons quæ aduerſus hoſtem ſpectat. Hæc in pugna publica, ſi ſapienter diſponitur, plurimùm iuuat: ſi imperitè, quamuis optimi bellatores ſint, mala ordinatione franguntur. Inſtructionis lex eſt, vt in primo ordine exercitati & veteres milites collocentur, quos antea principes vocabant. In ſecundo ordine circundati ſagittarij cataphractis, nec non optimi milites cum ſpiculis, vel lanceis ordinentur, quos prius haſtatos vocabant. Singuli autem armati in directum ternos pedes inter ſe occupare conſueuerunt, hoc eſt, in mille paſſibus mille ſexcenti ſexaginta ſex pedites ordinantur in longum: vt nec acies interluceat, & ſpatium ſit arma tractandi. Inter ordinem autem & ordinem à tergo in latum ſex pedes diſtare voluerunt, vt haberent pugnantes ſpatium accedendi atque recedendi: vehementius enim cum ſaltu curſúque tela mittuntur. In his duobus ordinibus, & ætate maturi, & vſu confidentes, & muniti etiam grauioribus armis collocantur. Hi enim ad vicem muri, nec cedere, nec ſequi aliquando cogendi ſunt, ne ordines turbent: ſed venientes aduerſarios excipere, & ſtando pugnandóque depellere vel fugare. Tertius ordo diſponitur de armaturis velociſſimis, de ſagittariis iuuenibus, de bonis iaculatoribus, quos antea ferentarios nominabant. Reliquos deinde Vegetius vſque ad ſextum ordinem enumerat, quem aſcribit triariis, fortiſsimis bellatoribus, ſcutis, & omni armorum genere inſtructis, de quorum viribus, ſi quid primis ordinibus accidiſſet, reparationis ſpes tota pendebat. Præter hæc, ordinaturus aciem, vt idem ait, tria debet ante proſpicere, ſolem, puluerem, ventum. Nam ſol ante faciem, eripit viſum: ventus contrarius tua inflectit ac deprimit, hoſtium adiuuat tela. Puluis à fronte congeſtus oculos implet & claudit. Hæc Vegetius. Dicta eſt etiam acies, vt vult S. Iſidorus, quòd ferro armata ſit, & acumine gladiorum. Hæc alas habet, frontem, & cornua, globos, nodos, cuneos, ſerras, roſtra, forfices: quæ omnia & formas & nomina ab ipſis rebus, à quibus tranſlata ſunt, imitantur: ſicut copioſè docet Ælianus in illo opere, cuius ſuprà meminimus.

Vegetius.

Acies quid, & quo ordine inſtruenda.

S. Iſidorus.

Inito autem certamine. Inito *autem certamine.*] Cauſa belli erat, inquit Vermilius, quòd Palæſtini, eiecta Sem poſteritate, terram Chanaan occupaſſent, quæ Dei beneficio ac promiſsione Iſraelitis debebatur: quibus erat imperatum, vt quamprimùm poſſeſsionem eius terræ adepti eſſent, Chananæos funditus & ad vnum tollerent, alioquin illos fore ipſis perpetuò tanquam ſpinas & tribulos in oculis. Id autem illi cùm facere neglexiſſent, Dominus eos tradidit in manum ſeu poteſtatem Palæſtinorum: à quibus tamen, quæ bonitas eius erat, illos aliquando per Iudices vtcunque liberabat. Non tamen eos plenè ac perfectè ab illis aſſeruit. Afflixerat Palæſtinos

Vermilius.

Cauſa iratum.

Digitized by Google

Inito autem certamine.

nonnihil extremo tempore Samſon, & Heli fortaſſis aliquid tentauerat: ſed nunc Palæſtini, vt videtur, in Iudęos fecerant impreſſionem. Quare Iſraëlitę conſcripto milite aduerſus eos proceſſerunt. Idcirco belli cauſa iuſta erat. At nõ ſatis eſt, iuſto bello pugnare, quooiam oportuit iuſta & ſolida fide inuocare Deum, ac ſolida reſipiſcentia vitam emendare. Sed certè mirabile fuit Dei coofilium; ſiquidem vna eadémque opera, pœnas ab omnibus expetit, de ipſo, inquam, Heli, de Ophni, & Phinees liberis eius, de nuru, de filiis Iſraël, necnon de Palæſtinis. Atque ita contigit, quod Samuel fore prædixerat. Αγχίνοια aut perſpicacitas egregia virtus eſt, qua efficitur, vt qui finem alicuius rei videat, poſſit ad eum per media commodiſſima peruenire, iſque iudicatur ſolertiſſimus, qui vno eodémq; negotio quàm plurima conficere queat. Hoc potiſſimùm Deo tribuendum eſt, qui noo tantùm videt & finem, & media, ſed etiam citra difficultatem, & iucũdo ſuauique proceſſu permulta ſimul efficit, idq; citra iniuſtitiam; quod hominibus callidis & aſtutis nõ vſu venit: nam in ſuo propoſito conſequendo, vel à fine, vel à mediis non raro aberrant, vel cum aliorum iniuria conſequuntur. Tribus modis conſueuit Deus ſontes plectere, fame, peſte, ac bello: quæ ſingula inuehunt ſecum infinita mala. Nunc bello Iſraëlitas punit, nam infeliciter cõtra Paleſtinos dimicarunt: quod illis crebrò contigit.

Mira Dei perſpicacitas

Num.14. Primum, cùm Deo nolente montem Amorrhæi voluerunt expugnare: & ſub Ioſue cùm Achan ſibi vſurpaſſet anathema; cúmq; aduerſus Beniamitas pugnarent; & cùm Saül in Gelboë fuit peremptus. Cædis iuſta cauſa præceſſit; grauiſſimis peccatis laborabant Iſraëlitæ: cultus Dei negligebatur; à Deo populus defecerat; ſacerdotes ritus & ceremonias violabãt, & publicè ſcortabãtur. Quare non eſt mirum, ſi populus ab hoſte fuit ſuperatus. Id enim Deus ſemper egit, vt popolus ipſius magis præſidio, quã ſuis viribus niteretur. Id ſibi volebant tubę illæ argẽteæ, quas Deus fieri iuſſit: idcirco enim illis iubebantur clangere in prælio, vt populo veniret in mentem Dei, cùm aduerſus hoſtes confligeret. Nam ſic monuerat populum, *Tubis clangetis, & ego veſtri ero memor.* Lege præterea Deus cauit, vt concio haberetur caſtrenſis à ſacerdote, qui populum doceret, Deum pro certo ſuis pugnantibus adeſſe. Quod autem locus, vbi caſtrametati ſunt Iſraëlitæ, dicatur Abenæzer, id eſt Lapis adiutorij, per anticipationẽ dicitur. Etenim hoc nomen lapidi poſtea impoſitum eſt, cùm Samuel imperaret. Nũc verò potius dicendus erat percuſſionis lapis, vt Kimhi annotauit: cur ab euentu ſit vocatus lapis adiutorij, exponetur cap. 7. huius libri. Prælium dicitur dilatatum Hebræa phraſi, quia pugnando milites conſueuerunt ſe diffundere ac explicare. Cæſi ſunt Iſraelitæ, ac terga verterunt Palæſtinis. In acie, ac in agro facta eſt hæc cædes: in agro quidem conflixerunt, de acie verò Iſraelitarum quatuor millia ceciderũt. Hucúſque Vermilius.

Iuſtum Dei iudicium.

Lapis adiutorij.

Terga *vertit Iſrael.*] Facetè Motus luſit in Epigrammatis.

I.

Terga vertit Iſrael. Thomas Morus in fugaces.

A *Arno nemo magis pedibus valet vſque, ſed olim*
Frigore contractas perdidit ille manus.
Optat bella tamen, cui pes citus, vtraque manca eſt
Cui manus, in bello ſcis, puto, quid faciet.

Et item aliàs.

Riſcus eques prudens longóque peritus ab vſu,
Diſsimiles, cauſa non ſine, paſcit equos.
Namque alit ille duos, volucrem prævorterit alter,
Alter ſed pigro pigrior eſt aſino.
Hic ergo non feſtinantem ad prælia defert:
Ille, prius tuba quàm clanxerit, inde referto.

Hæc Morus. At contra Sophanes Athenienſis bellator, egregius narratur apud Herodotum lib. 9. anchora gradum fixiſſe ſibique fugam inhibuiſſe. Fertur, inquit, geſtaſſe anchoram ferream è balteo thoracis catena alligatam: quam, B quoties aduentantibus hoſtibus propinquus erat, obiiciebat: ne illi irruentes ipſum ex ordine ſummouere poſſent. Rurſus eiſdẽ in fugam reuertentibus, reſumpta anchora ita fugientes inſequebatur. Hæc de Sophane Herodotus. Teutoonum primos ordines in acie, quo die cũ Mario & altero Conſule conflixerunt, & ab iiſdem ſuperati ſunt, ferreis vinculis nexos copulatóſque fuiſſe, Plutarchus memorat in Mario. Arbitrabatur porrò Xerxes, vt eſt apud Herodotum, quo tempore infeſta in Græciam ſigna inferebat, eos populos, qui libertate fruerentur, magis eſſe fugæ obnoxios, qoàm qui regibus parerent. Nam, qui milites, inquit, vnius imperatoris nutus obſeruant (quemadmodum apud nos fit) illius metu, etiam contra ſuam C ipſorum naturam, meliores efficiuntur, adactiqoe verberibus vel pauciores aduerſus plores eunt; quod vtique non facerent ſi ſuo ipſorum permitterentur arbitrio. Sed eam ſententiam Demaratus qui fuerat olim Spartiatarum Rex, tum autem aderat continuo refutauit aſſerens liberos nihilo regiis eſſe deteriores. Nam licet ſint liberi, inquit, non tamen ſunt vſquequaque liberi, quippe quibus præeſt domina lex, quam multo magis metuunt, quàm tui te. Faciunt ergo quæcumque illa cogit. Cogit autem idem ſemper, vetans ſemper eos ex acie fugere quantamuis hominum multitudinem: ſed iubens vt ordinem non deſerentes, aut vincant, aut occumbant.]

Herodot.

Herodot. lib. 7.

Qui videntur magis eſſe fugæ obnoxij.

Cæterùm quàm turpis & inhoneſta, dicam & flagitioſa militis fuga ſemper habita ſit probat D factum illud Lacænæ mulieris, quæ fugientem è prælio filium ferox interemit Capite puniebat Meroueus noſter eum militem qui fugę initium feciſſet tantúmque ab eo probro maiores noſtri abhorruerunt, vt etiam à verbi contumelia abſtinendum cenſerent. Lege Salica capit. 32. ſi quis alteri temerè fugam obieciſſet, reus agebatur, & cxx. denar. qui faciunt ſolidos III. cul. iud.] Tantundem ſcilicet multæ nomine exoluere cogebatur. Nec mitior Romanorum fuit in fugientes cenſura. Nam cùm Medi aliquando, vt ſcribit Appianus lib. de Bello Parthico, excurſionem ad aggerem feciſſent, propugnatoréſque terruiſſent, iratus Antonius, ex iis qui pauore ceſſiſſent, decimum quemque ſupplicio affecit. Aliis pro tritico hordeum apponi iuſſit. Iulianus item decem milites ex iis,

Fuga quàm turpis & flagitioſa ſemper ſit habita.

Lex Salica.

Appianus.

Ammianus. ff. de re militari.

qui fugerant, capitali addixit ſupplicio, ſequutus veteres leges, vt narrat Ammianus 24. Nam quod ad leges ſpectat, D. de re militari. qui in acie priot fugam fecit, ſpectantibus militibus, propter exemplum capite puniendus eſt. Neo modò leges & imperatores militem terga dare vetuerunt, ſed etiam caſtiſſima coniux hanc legem viro cariſſimo dixit, vt potius eum honeſta morte perfunctum reciperet, quàm turpi fuga ſibi conſulentem ſaluum atque incolumem amplecteretur. Sic namque Panthea fertur, olim virum ſuum Suſiorum principem, in prælium euntem eſſe alloquouta. Si qua alia vnquam vxor virum ſuom pluris quàm animam ſuam æſtimauit, puto te, Abradata, cognoſcere me etiam harum vnam eſſe. Quid igitur opus eſt vt omnia ſingillatim eloquar, cùm exiſtimem præſtitiſſe me opera verbis præſentibus probabiliora? Verumtamen cùm ſic habeam erga te, vt ipſe noſti, teſtor tibi meam tuamque amicitiam, indubitatò malle me publicè obrui terra tecum bono viro, quàm viuere cum dedecoroſo dedecoroſam. Sic ergo & te & meipſam rebus honeſtiſſimis dignos habeo. Hæc illa apud Xenophontem. Duces verò non legibus duntaxat, præmiis, & cohortationibus, ſed etiam vi nonnunquam, & neceſſitare à fuga ſoos auertere conati ſunt, vt ſi minus oratione potuiſſent, maioris certè periculi obiectu perſuaderent, glorioſam potius mortem quàm infame ſupplicium eligere. Tradunt Hebræi apud Fagium, fuiſſe quondam apud maiores ſuos in extremo agmine, qui fugientium crura ſecuribos exſcinderent. Iulianus Auguſtus, vt Ammianus author eſt lib. 23. eum pontem, quo in Perſas traiecerat, auelli iuſſit: Agathocles, vbi primùm in Africam appulit, naues ad vnam omnes incendit; quò fugiendi poteſtate ablata, per neceſſitatem ardentius ſui milites pugnarent. Id qood itidem feciſſe Guillelmum Nothum, poſtquam in Angliam deſcendiſſet, Paulus Æmilius memorat in Philippo 1. dicentem: Militibus aut moriendum alacriter, aut vincendum eſſe. Idem de Fabio Maximo Frontinus aſſerit lib. 1. Stratag. c. 11. At verò Alexander naoes qoandoque remiſit: interdum, vt flumen à tergo exercitus eſſet, curauit: teſtis Diodorus Siculos l. 17. Ægypti reges Deorum ſuorum ſimulachra nouiſſimum agmen ſequi voluerunt, quò miles religione ac reuerentia nominum à fuga abſterreretur. Nec verò id mirum videri debet, ſi duces in iis certaminibus, quibus de communi ſalute decerneretur, ne miles fugam iniret, tantopere cauendum cenſuerunt; cùm in aliis, in quibus ob popularem lætitiam gladiatores inter ſe committebantur: ferro, flamma, verbere à periculi declinatione arcerentur. Ita ne in ludicra quidem dimicatione, à vero diſcrimine decedere licuit: nuſquam viſa eſt inſtituto maiorum fuga poſſe tolerari. D. de muneribus l. 18. §. 17. ad hunc modum legimus: Maſtigophori qooque, qui agonothetas in certaminibus comitantur, & ſcriba magiſtratus, perſonali muneri ſeruiunt. (Sunt autē agonothetæ certaminum præfecti, præſides munerarij, editores gladiatorum: qua ſignificatione

Xenophon lib. 6. Cyropædiæ.

Ammiutn*s

Paulus Æmilius

Frontinus.

Diodorus Siculus.

ff de muneribus.

Chriſtus Dominus Tertulliano, & S. Hieronymo dictus eſt agonothetes noſter.) In hanc legem hec ſcripſit Gothofredus de Maſtigophoris. Iuſtos Lipſius, inquit, lib. de Gladiatoribos c. 5. hanc vocem refert ad ſpectacula. Iurabant enim gladiatores in hæc tria: Vſtionem, verbera, & necem; qui ex more patiebantur necem, quum cecidiſſent: flāmam & verbera, ſi quando timidius pugnarent, aot fugerent. Tibullus Elegia 9.

Gothofred.

Vre meum potius flamma caput, & pete ferro
Corpus, & intorto verbere terga ſeca.

Seneca Epiſt. 7. Occide, vre, verbera. Quintilianus, Hic ferrum acuebat, ille accēdebat ignibus laminas: hinc virgæ, inde flagella afferebantur. Tertullianus, Gladiatorem ad homicidium flagellis, & virgis compellant inuitum. Hoc fini lorarij & maſtigophori, de quibus hic agitur, fuerunt in arena. Xiphilinus in Nerone, Quēadmodum qois audiet, quod neque videre poteſt, Auguſtum Imperatorē, τὸν ἐγγυηθέντα αὐτῶν μαστιγοφόρον: iiſque pecuniam etiam ſubminiſtrare, μὴ καὶ ἐλεγχθεὶς μαστιγωθῇ. Petronius in Satyrico, In verba Eumolpi iurauimus, vri, vinciri, verberari. Heu me, quanta erat illa feritas! qui furor, quæ inſania! nimirum, diabolus hos illis ludos fecit, his ille delectatur: malo noſtro gaudet, & cruore paſcitur.

Tropologia.

Verùm iniuriam hanc, qoondam à fide alienis hominibus arte dæmonis irrogatam, obliuiſcamur, & noſtri potius rationem habeamus. Neque enim leuius periculum in nos impēdet, ſi, in acie conſtituti, & cum hoſte ſæuiſſimo manus conſerentes, arma militiæ noſtræ crucem abiiciamus, nóſq; in fugam turpiter dedamus. Ea ſiquidem eo dignior omni dedecore, ſupplicio atque infamia habebitur, quo fugientes certius manet exitium, certātes autem non ſolùm certior, ſed etiam glorioſior triumphus atque victoria. Neque enim mentiri poteſt, qui Deo authore aſſeruit: *Reſiſtite diabolo, & fugiet à vobis*. At fugientem & terga dātem, primùm quidem conſcientiæ flagella excipiunt, quæ miſeram animam crudo verbere lacerāt: deinde cadētem mors æterna iugulat, æterni etiam ignes nunquam interituro dolore excruciant. Quæ cùm ita ſint, eritne quiſquam, qui, cū hæc ſciat, ſéque ſentiat tantis his ſtimulis agitari, terroribus obſideri, crucitatibus deſtinari (tametſi nulla melioris vitæ ſpes foret) non eligat quoduis diſcrimen ſubire potius, quàm illa perferre ac pati? Ante omnia igitur, vt hęc vitare poſſimus, omnis fugæ à nobis ſuſpicio amolienda eſt: deinde fortiter ac ſtrenuè cū aduerſario dimicandum. Id qood eo alacriore animo nos facere decet, quòd certantes vinci non poſſumus: ſed nec qoidem plagas admodum graoes accipere: Dei namque ſcuto protegimur. Ex quo, cùm non minima ad nos, tametſi in prælio conſtitutos, pax & ſecuritas redundant; tum mira quædam ſuauitudo atque iucūditas accedit ex præmij, quod certò cōſequitur, incredibili magnitudine atque præſtantia. Quamobrem à fuga abhorreamus, dilectiſſimi, pręſertim in hoc certamine, in quo, cùm de immortalitate nobis cū hoſte nequiſſimo contentio eſt; tū victoria ipſa

in dimicatione eſt poſita. Nam, etſi in aliis fortè prælis, quæ corporum viribus & periculis cõmittuntur, fuga nonnunquam victis ſalutem attulit; non tamen iſtis pariter vnquam contigit: ſed, quicunque cedendo ſe putat poſſe vitare periculum, extemplò miſer in laqueos incidit; ex quibus, niſi pugnando, ſeſe explicare non poteſt. Non audis, vt Iſraëlitæ fugientes paſſim per agros cæſi ſunt? Atqui Parthis fuga ita cedit, vt vinci propterea vix poſſint. Antonius, cùm pertinacius aliquando Parthos inſectatus eſſet, vt inquit Appianus lib. Parthico, & pedites ſui per quinquaginta, equites per tot ſtadia fugientem hoſtem perſequuti eſſent, putauit eo prælio maiorem belli partem eſſe confectam. Itaque receptui canens, poſtquam in caſtra rediiſſet, cæſos captóſque dinumerans, cùm ingentem hoſtium multitudinem ſe profligaſſe crederet, triginta duntaxat captos, ad octoginta in acie cecidiſſe comperit. Qua ex re ſtupor ac triſtitia omnes ferè milites inuaſit, dirum arbitrantes, ſi victores adeò paucos interemiſſent, victi tot viris ſpoliati eſſent, quot circa machinas perdidiſſent. Prius etiam Craſſo bellum inferente, Fugiebant, inquit, ſimul tela iacientes Parthi: quod apud Scythas fortiſſimum habetur: eos namque ſapientiſſimos iudicant, qui æquè auxilio aliis adeſſe, & ſe tutari nouerint, fugæque turpitudinem hoc conſilio adimere. Hæc ille. Et hos igitur nos quoq; in nonnullis inimici incurſionibus æmulari licebit: tũ ſcilicet, cùm carni cupidinis faces immittit, & libidine corpus incendere conatur: tum enim longè melius eſt tanquam declinatione corporis telum effugere, quàm dum conſtanter agere credimus, vri atque inflammari. Summa tum ſapientia eſt, eminus pugnare, ſeu magis omni congrediendi facultate negata, à tergo inſtanti pugnæ deſperationem iniicere, quò tandem aliquando vrgere deſinat. Etenim in hoc genere dimicationis, non tam ille nobis cauendus eſt, quàm nos ipſi nobis. Ignem enim illum intùs in viſceribus ac medullis concluſum gerimus, quem reſtinguere omnino non valemus: poſſumus tamen, ne quando augeatur & inualeſcat, materiæ fomentorúmque ſubductione cohibere.

Quibus fuga benè cedit. — Appianus. — *Fuga apud quos honeſta cenſeatur.* — *Quando nobis fugiendum eſt.*

E T *cæſa ſunt in illo certamine.*] Aſſyrius prælium cum Cyro commiſſurus apud Xenophontem in procinctu pugnæ hãc orationem ad ſuos habuit. Stultum eſt eos, qui potiri volunt victoria, hos terga, & eas corporis partes, quæ & armis vacant & manibus, per fugam aduerſarius opponere. Stultus etiam eſt, ſi quis vitæ appetens ſe fugæ commiſerit, cùm non ſit ignarus victoria parari ſalutem, at mortem fugientes magis quàm manentes occumbere. Atque ille quoque ſtultus eſt, qui pecuniarum cupidus vinci æquo animo patiatur. Quis enim ignorat, victores & ſuas ſibi res ſaluas facere, & ſuccumbentium bona etiam capere? Victos autem, & ſeipſos vnà & ſua omnia amittere? Hæc à rege Aſſyriorum dicebantur.

Xenophon lib. 3. Cyropædiæ. — *Stultorum eſſe fuga præſidium quærere.*

VERSVS 3.

Et reuerſus eſt populus ad caſtra: dixerúntque maiores natu de Iſraël: Quare percuſſit nos Dominus hodie coram Philiſthiim? Afferamus ad nos de Silo arcam fœderis Domini, & veniat in medium noſtri, & ſaluet nos de manu inimicorum noſtrorum.

REVERSVS *eſt populus ad caſtra.*] De caſtris antea verſ. 1. Barbarorum caſtrametandi rationem deſcribit Xenophon libr. 3. Cyropædiæ. Aſſyrios, Perſas, & cæteram barbarorum multitudinem caſtra præter alia impedimenta, foſſa muniuiſſe docet, equitatui potiſſimùm conſulentes, cuius per noctem nullus vſus eſſe poterat, equis præſertim in ipſis præſepibus pedicis alligatis. Ignes Perſæ ante caſtra accendebant, vt occurrentes intueri, ipſi videri non poſſent: nonnunquam etiam ad fallendos hoſtes ponè caſtra faciebant. Aſſyrij in aperto campo, Perſæ occultiſſimo loco ſua caſtra locabant.

Xenophõ.

QVARE *percuſſit nos Dominus?*] Vermilius: Cauſam quærunt, cur à Deo ſint prodiri hoſtibus, & in ea quærenda paralogiſmum committunt, quem dialectici vocant, à non cauſa vt cauſa, qui pernicioſus eſt non tantùm in dogmatis, verumetiam in practicis conſiliis. Syri cùm grauiter cæſi fuiſſent à rege Samariæ, dixerunt, id non eſſe mirum, cùm dij Hebræorum dij eſſent montium; & victoriam contigiſſe dicunt ex Dei natura, qui præcipuè vim ſuam haberet in collibus: ita nunc iſti ea ſe cauſa victos putarunt, quòd arca in caſtris non adfuerit. De pœnitentia verò neglecta, de moribus corruptis, de cultu Dei vitiato nequaquam venit in mentem. Calamitatis hęc vera fuit cauſa, quam iſti Senatores infatuati non attingunt. Ita Chriſtiani principes cùm à Turcis vincuntur, varias cauſas commemorant, vel ementiuntur, veram autem nunquam conſiderant: imò ſæpius erumpunt in execrationes, & horrendas blaſphemias. Noſtra ætate cum in Africa noſtri milites ad Algerium grauiſſimam plagam accepiſſent, ex eis fuerunt, qui Chriſtum dicerent iam factum eſſe Machumetanum, nec meminerant, ſe iam diabolos euaſiſſe.

Vermilius. — *Paralogiſmus Hebræorum.*

AFFERAMVS *ad nos arcam fœderis.*] Opinantur Iſraëlitæ nunc, ſi habeant in caſtris arcam Domini, res benè proceſſuras, ſed quis hoc fieri iuſſit? An Deus id præcepit? Cur non potius reſipiſcunt? Cur ſe peccaſſe non confitentur? Cur ſolida fide Iehouam non inuocant? Hodie in Papatu, cùm expeditiones ſuſcipiuntur, iubent milites omnia ſua peccata confiteri ſacrifico, ieiunare, necnon Euchariſtiam percipere, verùm ſub vna tãtùm ſpecie, alioqui damnarentur capite, qui vtramque ſumerent. Iis confectis omnia pronuntiant fore tuta: ſed quis iſta requiſiuit de manibus eorum? Hæc

Digitized by Google

Vermilius: Hei mihi, quantæ tenebræ hæreti- A
corum animis offuſæ ſunt, vt ignorent, cùm in
diſcrimine verſamur, tum maximè Deum à no-
bis peccatorum confeſſionem requirere, & Eu-
chariſtiæ vſum frequentiorem. Nam, præter-
quam quod hoc vbique Scriptura loquitur, ce-
do, ſi quam habes aliam placaodi numinis ratio-
nem, quàm vt admiſſum ſcelus confiteare. Por-
rò tam cæcus es, vt ne hoc quidem videas, eo
potiſſimùm tempore Chriſtum ſacratiſſimam
Euchariſtiã inſtituiſſe, quo ipſe capitis periculũ
ſubiturus erat; vt nos ſuo exemplo condoce-
faceret eandem vſurpate, quoties periculũ im-
mineret.] Sequitur apud eundem Vermilium:

Placandi numinis certiſſima ratio.

Allegoria arca.

Certè arca eo tempore fuerat extructa, vt mo-
numentum eſſet diuinæ præſentiæ, ac promiſ-
ſionum aſpectabilis quædam obſignatio, vtque B
populus haberet, vnde in rebus nutantibus &
dubiis oraculum peteret. Adumbrabat item
venturum Chriſtum. Nam quemadmodum in
ea liber legis extabat, ac tabulæ inerant: ita in
Chriſto fuerũt, vt perhibet Paulus, omnes the-
ſauri ſapientiæ ac ſciẽtiæ Dei. Hæc eis in men-
tem veniſſe oportuit, non arcam ipſam circun-
ferre. Sic hodie fit in papatu, Euchariſtiam cir-
cunferunt, cùm Chriſtus eam inſtituerit ſuæ
mortis monimentum: quo eam percipientes,
in memoriam reuocarent, Chriſtum ſua cauſa
olim fuiſſe mortuum. Verùm hoc negligitur,
& puppis & prora ſanctitatis ac religionis in
eius circungeſtatione, pompa, ac aſpectu collo-
catur. Papa nullum iter ſuſcipit, quin ante ſe ge- C
ſtari iubeat Euchariſtiam in equo candidiſſimo
cum tintinnabulis & luminibus. Id Popellus
honoris Euchariſtiæ cauſa putat fieri, cùm po-
tius è ſuperbia ſit natum: nam quocumque ve-
niat, ſuos non vult ab aliena parochia Euchari-
ſtiam ſumere, ſed tantum ſuam ipſius cùm opus
ſit, accipere. [Tu teipſum compungis tuis acu-
minibus, Vermili, Papa alienam parochiam
nullam habet: etenim, vt de ſeipſo teſtatur
Apoſtolus, cura illi incumbit omnium Eccle-
ſiarum Dei. Vicit te Popellus hac vice inter-
pretandi ſubtilitate. Nam, quod verum eſt, eo
pacto honorem haberi Euchariſtiæ intellexit,
& ſummum Pontificem eum cultum, qui ſibi
tribuitur, in Chriſtum referre. Nimirum hoc
illud eſt, pro quo idem Chriſtus dudum gratias
patri retulit, dicens: *Confiteor tibi, Pater, quia
abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus, & re-* D
uelaſti ea paruulis. En ſcilicet, vt paruuli quique
perſpiciunt, quod ſapiens Vermilius ignorat.
Mentiris autem egregiè cùm ais, Euchariſtiæ
cultum, cùm à nobis circunfertur, ſola pompa
conſiſtere. Tametſi enim nonnulli tui ſimiles
inter nos inueniantur, qui auguſtiſſimi Sacra-
menti maieſtati detrahant, fideles tamen qui
ſunt, verè & ex animo Chriſtum pro nobis paſ-
ſum in ea venerantur. Sed iam reliqua videa-
mus.

Calumnia.

---

*Num licuerit Iſraëlitis Arcam circunferre?
An nobis Euchariſtiam liceat?*

QVÆRET aliquis, inquit Vermilius, cur
non licuit arcam circunferre? Ioſue cir-
ca muros Hierichontinæ vrbis ferri mandauit,
& mœnia ceciderunt: tranſmiſit deinde per
Iordanem, & conſtiterunt aquæ: & cùm vehe-
retur, Dauid ante illam ſaltauit. Reſpondeo,
Ioſue feciſſe iuſſu Dei quæ ſunt commemora-
ta, ac ea ſemel duntaxat fecit: vnde non conſe-
quitur idem poſtea licuiſſe populo facere ſuo
arbitratu. Nec Dauid quicquam fecit alienum
à voluntate Dei, cùm eſſet non modo rex, ve-
rumetiam Propheta. Diuinitus quippe locum
vidit, quem Dominus elegerat, vbi arca locare-
tur. Cæteros homines oportet rectà incedere,
ita vt neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram
declinent. Illi ad dexteram vergunt, qui plus
faciunt, quàm lege præcipiatur: ad ſiniſtram
verò, qui minus. Ad hunc modum ratiocina-
tur Vermilius. Quod ſi generatim ac vniuersè
accipiamus, non erunt vtique pueri, qui nec-
dum ſunt idonei fide ſua, ad baptiſmum admit-
tendi; nec dies dominicæ religioſa vacatio ob-
ſeruanda; neque in diem craſtinum rei familia-
ris cura proferenda: ſed nec tibi quidem, qui te
Euangeliſtam & Apoſtolum quinti Euangelij
profiteris, aut pecunia poſſidenda, aut calcea-
menta pedibus induenda: ſed erunt ſcrupuloſè
multa ac ſedulò præſtanda, quæ tamen hacte-
nus communis vſus reſpuit, & ciuilis vitæ ſo-
cietas aſpernatur. Nam & chariſſima coniux à
marito, & dulces nati à parentibus, & veneran-
di parentes à ſuis pignoribus erunt deſerendi,
non ſolùm, ſed etiam odio proſequendi, vt eſſe
quiſquam Chriſti diſcipulus dignus habeatur.
Ad hæc, tollenti pallium tunica quoque ipſa
vltrò obtrudenda erit. Poſtremò etiam tibi, ne
mihi ſcandali occaſio fias, Monaſterium repe-
tendum, quinetiam oculi eruendi, manus, lin-
gua, pedes, & illud quodcunque eſt, quod te in
fraudem induxit, à reliquo corpore amputan-
da. Quæ tamen leges, vt tu quoque noſti, præ-
ter illud poſtremum quod te contingit, tempe-
rari ſolerti aliqua interpretatione indigent, ni
velis nos omnes reos diuina lege teneri: quin-
imò vt eædem valeant cum reliquis Dei legi-
bus conciliari. Superiora verò, quæ perpetuo
vſu ab ipſo fidei exordio Eccleſia vſurpauit, ab-
rogari ſine ſacrilegio minimè poſſunt. Non
ſunt igitur omnia, quæ ſcripturarum moni-
mentis conſignata ſunt, neceſſariò obſeruanda:
Nec, ſi quidquam eſt, quod ſapienter inſtitu-
tum ſit, & longo vſu roboratum, propterea
continuò explodendum erit, quod non ſit ſtylo
exaratum. Neque enim ſcripturis duntaxat agit
nobiſcum Deus, imò Scripturæ authorem Spi-
ritum ſanctum ſe nobiſcum communicaturum
promiſit, & iam olim reipſa præſtitit. Quocirca
teipſum non mediocriter admiror, Vermili,
qua fronte, quo ore doceas ſoli Scripturæ in-
hærendum, cùm ipſa potius Scriptura doceat,

Abrogari traditiones Eccleſiaſticæ à priuatis ſine ſacrilegio non poſſunt.

Digitized by Google

non ſcriptis, ſed coram traditis ab Apoſtolis A præceptionibus Eccleſiam eſſe inſtitutam. Hoc nimirum teſtatur Paulus in epiſtolis, hoc Ioannes, hoc reliqui omnes Apoſtoli: qui, præter admodum paucos, Eccleſiam toto orbe terrarum propagatam, traditis legibus & inſtitutis fundauerunt: ſcripturam verò, neque ſuam, neque alienam vllam reliquerunt. Præterquam quod ad docendum Pauli epiſtolæ minùs habiles, & aptæ ſunt. Etenim, ſi quiſpiam rudis & indoctus ad eas accedat, non aberit à periculo, vel ipſo Petro teſte, quē tu refellere vtique non potes. Verùm ad hoc expecto quid reſpondeas: Non miſit Paulum Dominus ſcribere, *ſed euangelizare*. Vt quid nos igitur ad B eiuſdem ſcripta ablegas, & ea, quæ in euangelizando Eccleſiæ tradidit, abolenda cenſes & cōdemnas? At vetat, inquis, Scriptura ad vtramlibet partem deflectere: quod non aliud eſt, quàm plus minuſve his quæ imperantur, vſurpare. Quod cùm prohibeat, erunt vtique nobis ſcripturæ duntaxat audiendæ. Eſto. Sed habet tamen recta via latitudinem: habet ſcala Iacob ſuos gradus: habet pater multas apud ſe manſiones, quemadmodum & vnus idemque ſpiritus habet diuerſa, quæ conferat, & meliora chariſmata. Duorum ſeruorū, qui domini pecuniam fœnerandā acceperant, quinque talentis alter, alter duobus rem dominicā auxit. Paulus optabat omnes eſſe ſicut ſeipſum, & eum, qui virginem ſuam ſeruaret, melius facturum admonuit. Denique idem ipſe Dominus, inopem viduam, quæ duo æra dedit in C gazophylacium, omnium maximè contuliſſe teſtatus eſt. Cùm itaque plus minuſve ad præceptum apponi prohibetur, non illud pro cuiuſque libidine, ſed in eo ſenſu accipiendum eſt, quo mutari ſpeciem intelligimus. Sunt enim rerum ſpecies velut numeri, & minimo momento, cùm ſint eſſentiæ indiuiſibiles, formæ in aliam ſpeciem ſe induunt. Sic enim accedente ad corpus anima, planta oritur: naſcetur animal, ſi ſenſum adiungas: homo euadet, ſi ratio adhibeatur. Quod pariter de qualitatibus ſentiendum non eſt, ad quem ordinem religio referenda eſt: ſed accipiunt illæ plus minuſve, nec tamen ſpeciem mutant. Neque enim quia calor aliquis acerrimè ferueat, aut etiam color D excellentiſſimè fulgeat, aliud quàm color aut calor habendus eſt, ſed vterque in ſua claſſe præſtare. At religio ſimiliter ſe habet. Si ſingulos homines ſpectes, prout illis mentes affectæ ſunt, augetur illa vel minuitur: nec tamen propterea labefactatur aut perit; niſi fortè deflectas in contrariam partem, vt vel Deum neges, vel re aliò conferas, quæ mera ſuperſtitio eſt. Quæ tametſi tam vera ſunt, vt refelli poſſe nō videantur: non nego tamen eorum, quæ ad religionem pertinent, nonnulla, ſi qua nouatio fiat, viciſſitudine ac mutatione poſſe corrumpi. Nam in primis ſolennes formulæ Sacramentorum, quæ à Chriſto præſcriptæ ſunt, ſi nouitate alterentur, pereat eorundem gratia neceſſe eſt. Sed enim fructus, qui ex vſu Sacramentorum ſperatur, non ab aliqua naturali proprietate proficiſcitur: ſed proximè à Dei inſtitutione, ac veluti pacto, quo ſtatuit, ſua quædā ſigna vſurpantibus præſens & dexter adeſſe. Quòd ſi mutentur, iam non diuina illa ſigna erunt, ſed cultus à nobis inuentus: qui, vt abſit à ſacrilegio, non tamen aliam vim obtinebit, quàm ſimiles aliæ ceremoniæ. Legis etiam typi, ſacrificia, & pleræque veterum ceremoniæ, idcirco minui augerique non debuerunt, quòd eſſent vmbræ futurorū, quæ à ſolo Deo, qui eas nouerat, deſcribi poterāt. At in reliquo cultu, omnium ſemper fuit æqua poteſtas, vt pro ſua quiſque deuotione ac pietate, frequentiùs ac magnificentiùs Dei maieſtatem excoleret: ipſe verò vota, dona, oblationes voluntarias nuſquam aſpernatus eſt, quæ ſyncera mente dicarentur. Iuſſerat olim ſingulos Iſraelitas dimidium ſiclum ſanctuario viritim appendere. Ad hunc pecuniæ canonem copioſum addere vetuit, pauperem detrahere. Sed qua tandem ratione? Nimirum, quòd eſſet præſignificatio quædam pretij redemptionis humanæ, quod vnum & idem omnibus futurum erat. Itaque cætera dona, & eleemoſynas nullo certo fine præſtituit, ſed vnicuique liberum eſſe voluit, quantum quiſque pro ſuo pede ac modulo, in templum & inopes conferret. Arca ſimiliter Chriſtum adumbrabat, & erat diuina quadam ratione compacta, quam Moſes diuinitus acceperat: cui addere, vel detrahere nefas fuit. Sed illa, ſiue circungeſtaretur in caſtris, ſiue in tabernaculo reſideret, nihil inde ad myſterij incrementum aut diminutionem pertinens accepit. Siquidem eorum neque acceſſione auctior arca facta eſt, nec deceſſione minor. Sed erant velut appendicula quædam diuini cultus, quò animi excitarētur ad maiorem in Deum fiduciam. Nam cùm pignus illud ſine monimentum initi cum Deo fœderis præſens adeſſe cognoſcerent, non poterāt, non ex obiecti præſentia vehementer cōfirmari. Denique, Euchariſtia Sacramentum quoddam eſt, quod Chriſti quidem agonem repræſentat, corpus autem exhibet, idque cæleſti quadam ratione ac methodo, quam Chriſtus oſtendit. His ſi quiſquam præterea tentet aliud inſerere, ſacrilegus eſt. At ſiue illa nonnunquam circunferatur, ſiue aſſeruetur in ciborio, neque inde per ſe creſcit, neque imminuitur: ſed variis duntaxat à nobis ritibus colitur, quibus ſperamus noſtrum in Deum amorem impendiò magis poſſe accendi. Non itaque tandem aut nos, aut Iſraëlitæ, idcirco violatæ religionis rei cenſendi ſumus, quòd diuina pignora circuntulerimus: ſed contrà religioſiores iudicandi, qui nullo nō honore ac reuerentia ea digna habeamus. Sed, vt iterum rationibus tuis cumulatiùs ſatisfaciā, non modò tum, cùm locus arcæ quæreretur, ô bone vir, arca à Dauide deducta eſt, ſed etiam, quod tu cenſoria tua nota in Iſraëliticis dignū iudicaſti: quoties opus eſſet, ad bellū vnà cum exercitu pergebat, ſimul vrbes obſidebat, pariter in caſtris morabatur. Hoc te docebit Vrias Hethæus, cum è caſtris ad Dauidem in Hieruſalem veniſſet: tunc enim Ioab Rabba, Ammonitarum vrbem præcipuam, obſidione cinxerat: *Arca Dei*, inquit, *& Iſraël, & Iuda*

Scriptura docet traditionibus, non Scripturis, tantum inſtitutam eſſe Eccleſiā.

Explicatur quid ſit in Scripturis, rectà incedere, & non deflectere ad dextram, vel ſiniſtram.

Religio pertinet ad categoriam qualitatis.

Forma Sacramentorū à Chriſto tradita mutari non debent.

Quæſtionis ſolutio.

Arca deferri ſolebat ad caſtra.

Google

habitant in papilionibus, & dominus meus Ioab, & ſerui domini mei ſuper faciem terræ manent: & ego ingrediar domum meam,&c. Hinc manifeſtè patet, opinor, quoties diuturnior militia foret, & ſtatiua caſtra locarentur, eò quoque, ante templi ædificationem, arcam eſſe delatam: vt populus, eius præſenti ope fretus, magis animo confideret. At Dauid Propheta erat, inquit Vermilius: Quid tum? num propterea, quæ illicita forent, illum tentare oportuit? Quòd ſi eiuſdem facta imitari prohibemur, quorſum igitur Chriſtus eundem in exemplum protulit, quo probaret Iudæis, ſi quando res poſtularet, abſque ſacrilegio Sabbathum ſolui poſſe? Poſtremò, cùm frequens in caſtris tum Saulis, tum Dauidis Ephod mentio habeatur, ſcire vtique velim, vbi ſcriptum legeris, à Deo inſtitutum fuiſſe, vt id in exercitum à ſacerdotibus deferretur. Nam erat illud ſummi ſacerdotis ornamentum præcipuum, quo non aliàs ex ſcripturis vtebatur, quàm vbi ſe daret in conſpectum arcæ, & coram Domino in adyto ſancto appareret. Nuſquam te legiſſe meminiſti: & tamen, qui factum illud reprehenderet, hactenus inuentus eſt nemo. Multa igitur ſemper facere licuit, quæ non eſſent ſcriptis legibus comprehenſa: ſi tamen illa earundem legum ſanctitati, probatiſque moribus non officerẽt. Diuina autẽ munera cultu atque honore proſequi, quemadmodum Catholici omnes facimus: nullis neque legibus, neque probatis moribus contradicit. Superiora hæc in gratiam Vermilij.

Cauſa ſtragis.

Quod autem idem Vermilius, in ſcelerato populo ante omnia pœnitentiam requirit, Catholicè, hoc eſt, nobiſcum facit. Quærunt igitur, quamobrem Deus eos ſuo præſidio deſtituerit. In promptu ratio eſt, quam ipſi poſtea coram Samuele, aquam in conſpectu Domini in Maſphat effundentes, agnouerunt. Deus promiſerat Iſraëlitis victoriam ſe illis conceſſurum, modò à pactis, & fœdere non diſcederent. Quòd ſi tranſgrederentur, & deficerent, comminatus eſt illos per vnam viam exituros ad pugnam, & fuſos ac cæſos per decem reuerſuros. Hæc iſti non cogitant, ſed niſi arca in caſtra deferatur, omnia exiſtimant peſſum itura. Fatentur quidem ſe à Deo percuſſos, & quod factum erat à Palæſtinis, Deo aſcribunt. Sic enim erant inſtituti & educati, vt quamuis ſcelerati erant, attamen huiuſmodi loquutionem obliuiſci non potuerint. Interim tamen de pœnitentia altum & profundum ſilentium. Similem cordis cæcitatem nonnullis ſui temporis Chriſtianorum Tertullianus exprobrat, & obiicit, quod longè grauius eſt, propter eam ſpem, quam in pœnitentiæ remedio collocarant, tum ab eadem diutius abſtinere, tum etiam peccare liberius. Quoniam autem etiam in baptiſmatis candidatos inuehitur, vtrumque ſimul exequar. Sic igitur ille lib. de Pœnitentia cap. 6.

Spe veniæ abutuntur ad explendam libidinem. Tertull.

Certi enim, inquit de Catechumenis, indubitatæ veniæ delictorum, medium tempus interim furantur, & commeatum ſibi faciunt delinquendi, quam eruditionem non delinquendi. (Commeatus eſt licentia militi data à caſtris abeundi ad certum tempus.) Quàm porrò ineptum; quam pœnitentiam non adimplere, & veniam delictorum ſuſtinere? Hoc eſt, pretium non exhibere, ad mercem manũ emittere. Hoc enim pretio Dominus veniam addicere inſtituit, hac pœnitentiæ compenſatione redimendam proponit impunitatem. Et cap. 7. ad intinctos tranſiens, Piget ſecundæ, imò iam vltimæ ſpei ſubtexere mentionem, ne retractantes de reſiduo auxilio pœnitendi, ſpatium adhoc delinquendi demonſtrare videamur. Abſit, vt aliquis ita interpretetur, quaſi eo ſibi etiam nunc pateat ad delinquendum, quia patet ad pœnitendum; & redundantia clementiæ cæleſtis, libidinem faciat humanæ temeritatis. Nemo idcirco deterior ſit, quia Deus melior eſt, totiens delinquendo, quotiens ignoſcitur.]

AFFERAMUS *ad nos arcam, & ſaluet nos.*] Memini (inquit Cyrus Cambyſi patri, cùm mitteretur in auxilium Medis aduerſus Babylonios) ex te olim audiſſe, itidem à diis illum magis exorare, quod velit, quemadmodũ etiam ab hominibus, qui non cum in difficultatibus fuerit, tum aſſentetur, ſed cùm rebus ſecundis vtitur, tum reminiſcatur Deorum: & amicorũ dicebas eandem habendam eſſe diligentiam. Propterea, inquit, ô fili, ob illos cultus libentius venis Deos rogaturus ita affectus, ſperáſque futurum, vt magis quæcunque rogaueris, conſequare, quòd tibi conſcius ſis, nunquam eorum cultui defuiſſe. Valdè, inquit, ô pater, ita ſum affectus in Deos, vt in amiciſſimos mihi. Quid enim fili, Cambyſes inquit, meminiſtine illa, quæ nobis olim videbantur, feliciores eſſe homines, ſi didicerint quę Dij dederint, quàm ſi eorum fuerint inſcij? Et ſi operantur, efficere magis, quàm ſi fuerint ocioſi? Et ſi diligentiam adhibuerint, quàm ſi horum fuerint negligentes, degere poſſe ſecurius? Qui ergo tales ſe præſtarent, quales par eſt, ita nobis videbantur bona iis petenda eſſe à diis immortalibus. Ita, inquit Cyrus, memini hæc abs te audiiſſe. Etenim neceſſariò parendum eſt orationi tuæ. Nam noui te dicere ſemper ſolitum, haud fas eſſe à diis petere, neque victoriam eos equeſtris pugnæ, qui equitare non didiciſſent: neque ſagittæ ignaros, ſuperare illos ſagittando, qui huiuſmodi peritiam callent: neque gubernandi imperitos optare nauium ſalutem gubernando: neque eos, qui frumentum non ſeuerint, ſibi precari frumentum pulcherrimum naſci: neque ſalutem petere, qui ſibi in bello non caouerint: huiuſmodi enim omnia eſſe præter diuina inſtituta. Sed qui optant nefaſta, dicebas conſentaneum eſſe hos æquè à diis optata non conſequi, atque ab hominibus non adipiſci, quæ illicita rogant. Hæc Xenophoo li. 1. Cyropædiæ. Quomodo igitur par erat Hebræos victoriam conſequi, qui & hoſtis congreſſum fugiebant perniciter, & ad hunc diem diuini cultus ſacrificiorumque religionem iacere permiſerant.

Xenophon. Deum nobis ante neceſſitatis tempora eſſe colendum.

Faciendum nobis eſt quod poſſumus.

ET *veniat in medium noſtri, vt ſaluet nos de manu inimicorum noſtrorum.*] Etiam gentiles, & qui alieni quondam à fide vixerũt, eum morem

æmulati ſunt, nihil certius & efficacius ad obtinendam victoriam rati, quàm ſi Deorum ſuorum, quorum præſidio confidebant, pignus aut monimentum aliquod in acie geſtarent. Quintus Curtius lib.3. deſcribens Darij apparatum, quo tempore aduerſus Alexandrum pugnaturus aduenerat, Ordo, inquit, agminis erat talis. Ignis, quem ipſi ſacrum & æternum vocant, argenteis altaribus præferebatur. Magi proximi, patrium carmen canebant. Magos trecenti & ſexaginta quinque iuuenes ſequebantur puniceis amiculis velati, diebus totius anni pares numero: quippe Perſis quoque in totidem dies deſcriptus eſt annus. Currum deinde Ioui ſacratum albentes vehebant equi. Hos eximiæ magnitudinis equus, quem ſolis appellabant, ſequebatur. Aureæ virgæ, & albæ veſtes regentes equos adornabant. Partem deinceps copiarum deſcribit, donec ad regis currum perueniat, de quo in hunc modum. Vtrumque currus latus Deorum ſimulacra ex auro argentoque expreſſa decorabant: diſtinguebant interuenientes gemmæ iugum: ex quo eminebāt duo aurea ſimulacra cubitalia, quorum alterum in alterum belli gerebat effigiem. Inter hęc auream Aquilam, pinnas extendenti ſimilem, ſacrauerant. Idem etiam lib.8. de Pori regis Indorum exercitu ſermonem inſtituens. Herculis, inquit, ſimulacrum agmini peditum præferebatur. Id maximum erat bellantibus incitamentum, & deſeruiſſe geſtantes, militare flagitium habebatur. Capitis etiam ſanxerant pœnam iis, qui ex acie non retuliſſent, metu, quem ex illo hoſte quondam conceperant, etiam in religionem venerationémque conuerſo. Hæc Curtius. Antea de Ægyptiis ex Diodoro notauimus. Apud Pauſaniam in Meſſenicis, cùm Epaminondas Thebanus oraculi monitu, Ariſtomenis Meſſenij ſcutum à Xenocrate impetraſſet, eodem ante oculos hoſtium in tropheo defixo, victoriam de Lacedæmoniis reportauit. Locri quidem nihil Aiacis ſecum tulerunt, ſed illi tamen vacuum in acie locum ſeruarunt, perinde ac eſſet cum illis prælium initurus. Itaque cùm aliquando Locri & Crotoniatæ infeſtis ſignis concurrerent, Autoleon Crotoniata per vacuam illam partem irrumpere conatus eſt: ſed à ſpectro quodam malè habitus, accepto vulnere, fugam inire coactus eſt: ſic enim tradit Conon apud Photium narratione decima octaua. Verùm ethnici quondam hoc fecerint, & cæca ſuperſtitione decepti, Deos ſecum in caſtris miliṫeſſe crediderint: ſiue etiam ea ſigna, ſub quibus feliciter dimicaſſent, in Deos retulerint; vt author eſt Diodorus lib. 2. Biblioth. cap.4. Chriſtiani certè ab ea conſuetudine ſemper abhorruerunt. Imò potius religioſiſſimè obſeruarunt; non quidem infidelium exemplo ducti: quorum ſemper eo grauior error extitit, quo in rebus ſacratioribus verſati ſunt: ſed fide ac pietate impulſi, quæ eos docuit, non aliunde quàm à Deo expectari poſſe victoriam: cuius proinde memoria militibus, inter armorū ſtrepitum ſéque Deúmque obliuiſcentibus, præſentiſſimis quibuſque remediis ſedulò refricanda eſt. Quocirca Romani, quàm primùm

Curtius.

Deorum ſimulacra ab Ethnicis in caſtris habita.

Pauſanias.

Conon apud Photium autor 168.

Diodorus

A noſtra religio caſtris præeſſe cœpit, relegatis Deorum gentilium inſignibus, authore Conſtantino Magno, Labarum ſigno crucis exornarunt. Nec eſt cur quiſquam eum nouatæ religionis accuſet propterea, cùm hoc eum Chriſto monſtrante feciſſe Euſebius cum reliquis Eccleſiaſticæ hiſtoriæ ſcriptoribus commemoret. Nam, cùm bello ciuili contra Maxentium ſuſcepto, animo angeretur imperator, & propter magicas artes, quibus aduerſarium valere intellexerat, valdè metueret: iter faciens vidit ipſe, & omnes eius milites, circa Meridiem, ad Orientalem plagam cœli, ſignum crucis igneo fulgore rutilare; qua re vt perterritus fuit, vidit adſtare angelos dicentes: ἐν τούτῳ νίκα Conſtantine, quod eſt, in hoc vince. Sed, cùm hæc animo

B verſaret, neque intelligeret, ſomno oppreſſum ferunt, dormientiq; Chriſtum viſum cum eo ipſo ſigno, quod in cœlo apparuerat, iuſſiſſéque, vt aliud ſignum ad eius exemplar conſtrueret, eóque velut præſidio in prœliis vteretur. Sic igitur Chriſtus fieri inſtituit: quis damnare audeat? Certè præter vnum Apoſtatam, quanto tempore Orientis imperium ſtetit, reliqui omnes imperatores cruce pro vexillo vſi ſunt. Occidentis verò imperatores, maximè post Ottonem 1. Lanceam Domini non ſolùm pro imperij decore, ſed etiam in difficillimis temporibus, pro certiſſimo præſidio, in bellis præ ſe tulerunt. Quæ piiſſima conſuetudo ab eodem Ottone, vt arbitror, ſumpſit initium: ſic enim de eo refert Luitprandus Ticinenſis lib.4. Re-

C rum geſtarum per Europam, cap. 11. Lanceam Domini impetrauerat Henricus rex ab Rodulpho rege Burgundionum, cuius filius Otto 1. imperator, cùm à fratre Henrico bello peteretur, nec ſuis extra flumen progreſſis auxilio eſſe poſſet, equo deſcendens, & cum omni populo lachrymas fundens ante Lanceam Domini, cui erant affixi etiam claui Domini, victoriam impetrauit.] Inde ſcilicet religio illa propagata eſt, & ad poſteros vſque manauit. Francorum noſtrorum Oriflambe notior eſt, quàm vt cuiuſquam teſtimonio commendari indigeat. Vnum tamen proferam, quod ſpero Lectori non eſſe graue futurum. Sugerius Abbas ſancti Dionyſij, quem rex Ludouicus, cùm Hieroſolymam peteret, regni negotiis præfecerat, hæc de eiuſdem profectione tradidit. Anno ab in-

D carnatione Domini milleſimo centeſimo quadrageſimo ſeptimo, in hebdomada ſecūda poſt feſtum Pĕtecoſtes, prius ordinatis rebus ad iter tantæ peregrinationis neceſſariis, venit rex, vt moris eſt, ad Eccleſiam S. Dionyſij, à Martyribus licentiam accepturus: & ibi, poſt celebrationem Miſſarum, baculum peregrinationis, & vexillum B. Dionyſij, quod Oriflembe gallicè dicitur, valdè reuerenter accepit, ſicut moris eſt antiquorum regū, quando debent ad bella procedere, vel votum peregrinationis adimplere. Et tunc mouit directè cum magno comitatu Prælatorum & Baronum, &c. quæ inuenies in vita eiuſdē regis ab eodem Sugerio conſcripta. De Cappa item S. Martini frequens eſt mentio apud authores, vnde & Cappellanos primùm dictos volunt eos Sacerdotes, qui, cùm reges

Crux militibus in acie prælata.

Euſeb. li.2. Vitæ Conſtantini, cap.7.

Lancea Domini in caſtris pro præſidio habita.

Luitprandus.

Sugerius.

Oriflambe Francorum vexillū erat S. Dionyſij.

S. Martini Cappa ad caſtra delata.

Et veniat in medium nostri, &c.

expeditionem ſuſciperent, eidem in caſtris aſ- A ſeruandæ præeſſent. Strabo Abbas Augienſis cap. vltimo de exordiis & incrementis rerum Eccleſiaſticarum, Dicti autem ſunt, inquit, primitus Cappellani, à Cappa S. Martini, quam reges Francorum ob adiutorium victoriæ in præliis ſolebant ſecum habere, quam ferentes & cuſtodientes cum cæteris Sanctorum reliquiis clerici, Cappellani cœperunt vocari. Et Monachus quidam S. Galli: quendam optimum dictatotem & ſcriptorem in Cappellam ſuam aſſumpſit, quo nomine Ftancorum reges propter Cappam S. Martini, quam ſecum ob ſui tuitionem, & hoſtium oppreſſionem iugiter ad bellum portabant, Sancta ſua appella- B re ſolebant. Quod autem Valafridus Strabo ait de teliquiis Sanctorum, hoc ipſum confirmat Caroſomannus Dux in Synodo habita à S. Bonifacio martyre iuſſione Apoſtolica, anno incarnationis Dominicæ 742. quam refert Benedictus Leuita capirular. lib. 5. cap. 2. Ibi namque de conſilio Epiſcoporum inter alia hæc ait: Seruis Dei per omnia omnibus armaturam portare, vel pugnare, aut in exercitum, & in hoſtem pergere omnino prohibemus: Niſi illis tantummodo, qui propter diuinum miniſterium, miſſarũ ſcilicet ſolemnia adimplenda, & Sanctorum patrocinia portanda, ad hoc electi ſunt: id eſt vnum, vel duos presbyteros, cum Cappellanis presbyteris princeps ſecum habeat: & vnuſquiſque præfectus vnũ C presbyterum, qui hominibus peccata confitentibus indicere pœnitentiam poſſit.] Semper enim Franci ab ipſa peuè gentis origine, Sanctotum teliquias maxima veneratione coluerunt; non quòd illos Deos aliquando ſuperſtitione deluſi crediderint: ſed quòd illos, qui potentiſſimos hoſtes mundum, carnem, & diabolum olim Dei gratia viciſſent, minimè dubitarent, hominibus poſſe eſſe ſuperiores, victoriámque Deo volente largiri, ſi propitij ac fautotes adeſſent. Teſtatur hoc lex Salica, antiquiſſimum iuris noſtri monumentum, cuius initio ante prologum hæc legimus. Viuat qui Francos diligit, Chriſtus eorum regnum cuſtodiat, tectores eorundem lumine ſuæ gratiæ repleat, exercitum protegat, fidei munimina tribuat, pacis gaudia, & feli- D citatis tempora dominantium Domino Ieſu Chriſto propitiante concedat. Hæc eſt enim gens, quæ parua dum eſſet numero, fortis robote, validum Romanorum iugum de ſuis ceruicibus excuſſit pugnando. Arque poſt agnitionem baptiſmi, Sanctorum martyrum corpora, qoæ Romani vel igni concremauerunt, vel ferro truncauerunt, vel beſtiis laceranda proiecerunt, Franci reperta auro & lapidibus ptetioſis ornauerunt. Hæc ibi.

Strabo Augienſis.

Reliquiæ SS. in caſtris præſidij loco.

Capitular. Caroli Magn. & alior. reg.

Lex Salica.

Gens Francorum à primordio ſanctorum reliquiarum cultrix.

Versus 4.

Miſit ergo populus in Silo, & tulerunt inde arcam fœderis Domini exercituum ſedentis ſuper Cherubim: erantque duo filij Heli cum arca fœderis Domini, Ophni & Phinees.

Primum referam commentarium Vermilij: deinde nonnulla, quæ viſa ſunt ad rem pertinere, ſubiiciam. Sic igitur ille. Quod cõſuluerant efficiunt, miſſo vt afferretur arca è Silo, quam hiſtoria vocat fœderis יְהוָה צְבָאוֹת *Iehouah tſebaoth*, hoc eſt, *Domini exercituum*. Hoc titulo inſignitur Deus, quod habebat vim paratam, qua & ſuos tueri poſſet, & hoſtes perdere. Illi quippe militant Angeli, cæli cum omnibus aſtris, elementa, & omnes creaturæ. Sedere item dicitur ſuper *Cherubim*, quia ex vtraque parte arcæ duo Cherubim expreſſa erant, hoc eſt alaræ imagines, & humanis vultibus præditæ. Alæ demonſtrabant celeritatem in iis efficiendis, quæ Deus imperaſſet. Vultus autem humani docebant, ipſum Deũ non ſua cauſa vti Angelorum ſeruitio, ſed ve hominibus conſuleret: vel non abſque ratione quicquam imperare, aut per Angelos conficere. Eſt enim homo inter animantia præditus ratione. Conſilium de arca fœderis adducenda Paraphraſtes Chaldæus hoc modo interptetatur. Si venerit iſte Deus, propter nomen ſuum celebetrimum ac præclarum nos è manibus hoſtium liberabit. Iſraëlitæ hoc ſuo conſilio vehementer errarunt, arbitrãtes Deũ non poſſe auxilio ſibi eſſe, niſi arca in aciem deducta. Hoc ſiquidem erat Sacramentis plus tribuere, quàm oportuit. Diuinat Vermilius, & quidem arte prorſus diabolica: quod oſtendo. Non enim ſolùm occultiſſima pandit, quales ſunt hominum cogitationes ac voluntates, aut antequam foras eruperint: ſed etiam, quia illud ſuum ariolandi ſtudium eſt, vt videtur, cum mentiendi libidine coniunctum. Neque enim arca tale vnquam Sacramentum fuit, quod poſſet cum baptiſmo aut Euchariſtia comparari: ſed ſi Sacramentum dici aliquando velit, alio planè genere intelligendum eſt, pariter vt typi, & reliquæ omnes legis figuræ, quæ idcirco eo nomine deſignari nonnunquam potuerunt, quòd res, quibus nunc fruimur, vt docet Apoſtolus, adumbrarent. Quatenus verò confidenter aſſerit, Iſraëlitas hanc de Dei potentia opinionem habuiſſe, vt eum crederent, niſi arca præſente ſuppetias ferre non poſſe, nemo erit opinor, qui maleuoli hominis non deteſtetur calumniam. Quorſum igitur, inquiet, eius prçſentiam tantopere deſiderant? Primò, quòd Deo autore didiciſſent, eas preces, quæ coram arca funderentur, citius ratas atque acceptas fore. Deinde, quod nunquam Deum commiſſurum ſperarent, vt propter eorum ſcelera, diuini

Vermilius.

Cherubim in Scripturis quid ſignificent.

Arca qua ratione Sacramentum dici poſſit.

Digitized by Google

diuini fœderis argumentum ab hoſtibus lodibrio haberetur. Ac proinde ſi non ipſorum meritis, dioini tamen honoris ergò protegendos fore. Ieremias, inquit, teſtatur populum Iudaicum externis ceremoniis & ritibus confiſum, in ore perpetoò habuiſſe, *Templum Domini, templum Domini, templum Domini.* Ac ſi ſtante templo, reſpublica eorum non poſſet corruere. Quemadmodum Ilienſes manente Palladio Mineruæ, Troianam vrbem nunquam euertendam confidebant: ſic modò Hebræi omnem ſpem victoriæ io arcæ præſentia collocant.

De neceſſitate baptiſmi & Eucharistiæ.

Ad hanc formam, ſcribit idem Vermilius, docent in papatu, liberos Chriſtianorū, ſi abſque baptiſmo intereant, adiudicari æterno exitio, ceu Sacrameotū ſit ea vis, vt citra eam nemo queat ſalutem aſſequi. Et idem qoandoque ſtatuerunt de Sacramento Euchariſtiæ, ex qua ſoperſtitioſa opinione ſtatim ab initiis Eccleſię multa mala ſunt inoecta.] Audet nebulo Chriſti Domini doctrinam, leges, & inſtituta ſoperſtitionis arguere. Nam quis hanc eius ſententiam eſſe neget, aut in alium quam Eccleſia fecit, ſenſum detorqueat? *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non intrabit in regnum cælorum.* Item & alteram, *Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Vtramque ille cum affirmatione protulit: vtramque Eccleſia fide complexa eſt; ſic tamen, vt quemadmodum naſci omnium commune eſt, ita & baptiſmom vniuerſis, qui cæleſtem vitam capeſſerent, neceſſarium eſſe affirmaret: Euchariſticum autem cibum, iis duntaxat adhibendum iudicaret, qui per ætatem comedere, ratiooalemque cibom fide atque intellecto concoquere ac digerere poſſent. To neutrum admittendum cenſes, ooſque propterea ſuperſtitioſos ac miſeros vocas, quòd Chriſto fidem adhibeamos. Quod ſanè ſi ſuperſtitio eſt, expecto tandem quid poſſit eſſe religio. At verò quæ ſequuntur apod eundem, Eccleſiæ fidem plurimùm commendant, & Sanctorum patrum autoritate, majorumqoe vſu ac conſuetudine confirmant: Sic enim deinceps loquitor.

S. Cyprian. Nam, vt Cyprianus tradit, mulieres tum temporis panem Euchariſticum domi claoſum in ciſtulis habebant, eòque manè ante alios cibos veſci conſueuerant.

Tertullian. Qood & Tertullianus, qui ante Cyprianum vixit, in libro ad vxorem ſuam de Monogamia teſtatus eſt, aitque: ſi nupſerit alij viro, eiqoe ethnico, cùm tu maoè comederis panem Euchariſtiæ ſeorſim, illū putabit eſſe veneficium.

S. Hieron. Hieronymus quoque in libro cōtra Iouinianom ſcripſit, maritos, vbi conſoetudinem cum vxore haboiſſent, poſtridie eius diei noluiſſe templū adire, ſed curaſſe, vt Eochariſtia domum ad ſe deferretur. Idemque ait Exuperium corpus Domini ſolitum ad ægrotos in caniſtro vimineo circumferre, necnon ſanguinē in vitreo calice.

S. Ambroſius in oratione funebri Satyri fratris ſui. Ambtoſius etiā narrat, Satyrum frattem ſuū haboiſſe in orario de collo ſoſpenſam Euchariſtiam, cumque in naufragio aliquando periclitaretur, ſe commiſiſſe fluctibus, & fretū illius Euchariſtiæ præſi-

A dio euaſiſſe. Hæc ſunt illa multa mala, Vermili, quæ tu in Eccleſiam inuecta refers, & ſic enarras ex patribus, vt dubiū eſſe velis, probarintne illa, an magis carpēdo commemorent: cùm tamen ſummis illi laudibus extulerint. Eo nimirum conſilio, cùm in ſancti Cypriani tempora incidiſſes, perſequutionis non meminiſti, cùm tamen oppottunè admodum fieri potuiſſet, qoò lector intelligeret, fideles neceſſitate compulſos Eochariſtiam intra ædiom ſuarum penetralia recondidiſſe, ne ſine viatico deprehenſos migrare contingeret. Sed & factū illod ſancti Exuperij Tholoſani, tanquam ſingulare & inſolitum annotaſti, cùm tamen non id agat S. Hieronymus, vt doceat S. Exupetium oooum aliquid contra Eccleſiæ morem vſurpaſſe:
B ſed cùm docere vellet, quanta fuerit illius viri pietas, & in pauperes miſericordia, eo argumēto vſus eſt, ſcilicet, qoòd cùm olim ditiſſimus eſſet, & facultates Eccleſiaſticas non modicas poſſideret, exhauſtis tameo omnibus vir beatus etiam ſacra myſteria, quæ in auro & argento gemmiſque ab aliis exhiberentur, vaſculis humilibus circunferret. Pergit deinceps Vermilius plutibos affatim mentiti, ac tandem, ne ſeriò agere credi poſſet, facetiis ludit homo non tantùm ſalſus, ſed etiam ſalax: &, quò riſum vehementiorem nouæ ac ridiculæ Eccleſiæ moueat, fingit otioſos theologos eò proceſſiſſe, vt de cauda aſini diſputarint, quo Chriſtus vectus eſt, quo genere adoratioois eſſet colenda. Hei mihi, quò tandem tes vobis te-
C cidit, ô viri perduelles, & à vera fide apoſtatæ, hæccine eſt digna commutatio quæ toleretur? Sanctorum patrum oracula teſpuiſtis, & ecce nunc ſcurram de religione tractaotem audire cogimini.

Sedentis *ſuper Cherubim.*] Qua effigie ſuper Cherubim ſederet, ambiguum fortaſſis fuit gentilibus, cùm apud Hebtæos conſtaret, quia nulla omnino effigie Deus exprimi poſſet. Cæterùm ridiculum quoddam gentiliom commentum refutat Tertullianus in Apolog. cap. 16. Quidam, inquit, ſomniaſtis caput aſininum eſſe Deum noſtrum. Hanc Cornelius Tacitus ſuſpicioo ē eiuſmodi inſeruit. Is enim in quinto hiſtoriarum ſuarum, bellom Iodaicum exorſus ab origine gentis, etiam de ipſa tam origine, quàm de nomine & religione gētis quæ voloit argumeoratus, Iudæos refert

Tertullian. Cornel. Tacitus. *Gentilium figmenta de Cherubim.*

D Ægypto expeditos, ſiue, vt potauit, extorres, in vaſtis Arabiæ locis aqoarum egentiſſimis, cùm ſiti macerarentur, onagris, qui fortè de paſtu potom petituri æſtimabantut, indicibos, fontibos vſos: ob eam gratiam conſimilis beſtiæ ſuperficiem conſecraſſe. Atque ita inde, opinor, præſumptom, oos quoque vt Iudaicæ religionis propinquos, eidem ſimulacro initiari. At enim idem Cornelius Tacitus, ſanè ille mendaciorum loquaciſſimus, in eadem hiſtoria refert Cneum Pompeium, eùm Hieruſalem cepiſſet, proptereáque templum adiiſſet ſpeculandis Iudaicæ religionis arcanis, nullom illic reperiſſe ſimulacrum. Et vtiqoe ſi id colebatur, qood aliqua effigie repræſentaba-

tur, nuſquam magis quàm in ſacrario A ſuo exhiberetur, eò magis quia verebatur extraneos arbitros vana cultura. Solis enim ſacerdotibus adire licitum, & conſpectus cæterorum velo oppaſſo interdicebatur.]

Diodor. Siculus autor 244. apud Photium.

Refellit hanc quoque calumniam Ioſephus libro ſecundo aduerſus Appionem. Sed aliud iterum mendacium Diodorus Siculus inuenit, aut certè ab aliis inuentum ſcriptis ſuis inſeruit, libro 34. Antiochus, inquit, dictus Epiphanes, deuictis Iudæis intrauit Sancta Sanctorum, adiit ſolis ſacerdotibus adeunda, & inuenit ibidem lapideam ſtatuam viri barba promiſſa, tenentis manibus librum inſidentiſque aſino, quam putabat Moſis eſſe, B qui vrbem & condiderit, & gentem fundarit, & odioſas illas omnibus gentibus leges tulerit. Hæc Diodorus, qui ſibi parum conſtans ſatis ſeipſum mendacij arguit, libro 40. circa medium, cum ait: Imagines Deorum omnino non ſculpſit, quod putaret humana Deum non videri forma, ſed cælum, terram ambiens eſſe Deum, &] omnia ſuo imperio gubernare.] Vnde ergo aſciuit virilem illam effigiem, quæ Dei locum in ſanctuario occuparet? Quanquam nec ſatis prudenter mentem Moſis interpretatus eſt. Non enim ille cælum, ſed cæli Dominum, Deum habuit, & abſque imagine veneratus eſt.

Nulla Deo digna imago conſtitui poteſt.

Porrò, vt intelligas, quanta ratione diuinum numen nulla effigie populo ſe prodi pa- C teretur, ſed myſticis tantùm figuris obſcurè adumbrari, etiam ethnicum interpretem adhibebo.

Macrobius.

Sic enim Macrobius libro primo in Somnium Scipionis. Cæterùm, cùm ad ſummum & principem omnium Deum, qui apud Græcos τἀγαθὸν, qui πρῶτον αἴτιον nuncupatur, tractatus ſe audet attollere: vel ad mentem, quam Græci νοῦν appellant, originales rerum ſpecies, quæ εἴδη dictæ ſunt, continentem, ex ſummo natam & perfectam Deo: cùm de his, inquam, loquuntur, ſummo Deo & mente, nil fabuloſum penitus affingunt. Sed ſi quid de his aſſignare conantur, quæ non ſermonem tantummodo, ſed cogitationem humanam ſuperant, ad ſimilitudines & exempla confugiunt. Sic Plato, cùm περὶ τἀγαθοῦ loqui eſſet animatus, D dicere quid ſit, non eſt auſus: hoc ſolùm de eo ſciens, quod ſciri quale ſit ab homine non poſſit. Solum verò ei ſimillimum de viſibilibus ſolem reperit: & per eius ſimilitudinem viam ſermoni ſuo attollendi ſe ad non comprehenſibilia patefecit. Ideò, vt nullum ei ſimulacrum cum diis aliis conſtitueretur, ſanxit antiquitas: quia ſummus Deus natáque ex eo mens, ſicut vltra animam, ita ſupra naturam ſunt: quò nihil fas eſt de fabulis peruenire. Et poſt alia quædam, de myſteriis reliquorum Deorum differens, Sic ipſa myſteria, inquit, figurarum cuniculis operiuntur, ne velis ademptis nudam, rerum talium natura ſe præbeat, ſed ſummatibus tantùm viris ſapientia interprete veri arcani conſciis, contenti ſint reliqui ad venerationem, figuris defendentibus à vilitate A arcanum. Numenio denique inter Philoſophos occultorum curioſiori, offenſam numinum, quod Eleuſina ſacra interpretando vulgauerit, ſomnia prodiderunt, viſo ſibi ipſas Eleuſinias Deas habitu meretricio, ante apertum lupanar videre proſtantes: admirantique, & cauſas non conuenientis numinibus turpitudinis conſulenti, reſpondiſſe iratas, ab ipſo ſe adyto pudicitiæ ſuæ vi abſtractas, & paſſim adeuntibus proſtitutas. Adeò ſemper ita ſe & ſciri & coli numina maluerunt, qualiter in vulgus antiquitas ipſa fabulata eſt: quæ & imagines & ſimulacra, formarum talium prorſus alienis, & ætates, tam incre- B menti quàm diminutionis ignaris, & amictus ornatuſque varios, corpus non habentibus, aſſignauit. Secundum hæc Pythagoras ipſe, atque Empedocles, Parmenides quoque & Heraclitus, de diis fabulati ſunt: nec ſecùs Timæus, qui progenies eorum, ſicut traditum fuerat exequutus eſt. Hactenus Macrobius: qui non ineptè, quantùm ab homine ethnico ſperari potuit, demonſtrauit ſummo Deo ſimulacrum poni nullum poſſe, variis tamen alienarum rerum imaginibus numinis aliquas proprietates ænigmaticis deſignari. In quo tamen & fallit & fallitur, cùm putat eam olim mentem eorum fuiſſe, qui primùm idola fabricati ſunt: quemadmodum cap. ſequenti de idolis & imaginibus diſſerentes, idoneis teſtibus probabimus.

S. Hieronymus.

Vocis Cherubim non vna ſignificatio eſt.

C De *Cherubim*.] Hæc notat S. Hieronymus epiſtola 130. ad Marcellam. In Exodo cæteriſque locis, vbi deſcribuntur veſtes plomaria arte contextæ, opus Cherubim, id eſt varium atque depictum eſſe factum deſcribitur, ita tamen, vt ו *vau* literam Cherubim non habeant: quia vbicunque cum hac litera ſcribitur, animalia magis quàm opera ſignificant. Hæc S. Hieronymus. Ego ו *vau* literam nuſquam reperi. Quapropter Scripturæ contextum à tempore ſancti Doctoris nonnihil immutatum eſſe oportet. Cæterùm minimè dubium eſt, quin hîc pro illis animalium figuris accipiantur, quibus Angelorum ſpecies repræſentarentur, quas idem paucis ex Scriptura depingit. Tangam, in- D quit, & nouum breuiter teſtamentum. Matthæus, Marcus, Lucas, & Ioannes, quadriga Domini, & verum Cherubim, quod interpretatur ſcientiæ multitudo, per totum corpus oculati, ſcintillæ emicant, diſcurrunt fulgura, pedes habent rectos, & in ſublime tendentes, terga pennata, & vbique volitantia. Tenent ſe mutuò, ſibique perplexi ſunt, & quaſi rota in rota voluuntur, & pergunt quocunque eos flatus ſancti Spiritus perduxerit. epiſt. 103. ad Paulam. Paulò aliter ſanctus Theodoretus quæſtione 40. in Geneſim. Cuius ſententiæ Philo pluribus locis ſubſcribere videtur, ſicut poſtea referemus: interim Sanctum Theodoretum audiamus.

S. Theodoretus.

Non eſt, inquit, credendum, *Cherubim* dicere virtutes quaſdam inuiſibles, vt quidam exiſtimant: quoniam inuiſibilis natura nihil illic contuliſſet: quum viſio ſenſibilis eſſe

debeat, quæ ipſum Adam inſtituit. Non igitur gladius ille flammeus naturaliter igneus erat, ſed viſu talis: neque *Cherubim* erant animalia, ſed talia videbantur. Siquidem & Ezechiel Cherubim videt habentes quatuor facies: quum tamen inuiſibilis natura quadruplicem faciem non habeat. Sed *Cherubim* vocat illud omne, quod potentia præditum eſt. Sic dicit, *qui ſedes ſuper Cherubim*, hoc eſt qui potenter regnat. &, *aſcendit ſuper Cherubim*, dixit, vt indicet potentem quandam & terribilem viſionem & formam, perinde ac ſi quædam animalia in ingreſſu paradiſi collocaſſet, quibus inde Adam arceretur. Et in Ezechielem ſectione a. circa finem, vocat imagines ſiue ſimilitudines naturarum; quæ oculis vſurpari non poſſunt: quæ perinde atque opus eſſet, à Domino exhiberentur. Namque in altera viſione, ait, quatuor alas dixit habere vnum ex Cherubim, hic verò octo. At natura hanc mutationem non admiſiſſet. Verùm pro re nata expreſſa eſt viſio. Quando enim ampliorem cognitionem ex diuino colloquio percipit Propheta, & alæ cognitionis celeritatem indicant, incrementum additæ ipſi cognitionis ſignificans, duplicatas ei Cherubim oſtendit alas, quatum appellatio græca voce vim cognitionis ſignificat. Ad hunc modum ſanctus Theodoretus. Ex cuius verbis diſcere poſſumus, illius nominis *Cherubim*, quam vim ſignificatio habeat, tum quid illis ſpectris ſeu formis eius iudicio referretur. Philo, tametſi nonnunquam pro duobus orbis hemiſphæriis, aliquando etiam pro cæleſti machina interpretur, ſicut facit in eo libro quem ſcripſit de Cherubim, conſtanter tamen tum eodem libro, tum altero, quem de Profugis inſcripſit, & tertio item, quis rerum diuinarum ſit hæres, nec non & tertio qui eſt de vita Moſis: Duo Cherubim geminam Dei potentiam creatricem, ac gubernatricem, ſiue potentiam, bonitatemque intelligit. Sic namque vocat lib. de Cherubim, principatus bonitatiſque ſymbola: Moxque docet immortalium earum potentiarum coniunctionem contemperationemque. Nam quatenus Deus bonus eſt, inquit, elucet nihilominus maieſtas: quatenus princeps, eminet hic quoque bonitas: vt virtutes quæ inde naſcuntur acquiras, humanitatem pietatemque: neque proſperitate inſoleſcas, memor illius maieſtatis regiæ: neque in aduerſis rebus deſperes, affulgente ſpe meliorum, per bonitatem magni benignique Dei. Et lib. 3. de vita Moſis. Arca intra vela poſita eſt in adyto, intus & foris munita craſſis laminis aureis, operculo ſuperimpoſito, quod in ſacris literis dicitur Propitiatorium. Eius operculi proditur longitudo, latitudoque, altitudo non item, vt ſimile ſit ſuperficiei geometricæ: cuius interpretatio ſi ad naturam applicetur, intelligi poteſt propitia Dei potentia. Sin ad mores referatur, ſignificabit mentem ſibi ipſi propitiam, quæ concepto amore modeſtiæ purgare ſe ſciat, compeſcatque brutam, elatam, & inflatam arrogantiam. Hæc arca vas eſt deſtinatum legibus. In hanc enim præcepta reconduntur, accepta dictante ipſo cæleſti lumine. Nam operculum arcæ, quod vocatur propitiatorium, baſis eſt duarum imaginum volucrium, quæ ſermone vernaculo vocantur *Cherubim*, hoc eſt, *multa ſcientia*. Per has quidam aiunt ſignificari vtrumque orbis hemiſphærium, quod opponantur ſubterraneis, quæ ſupra terras eminent. Nam totum cælum eſt volucre. Ipſe per has figuras intelligo duas antiquiſſimas ſupremaſque eius *Qui eſt* potentias, alteram conditricem, rectricem alteram: quarum illa Deus nominatur, per quam totum mundum ornauit & condidit: Regia verò Dominus, per quam creaturas regit pro imperio, & iure optimo certiſſimóque temperat. Solus enim verè ille eſt, & conditor rerum indubitatè creditur, quibus cum nullæ eſſent, dedit eſſentiam: & rex ſuapte natura, quando in creaturas nulli magis, quàm creatori debetur imperium. Et iterum lib. de Profugis, arcam vult eſſe iudicij ſymbolum, vtpote quæ leges edicti interdictique contineat: propitiatorium, miſericordiam. Illud arcæ quidem operculum eſt, hæc, vt inquit Scriptura, *tegit peccata, quo beati eſſe poſſimus*. Cherubim accipit vt prius, & addit poſtea: Cæterùm intellectus ille diuinus omnibus his ſuperior, non cadit in viſibilem ſpeciem, vt qui nulli rei ſenſibili eſt ſimilis, ſed ipſe imago Dei, antiquiſſimus omnium intelligibilium, & ſummo proximus, quandoquidem nihil medium eſt inter ipſum & ens illud veriſſimum. Scriptum eſt enim: *Loquar tibi ſupra propitiatorium inter duo Cherubim*: vt verbum potentiis pro auriga ſit, is verò qui loquitur pro vectore, ad cuius celeuma vniuerſum hoc auriga regat & temperet.] Sed de his hactenus.

Quid ſit ſedere ſuper Cherubim. Pſal. 98. Pſal. 17. Geneſ. 3.

Philo.

Allegoria, & tropologia.

Et *erant duo filij Heli cum arca fœderis.*] Ioſephus perhibet eos fuiſſe à patente monitos, vt ſi arca fortaſſis in hoſtium poteſtatem veniret, ne ad ſe vnquam amplius redirent.

Versvs 5.

Cumque veniſſet arca fœderis Domini in caſtra, vociferatus eſt omnis Iſraël clamore grandi, & perſonuit terra.

Ivbilo, & ingenti vociferatione, inquit Vermilius, arcæ allatæ plauſerunt Iſraëlitæ, ſibi mirum in modum gratulantes: ſed admodum imprudenter ac ſtultè: quia, vti docuit exitus, à Palæſtinis miſerè fugati ſunt & cæſi. Ita etiam illis vſu venit, qui alacritate hypocritica indignè ad Euchariſtiam acce-

Vermilius.

VENISSET ARCA FOEDERIS IN CASTRA, &c. dunt, *iudicium enim ſibi manducant & bibunt*, vt qui rei fiant corporis & ſanguinis. Nam iniuria quæ fit rerum iſtarum Sacramentis, in eorum autorem certiſſimè redundat. Erant porrò Hebræi nimium rebus externis addicti: vnde pulchrè ſcribit Ioſephus, illos ignoraſſe Deum, qui ſententiam contra eos tulerat, multò eſſe maiorem arca fœderis, illumque, licet ea fuiſſet in caſtra deducta, potuiſſe nihilominus ad exitum perducere ſuam ſententiam. Hactenus Vermilius.

Sola rerum ſacrarum præſentia, ſi pœnitentia deſit, opem non feret. Non ſola rerum ſacrarum præſentia, ſed pœnitentia malefactorum ſimul cum rebus ſacris coniuncta, miſeris opitulatur. Quapropter Capuanis, & Cæſarauguſtanis, cùm ad rerum ſacrarum cultum pœnitentiæ quoque remedium adhibuiſſent, feliciter ceſſit. B De Cæſarauguſtanis

S. Gregor. Turon. teſtatur S. Gregorius Turonenſis, hiſtoriæ Francorum libr. 3. cap. 29. Poſt hæc, inquit, Childebertus Rex in Hiſpaniam abiit: quam ingreſſus cum Chlothario, Cæſarauguſtanam ciuitatem cum exercitu vallant atque obſident. At illi in tanta humilitate ad Deum conuerſi ſunt, vt induti ciliciis, abſtinentes à cibis & poculis, cum tunica beati Vincentij martyris, muros ciuitatis pſallendo circuirent. Mulieres quoque amictæ nigris palliis, diſſoluta cæſarie, ſuperpoſito cinere, vt eas putares virorum funeribus deſeruire, plangendo ſequebantur. Et ita totam ſpem locus ille ad Domini miſericordiam retulit, vt diceretur ibidem Niniuitarum ieiunium celebrari: nec æſtimaretur aliud poſſe fieri, niſi eorum C precibus diuina miſericordia inflecteretur. Hi autem qui obſidebant neſcientes quid obſeſſi agerent, cùm viderent ſic murum circuiri, putabant eos aliquid agere maleficij. Tũ apprehẽ ſum vnũ de ciuitate ruſticũ interrogãt, quid hoc eſſet, quod agerent, qui ait; Tunicã beati Vincentij deportant, & cum ipſa, vt eis Deus miſereatur exorant. Quod illi timentes, ſe ab

Otto Friſingenſis. ea ciuitate remouerunt. De Capuanis Otto Friſingenſis lib. 6. Chron. cap. 4. Porrò, inquit, Imperator, (Lodouicus qui Lothario ſucceſſerat) Campaniam ac Lucaniam peragrans, omnes ciuitates earum, excepta Capua, abſque graui negotio cepit. Quæ ex quadro lapide extructa, dum non facilè poſſet expugnari, obſidione cingitur, cunctis in circuitu vaſtatis. Capuani deſperatis omnibus, apertis D vrbis portis, cum Epiſcopo corpus beati Germani portant, lacrymabiliter ad pedes Imperatoris veniunt, veniámque poſcentes, miſericordiæ ſuæ ſe committunt. Imperator, vt erat piiſſimus, ciues in gratiam recepit. At verò Chilperici regis dolum quis non vituperet, & execretur, qui putauit, rerum ſacrarum præſidio, periurij fraudem defendi poſſe? Ita factum narrat idem S. Gregorius Turon. Hiſtor. Francorum lib. 6. cap. 27. Chilpericus Rex pridie quàm Paſcha celebraretur, Pariſios abiit: & vt maledicto, quod in pactione ſua & fratrum ſuorum conſcriptum erat, vt nullus eorum Pariſios ſine alterius voluntate ingrederetur, carere poſſet, reliquiis Sancto-

A rum multorum præcedentibus, vrbem ingreſſus eſt. Sic ille. Catanenſibus verò, tametſi adhuc à fide alienis, cùm abſque dolo timore perurgeote peplum S. Agathæ, ciuis quondam ſuæ, contra erumpentia Ætnæ montis incendia obieciſſent, actutùm vis flammæ repreſſa eſt.

S. Epiph. Ægyptij, vt autor eſt ſanctus Epiphanius in lib. de vitis Prophetarum, ante ortam lucem Euangelij, collecto puluere ex Ieremiæ ſepulchro, tanquam certiſſimo antidoto, contra ſerpentium virus vſi ſunt. Babylonij eodem teſte admirati beneficiorum magnitudinem, quæ velut è perenni fonte manabant ab Ezechielis ſepulchro, idem armato milite cuſtodierunt. In his, opinor, Deus, partim quidem habuit rationem B dignitatis Sanctorum, partim ſalutis eorum, quibus ea res auſpicium maioris gratiæ fuit. Sacrilegis contra, & indignè poſt agnitam veritatem res ſacras illotis manibus tractantibus, vix illæ vnquam præſidio fuerunt.

VOCIFERATVS eſt *clamore grandi.*] VOCIFERATVS EST CLAMORE GRANDI.

Arias. Pagninus. Arias apud Pagninum interſeruit, *onarunt onatione magna*. Verti etiam poterat, conclamarunt præ lætitia, iubilarunt, &c, ſicut in theſauro placuit Santi Pagnino, taratatarizarunt.

S. Hilarius. S. Hilarius in Pſal. 63. Vox exultationis, inquit, diſſentit ab iubilo, ſed pro tranſlationis

Explicatur quæ fuerit illa vociferatio: quid exultatio, quid iubilus. conditione. (Quia propriè exultantis vocis nuncupatio non reperta eſt) per id quod iubilum dicitur, vox exultantis oſtenditur.] Tametſi enim iubilare & exultare habeant C apud Hebræos ſua diſcrimina vocum, ſed nec ipſum quidem *exultare* eadem dictione vbique exprimatur, arbitratur tamen S. Hilarius idem pluribus ſignificari, cùm in eandem ſententiam ſæpiùs conferantur. In Græcis, inquit, qui ex Hebræo proximi ſunt, ita legimus, ἀλαλάξατε τῷ κυρίῳ πᾶσα ἡ γῆ, & cum illis ἀλαλαγμόν, quem latinè iubilum ponunt, ſignificat vocem exercitus prælantis: aut in concurſu prorerentis hoſtem, aut ſucceſſum victoriæ exultationis voce teſtantis. Quam rem, vbi ita ſe tranſlationis ratio temperauit, abſolutius in pſalmo altero intelligimus, cùm dicit: *Omnes gentes plaudite manibus, iubilate Deo in voce exultationis*. Hactenus ſanctus Hilarius. Sed nemo meliùs quàm ipſe Moſes hanc vocem interpretatus eſt. Cui cùm de monte deſcendenti di- D xiſſet Ioſue, Exodi capite 32. verſu 17. *Vlulatus pugnæ auditur in caſtris*: propterea quod audiret *tumultum populi*, vt inquit Scriptura בְּרֵעֹה *berebbo* in vociferatione: qua voce vtrobique hic Samuel vſus eſt, וַיָּרִיעוּ *vaiaribbou* vociferati ſunt, תְּרוּעָה *therouahb* vociferatione ab eadem radice רוּעַ *rouahh*: ad hunc modum eius opinionem refellendo, per partes explicuit: *Non eſt clamor adhortantium ad pugnam, neque vociferatio compellentium ad fugam: ſed vocem cantantium ego audio.*

Pagninus. Arias. Siue, vt Santes Pagninus tranſtulit, non eſt clamor victorum, neque eorum qui victi ſunt: & Arias, non vox clamandi fortitudinem, & non vox clamandi debili-

Digitized by Google

ET PERSONVIT TERRA.

tatem. Nam pro voce lætitiæ, aut etiam luctus vſurpari ſolet, qualis eſt vociferatio pugnantium permiſta vbique gemitibus lætitia. Verùm de barritu ſeu clamore militari poſtea.

Echo deſcribitur. Lucretius.

E T *perſonuit terra.*] Lucretius his verſibus Echo deſcribit lib. 4.

At quæ pars vocum non aures accidit,
Præterlata perit fruſtra diffuſa per auras:
Pars ſolidis adliſa locis reiecta ſonorem
Reddit, & interdum fruſtratur imagine verbi.
Quæ bene cum videas, rationem reddere poßis
Tute tibi, atque aliis: quo pacto per loca ſola
Saxa pares formas verborum ex ordine reddant,
Palantes comites cùm montes inter opacos
Quærimus: & magna diſperſos voce ciemus.
Sex etiam aut ſeptem loca vidi reddere voces
Vnam cùm iaceres: ita colles collibus ipſis
Verba repulſantes iterabant dicta referre.
Hæc loca capripedes Satyros, Nymphâſque tenere
Finitimi fingunt, & Faunos eſſe loquuntur:
Quorum noctiuago ſtrepitu, ludóque iocanti
Affirmant vulgò taciturna ſilentia rumpi.

Symphesius.

Legimus & illud non illepidum Sympheſij de eadem Echo ænigma.

Virgo modeſta, ſacri legem bene ſeruo pudoris,
Ore procax non ſum, nec ſum temeraria lingua;
Vltro nolo loqui, ſed do reſponſa loquenti.

VERSVS 6.

Et audierunt Philiſthiim vocem clamoris, dixerúntque: Quænam eſt hæc vox clamoris magni in caſtris Hebræorum? Et cognouerunt quod arca Domini veniſſet in caſtra.

Lucretius. *Loci diſtantia ſeu longiore interuallo verba confundi.*

LVCRETIVS de voce lib. 4.

At ſi interpoſitum ſpatium ſit longius æquo:
Aëra per multum confundi verba neceſſe eſt:
Et conturbari vocem, dum tranolat auras.
Ergo fit, ſonitum vt poßis ſentire, neque illum
Internoſcere, verborum ſententia quæ ſit:
Vſque adeò confuſa venit vox, inque pedita.

VERSVS 7.

Timuerúntque Philiſthiim, dicentes: venit Deus in caſtra. Et ingemuerunt, dicentes:

TIMVERVNT, nec ſine ratione. Nam proculdubio hæc vox confidentium in Domino, inimicorum aciem profligaſſet, niſi ſacerdotum & populi peccata illius vim & impetum retudiſſent. Narrat Venerabilis Beda lib. 1. hiſtoriæ Gentis Anglorum, cap. 20. Quod cùm Saxones & Picti aduerſus Britones conueniſſent, & eſſet in Britannia S. Germanus Altiſiodorenſis Epiſcopus, qui eò transfretauerat ad confutãdam hæreſim Pelagianam, ad eum Britones confugerint, quorum dux factus iuſſit præeuntibus ſacerdotibus omnem ſimul exercitum *Alleluia* exclamare: quo territi hoſtes, fugam, ſua impedimenta relinquentes, arripue-

Venerab. Beda.

A runt. Narrat item Poliænus in Stratag. Panem Bacchi exercitus ducẽ, cùm olim inter abrupta ſaxa & montium anguſtias cum omnibus copiis ab Indis interceptus eſſet, iuſſiſſe, milites vnà omnes exclamarent. Quo ſtratagemate attonitos barbaros rupium iugis & cacuminibus depulit, atque inde cum toto exercitu incolumis euaſit. Ex quo factum eſt deinceps, vt apud omnes inopinatus, & ſine probabili ratione incuſſus metus, terroris panici nomen inueniret. Narrat denique Philoſtratus lib. 3. vitæ Apollonij cap. 16. Nautas maris rubri nauium proris puppibúſque tintinnabula appendere ſolitos, quorum ſonitu balænas, quæ turmatim incedunt, & naues demergunt, in fugam vertunt. Audiamus autem & Vermilium.

VENIT DEVS IN CASTRA. Poliænus. *Terror panicus.* Philoſtratus. Vermilius.

B Palæſtini quoque non minus, inquit, inſaniunt, quam Hebræi: clamant enim ſe perituros, quòd in caſtra inimicorum dij venerint, & quod erat Dei, ad arcam fœderis traducunt: ſed illis vtcunque ignoſci potuit, quia diuina lege non erant inſtructi. Cùm aiunt Deum veniſſe in caſtra, nomen rei ſignificatæ arcæ attribuunt, quæ ſignum Dei erat. Nec ſecius clamauerat populus in deſerto, cùm Aaroni diceret: *Facito nobis Deos, qui ante nos incedant.* Volebant illi quidem colere verum Deum Iehouam, ſed tamen aſpectabili aliqua forma, quam eius nomine appellabant. Hæc eſt natura hominum, vt in Deo inuiſibili non acquieſcant, ſed eum habere volunt, quem poſſint videre atque palpare. Moſes quoque in lib. Numer. cùm arca eſſet loco mo-
C uenda, & attolleretur, clamari iuſſit: *Exurge Deus, & diſſipa inimicos tuos*; cumque rurſus ponenda eſſet, dicebatur canendo: *Reuertere Deus ad millia tua Iſraelis.*

Nomen rei ſignificatæ ſigno tribuitur.

Inde apparet arcam inſignitam fuiſſe Dei nomine, vnde mirum videri non debet, ſi panem atque vinum, in ſacra Cœna corpus & ſanguinem Chriſti vocamus, cùm iure ac more ſacrarum literarum, nomina rerum ſigna earum ſibi vendicent. Quod Cyprianus docuit in Sermone de Cœna Domini, & Auguſt. in Epiſtola ad Bonifacium non tacuit. Sed quamuis arca Deus appelletur, non tamen ligna quibus conſtabat, in Deum tranſubſtantiabatur, quod papiſtæ de pane ac de vino in Euchariſtia fingũt, & credendum obtrudunt: neque pane ac vino corpus Chriſti obductum eſt, & eo claudirur, quemadmodum illi volunt, qoi verum eſſe contendunt
D citra omnem figuram ac tropum, panem eſſe corpus Chriſti, & vinũ eius ſanguinem. Hactenus Vermilius, non paucos errores paucis illis verbis complectẽs. Quorum nonnullos ita voco, non tam propterea quòd à certa & indubitata fide aberrent, quàm quòd illos abſque idoneo auctore aſſerat. Io aliis interpretis potiſſimùm fidem requiro, adulterina pro veris teſtimonia proferentis: quædam etiam à Catholica fide abhorrentia notaui. Nam quod ait, populum, cùm de fabricãdis diis Aaronem interpellaret, non alium quàm verum Deum illo cultu venerari voluiſſe, malè feriati hominis cõmentum eſt, non Scripturæ teſtimonium; quemadmodum & illud, quod Moſes arcam fœderis Dei nomine impertiuerit. Non enim Moſes

Error Vermilij. Vermilius confutatur.

Digitized by Google

arcæ hüc, quem refert, honorem habuit, ſed illi A
qui ſe profitebatur ſuper arcam in medio Che-
rubim reſidere. At verò illud mendacium quod
ſequitur, quî tandem excuſet? Aut quibus pig-
mentis fucove coloret, cùm impudẽter ſcribit,
SS. Cyprian. & Auguſtin. ſic docuiſſe rerum ſi-
gnificatarum nomina ſymbolis indi ſolita, vt
velint in Euchariſtia non res eſſe quę dicuntur,
id eſt Chriſti corpus & ſanguinem, ſed eorum
tantum typos atque figuras. Poſtremum autem
illud, quod in de collegiſſe videri vult, manifeſtę
hęreſis elogium eſt, ſcilicet, cùm Sacramentum
conficitur, panem non modo ſpecie, verũ etiam
natura immutatum permanere. Itaque nõ tan-
tum mendax, verùm etiam hæreticus Vermi-
lius eſt dicendus. Quod quàm credibiliter à no-
bis dicatur, Sermo ille Cypriani, quo ſe tueri B
finxit, manifeſtabit. Sic namque ille ait: Panis
iſte, quem Dominus diſcipulis porrigebat, non
effigie, ſed natura mutatus, omnipotentia verbi
factus eſt caro: vt ſicut in perſona Chriſti hu-
manitas videbatur, & latebat diuinitas: ita Sa-
cramento viſibili ineffabiliter diuina ſe infudit
eſſentia; vt eſſet religioni circa Sacramenta de-
uotio, & ad veritatem, cuius corpus Sacramẽta
ſunt, ſyncerior pateret acceſſus, vſque ad parti-
cipationem ſpiritus: non quod vſque ad cõſub-
ſtantialitatem Chriſti, ſed vſque ad ſocietatem
germaniſſimam eius hæc vnitas perueniſſet. Et
iterum poſtquam dixit ïis, qui inter ſe iudicant,
nec Sacramenta diiudicant, ſed ſicut cibis com-
munibus inreuerenter ſacris vtũtur muneribus,
& dominicæ menſæ in veſte lutulenta ſe inge- C
runt impudẽter: melius conſultum fore, ſi mola
aſinaria ad collum alligata mergerentur in pela-
gus, quam inlota conſcientia de manu Domini
boccellam accipere, addit, qui vſqoe hodie boc
veraciſſimum & ſanctiſſimum corpus ſoom
creat, & ſanctificat, & benedicit, & piè ſumen-
tibus diuidit. Hoccine eſſe dices, Vermili, in
Euchariſtia ſymbola tantum agnoſcere rerum,
veritatem pernegare? Verũ ne pluribus dicam,
audiſti ne aliquando ſanctiſſimum illum virum
prophetiæ ſpiritu olim præditum fuiſſe? Huius
rei fidem experientia facit. De te namque, cùm
eſſet diuino afflatus ſpiritu, videtur, quæ refe-
ram, præſenſiſſe. Sunt aotẽ illa eiuſmodi in eo-
dem libro. Veritas, inquit, ab erroneis homini-
bus cõprehendi non potuit, & cùm in Sole vel-
let figere oculos, vim luminis non ferens, cæca- D
ta eſt, non inluminata humana præſumptio, &
aſpectui eius lippitudo inhæſit. Nec verò illud
in cauſa ſit, quominus in te dictum potes, quod
præterito tempore vtitur; in eo namque ſequi-
tur morem Prophetarum, qui pleraque ſolent,
quæ futura ſint, ob certitudinem, tanquam prę-
terita referre. Sancti Auguſtini Epiſtolam, ſi cui
vacat inſpicere, ne longior ſim, numerum tan-
tum indicabo. Nam cum plures ſint, ad plures
eiuſdem nominis ab Auguſtino ſcriptæ Epiſto-
lę, ea eſt opinor 23. in qua, cùm de baptiſmo diſ-
ſereret, tanquam per tranſennam nonnihil de
Euchariſtia attigit.

S. Cyprian. *Panis Eucharisticus verè Christi caro est.*

S. Cypriani de Vermilio, & similibus iudicium.

Versvs 8.

Væ nobis: non enim fuit tanta exultatio
heri & nudiuſtertius: væ nobis. Quis
nos ſeruabit de manu Deorum ſubli-
mium iſtorum? Hi ſunt dij qui per-
cuſſerunt Ægyptum omni plaga, in
deſerto.

Vermilivs: *væ nobis*: vera profectò de Vermilius
ſeipſis vaticinantur. Nam, quæ ſibi nunc
prædicunt, ipſis poſtea euenerunt. Sic etiam
Caiphas non malè prædixit, expedire vt vnus
homo pro populo moreretur. Memorant præ-
terea iſtum eſſe illum potẽtiſſimom Deum, qui
olim percuſſit Ægyptum. Atqui arca ipſa, quæ
adhuc facta nõ erat, Ægyptios minimè percuſ-
ſit: ſed Dei fuerunt ea opera, non autem arcæ,
quæ nondum extabat. Ex effectis præſentiam
eius Dei exhorrent, nimirum quod olim pla-
gis multis percuſſerit Ægyptios. Additur verò
בַּמִּדְבָּר *bammidbar*, id eſt, vt interpretãtur in ma-
ri rubro, quod adiacebat deſerto, eſtq; ſupplen-
da coniunctio, &, vt ſit ſenſus, Deum percuſſiſ-
ſe multis plagis Ægyptum, & denique ad mare
rubrum in deſerto. Paraphraſtes autem Chal-
daicus ait, Deum populo ſuo feciſſe in deſerto
multa miracula. Quidam vertunt, Deum omni
C plaga Ægyptum percuſſiſſe verbo, id eſt, ſolo
eloquio ſuo, qood maximam eius potẽtiam ex-
plicat. Sed priores interpretationes cũ Hebrai-
ca dictione magis conſentiunt. Etenim Iudæi,
cùm ex Ægypto migrarent, à fronte mare babe-
bant, montes à lateribus, & hoſtẽ à tergo. Qua-
re nullo pacto videbantur euaſuri, ſed ex inſpe-
rato mare ſe aperuit, atqoe illis tranſitum pate-
fecit. Pharao verò, cum exercitu eos inſequens,
marinis fluctibus eſt ſubmerſus: Iudæi verò
poſtea redierunt ad idem littus, à quo exierant.
Vnde calamitas hęc dici poteſt in deſerto Ægy-
ptiis accidiſſe. Cæterùm attendendum eſt, Deũ
alia etiam portẽta in ipſis finibus Palæſtinorum
edidiſſe, in reges Seon & Og, necnon Iordane
tranſmittẽdo, & ad ciuitatem Hierichontinam,
cur igitur Palæſtini hæc non commemorant?
D Reſpondeo, quoniam eo tempore Monarchia
Ægyptiorum erat potentiſſima. Vnde Palęſtini
ſecum ita cogitabãt. Si Ægyptiorum vires huic
Deo non valuerunt obſiſtere, quid fiet de no-
bis? Proinde aduentu arcæ in caſtra diuerſi affe-
ctus excitati fuerunt. Nam Iſraëlitæ præ lætitia
vociferati ſunt, atque id tam vehemẽter, vt ter-
ra inſonoerit, hoc eſt, viſa fuerit contremiſcere.
Hanc nouam & inſolitam exultationem Palæ-
ſtini admirati ſunt, & cùm per exploratores cau-
ſam intellexiſſent, horribili timore ſunt percul-
ſi. Attamen poſtea collegerunt animum, vt ſa-
cra hiſtoria ſubiicit. Hæc Vermilius.

Porrò, cùm hic Deos Palæſtini dicunt, vtun-
tur dictione אֱלֹהִים *Elohim*, quam volunt eſſe Elohim.
pluralem numerum vocis אֵל *El.* Paulus Bur-
genſis cum Lombardo. Nec Palæſtini illi ſoli,

verùm pluribus locis tota Scriptura ita loquitur: qood aliàs videtur bis repetito nomine *el*, ſuppleri. Nam Geneſ. 31. verſ.13. ita habemus *ego ſum Deus* האל בית *Bethel*. Quem locum Philo ita legit, libro de ſomniis. Ego ſum ille Deus, quem in loco Dei vidiſti. Vbique Dei nomen *el*, & primo quidem האל *hael* cum articulo; deinde, Bethel domo, ſeu loco Dei abſque articulo. Reliqua explicandi gratia adiecit. Quamobrem, inquit Philo, hic locus noo eſt curſim, ſed diligenter examinandus, an duo dij ſint: legitur enim, Ego ſom ille Deus, qui tibi apparui, non in loco meo, ſed in loco Dei, quaſi alterius. Quid igitur dicendum? Reuera Deus vous eſt, abuſiuè autem plures. Ideò ſacra Scriptura nũc illum verbum per articulum indicat, dicens: *Ego ſum ille Deus*. Cæterùm abuſiuè dictum ſine articulo enuotiat, Qui apparui tibi in loco Dei, nihil adiungens ad Dei vocabulum. Vocat autem Deum nunc antiquiſſimum ſermooem ſuum, oon ſuperſtitioſè de oominibus ſollicitus, ſed vnum ſpectãs finem propoſitum. Nam & alibi conſiderans an ſit aliquod entis oomen, ſatis didici nullum eſſe proprium: & quodcunqoe dicatur, dici abuſiuè. Non poteſt enim dici aliud quàm ſolum ens. Atteſtatur mihi oraculum illod percontanti de nomine redditum, *ego ſum ille ens*: Vt cum homo non poſſit cogitare, niſi quæ non adſunt Deo, ſaltem eum eſſe credat. Hunc cum animabus corpore carentibus, dicatis ipſius miniſterio, tanquam amicum colloqui videtur probabile: Cæterùm cum degentibus in corpore, per ſpeciem angelorum, natura nihil mutata interius, quandoquidem eſt immutabilis: animabus tantùm per viſionem concipientibus formam imaginariam, & veram ſpeciem ſe videre putantibus. Eſt enim decãtatum priſcorum fabulis, numen humana ſpecie ciuitates obire, obſeruando quid in eis contra ius & fas fiat. Id vt verum non ſit, tamen fortaſſe vulgatum fuit vtiliter: & Scriptura ſemper ſanctè reuerẽtérque de ente loqui ſolita, nihilominus ſtultorum hominum vitam erudire cupiẽs, homini quidem eum aſſimilat, ſed non perſonis particularibus. Ideò manus, pedes, os, vocem, iram, furorémque, & vindictam etiam, introitus exitúſque, ſurſum, deorſum, & quaquauerſum motus ei tribuit: hac parte non verborum veritatem reſpiciens, ſed vtilitatem diſcentium: nimirum quia nota eſt quorundam uaturæ obtuſitas, vt omninò noo poſſint Deum cogitare ſine corpore, quos noo eſt poſſibile ad officium reuocari modo alio, niſi audiant Deum more humano ire atque redire, deſcendere, aſcenderéque, vociferari, & indignari propter peccata hominum, interdum etiam inclementer iraſci atque implacabiliter: imò etiam tela, gladióſque, & inſtrumenta vltionis alia contra ſceleratos ei parata eſſe: bonum certè fuerit, ſi vel talibus minis intentatis, ad ſanam mentem redeant. Vix enim aliam viam præter has duas vllus legiſlator ingreditur: quarum vna vergens ad veritatem docet, non eſſe Deum ſicut hominem: altera tardioribos ſe accommodans ait: *Caſtigabit te Dominus Deus, ſicut homo caſti-*

Philo.

Vnum ens vnus Deus.

Qua ratione Deus cum hominibus conuerſetur, & ab hominibus intelligatur.

Duæ viæ legiſlatorum.

A *gat filium ſuum*. Quid igitur mirum eſt eum adſimilari angelis, quando propter egentium vtilitatem non refugit ſimilitudinem hominum, ſicut quando dicit, *Ego ſum ille Deus qui apparui tibi in loco Dei*? Quod ſic intelligendum eſt, eum tenuiſſe locum angeli, vt tunc videbatur, ſalua ſua natura, vt prodeſſet nondum valenti Deum verum cernere. Nam quemadmodum radios Solis repercuſſos vident etiam qui non poſſunt ipſum obtueri, & in Lunaribus radiis, ſicut in ipſa conſpicitur mutatio: ſic imago Dei ſermo ipſius nuotius, tanquam ipſe intelligitur. Hæc Philo. Ex cuius verbis intelligere poſſumus, Deum verum propterea pluraliter nonnunquam appellari, quòd ab angelis repræſentaretur ob tarditatem hominum. Reliqua tamen B vna quæſtio eſt, an quemadmodum Hebræi Deum *Elohim*, ita nos quoque Deos dicere poſſimus.

An quomodo Hebræi Elohim ita nos Deos pro vero Deo dicere valeamus.

SIXTVS Senenſis Bibliothecæ ſanctæ lib.5. Annotatione prima, Thomas Caietanus, inquit, preſbyter Cardinalis in principio Commentariorum in Geneſim explicans, cur Moſes in primis Geneſeos verbis Deum plurali C numero appellauerit *elohim*, hoc eſt Deos, inquiens, *In principio creauit dij cœlum & terram*, docuit Deum plurali appellatiooe vocatũ à Moyſe, non ad ſignificãdam pluralitatem diuinarum perſonarum in Trinitate, ſed quia nomẽ *elohim* careat ſingulari numero, addens locum iſtum minimè fauere trinitati perſonarum: qooniam, vt Athanaſius in ſymbolo teſtatur, perſonæ diuinæ nec dij, nec domini Catholicè dici poſſunt. Ambroſius autem Archiepiſcopus Compſæ, in 4. libro Annotationum, quos aduerſus eundem Caietanum edidit, hãc ſententiam tanquam Iudaicam, & à præſtantiſſimorũ Patrum ſententia abhorrentem execratur, reiiciens eam inter alias propoſitiones Caietani, in quibus illum de ſancta Trinitate malè ſenſiſſe arbitratur. Deridet etiam eiuſdem argumentum, quod ex ſymbolo Athanaſij voluerit aſtruere perſooas D diuioas falsò dici Deos, aut Dominos, cùm id non doceat Athanaſius, ſed hoc tantùm, quod tres dij, aut tres domini Catholicè pronuntiari non poſſint. Non autem ſequitur hæc ratiocinatio, nõ poſſunt dici tres dij, ergo nec dij. quia multa coniunctim falsò dicuntur, quæ ſeorſum verè dicuntur. Quapropter Magiſter ſententiarum, & Thomas, & reliqui doctores admittunt dici poſſe Deos, tres autem Deos non item. Hæc Ambroſius. Cui certè non conoeniebat, fratrem ſuum ob tam leues cauſas adducere in ſuſpicionem læſæ Trinitatis: qoam ille non ſolùm in Commentariis huius primi capitis apertiſſimè prædicat, enarrans illud, *Faciamus hominem*. Sed & in omnibus ſcriptis ſuis doctè piéque docet, ac tuetur. Debuerat etiam Ambroſius aduertere Caietanum ex

Sixtus Sen.

Caietanus.

Catharinus

Græcis, Latinis, & Hebræis ſcriptoribus nullũ habuiſſe imitabilem expoſitorem, qui dictionem iſtã *Elohim* de Trinitate expoſuerit, præter vnum Petrum Lombardum, qui in primo ſententiarum hanc interpretationem obiter quodammodo attigerat, & Paulum Burgẽſem Epiſcopum, qui ex eodem lib. Sententiarum eandẽ interpretationem deſcripſerat: à quorum opinionibus etiam ante Caietanum plerique non ignobiles viri citra vllam hæreſeos notã apertè diſſenſerant. Neque hoc à me dictum eſſe volo, vt in hac parte derogem auctoritati eorum, qui locum hunc myſticè de Trinitate expoſuerunt: delectat enim me plurimùm, vt Auguſtini verbis vtar, quod in ſummo exordio S. lib. Geneſ. B Trinitas commẽdatur, cùm dicitur, *In principio*, hoc eſt in filio, *fecit Deus*, nimirum pater, *cœlum & terram*. Hactenus Senenſis.

Tria nobis excutienda reliquit. 1. eſt, an auctores illi ſic interpretati ſint vim vocis *Elohim*, vt Deos inde poſſe dici putent. 2. iure an iniuria. Denique, an omnino Deos dici poſſe Catholicè ſcripſerint, & cenſuerint. Igitur Magiſter 1. ſententiarũ diſt. 2. littera F. Pro eo, inquit, quod apud nos Gen. 1. Deus dicitur, Hebraica veritas habet *Elohim*: quod eſt plurale huius ſingularis, quod eſt *El*. quod ergo non eſt dictum *El*, quod eſt Deus: ſed *Elohim*, quod interpretari poteſt dij ſiue iudices: ad pluralitatem perſonarum refertur. Ad quam etiam illud attinere videtur, quod diabolus per ſerpẽtem dixit: *Eritis ſicut dij*. C Pro quo in Hebraico habetur *Elohim*, ac ſi diceret: eritis ſicut diuinæ perſonæ. Hæc Petrus.

Petrus Lõbardus.

Paulus Burgenſis.

Paulus Burgenſis additione 1. in 1. cap. Geneſ. lõgè copioſior, vbi poſt allegata verba Magiſtri addit: & ſic exponit in hoc loco expreſſe Rabbi Abenbazra: licet ex hoc non veram concluſionem eliciat, ſed extortam. Vult autem intelligi, quòd hoc nõ ſignificat pluralitatem in diuinis: ſed pluralitatem virtutum ſeu potentiarum ab eo procedẽtium, in cuius ſignum allegat ipſe & ſui ſequaces, quod in Scriptura quandoque etiã iudices dicuntur *Elohim*, propter eorum virtuoſam potentiam in iudicando, vt Exo. 22. improbat hoc Paulus: quàm ſolidè, Lectoris eſto iudicium. Non vacat exſcribere. Excerpam duntaxat poſtrema verba, quæ textum noſtrum explicare videntur. Quod allegat, inquit, pro parte, quòd quandoque iudices vocantur *Elohim*, D hoc manifeſtè facit contra eos: nam vbi *Elohim* accipitur pro iudicibus, ſeu diis opinatiuis vel falſis, ſemper conſtruitur cum verbo, vel adiectiuo pluralis numeri. Vnde Exod. 24. vbi dicitur, *Ad Deos vtriuſque cauſa perueniat*, ponitur ibi *Elohim*, & ſtatim ſequitur ibi verbum plurale, ſcilicet, *Et ſi illi iudicauerint*. Et in Pſal. 81. *Omnes dij Gentium dæmonia*, vbi dicitur *Elohim*: & tamen ibi non dicitur *dæmon*, ſed *dæmonia*. Similiter Pſal. 95. dicitur, *Ego dixi Elohim eſtis*: non dixit, *Elohim es*. Et ſic de multis aliis, inter quæ præſens de quo tractamus. Sed in hoc loco, inquit, id eſt initio Geneſeos, & in aliis, vbi *Elohim* ponitur pro vero Deo, ſemper adiungitur verbum ſingularis numeri. Non enim dicitur hic: *In principio* creauerũt dij, ſed *creauit*: quod quidem verbum ſubſtantiuum, ſcilicet *fuit creans*, ad de-

A notandam vnitatem eſſentiæ poſitum eſt. Concludit igitur Moſen ad denotandam pluralitatem perſonarũ plurali numero vſum eſſe. Hæc item Paulus. Antequam ad reliquos auctores inueſtigãdos accedo, & ipſum dictionis numerum etymologiámque perpendo, hoc vnum dicam, mirari me Paulum Burgenſem aſſerere *Elohim*, cùm pro Deo ſumitur, pluralis numeri ſeu verbis ſeu epithetis minimè coniungi; cùm ſtatim habeat in eodem capite, *Et dixit Elohim, faciamus hominem ad imaginem*. Nec dicit honoris ergò ſic in prima perſona Latinè locutum, nam pari numero Hebraicè quoque ſcriptum eſt. Et deinde patres aſſerunt verbum, & pro- B nomen pluralia eſſe, ad numerum perſonarum deſignandum, cùm de *Elohim* ne meminerint quidem. Sanctus Hilarius lib. 4. de Trinitate, & S. Auguſtinus lib. de fide ad Petrum, apertè hoc docent. Itaque ſi huius, & alterius, id eſt Petri Lombardi authoritate fretus Catharinus, Deos numero multitudinis dixerit ob pluralitatem perſonarum, arbitror æquè Catholicè potuiſſe dicere tres Deos. Etenim D. ipſe Thomas, quẽ fautorem allegat, an in eandem ſentẽtiam ſcripſerit me latet, quærentem enim potuit ſcriptorum immenſa cõgeries fallere, non me latet tamen quid ſcripſerit 1. par. quæſt. 31. art. 1. nimirum, quod ſicut ponitur pluralitas perſonarum in diuinis, ita vtendum eſt nomine Trinitatis: quia hoc idem, quod ſignificat pluralitas indeterminatè, ſignificat hoc nomen Trinitas deter- C minatè.

S. Thomas.

Verùm, quando ita viſum eſt, diligentius exploremus, num illi cenſuerint Deos poſſe numero multitudinis Catholicè appellari. Patrẽ, & Filium, & Spiritum ſanctum res plurali numero poſſe dici ex Auguſtino probat Lombardus lib. 1. ſententiarum diſt. 259. Etenim S. Auguſtinus lib. 3. de doctrina Chriſtiana cap. 3. & 5. tom. 3. res inquit, quibus fruendum eſt, ſunt Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus. Sed ſicut res dixit, ita & tres res dici poſſe aſſerit. Et fortaſſe magis etiam faueat, quod idem profert ex Hilarij libr. 7. de Trinitate. Sicut in Patre, inquit, credere duos Deos impium eſt, ita Patrem & Filium ſingularẽ Deum prædicare, ſacrilegum eſt. Verũ ſe ſatis explicat ex Auguſtino qui ait, vnus eſt Deus, ſed non ſingularis. Et ex S. Ambroſio libr. 2. de fide cap. 2. non eſt diuerſa, nec D ſingularis æqualitas, nec iuxta Sabellianos, patrem filiúmque confundens, nec iuxta Arianos, patrem filiúmque ſecernens. Non igitur hunc pluralem numerum Deorum Magiſter approbat. Etſi enim Pater nõ ſit ſingularis Deus, quia & Filius Deus eſt, & Spiritus ſanctus Deus eſt: tamẽ Pater eſt vnus Deus, & Filius vnus Deus, & Spiritus ſanctus vnus Deus; quia vnus dũ naturę diuerſitatem excludit, non excludit tamen ſuppoſitorum diſtinctionem, quæ termino ſingulari excludi intelligebantur. Videtur autem ſibi contradicere Caietani reprehenſor, dum negat tres Deos poſſe dici, Deos verò poſſe: non enim Deos poſſe dici ob pluralitatem naturarum aſſeuerare vult, quorſum igitur hæc ſpectat oratio? Vt perſonas eſſe plures deſignet. At illæ tres ſunt. Quare igitur, ſi per Deos

Quaſt 122. veteris ac nouæ legis tom. 4.

S. Auguſt.

Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus tres res ſunt.

S. Hilar.

lib. 1. ſent. diſt. 23. i.

Deus vnus, ſed non ſingularis.

S. Ambr.

perſonas intelligit, abhorret ab earundem numero? Vereor ne ab vtroque dicendi modo abhorrere debuerit, quemadmodum & vſus ſanctæ Matris Eccleſiæ reſpuit, imò & ipſe Magiſter cum antiquis doctoribus. Sic enim docet diſtinct. 22. libri 1. ſententiarum E. Sciendum eſt, inquit, qood quæ propriè ad ſingulas perſonas pertinent, relatiuè ad inuicem dicuntur: & ea quæ ad ſe dicuntur, ſubſtantialiter vtique dicuntur, & de omnibus communiter, & de ſingulis ſingillatim dicuntur perſonis: & ſingulariter, non pluraliter accipiuntur in ſumma, vt Deus, bonus, potens, magnus, & huiuſmodi. Quod ad ſanctum Thomam ſpectat, ibidem palàm inficiatur, Deum poſſe numero multitudinis efferri, quamuis & res, & ens eo modo poſſint; res quidem, quia etſi vnica quidditas ſit in diuinis, tamen & abſolutè & relatiuè ſe habet, relatiuè autem non ſine numero: ens verò, quia etſi à forma, quæ vnica eſt in Deo, multiplicari non poſſit, tamen ſi non ſubſtantiuè, ſed adiectiuè ſomatur, tum propter ſuppoſita tranſire in plural ẽnumerũ. De Deo verò dicendum, inquit, quod non eſt ſimile, quia Deus imponitur à forma abſoluta: & ideò tantùm eſt ſubſtantiuũ. Quapropter concludit, Deũ non poſſe in plurali prædicari in diuinis, rem tamen & ens poſſe. Auget præterea difficultatem aduerſus Catharinum, quod plures Hebraicæ linguæ peritiſsimi docent, *Elohim* non eſſe pluralem numerum nominis Dei *El*, vt volebat Paulus cum Lombardo, ſed neque neceſſe eſſe vt pluraliter accipiatur. Vbi verò pluraliter accipietur, habet etiam ſingulare, contra quod ſentit Caietanos. Et quidem non eſſe plurale nominis *El*, præter authoritatem diui Hieronymi, etiam ipſa ſignificatio diuerſa conoincit. Nam *El* quod 70. Θεὸν, id eſt, Deum, Aquila, inquit D. Hieronym. ἐτυμολογίαν eius exprimẽs, ἰσχυρὸν, id eſt fortem interpretatur: Elohim verò vult ſignificare Iudices. Habere verò alium ſingularem numerũ patet, quia אֱלוֹהַ Reuchlinus. *Eloha* reperitur Abacuc 3. *Deus ab auſtro veniet, & Elohe* Exod. 3. *Deus Hebræorum vocauit nos*, vt notauit Reuchlinus libro 1. de rudimentis Hebraicis, & Pagninos in Theſauro linguæ ſanctæ. Non eſſe autem neceſſe vt etiam cùm Elohim vſurpatur, pluraliter accipiatur, docet S. Hieronym. loco citato, ſic enim habet: Scire autem debemus quod Elohim, communis numeri ſit, quod & vnus Deos ſic vocetur, & plures: ad quam ſimilitudinem cœlum quoque appellatur, & cœli, id eſt, *Samaim*. Vnde & ſæpe interpretes variant, cuius exemplum nos in lingua noſtra habere poſſumus, Athenas, Thebas, Salonas. Hæc Sanctus. Sed de his hactenus.

Magiſter ſententiarũ. — S. Thomas. in 1. ſent. diſt. 25. art. 4. — *Deus non poteſt pluraliter efferri pro vero Deo.* — *Elohim cuius numeri.* — Reuchlin. — S. Hieron. — שָׁמַיִם

A B C D

VERSVS 9.

Confortamini, & eſtote viri, Philiſthiim: ne ſeruiatis Hebræis, ſicut & illi ſeruierunt vobis: confortamini, & bellate.

QVÆ hæc eſt tanta temeritas atqoe audacia? in Deum arma paratis? His tamen primo certamine felicius ceſsit, quàm Pſyllis: tametſi illi in ventum, non in Deum arma pararent. Naſamonibus confines ſunt Pſylli, inquit Herodotus lib. 4. qui hunc in modum interciderunt. Auſter eis omnia receptacula aquarum areſecerat. Erat autem omnis eorum regio, quæ intra Syrtim eſt, aquarũ inops. Ob id iſti publico colloquio atque conſilio expeditionem fecere aduerſus Auſtrum. Quæ Pœni memorant refero. Hos, cùm ad arenas veniſſent, Auſter ſpirans illic obruit. Hæc Herodotus. At his etiam audacior Locrenſis Euthymus, qui Temeſſæ certamen cum genio init. Statuerant olim ciues relictis ſedibus nouas quærere, quòd Temeſſæ neſcio quem genium infeſtum paterentur, qui in omnem ætatem ſæuiret. Pythius Apollo vetuit, docens Heroem placari poſſe, ſi templo excitato, eidem quotannis ſpecioſiſſima virgo deuoueretur. Acerbam legem tulit mœſta ciuitas, donec eò pugil appelleret, ipſo tempore ſacrificiorum. Nam re cognita, cùm in id templum admiſſus eſſet, virginem conſpicatus, miſericordia pariter & amore correptus, cum tetro numine congreditur. Erat autem illud, vt fama refert, colore vehementer atro, omnique cætera ſpecie maximè formidabile: amictus, lupi pellis erat. Eo tandem ſuperato, ciuitatem ſimul ac virginem liberauit. Sed nulla, citra omnem audaciam inſignior victoria fuit, quàm Iacob Patriarchæ: cui, poſt longam & inauditam luctationem, carmen illud victoriale dictum eſt: *Nequaquam Iacob appellabitur nomen tuum, ſed Iſrael: quoniam ſi contra Deum fortis fuiſti, quantò magis contra homines præualebis?* Geneſ. 32. Formidine ac deſperatione in furorem conuerſi, neſcio quid ſimile tentare audent Philiſtiim, ſeque mutuò ad facinus hortantur. Sed ſingula videamus.

Confortamini. Hoc eſt, fortiter agite. Decipiuntur falſa ſpecie virtutis. Nam fortitudo quidem in arduis elucet, ſed non in iis, quæ vires humanas manifeſtò ſuperant. Duplex enim eſt ratio fortitudinis: in ferendo, aut aggrediendo. Ferendi immenſa licentia: eóque virtus mage ſplendeſcit, qoo plura & acerbiora tolerat. Sed aggredienti meta eſt poſita. Alioquin enim, ſi à ratione aliena, aut etiam viribus ſuperiora tentet, iam non erit illa fortitudo, ſed temeritas atque audacia. Quare non erunt fortes habendi Philiſthæi, tametſi paoore diſcuſſo, audacter dimicent. quid enim tam à ratione alienum dici poteſt, quàm cum numine velle contendere? quid magis temerarium, quàm ſperare hominem fore Deo ſuperiorem? *Et*

Herod. — *In ſana temeritas.* — *Pauſanias in Eliacis.* — *Contra Deũ nisi fortitudo non eſt, ſed temeritas atque audacia.*

Digitized by Google

A *eſtote viri*. Septuag. εἰς ἄνδρας, in viros. Hebraicè לַאֲנָשִׁים *Laanaſim*. Cuius ſingulare eſt אֱנוֹשׁ *enos*, fœmininum אִנְשָׁה *anaſach*, vt ſexus virilis deſignari videatur. Ac ſi dicerent: Mulierum eſt pauore temerè concuti: viros decet eſſe cõſtantiores, nec à periculis abhorrere. Nõ enim, qui in nos irruunt, amplius quam viri ſunt: & habent illi pectora ferro nobiſcum pariter obnoxia. Sed hoc eo tempore dici ab illis non debuit, cùm Hebræos diuino præſidio ſeptos atque armatos prodituros arbitrarentur. Neque enim eſt vlla vis, quæ cum diuino robore conferri poſſit. Sed neque quod ſupereſt iis, qui in acie occumbunt, vt apud homines laudem pro morte paciſcantur, hic quoque obtinet: quio potius æterno dedecori atque infamiæ ducitur,
B Deo voluiſſe obſiſtere: cui cedere atque obtemperare cùm ratio iubet, tum immenſam gloriam parit. Enos porrò ſupra, autore Philone, ſperantem expoſuimus: alij deſperatũ malunt. Alterutra ratio ſeu ſpes illa ſit, ſiue deſperatio, plurimùm momenti habet ad inſtigandos animos, parandamque victoriam. Ne deſpondeatis animos, ô Philiſthæi: nam ſi viros vos eſſe memineritis, non deerit ſpes, toties iam victos ac proſtratos denuò ſuperandi: aut ſic, Irrue in arma, Philiſthæe: cur vitæ parcas? citò hoſtium libidini obnoxius futurus es:

Vna ſalus victis nullam ſperare ſalutem.

Interim tamen, ſi cauſam excipias, duces Philiſthinorum egregiè ſuo munere funguntur, militum animos caſtrenſi concione excitantes ad
C detergendum pauorem, & pro libertate ſtrenuè nauandam operã. Cyrus, vt autor eſt Xenophõ libro 7. Cyropæd. exercitum in procinctu ita allocutus eſt: Non eſtis neſcij, ô viri, vt arbitror, propoſita nunc eſſe præmia: victoribus quidem, fugare, & interficere, bona habere, & laudari, eſſe liberis, imperare: at victis, videlicet horum contraria. Qui igitur ſeipſum amat, mecum fortiter pugnet. At Tyrtæus Poeta, qui fuit æqualis ſeptem Græciæ ſapientum, his carminibus Spartiatas in Meſſenios accendiſſe dicitur, atque adeo victoriam peperiſſe.

Xenophon

Oratio caſtrenſis.

Tyrtæus Poeta.

Nam ex illis, qui audent vna perſiſtentes
Cominus in hoſtes aduerſos impetum facere,
Perpauci occidunt, retróque ſeruant populum:
Timidorum autem virorum omnis perit virtus.
Vix autem aliquis verbis explicare poſſit,
Quanta incurrat mala vir, qui ſe turpiter dediderit.
Ignominioſum namque eſt tergum ſauciari
Viri fugientis in aduerſo prælio.
Turpe quoque eſt cadauer in puluere proſtratum,
Atque tergo haſta cuſpide vulneratum.
Sed progreſſus quiſpiam maneat firmus vtroque pede
Terræ infixo, labia dentibus præmordens,
Femora & tibias infernè, necnon pectus humeroſque
Lati clypei vmbone contegens:
Dextra verò manu validam haſtam torqueat,
Terribilemque in capite criſtam moteat.
Fortia aggrediens facta diſcat bellare,
Nec à telis procul abſit clypeum gerens:
Sed congrediens quiſpiam cominus longa haſta,
A *Vel gladio percuſſurus, hoſtem capiat:*
Et pedem pedi iungens, clypeumque clypeo admouens,
Necnon criſtam criſta, galeamque aptam galea,
Pectorique obuerſo pectore contra hoſtem pugnet,
Vel gladij capulo, vel haſta prælonga arrepta.
Vos autem leuis armaturæ milites, ſub ſcutis aliunde alij
Trepidantes, grandibus pugnate lapidibus,
Haſtáſque leues contorquete in hoſtes,
Veſtram propè armaturam permanentes.

Deſperantibus, inquit Vegetius, libro 3. cap. 9. creſcit audacia adhortatione ducis, & ſi nihil ipſe timere videatur. Et iterum cap. 12. monitis, & oratione ducis exercitus virtus creſcit, & animus: præcipuè ſi futuri certaminis talem
B acceperint rationem, quaſi ſint facilè ad victoriam peruenturi. Tunc inimicorum ignauia, vel error oſtendendus eſt: vel, ſi ante à nobis ſuperati ſunt, commemorandum. Dicenda etiam, quibus militum mentes in odium aduerſariorum ira & indignatione moueantur. Ad hunc modum arbitror Philiſtinorum duces, cùm ſuos metu perculſos intuerentur: & præteritorum temporum victorias, & futuræ calamitatis dedecus & ignominiam, ſi vincerentur, ob oculos ſtatuiſſe: quibus artibus penè defectam, atque collapſam militum audaciam excitarunt, & ne hoſtis congreſſum refugerent impetrarunt. Apud Hebræos ſacerdotes eam orationem habebant, quæ Deuter. cap. 20. conceptis verbis traditur: apud reliquas nationes ipſi
C duces exercitum alloquebantur, excitato, vt vocat Flauius Vopiſcus in Probo, cæſpititio tribunali, quod ad hunc modum Prudentius deſcribit in Pſychomachia.

Vegetius.

Adhortatio ducum qualis eſſe debeat.

Flauius Vopiſcus.

Prudentius.

Extruitur media caſtrorum ſede tribunal
Editiore loco, tumulus quem vertice acuto
Excitat in ſpeculam, ſubiecta vnde omnia latè
Liber inoffenſo circumſpicit aere viſus,

Ipſi milites claſſico ad concionem vocati, alacritatem manuum ſublatione, clamore, ſcutorumque genibus illiſione teſtari ſolebant, teſtis Lucanus libro 1. de bello ciuili:

Quibus indiciis milites alacritatem teſtarentur.

Lucanus.

His, inquit, *cuncta ſimul adſenſere cohortes,*
Elataſque altè, quæcunque ad bella vocares,
Promiſere manus. It tantus ad æthera clamor.

Liuius item libro 3. Si iam ſatis animi eſt, decernique placet, agite dum clamorem, qualem in
D acie ſublaturi eſtis, tollite hîc, indicem voluntatis virtutiſque veſtræ, poſtquam ingenti alacritate clamor eſt ſublatus, quod benè vertat, geſturum ſe illis morem, &c. Ammianus libro 16. Nec finiri perpeſſi quæ dicebantur, ſtridore dentium infrendentes, ardoremque pugnandi haſtis illidendo ſcuta monſtrantes, in hoſtem ſe duci iam conſpicuum exorabant.

Liuius.

Ammian.

Ne *ſeruiatis Hebræis, ſicut & illi ſeruierunt vobis.*] Raro ſcilicet apud antiquos in bello capti, pretio redimebantur. Seruire cogebant, quoſcunque victores in bello ſeruaſſent. Inde mancipia dicta. Alia nunc apud nos ratio eſt, apud quos ſeruire quenquam nefas eſt. Itaque pretio libertas addicitur: quod feciſſe quandoque olim Spartiatas Herodotus autor eſt. Eſt

Mancipia.

Lytrum, ſeu quod olim ſoluebatur pro redemptione capti ui corporis.

Herod. l. 6.

apud Lacedæmonios, inquit, redemptio in ſingulos viros binæ mnæ.] Mna autem, vt ſcribit Plinius lib. at. quam noſtri minam vocant: pendet Drachmas Atticas centum.] Drachma ſex obolos: ita docet Budæus lib. 1. de Aſſe. Nulla Palæſtinis ſpes redēptionis erat: ſed iugū victis neceſſariò ſubeundum. Nec victi duntaxat ſuos quique dominos, à quibus capti eſſent ſortirentur: ſed reliqui etiam cum tota prouincia, Hebræorum potentiæ ſubiacent: ex quo non leue periculum eorumdem fortunis, focis, vrbibus, liberis, quieti immineret. Lacedæmoniis, vt Pauſanias tradit in Meſſenicis, Meſſeniis debellatis frugum dimidiam partem imperarunt. Alij ab aliis longè grauiora paſſi ſunt, dū quæſita per vim potentia, per impotentiam ac ſuperbiam abutuntur. Sed acerbiora quæque volens prætereo: vt annotem, in ſatis tolerabili tributo, intolerabilem quandam inſolentiam. Gotricus Danorum rex Friſios armis vicerat: ſubactis tributum imperat: ſed quo modo, qua ratione pendendum, narrat Krantzius ſuæ Daniæ lib. 4. cap. 2. Primùm, inquit, ducentorum xl. pedum longitudinis ædificium inſtruitur, biſſenis diſtinctum ſpatiis: quorum quodlibet vicenorum pedum intercapedine tenderetur: prædictæ quantitatis ſummam totalis ſpacij impēdio reddente. In huius itaque ædis capite, Regio conſidente Quæſtore, ſub extremam eius partem, rotundus è regione clypeus exhibebatur. Friſionibus igitur tributum daturis, mos erat, ſingulos nummos in huius ſcuti cauum conijcere: è quibus duntaxat in cenſum regium ratio computantis colligeret, qui eminus exactoris aures, clarioris ſoni crepitaculo perſtrinxiſſent. Quo euenit, vt id ſolùm æs Quæſtor in fiſcum ſupputando colligeret, cuius caſum remotiore auris iudicio penſenſiſſet: Cuius verò, obſcurior ſonus citra computantis defeciſſet auditum: recipiebatur quidem in fiſcum, ſed nullum ſummæ præſtabat augmentum. Compluribus ergo nummorum iactibus, quæſtorias aures nulla ſenſibili ſonoritate pulſantibus, accidit: vt ſtatam pro ſe ſtipem erogaturi, multam interdum æris partem inani penſione conſumerent, barbara vtique inſolentia. Hactenus Krantzius. Iudæi porrò, vt inquit Vermilius, annos quadraginta ſubiecti fuerant Palæſtinis, vt hiſtoria Iudicum tradit. Adhortatio hæc ab vtili ducitur, Hac ratione inquiunt, effugietis illorum ſeruitutem, ſi ſtrenuè ac fortiter pugnaueritis. Illud autem ſeruitutis genus videtur miſerrimum, cùm ſeruimus eis, quibus aliquando imperauimus. Proponitur Palæſtinis libertas & ſeruitus, quæ procul dubio ſunt res maximæ, ac propter eas videtur præcipuè dimicandum.

Pauſanias. *Krantzius.* *Inaudita ratio pendendi tributi.* *Vermilius.*

De ſeruitute & libertate.

Seruitus à peccato ducit originē.

SERVITVS primùm inuecta eſt peccati cauſa, quod Philoſophi minimè viderunt. Opinantur quippe ſeruitutem eſſe naturalem, quòd res humanæ ita ſint comparatæ, vt qui polleant A ingenio, dominentur: qui autem viribus corporis valeant, ingenioque deſtituantur, cogantur ſeruire melioribus. Nam æquum eſt, inquiunt, vt quæ potiora ſunt, regant, deteriora verò ſubijciantur. Sed nos credere ſcripturis oportet, ex quibus deprehendimus, ante caſum Adami nullam fuiſſe huiuſcemodi conditionem, poſtea verò ita imminutas & debilitatas humanas vires, vt ægrè quiſquam regere ſeipſum rectè poſſit, tantùm abeſt, vt alios queat perfectè gubernare. Tamen vtcúnque ſe res habeat, Deus certos quoſdam omni temporo ac memoria dotibus excellentioribus inſtruxit, eoſque voluit cæteris imperare. Potuiſſet quidem in illo etiam innocētiæ ſtatu, paucos quoſdam illuſtrioribus virtutibus præ cæteris illuſtrare, nec tamen ſeruitus vlla ibi fuiſſet. B Deinde etiam alia, & quidem grauiora peccata interuenerunt. Vnde cùm filius Noe ſuum parentem irriſiſſet, Chanaan filius eius addictus eſt fratribus in ſeruitutem. Ad hæc bella geri cæperunt in terris, vbi qui non eſſent occiſi, & capti detinerentur, iure belli ſerui dicti ſunt à ſeruando, in quos multa dominis licebat. Siquidem in eos poteſtatem vitæ ac necis habebant: quæ ſucceſſu temporis Romanis legibus eſt mitigata. Quamobrem duriſſima erat ſeruorum conditio, non tamen ita, vt illi audiendi ſint, qui eam opinantur extremum fuiſſe malum. Auguſtinus quippè in ſententiis ſuis, ſententia 53. inquit: Vir bonus nunquam eſt ſeruus, imò ſemper omnium dominus, quamuis C extrema ſeruitute prematur. E diuerſo autem impius, quamuis liber videatur, tamen ſeruus eſt, nec tantùm vnius hominis, ſed tot dominorum, quot vitiis laborat. Nec tamen diſſimulandum eſt, libertatem eſſe rem præclariſſimam. Nam, vt ait Paulus Iuriſconſultus de regulis iuris, l. Non eſt, & l. Libertas: infinita eſt libertatis æſtimatio. Et Caius ait, libertatem omnibus aliis rebus eſſe fauorabiliorem. Sed multi peruersè putant libertatem eſſe *ἀναρχίαν*, per quam cuique liceat, quod libeat. Non autem hoc pacto res habet. Illi enim erant liberi apud Romanos, qui matrimonio legitimo, & ex liberis parentibus procreati eſſent; ita nihilominus, vt Romanis legibus tenerentur. Definitur porrò libertas, quod ſit facultas faciendi quod velis. D Id verò accipiendum eſt, ſi modò voluntas honeſta fuerit, & cum legibus cōſentiat. Diuiditur libertas in tres partes. Nam eſt ciuilis, priuata, & Euangelica. Ciuilis in eo ſita eſt, vt patrium ius retineatur: ideo qui ſe dedunt poteſtati aliorum principum, non videntur dici propriè liberi. Altera pars libertatis ciuilis eſt, vt ius ex æquo dicatur omnibus, idque bonis & moderatis legibus. Priuata libertas eſt, vti diximus, facultas quædam faciendi quod libuerit, modò nihil velis ab honeſto & bonis legibus alienum. Libertas autem Euangelica in eo ſita eſt, vt vltrò & impulſu Spiritus Dei omnia facias, & patiaris, quæ ad illuſtrandum Euangeliū Filij Dei pertineat. Paulus hac libertate præditus aiebat: *Omnia poſſum in eo, qui me corroborat*: non quidem ſimpliciter & abſolutè omnia poterat, ſed ea, quæ ſatis

Serui unde dicti. *Iuſtus nunquam non liber, impius nunquam non ſeruus.* *Quid ſit libertas.* *Libertas triplex.* *Euangelica libertas.*

eſſeot ad ſuam functionem obeundam, prædicando Euangelio Chriſti.

Hoc genus libertatis omninò latebat Palæſtinos, qui tamẽ ſpeciem aliquam ciuilis & priuatæ libertatis habebant, cùm tamen earum neutram veram & integram poſſiderent, quandoquidem bonis legibus non vtebantur; quibus remotis, ea, quæ videtur eſſe libertas, potius eſt quædam carnis licentia. Habuit attamen oratio, qua vtuntur, nnn leue pondus, cùm populo eam libertatem proponerent, cùm nihil facile proponatur popularius, quàm ſit libertas. Quam verò illa fuerint accenſi, eo argomento perſpicuum eſt, quòd cùm eos non lateret vis & potentia numinis Iſraëlitarum, contra ipſum tamen pugnare minimè detrectant; quod erat in Spiritum ſanctum qoodammodo peccare. Nam ſic agendo veritatem cognitam oppugnabant. Hoc idem cernimus hodie permultos facere, qui cùm veritatem Euangelicam prohè intelligant, attamen, vt ne ſcorta, & meretrices, & omnium ſcelerum licẽtiam amittant (paucis verbis immutatis) imitando Palæſtinos, inquiunt: pugnate fortiter, eſtote viri, Euangelium extinguite: quod etſi vera docet, tamen contra ipſum pugnandum eſt, ne fortè adigamor in ſeruitutem, reuocemur in ordinem: &, vel abdicare nos commodis preſentibus, vel noſtras functiones cogamur laborioſè obire. Tom autem fortiſſimè pugnatur, cùm res in ſummum diſcrimen peruenit, & quodammodo redacta eſt ad extremam deſperationem. Hebræi expoſitores opinantur, non eoſdem fuiſſe Palæſtinos, qui cognito arcam veniſſe timuerunt, & eos qui ſua oratione milites ad pugnam inflammabant. At miſſis Palæſtinis Iſraëlitas conſideremus, qui arcæ aduentu confiſi videntur ſecurè admodum egiſſe, cùm ſecuritas & aliàs perpetuò nocet, & in bello præcipuè, vbi duces & milites re dubia ſibi timere, atque cauere magna ſolertia debent. In hac pogna Deus pœnas de ſuis hoſtibus per ſuos hoſtes ſumit, qui tamen ſuæ miſericordiæ ac promiſſionis minimè oblitus, virgam ſuam poſtea coniecit in ignem.

VERSVS 10.

Pugnauerunt ergo Philiſtiim, & cæſus eſt Iſraël, & fugit vnuſquiſque in tabernaculum ſuum: & facta eſt plaga magna nimis: & ceciderunt de Iſraël triginta millia peditum.

Traditiones Hebraica. S. Hieron.

SANCTVS Hieronymus traditiooibus Hebraicis in Geneſim cap. 10. *Et Meſraim genuit Ludim, & Anamim, & Labaim, & Nephturim, & Phtroſim, & Chaſloim, ex quibus egreſſi ſunt Philiſtiim & Caphtorim.* Exceptis, inquit ſanctus Hieronymus, Labaim, à qoo Lybies poſteà nominati ſunt, qui prius Phutei vocabantur, &

A Chaſloim, qui deinceps Philiſtiim appellati ſuot, quos nos corruptè Palæſtinos dicimus, cæteræ ſex Gentes ignotæ ſunt nobis: quia bello Æthiopico ſubuerſæ, vſque ad obliuionem præteritorum nominum peruenere. Poſſederunt autem terram à Gaza vſque ad extremos fines Ægypti. Erat autem Meſraim filius Chã. De ratione belli aliàs. Tabernaculum autem non Caſtrenſe tectum, quod figi, & reuelli, alióqoe transferri poteſt, aut quòd ex tabulis tantùm fieret, vt habet Feſtus: ſed vniuſcuiuſque patriam & domum ſignificat. Non enim in caſtra, vt antè, ſed in ædes proprias refugerunt.

Philiſthiim unde orti.

PEDITVM *triginta millia.*] Strages maxima B edita eſt. Etenim animati forſitan opinione præſentis auxilij, quòd deeſſe oon poſſet arca præſente, diutius Philiſtiim impetum ſuſtinuerant. Perſarum, vt narrat Curtius li. 4. aduerſus Alexandrum pugnantium Dario rege, quorum oumerum victores finire potuerunt, quadraginta millia cæſa ſunt, Macedonum interim minus quam trecentis deſideratis.

Curtius

PEDITVM.] Pedeſtribus copiis primùm vſi ſunt, ſuntque illæ mious quàm eqoeſtres cioibus ſociiſque moleſtæ ac graues. Verumtamen qoàm ſit equitatus quoque neceſſarius, oſtendit Cyrus apud Xeoophontem Cyropædiæ libro 4.

Xenophon

Dicet aliquis, cùm tãtus fuerit cæſorum numerus, fieri vtique vix poteſt, qoin nonnulli ea C calamitate verè pij, & diuini numinis cultores oppreſſi ſint. Hoc, inquitis, & in Deum veſtrũ repercutere eſt, ait Tertullianus Apologetici c. 41. Si quidem & ipſe patiatur propter profanos, etiam, cultores ſuos lædi, admittite prius diſpoſitiones eius, & noo retorquebitis. Qui enim ſemel æternum iudicium deſtinauit poſt ſeculi vitam, non præcipitat diſcretiooem, quæ eſt conditio iudicij, ante ſeculi finem. Æqualis eſt interim ſoper omne hominum genus & indulgens & increpitans. Communia voluit eſſe & commoda profanis, & incommoda ſuis, vt pati cooſortio omnes & lenitatem eius, & ſeueritatem exploremus. Quia æquitatẽ didicimus apud ipſum, diligimus lenitatem, metuimus ſeueritatem: vos contra vtramque deſpicitis: & ſequitur vt omnes ſeculi plagæ nobis ſi fortè in admonitionem, vobis in caſtigationem à Deo obueniant. Atqui nos nullomodo lædimor: in D primis, quia nihil noſtra refert in hoc æuo, niſi de eo quàm celeriter excedere: dehinc, quia ſi quid aduerſi infligitur, veſtris meritis deputatur. Sed etſi aliqua nos quoque perſtringunt vt vobis cohærentes, lætamur magis recognitione diuinarum prædicationum, coofirmantiũ ſcilicet fiduciam & fidem ſpei noſtræ. Hactenus Tertullianus. Nulli igitur illorum facta eſt iniuria, nam qui innocentes fuerunt, & à ſcelere alieoi, martyres occubuerunt, at qui rei quidẽ & violatæ religionis conſcij, percuſſi tamen formidine reſipuerunt, ſuo cruore criminis maculas abluerunt: in pertinaces verò quis oeget iure eſſe vindicatum?

Tertullian.

Iuſtis clades eſt pro corona, reſipiſcentibus veniam imperit, pertinaces vleiſcitur.

VERSVS 11.

Digitized by Google

Versvs II.

Et arca Dei capta eſt: duo quoque filij Heli mortui ſunt, Ophni & Phinees.

Vermilius.

VERMILIVS: Multi valdè mirantur, quomodo ferre Deus potuerit, vt arca ſua præſertim ab impiis caperetur? ſed magis eſſet mirandum, ſi non paſſus eſſet id fieri: Chriſtus quippe ait, *Sabbathum factum eſſe propter hominem, non autem hominem propter ſabbathum.* Quare arca, & reliqua omnia templi ornamenta, ſacrificia, & ſacramenta, hominum ſeruandorum cauſa inſtituta erant. Sed cùm illi iam ea profanaſſent, nec amplius eorum ſaluti, vel diuinæ gloriæ inſeruirent, mirum eſſe non debet, ſi ablata & perdita fuerint. Deerat quippe illis iam finis ad quem erant condita, nimirum, vt eorum ſanctus eſſet & rectus vſus. Proinde cū illis abuterentur Hebræi, Deus maluit illa tolli, quàm vt vlteriùs ludibrio eſſent. Hac eadem ratione paſſus eſt, Salomonicum templum à Nabuchodonoſor, & poſterius à Romanis euerti. Ita Chriſtianorum templa ſæpè legimus fuiſſe direpta, idque à barbaris & idololatris nationibus, quemadmodum etiam hodie ſumma contumelia nominis Chriſtiani turpiſſimè tractantur à Turcis. Hanc plagam Pſal. 78. Dauid fusè deſcripſit: *Adiram*, inquit, *concitauerunt eum in ſuis excelſis, & in ſculptilibus ſuis eum ad æmulationem prouocauerunt, audiuit Deus, & iratus eſt, & abominatus eſt Iſraelem, & dereliquit tabernaculum Silo, tabernaculum ſuum, vbi habitauit inter homines, & tradidit in captiuitatem fortitudinem ſuam.* Contra teſtatur hic locus apertiſſimè, cùm hæc fierent, Iſraelitas habuiſſe idola, quæ præter æquum & fas vnà cum Iehoua colebant, ait quippe Deus, *Gloriam meam alteri non dabo*: & lege vetuit, ne coram ſe, id eſt, vnà cum eo, Deos alienos haberent: quod tamen eueniſſe ſcimus noſtra ætate. Nam Carolus Imperator in bello, quod geſſit aduerſus Proteſtantes, in ſuis caſtris habuit ſimul, & ſacra Eccleſiaſtica, & concionatores, vt iſte vocat, Euangelicos. Iam hoc lege ſancitum eſt, vt ne cui redarguendum videatur. Vnde nec mirum ſi res noſtræ ſemper in peius ruant. In eadem verba ſanctus Theodoretus quæſtionibus in primum librum Regum hæc ſcripſit, quæſt. 13. quod factum eſt, duplicem produxit vtilitatem. Nam Hebræos quidem docuit, vt legitimè quidem viuentes in Dei cōfiderent prouidentia; legem autem transgredientes, neque in ipſa, neque in arca non tangenda confiderent. Cur enim legem transgredientes, arcam ad auxilium traherent, quæ legem intùs habet ſitam? atque iſti quidem ab ea hanc accipiebant vtilitatem. Alienigenæ autem, cum timuiſſent, quando, vbi apparuiſſet arca, vociferati ſunt Hebræi, poſt victoriam autem eam deſpexiſſent, & eam veluti manubias ſuis dedicaſſent idolis, experientia Dei didicere virtutem, &c. quæ ſequenti cap. referentur.

Quare Deus permittat ſua ſacra à peccatis conculcari.

S. Theodoretus.

Arca capta quid doceat.

I.

A Dvo *quoque filij Heli mortui ſunt.*] Philo Biblicus memoriæ prodidit, Ophni & Phinees, cùm pater eos argueret, & ad pœnitentiam hortaretur, reſpondiſſe, cùm ſenuerimus, tum pænitentiam agemus. At illi, cùm primùm pœnitēdi factam poteſtatem neglexiſſent, poſtmodum momento rapti ſunt. *Vocaui*, inquit, *& renuiſtis: Clamabitis, & non reſpondebo, ſed in interitu veſtro ridebo, & ſubſannabo, cùm vos obruerit repentina calamitas.* Legi aliquando apud Sixtum Senenſem, Bibliothecæ ſanctæ libro 6. annot. 312. nonnulla in hanc ſententiam, quæ ſi referam, ſpero lectori non ingrata fore. Ille igitur ſic habet. Chryſoſtom. homilia 2. in Epiſtolā ad Coloſſenſes, ad enarrationem huius clauſulæ, *Ad omnem patientiam & longanimitatem.* Coloſ. 1. ait, nuſquam in ſacris litteris Deo tribui patientiam, ſed crebrò longanimitatem. Verba eius hæc ſunt: Longanimes erga eos ſumus, quos vlciſci poſſumus, patientes verò erga eos ſumus, quos vlciſci non poſſumus. Propterea patientia quidem Deo nunquam tribuitur, longanimitas verò ſæpiſſimè, quemadmodum hic ipſe beatus alibi ſcribens, dicit: *An diuitias bonitatis illius, ac tolerantiæ, longanimitatiſque contemnis?* Videntur huic aſſertioni reclamare quamplurima diuinæ Scripturæ teſtimonia, quæ Deum patientem appellant, & eius patientiam commendant, ſicut in Pſalm. 85. vbi legitur, *Et tu Domine Deus patiens, & multæ miſericordiæ, & verax*, & Pſalm. 144. *Dominus patiens, & multùm miſericors.* De patientia verò eius ſcribitur Eccleſiaſtis 8. *Centies peccator facit malum, & à Deo per patientiam expectatur.* Et ad Rom. 9. *Suſtinuit Deus in multa patientia vaſa aptata in interitum.* Et 1. Petri 3. *Expectabant Dei patientiam in diebus Noë.* Sciendum eſt patientiæ vocabulum duo in ſacris litteris ſignificare, virtutem ſcilicet, qua fortiter aduerſa tolerantur, quæ Deo, cui nulla eſt toleranda calamitas, non aſcribitur, & expectationem quandam, qua errantes ad reſipiſcentiam lōgo tempore expectari ſolent, quæ propriè Deo tribuitur. Vtrumq; patientiæ ſignificatum S. Auguſt. in lib. de patientia cōplectens dixit: Patientia Dei prædicatur, non in hoc, quod malū aliquod patiatur, ſed in hoc quòd expectat malos, vt conuertantur. S. Chryſ. itaque ad priorem ſignificationem reſpiciens, rectè annotauit nullibi in ſanctis libris patientiæ nomen Deo tribui. In his enim, vbicunque Deus patiens appellatur, Hebraicè legitur אֶרֶךְ אַפַּיִם *erech Aphaim*, longus iris, id eſt, tardus ad iram, Græcè verò μακρόθυμος, hoc eſt longanimis. Similiter, vbicumque fit diuinæ patientiæ mentio, apud Hebræos habetur תִּקְוָה *thikuah*, id eſt expectatio, apud Græcos vero μακροθυμία, id eſt longanimitas, ſiue ἀνοχή: quæ vox teſte Ammonio propriè ſignificat inducias, quæ iſto fœdere hoſtibus in bello conceduntur, vt vltro citróque commeent de pace tractaturi. Vtráque voce vſus eſt Paulus ad Rom. cap. 2. Inquiens, ἢ τοῦ πλούτου τῆς χρηστότητος αὐτοῦ, καὶ τῆς ἀνοχῆς, καὶ τῆς μακροθυμίας καταφρονεῖς, hoc eſt, an diuitias bonitatis illius, ac indiciarum, & longanimitatis contemnis?

Dvo qvoqve filii Heli.

Philo Biblic.

Tarda pœnitentia.

Sixtus Senen.

S. Ioan. Chryſ.

ad Rom. 2.

Quomodo Deus dicatur, aut negetur patiens.

S. August.

Digitized by Google

Sed iam tempus eſt vt ad hiſtoriam reuertamur. Igitur duo illi filij Heli cùm arcam geſtareot, in acie perierunr. Edilfridus Anglotum Rex, quo tempore adhue inani Deorum gentiliũ ſuperſtitione obſtrictus tenebatur, & erat cum Britonibus ſchiſmaticis ſigna collaturus, animaduertens non paucos eotum Sacerdotes, ac Monachos ſeorſum ab aliis orationi vacare, re intellecta, Ergo, inquit, ſi aduerſum nos Deum ſuum clamant, profectò & ipſi, quamuis arma non ferant, contra nos pugnant, qui aduerſis nos imprecationibus perſequuntur. Itaque in hos primùm arma verti iubet, quos omnes, paucis admodum fuga elapſis, inermes atque indefenſos nullo negotio interemit: quod non ita pridem vita functus ſanctus Auguſtinus iiſdem futurum prædixerat, cùm ſe Anglis Euangelij fidem prædicaturos negatent. Author eſt V. Beda libro 2. capite 2. hiſtor. Anglorum. Verum is, dicet aliquis, à vera fide ac pietate alienus erat, quo minus mirum videri debet, ſi externæ teligionis antiſtites minimè reuerirus eſt. Attamen idem quoque aceidiſſe Burchardo Loſanæ Epiſcopo Dodechinus memorat ad annom 1089. Is enim cùm Henrici 4. Imperatoris partes ſequeretur, cui ſanctus Gregorius 7. & eius ſucceſſor Vrbanus ſacris interdixerant, & Imperatori lanceam præferret, quam Domini latus olim pupogiſſe ferebanr: eo prælio, quo cum Eggeberto Marchione Imperator conflixit, interemptus eſt. Arnulphus item Auſæ in Hiſpania Epiſcopus, Aetius Barcinonis, & Otto Gerudæ, cùm armati Arabum ſigna ſequetentur, Deo vindice ab hoſtibus cæſi ſunt. Fuit enim aliquando tempus, quo tempore peſſima ea conſuetudo in Hiſpania obtinoerat, vt Epiſcopi in numeros relati, pro Arabibus contra Arabes ferro decernerent. Refert Cardinalis Baronius in Annal. ad annom 1010. At præter Gallorum conſoetudinem Salonios, & Sagittarius bellatores Epiſcopi, de quibus freqoens mentio eſt apud ſanctum Gregorium Turonenſem, arma tractahaot, quemadmodum & Philippus quidam Belluacenſis antiſtes: quem cùm Angli pro Francis dimicantem cepiſſent, & is priuilegio ordinis ſui liberari poſceret, iuſſit Richardus tex eiuſdem loricam ad ſommum Pontificem Cœleſtinum tertium deferri, atque his verbis interpellari: *Vide an tunica filij tui ſit an non.* Qui reſpondit: non is filius meus, nec Eccleſiæ, ad regis voluntatem redimatur, quia potius Martis, quam Chriſti miles iodicarur. Contigit anno 1196. vt ſcribit Matthæus Pariſ. quod ſi tamen, cùm bellum geritur, ſacerdotes, qui apud hoſtes ſuut, ferro non vtantur, neque oecidi, neque capi, aot pro hoſtibus haberi debent: ſed tanquam qui pro Deo ad omnes legatione fungantur, ſacri atque inuiolabiles exiſtimandi ſunt: idque non ſemel ab ipſis ethnicis religioſè obſeruatum legimus. Nam cùm Syracuſas cepiſſet Marcellus, iuſſit milites à ſacerdotibus abſtinerent. Polyænus libro octauo Stratage. Alexander irem Macedo, cùm Thebas euerteret ac ſolo æquaret, ciuium ſex millia interimeret, 300. autem millia haſtæ ſubiiceret, ſacerdotes tamen omnino non violauit, vt tradit Plutarchus in eius vita. Qui iterum in vita Alcibiadis eundem ſcribit, cùm prouincias Pharnabazo ſubiectas populabundus vaſtaret, captos ſacerdotes, atque Veſtales ſine pretio liberos abire permiſiſſe. Sanctus verò Hildebertus, vt ad noſtros redeam, cùm eſſet Cænomanenſis Epiſcopus, & ab Huberto quodam Rotbroci comitis dapifero captus eſſet, pecunia redimi noluit: ſed is quidem Hubertus, qui ſacrilegas manus in eum miſerat, ab Epiſcopo Carnotenſi anatbemate percuſſus eſt: ipſe vero Hildebertus ad omnes Epiſcopos ſcripſit Epiſtolam, quæ eſt numero 39. in qua hæc leguntur. Infamis eſt redemptio, qua libertas perit Eccleſiæ, qua ſeruitus compararur. Ego certè tanti vitam non facio, vt breuem diligam, & redemptam. Malo periclitari de ea, quàm pro ea communem conculcare libertàtem.

V. Beda.

Occiſi in bello ſacerdotes.

Dodechin.

Baronius.

S. Gregor. Tur.

Matthæus Paris.

Gen. 37.

Sacerdotem, ſi ferro abſtineat, in bello violare nefas.

Polyænus.

Plutarchus

S. Hildebertus.

An ſacerdotes militare liceat: aut ſaltem eorundem facultatibus ad bellicos ſumptus abuti.

NVM igitur protſus noo licet Sacerdotes in caſtris verſari? imo licet, vt periclitãtibus opem ferant: ſed nullo modo licet ſanguinem fundere. Quid ſi, poſtquam eos militare non licet, reges & principes eorũ loco pugnaturos milites ſufficiant, & in bellicos ſumptus eorundam facultates expendant, hoc ipſom noo licebit, aut etiam expediet? ne lectorem tædio afficiam, cætera volens omittam: vnum tantùm atque alterum maiorum noſtrorum auitæ virtutis teſtimonium proferam, quæ huic quæſtioni abundè ſatisfacient. Hæc verò, tametſi pluribus verbis ſcribantur, futurum tamen ſpero vt grato atque alacri animo legantur, vt puta qoæ ſunt à piiſſimis, tum regibus, tum parentibus noſtris iam olim religioſè inſtituta, & ad memoriam poſteritatis ſempiternam Caroli Magni Capitularibus inſerta atque commendata. Primùm igitur ponam totius gentis libellum ſupplieem, quo à rege poſtolabat, ne ſacerdotes militare cogerẽtur: deinde leges ipſas, quæ propterea promulgatæ ſunt, & quæ ſimul etiam admonerent ab eorundem poſſeſſionibos abſtinere, ne dum perſonis cauetur, interim poſſeſſiones diriperentur. Sopplicatio illa referente Benedicto Leuita libro 6. Capitular. Capitulo 285. hunc titulom præfert.

De generali totius populi ſupplicatione apud principem pro ſacerdotum cauſa, ne in hoſtem aut pugnam pergerent; & quale eis omnibus ex hoc immineat periculum. Ex Capitulis domni Caroli Imperatoris Vuormatiæ generaliter decretis atque ab omnibus firmatis, & cunctis pro lege tenendis contraditis.

Capitularia Caroli Magni.

Mox ſic incipit.

FLEXIS omnes precamur poplitibus maieſtatẽ veſtram, vt Epiſcopi deinceps, ſicut ha-

Supplicat populus ne ſacerdotes militent.

Digitized by Google

ctenus non vexentur hoſtibus, ſed quando vos noſqoe in hoſtem pergimus, ipſi ptoptiis reſideant in parochiis, Deóque fideliter famulari ſtudeanr, & earum ſacroſancta myſteria Canonicè, & Deo placitè peragere ſatagant, atqoe pro vobis & cuncto exercitu veſtro voà cum omnihus ſibi commiſſis orare viriliter, miſſáſque decantare, & letanias atque eleemoſynas facere decertent. Quoſdam enim ex eis in hoſtibus & prælíis vuloeratos vidimus, & quoſdã periiſſe cognouimus. Hæc valdè periculoſa, & oppidò ſunt cauenda; quæ idcirco ſuggerimus, ne pro talihus vos & nos ſimul pereamus: nouit Dominus, quãdo eos in talibus videmus, terrot adprehendit nos, & quidam ex noſtris timore perterriti, propter hoc fugere, & inimicis terga vertere ſolẽt. Plures enim poteſtis hahere præliatores, ſi illi propriis reſident parochüs, quã ſi vohiſcum pergũt. Quoniam illi qui eos præuident, omnes tunc pugnabunt: quod modo nequaquam faciuot, ſed eos tantummodo cuſtodiunt. Nam ſine dubio potius vobis nobiſque proficere poſſunt, ſi remanſerint, quam ſi in hoſtem vel ad pugnam perrexerint: quia tunc eorũ ptecibus adiuuamur, & modo eorum preſſuris grauamur. Quando verò Moyſes expanſis manihus orabat, vincebat Iſrael: & qoando à precihus ceſſabat, & manus eius grauabantur, priuſquam ſuſtentatæ fierẽt, & ipſe precibus inſiſteret, vincebatur, & terga vertebat. Talibos ergo & multis aliis exemplis fulti, quotum prolixitatem vitantes modo non dicimus, qoia ſapiẽti ſemel dicta ſufficiunt prædicta, obnixè omnes precamur, & vt concedanrut togamus, quia nullatenus volumus adſentite, vt nobiſcum ad talia pergant: niſi duo aot tres bene docti, electiooe videlicet cæterorum, ad benedictionem dandam, & ad periclitantium reconciliationem faciendam, ne vos & nos ſimul cum pluribus pereamus, ſed eotum precihus, vt iam memoratum eſt, fulciamur. Quam formam, & de ſacerdotibus tenere optamus, id eſt, vt nec illi in hoſtem niſi benè docti, & ipſi electione atque permiſſione propriorum Epiſcoporum, qui tamen tales ſint, de quorum ſcientia & vita ac conuerſatione omnes ſecuri eſſe poſſimus. Illud tamen vobis & omnibus ſcire cupimus, quod non propterea hæc petimus, vt eorum res, aot aliquid ex eorum pecuniis, niſi ipſis aliqoid ſpontè nobis dare placuerit, aot eorum Eccleſias viduari cupiamus: ſed magis eis, ſi Dominos poſſe dederit, aogere deſideramus, vt & ipſi, & vos, & nos ſaluiores ſimus, & Deo potius ipſo amminiculante placere mereamur. Scimus enim res Eccleſiæ Deo eſſe ſacratas, ſcimus eas eſſe oblationes fidelium, & ptetia peccatorum: quapropter ſi quis eas ab Eccleſiis, quibus à fidelibus collatæ Deóque ſacratæ ſunt, aofert, procul dubio ſacrilegium committit. Cæcus enim eſt, qui iſta non videt. Quiſquis ergo noſtrum ſuas tes Eccleſiæ tradit, Domino Deo illas offert atqoe dedicat, ſoiſque Sanctis, & non alteri, dicendo talia, & agendo ita. Facit enim Scripturam, de ipſis rebus, quas Deo dare de-

Plus prece quàm ferro ſacerdotes iuuare poſſunt.

Sacerdotes ad quid in caſtris.

In caſtrenſi Sacerdote ſcientiam & conſcientiã requirunt.

Nolunt Fratres ſacerdotes bellicorum ſumptuum eſſe participes.

De bonis Eccleſiaſticis quid ſenſerint noſtri maiores.

A ſiderat, & ipſam Scripturã corã altari, aot ſupra tenet in manu dicens eiuſdẽ loci ſacerdotibus atque cuſtodihus: Offero Deo, atq. dedico omnes res, quæ hac in chartula tenẽrur inſertæ, pro remiſſione peccatorum meorum, ac parentum, & filiorum, aot pro quocunque illas Deo deliherare voluerit ad ſeruiendum ex his Deo in ſacrificiis, miſſarumqoe ſolemnüs, orationibus, luminariis, pauperum ac clericorum alimoniis, & cæteris diuinis cultibus, atque illius Eccleſiæ vtilitatihus. Si quis autem inde, quod fieri nullatenus credo, abſtulerir, ſuh pœna ſacrilegij ex hoc Domino Deo, cui eas offero atque dedico, diſtrictiſſimas reddat rationes. Ponit etiam in ea alias coniurationes, quas enumerare longum eſt. Nam qui eas inde poſtea B aufert, quid agit niſi ſacrilegium? Si ergo amico quippiam rapere furtum eſt, Eccleſiæ verò fraudari vel auferri induhitanter ſacrilegiom eſt. Vnde & in ſacris Canonihus Spiritu Dei conditis habetut ita. Si quis oblationes Eccleſiæ extra Eccleſiam accipere, vel dare voluerit præter Epiſcopi licentiam, vel eius cui huiuſcemodi ſunt officia commiſſa, nec com eius voluerit agere conſilio, anathema ſit. Abſit enim, vt rerum Eccleſiarum cupiditate vel ablatiooe ſactilegi, aut anathema efficiamur, aut talibus laqueis vnquam deuinciamor, quoniam ſcimus anathematos homines, vel ſacrilegos, non ſolùm infames, & à conſortio fidelium, priuſquã hæc per publicam ſatisfactionem, Eccleſiæ & Epiſcoporum reconciliationem, manuſqoe impoſitionem emendent, alienos eſſe, ſed etiam à C reguo Dei extotres fieri, ſi in talibus defecerint non dubitamus. Vt ergo omnis ſuſpicio à nobis cunctis ſacerdotibus, & omnibus Chriſti, & Sanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus funditus aoferatur, profitemur omnes, ſtipulas dextris in manibus tenentes, eaſque propriis è manihus eiicientes, coram Deo & Angelis eius, ac vobis cunctiſque ſacerdotibus, & populis circunſtantibus, nec talia facere, nec facere volentibus conſentire, ſed magis Deo auxiliante teſiſtere. Et hoc vohis omnihuſque fidelibus Sanctæ Dei Eccleſiæ, & noſtris notum eſſe cupimus, qood cùm his qui abſque voluntate, aut conſenſu, vel datione rectoris illius Eccleſiæ, cui ipſæ res iuſtè eſſe debentur, & maximè proprij Epiſco- D pi res Eccleſiæ à regihus petere, aut retentare, vel auſette, aut inuadere, vel vaſtare præſumpſerint, nec in hoſtem, nec ad pognam ire, nec cibum ſumere, nec ad Eccleſiam, vel ad palatiũ, aut in itinere pergere, nec etiam nuſtros homines cum eorum hominihus, aot caballos, vel teliqua pecora noſtra cum eorum pecoribus, aut ad paſtum ire, aut ſimul hahitare vel manere, nec vllam participatiooem cum eis, niſi pro emendatione ante publicam emendationem & Eccleſiæ ſatisfactionem vnquã ſcienter, aut lihenter hahere deheamus, ne pro eorũ iniquitatibus atque flagitiis vnà com eis nos & noſtri, quod abſit, pereamus. Scimus enim quia perit iuſtus pro impio. Tales vero à nobis, ſi nos fideles hahere vultis, ſegregate, & in ergaſtulum ſub publica pœnitentia redi-

Vetus formula tradendi ſuas res Eccleſiæ.

Vetus formula cuius frequens mentio eſt in lege Salica.

Eos, qui res eccleſiaſticas à regibus peterẽt, vel inter poſteros, quàm diris execrationibus maiores noſtri deuouerint.

gite, & poſtulata concedite. Vt ergo hæc omnia à vobis & à nobis, ſiue à ſucceſſoribus veſtris, & noſtris futuris temporibus abſque vlla diſſimulatione coo ſeruentur, ſcriptis Eccleſiaſticis iuſerete iubete, & inter veſtra capitula interpolare præcipite. Hactenus totius populi ſupplicatio, & oraiorum noſtrorum ſacroſancta ſponſio, qua etiam poſteros ſuos teteneri voluerunt.* Ni verear, ne quis me puter in noſtrorum temporum infœlicitatem inſultare voluiſſe, ex his verbis annotarem, quo tandem noo modò ſacrilegio, verum etiam parentum ſuorum deuotione atque execratione Eccleſiaſticas poſſeſſiones poſteriores inuadant, quanquam verba ipſa ſatis per ſeaperta ſunt, uec commentario indigent. Hoc vnum velim reges noſtri animaduertant, quod non tam liberè dictum, aut ſi vis etiam contumaciter, quàm propheticè enuntiatum arbitror, nimirum, *tales à nobis*, ſi nos fideles habere vultis, ſegregate, & in ergaſtulum ſub publica pœnitentia redigite, & poſtulata concedite. Defectiooem, dicet aliquis, minantur, niſi Eccleſia ſacroſancta & inuiolabilis habeatur. Certè etſi aliter interpretandum cenſeam, miſera tamen horum temporum conditio, quibus non modò reges decimas quas vocant, ex Eccleſiis percipiunt, verum etiam eaſdem ob amplas poſſeſſiones impuriſſimis nonnunquam nebulonibus non ſolùm laicis, ſed etiam hæreticis iure uominandi, quod à ſede Apoſtolica impetrarunt, addicunt, ſatis teſtatur parentum diras execrationes in filiis, postquam eorundem ſacramenta, fidem, atque anathemata contemnunt, obtinere. Vndenamque tot regum cædes, tot populorum defectiones, vrbium prouinciarumque alienatiooes? Alij certè alias, & quidem ad id, de quo quærimus, proximè accedentes cauſas afferre poteruut, vereor tamen ne hæc ſit prima mali labes, & occaſio, quòd dum ea, quæ Dei ſunt, in ſuum ius transferte conantur, ipſi viciſſim quæ ſunt Cæſaris, Deo vlciſcente ſuas iniurias, amittant. Verùm, an hæc quoque Imperator ſuo conſeoſu, atque authoritate rata eſſe voluerit, videndum eſt. Quid igitur ille ad hæc reſpondit? Capitulo ſequenti, Omnibus, inquit Carolus Imperator, notum eſſe volumus, quia non ſolùm ea quæ ſuper Epiſcoporum & Presbyterorum hoſtium vexationibus, & precibus pro nobis & vobis fieri cogitaſtis, concedere optamus, ſed quicquid pro Sanctæ Dei Eccleſiæ, & ſacerdotum, ſiue totius populi, & veſtra vtilitate inueneritis, concedere paratiſsimi ſumus, & modo iſta, ſicut petiſtis, conſultu omnium fidelium noſtrorum ſcriptis firmare noſtris, noſtrorumque atque futuris temporibus inrefragabiliter maneuda firmiſſimè Domino amminiculante cupimus: modò ea quæ generalia ſunt, & omnibus couueniunt ordinibus ſtatuere, ac cunctæ Sanctæ Dei Eccleſiæ, noſtriſque fidelibus ob Dei omnipotentis amorem & recordationem tradere parati ſumus: & ad proximum ſynodalem noſtrum conuentum ac generale placi-

Execratio illa deuotioque parentum noſtrorum quam vim habeat mala noſtra teſtantur.

A tum, vbi plures Epiſcopi & comites conuenerint, iſta ſicut poſtulaſtis, firmabimus. Hoc ipſum præſtat libri 7. capitular. cap. 91. Et iterum eiuſdem libri capite 103. Secunda vice, inquit, propter ampliorem obſeruantiam Apoſtolica authoritate, & multorum Sanctorum Epiſcoporum admonitione inſtructi, ſanctorumque Canonum regulis edocti, conſultu videlicet omnium nobilium noſtrorum noſmetipſos corrigentes, poſteris noſtris exemplum dantes, volumus, vt nullus ſacerdos in hoſtem pergat, niſi duo vel tres tantùm Epiſcopi electione cæterorum propter benedictionem, & prædicationem, populique reconciliationem, & cum illis electi ſacerdotes, qui benè ſciant populis pœnitentias dare, miſſas B celebrare, de infirmis curam habere, ſacratique olei cum ſacris precibus vnctionem impendere, & hoc maximè prouidere, ne ſine viatico quis de ſeculo recedat. Hi verò nec arma ferant, nec ad pugnam pergant, ſed tantùm Sanctorum pignora, & ſacra miniſteria ferant, & orationibus pro viribus inſiſtant, & cætera, & poſt alia quædam: Gentes enim, ait, & reges earum, quæ ſacerdotes ſecum pugnare permiſerunt, nec præualebant bello, nec victores extiterunt, quia nou erat differentia inter laicos & ſacerdores, quibus pognare non eſt licitum. Hæc verò Galliarum, Spaniarum, Longobardorum, nonnullaſque alias gentes, & reges earum feciſſe cognouimus, qui propter prædictum nefandiſsimum ſcelus, C nec victores extiterunt, nec patrias retinuerunt, & cætera, nam pluribus ſacerdotum dignitatem commendat.

Plurima Apoſtolica autoritate fultus Carolus Mag. conſtituit.

Officia ſacerdotum in caſtris.

Sequenti verò capite, quod eſt libri 7. 104. de eorundem poſſeſsionibus cauit, & illam à ſe ſuſpicionem depellit, qua id apud nonnullos malè audiebat, tanquam militiæ vacationem non tam indulgeret ſacerdotibus, quàm venderet, reiectis quidem per contemptum hominibus, facultatibus autem ſibi ſuiſque attributis. Sic igitur ſcribit: Quia inſtigante antiquo hoſte audiuimus quoſdam nos ſuſpectos habere, propterea quod conceſsimus Epiſcopia & Sacerdotibus, ac reliquis Dei ſeruis, vt in hoſtes, niſi duo aut tres à cæteris electi, & ſacerdotes ſimiliter perpauci ab eis electi non irent, ſicut in prioribus noſtris continetur caE pitularibus, nec ad pugnam properarent, nec arma ferrent, nec homines tam Chriſtianos quàm paganos necarent, nec agitatores ſanguinum fierent, vel quicquam contra Canones facerent, quod honores ſacerdotum, & res Eccleſiarum auferre vel minores eis voluiſſemus, quod nullatenus facere velle, vel facere volentibus cōſentire omnes ſcire cupimus. Sed quanto quis eorum amplius ſuam normam ſeruauerit, & Deo ſeruierit, tantò eum plus honorare, & cariorem habere volumus. Et vt hæc certius credantur, & per futura tempora conſeruentur, præcipimus vt nullus res Eccleſiæ niſi precariò poſsideat, & poſtquā ipſæ precariæ finitę fuerint, faciant poteſtatiuè ſpeculatores Eccleſiæ vtrum elegerint, aut vt ipſas res

Eccleſiaſticas res aliter quàm precariò laici non poſſideant: ob earum enim vſurpationem inclyta regna corruerunt.

Digitized by Google

recipiant, aut poſteris eorum ſub precario & cenſu habere permittant. Ita tamen vt ipſi proprias & vtiles res eiſdem Eccleſiis, de quarum iure eſſe videntur legaliter tradant, & ſic à rectoribus earundem Eccleſiarum precariæ ſi renouandæ ſunt, canonicè renouentur. Nouimus ergo multa regna & reges eorum propterea cecidiſſe, quia Eccleſias ſpoliauerunt, réſque earum vaſtauerunt, abſtulerunt, alienauerunt, vel diripuerunt, epiſcopíſque & ſacerdoribus, atqoe quod magis eſt, Eccleſiis eorum abſtulerunt, & pugnantibus dederunt. Quapropter neq fortes in bello, nec in fide ſtabiles fuerunt, nec victores extiterunt, ſed terga multi vulnerati, & plures interfecti vetterunt, regnáque & regiones, & quod peius eſt, regna cœleſtia perdiderunt, atque propriis hęreditatibus caruerunt, & hactenus carent, &c. Nam plura habet ibidem digna qoæ legantur, & ſequenti capite, vbi etiam rerum Eccleſiaſticarum inuaſiones ſacrilegij pœna plecti iubet, in numero eorum criminum & maleficiorum, quibus populi & nationes funditus intereunt, primo loco recenſet. Quę omnia, breuitati ſtudentes, tranſcurrimus.

Qui res Eccleſiaſticas inuadunt, nec in bello fortes, nec in fide ſtabiles exiſtunt.

Exemplum tamen vnum ſubiiciam nobiliſſimi imperatoris atque piiſſimi Ottonis primi, quod Luitprandus libro 4. geſtorum per Europam, cap. 15. retulit. Quidam, inquit, comes cum eo erat, cuius multitudo militum regis aciem condecorabat. Hic itaque videns quamplurimos ex regis acie deſertores ac transfugas fieri: non interiorem, ſed exteriorem conſiderans hominem tacitus hæc ſecum voluere cœpit. Quicquid à rege in hac turbatione conſtituto petiero, ſine dubio impetrabo, præſertim cū & acte nobis bellum immineat, ac ſe ne deſeram, timeat. Nuntiis itaque directis Regi ſupplicat: vt Abbatiam quādam Laureſheim dictam prædiis ditiſſimam ſibi concedat: cuius poſſeſſionibus, quod ſibi deerat, militibus ſuis miniſtrare præualeat. Rex autem columbina non ſolùm ſimplicitate, ſed vt erat viperina calliditate ſuffarciuatus, non hoc quid portenderet minimè aduertere potuit. Vnde & huiuſmodi nuntiis apologeticum dedit. Illi, quid ſuper hac re ſententiam, verbis ipſe potius explicabo quàm nuntiis. Quod qui hoc direxerat audiens, immenſa eſt animi affectus lætitia, ſperans ſe quod popoſcerat impetraſſe. Vnde & moræ impatiens regem adiit: eumque ſententiam ſuper hac re proinde poſtulauit. Cui rex populo circunſtante: *Obedire*, inquit, *magis oportet Deo quàm hominibus.* Quis enim ſanum ſapiens ignorat te hæc non humilitate petitionis, ſed comminationis auctoritate dixiſſe: ſcriptum eſt enim. *Nolite ſanctum dare canibus.* Quod quamuis à doctoribus ſpiritualiter intelligendum eſſe præcipitur: ego tamen ſatis me dare canibus ſanctum cenſeo: ſi monaſteriorum prædia, quæ à religioſis viris Deo ſunt militantibus tradita, tulero, & ſeculo militantibus dedero. Tibi verò tam procaciter iniuſta petenti ſub teſtimonio totius populi, nec hoc, nec aliud vnquam te à me accepturum eſſe teſtificor. Si cordi tibi eſt cum cæteris infidelibus auolare, quanto citius tanto melius. His auditis quia facies ſpeculum eſt mentis: cordis verecundiam vultus rubore nudauit: concitúſque ad regis pedes corruens ſe peccaſſe, ſe grauiter deliquiſſe confeſſus eſt.

Luitprand.

Eccleſiaſtica bona tribuere ſeculo militantibus, idē eſt, quod dare ſanctū canibus, Ottone Imper. Interprete.

Perpēde itaque qua conſtantia Dei athleta non ſolùm viſibiles, verumetiam inuiſibiles conterat hoſtes. Antiquus etenim hoſtis non ei ſe nocuiſſe potauit, dum tot fortiſſimos principes contra illum ſurgere perſuaſit: fratrem etiam, qui vi regnum auferret inſtigauit: quoniam hęc exteriora eſſe damna cogno[illegible]: quio & præfatum comitem ad expetendam ſanctorum hæreditatem incitauit, quatenus rex eo velocius offenſam Dei incurreret, quo ſeruorum Dei ſtipeudia ſuis iniuſtè militibus traderet. Verùm quia nequiuit: nunc quantum rex ſanctus, delectionis huius conſtantiam Deo pro ſe pugnante, creuit, in medium proferamus. Sequenti capite Gilberti, & Euerardi interfectionem narrat cum victoria. Hactenus Luitprandus. Denique etiam S. Ioannes eleemoſynarius Archiepiſcopus Alexandrinus, cùm Heraclio imperatore aduerſus Perſas expeditionem parante, pecuniarum collectio vndique fieret ex Eccleſiis, exhauſto quippe dudum ærario, & populo penè ad incitas redacto, tributa ſatis eſſe non poterant: & Niceta patricio agente ab Eccleſia Alexandrina pecunię auferrentur, conſentire noluit, neque ea, quæ iam Deo conſecrata eſſent, & in pauperum alimenta erogarentur, in militum ſtipendia conferri æquanimiter tulit, ſed eſſe ſacrilegium docuit, nec poſſe vlla ratione approbare. Aſportari tamen non mediocrem pecuniarum vim patricius iuſſerat, cùm ſubitò miraculo perterritus, etiam cum fœnore reſtituit. Auctor eſt Leontius Epiſcopus Neapoleos Cypri in eius vita.

Leontius Epiſcopus.

Eccleſiaſticas pecunias tametſi bellum in Perſas fidei hoſtes ſuſciperetur, ſanctus Ioan. eleemoſynarius in bellicos ſumptus conferre noluit.

His poſtremò tanquam coronidis loco luculentiſſimum Alexij Comneni Gręcorum imperatoris teſtimonium ex aurea eius bulla attexam. Is igitur in illa, poſt nonnulla imperij deſcripta pericula atque incommoda, ſic loquitur: Ex quo euenit, vt in ſummam rerum anguſtiam adducti, iiſqoe omnibus exuti, quæ lapſis alioqui adiumentum aliquod adferre poterant, tandem vel ſacra diuináque dinodia contingere, iiſque noſtram ſolari inopiam ſtatuerimus. Quod certè facinus in pleriſque ſacris diuiniſque Eccleſiis admiſſum eſt: nec ſacrorum donariorum pauca, in publicos ceſſerunt vſus. Neqoe eò quidem adacti ſumus, vt quicquam molitemur vel in Dei contumeliam & contemptum, vel in eorum deſpectum, quæ illi pia conſecrauit antiquitas (quod omen Deus ab omni animo Chriſtiani nominis amantiſſimo auertat) ſed vrgente temporum neceſſitate, atque etiam coonſilio noſtro quod medio ſe operi immiſcuit. Imperatoriæ enim maieſtatis noſtræ animo viſum eſt, nulla Deum ira inde percitum iri, vbi mens malè conſcia nullius criminis agentem reum coargueret. Cùm autem quicquid in imperatoriis ærariis ſupererat, exhauſtum & inſumptum eſſet, nec in vllos vſus neceſſarios ea ceſſiſſent, quæ à ſanctis extorſeramus Eccleſiis: tum verò conſilium omne noſtrum tot vndiq; periculis Romam circumuallantibus inuerſum & labefactatum eſt. Quo-

Alexius Comneaus imper.

Quam malè cedat Deo dicata vſurpantibus.

DVO QVOQVE FILII HELI.

circa pleriſque in locis hoſtium noſtrorum cornu exaltatum eſt; noſtríque adeo imperij nauiculæ naufragium imminet, oiſi præpotens Dei virtus iis, quibus aſſolet iudiciis, illam vindicet, procellámque ipſam io auram conuertat. Itaque imperatoriæ maieſtati noſtræ maiore cura diſquirendum & inueſtigandum eſſe viſum eſt, quid tandem ſit illud, quod tantam Dei iram concitauit, violentúmque eius fororem in nos exacuit. Prætereà cum viris diuino maximè ſpiritu afflatis de re ipſa conſilium iniit: & posteaqoam certior ab illis facta eſt, ſatis eſſe cauſæ cur in nos ita diuina excanduiſſet, quod profanis manibus ſacra venerandáque ſanctarum Eccleſiarum vaſa contrectaſſemus (etiamſi nulla nos improbitas, maléue conſcia mens eò permouiſſet) quia nimirum neque res diuinæ pro- B fanandæ ſint, nec à Dei manibus repetenda, in alióſve vſus conoertenda ea, quæ ſemel illi conſecrata fuerint: operæpretium illi fore viſum eſt, & futurum mali impetum reprimere, ne vllo in poſterum tempore inter Chriſtiani nominis principes irrepat: & præteritis, quoad eius fieri poſſet, præſens adferre remedium. Quamobrem vt ſit erranti medicina confeſſio: coram Deo & hominibus imperatoria ſe maieſtas prolapſam fatetur: veniámque delictis quæ temere admiſit, ex intimis animi adytis poſtulat: ſéqoe omnia quæ ſui ſunt imperij, diuino numini mãcipaturum, eáque viribus imperatoriis denuò reſtituturom pollicetur, quæ in hodiernum vſque diem ab Eccleſiis Deo ſacris ablata, in publicóſque vſus malè verſa ſunt: ſi modò, quæ C orbem vniuerſum exagitat, procella deſæuierit, imperióque ſtatus melior reſtitutus fuerit. Hęc enim perſoluenda nihilo ſeciùs quam priuatum aliquod debitum in ſe recepit: oec ſe ſanctis obæratum Eccleſiis inficiatur. Quare in poſterum tum ſibi, tum poſt ſe futuris Chriſtiani dogmatis principibus, aurea hac bulla legem noo minus obſeruandam imponit, quàm ſi à Deo ipſo dictaretur. *Ne quis poſthac ſacra temere contrectet:* etiamſi vel Cadmea neceſſitas vrgeat, ne manus impuras ſacris rebus iniiciat, ne profana ex diuinis dinodia fiant, dum in publicos vſus circunferuntur. Et poſt aliqua. Quod ſi quis (Domine Deus) in poſterum manus ſacris & diuinis dinodiis, vtenſilibus & vaſis, qoę ſacris olim & venerandis Eccleſiis tuis dicata, vel in poſterum dicanda fuerint, iniicere audeat: is, ne lu- D mine in die viſitationis tuæ fruatur, nec ſol illi matutinus illuceſcat, nec tuo hic auxilio, nec tua iſthic diuina protectione gaudeat: ſed vbique deſpectos à te, deſertuſque iaceat, &c. Datum menſe Auguſto quintæ indictionis, anno quater milleſimo quingenteſimo nonageſimo, qoo quidem tempore pium quoque hoc, & Deo ſubditum imperium nobis deſignatum eſt. Ex tomo 3. Biblioth. Patrum.

Docet futuros principes, vt à ſacris facultatibus abſtineant.

Dira execrationes in eos qui ſacrata Deo vſurparent.

Biblioth. Patrum.

VERSVS 12.

Currens autem vir de Beniamin ex acie, venit in Silo in die illa, ſciſſa veſte, & conſperſus puluere caput.

NONNVLLI ex Hebræis, vt inquit Vermilius, iſtum, qui fugit, Saülem fuiſſe perhibent. Addúntque illum, cùm arcam abduci videret, manus in eam iniecisſe, ac inde abſtuliſſe legis tabulas, atque huc Græca verſio alluſiſſe videtur, quæ virum illum Iemineum appellat. Nam ex ea familia Saül genus dixit. Kimhi hanc opinionem ſic refellit. Oza percuſſus eſt, quòd arccam attigerit, veritus ne in terram caderet. Et Palæſtini fuerunt non leuiter afflicti, quòd eam apud ſe detinuerint. Bethſamitæ quoqùe pœnas dederunt, quòd in eam curiosè intuiti eſſent. Quare concludit Saüli eam non licuiſſe contingere, atqoe tabulas legis indè auferre. Venit inſperſo puluere capite, & conſciſſis veſtibus. Mos iſte fuit lugentium, vt ſe puluere conſpergerent, veſtémque diuiderent. Facit iſtud apud Homerum, antiquitatis omnis locupletiſſimum teſtem, Achilles comperta Patrocli nece, capot cinere reſpergens, vt notauit Iunius Commentarij de coma cap. 5. & Priamus poloere aſperſus Hectoris filij mortem luget: quod & Præficæ apud Romanos in monodiis factitabant. Dionyſius Halicarn. antiquitat. Roman. 3. ſororem Horatij, ſponſam autem vnios ex Curiatiis, quos ille confecerat, ad hunc modum deſcribit. Poſtquam ſponſi ſui ſpolia in fratris manibus intuita eſſet, ſciſſa veſte, pectúſque ambabus plangens manibus, flebiliter nomine inuocabat mortoom. Electra, apud Euripidem, πιναρὰν κόμαν ſordidã & puluerulentam comam à patris nece oſtentat. Apud Virgilium & iſtud in Ciri legitur.

Intonſos multo deturpat puluere crines.

Seneca in Hercule Oetæo, crines puluere ſordidos memorat. Et apud eundem in Troade chorus infit:

Soluimus omnes
Lacerum multo funere crinem,
Coma demiſſo eſt libera nodo,
Sparſitque cinis feruidus ora.

Hecuba.

Complete manus, hoc ex Troia
Sumpſiſſe licet: cadat ex humeris
Veſtis apertis, vtrumque tegat
Suffulta latus: nam nuda vocant
Pectora dextras.

Idem in ſacris bibliis plerique feciſſe memorantur, inter quos primatom tenet Niniuitanus rex, regíſque factum imitatus vniuerſus populus, auditis minis, iuſtáqoe Dei in ſe ita. Sacerdotes tamen, ne caput nodarent luctus gratia, aut veſtem ſcinderent, lege prohibitum fuit, Leuitici 10. & 21.

Vnde autem, vt inquit Vermilius, conſuetudo illa nata ſit, cognoſcere nõ eſt difficile. Cùm homines iram Dei ſe vrgere ſentirent, id aliquo

Vermilius.

Kimhi.

Pulueris aſperſio & ſciſſa veſtis ceremonia in luctu.

Homerus.

Iunius.

Dionyſius Halicarn.

Euripides.

Virgilius.

Seneca.

Puluerisas ſciſſa veſtis tropologia.

externo ſymbolo teſtari voluerunt. Cumque A ſcinderent veſtes, iudicabant ſe iam indignos eſſe, qui honeſto aliquo cultu ornarentur: atque ita leproſus lege iubebatur veſtem lacerare, quo ſe immundum atque impurum profiteretur. Quando autem ſibi puluerem inſpergebant, ſe teſtabantur mortuorum inſtar eſſe, vel dignos, qui morerentur. Erant porrò iſta quædam ſymbola pœnitentiæ, nec Deo erant ingrata, modò ederentur coniuncta cum fide. Verùm hæc ceremonia nonnunquam in oſtentationem & hypocriſim degenerauit. Vnde ſummus ſacerdos cùm audiſſet Chriſtum vera dicentem ſuas veſtes concidit, clamauítque; *Iam teſtibus quid opus habemus, ipſi blaſphemiam audiſtis.* Et Ioël ait: *Scindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra.* Quod non ſcripſit Propheta, B quaſi hæc iuncta cum fide non ſint Deo grata: ſed in eo diſcrimen eſt, quòd pœnitentia interior per ſe illi placet, ſigna verò externa propter aliud, nempe vt videntes ædificent, ſuntque teſtimonia & indicia commutati animi, ac dolentis. Et ſcire oportet quia cùm duo inter ſe conferuntur, ſæpe quod leuius & minus eſt, habetur quodammodo pro nihilo. Quo ſenſu Propheta cùm ait, *Scindite corda veſtra,* & ſubiicit, *non veſtimenta veſtra,* docuit, hoc poſterius minus, quàm illud prius curandum eſſe: vel intellexit, non eſſe veſtimenta tantummodo ſcindenda citra contritionem animi ſeu cordis. De viro qui fugit, Ioſephus ait illum vix euadere potuiſſe; qui tamen cùm ſe ab hoſtibus eripuiſſet, ſumma celeritate properaſſe, vt Silunta citò C perueniret. Quod illi vitio non eſt vertendum, quòd malum voluerit properè nuntiare. Poſſet quidem iure accuſari, ſi libidine inferendi aliis triſtitiam, & inſultandi miſeriis aliorum hoc feciſſet, vel quo ipſe voluptatem ex alienis calamitatibus caperet. Ea verò cauſa citò nuntiare mala, vt illi, quorum intereſt, caſu intellecto, aliquid remedij contra parent, aut ſibi proſpiciant, vel ad Deum conuertantur, non poteſt meritò reprehendi: immeritò igitur à quibuſdam exagitatur.

VERSVS 13.

Cumque ille veniſſet, Heli ſedebat ſuper ſellam contra viam ſpectans. Erat enim D cor eius pauens pro arca Dei. Vir autem ille poſtquam ingreſſus eſt, nuntiauit vrbi: & vlulauit omnis ciuitas.

VERSVS 14.

Et audiuit Heli ſonitum clamoris, dixítque: Quis eſt hic ſonitus tumultus huius? At ille feſtinauit, & venit, & nuntiauit Heli.

VIÆ illius meminit, qua ibatur ad caſtra. Speculabatur autem non oculis corporis, quibus iam erat fermè captus: at nuntium expectabat, captans auidiſſimè, quæ de bello referrentur. Erat quidem ſolicitus de arca Domini, ſed præpoſterè. Illum enim ſuos filios cumprimis rectè docere, atque inſtituere, &, cùm opus eſſet, corrigere oportuit. *Erat,* inquit, *cor eius pauens.* Georgius Venetus tom. 5. Problem. 279. quærit, quamobrem qui malè operatur, ſemper eſt pauidus? An quia, inquit, natura ipſa ſentit iudicium, & iuſtitiam Dei ſibi comminantem: quæ etſi nonnunquam tarda eſt, nullum tamen malum impunitum relinquit: imò, teſte Valerio, tarditatē ſupplicij grauitate compenſat? iuxta illud Apoſtoli, *Secundum autem duritiam tuam, & impœnitens cor, theſaurizas tibi iram in die reuelationis iuſti iudicij Dei.* An quia ſentit conſcientiam ſeu ſynderesim remordentem & accuſantem? Sicut docet idem Apoſtolus dicens, *Teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum, & inter ſe inuicem accuſantium, aut etiam defendentium.* An quia ſentit ſe traditum in poteſtatem mali dæmonis: vt Proclus ait? An quia ſentit naturam mali, quod tale eſt, vt ſeipſum deſtruat: ſicut Plato, & Ariſtoteles aſſerunt? Hæc ille. Maius hoc panore portentum quod apud Pedaſenſes impendente calamitate ſacrorum Antiſtiti olim accidiſſe Herodotus memorat lib. 8. Incolunt, inquit, Pedaſenſes ſuper Halicarnaſſum: apud quos hoc rei fertur contingere, vt quoties Amphictyenſibus (qui circa eam vrbem habitant) aliquid aduerſi certum intra tempus eſt euenturum, tunc Antiſtiti, quæ illic Mineruæ eſt, grandis barba naſcatur: quæ res bis apud eos accidit.]

Georgius Venetus.

Quare mali ſemper pauidi?

Herodot.

VLVLAVIT *omnis ciuitas.*] Et quidem non ſine maxima ratione. Nam primo quidem accepta clades ſingulis penè domibus funeſtiſſimum luctum afferebat, cùm chariſſimi quique, ſiue liberi, ſiue parētes, ſiue etiam coniuges ferro obtruncati, atque feris obiecti, inſepultíque iacerent: qui caſus quàm acerbus ſit, quámque dira calamitas, vtique nemo ignorat. Deinde verò, cùm iam illorum præſidio deſtituti eſſent, tum breui repentinum hoſtium impetum expectabant: qui recenti victoria ferociores effecti, veteres iniurias nouis cruciatibus cumularent, nec iam, vt olim, tributarios feciſſe contenti, etiam in corpora ipſa ſæuirent. Itaq; cum extrema quæque citò ſe paſſuros arbitrarentur, opinione mali atque ingenti formidine ſeipſos cruciabant. Accedebat ad hæc omnia, quòd ne in Deo quidem, qui fuerat olim difficillimis temporibus miſerorum perfugium, ſpem vllam reliquam habebant. Etenim ſecum ita animis reputabāt, non fuiſſe larurum, vt arca, quod erat vnicum pignus pacti cum Deo fœderis, ab eis auferretur, & in hoſtium poteſtatem veniret, ſi deinceps opitulari ſtatuiſſet. Quāobrem ſumma omnes trepidatio deſperatióque inuaſerat, quod gemitu & comploratione teſtantur.

Rationes tanti luctus.

Liuius, poſt ingentem Romanorum ſtragem Flaminij quidem conſulis temeritate, Annibalis autem virtute, inſidiis, atque audacia ad Traſimenum lacū editam, deſcribens quantus mœror atque triſtitia vrbem occupauerit: Romæ, inquit, ad primum tantæ cladis nuntium, ex tota vrbe cum trepidatione in forum eſt concur-

Liuius. *Deſcribitur planctus & trepidatio poſt debellatum exercitum ſequi ſolita.*

VLVLAVIT OMNIS CIVITAS.

ſum, alius alium ſciſcitari, & quænā clades nunciata eſſet? Quando, & vbi accepta? Cæterùm cum nihil certi traderetur, multitudo ingens in comitium & curiam verſa, magiſtratus euocabat: tum haud multum ante ſolis occaſum, M. Pomponius prętor vrbanus ad populum egreſſus. Magna, inquit, Quirites, pugna victi ſumus, ad quam vocem tantus terror & tumultus ortus eſt, vt non minor animorum conſternatio Romæ, quàm in prælio fuerit. Peruaſit rumor ciuitatem, cæſum conſulem cum magna parte copiarum. Solicita & anxia multitudo poſtero die ſeſe ad portas effudit, viri promiſcuè & fœminæ, quæ ſuorum fortuna eſſet exploraturi. Varij hic ſciſcitantiom affectus, vt quiſque de ſuorum morte, aut vita, certior factus eſſet, mulierum multò maiores planctus & gaudia extitere, quarum vna filium ex improuiſo intuita, in eius complexu expiraſſe dicitur, altera filij morte falsò nuntiata, quum mæſta domi ſederet, atque ille incolumis ad eam irrupiſſet, ſubita lætitia velut ruina quadam oppreſſa, confeſtim exanimata eſt. At de Cannenſi calamitate, quæ omnem aliam longè ſuperauit, etiam hæc habet eodem libro 22. quæ ſuo more refert Sabellicus Enneadis 5. lib. 2. nunquam Roma incolumi, tantus terror & metus ciuitatem inuaſit. Nunquam maior luctus, aut mæror incidit. Cæterùm ne pro rei magnitudine minus vero dicatur, verecundam Liuij confeſſionem ſecutus, cedam rerum oneri. Senatus ad primū cladis nuntiom in curiam vocatus, dum præ nimio ſtrepitu & clamore ne conſuli quidem poſſet, Fabius Max. cenſuit expeditos equites Latina & Appia via mittendos, qui obuiam euntes percontarentur, quæ fortuna conſulū, exercituumque eſſet. An aliquid ex pugna Romano nomini ſuperfuiſſet, quo Hannibal ſe poſt prælium contuliſſet, quid paret, quid agat, quo moturus ſit, hæc in primis exploranda. Præterea dandam eſſe operam, vt per patres id inter ſe munus partitos, mulieres, quæ omnia planctu & eiulatu complebant, ex publico arcerentur. Singulæ intra ſua limina ſuum nuntium expectarent, compreſſóque tumultu & trepidatione, ſilentium fieret tota vrbe, cuſtodes ad portas ponerētur, qui prohiberent quenquam egredi. Salutem nulli niſi patria incolumi, ſperādam. Poſtquam verò priuatę clades domeſticatim vulgatę ſunt, tantus vbique luctus vrbem compleuit, vt ſacra etiam & religiones intermiſſæ ſiot: & niſi edicto publico poſt trigeſimum diem finitus eſſet, ceremoniæ Deorum diutius interpolatæ eſſent.] Xenophon li. 2. rerum Græcarum cum poſt acceptam cladē naualem, paralos calamitatis nuncia, nocte Athenas applicuiſſet, tātum excitauit luctum, vt planctus ex Pyræo per longos muros in ciuitatem penetraret. Cumque in ſtatione vnus alteri rem nuntiaret, adeò percrebuit, vt nocte illa nemo calamitatis tam funeſtę ignarus eſſet. Lugebant igitur non ſolùm eos qui ceciderant, ſed multò magis ſemetipſos: timebant etenim eadem pati, quæ, &c.

Sabellicus.

Xenophon.

ET *audiuit Heli ſonitum, &c. at ille feſtinauit.*] Iam hoc omnino peccatum eſt: non enim prius populus, ſed princeps cladis admoneri debuit.

HELI AVTEM ERAT 90.

Accepta cladis nuntius principem adeat: nam eam famam in vulgus ſpargere tutum non eſt.

A Nam poſtquam ſemel vulgus ipſum ignobile, & infima plebecula terrore perculſa eſt, tantopere animis perturbatur, vt neque conſiliis ſalutaribus regi, neque imperio coërceri poſſit. Etenim præ formidine ſui minimè cōpos, quid agendum ſit minimè diſpicit: ſed bacchanti ſimilis huc illucq; ſpargitur, aut certè par ſtatuis attonita iacet. At ſi is qui reipublicæ clauum moderatur, & prudentia pollet, primus de reipublicæ diſcrimine certior efficiatur; cùm norit qua arte huiuſmodi procellæ ac tempeſtates excipiendæ ſint, antea ſpem retinendæ reipoblicæ, conſeruandæque ſalutis oſtentabit, quàm triſtiſſimum nuntium cum plebe communicet. Quod vbi factum erit, minimè verebitur, ne ciues ob acceptum vulnus animos deſpondeant; B quin potius conſtantiores ac fortiores futuros ſperabit. Etenim ingens aliquod obiectum periculum, ſi non deſit ab eo emergendi ſpes, tantum abeſt vt animos deiiciat; quin potius virtutem acuit, viréſque corroborat. Ipſe autem doloris ſenſus, & recenter acceptæ iniuriæ memoria, iræ faces admouet, furorémque accendit, periculorúmque omnium contemptores efficit, atque adeò ſæpe victoriam parit.

VERSVS 15.

Heli autem erat nonaginta & octo annorum, & oculi eius caligauerant, & videre non poterat.

C HETRVSCIS libris fatalis ætas hominis duodecim hebdomadibus deſcribitur, quæ ad ſeptemdecim annos poſſet, fatalia deprecando rebus diuinis, proferri. Ab anno autem ſeptuageſimo nec poſtulari debet, nec poteſt à diis impetrari. Cæterùm poſt annos octoginta quatuor à mente ſua homines abeunt. Dioſcorides verò aſtrologus ſcripſit Alexandriæ inter eos, qui mortuos ſolent conſeruare, hominem plus centum annis viuere non poſſe. Id cor humanum declarare eorum, qui integri perierint ſine corporis tabe. Ideò quod multis annis pependit cor hominis incrementa ætatis, & diminutiones conſeruent, & anniculi pēdere doas drachmas: bina quatuor: & ſic in annos ſingulos vſque ad centum accedere binas; ab his centum drachmis, atque anno quinquageſi- D mo item decedere in vnoquoque binas: ex quo perſpicuum ſit centeſimo anno redire ad anni primi pondus: nec longius vitam poſſe procedere. Cenſorinus de die oatali refert ex Varrone. Trebellius Pollio in Claudio annos viginti addit. Doctiſſimi mathematicorum, inquit, centum & viginti annos homini ad viuendum datos indicant, neque amplius cuiquam iactitant eſſe conceſſum: etiam illud addentes, Moſen ſolum, Dei, vt Iudæorum libri loquuntur, familiarem, cxxv. annos vixiſſe: qui cùm quereretur quod iuuenis interiret, reſponſum ei ab incerto ferunt numine, neminem plus eſſe victurum.] Hæc Ethnici Scriptores. At nos aliter edocti ſumus. Nam primus quidem temporibus maiores noſtri proximè ad

Humana vita menſura.

Cenſorinus.

Trebellius Pollio.

milleſimum anoum vitam prorogarunt. Quod ſi poſterioribus ſæculis tantopere imminuta eſt, vt vix credibile fiat, tanto olim tempore produci potuiſſe, oouimus quibus de cauſis id acciderit Non enim aut fati, aut naturæ neceſſitati tribuendum eſt, ſed homioum flagitiis ac ſceleribus: quibus oon modò vitam breuiorem, verumetiam celerem interitum eommeriti ſont.

S. Cyprianus. *Mundus ſeneſcit.*

Aliam etiam rationem affert S. Cyprianus adoerſus Demetrianum ſcribens: ſcilicet, mundum ſeneſcere, oon in hominibus modò, verumetiam in iis, quæ ob ſui conſtantiam, nunquam interitura, philoſophis à fide alienis videbantur. Sic enim ait, qua in parte, quia ignarus diuinæ cognitionis, & veritatis alienus es, illud primo in loco ſcire debes, ſenuiſſe iam mundum, non illis viribus ſtare quibus prius ſteterat, nec vigore & robore eo valere quo antea præualebat. Hoc etiam nobis tacentibus, & nulla de Scripturis ſanctis prædicationibuſque diuinis documenta promentibus, mundus ipſe iam loquitur, & occaſum ſui, rerum labentium probatione teſtatur. Non hyeme notriendis ſeminibus, tanta imbrium copia eſt: non frugibus æſtate torreodis, ſolita flagrantia eſt: nec ſic verna temperie ſata læta ſunt, nec adeo arbores fœtibus autumoo fœcundæ ſunt. Minus de effoſſis & fatigatis montibus eruuntur marmorum cruſtæ: minus auri & argeoti opes ſuggerunt exhauſta iam metalla, & pauperes venæ breuiantur io dies ſingulos, & decreſcit in aruis agricola, in mari nauta, miles in caſtris, innocentia io foro, iuſtitia in iodicio, in amicitiis coucordia, in artibus peritia, in moribus diſciplina. Putaſne tu tantum poſſe ſubſtantiam rei ſeneſcentis exiſtere, quanta prius potuit, nouella adhue & vegeta iuuenta pollere? Minuatur neceſſe eſt, quicquid fine iam proximo in occidua & in extrema demergit. Sic ſol in occaſu ſoo, radios minus claro & igneo ſplendore iaculatur. Sic declinante iam curſu exoletis cornibus, luna tenuatur: & arbor quæ fuerat antè viridis & fertilis, areſcentibus ramis fit poſtmodum ſterili ſenectute deformis. Et fons, qui exundantibus prius venis largiter profluebat, ſenectute deficiens, vix modico ſudore diſtillat. Hæc ſententia modò data eſt, hæc Dei lex eſt, vt omnia orta occidant, & aucta ſeneſcant: vt infirmentur fortia, & magna minuantur: vt cùm infirmata & diminuta fuerint, finiantur. Hæc Chriſtianis imputas, quòd minuantur ſingula mundo ſeneſcente? Quid ſi & ſenes imputent Chriſtianis quod minus valeant in ſenectute? Quòd non perinde vt prius, vigeant auditu aurium, curſu pedum, oculorum acie, virium robore, ſocco viſcerum, mole membrorum? Et cùm olim vltra octingentos & nongentos annos vita hominum longæua procederet, vix nunc poſſit ad centenarium numerum peruenire? Canos videmus in pueris: capilli deficiunt antequam creſcant: nec ætas in ſenectutem deſinit, ſed incipit à ſenectute: ſic in ortu adhoc ſuo, ad finem natiuitas properat. Sic qoodcunque nunc naſcitur, mundi ipſius ſenectute degenerat: vt oemo mirari debeat, ſingula in muodo cæpiſſe deficere, quando totus ipſe mundus in defectione ſit, & in fine. Hactenus Cyprianus.

VERSVS 16.

Et dixit ad Heli: Ego ſum qui veni de prælio, & ego qui de acie fugi hodie. Cui ille ait: quid actum eſt fili mi?

Herodotus.

SCRIBIT Herodotus lib. 5. quòd cùm ex ea clade, qua exercitus Athenienſium ab Argis & Æginetis deletus eſt, vnus quiſpiam incolumis euaſiſſet, eundem Athenis reuerſum mulieres interfecerint. Nam cum indignè ferrent vnum ex omnibus eſſe reducem, circunfuſas homioem prehendiſſe, ac fibulis veſtimentorum pupugiſſe, percootantes ſingulas, vbi ſuus vir eſſet, atque hoc pacto hunc fuiſſe confectum: quod tamen reliqui Athenienſes minimè probaruot, ſed fibulis in poſterum mulieres vti vetuerunt. Ex trecentis Lacedæmoniis, qui cum rege Leonida pro defenſione patriæ glorioſam mortem occubuerunt, cùm doo ſuperſtites Spartam rediſſent: alter quidem, Ariſtodemus oomine, probro & ignominia notatus eſt, ita vt publicè fugax audiret, & eum nemo ueque igni neqoe alloquio impertiret, donec tandem apud Platæas fortiter dimicans infamiam morte deleret: alter, Pantitas, iniuſti dedecoris impatiens, odioſam vitam laqueo volens abrupit. Idem Herodotus lib. 7. Sed de fugacibus nos antea plura diximus: & nonnullas etiam ſeueriores leges retulimus, quibus ab antiquis in eoſdem eſt animaduerſum. Voum addam à Romanis inoentum aduerſus militum fugam remedium.

Ex acie fugientes ignominia notati.

Vegetius. *Remedium contra fugã militum.*

Habet Vegetius de re militari lib. 2 cap. 20. Illud, inquit, ab antiquis diuinitus inſtitntũ eſt, vt ex donatiuo quod milites conſequuntur, dimidia pars ſequeſtraretur apod ſigna, & ibidem ipſis militibus ſeruaretur. Quid ita? oe per luxum aut inanium rerum comparatiooem, à contobernalibus poſſit abſomi. Deindè quia miles qui ſumptus ſuos ſcit apud ſigna depoſitos, de deſerendo nihil cogitat, magis diligit ſigna. Pro illis in acie fortius dimicat, more humani ingenij, vt pro illis habeat maximam curam, in quibus ſuam vider poſitam eſſe ſubſtantiam. Perſæ, & nonnulli alij populi ſecum vxores, & liberos in caſtris habebant, quò vel eorum charitate, quibus maximè timerent, conſtantius agerent.

Sacerdotes apud Hebræos parentum loco habiti.

QVID *actum eſt fili mi?*] Filium vocat vtpotè ſacerdos, qui communiter parens habetur. Iudicum 17. Leuitæ peregrinanti, cum ad ſe diuertiſſet, *Mane*, inquit, *apud me, & eſto mihi parens ac ſacerdos: daboque tibi.* & cap. 18. Viri tribus Dan, cùm vellent eundem ſecum abducere, *Tace*, inquiunt, *& pone digitum ſuper os tuum: venique nobiſcum, vt habeamus te patrẽ, ac ſacerdotem. Quid tibi melius eſt, vt ſis ſacerdos in domo vnius viri, an in vna tribu, & familia in Iſraël?*

Versvs 17.

Fugit, inquit, Iſraël coram Philiſtiim, & ruina magna facta eſt in populo: Inſuper & duo filij tui mortui ſunt, Ophni & Phinees: & arta Dei capta eſt.

Et *ruina magna facta eſt.*] Singulari calamitate, & ante hac inaudita, nec vlla vnquam obliuione delenda, pręter ſpem votumque ſuũ, Heli poſtrema ſua tempora inſigniri percipit, quod optaſſe fertur Imperator Caligula, deſi- B derio præter naturam & æquum. Solebat is, vt refert Suerooius in Calig. cap. 31. queri de cõditione ſuorum temporum, quòd nullis calamitatibus publicis inſignirentur: Auguſti principatum clade Variana: Tyberij, ruina ſpectaculorum apud Fidenas memorabile factum: ſui obliuionem imminere proſperitate rerum. Atque identidem exercituum cædes, famem, peſtilentiam, incendia, hiatum aliquem terræ optabat.

Suetonius.

Votum teterrimi Principis.

Insvper *& duo filij tui mortui ſunt.*] Hoc quidem verum eſt, tum in acie cæſos fuiſſe cum reliquis: ſed non tunc primùm mortui ſunt. Imò iam olim, cùm ſe libidini tradidiſſent, & omni ſcelere atque ſacrilegio polluiſſent, flagitiis extinctos occidiſſe credendi ſunt. Cæte- C rùm, vt eſt apud Paoſaniã in Meſſenicis, qoondam apud Meſſenios lege cautum erat, vt ſioe vir ſiue mulier ſacerdotio fungeretur, ſi quem liberûm amiſiſſet, continuò ſe abdicaret. Heli non multò poſt infando leti genere pontificatus abrogatus eſt.

Pauſanias.

Et *arca Dei capta eſt.* Scribit Paoſanias in Arcadicis, Auguſtum Cæſarem, deuicto Antonio & eios partibus, in quibus Arcades fuerant, vetus Mineruæ Aleæ ſignum, & ſimul apri Calydonij dentes ex Arcadia Romam aſportaſſe. Nec primus, inquit, Auguſtos proditur Deorum ſigna ac donaria deuictis à ſe gentibus eripuiſſe, ſed fuit hoe ei à priſcis iam' tum temporibus tralatitiom: ſiquidem exciſo Ilio, cũ intet ſe Græci ſpolia diuiderent, Sthenelo Capanei filio Hercei Iouis ſignum obtigit. Mul- D tiſque poſt annis, cùm Dorienſes in Siciliam tranſmigrarent, Antiphemus, is qoi Gelan deduxit, Omphaee Sicanorum oppido direpto, ſimulacrum à Dædalo fabricatum Gelan deportauit. Perſarum verò regem Xerxem Darij filium ſcimus, cùm plura Athenis, tum ex Braurone Brauroniæ Dianæ ſignum auexiſſe; eundemque Mileſijs, æneum, qui in Branchidis fuerat, Apollinem ademiſſe. Argiui Tirynthüs ſua quoque ſigna abſtulerunt. Iam Cyziceni, cùm Proconneſios bello adegiſſent, vt ſibi inquilini eſſent, Dindymenæ matris ſignum è Proconneſo aſportarunt: aureum illud fuit: facies, cùm ebur deeſſet, è fluuialis equi dentibus eſt fabricata. Auguſtus ergo (vt ad eum redeamus) in ſignis ac donis auferendis, & Græcorum & barbarorum iam longo vſu confirmata eſt exempla ſequutus. Hæc Pauſanias. Quæ

Morem fuiſſe gentium, vt hoſtium idola diriperent.

A minimè mirum eſt, idolis gentium accidere potuiſſe: non enim erant illa numinis præſidio cincta: ſed latibula dæmonum, quibus nihil vſquam infirmius. At verò arcam, diuino conſilio fabricatam, ſublimium myſteriorum typis adornatam, oraculo conſecratam, ipſum denique numen obſcuris licet figuris adumbrantem, ab hoſtibus capi potuiſſe, quis non miretur, aut etiam exhorreſcat? Huius tamen facti rationem quandam reddit S. Iſidorus Peluſiota in ſuis Epiſtol. Mirari te dixiſti, inquit, quî fiat, vt Deus, cùm metum terræ immittit, templis ſuis minimè parcat: at certam huius tei declarationem in diuinis libris habes. Nec B verò mætore atque animi anxietate conſterneris ob ea, quæ nunc fieri vidiſti. Nam vt ſanctæ arcæ minimè pepercit, verùm eam vnà cum ipſis ſacerdotibus qui deliquerant, barbaris dedidit, & vrbem ſanctificationis, & Cherubim gloriæ, & ſtolam, & prophetiam, & vnctionẽ, & Thumim in conculcationem & contaminationem gentibus addixit: ita ne nunc quidem ab omni labe puris myſteriis parcit: vt dom ſuis aulis minimè parcit, terrorem iis, qui peccant, iniiciat: atrociorem videlicet pœnam ab ea, quæ agunt, expectantibus. *Vlulet* eoim *abies quia cecidit cedrus.* Fortibus cadentibus, imbecilliora erudiantur. S. Iſidorus Peluſ. lib. 1. epiſtola 73.

Et arca Dei capta est.

S. Iſidorus Peluſ.

Quare Deus rebus ſacris minimè parcat.

Zachar. 11.

C

Versvs 18.

Cumque ille nominaſſet arcam Dei, cecidit de ſella retrorſum iuxta oſtium, & fractis ceruicibus mortuus eſt. Senex enim erat vir & grandæuus: & ipſe iudicauit Iſraël quadraginta annis.

Vermilivs: Nuntiat ille, qui venit è caſtris, magnam ſtragem eſſe factam, necnon filios Heli occiſos, qoæ ille audiendo vtcunqoe ferebat. Viderat enim ſua ætate, ac memoria ſecum repetebat, cædes & ſtrages contigiſſe, & de filiis iam ante audierat, qood eſſent D eodem die perituri: ſed cum arcam Dei captã eſſe acciperet, prorſus obſtupuit, & ſenſibus & viribus captus eſt. Nonquam enim relatum fuerat, eam in poteſtatem hoſtiom veniſſe: nec ille ſibi perſuaſerat, vnquam aliquando capiendam. Et hac opinione frerus, eam conſenſit in caſtra exportari. Meminerat in libro Numerorum, vbi officia Leuitarum deſcribuntur, præcipi, vt arcam filij Aaron inuoluerent. Idque ſeorſim, ne quis in eam fortè curioſius intueretur. Et geſtari eam oportuit in humeris à filüs Caath, & præceptum eſt diſertis verbis, nequis eam inſpiceret, vt ne fortè moreretur. Quare ipſam hoc tempore ab hominibus præſertim idololatris capi, videri, & indignè tractari potuiſſe, incredibile aoditu erat. Verùm ſenex non ſecum reputat, quàm ſint admiranda iudicia Dei, qui hoc tempore patitur, quæ homines ferenda minimè ducunt: verùm po-

Vermilius.

Nomi-naſſet arcam Dei, &c.

ſtea etiam Palæſtinos pro meritis percuſſurus: quam tamen vindictam decreuit tantiſper differte, donec ſupplicium ſumpſiſſet de ſuis. Heli proinde audito arcam Dei eſſe captam, præ mærore deliquium animi eſt paſſus. Etenim vehementibus affectibus cor ita nonnunquam pulſatur, vt ſpiritus quibus vita degitur, intercipiantur: & cum debilitate fractum corpus regere nequeant, proximum eſt, vt homines in terram corruant. Ad quæ incommoda grauis etiam ætas accedebat. Itaque occipite fracto extinctus eſt. Quod attinet ad ætatem, erat annos natus ad nonaginta & octo. Magiſtratum autem iudicandi populi annos quadraginta geſſerat. Additúrque fuiſſe grauis, quòd aliqui ad corporis debilitatem, alii qui ad corporis pinguitudinẽ referunt. Maior pars interpretum hoc pietati Heli tribuunt, quòd cùm internecionem exercitus, & mortem liberorum æquo animo tuliſſet, ad mentionem captæ arcæ repentè ceciderit: nec ego hanc ſententiam oppugnare inſtitui: nam fieri poteſt, vt quamuis in filiis corrigendis minus laudabiliter ſe geſſit, attamen circa pietatem erga Deum fuerit incorruptus. Attamen id monebo, argumento minimè neceſſario hinc ſanctitatem eius probari: quandoquidem ſæpè homines ea ſe amiſiſſe dolẽt, vnde ſuam dignitatem, & omnia emolumenta vitæ pendere intelligunt. Amiſſio porrò exercitus, & filiorum caſus non tanti erant: adhuc enim Pontificiam dignitatem integram, & copiam victus quotidiani retinebat: At cum ſublatam audiret arcam, facilè cogitare potuit & Rempublicam, & Sacerdotium concidiſſe. At quia hæc incerta ſunt, & ſola coniectura nituntur, in medio ſunt relinquenda. Non enim ſatis liquet ſuáne priuata re, an Religionis cauſa commotus Heli ceciderit. Sed ſi iuxta receptam ſententiam, quam ego quoque veriſimilem puto, ille arcam Dei ablatam, religionémque ita afflictam ſic moleſtè atque acerbè tulit, quid ſtatuemus de illis, qui amiſſione agrorum ſuorum, ciuiliſque libertatis grauiſſimè tanguntur, diſſipatam autem Religionem, tantumque non euerſam ſuſque deque ferunt: certè nihil aliud iudicare licet, quàm illos omni prorſus destitui pietate. Hinc prætereà cognoſcere poſſumus, quàm fragiles & caducæ ſint humanæ opes. Vixerat hic ſenex multos annos, multos item annos populum Dei gubernauerat, ſummo Pontificatu erat functus, familiam egregiè conſtitutam habebat, omnia tamen hæc vno momento euertuntur. Satius ei fuiſſet prius mori, ne iſta ad extremum experiretur. De Priamo traditur, illum fuiſſe alioqui fortunatum, niſi tandiu vixiſſet, vt Regnum euerſum, ciuitatem incenſam, & liberos coram trucidatos vidiſſet. Horrenda ſanè iudicia Dei ſunt, qui etiam voce nuntij abutitur, eumque inſtar gladij habuit, quo Heli trucidaret. Vehementiſſima vtique vis eſt humanorum affectuum, quos Deus pro arbitrio ſuo incitat & inflammat. Legimus ad Pauli vocem magum Elimam excæcatum, & ad Petri ſermonem Ananiam & Saphyram cõcidiſſe

Quare Heli ad arca captam mentionem corruerit.

Humanarũ opum fragilitas.

A mortuos, & nunc audiuimus Deum huius nuntij vocem acuiſſe, quo ea cor, animúmque ſenis Heli prorſus configeret. Non facit Deus quod nonnulli Tyranni ſolent, qui, cùm in alienos acerbiſſimè ſæuiant, tamen in ſuos nimiùm ſunt molles & indulgentes, is verò contra in primis diſciplinam exercet in ſuos. Vnde apud Hierem. cap. 25. Sic Gentes alloquitur: *Si eam ciuitatem, in qua nomen meum inuocatum eſt, grauiter afflixi, an putatis vos immunes fore, qui non agnoſcitis nomen meum, neque illud inuocaſtis?* Et Petrus apertè docet, iudicium à domo Dei primum incipere, qui cùm domum ſuam chariſſimam habeat, eam B primò omnium vult repurgare. Quæ ratio nos debet conſolari, cùm pios cernimus ab impiis grauia pati. Iam tandem completum eſt, quod vir Dei futurum prædixerat, nempè Deum id effecturum, quo audito ambæ aures tinnirent. Proinde cùm tam ſeuerirer puniatur Heli vir tantus, quid hodie principes expectare debent, qui molliter & delicatè viuunt, nec de Republica, nec de Deo quicquam cogitant, ſed rerum adminiſtrationem aliis committunt? An non erit aliquando manus Domini ſuper eos? Quid manet ſupplicij eos Epiſcopos, qui toti delitiis indulgent & otio, nec diſcunt, nec docent, & nonnunquam etiam eos qui docere parati ſunt, à Cathedris arcent & impediunt? Deus C porrò idem eſt qui tum fuit, nec ambigere poſſumus eundem tandem fore in iſtos, qui fuit in Heli. Hactenus Vermilius.

Cvmqve *nominaſſet Arcam Dei.*] Morituris aurium ſordes alioquin amaras, ferunt dulceſcere. Quod idcirco euenire docent, quòd tum pene extincto natiuo calore, humores, qui eo tempore copioſiores & frigidiores è capite manant, lachrymas quoque & diſtillationes dulces efficiant, vt lupinos aqua potabilis. Niſi potius dicamus, bilioſos ichoras, vt pote calidos, qui ſordibus mixti amarorem inducebant, morientibus vnà cum calore expirare: & propterea, quod relinquitur pituitæ, dulcius videri. Verùm quæcumque tandem ratio ſit, dubitari non poteſt, quin acerbus ille nuncius in aures illatus, ſua amaD ritudine calamitoſi ſenis vitã extinxerit. Nam quis tuituram Iſraëliticam Rempublicam non crederet, abeunte Domino, & illius arca aſportata? Cùm Attila, vt refert Otho Phriſing. lib. 4. cap. 27. Aquileiam Venetiarum Metropolim, quæ in Adriatico ſinu poſita eſt, obſidione cingeret, exercitumque obſidione longa fatigatum recedere velle cerneret, iuxta muros digrediens, ac ſecum quid ageret mente pertractans, Ciconias ex vrbe fœtus ſuos trahere videt, quo viſo, ſuos ad euerſionem vrbis amplius accendens, Hoc, inquit, omnium nobis prognoſticum eſt. Hæ, inquam, aues futuræ cladis præſagæ, vrbem ruituram deſerunt. Dixit, & inſtructis machinis vrbem ſolo æquauit: elapſi Ciues, ipſo ignorante, Venetias in mari condiderunt.] At verò Ciconiæ ædificiorum ruinam præſagiunt dumtaxat, & ſua diſceſſione ſignificant:

Cvmqve ille nominaſſet arcam Dei, &c.

Iudicium à domo Dei incipit.

Merc. li. 3. Variarum lect. ca. 10.

Morituris ſordes auriũ dulceſcunt.

Otto Phriſing.

CECIDIT DE SELLA RETRORSVM. Herodianus.

A diuinum autem præſidium atque cuſtodia, ſi Rempublicam deſerãt, etiam exitij cauſa ſunt.

CECIDIT *de ſella retrorſum.*] Herodianus libro 5. pompam illam ſacrorum referens, quã barbarico more Antoninus Heliogabalus inſtruebat, Retrorſum, inquit, curreos, ac ſimulachrum ipſum aſpectans, currum antecedebat, ac ne caderet laberetúrque, ignarus quo tenderet, auroſam ſubſtrauerat arenam, militéſque eum vtrinque retentabant, quo tutius retrocederet. At Heli ruituro nemo arenas ſubſtrauerat. Notatur autem iuxta oſtium dum caderet impegiſſe; vt intelligamus non in mollem arenam, ſed in ſaxa & lapides incidiſſe, quibus vt plurimùm ædium limina muniuntur. Cecidit autem retrorſum, non in faciem. B Qui caſus, quemadmodum contra naturam eſt, ſi corpus ſpectes: nam & caput ipſum quod admodum graue eſt, & ventris moles, & brachiorum geminum pondus à fronte imminet, quo minus in alteram partem præcipitari poſſit; præterea verò & oculi ipſi, tanquam in ſpecula poſiti, in anteriorem partem reſpiciunt, & pedes præ ſe longiores, vt qui lapſum prohibeant, & manus denique in id paratæ, vt ex ea parte labantem excipiant, cum tamen nil tale à tergo proſpectum ſit: quod negligendum non fuerat, ſi ex ea quoque parte lapſui obnoxius foret, ita & cum ad animam refertur, exitioſæ cuiuſdam ruinæ indicium eſt.

Cecidiſſe retrorſum res eſt mali ominis.

Quapropter etiam paſſim in Scripturis, ſancti in faciem cecidiſſe feruntur; at qui ponè laberetur, ex eorum numero quos pietatis ergò C Scriptura celebrat, præter hunc inueni neminem. Nam qui retrò corruit, primò quidem quo deiiciatur videre non poteſt, deinde etſi perſpiciat, ſibi tamen opem ferre non poteſt, cùm non poſſint brachia & manus in alteram partem reflecti. Poſtremò etiam difficillimè reſurget, nec prius quàm in faciem & pectus conuertatur. Quamobrem longè grauior eſt eiuſmodi lapſus, nec facilè quiſquam qui peccati ſenſum amiſerit, & oculos mentis à ſuo periculo auerſos, manus autem & brachia, voluntatem nimirum & deſideria ſua aliò intenta habeat, emerget ex labyrintho vitiorum. At qui ſe præcipitem ferri proſpicit, territus periculi magnitudine, Dei opem implorat, & manibus, pedibuſque nititur, ſeſeque diſcrimini eripere contendit: vnde & D confeſtim liberatur, neque enim diuina clementia, ſi quiſquam verè & ex animo reſipiſcat, diutius iacere patitur: ſed pœnitentem continuò ruptis peccati vinculis ſuæ gratiæ reſtituit.

Ceruicis deſcriptio.

FRACTIS *Ceruicibus.*] 70. νῶτος, quod eſt ſcapula, ſeu potius dorſum. Pars eſt poſterior corporis. Ea latè patet Ariſtoteli lib. 1. de hiſtoria Animaliom, eius enim partes facit ſcapulas, ſpinam, & lumbos. Itaque eo autore, quem poſtea multi ſecuti ſunt, νῶτος dicitur pars tota poſterior ab occipite, vſque ad extremum coccygem, triginta quatuor vertebris compacta. Cui ſententiæ etiam fauet latinum dorſi nomen, quod ſecundum Probum ſignificat totam poſteriorem corporis partem: eo

FRACTIS CERVICIBVS. Feſtus.

A quòd deuexa ſit deorſum, vt inquit Feſtus. Tota namque ea pars decliuis inflexáque eſt, & ab Anatomicis carinæ nauis cõparatur. Eſt enim veluti ſtatumen quoddam, in quo coſtæ, & velut in carina trabes, connectuntur, totumque corpus ſtabilitur. Sic dorſi quinque partes erunt, collum, thorax, lumbi, os ſacrum, & coccyx. Alij, qui multo rectius dorſum definiunt, ceruicem ab eo ſeparant, quæ natura ipſa diſcreuiſſe videtur: nam ceruicis quidem vertebris ſpinas veluti bicornes inſeuit, dorſi autem ſimplices. Verùm præter Septuaginta, reliqui omnes occiput, & ceruicem interpretati ſunt. Ita vulgatus, & Chaldæus item Paraph. Pagninus, Arias, Vatabl. & noſter etiam Vermilius. B Eſt autem occiput, vt Gorthæus deſcribit, os cranij poſterius, ſutura τῇ λαμβδοειδεῖ terminatum, quinque videtur lateribus conſtare. Eſt autem valdè inæquale: ſiquidem parte poſtica admodum craſſum eſt, inferna, qua muſculos excipit aut emittit, aſperum, tenue, ſolidum. Intus læue miniméque aſperum eſt. Duæ illi ſunt acutæ apophyſes, quæ in cauitates duas primæ vertebræ inſeruntur, &c. Ceruicem verò ad hunc modum deſcribit Volaterranus, libro 24. in philologia verbo Ceruix. Ceruix ſiue collum, quod Græci τράχηλον δείρην αὐχένα dicunt, medium inter humeros & caput, nodos ſeu vertebras habet ſeptem, quos illi ſpondylos, Homerus Aſtragalos appellat. Primus capiti proximus epiſtrophe, Hippo- C crates dentem vocat, duas habet iuxta caput probolas eminentes, quas cornices appellant. Secundus, axis à mobilitate dictus, duas probolas habet, altera primum, tertium altera attingit nodum. Vltimus ex omnibus Atlas ſpatulis proximus, quod baiuli modo, ac turbinis onera ſuſtineat. Suſtinetur præterea collum neruis, quos à robore & firmitate Galenus, & Pollux τένοντας appellant. S. Iſidor. libro 1. Origin. cap. 1. ita ceruicem dictam putat, quod per eam partem cerebrum ad medullam ſpinæ dirigitur, quaſi Cerebri via. Veteres autem plurali tantum numero Ceruices dicebant: primus Hortenſius Ceruicem ſingulariter dixit. Ceruix autem numero ſingulari membrum ipſum ſignificat. nam pluraliter contumaciam ſæpè demonſtrat. Cicero in Verrem: Prætorem tu accuſas frangere D Ceruices. Credibile autem eſt infirmum ſenem graui caſu non modo ceruicem, verum etiam capitis poſteriorem partem confregiſſe, totóque dorſo humeris ac renibus grauiter affectum, atque quaſſatum; ſic vt de eo flebilem in modum ceciniſſe Seneca videri poſſit in Troade, cum ait:

Gorthæus verbo νῶτος. Volaterranus. S. Iſidorus. Cicero. Seneca.

Oſſa diſiecta, & graui eliſa caſu, …
Soluta Ceruix, ſilicis incuſſu caput
Ruptum, cerebro penitus expreſſo, iacet
Deforme corpus.

Et Ouidius item 12. Metamorphoſ.

Ouidius.

Perque cauas nares, aureſque oculoſque cerebrum
Molle fluit: veluti concretum vimine querno
Lac ſolet, vtque liquor rari ſub pondere cribri
Manat, & exprimitur per denſa foramina ſuccus.

ET

Herodotus. E T *mortuus eſt.*] Naſamones Africæ populi moriturum ſedentem conſtituunt, & obſeruant ſedulò, vt qui cœpit agere animam, ne ſupinus expiret. At Veſpaſianus ſtans è vita migrare voluit, Imperatorem dictitans ſtantem mori oportere, vt author eſt Suetonius in eius vita, capite vigeſimo quarto, (Suetonius.) Quod ſi ad morientis dignitatem ſupremus habitus ſpectare videtur, turpiſſimo profectò leti genere Heli occubuit, qui præceps & iacens ac reſupinus interiit. Non fuiſſet iſte beatus iudicandus Solonis iudicio, qui coram Cræſo Tellum Athenienſem ideo fœlicem pronuntiauit, (Herodotus) quod in Republica bene inſtituta, filij eſſent honeſti & boni, eorumque B ſingulis liberi, eique omnes ſuperſtites: & cui, cùm hoc vitæ, quantum in nobis ſitum eſt, traduxiſſet, obitus ſplendidiſſimus obtigiſſet; vt pote qui pro patria apud Eleuſinam fugatis hoſtibus victor occubuiſſet, & publicè humatus eſſet eodem loco. Cræſo autem quid reſpõderit, Herodoto teſte libro primo, operæ pretium erit referre. *(Nemo ante obitum beatus.)* Me Cræſe, inquit, gnatum omne numen inuidum eſſe, & turbulentum (nam tum Dæmones pro numinibus habebant) de rebus humanis interrogas. In diuturno enim tempore multa videntur, quæ nemo velit videre: & tolerantur multa, quæ nolit quiſpiam tolerare. Proponamus enim homini terminum vitæ ad ſeptuaginta C annos, qui anni conſtant ex viginti quinque millibus & ducentis diebus, menſe intercalari non poſito. Quòd ſi velis reliquum annorum ob hunc menſem prolixius fieri, vt horæ ad id quod deeſt accedentes congruant, menſes quidem intercalares ſupra annos ſeptuaginta fient triginta quinque, dies autem ex his menſibus mille quingenti. Horum dierum omnium, qui ſunt ad ſeptuaginta annos, numero viginti ſex millia ducenti quinquaginta, nullus prorſus qualem alius rem affert. Ita igitur Cræſe omnino calamitoſus eſt homo. Verùm tu mihi videris & diuitiis valdè pollere, & permultorum hominum eſſe Rex: ſed quò me interrogaſti nondum te appello, priuſquam benè vita functum te audiero. Neque enim beatior eſt, qui magnis D opibus præditus eſt, eo qui diurnum victum habet: niſi eidem omnibus bonis prædito, fortuna conceſſerit bene vita defungi. Etenim complures homines ſunt perquam locupletes, minimè tamen beati: quamuis fortunati dici poſſint. Priuſquam quiſquam ad obitum peruenerit nequaquam beatus eſt. Omnis rei exitum decet inſpicere, quò ſit euaſura: quoniam multos Deus, quibus fortuna ſuppeditauerit, radicitus euertit. Eadem & plura ex Solone apud Herodotum. Quem Philoſophum, etſi fugerit in quo potiſſimum ſita eſſet humana fœlicitas, nec de Dei amicitia gratiáque diuina quicquam cogitauerit, veriſſimam tamen protulit ſententiam, neminem ante obitum beatitatem poſſe conſequi, ſed omne de fælicitate iudicium ex mortis conditione pendere; quam

A tamen non ſatis prudenter in tranquillo è vita diſceſſu, aut etiam cum gloria & hominum exiſtimatione coniuncto conſtituit. Cæterùm, quo ſenſu beatum prædicat, miſeriorem hoc ſene inueniſſet neminem. Nam & dudum ætate grauis erat, & oculis captus cæcutiebat, & filios habebat bipedum nequiſſimos, tum autem infanda morte ſublatos: poſt quorum necem, & acceptum de arcæ captiuitate nuntium acerbiſsimum, nimio dolore victus, diem ſuum infælicisſimè clauſit. Propterea igitur infœlicisſimus haberi potuit, niſi mors accelerata miſeriarum ſenſum protinus eripuiſſet: Si tamen ita cre- B dendum eſt, mortem malis finem afferre potius, quàm incrementum dolorum; quomodo plures ex iis, qui fide caruerunt, olim arbitrati ſunt: quapropter etiam ſubitum atque improuiſum leti genus frequentes optarunt. (Seneca.) Seneca. Optanda mors eſt, ſine metu mortis mori. Quò etiam ſpectat, quod de Iulio Cæſare his verbis traditur à Suetonio. (Suetonius cap. 87. in Iul. Cæſar.) Illud planè inter omnes conſtitit, talem ei mortem penè ex ſententia contigiſſe. Nam & quondam, cùm apud Xenophontem legiſſet, Cyrum vltima valetudine mandaſſe quædam de funere ſuo, aſpernatus tam lentum mortis genus, ſubitam ſibi celerémque optauerat: *(Repentinam mortem optimam habitam.)* & pridiè quàm occideretur, in ſer- C mone ſuper cænam nato apud Marcum Lepidum, quiſnam eſſet vitæ finis commodiſſimus, repentinum inopinatúmque prætulerat: εὐθανασίαν item Auguſtus ſibi ſuiſque optabat. Suetonius capite 99. Fertur & Henrici 4. Francorum Regis clementisſimi atque inuictisſimi votum, εὐθανασίαν illam ſibi optantis. Item Philippi 2. Hiſpaniarum Regis primogeniti filij, qui cùm rogaretur quo leti genere interire vellet, retulit: mortis optandæ facultatem non offerri ſibi, ſed eripi: repentinam enim atque inexpectatam voluiſſe. Nam fertur illius patet, cùm Religioni timeret, tanquam alter Abraham, ob conſeruandam fidem immolare ſuſtinuiſſe. Memini etiam me puerum ex patre nonnunquam audiſſe, auum meum, vt D ſibi mors repentina contingeret, ſingulis diebus à Deo poſtulaſſe. Verùm, vt opinor, alia Ethnicorum, alia Chriſtianorum optandæ mortis celerrimæ ratio fuit. Infideles enim, vt quàm citiſsimè rerum terribilium formidine liberarentur, quam putabant morte aboleri, vitam profundere cupiebant: Chriſtiani verò, ne quid præpoſterè, poſtquam ſuæ ſaluti proſpexiſſent, ac de præteritis cum Deo compoſuiſſent, tantiſper dum diuturnioribus ipſi moleſtiis conflictantur, fraude atque inſidiis dæmonum admitterent. Reſponderat namque ille auus meus, his, qui eiuſmodi votum non probarent, ſed contra obiicerent Eccleſiam ſubitaneam atque improuiſam mortem deprecari, Eccleſiam à ſubitanea morte non abhorrere, modò ne improuiſa foret. *(Mortem ſubitaneam qui tandem optare liceat.)* Ipſe certè meritis atque

A ætate prouectus, voti tandem compos factus eſt, & ab Eccleſia domum repetens, animam Deo reddidit, quem ſemel atque iterum illo die in ſacris myſteriis ſupplex ac deuotus adoraoerat, & in ſacra communione perceperat. Exhorrueram ſanè aliquando Sancti Brunonis Herbipoleos Epiſcopi mortem repentinam atque horrendam, nec non dæmoois minas, malo illi Bruti aut Dionis genio quid ſimile referentes: Verùm primò quidem in multis egregiè mentitus eſt Auentinus, eius Tragœdiæ autor, vt etiam notauit Baronius in notis Martyrolog. ad 17. Maij, & fieri poteſt, vt nihil horum, quæ de eo retulit, obrigerit: Deinde ex aliis pluribus didici, etiam ſi quid in morte horrificum atqoe terribile occurrat, minimè propterea ſpem abiiciendam eſſe; cùm illud ſæpè ad maiorem Sanctorum gloriam & vtilitatem pertineat. Exemplum vnum ſubiiciam, quo reliqui mecum ab eo errore reſipiſcant. Ioannes Euiratus, Prati Spiritualis capite 57. huioſmodi hiſtoriam commemorat. Quadraginta, inquit, ferè milliaribus ab Ægis ciuitate Ciliciæ, Stylites erat nomine Symeon. Hic fulgure percuſſus interiit. Abbas ergo Iulianus Stylites presbyter, præter conſuetudinem inſolito tempore, dixit diſcipulis ſuis: Mittite Thymiama in thuribulum. Cui dixerunt, dic nobis cauſam pater: At ille, quia modò frater meus Symeon à fulgure deiectus, interiit: & ecce anima eius tranſit cum tripudio & exultatione. Diſtabant autem ab inuicem milliaribos fere viginti quatuor. Hæc ille. Quamobrem, ſi nulla alia ratio eſſet, ob quam Sacerdoti illi timeremus, præter inſolitam mortis ſpeciem, iam dudum ſententiam mutauiſſemus. Verùm, cùm idcircò prius Deum vehementer offendiſſe didicerimus, quòd filios ſacrilegio publicè operam dantes æquanimiter tulerit, veremur profectò, ne veniam, quam à Deo petere non potuit, minimè conſecutus ſit. Sæpenumero autem mirari ſoleo Dei omnia circumſpicientis ſingulare ſtudium ac beneuolentiam, in morte cuiuſdam fratris noſtri, qui non ita pridem miſerando caſu ſublatus eſt. Is erat R. P. Frater Claudius Saracenus ſingulari pietate ac doctrina conſpicuus, cuius nunquam non mihi gratiſſima memoria recurrit, eo præſertim nomine, quòd ille me in Chriſto huic ſacro ordini peperit. Is igitur cum Rhotomago Dieppam aliquando rediret, in qua vrbe domum noſtram regebat, & ex itinere fatigatus aliquantùm in diuerſorio reſtitiſſet, ferocis equi calcibus in ventrem impactis oppidò vulneratus eſt: ſic prorſus, vt reliquo illo die ac poſtero in curam animæ diligenter impenſis, continoò diem ſuom obiret. Iam vero eo pacto quantum ſuæ erga illum ſollicitudinis ac pietatis argumenrum diuina prouidentia dederit, ſic colliges. Chirurgi namque, qui ei labotanti, atque in extremis agenti aderant, renuntiarunt, Empyemate viſcera habuiſſe reſoluta: quod niſi tum, cùm adhuc abſceſſus eſſet, hoc eſt, pure necdum ſatis excocto atque elaborato, per vim atque iniuriam ruptum fuiſſet, futurum erat improuiſæ mortis cauſa certiſſima. Quod non ita multò poſt experimento probauimus. Nam cùm diſciſſo infernè apoſtemate, collecta ſanies calore ac febri reſoluta fuiſſet, ſeſéque in vacuum thoracis locum infudiſſet, & ille tanquam ſeipſum leuaturus euomere tentaret, pus illico gulam occupat, vitamque vnà cum voce eripit. Verùm is iam viatico, rebuſque ad ſalutem neceſſariis proſpexerat, quod Pontifici non licuit, ante coactus de vita decedere, quàm ſibi conſulere poſſet. Solent enim etiam Hebræi eos, qui morituri videntur, ad illum ſopremum agonem ſalutaribus armis inſtruere; ne fortè inimicorum vi oppreſſi, aut certè dolo circumuenti, eo certamine vincantor, quo æterna ſalus aut quæritur aut amittitur. Quæ quanquam noſſe omnino difficile eſt, propter temporum longinquitatem, quibus eorum memoria abſorpta eſt, nonnulla tamen ex his remediis Margarita Iudæus ab antiquis traditione accepta, recentiorum autem ſuperſtitione corrupta, eo libello diuulgauit, quem de Iudaicis ſoperſtitionibus edidit: quorum partem aliquam referre, niſi forte lectori moleſtum eſt, ego quidem minimè grauabor.

Auentinus.

Baronius.

Mors quæ videtur humano ſenſu terribilis, bonorum ſaluti, aut etiam gloriæ non præiudicat.

Pratum ſpirituale.

B

Margarita Iudæus.

Iudæi quibus modis præparentur ad mortem.

C Primùm igitur Iudæus, cùm ad vitæ metas peruenerit, vt conſtans in fide ſua permaneat, admonetur, & omnem ſpem ac fiduciam ſuam in Dei miſericordia atque gratia collocet. Deinde interrogatur, num credat Meſſiam venrurum: eſt enim vnus ex articulis fidei ipſorum, quos tredecim numero pro ſuo more fundamenta vocant, quibus omnis eorum Religio innititur: quorum illod primum eſt: Deum benedictum Creatorem abſoluta eſſentia conſtate, rerumque omnium eſſe autorem. Secundum eundem Deum vnũ eſſe. Tertiom omnem corporis conditionem ab eo remouendam eſſe. Quatrum eundem primum omnium eſſe, nec habere ſibi ſimilem. Quintum omni cultu atque obſequio dignum eſſe, & adorandum præterea neminem. Sextum Prophetas eſſe diuino lumine D colluſtratos, in quorum mentes Deus illabatur, & ſapientiam ſuam cum illis communicet. Septimum horum omnium Principem Moſem habendum eſſe, ſiue præterita tempora ſpectes, ſiue futura. Octauum eundem ſanctiſſimam legem, quam haberent præ manibus, ex ore Dei dictatam excepiſſe, ſcriptámque patribus eorum tradidiſſe. Nonum eandem fore perpetuam, nec cum altera vllo vnquam tempore commotandam. Decimum, opera hominum Deo nota eſſe, eadémque pro diuerſa ratione meritorum præmio remunerarij aut ſupplicio; quod præſtat in futuro ſæculo cumulatiſſimè. Duodecimum, Meſſiam

Articuli fidei Iudæorum.

SENEX ENIM ERAT ET VIR GRANDÆVVS.

A eſſe venturum. Duodecimum, olim tempus adfore, quo mortui reuiuiſcant. His omnibus poſtquam æger reſponderit, ſéque ea conſtanti fide credere confirmauerit, tum demum admonetur ſua peccata ore, vel corde confiteri, quod vbi fecerit, mox ſubdit: Mors mea ſit expiatio omnium delictorum meorum. Addunt præterea & alia nonnulla, quæ poſteriorum temporum ſuperſtitionem redolent. Poſtremò, eo mortuo veſtes amici & neceſſarij lacerant, funúſque nudis pedibus ſequuntur, & à carne, vino, venere, balneiſque, & vnguentis abſtinent, ſatiſque longam ac prolixam orationem de more recitant, cuius B etiam pauca quædam ex eodem autore deſcripſimus. Requieſcat anima eius, & dormitio eius in pace, cubet in pace, & dormiat in pace, donec veniat conſolator, qui facit audire pacem patrum ſæculi dormientiũ in Hebron. Portas paradiſi aperite ei, & dicite pacem. Venite qui cuſtoditis theſauros paradiſi, aperite ei portas paradiſi, vt intret paradiſum, & oblectet ſe de fructibus paradiſi. Retulit Fagius in Deuteronom. cap. 14. Ex libro Germanico Antonij Margaritæ Iudæi baptizati, quem ſcripſit de ſuperſtitionibus Iudæorum.

Fagius.

SENEX *enim erat vir & grandæuus.*] Narratur fuiſſe grandæuus & ſenex, &, ne erroris libera tribueretur facultas, ſenectus illa & C ætas grandæua habita, 98. Annorum ſpatio definitur, ita vt deinceps poſt tot annorum curricula mirum videri non debeat, ſi ad centeſimum vſque annum vita noſtra non perueniat. Delrius in Senecæ Tragici Herculem furentem Act. 1. in choro hæc verba explicans.

Martinus Delrius.

Properat curſu
Vita citato, volucríque die
Rota præcipitis voluitur anni:

Seneca.

Voluit (inquit) Seneca humanæ vitæ breuitatem oſtendere, quam vltra centeſimum annum extendi Caius & Iuſtinianus negarunt l. *an vſusfructus, D. de vſufructu. l. municipiis, D. de vſu & vſufructu. l. finali, Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* qua de re poſt Alexandrum & Aretinum eleganter Oroſcius *ad l. Si quis ex Argentariis, col.* 741. *numero* 50. *D. de edend.* & Carolus Molinæus in addit. ad Decium *in l. edicto. numero* 28. *litt. n. & litt. o. c. de edict. D. Had. Toll.* Ioan. Corraſius libro quinto Miſcellan. cap. 18. & Iacobus Curtius οἰκεῖον ad fratrem lib. 1. cap. 36. Sanè complures centeſimum ætatis annum exceſſiſſe, ex Plinio, Valerio Maximo, & aliis à Corraſio & Molinæo relatis conſtat, quibus ego addo Lucianum in Macrobiis, & Petrum Mexiam in Sylua variarum lect. Seres quoque ducenteſimum ætatis annum ſuperare, Strabo lib. 15. Hyperboreos milleſimum Oneſicritus, Simonides & alij tradunt, quod fabuloſum videtur. Herodotus in Thalia, Æthiopes, quos μακροβίους vocant, centum & viginti annis viuere ſolere ſcripſit: eorumdem verò

Hominis ætas longiſſima.

A vitam Solinus meæ editionis cap. 33. dimidio eſſe protenſiorem noſtra tradidit, vt omnino videatur is autor humanæ vitæ terminum octoginta annorum conſtituiſſe, quod nec ratione, nec authoritate nititur. Cautius Mela libro quinto eorum vitam dimidio ferè longiorem noſtra tradit. Quod ipſum de incolis oppidi Acrothonis, ſiti in cacumine montis Athus idem Pomponius, Solinus, & Plinius lib. 7. Naturalis hiſtor. cap. 2. teſtantur, eiuſque rei naturalem rationem licet videre apud Ariſtotelem, Problem. 7. Sectio. 14. Beatam virginem Deiparam diutiſſimè vixiſſe quidam tradiderunt. Vola- B terranus tamen libro 31. Philologiæ ita ſcribit: Diua genitrix, quanquam extra ſortem eſt humanam, ac ſpeciali Dei prouidentiæ reſeruata, annum ipſum vndequinquageſimum non exceſſiſſe, apud receptum autorem inueni ex Helizabethæ Virginis ſanctæ de Sconnagia commentario, quæ anno 1160. emicuit. Hæc in diuina contemplatione eam annum poſt filium, & quidquid eſt vltra vſque ad eius Aſſumptionem, vixiſſe clarè aſpexit, quod mihi veriſimile fit: neque enim aſſentior his qui multis eam dicunt ſuperſtitem annis, cùm, Dionyſio teſte, omnes Apoſtoli in eius funere conuenerint: ipſi verò, palàm eſt quòd non tot annis, quot vulgò dicunt illam ſuperſtitem C fuiſſe, ſimul fuere. Hoc Delrius ex Volaterrano. Quod tamen vix fieri potuit, ſi quidem ipſe quoque Areopagita, vt narrat, funeri interfuerit: cùm non potuerit, niſi poſt aliquot annos à Paulo ad fidem conuerti, vt ex actis Apoſt. patet. Paulus Æmilius libro quinto de rebus Francorum de quodam Ioanne de Stampis hæc habet. Sub idem tempus obiit Ioannes de Stampis, quem per errorem, à temporibus, multi vocitant, ob diuturnam vitam. Plus trecentis ſexaginta annis vixiſſe eum faciunt: Sub Carolo meruiſſe, Ludouico Craſſi filio deceſſiſſe: cùm interea nulla in tot motibus mentio eius facta fuerit: nec latere ignorarive potuiſſet virtus, quæ ſpecimen ſui iam inde à clariſſimi Imperatoris ætate præbuiſſet. D Libentius crediderim eum militaſſe ſub Carolo Simplicis nepote: quem Regnum paternum auitúmque petentem, & in Carolum Magnum originem ſuam referentem, Capetus Regni æmulus cepit, ſpéque rerum potiendarum exuit: nec trecentorum ſexaginta, ſed centum circiter & ſexaginta annorum vitam ei contigiſſe: id quod etiam conſeneſcente mundo magnum & memorabile ſit.] Hodie ſanè plures videmus quinquageſimum ætatis annum non attingere, quàm ſuperare. Et quanquam ego nouerim Louanij & alibi nonnullos, quos fama ferebat centeſimũ ætatis annum exceſſiſſe, non temerè tamen huiuſmodi næniis ſoleo fidem adhibere: non ignarus eos qui nonaginta annis ſunt ſeniores, vt plurimùm propriæ ætatis non meminiſſe, vel eam in maius efferre conſueuiſſe.

Volaterranus.

Beatæ Virginis ætas.

A Planè Caius I. C. & Iuſtinianus Imperat. cum ſui temporis rationem habuerint, & ad id quod non ἐκ παραλόγου, ſed ἐπὶ τὸ πλεῖστον accidit, reſpexerint, reprehendi non poſſe, quotidiana experientia docet: adeò vt meritò eum egregio Poëta dicamos.

Vitæ ſumma breuis, ſpes nos vetat inchoare
Longas.

Et *ipſe iudicauit Iſraël quadraginta annis.*] Pluribus etiam Phinees Eleazari filius, cùm tamen ex Romanis Pontificibus, ne vnus quidem reperiatur, qui annum ſupra vigeſimum quintum in eo Magiſtratu conſumpſerit. Vnde & aliquando nata quæſtio eſt, qui fieret; vt, B cùm Reges & Pontifices reliqui diutiſſimè nonnunquam Magiſtratu fungantur, ſolus Romanus Pontifex naturali neceſſitate citò abdicatur. Hanc quæſtionem olim, cùm Alexandro ſecundo eiuſdem ſedis antiſtiti ſcriberet, Beatus Petrus Damianus pertractauit, libro 1. epiſtola 17. ad hunc modum ibidem loquitur: Aliquando certè, ſi rite teneo, à me ſollicitè requiſiſtis, quæ mihi cauſa videretur, cur Apoſtolicæ ſedis Antiſtes, nunquam diutius viuat, ſed intra breue temporis ſpatium diem claudat extremum, adeò vt poſt Beatum Petrum Apoſtolum, qui per quinque circiter annorum luſtra præſedit, nemo poſtmodum Romanorum Pontificum hoc ſpatium præſulatus æquauerit: modernis C imò temporibus vix quiſpiam in prædictæ ſedis culmen euehitur, qui metam quatuor vel vt multum, quinque tranſcendat Annorum: quod conſiderantibus prodigialis, vt ita loquar, ſtupor oboritur; quoniam hæc breuiter viuendi neceſſitas, quantum ad noſtram notitiam, in nulla alia totius orbis Eccleſia reperitur. Sed inquantum mortalibus diuinæ diſpenſationis reuelatur arcanum, videtur nobis; quia idcirco hoc iudicij cœleſtis
2. ordo diſponit, vt humano generi metum mortis incutiat, & quàm deſpicienda ſit temporalis vitæ gloria, in ipſo gloriæ principatu euidenter oſtendat: quatenus dum præcipuus hominum tam anguſti temporis compendio moritur, tremefactus quiſque ad præſtolandi ſui obitus cuſtodiam prouocetur, & ar- D bor humani generis, dum cacumen, ac verticem ſuum tam facilè corruiſſe conſiderat, flatu concuſſa formidinis, in ſuis vndique ramuſculis contremiſcat. Sed quiſpiam fortaſſis obiiciat, cur & Regibus hæc eadem viuendi breuitas non occurrat? Nam & Octauianus Auguſtus, quo imperante Saluator mundi de Virgine naſci, & Dauid Rex, de cuius ſtirpe dignatus eſt propagari, alter quinquaginta ſex, alter quadraginta annorum curricula in regali faſtigio floruerunt: poſt quos & alij videlicer vtriuſque Regni Principes, etſi minuſculè, non tamen ad inſtar Romanorum Pontificum, breuiſſima regnauerunt temporum quantitate. Ad quod facilè reſpondetur: quia cùm vnus omni mundo Papa præſideat, Reges autem plurimos in orbe terrarum ſua cuiuſque Regni meta

Quare ſummi Pontifices noſtri citò moriantur.

B. Petrus Damianus.

Prima ratio.

Quare non item reges aliique Pontifices.

A concludat, quia quilibet Imperator ad Papæ veſtigia corruit, tanquam Rex regum, & Princeps Imperatorum, cunctos in carne viuentes honore ac dignitate præcellit. Vnde quolibet Rege defuncto, adminiſtratione eius tantummodo Regnum, cui præerat, 3.
deſtituitur; cùm verò ſedis Apoſtolicæ Pontifex moritur, vniuerſus tanquam communi patre mundus orbatur. Quid enim Africa de Regibus Aſiæ, aut quid Æthiopia de principibus ſentit Heſperiæ? Nam, ſiue moriuntur, ſiue viuant, quia procul à ſe remoti ſunt, vtrumque indifferenter ignorant. Eſt & aliud, cùm mors cuiuslibet Regis non B magnopere ſit terrori, quoniam ſæculares principes qui turbis popularibus præſunt, ſæpè gladiis perimuntur. Nam vt de multis paucos adhibeam, Caius, Claudius, Nero, Galba, Otho, Vitellius: omnes iſti Imperatores per continuam ſunt ſeriem vnus poſt alterum principati, & excepto Claudio, cuncti ſunt vel ſuis, vel hoſtilibus gladiis interempti. Poſtmodum quoque ſicut Romana tradit hiſtoria, Macrinus, Antoninus, Alexander, Maximinus, Gordianus, Decius, Gallus, Voluſianus, omnes hi ſeriatim ſibimet per continuum ordinem ſuccedentes, gladio trucidante, proſtrati ſunt. Sæculares ergo Principes quia diuerſæ mor- C tis caſibus exponuntur, cor audientium eorum exitu non atteritur. Papæ vero vita, 4.
quia ſola naturalis obitus lege concluditur, eius ex hac vita tranſitus ſine graui formidine non auditur. Porrò quia terreni Principes regni ſui quiſque, vt dictum eſt, limitibus includuntur, cauſa non eſt, cur per alienas mundi Prouincias eorum obitus diffundatur. Papa verò quia ſolus eſt omnium Eccleſiarum vniuerſalis Epiſcopus, cùm luce priuatur, mors eius per ampla terrarum regna diffunditur: & ſicut ſol, quia ſolus lucet, ſi eclipſim fortè ſuſtineat, præſtò, neceſſe eſt, vt tenebras totus vbique mundus incurrat: ſic Papa, cùm ex hac vita recedit, illicò, quia vnus in mundo eſt, longinqua Regnorum ſpatia mortis eius fama percurrit: & conſe- D quens eſt, vt quos tam ſublimis, ſingulariſque perſonæ caſus obturbat, propriæ quoque vocationis exitum tremefactis viſceribus expaueſcant. Vbi notandum qodm velit 5.
omnipotens Deus Romani Pontificis vitam hominibus in ædificatione prodeſſe, cuius etiam mortem decreuit ſaluti gentium miniſtrare. Quanto ſtudio debet lucris animarum, dum aduiuit, inſiſtere, cuius etiam mors, prouidetur ad Creatorem ſuum animas hominum reuocare, vt dum ſe patrem orbis eſſe conſiderat, ab inculcanda tot filiis hereditate deſidia, non torpeſcat. Hæc Petrus 6.
Damianus. Cui etiam hoc addi poteſt, fieri poſſe, vt ad comprimendū ambitū vicinæ mortis metu, ita Deus inſtituerit. Nam cùm ſit genus illud Imperij pacatiſſimum, & à reliquis etiam ſummis Principibus ob numinis reuerentiam religioſè colatur, necnon ad diuinos

proximè honores accedat, neque cuiuſquam A ſuperiorum generi addictum ſit, ſed libera electione etiam in infimos quoſque conferatur; ſi quiſquam eſt qui ſibi indulgere velit, nec ſeriò atque anxiè, vt decet, ſuo munere fungi, id erit illi comprimis ſummè expetendum. Propterea igitur, vt humanas mentes ſuapte natura imperij auidas, futuri exitij formidine ab ea cupiditate abſterreret, ea lege atque omine Pontificatum iniri voluit, vt quàm citiſſimè vnà cum vita deponeretur. Tum etiam ne in maxima rerum omnium licentia deeſſet ſupplicij timor: aut ſpe longioris vitæ in plures annos pœnitentiam prorogarent, mortem, vt arbitror, de proximo imminere voluit, atque de breuitate vitæ
7. præter cæteros eſſe certiſſimos. Quanquam nec illud prætereundum eſt, ſenes potiſſimùm, B & longa ætate ac ſapientia prouectos ad eum gradum aſſumi: quominus mirandum ſit, cùm penè ad vltimam vitæ periodum peruenerint, ſi citò abſoluantur.

Sacerdotes vtriuſque iuris dicendi poteſtatem olim adepti ſunt.

IVDICAVIT *Iſraël.*] Iudicem egit, Magiſtratum geſſit, & cum ſumma poteſtate illis etiam negotiis præfuit, quæ ad temporalem Reipub. ſtatum pertinerent. Vtriuſque iuris dicendi facultatem ſæpius apud antiquos ſacerdotes obtinuiſſe, pluribus locis ſcriptura teſtatur. Geneſ.14. Melchiſedech, *Rex Salem, & ſacerdos Dei altiſſimi* fuiſſe prædicatur. Moyſes Num. 27. qui primus Iſraëlitici populi Dux & Princeps extitit, à Dauide rege vnà cũ Aaron in numerum ſacerdotum refertur. Lex verò ipſa à Deo lata in hunc modum ſanciuit, Deut.c.17. *Si* C *difficile & ambiguum apud te iudicium eſſe perſpexeris inter ſanguinem & ſanguinem, cauſam & cauſam, lepram & lepram: ſurge, & aſcende ad locum quem elegerit Dominus Deus tuus, & venies ad ſacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore: quære ab eis; quia indicabunt tibi iudicij veritatem: ſequeréque eorum ſententiam. Qui autem ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis imperio, & decreto iudicis, morietur homo ille.* Ecce (inquit Petrus Bertrandi Eduenſis Epiſcopus, eo libello, quem aduerſus Petrum Cugnerium ſcripſit pro defenſione Eccleſiaſticæ iuriſdictionis, actione prima. Eſt autem is Petrus, quem in monſtruſum deformatum, & in angulum compactum in alma ęde Pariſienſi, ſempiternæ infamiæ cauſa, vocant Maiſtre Pierre du Cuignet) quam manifeſtè dicit, quòd ad ſacerdotem pertinebat iudicare D non ſolùm inter lepram & lepram, quantum ad ceremonialia & irregularitates legis: ſed inter ſanguinem & ſanguinem, quantum ad criminalia: & inter cauſam & cauſam, quantum ad ciuilia. Præter exemplum Heli, etiam Samuelem proferre poſſumus, ex Leuitico genere. Eliachim item ſummum ſacerdotem, qui eandem prouinciam temporibus Iudith nactus eſt. Nehemiam etiam, & Eſdram ex captiuitate reduces: poſterioribus verò temporibus, vſque ad ſummi regis, & ſacerdotis Chriſti ortum, regnum vnà cũ ſacerdotio denuò coaluit, & tanquam ad originis ſuæ fontem recurrens ad ſacerdotes rediit, ita vt deinceps Machabæi fratres, & qui poſt eos ex eadem ſtirpe ſunt conſecuti, vtroque diademate inſignes, non

Petrus Bertrandus.

A modò religionis myſteria tractarent, verùm etiam regni negotia adminiſtrarent. Verùm hoc in dubium nemo vocare poteſt, quin potuerint illi iudicum munus obire, cùm ne à cædibus quidem priſci illi ſacerdotes abſtinerent, vt teſtis eſt Phinees Eleazari filius, qui Zambri, ducem tribus Simeon, vnà cum ſcorto Madianitide pugione confodit. Quo egregio facinore tantum abeſt, vt quicquam illi de ſacerdotio detractum ſit, quin potius poſteris ſuis perpetuam eam dignitatem aſſerere promeruit. Teſtis item Samuel, qui Amalecitarum Regem non modò ipſe interemit propria manu, verùm etiam in fruſta membratim conſcidit, ac denique Leuitæ omnes, qui, Moyſe duce, ob ſcelus fabricati idoli, in obuium quemque nullo diſcrimine ſæuientes, occiſorum ſanguine ſuas manus Domino conſecrarunt: tantum abeſt, vt à ferenda capitali ſententia abhorrerent. At verò vtroque noui teſtamenti ſacerdotibus, ſacris Canonum ſanctionibus ſeuerè interdictum eſt, ita prorſus, vt non modò ſanguinem fudiſſe legitima ex cauſa religioſum ſit, verùm etiam in reum mortis edictum tuliſſe, eripiat miniſtrandi poteſtatem. Quapropter nec iudicis quidem partes ſuſtinere poſſe videntur, cùm *ſine cauſa* cum Petro *gladium* in vagina *portent*, nec ſint *Dei miniſtri vindices in iram*, quales Apoſtolus ad Roman.13. principes requirit, ſed potius humanæ ſalutis coadiutores, peccatoris emendationi vitæ potius cõſulentes, quàm ſupplicium, aut mortem decernentes. Poterunt tamen, dicet aliquis, interim dum à noxalibus iudiciis abſtinẽt, ciuiles cauſas liteſque dirimere. At hanc etiam partem Cugnerius multis argumentis labefactare conatus eſt, & eam, quam à priſcis temporibus iuris dicendi authoritatem in Gallia Clerus habuerat, parum religioſè adimere. Hiſtoriam paucis complectitur Paul. Æmilius in Philippo Valeſio, quam eius verbis referemus. Prætores, inquit, Regij conquerebantur omnem iuriſdictionem ab Regiis tribunalibus ad ſacra delapſam: multò plures cauſas profanas, & inter profanos controuerſias cognoſci diiudicarique ab Epiſcopis, reliquiſque ſacerdotis, quàm à Regiis Prætoribus. Quicunque quacunque de re ſacerdotum decreto non ſteterit, continuò templis arceri, piorúmque communicatione moueri: eóque deuentum eſſe, vt qui ſoluendo non ſit, ei aqua & igni interdicatur. Sacerdotium ducibus Epiſcopis ad Regem conuenit. Pro iuriſdictione Regis verba Petrus Cugnerius fecit: vt *quæ Dei ſunt, Deo*: quæ Regis Regi darentur. Bertrandus Heduorum Pontifex cauſam templorum, iuriſdictionémque tutatus eſt: Reges Auguſtóſque fando deuocauit de cœlo, Magnum, Pium, Diuum: eorum opem implorauit: vt qui in vita armis texiſſent Eccleſias, liberalitate cumulaſſent: nunc diuinitatis participes, deſertas nollent. Enumerauit quot Reges ducéſque, templorum hoſtes, fœdum atrocémque exitum habuerint: quot pij ſacerdotiorum propugnatores, & viui & mortui, gloria, imperio, prolis fœcunditate, diuturnitatéque domeſtici imperij fructum ampliſſimum perceperint: qui verò de ſacerdotio victo triũ-

Num.25.

Capitalia iudicia exercere noui teſtamenti ſacerdotes non poſſunt:

Paulus Æmilius.

phum ac palmam petiuerint, miſero exitu pœnas ſuperis dediſſe. Inſtitutis religionéque auorum vitam communem conſtare. Nihil exortum, exoririve poſſe, cur quę per tot hominum, per tot deinceps Regum ætates ſeruata ſanctéque culta ſint, nūc demum labefactentur, euertanturve. Regum maieſtatem, iuráque templorum, ſanctiſſimis moribus, numinéque ſanciti, ac vtramque rem immortalitate donandam.

Prima actione nihil conſtitutum eſt. Cùm ampliatur, die D. Thomæ Cantuarienſi feſto, cum patrum frequenti globo Bertrandus Regem adiit, admonuítque illum illuxiſſe diem, quem pro libertate Eccleſiæ D. Thomas ſanguine ſuo conſecraſſet. Reſpondit Rex, omnia ſibi curę futura. Anceps vox. Bertrandus vt certius lętiuſque eliceret reſponſum, orauit, vt qui diuinitus vocatus fuiſſet ad ſceptrum, ambiguo reſponſo non dimitteret triſtes ab ſe ſacerdotes, qui quotidie rem diuinam pro eo facerent. Tunc Rex: Iura, inquit, Eccleſiarum auxerim potius, quàm imminuta velim. Gratias vniuerſi egere. Rex Catholici cognomen promeruit. Ad hunc modum Æmilius. Acta ſunt Philippo Valeſio Rege, in ſaltu Vicenarum, anno Domini 1329. Res porrò digna viſa eſt, quæ paulò accuratius enarretur, præſertim cùm in ea tempora inciderimus, in quibos vix vlla priſtinę Eccleſiarum iuriſdictionis veſtigia cernimus, & id iure merito fieri nonnulli putent. Primùm, quòd negent vllam temporalem iuriſdictionem Eccleſiaſticis perſonis poſſe conuenire: quod ego idcirco hæreticum cenſeo, quòd iam olim Apoſtolus aſſeruerit nos Angelos eſſe iudicaturos; ex quo idem deducit, quanto magis ſæcularia? Deinde, quòd, cùm non aliunde id iuris Eccleſiam eſſe adeptam opinentur, quàm Regum beneficio, poſtquam nonnulli ex iis, qui Eccleſiis præſunt, non benè vſi ſunt, eo omnes priuari meritò potuerint. Quæ duæ quæſtiones, cùm ſeparari commodè poſſent, dolo, an ignorantia? Cunerius in vnum funem contorſit. Nos ſingula ſeorſum ſuo ordine expendemus. Prius tamen Cunerij argumenta, quibus Eccleſiaſticam iuriſdictionem oppugnat, proponenda ſunt, & iuſtis ponderibus examinanda; vt iis demum excuſſis, etiam reliqua, quæ ad eam rem ſpectant, videamus.

Tractatus περὶ τῆς ἱερατικοδικαιοδοσίας πολιτικῆς, ſiue de ſacerdotum politica iuriſdictione.

Dvo quærimus. Primum eſt, vtrum ſacerdotes ciuilia iudicia exercere poſſint. Alterum, quibus finibus ſæcularis iuriſdictio circumſcribatur. Itaque omnem hunc tractatum in duas partes diſtribuemus; ſingulas in plura capita, quò facilius vniuerſa hæc quæſtio intelligatur. *Duæ partes huius Tractatus.* Et quidem, quòd ad priorem partem attinet: nos quaſi rem totam à principio complexi, illam conuenienti modo atqoe ordine A tradenus: ſed nulla duntaxat argumenta eſſe oſtendemus, quibus fretus Cunerius eam negare inſtituit. His ſiquidem diligenter & accuratè confutatis, ſperamus fore, vt ex erroris reprehenſione, tanquam è tenebris veritas illuſtrior emergat. Poſteriorem partem explicatio politicæ iuriſdictionis occupabit: non illa quidem ſuis deſcripta finibus, vt quantum poſſit, aut valeat inueſtigemus: quod deinceps faciendum erit: ſed cōtra, quid non poſſit aperiemus, & multa, quæ perperam ac ſacrilegè humanæ poteſtati per vim arrogantur, pendere ab Eccleſiaſtica ſeu diuina iuriſdictione docebimus, nec poſſe, quantumuis licet iura maieſtatis, aut B fiſci prætexat illa acerrima miniſtra prætorum auaritiæ calumnia, ab Eccleſia & eius cognitione diuelli.

PRIMA PARS TRACTATUS, Vtrum fas ſit ſacerdotes humana iudicia exercere.

CAPVT PRIMVM.

In quo Cunerij argumenta, quibus affirmantem partem oppugnare conatus eſt, proponuntur.

C PRIMVM eſt. Luc. 22. cum dicerent Apoſtoli, *Ecce duo gladij hîc*: dixit Dominus, *Sufficit*: per duos gladios intelligebat duas iuriſdictiones. *1. Argum.*

Secundum, Matth. 17. Chriſtus pro ſe, & Petro tributum ſoluere voluit, vt ſuo exemplo Eccleſiaſticos admoneret, eos à tributis immunes minimè præſtare, nec temporalia iura poteſtati temporali poſſe negare. In cuius rei fidem etiam illud attulit, quod ſcribitur, 11. q. 1. c. Si tributum & ca. Magnum. 2.

Tertium etiam hoc cauetur lege humana, cùm dicitur: Magna duo dona collata ſunt: ſacerdotium & Imperium. Imperium, vt humanis præeſſet: ſacerdotium vt diuinis. In corpore Authenticorum Collatio. 1. tit. 6. Quomodo oporteat Epiſcopos & Clericos ad ordinationem perduci conſt. 6. in præfatione. Ex quibus D colligebat, quòd cùm iſtæ iuriſdictiones à Deo diſtinctæ ſint, & altera quidem Eccleſiæ credita, altera Dominis tēporalibus, Eccleſiam, eam iuriſdictionémque de temporalibus ſtatueret, ſibi vindicare minimè oportere; cùm ſcriptum ſit Prouer. 22. *Ne tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui.* Ex quo etiam 3.

Quartum argumentum deduxit, ne cōſuetudine quidem vlla ius illud Eccleſiæ acquiri potuiſſe, cùm ſit ius fiſci, quod temporis præſcriptioni non ſubiaceat, nec Rex poſſit illud vllo vnquam tempore à ſe abdicare. Quod probauit multis in mediū allatis capitulis, quæ ſunt diſt. 10. (nil illic reperi.) Quare cum Rex in ſua coronatione iuraſſet, iura Regni non alienare, & alienata ad ſe reuocare, ſi per Eccleſiam, aut quemcunque alium erant vſurpata, dubium 4.

eſſe non poſſe, quin ad ea vindicanda, ſi fidem liberare vellet, teneretur.

5. Quintum argumẽtum ſumpſit ex diſt. 96. c. 6. *Cùm ad verum.* Quod etiam, vt magis ac magis eluceſcat, ſoperiora quædam ex eadem Nicolai Papæ Epiſtola, vnde acceptum eſt, adiiciemus. Sic igitur ille: Fuerunt hæc ante aduentũ Chriſti, vt quidem typicè Reges ſimul & ſacerdotes exiſterent. Quod ſanctum Melchiſedech fuiſſe ſancta prodit hiſtoria, quodq; in membris ſuis diabolus imitatus eſt (vtpote qui ſemper quæ diuino cultui conueniunt, ſibimet tyrãnico ſpiritu vindicare cõtendit, vt Pagani Imperatores, iidẽ & Maximi Pontifices dicerentor. Poſt quæ ſeqoitur, id quod in illud c. 6. relatum eſt. Sed cùm ad verum ventum eſt, eundem Regem atque Pontificem, vltra ſibi nec Imperator iura Pontificatus arripuit, nec Pontifex nomen Imperatoriom vſorpauit: quoniam idem mediator Dei & hominum homo Chtiſtus Ieſus ſic actibus propriis, & dignitatibus diſtinctis officia poteſtatis vtrinſq; diſcreuit, propria volens medicinali homilitate ſurſum efferri, non humana ſuperbia rurſus in infernũ demergi, vt & Chriſtiani Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent, & Pootifices pro curſu tẽporalium tantummodo rerum Imperialibus legibus vterẽtur: quatenus ſpiritalis actio carnalibus diſtaret incurſibus, & ideò militans Deo minimè ſe negotiis ſęcularibus implicaret; ac viciſſim non ille rebus diuinis præſidere videretur, qui eſſet negotiis ſæcularibus implicatus.

6. Sextum fuit argumentum, à raſura Clericorum, quam tonſuram vocant, elicitum. Nam propterea Clericorum radi capita docet Aug. Serm. 21. ad fratres in eremo; vt intelligant, ſe rerum temporalium amorem, curámque depoſuiſſe: quod ipſe allegauit ex 12. q. 1. c. 7. *Duo ſunt genera.* Et id quidẽ Gratian. S. Hieronymo refert acceptum: reuera autem nonnulla ex his apod S. Aug. loco citato reperiuntur. Nec dico, illi Aug. ſermones quanti faciendi ſint, cùm nec argumentũ ipſum alicuius momẽti eſſe videatur.

7. Septimum illud erat, quod, cùm Eccleſiaſtici, iore certis quibuſdã caſibus, qui legibus exprimuntur, cauſæ cognitionem haberent, conſequens videretur, vt ab aliis tanquam minimè cõceſſis abſtinerent. Talis eſt enim regula iuris; vt, quæ præterita ſunt, cùm ea recenſerentur, quorum poteſtas fiebat, ptohibita atque interdicta eſſe credantur. Quod ptobans affirmabat de regulis ioris c. r. (non inueni) ff. de Legatis. l. *Ticia textores meos.* Ea eſt 36. l. lib. 30. tit. 1.

8. Octauum argumentũ eam iuriſdictionis partem oppugnabat, quam ſibi Eccleſia in omnes, qui Chriſtiano nomine cenſentur, ob admiſſum ſcelus vendicat, cùm ſit illa iudex à Deo conſtituta ſoluendorum retinendorúmque delictorum, eámque ab illo poteſtatem nullis finibus circunſcriptam acceperit. Quo loco, ne ſine ratione inſanire videretur, aut ſine cauſa Eccleſiaſticæ Hierarchiæ ſua iura detrahere, hanc ſuæ dementiæ rationem attulit, quæ eſt omnium ineptiſſima: nimirùm, Eccleſiaſticam authoritatem in iis locum habere non poſſe, qui Regię poteſtati ſubderentur. In quos igitur ſuprema illa & generaliſſima poteſtas, quæ nihil non ſoluit aut ligat, ſeſe exeret? Quos tu illi termioos præſcribis? in quos permittis Imperium? In eos, inquit, qui ſuperiorem non habent, nec cuiuſquã cenſuram verentur. Solos igitur ſummos Magiſtratus, Reges, atque Imperatores, Eccleſiaſticæ diſciplinæ vult eſſe obooxios, reliquos omnes ſeruari ſoli ſui principis arbitrio. Sic ille decretalem illam. *Nouit ille qui.* Quæ eſt Innocentij 3. interpretatur dicam, an potius eludit? Verùm ea poſtea à nobis referenda erit, cùm huius argumenti 8. confutationem aggrediemur. *De iudiciis tit. 1. cap. 27.*

Hæc ferè ſunt argumenta, quibus Cunerius vſus eſt, cùm conaretur Eccleſiaſticam libertatem opprimere, & eam, quam à priſcis temporibus Epiſcopi & ſacerdotes in iudiciis aothoritatem obtinuerant, per ſummam iniuriam eripere: quod tamen tum minimè obtinuit, Regem optimum nactus, qui à tanto ſcelere abhorreret. Nunc illa nobis religioſè diſcutienda ſunt; vt, ad rem quam parabat, in iis quàm nihil momenti fuerit, clarè perſpiciatur.

CAPVT 2.

Explicatur id, quod pro themate Cunerius proloquutus fuerat, *Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo.*

PRIMVM igitur, quod pro themate dictionis ſuæ coram rege Cunerius aſſumpſerat, nimirum, *Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo:* Commune telum eſt, & æquè facilè poteſt in alteram partem retorqueri. Si tamen commune telum eſt, & non potius adoerſariorum proprium. Siquidem ea ſenteotia, ſi, vt inquit Tullius, aurificis ſtatera, & non populari aliqua trutina examinetur: Cuneij fauere rationibus omnino poſſe non videtur. Nam primò quidem de tributi perſolutione tantùm, & nõ de iudiciorum adminiſtratione agebatur, cùm Dominus hæc referret. Eccleſia verò, etſi iudicia exerceat, nuſquam tamen ſibi tribota arrogaſſe memoratur: habet enim aliundè ſibi à Deo conſtituta ſtipendia, ſacrificia & decimas, eaque omnia, quæ vltrò à piis & fidelibus Deo offeruntur. Sed oec tributa quidẽ videtur Principibus illa ſentẽtia aſſerere, aut imperare; cùm ex inſpectiooe imaginis in nummo ſcolptę, eam cõcluſionem deduxerit: quæ ſi eo ſenſu vera eſſet, vt ex imaginis impreſſæ ratione tributum pendi iuberet, nõ modò certus aliquis pecuniæ canon à principe definitus tributi nomine præbẽdus eſſet, verumetiam quicquid vſquam pecuniarum eſt, eadem lege conferẽdum. Poſtremò cũ his quoque ſubiiciat, *Et quæ ſunt Dei, Deo:* periculum eſt, ne non tam tributis Principum cauere, qoàm interdicere voluiſſe videri poſſit. Quid enim Cæſar, ſi cũ Deo comparetur, ſuum dicere poterit, cùm ne ille ipſe quidem ſuus ſit, ſed imago Dei? Arbitror itaq; eo loco Dominũ, cũ ex inſidiis ſubdolè interrogaret..., non veritatis cognoſcendę gratia, ſed captandę occaſione calumniæ, quid ſentiret reſpondere noluiſſe:

Luc. c. 20.

Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo.

ſed arte atque induſtria eorum impudentiam vlciſci voluiſſe. Satis enim aliàs, principibus ſuis quid deberent, edocti erant, nec erat cur de Cæſare retractarent; cùm tot olim ſæculis patres eorum Græcis, Babyloniiſque, cùm pari iugo premerentur, ſine vllo ſcrupulo tributa perſoluiſſent: & pro iiſdem præterea, Deo ita iubente, preces, & hoſtias obtuliſſent. Hæc itaque miſſa faciamus, & ad argumentotum præcedentium examen accedamus.

CAPVT 3.

Primi, & alterius argumenti confutatio.

1. Argumēti confutatio.

OPPORTVNE, quod ad primum argumentum attinet, locum illum Lucæ 22. Cunerius interpretatus eſt, *duos illos gladios* aſſerens, vtramque iuriſdictionem temporalem & ſpiritualem ſignificare. Sed penes quos, inquit Eduenſis, *duos iſtos gladios* Chriſtus eſſe voluit? Petrum vtique, & alios Apoſtolos. Petro autem Papa ſucceſſit, quemadmodũ & aliis Apoſtolis Epiſcopi, Diſcipulis autem ſingularum Eccleſiarum Paſtores, vt docet Gloſſa Luc. 10. Ex quo, ait, ſic arguo; per *duos gladios* intelliguntur prædictæ duæ poteſtates: ſed Chriſtus voluit eſſe illos penes Eccleſiam, ergo & vtramque poteſtatem. At dices, Petrum à Domino reprehenſum, quòd ſtricto gladio Pontificis C ſeruum percuſſiſſet, &, vt in vaginam illum reconderet, mandatum accepiſſe. Num tamen, vt illum prorſus abiceret, Dominus imperauit? Aut in alterius manum traderet, ſéque illo priuaret? Abſit: ſed iuſſit tantùm ſua theca incluſum aſſeruaret; quò ſignificaretur, eandem illam poteſtatem adhuc penes Eccleſiam remanere, fundendi tamen ſanguinis vſum à ſacerdotio abhorrere: quod à iudice laico legitimè præſtari poſſit, ad nutum fortaſſis & ſacerdotum imperium. Petri vterque eſt, inquit S. Bernardus Epiſt. 256. alter ſuo nutu, alter ſua manu, quoties neceſſe eſt, euaginandus. Et quidem de quo minus videbatur, de ipſo ad Petrũ dictum eſt: *Conuerte gladium tuum in vaginam.* Ergo ſuus erat & ille, ſed non ſua manu vtique educendus. Hæc S. Bernardus.

Cunerius imperitia ſua Eccleſiaſticis argumenta ſuppeditat.

S. Bernard.

Ioan. 18.

2. Argumēti confutatio.

D Quod ſpectat ad ſecundum argumentum, quod ait: Chriſtum tributum ſoluiſſe in exemplum ſacerdotum omnium: parum de Chriſto honorificè ſentit, ſi putet illum olim ea lege teneri. Quãquam, ſi paulò attentius illum Matth. locum c. 17. cõſideraſſet, perſpicuè animaduerteret, ſe ea lege ſolutum ante prædicare, quàm didrachma perſolueret. Facti etiam illius, ne quis in exemplum duceret, reddere Petro rationem voluit: *Ne ſcilicet illi*, inquit, *ſi negemus, inde ſcandali occaſionem arripiant.* Ex quo ſequitur, quòd ſi ſcandali nulla ſuſpicio foret, cenſum minimè eſſet præbiturus. At nos etiam ſcandalizamur, inquis: Quid mea refert? Non tale aliquod ſcandalum me vitare docuit Chriſtus, ſed quod ab infirmitate procederet. Eſt enim illorum aliquid ignorantiæ indulgendum,

Scandalum quale vitandum.

A quos erudiendos ſuſcipias, non malitiæ Phariſæorum, qui optima quæque carpunt ex inuidia. *Scis*, aiunt diſcipuli Matth. 17. *quia Pharizæi audito hoc verbo, ſcandalizati ſunt? Sinite illos*, reſpondit Chriſtus, *cæci ſunt, & duces cæcorum.* At verò Paulus ad Rom. cap. 14. ſedulò monet, à ſcandalo puſillorum cauere, quorum infirma conſcientia, non benè intellecta eorum, quæ fieri vident, ratione atque æquitate, donec perfectius erudiantur, leui momento in ruinam impellitur. Cæterùm apud omnes populos ſacerdotes ſemper à tributis immunes fuerunt: apud Ægyptios verò etiam tributis alebantur, vt teſtatur Diodorus. Et ne ſapientiores tantùm in exemplum elegiſſe videar, ſimile quid apud Peruanos noſtro tempore compertum eſt: B quos conſtat ab omni Philoſophia fuiſſe alieniſſimos. De Peruanis teſtis eſt Ioſephus à Coſta hiſt. nat. Ind. lib. 6. cap. 15. De Ægyptiis, præter ea quæ Diodorus refert, etiam Geneſ. c. 47. docemur, ſacerdotum terram fuiſſe liberam, & immunem ab omni tributo, & ſeruitute præſtanda.

Sacerdotes à tributis immunes.

Diodorus.

Ioſephus à Coſta.

CAPVT 4.

Leges Imperatoriæ nõ ſunt habendæ pro oraculis, in his quæ ad Eccleſiam pertinent: nec illæ aliquando decreuerunt, vtramque iuriſdictionem non poſſe ſubiecto coniungi.

3. Argumēti confutatio.

QVOD ad tertium attinet, & ſi quid imperator perperã ſtatuerit, moueri propterea illius authoritate non debemus; cùm conſtet hæretica labe fuiſſe infectum, Triboniano autem viro gentili, atque à fide alieno, in componendis legibus ſuis præcipuè vſum fuiſſe. Non eſt imperatori dictum, ſed ſoli Petro: *Non deficiet fides tua.* Sed, ne videar ſtudio partium, Imperatoriæ maieſtati iniuriam facere, loquatur alter item Imperator Fridericus, nóſque doceat, num ſemper & vbique Imperatorum iudicio ſtare opus ſit, & in cauſa fidei fidem ei adhibere. Is igitur Venetiis, anno 1177. in publico non ſolùm omnium ordinum, ſed etiam nationum Conuentu, hæc verba palàm effatus eſt, cùm errorem ſuum, vt ipſe prædicabat, agnoſceret: Totus mũdus euidenter agnoſcat, quòd licet nos Romani Imperij dignitate & gloria fulgeamus; tamen à nobis humanæ conditionis proprium dignitas Romana non abſtulit, nec ignorantiæ vitium Maieſtas imperialis excluſit. Nam ſuggeſtione prauorum hominum, ignorantiæ fuimus tenebris inuoluti; & per viam veritatis credentes incedere, extra iuſtitiæ ſemitas nos inuenimus. Ecce enim Dei Eccleſiam, quam credebamus defendere, impugnauimus; & quam ſperabamus extollere, penè deſtruximus. Occaſione noſtra Domini noſtri Ieſu Chriſti tunica inconſutilis eſt diuiſa: & quantum in nobis fuit, per hæreſes & ſchiſmata violata. Decepit nos. Et reliqua in eandem ſententiam, quæ refert Romualdus Ar-

Romualdus Archiepiſc.

Imperatores errare poſſunt in fide, & moribus.

chiepiſ. Salernitanus, in fine ſuorum Chronicorum, ab orbe condito ad annum vſque 1177. Lotharius item 1. Friderico longè antiquior, cùm ob repudiatam Theodebergam coniugem, & initum cum Vualdrada pellice matrimonium, circa annum 862. à Nicolao Papa citatus, ac ſceleris conuictus eſſet, Laicam ſe dixit eſſe illiteratamq. perſonam, & ideo quòd Canonum neſciret autoritatem, totius cauſæ ſummam Archiepiſcopis illis tractandam commiſiſſe, eorum ordinationi & iudicio paruiſſe, & ideò, innocentius multò pro ſuo arbitrio erraſſe. Fauerant ſcilicet Colonienſis, & Treuirenſis Archiepiſcopi, qui propterea abdicare coacti ſunt. Author Anſelmus Leodienſis in libro, quem ſcripſit ad ſanctum Annonem Archiepiſ. Colon. de Epiſcopis Traiect. & Leodienſibus, in Francone Epiſcopo, cap. 37. Verùm, tametſi Imperatoris dictum illud, quod Cunerius protulit, cum veritate conſentiret, non video tamen quid conferat ad illius hæreſim comprobandam. Duas, inquit, illas Iuriſdictiones, temporalem ſcilicet, & ſpiritalem Imperator vult eſſe diſtinctas. Qui tandem, Cuneri, cùm vtramque ſibi illa conſtitutione adſcribat, & legem de ordinandis Epiſcopis ferat, quorum promotio atque conſecratio maximè ad Eccleſiam pertinet? Aut igitur, contra quàm ſentit Cunerius, Imperator Iuriſdictiones non vult eſſe diſtinctas: aut ſi fine, atque operatione diſtinctas eſſe intelligit, ſubiecto tamen poſſe coniungi arbitratur, & ab vno eodémque pariter adminiſtrari, Cunerij improbam aſſertionem proprio exemplo refellens.

Anſelmus Leodienſis.

Cæterùm, ne ſolus legum patrocinio confidere videatur, nos quoque earumdem multò luculentius teſtimonium afferamus. Volumus, atque præcipimus, inquit Magnus ille Imperij reſtitutor Carolus, (nam ita refert Benedictus Leuita Capitularium libro 6. cap. 208. & Innocentius 3. de iudiciis cap. 13. totidem verbis Carolo Magno tribuit) vt omnes ditioni noſtræ, Deo auxiliante ſubiecti, tam Romani, quàm Franci, Alamani, Baiouarij, Saxones, Thuringij, Freſones, Galli, Burgundiones, Brittones, Langobardi, Vuaſcones, Beneuentani, Gothi, Hiſpani, cæterique nobis ſubiecti omnes, licet quocunque videantur legis vinculo conſtricti, vel conſuetudinario more connexi, hanc ſententiam, quam ex ſextodecimo Theodoſij Imperatoris libro, capitulo videlicet 11. ad interrogata Ablanij Ducis, illi & omnibus reſcriptam ſumpſimus, & inter noſtra capitula pro lege tenendam conſultu omnium fidelium noſtrorum tam Clericorum quam & Laicorum poſuimus, lege cunctis perpetua teneant: id eſt, quicunque litem habens, ſiue poſſeſſor, ſiue petitor fuerit, vel in initio litis, vel decurſis temporum curriculis, ſiue cùm negotium perorator, ſiue cùm iam cœperit promi ſententia, ſi iudicium elegerit ſacroſanctæ legis Antiſtitis, illicò ſine aliqua dubitatione, etiam ſi alia pars refragatur, ad Epiſcoporum iudicium cum ſermone litigantium dirigatur. Multa enim quæ in iudicio captioſæ præſcriptionis vincula promi non patiſitur, inueſtigat & promit ſacroſanctæ Religionis autoritas. Omnes itaque cauſæ, quæ vel prætorio iure, vel ciuili tractantur, Epiſcoporum ſententiis terminatæ, perpetuo ſtabilitatis iure firmentur. Nec liceat vlterius retractari negotium, quod Epiſcoporum ſententiis deciderit. Hæc ille vnà cum Theodoſio, Imperatore religioſiſſimo atque inuictiſſimo, pari pietatis ac bellicæ virtutis gloria conſpicuus edixit, & ſanxit. Quòd ſi cui forſan maior habeatur, aut certè requiratur Iuſtiniani, tot legum conditoris autoritas, haud diſſimilia ab illo accipe. Ex corpore Aothentic. conſtitu. 86. cap. 2. Si Iudex ſit ſuſpectus, ſimul audire iubet Archiepiſcopum, & litem cum eo dirimere. Et iterum cap. 4. Si quiſquam à clariſſimo Prouinciæ iudice ſit læſus, ciuitatis illius Epiſcopum inter vtrumque iudicare conſtituit. Cuius ſi iuſtam ſententiam Iudex refutauerit, nec imperata fecerit, vltimo ſupplicio ſubdi præcipit Imperator de iniuſtitia admonitus. Pluribus Epiſcopus Eduenſis, quæ nos, ne moleſtiam pariant, omittimus.

Benedictus Leuita.

Piiſſimi atque inuictiſſimi Imperat. quantum in iudiciis Epiſcopis tribuerint.

Habetur 11. quæſt. 1 cap. quicunque.

Authentica conſtit.

Capvt 5.

Refellitur quartum argumentum. Ordo ſcribendorum proponitur: & nonnullam olim in Francia iuriſdictionem conſuetudine, atque præſcriptione, Eccleſiam obtinuiſſe probatur.

AD quartum multa reſpondet Epiſcopus Eduenſis. Primò, conſuetudine potius, quàm præſcriptione Eccleſiam ius illud in Frãcia obtinere. 2. etiam præſcriptione. 3. non eſſe ius illud fiſci. 4. etiam ius fiſci præſcribi poſſe. 5. Reges poſſe ius illud à ſe abdicare. 6. Regem in ſua Coronatione contrarium non iuraſſe, vt falſo aſſerebat Cunerius. 7. ac poſtremò, niſi hæc vera ſint, optimos quoſdam Francorum Reges, atque adeò cum illis S. Ludouicũ periurio ſe contaminaſſe, cum ea iura Eccleſiæ, & concederent, & aſſererent, ac proinde à gratia Dei, & cœleſti gloria excidiſſe: quod quàm ſit abſurdũ, & à pietate alienum nemo non videt. Conſuetudine autem potius quàm præſcriptione, ius illud in Gallia idcirco inualuiſſe ait, quoniam populi voluntate atque electione, Regis autem approbatione atque conſenſu introductum ſit. Studuit enim populus ius ſuum potius in foro Eccleſiaſtico experiri, quàm apud profanos iudices periclitari, quoniam crederet, viros diuino cultui ac Religioni conſecratos difficilius poſſe ab æquitatis tramite deflectere, quàm eos, quos paribus ſecum negotiorum ac cupiditatum æſtibus in varias tentationes impingere cernebat. Reges verò idcirco populi ſtudio fauebant, quòd animaduerterent, ſe ea ratione magis ſubditorum ſuorum paci atque vtilitati conſulere, animamq. ſuam in primis adminiſtrandæ ratione iuſtitiæ ſan-

4. Argumenti confutatio.

Quare ſemper populus ſtuduerit ſuum ius apud Eccleſiaſticos viros potius, quàm apud profanos iudices experiri.

Digitized by Google

ctiſſima atque Chriſtianiſſima liberare.

Præſcriptione etiam idcirco obtinuiſſe ait, quoniam, quæ ad eam requiruntur omnia, vt poſſeſſioni ius & autoritas comparetur, Eccleſiaſticam hanc iuriſdictionem ſtabilire ac corroborare repetiuntur. Tria namque ſunt duntaxat, quæ religioſiſſima quæque præſcriptio à poſſeſſore exigit, titulum, bonam fidem, & poſſeſſionis abſque vlla temporis intercapedine continuationem. Ea verò concurrunt omnia. Nam quod ad titulum attinet, Theodoſij, atque Caroli Magni, & aliorum plurium Imperatorum atque Regum ſanctiones, priuilegia, diplomata, leges penè innumeras habemus, quas ſanctas & inuiolatas Regum noſtrorum capitula eſſe decernunt. Capitulat. libro 6. cap. 109. 110. 112. & aliis pluribus, quibus etiam non parum roboris addidit Sacrorum Canonum reuerenda poteſtas. 2. quæſt. 5. Si quis Presbyter. 11. quæſt. 1. Relatum 25. diſt. ecce, &c. Cum his legibus, vt arbitror, quæ publicis Reipub. Chriſtianæ monumentis inſcriptæ ſunt, non erit alter titulus conferendus. Quis igitur audeat Eccleſiam malæ fidei arguere, quam tot certiſſima publicæ fidei documenta ab inuidorum calumniis vendicant? Concurrit etiam longiſſimi temporis continuata poſſeſſio. Nam ſexcentis, & quod excurrit annis, iam, vt ait, illo iure Eccleſia potita eſt: quo nomine, etiam ſi cætera deeſſent, potuerunt fiſci iura præſcribi. At fiſcum non eſſe præterea aſſerit, quò minus poſſint tantæ præſcriptioni ſua iura negari. Eam reſponſionem diligentius expendemus, cùm de Regni iuribus c. 8. ſermonem inſtituemus. At verò, etiam ſi ad fiſcum pertineat, præſcriptionis tamen legibus ſubiacere contendit, eo potiſſimum argumento, quòd tametſi ſubditus Regis ſui iura præſcribere non valeat, æqualis tamen, aut etiam maior valebit. Rex enim alterius Regis, ſi non deſit bona fides, haud dubiè iura præſcribit. Non eſt autem regibus inferior habenda Eccleſia, quæ eorumdem mater eſt, quin potius quantum Sol Luna, argentum plũbo, & cælum terra ſupereminet, tantum illa reliquis orbis poteſtatibus anteſtat.

Triplex conditio iuſtæ præſcriptionis.

Iura fiſci præſcribi poſſunt ab æquali.

CAPVT 6.

Cõtinuatio confutationis eiuſdem quarti argumenti, quòd ſpectat ad alienationem: Et quòd reges, qui hæreditario iure ſuccedunt, alienare poſſint.

AD id verò quod aiebat Cunerius, Regem non poſſe tale ius à ſe abdicare aut alienare, reſpondet ad hunc modum: Dicere autem quòd vos, aut prædeceſſores veſtri non potuiſtis hæc concedere Eccleſiæ, videtur eſſe valdè in diminutionem veſtræ potentiæ, & excellentiæ. Vos enim, præclariſſime Domine, qui ita pingue ius habetis in Regno Franciæ, quod non ſolùm electione, ſed etiam iure hereditario poſſidetis, & ad poſteritatem tranſmittitis, quòd A non poſsitis iſtud concedere, videtur quam plurimùm veſtræ potentiæ derogare, imo in tantùm, quòd ſi eſſet verum, quod abſit, ſequeretur prædeceſſores veſtros in peccato continuè fuiſſe, imò, quod impium eſt dicere, Beatum Ludouicum, per quem tota Francia illuſtratur, non iuſtè Canonizatum. Si enim, ſicut proponens dicebat, iurauit non alienare, & alienata reuocare, & iſtud eſt inſeparabile à Corona: ſequitur, quòd peieraſſet, & per conſequens mortaliter peccaſſet, & ita inter ſanctos referri non potuiſſet: quod eſt neſarium dicere. Hæc ille. Et pluribus iterum actione 2. tum exẽplis, tum legibus probat, Res Imperij alienari poſſe. Negat tamẽ propriè alienationem dici debere, cùm quid Deo & Eccleſiæ confertur. Porrò, B eùm docet Cunerius, fiſci iura præſcribi, abdicari, alienarive non poſſe, quid fiſci nomine intelligeret, mea quidem ſententia, manifeſtius explicare debuit. Sũt enim qui ærarium à fiſco diuerſum eſſe velint: & aliud quidem eſſe patrimonium principis, aliud ipſiuſmet Reip. Etſi namque in eo ſtatu, quem Monarchicum vocant, vtriuſque poſſeſsionis redditus atq. emolumenta in vnum Regem conferantur, non eſt tamen par vtriuſque ratio, neque ſimili iure de vtriſque ſtatuere poteſt. Nã ſi quas res habeat Princeps, quas priuato iure poſſideat, quin poſſit illas, quemadmodũ quiuis alius, pro ſuo arbitrio in alium transferre, nulla vtique iura prohibent: at publicum patrimonium diſtrahere, ſine populi conſenſu nullo vnquam tempore licuit. C Sed enim quî fieri poſſit, vt diutius ſtet Reſp. & populo ſua iura ſeruentur, ſi publica ſtipendia, quibus communis vtilitas bello & pace adminiſtratur, intempeſtiua principum libidine ſubtrahãtur? Nam, ſi bellum deinde ingruat, aut certè pacis tempore clades aliqua rẽpub. perculerit, vel tandem ipſi redditus conſueti ad quotidianos Principis ſumptus deſint, erit opprimẽda plebs nouis tributis & exactionibus, & à legitimo principe expectanda mala omnia, quæ bello victi à victoribus pati ſolent. Præterea verò, quod ad Remp. pertinet, omnium eſſe cenſetur, neque priuatim illud Princeps poſſidet, ſed tanquam Reip. procurator, liberrimam habet eo vtendi poteſtatem, quò valeat ea quæ neceſſaria eſſe perſpexerit, conſilio, opibus, ac potentia præſtare. D Aſt agrum ipſum publicum, iuſve percipiendi vectigalia, pẽſiones, angarias, legitimas ſeruitutes, vrbes, denique, prouincias, Imperium, cedere, donare, vendere, aut alio quouis modo, iniuſſu populi, de iiſdem tranſigere, nullomodo poteſt, & ſi quid fortè eiuſmodi tentauerit, ratum fixúmque haberi non debet, cùm non poſſit pluſquàm habeat, in alterũ iuris transferre. Verùm hæc fortaſsis de iis principibus intelligenda sũt, qui liberi populi electione ad moderandũ Reip. clauum aſſumuntur: at qui hæreditario iure Regnum capeſſunt, aut legitimo bello armorum fælicitate conſequuntur, de eodem tanquam poſſeſsione ſua aliquid amplius decernere poterunt. Illi namque non modò partem aliquam diſtrahere, verùm etiam ſe toto penitus abdicare poſſunt, inconſulto populo, ſi ita videatur.

Alienari dici non debet, quod Deo & Eccleſiæ confertur.

Fiſcus, & ærarium.

Rationes ob quas publicum patrimonium alienari non poſſit.

Non idem ius regum qui electione, & qui hæreditario iure imperiũ ſortiuntur.

Inde opinor factum eſt, vt plures olim reges, cùm eſſent diuinæ pietatis ardore ſuccenſi, nec certius aliquod patrocinium rebus ſuis quærere ſe poſſe confiderent, qoàm ſi Beatorum Apoſtolorum principum tutela defenſione munirentur: ſe & ſua regna Apoſtolicæ ſedis poteſtati permiſerint. Quod quanquam non ſit animus pluribus teſtimoniis comprobare, vnum tamen exempli gratia referam. Illud erit Petri Arragonenſis, qui cùm Imperij ſui maieſtatem vltro, ſummi Pontificis fidei atque arbitrio addiceret, Anno Chriſti. MCCIV. his verbis vſus eſt: Ego Petrus Dei gratia Rex Arragonum, Comes Barcinonæ, Dominus Montis Peſſulani, cupiens præter Deum principali Beati Petri & Apoſtolicæ ſedis protectione muniri, tibi Reuerendiſſ. Pater & Domine Summe Pontifex Innocenti, & per te ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & Apoſtolicæ ſedi, offero Regnum meum, illudque tibi & ſucceſſoribus tuis in perpetuum, pro remedio animæ, & progenitorum meorum conſtituo cenſuale; vt annuatim de Camera Regis ducenta quinquaginta Maſſimitinæ Apoſtolicæ ſedi reddantur: & ego ac ſucceſſores mei ſpecialiter, & fideles, & obnoxij teneamur: hoc autem lege perpetua ſeruandum fore decerno, quia ſpero & confido, quòd tu & ſucceſſores tui, quaſi Beati Petri manibus in Regem duxeris ſolemniter coronandum. Actum Romæ, An[illegible] Domini 1204. ſic ille: qui idcirco potuit ius & autoritatem Regni ſui in Summum Pontifieem transferre, quòd illud hæreditario iure poſſideret, & tanquam proprium ad poſteros tranſmitteret. Nam ſi vnum quemque ex iis, qui legibus coercentur, iura permittunt liberè, ac pro arbitratu ſuo res proprias diſponere, quanto magis Reges, qui legum humanarum vinculis ſoluti ſunt, poterunt ſua Regna, quorum proprietarij ſunt, aut partem eorum aliis poſſidendam concedere? Quis igitur aſſerat, etiam ſi quid Francorũ Reges ex Regni iuribus Eccleſiæ tribuerint, iure merito poſſe reuocari? Etenim illud ordine naturalis ſucceſſionis adipiſcuntur, & alioqnin bellica virtute partum eſt: quæ duę conditiones titulum iuſtæ poſſeſsionis acquirunt, oſtenduntq; regni proprietatem ad Reges pertinere.

Hæreditarij Principes iniuſſu populi ſua iura in alium transferunt.

Capvt 7.

Continuatio eiuſdem argumenti. Opinio noſtra de iure Regis Francorum.

Hæreditarium in Regum Francorum cum electione permiſſum videri.

Varvntamen, quòd ſpectat ad Francorum reges, reſponderi poſſet, illũ ſucceſsionis ordinem populi beneficio eſſe conſecutos: qui ab ipſo principatus exordio maluerit ſuos principes naturali ſerie à Deo accipere, quàm dum nouis ſæpius eligendis ſtudet, perpetuis ſeditionibus conflictari. Nã hoc ipſum ſe feciſſe cum reliquis Germaniæ, Galliæ, & Neuſtriæ Epiſcopis, regiumque germen Imperio deſtinaſſe, ac Domino conſecraſſe S. Remigius: quem nemo, vt arbitror, in ea parte iactantiæ ac leuitatis arguerit: ſuo teſtamento,

Inuenies apud Flodoardum in eodem.

A cui plures Epiſcopi Sanctiſsimi ſubſcripſerunt, teſtatum reliquit. Qua ratione maximè probare poſſumus, calumniari eos, qui dicunt maiores noſtros, oppreſſa Gallia ſuum imperium per vim & iniuriam ſtatuiſſe. Tametſi enim imperium iſtud bello partum eſt, non defuit tamen armorum felicitati comes iuſtitia. Nam primùm quidem Franci à Romanis laceſsiti, eoſdem cæſis exercitibus Gallia excedere coegerunt. Deinde, cùm victoria moderatè vterentur, & fracto Alemannorum impetu, quorum ingens terror Galliam occupauerat, eam à periculo liberaſſent, necnon ſingulari comitate atque affabilitate, quæ genti à natura inſita eſt, Gallorum amorem in ſe prouocaſſent, & denique fidem Chriſtianam amplecterentur, ab E-

B piſcopis rex Francorum idem quoque Gallorum Rex electus eſt. Sunt enim Epiſcopi capita populorum: & alioquin pulſis magiſtratibus, necdum conſtituta Repub. ipſi gregum ſuorum curam gerebant. Gothos poſtremò, gentem ferocem, & hæreticum virus ſpirantem, cum illi Gallorum libertati diutius incubarent, expugnarunt. At verò tot bella Clodouęus, per quæ regnum iſtud excitatum eſt: & reliqui maiores ſui, qui Imperij huius fundamenta iecerunt, communibus gentis auſpiciis adminiſtrarunt. Neque enim, cùm in Galliaa irrumperent, exercitum aliquem habuere, qualem reliqui Duces habere ſolent cùm bellum aliquod conficiendum ſuſcipiunt, imperato delectu ex ciuibus cnnſcriptum, aut peregrino

C milite ob ſtipendia collectum: ſed potius cùm gens vniuerſa mutare ſedes conſtituiſſet, ipſa ſibi Ducem præfecit, cuius ductu atqne auſpiciis cùm res optimè ceſsiſſet, etiam prolem ipſa ſuſcepit, & pari honoris prærogatiua dignata eſt, donec inoaleſcente conſuetudine res digna viſa eſt, quæ lege Salica firmaretur, abdicatis tantùm fœminis, quarum imperium gens virili animo prædita non tulit. Itaque, ſi in Gallos duntaxat, quos Francus ſub iugum miſit, Reges noſtri imperium exercerent, forſan videri poterant vt proprium obtinere, quãquam ne illos quidem à victoriæ fructibus alienos fieri decuiſſet, qui fuiſſent communis militiæ participes: At cùm Franci quoque, quos conſtat Regni fuiſſe autores, eodem imperio contineãtur, non poterit Regnum vllatenus ſic propriũ

E. Regum cenſeri, vt non commune ſit omnium Frãcorum, ac proinde nec ſine publico conſenſu diſtrahi, mutari, transferrive poterit. Nec ſi antiquiſsima repetas, comperies aliter vnquam licuiſſe. Nam cùm, ante ſuſceptam fidem, vnctionémque Regum, qua poſtea à S. Remigio delibutus eſt, Clodouæus regnaret, Sueſsione tamen collecta præda, quam mos erat, præter morem eorum qui proprio iure imperant, ſorte inter Regem militéſque diuidi: cum cuperet repetitum à S. Remigio Vrceũ Eccleſiæ Remenſi reſtitui, extra ſortis aleam illum ſibi ab exercitu concedi poſtulauit, cui, licet annuentibus cæteris, vnus è Francorum numero vas gladio percutiens, Nihil inde, inquit, referes, niſi quod ſors legitima dederit. Quod facinus audax tametſi poſtea merito ſupplicio vltus eſt, negari

Ammonius l. 1, c. 11. de geſtis Fran.

tamen non poteſt, illo tempore vſu receptum non fuiſſe, vt Rex quicquam de communibus ſpolus, inconſulto exercitu ſubduceret. Quòd ſi ſopellectilem oon licuit, quomodo ea qoæ maioris momenti ſunt, partum ſcilicet totius gentis ſanguine publicum patrimonium, iuriſdicendi autoritatem, iudiciorumque poteſtatẽ licuiſſet? Propterea igitur, cùm Caletenſi pactione Ioannes Rex Francorum Angliæ Regi Regnum ſuum ceſſiſſet, iuſque omne ſuum in illum transfudiſſet, ceſſionis nulla ratio habita eſt: ſed Carnuti poſtmodũ eſt abrogata. Neque enim cuiquam aut mero ſucceſſionis iure, quod ab inteſtato vocant, aut teſtamenti lege, vel etiã ceſſione, Fraocorum Regnum defertur: ſed lege regni: quam legem antiquare, aut reſcindere
B Regibus priuato conſilio non licet. Cuius rei memor nõnullis poſt ſæculis Angliæ Rex, cùm anno 1527. cum Summo Pontifice, & reliquis Italiæ poteſtatibus fœdus iniret, ſedulò caueri voluit, ne quid pro redemptione Franciſci Regis de publico patrimonio paciſceretur, quoniam ea ratio fuerat Madricenſis Conuentionis reſcindendæ. Ludouicus duodecimus, cùm ab

Bodinus l. 1 de Rep. c. 8.

eo tormenta bellica repeterentur, quæ Carolus octauus mutuò acceperat, hæredem illius ſe eſſe negauit. Quem imitatus Franciſcus ſecundus iis literis, quas ad Heluetios dedit, anno M. D. LIX. Ianuarij XIX. docet, non hæreditario iure, ſed lege & generali conſuetudine, quæ à principio regni obtinuit, Francorum regnum ſe accepiſſe: nec poſſe prædeceſſorum ſoorum
C ære alieno obſtringi, niſi quod vtilitatis publicæ gratia contractum eſſet.

Capvt 5.

Arguitur iterum falſitas eiuſdem argumenti, eò quòd non ſit ius fiſci.

HÆc cùm ita ſint, quî tandem fieri potuit, vt præter ingentes diuitias & immodicas poſſeſſiones, quas Eccleſiis contulit, tantam quoque iuriſdicendi licentiam Rex Eccleſiaſticis concederet, vt pene tribunalibus ſuis ſolitudinem induceret, & controuerſiarum iudiciorumque ſibi poteſtatem eriperet? Reſpondeo primo, Romanis legibus eum morem dudum introductum fuiſſe: quem Franci cùm re-

Eccleſiaſtica iuriſdictio apud Frãcos antiquior eſt fiſci iuribus.

D centi victoria, totque diuinis beneficiis aucti, fidem profiterentur, abſit vt auferre ſuſtinuerint, quin potius Eccleſiarum decus, atque autoritatem nouis ſemper acceſsibus amplificare ſtuduerunt. Nam quòd ſecularium cauſas Epiſcopi olim audirent, & ſuo iudicio dirimerent, etſi manifeſtius eſt, quàm vt teſtimonio cuiuſquam probari indigeat: nou contentus tamen imperialiom conſtitutionum quas ante retuli, autoritate confirmaſſe, etiam S. Auguſtinom, aurorem vtique idoneum cui fidem adhibeas, teſtemque locupletiſsimum citabo. Is namque Tom. 10. ſermone autem 24. de verbis Apoſtoli, ita populum alloquitur. Fratres mei, in cauſis & negotiis veſtris quando ad nos iudicã-

S. Auguſt.

A da veniont, ſi homini Chriſtiano dico, vt pro tempore redimendo perdat aliquid ſuum: quãto maiore cura & fiducia debeo dicere, vt reddat alienum? ambos enim Chriſtianos audio. Iã ille calumnioſus, qui vult alteri facere cauſã, & tollere ab illo vel pro compoſitione, gaudet ad iſta verba, Apoſtolus dixit, *Redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt*, &c. vt alias etiam apertius. Tom. 2. Epiſtola 147. quam ad Proculeianum Epiſcopum partis Donatianæ ſcribit. Per coronam, inquit, noſtram nos adiurãt veſtri. Et continuò poſt: Et homines quidem cauſas ſuas ſeculares apud nos finire cupientes, quando eis neceſſarij fuerimus, ſic nos ſanctos, & Dei ſeruos appellant, vt negotia terræ ſuæ
B peragant: aliquando & nos agamus negotium ſalutis noſtræ, & ſalutis ipſorum, non de auro, non de argento, non de fundis & pecoribus, pro quibus rebus quotidie ſubmiſſo capite ſalutamur, vt diſſenſiones hominum terminemus, &c. Auguſtini igitur teſtimonio, de auro, & de argento, de fundis, & pecoribus olim Epiſcopi controuerſias iudicabant. Quod cum in Galliis, quæ tum ſanctiſsimis Epiſcopis iiſque doctiſsimis florebant, Franci irrumpentes fieri competiſſent, ſuo vſo atqoe conſuetudine tantiſper approbarunt, donec poſt ſecutis temporibus ne conuelli poſſet, optimorum quorumcumque Regum Capitulis atque ſanctionibus, contra rabularum impudentiam, publico omnium ordinum fauore atque lætitia ſep-
C tum eſt atque munitum. Eam itaque iuriſdicẽdi autoritatem non tam Reges noſtri Sacerdotibus indulſerunt, quàm non eripuerunt. Sic planè, vt intempeſtiua qoerela illa ſit, ne quid grauius dicam, Reges noſtros, quæ fiſci eſſent, per ſummam corruptelam abdicaſſe, cùm poteſtas illa penes Epiſcopos ante ſteterit, quàm de fiſco Regni apud nos conſtituendo ratio vlla iniretur. Sed habes hactenus noſtram de patrum noſtrorum pietate atque religione ſentẽtiam: nunc, ſi placet, etiam quid eſſe potuit in illis iuris æſtimemus. Abſoluo paucis, non potuiſſe, quæ Dei eſſent, ab illis in fiſcum transferri. Illa porrò Dei propria eſſe cenſentur, quæcunque in Eccleſiam collata ſunt. Nõ enim Eccleſiaſtici ſibi quærunt, ſed Eccleſiæ: quæ ſponſa Chriſti eſt, & habet omnia cum Deo commouia. Quare maiores noſtri, ni vellent fundamenta imperij ſui ſacrilegio polluere, re-
D buſque ſuis perniciem afferre, à conceſsis Eccleſiæ honoribus abſtinuere debuerũt. Id quod eos latere potuiſſe non arbitror, cùm eodem tempore fidem docerentur, & à ſanctiſsimis Epiſcopis diuinis præceptis imbuerentur, ita vt non dubitent, eoſdem in poſterum ab iniuria temperaſſe, & ſi quod prios damnum Eccleſiis intuliſſent, adhuc recenti memoria in integrum reſtituiſſe. An verò cenſes, ſi quid Clodoueus poſt datam & acceptam fidem aduerſus Eccleſiam moliretur, S. Remigium diſsimulatutum fuiſſe, cum ab eodem Ethnico vas ſacrum, quod fortè Francus abſtulerat, repopoſcerit? Apparet ex eius teſtamento, qua cura & ſollicitudine rebus Eccleſiaſticis caoerit aduerſus principum audaciam. Cæterùm, oe infideles quidem hoc igno-

ignoratunt, quæ numini ceſſiſſent ac religioni, ea ſine ſcelere repeti, aut à profanis vſurpari non poſſe. Quare etiam ſacras manubias deuictarum gentium, oon in domos priuatas inuexerunt, ſed in templis proptiis conſecrarunt. Philiſthüm 1. Reg cap. 5. cùm cæſis Iudæis arcam fœderis cepiſſent, in æde ſacra Dagonis eſſe voluetuut. Nabuchodunoſor, cùm incenſo templo Salomonis, ſacra vaſa aſportaſſet in Babylonem, eadem, vt teſtatur Eſdras lib. 1. c. 1. in templo Dei ſui repoſuit. Titus quid egerit excilis Hieroſolymis, narrat Ioſephus belli Iud. l. 7. c. 24. menſam enim, vaſa, & candelabrum induxit in templum Pacis, legem, & vela purpurea penetralium condi iuſſit in palatio. Qui ſecus fecerint, non impunè tuliſſe compertum eſt. Nam & Craſſi exercitus cum miſero ſene internecione deletus eſt, & Balthaſſar Babylonius imperij ſui ruina oppreſſus occubuit. Quomodo igitur non grandi ſcelere ſe ſuoſque obſtrinxiſſent parentes noſtri, ſi religionis, eius præſertim quam amplecterentur, iura & priuilegia imminuerent? Si Eccleſiæ, quam matrem aſciſcerent, partem vllam priſtinæ dignitatis adimerent? Si denique, cuius beneficio cælum ſperarent, quam haberet in terris iuriſdicendi prærugatiuam eriperent? Fingi nihil poteſt abſurdius, aut etiam alienius ab æquitate, quàm ſi, cuius ſententiæ de ſua ſalute aſſentirent, eius humana iudicia reſcinderent.

Capvt 9.

Altera ratio contra quartum argumentum hæc eſſe poteſt, quòd Eccleſiaſticorum iuriſdictio fiſco non noceat. Item de poſſeſſionibus.

Vervmenimvero, & ſi poſt fiſci iacta fundamenta, nunnulla poteſtas iuris dicendi Epiſcopis facta fuiſſet, num credi poterit fiſci Gallicani rationibus officere, quæ non antè Romanis iuribus officeret? Quam tu nouam Reipublicæ formam comminiſceris? quam publici patrimonij conditionem ſtatuis? Quem fiſcum, quæ iura prædicas? Ergóne tot ſapientiſſimi legum conditores, iidemque religioſiſſimi iuris coltores, rem tanti momenti ignorarunt, quam tu decurſis pene temporibus in fine ſeculorũ primus aduerteres? Cæcutiit ergo non modò omnis antiquitas, verum etiam de ſalute periclitata eſt. Nec Reges duntaxat atque Imperatores, qui eam iuriſdictionem ſuis edictis obtinere voluetuut, verum etiam Sanctiſſima Mater Eccleſia: quæ, cùm Imperatores populoſque erudiendos ſuſcepiſſet, per ſummum ſcelus diſſimulato errore, contra fas iuſque illicita, ſi Cunerio credimus, vſurpauit. Eſt aliud præterea, quod Reges Eccleſiamque ab ea calumnia vendicet, nimirum, illa iuris regula Deum minimè contineri. Semper enim licuit, & licebit, quemadmodum à Deo omnia profecta ſunt, ita & in eundem omnia referre. At dices, Eleemoſynas & oblationes fieri non licecere, niſi eorum conſenſu ac voluntate ad quos res ipſæ pertineant. Itaque ne Deo quidem pu-

Quàm ſit abſurda eorum temeritas qui docent Eccleſiaſticorum iuriſdictione fiſci iura imminui.

A blici patrimonij iura abſque omnium ordinum decrero adſcribi potuiſſe. At contra huic obiectioni vſus ipſe perpetuus, qui iuris interpres legitimus habetur, ſumma omnium voluotatum conſenſione refragatur. Nam præter ignobiles atque obſcuri nominis pauciſſimos rabulas, qui diuerſis temporibus conceptum de publica felicitare dolorem compeſcere non potuerunt, reliqui omnes Eccleſiaſticam iuriſdictionem maximo ſemper fauore atque obſeruantia ſunt proſecuti. Deinde, quod proximè ad poſſeſsiones attingit, ſemper licuit in omni Republica, etiam Democratica, ſummos Magiſtratus & conſules duceſque exercituum, vota pro ſua & communi ſalute ſuſcipere, quæ publicis ſumptibus ſoluerentur. Lege Græcorum
B Romanorumque hiſtorias. Itaque, ſi clades affutura videatur, ſi ſeditio rebus perniciem allatura, ſi fames, ſi peſtis eruptura, ſi bellũ vrgear, aut ſaltem otio ac tranquillitati publicæ timeatur: nun erit denegãdum principi, quin, vt procellam auertat, mudicam partem publici patrimonij in remedium inſumat. Quid ſi prolis ſtudio vutuin nuncupet? Si ratiooe valetudinis? Liberum cuique eſt, ex eo, quod poſsidet, etiã in futurum ſaluti animæ ſuæ proſpicere. Soli hoc principi ſcilicet interdicitur, ne ſibi conſulat, aut de religiune benemereatur. Non eſt princeps deteriore præ cæteris conditione natus: ſed, tametſi Reipublicæ patrimonio abuti non debeat ad ſuam libidinem, iure tamen vtetur ad omnem ſumptum, cùm animæ, tum cor-
C poris vtilem ac neceſſarium. Neque enim princeps ſolo corpore conſtat: aut eius anima, quæ ſuperſtes funeri manet, non aliquando continuatis diutius ſuffragiis indiget: quæ durum eſſet ſolis regibus denegari. Sed quid, ſi hæreſis ſuæ prouinciæ inſidietur, ſi ignorantia ſerpat in popolo, ſi vitia mores & religionem peſſundẽt: an putas principem meritò reprehendi poſſe, ſi collegia inſtituat, & religioſas domos ædificet, quibus è re publica neceſſaria ſtipendia ſuppeditet? Non poſſunt, mihi crede, diſsipata aut etiam diſtracta videri, quæ in communem Reipub. vtilitatem impenduntur. Quid ſi his omnibus addã, tot illa beneficia, ab iis potiſsimùm regibus in Eccleſiam collata eſſe, qui eiuſdem ſuffragiis nixi, remp. multis partibus auxerunt?

Poſtremò, fac eſſe legem, quæ vetet, fiſcum
E à Republica diuelli. Scriptum, vt aiunt, tueri oportet: at mentem legiſlatoris interpretari ſæpe neceſſe eſt. Iam verò ea lege quid aliud quæſitũ eſſe dicemus, quã ne quid detrimenti Reſp. capiat? Itáne verò hactenus inſtituti, atque ad fidem informati ſumus, vt ſi quid Deo à nobis tribueretur, detrimentum paſſuros nos arbitremur? Ludouicum Pium audi: In nomine Dei & Domini Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, Ludouicus diuina ordinante prouidentia Imperator Auguſtus. Si locis venerabilibus ea quæ exinde à prædeceſſoribus noſtris Regibus, vel Imperatoribus, ad Reipub. vſus exigebantur, religioſa liberalitate in vtilitatibus & neceſsitatibus eorumdem Sanctorum locorum expendendis remittimus, & fideliũ noſtrorũ ſaluberrimis pro hac eadẽ re ſuggeſtionibus

Liberalitate in Eccleſiam regni opes non imminuni.

Flodoard. l. 2. hiſtor. Eccl. Rem. c. 19. in Ebone Pontifice.

Reſcriptum Ludouici Pij.

ac petitionibus benignum accommodamus aſſenſum, maximum & animæ noſtræ, & Regi ac Regno prouidemus conſultũ: quia nihil cernitur Reip. imminutum, quicquid ex eadem Rep. piis actibus, & locis religioſis, ac Eccleſiarum Dei vtilitatibus, ſeu ſeruorum Dei fuerit commoditati indultum. Eo reſcripto ad ſarta tecta Remenſis Eccleſiæ, ſiue etiam eius amplificationem, & in fabricam ædium ſeruorũ Dei circa eam Eccleſiam, concedit muros ipſius ciuitatis cum portis ſuis, Ob loci, inquit, difficultatem: ſcilicet, quod ad ædificandum materies deficeret, cùm pace frueretur, nec vllos Barbarorum impetus formidaret: aut certè locus anguſtior videretur, quàm vt Clerici in vicinitate Eccleſiæ verſari commodè, atque habitare poſſent. Sed nec te fugit, opinor, quæ ſit ea de re Chriſti Domini ſententia: verùm tu fortaſſis eiuſdẽ promiſſa in dubium reuocas. At ſi Chriſto, vt idem ipſe ait, non credis, ſaltem operibus fidem adhibe. Nam ſi eorum temporum fœlicitatem, quibus apud nos Eccleſia ſtetit, cum hac noſtra calamitate contuleris, quis non optet Eccleſiæ ſua iura reſtitui, vt iterum priſtinam illam Francorum gloriam, opes, atque imperia, quæ ſola fama didicimus, tanquam iure poſtliminij recipere mereamur?

Muri ciuitatis ædificandæ Eccleſiæ conceſſi.

Capvt 10.

Contra idem argumentum. Vindicatur antiquorum regum pietas à calumnia, quoniam penes eos ſemper poteſtas fuerit, quos vellent iudices inſtituere.

Addo præterea, cùm iuris publici adminiſtratio propria regum ſit: nec illi per ſe omnia præſtare valeant: iuridicundo optimos quoſque potuiſſe præficere. Quòd ſi laicos, dic, oro te, quare non item Eccleſiaſticos? Reſponderi poteſt, quatuor de cauſis: quarum 1. eſt, quoniam Eccleſiaſtica Tribunalia ius extremæ prouocationis Regi denegant. Item poteſtatem reſtituendi aduerſus ſententias, ab Eccleſiaſtico iudice prolatas. Sed neque in foro Eccleſiaſtico delicti veniam gratiámque Rex tribuere poteſt: ac poſtremò ne ipſos quidem Magiſtratus Eccleſiaſticos loco mouere, aut officio abdicare, ſi quando viſum fuerit. Quæ ſanè, cùm ad notas, ſeu capita maieſtatis Bodinus retulerit, manifeſta eſt iuris publici alienatio, ne quis deinceps vicariæ iuriſdictionis functionem excuſationis loco prætexat. His ergo reſpondeo: ſi vera alienatio eſſet, non fore vltra neceſſe priuilegiorum confirmationem à regibus petere, quam tamen ſedulò Eccleſia requirit. Quod ad ius extremæ prouocationis attinet, & aliud illud reſtitutionis aduerſus iudicata, clauum clauo pellam, & Buſium opponam Bodino: vt dum ſe aduerſarij mutuis vulneribus concidunt, nobis otioſis victoriam conficiant. Is igitur lib. 2. de Rep. c. 2. Malè, inquit, Bodinus eodẽ refert (id eſt ad ius maieſtatis) ius

Obiectio.

Bodinus l. 1. Reip. c. 10. Buſius.

Ius extremæ prouocationis non pertinet ad capita maieſtatis.

A extremæ prouocationis. Nam prouocatio extrema, etiam Magiſtratibus interdum competit, qui ne quidem ſupremi ſunt, cùm fortè ab vna eademque cauſa, conſimili ſententia definita, tertiò appellatio tentatur. l. vn. c. ne lic. io vna ead. cauſ. tertiò appell. Sed & in pleriſque Rebuſpublicis maioribus ferè ſemper id iuris alicui Magiſtratuum eſt, imò & interdum præſidibus ſingulis, vti Romæ id haboere præfecti prætorio. Certè id etiamnum diuerſis curiis & ciuitatibus vſitatum eſt, quæ tamẽ libertatem ſuam priuilegio Imperij Romani acceptam ferunt, vt Dauentriæ, Campis, Zuollæ inferioris Germaniæ populis. Et iterum de 2. articulo. Probabilius, ait, Bodinus eò retulit poteſtatem reſtituendi aduerſus ſententias Magiſtratus, arg. tit. c. ſent. reſc. non poſſe. Hoc tamen, re melius inſpecta, quoque malè, cùm idẽ & Magiſtratui ratione officij adſit, l. 16. §. fin. l. 17. & 18. de minorib. fac. c. pen. ex. de in. int. reſt. error eius inde, quòd Galliæ moribus reſtitutiones impetrari à Rege ſolent. Hæc ille. Qui nos in ea parte imminutæ maieſtatis metu liberat, cùm eadem quæ Eccleſiæ exprobrari poterant, à pluribus aliis quoque Magiſtratibus inferioris notæ, priuilegio principis, vſurpari oſtendat. Propterea autem hoc apud maiores noſtros vſu receptum eſt, quòd indignum videretur Chriſti iudicia à Cæſare retractari. Quanquam nec perpetuum fuiſſe conſtat, cùm de ciuilibus iudicarent. De 3. propterea dicere omitto, quoniam illi cauſam ſanguinis non norunt: aut ſi norint, non vtique capitalibus ſuppliciis, ſed Canonica animaduerſione vlciſcuntur. Quòd verò non poſſit, quoties videbitur, iudicibus Eccleſiaſticis abrogare imperium, ad maieſtatis imminutionem non pertinet, quemadmodum nec poſſe ſua autoritate ab initio creare: neque enim ciuilis eſt Epiſcoporum inſtitutio, vt videri poſſit Cæſaris eſſe, ſed cùm à Chriſto ipſo manarit, & ad Spiritus ſancti Rẽpub. pertineant, minores qui ſunt in eo ordine, ſtatuit à maioribus ordinari. Neque tamen, ſi quid peccent, leuis eſt Regum autoritas, ſi vti velint, vt corrigantur, quemadmodum antiquos feciſſe meminimus: cùm, ne ſiquidẽ velint maximè, ſiue ſummus Pontifex, ſiue Synodus, audeant Principi conquerenti, quod iuſtum eſt denegare.

Non eſt ciuilis Epiſcoporum inſtitutio.

Capvt 11.

Contra idem argumentum petitur alia ratio à ſolenni iuramento regis, in die coronationis ſuæ, & Cunerij mendacium arguitur.

Vrgebis fortaſſis, quandoquidem confirmationis priuilegiorum meminimus, quo probaremus iuris alienationem nõ fieri, cũ princeps aut cõfirmationẽ illã denegare poſſit, aut priuilegia reſcindere? Vnũ abs te peto, priuſ-

quam reſpondeam: num liceat fidem Deo datam principem fallere? Atqui hoc iurauit. Requiri, ais, conſenſum populi. Nec hunc item defuiſſe credendum eſt, cùm celeberrimo populi conuentu ad ea conſeruanda ſacramento ſe obſtrinxerit, reclamante nemine. Operæpretium autem me facturũ arbitror, ſi Epiſcopi Eduenſis orationem referam, qua mendacium Cunerij refellit, quo Regi perſuadere conabatur, eundem in coronatione ſua ſub atteſtatione diuini Numinis promiſiſſe, ſe iura Regni non alienaturum, & quæ alienata eſſent reuocaturum. Regi enim, quę verbis conceptis ex ſolenni formula verè iuraſſet, ac facturum ſe recepiſſet, reuocat in memoriam. Modò præclariſſimè, inquit, attendatis, ſi vos in coronatione veſtra iuraſtis iſta, & non plura: ſcilicet, quòd Epiſcopis, & Eccleſiæ, & eis commiſſis, Canonicum priuilegium, & debitam legem, & iuſtitiam ſeruaretis, & defenſionem quantum poſſetis exhiberetis. Item, quòd veſtro arbitrio omnis populus Chriſtianus veram pacem Dei, & Eccleſiæ ſuæ omni tempore ſeruaret. Item, quòd omnes rapacitates, & omnes iniquitates omnibus gentibus interdicetis. Item quod in omnibus iudiciis, æquitatem & miſericordiam præcipietis. Item, quòd de tota terra & iuriſdictione veſtra hæreticos ab Eccleſiis denotatos, pro viribus, bona fide exterminari ſtudebitis. Iſta iuraſtis, & non plura, ſalua reuerentia Domini Petri, qui vos adhuc voum aliud iurare dicebat. Ex quo concludit: Cùm ergo ſit priuilegium Eccleſiæ Canonicum, & in corde Canonis incorporatum 5. quæſt. 1. cap. Quicunque. & ſit etiam de conſuetudine introductum (quæ conſuetudo eſt Canonica) quod Eccleſia poſſit cognoſcere inter Laicos in multis caſibus, contra quos ſunt articuli poſiti: ſi iſtud non ſeruaretur Eccleſiæ, ſic poſſet in aliquo conſcientia veſtra lædi. Hæc ille. Quibus formulam iuramenti ſatis, vt opinor, apertè explicauit, quæ optimè cum antiquioribus, quas paſſim apud rerum noſtrarum ſcriptores reperire eſt, conſentit, niſi quod hæreticorum expreſsè fieri mentionem non comperi. Sed, vt arbitror, ab illo tempore addi cœptum eſt, quo Gallia iiſdem Monſtris, quibus olim, teſte S. Hieronymo caruerat, oppugnari cœpit. Accedit etiam ad confirmandam huius Sacramenti inuiolabilem ſanctitatem, quod vbique terrarum Reges, qui fidem Chriſtianam profitentur, penè ſimili verborum ſolennitate Eccleſiam tuendam, eiúſque omnia priuilegia cõſeruanda ſuſcipiunt; ita vt iam non quaſi priuatum aliquod Regis iuramentum à populo ſperni poſſit, ſed tanquam communi omnium nationum conſenſu atque approbatione ratum habitum, perſanctè cuſtodiri.

Quæ iuret rex Francorum cùm inungitur chriſmate, & regni inſulas recipit.

I.

CAPVT 12.

Defenditur religio ſolennis regis Sacramenti contra Bodinum.

NEQVE porrò arbitror tam ſancti ſolenniſque Sacramenti fidem ac religionem parũ religioſa Bodini cauillatione poſſe eludi. Qui Reip. l. 1. c. 8. cùm de Principis iuramento agitur, animaduertendum docet, cui iuramentum illud à Principe fiat, ſeu Principis fides obligetur. Nam ſi idem ſibi ipſi iuret, nulla ratione obligari; ſin verò ſubiectis, ne tum quidem iuramenti rationem vllam habendam cenſet: ſed arbitratur vi contractus duntaxat, aut etiam promiſſionis æquitate, ſi quid illorum interſit, poſſe teneri. Quæ planè Bodini ſententia nequaquam cum fidei noſtræ placitis conſentit. Quanquam enim dubium eſſe poſſit, cui potiſſimum Regis fides ſacramento illo oppigneretur, Deo, ſubditis, an denique illi ipſi: & ob diſſimilitudinem ſolennium verborum, quibus Reges vtuntur, ſatis perſpicuè nequeat, cui potiſſimùm ex tribus iuret Rex (ſiquidem Philippus Auguſtus apud eundem Bodinum, eodem cap. 8. ſe coram Deo, & ſanctis promittere profitetur his verbis: Ego Philippus, Deo propitiante mox futurus Rex Francorum, in die ordinationis meæ, promitto coram Deo & ſanctis eius, quòd, &c. Henricus verò tertius, cùm regni Poloniæ coronam acciperet, Iuro, ait, Deo omnipotenti, quòd, &c. Carolus autem Caluus Imperator, cùm, referente Annonio libri 5. cap. 21. à ſacris Pontificibus inungendus & coronandus eſſet: cunctis qui aderant in Eccleſia, quæ ſe facturum reciperet, palàm denuntiauit. At Stephanus Angliæ Rex alia formula vſus, ad modum legis edixit, quæ Eccleſiæ populóque præſtiturus eſſet, ſicut notauit Baronius ad annum 1135. tom. 12.) ſemper tamen, quod dubium eſſe non poteſt, vous & idem iuramenti exactor eſt Deus, ex quo ad promiſſi fidem tuendam teſtis, ſequeſter, & confirmator eſt adhibitus. Quapropter, quatenus iuramenti fidem Bodinus negligit, nec alium fidei nexum agnoſcit, præter contractus, & promiſſæ rei æquitatem, niſi fortè ignorantiam excuſet, non video quî poſſit hæreſim ſuam excuſare. Etſi namque humanæ fidei vincula, quibus hominum voluntates alligantur, non temerè violanda ſint, maximè cùm æquitate ac iuſtitia connectuntur: non ſunt tamen illa cum diuini Numinis adhibita teſtificatione comparanda. Nam promiſſio quidem ſimplex, ſi quæras vnde vim habeat, certum eſt, quòd ex priuata cuiuſque fide. Solennis verò, poſt legitimas iuris formulas, à publica fide robur obtinet. At ſacramentum firmat diuini Numinis reuerentia. Itaque qui ſimpliciter promittit, ſi mutata præter rationem voluntate, non præſtet quod pollicitus eſt, tametſi peccet, non tamen ad promiſſorum exhibitionem adigitur: nam quæ voluntate ſola firmata

Bodinus.

Tota illa tacitum inſanit Bodinus, tũ laborat æquiuocatione, ſacramentum fidelitatis poſſim cum alio quolibet iuramento cõfundens.

Annonius.

Baronius.

Iurato fidei aſſertor, & vindex eſt Deus.

Promiſſio ſimplex, obligatio, & iuramẽtum, tria humanæ fidei vincula, quam vim habeãt.

ſunt, eadem quoque ſola reſcinduntur. At ſi in A tabulas publicas promiſſionem ſuam referri patiatur, propter obligatam publicam fidem, quam decet eſſe immobilem, ſatisfacere compellitur; ita tamen, quòd ſi ea res in perniciem illius ceſſura videatur, aut certè is fraudem paſſus eſſe dicatur, legis, aut Principis beneficio eiuſdem fidei vinculo abſolui poſſit, & ſic promiſſorum diſſolutio fiat. Quod ſi ad hæc præterea diuina authoritas accedat, quæ promiſſionem ratam eſſe iobeat, quis irritam eſſe iubebit? Num illa tu quoque lege Principem abſolues, & Sacramenti religionem nullius momenti eſſe docebis? Ante aliquot annos, cùm monomachiam Henricus 4. Francorum Rex edicto prohiberet, qoo deſperatione veniæ certius ac citius illum furorem compeſceret, ſub B diuini Numinis obteſtatione illius delicti gratia ſibi interdixit. Doce nos, Bodine, obſecto, num tu illum propterea illa lege minimè teneri potuiſſe arbitreris, quòd cùm eſſet ſummus Princeps, & liberrimo maieſtatis iure polleret, ſua lege teneri non potuerit? Nam, etſi lege ipſa, qua Rex erat, & eandem ſanciebat, ſolutus haberi potuerit, non tamen potuit eandem legem, propter diuini Numinis obteſtationem abſque ſacrilegio violare. Habeant ſanè tria hæc, Promiſſio ſimplex, ſolennis, & iuramentum aliquid inter ſe commune; etenim niſi de re licita fiant, cuncta iure ipſo nulla ſunt: at in eo plurimùm diſtant, quòd ſi ea, de quibus facta ſunt, moleſta atque exitioſa eſſe cœperint; Simplex quidem Promiſſio, quoad rei C promiſſæ præſtationem, voluntatis mutatione aboleri poteſt: ſolennis verò, & quæ publica cautione roborata eſt, non niſi legis aut Principis indulgentia; cùm contra iuramentum neque à nobis, neque à Principe vllo modo reuocari poſſit; ſi modò ea res, quæ promiſſa eſt, licet rebus noſtris detrimentum allatura videatur, non ſit cum aliqua noſtra iniquitate coniuncta. Satins eſt enim pecuniæ, ac reliquarum facultatum, immò & libertatis ac vitę iacturam pati, quàm vt diuini Nominis veneranda maieſtas ludibrio habeatur. Quapropter, ſi, cùm in latrones incidiſſemus, redemptionis nomine pecunias verè & ex animo polliciti ſumus, iniuſtè licet illi ſint accepturi, nos tamen ex iuſtitia perſoluere debemus. Quanto magis igitur Rex tot maiorum ſuorum, ac deniq; ſuo ipſius D iuramento confirmatam promiſſionem, eius præſertim rei, quæ beneficij potius accepti, quàm collati rationem habitura ſit (etſi nonnunquam aliter de Eccleſia malè ſentientibus videatur) & conſeruatam tueri, & labefactatam in integrum reſtituere tenebitur? Verùm iam ſatis ſupérque quartam Cunerij obiectionem refutauimus: ad quintam aggrediamur.

Monomachia edicto prohibita.

Iuramenti nexus à Principe ſolui nõ poteſt.

CAPVT 13.

Quinti argumenti confutatio, & malè intellecta Nicolai Papæ Epiſtola explicatur.

5. Argumenti confutatio.

Ao quintum argumẽtum reſpoodeo: verùm eſſe quod ex Nicolai Papę Epiſtola profertur. Cuius ſententiam, cùm alieno animo Cunerius accepiſſet, non probè intellexit. Neque enim, ſi quis ex charitate aliorum vtilitatibus inſeruiat, aut etiam lites componat, videri poteſt ſecularibus negotiis implicari: ſed is duntaxat, qui toto vitæ ſuæ genere atque inſtituto B forenſia lucra ſectatur, & ſui quæſtus aut commodi gratia hoc facit. Miſeris ſemper licuit opitulari, idque nullo non tempore Eccleſia ſedulò præſtitit, maximum, vt ait Apoſtolus, quęſtum arbitrata pietatem. Huic illa dum impenſius ſtudet, tametſi pro varia ratione miſeriarũ, cauſas ſiue orandas, ſiue dijudicandas ſuſcipiat, non propterea tamen ſacra profanis miſcere, aut rerum ſecularium curas ac ſolicitudines, aut etiam temporale imperium ad ſe reuocare velle credenda eſt, ſed potius ita decet eius mentem ac conſilium interpretari: nolle illam vlli ſuo labori parcere, dummodo filiorum ſuorum, quos illa ſingulari omnes amore complectitur, neceſſitatibus obſequatur. Nec aliam putes S. Auguſtini, aliorúmque Epiſcoporum C intentionem fuiſſe, quos idem refert, vt ſupra notauimus, ſecularium componendis controuerſiis vacaſſe: tametſi enim affectati imperij eos inſimulare volueris, fidem non facies: aberat namque longiſſimè ab ea ſuſpicione eorum religio. Sed neque aliud, aut ex Monacho Patroons factus Chryſoſtomus, aut S. Iuo preſbyter quæſiuerũt, dum pauperum patrocinium ſuſciperent, quàm vt eorundem calamitatibus ſubuenirent. Iam verò quis putet inſignem illum Stylitem Simeonem, non mẽte ſolùm, verùm etiam corpore extra mundum poſitum, contemptis Angelorum choris, Conſulum faſces, Prętorúmve tribunalia ambiuiſſe, cùm ille delatas ad ſe controuerſias prolata ſententia dirimeret? Accipe à S. Theodoreto hiſtor. Patr. cap. 26. quod fuerit vitæ illius inſtitutum: & ſic tandem Eccleſiaſticam charitatem laceſſere de- D ſine. Totam, inquit, noctem & diem orat perpetuò vſque ad nonam. Poſt nonam autem, primùm quidem diuinam doctrinam exhibet præſentibus: deinde audita cuiuſque petitione, cùm aliquas fecerit curationes, componit lites eorum, inter quos eſt controuerſia. Circa occaſum autem ſolis deinceps incipit conuenire Dominum.

Pietatis ergo cauſas cognoſcere ad laudem pertinet Eccleſia.

S. Theodoretus.

CAPVT 14.

Contra ſextum argumentum, à tonſura nullum certum argumentum elici poſſe.

6. Argumenti confutatio. S. Theodoretus. AD ſextum, raſuræ myſterium paulo aliter explicat S. Theodoretus in Leuitis. Num. 8. αἱ τρίχες ἢ νεκρώσεως σύμβολον, νεκραὶ γὰρ αὗται εἰσὶ, καὶ ὀδύνης αἴσθησιν οὐ δεχόμεναι : δι' ἣν δὴ τοίνυν ζωὴν *Tõſura moralis ſenſus.* ἔχειν κελεύει τοὺς τῷ Θεῷ λειτουργοῦντας, καὶ μηδὲν ἔχειν νεκρὸν μηδὲ δυσῶδες, hoc eſt, pili mortiferæ conditionis ſymbolum habent, mortui etenim & ipſi ſunt, nec doloris ſenſum recipiunt: propterea præcipit Deo ſacrificantes, veram amplecti vitam, nihilque admittere aut mortuum, aut ſpurcum. Ceolfridus Abbas iis literis, quas Venerab. Beda. *Tõſura ſenſus anagogicus.* ad Regem Pictorum dedit, apud Venerab. Bedam lib. 5. hiſtor. gentis Anglorum, cap. 22. Eccleſiaſticam tonſuram regni cœleſtis ſpem præ ſe ferre docuit. Quo nomine etiam eam, quæ à Simone Mago dimidiato circulo, vt ego quidem coniicio: aut certè quadrangula forma, vt nonnulli ſcribunt, inſtituta erat, acriter repre- *Simonis Magi tonſura.* hendit. Te enim obſecro, inquit, ſancte frater (Adamnanem Abbatē alloqmtur, qui eo ſchemate inſignitus erat) qui te ad coronam vitæ, quæ terminum neſciat, tēdere credis, quid contrario tuæ fidei habitu terminatam in capite coronæ imaginem portas? Etſi conſortium B. Petri quæris, cur eius quem ille anathematizauit, tonſuræ imaginem imitaris: & non potius eius, cum quo in ęternum beatus viuere cupis, etiam nunc habitum te, quātum potes, diligere monſtras? Hæc ille. Ceolfrido Adamnanes aſſenſus eſt. Verùm de raſura ſeu tonſura plura etiam antea cap. 1. verſ. 11. à nobis ſcripta ſunt.

Cæterùm negari non poteſt, quin apud maiores noſtros illi attonderi ſint ſoliti, qui à rebus *Qui regnum abdicare cogerentur olim tonderi ſoliti, non tamen omnes Clerici facti.* Imperij alieni efficerentur. Nec tamen propterea omnes in Clericorum ordinem intrudebantur, ſed erat illa attonſio, tanquam publica quædam ſubiectionis profeſſio. Eo namque conſilio, vt refert Anaſtaſius Bibliothecarius in Adriano 2. in præfatione ad S. Synodum, cùm Bulgarorum Rex nuper ad fidei ſanctitatem Anaſtaſius Biblioth. conuerſus, ſingulari quadam pietate ac deuo- *Exectum crinem tradidiſſe, ſeruitutis ac fidei ſymbolum fuit.* tione erga Apoſtolicam ſedem afficeretur, idque teſtatum vellet; apprehenſum propria manu capillum Miſſis Apoſtolicis tradidit, quid ſibi vellet ea ceremonia his verbis elocutus: Omnes Primates, & cuncti populi Bulgarorum terræ cognoſcant, ab hodierno die me ſeruum fore poſt Deum beati Petri, & eius Vicarij. Animaduerti etiam apud nonuullos populos, datæ fidei pignus certiſſimum, reſecti capilli traditionem extitiſſe. Præſertim verò ea conſuetudo Langobardorum fuit, quinetiam Francorū: quos inuenio vſque ad vltima ferme tem- Hildebert. pora illo more vſos. Hoc teſtatur Hildebertus Cenomanenſis Epiſcopus Epiſtola ſua 39. his verbis: Ac oe ſimulatoriè loqui putaretur, (nempe Rothrocus comes Cenomanenſium) abſciſſos de capite ſuo capillos, matri ſuæ tranſ-

I.

A miſit. Fortaſſis igitur, quemadmodum Reges qui ſibi timebant, eos à quibus timebant, iubebant ſacramento cauere, ne quid in poſterum molirentur: ita & hanc adumbratam fidelitatis imaginem eos præ ſe ferre voluerunt. Ad hunc S. Gregor. Turon. l. 6. c. 24. de geſtis Francorum. fere modum legimus Gundobaldum Chlotharij, vt credi volebat, filium, cùm ipſe crinium flagellis inſignis, non obſcuram regni ſpem præ ſe ferret, ſæpius attonſa coma in ordinem eſſe redactum: non quòd ipſe quidem illa tonſura Clericus initiaretur, ſed quod promiſſioris comæ, quæ ſolos Reges decebat, honore priuaretur. Propterea igitur, cùm ſcribnotur attonſi, quibus abrogabatur imperium, non ita ſemper accipiendum eſt, tanquam propterea regni expertes futuri eſſent, quod in album Eccleſiæ B miniſtrorum relati eſſent: ſed potius quia rerum potiendi ſpes eripiebatur; idcirco deponebant maieſtatis inſigne.

Quanquam, ne quid diſſimulem, quò certius *Clericatus regni ſpem adimere creditus.* ab omni ſtudio recuperandæ poteſtatis auocarent, ſæpius in Clerum aſcribi procurabant, fore perſuaſi; vt, ob Otdinis religionem, à terreni regni cupiditate abſtinerent. Plura eius generis exempla narrat S. Greg. Turou. de geſtis Francotum, atque illud in primis lib. 2. cap. 41. Chararici & filij eius: qui cùm Clodouei iuſſu attonſi eſſent, & pater quidem in Preſbyterum, filius in Diaconum conſecrati, ferrérque pater ipſe hanc ſibi vim illatam iniquiſſimè, filius reſpondiſſe fertur: In viridi ligno hæ frondes ſucciſæ ſunt, nec omnino areſcunt, ſed velociter C emergent vt creſcere queant: vtinam tam velociter, qui hæc fecit, intereat. Quo audito vtrumque Clodoueus iuſſit interfici, regnóque & gaza potitus eſt. Sed illud longè crudelius, Idem S. Greg. l. 3. c. 18. de geſtis Francorum. cùm captis dolo Clodomeris filiis, Childebertus atque Chlotharius fratres, eorundem patrui, Archadium cum forcipe atque euaginato gladio ad Clotildem matrem miſerunt, qui diceret: voluntatem tuam, ô glorioſiſſima Regina, filij tui Domini noſtri expetunt, quid de pueris agendum cenſeas, vtrum inciſis crinibus eos viuere iubeas, an potius iugulari? Nam, cùm illa repentino nuntio exterrita, vtpote quę gladium euaginatum cerneret, forcipemque intueretur, vt erat minimè ſui compos, præ vehementia doloris mortem tonſuræ prætuliſſet: duo ab ipſo Chlothario, decennis alter, alter D ſeptennis intetempti ſunt: elapſo tertio S. Clodoualdo, qui ſibi ipſi capillum propria maou totondit, regnumque cœleſte preſbyter factus bonis operibus eſt conſecutus. Metoueus item Chilperici filius, eiuſdem lib. 5. c. 14. cùm Brunichildem patrui ſui vxorem, inſcio patre vxorem duxiſſet, iuſſus eſt tōdere, ac preſbyter fieri: qui poſtea, cùm nouas res aggredi tentaret, occiſus eſt. Porrò non apud noſtros tantum id olim fieri conſueuit: ſiquidem, vt idem quoque narrat lib. 6. c. 43. Auduca cognatus Eurici Regis Galleciæ, comprehenſum eum preſbyterum inſtitui curauit; atque eo pacto regni eius potitus eſt. Apud Gothos etiam in Hiſpania, Author appendicis ad S. Gregor. ęam obtinuiſſe cooſuetudinem commemorat is author, qui librum vndecimum hiſtoriæ S. Gregorij adiecit, cap. 82. vt Reges ſuos crebrò

mutarent, & priore attonſo alium ſufficerent. Quo morbo vt eos liberaret Chytaſindus, Tolga Rege per vim Clerico facto in regnum euectus, vt ne quid ſimile poſtea pateretur, ex optimatibus ducentos, promiſcuæ autem plebis quingentos interfecit, filiúmque hæredem reliquit. *Eginhart.* Carolus Magnus authore Eginharto in eius vita, Pipinum filium, quem de pellice ſuſceperat, de coniuratione conuictum, detonſum in Cœnobio Prumia, religioſæ vitæ volentem vacare permiſit. At illud paulo iniquius, quod narrat Luitprandus lib. 5. cap. 11. rerum per Europam geſtarum: Romanum Imperatorem Conſtantinopol. de filiis optimè meritum, ab iiſdem Stephano ſcilicet & Conſtantino attonſum, & in monaſterium ad philoſophandum relegatum fuiſſe. quod ſcelus factum aliud æquiſſimum, & diuinæ iuſtitiæ maximè conſentaneum ſecutum eſt. Mox namque à Conſtantino, Leonis filio, ſimili modo ſunt habiti, & in idem cum patre monaſterium abdicati.

Filiorum ſcelus in patrem par pœna ſecuta eſt.

Luitprand. De patre id habet Luitprandus memoria dignum, quod hæc omnia æquanimiter tulerit, & quod, cùm à fratribus aliquando ob lentis purgationem culparetur, exclamarit: quàm luculentius regnaret, qui ſeruorum Dei humilitatibus deſeruiret: quàm qui potentibus mundi peccatoribus imperaret! Meminit item Anaſtaſij Imperatoris Otto Friſingenſis l. 5. Chronicor. cap. 16. qui, cùm à Theodoſio prælio victus eſſet, eiuſdem iuſſu presbyter ordinatus eſt. *Otto Friſing.* Ex quibus omnibus manifeſtum eſt, nonnullos olim in ea ſententia atque opinione fuiſſe, vt crederent, eos, qui diuino cultui ſacris ritibus conſecrati eſſent, temporalium rerum habenas ſuſcipere minimè debere, nec poſſe ſimul ab eodem Imperium, ſacerdotiúmque adminiſtrari. Quapropter, qui imperandi cupiditate flagrabant, dabant operam ſedulò, vt æmuli ac competitores ſui ſacris myſteriis initiarentur. Sic namque confidebant omnem aditum ad regni adeptionem intercludi poſſe; cùm indignum ac religioſum doceretur, eum, qui ſacris addictus eſſet, iiſdem contemptis, ad profanarum rerum adminiſtrationem aſpirare. Fuit igitur illa quondam quorundam opinio. At, quòd non fuerit conſtans & perpetua omnium ſententia, nonnullis quoque exemplis oſtendi poteſt. *Exempla in contrariam partem.* Nam Gallus, & Iulianus, qui ob deſertam fidem Apoſtata poſtmodum eſt cognominatus, cùm eſſent Clerici, ambo Cæſares appellati ſunt: Iulianus verò etiam Imperator poſtea creatus eſt. *Luitprand.* Simeon item, vt author eſt Luitprandus lib. 3. cap. 8. rerum per Europam geſtarum, ex Monacho Bulgaris imperauit: & ducta in vxorem Irene Imperat. Conſtantinopolitani filia, filios Reges poſt ſe reliquit. Quid Danielem noſtrum commemorem, qui è monaſterio eductus, poſtremus è gente Merouingorum in Francia regnauit; donec iterum ob ignauiam communi procerum conſilio, & Pontifi-

A cis iuſſo priſtinæ vitæ reſtitutus eſt? Ebroinus certè, diriſſimus ſcelerum artifex, cùm, Childerico rege, & ſancto Leodegario Epiſcopo rerum præfecto, tot maleficiorum ſuorum, quorum conſcientia vrgebatur, pœnas dare metueret, vltro Luxouienſe monaſterium expetiit: in quo, cùm aliquot annos Monachi habitu eſſet cum laude verſatus, à Theodorico, qui Childerico ſucceſſerat, ad Præfecturam Palatij eſt reuocatus. *Vrſinus in vita S. Leodeg.* Quam poteſtatem vbi denuò nactus eſt, in ſanctum Leodegarium, quem ob ſua flagitia infenſum habuerat, ferinum in morem debacchatus eſt; donec diuturnis ac quæſitiſſimis tormentis excruciatum non tam interimeret, B quàm vitæ reſtitueret. Verùm his vtique malè ceſſit: & nos, cùm hæc legimus, refugere atque auerſari decet potius, quàm vt imitemur, ne forte in idem barathrum nos ruere contingat.

Verumtamen, quod ad argumentum attinet, nunquam ex eo conficies, propterea Clericos ſecularium iudiciorum expertes eſſe debere, quòd tondeantur. Nam ſi ex imitatione Leuitarum, quos lex iubet Num. 8. omnes corporis pilos radere, Eccleſia Tonſuræ ſuæ ceremoniam mutuata eſt (vt arbitratur Iunius comment. de Coma cap. 2.) illi nequaquam à ciuilium negotiorum cognitione arcebantur, quin potius ante & poſt exactos Reges, ſummum Reipubl. magiſtratum gerebant: quandiu verò penes Reges Imperij poteſtas fuit, ipſi quoque Proreges ſeu Vicarij Regij, quoties opus fuit, inſtituti ſunt: nullo autem non tempore foro, iudiciiſque præſederunt.

Leuitæ, quorum tonſuram æmulata videtur Eccleſia, iudiciis præſidebant.

C Itaque noſtra ætate, cùm ob ducis Guiſiæ necem, & mox ſecutam Regis Henrici 3. cædem, & adhuc ſuſpectam Henrici 4. fidem, imperij ſumma in ſummum diſcrimen adducta eſſet: Carolus Borbonius, Cardinalis & Archiepiſcopus Rothomagenſis, ab ijs, qui pro religione arma ſumpſerant, Rex appellatus eſt. Quod non eò refero, quòd putem eum regnare potuiſſe; cùm Henricus 4. legitimus hæres haberetur, qui nunquam Sacramentariorum hæreſim, probauerat, tametſi inſidiarum metu volens apud eos exulauerat; ſicut aliquando poſtea cùm apud Montem-aqueum in vitæ periculum incidiſſet, poſt Sacramentalem delictorum ſuorum confeſſionem, Petro Poſſemio, viro probo atque erudito, Conuentus noſtri Fublinenſis fundatori, & Cantori D Cathedralis Eccleſiæ Meldenſis religioſiſſimo: quem ob hæreſis ſuſpicionem belli tempore acrem aduerſarium expertus erat: per quàm familiariter confeſſus fuit: ſed quòd eis viſum ſit, ſi quidem non deeſſet iuris titulus, à Principatu ſacerdotium non excludere. Bodinus, Reipub. libr. 6. cap. 5. alterius exempli meminit, ex Michaele Ricc. Colomannus enim Hungaris imperauit, tametſi à rege patruo & orbo ſacris deſtinatus, presbyter & Epiſcopus factus eſſet: Almo, natu minore, quem rex in ſpem regni adoptauerat, publicis comitiis abdicato.

Digitized by Google

CAPVT 15.

Reſpondetur duobus vltimis argumentis, ſeptimo, & octauo.

7. Argumẽti confutatio.

AD ſeptimum dico, genos argumenti eſſe ineptiſſimum: neque enim proprerea quod quiſpiam aliquid iute poſſidear, ſequitur, nulla præterea cuiuſquam beneficio, cooſuetudine, aut priuilegio poſſe retinere; maximè cùm ius illud, cuius authoritate oititur, à Francorum Regibus nuſquam pro lege receptum ſit.

8. Argumẽti confutatio.

Ad octaui ſolutionem ſufficier eioſdem decretalis repetitio. Ea igitur talis eſt de iudiciis, B c.13. Nouit ille, qui nihil ignorat: & infra: Non putet aliquis quod iuriſdictionem illuſtris Regis Frācorum perturbare, aut imminnere intendamus, cùm ipſe iutiſdictiooem noſtram nec velit, nec debear impedire: ſed cùm Dominus dicat in Euangelio: *Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipſum ſolum: ſi te audierit, lucratus eris fratrem tuum: ſi te non audierit, adhibe tecum vnum vel duos, vt in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum: quòd ſi non audierit, dic Eccleſiæ: ſi autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus*: Et Rex Angliæ ſit paratus ſufficienter oſtendere, quòd Rex Francorum peccat in ipſum, & ipſe circa eum in correctione proceſſit ſecundum regulam Euangelicam, & tandem quia nullo modo profecit, dixit Eccleſiæ: quomodo nos, qui ſumus ad regi- C men vniuerſalis Eccleſiæ, ſuperna diſpoſitione vocati, mādarum diuinum poſſumus uoo exaudire, vt non procedamus ſecundum formam ipſius? Niſi forſitan ipſe coram nobis, vel legato noſtro, ſufficientem in contrarium rationem oſtendat? Non enim intendimus iudicare de feudo: cuius ad ipſum ſpectat iodicium: niſi fortè iuri communi per ſpeciale priuilegium, vel contrariam conſuetudinem aliquid ſit derractum: ſed decernere de peccaro, cuius ad nos pertinet ſine dubitatione cenſura, quam io quēlibet exercere poſſumus, & debemus. Et iterū, poſt nonnulla Valentiniani & Theodoſij necnon & Caroli Magni teſtimonia, quibus illi Eccleſiaſticam iuriſdictionem agnoueruor & ſanxerunt, ſubdit: Cùm enim non humanæ conſtitutioni, ſed diuinæ potius innitamur: quia po- D teſtas noſtra non eſt ex homine, ſed ex Deo: nullus qui ſit ſanę mentis ignorat, quin ad officium noſtrum ſpectet de quocunque mortali peccaro corrigere quemlibet Chriſtianum: etſi correctionem contempſerit, per diſtrictionem Eccleſiaſticā coërcere. Sed forſitan dicetur, quòd aliter cum Regibus, & aliter cum aliis eſt agendum. Cæterùm ſcriptum nouimus in lege diuina: *Ita magnum iudicabis vt paruum, nec erit apud te acceptio perſonarum*: Plura ibidem. Verùm hęc Cunerio ſatisfaciant.

Non iudicat Eccleſia de feudis, niſi fortè priuilegio, aut conſuetudine.

De quolibet mortali peccato quemlibet Eccleſia corripit.

A

ALTERA PARS TRACTATUS, de iuriſdictione Eccleſiaſtica.

CAPVT PRIMVM.

Iuriſdictio Eccleſiaſtica diſtribuitur, & quòd nonnulli ſancti Epiſcopi & Monachi, credita ſuæ fidei regna & Imperia ſanctè & feliciter adminiſtrarint, oſtenditur.

B HACTENVS in refellendis Cunerij argumentis operam impendimus; quibus etſi forſan non omnino commodè, ſtudioſè tamen ac ſedulò confutatis, nonc demum duplex nobis cooſtituenda videtur Eccleſiaſtica iuriſdictio. Vna quidem quæ Eccleſiæ eſt propria, quam nec ipſe Cuoerius in vniuerſum negare auſus eſt: altera, quæ veluti Vicaria Regum eſt, & iure humano nititur, ac priuilegiis, & moribus introducta eſt. Poſtremam hanc dum ſeſe oppugnate ſimular Cunerius, aſtutè vtramque teutat opprimere. Iam verò quibus hæc finibus in Galli circunſcripta ſit, quámve longè pateat, oſtendit Epiſcopus Eduenſis, dum ſingula accuſationum capita, quæ à Cunerio propoſita ſont, ſingulari prudentia diluit: & in multis hominem, aot igno- C rantiæ, aur impietatis arguit; vtpote, qui miſceat ſacra profanis: & non pauca, quæ iure diuino ſoli Eccleſiæ competunt, profanis tribunalibos addicere cootendat. Verùm nos aliis hæc replicanda dimittimus; neque, ſi quæ variis in locis Principis, aut conſuetudinis beneficio, præter ea, quæ iure debentur Eccleſiæ, eidem attribota ſunt; propter ea pugnare intendimus, ſed Eccleſiæ legitimam duntaxat in ſuis iudiciis aotoritatem inconcuſſam ſeruare; quæ ueque Regum priuilegiis aliquando conſtituta eſt, neque ab iiſdem ſine ſacrilegio imminui labefactarique poteſt.

Iuriſdictio Eccleſiaſtica duplex.

Interim tamen, priuſquam ad illud aggredimur, quod nobis propoſitum eſt; vt noueris quàm prolixo ac liberali animo maiores noſtri in Eccleſiam ſua iura contulerint, quamque diuerſo ab iis tabularum ſtudiis, qoi iacentem D & ſolo proſtratam reſpirare non ſinunt: non tantùm ab Eccleſiaſticis ciuilium cauſarum, ſi ita videretur, definitionem expectari poſſe ſtatuerunt, verùm etiam ſæpius regna ipſa & Imperia illorum fidei permiſerunt. Et de Imperio quidem Romano manifeſtius eſt, quàm vt opus ſit verbis explicare: in quo, præter ſummam illam dignitatis atque poteſtatis prerogatiuā, qua reliqois omnibus Imperij proceribus antecellunt; recedēte ab humanis Imperatore, Archiepiſcopus Mogōtię Interrex habetur; donec vocatis ſeptemuiris nouus Imperium accipiat. Imperij verò exemplum non pauca regna ſecuta ſunt. Ereoim, ſi quando Rex Prouinciæ ſuæ finibus excederet, mos olim fuit, Monachū aliquem, aut Epiſcopum Proregem relinquere.

Epiſcopi & Monachi Proreges inſtituti.

Semper enim tutiſſimum viſum eſt, illis rerum habeoas permittere, qui eximia præ cęteris pietate fulgerent; &, licet plurimùm poſſent, ſua ipſorum cõditione eſſent ab occupando regno alieniſſimi. Anno 1147. Ludouicus ſeptimus, cùm religionis gratia Palæſtinam peteret, Sugerium Abbatem ſancti Dionyſij regni negotiis ſoo loco præfecit, vt idem teſtis eſt in eius vita. Richardus item Angliæ rex, cùm eodem pergeret, Vuillelmum Epiſcopum Elienſem Vicarium ſoum inſtituit. Sanctus etiam Ludouicus, cùm defuncta matre, iterum Syriam armis aggredi tentaret; duumuiros regni gubernaculo admonens, alterum Matthæum Vindocinatem ſancti Dionyſij Antiſtitem eſſe voluit.

Sugerius.

Paulus Æmilius in eius vita.

Denique non ita pridem Georgius Monachus à Ioanne Tranſyluaniæ Rege pupilli tutor, vnà cum matre regina inſtitutus eſt. Quem etiam fortiter ac religiosè tutatus eſt; donec tandem eo per inuidiam ſublato, regni opes atque religio penè ſimul conciderunt. Quòd ſi præterea vetera memoria repetere libeat, inuenies ipſo penè naſcentis initio Francorum Imperij: qoo tempore Maiores domus plurimùm poterant: ſanctiſſimum virum Leodegarium Auguſtodunenſem Epiſcopum Clothario primùm, ac deinde Childerico Regibus, tametſi Præfectum aliom Palatio creari procuraſſet, rebus tamen ſe præfici paſſum eſſe, quas & diligentiſſimè exequutus eſt, donec per inuidiam licuit.

Vrſinus in eius vita.

At verò quid de ſancto Annone dicam Colonienſi Archiepiſcopo, qui, cùm Imperij res à fœmina, & puero malè tractari animaduerteret, communicato cum aliquot Imperij proceribus conſilio, auſus eſt inauditum facinus priuatis copiis aggredi? Nam Regem adhoc puerum matris gremio abſtraxit: & abdicata matre, eundem cum Imperio regendom ſuſcepit. Hoc ita factum narrat Lambertus Schafnaburg. ad annum 1062. Ad vltimum, inquit, Colonienſis Epiſcopus, communicatis cum Ecberto Comite, & cum Ottone doce Bauariorum conſiliis, nauigio per Rhenum ad locum qui dicitur ſancti Suitberti inſula, venit. Ibi tum Rex erat, qui dum quadam die poſt ſolẽoes epulas factus fuiſſet hilarior, hortari eum Epiſcopus cœpit, vt nauim quandam ſuam, quam ad hoc ipſum miro opere inſtruxerat, ſpectatum procederet. Facilè hoc perſuaſit puero ſimplici, & nihil minus quàm inſidias ſoſpicaoti. Cumque nauim ingreſſus fuiſſet, ſtipantibus eum his, quos Epiſcopus factioois ſuæ ſocios ac miniſtros parauerat, repentè remiges inſurguot, remis incumbunt, nauim dicto citius in medium fluminis impellunt. Rex noua rerum facie confuſus, incertúſqoe animi, nec aliud quàm vim & necem ſibi paratam arbitratus, in flumen ſe præcipitem dedit, citiuſque eum aqua violentior ſuffocaſſet, niſi Ecbertus Comes dato poſt eum ſaltu periclitantem, ipſe quoque non minimùm periclitatus, vix & ægrè morti eriperet, & in naui reſtitueret. Exin blanditiis quibos poterant delinitum Coloniam perducunt. Cætera multitudo per terram ſubſequitur, criminantibus plurimis, quòd regia maieſtas violata, ſuique impos facta foret. Epiſcopus, vt inuidiam

Lambertus Schafnab.

A facti mitigaret, ne videlicet priuatæ glotiæ potius, quàm communis commodi ratione hæc admiſiſſe videretur: ſtatuit, vt Epiſcopus quilibet, in cuius Diœceſi Rex tunc temporis moraretur, ne quid detrimenti Reſpubl. caperet, prouideret, & cauſis quę ad Regem delatæ fuiſſent, potiſſimùm reſponderet. Hæc Lambertus. Cæterùm etſi nonnullos propterea obtrectatores ſanctus Anno paſſus eſt, habuit tamen optimos quoſqoe facti ſui laudatores. Quod teſtatur inter cætetos beatus Petrus Damianus lib. 3. Epiſtola 6. quam ad eum ſcripſit, his verbis: Cùm nobis ad memotiam, Venerabilis Pater, labor tuus, & ſtudium venit, nobilis illa fides, atque prudentia Ioiadæ ſacerdotis menti noſtræ ſubſequenter occurrit. Sicut enim ſa-

B. Petrus Damian.

4. Reg. 11. 2. Paral. 22.

B cra, vt optimè noſti, teſtatur hiſtoria, Athalia vxor Ioram, cùm Oxoſiam filium ſuum, regem videlicet Iſraël, videret extinctum, cœpit in omne ſemen regium immaniter fremere, poſteritatémqoe Dauid crudelis Bellona tentauit funditus abolere. Sed inſignis ille ſacerdos Ioas filium Ochoſiæ, pia & multis laudibus efferenda fraude ſurripuit, & occultè vſque ſeptennium intra templi ſepta ſeruauit, cui poſtmodum regalis ſceptri iura contradidit, eumqoe ad præſidendum Iſraelitico populo, iuxta proauorum ſuotum conſuetudinẽ roborauit. Mox verò, tanquam egregio non ſufficeret ſacerdoti, confirmato Regis imperio, ad vtilitatem ſacerdotij, ſiue templi, ſuam porrexit induſtriam, & cum præfato Rege ad ordinandam, & diſpo-

C nendam conſacerdotum ſuorum ſe contulit diſciplinam. Nam & ſarta tecta templi, vt inſtaurarentur inſtituit, & nonnulla quæ ſacerdotibus competebant edicta deprompſit. Sciebat enim qooniam vtraqoe dignitas alternæ inuicem vtilitatis eſt indiga, dum & ſacerdotium Regni tuitione protegitur, & Regnum ſacerdotalis officij ſanctitate fulcitur. Sed quid mihi per ſacræ lectionis ſeriem currere, niſi quia in te video eiuſdem operis ſimilitudinem noſtro tempore conuenire? Seruaſti, Venerabilis Pater, relictum tuis manibus poerum, firmaſti Regnũ, reſtituiſti pupillo paterni iuris Imperium: ad ſacerdotium quoque manum tuæ ptudentiæ protinus extendiſti, dum & Parmenſis beſtiæ, ſquamea colla Euangelici mucronis vigore præcidere, & Apoſtolicæ ſedis Antiſtitem in

D ſuæ dignitatis elaboraſti ſolium reformare, &c. de Cadaloo Antipapa loqoitur. Non dubitauit itaque vir beatus, ſanctum Annooem cum ſanctiſſimo olim ſacerdote conferre: tantum abeſt, vt reprehendendom potaret, quòd ſacerdos vicariam ſecularis Imperij functionem vſurparet, & eandem quoque aliis Epiſcopis, ad quos Rex diuerteret, edicto triboeret; quin potius eo nomine maximis laudibus exornat, factúmque prædicat.

Verùm, præterquàm quod Eccleſia ob commuoe booum, nonnunquam huius mũdi Principum vices geſſit, iudiciorúmque forenſium laborem ac faſtidium tolerauit: habet ipſa quoque ſua tribunalia, quæ ſunt profanis iudicibus interdicta. Habet ſuas lites & controuerſias, quæ ſola dirimere poteſt, ſumma illa iuriſdi-

Bertrandus Epiſcopus Heduenſis.
De iuribus Eccleſiæ negant Epiſcopi ſe Regium examen ſubituros.

cendi authoritate atque potentia, qua cuncta ligat aut ſoluit, quam à ſolo Deo accipit, perpetuo eiuſdem Patrono ac vindice. Propter hanc, cùm Epiſcopus Heduenſis coram Philippo Valeſio Rege Francorum diſſereret, & legitimas rationes totius Cleri nomine exponeret, ſedulò ac religioſè proteſtatus eſt: *Non aliter ſe reſpondere velle, quàm ad informandum conſcientiam Domini Regis, & ad præſtandum conſilium ſuper prædictis duntaxat, & non ad finem ordinandi iudicij, ſeu reſponſionis faciendæ, per quam ſententia, ordinatio, vel ſtatutum, aut quiuis alius proceſſus ſequi poſſent, vel ius aliud perſonæ cuicunque acquiri.* Quod iterum repetit eiuſdem libelli pag. 23. & addit præterea, traditos à Cunerio articulos in tres claſſes idcirco diſtribuiſſe; quoniam nonnulli ex his perpetua Eccleſiæ iura oppugnarẽt, quæ ius ipſum, & conſuetudo aſſeruerunt: quibus cùm Eccleſia iuſtè ac legitimè vteretur, negligi à ſe omnino non poſſe, quin potius illa ſe pariter eſſe defenſuros, vt olim S. Thomas Cantuarienſis, cuius ea die memoria colebatur, ſuo tempore defenderat. Horum igitur nos quoque præcipuè rationem habebimus: reliquos verò articulos, quos ſecunda & tertia parte complexus eſt, vt qui minoris momenti ſint, breuitatis gratia omittemus. Poſtremò, cùm Rex poſtulaſſet reſponſiones ab eodem factas, ſcriptas exhiberi ſibi, communi Prælatorum conſilio non illas quidem exhibere voluerunt, ſed earum loco libellum ſupplicem obtulerũt, qui eiuſdem libelli pag. 32. deſcribitur, ſic autem incipit: Supplicant Regiæ Maieſtati Prælati preſentes pariter, *Se alicui iudicio minimè ſubmittendo*, quod placeat ei iura, libertates, priuilegia Canonica, conſuetudines & ſaiſinas, quæ & quas Eccleſiæ Gallicanæ habent, & habuerunt retroactis temporibus, eis defendere & ſeruare, &c. Ex quibus facile eſt animaduertere, quemadmodum, licet Epiſcopi Eccleſiæ, aduerſariorum inſidiis appetitæ, deeſſe omnino noluerint, quin rationes omnes, & argumenta, ac teſtimonia, quibus illius dignitas defendi poterat, coram Rege proferrent: ea tamen ſcripta ſic tradere, vt tanquam examini ſubiicerent, omnino recuſarint, ne fortè cuiuſquam Eccleſia iudicium ſubiiſſe videretur. Nec ſanè immeritò. Verũ enimuero, vt cætera taceam, ſi Chriſtum ſpectes, qui Eccleſiæ ſuæ vnicus parens & aſſertor eſt, poſſetne quicquam indignius aut turpius excogitari, quàm vt, quæ ipſe æterna lege ſtabiliuit, qualiſcunque tandem hominis arbitrio ſubderentur? Si fidem, quid abſurdius dici, aut exiſtimari, quàm vt illa ab humana leuitate atque inconſtantia pendeat? Si Eccleſiam denique conſideres, quî tandem peius conſultum eſſe potuiſſet, quàm ſi illa Principum volũtati, vel etiam libidini ſubiaceret? Mille mortes potius oppetendæ ſunt, quàm vt profanum iudicem denuò Chriſtus experiatur. Non decet iterum periclitari fidem: inuicto illa Petræ robore fundata eſt: fieri non poteſt, vt, quæ hactenus diabolicos impetus ſua conſtantia fregit, ad nutum hominis inflectatur. Quæ tandem eſt hæc cæcitas atque dementia, adamantinum illud vinculum Eccleſiaſticæ poteſtatis, quod cœlum pariter ac terram nectit, humano arbitratu velle diſſoluere? Proculdubio quæ à Deo poſita ſunt, ea ſi tentent homines per ſe conuellere; non quidem id, quod cupiunt aſſequuntur, ſed caſſo atque irrito conatu præcipites in interitum ruunt.

CAPVT 2.

Quàm latè pateat ſpiritualis Eccleſiæ iuriſdictio: & quòd illa Principum temporali iuriſdictioni non officiat.

Epiſcopus Heduenſis.

QVÆ ſunt igitur, dicet aliquis, quæ Eccleſiaſticæ iuriſdictionis propria habenda ſunt, & à quibus profani iudices metu religionis arcentur? Circa hoc, intelligendum eſt, inquit idem Bertrandus Epiſcopus, tractatu de origine & vſu iuriſdictionum, quæſtione tertia, quòd aliqua poſſunt pertinere ad aliquam poteſtatem ſeu iuriſdictionem tripliciter: Primò, ex ſe: ſecundò, ex vſu: tertiò, ex priuilegio. Videamus ergo quid competat Eccleſiæ ex ſe, quantum ad iuriſdictionem ſpiritualem (nam cætera non vacat expendere) & primò quantum ad perſonas: ſecundò quantum ad negotia ſeu cauſas. Quantum ad perſonas, dicendum eſt, quòd omnes Chriſtiani cuiuſcunque gradus, vel ſtatus ſeu conditionis exiſtant, ſubſunt iuriſdictioni Eccleſiaſticæ: cuius ratio eſt; quod ſcriptum eſt ad Romanos: *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit: non eſt enim poteſtas niſi à Deo.* Inter Chriſtianos enim duplex eſt poteſtas: Temporalis ſcilicet & ſpiritualis, ſiue ſecularis & Eccleſiaſtica: & vtraque eſt à Deo ſecundum modum in præcedentibus expoſitum: & ideo vtrique poteſtati ſubſunt Chriſtiani, ſed differenter: quia poteſtati temporali vel ſeculari ſubſunt Chriſtiani: quia inter Chriſtianos poteſt eſſe, & eſt, & fuit illa poteſtas legitima, ſed ſolùm vt ciues: Poteſtati autem ſpirituali & Eccleſiaſticæ ſubſunt vt Chriſtiani & fideles, quia poteſtas illa fundata eſt ſuper fidem, per Chriſtum nobis traditam. Igitur omnes Chriſtiani & fideles, viri & mulieres, Clerici & Laici, Reges & Principes ſubſunt iuriſdictioni ſpirituali & Eccleſiaſticæ. Et cùm prædictam iuriſdictionem habeat Papa, ſine limitatione loci, & perſonarum: ideo omnes Chriſtiani, vbicunque ſint debent ei obedire: cæteris verò Prælatis, Epiſcopis, & Archiepiſcopis, & Patriarchis, in territoriis ſeu Diœceſibus ſibi commiſſis, tenentur obedire omnes Chriſtiani manentes in eis. Et ideo Clemens Papa dicit, & habetur, extra. de maior. & obed. c. omnes: quòd omnes Chriſtiani Principes, Reges, & cæteri homines, Epiſcopis obedire debent, vt B. Petrus præcipiebat. Ab hac tamen obedientia ſeu ſubiectione, Papa, qui eſt ſupremus in Eccleſia, poteſt aliquos eximere: & ſic patet, quòd omnis Chriſtianus, cuiuſcunque ſtatus vel conditionis exiſtat, ſubiectus eſt iuriſdictioni ſpirituali ſeu Eccleſiaſticæ.

Rom. 13.
Duplex poteſtas inter Chriſtianos: iuriſdictioni Eccleſiaſticæ nullus non obnoxius.

Verum autem iuriſdictio Eccleſiaſtica ſeu

ſpiritualis extendat ſe ad omnes actiones perſonales omnium Chriſtianorum, non ſolùm Clericorum, ſed etiam Laicorum: dicendum eſt, quod de ſe, & iure ſuo extenditur ad cognoſcendum, & iudicandum de omnibus peccatis; non ſolùm de illis quæ ſunt contra articulos fidei & Sacramenta, in quibus principaliter fundatur religio Chriſtiana: ſed etiam de omnibus peccatis mortalibus: quod patet: primò, ratione irrefragabili, ſic. Cuius eſt cõſiderare finem, eiuſdem eſt iudicare de his quæ debent ordinari ad finem; quia ratio eorum quæ ordinantur ad finem, ſumitur ex fine: debet enim intendens aliquod bonum, finem eligere, & ea quæ congrua ſunt fini, & tollere ea quæ finẽ impediunt. Verbi gratia, medicus conſiderat ſanitatem: certè eius eſt conſiderare de his, quæ ſeruant ſanitatem, & de his quæ eam impediunt, vt ab eis abſtineatur: & conſimiliter eſt in omnibus. Sed corpus ordinatur ad animam, etiam ſecundum gentiles Philoſophos: & temporalia ordinantur ad ſpiritualia: & omnes actiones Chriſtianorum debent ordinari ad conſequendam vitam æternam, tanquam finem noſtrũ vltimum, ſecundum fidem Catholicam in ſacra Scriptura traditam: Ergo cuius vel quorum eſt conſiderare de animæ ſalute & de ſpiritualibus, ſicut eſt Prælatorum, curam & regimen animarum habentium, vt ſunt Papa, & alij Epiſcopi & Archiepiſcopi, eorum eſt iudicare de actionibus perſonalibus hominum, per quas poſſunt deuiare à ſalute ſua peccando contra quamcunque materiam; ſiue contra articulos fidei & Sacramenta: ſiue contra bonos mores: & in hac ratione fundatur C. *nouit.* extra, de iudiciis. Secundo patet ex authoritate Domini apud Matthæum, vbi dicit ſic: *Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipſum ſolum: ſi te audierit, lucratus eris fratrem tuum: ſi te non audierit, adhibe tecum vnum vel duos teſtes, vt in ore duorum vel trium ſtet omne verbum. Quod ſi non audierit, dic Eccleſiæ: ſi autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi tanquam Ethnicus & Publicanus, id eſt excommunicatus.* Et conſtat de iuriſdictione Eccleſiæ quam habent prælati, nam ibidem ſubditur. *Amen dico vobis, quæcunque ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo.* Igitur ſine vlla dubitatione ad Eccleſiam pertinet (iure ſibi à Deo collato) cognoſcere & iudicare de quocunque peccato. Vnde B. Paulus excommunicauit fornicatorem notorium, vt legitur in Epiſtola priore ad Corinthios. Et 24. quæſt. 7. c. *Audiuimus.* circa medium. Cùm igitur peccata contingant circa actiones perſonales hominum, & circa contractus: de omnibus his pertinet ad Eccleſiam, maximè ſi intentetur actio per modum iniuriæ, vel cuiuſcunque alterius peccati, tam inter Laicos, quàm inter Clericos: vel inter Laicum & Clericum, quicunque eorum ſit actor vel reus. Nec in prædictis poteſt dici, quòd reus trahatur extra forum ſuum: quia omnes Chriſtiani, in quãtum Chriſtiani ſunt, pertinent ad forum Eccleſiæ, vt ſupra dictum eſt. Et hoc eſt, quod expreſsè dicitur in Canone, 11. quæſt. 1. c. *Quæcunque.* Vbi dicitur ſic: Quæcunque contentiones inter Chriſtianos ortæ fuerint, ad Eccleſiam deferan-

Chriſtianorum actiones, in quibus hæret lethalis culpa, Eccleſia diiudicat.

A tur, & ab Eccleſiaſticis viris terminentur: &, ſi obedire noluerint, quouſque obediant, à liminibus Eccleſiæ excludantur. Nec propter hoc eneruatur iuriſdictio Principũ ſecularium, qui de actionibus & contractibus ſubditorum ſuorum, videlicet Laicorum, habent cognoſcere, & etiam iudicare: & quæ prædicta iuriſdictio, eis non aufertur nec impeditur. Si enim actor voluerit, poterit reum trahere ad iudicium ſeculare: & tunc iudex Laicus cognoſcet: ſi autem vult eum trahere ad iudicium Eccleſiæ, poteſt: præcipuè intentando actionem iniuriæ vel peccati; quia quilibet Laicus Chriſtianus eſt vtrique iudicio ſubiectus, vni, vt ciuis; alteri, vt
B Chriſtianus. Et quælibet poteſtas, poteſt in eum exercere iudicium ſuum, ſi ad illud euocetur. Sed in optione actoris eſt euocare reum ad hoc vel ad illud iudicium, & non ad vtrumque. Et ſic poteſt intelligi illud, quod habetur in decretis diſt. 22. cap. 1. Vbi dicitur, quòd Chriſtus commiſit B. Petro iura cœleſtis imperij & terreni: & qui hoc priuilegium Eccleſiæ Romanæ detrahit, in hæreſim labitur, & eſt dicendus hæreticus. Verùm, quamuis hoc ſit ius Eccleſiæ, ſibi à Deo collatum, tamen ipſa non ſemper vſa eſt iſto iure, nec vbique, partim ad vitandum ſcandalum, ne putaretur quòd Eccleſia magis quæreret emolumentum pecuniæ, quàm correctionem vitiorum, partim propter malitiam aliquorum Tyrannorum, in quorum terris plu-
C res Eccleſiæ ſunt fundatæ, qui propter violentam ſuam potentiam non permiſerunt Eccleſiam vti iure ſuo. Sed in Regno Franciæ Chriſtianiſſimo, in quo Reges fuerunt Eccleſiæ deuoti, à principio quo fuerunt Chriſtiani: Eccleſia liberius vſa eſt iure ſuo, & tanto liberius, quanto plus appropinquat regni ſedi. Hactenus Petrus Bertrandus Epiſcopus Heduenſis tractatu de origine & vſu iuriſdictionum qu. 3. Ex quibus idem colligit, eo libro, quem aduerſus Cunerij calumnias ſcripſit, multa, quæ ab eodem tanquam vſurpata perperam Eccleſiæ obiiciebantur, iure diuino debita fuiſſe. Tale eſt illud, quod exprobrat articulo primo etiam realium cauſarum Eccleſiaſticos cognitionem ad ſe reuocare, maximè quæ interdictis continentur, cùm tamen realitatis cognitio ad temporalem iudicem pertineat. Etſi namque interdicta in rem concepta videantur, vt tamen ipſa perſo-
D nalia ſunt, vt docet Vlpianus l. 1. de interdict. Pandect. lib. 43. titul. 1. Actionum autem perſonalium iudicium Eccleſiæ à Deo tributum eſt. Nec meliori ratione articulis 3. 4. & 5. queritur, de vitio contrahentium Epiſcopos cognoſcere, & eorum, qui Clericis negotium faceſſant, aut certè apud eos ob quamcunque actionem perſonalem rei citentur: cum, vt dictum eſt, Eccleſia à Deo inſtituta ſit iudex actionum & perſonarum. Contractus verò non aliter quã iuramento aut data fide firmantur. Vſurpatio verò illa, ſiue vexatio rerum ad Clericos pertinentium, ſacrilegium eſt. Sed nec illa quidem probabilis expoſtulatio eſt art. 12. iudices à prælatis vrgeri cum interminatione anathematis, ni pareant, vt, ſi qui ſunt ab Epiſcopis ob neglectã debitorum ſolutionem anathematis vinculo

Eccleſiaſtica iuriſdictio ſeculari non præiudicat, ſed vtrique foro Laicus ſubiectus eſt: vni, vt ciuis: alteri, vt Chriſtianus.

alligati, nec ſatisfaciunt, eoſdem compellant bonorum temporalium comprehenſione abſolutionis beneficium promereri. Quis enim neget Eccleſiæ hanc à Deo curã impoſitam, vt, quæ ſunt eius officij, ab vnoquoque exigat. Iam verò nihil quinquageſimo illo abſurdius eſſe poteſt, conuitium Eccleſiæ fieri, ob mediocrem pecuniariam mulctam pœnitẽtiæ nomine inflictam, cùm ne vitæ quidem Petrus pepercerit, Ananiæ ſcilicet ſua denegantis cum mendacio, quemadmodum Apoſtolorum acta teſtantur.

His ab Epiſcopo Heduenſi diſputatis, addam factum quoddam S. Chryſoſtomi; quo magis appareat, quantum ſibi in ea parte ſanctiſſimi quique Pontifices tribuerint. Afferam item & S. Hugonis Epiſcopi Lincolnenſis in Anglia. Verùm prius illud S. Chryſoſtomi enarremus. Eſt autem eiuſmodi. Paulacius quidam, qui non ita pridem Alexandriæ Auguſtalem Magiſtratum geſſerat, repetundarũ poſtulatus à Callitropa vidua, Præfecto Prætorio iudice ad ſatisfactionem cogi non potuerat. Illa verò Eodoxiam Imperatricem adiens apud illam iniuriam expoſtulat, & opem efflagitat, ſperans, vt erat veriſimile, communis ſexus miſericordia commotam, miſeræ ac ſpoliatæ affuturam. At illa, vt erat ſordido & illiberali animo, virum quidem non mediocri pecunia mulctat, quam ſibi retinet: paucis autem nummis mulieri reſtitutis, his iubet eſſe contentam, & ab actione diſcedere. Illa verò tanta præter ſpem affecta iniuria, querelas ſuas apud Epiſcopum deplorat, ſeque ab Auguſta peſſimè habitam conqueritur. Ille officij ſui eſſe ratus, viduæ patrocinium ſuſcipit, & Paulacium in Eccleſiam accerſiri iubet, qui nihil cunctatus, occurrit: à ſancto autem admiſſi ſceleris ſeuerè arguitur, nec ante ſe liberum egreſſurum intelligit, quàm mulieri damnum reſarciat. Ille ſe eo nomine ab Auguſta mulctatum refert, nec poſſe iterum compelli ad reddendam rationem. At contra Pontifex, pro delictis, inquit, publicis facta eſt illa exactio: tu verò non aliter effugies, niſi mulieri quingenta prius numeraueris. Sic igitur ille tum antiſtitis iuſſione detinebatur. At vbi hoc ad Auguſtæ aures peruenit, & certior facta eſt de hominis retentione, mandat Epiſcopo, ne homini grauis & moleſtus eſſe velit: vtpote qui, cùm ſe legitimè defendiſſet, iudicum ſententiis eſſet abſolutus. Verùm ille contempta eius legatione, iuſſit, ſi cuperet reum dimitti, ipſa ſatisfaceret ex ea pecunia, quam mulieris prætextu ab eo abſtuliſſet. Reſponſum indignè tulit Eudoxia: &, cùm ſe quicquam precibus proficere poſſe deſperaret, duos centuriones mittit, qui Paulacium vi extrahant, & ab Eccleſia educant. Verùm illi in ipſo ſacræ ædis limine armatum Angelum offendentes, paratum ea, quæ Epiſcopus decreuiſſet, inconcuſſa tueri, metu perculſi, ad Imperatricem redeunt; quæ miraculo pariter attonita, ab incæpto deſtitit. Iterum tamen, cùm moleſtè ferret, ſibi, quæcunque vellet faciendi libertatem eripi, velletque Eccleſiasticæ cenſuræ metu liberari, quam ſolam aduerſariam patiebatur, reliquis ad nutum cedentibus: hæc illi per internuntium mandat, vt autor eſt S. Simeon Metaphraſtes in eius vita: Oportet te eſſe contentum Eccleſiaſticis: ciuilia verò omnino non ſubire, ſed eis cedere Imperatoribus: quomodo ipſi tibi rurſus Eccleſiaſticis: ceſſare autem contra me conciones habere in Eccleſiis. Nam ego quidẽ hucuſque te obſeruaui, vt patrem & paternum, vt ſciunt omnes, honorẽ tibi tribui. Tu autem, niſi de cætero in nos fueris melior, ſcias me non eſſe toleraturam. His reſpondit ſanctus Chryſoſtomus: Iubet me diſcedere à rebus ciuilibus. Tantum autem abeſt, vt res attingam mundanas & ciuiles; vt ſim ab eis tam alienus, quàm ij qui diu ante ſunt mortui, remoti ſunt à rebus, quæ ad victum pertinent. Sed, cùm ſim Epiſcopus, & mihi commiſſa ſit cura animarum, apertè ſcio eſſe periculum nõ arguere iniquitatem. Vereor enim ne de nobis quoque dicatur illud Oſee: *Celauerunt ſacerdotes viam Domini*, ſi nos, cùm iniuſtè aliquid admittatur, id feramus ſilentio. Sed eum quoque qui peccat, iubet rurſus diuinus Paulus *coram omnibus arguere*, *vt reliqui*, inquit, *timorem habeant*. Nos autem nihil illam in Eccleſiis, neque nominatim, neque apertè arguimus. Quocirca nobis temerè ſuccenſet Imperatrix. Sin autem oratio, quæ inuehitur in eos, qui ſunt obnoxij auaritiæ, & aliis vitiis, nonnullorum mordet conſcientiam, non illo nos, ſed ſeipſos potius meritò reprehendant. Hæc ille. At Sanctus Hugo Lincolnenſis Epiſcopus, cùm Henrici 2. Angliæ Regis magnum Foreſtarium Eccleſiaſticæ libertati grauem, Eccleſiaſtica cenſura vltus eſſet, Regis in ſe iram prouocauit: quam auxit, denegato iterum Regi Eccleſiaſtico beneficio, quod in gratiam cuiuſdam ex ſuis ab eo poſtularat. Accerſito itaque ad ſe, inter cætera Rex indignabundus ait: Domine Epiſcope, vbi ſunt gratiarum actiones, quas rependere debuiſti pro tantis beneficiis? Reſpondit vir beatus: Noui te, vt Epiſcopus ego efficerer, ſtudioſè laboraſſe. Vt igitur animam expedirem tuam, vbi illi periculum immineret, ſi quod mei eſſet officij, exequi non curarem: neceſſariò id mihi incubuit, vt oppreſſorem Eccleſiæ meæ, cui me conſulere oportet, per Eccleſiaſticam cenſuram coercerem, & indebitè præbendam ſibi in ea ambientem nulla ratione exaudirem. Excellentiæ autem tuæ præſentiam pro vtrolibet adire negotio, non modò ſuperfluum, ſed etiam ineptum ſentiebam: cùm tuæ prudentiæ pronum ſit, quod rite geritur, ſapienter aduertere, & voluntati nihilominus tuæ facile ſit, quod rectum eſſe cognoueris, clementer & benignè approbare. His auditis Rex quieuit. Foreſtarium autem dolentem valde, & virgis cæſum paternè abſoluit. Apud Surium in eius vita ſcriptor eiuſdem ſancti æqualis ac familiaris. Tomo 6. die 17. Nouemb. Ex his Sanctorum exemplis manifeſtè patet, quod tametſi Eccleſia ſemper indignum habitum ſit, ſanguinem fundere:

S. Simeon Metaphr.

Paulacium repetundarum poſtulatum S. Chryſoſtom. tamdiu in Eccleſia detinet, donec mulieri ſatisfaciat.

Angelus adeſt ſancto Chryſoſtomo contra vim Imperatricis.

Surius.

moderatas tamen caſtigationes in matre, ſi (A) quid filij deliquerint, reprehendi non poſſe. Etſi namque gladium Chriſtus à Petro in vaginam condi præceperit, flagelli tamen licentiam ſuo exemplo approbauit. Hanc poteſtatem agnouiſſe, non modò inferioris notæ homines, aut etiam quoslibet nobiles, veterum hiſtoriæ referunt, & nonnullorum pœnitentiæ publicæ à ſanctis patribus deſcriptæ teſtantur: verum etiam Reges & Imperatores huic ſe diſciplinæ ſubdidiſſe, non pauci qui Sanctorum res geſtas perſecuti ſunt, memoriæ tradiderunt.

Reginardus.

Reginardus certè in vita ſancti Annonis Epiſcopi Colonienſis cap. 6. commemorat; qualiter nonnunquam Henricus 2. Imperator ab eodem ſancto plagis & verberibus ex- (B) ceptus ſit, idque patienter tulerit.

Eduardus.

Eduardus item Henrici 2. Angliæ Regis pænitentiam deſcribens, quam ad ſepulchrum martyris in Eccleſia Cantuarienſi peregit, ſic ait: Veſte ſe nudans, caput in tumuli feneſtram magna humilitate ſubmiſit; ita vt omnes eo ſpectaculo ad lacrymas mouerentur. Primoque ab Epiſcopis quinquies cæſus eſt, deinde à Monachis amplius octoginta ternos accepit ictus. Hactenus Eduardus. Sic ille humilitatem, quam primò ob datam ſceleris occaſionem, & moleſtias olim Archiepiſcopo ſuo exhibitas exhibere diſſimularat, poſt modum ad incitas redactus cumulariſſimè præſtitit. Nec fruſtra. Extemplò enim pacatam Numinis iram ſenſit, rebuſque ſuis adeſſe præſentem martyrem. Sed iam, quod ad præſens attinet, attulimus (C) probationum plus ſatis: paucis concludamus

Tria hac iuriſdictio Eccleſiaſtica complectitur.

tria hæc manifeſtè ſequi: Primùm, neminem, qui Chriſtiano nomine cenſeatur, ab Eccleſiaſtica iuriſdictione eximi poſſe. Secundò, actiones omnes iniuriæ, ſiue delicti Eccleſiæ iudicio ſubiacere. Poſtremò, non tantùm Eccleſiaſticis, quas vocant, cenſuris Eccleſiam in ſontes animaduertere poſſe, verumetiam leuibus tormentis ac caſtigationibus.

Capvt 3.

De his, in quibus Eccleſiaſtica iuriſdictio ſanctis patribus lædi viſa eſt, & primùm de Anglicanis conſuetudinibus.

(D)

His ita explicatis, cætera quæ ad eiuſdem iuriſdictionis explicationem pertinent, magis intelligi poterunt ex earum rerum contemplatione, in qoibus lædi viſa eſt, & à ſanctis Patribus defenſa. Porrò quia nihil æquè contentionis huius tenebtas diſcutiet, vt ſancti Thomæ conſtantia; cùm Anglicanas conſuetudines refelleret, quæ, in his, quibus minimè licet, Eccleſiaſticam iuriſdictionem impedirēt: idcirco primùm eas referemus: deinde, ſi quæ maioris momenti occurrerint, pari diligentia attexemus. Quoniam autem eiuſmodi conſuetudines, tametſi ſummus Pontifex Alexander tertius generatim bonas eſſe negauit (ad quem (A) ſcilicet ſanctus Thomas ex Anglia fuga elapſus ſe receperat) nonnullas tamen, propter inſtantem Schiſmatis procellam, tolerari poſſe iudicauit: ſedulò quo quæque loco habēda ſit, notabimus: ne fortè lectorem ſtudioſum lateat aut aliunde cogatur expetere.

Reſcriptum illarum conſuetudinum, quas auitas vocant, quas apud Clarendonam ab Epiſcopis Angliæ Henricus 2. approbari, confirmarique voluit.

Anglicana conſuetudines, pro quibus mortem obiit S. Thomas Cantuarienſis.

Anno ab Incarnatione Domini milleſimo centeſimo ſexageſimo quarto: Papa- (B) tus Alexandri anno quarto: Illuſtriſſimi Regis Auglorum Henrici ſecundi anno decimo, in præſentia eiuſdem Regis, facta recordatio & recognitio cuioſdam partis, conſuetudinum, & libertatum, & dignitatum anteceſſorū ſuorum, videlicet Regis Henrici aui ſui, & aliorū, quæ obſeruari & teneri debēt in Regno. Et propter diſſenſiones & diſcordias, quæ emerſerant inter Clerum, & Iuſtitias Domini Regis, & Barones regni de conſuetudinibus & dignitatibus, facta eſt iſta recognitio coram Archiepiſcopis, & Epiſcopis, & Clero, & Comitibus, & Baronibus, & Proceribus Regni, &c.

Art. 1. De aduocatione, & præſentatione Eccleſiarum, ſi controuerſia emerſerit inter laïcos, vel inter clericos, & laïcos; vel inter (C) Clericos, in Curia Domini Regis tractetur, & terminetur. Hoc tolerauit.

Art. 2. Eccleſiæ de feudo Regis non poſſunt in perpetuum dari abſque aſſenſu, & coonceſſione ipſius. Hoc damnauit.

Art. 3. Clerici citati, & accuſati de quacunque re, ſiue moniti à Iuſtitia Regis, veniant ad Curiam Regis, reſponſuri ibidem de hoc vnde videbitur Curiæ Regis, quod ſit ibidem reſpondendum: ita quod Iuſtitia Regis mittet in Curiam ſanctæ Eccleſiæ ad videndum, qua ratione res ibi tractabitur. Etſi Clericus conuictus, vel confeſſus fuerit, de cætero non debet eum Eccleſia tueri. Hoc damnauit.

Art. 4. Excommunicati non debent dare vadium, & plegium ſtandi iudicio Eccleſiæ, vt abſoluantur. Hoc damnauit.

Art. 5. Archiepiſcopis, Epiſcopis, & per- (D) ſonis Regni non licet exire de Regno, abſque licentia Regis: & ſi exire voluerint, ſi Regi placuerit, aſſecurabunt, quòd nec in eundo, nec in moram faciendo, perquirent malum Regi, vel regno vel damnum. Hoc tolerauit.

Clericus habet aliud exemplar eiuſdem libri.

Art. 6. Laïci noo debent accuſari, niſi per certos & legales accuſatores, & teſtes, in præſentia Archiepiſcopi vel Epiſcopi: ita quod Archidiaconus non perdat ius ſuum, nec quicquam quod inde habere debeat: & ſi tales fuerint qui culpantur, quod non velit, nec audeat eos aliquis accuſare; Vicecomes ab eo requiſitus, faciet iurare duodecim legales homines de Viſneto, ſeu de villa coram Epiſcopo, quòd inde veritatem ſecundum conſcientiam ſuam manifeſtabunt. Hoc damnauit.

Art.

Digitized by Google

Art. 7. Nullus qui de Rege teneat in capite, vel aliquis Dominicorum miniſtrorum eius excommonicetut, nec terræ alicuius eorum ſub interdicto ponantur, niſi ptius Rex, ſi in terra foerit, conueniatur, vel iuſtitia eius, ſi extra Regnum; vt rectum de ipſo faciat: & ita de eo, qoi pertinebit ad Curiam Regiam, ibidem terminetur: & de eo quod ſpectabit ad Eccleſiaſticam Curiam, ad eandem mittatur, vt terminetur.

Hoc damnauit.

Art. 8. De appellationibus, ſi emerſerint ab Archidiacono, debent procedere ad Epiſcopum: & ab Epiſcopo, ad Archiepiſcopum: & ſi Archiepiſcopus defuerit in iuſtitia exhibenda, poſtremò ad Regem eſt perueniendum; vt præcepto ipſius in Curia Archiepiſcopi controuerſia terminetur: ita quòd non debet vlterius procedere abſque aſſenſu Regis. Hoc damnauit.

Art. 9. Si calumnia emerſerit inter Clericum & laicum, vel è conuerſo, de vllo tenemento, quod Clericus velit ad eleemoſynam attrahere, laïcus verò ad laicum feudum; recognitionem duodecim legalium hominum per capitalis iuſtitiæ Regis conſuetudinem terminabunt, vtrum tenementum ſit pertinens ad eleemoſynam, ſiue ad laïcum feudom, coram ipſa iuſtitia Regis: & ſi recognitum fuerit ad Eleemoſynam pertinete, placitum erit in Curia Eccleſiaſtica: Si verò ad laïcum feudom; niſi ambo de eodem Epiſcopo vel Barone aduocauerint, in Curia Regis erit placitum. Sed ſi ambo aduocauerint de feudo illo eundem Epiſcopum, vel Baronem, erit placitum in Curia ipſius: ita quòd propter factam recognitionem, ſaiſinam non omittat, qui prius ſaiſitus fuerat, donec per placitum deciſionatum fuerit. Hoc damnauit.

Art. 10. Qui de ciuitate, caſtello, vel Borgo, vel Dominico manerio Regis fuerit, ſi ab Archidiacono, vel Epiſcopo aliquo delicto citatus fuerit, vnde eis debeat reſpondere, & ſatisfacere noluerit ad eorum citationem, bene licet eum ſub interdictione ponere: ſed non debet excommunicari, priuſquam capitalis miniſter Regis loci illius conueniatur, vt iuſtificet eum ad ſatisfactionem venire. Et ſi miniſter Regis inde defecerit, ipſe erit in miſericordia Regis: & exinde poterit Epiſcopos ipſum accuſatum Eccleſiaſtica iuſtitia coercere. Hoc tolerauit.

Art. 11. Archiepiſcopi, Epiſcopi, & vniuerſæ perſonæ Regni, qoi de Rege tenent in capite, habent poſſeſſiones ſuas de Rege ſicut Bàroniam, & inde reſpondent iuſtitiis Regis, & miniſtris: & ſequentur, & faciant omnes conſuetudines Regias & rectitudines: & ſicut cæteri Barones, debent intereſſe iudicio Coriæ Regis cum Baronibus, vſque perueniatur in iudicio ad diminutionem membrorum, vel ad mortem. Hoc damnauit.

Art. 12. Cum vacauerit Archiepiſcopatus, vel Epiſcopatus, vel Abbatia, vel Prioratus de Dominio Regis debet eſſe in manu

A eius, & inde percipiet omnes reditus & exitus ſicut Dominicos: & cum ventum fuerit ad conſulendum Eccleſiæ, debet Dominus Rex mandare potiores perſonas Eccleſiæ, & in capella ipſius debet electio fieri aſſenſu Regis, & conſilio perſonarum regni, quas ad hoc faciendum vocauerit. Et ibidem faciet electus homagium & fidelitatem Domino Regi ſicut legitimo Domino, de vita ſua, & membris, & de honore ſuo terreno (ſaluo ordine ſuo) priuſquam ſit conſecratus.

Hoc tolerauit.

Art. 13. Si qoiſquam de proceribus Regni defortiauit Archiepiſcopo vel Epiſcopo vel B Archidiacono de ſe vel de ſuis iuſtitiam exhibere, Rex debet iuſtificare: & ſi forte aliquis defortiauerit Domino Regi ſuam rectitudinem, Archiepiſcopi vel Epiſcopi vel Archidiaconi debent eum iuſtificare, vt Regi ſatisfaciat. Hoc tolerauit.

Art. 14. Catalla eorum, qui ſunt in Regia fotisfacto, Eccleſia, vel cimiterium non detinent contra iuſtitiam Regis: quia ipſius Regis ſunt, ſiue in Eccleſia, ſiue extra Eccleſiam fuerit inuenta. Hoc damnauit.

Art. 15. Placita de debitis quæ fide interpoſita debentur, vel abſque interpoſitione fidei, ſint in Curia Regis. Hoc tolerauit.

Art. 16. Filij Ruſticorum non debent or- C dinari abſque aſſenſu Domini de cuius terra nati ſunt, ſiue eſſe dignoſcuntur.

Hactenus ex libro quarto quadripartitæ hiſtoriæ vitæ ſancti Thomæ Cantuarienſis.

CAPVT 4.

Sanctorum Anſelmi, & Thomæ Archiepiſcoporum Cantuarienſium, de conſuetudinibus illis iudicium: quas prior, ne ſubire cogeretur, exilium, poſterior etiam mortem ſubiit.

HÆ ſunt igitur illæ Regiæ conſuetudines, D quas prior quidem, Vuillelmo Rege, S. Anſelmus, Archiepiſcopus item Cantuarienſis oppugnarar, poſterior autem Sanctus Thomas eiuſdem ſedis antiſtes expugnauit. Operæpretium autem nos facturos arbitramur, ſi, priuſquam ad Sanctum Thomam accedamus, S. Anſelmi labores, & pugnas item verborum referamus. Is igitur, quemadmodum narrat Edinerus, eiuſdem ſancti comes fidiſſimus, cùm vix annum vnum in Anglia pacificè cum Rege verſatus eſſet, & nulla paſcendi gregis liberè, & adminiſtrandæ pro voto Eccleſiæ poteſtas à Rege fieret, ſommũ Pontificem adire ſtatuit: ſiue ſuos humeros tanto apud illum onere leuaturus, ſiue auxilium imploraturus. Abeundi verò licentiam, ne qua in re, quæ ferri poſſet, eiuſdem conſuetudinibos derogare videretur, precibus ſtuduit obtinere. quod cum ægrè admodum tuliſſet Rex, & præter rationem

Edinerus apud Surium Tomo 2. die 21. Aprilis.

in ſuam contumeliam eſſet interpretatus, A multa iracundè in ſanctum vitum protulit, quæ breuitatis gratia non repetam; ſatis autem intelligi poterunt ex eiuſdem ſancti reſponſioibus. Sic namque ille Regis minas querelâſque excepit; quantum ſpectat ad eas conſuetudines. Quod dicis me promiſiſſe, vt conſuetudines tuas ſeruarem: amplector, ſed conditiones tequiro. Cum exceptione enim dixi, me ſeruaturum illas duntaxat, quæ legibus Dei conſentaneæ cum honeſtate eſſent coonſtitutæ. Quod dicis me fidem excedere, quòd præuaricatis conſuetudinibus tuis, ſedem appello Apoſtolicam, cuſtodita reuerentia Principatus tui, non verum eſſe, alter diceret.

Fidelitatem, inquit S. Anſelmus, quam tibi debeo Rex, ex Dei fide habeo, cuius Vicarius eſt S. Petrus.

Fidelitatem enim, quam tibi, Rex, debeo, B ex Dei fide habeo, cuius Vicarius eſt S. Petrus, cuius ſedem appello. Quod dicis, debere me iurare, ne vlterius pro quauis cauſa Romam appellem, publicè pronuntio: quòd Chriſtianus Princeps ab Archiepiſcopo ſuo tale Sacramentum exigit iniuſtè. Si enim Sanctum Petrum iureiurando abiurarem: negarem Chriſtum. Quando verò pro vlla te Chriſtum negauero: tunc tibi de petitæ licentiæ peccato ſatisfacere non tardabo. Forſitan autem, me diſcedente, procurabit Deus, vt non diu tes Eccleſiaſticæ, ſicut minaris, tuis famulentur compendiis. Obſtrepunt dicenti, inquit Edinerus, Rex & Proceres, illud maximè obiurgantes, nunquam in conſuetudinibus ſeruandis mentionem Dei fuiſſe, vel honeſti, rectique factam. Tum ille comi vul- C tu, & pene in riſum reſoluto, dixit hæc verba eadem: Papæ! ſi nec Dei, nec tectitudinis mentio, vt dicis, facta fuit, cuius tunc? Abſit ab omni Chriſtiano, leges vel conſuetudines tenere, & tueri, quæ Deo & rectitudini noſcuntur eſſe contrariæ. Hoc illi dicto, quaſi malleo frontes impudentes repetcuſſi, demiſſione capitum, & vocis ſilentio iniuſtitiam ſuam teſtati ſunt. Nihil enim ille turbabatur, ſed quandocunque illi ſucclamarent, tacens turſus ad caput ſententiæ impermotus reuertebatur. Verumtamen non continuit rex animum, quin crudeles minas intotquens diceret: non illum quicquam de regno ſuo exportaturum. At ille impauidus: Pedes, inquit, & nudus pergam, ſi equitaturas meas, & veſtes, veſtrûm eſſe quis affirmauerit. Puduit Princi- D pem dicti, & rubore tinctus ora: Non ita, inquit volo, ſed vndecimo abhinc die, cum ad portum veoeris, nuntio meo in portandis, vel dimittendis parebis. Iraſcetetur alius, ſed Anſelmus imperturbatus manens, benedictionem ſuam Regi non abnuenti obtulit, prælocutus, moleſtè ſe quidem & ægrè iram Regiam ferre: Sed ſi dignaretur intelligere, ad commodum eius animæ viam inchoatam ſpectare. Hactenus Edinerus. Sic igitur ille, potius quàm conſuetudines Anglicanas obſeruaret, à Rege, & Anglia diſceſſit, anno 1097. reliquum vitæ tempus Vuillelmi Regis exul manſurus: qui non ita multo poſt, hoc eſt anno 1100. vitam hanc cum æterna morte commutauit. Quod ita factum aſſeruit S. Hugo Abbas Cluniacenſis, cùm illum Martiniaci ſanctus Anſelmus coouenisſet, & de diſcordia, quæ inter ipſum & Vuillelmum Regem interceſſiſſet, cum eo conferret. Illum namque & vita functum nocte præterita, & ſententiam damnationis accepiſſe, ſub teſtimonio veritatis affirmauit; vt autor eſt idem Edinerus libro ſecundo vitæ S. Anſelmi.

Vuillelmi Regis, qui Anglicanas conſuetudines defendit, ſempiternus interitus.

Vuillelmo miſerando caſu erepto, Henricus 1. eiuſdem frater regni gubernacula ſuſcepit, qui mox S. Anſelmum reuocat; cum quo tamen primis temporibus non admodum Archiepiſcopo conuenit. Mox enim de hominio, atque inueſtituris non leuis oborta contentio eſt: verùm illa tandem Rege inueſtituras remittente ſopita eſt. Ex quibus omnibus ab Edineto relaris ſatis liquet, non paucas ex Anglicanis conſuetudinibus à ſanctiſſimo præſule fuiſſe reprobatas. Nunc de iiſdem quid S. Thomas ſenſerit, ex eiuſdem Epiſtola ad omnes ſuffraganeos ſuos ſubiiciamus; vt iuxta Euangelij legem, in ore duorum ſanctiſſimorum teſtium ſtet coodemnationis elogium. Scriptum illud, inquit S. Thomas, in quo non conſuetudioes, ſed potius prauitates, quibus perturbatur & confunditur ad præſens Anglicana Eccleſia, continentur, ipſius ſcripti autoritatem, inuocata Spiritus ſancti gratia, publicè condemnauimus & caſſauimus.

S. Thomas Anglicanas conſuetudines damnat, & earum obſeruatores fautoreſque anathematizat.

Vniuerſos autem obſeruatores, exactores, conſiliarios, auditores ſeu defenſores excommunicauimus: omneſque vos Epiſcopos à promiſſione, qua contra inſtitutionem Eccleſiaſticam ad earum obſeruationem tenebamini, autoritate Dei & noſtra abſoluimus. Quis enim dubitat Sacerdotes Chriſti Regum, & Principum, omniumque fidelium patres & magiſtros cenſeri? Nonne miſerabilis inſaniæ eſſe cognoſcitur, ſi filius Patrem, diſcipulus magiſtrum ſibi conetur ſubiugare: & iniquis obligationibus illum poteſtati ſuæ ſubiicere, à quo credit ſe non ſolum in terra, ſed etiam in cælis ligari poſſe & ſolui? Proinde ne in huius ſententiæ commiſſum incidamus, autoritatem ipſius ſcripti, ipſumque ſcriptũ cum prauitatibus, quæ in eo continentur, in irritum duximus & caſſauimus, præſertim his, quod non appelletur ad ſedem Apoſtolicam ſuper cauſa aliqua niſi licentia Regis. Quod non licet Archiepiſcopo & Epiſcopo exire de Regno, & venire ad vocationem Domini Papæ ſine licentia Regis: Quod non liceat Epiſcopo excommunicare aliquem qui teneat de Rege in capite ſine licentia Regis, vel terram ipſius, vel officialium ſuorum ſub interdicto ponere: Quod non liceat Epiſcopo coercere aliquem de periurio, vel læſa fide: Quod Clerici trahantur ad ſæcularia iudicia: Quod laici ſeu rex ſeu alij tractent cauſas de Eccleſiis vel decimis, & alia in hunc modum. Hæc ſanctus Thomas ad Epiſcopos, quæ Ioan-

Ioan. Sareſberienſis.

nes Sareſberienſis iterum repetit epiſtola 159. A ad Dominum Exooienſem addens, hæc S. Thomam de coonſilio Romanæ Eccleſiæ feciſſe. Ad Regem aotem quemadmodum ſcripſerit, & ab incæpto reuocare conatus ſit, ex duabus eiuſdem epiſtolis manifeſtum faciam. Primam integram deſcribam, ex eiuſdem quadripartitæ hiſtoriæ libro quinto. Etenim cum tanti Martyris ſtylo exarata ſit, videbatur à pietatis cultoribus poſſe deſiderari. Sic igitur illa incipit.

Epiſtola ſancti Thomæ ad Henricum 2. Angliæ Regem.

S. Thomas Cant.

DESIDERIO deſideraui videre faciem veſtram, & loqui vobiſcum, non multum quidem ptopter me, ſed maximè proptet vos; vt viſa facie mea reduceretis ad memoriam ſeruitia, quæ dum agerem in obſequio veſtro, exhibui vobis deuotè & fideliter iuxta animi conſcientiam. Sic me Deus adiuuet in examine vltimo, quando omnes aſtabunt ante tribunal ipſius, recepturi prout geſſerint in corpore ſiue booum ſiue malum. Et vt moueremini ſuper me pietate, quem oportet mendicando viuere inter alienos, licet tamen, Dei gratia, cum abundantia victualia ad ſufficientiam habeamus. Eſtque nobis conſolatio multa quod C dicit Apoſtolus: *Omnes qui piè volunt viuere in Chriſto, perſecutionem patientur.* Et Propheta: *Non vidi iuſtum derelictum, nec ſemen eius quærens panem.* Propter vos tribus ex cauſis: Tum quia oominus meus eſtis: Tum quia Rex meus: Tum quia filius meus ſpiritualis. Eo quod Dominus, debeo vobis & offero conſiliom meum & obſequium, quodcunque debet Epiſcopus ſecundum honorem Dei, & ſanctæ Eccleſiæ, Domino. Eo quod Rex, teneor vobis ad reuerentiam & commonitionem. Eo quod filius, officij ratione ad caſtigationem teneor & coertionem. Corripit enim pater filiũ nunc blandis, nunc aſperis; vt vel ſic prouocet eum ad benefaciendum. Noſſe debetis vos Dei gratia Regem eſſe. Primò, quia voſipſum regere D debetis, vitámque veſtram optimis informare motibus; vt veſtri exemplo cæteri prouocentur ad melius, iuxta illud Sapientis: Componitur orbis Regis ad exemplũ. Secundariò alios, hos demulcendo, illos puniendo poteſtatis autoritate, quam ab Eccleſia recepiſtis, tum Sacramento, tum gladij officio, quem geſtatis ad malefactores Eccleſiæ conterendos. Inunguntur enim Reges tribus in locis: in capite, in pectore, in brachiis, quod ſignificat gloriam, ſcientiam, & fortitudinem. Qui antiquis temporibus iuſtificationes Dei non obſeruabant, & præuaricati ſunt mandata eius, his ſublata eſt gloria, ſcientia & fortitudo, & eorum generationi, exemplo Pharaonis, Nabuchodonoſor, Saulis, Salomonis, aliorumque plurium. Qui verò poſt delictũ ſuum, cordis contritione humiliauerunt ſe Domino, his Dei

Regi quid debeat Epiſcopus.

Regis officium.

I.

gratia acceſſit cum omnibus ſupradictis abundantiis & perfectius: ſicut Dauid, Ezechiæ, aliiſque quamplurimis. Chriſtus fundauit matrem Eccleſiam, eioſque comparauit libertatẽ ſanguine proprio, ſuſtinendo flagella, ſputa, clauos, mortis anguſtias, *nobis relinquens exemplum, vt ſequamur veſtigia eius.* Vnde dicit Apoſtolus: *Si compatimur ei, & conregnabimus: ſi commoriamur, & reſurgemus.* Eccleſia enim Dei in duobus conſtat ordinibus: clero & populo. Io clero ſunt Apoſtoli Apoſtolicique viri, Epiſcopi, & cæteri doctores Eccleſiæ, quibus cõmiſſa eſt cura & Regnum ipſius Eccleſiæ, qui tractare habeot negotia Eccleſiaſtica: vt totum B reducant ad ſalutem animarum. Vnde & Petro dictum eſt, & in Petro aliis Rectoribus Eccleſiarum: non Regibus, non Principibus: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam.* In populo ſunt Reges & Principes, Duces, Comites, & aliæ poteſtates, qui ſecularia habent tractare negotia, vt totum reducant ad pacem & vnitatem Eccleſiæ. Et quia certum eſt Reges poteſtatem ſuam accipere ab Eccleſia, non ipſam ab illis, ſed à Chriſto: vt ſalua pace veſtra loquar, noo habetis Epiſcopis præcipere abſoluere aliquem vel excommoolcare, trahere Clericos ad ſecularia examina, iudicare de decimis vel Eccleſiis, ioterdicere Epiſcopis, ne tractent cauſas de tranſgreſſione fidei vel iuramenti, & mulra in hunc modum, quæ ſcripta ſunt inter conſuetudines veſtras, quas dicitis auitas. Dominus enim dicit: *Leges meas cuſtodite.* Et per Prophetam: *Væ qui condunt leges iniquas, & ſcribentes ſcripſerunt iniuſtitias, vt opprimerent pauperes in iudicio, & vim facerent cauſæ humilium populi Dei.* Audiat namque, ſi placet, Dominus meus conſilium fidelis, ſecuodum commonitionem Epiſcopi ſui: Caſtigationem patris ſui, ne cum Schiſmaticis de cætero habeat aliquam familiaritatem vel communionem, oec cum eis aliqoo modo contrahat fœdus vel amicitiam. Notum eſt enim toti fere mundo quàm deuotè, quàm hooorificè Dominum Papam receperitis, quantum Eccleſiam Romanam foueritis & honoraueritis: quantumque etiam Dominus Papa, & Eccleſia Romana perſonam veſtram dilexerint, honorauerint, atque in quibuſcunque potoerunt, ſecundum Deum exaudierint. Nolite ergo Domine, ſi ſalutem animæ veſtræ deſideratis, eidem Eccleſiæ, qood ſuum eſt, aliqua ratione ſubtrahere, ſeu in aliquo, & citra iuſtitiam contraire. Immò candem ei permittatis in regno veſtro habere libertatem, quam in aliis Regnis habere dignoſcitur. Memorque literæ confeſſionis, quam feciſtis, & poſuiſtis ſcriptam ſuper altare apud Voeſtmon. de ſeruanda Eccleſiæ Dei libertate ſua, quando ſacratus fuiſtis, & vnctos in Regem à prędeceſſore noſtro Theobaldo: Eccleſiam etiam Cantuarienſem, à qua promotiooem & conſecrationem accepiſtis, in eum ſtatum reſtituatis & dignitatẽ, in quibus fuit temporibos prædeceſſorũ ooſtrorũ. Poſſeſſiones etiã ad ipſam Eccleſiã, & ad nos pertinẽtes, villas, caſtella & omnia

Non poſſunt Reges præcipere Epiſcopis abſoluere quenquã, aut excommunicare.

Digitized by Google

quæ pro vnluntate veſtra diſtribuiſtis, in integrum nobis reſtituatis. Permittatis etiam, ſi placet, nos liberè, & in pace, & cum omni ſecuritate redire in ſedem noſtram, officioque noſtro liberè vti, ſicut debemus & ratio exigit. Et nns vnbis, tanquam Domino chariſſimo & Regi, parati ſumus fideliter & deuotè pro viribus ſeruire, in quibuſcunque poterimus; ſaluo honnre Dei, & Eccleſiæ Romanæ, & ſaluo ordine noſtro. Alinquin pro certo ſciatis, quia diuinam ſeueritatem & vltionem ſentieris. Hactenus illa Epiſtola. Alteram, quia longinr eſt, & illam ante nos deſcripſit Cardinalis Barnnius, Tom. 12. Annal. Eccleſ. ad annũ 1166. ex eiuſdem S. Thomæ epiſtolarum lib. 1. epiſtnla 65. integram non referemus, ſed pauca quædam duntaxat, è quibus facile ſit totius nrationis ſententiam elicere, delibabimus. Sicut, inquit, ſereniſſime Princeps, parua ciuitas prærogatiuam regni præſentis nnn minuit: ſic Regia veſtra poteſtas religioſæ diſpenſationis menſuram minimè concurere debet vel mutare. Semper verò de iore effectum eſt, ſacerdotali conſilio Dei ſacerdotibus iudicia prouenire. Nam qualeſcunque Pontifices, etſi errore homanitus accedente, non tamen conſcientia religinnem fidei vllatenus excedentes, nullatenus videntur à poteſtate ſæculari poſſe vel debere percelli. Boni quidem & religioſi Principis eſt, Eccleſias contritas & conſciſſas reſtaurare, nouáſque ædificare, ſacerdotes Dei honorare, & cum ſumma tueri reuerentia, ad inſtar feliciſſimæ recordationis & Principis pij Conſtantini, dicentis, cùm ad eum deferretur quæſtio Clericorum: Vns à nemine iudicari poteſtis, ſæcularium ſcilicet iudicum, qui ſolius Dei iudicio reſeruamini. Et iterum: Si Rex bonus es, & Catholicus, & vis eſſe qood credimus, quodque magis optamus, vt ſaloa pace tua dixerim, filius es Eccleſiæ, non Præſul; diſcere vns conuenit à Sacerdotibus, non ens docere, ſequi vos cnnoenit Sacerdotes in eccleſiaſticis, non ens præcedere. Habetis poteſtatis veſtræ priuilegia, quæ ad adminiſtrandas leges publicas à Deo conſecuti eſtis, vt eius beneficiis nnn ingrati, contra diſpoſitionem cæleſtis ordinis nihil vſurpetis, ſed vt ſalubrioti fruamini ingenio, &c. Pnſt quæ denuò: ad ſacerdotes, Rex dilectiſſime, ſuos voluit Deus, quæ Eccleſiæ ſuæ ſunt diſponenda, pertinere, nõ ad poteſtates ſæculi. Quas, ſi fideles ſunt, Eccleſiæ ſuæ ſacerdntibus voluit eſſe ſubiectas. Non vobis ergn vendicetis ius alienum, & miniſterium quod alteri deputatum eſt, neque contra eum contendatis, à quo omnia ſunt conſtituta, ne contra illius beneficia pugnare videamini, à qun veſtram conſecuti eſtis poteſtatem. Nnn à legibus publicis, non à ſæculi pnteſtatibus, ſed à Pontificibos, & Sacerdotibus nmnipotens Deus Chriſtianæ Religionis Clericos voluit ordinari & diſcuti. Chriſtiani Reges ſubdere debent executiones ſuas Eccleſiaſticis Præſulibus, non præferre. Scriptum quippe eſt, nullum de Sacerdotibus niſi Eccleſiam iudicare debere: nec eſſe humanarum legum de

Non à legibus publicis, non à ſæculi poteſtatibus, ſed à Pontificibus Clericos Deus ordinari voluit & diſcuti.

Reges Eccleſiæ ſunt filij, non præſules.

A talibus ferre ſententiam. Obſequi ſolere Principes Chriſtianos ſtatutis Eccleſiæ, non ſuam poreſtatem præponere; Epiſcopis caput Principes ſubdere, non de Epiſcopis iudicare. Dun quippe ſunt, quibus principalirer regitur mundus, autoritas ſacra Pnntificum, & Regalis poteſtas, in quibus tanto grauius eſt pnndus Sacerdotum, quanto & de ipſis Regibus ſunt in diuino reddituri examine rationem. Nnſſe certè debueratis, ex illorum vos debere pendere iudicio, non illns ad veſtram poſſe redigere vnluntatem. Plurimi namque Pontificum, alij Reges, alij Imperatnres excnmmunicarunt: & ſi ſpeciale aliquid de perB ſonis Principum inquiratis, beatus Innocentius Arcadium Imperarorem excommunicauit, quia cnnſenſit Sanctum Ioannem Chryſoſtomum à ſua ſede expelli. S. Ambrnſius pro culpa, quæ aliis ſacerdntibus non adeò videbatur grauis, Thendnſium magnum Imperatorem excommunicauit, & ab Eccleſia excluſit: qoi tandem ſatisfactione condigna meruit abſnlui. Hæc, & longè plura S. Thomas: qui, vt Regis animum ab earum conſuetudinũ defenſione abduceret, & ad præteritorum pœnitentiam traduceret, non modò ſemel atque iterum, ſed ſæpius per litteras eundem eſt cohnrtatus: quibus, cùm ſe nihil aut parum proficere intelligeret, anathematis Regi terroC rem iniecit. Quo factum eſt, vt poſtulatis à ſummo Pontifice delegatis iodicibus Rex inſtaret, aut citò pacem iuratis conſuetudinibus inſtaurari, aut, ſi minus conueniret, controuerſiam lata ſententia definiri. Confidebat enim, ſi lis legatorum iudicio permitteretur, ſe promiſſis ac largitionibus extorquere poſſe, quod æquitas denegaret. Horum tamen, Den ita volente, licet maximè cuperet, nihil obtinuit. Nam legatis quidem, cùm Cadomo à Rege prnfecti Giſortium inter & Triam ſanctum Epiſcopom conueniſſent, de ſumma re iudicio decernendi maturè facultas ablata eſt: ipſe verò, eadem, qua prius, conſtantia eaſdem conſuetudines refutauit & execratos eſt. Nec vero ab iis tantùm recipiendis abhnrruit: verumetiam, cùm pax ea ratione nfferretur, D vt de iiſdem reticeret, ne diſſimolare quidem ſe poſſe aſſeruit. Sic enim reſpondit: Noſtræ gentis prnuerbium eſt, quod taciturnus prætendit ſpeciem confitentis. Et cùm Rex ſibi videatur in poſſeſſione conſoetudinum illarum eſſe, & ad eas conſeruandas iniuſtè & violenter cogat Eccleſiam, ſi ſic taciturnitate mea impetrata ceſſaret concuſſio, auroritate maximè Legatnrum Domini Papæ interueniente, ſtatim ſibi & aliis videretur obtinuiſſe in cauſa iſta. Ego vero, verum fateor, Den teſte, ego magis eligo exulare perpetuò, proſcribi etiam, &, ſi diſpoſuerit ita Dominus, pro iuſtitiæ defenſione mori, quàm in ſalutis meæ diſpendium, & præiudicium cauſæ Eccleſiaſticæ libertatis, hanc quam vns perſuadetis inire pacem. Dominus enim eſt, qui in tali caſu ſacerdotibus diſſimulantibus gehennam præparauit, vbi nulla erit diſſimulatio pœnæ.

Card. Baron. habet Pontificis.

Hæc ille Legatis, cùm de pace ab iiſdem iniquis A conditionibus interpellaretur. Epiſcopo autem Londonienſi Gilberto, regis in eum beneficia commemoranti, &, vt tempori cederet, ac regię libidini obſequeretur, per litteras conſulenti, in hanc ſenreotiam reſcripſit. Eſto, quia ita eſt: multa ſunt ampliora, quàm tua explicet oratio, beneficia eius erga me: debuine pro his omnibus, vel etiamſi conduplicarentur, Eccleſię Dei libertatem exponere? Quanto minus pro famæ meæ, quæ ſæpius à vero deuiat, conſeruatione? Si mitius in aliis egi: in hoc nec tibi, nec aliis parco, neque Angelo, ſi deſcenderit de cœlo: ſed ſtatim ſi audiero talia commonentem, audier ex me: *Vade retro ſathana: non ſapis quæ Dei ſunt.* Abſit à me iſta dementia: auertat à me Dominus dementiam iſtam, vt aliquatenus perſua- B dear aliquibus tergiuerſationibus inire cõmercium de Chriſti corpore, vnde & ego Iudæ traditori, & Dominus meus Iudæis aſſimiletur emptoribus Chriſti. Et, cùm idem Epiſcopus regem nuntiaret regni ordinum iudicium vltrò ſubiturum, reſpondit: Quod ſcribis, ipſum paratum iudicio ſtare regni ſui, quaſi condigna ſatisfactio ſit hæc: quis eſt in terra, vel etiam in cœlo, qui de diuina diſpenſatione præſumat iudicare? Humana iodicentur, diuina penitus inconcuſſa relinquantur. His & pluribus S. Martyr oſtendit, non niſi cum animę periculo, & ſalutis iactura, Anglicanas illas cõſuetudines, aut à Laicis vſurpari, aut ab Eccleſiaſticis tolerari poſſe, pro quibus repudiãdis nulli ſe labori, oon diuitiis, non patriæ, non cuiuſquam gratiæ, oon C denique vitæ propriæ parciturum eſſe profitetur. Verùm quod ad Clericos attinet, quos ad ſua tribunalia profanus iudex per vim attrahit, eam iniuriam 22. cap. vehementius expoſtulabimus: reliqua omnia, tametſi iam ſatis eiuſdem authoritatis præiudicio conſtituta videri poſſiut, nihil tamen vetat nonnulla etiam ex aliis afferre.

Regni ordinum iudicio de Eccleſia pronuntiari non poſſe.

CAPVT 5.

Excommunicatio imperari vetarive humano iure non poteſt.

Excommunicatio humano iure imperari vetarive nõ poteſt.

IGITVR, quod ad excommunicationem attinet, eam neque vetare quiſquam, neq; imperare humano iure poteſt. Nam, ſi qui ea poteſtate prędit eſſent, illi certè, qui reliquis mortalibus poteſtatis prærogatiua ſuperiores exiſtunt, Imperatores atque Reges. At illi tanto iure nuſquam à Deo donati leguntur. Quod ſi ſummam illam poreſtatem in Eccleſiam nacti eſſent, qua poſſent, quemadmodum pleraſque leges, quæ ab hominibus rogatæ ſunt, ita & Eccleſiaſticas ſanctiones reſcindere, nihil non eorundem libidini ſubiaceret: nec poſſent illi, cùm data licentia ad Eccleſiæ perniciem abuterentur, à quoquam coërceri: ſed, cùm illi quidem in omnia ius & imperium obtinerent, ac proinde neceſſariò parendum eſſet, nec ab illicitis etiam abſtinerẽt, vtpote quos vel ſola nonnunquam ignorantia in errorem præcipites ageret:

A neque enim illi de certa & indubitata fide, ſicot Petrus, promiſſionem acceperunt: vniuerſus orbis de ſua ſalute periclitaretur. Illi etiam quocunque tandem perpetrato flagitio, à ſacris liminibus arceri nequirent; cùm tamen alia ſemper fuerit ſanctorum fides, qui non paucos officij immemores, anathemate percul ſos, à ſcelere reuocaruot. Soli igitor Pontifices illud imperium à Deo in omnes Chriſtianos obtinent, vt ſoluere aut nectere poſſint, quos ipſi decreoerint. Cogere verò ad abſoluendum quemquam eorum, aut à ſacra communione repellendum, præterquam qood ſummæ dementiæ eſt, ſi quis tentauerit, fieri etiam nullo modo poteſt. Etenim præter intentionem ac certam ſacerdotis voluntatem impertita abſolutio, aut B iactata excommunicatio nullius momẽti ſunt, nec rata cœlo habentur. Non enim, vt de alterius iudicio peoderet, aut cuiuſquam libidini obſequeretur, ſummam poteſtatem Eccleſiæ ſuæ Chriſtus contulit: ſed, quo magis illius ſententiam reuereremur, etiam fidei perpetuæ illibatam ſynceritatem repromiſit. Cùm aliquando, vt ſcribit S. Theodoretus Eccleſiaſt. hiſtor. lib. 4. cap. 16. Modeſtus quidam Præfectus Valentis Imper. Ariana labe infecti, Preſbyteros Edeſſenæ Eccleſiæ cũ Epiſcopo Ariano, quem Imperator fugato orthodoxo intruſerat, communicare imperaret, poſt minas, & pugnas verborum ad Eulogium Preſbyterorũ primarium inquit: Cum Imperatore communica. Cui Eulogius: Nunquid cum Imperio eſt etiam ſacer- C dotij dignitatem conſecutus? Præfectus intellecta ironia, Non iſtud, ait, dixi ſtupide, ſed vos, vti quibuſcum communicet Imperator, com eiſdem communicetis adhortatus ſum. Ait Eulogius, paſtorem ſe habere, cuius nutum ſequerentur. Itaque octoginta pariter comprehenſos in Thraciam amandauit. Quid S. Ambroſium referam? Quem cùm Ruffinus propterea conueniſſet, non vt vi ac imperio, ſed precibus anathematis abſolutionem impetraret, quo non paucis iam exactis menſibus in triſtitia ac mœróre iacentem Theodoſium Imperatorem puniuerat: non aliter ſe ad Eccleſiam admiſſurum edixit, quàm ſi poblicum ſcelos publica pœnitentia dilueret. Non igitur ille eius generis ius aliquod penes Imperatorem agnouit, cuius ne ſupplicationi quidem concedere quicquam voluit, priuſquam imperata faceret. Nec verò in D præſcribenda duntaxat pœnitentia authoritatem ſibi à Deo cõceſſam eſſe arbitratus eſt, ſed etiam in futurum proſpiciens, legem ab eo ferri præcepit, ne deinceps liceret in reos capitalium iudiciorum ante diem trigeſimum animaduertere. Sanctus autem Staniſlaus Cracouienſis Epiſcopus, Boleſlai Poloniæ Regis immanem iram in ſe experiri maluit, quàm vt eum ante excommunicationis vinculo liberaret, quàm is publicæ ac proiectæ libidini nuntium remitteret. Itaque ab eodem, dum ſacris operam dat, ad ipſam aram pugione confoſſus eſt, ac membratim diſcerptus. Verùm is, qui ſacerdotum ſuorum ſententiam cœli quoque ſuffragio corroborat, delegatum à ſe iudicem ab impio Rege malè habitum, cœlo terráque miraculis

Theodoretus.

Plures ſancti, qui mortem pro denegata abſolutione ab excom. perpeſſi ſunt.

Otto Phriſing l.5.c.4. Chron.

& gloria illuſtrem, meliore præmio compen-
ſauit. Ob eandem etiam rationem S. Silucrius
Pontifex Maximus Martyrij coronam repor-
tauit. A Theodora ſiquidem Auguſta iuſſus An-
themium hæreticum, ab anteceſſore ſuo ſancto
Agapito communione priuatum, ſacris reſti-
tuere, conſtanter abnuit, imperium minimè
reueritus; cùm ſciret nullam illius eſſe circa res
Eccleſiaſticas imperandi poteſtatem. Cum quo
paribus periculis S. quoque Martinus Papa de-
functus eſt. Quippe qui, cùm, habita ſynodo,
Paulo Patriarchæ, Pyrrho, & Cyro ſacris inter-
dixiſſet, nec poſſet à Conſtante Imperatore, qui
in eandem hæreſim impegerat, in quam auus
eius Heraclius, à ſententia dimoueri, exilio ab
eodem in Cherſonam relegatus, ibidem ærum-
nis confectus ad Deum migrauit. Neminem
autem arbitror vel commemorando percenſe-
re poſſe, quot olim ſanctiſſimi Eccleſiarum præ-
ſules, non modò ſuis ſedibus pulſi, verumetiam
grauiſſima quæque paſſi ſint, dum ſine ratione
ſtudet Imperator Conſtantius ab iiſdem in S.
Athanaſium anathematis fulmen extorquere:
quod nequaquam tamen efficere valuit, licet in
id vnum totis Imperij viribus incumberet. Plus
enim ſemper potuit apud eos innocentis animę
reuerentia, quàm regalis faſtus atque ſuperbia.
Et ſe vtique non Imperij miniſtros, ſed Eccle-
ſiaſticarum rerum iudices à Deo inſtitutos eſſe
meminerant, nec cuiuſquam authoritate regi
atque inflecti debere, ſed regere potius, & de
diuinis rebus atque perſonis ſummo iure ſta-
tuere. Præter cæteros autem in eam Imperato-
ris temeritatem vehementius inuectus eſt Lu-
cifer Caralitanus, duobus libris, quos in eum
ſcripſit. Verùm illa cum pluribus aliis cap. 22.
reſeruentur.

Idem Otto ibidem c.11.

Non ſunt ſacerdotes Imperij miniſtri, ſed Eccleſiaſticarū rerum iudices.

CAPVT 6.

Vis affertur Eccleſiaſticæ iuriſdictioni, ſi ſacram eius politiam ſeculi Principes ſuis legibus conſtituere velint. Priorum regum pietas atque religio.

HÆc cùm ita ſe habeant, ne leges quidem
ab illis, quòd ad ſacram politiam attinet,
rogari poterunt. Nam præterquam quod à ra-
tione alienum eſt, vt Chriſtus à Cęſare regatur,
Eccleſia à foro leges accipiat, & ad hominis ar-
bitrium Hierarchiæ cœleſtis ordo diſponatur:
ſeculi Principes Eccleſiaſticæ cenſuræ authori-
tate carent, quæ ad ſanciendas leges, & compri-
mendam licentiam in primis neceſſaria eſt. Niſi
fortè probemus, Cæſariani gladij formidinem
Eccleſiis incutiendam: quod vt fieri rite atque
ordine poſſet, rerum diuinarum iudicium regi-
bus eſſet permittendum. Hoc verò vt tutò, &
abſque fidei religioniſque periculo concedi va-
leat, prius illis à Chriſto claues impetrādę ſunt:
quas hactenus, quātum legendo ac perſcrutan-
do diſcere potuimus, ſoli Petro cum fidei inex-
pugnabili firmitate commiſit. Quòd ſi neque
claues illis à Chriſto datæ ſunt, hoc eſt ſoluendi
ligandique mirabilis illa poteſtas, neq; fidei vir-
A tus & conſtantia omni conatu ſuperior, qui ab
inferi portis adhiberi poteſt, certò repromiſſa:
quo tandem freti Eccleſiam ſuis legibus mode-
randam ſuſcipiunt? Horum enim non dicā alte-
rum, ſed vtrūque iis adeſſe neceſſe eſt, qui leges
condunt. Primùm quidem, vt quid agāt intelli-
gant: ſcribūt enim non brutis, ſed ratione vten-
tibus. Deinde, vt authoritate nixi ac fulti ſint.
Non enim quicquid ab aliquo repertum fuerit,
quod ad pietatem promoueat, continuò ſeruari
opus eſt: ſed hoc tantum quod ab eo ſtatutū ſit,
qui imperio polleat. Horum verò neutrum, ſi
diuina ſpectes, neceſſariò ſceptra comitatur.
Nam neq; communi illo iure, quo Reges belli
paciſque negotiis præfecti ſunt, prædicandæ ve-
ritatis officium ſunt conſecuti, cuius ipſi per ſe
B expertes eſſe noſcūtur, & ab Eccleſia doceri in-
digēt, alioquin in grauiſſimos errorum labyrin-
thos aſſeclas ſuos coniecturi, cùm pleriq; inter
ſe diſſentiant, nec alter alterius ductū ſequatur:
neque conſtituendæ religionis imperium, quod
fruſtra eſſet, cùm ab aliis iubeātur paſci & inſti-
tui, nec abſque dubitatione & ſcrupulo eorun-
dem ſententiæ ac decreta ab Eccleſiis admitti
poſſent. Contra verò, eadem, quę ſceptris & co-
ronis denegata ſunt, diuino beneficio Eccleſiæ
ſunt propria. Nam quod ad ſcientiam attinet,
orauit Chriſtus, ne Petri fides deficeret. Quis
dubitet eſſe auditum? Poteſtatem autem & iu-
riſdictionem eam ipſe contulit, & ſuis verbis aſ-
ſeruit, quæ non modò quā lariſſimè patet orbis
terrarum ſua decreta proferret, ſed etiam cœlos
C ipſos ſuis legibus includeret. Quapropter non
immeritò, ſi quid huius ſeculi Principes ad pie-
tatem pertinens decreuerint, Eccleſia primùm
ſuo examine tanquam lydio lapide probat, & ſi
ſyncerum eſt, tanquam à Deo profectum am-
plectitur: nō quia illi ſanxerint, qui obedire po-
tius quàm leges ſcribere debent: ſed quia quic-
quid pium ac religioſum eſt, præſertim à filiis
ſuis præſtantiſſimis inuētum, Eccleſia ſingulari
quadam auiditate ſuſcipit. Teſtatur hoc diſertis
verbis S. Agapetus Papa ad Iuſtinianum Impe-
ratorem ſcribens, cùm ab eo fidei profeſſionem
accepiſſet, quā Pontificia ſubſcriptione firmari
poſtulabat, ſic namque ait Epiſt. 6. Laudamus,
amplectimur: nō quia Laïcis authoritatem prę-
dicationis admittimus, ſed quia ſtudium fidei
veſtræ Patrum noſtrorum regulis conueniens
confirmamus, atque roboramus. Et in Concilio
D Meldenſi, anno 845. c. 78. ſtatutum eſt, vt capi-
tula Eccleſiaſtica à Domno Carolo Magno Im-
peratore, necnon à Domno Ludouico Pio Au-
guſto promulgata, obnixè ſeruari præcipiantur,
ſicut & legalia obſeruanda eſſe noſcuntur. Leo
itē Papa quartus Lothario Auguſto apud Gra-
tianum ſcribens, diſt. 10. c. 9. eadem capitula ſe
velle ſeruare profitetur. Cuius rei rationem af-
fert ſanè luculentam Benedictus Leuita Capi-
tularium lib. 7. c. 377. & vltimo: quoniam non
tam illa erant ſecularium decreta Principum,
quàm ſummorum Pontificum, aut etiam Con-
ciliorum Canonicę ſanctiones, quas illi, quo re-
ligioſius à ſubditis ſuis ſeruarentur, inter ſuas
leges referebant. Sic namque ille ait: Maximè
trium vltimorum capitula iſtorum librorum,

Sacros ritus atque ceremonias Reges Eccleſiæ praſcribere non poſſunt.

Seculi poteſtatibus neque claues à Chriſto datæ ſunt, neque certa fides promiſſa.

S. Agapetus Papa.

Anno Domini 545. Concilium Meldenſe.

Leo 4. apud Gratia.

Benedictus Leuita.

Apoſtolica ſunt cuncta authoritate roborata, quia his cudendis maximè Apoſtolica interfuit legatio: Nam eorum nomina præter trium, id eſt Leonis, Sergij, & Gregorij hîc non inſeruimus, licet ea per ſingulos conuentus inſerta inueniſſemus, vitantes legentium atque ſcribentium faſtidia. Si quis autem plenius ea noſſe voluerit, iſtorum legat authentica, quibus illa inſerta reperiet. Hæc ibi Benedictus, quæ paſſim aliis quoque locis eorūdem Capitularium, tum ab ipſo, tum ab Anſegiſo Senonenſi Archiepiſcopo teſtata ſunt. Anſegiſus namque Capitul. li.1. in ipſa Præfatione, Carolum Magnum Imperatorem ad hūc modum verba facientem inducit: ſed & aliqua capitula ex canonicis inſtitutionibus, quæ magis vobis (id eſt Epiſcopis) neceſſaria videbantur, ſubiunximus. Deinde reprehenſionem veritus, quòd ſacra profanis manibus attingere auderet, huiuſmodi excuſatione vtitur. Ne aliquis quæſo, huius pietatis admonitionem eſſe præſumptuoſam putet vel iudicet, qua nos errata corrigere, ſuperflua abſcindere, recta coarctare ſtudeamus: ſed magis beniuolo charitatis animo ſuſcipiat. Nā legimus in regnorum libris, quomodo S. Ioſias regnum ſibi à Deo datum, circumeundo, corrigēdo, admonendo, ad cultum veri Dei ſtuduit reuocare. Non vt me eius ſanctitati æquiparabilem faciam, ſed quòd nobis ſint vbique ſanctorū ſemper exempla exſequenda, & quoſcunque poterimus, ad ſtudium bonæ vitæ in laudem, & in gloriam Domini noſtri Ieſu Chriſti congregare neceſſe eſt. Quapropter vt prædiximus, aliqua capitula notare iuſſimus, vt ſimul hæc eadem vos admonere ſtudeatis, & quęcunque vobis alia neceſſaria eſſe ſcitis: vt & iſta, & illa æquali intentione prædicetis. Hactenus Imperator. Initio autem libri 5. capitulum 2. in quo multa ſtatuit Carlomannus de Eccleſiis, titulum hunc præ ſe fert: Synodus cum actibus ſuis iuſſione Apoſtolica à ſancto Bonifacio, & Francorum Epiſcopis ſub Carlomanno duce habita, anno incarnationis dominicæ 742. Et libr. 6. capit. 96. ita prænotatur: Ex Capitulis Domini Ludouici in Ghilena in Apoſtolica authoritate, & ſynodali ſanctione, omnium videlicet Clericorum ac Laicorum generaliter conſenſu atque hortatu decretis. Quibus etiam addere poſſumus Hadriani primi, & Leonis tertij ſummorum Pontificum teſtimonia, quibus ea, quæ Carolus Magnus in Eccleſiarum Galliæ inſtaurationem correctionemve contuliſſet, ſe ipſis authoribus feciſſe commemorant. Nam Hadrianus quidem ad Bertericum Viennenſem Archiepiſcopum ſcribens, ea de re Carolum Magnum, quem Francorum Regem & Romanorum Patritium vocat, ſe interpellaſſe ſignificat. Leo autem, qui eundem Carolum Imperiali diademate coronauit, ſe ab eodem Auguſto interpellatum eſſe, & eius ſtudio conſenſiſſe Vvolferium Viennenſem item Archiepiſcopum certiorem facit. Horum Pontificum litteras inueniēs apud Ioannem Boſcum antiquitatum Viennenſium capit. 4. Quòd ſi nonnunquam ſeculi Principes imperioſius decernere viſi ſunt, quàm deceat monitores, meminiſſe oportebit, ex eo genere hominum fuiſſe, qui labi potuerint: & nonnunquam fraude aſſentantium in ſcopulos impegiſſe: nonnullos item, cùm errorem ſuum agnoſcerent, maturè inde pedem retuliſſe. Teſtis Hincmarus Remorum Archiepiſcopus in ea Epiſtola, quā ad Carolum Caluum dedit, in cauſa Hincmari Laudunenſis Epiſcopi: ſic enim Imperatorem alloquitur: Cum auo veſtro Magno Imperatori Carolo adulatorum linguis ſuggeſtum fuiſſet, vt rebus Eccleſiarum præiudicium aliquod inferret, obſiſtentibus Epiſcopis, & ſpecialiter Paulino Patriarcha, ſicut vobis benè notum cognoſco, adeò ſe benè recognouit, vt confeſſionis & correctionis ſuæ ſcriptum manu ſua firmauerit, de quo partem in libro veſtro qui appellatur Capitulorum Imperialium, ſcriptam habemus. Hæc ille. Porrò quanta piiſſimi illi Imperatores religione atque obſeruantia Eccleſiaſticam iuriſdictionem coluerint, ſatis manifeſtè docet lib. 5. cap. 163. quo loco Imperatores quidem Eccleſiæ iudicio ſeſe obnoxios eſſe agnoſcunt, ſacerdotes verò ſoli Deo reſeruandos.

Carol. Mag. apud Anſeg. Capitul. l. 1.

Ioannes Boſcus.

Hincmar. Remenſ.

Eſt verò illud etiam diuinæ cuiuſdam pietatis certiſſimum argumentum, quòd edicunt in populis; non aliter ſe quenquam fidelem habituros, quàm ſi ſacerdotum præceptis ſedulò pareat. Hoc ipſum habemus lib. 7. cap. 306. integrum deſcribam; quo luce clarius appareat, quàm præpoſterè ac infœliciter plerique Principes hoc tempore perſuaſum habeant, eos rebus ſuis fore fidiſſimos, qui religionem non admodum curent, Eccleſiaſticæ autem libertati inſidientur. Verumenimuero, ſi liceat præteritorum malorū repetere memoriam ab iis temporibus, quibus illa peſtis Regū animos ſubiit, quid hoc ipſo Regno Francorum infelicius & calamitoſius dici cogitarive poteſt? Quis Regum cædes, quis populorum defectiones enumeret? Denique eò recidimus, vt iam tot luſtris pace confirmata atque ſtabilita, ad hunc diem tamen non paucę vrbes eorum fidei permittantur, qui per vim & ſcelus pridem occuparunt. At non tunc pariter, cùm ſacerdotibus ſuus honos haberetur, Reges contigit ſubditorum perfidiam experiri; quin potius cùm ſeriò ac liberè ab Eccleſiaſticis Dei timorem legémque edocerentur, Principes quoq; ſuos Dei loco in terris habere diſcebant, neque contra hiſcere, aut moliri quicquam tentabant. Eſt autē huiuſmodi Caroli Magni decretum. Volumus, inquit, atque præcipimus, vt omnes ſuis ſacerdotibus, tam maioris ordinis, quàm & inferioris, à minimo vſque ad maximum, vt ſummo Deo, cuius vice in Eccleſia legatione funguntur, obedientes exiſtant. *Nam nullo pacto agnoſcere poſſumus qualiter nobis fideles exiſtere poſſunt, qui Deo infideles, & ſuis ſacerdotibus inobedientes apparuerint*, aut qualiter nobis obedientes noſtriſque miniſtris ac legatis obtemperantes erunt, qui illis in Dei cauſis, & Eccleſiarum vtilitatibus non obtemperant. Potius namque iuxta veritatis vocem, ille metuendus eſt, qui poteſt animam & corpus torquere, & honores temporales poteſt auferre. De

Non alij fideles habendi regibus, quàm qui ſacerdotum præceptis ſedulò ac religioſè pareāt.

Sacerdotes Dei in terra legati, illis ſicut Deo parendum.

illis dictum eſt: *Qui vos audit, me audit: & qui vos* A *ſpernit, me ſpernit:* Et alibi, *Qui vos tãgit, tãgit pupillam oculi mei.* Et rurſus, *Qui ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis, melius eſt illi vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.* Et iterum, *qui vos recipit, me recipit, & qui me recipit, recipit eum qui me miſit.* Et multa alia horúmque ſimilia. His ergo fulti oraculis, iubemus, vt omnes eis pro viribus ad eorũ peragenda miniſteria, & ad malos & peccatores atque negligentes homines diſtringendos ſummopere obedientes exiſtant. Qui autem in his, quod abſit, aut negligentes eiſque inobedientes fuerint inuenti, ſciant ſenec in noſtro Imperio honores retinere, licet etiam filij noſtri fuerint, nec in Palatio locum, neque nobiſcum, aut cum noſtris ſocietatem, aut communionem vllam B habere, ſed magis ſub magna diſtrictione & ariditate pœnas luere. In his namque omnium noſtrorum fidelium volumus agnoſcere fidem, ac beneuolentiam: quoniam ſi hæc fideliter & vtiliter impleuerint, tunc Deo & nobis fideles erunt: ſi autem, quod abſit, ſecus egerint, tunc non ſolum infideles, ſed etiam infames atque reprobi manifeſtè apparentes notabuntur, eorúmque domus publicabũtur, & ipſi exiliabuntur. Hactenus ille Magnus Imperator Imperio ſuo ſubditos alloquitur. At verò, quomodo ipſos etiam Pontifices admoneat, audiamus. Placuit nobis, inquit, veſtram rogare ſolertiam, ô Paſtores Eccleſiarum Chriſti, & ductores gregis eius, & clariſſima mundi luminaria, vt vigili cura & ſedula admonitione populum Dei per C paſcua vitæ æternæ ducere ſtudeatis, & errantes oues bonorum exemplo operum ſeu adhortatione, humeris intra Eccleſiaſticæ firmitatis muros reportare ſatagatis: ne lupus inſidians aliquem Canonicas ſanctiones tranſgredientem, vel paternas traditiones vniuerſalium Conciliorum excedentem, quod abſit, inueniens deuoret. Ideo magnæ deuotionis ſtudio admonendi & adhortandi ſunt, immò compellendi, vt firma fide & infatigabili perſeuerantia, intra paternas ſanctiones ſe contineant. In quo operis ſtudio ſciat certiſſimè ſanctitas veſtra, noſtram vobis cooperari diligentiam. Quapropter & noſtros ad vos direximus Miſſos, qui ex noſtri nominis authoritate, vnà vobiſcum corrigerent, quæ corrigenda eſſent. libr. 1. Capitul. in Præfatione. Et iterum lib. 5. c. 222. Volumus D vos ſcire voluntatem noſtram, quod nos parati ſumus vos adiuuare vbicunque neceſſe eſt, vt miniſterium veſtrum adimplere valeatis: ſimul vos admonemus, vt propter humilitatem noſtram & obedientiam, quam moniris veſtris propter Dei timorem exhibemus, honorem nobis à Deo conceſſum conſeruetis, ſicut anteceſſores veſtri noſtris anteceſſoribus fecerunt.] Non igitur illi priorum temporum illuſtriſſimi Reges atque Imperatores, Eccleſiam ſponſam Chriſti, tanquam bello captam ſub iugum mittendam, ſuiſque legibus adminiſtrandam cenſuerunt, ſed, cùm eſſent diuinorum decretorum conſcij, & pietatis amatores, in his quæ religionis eſſent, & ad Dei cultum Eccleſiǽque ſtatum pertinerent, potius morem gerendum arbitrati

Fidem ac beneuolentiam ſubiectorũ, Francorum Reges ex eo olim probabant, ſi obtemperarent ſacerdotibus.

A ſunt, quàm imperio vtendum. Neque enim fas eſſe crediderunt, vt quæ ſuo ordine ac dignitate rebus omnibus antecellerent, æternáque lege ac virtute niterentur, profana Regum authoritate violarentur potius quàm regerentur. Sed ſi quando Eccleſiæ tempora eorum opem præſidiúmque poſtularent, non inuentis à ſe legibus mederi conati ſunt, ſed requiſitis ſanctorum Patrum regulis, quę quaſi de cœlo delapſę ſunt, afflictas Eccleſiæ vires ſuis copiis recrearunt.

Lib. 1. Capitular. c. 85.

Hanc rationem mirum in modum amplificat S. Ambroſius libro de dignitate ſacerdotali cap. 2. Primò quidem, quoniam plebs ipſa omnis ſacerdotum curæ commiſſa eſt. Deinde, quoniam etſi cuiuſquam oculos regiæ maieſta- B tis fulgor perſtringat, ille tamen ſacerdotali dignitate atque excellentia longè eſt inferior. Sic autem ait: Honor, fratres, & ſublimitas Epiſcopalis nullis poterit comparationibus adæquari. Si Regum fulgori compares, Principum diademati, longè erit inferius quàm ſi plumbi metallum ad auri fulgorem compares: quippe cùm videas Regum colla & Principum ſummitti genibus ſacerdotum, & exoſculatis eorum dexteris, orationibus eorum credant ſe communiri. Quid iam de plebeia multitudine dixerim, cui non ſolùm præferri à Domino meruit, ſed vt eam quoque iure tueatur patrio, præceptis imperatum eſt Euangelicis? Sic certè à Domino ad B. Petrum dicitur: *Petre amas me? Et ille: tu ſcis Domine quia amo te.* Et cum tertiò fuiſſet in- C terrogatus, & trina reſponſione fuiſſet ſubſecutus, repetitum eſt à Domino tertiò, *paſce oues meas.* Quas oues, & quem gregem, non ſolùm tunc beatus ſuſcepit Petrus, ſed & nobiſcum eas ſuſcipit, & cum eo illas nos ſuſcipimus omnes. Vnde regendæ ſacerdotibus cùm traduntur, meritò Rectoribus ſuis ſubdi dicuntur. Quia Euangelico coruſcante mãdato videmus nihilominus eſſe præfixum: *Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, nec ſeruus ſuper dominum ſuum, ſed ſufficit diſcipulo, vt ſit ſicut magiſter eius, & ſeruo ſicut dominus eius.* Huc vſque S. Ambroſius. Cum quo pariter ſentit S. Greg. Nazian. in oratione ad ciues Nazianzenos angoris plenos, & magiſtratum iratum. Suſcipitiſne, ait, libertatem verbi? Libenter accipitis, quod lex Chriſti ſacerdotali vos ſubiicit poteſtati, atque iſtis tribunali- D bus vos ſubdit? Dedit enim & nobis poteſtatem: dedit & principatum multò perfectiorem principatibus veſtris. Aut nunquid iuſtum vobis videtur, ſi cedat ſpiritus carni; ſi à terrenis cœleſtia ſuperentur; ſi diuinis præferantur humana? Hæc ille ſanctus, quæ à Gratiano referuntur prima parte decreti, diſt. 10. cap. 6. Apud Caſſiodorum libr. 11. variar. Epiſt. 2. referuntur ſolennia verba Præfecti Prætorio ad S. Ioannem Papam ſcribentis. Monete me, quæ ſunt gerenda ſolicitè. Benè agere vel correptus exopto. Quia difficilius errat ouis, quæ voces deſiderat audire paſtoris: nec facilè efficitur vitioſus, cui admonitor inſiſtit aſſiduus. Sum quidem index Palatinus, ſed veſter non deſinam eſſe diſcipulus. Nam tunc iſta rectè gerimus, ſi à veſtris regulis minimè diſcedamus.

S. Ambroſ.

Sacerdotalis dignitas Regiam vincit ac ſuperat.

S. Gregor. Nazian.

Caſſiodor.

Digitized by Google

CAPVT 7.

Principes in cauſa fidei iudices eſſe non poſſunt.

AT fortaſſis, tametſi leges ſancire non poſſunt huius ſeculi Principes, quibus Eccleſia regatur, de fide tamen, ſi controuerſia inciderit, edicto cauere poterunt quid ſequamur. Poterunt proculdubio, ſi eam fidem, quæ ab Eccleſia probata eſt, fidelibus populis imperare voluerint. At cùm ea ſtudio partium controuertitur, Eccleſiæ, quid amplexetur, lege velle præſcribere, non vulgaris temeritatis eſt atque dementiæ. Huic ſacrilegæ arrogantiæ non modò Sanctorum cœtus reclamat, ſed etiam ab iis, qui fuerunt in eo ordine præſtantiſſimi, ſemper reclamatum eſt. Si conferendum eſt de fide, inquit S. Ambroſius, ſacerdotum debet eſſe iſta collatio, ſicut factum eſt ſub Conſtantino Auguſtæ memoriæ Principe, qui nullas leges ante præmiſit, ſed liberum dedit iudicium ſacerdotibus. Factum eſt etiam ſub Conſtantio Auguſtæ memoriæ Imperatore paternæ dignitatis hærede: item Dei lex nos docuit quid ſequamur, humanæ leges hoc docere non poſſunt. Extorquere ſolent timidis commutationem, fidem inſpirare non poſſunt. Libro 5. Epiſtola 32. Valentinianus item piiſſimus Imperator, cùm ad eum Orthodoxi Epiſcopi Hypatianum Epiſcopum legatum miſiſſent, qui rogaret eum dogmatis emendationi intereſſe, reſpondit: Mihi quidem, cùm vnus de populo ſim, fas non eſt talia perſcrutari: verùm ſacerdotes, quibus hæc cura eſt, apud ſemetipſos congregentur vbi voluerint. Ita refertur Additionis quartæ ad Capitular. Caroli Mag. cap. 2. ex lib. 7. tripertitæ hiſtoriæ cap. 12. Theodoſium præterea iuniorem non tacebo, qui in Epiſtola S. Theodoreti ad Alexandrum Hieropolitanum Epiſcopum, Tomo 2. operum S. Cyrilli Alexandrini, in eiuſdem libro Apologetico, cùm Imperatorem admoneret idem Theodoretus, tum Cyrillo infenſus, vtriuſque partis Epiſcopos prohibere debuiſſe ne conuenirent, donec primum de fide conuenirent: reſpondit Theodoſius: Epiſcopo imperare non poſſum. Ita refert idem ſanctus. Poſt quæ, quid Baſilius Imperator in octaua ſynodo generali, id eſt Conſtantinopolitana quarta, in eandem ſententiam reſponderit, operæpretium erit repetere. De vobis autem Laicis, inquit, tam qui in dignitatibus, quàm qui abſolutè verſamini, quid amplius dicam non habeo, quàm quod nullo modo vobis licet de Eccleſiaſticis cauſis ſermonem mouere, neque penitus reſiſtere integritati Eccleſiæ & vniuerſali ſynodo aduerſari, & cætera, quæ longum eſſet referre. Porrò hoc vſque adeò verum agnouerunt Imperatores, vt rariſſimè Conciliis, & iis non niſi Oecumenicis interfuerint; & vbi interfuerunt, non ſubſcripſerunt, aut vbi ſubſcripſerunt, poſt omnes Epiſcopos id fecerunt; vel ipſo Baſilio Imperat. teſte: qui, cùm in dicta 8. Synodo rogaretur, vt primus ſubſcriberet, reſpondiſſe in hæc verba legitur: Trãquilliſſimum Imperium noſtrum, ſecutum præcedentes & iuſtiſsimos Imperatores, Conſtantinum videlicet Magnũ, Theodoſium, Martianum, & cæteros, vult ſubſcriptionem omnium Deo amabilium Epiſcoporum. Quinimò etiam ipſæ Imperatorum ſubſcriptiones conſenſum potius quàm iudicium aut ſententiam ſonant, vti illa Conſtantini, in Synodo Nicena, legimus, & conſenſimus, & non diſsimilis Baſilij, Conſtantini & Leonis in 8. Synodo. Plura denique reperies in Antibrentio Cardinalis Hoſij, & eiuſdem Polonica Confeſsione libris exactiſsimis. Quòd ſi qui ex Catholicis paulùm imprudentiores, iactata procellis Eccleſia, tanquam legitimi gubernatores clauum moderari voluerunt, illi tempeſtatem auxerunt magis quàm fluctus cõponerent. Hoc teſtatur S. Iſidorus Peluſiota lib. 1. Epiſtola 311. Etenim, cùm de perturbatione illa & confuſione Epheſini Concilij, cum Imperatore Theodoſio iuniore expoſtularet, addidit: Huic autem malo remedium attuleris, ſi miniſtros tuos à dogmatum præſcriptione remoueas (vt qui magno hiatu ab eo diſtincti ac dirempti ſunt, vt ſimul & Imperatori, & Deo ſeruire ſtudeant:) ne alioqui Imperio quoque motum ac iactationem afferant, perfidiæ ſuæ machinas ad Eccleſiæ Petrã effringentes. Nam ea firmo loco defixa eſt, eamque cauſam habet, vt ipſi ne inferi quidem portæ dominentur: quemadmodum is, qui eam conſtabiliuit, pollicitus eſt.]

Seculi poteſtates de fide non iudicant. — *S. Ambroſ.* — *Capitular. Car. Mag.* — *S. Cyrillus Alexand. in Apolog.* — *Baſilius Imperator.* — *Iacobus Pamelius in Epiſtolam 31 S. Cypr. num. 26.* — *S. Iſidorus Peluſ.*

At verò quales in Gallia tragœdias excitaſſet Chilpericus Rex Francorum, ſi, quod ipſe de fide Trinitatis perperam apud ſe meditatus erat, obtinere voluiſſet? Sed citò Epiſcoporum autoritate temeritas eius repreſſa eſt. Factum narrabo, quo manifeſtius fiat, quàm foret periculoſum atque inutile, res fidei ſeculariũ Principum iudicio aut examini permittere. Per idem tempus, inquit S. Gregorius Turon. lib. 5. cap. 44. de geſtis Francorum, Chilpericus Rex ſcripſit indiculum, vt ſancta Trinitas non in perſonarum diſtinctione, ſed tantùm Deus nominaretur: adſerens indignum eſſe, vt Deus Perſona, ſicut homo carneus nominetur. Adfirmans etiam ipſum eſſe Patrem qui eſt Filius, eundemque ipſum eſſe Spiritum ſanctum, qui Pater & Filius: Sic, inquit, Prophetis ac Patriarchis apparuit: ſic eum ipſa lex nuntiauit. Cúmque hæc mihi recitari iuſsiſſet, ait, Sic volo vt tu & reliqui doctores Eccleſiarum credatis. Cui ego reſpondi, hac credulitate relicta, Pie Rex, hoc te oportet ſequi, quod nobis poſt Apoſtolos alij doctores Eccleſiæ reliquerunt: quod Hilarius, Euſebiuſque docuerunt, quod & in baptiſmo es confeſſus. Tunc iratus Rex ait, Manifeſtum eſt mihi in hac cauſa Hilarium, Euſebium validos inimicos haberi. Cui ego reſpondi, obſeruare te conuenit, neque Deum, neque ſanctos eius habere offenſos. Nam ſcias, quia in perſona aliter Pater, aliter Filius, aliter Spiritus ſanctus. Non pater adſumpſit carnem, neque Spiritus ſanctus, ſed Filius: vt qui erat

S. Gregor. Turon. — *Fortè alter.*

Digitized by Google

Dei filius, ipſe ad tedemptionem hominis, ſi filius haberetur & virginis. Non Pater paſſus, neque Spiritus ſanctus. Sed Filius: vt qui carnem âſſumpſerat in mundo, ipſe offerretur pro mundo. De Perſonis verò qood ais, oon corporalitet, ſed ſpiritaliter ſentieodum eſt. In his ergo ttibus Perſonis, vna gloria, vna æternitas, vna poteſtas. At ille commotus ait, Sapientioribus te hæc pandam, qui mihi conſentiant. Et ego, Nûquam erit ſapiens, ſed ſtultus, qui hæc, quæ proponis, ſequi voloerit. Ad hæc ille frendens, ſiluit. Non poſt verò multos dies adueniente Saluio Albigenſi Epiſcopo, hæc ei præcepit recenſeri, deptecans, vt ſibi conſeotaneus fieret. Quod ille audiens ita reſpuit, vt ſi chartam, in qua hæc ſcripta tenebantur, potuiſſet attingere, in fruſta diſcerperet. Et ſic Rex ab hac intentione quieuit. Bellè hoc, & quomodo Francum decuit, quam gentem nunquam contigit, vt legis Salicæ præfatio monet, in rebus fidei niſi pro tuenda veritate pertinacia vti.

Lex Salica.

At longè aberat ab ea pietate atque animi moderatione Anaſtaſius Imperator, qui, cùm ſummus Pontifex S. Hormiſda pro fide Catholica retinenda ad eum legatos miſiſſet, reſpondiſſe fertur: Nos iubere volumus, non nobis iuberi. Hermannus Contractus in Chronico ad annum 516. Belluina planè vox, & non tam homine, licet ille de fide male ſentiret, quàm lucifero dæmonum Principe digna. Sed vtique mirum non eſt, ſi, cùm eſſet hæreticus, Eutychiano enim ſe ſcelere polluerat, hæreſom malorumque omnium artificis Diaboli ſuperbiam ſtoduit æmulari.

Hermãnus Contract.

Cæterùm tametſi patienter Principum furores Deus ferre ſoleat, donec poſt mortem ad ſuum tribunal euocatos meritis pœnis excipiat, in eos tamen, qui ſacrilega temeritate ſanctæ Matris Eccleſię ſententiam ſiris edictis corrumpere atque adulterare conati ſunt, non tarò etiã in præſenti vita ſeueritatis ſuæ exemplum ſtatuit. Quale eſt illud eiuſdẽ Anaſtaſij, qui multis ſæpe cladibus attritus, ſeditionibus vexatus, portẽtis etiã, inſomniis, variiſq. terroribus exanimatus, ad vltimũ fulmine ictus periit. Quem ſtatim conſecuti ſunt Sanctiſſimi duo Patriarchæ Elias Hieroſolimitanos, & Flauianus Antiochenus (quos ille ob Chalcedonenſem Synodum relegauerat) impiom ad æquiſſimum iudicem & Eccleſiæ ſuæ vindicem accuſatori. Quod ne temerè cuiquam, aut caſu factum videretut, vt illi poſt decimum diem ab illius interitu è viuis excederent, ſed diuinæ iuſtitiæ vigor & iræ magnitudo palàm innoteſcerent: cùm illi non modica locorum intercapedine diſtarent, diuinitus admoniti, ſibi mutuò ſignificarunt, illoc eundum eſſe quò præceſſiſſet Anaſtaſius, & cum eo ibidem iure experiundum. Sed & Zeno ille, qui ante Anaſtaſium Imperij habenas tenuerat, cùm ipſe quoqoe pari audacia Chalcedonenſe Concilium oppugnaſſet, non mitiùs eſt habitus. Nam̃ primò quidem, tanquam alter Nabuchodonoſor, regno pulſus in deſertis locis Iſauriæ, præ cibi inopia, herbas paſcere coactus eſt, quemadmodum alter S. Daniel Stylites eidem prædixerat. Deinde teuocatus, & Imperio reſtitutus, viuuſque ſepultus, cùm duos dies miſerè eiularet opemque eſflagitaret, neglectus deuoratis lacertis fame extinctus eſt.

Principum, qui de fide ſtatuere auſi ſunt, horrendus & infelix exitus.

Pratum ſpirit. cap. 35

Apud S. Simeonem Metaphr. 11. Decẽb.

A Nolo ſingillatim omnes commemorare, ne videar maleuolus obtrectator potius, quàm religioſus ſcriptor & impiger, in cõntumeliam bonorum Principũ malorũ dedecora nimiom ſedulò publicaſſe, & quanquã ad Eccleſiaſticæ aototitatis cõmendationem pertineat, ſi oemo videatur eam impunè violaſſe, parcam tamen multitudini, duos tantùm, aut tres præcedentibus annomerabo, quorum primus erit Iuſtinianus Conſtantini filius, quem refert Otto Phriſingenſis lib. 5. Chron. cap. 13. & 14. anno ab Incarnatione Domini 687. Imperium accepiſſe. Is namque Conſtantinopoli B in vrbe Regia hæreticam Synodum celebrauit: Sergium Papam, quod eidem ſubſcribere recuſaret, miſſo Zacharia Protoſpatario rapere atqoe vexare contendit, niſi præſidio affuiſſet Rauennatenſium militia, quæ Pontificem manibus eius eripuit, Zachariamque vrbe exegit. Multa deinceps alia impiè egit, dum in Sacerdotes Domini ſeculari poteſtate abutitur. Ergóne ſecuta eſt tandem digna tantis ſceleribus vltio? Huoc Ioſtinianum, inquit Otto, Leontius Patritius decimo Imperij ſui anno, præciſo primùm naſo, in exilium expulit, & pto eo regnauit. Verùm poſtea reſtitutus, hoſtes ſoos vltus eſt, & Conſtantino Papæ accerſito, ac honorificè ſuſcepto, pedes oſculatus, culpas ſuas humiliter confeſſus eſt. Quoniam tamen iteC rum poſt reſtitutionem, Ioannem ſeptimum, & Conſtantinum Sommos Pontifices, de Canonibus ad 5. & 6. Synodos additis interpellauit, pro qoibus antea Sergiom Papam afflixerat, nec profanas manus à ſacris abſtinuit, quanquam precibus deinceps magis quàm minus agere inſtituit: mox denuò labi permiſſus eſt: ſicque dum præcipiti quadam vlciſcendi libidine in Cherſonenſes graſſatur, per ſummam deſperationem nouo Imperatore ſuffecto, turpiter obtruncatus eſt. Teſtantur hoc cùm plerique Græci ſcriptores, tum præſertim Theophaoes, Latini, Marianus Scotus, & Anaſtaſius. At Philippicus eius oppreſſor, & Imperij occupator, cùm ſanctam quoque vniuerſalem ſextam Synodum oppugnaret, & Pſeudoſynodos aduerſos D Eccleſiam inſtrueret, Romæ quidem populos ſtatuit, vt Otto refert lib. 5. cap. 15. oe eius chartæ, vel figuræ reciperentut, vel nomen, vt pote hætetici, inter Miſſarum ſolemnia recitaretur, Conſtantinopoli autem, dom Sabbato ſancto Pentecoſtes egreſſus è balneo, circa meridiem in lecto cubaret, à Ruffino, & Theodoro Patritio poſt annum & ſex menſes, ex quo regnaoerat, erutis oculis cæcatus eſt. Nec lætiorem exitum Leo Syrus, vt Otto; ſiue Iſaurus, vt alij; ſortitus eſt, dum S. Germanom Patriarcham Conſtantinopolitanum exagitat, & in Orthodoxos bacchatur, nouamque fidem præſcribit. Nam, præterquam quod toto pene Occidentis Imperio exutus eſt, tandem terræ motu obrutus atqoe abſorptus, miſerè vitam finiit. Denique vt plures omittam, Leonis ſuçceſſor Conſtantinus Copronymus,

Otto Phriſing.

Theophan.

Digitized by Google

dum ipſe quoque ſimili temeritate atque audacia Eccleſiæ ſtatuta conuellit, nouas leges condit, ſéque veluti fidei ac religionis arbitrum iudicemque conſtituit, infami mortis genere diem clauſit extremum, horrendum in modum eiulans atque vociferans, ſe viuentem adhuc inextinguibili incendio torqueri, vt Cedrenus cum aliis pluribus autor eſt. Ex his omnibus cùm rationibus, tum exemplis, ac teſtimoniis hoc videtur ſequi, nullo vnquam tempore licuiſſe Principes, rerum dominos, de fide, & reliquis ad religionem ſpectantibus, ſuo iudicio decernere: ſed eam fuiſſe ſemper Eccleſiæ Præſulum autoritatem, vt hæreſes à fide, errores à veritate, tenebras à lumine diſtinguerent, &, quod illi amplectendum repudiandumve iudicaſſent, non modò vulgus, & cætera multitudo ſuſciperet, verum etiam Reges atque Imperatores fugerent aut ſequerentur.

Capvt 8.

Inueſtitura Eccleſiaſticarum dignitatum, electio, & orta contentione diiudicatio, ſi citra priuilegium & Eccleſiæ conſenſum à ſæculi poteſtatibus vſurpentur, iuriſdictionem Eccleſiaſticam violant.

Cæterum, pauci omnino Reges & Imperatores, atque illi quidem non niſi hæretici, tantum ſibi arrogarunt, vt de fide quid ſentiret Eccleſia, verbo præire auderent. At præſules inſtituere, & Epiſcopis aut Abbatibus vita functis alios ſufficere, paulò liberius conſueuerunt. Quod tamen, niſi ſanctæ Matris Eccleſiæ priuilegio indultum ſit, illis nullo iure deberut. Laici namque, inquit S. Bruno Signienſis Epiſcopus, Epiſtola ad Paſchalem ſecundum Papam, in Bibliotheca Caſſinenſi, quantumlibet religioſi ſint, nullam tamen diponendæ Eccleſiæ facultatem ſunt conſecuti. Hæc enim Apoſtolorum conſtitutio ſancta eſt, cui qui contradicit, Catholicus non eſt. Omnis autem qui hæreſim tuetur, hæreticus eſt. Nemo hanc non eſſe hæreſim dicere poteſt, quam ſancta & Apoſtolica Eccleſia in multis Conciliis hæreſim nominat, & cum ſuis autoribus damnat. Ad hunc modum S. Bruno cùm de inueſtituris ageret. Cuius ſententiæ aſperiorem vim cùm mollire tentaret Iuo Carnotenſis, à Ioanne Lugdunenſi Archiepiſcopo meritò reprehenſus eſt. Sic namque Iuo ſcripſerat Epiſtola 238. Quod quidam inueſtituram hæreſim vocant, cùm hæreſis non ſit niſi error in fide, & fidei error non niſi ex corde procedat, inueſtitura verò illa, de qua tantus eſt motus, in ſolis ſit manibus dantis & accipientis, quæ bona & mala agere poſſunt, credere & errare in fide non poſſunt. (Quaſi dicat, non videtur ratione poſſe defendi.) Si quis verò Laicus ad hanc prorumpit inſaniam, vt in datione & acceptione virgæ (Paſtoralis) putet ſe tribuere poſſe ſacramentum, vel rem

Sacerdotes inſtituere, aut præficere, principes ſua autoritate non poſſunt.

Iuo Carnotenſis.
De inueſtituris.

A Sacramenti Eccleſiaſtici, illum prorſus iudicamus hæreticum, non propter manualem inueſtituram, ſed propter præſumptionem diabolicam. Si verò coogrua volumus rebus nomina dare, poſſumus dicere quòd manualis illa inueſtitura per Laicos facta, alieni iuris eſt peruaſio, ſacrilega præſumptio, quæ pro libertate Eccleſiæ & honeſtate, ſaluo pacis vinculo, ſi fieri poteſt, funditus abſcindenda eſt. Vbi verò ſine ſchiſmate auferri non poteſt, cum diſcreta reclamatione differatur. Nihil enim tali peruaſione demitur Sacramentis Eccleſiaſticis, quominus ſancta ſint: & cætera. Hæc Iuo. Ad quæ reſpondet Lugdunenſis Archiepiſcopus in hunc modum. Quòd autem eos arguis, qui inueſtituras Eccleſiaſticarum dignitatum B per Laicos factas inter hæreſes computant, non ſatis efficaciter facere videris. Quamuis enim ſicut Catholica fides in corde, ita & hæreticus error in corde maneat: tamen ſicut ex Catholicis operibus Catholicum ſentimus: ita ex hæreticis operibus hæreticum cognoſcimus. *A fructibus eorum*, inquit Dominus, *cognoſcetis eos*: Et, vnaquæque arbor ex fructu ſuo cognoſcitur. Et, licet exteriores inueſtituras per Laicos factas, non ſatis propriè hæreſis nomine cenſeamus, ſentire tamen ac defendere fieri debere, indubitata hæreſis eſt. Quòd autem nonnullis indultum eſſe dicis, quòd de Laicorum manibus inueſtitutas acceperint, quaſi ad palpandum & extenuandum hoc crimen noueris ſcriptum eſſe: quia quod lex in C præſenti indolget, in poſterum vetat. Vnde conſtat, quia omnis indulgentia præteritorum criminum, futurorum cautela eſt & prohibitio. Hactenus Ioannes Lugdunenſis. Propterea igitur, cùm Henricus ſanctus Imperat. à Paſchali ſecundo Summo Pontifice dolo capto, & in cuſtodiam tradito, de inueſtitutis priuilegium extorſiſſet: mox à Romano Concilio eodem præſente Pootifice idem priuilegium dãnatum eſt. Et Viennæ iterum, vbi in Concilio ſanctus Godofredus Ambianenſis Epiſcopus, propterea quod legatus Apoſtolicus impeditioris linguæ eſſet, primas partes egit, non modò ſcriptum illud anathemate percuſſum eſt, verum etiam Imperator ipſe, inſtigante potiſſimum ſancto Hugone Gratianopolitano Archiepiſcopo, ſacris interdictus. Qui tamen po- E ſtea, cùm, vt ait Otto lib. 7. Chroo. cap. 16. propter anathema deficere à ſe regnum videret, patriſque exemplum metueret, congregato iuxta Vuormatiam maximo Principum conuentu, inueſtituram Epiſcoporum legato Apoſtolicæ ſedis Lamperto, qui poſtea Summus Pontifex factus, Honorius eſt dictus, reſignauit, per eumque ab anathematis vinculo abſolutus eſt. Conceſſum tamen, ait, pro bono pacis, & ſcripto confirmatum, ſoli tamen illi, vt dicunt Romani, non ſucceſſoribus, vt electi Epiſcopi non prius ordinarentur, quàm Regalia de manu eius, per ſceptrum ſuſcipiãt.] Prius verò ſancto Anſelmo Cantuarienſi Archiepiſcopo reſcriptum fuerat ab eodem Paſchali 2. Si qui deinceps præter inueſtituras Eccleſiarum Prælationes aſſumpſerint, etiamſi

Ioannes Lugdu. apud Iuonẽ Epiſt. 239.
Quo ſenſu inueſtituræ hæreſes cenſeantur.

Indulgentia præteritorũ, futurorum eſt prohibitio.

Otto Phriſing.

Vuillelm.

Regi hominia fecerint, nequaquam ob hoc à Prælationis munere arceantur; donec per omnipotentis Dei gratiam, ad hoc omittendum, cor regium tuæ prædicationis imbribus molliatur. Narrat Vuillelmus lib. 5. de Geſtis Regum Anglorum. Inueſtituras igitur ſemper Eccleſia execrata eſt.

De electionibus. Reliqua, hominia, fidelitates, oominationes tulit, quamuis iniquo animo, dum temporibus cedere cogitur; ita, vt nonnulli etiam Summi Pontifices à Regibus aut Imperatoribus nominati ſint, & in ipſa ſede collocati. Verùm ab initio non fuit ſic: ſed libera Cleri electione, petitione autem populi, ſiue etiam ſuperiorum Præſulum autoritate, inferioris ordinis tum Epiſcopi, tum etiam Abbates præficiebantur. De Summo Pontifice ſufficiet nonnulla repetere ex Synodali diſceptatione inter Regis Aduocatum, & Romanæ Eccleſiæ defenſorem, quæ in Synodo Osborienſi lecta eſt, à beato Petro Damiani compoſita. *B. Petrus Damian.* Nam, cùm Regius Aduocatus dixiſſet: Per te liquidò nouimus, quia illi debent Pontificem, cum ordinatur, eligere, quos ſibi, poſtquam ordinatus fuerit, Canonica decreuit autoritas obedire: Papa verò quia vniuerſalis eſt Pontifex, non modò Romanus, ſed Romanus Imperator, qui caput eſt populi, obedientiam debet: cenſendúmne ergo eſt, vt Papam ſine capite ſuo populus eligat, & ei, quem non elegit Imperator, obediat? *Ius eligendi Summi Pontificis non eſt penes Cæſarem.* Conſtat ergo, quodniſi Romani Regis aſſéſus acceſſerit, Romani Pontificis electio non erit perfecta. Ad hæc reſpõdet defenſor Romanæ Eccleſiæ. Perhibendum eſt itaque iuxta veſtræ diſputationis articulum, quod neque Stephanus, neque Xyſtus, neque Cornelius, non denique Clemens, non Silueſter, non ipſe B. Petrus Papali nomine digni ſunt, qui ab Imperatoribus eorundem tempore electi non ſunt. Contra Regius aduocatus. Gentiles Reges non ſunt adhibendi ad huius, de qua loquimur, electionis exemplum: qui quoniam ignorabant fidem Chriſtianam, Chriſtianorum non poterant ordinare Pontificem. Cæterũ Chriſtiani Principes ſemper Romanos elegere Pontifices. Excipit defenſor Romanæ Eccleſiæ. Qui mentitur in communi colloquio, mendax dicitur; qui autem in præſentia venerabilium ſacerdotum falſa protulerit, ſacrilegij procul dubio crimẽ incurrit. Dixiſti Chriſtianos Principes Romanos ſemper elegiſſe Põtifices: percurre mecum Eccleſiaſticæ antiquitatis hiſtorias, Romanorum Præſulum Catalogum ſtudioſè diſquire, & cùm perpaucis inueneris in electione ſua regium acceſſiſſe conſenſum, confitere te perſpicuum protuliſſe mendacium. Quis enim Rex Antonij filium Damaſum Hiſpanienſem? Quis Innocentium Innocentij filium Albanenſem? Quis denique Zoſimum Græcum Ebramij filiũ elegit? Quis præterea Leonem Quintiani filium de Tuſcia? Quis Hilarium Criſpini filium de Sardinia? Quis Cæleſtinum Priſci Romani ciuis filium? Quis Bonifacium, quis Anaſtaſium æquè Romanos? Denique multos attexerem, niſi faſtidium generarem. Sed ne me putes non habentem copiam, ab eorum enumeratione deficere: quis Imperatorum elegit Simplicium Tiburtinum? Fælicem natione Romanum? Quis Gelaſium Afrum Valerij filium? quis Symmachum Sardiniæ prouinciæ filiũ Fortunati? quis Hormiſdam filium Iuſti natione Campanum? Ioannem origine Tuſcum, Fælicem natione Samnitem, Bonifacium Gibaldi filium, Mercuriũ Proiecti, Agapitum Gordiani, natura Romanos? quis enim Regum electioni cuiuſlibet iſtorũ legitur adhibuiſſe cõſenſum? Cùm eorum temporibus Romanæ Reip. Chriſtiani Principes præfuiſſe legantur, id eſt, Valentinianus ſenior, Valens frater eius, qui occiſus eſt in pugna Gothica prope Hadrianopolim; Gratianus, qui à Maximo tyranno peremptus eſt, Valentinianus Iunior, qui necatus eſt à Comite ſuo Viẽnæ, deinde Arcadius, Honorius, Theodoſius; Ioannes ille, qui apud Rauennã occiſus eſt, Valentinianus Tertius, qui in campo Martio eſt peremptus, Martianus, Leo, Maiorianus, Seuerus, Anthemius, Olybrius, Glycerius, Zeno nepos ille, qui in villa ſua occiſus eſt iuxta Salonas, Auguſtulus, Anaſtaſius, Iuſtinus, & cæteri Romani Imperatores, quos euitandi lacinioſi ſtyli cauſâ prætereo. Da mihi ergo eorum, quos enumerauimus, aliquem vel Præſulem requirentem, vel Principem aſſenſum in electione præbentẽ, & ego do manum, ac te perhibeo laureandũ: alioquin ſi dare non poteris, in hoc te conuictũ per omnia perneceſſe eſt vt fatearis. quod autem B. Gregorio legitur adhibuiſſe Mauritius Imperator aſſẽſum, & perpauci alij Principes aliis promouẽdis: hoc dictauit perturbatio temporum, & tempeſtas horrenda bellorum. *S. Gregorij factum interpretatur B. Damian.* Aſſentitur his Regius aduocatus. Aſt iterum poſt nonnulla alia, obiicit: Cùm Rex Patritius factus eſſet Romanorum, eam autoritatem accepiſſe, quæ denuò Nicolai Papæ priuilegio, & Synodi decreto confirmata ſit; quo iure Regnantis Pater etiam fruitus eſt.]

Cæterùm eiuſmodi priuilegia, niſi fortè extorta ſint, aut perperam illis Principes abutantur, Eccleſia vtcunque tolerat: nec omninò videtur abſurdum, Præſulis alicuius electionem, quæ ad plures ſpectat, vnius alicuius arbitrio poſſe committi. Sic enim quondam, cùm de creatione Summi Pontificis Cardinales diſſiderent, in vnum S. Bonauenturam eligendi poteſtas omnis collata eſt. Verùm illa tanquam ſibi ſuo iure debita vſurpare, & inuita ac reclamante Eccleſia non aliter quàm fiſci iure vendicare, manifeſta tyrannis eſt. Nam quod obiiciunt, eligendi poteſtatem, quæ penes populum eſſe cenſetur, Imperatorem meritò poſſe ad ſe reuocare, falſum eſt. Tametſi namque populi teſtimonium, ex Apoſtoli præcepto, circa eligendos Eccleſia ſemper expetierit, nec eiuſdem vota ac deſideria, cùm bene ſentiret, aſpernanda duxerit: nuſquam tamẽ populi arbitrio conceſſum eſt, vt quos ipſe vellet, ſacris initiari ac ſibi præfici iuberet: ſed Cleri ſemper hoc fuit iudicium, vt quos ipſe populi ſuffragio comprobatos, ac precibus commendatos elegiſſet, Apoſtolorum exemplo ſubrogaret. Neque enim quomodo Regia poteſtas eadem eſſe cenſetur, quam ſingulis priuatim

Eccleſiaſtica iuriſdictio humana nõ eſt, neque à populis in Clerum collata.

oatim natura contulit, generaliter omnibus, vt ſe tueri ac defendere poſſent, à prima origine in vnum tranſlata Principem conſenſu populorum: ita etiam Eccleſiaſtica iuriſdictio putanda eſt humanum habuiſſe principium: quin potius non illa magis humana eſt, quàm ipſa religio; quæ vtique cælo ducit originem, & gratia non naturâ cõſtat. Quapropter nec populi ius aliud in illam eſſe poteſt, quàm precarium, aut obedientiæ præſtandæ: quam ſi gnauiter & ſtudioſè præbuerit, ſalutem non humanam illam, ſed cœleſtem atque immortalem conſequetur. Ex quo ſequitur, quòd ſi hoc erit ius Principis in Eccleſia, quod populi, Imperator ſacerdotalibus inſtituris vtique obtemperabit, non ea pro ſua voluntate mutabit aut ſtatuet. Quamobrem Vvazolius Leodienſis Epiſcopus, circa annum 1044. ab Henrico 3. Imperatore conſultus de ſucceſſore dando Clementi 2. quem poſt menſem nonum Pontificatus ſui natura mors ſolio deturbarat, in hanc ſententiam reſpondit:

Anſelmus Leodienſis.

Actor. 1.

Quoniam vobis complacuit noſtram ſuper hia efflagitare ſententiam, liceat quæſo, pace veſtra, omniom Eccleſiaſticorum doctorum ſententiis inſtructo, proferre quod iuſtius eſſe perſpexero. Cùm enim Iudæ traditoris loco, legamus Apoſtolos, abſque vlla ſæculari potentia, Matthiam Apoſtolom ordinaſſe; credimus hoc exemplo, per Eccleſiaſticos Miniſtros, abſque potẽtia ſæculari, electiones & promotiones Apoſtolorum fieri. Sed & hoc liceat audacter proteſtari, electionem Apoſtolicam, ſeu promotionem Eccleſiaſtico ritu legitimè celebratam, ordinatione diuina cõſtare muniri. quapropter, vt veſtræ ſaluti, pariter & honeſtati congruum vobis præbeamus conſilium; deſinat ſublimitas veſtra, &c. quæ refert Anſelmus Leodienſis, de geſtis Epiſcoporum Traiect. & Leodienſ. c. 106.

Litem de Epiſcopatu apud profanũ iudicem non dirimendã.

Epiſcopos itaque humano iure inſtitui, ab Apoſtolorum exemplo ſemper viſum eſt alienum.

S. Ambroſ.

Quòd ſi quæ lis præterea inter cõpetitores de iure Epiſcopatus orta eſſet, illam à ſæculari poteſtate dirimi ſancti Patres non tulerũt, indignũ rati, ſi profanus arbiter de ſacris claoibus iudicium ferret. Teſtis cum primis S. Amb. cui cùm Auxentius de Epiſcopatu Mediolanenſi litẽ intendiſſet, & à Dalmatio tribuno & notario, mãdato Imperatoris admonitus eſſet, quod in cõſiſtorio eſſet futura certatio, Arbitro, inquit, pietatis iudicio tuæ (Valentinianum Iuniorem alloquitur) huic rei reſpondeo, vt arbitror cõpetenter, nec quiſquam contumacem iudicare me debet, cùm hoc aſſerã, qood Auguſtæ memoriæ pater tuos nõ ſolùm ſermone reſpondit, ſed etiam legibus ſuis ſanxit, in cauſa fidei, vel Eccleſiaſtici alicuius ordinis eũ iudicare debere, qui nec munere impar ſit, nec iure diſſimilis. Hæc enim verba reſcripti ſunt: hoc eſt, ſacerdotes de Sacerdotibus voluit iudicare. quinetiã ſi alias quoque argueretur Epiſcopus, & morũ eſſet examinanda cauſa, etiam hanc voluit ad Epiſcopale iudicium pertinere. Et iterum. quãdo aodiſti, clementiſſime Imperator, in cauſa fidei Laicos de Epiſcopo iudicaſſe? Ita ergo quadam adolatione curuamur, vt ſacerdotalis iuris ſimus immemores, vt quod Deus donauit mi-

A hi, hoc ipſe aliis putem credẽdum? Si docendus eſt Epiſcopus à Laico quid ſequatur, Laicus ergo diſputet, & Epiſcopus audiat, Epiſcopus diſcat à Laico. At certè ſi vel diuinarum ſeriem Scripturarum, vel vetera tempora retractemus, quis eſt qui abonat in cauſa fidei, in cauſa, inquam, fidei Epiſcopos ſolere de Imperatoribus Chriſtianis, non Imperatores de Epiſcopis iudicare? Eris Deo fauente etiam ſenectutis maturitate prouectior, & tũc de hoc cenſebis qualis ille Epiſcopus ſit, qui Laicis ius ſacerdotale ſubſternit. Pater tuus, Deo fauente, vir maturioris æui dicebat, Non eſt meum iudicara inter Epiſcopos. Tua nunc clementia dicit, Ego debeo iudicare, &c quæ ſequuntur apud eundem S. Ambroſium libri Quinti Epiſtola 32.

Non eſt meũ, inquit Valentinianus Imperator, iudicare inter Epiſcopos.

B Veruntamen, ſi in illa de Epiſcopatu contentione, hoc ſolùm quæritur, cui Rex potiſſimũ ſuffragij ſoi prærogatiuam contulerit, fortaſſis tolerari poterit, Iudices ac miniſtros Regios de domini ſui voluntate indicare. Itẽ, ſi de tuenda beneficij poſſeſſione agitor, hoc etiam apud nos præſtare poterũt: quoniã cùm Martinus Quintus leges ferret in Clericos ad tribunalia regia prouocantes, veterẽ tamen Galliarum conſuetudinẽ, quod ſpectat ad poſſeſſoriũ, noluit aboleri. Quæ autẽ conſuetudo illa fuerit, aut quæ Pontificis declaratio, ne quẽ fortè lateat, partẽ eius bullæ deſcribã: quæ Romæ data eſt Calẽd. Maij, An. 1431. Cùm autẽ, inquit, ſicot pro parte chariſſimi in Chriſto filij noſtri Caroli Regis Francorũ illuſtris nuper nobis fuiſſet expoſitũ,

Bulla Martini Quinti.

C quòd à nonnullis fertur in dubiũ, an per huiuſmodi noſtrã conſtitutionem derogare voluerimus iuri & iuriſdictioni regiæ, præſertim in cauſa poſſeſſorij retinendæ poſſeſsionis ſuper ſuis Eccleſiis & beneficiis Eccleſiaſticis ſuorũ Regni Frãciæ, Delph. &c. per quam iuriſdictionẽ præfatus Rex ſibi aſſerit licere in omni caſu etiã iuridicè tueri poſſeſſores: Nos, ad omnis ambiguitatis tollendũ dubiom, ſuper iis opportunè prouidere volẽtes, eiuſdẽ regis in hac parte ſuis ſupplicationibus inclinari, autoritate Apoſtolica tenore præſentiũ declaramus, noſtræ intẽtionis non fuiſſe, neqne eſſe, per dictã aut quamcunqoe aliam conſtitotionẽ, eidem Regi & eius regiæ iuriſdictioni, per quã, vt aſſeritur, tã Rex quàm ſui progenitores ſuper huiuſmodi poſſeſ-

D ſorio, à tanto tẽpore circa quod de eius contrario memoria hominũ non exiſtit, conſueuerunt cognoſcere, in aliquo derogare nec voluiſſe aut velle quoquomodo: ipſoſque Regẽ, & Iudices decernentes, partes moleſtatas ſuper earũ conſeruatione ad ſuorum beneficiorum poſſeſsionem ipſius Regis auxiliũ implorantes, dummodo in contemptũ iuriſdictionis & libertatis Eccleſiaſticæ, aut vt partes ſibi aduerſas in rebus Eccleſiaſticis diutius perturbarent, hoc non fecerint: pœnas in dicta noſtra conſtitutione contentas nullatenus incurriſſe deberę quouis modo. Per hoc autem nullũ ius ſeu iuriſdictionẽ in præmiſsis cognoſcendi eidẽ Regi de nouo acquiri volumus, ſed antiquum, ſi quod habeat, tantummodo conſeruari. Nulli ergo hominũ liceat hanc paginam noſtræ declarationis, conſtitutionis, & voluntatis infringere, & ei auſu

temerario contraire, &cæt. Itaque poſſeſſio A beneficiorum; Nominationis prærogatiua, & quæcúnque alia Reges laudabili conſuetudine, aut priuilegio obtinent: ſecularium Iudicũ ſententiis defendi diiudicarive poterunt. At ſi præterea, eorundem iudiciis, non modò quæ ſit voluntas Principis aſſeritur, ſed etiam indigno, & ab Eccleſia repudiatot, cùm non ſint illi meritorum ad eam rem idonei iudices, conculcata ſacrorum Canonum reuerentia, ius in rem poſſeſſam decernitur: non video, quî poſſint Iudices à ſacrilegio excuſari. Neque enim quenquã fas eſt, quamtumuis imperio ſubditum, cuiuſquam iniuſtæ voluntati miniſtrare. Non poteſt autẽ non eſſe iniuſta voluntas, quæ porcis margaritas proiicit, quas ex priuilegio ſolis idoneis B diſtribuendas acceperat. Priuilegium autem de indignis promouendis neque fuit vnquam, neque verò eſſe poteſt: alioquin non priuilegium dicendum eſſet, ſed indultum ſacrilegium; quo nec Papa quidem autore, ſi ita velle cõtingeret, vti impunè liceret. At verò eo magis accuſandi videntur nonnulli iudices, quòd non tã hoc facere inuiti iubentur, quàm ipſi ſtudio proferendæ iuriſdictionis ſuæ cupidè vſurpant. Verùm principes ipſi viderint, quorum periculo iſti delinquunt: Viderint, inquam, quomodo factum ſuum ſanctis probent, à quibus tandem in vltimo examine iudicandi ſunt: nam certè pleni ſũt eorum libri querelis, quas habuerunt de huiuſmodi temeritate. Nolo plures referre, duos tãtùm teſtes adhibebo, omni exceptione ſupe- C riores. Prior ſit S. Hildeb. Turonenſis Archiepiſcopus, qui ad hunc modum apud Honorium 2. conqueritur, Epiſt. 67. Quantis tribulationum turbinibus Turonenſis agitetur Eccleſia; veſtram, venerande Pater, latere nõ credo ſanctitatem. Adhuc enim Francorum Rex innocentiam meam tãtùm perſequitur odio, vt tradncat in grauamen Eccleſiæ; & quod conſtat eſſe ſanctuarij, fiſco adſcripſit. Tota quoque terta ipſius ita mihi, & his qui mecum ſunt in Domino ſuſpecta eſt & clauſa; vt nec ego, nec illorum aliquis in ea pedem ponere audeat. His aliiſque premor anguſtiis, quia zelo zelatus ſum legem Domini Dei, quia non ſum tranſgreſſus terminos, quos patres noſtri poſuerunt, quia dignitates Eccleſiaſticas nec ex Regis præcepto diſpoſui, nec ei diſponendi facultatem indulſi. Sciens enim quia *oportet magis Domino obedire quã hominibus*, perſonas elegi, quæ in exequẽdis Ec- D cleſiæ negotiis põdus diei portarẽt & æſtus. Alteri igitur Archidiaconatũ, alteri decaniam dedi, &c. Idem feciſſe S. Hugonem Epiſcopũ Lincolnienſem ſupra meminimus, nec de aliis, quàm de inferioribus ſacerdotiis querimonia eſt, quoniam tum, cùm Epiſcopi electione Cleri aſſumerentur, ſi quid à Regibus nimio cuiuſquam ſtudio peccatum eſt, genus aliud delicti fuit. At S. Fulbert. nedum Carnotenſis Epiſcopus, quẽ diua mater ægrotantem proprij lactis pharmaco ſanitati reſtituit, vt narrat Guillerinus, ex quo Vincentius accepit: Eccleſiæ Gallicanæ vicem dolens lamentabili expoſtulatione, etiam in ipſum Monaſticæ tranquillitatis aſylum Principes irrupiſſe deplorat, in Epiſt. ad S. Ab- A bonem Martyrem. Iacet, inquit, interim victa confuſáque fratrum expulſorũ humilitas, (maluerant enim pij Monachi extorres fieri, quàm pati intruſum à Principe Abbatẽ) nec eſt præſul in Galliis, cuius viſcera tangat affectio pietatis, aut zelus ſacræ legis inflãmet, vt conſurgat ad frangendos impetus eorũ, ad releuandas ſpes dolore tabeſcẽtium. Defuncta etenim eſt Dionyſij fortitudo, non comparet pietas Martini: Tu quoq. dereliquiſti nos ſancte Pater Hilari, qui olim vnitatẽ Eccleſiæ Spiritus ſancti gladio tuebaris. O derelicta, ô mœſta, ô deſolata Galliarum Eccleſia! quæ iam erit ſpes ſalutis vlterior? Vbi amplius afflicta Chriſtiani anima reſpirabit? Hoc nempe ſolũ vel maximè nos con- B fortare videbatur; quod ſi contingeret ruinas mœnium tuorum reſarciri nõ poſſe, liceret ſaltem ad firmum adhuc Capitolium Monaſticæ vitæ confugere. Quod ſi etiam furibus irreptare, aut impunè quibuſlibet ambitioſis inuadere licet: proh dolor, funditus cecidiſti. Hactenus ille Sanctus. Ex cuius verbis colligere licet, quo loco res noſtræ nunc habendæ ſint, iis moribus, quibus nunc viuimus. De eadem re quid ſentiret S. Abbo antea retulimus. S. Vuilleſmus, cùm alter quiſpiam ex fratribus, quẽ reliqui fratres Priorem ſuis votis optabant, repudiata ſuorum electione à Rege Ludouico ſeptimo Prior inſtitui procuraſſet, S. Genouefæ Pariſiẽſis Monaſterium Regiam Abbatiam eſſe dictitans: eundem à campana menſæ remouit, & Sup- C priorem adhibuit. Cui cùm poſtea per Abbatem pœnitentia publica decreta eſſet, ipſe quidem à Summo Pontifice Eugenio 3. qui tum apud Senonas morabatur, ſceleris abſolutus, religionis ac innocentiæ palmam tulit: Abbas vero temeritatis & inſolentiæ ſeuerè increpitus, mandatũ accipit, ne quid ſimile, aut alienum ab ordinis inſtituto in poſterum fiat. Autor vitæ eiuſdem Sancti apud Surium Tomo 2. die ſexta Aprilis.

Nullum priuilegium concedi poteſt de indignis promouendis.

Hildebert.

S. Fulbert. Epiſt. 21. Exulare malunt pij Monachi, quàm ferre intruſum ſeculari poteſtate Abbatem.

Surius.

Capvt 9.

Ædes ſacræ ſunt iuris Eccleſiaſtici.

Pro ſacris vero ædibus, aduerſus ſæculi poteſtates tuendis, quanta paſſus ſit Hildebertus, vt hanc quoque Eccleſiaſticæ iuriſdi- D ctionis partem non prorſus intactam relinquã, idem ipſe, qui dudum à nobis commemoratus eſt, cum adhuc eſſet Cœnomanenſis Epiſcopus, Epiſtola ſua 19. ex parte deſcribit: ac demum ſubdit: Præterea longum eſt enarrare, quàm conſtanti tyrannide Rex Anglicus in nos ſæuierit, qui, temperantia regis abiecta, decreuerit non prius Pontifici parendum, quàm Põtificem compelleret ad ſacrilegium, quia etenim turres Eccleſiæ noſtræ deiicere noluimus, tranſmarinis ſubiiciendi iudiciis, coacti ſumus iniurias pelagi ſuſtinere: ſingularem ſcilicet moleſtiam itineris, atque vnicam totius humanæ compaginis diſſolutionẽ. Tantis igitur his agitati turbinibus, ad Apoſtolorum limina decreuimus proficiſci, magnum

Ædes ſacræ non ſunt humani iuris.

Hildebert.

nouæ tribulationis arbitrari remedium, ſi Romanus Pontifex nobis & conſilio ſubuenerit, & auxilio. Et Epiſtola 55. meminit ſanctionis S. Stephani Papæ & martyris in hęc verba: Laicis, quamuis religioſi ſint, nulli tamen de Eccleſiæ facultatibus aliquid diſponendi legitur vnquam attributa facultas, neq; deinceps permittimus. Si quis ergo principium vel Laicorum, diſpoſitionem ſeu donationem rerum ſiue poſſeſſionum Eccleſiaſticarum ſibi vēdicauerit, vt ſacrilegus iudicetur.] Caſtrum verò quoddam Laudunenſis Eccleſiæ, quod à Clodoueo datum eadem Eccleſia poſſidebat, cùm Pipinus Rex, compenſatione facta, ſuo iuri reſtituere vellet, nec alter iuris Eccleſiaſtici vindex appareret: eidem S. Remigius in ſomnis aſtitit vultu minaci, atq; his verbis increpitans: Melior te mihi dedit, & tu vis auferre. Quibus dictis eūdem percuſſit, ita vt in poſterum diem argumenta nigri coloris plagæ magnitudinem teſtarētur, quemadmodum retulit olim coram Philippo Valeſio Rege Bertrandus Eduenſis, Eccleſiam à calumniis impiorum vindicās. Verùm, omiſſis poſſeſſionibus, de quibus nunc ſermo non eſt, ad ipſas Eccleſias, ſiue loca ſacra redeamus. Nunquam licuiſſe eas ſeculi Principibus inuadere, aut pro arbitratu ſuo, quibus viſum eſſet, tradere, probat S. Ioan. Chryſoſt. factum, qui ſuo tēpore fieri neutiquam paſſus eſt. Nam cùm aliquando Gainas, Imperatorij dux exercitus, Arcadio Imperatori ob affectatam non obſcorè tyrānidem iam planè formidoloſus, ſectæ ſuæ hominibus (nam is Arianus erat) Eccleſiam vnam ex iis, quæ in vrbe regia conſtructæ erant, concedi poſtularet, & Arcadius, quo ferum & immirem illius animum inflecteret, permitti vehementer optaret: S. Ioannes Chryſoſt. eiuſdem ciuitatis Epiſcopus, conſtanter ſe facturum negauit, & coram Imperatore virum cōuemens. Non licere, ait, Imperatori audere aliquid in rebus Eccleſiaſticis, ſi velit omnino eſſe pius, multiſque aliis verbis hominis temeritatem compeſcens, ab ea intentione deſiſtere coëgit. Autor eſt S. Simeon Metaphraſtes in eius vita. Sed nulla in eo genere pugnæ contentio acrior, aut illuſtrior victoria extitit, quàm S. Ambroſij, cùm ille ipſi etiam Principi, hoc eſt Valentiniano Iunior, ſimili labe infecto, vimque inferre parato, nullius ſacræ ædis additum ad hęreticam communionem celebrandam indulgere voluit. Rem totam pluribus explicat S. Ambroſius, nos pauca duntaxat referemus, ex quibus eius conſilij ratio & æquitas manifeſtè conſtabit. Igitur ea oratione quam de tradendis baſilicis in Auxentium habuit, quæ proximè ſequitur Epiſtolam eius 32. lib. 5. inter alia hęc ait: Quid enim timeamus pro Chriſti nomine? Niſi forte illud mouere me debet quod aiunt, ergo non debet Imperator vnam baſilicam accipere ad quam procedat: & plus vult Ambroſius poſſe quàm Imperator, vt Imperatori prodeundi facultatem neges? Quod cùm dicunt, apprehen-

Bertrand.

S. Simeon Metaphr.

Non licet Imperatori, inquit S. Ioann. Chryſoſt. audere aliquid in rebus Eccleſiaſticis, ſi velit eſſe pius.

S. Ambroſ.

A dere ſermones noſtros geſtiunt, ſicut Iudæi, qui Chriſtum verſuto ſermone tentabant dicentes: *Magiſter, licet tributum dare Cæſari, aut non?* Semperne de Cæſare ſeruulis Dei inuidia commouetur? Et hoc ad calumniam ſibi arceſſit impietas, vt Imperiale nomen obtendat? Et iſti dicere poſſunt, quòd eorum non habeāt ſacrilegium, quorum imitantur Magiſterium? Et tamen videte quanto peiores Ariani ſunt quàm Iudæi. Illi quærebant vtrum ſoluendum putaret Cæſari ius tributi, iſti Imperatori dare volunt ius Eccleſiæ. Perſequitur, *Oſtendite denarium*: & ſic quoque Ambroſius. Et in Eccleſia Dei imago eſt, id eſt filius, &c. Iterum eadem oratione. Si tributum petit (Imperator,) non negamus. Agri Eccleſiæ ſoluunt tri-
B butum. Si agros deſiderat Imperator, poteſtatem habet vendicandorum, nemo noſtrum interuenit. Poteſt pauperibus collatio populi redundare. Non faciant de agris inuidiam, tollant eos ſi libitum eſt. Imperatori non dono, ſed non nego. Iterum: *Soluimus quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo.* Tributum Cæſaris eſt, non negatur. Eccleſia Dei eſt, Cæſari vtique non debet addici, quia ius Cæſaris eſſe non poteſt Dei templum. Quod cum honorificentia Imperatoris nemo dictum poteſt negare. Quid enim honorificentius quàm vt Imperator Eccleſiæ filius eſſe dicatur? Quod cùm dicitur, ſine peccato dicitur, cum gratia dicitur. Imperator enim bonus intra Eccleſiam, non ſupra Eccleſiam eſt. Denuò Epiſt. 33. quæ eſt ad Marcellinam ſororem, eiuſdem hiſtoriæ
C ſumma capita repetit. Conuenior, inquit, ipſe à Comitibus & Tribunis, vt baſilicæ fieret matura traditio, dicentibus Imperatorem ſuo iure vti, eo quod in poteſtate eius eſſent omnia. Reſpondi, ſi à me peteret quod meum eſſet, id eſt fundum meum, argentum meum, ius huiuſmodi meum, me non refragaturum, quanquam omnia quæ mea ſunt, eſſent pauperum. Verùm ea quæ diuina, Imperatoriæ poteſtati non eſſe ſubiecta. Et iterum: Mandatur denique, Trade baſilicam. Reſpondeo: Noli te grauare Imperator, vt putes te in ea quæ diuina ſunt, Imperiale aliquod ius habere. Noli te extollere, ſed ſi vis diutius imperare, eſto Deo ſubditus. Scriptum eſt: *Quæ Dei Deo, quæ*
D *Cæſaris Cæſari.* Ad Imperatorem palatia pertinent, ad ſacerdotem Eccleſiæ. Publicorum tibi mœnium ius commiſſum eſt, non ſacrorum. Et poſtremò ibidem. Notarius Imperatoris dixerat: ſi Tyrannus es, ſcire volo, vt ſciam quemadmodum me aduerſum te præparem. Poſt alia reſpondit: Veteri iure à ſacerdotibus donata Imperia, non vſurpata. Et vulgò dicitur quod Imperatores Sacerdotium magis optauerint quàm Imperium Sacerdotes. Chriſtus fugit, ne rex fieret. Iterum addidi: quia nunquam Sacerdotes Tyranni fuerunt, ſed tyrannos ſępe ſunt paſſi. Hęc ille. Qui tandem obtinuit, ne baſilica vlla traderetur, Imperatore Sacerdotis conſtantiam reuerito.

Ius Cæſaris eſſe non poteſt Dei templum

Imperator bonus intra Eccleſiam, non ſupra Eccleſiam.

CAPVT 10.

Anacephalæoſis poſterioris tractatus: & quod ſumma iuriſdictionis Eccleſiaſticæ ſit penes Summum Pontificem.

HACTENVS hæc à nobis relata ſint, quæ ſtudio veritatis, & ſalutis plurimorum, qui rerom ignorantia labi potuerunt, ſtudioſè collegimus; quibus, vt ſpero, ex parte probatum eſt, Eccleſiam, præter eam iuriſdictionem, quam regum populorumque ſtudio ac voluntate, aut etiam moribus & cõſuetudine adepta eſt, aliam ſibi propriam, & à ſeculari poteſtate immunem obtinere. Nam ſola, vt docuimus, de fide decemit: ſola legibus Eccleſiaſticas functiones præſcribit, miniſtróſq; ioſtituit, quanquam eligendi ius, ſiue nominandi nonnunquam cum Laicis ex priuilegio communicet: ligãdi, abſoluendiq. libera ac ſumma poteſtate in omnes vtitur. Moderatis item caſtigationibus in quoſlibet deliuquentes animaduertit. Præterea ædes ſacras pleuo iure poſſidet: oec poſſunt illius, hoc eſt rerum ſacrarum lites, & controuerſiæ ab aliis quàm ſuis, hoc eſt Eccleſiaſticis iudicibus, definiri. Suprema aotem iudiciorũ eius poteſtas eſt penes Summum Pontificem, iuſq; extremæ prouocationis: oec vlli vnquam mortalium licuit, quæ ab eo iudicata eſſent, ſiue ligata illa, ſiue ſoluta forent, propria autoritate retractare, tametſi nõ ignoremus in his quæ facti ſunt, cũ falli poſſit perfidia teſtiũ, multa ſæpe olim ac deinceps ab eadẽ ſede eſſe reoocata. In his etiam quæ ad fidem pertinent, ne propter maximam turbam Pontificum: neqoe enim tanta hæc Spiritus ſancti familia ab vno Oeconomo commodè adminiſtrari poterat: multiplex quandoque ſententia confuſionem pareret, denſiotéſq; tenebras oculis fidelium offunderet, iam olim Chriſto iobẽte, cùm Petrum toti Eccleſiæ præficeret, epud Orthodoxos vſu receptum eſt; vt non aliter cuiuſquã doctrina aut prędicatio, ſiue etiã totius alicuius Synodi, aut Collegij admitteretur, quàm ſi à Summo Pontifice, Chriſti in terris vicario, & Petri ſucceſſote probata eſſet. Quod niſi ita factum eſſet, iamdudum hominum ſcelere atque ignorantia, ſioe eriam credendi facilitate atque inconſtantia, vt experientia cõpertum eſt, nullam fidẽ haberemus. Quo æqoiores nobis eſſe debent aduerſarij, & minus moleſtè ferre, ſi veremur à tam vtili inſtituto, quod Chriſto autore traditum eſt, & perpetuo ſæculorum vſu atque cooſoetudine cõfirmatum, vel latum vnguem diſcedere, nec patimur genus vllum doctrinæ noſtris auribus infundi, quod non antè Romana fides prægoſtauerit. Nicenam fidem treceutorũ & octo patrum, Siluestro Romanę ſedis Antiſtite apptobatore Catholica Eccleſia ſuſcepit. Conſtantinopolitanam autore atque laudatore Damaſo, Epheſinã Cæleſtino, Chalcedooenſem Leone. Dooalia Conſtantinopolitana concilia Vigilius, & Leo probarunt. Poſterius Nicenũ Hadrianus ſua autoritate com-

Nullam patimur noſtris auribus doctrinam infundi, quam non ante Romana fides prægustauerit.

A mendauit. Aliud etiam Conſtãtinopolitanum Hadrianus 2. Synodo Lateranenſi 1. Calixtus præſedit, Inoocẽtius 3.2. Lugduneoſi eiuſdem nominis Innocentius 4. Vienoenſi Clemens 5. Florentinæ Eugenios 4. Lateranenſi 4. Leo, ac penè noſtra ætare Tridentinæ plures diuerſia temporibus, cùm ob varias bellorum cauſas non ſemel intermiſſa atqoe repetita eſſet. Ad hunc modũ Eccleſia iam inde à prima origioe erudita eſt, & à teneris vnguiculis inſtituta, vt ſupremum illum Paſtorem agnoſceret, illius vocem exaudiret, fidem ſectaretur, cui dictum eſſe à Domino nouerat: *Paſce oues meas.* Quocirca non dubitaront plerique Scriptores, qoorum mox numerum ex Petro Matthæo, poſt
B Bullam Pij 2. ſubiicimus: Pontificem vel toti Concilio, ſi ſeparatim conſiderentur, anteferre, exemplo freti ſanctiſſimorum doctiſſimorúmque Pontificum, Athanaſij, Chryſoſtomi, atque Theodoreti: quibus cùm Sacerdotium per varias Synodos abrogatum eſſet, ad Sedem Apoſtolicam prouocaruot. Siquidem S. Athanaſius S. Iulium I. S. Chryſoſtomus S. Innocentium I. S. Theodoretus S. Leonem item I. appellarunt, & ab iiſdem ſingulus quiſque eorum reſtitui iuſſus eſt; Tyria, Querculana, & Epheſina Synodi damnatæ. Si tamen eo oomine tumultuarios illos conuentus quiſquam dignos arbitratur. Reuera enim abſque Summi Pontificis autoritate, nullum legitimum Conciliũ haberi poſſe dictitant. Quamobrem nec probabiliter quidem inter ſe com-
C mitti aſſerunt. Nam ſi conueniant, vnum efficere: quæ autem fingi poteſt eiuſdem ad ſeipſom cõparatio? Si non conueniant, licet turba hominum plutima coaloerit, Coocilij tamen prærogatiuam non aſſequi; ac proinde oec illam, quæ hinc naſci videbatur, quæſtionem locum habere poſſe, Debeátne Concilium an Pontifex in contentione præferri. Quoniam tamen illa difficultas, occaſione potiſſimùm Baſileenſis Cõcilij, aduerſus Eugenium 4. ſtudio partium excitata eſt, & doctiſſimorum virorum diſputationibus aucta ac diffamata, quibus maxima ac parte Æoeas Syluius interfuit, qui poſtea ſimul com Pontificatu Pij 2. nomen aſſumpſit: idcirco egregiam eiuſdem ad Colonienſem Academiam Epiſtolam, quæ totius contentionis hiſtoriam complectitur, & à Pe-
D tro Matthæo, in Summam Conſtitutionum Summorum Pontificum à Gregor. 9. vſque ad Sixtum 5. in Pio 2. relata eſt, integram deſcribere ſtatui; vt cuius aotoritate complures moti ſunt, etiam rationes expendantur.

Pius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilectis filiis Rectori, & Vniuerſitati Scholæ Colonienſis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

IN minoribus agentes, nondum ſacris ordinibus initiati, cum Baſileæ inter eos verſaremur, qui ſe generale Concilium facere, &

Pius 2: ſua ſcripta erroris condemnat, quibus

Digitized by Google

olim iuuenis & imperitus, primam ſedem Concilio generali ſubiecerat.

vniuerſalem Eccleſiam repræſentare aiebant, dialogorum quemdam libellum ad vos ſcripſimus, in quo de authoritate Concilij generalis, ac de geſtis Baſilienſium, & Eugenij Papæ contradictione, ea probauimus, vel damnauimus, quæ probanda vel damnanda cenſuimus: quantum capiebamus, tantum defendimus, aut oppugnauimus: nihil mentiti ſumus, nihil ad gratiam, nihil ad odium retulimus, exiſtimauimus benè agere, & recta incedere via: nec mentis noſtræ aliud erat obiectum, quam publica vtilitas & amor veri. Sed quis non errat mortalis? Sapientem inquiunt Philoſophi nunquam errare, verum eſt. At quis ſapiens, niſi bonus? *Quis bonus niſi ſolus Deus? omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum*, inquit Propheta regius. Declinauimus & nos ab vtero matris, errauimus in inuio, & non in via: ambulauimus in tenebris, & procul à vera luce receſſimus: nec nobis tantum errauimus, alios quoque in præcipitium traximus: & cæcis ducatum præbentes cæci, cum illis in foueam recidimus, forſitan & aliquos ex vobis ſcripta noſtra decepere, & in deuia deduxerunt, qoorum ſanguinem ſi de manibus noſtris requiſierit Dominus, non habemus quod reſpondere poſſimus, niſi nos, vt homines peccauiſſe: qui arbitranres rectum iter oſtendere, obliquum monſtrauimus. In miſericordia tantum Dei ſpes noſtra ſita eſt, quæ ſuper omnia opera eius elucet. Sed haudquaquam ſatis fuerit diuinam miſericordiam implorare, & dicere, parce Domine, parce peccatis noſtris, niſi pro viribus vulnera, quæ inflixímos, veritate curare annitamur: & ſicut eſt in fabulis, ſagitta, quæ vulnerauit, afferat opem: ſiue vt canit Eccleſia, medelam inde ferat, hoſtis vnde læſerat. Mortem quidam prius ſibi conſciuerint, quam videri velint aliquando malè ſenſiſſe: & nonnulli ne vel ad horam videantur erraſſe, ſemper errant, & dum vel minimam tolerare honoris iacturam nequeunt, totum abiiciunt, & perpetua notantur infamia, & in peſſimas prolabuntur hæreſes: qui ne appareant inconſtantes, pertinaces efficiuntur, ſuperbiſſimi hoc agunt, qui videri dij, non homines volunt, quales Cōſtantiæ combuſti ſunt noſtra ætate in magno conuentu, Hieronymus & Ioannes Hæreſiarchæ. Nos homines ſumus, & vt homines errauimus: neque imus inficias, multa, quę diximus, ſcripſimus, egimus damnari poſſe: verū non vt Arius, Eutyches, Macedonius, aut Neſtorius, & alia blaſphemorū turba, ex animo damnatam viam elegimus, ſeducti peccauimus, vt Paulus, & ignoranter perſequuti fuimus Eccleſiam Dei, & Romanam primámq; ſedem. Propter quod proſtrati ante oculos diuinæ pietatis, ſupplices oramus: *Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris Domine*. Pudet erroris, pœnitet malè feciſſe & malè dictorum ſcriptorúmque vehementer pœnitet: plus ſcripto, quàm facto nocuimus. Sed quid agamus? Scriptum & ſemel emiſſum volat irreuocabile verbum. Non ſunt in poteſtate noſtra ſcripta, quæ multas inciderunt in manus, & vulgò leguntur, vtinam latuiſſent, quæ ſunt edita, nam ſi futuro in ſæcu-

I.

A lo manſerint, & aut in malignas mentes inciderint, aut incautas, fortaſſe ſcandalum parient. Qui hæc ſcripſit, inquient, in beati tandem Petri Cathedra ſedit, & Chriſti Saluatoris Vicariatum geſſit: ita ſcripſit Æneas, qui poſtea ſummum Pontificatum adeptus Pius 2. appellatus eſt, nec inuenitur mutaſſe propoſitū. Qui eum elegerunt, & in ſummo Apoſtolatus vertice collocarunt, ab iis ſcripta eius approbata videntur. Verendum eſt, ne talia noſtris aliqoando ſucceſſoribus obiiciantur, & quę foerūt Æneæ, dicantur Pij, atque ab ea authoritatem vendicent, aduerſus quam ignoranter latrauerunt. Cogimur igitur, dilecti filij, beatum Auguſtinum imitari, qui, cum aliqua in ſuis voluminibus erronea inſeruiſſet, retractationes edidit.

B Humilis & probatiſſimi vir ingenij, qui ſuas ineptias verecūdè confiteri ac corrigere, quàm impudenter defendere maluit. Idem & nos faciemus: confitebimur ingenuè ignorantias noſtras, ne per ea quæ ſcripſimus iuuenes, error irrepat, qui poſſit in futurum Apoſtolicam ſanctam ſedem oppugnare: nam ſi quem decuit vnquam Romani primique throni eminentiam & gloriam defendere ac extollere, nos illi ſumus, quos ſine vllis meritis pius & miſericors Deus ſola diſpenſatione ſua, ad beati Petri ſolium, & dilectiſſimi filij ſui Domini noſtri Ieſu Chriſti Vicariatum euocauit. Quibus ex rebus dilectiones veſtras hortamur, & in Domino commonemus, ne prioribus illis ſcriptis inhæreatis, aut fidem vllam præſtetis, quæ ſopre-

C mam Apoſtolicæ ſedis authoritatem quouis pacto elidunt, aut aliquid aſtruuot, quod ſacroſancta Romana non amplectitur Eccleſia. Suadete omnibus, vt id ſolum præ cæteris venerentur, in quo Saluator Dominus ſuos Vicarios collocauit: & quod beati Apoſtoli Petrus & Paulus, ſuo ſanguine dicauerunt. Nec putetis diuinam prouidentiam, quæ cuncta gubernat, & nihil negligit eorum, quæ creauit, inordinatam reliquiſſe militantem Eccleſiam, quæ cùm ſit ſponſa Chriſti, profecto à Deo eſt, & ordinem habet, dicente Apoſtolo, quæ ſunt à Deo ordinata eſſe. Requirit aurem ordo, vt inferiora à ſoperioribos gubernentur, & ad vnum tandem perueniatur, tanquam principem & moderatorem cunctorum, quæ infra ſe ſunt: ſicut grues vnam ſequuntur, & in apibus vnus eſt

Probatur ſuprema Eccleſia poteſtas in Petri ſucceſſore reſidere.

D rex: ita & in Eccleſia militāti, quæ inſtar triumphantis habet, vnus eſt omnium moderator & arbiter, Ieſu Chriſti Vicarius à quo, tanquam capite, omnis in ſubiecta membra poteſtas & authoritas deriuatur, quæ à Chriſto Domino Deo noſtro ſine medio in ipſum influit, nec profecto in alium, tanquam exercitus ducem, ſupremam authoritatem Chriſtus principaliter deriuaſſet, quam in ſuum Vicarium, qui primus fuit Petrus, cui commiſſam nouimus dominici gregis curam: nec duos pluresve Petros Euangeliſtæ commemorant, nec duos, aut plores inſtituit Dominus, qui ſuum locum tanquam capita tenerent æqualia, ſed vnum conſtituit, vt verticem, ac ducem, & paſtorem vniuerſi gregis, Simonem Petrum, dicens: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam*

meam: & tibi dabo claues regni cælorum: & quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cælo: & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cælo. Et, *Paſce oues meas.* Quæ nulli alteri ſeorſum dicta leguntur, niſi Petro, vt in Petro vnitas, & ſumma continetetur authoritas: nec alius à Petra dictus eſt Petrus, niſi Simon: vt intelligeremus vnicum eſſe veræ & ſolidæ Petræ, id eſt Chriſti, (vt Paulua exprimit) locum tenentem Simonem Petrum, qui ſolus pro Domino in periculo conſtituto exemit gladium. Petrus igitur & ſucceſſores eius Romani Pontifices primatum in Eccleſia tenuerunt, & nos hodie, quamuis indigni, ſola Domini voluntate digni, tenemus: & quicunque Romanæ ſecundum Canonicas ſanctiones præficitur Eccleſiæ, quàm primùm electus eſt in ſacro collegio, ſupremam à Deo poteſtatem ſine medio conſequitur, & per ordinem in omnem diffundit Eccleſiam, cuius peccata diuino iudicio punienda relinquuntur. Si quid aduerſus hanc doctrinam inueneritis, aut in dialogis, aut in Epiſtolis noſtris, quæ plures à nobis ſunt editæ, aut in aliis opuſculis noſtris: (multa enim ſcripſimus adhoc iuuenes) reſpuite atque contemnite, ſequimini quæ nunc dicimus, & ſeni magis quàm iuueni credite: nec priuatum hominem pluris facite quàm Pontificem, Æneam reiicite, Pium recipite. Illud gentile nomen parentes indidere naſcenti: hoc Chriſtianum in Apoſtolatu ſuſcepimus. Dicent fortaſſe aliqui, cum Pontificatu hanc nobis opinionem adoeniſſe, & cum dignitate mutatam eſſe ſententiam. Haud ita eſt, ſed longè aliter actum. Audite filij conuerſationem noſtram: breuis narratio erit, quæ vobis quantum ad rem attinet, veritatem aperiet, & obiectioni faciet ſatis. Anno ſalutis primo & trigeſimo ſupra milleſimum quadringenteſimum cum Dominico Capranica, quem Martinus Quiutus in ſecreto conſiſtorio Cardinalem creauerat, Eugenius Quartus ſpreuerat, Baſileam petiuimus, ibique Concilium inchoatum inoenimus, verùm ab Eugenio reuocatum, quamuis congregati noluerant obedire, aſſerentes iam incœptum Concilium ſine conſenſu patrum, qui conueniſſent, haud quaquam potuiſſe diſſolui. Iulianus aderat ſancti Angeli Cardinalis, natioòe Romanus, moribus & doctrina conſpicuus. Is cum cæteris præſtaret, audita Eugenij reuocatione, præſidentiam dimiſit, tanquam ſummo Pontifici vellet obedire: ſed cum augeſceret in dies, Eugenio vel inuito, Concilium, & multi ex diuerſis regionibus Epiſcopi, & Regum legati aduentarent, Cardinales quoque ex Rom. Curia profugi in dies nonnulli concurrerent, præſidentiam reſumpſit, & authoritatem Concilij mirum in modum extollens, eminentiam ſupremæ ſedis ſupprimere cœpit. Venientes Eugenij legatos, & poteſtatem Romanorum præſolum magnificantes, apparenter confutauit: &, com eſſet facundiſſimus, facilę perſuaſit auditoribus quæ cupiebat. Cardinales ex Vrbe profecti, Eugenio infenſi, vitam eius moreſque carpebant: accedebant in horas cateruatim

A noui curiales, qui (vt eſt omnis multitudo maledica, & inimica Principi) Eugenij nomen modis omnibus lacerabant. Nos qui ex patria iuuenes, non ex Vrbe illuc migraueramus, & noua tum primùm auis ex Senenſi gymnaſio euolaueramus, rudes & inexperti, vera eſſe arbitrabamur quæcunqoe dicebantur: nec putabamus mentiri alios, qui neſciremus ipſi mentiri, atque vt eſt innatum homini, tetra & horrenda crimina odio habebamus. Nec Eugeniom diligere poteramus, qoem tot tantique teſtes iodignum Pontificio dicerent. Aderant legati Pariſienſis Scholæ, cuius eſt fama percelebris: affuerunt & aliquando veſtri, & aliorum ſtudiorum Germanicæ nationis oratores, & vno
B cuncti ore Concilij generalis authoritatem ad cœlum efferebant. De poteſtate Romani Pontificis pauci erant qui loqui præſumerent: omnes, qui publicè loquebantur, pturientes auribus, multitudini applaudebant. Acceſſit & ipſius Eugenij conſenſus, qui diſſolutionem Concilij à ſe factam, reuocauit, & progreſſum eius approbauit. Cum reconciliata Synodos Eugenio videretur, & pax Eccleſiæ data: præterita enim omnia per ſuas litteras Concilij Patres Eugenio ſeſe remiſſuros, & pedes eius tanquam beati Petri exoſculaturos promiſerant, ſi reuocata diſſolutione, Concilio curſum permitteret, atque illi cohæreret: nouæ interceſſere diſcordiæ, tum aliis de rebus, tum potiſſi-
C mè ſuper tranſlatione Concilij Grecorum cauſa in alium locum. Eugenius in Italia non ſine ratione, Concilium petebat: popularitas ſynodalis tranſire montes horrêbat, & in Auenione aot in Sabaudia locum deſiderabat. Adiuerunt per id temporis Concilium Baſilienſe duo viri ex Italia, Nicolaus Panormitanus Archiepiſcopus, & Ludouicus Pontanus Apoſtolicæ ſedis Notarius, Alphonſi magni Regis oratores, qui velut duo orbis ſidera, ceu Pontificij ioris, & totius Ciuilis ſapientiæ, duo præcipua lumina & clariſſima cenſebantur. Hi dictis ſcriptiſque Concilij geſta probabant, Eugenij facta damnabant: nec erat qui aut vellet, aut auderet dicta eorum refellere. Quid ageremus? Audire potuimus, non diſcere? Rude nimis ingenium eſt, quod per ſingulos dies audita & inculcata non capit. Quales magiſtri ſunt, tales diſcipuli eoadere ſolent. Paocos inuenias Ari-
D ſtoteles, qui Platonica nouerint deſtruere dogmata. *Non eſt diſcipulus ſupra magiſtrum*, inquit Dominus: nec nos magiſtrum potuimos ſuperare. Iulianus nobis, & Nicolaus, & Ludouicus, & alij complures fuere magiſtri: Schola Baſileenſis conuentus in quo raro aliquis Eugenij cauſam defendit. Aduerſus Concilij dignitatem murire aliquid, crimen hæreſis fuit. Vna omnium vox Concilium Eugenio præferebat. De ſedis Apoſtolicæ præcellentia aut ſilentium, aut contemptus: Concilium cuncta ſonabant. Didicimus ergo quæ audiuimus, & poſt aliquot annos, exiſtimantes nos aliquid eſſe, diximus (vt eſt apud Satyricum) ſemper ego aoditor tantum? Nunquamne reponam? Puduit ſemper diſcipulum agere, ſubtraximus ferulæ manum, cœpimus loqui & magiſtri perſo-

Digitized by Google

nam induimus. Scripſimus Epiſtolas & opuſcu-
la, hoc omnibus paſſim datur : docti & indocti
ſcribunt, & quæ ſcripſit ipſe, nemo contemnit,
niſi editioris feruorem tempus extinxerit, nobis
placebant ſcripta noſtra, more poëtarum, qui
poëmata ſua tanquam filios amant. Nec Baſi-
leæ quemquam inueniebamus, qui ea damna-
ret, probant enim ſimilia ſimiles : applaudeba-
mus nobis ipſis, & in editionibus noſtris gloria-
bamur : & quanquam poſtea Eugenius Conci-
lium in Italiam tranſtulerit, & cum Græcis Fer-
rariæ, ac demum Florentiæ conuenerit ; quan-
quam Iulianus S. Angeli, & Ioannes S. Petri
Cardinales, quibus plurimùm credebamus, ad
Eugenium defeciſſent ; quanquam pauciſſimi
in fide Baſileenſi remanſiſſent, noluimus tamen
B credere, exiſtimantes cunctos, qui abibant, me-
tu tecedere, ne bona temporalia perderent, &
cũ nihil haberemus, quod nobis auferri poſſet,
perſeuerantiam putauimus, ne partem, quæ ve-
rior nobis apparebat relinquentes detrimẽtum
animæ faceremus. Manſimus igitur Baſileæ,
quoad Eugenio (vt credidimus) iuſto iudicio
depoſito, Amadeus Sabaudienſis ſuffectus eſt,
& Felix Quintus appellatus, quem non vt ido-
lum (quod erat) ſed tãquam verum Chriſti Vi-
carium venerati fuimus, nihil adhæc ſiniſtri pu-
tantes interceſſiſſe. At cùm Fridericus Roma-
norum Rex, Aquiſgrani coronatus, domum re-
petens, Baſilea tranſitum feciſſet : rogatúſque
Felicem illic præſentem accedere, nullo pacto
perſuaderi potuiſſet, vt honorem ei, tanquam
C Romano Pontifici exhiberet, aut publicè cum
eo verba miſceret, tum primùm cõſiderauimus
poſſibile eſſe, quod partem erroneam ſequere-
mur, quando Rex, Imperator Romanorum fu-
turus, in tanto negotio dubius eſſet, & ad Euge-
nium inclinaret magis. Multum & ſæpe inter
noſipſos cogitauimus, quis eſſet modus inue-
niendi verum, nunquam enim volentes errauı-
mus. Rogati in familiam Friderici tranſire, non
renuimus. Erat tunc ille cum tota ferè Germa-
nia neutralis. Concilium Baſileæ dicebant eſſe
Germani, & idolum eius reſpuebant, nec Euge-
nio, nec Baſileenſibus plenè obediebãt. Placuit
ad neutrales trãſire, vt verum apud eos liberius
audiremus, & ſi recedendum eſſet ab vno extre-
morum, per aliquod medium tranſiremus ad al-
terum, & eorum iudicium exſpectaremus, qui
non eſſent affecti cauſæ. Manſimus in aula Fri-
D derici pluribus annis, illic varias audiuimus opi-
niones, neutralitatem idcirco Teutones indue-
rant, vt concordia facilius inueniretur, non ex
conſilio Solonis, qui tumultuante ciuitate ex-
tortem fecit eum, qui ſine parte remanſit. Mul-
ta inter neutrales didicimus: Cardinales, qui Ba-
ſileam venerant, ob priuatas inimicitias bono
& ſancto viro notam inurere voluiſſe : qui ta-
men cuncti poſtea ad eum redierunt, & veniam
errati petierunt. Forte per id tempus Iulianus
ſancti Angeli Cardinalis, cuius ſupra memini-
mus, ex Vngaria, quæ ſibi decreta contra Tur-
cas fuerat prouincia, Flauinianum venit, quæ
hodie Vienna dicitur, præcipuum Auſtriæ co-
lumen: ſæpe cum eo ſermonem pro veteri con-
ſuetudine miſcuimus, ſæpe de rebus Baſileenſi-

Probra & maledicta in Eugen. 4. vnde profecta.

A bus diſputauimus, tuebamur antiquam ſenten-
tiam : ille nouam defendebat: extollebamus ge-
neralis Concilij authoritatem, ille Apoſtolicæ
ſedis poteſtatem magnopere collaudabat : di-
cebamus Concilium Baſileenſe iure perſeue-
raſſe, quamuis Eugenius Præſidentes reuocaſ-
ſet, & hoc eius factum accuſabamus : ille diſſo-
lutum ſeu tranſlatum rite Concilium affirma-
bat, & Baſilienſium opera multis modis dete-
ſtabatur, Baſileæque non Synodum Eccleſiæ,
ſed Sathanæ, & miniſtrorum eius remanſiſſe di-
cebat. Diutina fuit inter nos concertatio, ve-
rùm modeſta & charitate plena : ad extremum
cum ſuis ſcriptis, dictiſque Cardinalem vince-
remus, premeremuſque vehementer, ſubridẽs
ille. Tu, inquit, Ænea, tabellis obſignatis agis
B mecum : & quoniam aliquando ſenſimus vt di-
cis, idcirco & hodie idem putas debere ſentire,
& addictos priori ſententiæ cenſes, verùm pro-
pterea nos ſumus liberi, quia mutare ſenten-
tiam vſque ad mortem poſſumus, cur enim non
liceat omni tempore, relicto falſo, verum am-
plecti ? Fateor me dixiſſe & ſcripſiſſe, quæ re-
fers, verùm à vero remotum erraſſe : at tu, qui,
vt ais, me doctore Baſilienſibus credere addu-
ctus es, errantem olim ſectatus es, cur modò
non ſequeris recta monentem ? Præſumpſi de
meipſo, dum eſſem Baſileæ nimis, quamuis de-
ceptus decepi, & credens prodeſſe, nocui. In
medio Eccleſiæ docens quæ non didici cæcus
erraui, & in tenebris ambulaui, reliqui tandem
Eccleſiam malignantium, & cum impiis ſedere
C recuſaui, reuelauit Dominus oculos meos, &
conſideraui mirabilia de lege ſua: cognoui prio-
rem errorem, & quantum à vero procul abiiſ-
ſent Baſilienſes, planè intellexi : adij Rom.
Curiam, & Eugenio, cui fueram rebellis, ſub-
miſi ceruicem : à quo miſericordiam conſecu-
tus, ad vnionem Græcorum nauaui operam,
& illis Romanæ Eccleſiæ reconciliatis, aduer-
ſus impios Turcas legationem accepi. Caſti-
gans caſtigauit me Dominus, & morti non tra-
didit me, ſed humiliatum exaltauit: quia cogni-
to errore nõ perſeueraui in eo, ſed mox in viam
redij, & ex magiſtro factus diſcipulus, ex magno
paruus, expurgato veteri fermento nouum ho-
minem indui, & veræ matris lacte nutritus, ad
fontem veri perueni, quem ſancti doctores
oſtendunt Græci & Latini, quorum vna vox
eſt, ſaluari non poſſe, qui ſanctæ Romanæ Ec-
D cleſiæ non tenet vnitatem, omneſque illas vir-
tutes mancas eſſe ei, qui ſummo Pontifici obe-
dire recuſat; quamuis in ſacco & cinere iacens,
dies & noctes ieiunet, & oret, & in cæteris vi-
deatur legẽ implere: quia melior eſt obedientia
quã victimę: & omnis anima poteſtatibus ſubli-
mioribus ſubiecta eſt: & Romanũ Pręſulem in
Eccleſiæ vertice cõſtitutum eſſe conſtat, à quo
nullã ex ouibus Chriſti exẽptam nouimus. Ego
ad ouile redij, qui diu erraueram extra caulas, &
paſtoris Eugenij vocem audiui: tu ſi ſapias, idem
facies : hæſerunt pectori noſtro viri verba, quæ
ſæpe ad nos repetiit non ſine ardenti charitate,
& amore ſingulari. Intereà ex diuerſis regioni-
bus homines doctiſſimi Cęſarem adierunt, qui-
buſcum placidos de eiſdem rebus miſcuimus

Iuliani Cardinalis, qui Concilio Baſileenſi præſedit, retractatio ac pœnitentia.

Digitized by Google

ſermones, ſemper ad verum intenti, cuius eſt natura hominis auida. Multum profuit nobis Ioannes Cardinalis Apoſtolici Palatij auditor, natione Hiſpanus, qui Iuliano defuncto, in titulo Cardinalatus ac Legatione ſucceſſit: quo cum ſæpe de Concilio Baſileenſi amicè diſputauimus. Nemo doctus ad Imperatorem venit, quem de his rebus in colloquium non adduceremus. Cumque Cæſar ad vnionem Eccleſiæ procurandam in Norimberga ſuæ nationis conuentum inſtituiſſet, decreuiſſetque ſummum Pontificem adhortari, vt Conſtantiæ nouum Concilium indiceret, legatumque mitteret, ac Baſilienſes pariter induceret, vt eò ſe transferrent, vt pax Eccleſiæ redderetur: primi Baſilienſes recuſauere. Quod audiens Thomas Aſſelbachius ex Germanis inſignis Theologus, B Nunc, inquit, Baſilienſes Spiritum ſanctum non habere ductorem, quando tam æquam Imperatoris legem effugiunt: idem multi alij dixere viri doctiſſimi, & opinione ſanctitatis illuſtres. Quibus conſideratis, caligo tandem ab oculis noſtris cecidit, quæ velut aranearum tela, verum cernere impediebat. Recognouimus errorem noſtrum, venimus Romam, Baſilien. dogma reiecimus, Eugenio Pontifici Maximo caput ſubmiſimus, & reconciliati Eccleſiæ Romanæ, doctrinam eius imbuimus, & illud Hieronymi diximus; Ego nullum primum niſi Chriſtum ſequens, beatitudini tuæ, id eſt, Cathedræ Petri communione conſocior. ſuper illam fundatam Eccleſiam ſcio, quicunque extra hanc domum, agnum dominicum comederit, C profanus eſt, ſi quis in arca Noë non fuerit, peribit regnante diluuio. Eramuſque adhuc penè Laici quando ad Eugenij obedientiam rediuimus. Ex Baſilea clericali tantum charactere inſigniti receſſimus, nec vnquam ſacros imbuimus ordines, niſi poſt veritatem cognitam, Baſilien. cæcitate relicta. In Auſtria minores ordines, ac ſubdiaconatum, & diaconatum recepimus, in vrbe ad Preſbyterarum peruenimus. Hæc eſt conuerſatio noſtra, per hos gradus è tenebris ad lucem migrauimus, ad quam rem non parum luminis nobis attulit Thomas Saracenus Theologicæ ſapientiæ celebratus, ac acutiſſimus interpres, qui poſtea in ſummo collocatus Apoſtolatu Nicolai Quinti nomen accepit. His authoribus vnam Eccleſiam Catholicam & Apoſtolicam eſſe didicimus matrem D omnium fidelium, extra quam non inuenitur ſalus, ſponſam Chriſti immaculatam, in qua omnes, qui militant, finem ſibi proponunt vitam æternam. Idcirco enim in Eccleſia militanti laborant homines, & cum dæmonibus tanquam hoſtibus pugnant, vt pacem tandem aſſequantur, & cum Ieſu magiſtro, ac legiſero ſuo in cœleſti Hieruſalem triumphare, ac regnare poſſint. Hinc finis Chriſtianis proponitur, huc omnes Eccleſiæ militantis conatus, omnes leges, omnes regulæ tendunt; & quoniam Eccleſia quidam exercitus eſt Deo militans, terribilis, vt caſtrorum acies ordinata dicitur, vni proculdubio imperatori ſubiecta, ad cuius nutum cuncta referuntur. Cumque pius ac maximus & optimus Deus in ſuo ſanguine

S Hieron. de prima ſede ſententia.

A fundauerit Eccleſiam, eamque voluerit ad finem vſque ſeculi perdurare: quis non dixerit in ea id regimen inſtitutum eſſe, quod optimum cenſeretur? At verò inter genera gubernationum communis Philoſophorum ſententia eſt præſtare Monarchiam, & Romani, quorum toto micuit orbe dignitas, quamuis eiectis regibus duos annuos Conſules elegerunt, & modò tribunos addidere, modò alios magiſtratus inuenere: in aduerſis tamen caſibus, belliſque grauioribus ad vnum aliquem recurrerunt, virtute & authoritate præſtantem, quem dictatorem appellauerunt, cuius dicto non liceret aduerſari, & quanquam dictaturam ab initio temporaneam inſtituerunt, in Iulio tamen & ſucceſſoribus eius perpetua effecta eſt. Nec vnquam Romana res admirabilior, aut celſior fuit, quam ſub Auguſto Cæſare, quando iam clauſis Iani portis, totus ferè orbis ſub vnius hominis gubernatione quieuit. Quo tempore natus mundi Saluator monarchicum regimen cæteris prætuliſſe videtur gubernationibus. Idem probat totius ferè orbis conſuetudo, cuius maximam partem gubernant reges, ſiue Chriſtianos intueamur, ſiue barbaros. Et quamuis ciuitates aliquot reperiantur, quæ cum maximè ſeruiant, liberas ſeſe vocitent, ſine rege viuentes, non poſſunt tamen effugere, quin vnum præferant aliis, eique tanquam capiti pro tempore obediant. Quid plura? Eadem cœleſtis aula nos admonet. Quid illa pulchrius? Quid ordinatius? Quid maius, aut durabilius? Quid melius, aut beatius? Quamuis in ea & Angelorum diuerſi ordines, & ſanctorum Spirituum innumerabiles chori, vnus eſt tamen omnium rex æternus Deus, qui condidit vniuerſa, & nihil negligit eorum, quæ condidit, cuius filius vnigenitus Chriſtus Ieſus cum pro noſtra ſalute veniſſet in hunc mundum, ſeruili accepta forma, Eccleſiam de qua loquimur, in cruce patiens, ſuo ſanguine acquiſiuit, & in ea vſque in diem Aſcenſionis corporaliter præſedit, & tanquam dux verus & imperator, cuncta in finem ſuum direxit. At cum aſcendiſſet in cœlum, eum indubitanter ſui gregis paſtorem reliquit, cui dixerat, *Paſce oues meas*. Et: *Tibi dabo claues regni cœlorum*. Neque enim dixit, & non fecit, qui ſolus eſt verax. Grex Chriſti, Eccleſia eſt. Paſtor primus ipſe Chriſtus fuit, & paſtor bonus, qui poſuit animam ſuam pro ouibus ſuis. Secundus paſtor Petrus extitit, ab ipſo Domino inſtitutus, atque ab eo omni poteſtate donatus, quæ ad bene regendum commiſſas oues neceſſaria ducitur, alioqui Chriſtus, qui ſapientia patris eſt, & omnino ſapienter egit, Eccleſiæ ſuæ haud ſufficienter prouidiſſet, quod eſt nefarium aſſerere. Et quamuis plures per Orbem Eccleſiæ inſtitutæ fuerint, & plures Epiſcopi, id eſt, plures greges, & ouilia plura, & paſtores plures: omnes tamen ſub vno paſtore, & in vno grege, atque ouili continebantur, ſicut & hodie continentur: quia vnus eſt Chriſti thalamus; vna ſponſa; vnum ouile; & vnus paſtor; & omnium Epiſcoporum vnus Epiſcopus Romanus Præſul, beati Petri

Eccleſiæ regimen eſſe Monarchicum.

1. Ratio. Quia Monarchia præſtantiſſima.

Quia generaliſſima.

Quia vbique neceſſaria.

2. Ratio.

Et ipſe iudicauit Iſrael.

ſucceſſor; & Ieſu Chriſti Vicarius. Petrus enim in Antiochia primùm ſedit, deinde Romam venit, vnde, cum perſecutionem fugiens, vellet abire, à Domino prohibitus eſt, & ſic glorioſo martyrio vitã finiuit, ſucceſſore Clemente ſubſtituto. Atque ita in hunc vſque diem ſeruatum eſt, vt qui Romæ ſederit Antiſtes rite inſtitutus per legitimum electionis tramitem, tanquam Aaron vocatus à Domino, hunc omnes Chriſtianæ plebes, omnes populi, omnes Clerici, omnes Epiſcopi tanquam Ieſu Chriſti Vicarium, & beati Petri ſucceſſorem, vniuerſalis Eccleſiæ caput ac rectorem & ducem veoerati ſint. Inter quos plurimi pro Chriſti nomine aſperrimos perpeſſi cruciatus, & morte multati, corooam martyrij ſuſceperunt: plurimi confeſſores egregij vita, moribus, & doctrina fulgentes, quamuis ſine ſanguinis effuſione, non tamen ſine periculis & labore, ac voluntate parata pro conſeruanda ſacri Euangelij autoritate moriendi, ad cæleſtem gloriam peruenere; vt Gregorij, Damaſi, Leonis, Innocentij, Bonifacij, Benedicti, & alia nomina, inter quæ tertius claruit Eugenius, ex monaſterio S. Anaſtaſij ad ſummum Sacerdotium euocatus, ad quem diuus Bernardus Monachorum pater, non minus doctrinæ fulgore, quàm vitæ ſanctimonia illuſtris, inter multa, huiuſmodi verba conſcripſit: Indagemus, inquit, adhuc diligentius quid ſis, quam geras videlicet perſonam pro tempore in Eccleſia Dei.

S. Bernard.

Tu es Sacerdos magnus, ſummus Pontifex, tu Princeps Epiſcoporum, tu hæres Apoſtolorum, tu primatu Abel, gubernatu Noë, patriarchatu Abraham, ordine Melchiſedech, dignitate Aaron, autoritate Moyſes, iudicatu Samuel, poteſtate Petrus, vnctione Chriſtus. Tu es, coi claues traditæ ſunt. Sunt & alij quidam cæli ianitores, & gregum paſtores, ſed tu tanto glorioſius, quanto & differentius vtrumque præ illis nomen hæreditaſti. Hâbent illi aſſignatos ſibi greges ſingulis ſingulos, tibi vniuerſi crediti vni ſumus. Nec modò ouium, ſed & paſtorum, tu vnus omnium paſtor. Hæc Bernardus ad Eugenium tertium ſcribit, cui ſupremam & omnimodam in Eccleſia poteſtatem concedit. Qood ille de tertio teſtatur Eugenio, hoc nos de quarto, & omnibus aliis Romanis Pootificibus profitemur, quia dignitaris eſt antoritas. Liquet igitur vnum in Eccleſia caput eſſe, & vnum Principem: quia pax populis ex vno rectore dependet, & pluralitas principum diſcordiam parit. Chriſtus Eccleſiæ ſuæ io vltimo teſtamento pacem reliquit, & pacem multis verbis commendauit. Dedit ergo & regimen pacis amicum, id eſt, Monarchicum, ſub beato Petro, & ſucceſſoribus eius adminiſtrari cuncta præcipiens, clauibus illis commiſſis, & cura gregis demandata. Hæc nos de Romani Pontificis autoritate & poteſtate ſenſimus, cui & congregare generalia Concilia, & diſſoluere datum eſt: qui etſi filius eſt propter regenerarionem, propter dignitatem tamen Eccleſiæ pater habetur: & ſicuti filiationis cauſa venerari debet Eccleſiam, tanquam matrem, ita & prælationis cauſa præfertur ei, vt paſtor gregi, princeps populo, rector familiæ. Cum his & generalis Concilij autoritatem, & poteſtatem complectimur, quemadmodum & æuo noſtro Conſtantiæ, dum ibi fuit Synodus vniuerſalis, declaratum definitumque eſt. Veneramur enim Conſtantienſe Concilium, & cuncta quæ ab eo proceſſerunt, à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris approbata, inter quæ nullum inueniemus vnquam fuiſſe ratum, quod ſtante Romano indubitato Præſule, abſque ipſius autoritate conuenerit: quia non eſt corpus Eccleſiæ ſine capite, & omnis ex capite defluit in membra poteſtas. Hæc noſtra ſententia eſt, filij, hæc credimus & profitemur: hæc iam ſenes, & in Apoſtolatus apice conſtituti, pro veritate aſſerimus, ſi quæ vel vobis, vel aliis conſcripſimus aliquando, quæ huic doctrinæ repugnent, illa, tanquam erronea & iuuenilis animi parum penſata iudicia, reuocamus, atque omnino reſpuimus. Datum Romæ apud S. Petrum, ſexto Calendas Maij, anno milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo terrio.

4. Ratio.

Pius 2. ſenex & Pontifex ita ſenſit, & docuit.

Hactenus Pius 2. cuius Reſcripto nihil addere placuit, præter Elenchum autorum, qui pro Pontificis ſupra Concilium poteſtate ſcripſerunt, qui apud eundem Matthæum ſuperiori Epiſtolæ ſubiectus eſt. Deſcribam eadem forma qua exaratum inueni.

Digitized by Google

Authores qui pro Pontificis ſupra Concilium authoritate ſcripſerunt.

Leo epiſtola 8. ad Aoaſtaſium in fine.
Gelaſius in Epiſtola ad Epiſcopos Dardaniç.
Nicolaus i. in Epiſtola ad Michaelem.
Gregorius lib.9.epiſt.39. ad Theoteſtam patriciam.
Paſchalis Papa.vt habetur cap. ſignificaſti,extra.de election.
Innocentius 3. ſermone de cõſecratione Potificis.
Bonifacius 8.extrauag.vnicam ſanctam. De maioritate & obedientia.
Concilium Sinueſſanum ſub Marcellino circa finem.
Concilium Romanum ſub Silueſtro vlti. can.
Concilium Chalcedonen. act.3. & epiſt. ad Leonem.
Octaua Synodus generalis actione ſeptima.
Coocilium Romanum quintum ſub Symmacho in approbatione libri Ennodij Diaconi.
Concilium Lateranenſe ſub Alexandro 3.c.licet. extra.de electione.
Concilium Conſtantienſe,& Bulla edita conſenſu Concilij per Martinum Quintum.
Lateranenſe vltimum ſub Leone 10. ſeſſ.11.
Hilarius libro de Synodis.
Photius lib.de ſeptem Synodis.
Iſidorus lib.6.Etymologiarum cap.1.
Beda lib.de ſex ætatibus in Conſtantino 4.
Freculphus in fine Chronici.
Proſper in Chronico anni 420.
Albertus, D.Thomas, D.Bonauentura,Richardus,Paludanus,& alij in 4.diſt.19.vbi de clauibus agitur.
S. Antoninus 3. p. tit. 22. cap.10.§.4.ſummæ hiſtorialis.Et 2.p.tit.3.ca.11. ſummæ Theologicæ.
Ioannes de Turrecremata li.2.cap.94.& 104. ſummæ de Eccleſia.
Cardinalis Caietanus in tractatu de comparatione Papæ & Conciliorum,& in Apologia pro tractatu prædicto.
Dominicus Iacobatius lib. 10. de Conciliis art.7. In quo fuſiſſimè quæſtionem diſputat, & ſoluit ſexaginta tria argumenta aduerſariorum.
Albertus Pigbius lib. 6. de Hierarchia Eccleſia.
Aluarus Pelagius de Planctu Eccleſiæ lib. 1. art.6.
Thomas Campegius in tractatu de Poteſtate Rom.Pontif.cap.22.& ſequentibus.
Franciſcus Ferrarienſis in lib. 4.contra Gentes,cap.76.
Auguſtinus de Ancona in tractatu de Poteſtate Eccleſiæ.
Franciſcus Turrianus in 3.libris,quos de hac quæſtione ſcripſit.
Petrus de Monte in lib.de Poteſtate Papæ & Concilij.
Franciſcus Horantius in locis Catholi. circa finem lib.quinti, vbi retractationum Pij 2. meminit.
Alphonſus à Caſtro aduerſus hæreſes lib. 1. cap.8.
Franciſcus à Victoria in relectione de poteſt. Papæ & Concilij.
Dominicus à Soto in 4.ſentent.diſt.20.qu. 5. art.4.
Ioan. Anthonius Delphinus lib.2.de Eccleſia, cap.vlt.
Nicolaus Sanderus lib.7.de viſibili Monarchia, vbi agit de Concilio Conſtantienſi, pag.540.
Anthonios de Roſellis in tractatu de Conciliis. num.40.
Henricus Boicius in rub. decret. de conſtit.
Cataldinus de Boocompagnia de tranſlatione Concil. Baſil.
Panormitanus & Canoniſtæ ferè omnes in cap.ſignificaſti. de elect.extra. & c.ſi Papa. diſt.40.
Robertus Bellarminus in 4.Controuerſia generali de Conciliis & Eccleſia militante.
Ioannes Slotanus Geſſenſis lib. diſp. aduerſus Hæreticos de Oecumenicorum Concil.authoritate.
Franciſcus Panigarolla in lectionibus Catholicis doctrinæ Chriſtianæ.
Hos omnes ibidem Matthæus enumerat,quos ſingillatim euoluere poterunt, quibus per otium licebit. Plures nunc addi poſſent,ſed nos ad alia properamus.

Versvs 19.

Nurus autem eius, vxor Phinees, prægnans erat, vicináque partui: & audito nuntio quod capta eſſet arca Dei,& mortuus eſſet ſocer ſuus,& vir ſuus,incuruauit ſe & peperit: Irruerant enim in eam dolores ſubiti.

Nvrvs.] viri pater vxoriſque, *Socer*: mater autem eorum, ſocrus appellatur. Cum apud Græcos propriè viri pater, *ἑκυρὸς*, mater verò, *ἑκυρὰ* vocitetur. Filij autem vxor, *Nurus*: filiæ verò vir, gener appellatur. ff. de gradibus & affinitatibus. l. 4. §. 6. Cæterùm cùm audis nurum Pontificis, & ſacerdotis vxores, meminiſſe debes, eo tempore neceſſaria fuiſſe connubia, cùm ſacerdotes naſci non eligi debebant, & filij hæreditario iure, non vitæ merito, paternum ſacerdotium inibant ac capeſſebant. At verò nunc, poſtquam non natura, ſed electione filij, ſucceſſores ſacerdotibus quæruntur, & quos non carnis libido, ſed morum integritas animique virtus pepererit: omnis illa nuptiarum neceſſitas à ſancto cœtu ablata eſt. Quamobrem quemad-

Epiſcoporum ac ſacerdotum cælibatus probatur.

Digitized by Google

modum nemo niſi volens ſacro ordini aſcribi-
tur: ita nemioem volentem, niſi qui à rebus
venereis alienus ſit, Eccleſia admittit. Nec im-
1. Ratio. meritò. Sed enim cum ad prolem, non carnis
vtique, ſed ſpiritualem, ac planè Deo dignam
ſuſcipiendam aſſumantur, vberiorem præſtan-
tioremque ex ſe fundeot, quo minus carnalibus
liberis operam dabunt.

De cælibatu Sacerdotum.

2. NON hoc nupetum inuentum eſt, aut à
ſancto Gregorio ſeptimo primùm inſti-
B tutum, quemadmodum nonnunquam aduer-
ſatij mentiuntur: ſed ab Apoſtolis initio na-
ſceotis Eccleſiæ traditum, & communi Eccle-
ſiæ vſu receptum; donec tandem refrigeſcen-
te charitate, & libidinis æſtu ingraueſcente, nõ-
nulli turpiter reclamarunt. Contra quos, cùm
multi ex antiquioribus ſtylum acuerunt, &
præpoſteram eorum laſciuiam omnibus igno-
miniis notarunt, tum acertimè poſt cæteros B.
Petrus Damiani ſeculo vndecimo eam peſtem
profligare aggreſſus eſt, & Eccleſiæ Præſules
tanquam veterno ſopitos, ad eam belluam con-
ficiendam incredibili cura ac ſollicitudine ex-
citauit; ita vt eam S. Gregorius 7. ſeueriſſimis
C edictis legibus penè extingueret. Longum qui-
B. Petrus Dam. dem eſſet ſingulas beati Damiani rationes, qui-
bus hanc ille velut Herculis facibus omnium
malorum Hydram expugnauit, in medium af-
ferre, non committam tamen, vt prorſus à
nobis tam ſalutaria remedia aduerſus præſen-
tiſſimum venenum neglecta eſſe videantur.
Pluribus ille locis ea nobis antidota expoſuit,
ſed quo facilius inueniri poſſent, epiſt. 10 lib. 2.
ad Petrum Cardinalem Archipresbyterum
Lateranenſem his verbis indicauit. Sed quo-
niam ſuper hoc themate prolixius iam alibi di-
ſputauimus, & primò quidem piæ memoriæ
Nicolao Papæ, deinde Taurinenſi Epiſcopo,
poſtremò etiam Comitiſſæ Adelaidi, viritim
ſcribentes diuerſa ſcripturarum exempla coo-
geſſimus: ad illa te, frater venerande, tranſ-
D mitto, illis te velut armis militaribus induo:
atqoe vt alter Ioſue vrbem Iericho ſubuertere
nitaris, impello. Iam verò quæ ſint illa, ad quæ
nos allegat, ex parte ſic accipe. His namque
verbis in ea epiſtola, quæ eſt ſexta lib. primi, ad
Nicolaum 2. ſcripta, incontinentem Epiſco-
pum aſperius admonet ac increpat: Nunquid
ignoras, Dei filium adeò carnis elegiſſe mun-
ditiam, vt ne quidem pudicitia coniugali, ſed
3. de clauſula potius incarnatus ſit virginali? Ne
hoc ſufficere videatur, vt tantummodò virgo
ſit mater; Eccleſiæ fides eſt, vt virgo fuerit &
is, qui ſimulatus eſt pater. Si igitur redemptor
noſter tantopere dilexit floridi pudoris inte-
gritatem, vt non modò de virgineo vtero na-
ſceretur, ſed etiam à nutritio virgine tractare-
tur, & hoc cum adhuc paruulus vagiret in cu-
nis; à quibus nunc, obſecro, tractari vult cor-
pus ſuum, cùm iam immenſus regnat in cælis?
Si mundis attingi manibus volebat in præſe-

A pio poſitus, quantum corpori ſuo nunc vult
adeſſe munditiam iam in paternæ maieſtatis
gloria ſublimatus? Planè ſi pater filiam ſuam
inceſtuosè corrumpit, mox ab Eccleſia proie-
ctus excluditur, communiooe priuatur, & vel 4.
in carcerem truditur, vel in exilium deſtinatur.
Qnanto ergo deterius ipſe abiiciendus es, qui
cum filia tua non quidem carnali quod minus
eſt, ſed cum ſpirituali potius perire non metuis?
Omnes quippe Eccleſiæ tuæ filij, tui procul-
dubio filij ſunt. Et certè perſpicuum eſt, quia
ſpiritualis generatio maior eſt, quàm carnalis.
Porrò dum tu ſis vir & ſponſus Eccleſiæ tuæ,
quod vtique perhibent & annulus deſponſa-
B tionis, & virga commiſſionis; omnes, qui in ea
regenerati ſunt per baptiſmatis Sacramentum,
tibi quoque nihilominus aſtringuntur neceſſi-
tudine filiorum. Qui ergo cum ſpirituali filia
tua committis inceſtum, qua conſcientia Do-
minici corporis audes tractare myſterium? Sed
fortaſſis obiicias, quia longè antequam tu cul-
men ſis adeptus Epiſcopi illa ſit nata, vel non in
Epiſcopio, ſed in aliqua ſit plebium baptizata;
tanquam tu eorum tantummodò, qui naſcituri
erant, factus ſis pater, & omnis parochia tua nõ
ſit Eccleſia. Enimvero cum Dominus dicat:
Nolite ſanctum dare canibus; quod de te iudi- Matth 7. 5.
cium erit, qui corpus tuum, quod vtique ſan-
ctificatum eſt per conſecrationis acceſſum, non
C canibus ſed lupanaribus tradis? Et cum omnes
Eccleſiaſticos ordines in te vno habeas metuẽ-
da mole congeſtos, omnes proculdubio fœdas,
dum te proſtibuli permixtione commaculas.
Polluis itaque in te Oſtiariũ, Lectorem, Exor-
ciſtam, omoeſque deinceps ſacros ordines, pro
quibus omnibus in diſtricto Dei iudicio red-
diturus es rationem. Ad impoſitionem manus 6.
tuæ deſcendit Spiritus Sanctus, & tu eam adhi-
bes genitalibus meretricum? Linguæ tuæ obſe-
quitur Deus, & tu non vereris obtemperare
dæmonibus? Porrò qui in Eccleſiaſtica cæ-
teris dignitate conſpicuus, non te erubeſcis
immergere fornicibus ſcortatorum? Et qui
prædicator conſtitutus es caſtitatis, non te pu-
det ſeruum eſſe libidinis? Veniet, veniet pro-
fecto dies, immo nox, quando libido iſta tua
D vertatur in picem, quâ ſe perpetuus ignis
in tuis viſceribus inextinguibiliter nutriat; &
medullas tuas, ſimul & oſſa indefectiua con-
flagratione depaſcat. Qui enim flamma libi-
dinis æſtuas, qua fronte, qua audacia ſacris
altaribus appropinquas? Ignoras quia filij 7.
Aaron, Nabad videlicet & Abiu, idcirco cæ- Leuit. 10.
leſti ſunt igne conſumpti, quoniam alienum Numer. 3.
ignem offerre Domino præſumpſerunt? Alta- Ad Heb. 10. v. 7.
ria quippe Domini non alienum, ſed ignem
duntaxat diuini amoris accipiunt. Quiſquis
igitur carnalis illecebræ ignibus æſtuat, & ſa-
cris aſſiſtere myſteriis non formidat, illo pro-
culdubio diuinæ vltionis interim igne cõſumi-
tur, de quo ſcriptura teſtatur: & nunc ignis ad-
uerſarios conſumit. Et ſicut nunc æſtuantis
luxuriæ flamma decoquitur, ita poſtmodum
nunquam finiendis atrocis gehennæ incendiis,
neceſſe eſt, comburatur. Præterea non expa- Apoc 2.
ueſcis, ô infelix Epiſcope, quia dum in luxu-

riæ voraginem corruis, Nicolairarum hæreſim A incurriſti? Nicolaus quippe vnus ex his, quos Petrus Apoſtolus Diacones conſecrauerat, dogmatizabat Clericos cuiuſlibet ordinis nuptialibus fœderandos eſſe coniugiis. Quod er-
8. go ille dicebat verbis, ad hoc tu in Cathedra peſtilẽtiæ ſedens, multò deterius inuitas exemplis.
9. De quo videlicet ſcelere Angelo Epheſinæ Eccleſiæ diuina vox ait: *Odiſti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi.* Et cum Apoſtolus dicat: *Omnis fornicator non habet hæreditatem in regno Chriſti, & Dei.* Qui in regno Dei, hoc eſt, in cælo, non habes quamlibet hæreditatem; quo pacto in Eccleſia, quæ nihilominus regnũ Dei eſt, prælationis obtines dignitatem? Hactenus B ille priore illa epiſtola. At verò tertia lib. 4. ad Cunibertum Epiſcopum Taurinenſem ſcribens, à ſancto Clemente exorſus, multas tum

Ad Epheſ. 5. v. 5.

10. Pontificum ſanctiones, tum Conciliorum Canones & decreta recitat, quibus ſemper prohibitum fuiſſe oſtendit, ne Presbyteri & Diacones connubiali iure vterentur. Quibus omnibus etiam hoc addit: ne priſcis quidem ſacerdotibus ac Leuitis rem habere cum vxoribus licuiſſe, donec in tabernaculo deſeruirent:
11. quod tamen, vt docet Apoſtolos, vmbram duntaxat earum rerum præferebat, quarum nos veritatem complectimur: quanto ergo minus nobis licebit? Sic autem ait: in illo veteris legis Tabernaculo, ſiue templo cum miniſtrabant Leuitæ, vel ſacerdotes, nequaquam ſuis vxori- C bus miſcebantur. Nam & Dauid, ſicut in Paralip. lib. legitur, viginti quatuor Sacerdotum, totidemqoe Leuitarum ſortes inſtituit, qui in cultu templi, ſuas vices agerent, ac per ceremoniarum ritus ſuis temporibus miniſtrarent. Qui nimirum donec vicis ſuæ tempus explerent, à reddendo coniugali debito penitus continebant. Quod & Lucas Eoangeliſta manifeſtè declarat. Qui cum præmiſiſſet, quia Zacharias erat de vice Ahia, & quia *Sacerdotio fungeretur in ordine vicis ſuæ ante Deum*, non multò poſt ait: *Factum eſt, vt impleti ſunt dies officij eius, abiit in domum ſuam*; moxque ſubiecit: *Poſt hos autem dies concepit Elizabeth vxor eius.* Vnde perſpicuè conſtat, quoniam illius temporis Sacerdotes prorſus à reddendo coniugali debito ſeruabantor immones, donec vicis ſuæ D tempus explerent. Immo iugiter morabantur in templo, donec ſortis indictæ fungebantur officio. Vnde Moyſes ad Aaron ait: *Donec ritus ſacrificij compleatur, die ac nocte manebitis in tabernaculo, obſeruantes cuſtodias Domini, ne moriamini.* Nunc autem, cum ſcriptura præcipiat, vt ſemper oremus: miniſtri altaris non habent delegatas vices, dum ſine vlla temporis intermiſſione, miniſterij ſui cõtinuam exhibent ſeruitutem. Præterea dicit Apoſtolus: *vir vxori debitum reddat, & vxor viro: Nolite,* inqoit, *fraudare inuicem, niſi forte ex conſenſu ad tempus, vt vacetis*
12. *orationi.* Dum ergo coniugale commerciũ ſæcularibus tollit orare, qua ratione permittit clericos ſacris altaribus miniſtrare? quod ſanè tempus inuenient, quod debeant vacare coniugio, qui nunquam ab Eccleſiaſticæ ſedulitatis feriãtur obſequio? Ad Corinthios nãque dicit Apo-

Hebræ. 10.

1. Paral. 23. & 24.

Lucæ 1.

Leuit. 8.

1. ad Cor. 7.

A ſtolus: qui ſine vxore eſt, ſollicitus eſt quæ Domini ſunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cum vxore eſt, ſollicitus eſt quæ ſunt mundi, quomodo placeat vxori. Quiſquis ergo diuinis mancipatur obſequiis, neceſſe eſt vt iis, quæ Dei ſunt, ſollicitus ſemper inſiſtat, ne per carnales affectus animum diuidat, &c. Nam pluribus argumentis portentum illud impudicitiæ conuincit, ſimulque petulantiom Clericorum obiectionibus occurrit, eaſqoe confutat, præcipuè autem lib. 2. epiſtola 10. Nos tribus tantùm ex alijs reſpondebimus.

Ibidem v. 32. 33.

Sunt enim qui putent carnis infirmitati in ea parte nonnihil indulgendum, cùm ſupra vires B hominis eſſe videatur, id quod natus ſis, non experiri. At ea conſideratio iam ſera eſt, poſt obligatam fidem: cùm ea lege ſacris initiatus ſis, vt caſtè viueres. Non licet vltra promiſſa retractare. Deinde, vt illi obiectioni cumulatè reſpondeamus, imbecillitati carnis, animi robur opponimus. Legimus, inquit Tertullianus lib. 1. ad vxorem, cap. 4. carnem infirmam, & hinc nobis adulamor impenſius. Legimus tamẽ & ſpiritum firmum (προθυμὸν) nam in vno ſenſu vtrumque poſitum eſt. Caro terrena materia eſt, ſpiritus verò cæleſtis. Cur ergo ad excuſationem proniores, quæ in nobis infirma ſunt, opponimus: quæ verò fortiora ſunt non tuemur? Cur cæleſtibus terrena non cedant? Si ſpiritus carne fortior, quia & generoſior, C noſtra culpa infirmiora ſectamur. Hactenus Tertullianus, qoo defenſore illa iam ſatis opinor excuſatio exploſa eſt. At ſunt præterea nonnulli, qui ſe Apoſtolorum exemplo tuentur, quos aſſerit Paulus, dum ob Euangelij prædicationem peregrinarentur, mulieres ſorores circunduxiſſe. Sed hanc quoque calomniam ſancti Iſidori Peluſiotæ legitima interpretatio diſſoluet. Nam is lib. 2. epiſtola 176. ad hunc modum Apoſtoli mentem explicat. Apoſtolorum vnuſqoiſque, vt ita dicam, regionem vnam nactus, eam optimis moribus informauit. At Paulus, tanquam pennatus agricola, vniuerſom pene orbem peragrauit, atque extremos vſque terræ angulos graſſatus eſt, tum auditores ſuos optimis legibus inſtituens, tum iis etiam, quibus eum audire D minimè contigit, diuinam doctrinam inferens. Quocirca illos quidem mulieres etiam comitabantur, non vt liberos procrearent, aut vnà cum ipſis vitæ conſuetudinem haberent, verùm vt ex ſuis facultatibus ſubminiſtrarent, ac paupertatis præcones alerent: hunc autem qui ad ipſos vſque terræ fines currebat, ſequi nec permiſſæ ſunt, nec potuerunt. Quid verò mirum fœminas relictas fuiſſe, cùm etiam Barnabas, indiuiduus alioqui comes, ad infinitum illum curſum ac laborem claudicans, primas ipſi conceſſerit? Siquidem, quo tempore cum eo verſabatur, hæc verba habebat Paulus, *Nunquid non habemus poteſtatem ſororem mulierem circunducendi, ſicut & reliqui Apoſtoli, & fratres Domini, & Cephas? An ſolus ego, & Barnabas, non habemus poteſtatem hoc faciendi?* Non quod ij, qui virginitatem ſuadebant, & caſtitatem prædicabant, ac virginum

Reſpondetur 1. obiectioni ab infirmitate carnis.

Tertullian.

Reſpondetur 2. obiectioni ab exemplo Apoſtolorum.

S. Iſidor. Peluſ.

NVRVS AVTEM EIVS, VXOR PHINEES, &c.

num choros moderabantur, cum mulieribus A
conſuetudinem haberent. Quis enim eos vir-
ginitatem ſuadentes tuliſſet, ſiquidem ipſimet
in voluptatum cœno ſeſe volutantes deprehen-
ſi fuiſſent? Non igitur hoc ait. Nam alioqui
mulierem vxorem dixiſſet (quemadmodum
Notarij in iis contractibus, qui ad dotes perti-
nent, ſcribere conſueuerunt, alere ac veſtire,
qoemadmodum muliere vxore dignum eſt, pro
facultatum captu: mulierem videlicet ob na-
turam collocantes, vxorem autem ob vitæ con-
ſuetudinem) ſed quia ipſos ſequebantur, ex
bonis ſuis paupertatis magiſtros alentes, id-
circo ſororem quidem dixit, vt caſtitatem indi-
caret: mulierem autem, vt naturam declara-
ret. Mulier quippe virgo quoque appellatur, B
etiamſi intacta ſit: mulier ob formam, etiamſi
integra ſit: mulier ob naturam, etiamſi maſculi
congreſſus expers ſit. Quod autem hoc à ſcopo
minimè aberret, hinc liquet, quòd idē hic Pau-
lus, cuius dictum nonnulli ſubdola interpreta-
tione deprauare minimè dubitant, de eo lo-
quens, quod Saluator ſecundū carnem ex ſan-
cta virgine Maria natus ſit, his verbis vſus eſt,
factum ex muliere. Quid ais Paule? Virginē mu-
lierem appellas? ita inquit: mulierem ob na-
turam appello, virginem autem mente teneo.
Mulier enim eſt virgo, etiamſi alioqui à virili
contactu aliena ſit. Mulier ob ſpeciem & effi-
ctionem: virgo propter integritatem. Hæc S.
Iſidorus.

Reſtat igitur, vt conſuetudinem quoque illā,
quam prioribus ſæculis inualuiſſe dicunt, vt C
Epiſcopi & Presbyteri vxores, quas antea duxiſ-
ſent, retinerent, cuius ſe maximè patrocinio de-
fendunt; nullam fuiſſe declaremus: tametſi
quemadmodum ætate noſtra, ita & patrū no-
ſtrorum memoria, nonnulli ſemper inuēti ſint,
qui Eccleſiæ leges, ſanctorumque patrum de-
creta impunè violarunt. Infinitam pene nubem
teſtium præteribo: vnam duntaxat Iſaaci An-
geli Imperatoris conſtitutionem, quæ numero
tertia eſt, citabo; non tam quid Iſaac Angelus
ſtatuerit ſcire ſtudentes, quàm illuſtre proferre
teſtimonium, quo palam arguatur, quid ſenſe-
rit antiquitas. Sic igitur illa ſe habet. Cùm ſa-
cratiſſimus Cyzici Metropolitanus inueniſſet
maieſtatē meam hodierno die iura reddentem,
aſſidentibus ſacratiſsimo Domino meo Oecu-
menico Patriarcha, & aliis ſacratiſsimis Pa-
triarchis, Antiocheno videlicet & Hieroſoly- D
mitano, nec abeſſent qui tunc in vrbe Regia ſa-
cratiſſimi Pontifices erant, quorum nomina
inferius continebuntur: propoſitum eſt quoſ-
dam eorum qui ad Metropoles vel Archiepi-
ſcopas electi & ordinati ſunt, cum vxores an-
te ordinationem haberent, non recuſare qui-
dem quin primarij Sacerdotij Chriſmate inun-
gerentur, ſed eorum vxores eundem rurſum
mundanum habitum induere, inuerecundè
agentes in iis ædibus quas antea habitabant.
Nec fœmineis introductas eſſe monaſteriis,
ſed nec Deo ſeipſas dedicaſſe, & vitam de-
legiſſe monaſticam. Et hæc, quod ſacri diui-
nique Canones expreſsim moneant electos
Pontifices, à legitimis ſuis vxoribus, quas

Reſpondetur 3. obiectioni petita ex veteri conſuetudine.

Iſaac Angelus Imp.

ante ordinationem habebant, omnimodo ab- A
ſtinere: vt non ex præcepto, ſed propria volun-
tate eorum quiſque continentiam vel cœliba-
tum proprium ſibi deligat propter dignitatem
ſacerdotij, aut propter matrimonij honeſtatē,
coniunctionem caſtam præferat. Hæc dicēs va-
rios canones allegabat, inter quos & quadrage-
ſimus octauus erat ſexta Synodi, hæc ad verbū
comprehendens: Vxor eius qui ad Epiſcopalem
dignitatem promotus eſt, communi viri ſui cō-
ſenſu prius ſeparata, poſtquam in Epiſcopū or-
dinatus eſt ac conſecratus, monaſterium ingre-
diatur procul ab Epiſcopi habitatione extru-
ctū, & Epiſcopi prouidentia fruatur. Sin autem
digna viſa fuerit, etiā ad diaconatus dignitatem
prouehetur. Lecto igitur hoc canone, imperiū
meum, &c. Nihil ſtudioſius colens quā Sacer- B
dotum autoritatem, qui regia & diuina ſpecu-
latione manus erigentes, Deum pro Chriſtiana
multitudine deprecantur, &, vt ſacræ quædam
anchoræ, Imperialem potentiā ſuffulciūt: poſt-
quam etiam Canones contemni & infringi co-
gnouiſſet in bene inſtituta Repub. & quidē no-
ſtræ potentiæ, &c. Cohortantibus ad id ſanctiſ-
ſimis Patriarchis, vxores creatis Pōtificibus an-
te ordinationem coniunctas in muliebria mo-
naſteria procul ſita ab habitatione Pontificum
ſine dilatione induci, tonderique eas, & ca-
nonicè apud Monachas degere, in quo mona-
ſterio comam depoſuerint, definiit, &c. In
poſterum autem, qui ante creationem legi-
timam vxorem habebit, non aliter ordinari,
quàm ſi communi coniugum ſcripto conſen- C
ſu & placito à ſe inuicem ſeparentur, & mu-
lier Monaſticam vitam amplexa ſit. Sic enim
creatio ſine offendiculo & damno iuxta ſacros
& diuinos Canones procedet, ſemota ab om-
ni ſacerdotali reprehenſione. Aſſidebant ad
meæ Maieſtatis tribunal Pontifices Cæſareæ,
Epheſi, &c. Hactenus ille Imperator: cuius
nos ſententiam vetuſtiſſimis è Gallia exem-
plis confirmare poſſumus, quale eſt illud
quod narrat S. Gregorius Turonenſis, hi-
ſtoriæ Francorum libro primo cap. 44. Theo-
doſio Seniore imperante. Apud Aruernos,
inquit, poſt Stremonium Epiſcopum & præ-
dicatorem primus Epiſcopus Vrbicus fuit,
ex Senatoribus conuerſus, vxorem habens,
quæ iuxta conſuetudinem Eccleſiaſticam, re-
mota à conſortio Sacerdotis religioſè viue- D
bat: vacabant enim ambo orationi, eleemo-
ſynis atque operibus bonis. Cumque hæc
agerent, liuor inimici, qui ſemper eſt æmu-
lus ſanctitati, commouetur in fœminam:
quam in concupiſcentiam viri ſuccendens,
nouam Euam efficit. Nam ſuccenſa mulier
à libidine, operta peccati tenebris, pergit ad
domum Eccleſiæ per tenebras noctis. Cum-
que obſerata omnia reperiſſet, pulſare fores
Eccleſiæ domus cœpit, ac voces huiuſmodi da-
re: Quouſque Sacerdos dormis? Quouſque
oſtia clauſa non reſeras? Cur coniugē ſpernis?
Cur obturatis auribus, Pauli præcepta nō audis?
ſcripſit enim, *Reuertimini ad alterutrum, ne ten-
tet vos Satanas*. Ecce ego ad te reuertor, nec ad
extraneum, ſed ad proprium vas recurro. Hæc

NVRVS AVTEM EIVS, VXOR PHINEES, &c.

S. Gregor. Turon.

I. Gg

A & his ſimilia diu declamanti, tandem Sacerdotis tepeſcit religio: iubet eam cubiculo intromitti, vſuſque concubitu eius, diſcedere iubet. Dehinc tardius ad ſe reuerſus, & de perpetrato ſcelere condolens, acturus pœnitentiã diœceſis ſuæ monaſterium expetiit, ibique cum gemitu & lacrymis, quæ commiſerat diluens, ad vrbem propriam eſt reuerſus: qui impleto vitæ curſu migrauit à ſæculo. Nata eſt autem ab hoc conceptu filia, quæ in religione permanſit. Ipſe verò Sacerdos, cum coniuge, & filia, in crypta Cantobennenſi iuxta aggerem publicum eſt ſepultus.] At non æquè feliciter ceſſit Macliano Britannorum Comiti, cum B ſimili culpa ad priſtina vota recurriſſet. Is enim cùm frater eſſet Chanaonis Comitis Britannorum, relicto ſæculo tonſuratus eſt, & Veneticæ vrbis Epiſcopus factus. Sed cum mortuo Chanaone apoſtataſſet, vt ait idem S. Gregorius, & demiſſis capillis, vxorem, quam poſt clericatum reliquerat, cum regno fratris iterũ accepiſſet, ab Epiſcopis excõmunicatus eſt, ac tandem vnà cum Iacob filio à Theodorico miſere interemptus. S. Gregor. li. 4. hiſtor. Franc. cap. 4. & lib. 5. cap. 17.

PRÆGNANS *viciaaque partui.*] הָרָה לָלַת *barah lalath*, id eſt, vterum gerebat, ita vt non eſſet procul à partu. לָלַת deducitur à verbo יָלַד *ialad* tametſi litera ד *daleth* ſubducta eſt. Alij volunt à verbo יָלַל *ialal*, quod eſt eiulare, vt ſit ſenſus, eam fuiſſe vicinam eiulatui, quem C ſolent edere parturientes. Ioſephus ait, inquit

Vermilius.

Vermilius, eam ſeptem mẽſes tum geſſiſſe vterum: ſed hoc parum admodum refert, quia fœtus ſeptimo etiam menſe ſunt vitales. Afflicta eſt miſera, tum animi, tum etiam corporis dolore. Obſtetrices eam conſolantur, & bono animo eſſe iubent, quòd puero edito iam periculum euaſiſſet. Chriſtus apud Ioannem ait: *Mulier cùm parit, grauiter excruciatur: ſed cùm peperit, doloris obliuiſcitur, quia natus eſt homo in mundo.* Sed nurui Heli conſolatio hæc nihil profuit: Etenim Deus, cùm punire decreuit, omnem vim conſolationibus detrahit: nec poſteriores cauſæ quicquam poſſunt, niſi quantum Deus illas iuuerit. Hæc Vermilius.

Antiphanes Comicus. *Vita functi moderatè lugendi ſunt.*

ET *mortuus eſſet ſocer ſuus, & vir ſuus.*]
Lugendi verò moderatè cognati & affines amici: D
Non enim mortui ſunt, ſed eandem viam,
Quæ omnibus neceſſariò ineunda eſt,
Prætereunt: at deinceps nos poſtea
In idem diuerſorium cum ipſis veniemus,
Communiter aliam vnà cum ipſis victuri vitam.

Rhodion medicus.

INCVRVAVIT *ſe.*] Rhodion medicus lib. de Partu hominis, cap. 4. vtile hoc docet parientibus, quæ pinguiores ſunt, & carne abundant. Conuenit eam, quæ craſſa & pinguis eſt, magis inclinatam iacere quàm ſedere, ita vt fronte humum contingat, pedibus in ſe retractis atque recuruatis; quo videlicet eo pacto matrix vrgeatur impellaturque. Alioquin enim ſedens reclinari, ac reſupinari debet; ita vt neque ſtare iam, neque prorſus iacere videatur, ipſũmque caput reſupinum pendentis formam magis quàm iacentis præbeat. Hactenus Rhodion. Ex his ſequitur, vt ea corporis inflexio, iuxta conſuetudinem mulierum accidiſſe nurui Pontificis videri poſſit: probabilius tamen eſt, cùm animum deſpondiſſet, vti ipſa narrationis ſeries innuit, præ doloris atque ægritudinis impatientia ſibi vim attuliſſe, vt pareret, imò vt moreretur; cùm nollet tot ſuorum funeribus, atque adeò, vt rebatur, ſupremæ cladi reipublicæ ſupereſſe.

IRRVERANT *enim in eam ſubiti dolores.*] Vitruuius.

Vitruuius lib. 2. cap. 8. corpora muliebria, dum grauida eſſent, à venditoribus nunquã præſtari ſana, in more poſitum fuiſſe ait, quod à conceptu vſque ad partum integra valetudine non vterentur. Quam ſententiam etiam probauit Hippocrates; cùm tamen animalia cætera maiore parte temporis bene habeant: in ipſo verò partu maximè mulierum vita ſaluſque periclitatur, acerrimiſque doloribus conflictantur. Ariſtot. lib. 7. hiſt. animal. Cæteris, inquit, animalibus partus non laborioſi eueniũt, minus enim cùm parturiunt infeſtari vidẽtur: at mulieribus dolores vehementiſſimi incidunt, & præcipuè ſtabilibus & ſellulariis, & quibus non bona latera ſunt, neque facultas retinendi ſpiritus ſuppetit. Rhodion rem ipſam à principio deſcribit cap. 2. de Partu hominis. Poſtquã, inquit, tempus pariendi appetit, id quod ferè poſt nonum menſem fit, hebdomadis circa quadraginta à conceptu exactis, hæc plerunque prægnantibus ſigna accidunt, ex quibus pariendi laborem inſtare cognoſcunt. Principio dolores quidã circa ilia, & inferiora vmbilici, & ex aduerſo in tergo oriuntur: deinde femora, & quæ proxima genitalibus ſunt, iiſdem doloribus grauantur. Mox inflammari incipit, poſtremò eadem intumeſcit, humoribuſque exundat, vt facilè eius rei ſignificationem prægnanti de ſe relinquat.]

Aristoteles.

Partus dolores cum mortis agone conferuntur.

Acerbiores etiam dolores ingruunt, cũ fœtus vterũ egreditur. Nam cùm naturalis vteri meatus anguſtior ſit, quàm vt per eum cõmodè labi poſſit, clauſtra ipſa vteri præter naturalẽ cõſtitutionẽ relaxari ac dilatari neceſſe eſt: quod ſine cruciatu maximo fieri vix poteſt. Eum cruciatum S. Baſilius cũ mortis agone atque conflictu cõparat, comment. in hęc verba Pſal. 114. *Circumdederunt me dolores mortis, & pericula inferni inuenerunt me*, ad hunc modũ: Dolores propriè de parturientibus dicuntur, quando ad tumorẽ venter inſurgens, extra fœtum pellit: Deinde partes illæ genitales diuexatę, & circũ prodeuntem ex vtero fœtum diſtentæ conuulſionibus, ac fibrarũ contractionibus acutiſſimos dolores, & vehementes cruciatus parientibus gignunt. Tranſtulit autẽ Dauid dolores partus ad mortis pœnas circa animal, in animæ & corporis diuiſione inſtantes. Hactenus S. Baſilius. Diſtenduntur etiam & aperiuntur tunc temporis oſſa pectinis, quæ alio tempore vix diſiungeret ſecuris validè impacta: quod vti non ſine magna vi, ita nec abſque graui tormẽto cõtingit. Itaq; apud Ægienſes, vt ſcribit Pauſanias in Achaicis, non immeritò vetus Lucinæ ſignum, altera manu facem præferebat: ſiquidem parturientes haud ſecus dolores, atque ignis amburere videntur. Quod ſi ſecus quandoque accidat,

S. Basilius.

Pausanias.

Digitized by Google

IRRVERANT ENIM IN PAM DOLORES SVBITI.

vt fœtus, cùm prodit minimam moleſtiam parenti exhibeat, primū id rarum eſt & iofrequēs, deinde ſummi beneficij loco habetur: nam vniuerſa natio mulierum illi pœnæ obnoxia eſt, quam ſui generis princeps Eua gulæ vitio commeruit. Quare mirum videri debet, quod de nonnullis Varro prædicat, lib. 2. de Re ruſtica, cap. 10. vix vllo partus dolore aut incommodo affici. Cùm enim in Lyburniam veniſſet, teſtator, ſe vidiſſe matres familias eorum, afferre ligna, & ſimul pueros, qoos alerent, alias ſingulos, alias binos, quæ oſtenderent fœtas noſtras, quæ in conopeis iacent dies aliquot, eſſe leuocidas, ac contemnendas. In Illyrico verò etiam hoc amplius, prægnantem ſæpe, cum venit pa- B riendi tempus, non longè ab opere diſcedere, ibique enixam puerum referre, quem non peperiſſe, ſed inueniſſe putes. Hæc Varro. Cæterùm quod parturientes noſtras contemnendas putar, & puſillo atque abiecto animo earum ægritudines tribuit, nimirum hoc facit, quod is ignorat cauſam, ob quam ea calamitas mulierum gentē afflixerit & quod huiuſmodi ærumna Dei decreto à capite ſexus in omnem poſteritatem deriuata eſt. Nam ſi ſcitet parentis ſcelus filiarū pęnis lui, motaret vtiqoe ſententiam, & ab inſectandis poerperis abſtineret. Quòd ſi nonnullæ eo ſopplicio genere minus torqueri appartant, non illæ continuò noſtris generoſiores aut fortiores habendæ ſunt, ſed C quibuſdā idcirco Deus illos dolores imminuit, quod præ egeſtate atque inopia iis ſubſidüs careant, quæ ad tolerandos cruciatus neceſſaria ſunt. Quædam olim martyr fortiſſima, & diuino animi robore prædita, cū iam morti deſtinata tantiſper aſſeruaretur, donec partum ederet (grauidam enim fœminam Romanis legibus interfici non licet:) victa doloris ſenſo acerbiſſimo, de more aliarum in ipſo nixu eiulata eſt. Quam cum cæteræ quę aderant mulieres admonerēt, quî tandem ſperaret ſæuiſſima tormenta ſuperare poſſe, cum naturalibus & conſuetis ſuccumberet, vinceret, itaqoe animū pertinaciamque deponeret, ac Regum edictis obtemperaret: conſilium earū ſpreuit & pro nihilo duxit. At enim hîc ego ſum fœmina, inquit, in agone martyrem indoam: quod & præſtirit. D Fuiſſet tamen quod de Illyricis Varro refert, commune mulierum beneficiū, vt ſine cruciatu, langoore, ac faſtidio parerent ſi in eo ſtatu innoceotiæ ſexus ille perſeueraſſet', quo Deus illū creauerat. At vbi diſiecto innocētiæ aggere, ſcelera tanquam facto agmine, in mentes earum irruperunt, vnà qooque doloribus, qui flagitia naturali qoadā neceſſitate conſequuntur, ampliſſimus aditus patefactus eſt. Prius verò inquit S. Auguſtinus lib. 14. de Ciuitate Dei ca. 26. ad pariendum non doloris gemitus, ſed maturitatis impulſus fœminea viſcera relaxarer: quemadmodum ad fœtandum & concipiendum non libidinis appetitus, ſed voluntarius vſus naturam vtramque coniungeret.

Varro.

Animaduerte porrò, quemadmodū primùm qoidem ob deuoratum pomū, quod Deus ſomi vetuerat, mulieris partui dolor additus ſit: nunc verò, poſtquam vir ſuus ea etiam, quæ Deo cō- A ſecrata erant, ſacrilegè vſurpauit, etiam mulier in ipſo parto concidit. Quare, vt quondam cecinit Naumachius Græcus Poëta

Naumachius.

Pulcrum ſanè eſt, corpus caſtum habere, intactamque manere
Virginē, & puris ſemper cogitationibus delectari,
Nec onus circa laborioſa ilia geſtantem
Neque dolores trementem ſuſpirioſos Lucinæ:
Sed permanere quaſi reginam imbecilliū mulierū,
Oculum animæ ſplendidum ad eam vitam erigēdo,
In qua glorioſæ veræque ſunt nuptiæ, vbi cōmixta
Diuinis verbis lumine plenas meditationes parit.

FILIVM PEPERISTI.

VERSVS 20.

In ipſo autem momento mortis eius, dixerunt ei quæ ſtabant circa eam: Ne timeas, quia filium peperiſti. Quæ non reſpondit eis, neque animaduertit.

DE nuru Heli nō conſtat, inquit Vermilius, inter omnes interpretes, an hoc partu fuerit extincta, aliqui eam tradunt non obiiſſe, verùm iacuiſſe aliquandiu moribundam, eamque putant, cum ad ſe rediiſſet, filio nomen quod ſequitur, impoſuiſſe. Maxima tamen pars Ra- C binorum, & inter alios Ioſephus, tradunt, eam ex puerperio eſſe mortuam. Ex hoc apparet, quanta ſit vis doloris, præſertim animi: ſenem è ſella excutit, ac extinguit; mulierē, vt volunt, ante teo pus facit parere, & denique vt ſentir maior pars, deficere ac mori. Hæc Vermilius.

Vermilius.

FILIVM *peperiſti.*] Rhodion eodem lib. de Partu hominis cap. 4. Parientem, inquit, obſtetrix docere atque cōfirmare debet, nec cibo potuque recreare modò, ſed etiam verbis conſolari, bonam ſpem partus felicis, aut maſculi, eo enim gaudent ferè mulieres, promittere.

Rhodion.

QVÆ *non reſpondit eis, neque animaduertit.*] Adiiciunt quidem ſibi, inquit Tertullianus, homines cauſas uoptiarum de ſollicitudine poſteritatis, & liberorum amariſſima voluptate. Sed id quoque penes nos odioſom eſt. Nam quid D geſtiamus liberos ſerere, qoos cum habemus, præmittere optamus, reſpectu ſcilicet imminētium anguſtiarū, cupidi & ipſi iniquiſſimo iſto ſeculo eximi, & recipi ad Dominū? Quod etiā Apoſtolo votum fuit. Nimirùm neceſſaria ſoboles ſeruo Dei. Satis enim deſunt noſtra: ſecuri ſomos vt liberis vacemus: quærenda nobis onera ſunt, quæ etiam à Gentilium profanis vitantur, qoæ legibus locantur; quæ parricidiis expognantur: nobis quidem plurimùm importuna quantum fidei periculoſa. Cur enim Dominus, væ prægnantibus & nutricantibus cecinit, niſi quia filiorum impedimenta teſtatur, in illa die expeditionis incommodum futura? vtique nuptias imputaturus.]

Tertullian.

Ad perfectionem anhelanti ſoboles impedimenti plurimum præſtat.

Philipp. 1.

Cæterum mulierem iſtam cui cōparabimus? Nam Chriſtus quidem de parturiēte loquens, *Cùm parit*, inquit, *triſtitiam habet: at cùm pepererit, non meminit preſſuræ.* Quæ conferens cum diuerſis Apoſtolorum, imò iuſtorum

Ioan 16.

QVÆ NON RASPONDIT EIS, &c.

Tropologia.

omnium temporibus, *& nunc quidem*, ait, *triſtitiam habetis: at iterum videbo vos, & gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis.* A Hoc dicit: Mundus iſte ſtadium eſt: tantiſper igitur dum in eo degitis, vobis certandum eſt, & labor omnis ſubeundus: at labore illo exantlato, qui diuturnus eſſe non poteſt, citò vos lætiſſima quies excipiet: & legitimis perfunctos certaminibus, æterna manent præmia meritorum. At verò hæc, quæ, ne ſuſcepto quidem filio, triſtitiam depulit, quid nobis referet? aut cuius illa ſortem conditionis repræſentabit? Erat illa vxor Phinees ſacerdotis flagitioſiſſimi, &, vt mihi quidem videtur, propoſita velut in exemplum peccatricis animæ, de qua Pſaltes ait interprete S. Ambroſio: *Non eſt reclinatio morti eius.* (nos vulgò legimus, *non eſt reſpectus morti eorum.*) B nimirum poſtquam ſe incuruarit. Neque enim perpetuo quiſquam felicitatis tenore vitam continuat: ſed inflectitur tandem, atque annorum pondere incurueſcit. Verùm iuſti, poſtquam mortis neceſſitati ſuccubuerint, iterum eriguntur: malorum autem caſus ruináque perpetua atque immortalis eſt. Illos namque nulla meritorum proles lætificat: quorum opera, ſi quæ ſunt quæ laudem mereri potuerunt, cum ſint gratiæ cæleſtis expertia, à gloria quoque aliena erunt; quod ipſum nomen eius filij *Ichabod* ſignificat.

Allegoria.

Videtur etiam præterea Synagoga poſſe intelligi: quæ, vbi non arcam, ſed Chriſtum arcæ prototypum, ſuo ſummo ſcelere à ſe proditum, ad gentes migraſſe didicit, C ipſa quidem mœrore atque inuidia contabuit: poſteri autem eius ad hunc diem dedecore atque infamia laborarunt.

VERSVS 21.

Et vocauit puerum, Ichabod, dicens: Tranſlata eſt gloria de Iſraël, quia capta eſt arca Dei, & pro ſocero ſuo, & pro viro ſuo.

Vermilius.

VOCAVIT nomen filij, ait Vermilius, אִיכָבוֹד *Ichabod*, in quo nomine particula אִי *i*, ponitur pro אֵין *ain*, quod eſt, *non*, ceu diceret: non amplius ſcilicet gloria. Vel ea particula eſt pro אַיֵּה *aieh*, quod eſt, *vbi*, & pronuntiabitur per interrogationem, vt dicatur: vbi eſt gloria? & ſubintelligatur, non am- D plius eſſe in Iſraële.

S. Pagnin.

Pariter ſentit Santes Pagninus in Theſauro, verbo אִי *ei*. Nomen itaque puero impoſuit, quod eſſet monimentum illatæ calamitatis. Tria nominatim commemorat, necem ſoceri & viri, nec non arcæ captiuitatem. At cùm repetit eandem querelam poſtremo verſu, arcę tantùm facit mentionem, quòd hoc ſupremum eſſet, & caput aliorum malorum.

VERSVS 22.

Ait: Tranſlata eſt gloria ab Iſraël, eò quòd capta eſſet arca Dei.

Philemon.

MVLTI, *here, maiora mala faciunt*, inquit Philemon Comicus,

TRANSLATA EST GLORIA DE ISRAAL.

Per ſe ipſi, quàm natura ſint ſua.
Vt, mortuus eſt filius, aut mater cuipiam,
Aut herclè ex alijs neceſſarijs quidam,
Siquidem hoc aſſumat, mortuus eſt, quia homo erat,
Tantum fit malum, quantum erat:
Sin dicat, nulla mihi vita ſupereſt viuenda, non amplius intuebor,
Periit, apud ſe quidem ſi quis id reputet:
Præter ea mala, is alia ſibi colligit mala.
Qui verò ratione omnia ſecum reputat,
Malum quod eſt aufert, & bonum aſſumit.

Ad hunc modũ Philemon, cuius profectò ſententia non rarò ab antiquis laudata eſt, & aliàs plerunque obtinuit, hic tamẽ præ magnitudine doloris exploſa atque eiecta eſt. B Verumenimvero, ſi ea labes atque pernicies familiæ citra rerum diuinarum iacturã ſtetiſſet, vtcunque ea grauis eſſet: attamen modus fuerat imponendus dolori: At poſtquam vna eademque calamitas ſimul diuina humanáque rapuit, mœrore atque ęgritudine meritò contabuit. Quis enim non putet omnem vitæ ſpem ac cogitationem meritò abiiciendam, ſi non modò homines inimicos ſentiat: ſed etiam, quod ſupereſt, diuinæ opis atque auxilij expectatio eripiatur? At vero illa tum potiſſimũ eo pignore nitebatur: quo præſente Deus ſe minimè defuturum promiſerat. Quapropter etiã arca ſublata, fiduciam ſimul omnẽ extenuari atque euaneſcere oportuit. Nec ſanè mirum videri debet, animũ muliérculæ tantæ mole ruinæ fractũ concidiſſe, aũ C florentiſſimo rerũ ſtatu, ſi qua iniuria religionẽ violauerit, fortiſſimorum virorũ mentes horrore atque formidine deiiciat. Formidoloſa nãque res ſemper viſa eſt mortalibus diuini numinis offenſio: quæ non alia re magis oſtenditur, quàm earũ rerum, quæ ad eius cultũ pertinent, damno atque iactura.

Rerum diuinarum iactura atque profanatio calamitatis ira manifeſtum indicium eſt, terroriſque hominibus cauſa certiſſima.

Expauit Michas Iud. 18. poſtquam idolum ſibi raptum comperit, nec præterquam mortis metu ab armatis clamor eius compeſci potuit. Inſequutus eſt Laban Geneſ. 31. infeſtis ſignis generum ſuum Iacob ob Deos ſuos clam abactos: nec ante, diuinitus licet admonitus, à iurgio quieuit, quàm eius ſupellectilem & ſarcinulas curioſè excuſſiſſet: & quanquam filias ſuas à ſe diuelli atque abripi æquanimiter pateretur, adhuc tamen ſua ſacra requirebat. Tyrij verò aliquando Deum ſuum, ne effugere poſſet, etiam au- D ro vinxerunt.

Curtius.

Ita narrat Curtius libro quarto. Tyro ab Alexandro obſeſſa, cùm vnus, inquit, è ciuibus in concione indicaſſet, oblatam eſſe per ſomnium ſibi ſpeciem Apollinis, quem eximia religione colerent, vrbem deſerentis, molemque à Macedonibus iactam in ſalo, in ſylueſtrem ſaltum eſſe mutatam: quanquam autor leuis erat, tamen ad deteriora credenda proni metu, aurea catena deuinxere ſimulacrum, aræque Herculis, cuius numini vrbem dicauerant, inſeruere vinculum, quaſi illo Deo Apollinem retenturi.

Pauſanias.

De Marte Pauſanias in Laconicis. Spartæ, inquit, viſitur priſci operis ſignum in compedibus. Eadem verò eſt ratio in hoc ſimulacro Lacedæmoniis, quæ Athenienſibus

in ea victoria, quam inuolucrem appellant. Hi
enim vinculis impeditum à ſe nunquam Mar-
tem aufugiturum: illi ſemper mãſuram ſecum,
quæ pinnis caret, victoriam interpretantur. Has
ſequuta rationes vrbs vtraque, quo diximus ha-
bitu ſigna ſtatuit. Hactenus Pauſanias, qui Ve-
neris etiam Morphûs apud eoſdem compeditæ
meminit, & Dianæ aureis catenis vinctæ apud
Phigaliam, in Arcadicis. Nec verò mirum, ſi
tanta religione ſua idola gentes ſeruabant: ſi-
quidem ereptis ſimulacris, vt idem ſcriptor te-
ſtatur in Bæoticis, templa velut ſuo numine or-
bata deſeri, ac pro nullis haberi ſolebant. Id
quod etiam ſubinde Moyſis tabernaculo apud
Iſraelitas accidit. De quibus profectò non ſine
ratione dici poſſet, quòd, tametſi etiam antea
magnopere vererentur, ne ſe Deus deſereret,
quem multis ſæpe ſceleribus à ſe alienarant:
hactenus tamen conſeruato arcæ fœderis pi-
gnore plurimùm recreabantur; quòd ea præ-
ſente confidebant, diuini numinis auxilium ſibi
deeſſe non poſſe. Sed neque eam fugere, neque
eripi poſſe vllo modo formidabant, quòd ne-
que diuina vis vllis mortalium machinis expu-
gnari poſſet, nec ſolui percuſſi fœderis fides,
qua, velut adamante deuincta erat. Quare nec
de vinclis illi iniiciendis vllo vnquam tempore
ſomniarunt. At præterea memores eſſe debue-
rant, quòd tametſi Deus inuicto robore ſua
pacta firmaſſet, & vniuerſis hominum conati-
bus ſuperior eſſet, ſe tamen ſua perfidia dudum
illum nexum diſſoluiſſe, cùm à Deo ad idola de-
ficerent: &, ſi ſalui eſſe vellent, quam non au-
rum, non æs, non adamas vincire poſſent, arctiſ-
ſimis pœnitentiæ vinclis ac compedibus arcam
eſſe retinendam. Quod cùm facere negligerẽt,
ne ferro quidem cincta vndique, & denſa pha-
lange vallata, conſeruari potuit: ſed ſtrage edita
maxima, multiſque millibus interemptis, pluri-
bus etiam fuſis fugatiſque, in poteſtatem ho-
ſtium venit, ciuibuſque erepta eſt. Quo pacto
Deus vtique videri potuit, alienato à ſuis ani-
mo, ad hoſtes deſciuiſſe. Quod ſi perſuadere-
tur, quæ tanta potuit eſſe vitæ cupiditas, vt non
præ illa mors in votis habenda eſſet? Nam arca
in captiuitatem abducta rebatur iſta mulier,
quantum, vt ait Vermilius, ex verbis eius elici-
tur, nec populum Dei, nec religionem poſſe
amplius conſiſtere. Qua in parte tamen, vt ve-
rum fatear, nimium arcæ tribuit, cùm Deus po-
pulum ex Ægypto redemerit, atque illum in
deſerto fouerit ante arcam extructam. Sed &
poſt captiuitatem Babylonicam, necnon poſt
Machabæorum tempora, populus rebus geſtis
florentiſſimus fuit, cum tamen arca non exta-
ret. Sed mulier imperita citra illam exiſtimabat
omnia peritura.

TRANSLATA *eſt*, inquit, *gloria ex Iſraël.*]
Gloriam vocat ipſum Deum, ait Vermilius,
quem ab Iſraelitis migraſſe ait, cùm tantum-
modò arca fuerit abducta. Ieremias quoque
cap.2. Deum appellat gloriam Iſraëlis. *Ite*, in-
quit, *ad exteras nationes, & videte an vlla earum*
ſuos Deos commutarit, cum tamen populus meus mu-
Vermilius. *tauerit gloriam ſuam.* Et Dauid Pſal.106. inquit:
Mutauerunt gloriam ſuam in ſimilitudinem vituli

A *comedentis fœnum.* Dicitur autem Deus gloria
noſtra tam actiuè, quàm etiam paſſiuè. Actiuè
quidem, quòd nos illum celebremus, laude-
mus, ac glorificemus. Paſſiuè autem, quòd nos
viciſſim ab eo ornemur, & illuſtremur fauore
ac innumeris beneficiis. Transfertur autem is
titulus gloriæ Dei ad arcam fœderis, quòd ip-
ſius Dei Sacramentum fuerit: idcirco enim Da-
uid Pſal.27. ait: *Dilexi domum tuam, & habitacu-*
lum gloriæ tuæ. Cumque arca Deus vocatur, aut
illius gloria, ſententia non eſt propria, vel, vt lo-
quuntur in ſcholis, identica, ſed figurata, hoc
eſt, metonymica. At rogabit quiſpiam, inquit
idem Vermilius, licet arca ſignum fuerit Dei,
attamen ita ſignum erat, vt reipſa quam deno-
tabat, ei præſens adeſſet, cùm Deus vbique ſit,
B & omnia impleat: Cur ergo non idem ſtatuitis
de ſymbolis Euchariſtiæ? Vt ita nimirùm ſint
corporis & ſanguinis Chriſti ſigna, vt ea ſecum
habeant præſentia? Reſpondeo, quòd alia ſit ra-
tio corporis & ſanguinis Domini, aliaque diui-
næ naturæ. Diuinitas quippe infinita & immen-
ſa eſt: corpus autem Chriſti, cùm verè ſit hu-
manum corpus, finitum eſt, certiſque finibus ac
terminis continetur. Ad hunc modum Vermi-
lius. At nõ dubium eſt, quin ſit alia ratio. Nam,
vt ait, diuina quidem natura vi ſua vbique eſt,
cùm immenſa ſit, nec vllis limitibus circunſcri-
bitur, corpus verò ipſum, ſuapte quidem natura
vbique non eſt: ſed Dei potentia, quæ vbique
eſt, & vbi vult operatur, ibi eſt, vbicunque Deus
illud eſſe voluerit. Voluiſſe verò ſignis myſticis
C adeſſe, non aliàs melius ſcire potuimus, quàm
ex eiuſdem verbis, quæ perſpicuè hoc aſſerunt.
Eſt item diuerſa illa ratio, qua Deus olim arcæ
præſens aderat, & qua nũc Chriſti corpus ſym-
bolis ſuis intereſt. Nam Deus quidem ſic arcæ
inerat, vt arca nullo modo eſſet Deus; nec Deus
item, tametſi eminenter, vt aiunt ſcholaſtici, ar-
cam & reliqua omnia in ſe contineat, formali-
ter eſſet arca: at verò nunc ſymbola ipſa, ſi non
faciem ſpectes, ſed ipſam rei ſubſtantiam, for-
maliter Chriſti corpus & ſanguis ſunt: ſanguis
item & corpus, ſi ſpeciem viſibilem tollas, ipſa
verè ſymbola, quemadmodum pluribus ille lo-
cis teſtatur: *Hoc eſt*, inquit, *corpus meum: panis*
quem ego dabo, caro mea eſt: Quibus nos fidem
magis, quàm Vermilij mendaciis decet adhibe-
re. Mulier igitur, cùm dicit gloriam Dei abla-
D tam eſſe, putauit, vt diximus, de republica, & re-
ligione conclamatum. At illam non oportuit
ſic animum deſpõdere. Extabant ſiquidem cer-
tiſſimæ adhuc promiſſiones de illo regno, vſq;
ad Meſſiæ tempora duraturo. Et, ſi quando-
que omnia videantur euerſa, nihilque, quod
ſperemus, vſpiam oſtendatur, attamen de fide
Dei non oportet dubitare: ſed potius contra
ſpem in ſpem credere. Hoc vtique etiam hoc
tempore verum eſt, cùm Chriſtus ſe pollicitus
ſit, ad vltima vſque tempora Eccleſiæ ſuæ affu-
turum, nec vllis vnquam inimicorum machi-
nis, aut viribus euertendam. Non deerit tamen
vnquam ratio cur timeamus. Etſi namque pro-
miſſum iſtud Eccleſiæ fecit, ſéque illam perpe-
tuò ſeruaturam recepit, nulli tamen genti præ
cæteris fidem obligauit. Olim quidem cum

Arca cum Euchariſtia comparatio.

TRANSLATA EST GLORIA DE ISRAEL.

Euangelij fœdere nulli ſe populo Deus præ cæteris addixit.

ſola Iſraelitarum familia fœdus inierat, & terræ promiſſæ finibus Synagogam incluſerat: at recentior Euangelij pactio omnium eſt; Eccleſiam cunctis gentibus ſpopondit, omnibus offert: ſi qui verò tanta ſe gratia indignos præſtiterint, ab iis transfert ad eos qui futuri ſunt meliores. Quocirca vereri debemus vehementius, ne illam à nobis auferat, de qua, ſi verum fateri volumus, dudum malè meriti ſumus. Iræ atque indignationis diuinæ oſtẽſiones manifeſtę ſunt: A pluribus iam locis arca nobis erepta eſt, non illa quidem inauratis compacta tabulis, & ad menſuram manna referta: ſed quæ corpus ipſum dominicum cõtinet, quod verè cœleſtis cibus eſt, & manna diuinum, ab ipſa quondam arca ceu typo atque figura ſignatum. Ligneæ illius amiſſio, principum violenta morte, ac penè totius gentis internecione vindicata eſt: at ſi hanc nos quoque amiſerimus, non poterit aliter, quàm æterna damnatione piari.

TRANSLATA EST GLORIA DE ISRAEL.

CAPVT QVINTVM.

PHILISTHIIM autem tulerunt arcam Dei, & aſportauerunt eam
à Lapide adiutorij in Azotum. 2 Tulerúntque Philiſthiim ar-
cam Dei, & intulerunt eam in templum Dagon, & ſtatuerunt eam
iuxta Dagon. 3 Cúmque ſurrexiſſent diluculo Azotij altera die,
ecce Dagon iacebat pronus in terra ante arcam Domini: & tule-
runt Dagon, & reſtituerunt eum in locum ſuum. 4 Rurſúmque
manè die altera conſurgentes, inuenerunt Dagon iacentem ſuper
faciem ſuam in terra coram arca Domini: caput autem Dagon, & duæ palmæ ma-
nuum eius abſciſſæ erant ſuper limen: 5 porrò Dagon ſolus truncus remanſerat in
loco ſuo. Propter hanc cauſam non calcant ſacerdotes Dagon, & omnes qui ingre-
diuntur templum eius, ſuper limen Dagon in Azoto, vſque in hodiernum diem.
6 Aggrauata eſt autem manus Domini ſuper Azotios, & demolitus eſt eos: & per-
cuſſit in ſecretiori parte natium Azotum, & fines eius. Et ebullierunt villæ & agri in
medio regionis illius, & nati ſunt mures, & facta eſt confuſio mortis magnæ in ciui-
tate. 7 Videntes autem viri Azotij huiuſcemodi plagam, dixerunt: Non maneat
arca Dei Iſraël apud nos: quoniam dura eſt manus eius ſuper nos, & ſuper Dagon
Deum noſtrum. 8 Et mittentes congregauerunt omnes ſatrapas Philiſthinorum
ad ſe, & dixerunt: Quid faciemus de arca Dei Iſraël? Reſponderúntque Gethæi: Cir-
cumducatur arca Dei Iſraël. Et circumduxerunt arcam Dei Iſraël. 9 Illis autem
circumducentibus eam, fiebat manus Domini per ſingulas ciuitates interfectionis ma-
gnæ nimis: & percutiebat viros vniuſcuiuſque vrbis, à paruo vſque ad maiorem, &
computreſcebant prominentes extales eorum. Inierúntque Gethæi conſilium, & fe-
cerunt ſibi ſedes pelliceas. 10 Miſerunt ergo arcam Dei in Accaron. Cúmque ve-
niſſet arca Dei in Accaron, exclamauerunt Accaronitæ, dicentes: Adduxerunt ad
nos arcam Dei Iſraël, vt interficiat nos & populum noſtrum. 11 Miſerunt itaque &
congregauerunt omnes ſatrapas Philiſthinorum: qui dixerunt: Dimittite arcam Dei
Iſraël, & reuertatur in locum ſuum, & non interficiat nos cum populo noſtro. 12 Fie-
bat enim pauor mortis in ſingulis vrbibus, & grauiſſima valde manus Dei. Viri quo-
que, qui mortui non fuerant, percutiebantur in ſecretiori parte natium: & aſcendebat
vlulatus vniuſcuiuſque ciuitatis in cœlum.

Digitized by Google

Philisthiim tulerunt arcam Dei.

Versus 1.

Philiſthiim autem tulerunt arcam Dei, & aſportauerunt eam à Lapide adiutorij in Azotum.

Azotus. Herodot.

In *Azotum.*] De Azoto nonnulla Herodotus lib. 2. Pſammitichus, inquit, in Ægypto quatuor & quinquaginta regnauit annos: per quorũ vndetriginta magnam Syriæ vrbem obſidens oppugnauit, donec expugnauit. Hæc eſt Azotos, quæ diutiſſimam inter omnes vrbes duntaxat (quas nouimus) ſuſtinuit obſidionem. Hæc Herodotus. At ea ſæpius poſtea à Machabæis fratribus breuiſſimo tempore capta & incenſa eſt, vt teſtatur eorundem hiſtoria lib. 1.

Tulerunt *arcam, & aſportauerunt.*] Narrat idem Herodotus l. 5. quòd, cùm olim Athenienſes idola Damiæ & Auxeſiæ, quibus Æginetæ ſacra faciebant, ab illis ad ſe transferre vellent, ſuis ſedibus amouere non potuerint: itaq; funibus circundata trahere cœpiſſe: verùm extẽplo cœlum tonitru tremuiſſe, & terram horrendum in modum concuſſam fremuiſſe, ipſos autem in furorem actos mutuis ſeſe vulneribus concidiſſe, vno dũtaxat ſuperſtite: quem tamen reducem Atticæ mulieres non diſſimili amẽtia fibularum aculeis cõfecerint. Palladium Troię Græci dextris auibus rapuerant: at non impunè C poſtea tulerunt: ſiquidem penè omnes naufragio, aut terra marique variis erroribus acti, conſumpti ſunt. Tanti ſemper fuit vim feciſſe numini, aut quod eſſe numen crederetur. Veruntamen, cùm apud omnes cõſtaret, non ante populum quemquam vinci, aut ciuitatem expugnari poſſe, quàm diuino præſidio deſtituerentur, idcirco gentes omni ſtudio, vi, dolis, votis, incantationibus, aduerſariorum numina, quibus eorum res ſtare ac niti putabatur, abducere, atque ad ſuas partes pertrahere contendebant. Quare, cùm Virgilius exſcindi Pergama, ſpemque omnem retinendi imperij periiſſe ſignificare vellet, aufugiſſe Deos memorat;

Credita ſemper numinis præſentia vrbibus eſſe præſidio; fuga, ruina.

Virgilius.

Exceſſere omnes adytis, ſacriſque relictis
Dij, quibus imperium hoc ſteterat.

Liuius.

Veientium quoque vrbem tutelares Deos deſeruiſſe Liuius ſcribit lib. 5. ſed hoc facta euocatione: D cuius ritus à Sammonico Sereno deſcriptos l. 5. Rerum reconditarũ ex Furio quodam, refert Macrobius l. 3. Saturnal. Conſtat, inquit, omnes vrbes in alicuios Dei eſſe tutela, moremque Romanorum arcanum, & multis ignotum fuiſſe, vt, cùm obſiderent vrbem hoſtium, eamque iam capi poſſe confiderent, certo carmine euocarent tutelares Deos: quod aut aliter vrbẽ capi poſſe non crederent: aut etiam ſi poſſet, nefas exiſtimarent Deos habere captiuos. Nam propterea ipſi Romani, & Deum, in cuius tutela vrbs Roma eſt, & ipſius vrbis latinum nomẽ ignorum eſſe voluerunt. Quod autem refert ex Furio carmen, quo dij euocarentur, cum ciuitas obſidione cincta erat, tale eſt. Si Deus, ſi Dea

Macrobius.

A eſt, cui populus ciuitáſque Carthaginenſis eſt in tutela, téq; maximè ille, qui vrbis huius populique tutelam recepiſti, precor, veneror que veniamque à vobis peto, vt vos populum, ciuitatemque Carthaginienſium deſeratis: loca, templa, ſacra, vrbemque eorum relinquatis, abſque his abeatis: eique populo ciuitatiq; metum, formidinem, obliuionem iniiciatis: proditiq; Romam ad me meoſque veniatis: noſtraque; vrbis loca, templa, ſacra, vrbs acceptior probatiorque ſit: mihi quoque populoq; Romano, militibuſqoe meis præpoſiti ſitis, vt ſciamus, intelligamuſque. Si ita feceritis, voueo vobis templa, ludoſque facturum. Id confirmat ex Verio Flacco Plinius l. 28. Natural. hiſtorię, c. 2. Priſci itaque, eum quibus bellum gerebant, non modò armis B vincere ſtudebant: ſed etiam diis eorum præcipuè inſidiabantur, non ante bellum confectum partamque victoriam rati, quam eoſdem clam proditione ſurriperent, aut prece & votis ſibi conciliarent. Lepida eſt planè fabula quã fingit Appion apud Ioſephum, l. 2. aduerſus eundem. Iudæos, dum ſtudent Idumæorum Deũ ad ſuas partes trahere, dolo cuiuſdam Zabidi proprium amiſiſſe. Adornauit autem inuentum à ſe mendacium ploribus verbis. Nam dum bellũ Iudęi contra Idumæos haberent longo quodam tempore, quendam ex aliqua ciuitate Idumæorum, qui in ea Apollinẽ colebat, veniſſe ait ad Iudęos, cuius hominis nomen dicitur Zabidus: deinde eis promiſiſſe, traditurum ſe eis Apollinẽ Deum Dorenſium: ventutumque illum ad noſtrum C templum, ſi omnes aſcenderent, & abducerent omnem multitudinem Iudæorũ. Zabidum autem feciſſe quoddam machinamentũ ligneum, & circumpoſuiſſe ſibi, & in eo tres ordines infixiſſe lucernatũ, & ita ambulaſſe, vt procul ſtantibus appareret, quaſi ſtella per terrã iter agens. Porrò Iudæos inopinabili viſione obſtupuiſſe, & longè conſtitutos tenuiſſe ſilentium: Zabidũ verò multa quiete ad templum veniſſe, & aureum detraxiſſe aſini caput (ſic enim vrbanè cõſcribit) & turſus Doram velociter aduenitſe.] Hoc quãquam veriſſimis rationibus, quoad hiſtoriam attinet, Ioſephus refellit, inde tamẽ apparet, multorum illam fuiſſe opinionem ac cõſuetudinem, Deos ſubducendi iis, quibus exitium pararẽt, haud ſecus opprimi poſſe credentes, quàm ſi diuino præſidio orbarentur. Orbari D verò tum confidebãt, cùm numina loco abſcederent, de diis ſcilicet humano more iudicãtes, quos certis quibuſdam ſpatiis adeſſe & abeſſe opinabantur. Verùm hæc opinio naturæ diuinæ magnitudine atq; immenſitate prorſus indigna eſt. Eſt tamen alia quædam numinis abſentia, quam, ſi noſtro ſcelere contingat, rebus noſtris non dubites perniciem allaturam. Ea autem eſt diuini numinis ira atque indignatio, cùm iuſtè ſuccenſet hominum flagitiis prouocatus. Quemadmodum enim, quos beneficiis fouet, iiſdem adeſſe dicitur: ita quos meritis ſuppliciis exercet, ab iiſdem abeſſe creditur. Cùm enim proprium eius ſit benè omnibus velle atque conſulere, ſi cui ſecus accidat, occaſione eiuſdem abſentiæ euenire conquerimur. Cæterùm quibus adeſt propitium numen, eos vtique ma-

Plinius.

Ioſephus.

Qua ratione Deus præſens, aut abſens eſſe dicatur.

net victoria: at qoos offenſus deſerit, his malorum impēdet ἵλεως. Quamobrem ſapienter, mea quidem ſententia, Achior dux Ammon, Iudith. 5. Holophernem monuerat, priuſquam manus cum Iudæis conſereret, quæreret ſedulò, num in Dei offenſionem odiumq; incurriſſent. Nam ſi ab eius cultu ac legibus receſſiſſent, fore, cùm ab illis abeſſet, vt minimo negotio vincerentur: at ſi religioſè hactenus eum obſeruaſſent, nec vllo nefario ſcelere ſe polluiſſent, cùm præſens & dexter adeſſet, nulla vi, nullo robore poſſe ſuperari. Sennacherib autem rex Aſſyriorum, cùm fiduciam, quam in Domino Iudæi collocarant, labefactare vellet, populum niſus eſt inducere ad credendum, Ezechiam regem aris dęmonum euerſis, luciſque ſucciſis, Deum grauiter offendiſſe, ſe verò authore atque adiutore Deo ad demoliendam ciuitatem contuliſſe: inde enim ſequi videbatur, vt ipſe quidem ſuperior euaderet, Ezechias aotem ſua ſpe fruſtratus occumberet. Nam ea demum eſt vera Dei præſentia, quæ nos inuictos præſtat, eiuſdem fauor ac beneuolentia; illa ſola abſentia, quæ rebus noſtris interitum affert, eius volontatis alienatio. Sacra autem religionéſque ſuis adytis ac locis per vim eruere, & ad ſe transferre, non efficiunt Deum votis hoſtium præſentiorem, quin potius eo ſacrilegio violatus, magis alienatur animo, & vehementius ira excandeſcit, eoſque acerbius vlciſcitur: quemadmodum de Philiſthæis olim experientia compertum eſt.

Patientia docetur.

Cæterùm quæret aliquis, quî tandem Deus paſſus ſit arcam fœderis ſui à profanis captiuam duci, ſéque in illa tanquam in triumphum agi. Nimirum, vt ſuo nos exēplo doceret, hoſtium noſtrorum inſolentiam ac ſuperbiam ęquo animo pati. Ad hunc ferè modum Tertullianus li. de Patientia, c. 2. Nobis, inquit, exercendæ patientiæ aothoritatem, non affectatio humana caninæ æquanimitatis ſtupore formata, ſed viuæ ac cœleſtis diſciplinæ diuina diſpoſitio delegat, Deum ipſum oſtendens patientiæ exemplum: iam primùm qui florem lucis huius ſuper iuſtos & iniuſtos ęqualiter ſpargit: qui temporum officia, elementorum ſeruitia, totius geniture tributa dignis ſimul & indignis patitur ſimul occurrere, ſuſtinens ingratiſſimas nationes, ludibria artium & opera manuum ſuarum adorantes, nomen cū familia ipſius perſequentes, luxuriam, auaritiam, iniquitatem, malignitatem quotidie inſoleſcentem, vt ſua ſibi patientia detrahat: plures enim Dominum idcirco non credunt, quia ſęculo iratum tandiu neſciunt. Hæc Tertullianus.

Tertull.

VERSVS 2.

Tulerúntque Philiſthiim arcam Dei, & intulerunt eam in templum Dagon, & ſtatuerunt eam iuxta Dagon.

Vermilius.

VERMILIVS: Palæſtini captiuam arcam ſuo Dagoni ſiſtunt, tanquam Ioui Feretrio ſpolia opima. Romani olim parta inſigni victoria, gratulationes & ſupplicationes ad omnia templa Deorum ſolebant decernere. Impetator aotem in triumpho magna pompa vehebatur in Capitolium, vt ibi Ioui gratias ageret. Ita Palæſtini ac ſi non modò Hebræos, verumetiam Deum illorum debellaſſent, captiuam arcam detulerunt ad templum Dagonis. Longè aliter Fabius Maximus egit: qui, cùm Tarentinos expugnaſſet, Deos tamen illorum oon attigit, & rogatus quid ſtatueret de illis, ait: Relinquamus eos Tarentinis ſuis iratos. Hęc Vermilius. Nos de his præcedenti capite quid fieret ex Pauſania docuimus. Non ſolùm autem ſimulacra, arma, vexilla, & trophæa diis dicare poſt victoriam ſolenne fuit apud antiquos, ſed etiam prædæ partem ſelectam templis ac ſacerdotibus offerebant. Teſtis Xenophon in Cytopædia. Is enim ad calcem lib. 4. ante ſpoliotum partitionem Medos affuiſſe memorat, qui ſe ſilentio dixerunt düs partem ſepoſuiſſe, & Magis tradidiſſe. Et lib. 5. Cyrus iubet diis partem ſeligere, tum exercitui: reliqua Gobriæ concedit, qui eos hoſpitio ſuſceperat.

Xenoph.

ET *ſtatuerunt eam iuxta Dagon.*] Nimirum tanquam in anathema Deo ſuo, & in teſtimonium acceptæ ab eo victoriæ, quæ Dei maxima eſt contumelia. Sed Dei vtique permiſſu ac voluntate factum eſt, dum mauult aliis potius quàm ſuis ludibrio eſſe. S. Iſidorus Peluſiota libr. 3. Epiſtola 405. quæſtioni à Palladio Diacono propoſitæ reſpondens, ait: Quoniam per literas ex me quæſiuiſti, quidnam illud ſibi velit, *Propter vos nomen meum blaſphematur*, hoc reſpondeo: Qoòd, quia Iudæi cùm peccabant, in captiuitatem abducebantur, qui autem eos captiuos abducebant, non diuinæ iræ, ſed ſimulacrorum ſuorum potentiæ victoriam aſcribentes, rerum omnium præpotentem dextram imbecillitatis damnabant, eam ob cauſam his verbis vſus. Authores enim erant dum peccarent, atque hoſtibus dederentur, huiuſmodi opinionis ac blaſphemiæ.] Hæc S. Iſidor. Propterea igitur nonnunquam illis parcitum eſt, & pœna remiſſa, quamuis admodum mererentur; *Ne forte*, vt cecinit Moyſes in Cantico, *ſuperbirent hoſtes eorum, & dicerent manus noſtra excelſa, & non Dominus fecit hæc omnia.* Nam, vt de cæteris taceam, üdem iſti Palæſtini, cùm olim Samſon fraude circumuentum vinxiſſent, vnà omnes conuenerunt magnificas hoſtias Dagon Deo ſuo immolaturi, & epulaturi ſplendidè pro acceptæ magnitudine lætitiæ, dicentes: *Tradidit Deus noſter inimicum noſtrum Samſon in manus noſtras.* Quod etiam populus videns, vt narratur Iudic. cap. 16. *Laudabat Deum ſuum*, eademque dicebat. Verùm lodente Samſon citò ruina oppreſſi ſunt: tametſi tanta clade affecti ne in poſterum quidem furere deſierunt. Romani denique arca denuò triumphata, ſeu potius reliqua ſacra ſupellectile, numinis manubias dæmonibus conſecrarunt, & iiſdem victoriam adſcripſerunt. Vnde & eos eſſe veros Deos aſſerebant, qui ſuis opitulari & vellent & poſſent: quorum tamen cæcam demeotiam egregiis rationibus Tertullianus confutat in Apolegetico c. 25. quas ego referā, quoniam non ſemel olim quæſitum eſt, & adhuc à nonnullis quæritur.

S. Iſid. Pel.

Propter vos nomen meū blaſphematur inter gentes.

An cùm victoria penes eos ſtat, quorum vana eſt religio, eadem falſis numinibus aſcribi poſſit.

Tertullian.

QVONIAM Romani nominis, inquit Tertullianus, propriè mentio occurrit,
non omittam congreſſionem quam prouocat illa præſumptio dicentium, Romanos
pro merito religioſitatis diligentiſſimæ in tantum ſublimitatis elatos, vt orbem occuparint,
& adeò Deos eſſe, vt præter cæteros floreant,
qui illis officium præter cæteros faciant. Oppugnat autem ſtolidam hanc opinionem argu-
B mentis ſeptem, quæ mox ordine deſcribemus.
Nam primò quidem, ſi iſta merces Romanis à
diis pro gratia expenſa eſt, Sterculius & Muti-
nus, & Larentina prouexit imperium. Peregrinos enim Deos non putem extraneæ genti magis fautum voluiſſe quàm ſuæ, & patrium ſolium, in quo nati, adulti, nobilitati, ſepultique
ſunt, transfretanis dediſſe. At illi nempe quàm
2. ridiculi. Deinde Iupiter Cretæ potius ſtuduiſſet quàm Latio, neque enim Romanus eſt, ſed
Cretenſis, Iuno Carthagini, de qua Virgilius:

Non pro merito profana religioſitatis Romanum Imperium incrementum accepiſſe, ſeptem rationibus oſtenditur. 1. argument.

Hoc regnum Dea gentibus eſſe,
3. *Si qua fata ſinant, iam tum tenditque fouetque.*
Tertiò arguitur ex conceſſione eorum: fato
ſtat Iupiter ipſe. Ergo non illi Dij, nec eorum
C religio incrementi ratio fuit. Fatis coacti in im-
4. perium veſtrum conſenſere. Quartò, Plures,
inquit, Deos veſtros regnaſſe certum eſt. Igitur, ſi conferendi imperij tenent poteſtatem,
cum ipſi regnarent, à quibus acceperant eam
gratiam? Quem coluerat Saturnus & Iupiter?
Ergo aliorum eſt regnum dare, quia regnabatur multò ante quàm iſti Dij inciderentur.
5. Quintò, ſed quàm vanum eſt præterea faſtigium Romani nominis religioſitatis meritis
deputare, cùm poſt imperium adhuc religio
profecerit? Et iterum ca. 26. Quid erratis? prior
eſt quibuſdam diis ſuis ſylueſtris Roma: ante
regnauit, quàm tantum ambitum Capitolii ex-
D trueretur. Regnauerunt & Babylonii ante Pōtifices, & Medi ante Quindecim-viros, & Ægyptii ante Salios, & Aſſyrii ante Lupercos, &
6. Amazones ante virgines Veſtales. Atqui quomodo ob religionem magni, quibus magnitudo de irreligioſitate prouenit? Ni fallor enim
omne regnum vel imperium bellis quæritur, &
victoriis propagatur. Porrò bella & victorię captis & euerſis plurimum vrbibus conſtant. Id
negotium ſine Deorum iniuria non eſt. Eædem
ſtrages mœnium & templorum, pares cædes ciuium & Sacerdotum, nec diſſimiles rapinæ ſacrarum diuitiarum & profanarum. Tot igitur
ſacrilegia Romanorum quot trophæa: tot de
diis quot de gentibus triumphi: tot manubiæ,
quot manent adhuc ſimulachra captiuorum
Deorum. Certè non poteſt fidei conuenire, vt
religionis meritis excreuiſſe videantur, qui, vt
ſuggeſſimus, religionem aut lædendo creuerūt,
aut creſcendo læſerunt. Etiam illi quorum re-
A gna conflata ſunt in imperii Romani ſummam,
cùm ea amitterent, ſine religionibus non fuerunt. Porrò quomodo ij regna tribuere credē-
7. di ſunt, qui eadē tueri minimè potuerūt? Nolite,
inquit impius Rabſaces 4. Reg. cap. 18. *audire
Ezechiā, qui vos decipit, dicēs: Dominus liberabit nos.
Nūquid liberauerunt dij gentium terrā ſuā de manu
regis Aſſyriorum? Vbi eſt Deus Emath, & Arphad?
vbi eſt Deus Sepharuaim, Ana & Aua? numquid liberauerunt Samariā de manu mea?* hoc eſt Sennacherib, nam eius nomine loquebatur. Et iterum
cap. 19. in litteris Sennacherib ad Ezechiam:
*Numquid liberauerunt dij Gentium ſingulos, quos
vaſtauerunt patres mei, Gozan videlicet, & Haran,
& Reſeph, & filios Eden, qui erant in Thelaſſer?* cui
reſpondet Ezechias apud Dominum: Verè Do-
B mine diſſipauerunt reges Aſſyriorum Gentes,
& terras omnium, & miſerunt Deos eorum in
ignem: non enim erant dij, ſed opera manuum
hominum ex lapide, & ligno, & perdiderunt
eos. Illi igitur, cùm non modò regna ab interitu, ſed ne ſeipſos quidem ab incendio tueri potuerint: quomodo ſceptra & imperia pro ar-
8. bitratu ſuo conferre credendi ſunt? Accedit
poſtremò, quod ſi Romanæ religiones regna
præſtent, nunquam retrò Iudæa regnaſſet, deſpectrix communium iſtarum diuinitatum:
cuius & Deum victimis, & templum donis, &
gentem fœderibus aliquandiu Romani honoraſtis: nunquam dominaturi eius, ſi Deo non
deliquiſſet vltimò in Chriſtum.] Propterea
igitur Tertullianus ſolum Deum, vnicum ac
C verum, regnorum potentem inſinuat, & ait: Videte, ne ille regna diſpenſet, cuius eſt Orbis qui
regnatur, & homo ipſe qui regnat: ne ille vices
dominationum ipſis temporibus in ſæculo ordinarit, qui ante omne tempus fuit, & ſęculum
corpus temporum fecit, ne ille ciuitates extollat, aut deprimat, ſub quo fuit aliquando ſine
ciuitatibus genus hominum.]

Autor regnorum Deus.

IVXTA *Dagon*.] De idolo Dagon, inquit
Vermilius, Hebræi perhibent, quòd habuerit
ab vmbilico ſurſum verſus humanam formam,
infra verò fuerit inſtar piſcis. nam vocabulum
דג *dagh* Hebræis piſcem ſignificat. Erat fortaſſe Neptunus, aut alius neſcio quis diabolus.
D Cicero in 3. de Natura Deorum, Syros ait piſcem coluiſſe. Palæſtinam verò in Syria eſſe, nemo eſt qui ambigat. Cur autē piſcem pro Deo
habuerint prorſus me latet. Eò dementiæ venerant nationes, vt brutas animantes Dei loco
venerarentur, ſiquidem Ægyptij feles, mures,
boues, crocodilos, & propemodum omne genus belluarum adorabant, & ſicut Paulus docet, *Gloriam Dei commutauerant in ſimilitudinem
volucrum, & ſerpentum*. Et cùm ipſi degeneraſſent in beſtias, beſtias quoque colere ſtudebāt.
Hactenus Vermilius.

Vermilius.

Cicero.

De idolo Dagon.

Annius de eodem Dagone. Phorcus, inquit,
Læſtrigonis frater detulit per mare colonias, vt
Beroſus docet. Ob id Phorcum Deum maris
loquax Græcia fecit. Fuit huic cognomen Pottitor Latinè, Potthmeus Græcè, & Dagutus
Aramicè, id eſt piſcis porcus. Nam piſcem Dagon, vtum verò porcum Aramæi dicunt, vt exponunt periti Thalmudiſtæ. Dagutus ergo

Ion. Ann.

piſcis porcus, id eſt Delphin. Nam ob peritiam nauticam, & aſſiduam nauigatiooem figuratè dictus eſt Delphin ille Phorcus. Hæc fabulatot Annius. Verùm ſibi ipſi non conſtat. Nam alibi Deorum choto exemptum inter fœminea numina collocat. Docent, inquit, ſacræ literæ hæc duo; primum, Deam Aſcalonitarum eſſe Dagō, Hebræa lingua dictam, quam iidem Hebræi piſcem interpretantur, &c. Sed hoc planè falſum eſt.

S. Hieron. Tametſi enim S. Hieronymus Eſaiæ cap. 46. verſ. 1. quo loco Septuag. pro nebo, quod eſt in Hebræo, Δαγὼν reddiderunt, Dagonem ſcribat idolum fuiſſe Aſcalonis, Gazæ, & reliquarum vrbium Philiſthiim: non tamen hoc tanquam Scripturæ teſtimonio fretus aſſeruit: ſed veriſimili coniectura ductus, quòd qui Azoti coleretur, non videretur alienus à reliquis. Alioquin enim & Iud. cap. 16. cùm Samſon Gazæ teneretur in vinculis, & Dagoni ſolennes hoſtiæ fierent, epulæque libarentur, quo tempote diſiectis columnis Palæſtinos ruinarum mole oppreſſit, non abs re videri poteſt eundem Gazæ templum habuiſſe. Sed tametſi fieri potuerit, non tamen neceſſe eſt credere. Nam qui è valle Sorec antea vinctus Gazam perductus eſt, potuit etiam tum ob ſolennes epulas, ludos, & ſacrificia Azotum perduci.

Diodorus. Nititur autē potiſsimùm Annius autoritate Diodori Siculi, qui lib. 3. meminit Deæ Aſcalonitarum, quam Δερκετὼ vocat, quæ Semiramidem peperit, & pudore ſuffuſa, ac doloris impatiēs, in vicinam paludem irruit; vbi, ſi credere fas eſt, in Deam conuerſa eſt. Inde ſtagni piſcibus Aſcalonitæ abſtinent, ipſa verò biformi ſpecie piſcis & mulieris templo illata eſt. Nomen ipſum Dercetis, ſi Annio credimus, ſemipiſcem denotat.

L. Gyrald. Scaliger. Eadem penè L. Gyrald. de Diis lib. 1. & Scaliget in Coniectaneis in Varronē. Veruntamen nullibi legimus in Scriptutis Dagon Deam vocari, ſed vbique Deum. Maſcula autem numina à muliebribus nonnullo diſcrimine diſtincta fuiſſe, nemo ignorat. Ipſum verò Deum habitum non modò hinc colligitur, ſed etiam ex cap. 16. Iud.

Nic. Serarius. Reſpondet Nicolaus Serarius in cap. 16. Iudicum, Quæſt. 23. Deorum nonnullos fuiſſe ἀρσενοθήλεις ϗ γυνάνδρεις, vt lib. 1. c. 12. refert Horapollo.

Macrobius. Talis apud Macrob. 3. Saturnal. cap. 8. Venus Almus, non alma, cuius in Cypro barbatum ſignum colebatur. Sed nihil ad Dagonem, niſi pariter de eo probetur. Neque enim temerè à vulgari modo loquendi abſque certa ratione diſcedendum eſt. Deiode nomen ipſum דגון Dagon, maſculini eſt generis, nec debet ſexui fœmineo tribui; vt etiam

Ioannes Seldenus. fatetur Ioannes Seldenus, qui conttariam ſententiam ſequitur, & eam ſexcentis teſtimoniis fruſtra aſſerere conatus eſt, de Diis Sytis, Syntagm. 2. cap. 3. Nam & Hehraica exemplaria in eo genere vtuntur; & Septuag. itidem vertunt, Δαγὼν, πεπτωκὼς ἐπὶ πρόσωπον αὐτοῦ. Et Philo Biblius Δαγὼν, ὅς ἐστι Σίτων. Poſtremò, nuſquam legitur, vt arbitror, in ſacris literis, Dagon non modò Deam, ſed quodcunque numeo Aſcalonitarum fuiſſe. Tametſi enim ille Azoti templum habuerit, quod incendit Ionathas 1. Machab. 10. & ab Azotiis pro Deo cultus eſt, &

A illi inter Philiſthæos non poſtremo loco cenſerentur, non tamen neceſſe eſt, parem apud reliquos religionem obtinuiſſe. Habuit priuatim vnaquæque ciuitas ſua numina, vt patet de Accaronitis, qui & ipſi Philiſthæi erant. 4. Reg. cap. 1. Hi namque præ cæteris Beelzebub addicti erant, ad quem coosulendum Ocbozias rex Iſraël fertur aliquando miſiſſe. Cæterùm, verum eſt Dagon, ſi à radice דגה dagah oriatur, piſcem poſſe ſignificare.

Marc. Marinus. Melius tamen putat Marcus Marinus in arca Noe, ſi à דגן dagan deriuetur, vt ſit Dagon tanquam frumenti Deus, quo nomine Ceres à reliquis gentibus colebatur.

Ioannes Druſius li. 1. quæſt. 82. Cum Marino idem ſentit & Ioan. Druſius, qui pro eadem ſententia etiam teſtimonium B laudat Sanchoniathonis Scriptoris antiquiſsimi, cuius hiſtoriam Phænicum idiomate ſcriptam, Græcam fecit Philo Biblius: in qua ſic habetut: Δαγὼν, ὅς ἐστι Σίτων, Dagon qui Græcis dicitur Siton, id eſt frumentum.

Euſebius Cæſar. Huius principium fabulæ ſeu ſuperſtitionis tefert Euſebius lib. 1. de Præparat. Euang. cap. 7. ex eodem Sanchon. Vranus, inquit, ſiue Cœlus Terram ſororem vxorem dixit, ex qua quatuor filios ſuſtulit, Ilion, quem & Saturnum dicunt, & Betylum, & Dagon, qui & frumentum & frumentarius, & Atlantem. Hæc Euſebius. Quibus addit iterum, Dagon autem frumenta inuenit atque arattum, ac ideo Iupiter Arattius dictus eſt.

Fungerus in Etymol. Triling. Quæ exegeticè poſita ſunt ab Euſebio, vt Philonis dictum firmaret, ait Fungerus, C opinor ex Scaligero, cuius ante diuinationem de Dea piſce Syrotum refutauimus. Ex bis apparet de Dagone certè nihil conſtitui poſſe. Nec vero multum intereſt, qua forma dæmon Azotiis illuſerit, quando ea corporis figura ludificatos conſtat, à qua manus & pedes abſcindi potuerint. Si cui diuerſa ſententia magis placuerit, præter Scaligerum, habet Serarium, & Seldenum, qui ſitim eius expleant.

Tertullian. De idolis hæc habet Tertullianus lib. de Idolatria cap. 3. Idolum aliquandiu tetro non erat.

Idololatriā primum abſque idolis adoleuiſſe. Priuſquam huius monſtri artifices ebulliſſent, ſola templa & vacuæ ædes erant, ſicut & in hodiernum quibuſdam locis vetuſtatis veſtigia permanent: tamen idololatria agebatur, non in iſto nomine, ſed in iſto opere. Nam & hodie extra templum & ſine idolo agi poteſt. At vbi artifices ſtatuarum & imaginum, & omnis generis ſimulachrorum diabolus ſæculo intulit, D vnde illud negotium humanæ calamitaris, & nomen de idolis conſequutum eſt, & profectum: exinde iam caput facta eſt idololatriæ ars omnis, quæ idolum quoquomodo edit. Neque enim intereſt, an plaſtes effingat, an cælator exſculpat, an phrygio detexat: quia nec de materia refert, an gypſo, an coloribus, an lapide, an ære, an argento, an filo formetur idolum. Quādo enim & ſine idolo idololatria fiat: vtique cùm adeſt idolum, nihil inteteſt quale ſit, qua de materia, qua de effigie, ne qui putet id ſolùm idolum habendum, quod humana effigie ſit conſecratum.]

Plutarchus. Plutarchus in vita Numæ Pomp. centum & ſeptuaginta annis priores Romanos templa, & ſacra tuguria Diis dicaſſe abſque omni ſimulachro autor eſt Dionyſius

Dionyſ. Halicar.

Halicarnaſ. addit præterea Tarquinium Priſcum vanitate & ſtultitia Græcarum religionum, Hetruſcarumque domi imbutum, Romanos primum docuiſſe ſimulacra diis ponere. At Perſas etiam prius à ſtatuis abſtinuiſſe Herodotus ſcribit lib. 1. & ſacratiſſimum templi Iouis Beli ſacellum, apud Babylonios ſimulacro caruiſſe. Pauſanias denique in Laconicis, docet Agamemnonem templum Dianæ poſuiſſe abſque vllo idolo.

Herodot.

Pauſanias.

Porrò quàm eſſet olim uefandum iſtud crimen, & quemadmodum præter impietatis ſcelus, reliqua etiam flagitia ſuo ſinu idololatria contineret, eiuſdem lib. c. 1. Tertullianus explicat his verbis: Poſt talia crimina, tam exitioſa, tam deuoratoria ſalutis, cætera quoque ad aliquem modum, & ſeorſum proinde diſpoſita, in idololatria conditionem ſuam repræſentant. In illa & cõcupiſcentiæ ſæculi. Quæ enim idololatriæ ſolemnitas ſine ambitione cultus & ornatus? In illa laſciuiæ & ebrietates, cùm plurimum victus & ventris, & libidinis cauſa frequentantur. In illa iniuſtitia. Quid enim iniuſtius ea, quæ iuſtitiæ patrem neſcit? In illa etiam vanitas, cùm tota eius ratio vana ſit: in illa mendacium, cùm tota ſubſtantia eius mendax ſit. Ita fit, vt omnia (crimina) in idololatria, & in omnibus idololatria deprehendatur. Hactenus Tertullianus.

Tertullian. *Omnia inuna idololatria crimina reperiuntur.*

Versvs 3.

Cúmque ſurrexiſſent diluculo Azotij altera die, ecce Dagon iacebat pronus in terra ante arcam Domini: & tulerunt Dagon, & reſtituerunt eum in locum ſuum.

Vermilius. Vermilivs: Deus verus & viuus ſuam contumeliā mirabiliter vlciſcitur, & cùm exiſtimatur victus & captus, tum maximè vincit, & regnat. Dauid Pſal. 78. quum hanc rem geſtam elegantiſſimè deſcripſiſſet, ad extremum ſubiecit: *Et excitatus eſt tanquam è ſomno Dominus, tanquam potus exultans à vino.* Diſſimularat aliquandiu vim ſuam, poſtremo tamen tanquam expergefactus Dagonem ad terram deiecit, & ſuppliciis meritiſſimis Palæſtinos affecit. Vis diuina, cùm ſit perennis, vllo vnquam tempore non minuitur: quamuis numen eam non ſemper exerit: ſua certè aſſerit ſacramenta, & ſuos defendit, ſed cùm ipſi videtur commodum, habens apud ſe deſcripta momenta & tempora. Qua de cauſa prædicatur in Scripturis *adiutor*, ſed *in opportunitatibus*, quarum ſolus ipſe liberrimus eſt arbiter. Magna ſanè dignitate Deus affecit arcam, cùm ad eius circumgeſtationem Hierichontina mœnia conciderunt, & ad præſentiam eius aquæ Iordanis conſtiterunt. Cæterùm nunc multò fit illuſtrior, quamuis erat quodammodo inter hoſtes. Cecidit Dagon, quia verus Deus alium Deum coram ſe non patitur. Quemadmodum enim regnum non fert duos reges, aut orbis duos ſoles: ita natura diuina ſic vna eſt, vt geminos Deos minimè ſuſtineat. Dagon itaque humi proſtratus clarum fert vero Deo teſtimonium, & Iehouam quodammodo fatetur verum eſſe Deum. Ita etiam diaboli Chriſtum aſſerebant verum fuiſſe Dei filium. Hactenus Vermilij Commentarius.

Diuina vis perennis eſt, nec vnquam remittitur: ſed adiuuat in opportunitatibus, quas ipſe ſtatuit, non quas eligimus.

Cvmqve *diluculo ſurrexiſſent.*] Nempe qua hora ſurrexit Dominus, eadem quoque Dagon proſtratus eſt. Significat autem diluculum, tempus illud medium, quod interiacet inter noctem & diem: quod neque nox iure dici poteſt, cùm iam albeſcat vicino ſole: neque dies, cùm adhuc dubia caligo Hemiſphæ-
B rio noſtro incubet, necdum ſole ſupra horizontem exorto. Dicitur autem diluculum, quaſi parua dies. Eſt autem diei prima tempeſtas, & lucis exordium. Quid autem ſibi vult quod manicaſſe feruntur Azotij, & tum Dagonem procumbentem offendiſſe? Ita enim vertit Pagninus Num id caſu factum dicemus, vt quiuis artifex ſummo manè ad opus properans, iacentem Dagon reperiret? Sed quomodo potuit foribus clauſis, atque proſpectum arcentibus? Sed patuiſſe quorundam Deorum templa diu noctuque didicimus. Pauſanias in Atticis ædis Iunoniæ meminit abſque tecto & foribus. Probabilius tamen videtur à ſolis templi æditui, quorum domus non modò apud Hebræos, ſed etiam Gentiles, ſacris ædibus
C coniunctæ erant: Dei ſui ruinam ac dedecus primùm eſſe deprehenſum. Qua tandem occaſione, non erit difficile ſuſpicari. Hoc uanique, quorum oculos aureus arcæ fulgor præſtrinxerat, forſan ad ſacrilegium auri ſitis ante lucem euocauerat, & antequam quiſquam ex heſternæ victoriæ ebria lætitia reſpiraret, facinus occupare feſtinabant. Non abhorret protſus à veriſimilitudine ſuſpicio. Potuit tamen etiam ex more gentis ad illius idoli cultum religionemque pertinuiſſe, vt prima luce in templum conuenirent, ad auroræ exortum adoraturi: quod etiam Iudæis ex legis præſcripto olim in more poſitum fuit, & à dæmone, qui veri ſemper numinis æmulus fuit, in ſuum cultum transferri potuit ex cacozilia. Cæterùm
D hoc arguit, opinor, non paucorum, qui Chriſtiano nomine cenſentur, & gloriantur ſe ab illis tenebris emerſiſſe, pigram ſomnolentiam: quos niſi ſopor & veternus occupaſſet, erubeſcerent ſanè ſe ab iis ſtudio & diligentia vinci, quos ipſi fidei ac religionis præſtantia ſuperent: nec vltra æquo animo ferrent, plus illos dæmonibus, ex incerta opinione aliquando tribuiſſe, quàm ipſi ſummo Deo ex certa fide deferant, aut eo tempore in molli culcitra runchos ſtertere, quo illi ſuis idolis feſtos hymnos concinerent. Nec his externis exemplis immoror, quod domeſticis careamus, ſi referre libuiſſet: potui enim maiorum noſtrorum ſedulitatis refricare memoriam, & antelucanos illos conuentus meminiſſe, in quibus Chriſto carmina & laudes canebantur,

Pauſanias.

Exod. 29. Num. 28.

Adhortatio ad diligentiam.

teſtibus non ſolùm antiquis illis patribus, qui Eccleſiæ naſcentis innocentiam à Gentilium calumniis vendicarunt, ſed etiam quondam fidei noſtræ oppugnatore Plinio ſecuodo: verum poſtquam primæuæ illius pietatis ardor deferbuit, & iam penè obliuione deleta eſt, relignum erat, vt vel ſic Gentilium adhibita comparatione, quos vel ſequi piget, religionis ooſtræ hominibus ſtimulos admouerent. Id porro altera die contigiſſe memoratur, ſiue, vt vertit Pagninus, à craſtino. Dubium occurrit, quare ſcilicet iſte Dagon, quamprimum arca coram poſita eſt, tanquam fulmine ictus non corruerit. Reſpondendum videtur idcirco factum eſſe, qooniam, vt quidam ait, lento gradu ad ſui vindictam diuina procedit ira: ſed tarditatem ſupplicij grauitate compenſat: aut certè, ne ſi derepente & ad primum coonſpectum coocidiſſet, Deum quidem ſuum ab arca victum, ſe autem victores ac ſuperiores extitiſſe arbitrarentur. Idcirco vtriſque ad tempus victoria conceſſa eſt. Diluculo autem idcirco cecidiſſe inuentus eſt, vt nos doceremur, primo quoque tempore occupare victoriam, & ſerpentis caput maturè contetere, ne, ſi ſe in ſpiram contorſerit, & ſpiculum quod cauda latet, & veneno tumet, vibrauerit, intetimat. Inimici quidem vires initio debiles, & minimo negotio frangi poſſe: at ſucceſſu temporis creſcere, noſtras imminui experientia compertum eſt; ita vt periculoſiſſima ſit cum dæmone bellum gerenti mora & cunctatio, quæ ſola nos ſæpe in hoſtium poteſtatem redigit. Voluit fortaſſis etiam hoc pacto intet diem ooctemque, lucem ac tenebras diſcrimen annotari. Vocantur ſæpius à Domino dæmonia *poteſtates tenebrarum*, quibus mundum occupantibus Dagon ſtat, imò regnat, arca ducitur in triumphum: at iubare exorto collabitur. Iam verò quid tenebræ & caligo noctis magis intelligi queant quàm mentis cœcitas atque ignorantia? Ea quamdiu lucem veritatis animis noſtris denegat, tam diu Satan imperat, & in barathrum vitiorum demergit: at ſi ſemel fidei radius mentem colluſtrauerit, omnis ille errorum chorus cum ſuis tenebris euaneſcet: nec alterius dicto nobis parendum eſſe cenſebimus, quàm illius, qui luce clariſſima ſe verum eſſe Deum oſtendat, ſolumque rerum potentem, cui nulla vis aut potentia, non dolus denique obſiſtere poſſit. Animaduerte autem ſedulò, quomodo, licet arca præſente, non ante ſolio Dagon deturbatus eſt, quàm dies illuceſceret: & quomodo item illa ædes, poſt arcam in eam illatam, non deſinat templum Dagon vocari, propterea quòd ſolo proſtratus iterum ab Azotiis erigeretur. Sola Dei præſentia Satanam ſolio non deiicit. Quot videmus, ſi rem ſacramenti ſpectes, Chriſtum habere præſentem, in quibus tamen non ille præſider, ſed furioſus dæmon, qui illos pro ſua libidine exagitat, & ad omne ſcelus impellit? Quot in ſingulos dies ad aram ſummi Dei accedimus, & efficimur ſacrificij participes, nec tamen dæmonum templa eſſe deſinimus, cùm apud nos ira, furor, libido, atque auaritia, quæ extinctæ eſſe debuerant, nouis potius acceſſibus augeantur? Non igitur ſatis eſt coram Deo verſari, aut in eiuſdem conſpectu miniſtrare, niſi etiam mentem iugi meditatione excolamus, & cæleſtium rerum contemplatione illuſtremus: ſic autem fiet, vt diſcuſſis animæ tenebris, noua lux gratiæ oriatur, & dæmon ipſe ſua ſpe fruſtratus, ac diuina vi pulſus, abſcedat.

Tropologia.

DAGON *iacebat pronus ante arcam*, eo corporis geſtu, vt arbitror, nonmodò infirmitatem ſuam, ſed etiam obedientiam profitens: adorantis eſt enim ille apud veteres habitus, quo ſumma humilitas exhibetur, & ouminis ſuprema maieſtas agnoſcitur. Quod quidem noo niſi ab inuito extorqueri potuit: ſed cæleſtibus imperiis nemo etiam volens reluctatur, non homo, oon ipſe dæmoo, tametſi contumax, & ſingulari quadam voluntatis pertinacia præditus. Nuſquam non obtinet diuina voluntas, quæ ſibi ſola ſufficit, & ſolo nutu quæ ſtatuit exequitur. Cæterùm, ooo eam ſibi voluit à dæmone reuerentiam eo loco exhiberi, quòd aut ſibi neceſſaria eſſet, aut illi profutura: Deus enim nullo hoooris cultu iodiget, & grata eſſe oon potuit, quæ ab inuito præſtaretur: ſed qoòd plurimùm ea res Philiſthæis prodeſſe potuiſſet, ſi attenderent. Quomodo enim verum eſſe Deum arbitrarentur, quem humi iacentem arcæ inclinari proſpicerent? Aut quomodo non potius eum ſolum verum Deum eſſe ſtatuerent, cuius ad arcæ præſentiam, victricem manum in Dei ſui deiectione experti eſſent. Sed nihil horum illis in mentem venit, neque in animum induxerunt horum quicquam perpendere: ſed ô ſingularem dementiam! afflictum terræ alleuant, & in locum ſuum reſtituunt. Nec ſubit mentem talis vlla cogitatio, quid facimus? Num igitur nos fortiores & potentiores Deo noſtro ſumus? Ille locum ſuum tueri non potuit, nos contra erigimus. Illum igitur par eſt noſtram opem implorare, noo autem nos ab illo ſperare præſidium. Verùm quid Azotiis tantopere ſuccenſemus, cùm in nobis pariter eius dementiæ non obſcura veſtigia liceat obſeruare? Nam cùm præſens hoc ſæculum, tot tantiſque cladibus attritum, & diuinæ iuſtitiæ procellis afflictum, omni ope atque induſtria vix ægrè tuemur & fulciamus, attamen ſpes illi noſtras committimus, qui longè nobis infirmior eſt, & illius vel maximè auxilio cõfidimus non abſque ouminis iniuria, qui ne ipſe quidem ſua vi conſiſtere poteſt.

Mira Philiſtinorum ſtultitia.

ET *reſtituerunt eum in locum ſuum.*] Palæſtini, inquit Vermilius, collapſum idolum reſtituunt, opinantes aliquo caſu eueniſſe vt concideret. Ita hebes & ſtupidum eſt humanum ingenium ad opera Dei rectè conſideranda, & omnia quæ accidunt in alias potius quaſuis cauſas, quàm in Deum refert. Noctu iſta contigerunt clauſis templi foribus, ne qua ſuſpicio naſceretur, hominum id factum aſtu ſeu induſtria. Notabimus præterea, verum Deum

Vermilius.

explodere

Digitized by Google

Nulla conuentio Chriſti ab Belial.

explodere commentitium. Vnde ſtatim cùm A eſſet natus Chriſtus, omnia Deorum oracula conticoerunt, quæ antea fuerant celeberrima. Etenim cùm lux ipſa, qui Chriſtus eſt, veniſſet in mundum, tenebræ neceſſe fuit vt euaneſcerent. Et Plutarchus alioqui ſcriptor doctiſſimus, quærendo cauſam, cur ætate ſua oracula deſierint, cùm multa comminiſcatur, nihil ad rem dicit. Primùm, inquit, aliquos opinari dæmones, qui reddebant oracula, longæ quidem eſſe vitæ, mortalis attamen, &, vt refert, quod perhibent, magnum Deum Pana obiiſſe. Quare cùm dæmones iam interierint per ætatem, non eſſe qui amplius fundant oracula. Addit alios eſſe, qui opinantur diuinos illos & ſacerdotes, à qoibos reſponſa dabantur, B exhalatiooibus quibuſdam proficiſcentibus ex antris & puteis fuiſſe afflatos, & cùm illæ non potueriot eſſe perpetuæ, deſiiſſe tandem, & vnà cum illis extincta eſſe vaticinia. Addit præterea ſitui aſtrorum hæc ab aliis aſſignari, qui cùm præterierit, hæc etiam ſecum abſtuliſſe. Tradit etiam quædam alia horum conſimilia, ſed rationem minimè reddit, cur omoia vno tempore obmutuerint, vt ne vnum quidem ſuperſit. Si exhalationes in eodem loco non ſunt perpetuæ, cur non erumpunt in alio? Et aſtrorum ſitus cùm tranſierint, ſolent iidem redire: qui ſi reuertuntur, cur eadem oracula non redeunt? Et ſi dæmones vt ſtatuunt, denique C moriuntur, quare alij aliis non ſuccedunt? Eſt igitur huius euenti alia cauſa, quam Plutarchus videre non potuit, nimirum aduerſarias poteſtates à Chriſto frænatas, & idcirco ab eius aduentu omnes obticuiſſe, atque ita Ioui, Apollini, Dianæ, ac Æſculapio ſilentium eſſe impoſitum, quod futurum Prophetæ multò antea prædixerunt: quod etiam hodie videmos in regionibus Indicis Euangelium amplectentibus euenire; vbi non tantùm idololatriæ, verùm diuinationes & ficta miracula ſtatim faceſſunt. Hæc Vermilius.

Versvs 4.

Rurſumque manè die altera conſurgentes, inuenerunt Dagon iacentem ſu- D per faciem ſuam in terra coram arca Domini: caput autem Dagon, & duæ palmæ abſciſſæ erant ſuper limen.

Vermilius. Vermilivs: Reſtitutus Dagon rurſus concidit, & quidem turpiori caſu. Verus Deus cùm deprimi videtur, fortior & robuſtior excitatur: Dagon autem cum reponitur, cadit longè turpius, quàm prius: ſic etiam ſuperſtitiones, vt maiori cum pompa obtruduntur, tanto maiore dedecore ſolent euaneſcere. Dagoni ruenti amputantur manus & caput. Capite ſapientia notatur, manibus autem vis efficiendi, vt docerentur eius cultores, nihil ei aut ſapientiæ, aut virium amplius ſuperfuiſſe. Nam quicquid idola vel ſentiunt,

A vel poſſunt, id totum à diabolo accipiunt, cùm per ſeipſa nihil valeant. Vnde ipſis Eſaias pulchrè inſultauit, dicendo: *Facite vel bene vel malè, ac dicemus vos eſſe Deos.* Quod Prophetæ dictum in idola & ſtatuas referri debet, cum diabolus hominibus Deo volente & ſoleat & poſſit frequenter officere. Caput & manus idoli non modo ceciderunt, ſed vſque ad limen fani proiecta fuiſſe videntur, ad ignominiam vtique Dagonis; vt illius deiectio, ac turpis caſus magis fieret perſpicuus. Attamen Palæſtini hoc cernentes minimè reſipuerunt. Hactenus Vermilij Commentarius.

Et *caput, & duæ palmæ abſciſſæ erant.*] Scilicet, tanquam ferro exciſæ atque amputatæ B iacebant. Quanquam Deorum ſtatuæ maximè apud Ægyptios, eorumque vicinos, noo vno aliquo marmore aot robore conficiebantur: ſed totidem nonnunquam partibus quot membris compactæ, in templis dicabantur; ita vt videri poſsint membra illa Dagonis non tam ſecta aut rupta, quàm ſoluta compage à reliquo corpore vi vulſa atque diſiecta fuiſſe. Huius inuenti autores facit Diodorus Siculus lib. a. in fine, Thelедeum & Theodorum Rhici filios nobiliſsimos ſculptores, qui Sami Pythij Apollinis ſimulacrum ſculpſiſſe feruntur. Huius, inquit, ſtatoæ medietas Theledei opus fuiſſe memoratur, reliqua pars à Theodoro C Epheſi perfecta. His ſimul poſitis, ita conoeniebat, totum corpus vt ab vno artifice ſculptum videretur. Genus artis Græcis ignotum, ſed apud Ægyptios erat vſu cognitum. Nam ſoli Ægyptij non oculis totius ſtatuæ compoſitionem metiebantur, ſed dimenſione; vt ex variis multiſque lapidibus in vnum corpus ad certam menſuram redactis ſtatua perficeretur. Res profectò miranda, dioerſos artifices variis in locis ita in vnam menſuram conuenire, vt quandoque ex viginti, quandoque ex quadraginta partibus vnica ſtatua componeretur. Hactenus Diodorus. Mirum autem, cùm ait truncatos artus ſuper limine iacuiſſe, ni vicinum erat ſimulacrum foribus, aut certè limen aliquod adyti intelligit. Et forte is erat è collegio Deorum illorum, qui ianuis præeſſe creduntur. Certi enim eſſe debemus, inquit Tertullianus, ſi quos latet per ignorantiam literaturæ D ſæcularis, etiam oſtiorum Deos apud Romanos fuiſſe, Cardeam à cardinibus appellatam, & Forculum à foribus, & Limentinum à limine, & ipſum Ianum à ianua: & vtique ſcimus, licet nomina inania atqoe conficta ſint, cùm tamen in ſuperſtitionem deducuntur, rapere ad ſe dæmonia, & omnem ſpiritum immundum per conſecrationis obligamentum. Alioqoin dæmonia nullum habent nomen ſingulatim, ſed ibi nomen inueniunt, vbi & pignus. Etiam apud Græcos Apollinem θυραῖον, & Antelios dæmooas oſtiorum præſides legimus. Hæc igitur ab ioitio præoidens Spiritus ſanctus, etiam oſtia in ſuperſtitionem ventora, præcinit per antiquiſsimum Propheten Enoch, & cæt. Tertull. lib. de idololatria, cap. 15. Idolorum porrò vanam & inutilem ſpeciē, & expoſitam furū inſidiis beſtiolarumque dentibus infirmitatem,

Statuæ tot ferè tibus, quot membris compacta.

Diod. Sicul.

Tertullian.

Vana & inania rapiunt ad ſe dæmones, cùm in ſuperſtitionem deducuntur, per conſecrationis obligamentum.

Ieremias ſtylo planè diuino deſcribit ea Epiſtola, per quam abductos in captiuitatem Iudæos conarus eſt ab eorundem cultu atque adoratione abſterrere, quã refert Baruch Prophera prophetiæ ſuæ c. 6. Sed quæ tum ab eo in idola Gẽtium tela iactata ſunt, eadẽ nunc in ſacras Chriſtianorum imagines hæretici detorquent, eadẽ perpetuò exprobrant, voluntque nos pati cum Gentibus ſuperſtitione teneri. Quæ eorũ calũnia tametſi iam olim à ſanctis patribus, & Conciliis Oecumenicis exploſa eſt, & iterum ab iis, qui noſtra ætate Eccleſiæ pietatem tuẽdam ſuſceperunt, accuratiſſimè confutata, quæ magna ex parte notarunt Pamelius Comment. in c. 12. Apologetici Tertulliani, num. 184. & Bellarminus cumulatiſſimè Tomo primo controuerſiarum: nou prætermittam tamen, quin nonnulla etiam, quæ in eandem ſenteotiam me legentem reperiſſe contigit, hoc loco repræſentẽ.

Diſputatio de idolis & imaginibus.

Status quæſtionis duplex eſt: primùm enim quæritur, an liceat: deinde, ſi licet, an etiam cõducat ſacras imagines Deo ſanctiſq. ponere; ita vt meritò earum vſum cooſoetudinemq; ab Eccleſia retinendum cenſeamus. Licere oegant non tantùm hæretici, ſed etiam Muſulmani, & quicunque ſtant à parte Iudæorum: at nos contra licere aſſerimus, & ne temerè in eam ſentẽtiam conceſſiſſe videamur, prios quidem hæreticorum, ſubinde verò etiam aliorum calumnias diſcutimus, & quali quantóqoe diſcrimine imagiues ab idolis ſecernantur, autoritate celeberrimorũ profanæ religionis antiſtitum comprobamus. Poſtea, quod ſequitur etiã poſteriorem partẽ certiſſimis ratiooibus concludemus.

Vtrum liceat Dei, & Sanctorum imagines in Eccleſiis proponere, ac venerari,

Hæreticorum confutatio.

Primvm igitur, quòd ad nomen ipſum attinet, ex qno nituntur nobis parare inuidiam, ſiue idolum ſiue imaginẽ dicere libeat, hoc primùm conqueror, quòd, cùm ſe cootra imagines pugnare profitentur, non addant, quorum imagines oppugnent, Dei an Dagonis, Heroũ an Sanctorum. Eamdem iniuriam iamdudum cum illis expoſtulauit S. Theodorus Studites, dogmatice ſua de honore imaginum, quæ haberur Tomo 3. Bibliothecæ SS. Patrum. Etenim, vt ait, imaginem hominis, hominem vocant: bouis, bouem: aſini, aſinum: cameli camelum, perdicis perdicem, nec ſecus alia quæque iuxta vel cõformitatem vel difformitatem ſuæ ſpeciei, ſiue animalium fuerint, ſiue plantarum imagines: imagines verò Chriſti, Deiparæ, aut cuiuſcunque tandem Sanctorum, nullo pacto ſuſtinent nominare iuxta prototypum, aut paragogum: ſed imagines ſimpliciter, nec aliud eſſe fatentur quàm imagines: huius autem-ne ſint, an illius non addunt, vt ne comperto errore à communione abarceantur, tanta iſti redundant abſurditate atque blaſphemia. Hæc ille Sanctus. Nec immeritò. Nam

S. Theod. Studites.

1 Defenſio ab ipſa nomenclatura imaginum.

παράγωγον. deductiuum

A quomodo ſolemus aliarum rerum imagines iiſdem nominibus appellare, ita quoque Chriſti Domini & Sanctorum icones Chriſtum, aut quemlibet Sanctorum appellarent, erubeſcerent profectò iiſdem bellum indicere: ſed cùm in aliis communem omuium morem obſeruent, in Sanctorum imaginibus duntaxat appellandis à vulgari conſuetudine abhorrent: ſic planè, vt palàm appareat, non aliter cum Sanctis imaginibus bellum gerere potuiſſe, quàm ſi à communi ſenſu recederent, necante ab ea religione deſciſcere, quàm euaſiſſent rationis expertes. At longè grauior eſt eorundem blaſphemia, cùm ſuppreſſo nomine prototyporum, Chriſti & Sanctorum effigies cum idolis conferunt, & Dei beneficiorum elegantibus B picturis obſignatam memoriam, pari cum dæmonum portentis elogio condemnant. Neque enim habent Dei & Sanctorum imagines aliquid cum Gentium ſimulacris commune, neque pari à nobis & illis cultu ſuſpiciuntur. Diuerſas res non modò colimus, ſed etiã diuerſo modo. Nã de rebus quidem nulla eſt, opinor, controuerſia: Deum enim verum & viuũ adoramus, Sanctis etiã haod ſecus quàm Dei amicis honorem impertimus: illi vero ſpiritus immundos ſiue dæmonia ſuprema religione venerantur. Deinde eam adorationẽ ſimulacris impendunt: nos tametſi Dei & Sanctorum ſigna, vt pote quæ eos referant, aliqua digna obſeruãtia habeamus, adorationis tamẽ cultũ ſolis exẽplaribus, ſecundum debitã eorum analogiã tribuimus. C Eſt igitur etiã diuerſus colendi modus: nam diuerſos eſſe Tullius etiam noo ignorauit, illum audiamus. Quis tam cæcus, inquit, in cõtemplandis rebus vnquam fuit, vt non videret ſpecies iſtas hominum collatas in Deos aut cooſilio quodam ſapientum, quo faciliùs animos imperitorum ad Deorum cultum à vitæ prauitate conuerrerent, aut ſuperſtirione, vt eſſent ſimulacra, quæ venerantes, Deos ipſos ſe adire crederent? Auxerunt autem hæc eadem poetæ, pictores, opifices. Erat autem non facile agentes aliquid, & molientes Deos in aliarum formatum imitatione ſeruare. Hæc Tullius. At rogas quem modum ſequuta ſit Eccleſia? Docebit te diſtichon illud, quod Viennæ in Eccleſia D S. Mautitij, imagini ſancti Petri ſubſcriptum eſt.

2. Defenſio ab ipſa cultus ratione.

Cicero lib. de natura Deorum.

Non Petrus hæc petra. Roma Petrus & ſuper athra.

Ad formam cuius ſpecies imaginis huius.

Audis, quemadmodum imago non potatur à nobis eſſe, quod refert? Sed neque colitur quẽadmodum quod refert: neque quod refertur, parem vbique culrum obtinet, ſed inæqualem, ſecundum eiuſdem prototypi analogiã. Itaque Vuandali, cùm olim ſancti Viti imaginem Dei loco colere inſtituiſſent, eo nomine à vicinis populis malè audierunt. Hiſtoriam ex Alberto Kranrzio repetam, quam ille pluribus quidem locis explicat, potiſſimùm tamen Vuandaliæ ſuæ lib. 2. cap. 25. & lib. 5. cap. 12. Daniæ vero libro quinto capite 18. & libro ſexto capite 28. Illa porro ſic ſe habet. Sanctus Anſcharius, Corbeienſis primùm Monachus,

Albertus Krantz.

deinde Archiepiſcopus Hamburgenſis crearus, Ludouico Pio imperante, Danis Chriſti fidem prædicauit: cuius exemplum cum ſequerentur cõplures Monachi ad Vuandalos vſq; penetrarunt. Quorũ cùm maximam multitudinẽ Euangelij luce colluſtraſſent, iiſdem Monaſterij ſui patronum S. Vitum ſtudiosè cõmendabant, admonentes, ſi verè & ex animo Deum colerent, eiuſdẽ Sancti fauore ac gratia, qua plurimùm apud Deum poſſet, nõ minima beneficia conſequututos. Itaque etiam illius imaginẽ, ne tam facilè memoria laberetur, fieri curarunt, & in Eccleſiis, quas nouas excitabant, collocari. Sed cùm non eſſent Vuãdali tenaces propoſiti viri, citò ad vomitum reuertẽtes, à ſuſcepta fide defecerunt: quam cùm relinquerent abdicato ſũmo Deo, Sancti tamen effigiem, quam penes ſe habebant, idolum habere ſtatuerunt. Hoc indignè tulit ſummus Pontifex, & cùm non poſſet vllis cohortationibus perfidam gentem ab inſania reuocare, nec alia quælibet remedia proficerent, Danos iiſdem bellum inferre iuſſit. Illos itaque vicit Ericus Quintus Danorũ rex, qui regnum imperante Lothario anno 1125. auſpicatus erat: victiſque pacem ea lege fecit, vt repudiata idololatria verum Dei cultum repeterent, & collapſam religionem inſtaurarent. Fecerũt coacti quod imperatum eſt: & aſſumpta perſona pietatis, inſitam animis ſuperſtitionem tantiſper diſſimularunt, donec tutò ſe proderent. Quod vbi ſe facere poſſe abſque periculi metu ſomniarunt, ablegato ſacræ religionis Antiſtite, ſancti viri effigie per ſummam impietatem abuſi ſunt, eamdem Suantovvit appellantes. Sed & alia pleraque commenti ſunt, indigna Martyre, quibus illi nouo monſtro autoritatẽ compararent. Nam primùm quidem illud excitarunt ingenti mole corporis omni humana ſpecie auguſtius, quadruplici fronte in omnem cæli plagam contueus, attonſa cæſarie, & barba ad cutem raſa, dextra manu cornu mero plenum, arcum læua baiulans: deinde enſe quoque accinctum eſt: nec iuxta defuerunt ſella, frænum, & ocreæ, quibus ad equitandum inſtrueretur. Nam equus quoque niueus eidem alebatur, quo per noctem Vuandalicæ gentis hoſtes inſequi, ac conficere credebatur: cui rei apud infidelem populum idoli ſudor matutinus fidem conciliabat. His artibus tanta illi portento religio quæſita eſt, vt non modò Rugiani Suantovvit rem ſacram facerent: ſed nec peregrinis quidem mercatoribus antè ſuas merces diſtrahere permitterent, quàm eidem ſacrificium obtuliſſent. Quo pacto in Dania (niſi me fortè veriſimilia conſectantem coniectura fallit) tantum in eos odium publicè priuatimque ſuſceptum eſt, vt, ſi quando irati cuiquam deinceps conuitium facere vellent, illum *Ouinet* nuncuparent, ac ſi dicerẽt Viti cultorem: quo probro, nulla verbi grauior inuidia contumeliaque maledicti dudum apud eos viſa eſt, nec leuior iniuria, quàm ſi Iudæus olim Samaritanus audiret. Cæterùm id genus conuitij, cùm frequentes Dani in quemlibet aduerſarium vſurparent, etiam ſubinde apud poſteros memoria propagatum eſt, & ad hunc

Abuſus imaginũ quàm ſeuerè à nobis vindicetur.

De origine nominis Ouinet probabilis quædam coniectura.

A diem in immeritos iacitur. Tametſi enim Noruagi illi, ſiue Nortmanni veteres, & Dani, qui Neuſtriæ prouinciæ oram maritimam incolendam acceperunt: contempta fide, quam non ita pridem SS. Anſcharius, Rembertus, Vnnus, Danis, Suedis, & Nortmannis tradiderant, nec eatenus ſatis altas radices egerat, digni tanto opprobrio videri queant: poſteri tamen eorum, quos conſtat ab eo ſcelere abhorrere, vtique ſimilis contumeliæ expertes eſſe debuerant. Sed nunc eleuat ſcilicet maledicti infamiam vocis ignoratio, per quam, occaſione accepta ab idolo Suantovvit: quod ipſi tandem Dani, auſpiciis Vualdemari regis, ſancti Canuti filij, funditus euerterunt: apoſtatarum perfidia traducitur, qui à Chriſti fide ad idololatriã
B denuò deſciuerunt. Itaque non pauci nunc eam ignominiam leuiter ferunt: &, qui eos tanto dedecore afficiunt, abſtinerent vtique, ſi noſſent, ab inferenda iniuria: ſed latet vtroſque deteſtandæ vocis origo. Ex his tamen manifeſtè ſequitur, quo loco ſacras imagines maiores noſtri habendas cenſuerint: ſiquidem eos, qui Sanctorum imaginibus diuinum cultum adhibere viſi ſunt, infamia ſempiterna notarunt, & decreto Romani Pontificis, tanquam fidei deſertores bello perſequuti ſunt. Quod ſi fortè præterea noſſe velis, Sãctorum imagines quam habeant apud nos religionem, paucis te docebit S. Gregorius Magnus in ea Epiſtola, quam ad ſeruum Dei Secundinũ incluſum dedit. Imagines, inquit, quas tibi dirigendas per Dulcidũ
C Diaconum rogaſti, miſimus. Vnde valdè nobis tua poſtulatio placuit, quia illũ toto corde, tota intentione diligis, cuius imaginẽ præ oculis habere deſideras. Ab re nõ facimus, ſi per viſibilia inuiſibilia demõſtramus. Sic homo qui aliũ ardenter videre deſiderat, aut ſponſam amans videre conatur, ſi contigerit eam ad balneum, aut ad Eccleſiam ire, ſtatim per viam incedendi ſe præparat: vt de viſione eius hilaris recedat. Scio quidem quòd imaginem Saluatoris noſtri non ideo petis, vt quaſi Deum colas, ſed ob recordationem filij Dei in eius amore recaleſcas, cuius te imaginem videre conſideras. Et nos quidem non quaſi ante diuinitatem ante illam proſternimur, ſed illum adoramus quem per imaginem, aut natum aut paſſum, ſed & in throno
D ſedentem recordamur. Et dum nobis ipſa pictura quaſi Scriptura ad memoriam filium Dei reducit, animum noſtrum aut de reſurrectione lætificat, aut de paſſione demulcet. Ideóque direximus tibi ſurtarias duas, imaginem Dei ſaluatoris, & ſanctæ Dei genitricis Mariæ, beatorumque Apoſtolorum Petri & Pauli continentes, per ſupradictum filium noſtrum, & vnam crucem, clauim etiam pro benedictione à ſanctiſſimo corpore Petri Apoſtolorum principis: vt per ipſum à Maligno ſis defenſus, per cuius ſignum munitum te eſſe credis: & ex eo te protegat, qui iuuenilia ſemper ſuggerit recordari: vt in bonis actibus perſeuerans, alios in eius amore accendas. Hactenus ſanctus Gregorius, in cuius verbis non video quid meritò reprehendi poſſit. At dices, ne Gentiles quidem tam hebeti ac tardo ingenio quondam

S Gregor. Mag. lib. 7. Epiſt 53.

3. *Defenſio à fine earũdem imaginum.*

Tacitus.

fuiſſe, vt idola ipſa Deos eſſe crederent, aot adorarent: ſed illum honorem in eos, qoi referri putarentur contuliſſe. Agrippina, vt eſt apud Tacitum Aonal. 4. capite 8. cùm olim Tiberium ſibi quidem infenſum, Aoguſto autem hoſtias immolantem carperet, aſſeruit, Non eiuſdem eſſe mactare diuo Auguſto victimas, & poſteros eius inſectari. Noo in effiges mutas diuinum ſpiritum transfuſum, ſed imaginem veram, cæleſti ſanguine ortam, intelligere diſcrimen.] Mutas effigies illa vocat, ſpiritum autem diuinom io eas transfuſum negat. Non igitur credidit idola eſſe Deos. Eſto: quid illa colebat? Auguſtum, Mercurium, Iouem. An non hæc maxima diffetentia eſt, ſi cum iis, quæ à nobis honorantur, pertenderis?

De idolis priſci quid ſenſerint.

4 Defenſio petita ab ipſa qualitate ſiue natura idolorum. *S. Auguſt.*

Verum, vt noueris quæ fuerit communior Gentilium de diis ſuis opioio, quę religio, quæ fides, autotem magis idoneum citabo. Is erit Hermes Ægyptius, quem Triſmegiſtum vocant, cuius ſententiam imò & verba refert ſanctus Auguſtinus lib. 8. de ciuitate Dei, ex eiuſdem Aſclepio, quem Apuleius Latinum fecit. Sic igitur de Mercurio ſanctus Auguſtinus eiuſdem libri capite 23. Ille, inquit, Ægyptius alios Deos dicit eſſe à ſummo Deo factos, alios ab hominibus. Hoc qui audit, ſicut à me poſitum eſt, putat dici de ſimulacris: qoia C opera ſunt manuum hominum. At ille viſibilia & contrectabilia ſimulacra, velut corpota Deorum eſſe aſſerit: ineſſe autem his quoſdam ſpiritus inuitatos, qui valeant aliquid, ſiue ad nocendum, ſioe ad deſideria eorum noonulla complenda, à quibus eis diuini honores, & cultus obſequia deferuntur. Hos ergo ſpiritus inuiſibiles per artem quandam viſibilibus rebus corporalis materiæ copulare, vt ſint qoaſi animata corpora illis ſpiritibus dicata, & ſubdita ſimulacra: hoc eſſe dicir Deos facere, eamque magnam & mirabilem Deos faciendi accepiſſe homines poteſtatem. Hæc S. Auguſtin. quibus continuò verba ipſa Mercurij adiunxit, qui ait: Poteſtatem, ô Aſclepi, hominis vimque cognoſce. Dominus & pater, vel, quod eſt ſummum Deus, vt effector eſt Deorum cœleſtium, ita homo fictor eſt Deorum, qui in templis ſunt, humana proximitate D contenti. Et iterum paulò pòſt idem Triſmegiſtus, Ita bumanitas, inquit, ſemper memor naturæ & originis ſuæ, in illa diuinitatis imitatione perſeuerat: vt ſicuti Pater ac Dominus, vt ſui ſimiles eſſent, Deos fecit æternos: ita humanitas Deos ſuos ex ſui vultus ſimilitudine figuraret. Hic cùm Aſclepius, ad quem maximè loquebatur, ei reſpondiſſet atque dixiſſet: Statuas dicis, ô Triſmegiſte? tum verò ille: Statuas ioquam, ô Aſclepi, videſne quatenus ipſe diffidas, ſtatuas animatas ſenſu & ſpiritu plenas, tantáque facientes & talia: Statuas futurorum præſcias, ea quæ fortè vates omnis ignoret, in multis & variis rebus prædicentes, imbecillitates hominibus facientes, eaſque cu- A rantes, triſtitiam lætitiámque pro meritis? Hactenus ille Hermes, de quo ibidem S. Auguſtinos. Multa, inquit, talia dicit de vno vero Deo fabricatore mundi, qualia veritas habet. Et neſcio quomodo illa obſcuratione cordis ad iſta delabitur, vt diis, quos confitetur ab hominibus fieri, ſemper velit homines ſubdi, & hæc futuro tempore plangat auferri. Quaſi quicquã ſit infelicius homine, cui ſoa figmenta dominentur: cùm ſit facilius fieri, Deos colẽdo quos fecit, ne ipſe ſit homo, quàm vt per eius cultum dij eſſe poſſint, quos fecit homo. Citius enim fit, vt homo in honore poſitus, pecoribus non intelligens comparetur, qoàm vt operi Dei ad eius imaginem facto, id eſt ipſi homini, opus B hominis præferatur. Iterum apertius ex eodem Triſmegiſto Auguſtinus c. 24. Omoium enim, Hermes ait, mirabilium vicit admirationem, quòd homo diuinam potuir inuenire naturam, eamque efficere. Quoniam ergo proaui noſtri multùm errabant circa Deorum rationem increduli, & non animadoertentes ad cultum religionemqoe diuinam, inuenerunt artem, qua efficerent Deos. Cui inuentæ adiunxeruot virtutem de mundi natura conueniẽtem, eamque miſcentes: quoniam animas facere non poterant, euocantes animas dæmooum, vel Angelorum, eas indiderunt imaginibus ſanctis diuiniſque myſteriis, per quas idola, & benefaciẽdi & malè, vires habere potuiſſent. Ex quibus omnibos manifeſtè colligit S. Auguſtin. non alios fuiſſe Deos Gentilium, quàm dæmonas ſimulacris arte impia colligatos. Idola verò ipſa idcirco Deos eſſe habita, quòd iiſdem dæmones inditi eſſent, irerum vterqoe c. 26. confirmant. Hermes ait: Iſin verò Oſiris vxorẽ, qoã molta bona præſtare propitiam, qoantis ſcimus obeſſe iratam .... terrenis enim diis mundanis facile eſt iraſci: vt pote qui ſunt ab hominibus exvtraque natura facti atque compoſiti: quæ ſic explicat S. Auguſtinus. Ex vtraque natura dicit ex anima & corpore: vt pro anima ſit dæmon, pro corpore ſimulacrum. Vnde contigit, inquit Hermes, ab Ægyptiis hæc ſancta animalia nũcupari, colique per ſingulas ciuitates eorum animas, qui ea conſecrauete viuentes, ita vt eorum legibus incolantur, & eorum nominibus nuncupentur.] Hactenus Mercurius apud Auguſtinum, Cui, quandoquidem omnes fidem adhibemus, inficiari deinceps nemo poterit, D quin teſtimonio doctiſsimi ac religioſiſsimi, necnon & antiquiſsimi apud idololatras Philoſophi, idola à Gentibus numinum loco habita fuerint, & cum Sanctorum imaginibus omnino nequeant comparari. Cuius Philoſophi, Regis, ac ſacerdoris etſi verba obſcura eſſent, tamen hunc eſſe illius ſenſum Aug. interprete crederemus. Sed nullo pacto obſcura ſunt: tametſi Iãblichus ex eadẽ ſchola, Mercurio quidẽ ætate, ſed non admodũ doctrina inferior, longè manifeſtius qoid ſentiret prodidit, in eo opete, quod de ſimulacris inſcripſit. Nõ enim Iãblichus ea ſolùm idola diuina putat, & numine plena, quæ hominũ manibus occulta quadã arte fabricata ſunt: quam artem miris laudibus in cœlum fert Mercurius: ſed etiam quæcunque fundendi

Hermes Ægyptius.

Idola & ſtatuas ipſas, non imagines Deorum, ſed Deos eſſe aſſerit Mercurius.

Iamblich.

Ioannis Philoponi meminit Photius in ſua Bibliotheca in authore 215.

A arte, & ſculpendi, atque fabrili pacta mercede elabotata eſſent. Nam hæc quoque naturam excedere, & hominum opinione maiora eſſe Iamblichus ſcribit. Id quod cùm à ratione alienum eſſe cenſeret Philoponus, ſcripto contra eum libro ſummis viribus refellere conatus eſt. Sed nunc eius momenta tationum expendere noo vacar, Philoponum nil moramur: ſatis enim iam apparet, diuinum quippiam in idolis, ſupra rationem imaginum, Gentiles veneratos eſſe: quo genere nunquam poterunt cum vlla noſtra effigie conferri: non enim præter materiam & colores aliud quàm imago meta creditur: tametſi eam in gratiam protorypi religioaè obſeruemus.

B Verùm quo cerrius omnem dubitandi anſam ampotemus, iterum ſuperiora ex Apollonio Tyanæo coofirmabo: ſiquidem ille inter poſteriores Helleniſmi cultores, non minus idolorum ſtudioſus aſſertor extitit, quam vrerque prior, & quidem Mercurius inter priores. Peruenit enim Apollonios vſque ad Domitiani tempora, & aliquot ſucceſſorum eius: Iamblichus centum & quod excutrit annis eo iunior, inter Ægyptios poſtea floruit. Apollonius itaque cùm aliquando prohibitus eſſet naoim ingredi, qua traiceret in Ioniam, propterea qoòd mercator aſſererer vehere ſe Deorum imagines partim marmoreas, partim etiam eburneas, inauratas omnes: ſimul & vereri ne diis moleſtum eſſet in tanta turba traiicere, aut certè eorũdem maieſtate indignum videretur vectorum multitudine comprimi, in quibus nõnulli etiam fortaſſis impij reperirentur, quorum ſocietas grata illis eſſe non poſſet: interrogauit inquam Apollonius, num eas templis dicaturus eſſet? At ille, Nequaquam: ſed pretio vẽditurus ſum, inquit, & quæſtum inde facturus. Tum verò Apollonius hominem increpitans. Non attendis, inquit, qood pretio ſubiicis & diſtrahis Deorum numina? Alienum omnino hoc eſt ab inſtituto priorum ſtatuariorum, qui nequaquam illas in emporiis & nundinis quæſtus gratia exponebant: ſed cùm præter manus, & artis ſuæ inſtrumenta nihil prorſus ferrent, vbicunque iuxta aliquod tẽplum idoneam operi materiam nacti eſſent, Deorum imagines fabricabant: ru verò non aliter eos, quocunque ſpes lueri vocat, circumuehis, (abſit autem à me vt quid indignum eorum maieſtate proferam) quàm ſi vilia quædam mancipia ex vltima Hyrcania, aut Scythia diſtraheres, nec te rem impiam ac deteſtabilem facere ſentis. Hæc ille, & alia plura, quibus hominem à ſacrilego illo quæſtu, vt rebatur, tentabat auertere, ſatis indicans, quantum ipſiſmet imaginibus tribueret, nec alio loco idola habuiſſe quàm numinum. At verò quàm diuerſo cultu ab idolis ſanctorum memoriẹ à nobis obſeruentut, ſanctus Auguſtinus eodem libr. 8. de ciuitate Dei, cap. 26. contra Hermetem oſtendit. Quæ verò contra Hermetem ſcripſit, poſſunt illa quoque contra Vermilium, & reliquos hæreticos à nobis proferri. Hermes namque Prophetam agens, futurum prædixerat; vt terra iſta, (Ægyptum intelligit) quæ nunc eſt ſanctiſſima ſedes delubrorum atqoe templorum, ſepulcrorum fiat mortuorúmque pleniſſima. Ad hæc Auguſtinus reſpondet: Hoc viderur dolere, quòd Memoriæ Martyrum noſtrorum templis eorum delubriſque ſuccederent: vt videlicet, qui hæc legunt animo à nobis auerſo atque peruerſo, putent à Paganis Deos cultos fuiſſe in templis, à nobis autem coli mortuos in ſepulcris. Tanta enim homines impij cæcitate in montes quodammodo offendunt, reſq; oculos ſuos ferienres nolunt videre. Et c. 27. Nec tamen nos eiſdem Martyribus templa, ſacerdotia, ſacra, & ſacrificia conſtiruimus: quoniam non ipſi, ſed Deus eorum nobis eſt Deus. Honoramus ſanè Memorias eorum tanquam ſanctorum hominum Dei, qui vſque ad mortem corporum ſuorum pro veritate certarunt, vt innoteſceret vera religio, falſis religionibus fictiſque conuictis. Quis autem aodiuit aliquando Fidelium ſtantem ſacerdotem ad altare etiam ſuper ſanctum corpus Martyris ad Dei honorem cultumque conſtructum, dicere in precibus: Offero tibi ſacrificium Petre, vel Paule, vel Cypriane, cùm apud eorum Memorias offeratur Deo, qui eos & homines, & Martyres fecit, & ſanctis ſuis Angelis cœleſti honore ſociauit: vt ea celebritate, & Deo vero de illorum victoriis gratias agamus, & nos ad imitationem, &c. Hactenus S. Auguſt.

Philoſtratus vitæ Apollonij lib. 5. cap. 7.

S. Auguſt.

Quàm diuerſus Martyrum cultus à cultu Dei.

Confutatio Iudæorum.

C QVANDOQVIDEM autem ooo tantùm hæretici, ſed etiam Iudæi, & qui haberi volunt Muſulmani Mahometi ſectatores, ob vſum Imaginum Chriſtianis negotiom faceſſunt, idcirco aduerſus vtroſque legitimam defenſionem ex idoneis authoribus obiiciemus. Et primum quidem Iudæis calumniatoribus, Iudæus meliori mente præditus reſpondebit: Deinde Muſulmanus Muſulmano, authore tamen Ioanne Cantacuzeno. Fagius itaque, ſiue ille Lutheranus, ſiue Zoinglianus, ſiue erroris vtriuſque particeps, in perſcrutandis ſanè Hebræorum voluminibus acer & impiger; explicans verſ. 16. cap. 4. Deut. quem idem ad hunc modum vertit ex Onkelo: *Ne fortè corrumpamini, & faciatis vobis imaginem, aut ſimilitudinem* D *cuiuſcunque figuræ, ſimilitudinem maſculi, aut femellæ:* differit in hanc ſententiam. Ex iſto loco & ſimilibus, inquit, vbi imagines prohibentur, valdè triumphanr Iudæi contra Chriſtianos, quaſi ipſi adhuc hodie ſint populus Dei, propterea quòd planè nullas habeot imagines, Chriſtiani verò eas habẽt in templis ſuis & venerantur, ideoq; idololatras eſſe. Quibus cùm Iudæus quidam doctus ante ducentos annos, ad fidem Chriſtianam conuerſus, in libello Hebraico quem contra illos pro noſtra religione ſcripſit, quemque ipſe ſuperioribus annis Latinum factum in lucem edi curaui, non ineptè reſpondeat, cauſas pias oſtendens, cur Chriſtiani in templis ſuis imagines habeanr: putaui me pio lectori rem ooo ingratam facturum, ſi verba eius hic recenſeam, quæ in gratiam ſtudioſo-

Digitized by Google

rum lingua ſanctæ primùm Hebraicè, dein Latinè referam.] Hebraica apud eundem reperies, nam breuitatis cauſa omiſimus: horum verò ex illo tranſlatio hæc eſt. Imagines quæ in templis Chriſtianorum ſunt, non ſunt prohibitæ, eò quòd tantùm ob memoriam fiunt, ac ſtatuuntur ibidem. Similiter & adoratio quæ illis exhibetur, non eſt vetita, cùm ea non fit ea intentione, vt per eam cultus exhibeatur, ſed tantùm in memoriam rei geſtæ. Quapropter omnes Gentes adorant verum Deum. Nec Chriſtiani colunt imagines & ſculptilia, ſicut Iudæi putant, neque credunt quòd ſit in eis aliqua virtus, aut quòd poſſunt ipſis auxiliari. Quin potius ipſi adorant & colunt Deum ſuum iuxta imaginem, ſicut fecerunt ſacerdotes in domo Sanctuarij, qui adorabant & colebant Deum iuxta arcam ſanctitatis. Et adhuc in hodiernum diem nos Iudæi adoramus & confitemur coram arca ſanctitatis, quę eſt in Synagoga, in qua poſiti ſunt libri legis. Et huiuſmodi cultum non prohibet lex vllo pacto .... Habent quoque [Chriſtiani] ex lege Moſis quo nituntur, nempe id quod ſcribitur: *Et dixit Dominus ad Moſen: Fac tibi ſerpentem æneum, & pone eum ſuper ſignum, vt omnis qui morſus eſt, intueatur eum, & viuat.* Ex quo datur intelligi, quòd per hoc, quòd, qui morſus erat, ſerpentem intuebatur, viuebat: cùm tamen certum ſit nihil niſi æs fuiſſe, vt mirum ſit quomodo virtutem habuerit, eum, qui morſus erat, in vita conſeruandi. Sed hoc vult dicere Scriptura, qui à ſerpente morſus erat, is intuebatur ſerpentem, ſimul atque conſiderabat tranſgreſſionem quam fecerat, necnon & peccatum, quod contra Deum admiſerat, hinc gratiam implorabat à Deo benedicto, vt propitius eſſet ſibi atque ſanaret. Quod vbi Deus videret, quòd pœnitentiam ageret peccatorum, ſtatim miſertos eius eſt, atque ſanauit eum. Sic quoque & hìc ſe res habet: Cùm intuetur homo imagines & ſimulacra, in memoriam reuocat opera Chriſti, & Sanctorum eius, qoomodo ſcilicet ſuſtinuerit mortem, omneſque afflictiones ſuas propter hominem. Tunc ipſe homo cogitat in corde ſuo, & ſumit argumentum à maiori ad minus, ſic apud ſe inquiens. Is, qui dixit, & factus eſt mundus, perpeſſus eſt illa omnia, etſi non tenebatur vel tantillum pati, propter me tamen paſſus eſt: dignum igitur & æquum eſt, vt & ego ſuſtineam aliquid propter eum, quemadmodum & ſancti eius duodecim Apoſtoli, & Diſcipuli eius mala ſuſtinuerunt eius gratia. Ego igitur humilis & contemptus homo, cur non multò magis & ipſe perferrem aliquid eius nomine, vt reciperem ſuper me cum amore, id quod ipſe mihi imponit. Præterea omnes orationes, & cultus quos ordinarunt exhibere Sanctis ſuis, necnon & feſta quæ celebrant eis, omnia, inquam, ob id fiunt, vt commemorent innocentiam eorum, ac bona opera eorum: hoc eſt, vt Deus memor ſit propter nos innocentiæ & operum eorum, quomodo ſcilicet occiſi, mactati, ſuſpenſi, atque combuſti fuerint, propter ſanctum benedicti Dei nomen: & vt ea ipſorum innocentia adſit nobis & filiis noſtris in æternum. Quemadmodum & Iudæi à Deo petunt, vt ipſorum miſereatur propter innocentiam ſeu meritum patrum Abraham, Iſaac, & Iacob, ac reliquorum iuſtorum & ſanctorum, quorum iuſtitia ſibi adeſſe debeat. Ad hũc modum & hic ſe res habet. Per ſingulos quoque dies manè & veſpere Iudæi ita orare ſolent. Id quod videre eſt etiam apud Rab. Salomonem, qui de Iacob patre, qui ſepeliuit Rachel in via, iuxta Ephrata, in Commentario ſuo ſic ſcribit: quòd propterea fecerit, vt oraret pro filiis ſuis tẽpore quo captiuos eos abduxit Nebuzar-Adon, ſicut dicitur: Vox in Rama audita eſt, Rachel plorans filios ſuos. Poteſt quoque & hæc ſententia confirmari ex lege Moſis, nimirum ex eo quod Scriptura dicit de opere tabernaculi, *Et facies duos Cherubim aureos*, &c. Cùm tamen antea legitur in decalogo, *Non facias tibi ſculptile, & omnem ſimilitudinem.* Ex quo datur intelligi, etiam Cherubim facere, prohibitum eſſe. Apparet ergo quaſi hi loci Scripturę ſibi mutuò contrarientur. Quod tamen non eſt. Vt ergo lex ſimilitudinem quæ tantum memoriæ cauſa fit, non prohibet: ſic quoque nec hic prohibetur. Propter hanc itaque cauſam ordinarunt Chriſtiani proceſſiones habere cum imaginibus, vt ſcilicet Deus in memoriam reuocet bona opera ipſorum, & videat quomodo homo humiliet ſeipſum coram eo, vt inde concedat eis gratiam, & exaudiat preces eorum, ſimul atque remittat eis peccata ſua. Eſt & alia ratio, cur Chriſtiani ſtatuerunt in publicum prodire cũ imaginibus & ſimulacris. Cùm enim filij Iſraël reluctarentur Chriſto Domini, ita vt occiderent eum, & ſuſpenderent in ligno (quo etiam factum fuit, vt quidam populorum, qui antea credebant in eum, rurſum defecerint ab eo, ſequuti errorem Iudæorum, ſimulatque abnegantes eum cum lege ſua, quod putarent eam nihil veri & ſolidi habere.) Hinc, inquam, factum eſt, vt Chriſtiani ordinarint facere ſculptilia & imagines, necnon & picturis adumbrare, quæ cùm antè tum poſt Chriſtum contigiſſent, vt ſcilicet viderent homines ſigna Dei benedicti, & miracula eius, quæ Meſſias Domini, qui paſſus eſt propter hominem, mortuus, ſepultus, & in vitam denuo excitatus tertio die, in cœlum aſcendit cum corpore ſuo, vt videlicet homines iſthæc omnia miracula eius in memoriam reuocantes, credant in eum, ac confiteantur eum, neque iterum facilè ſequantur errantes & ſtultos, qui noluerunt omnibus iſtis fidẽ adhibere. Quin & Chriſtus Domini ſuam ipſius effigiem depingi paſſus fuit antequã ſuſpenderetur, quo ſignificauit non eſſe peccatum depingere cùm opera ipſius, tum Sanctorum eius. Hæc omnia pius ille Iudæus.

Imagines Chriſtianorum non ſunt lege prohibitæ.

Probat Iudæus ex lege Moſis vſum imaginum.

Fructus ex imaginibus.

Alia ratio ſacrarum imaginum.

Confutatio Mahumetanorum.

AGE iam debellatis Iudæis, nunc denique Muſulmanum cum Muſulmano cõnuttamus, Achæmemidem ſcilicet cum Sampſate Iſphacane, vtrumque è Perſide oriundum. Sic igitur Achęmemides, ſiue Meletius Monachus

Ioan. Cantacuzenus circa annũ 1419.

Mahometica quondam labe infectus, poſtea verò ſanctiſſima fide noſtra imburus, ſeu potius eius nomine Ioannes Cantacuzenus, prius quidem Imperator Conſtantinopolitanus, tum verò eiuſdem palęſtræ athleta non ignobilis Apologia tertia aduerſus Epiſtolam eiuſdem Sampſatis Iſphacanis: Poſt alia, inquit, crimina, quibus nos à Muſulmanis, qui Chriſtum confitemur, accuſamur, etiam in hoc ab iiſdem cõdemnamur, quòd ſanctorum adoremus imagines. Et quid adoramus? Prorſus non aliud quàm ligna, colores, & lapides. Quoniam verò omnia, de quibus accuſauerunt nos, non intellexerunt, ſed iuxta cogitationes cordis ſui dixerunt hæc omnia, idem nunc etiam fit, quòd imagines attinet. Quòd ſi verò veritatis ſtudio teneris, audi quęſo. Deus, cùm humani ingenij lubricitatem cognitã haberet, præcepit in veteri Teſtamento, vt ſacerdotes miracula ab eo edita portarẽt, eaque deſcripta ſemper à ſacerdotum penderẽt manibus, vt quotidie tam ſacerdotes quàm populus viſis miraculis Dei deſcriptis, quæ per illos contigerant, in memoriam Dei reuocarentur, Deoq; gratiarum actionem & gloriam redderent, qui illos ex ſeruitute Pharaonis liberauerat, & deuicerat reges magnos & fortes, gentesque robuſtas, quique vrbes illorum populo Iudęorum tradiderat, quin & miracula per illos in deſerto ediderat. Et factum eſt ſicut præcepit illis Dominus. Videntes enim quæ in ſacerdotum manibus ſuſpenſa erãt, Dei recordati ſunt, & illi gratias egerunt. Eadem autem imaginum eſt ratio. Depingunt Chriſti natiuitatem, baptiſmum, crucem, reſurrectionem: & viſis his turbæ hominum in Dei recordationẽ perueniunt, & meditari incipiunt, quomodo Chriſtus, cùm Deus eſſet, propter humani generis amorem carnem aſſumpſerit, & in carne paſſus ſit, quæcunque item alia Deus propter hominem fecerit: Hinc illi gratias agunt, eum extollunt & glorificant. Quod idem in imagine diuæ Virginis cõtingit, quæ filium & Verbum Dei ſecundum carnem peperit: tum quoque Martyrum & Sanctorum omnium. Et honorem imaginibus tribuimus, propter charitatem & honorem illorum, quibus imagines ſunt poſitę. Et quẽadmodum olim Romæ, & alibi ſtatuas ponebant vetuſtorum regum memorię, & Imperatorum, ſtatuiſque viſis recordabãtur egregiorum facinorum, quæ per has ſuggerebantur, & per imaginum magnificẽtiam & honorem in recordationem fortium geſtorum ducebantur, illaque venerabantur, ſicut in regum ſtatuis, ita & in imaginibus contingit. Hæ enim perducentes animum noſtrum ad ipſa illarum exemplaria, illorum veneramur imagines. Et quẽadmodum fieri ſolet, ſi regis mandatum perferatur ad aliquem (ſi modò moribus inſtitutus fuerit, qui hoc ſuſcipit) ſtatim aſſurgit, & non modò amplexatur, ſed & capiti illud imponit: nec tamen atramentum & chartam ſic venerari ſibi videtur, ſed regi iſtum honorem tribuit: eadem nobis eſt imaginum ratio. Quæ enim in columnis & tabulis proſtant, à nobis coluntur: vetuſtate verò corruptas & abolitas, non amplius honoramus, ſed iudicamus inutiles. Idem quoque de cruce videre licet. Quandiu enim lignum aliquod crucis figuram prætulerit, adoratur, & honeſtè à nobis colitur: Crucis autem figura contrita, vlterius lignum à nobis non adoratur. Verumtamen hoc exemplo tu & quilibet alius, qui inquirere volet, deprehendere poteſt, quòd quæ in vrbibus vſurpantur nomiſmata, Chriſti imaginem inſculptam & formatam gerunt, quin & ſanctæ matris illius & aliorum Sanctorum: non tamen propterea à nobis adorantur, nec propterea honos aliquis illis habetur: abiiciuntur enim nonnunquam, & conculcantur, conflantur item, & ex forma vna mutantur in aliam, prout magiſtratus voluntas decreuerit. Sed imaginibus, quæ nominatim Sanctorum memoriæ dedicatæ ſunt, non idem contingit: verùm cum honore, deuotione, & religione illas accedimus. Hæc Cantacuzenus: poſt quæ eadem repetit de Cherubim, & arca tabernaculoque teſtimonij, quę iam antea authore Iudęo in medium attulimus, ac tandem concludit. Vides, vt omnia quæ Chriſtianorum ſunt, non ſimplici modo & caſu fortuito fiant, ſed cum ſcopo & fine diligenter conſiderato, dignaque præmeditatione? Quapropter deſiſte tandem ab importunis & ineptis cauillationibus. Omnia enim quæ Chriſtianos ſpectant, non caſu nec fruſtra facta ſunt, ſed diligenti cura & eximia à maximo ad minimum vſque, & ab eo tempore conſtituta, deſcripta, & ordinata ſunt, quæcunque contigerunt. Sed illi hactenus.

Scopus imaginum.

Explicatur ratio eius obſeruantiæ, qua imagines coluntur.

An ſacrarum imaginum vſus ſit vtilis ac retinendus?

Melior vſus an abdicatio imaginum?

Reliqvvm eſt vt hoc etiam videamus, cõduceretne magis imaginum vſum prorſus de Eccleſia tollere, quamuis certum ſit licitè poſſe retineri. Sunt enim nonnulli, qui, & ſi ſacris imaginibus ſuperſtitionis notam inurere non audeant, arbitrentur tamen vtilius fore, ſi ab iis abſtineatur. Ea videtur olim fuiſſe Apollonij Tyanæi ſententia, qui, vt refert Philoſtratus vitæ eiuſdem lib. 6. cap. 9. cum Theſpeſione Gymnoſophiſtarum principe diſſerens, ridebat Ægypti numinum ridiculas imagines, quæ diuerſorum animalium formas referebant, indignas planè, quæ diis haberentur ſimiles. Contra verò Græcorum ſimulacra probabat, humana ſpecie conſpicua cum appendicibus quibuſdam, quæ diuinitatem teſtarentur. Sed enim aut ab imitatione peti aiebat, aut ab imaginatione fingi Deorum effigies: neutrum verò horum, ſi beſtiarum vultus imitemur, ſatis dignum diis videri poterit: ſiquidem eiuſmodi animalia tantum abeſt, vt diuinum quicquam redoleant, vt etiam ſtolida ſint, ac prorſus rationis expertia. Cõtra verò, ſi Deum hominis ſchemate induamus, primũ multa ſunt in ipſo homine, quæ diuinum ſpirant & ſapiunt: deinde ornamẽta ipſa, vt puta Ioui cœlũ additum, item Horæ aſſiden-

Philoſtrat.

tes,planetæ,aliaque ſidera,necnon & fulmen in
dextra poſitum,quo cultu Iouem olim Phidias
ſculpſit, manifeſtè Deum loquuntur & prædi-
cant: magis tamen probabat nullam omnino
præſcribi imaginem:ſed potius liberum cuique
relinqui,qua volet ſpecie Deum imaginari,ani-
moque effingere. Quod tametſi prima fronte
nobis arrideat, quòd ſciamus Deum nulla ſpe-
cie contineri, nullo colore tingi, aut figura cir-
cunſcribi, minimè tamen admittendum eſt, ſi
conſideremus plurimorum, quibus Eccleſia
conſtat, ingenij tarditatem, aut etiam lapſum
memoriæ. Quocirca etiam contrariam ſenten-
tiam ſemper Eccleſia ſuo calculo comprobauit.

Sacrarum imaginum vſus in Eccleſia retinendus. 1. Ratio.

Nec verò deſunt firmiſſimę rationes. Nam pri-
mùm quidem regi imaginatio debet, ne abſur-
diſſima de Deo commiſcatur. Quo remedio
cùm priorum temporum homines caruiſſent,
turpiſſima quæque de Deo finxerunt, quæ po-
ſtera ætas ſimulacris expreſſit. Nam portenta
illa Romanorum Numinum eo tēpore inuen-
ta ſunt, quo vrbs ſimulacris caruit, & Numa
Rex, Pythagoricis, vt aiunt, diſciplinis inſtitu-
tus, (quanquam eſt ille Pythagora antiquior)
Deum non aliter quàm libera imaginatione
complexus eſt. Iam verò Thalmudiſtæ Iudęo-
rum,& Mahometicæ ſuperſtitionis ſectatores,
cùm ab imaginibus abhorreant, quàm multa
indigna atque nefaria de Deo opinantur? Ap-
paret cùm ex Alcorano, tum ex alia ipſius Ma-
homet doctrina à quodam Muſulmano con-
ſcripta, & aliis pluribus Muſulmanorum, Iu-
2. dæorumque libris. Secundò quia ea ratione
Deorum multitudo in orbem inuecta eſt.
Enimuerò, cùm non omnes pariter Numen
animo conciperent, ſed prout quiſque variis
affectibus ducebatur, aut mentis hebetudine
cæcutiebat, ita diuerſiſſimè de Deo ſentirent,
inde adeò factum eſt, vt non vnum, ſed plures
commenti ſint: quod tum maximè patuit, cùm
vel ſcripto, vel ſtatuis & imaginibus, ſenſa ani-
mi ſui prodere cœperunt. Nam tum quidem
quis explicet quas illi Chimæras, quæ portenta
vbique ſtatuerunt? At nos eo periculo libera-
bimur, ſi in excellentiſſimæ creaturæ effigie
Deum populis repręſentemus, (alioqui enim,
vel ipſo Deo teſte, homo Dei imago eſt) ſingu-
lari tamen cultu, atque cum iis inſignibus, quæ
diuinitatem ex hominum prudenti opinione at-
3. que inſtituto aſtruant. Tertiò, hoc quoque me-
ritò animaduertēdum eſt, quòd, qui ſacris ima-
ginibus abſtinuerunt, non admodum tenaces
religionis extiterunt, ſiue bonam illi, ſiue ma-
lam eſſent ſecuti. Nam hæreticis quidem, qui
in odium ſanctarum imaginum diabolicam ſu-
perſtitionem amplexi ſunt, nil vſquam leuius
reperies, Iudæorum verò, tametſi legitimo cul-
tu Deum verum colendum ipſi ſuſcepiſſent, la-
pſus ad idololatriam penè perpetuos Scriptura
notauit. Quòd ſi fortè Mahometis ſectam tot
iam ſeculis ſtare obiicias, noueris, quia vi con-
4. ſtat, non religione. Quarta ratio eſſe poteſt,
quod nec abſolutè quidem religio conſtitui
poteſt abſque imaginibus. Nam, vt Deum co-
lere inſtituas, neceſſe eſt aliquam illius ſpeciem
mentis tuæ oculis obuerſari. Illam verò vel ſo-

A la negatio ſuppeditabit, vel affirmatio. Negatio
ſola ſatisfacere poſſe non videtur, cùm ens pro-
priè obiectum intellectus ſit. Affirmatio verò,
vt præter ipſa attributa, alicuius ſubiecti eſſe vi-
deatur, imagine opus habet, ſiue interiori illa,
ſiue exteriori. *Nam Deum*, vt eſt, *nemo vidit vn-
quam*: Intelligentem autem phantaſmata ſpe-
culari neceſſe eſt: in quibus, ne quid peccemus,
optimum eſt, opinor quantum humana fert in-
duſtria, ab ipſa Eccleſia, quæ errare non poteſt,
exterioribus exemplis edoceri: illa verò ſunt
imagines præcipuè, ſiue illæ ſolo ſermone de-
pictæ ſint, quæ conſtare diutius non poſſunt,
etenim vnà cum voce ſæpenumero effluunt:
B ſiue tabulis & coloribus expreſſæ: quæ cùm
perpetuò ob oculos verſentur, tum non rarò
haud ſegnius animos commouent quàm ipſa
oratio. Accedit poſtremò, quòd ſanctiſſimi 5.
quique patriarchæ ac Prophetæ, Abraham, Ia-
cob, Moſes, Elias, Iſaias, Daniel, Ezechiel, quo
tempore à rebus humanis maximè abſtracti,
diuini Numinis conſuetudine coniunctiſſimè
atque amantiſſimè perfruebantur, eundem in
imaginibus adorauerunt, quas & ipſi poſtea ſty-
lo planè diuino exarauerunt, ne poſteros ſcili-
cet ignorare contingeret. Quòd ſi literis licuit,
quæ puris characteribus conſtant, eaſdem illis
imagines nobis depingere, quare non item hie-
roglyphicis? Sunt enim nonnulli populi, qui
non aliis vtantur, & habentur alioqui gramma-
C ticis elementis priores, quemadmodum refert
Tacitus Annal. 11. cap. 4. Primi, inquit, per figu- *Tacitus.*
ras animalium Ægyptij ſenſus mentis effinge-
bant, & antiquiſſima monumenta memoriæ
humanæ impreſſa ſaxis cernuntur, & literarum
ſemet inuentores perhibent. Inde Phœnicas,
quia mari præpollebant, intuliſſe Græciæ, glo-
riamque adeptos, tanquam repererint quæ ac-
ceperant. Affirmat etiam eaſdem fuiſſe formas
literis Latinis, quæ veterrimis Gręcorum. Hæc
ille. Quemadmodum igitur, ſi populum nactus
eſſes, qualis olim fuit Ægyptius, nūc vero etiam
fortè Chinenſis, certè paulò antè Mexicanus,
qui non aliter legere inſtitutus eſſet, quàm ſi
imaginibus, quæ intelligenda forent, depicta vi-
deret: non vereris, vt ego quidem ſentio, Deum
humana ſpecie, fulgure inſtructum, & mundum
pauculis digitis appendentem, vel certè qua-
lem Daniel & Ezechiel deſcribunt, illi tradere:
D ita ne nunc quidem vereri debes, inter Chriſtia-
nos, Deum & ſanctos eius, reuerendaque my-
ſteria, coloribus aut etiam ſtatuis expreſſa, pro-
ponere, cùm pars maxima, ſi nudos elemento-
rum apices oſtentaueris, quid ſibi velint igno-
rent, vtpote *ἀναλφάβητοι*, & literarum expertes.
Quare ergo Deus Iudæis ſacris imaginibus tan-
topere interdixit? Reſpondeo, quoniam præter
vnum Deum Opt. Max. quamquam creatu-
ram ſupremo cultu impertiri non licet, non
modò ſi terram premat, vt ſunt pleraque ani-
malia: verum etiam ſi cœlo affixa ſit, quales ſunt
ſtellæ, luna, ſol denique ipſe ſplendidiſſimus.
Cherubim autem, in ſanctuarium admiſſa, non
aliter quàm ancillantium more, cultus iuſſit eſ-
ſe participes. At ſaltem proprio numini imagi-
nem ſtatui permitteret. Non audis quanto res

CAPVT AVTEM DAGON, ET DVÆ PALMÆ, &c.

ea periculo obnoxia fuerit apud rudes & ſuperſtitioni deditos? Illi ſiquidem gentilium opinionibus ac ritibus aſſueti, qui ſua idola pro diis, vt ante nos docuit S. Auguſtinus, habebāt, Dei imaginem Deum ipſum eſſe credidiſſenr. Sic enim nonnullos olim feciſſe legimus, quos reprobat ſancta mater Eccleſia: illos S. Ioann. Damaſcenus Chriſtianocategoras, id eſt Chriſtianorum accuſatores nominauit: qui imagines Chriſti Domini, beatæ Virginis, & Angelorum, Sanctorúmque aliorū Deos eſſe duxerunt: quæ idololatria maxima eſt, remiſque, vt aiunt, veliſque fugienda.

B

VERSVS 5.

Porrò Dagon ſolus truncus remanſerat in loco ſuo. Propter hanc cauſam non calcant Sacerdotes Dagon, & omnes qui ingrediuntur templum eius, ſuper limen Dagon in Azoto, vſque in hodiernum diem.

VARMILIVS: Sacrifici Dagonis noluerunt in poſterum limen calcare illius templi, quia poſtquam caput ac manus Dagonis limen attigerant, illud arbitrabantur tam ſanctificatum. Quemadmodum hodie in monte Gargano aiunt extare Michaëlis Archangeli veſtigia in marmore impreſſa. Quocirca nemo audet locum illū calcibus premere. Proinde, vt videmus, mutantur quidem tempora, ſed eædem propemodum ſuperſtitiones conſeruātur.] Vah, audet impurus nebulo Michaëlem cum Dagone conferre, cùm Scriptura doceat, hunc quidem ab illo cælo deiectū, Michaëlem autem cælo reportaſſe victoriam. Audet Angelorum Principi honorem exhibitum ſuperſtitionis damnare, cùm nouerit, eundem Synagogæ Prĩcipem datum, vel ipſo teſte Gabriele Archangelo, cùm Danieli proximam ſuæ gentis liberationem nuntiaret: à Ioſue duce populi proſtrato corpore, nudiſque pedibus adoratum eſſe, quem tamen nulla vnquam vel leuiſſima idololatria attigerit, quemadmodum legimus eius libri cap. 5. Verum ineptas huiuſmodi calumnias, quarum mirus artifex eſt Vermilius, nolo pluribus refutare, cum id abundè ſatis præſtiterim cap. 1. verſ. 3. ea S. Ioann. Damaſceno. Proſequitur Vermilius. Deus iuſſit Moſi calceos modò exuere, quod terra ſancta eſſet, quam tamen poſtea calcare licuit. At iſti locum, quem ſanctificanerant ſibi, ne calcari quidem patiuntur vel vſque ad tempora Samuelis, à quo iſta fuerunt conſcripta, vel vſque ad Eſdram, qui ea denuò collegit & reſarciuit. Hanc verò fuiſſe conſuetudinem Palæſtinorū Sophonias teſtari videtur, qui ſic eis minatur: *Ego*, inquit, *viſitabo eos, qui ſaltant vltra limen.* Quãuis fieri poteſt, vt impios notauerit Iſraëlitas, qui Dagonem potius quàm Iehouam verum Deum colebant. L. Ben Gerizon ſcribens in hunc locum, ait: Nihil aliud iſti faciebant,

Ioſue Michaëlem Archangelū proſtrato corpore nudiſque pedibus adorat.

NON CALCANT SACERDOTES DAGON SVPER LIMEN.

A quàm ignominiæ ſuæ teſtimonium ferre. Cùm Dagon ceciderit, cur imbecillitatem eius non agnoſcunt? Cæterùm, vt ſæpius dictum eſt, nulla miracula ſatis magna ſunt ad animū impium emendandum citra Dei ſpiritum. Is verò Dagonem proſtrauit, præcidit eius caput & manus, cor autem impiorum non emollinit. Quod vbi non fit, cor hominum perpetuò manet incredulum, obſtinatum ad malum, & pronum ad incredulitatem. Diſiectis itaque manibus & capite Dagonis, quod reliquum fuit Idoli ſuo loco permanſit, hoc eſt, forma piſcis, in quam ſimulacrum deſinebat. Hactenus Vermilius. At non erit fortaſſis extra propoſitum, B ſi referamus hic Theodoſij Imperatoris conſtitutionem, quam ferunt à S. Ludouico rege Frãcorum denuò renouatam, qua prohibetur ſanctæ crucis venerabile ſignum pedibus teri, & conculcari. Illam lib. 1. Cod. titulo 8. his verbis exaratam reperimus. Impp. Theodoſius & Valentin. AA. Eudoxio PP. id eſt Præfecto Prætorio. Cùm ſit nobis cura diligens per omnia ſuperni numinis religionem tueri: Signum Saluatoris Chriſti nemini licere vel in ſolo, vel in ſilice, vel in marmoribus humi poſitis inſculpere, vel pingere: ſed quocunque reperitur tolli, grauiſſima pœna multando eos, qui contrarium ſtatutis noſtris tentauerint, ſpecialiter imperamus. Datum XII. C Calend. Iun. Hierio & Ardaburio Coſſ. 427.

Signum Crucis pedibus conculcari vetant Impp.

VERSVS 6.

Aggrauata eſt autem manus Domini ſuper Azotios, & demolitus eſt eos: & percuſſit in ſecretiori parte natium Azotum, & fines eius. Et ebullierunt villæ & agri in medio regionis illius, & nati ſunt mures, & facta eſt confuſio mortis magnæ in ciuitate.

VARMILIVS: Perdito ac ſtrato Dagone ſupererat, vt de Palæſtinis etiam ſupplicium ſumeretur. D Habuerunt autem Palæſtini complures ciuitates, nimirum Geth, Azorum, Accaron, Aſchalon, &c. Narratur itaque ordine, quomodo in ſingulas Deus animaduerterit, quamuis aliquæ ciuitates ad eos pertinentes hic reticentur: ſed eadem illis quoque tum eueniſſe non eſt dubium. Plaga verò qua diuinitus affecti ſunt, non modò grauis fuit, verumetiam ignominioſa. Nam percuſſit eos Deus in podicibus, & morbum, quo laborare cœperūt, alij ficos interpretantur, alij hæmorroidas, alij volunt fuiſſe dyſenteriam. Cornelius Celſus lib. 6. ſcribit, ficos in locis corporis naſci, qui admodum ſunt piloſi, vt in capite, mento, & pudendis. Quodque attinet ad hæmorroidas Galenus de atra bile ait: Naturam ſua ſponte nonnunquam venas aperire in ano, per quas melancholicus humor exhauriatur: ſed vnà effundi ait magnam vim ſanguinis, eoque grauem cruciatum excitari, curationemque

Vermilius.

Quod genus morbi Palæſtinos vexauerit.

Cornel. Celſus.

Galenus.

Digitized by Google

perdifficilem eſſe, partim propter exquiſitum & ſubtilem ſenſum eorum locorum, partim etiam quòd excrementa corporis eò deferantur. Itaque monet adhibenda eſſe aſtringentia, ſed quę mordacitate careant. Dyſenteriam Galenus eodem libro ait, exulcerationem eſſe inteſtinorum, & difficillimè curari. Poſſet etiam addi quartum genus morbi, quod Medici appellant ani proiectionem, ad quam fortaſſis alludit vox Hebraica, quandoquidem בעפלים *bagpholim* ſunt loca extantia. (Arias apud Pagninum interpretatur *in locis altis*; Pagninus ipſe *in mariſcis* tranſtulerat.) Liceret igitur interpretari *proiectionem*, quod in morbo quædam partes extare dicantur & eminere: & fortaſſe Deus nouum genus morbi, & antea inſolitum & inauditum excogitauit, qoo eos affligeret. Non enim abſumpſerat omnẽ vim ſuam, quæ infinita eſt, in Ægyptios: atque ita oostra ætate morbum Neapolitanum inuexit, necnon Sudorem Anglicum, quæ mala nunquam antea vlla memoria cognita ſeu audita fuerunt.

Arias Pagninus.

Hîc expendamus longè aliter cecidiſſe, atque Palæſtini euenturum putauerint. Illi enim voluerunt non modò Iodæos afficere ignominia, ſed etiam eorum Deum: at ipſi è diuerſo ſordidis & ignominioſis plagis fuerunt percuſſi: quare non malè Rabini ſcribunt, Deum reddere menſuram pro menſura. Ægyptij afflixerunt Hebræos, populum Dei primogenitum: ſed eorum poſtea primogeniti perierunt. Tentarunt prolem Iudæorum maſculam perdere in aquis: at ipſi poſtea horribiliter præfocati ſunt aquis. Et Paulus ad Rom. cap. 1. ſcripſit, gentes commotaſſe gloriam Dei, ac eam conuertiſſe in ſimilitudinem brutorum & ſerpentum, quas Deus viciſſim infra omnes beſtias abiecit, tradiditque in reprobum ſenſum, necnon in fœdiſſima deſideria. Hactenus Vermilius. Scribit autem Georgius Venetus tomo 1. Problemat. ſectione 8. idcirco tam inhoneſto loco fuiſſe percuſſos, quòd auerſi templum ſubirent. Quia ſolebant, inquit, templum illud intrare poſterioribus præmiſſis, & tergo verſo ad Idolum, pariterque ſe cum arca geſſerant, ideo poſterioribus malè affecti ſunt. Hæc ille. Scilicet per quæ quis peccat, per hæc & torquetur. Nam cùm debuiſſent arcæ exhibere reuerentiam, haud ſecus habuerunt quàm aliud quodlibet de grege idolorum, arbitrati Deum Hebræorũ aliis minimè præſtare: &, ſi aliquando Ægypti nomina ſuperaſſet, à Dagone tamen victum ac triumphatum: conciliari autem ſuæ genti facilè poſſe, ſi ſecundas partes apud ſe infra Dagonem obtineret, ſicque poſt Dagonem arcam quoque ſimili ritu conſalutauerant. Habent vero commentitiorum deorum cæremoniæ ſemper aliquid cum turpitudine ac proteruia coniunctum. His namque potiſſimùm delectatur dæmon, quæ nemo excuſare poteſt ſe ignoraſſe illa foiſſe diuino cultu indigniſſima. Itaque propterea tanto probro ac dedecore turpificati corporis, & pudenda lue vexati ſunt, vt nos quoque moneremur, quo cultu atque obſeruantia nobis cum Deo agendum ſit, & in ſacris Eccleſiis conuerſandum. Annotat Cuiacius lib. 7. Obſeruat. cap. 13. Mundi Principes hoc quoque ſuis legibus fuiſſe æmulatos, vt iis potiſſimùm partibus ac membris reos multarent, quibus antè deliquiſſent. Solebant, inquit, ſerui fugitiui pedum amputatione coerceri, atque adeò qua parte peccaſſent, eadem mulctari. *l. 3. Cod. de ſer. fug.* Sicut falſario inciſos digitorum neruos Alexandri decreto Lampridius, Claudij præciſas manus Suetonius ſcribit. Idẽ Galbam nummulario non ex fide verſanti pecunias manus amputaſſe menſæque eius affixiſſe, & Gallicanus *in Caſſio*, multis deſertoribus à Caſſio crura inciſa & poplites. Iuſtinianus *Nouel. 17.* non ex legis præſcripto apocham conficienti manus abſcindendæ ius dari præſidibus Prouinciarum. Et *Nouell.* 42. eandem pœnam indicit ſcriptoribus librorum hæreticorum. Conſtantinus lenoni & perſuaſori iubet liquido plumbo meatus oris claudi. *l. 1. C. Theodoſ. de rapt. virg.* Quæ pœna etiam olim in vſo fuit. Et ex Nouella quadam Leonis & Conſtantini periuro lingua præciditur. Sed de omni hoc pœnarum genere eleganter Galenus 6. de Hippocratis & Platonis placitis iis verbis: *οἰώδασι καὶ νῦν ποιεῖν, οἱ τοὺς ἁμαρτάνοντας οἰκέτας κολάζοντες, τῶν μὲν ἀποδιδρασκόντων τὰ σκέλη*, &c. Quorum hæc eſt ſententia: ſolent nunc qui ſeruos delinquentes caſtigant, fugientium crura ſcindere & incidere: furantium manus: goloſorum ventrem: nugantium linguam: &, vt paucis dicam, ea membra puniunt, per quæ pepererunt ærumnoſos labores.] Heraclides etiã Ponticus, *ὥσπερ οἱ νομοθέται τῶν πατροκτόνων χειροκοποῦσι*, &c. *οὕτως Ὅμηρος*, &c. id eſt, ſicut legumlatores parricidis manus amputant, inſtrumentum ſceleris, ac cõſcium ſceleris membrum præſertim abſcindentes: ita & Homerus in hepate punit in hepate delinquentem.] Et hæc quidem illi, cum id genus animaduerſionis cum ratione conſentire iudicaſſent: tu verò Dei iudiciorum nuſquam non meminiſſe potes, quæ vbique paſſim in Scripturis occurrunt. Zambri Dux Simeon vnà cum Cozbi Madianitide inhoneſtam rem agens, per obſcœnum inguen pugione cõfoſſus eſt. Numer. 25. Adonibeſec Iudic. 1. ſummas manus ac pedes mutilatus, *Sicut feci*, ait: *ita reddidit mihi Deus*. Ieroboam, cùm aduerſus prophetam manum extendiſſet, exaruit & contracta eſt, Reg. 3. cap. 13. Nicanoris autem lingua, qua ſanctũ Iſraël blaſphemauerat, auibus deuoranda data eſt, & manus, qua minas altiſſimi Dei templo intentauerat, contra idem templum ſuſpenſa. Machab. 2. cap. 14. & 15. Sed quis commemorare omnia ſufficiat, cùm ad Inferos vſque lex illa penetrauerit, & ſeueriſſimè obſeruetur? vel illo teſte duro atque inhumano diuite, qui linguam ſuam ignis calore torreri querebatur, quam ſuauiſſimis epulis, & pretioſiſſimo vino immergere ſolebat, non ita pridem immemor Lazari ærumnarum.

Deus reddit menſuram pro menſura, & lege talionis hoſtes ſuos vlciſcitur.

Georgius Venet.

Per quæ quis peccat, per hæc & torquetur.

Iacob. Cuiacius.

Galenus.

Heraclides Pont.

E T *ebullierunt villæ & agri, & nati ſunt mures.*] Vermilius: Præter expoſitas plagas Latina verſio commemorat, mures magna copia ex vicis & pagis ebulliuiſſe, quod etiam Græca tranſlatio habet; cùm tamen in Hebræo co-

Vermilius.

dice non legatur. Id verò ea de cauſa puto adiectum, quòd infra inter anathemata, quæ à Palæſtinis fuerunt perſoluta numerentur etiam mures argentei: propterea enim ſuſpicati ſunt Deum Pæleſtinos non minus muribus, quàm morbis afflixiſſe. Nec mirum id fuiſſet, quandoquidem omne genus creaturarum Dei prouidentiæ inſeruit, quæ ad perdendos Ægyptios locuſtis, grandine, tenebris, ranis, & pediculis vſa eſt. Quin & hiſtoriæ Ethnicorum commemorant tantam aliquando vim murium extitiſſe, vt incolæ fuerint coacti migrare, ac mutare ſedes. Ea hoc loco ſatis apparet, quàm breuia ſint impiorum gaudia. Palæſtini, qui modò arcam, &, vt putabant, Deum ipſum captiuum in triumphum duxerant, ſtatim ab eo miſerè perduntur. E diuerſo autem crux piorum breuis eſt, felicitas verò & lætitia rependitur ſempiterna. Hactenus Vermilius.

A

Portò inter calamitates ſegetum, ius ciuile ſturnos & graculos annumerat, quoniam illi gregatim incedunt, vt docet Cuiacius Obſeruat. lib. 15. cap. 27. & 28. Item paſſerum, & gruum agmina, murium & locuſtarum. Adduntur & raucæ Iure Ciuili, genus vermiculorum teſte Plinio. Ab his diuerſæ ſunt erucæ ſiue volucræ, infeſtæ ſalictis, pampinis & vuis. Item labes, quæ contingit flatu ventorum aut pluuiarum. Item vredo, & rubigo, & carbunculus. Rubigo & vredo ſiue pruina vtraque ex rore fit: rubigo ea rore putrefacto, vredo ea rore concreto. Carbunculus, caligo eſt ſiue nebulæ aëris. Orpheus de corallio loquitur, quaſi vim habeat ſeruandi ab his vitiis. Verùm nō tantùm ſegetibus animalcula illa perniciem afferunt: ſed etiam, vt Vermilius aiebat, vrbes nonnunquam & regiones ita vaſtarunt, vt ciues ſolum vertere coegerint: exercitus etiam inſtructiſſimos non raro, Deo volente, fugam arripere coegerunt. Nam præter ea exempla quæ ſacris literis continentur, narrat S. Theodoretus Niſibin eſſe defenſam à S. Iacobo eiuſdem ciuitatis Epiſcopo, impetratis aduerſus ferociā Perſarum culicibus, à quibus in fugam acti ſunt. Mirum etiam videri poteſt quod narrat Otto Friſingenſis lib. 6. Chron. cap. 4. Lotharium regem à Nicolao Papa excommunicatum, cùm in Italiam Ludouico fratri auxilium ferret, prauorum, vt inquit, operum ſuorum pœnas multipliciter ſoluiſſe, tam ex inſueto calore, quàm aranearum morſibus multos de exercitu ſuo amittens. Narrat item tempore Ludouici Imperatoris, qui Lothario Imperatori ſucceſſerat, locuſtam innumerabilem cæteris locuſtis maiorem, ac ſenas alas habentem ab oriente veniſſe, Gallias operuiſſe, depaſtiſque vbique ſegetibus, tandem in mari Britannico reſediſſe; vbi cum à vento raptæ, ac in ſalo merſæ, poſtq; mari exæſtuante, ad littus in immenſum cumulum actæ eſſent, vicinas regiones fœtore corrupiſſe. Hæc Otto: qui hoc item præterea memorat lib. 5. cap. 12. Conſtantino Conſtantini filio imperante anno Domini 670. cùm miſſis ab Agathone Papa legatis Conſtantinopolim, ſexta Synodus CL. vel iuxta alios CCLXXXIX. Epiſcoporum celebrata eſſet, & hæreſis Monothelitarum damnata, tantum aranearū telas in conſpectu omnium cecidiſſe; vt in hoc facto, inquit, omnes errorum ſordes expulſas cuncti animaduerterent. Vrbes vero multas apud Varronem euerſas legimus. Meminit ſiquidē ſuffoſſum à cuniculis in Hiſpania oppidum, à talpis in Theſſalia: à ranis autem ciuitatē in Gallia pulſam, à locuſtis in Africa: ex Gyaro, Cycladum vna, incolas à muribus fugatos: in Italia, Amyclas à ſerpentibus eſſe deletas. Plures, alij notarunt, veluti muſcas Megarenſes patria expuliſſe: veſpas Phaſelitas ſua regione decedere coegiſſe, Roeſſios ſcolopendras, in Æthiopia Andecaldes Cinamolgues magna regione deſerta relicta ob ſcorpiones, & formicas dictas *ſolphuge*. Theophraſtus vrbem Natoliç dictam Trarin, ciuibus à bruchis inde pulſis inanem ac vacuam manſiſſe commemorat. Ælianus item lib. 17. c. 37. Riſophagos Indiæ populos à muſcis, quæ velut nubes inuolarant, & à phalangiis, araneis videlicet venenaris. Idem mures ſylueſtres quoſdam populos Italia expuliſſe autor eſt: quod etiam in Media cōtigit: & ranas cælo lapſas, Antheriates aliò migrare coegiſſe. Hæc Varro, Theophraſtus, ælianus, & item Plinius lib. 8. cap. 29. Cæterùm quod ad Palæſtinam attinet, Antonius Magirus in ſua Palæſtina fol. 241. Nonnullis, ait, in locis Palæſtinæ agri ſunt penè deſerti, ob murium & ſoricum abundantiam: quos niſi quædam aues deuorarent, nullam ſementem poſſent facere incolæ. Anno præterito nonnihil ſimile aliquot Galliarum locis penè experti ſumus. Sed enim tanta multitudine mures agros occuparunt, vt iactam ſementem deuoraſſe crederentur. Ruſtici magno agmine ſcobes & cauernulas eorū defixis in terrā palis tentabant, & copioſa aqua infuſa enecabant. Itaque nos eo periculo, Dei miſericordia, ex parte liberati ſumus.

Cuiacius.

Calamitates ſegetum.

B

Minima animalia ingentes ſæpe exercitus & regiones, Deo volente debellarunt.

C

S. Theod.

Otto Friſing.

D

Theophraſtus.

Ælianus.

Antonius Maguus.

Tandem de muribus hæc habet Theophraſtus, in eo opuſculo quod inſcripſit, de animalibus quæ repentè apparent. In aruis, inquit, etiā mures repentè fiunt ſqualido aëre potius quàm pluuio; ſiquidem læduntur à pluuiis. Genus id animantium fœcundum eſt, qui tamen aut manifeſta cauſa intereunt, vt pote aquarum copia, cùm illorum nidos impleuerit: aut à felibus agreſtibus interempti, aut repentina & occulta cauſa, veluti peſtilentia quadam oborta. Nam & in illorū capitibus vermis naſcitur, à quo necantur. Quod cùm illi animaduertant qui experti ſunt, interitum illorū prænūtiant. Literis etiam traditum eſt, ferrum illos & aurum eſſe: quamobrem aurarios diſſectis illis aurū extrahere. Ferunt in Aegypto mures magnos bipedes naſci, habere autem & anteriores pedes, ſed illis non incedere, imo vti pro manibus, ſaltu verò fugere. Hęc Theophraſtus. At Herodotus libro 4. tria murium genera recenſet apud Paſtorales Pœnos, quorū alij bipedes, inquit, nominantur, alij Zegeries Punica lingua, quod in noſtra pollet idē quod colles, alij deniq; echines. Libro verò 2. qui Euterpe inſcribitur, egregium quoddam murium facinus commemorat, quo ſuperbi regis audacia repreſſa eſt, & piorum, aut qui certè ſibi tales eſſe viderentur,

Theophraſtus de muribus.

Herodotus.

Digitized by Google

teligio defenſa. Poſt Anyſin cæcum, Sethon,
Vulcani ſacerdos tegni habenas in Aegypto
tegebat: quem cùm Sanacharibus Arabũ atque
Aſſyriorum rex bello peteret, viri militares de-
ſtituerunt, quòd eos antea agris exuiſſet. At ille
ſuorum defectione perterritus, cùm nullis ra-
tionibus ad officium reuocare poſſet, ſui numi-
nis opem implorat: cuius monitu ad oram Pe-
luſij caſtra locat, & cum voluntaria manu in-
ſtitorum, operariorum, ac forenſium hominum
cum validiſſimo hoſtium exercitu ſigna con-
ferre ſtatuit. At hoc interim ſpatio dum vtra-
que acies ad prælium ineundum lucem matu-
tinam ſuſtinet, inexpectata murium caterua
Aſſyrium militem armis exuit: tanta enim co-
B pia per noctem in arcus, ſcuta, & pharetras ir-
ruerunt, vt corroſis vltra prohiberent vti. Fu-
gere itaque Aſſyrij coacti ſunt. Inde verò rex
eorum in templo Vulcani lapideus ſtat, manu
murem tenens, atque hæc per literas dicens: *In
me quis intuens, pius eſto.*

VERSVS 7.

Videntes autem viri Azotij huiuſcemodi plagam, dixerunt: Non maneat arca Dei Iſraël apud nos: quoniam dura eſt manus eius ſuper nos, & ſuper Dagon Deum noſtrum.

Vermilius. VARMILIVS: Trophæa & opima ſpolia
impiorum talia ſunt, vt cùm ea fuerint
adepti, illa ſtatim cupiant abiicere. Deus He-
bræorum videbatur captiuus quodammodo
teneri, ſed nihiloſecius erat omnipotens: & cũ
exiſtimabatur percuſſus & victus maximè, tum
vincebat & triumphabat maximè. Nec aliter
de prædicatione ſancti Euangelij vſu venit.
Etenim cùm res proſperæ ſunt, Euangeliũ fieri
videtur ignauum, & imbelle. Aſt vbi crux ali-
qua immittitur, ſuas vires tum demum incipit
exerere, ac proprium eſt Crucis Chriſti in hu-
mili & abiecto habitu triumphare. Quin & ipſe
Chriſtus mortem & diabolum in Cruce ſu-
perauit. Aiunt igitur.

GRAVIS *eſt manus eius in nos, & in Deum
noſtrum.*] Pulchrum eſt teſtimonium, quo no-
D ſtra probãtur ab hoſtibus, vt Ariſtoteles in ſuis
Rhetoricis docet. Quare nunc præclariſſimum
eſt, audire Palæſtinos Dei grauiſſimos hoſtes
confiteri & prædicare tantam eius vim eſſe, vt
eam ferre non valeant. Nec præter eam quæ-
runt naturales cauſas morborum, quibus affli-
gebantur, cum tamen ficorum, hæmorroidum,
& dyſenteriæ cauſæ naturales exiſtant: ſed cũ
cernerent, ſe omnes eodem tempore, iiſdem-
que morbis laborare, ſtatim crediderunt, ſe à
manu Dei opprimi, atque ita Deus vel ab inui-
Qui fructus ex arca capta ad Palæſtinos redundare potuerint. tis confeſſionem ſui nominis extorquet. Nihi-
lo ſecius Pharao iam acceptis multis plagis, po-
ſtremò exclamauit: Peccaui & in Dominum, &
in vos: apud Deum pro me intercedite. Na-
buchodonoſor & Darius cùm expendiſſent,
quæ Deus præſtitiſſet Danieli, egregiè ſunt
confeſſi magnum Deum Hebræorum, ac ſuis
edictis cauerunt ſub grauiſſimis pœnis, ne quis

A nomen eius conuitiis aut maledictis inceſſeret.
Et Iulianus apoſtata quamuis alioqui perditiſſi-
mus: attamẽ vim Chriſti coactus eſt moribun-
dus agnoſcere, inquiens, viciſti Galilæe. Diabo-
lis quoque cõfeſſio expreſſa eadem eſt, cùm te-
ſtabantur clamãtes, Ieſum Chriſtũ eſſe ſanctũ,
eſſe filium Dei: & agnoſcere ante tempus ve-
niſſe vt ipſos perderet: & ſe Chriſtũ & Paulum
probè nouiſſe. Hinc etiam intelligimus, nõ ci-
tra fructum arcam Domini à Palæſtinis fuiſſe
captam, & Iudæos in Babylonem captiuos ab-
ductos; vt ſcilicet aliquis cultus & cognitio
Dei ſaltem ad breue tempus nationibus exteris
illuceſceret. Quocirca illa, quæ grauia & deſpe-
B rata videntur, exitus habent ſæpe optabiles: ſed
ea quò ſint euaſura, nos antè videre non poſſu-
mus quàm καταστροφὴ appareat: propterea de
operibus Dei ante quintum actum iudicare nõ
debemus, quia ſi ex initiis, vel ex mediis conie-
cturam fecerimus, non aliud agemus, quã ſi de
Phidiæ ſtatua ex vno digito voluerimus conſti-
tuere. Omnes partes corporis antea cõſideran-
dæ ſunt, ſi cõuenientiam & ſymmetriam totius
operis cupimus deprehendere. Cumque hoc à
nobis frequenter negligatur, conſequitur vt
doleamus, lugeamus, vituperemus, & blaſphe-
memus quod neſcimus. Ex iſta igitur victoria,
& arcæ captiuitate adepti ſunt Palæſtini ali-
quam Dei cognitionem, etſi non ita magnam,
C vt renouari fuerint ad vitam æternam. Quare
cogitandum eſt, ſe duabus ex partibus Deum
offerre hominibus conſpiciendum, quo ex alte-
ra illius miſericordiam & clementiam, ex alte-
ra eius vim & ſeueritatem intueantur. Proinde
maximus Palæſtinorum numerus vim & po-
tentiam Domini ſentiunt: erant enim vaſa iræ
aptata in interitum. Clementiam verò & miſe-
ricordiam eius per Chriſtum non vident: idcir-
co fugiunt, & horrent eius conſpectum in arca,
vt carnificis & truculenti iudicis. Propterea ſe
ad illum non conuertunt, arcam à ſe abigunt,
nec relictis idolis verum Dei cultum recipiũt.
Ita etiam cùm in mundum Chriſtus veniſſet,
afferẽdo ſalutem hominibus, diabolus qui ſen-
tiebat vim eius & potentiam, reluctabatur, di-
cendo: *Quid veniſti vt nos perderes?* Et Gerge-
D ſeni, cùm porcos ſuos mirabiliter amiſiſſent,
Chriſtum ipſum neque acceperũt, neque ado-
rarunt: ſed occurrentes illi obſecrarunt, vt à
ſuis finibus recederet. Sic iſti à ſe reiiciunt, &
remittunt arcam Dei. Quidam tradunt, vul-
tum Dei eſſe duplicem: alterum ſcilicet placi-
dum & amabilem, quem offerat piis, alterum
atrocem & truculentum, quo conſpiciatur ab
impiis. Verùm nõ eſt opus, vt Deum nobis aut
bifrontem, aut bicipitem fingamus, idem ſem-
per eſt Deus, & eadem eius facies, cùm tamen
eodem modo non ab omnibus apprehendatur.
Aliter enim illum vident fideles, aliter fide ca-
rentes. Deinde, quod hic narratur de arca, fre-
quenter ſolet accidere in prædicatione ſancti
Euangelij. Nam ſtatim vt inuehitur, peſtes, fa- *Signa ſancti Euangelij.*
mes, diſſidia, morbi, & variæ ἀταξίαι conſequũ-
tur: quo fit, vt homines eius prędicationem re-
formident, & peius angue odio habeant. Idem
quoque accidit in percipiendis Sacramentis, &
ideò

Digitized by Google

Indignis Sacramenta nocent, dignos beneficiis cumulant.

ideò Paulus aiebat inter Corinthios ægrotare, ac dormire permultos; vnde multi ab Eucharistia percipienda ſolent abhorrere, ne ſibi malum accerſant. Cæterũ falluntur paralogiſmo, à non cauſa vt cauſa. Non enim perceptio Sacramenti caoſa eſt, vt homines vel moriantur, vel morbis grauibus conflictentur: ſed illorum temeritas, qua iuſta reuerẽtia & fide, quæ Chriſtus inſtituit, non recipiunt. Quemadmodum arca non fuit cauſa, cur lues graſſaretur in Palæſtinis. Nam, vti audiemus, cum recepta eſt ab Obededom, illum auxit mirificè bonis: ſed id concitauit in Palæſtinos iram Dei, quòd illam contemptui & ludibrio haboerunt. Ita, qui accedunt ad Eochariſtiam indignè, ipſi malum ſibi conciliant. Non enim eo ſe conferunt, vt ad Sacramenta diuinitus inſtituta, ſed quaſi ad cultum ab hominibus excogitatum: non vt Deo magis ac magis iungantur: ſed vt hominibus vtcunque ſatisfaciant, nec cæteris deteriores habeantur. Quod ſi quæſiueris, quonam pacto dignè accedatur ad Sacramẽta, reſpondeo quod olim Apoſtolus: (Nam quæ reſpondet Vermilius parum ad rem faciunt, & minimè cũ Apoſtolo ac veritate conſentiunt.) *Probet ſeipſum homo*, id eſt conſcientiam ſuam probè excutiat. Veſtem etiam nuptialem ſibi comparet & induat, ne fortè cœnæ dominus quadrupedem cõſtringi iubeat, & in tenebras, quæ foris ſunt, præcipitem dari. Item, ſi admitti intra valuas regalis aulæ diſcupiat, non tantùm lampadem ſecum geſtet, ſed etiam oleo inſtrui, ac igne ſoccendi ſedulo ſtudeat: alioquin enim, *qui manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit*, ſanguiniſque Dominici reus conſtituitur. Eſt autem, vt arbitror, deſignata in lampade fides, quę ſine operibus mortua eſt: in igne charitas, quæ bonorum operum mater eſt: in oleo ſpes, quæ vtramque fouet & alit. Examen autem ad pœnitẽtiam pertinet, qua peccata delentur. Virtutum verò varius decor & ornatus illi conuiuio neceſſarius, nuptialis veſtis ſplendore graphicè depingitur. His igitur exculti atqoe ornati, tutò atque impunè accedemus.

Quomodo Azotij, doctrina pariter ac fidei expertes, Deum eſſe autorem cladis ſuæ noſſe potuerunt?

RELIQVA eſt voa difficultas, quam ſuperiotibus à Vermilio dictis addere, vtile ac neceſſariũ iudicauimus. Dicet namque aliquis, Et vnde Azotij, rudis & indocta plebecula, tam certò ad veritatis ſcopum collimare potuerũt, maximè cùm Satrapæ congregati fidem ſtragi non habentes, arcam circundoci iuſſerint, donec quoque cæteri parem vltionis ſortem experirentur: & diuini qooqoe ipſi ac ſacrifici interrogati non niſi dubiè & anxiè reſponderint, vt patebir ſequenti capite? Tertullianus libro de Teſtimooio aoimæ aduerſus Gentes, docet eſſe teſtimonium animæ, vi quadam diuina & naturali propriam incredulitatem condemnantis, maximè cùm plebs aliena ab omni philoſophia de Deo pronuntiat, qooties ſiue de ſpe beneficiorum agatur, ſiue de vindictæ formidine. Conſiſte, inquit, in medio anima, ſeu diuina & æterna res es ſecundum plures philoſophos, eo magis noo mentiens: ſeu minimè diuina, quoniam quidem mortalis, vt Epicuro videtur, eo magis mentiri non debebis: ſeu de cælo exciperis, ſeu de terra conciperis, ſeu numeris, ſeu atomis concinuaris, ſeu cum corpore inceperis, ſeu poſt corpus induceris, vnde-vnde & quoquo modo bominem facis animal rationale, ſenſus & ſcientiæ capaciſſimum. Sed non eam te aduoco, quæ ſcholis formata, Bibliothecis excitata, Academiis & porticibus Atticis partam ſapientiam ructas. Te ſimplicem & rudem & impolitam, & idioticam compello, qualem habent qui te ſolam habeot, illam ipſam de compito, de triuio, de textrino totam. Imperitia tua mihi opus eſt, quooiam aliquantulæ peritiæ tuæ nemo credit. Ea expoſtulo, qoæ tecũ in hominem infers, quæ aut ex temetipſa, aut ex quocunque autore tuo ſentire didiciſti. Nõ es quod ſciam Chriſtiana: fieri enim non naſci ſolet Chriſtiana. Dic teſtimonium: non placemus enim Deum vnicum prædicantes, à quo omnia, & ſub quo omnia. Si Deus, inquis, voloerit; quod Deus voluerit. Et hæc de beneficiis. De vltionis verò quaſi prænuncia formidine argumentatur quoque contra eos, qui Deũ, vt pote incorruptibilem, iraſci negant, & hos ethnicos atqoe infideles. Vnde igitur naturalis timor animæ in Deum, ſi Deus nõ nouit iraſci? Quomodo timetur qui oeſcit offendi? Quid timetur, niſi ira? Vnde ira, niſi ex animaduerſione? Vnde animaduetſio, niſi de Dei iudicio? Vnde iudicium, niſi de poteſtate? Cuius poreſtas ſumma niſi Dei ſolius? Hinc ergo tibi anima de conſcientia tibi ſuppetit domi ac foris, nullo irridente vel prohibente prædicare, Deus videt omnia, &, Deo commendo, &, Deus reddet, &, Deus inter nos iudicabit. Vnde hoc tibi nõ Chriſtiana? Atque id plerunque & vitta Cereris redimita, & pallio Saturni coccinata, & deæ Iſidis linteata. In ipſis deniqoe templis Deum iudicem imploras, ſub Æſculapio ſtans, Iunonem in aëre exorans, Mineruæ calceans furuis galeam formis, & oeminem de præſentibus deis cooteſtaris; in tuo foro aliunde iudicem appellas, in tuis templis alium Deum pateris. ô teſtimonium veritatis, quæ apud ipſa dæmonia teſtem efficit Chriſtianorum.] Denique poſt alia multa, librum concludit his verbis Tertullianus: Meritò igitur omnis anima rea & teſtis eſt; & ſtabit ante aulas Dei die Iudicij, nihil habens dicere. Deum prædicabas, & non requirebas; dæmonia abominabaris, & illa adorabas; iudicium Dei appellabas, nec eſſe credebas; inferna ſupplicia præſumebas, & non præcauebas, Chriſtianum numen ſapiebas, & nomen Chriſtianum perſequebaris. Hactenus Tertullianus.

Tertullian.

Naturalis ſenſus animæ Dei fauorem, indignationemque prædicat.

Fortè precaris.

CONGREGAVERVNT SATRAPAS, &c.

VERSVS 8.

Et mittentes congregauerunt omnes ſatrapas Philiſthinorum ad ſe, & dixerunt: Quid faciemus de arca Dei Iſraël? Reſponderúntque Gethæi: Circumducatur arca Dei Iſraël. Et circumduxerunt arcam Dei Iſraël.

Marc. Marinus.

Quales Seranim ſiue ſatrapa.

SATRAPAS סַרְנֵי Hebraicè. Marcus Marinus in Arca Noë ad eandem dictionem, Nomen, inquit, pluralis numeri tantùm. Sunt autem Satrapæ Philiſtæorum duces, eſt enim dignitatis ſummæ apud Philiſtæos nomen, quibus erant quinque סַרְנִים *Seranim*, ſicut patet Ioſue 13. & hîc capite ſequenti. Etymoo vocis, inquit, nō eſt facile coniectare, quòd vox Phœnicia ſit potius quàm Hebraica, etſi nonnulli conentur ad ſequentem ſignificationē reducere, quaſi fulcra populi diceres. Alij magis putāt eam vocem alludere ad rotarū radios, quibus circunferentia ſuſtinetur: tales enim erāt in populo Satrapæ, quorum imperio atque auſpiciis Philiſtæorum reſpub. fulciebatur. Autorem ipſum conſule. Græcè quidē σατράπας legimus, verùm id nomen magiſtratus, vt docet Iuſtin. Imper. Nouel. 31. cap. 1. §. 3. neque Romanū, neque maiorum noſtrorum, ſed ex altero imperio introductum fuit.] Perſica dictio eſſe cenſetur, quæ præfectum prouinciæ denotat. Herodotus lib. 1. ἀρχὴν Babylonis σατραπηΐην vocari tradit. & lib. 3. qui Thalia inſcribitur, Darium Hyſtaſpis, qui poſt magorum cædem hinnitu equi ad regnum Perſicum aſſumptus eſt, in viginti Satrapias Perſarum regnum diſtribuiſſe dicit, & præfectos vnicuique dediſſe, & tributa ſtata fixáque indixiſſe.] Marcus Tullius apud A. Gellium lib. x. cap. 18. de Mauſolo verba faciens, quem Artemiſiæ coniugis luctus potiſſimùm nobilitauit, Fuit is, inquit, rex terræ Cariæ, vt quidam Græcarum hiſtoriarum ſcriptores dicunt, prouinciæ Græcæ præfectus, quem σατράπην Græci vocant. Apparet tamen cùm ex hoc, tum aliis nonnullis Scripturę locis, Philiſthinorum Satrapas maiore quā Perſicos imperio ac poteſtate præditos fuiſſe. Quare non malè Vermilius, Palæſtini, inquit, grauibus malis affecti, de arca repellenda à ſuis finibus deliberare incipiunt, atque Satrapas omnes ad iſtud concilium aduocant. Videtur politia qua Palæſtini vtebantur ad Ariſtocratiam pertinere. Non enim aut ab vno principe, aut à multitudine regebantur, ſed ab optimatibus. Cogunt itaque conciliū, quia priuatim tentare aliquid minimè audebant. Azotij autem primi cœperunt hac de re cogitare: rogant in ſumma vt arca deducatur aliò, ne perdat eos & populū eorum, quemadmodum iam cœperat. Prætterquam quòd ficorum morbus omnes propemodum inuaſerat, mures etiam à Deo in omnes agros immiſſi: & præterea naues Azotiorū occupauerunt, ſi Græcæ verſioni fides adhibeatur. Erat autem ciuitas Azotiorum maritima, & nauibus abundabat. Proinde arca delata eſt ad finitimos Gethæos, vt ita circunferretur per varias Palæſtinorum ditiones. Nam conſiliū erat Satraparum, vt deprehenderent, an illud tantū malum ab arca Dei fuiſſet inuectum, an potius aliunde accidiſſet. Nam ſi arca fuiſſet eorū malorū vera cauſa, quocunque perueniſſet idem videbatur effectura: quod ſi nō eueniſſet, morborum & vaſtitatis aliam cauſam quærendam eſſe putauerūt. Et iſta quidem homines cogitabant. Dei verò longè alia ſunt conſilia, qui volebat de Gethæis, Accaronitis, Gazenſibus, Aſcalonitis, cæteriſque Palæſtinis pœnam iuſtā ſumere. Ideo, vt Ioſephus ait, voluit arcā ſuam circunduci, vt ab omnibus Dei hoſtibus quodammodo tributum exigeret.]

RESPONDERVNTQVE *Gethæi.*] Quî factum dicemus, vt, cùm Satrapæ interrogati eſſent, Gethæi reſponderint, reliqui obtemperarint? An quia Satrapæ, tametſi diuerſis prouinciis pręerant, omnes tamen Gethæi cenſebantur, cùm inde orti atque educati regis ſenatuſve decreto ad regendas prouincias mitterētur? An quia Satrapæ, tametſi ſinguli quique ſuarum prouinciarum cenſerentur, congregati tamen vnà cum rege ſenatúque Gethæo de rebus conſilium inibant, & quod ſimul omnes ſciſſent, ſeu loci, ſeu regis, ſeu maioris partis conſulentium ratio haberetur, decretum Gethæorum diceretur? An quia Gethæi, cùm ipſi quoque in concilium admiſſi eſſent, eius ſententiæ autores extiterunt, quæ idcirco facilè obtinuit, quod priores conſilij ſui periculum facturi eſſent? Certum eſt Palæſtinos præter Satrapas prouinciarum etiam regem habuiſſe, qui rex Gethęus dictus eſt, quòd in ea vrbe pręcipuam regni ſedem collocaſſet: illum tamen communi Satraparum conſilio refragari nefas fuit, vt docemur huius lib. cap. 29. Quanquam eius nomine ſenatuſque ſui, vt apparet, edicta ſcriberentur.

VERSVS 9.

Illis autem circumducentibus eam, fiebat manus Domini per ſingulas ciuitates interfectionis magnæ nimis: & percutiebat viros vniuſcuiuſque vrbis, à paruo vſque ad maiorem, & computreſcebant prominentes extales eorum. Inierúntque Gethæi conſilium, & fecerunt ſibi ſedes pelliceas.

Tertull.

TERTVLLIANVS lib. ad Scapulā c. 3. Tamen, inquit, ſicut ſupra diximus, doleamus neceſſe eſt, quòd nulla ciuitas impunè latura ſit ſanguinis noſtri effuſionē: ſicut & ſub Hilariano præſide, cum de areis ſepulturarum adclamaſſent: Areæ non ſint: areæ ipſorum non fuerunt. Meſſes enim ſuas non egerunt. Cæterum & imbre anni pręteriti, quid cōmeruerit genus humanum, apparuit, cataclyſmum ſcilicet & retrò fuiſſe propter incredulitates & iniquitates hominum; & ignes qui ſuper mœnia Carthaginis proximè pependerūt per noctem quid minati ſint, ſciunt qui viderunt, & priſtina tonitrua quid ſonauerint, ſciunt qui obdurueruot. Omnia hæc ſigna ſunt imminentis iræ Dei, quam neceſſe eſt quoquomodo poſſumus,

Calamitates extraordinaria iram Dei portendunt.

Digitized by Google

FIEBAT MANVS DOMINI PER SINGVLAS CIVITATES.

A PARVO VSQVE AD MAIOREM.

A vt & annuntiemus, & prædicemus, & deprecemur interim localem eſſe. Vnioerſalem enim & ſupremam ſuo tempore ſentient, qui exempla eius aliter interpretantur. Nam & ſol ille in Conoentu Vricenſi extincto penè lomine adeò portentum fuit, vt non potuerit ex ordinario deliquio hoc pati poſitus in ſuo hypſomate & domicilio. (Hoc nonc vulgus Aſtrologorum altitudinem & domum vocat) habetis Aſtrologos, &c. Tertullianus.

ET *computreſcebant prominentes extales eorum.*] *Extales* Hebraicè עֳפָלִים *bhepholim* nomẽ plurale maſculinum, vt anootat Marinus in Arca Noë ad eam dictionem, pro quo Scribæ verecundiores in aliquibus locis radicẽ טְחֹר *tebhar*, ſubſtituerunt, quæ Syriacè conſtringere, pre- B mere, comprimere ſignificat. tametſi plurale ipſum טְחוֹרִים *tebhorim*, quod appingunt in margine, & quo ſequenti capite verſibus 11. & 18. Samuel vius eſt, æquè obſcurũ ſit Hebræis, niſi quod nonnulli mariſcas aut hæmorrhoides interpretati ſunt. Hæmorrhoides autẽ ſic eleganter dictæ ſunt עֳפָלִים inquit idem Marinus, ab altitudine, quòd anus ob illas intumeſcat, & extrinſecus eleuatus aſſurgat. Hinc etiã ſumitur pro ano hæmorrhoidibus affecto.] Hoc genere morbi cùm Palæſtini vehementius affligerentur, nec poſſet vlla curatio adhiberi, accedebat ad reliquam ægrotationis acerbitatem, vt vitæ quoque ſpem abiicerẽt. Nam cum lues ipſa per ſe ingraoeſceret, nec vllo remedio ſerpẽtis mali vis coerceretur, fiebat, vt pars quoque affecta putreſceret, & dum ipſi ſua viſ- C cera lacerari conſpicerent, maiore mortis metu torquerentur.

Iuſtitia diuina neminem palpat.

A paruo vſque ad maiorem. Nemini parcit diuina iuſtitia. Neqoe enim quemquã reueretur aut timet, vt, quemadmodum ſolent homines offenſam veriti, ita hîc quoque ab iis abſtineat qui florent opibus, gratia, aut potẽtia: ſed æqua lance ſingulorum facta ponderans, digna vnumquemque animaduerſione vlciſcitur. Id verò tum præcipuè apparet, non cùm bellũ geritur, quod humanis viribus adminiſtratur: adhuc enim relinquitur ibi gratiæ locus, nec antè ea calamitas ad magnos peruenir, quàm tenuiores obtriuerit: ſed neqoe tum cùm fames & egeſtas prouinciã populantur, ad ſolos enim inopes illæ pertinent, bene oummati & diuites facultatum ſuarũ præſidio ſe ruentur: ſed cum lues aliqua ſiue peſtis corrupto aëre graſſatur; D illa ſiquidem nullo diſcrimioe inopẽ & copioſum corripit. Quare ſapienti conſilio Dauid, cùm illũ admiſſi ſceleris verè & ex animo pœniteret, & ſolus quas meruerat pœnas exoluere diſcuperet, non bellum, aut famem, (quæ, ſi libuiſſet, optare potuit, Deo poteſtatem faciente) ſed peſtem potius elegit: quoniam illa quidem reliquis magis quàm ſibi moleſtiam allatura videreutur, hæc, ſi immitteretur, mox illũ eſſet extinctura, & autorẽ cladis potius quàm eos, qui eſſent à delicto alieni, oppreſſura. Sed cor contritum, nec fucata humilitate deiectum Deus abiicere non potuit: quinimo regi pepercit, & in populo duntaxat, Dei iudicio, quod ſæpenumero occultum eſt, iniuſtum nun-

A quã, peſtilentia debacchata eſt. At contra Pharaonem, cùm obfirmato animo Dei iuſſa contemneret, licet ille potentiſſimus eſſet, mare rubrum cum toto exercitu abſorbuit. Regem quoque Aſſyriorum Sennacherib ſeuerè vltus eſt, & Babylonium Nabuchodonoſor, donec reſipiſceret, throno deiecit: Aotiochum verò Aſiæ principem quantis doloribus ac cruciatibus confecit & exanimauit? Herodem item illum magnum dictum, quæ ſupplicia, quæ curæ atque ægritudines contorſeruot, vſque eò dum præ doloris impatientia ſibi vitam eriperet? *Deũ terribilem* vocat Pſalmographus, *& eum, qui aufert ſpiritũ principum, terribilem apud reges terræ.*

Tropologia.

ET *fecerunt ſibi ſedes pelliceas.*] Habent hoc B quoque nonnulli Græci codices, quapropter Romani Correctores retinendum cenſuerunt. Corporis quidem incommodis ſedulò remedia quærimus: animæ verò, licet morbo ac tabe confectæ, nulla cura adhibetur, tametſi illam quæ vitæ fons eſt ac principium, curari cum primis neceſſe ſit: quod ſi Palæſtini feciſſent, ſedibus illis opus non fuiſſet: ſublata namque cauſa vis quoque morbi remiſiſſet. Porrò ſedes illæ, quas medias perforatas, & pellibus circuntectas fuiſſe credimus, quo mollius & abſque offendiculo in partibus affectis reſiderent: ſi allegoriam ſpectes, nullum pœnitentiæ argumentum præ ſe ferunt. Sedere namque illorum eſt, qui locum motare nolint, nec retrocedere aut progredi ſtudeant, quæ tamẽ iis, quos pœnitet, in primis neceſſaria ſunt. Nam à malè C quidem inceptis reuocare gradum oportet, ad virtutem autem & pietatem omni cooatu niti. Pelles certè, quæ ſunt mortuorum animalium ſpolia, peccata ipſa deſignant: in quibus tandiu peccator ſeder, donec reſipiſcat. At illa ſeſſio, tametſi obduratione quadam præfracti animi cum diuini metus diſſimulatione cooiuncta, necnon & miſeræ cuiuſdam voluptatis lenocinio atque incantatinne, ſtimulum doloremqoe conſcientiæ nonnihil mitigare ac ſopire videatur, & nonnullam periclitanti quietem polliceri: attamen mortem non prohibet, nec vulneri medetur, niſi pœnitentiæ beneficio ſalus reſtituatur & conualeſcat.

VERSVS 10.

D Miſerunt ergo arcam Dei in Accaron. Cúmque veniſſet arca Dei in Accaron, exclamauerunt Accaronitæ, dicentes: Adduxerunt ad nos arcam Dei Iſraël, vt interficiat nos & populum noſtrum.

QVALIS eſt hæc præda, quæ ſuos raptores vbiqoe diripit? Gethæi experti ſuo magno malo, quanta in arca capta vis & potentia deliteſceret, maturè eam ſuis finibus exigũt, & ad Accaronitas tranſmittunt. At illi aliotum exemplo meticuloſiores effecti, vnà omnes reclamant, palamque ſuum timorem prædicant. Verentur ſui capitis periculo virtutis eius experimentum capere: propte-

Digitized by Google

ne pleniſſimæ. Quare, *Reuertatur*, aiunt, *in locũ ſuum*: Et Dauid, *Surge Domine in requiem tuam, tu, & arca ſanctificationis tuæ*. Locus autem in Scripturis, requies cuiuſque rei definitur.

VERSVS 12.

Fiebat enim pauor mortis in ſingulis vrbibus, & grauiſſima valde manus Dei. Viri quoque, qui mortui non fuerant, percutiebantur in ſecretio.. parte natium: & aſcendebat vlulatus vniuſcuiuſque ciuitatis in cœlum.

Stobæus. FIEBAT *pauor*.] Hierocles apud Stobæum, B lib. 6. Serm. 6. Age videamus inquit, an, vt homines timidi iuſti ſunt, fieri poſſint. Nam qui animo ipſis contrario ſunt, hoc eſt, audaces, iniuſtos eiſe deprehẽdimus, eò quòd plurima per vim faciant. *Timiditas.* Eſt autem timiditas corruptio legitimi iudicij de rebus metuendis, aut non metuendis: aut ignorantia terribilium, non terribilium, & neutrorum. Quomodo igitur qui corruptis & illegitimis opinionibus in vita detinentur, iuſti eſſe poſſent? Non enim quaſuis res rectè æſtimabunt, non permittente ipſos animi timore quamlibet quæſtionem aggredi. Hæc ille: quæ verè de Philiſtæis iſtis affirmari poſſunt: qui, cùm de diuini Numinis contemptu atq; iniuria nihil, aut parum ſoliciti eſſent, quæ mortem æternam generant, metu tantùm breC uiſſimi interitus afficiuntur, eoque liberari cupiunt. Hinc fit, vt Dei quidem iram placare minimè ſtudeant, quod in primis faciendum fuit, ſi iuſtè agere vellent: ſed arcam duntaxat à ſe amoliri contẽdunt, quę non ipſa malorum cauſa fuit, ſed eorundem aduerſus illam deſpicientia atque ſacrilegium. *Cicero.* Cæterùm, pauor eſt ſpecies quædam metus, quem ita definit Tullius Tuſcul. 4. opinionem impendentis mali, quod intolerabile eſſe videatur. Sub illo eiuſdem generis plures partes ſubiicit ex ſententia Stoicorum: nimirum, pigritiam, pudorem, terrorem, timorem, pauorem, exanimationem, conturbationem, formidinem, quarũ hæ ſunt apud eundem definitiones: pigritiam eſſe metum conſequentis laboris; terrorem, metum concutientem, ex quo fit, vt pudorẽ rubor, terrorem palD lor, & tremor, & dentium crepitus conſequatur: timorem, metum mali appropinquantis: pauorem, metum mentem loco mouentem, ex eo quo illud Ennij,

Tum pauor ſapientiam mihi omnem ex animo expectorat.

Exanimationem, metum ſubſequẽtem, & quaſi comitem pauorem: conturbationem, metum excutientem cogitata: formidinem, metum

A permanentem. Eadem penè habet Laërtius in Zenone Cittiêo lib. 7. de Vit. Philoſoph.

VIRI *quoque qui mortui non fuerant*.] Locus hic docere videtur, nonnullos ad primum arcæ conſpectum, cùm temerè quaſi ad deuictam & triumphatã acceſſiſſent, vt etiam poſtea Bethſamitas, repentina morte fuiſſe ſublatos, alios verò qui arcæ conſpectum vitaſſent, nihilominus mariſcis tumentes, ciuitates gemitu atque vlulatu compleuiſſe: quod vtrumque iuſtiſſimè contigit. Oportebat ſiquidem illos, qui maiorem prę ſe ferrent audaciam, manifeſta vi deiici, nec illos item decuit penitus eſſe immunes, qui admiſſi ſceleris vel ſola voluntate fuerant participes, & verbis ac geſtibus, omnique genere lætitiæ, Deo ſummo, tanquam ſub iugum miſſo, B inſultauerant. Tum etiam, vt omnes intelligerent, neminem, qui reus ſit, quantumuis ſe in latebras abdiderit, Dei iuſtitiam latere poſſe. Quod autem legitur, *Aſcendebat vlulatus in cœlum*, hyperbolicè dictum eſt pro ingenti vociferatione atque eiulatu. Tam vehementer ſcilicet, terra gemitibus perſonuit, vt in cœli remotiſſimis regionibus exaudiri poſſe viderentur. Vel certè inde petita phraſis eſt, quòd cùm prę dolore vehemẽtius ingemiſcimus, naturaliter os in cœlum conuertimus, ita vt videamur eò vocem fletumque iaculari velle. Nec homines ſolùm quos ipſa ratio docuiſſe videri poteſt, ſed etiam animalia cætera iudicij pariter ac religionis expertia, ſi quid illis triſte ac moleſtũ acciderit, & propterea vlulant, ſiue mugiunt, *Eiulantes feræ, hominesque os in cœlum attollunt.* C aut rugiunt, ſiue alio quouis vocis genere ſuum dolorem teſtantur, ſurſum nituntur roſtrumque attollunt. Quod quanquam naturę impetu ita fieri oſtendi queat, contentis ſcilicet neruis caput attollẽtibus, ſimul & crebris ſingultibus, æſtuque animæ per vim erumpentis fauces arteriamque diſtendentibus: dubium tamen eſſe non poteſt, quin id eo conſilio à Deo inſtitutum ſit, vt in eam partem querelæ noſtræ ferrentur, vnde nobis auxilium foret expectãdũm. *S. Epiphan.* Narrat S. Epiphanius in vita Danielis Prophetæ, regem Nabuchodonoſor, cùm iuxta Danielis vaticinium in feram degeneraſſet, priores partes bouis ſortitum eſſe, poſteriores leonis, atq; eo habitu, cùm palabundus in ſaltibus, aut iugis mõtium herbas paſceret, *bermon* frequenter inclamaſſe: quæ videtur eſſe quędam bouini mugitus imitatio, Dominum autem proprio gentis idiomate ſignificat: donec reconciliata Dei miſericordia, in priſtinum ſtatum reſtitutus eſt. Itaque non modò belluarum gemitus ipſo oris geſtu Domini clementiam implorat: ſed etiam ipſa vocis ſignificatio precatur, quæ in pleriſque nos latet. Sed nullius ſic proprium eſt in ærumnis ſui Dei opem præſidiumque flagitare, vt hominis, cuius tota felicitas in eo ſita eſt, vt Deo gaudeat & perfruatur.

CAPVT SEXTVM.

FVIT ergo arca Domini in regione Philiſthinorum ſeptem menſi-
bus. 2 Er vocauerunt Philiſthiim ſacerdotes & diuinos, dicen-
tes: Quid faciemus de arca Domini? indicate nobis quomodo
remittamus eam in locum ſuum. Qui dixerunt: 3 Si remittitis
arcam Dei Iſraël, nolite dimittere eam vacuam, ſed quod debetis,
reddite ei pro peccato, & tunc curabimini: & ſcietis quare non re-
cedat manus eius à vobis. 4 Qui dixerunt: Quid eſt quod pro
delicto reddere debeamus ei? Reſponderúntque illi: 5 Iuxta numerum prouincia-
rum Philiſthinorum quinque anos aureos facietis, & quinque mures aureos: quia pla-
ga vna fuit omnibus vobis, & ſatrapis veſtris. Facietíſque ſimilitudines anorum veſtro-
rum, & ſimilitudines murium, qui demoliti ſunt terram: & dabitis Deo Iſraël glo-
riam: ſi fortè releuet manum ſuam à vobis, & à diis veſtris, & à terra veſtra. 6 Quare
aggrauatis corda veſtra, ſicut aggrauauit Ægyptus, & Pharao cor ſuum? nónne poſt-
quam percuſſus eſt, tunc dimiſit eos, & abierunt? 7 Nunc ergo arripite & facite
plauſtrum nouum vnum: & duas vaccas fœtas, quibus non eſt impoſitum iugum,
iungite in plauſtro, & recludite vitulos earum domi. 8 Tolletíſque arcam Domini,
& ponetis in plauſtro, & vaſa aurea, quæ exoluiſtis ei pro delicto, ponetis in capſellam
ad latus eius: & dimittite eam vt vadat. 9 Et aſpicietis: & ſi quidem per viam fi-
nium ſuorum aſcenderit contra Bethſames, ipſe fecit nobis hoc malum grande: ſin
autem, minimè: ſciemus quia nequaquam manus eius tetigit nos, ſed caſu accidit:
10 Fecerunt ergo illi hoc modo: & tollentes duas vaccas, quæ lactabant vitulos,
iunxerunt ad plauſtrum, vitulóſque earum concluſerunt domi. 11 Et poſuerunt ar-
cam Dei ſuper plauſtrum, & capſellam, quæ habebat mures aureos & ſimilitudines
anorum. 12 Ibant autem in directum vaccæ per viam, quæ ducit Bethſames, &
itinere vno gradiebantur, pergentes & mugientes: & non declinabant neque ad dex-
tram, neque ad ſiniſtram: ſed & ſatrapæ Philiſthiim ſequebantur vſque ad terminos
Bethſames. 13 Porrò Bethſamitæ metebant triticum in valle: & eleuantes oculos
ſuos, viderunt arcam, & gauiſi ſunt cùm vidiſſent. 14 Et plauſtrum venit in agrum
Ioſue Bethſamitæ, & ſtetit ibi. Erat autem ibi lapis magnus, & conciderunt ligna
plauſtri, vaccáſque impoſuerunt ſuper ea holocauſtum Domino. 15 Leuitæ autem
depoſuerunt arcam Dei, & capſellam, quæ erat iuxta eam, in qua erant vaſa aurea, &
poſuerunt ſuper lapidem grandem. Viri autem Bethſamitæ obtulerunt holocauſta, &
immolauerunt victimas in die illa Domino. 16 Et quinque ſatrapæ Philiſthinorum
viderunt, & reuerſi ſunt in Accaron in die illa. 17 Hi ſunt autem ani aurei, quos
reddiderunt Philiſthiim pro delicto, Domino: Azotus vnum, Gaza vnum, Aſcalon
vnum, Geth vnum, Accaron vnum: 18 & mures aureos ſecundùm numerum vr-
bium Philiſthiim, quinque prouinciarum, ab vrbe murata, vſque ad villam, quæ erat
abſque muro, & vſque ad Abel magnum, ſuper quem poſuerunt arcam Domini, quæ
erat vſque in illum diem in agro Ioſue Bethſamitis. 19 Percuſſit autem de viris Beth-
ſamitibus, eo quòd vidiſſent arcam Domini; & percuſſit de populo ſeptuaginta viros,
& quinquaginta millia plebis. Luxitque populus, eo quòd Dominus percuſſiſſet ple-
bem plaga magna. 20 Et dixerunt viri Bethſamitæ: Quis poterit ſtare in con-
ſpectu Domini Dei ſancti huius? & ad quem aſcendet à nobis? 21 Miſerúntque nun-
cios ad habitatores Cariathiarim, dicentes: Reduxerunt Philiſthiim arcam Domini,
deſcendite, & reducite eam ad vos.

VERSUS I.

Fuit ergo arca Domini in regione Philiſthinorum ſeptem menſibus.

SEPTEM menſibus arca retenta eſt; totidemque in Allophylos ſæuiit,& Iſraël ſuo,vt ita dicam, Palladio orbatus eſt, ſicque palàm factum eſt, victoriam illam ac cladem opus fuiſſe Dei, & vtrique demum proprio periculo edocti ſunt, Philiſthæi quidem, quo cultu quantaque reuerentia Dei munera obſeruanda eſſent: Iſraelitæ verò, quanta religione ac ſtudio diuinis rebus foret incumbendum. Nam illi quidem, quòd arcam & diuina pignora contemptim habuiſſent, probro atque ignominia grauiter affecti ſunt: Hi verò,cum in acie ſteitiſſent, penè internecione deleti, ob eam maximè cauſam, quòd ſcelere ac ſacrilegio ſacerdotum offenſi, ſua ſacra & religiones contempſiſſent:quod neutros eorum vtique latuit. Iudæi ſiquidem, cùm intelligerent Palæſtinos reduces plagis ac vulneribus penè eſſe confectos, prudenter ſtatuebāt, tantam ſuorum ſtragem non eſſe editam, quòd Deus impar viribus hoſtium robori ſuccubuiſſet,quin potius illatam religioni iniuriam eundem vlciſci voluiſſe prædicabant: Palæſtinis verò probari non poterat,illum à ſe in hoſtili ſolo eſſe deuictum,cui temerè creditæ victoriæ pœnas tam acerbas,aut præſenti morte, aut morte ipſa grauiori ſupplicio, in ſuis ipſorum finibus dependerent. Ceſſit igitur ea res vtrobique fœliciter, & diuini pignoris religio apud vtroſque amplius propagata eſt. Pertinet etiam ſeptenarius numerus ad religionem,cuius feſta tempora,non abſque myſterio, ſuo circulo diſtinguit: qui quidem exactus arcę inter Allophylos,gentem ſuperſtitioni deditam,indicat,violatam eſſe ab eis atque deſpectam, à quibus receſſerat. Neque enim ipſa victa eſt, aut captiua ducta in triumphum: ſed vtriſque victis ac victoribus ſuperior euadens,contemptores ſuos alios quidem gladio, alios infanda lue peremit. Ad hæc, ſeptenarius numerus perfectæ rei eſt ſymbolum apud Hebræos, quoniam cum ſex diebus mundum hunc Deus abſoluiſſet, ſeptimo requieuit. Quemadmodum igitur Deus ſua beneficia ad ſeptimum vſque diem producit: ita & caſtigationes profert in ſeptimum menſem, ne quis deinceps eiuſdem clementia atque patientia ſibi abutendum putet: ſeptimo autem menſe expiationis beneficium in ſingulos annos redintegrabatur.

Ex arca capta vtraque gens erudiri potuit.

MENSIBUS.] Hebraicè חֳדָשִׁים *hhodaſchim*, menſibus, innouationibus lunæ. Aliàs יְרָחִים *ierahhim*, eſtque communior appellatio, à luna dicta,quæ Hebræis יָרֵחַ *iareah* vocatur,& menſem ſignificat. Scribitur autem & hoc modo, יֶרַח *ierahh*. A Græcis pariter menſis μὴν μηνὸς vocatur,à μήνη,quod lunam denotat lingua Arcadum: ipſum lunæ globum Athenienſes vo-

De menſibus Hebræorum.

A cant σελήνην,quod fulgorem recipiat. De menſibus Hebræorum accuratè Venerabilis Beda, cap.6. de ratione computus, & iterum libri de ratione temporum,c.10. Antiqui,inquit, menſes ſuos non à ſolis,ſed à lunæ curſu computare ſolebant. Vnde quoties in Scriptura ſancta,ſiue in lege, ſiue ante legem, quota die menſis quid factum dictumve ſit,indicatur, non aliud quam lunæ ætas ſignificatur: à qua ſemper Hebræi, quibus credita ſunt eloquia Dei, antiquo patrum more menſes obſeruare non ceſſant: primum menſem [a] nouorū, qui Paſchæ ceremoniis ſacratus eſt, Niſan [b] appellātes,qui propter multiuagum lunę diſcurſum,nunc in Martium menſem,nunc incidit in Aprilem,nunc aliquot dies Maij menſis occupat. Sed rectius Aprili de- B putatur, quia ſemper in ipſo vel incipit, vel deſinit,vel totus includitur, ea duntaxat regula,cuius & ſupra meminimus, obſeruata, vt qua xv. poſt æquinoctium luna extiterit, primum ſequentis anni menſem faciat: quæ verò antea nouiſſimum præcedentis, ſicque per ordinem. Secundus eorum menſis [c] Iar Maio: Tertius Siuā Iunio: Quartus Thamul Iulio: Quintus Aab Auguſto: Sextus [d] Elul Septembri: Septimus [e] Theſeri Octobri, quem propter collectionem frugum, & celeberrimas in ipſo feſtiuitates nouum annum appellāt. Octauus [f] Mareſuan, Nouembri. Nonus [g] Caſleu, Decēbri. Decimus [h] Tebeth, Ianuario. Vndecimus [i] Sabath, Februario. Duodecimus [l] Adar, Martio ſimili ratione comparatur. Quos videlicet menſes propter C lunæ circulum, qui xxix. ſemis diebus conſtat, tricenis vndetricenisque diebus alternantes, ſecundo demum vel tertio anno exacto, menſem ſuperfluum, qui ex annis vndecim Epactarum diebus confici ſolet, intercalant. Et iterum eodem capite: notandum ſanè, quod nimium falluntur, qui menſem definiendum, vel ab antiquis definitum autumant, quandiu luna Zodiacum circulum peragat, quæ nimirum, ſicut diligentior inquiſitio naturarum edocuit, Zodiacum quidem xxvii. diebus, & viii. horis: ſui verò curſus ordinem xxix. diebus, & horis xii. ſalua ſui ſaltus ratione conficit. Ideoque rectius ita definiendum quod menſis lunæ ſit luminis lunaris circuitus, ac redintegratio de noua ad nouam: ſolaris autem menſis digreſſio ſit ſolis per duodecimam partem Zodiaci, id eſt, ſigni- D feri circuli, quæ xxx. diebus, & decem ſemis horis impletur, viginti videlicet duabus horis ac dimidia, lunari menſe productior: è quibus xi. Epactarum dies, & quadrans annuatim ſuccreſcere ſolent, &c. Poſt quæ denuò: ſed in vtroque menſe computando conſuetudo, vel authoritas, vel certè compendium calculandi naturæ præualuit. Nam non ſolum lunæ menſes, quod calculandi neceſſitas cogit, tricenis vndetricenisque diebus ordinant: ſed & lunam ſuperfluam, quæ iuxta naturæ rationem in fine anni debuerat intercalari, plerique vbilibet intercalant, & quod eſt grauius, tantum inter ſe calculatores diſſident, vt vno nonnunquam eodemque die, hic quartam decimam, ille quintam decimam, alius ſextam decimam adſeuerent lunam eſſe putandam, necnon & ſolis an-

Venerab. Beda.

[a] אָבִיב *abib* Exod 13. Leu.2.

[b] נִיסָן *niſan.* Nehem.2. Eſth.3.

[c] 3.Reg.6. vocatur menſis ſecundus זִו *ziu.*

[d] Nehem.5.

[e] 3 Reg 8. menſis ſeptimus vocatur mēſis הָאֵתָנִים *ethanim* Arias vertit *fortium.*

[f] 3 Reg.6. vocatur בּוּל *bul.*

[g] Nehem. 1. & 1.Mach. 4.

[h] Eſther 2.

[i] Zachar 1.

[l] Eſther 3.

nuos menſes diſſimillima regula diuerſo quæque gens ordine metitur. Hactenus Venerab. Beda, quem ſi cōſulas, plura reperies: nam eundem Bridefertus Rameſienſis gloſſis ſuis illuſtrauit, quibus etiam ſua ſcholia adiecit Ioan. Nouiomagus, qui plures mēſium tabulas cum ex eodem Beda, tum etiam Theodoro Gaza, Calonymo, & aliis non pœnitendis authoribus ibidem adſcripſit. Cæterùm liquet, opinor, ante exilium Babylonicum, quatuor duntaxat menſes habere ſua nomina propria. Menſes autem numeralibus vocibus tum diſtinguebāt, vt primus, ſecundus, & deinceps ad duodecimom, & decimum tertium dicerentur, cùm ſcilicet intercalaris adiiceretur. Poſteri ſcriptores, vt Zacharias, Eſther ſiue Mardochæus, Nehemias, Chaldaica ſeu Aſſyria mutuati ſunt. Et decimus tertius quidem menſis intercalaris, ſubiunctus vltimo menſi אֲדָר *adar*, ipſe quoque dictus eſt וַאֲדָר *vaadar*, quod ſonat & adar, quaſi adar iteratus. Nomina dierum mēſis etiam nomeralia ſunt, vt prima, ſecunda, viceſima quinta, menſis primi. Primus dies duntaxat חֹדֶשׁ *hhodeſch*, id eſt nouitas, appellari ſolet: quod νουμηνίας, nouiluniom, calendas, exordium menſis, principiumque menſis interpretes Latini tranſtulerunt. Si qua alia priuatis nominibus inſignita ſunt, aut ab euentu ſortita ſunt appellationem, aut à feſti ptoprietate, vt dies פּוּרִים *phurim*, ſiue ſortium, Eſther 9. כִּפּוּרִים *chippurim*, ſiue expiationum, Leuitici cap. 23.

Hebræi primi omnium menſem in 4. hebdomades diſtinxerunt.

Verùm Hebræi præterea primi omnium gentium, menſem in quatuor hebdomades ſeu ſeptimanas diſtinxerunt, mandato Dei, iuxta quatuor lunæ effigies. Eſt enim finis præcipuus diuerſarum lunæ apparitioonm, vt menſem diſtinguant in quatuor ſeptimanas. Ac ſicut Deo conditori placuit huius pulcherrimi ædificij fabricatori, ſolem in tanta machina fulgere, vt ad ipſius genuinum motum propriè annorum periodi alligentur, & huius perpetuo curſu atque circumactu metæ anni ſiue horæ definiantur: ita lunam vicariam luminis ſolaris eſſe voluit, vt annua interualla in certos velut articulos digereret vitæ & actionibus populi conuenientes, & ſeptimanarum diſtributio pulchrè ad lunæ φάσεις quadraret, primis à coitu diebos curuaretur in cornua, ſeptimo dimidium proferret orbem, decimo quarto vel circiter pleno orbe radiaret, & hac ipſa mutatione illuminationum, ſiue facierum ſeptimanarum terminos diſcluderet. Addam & Gręca vocabula, quibus lunæ facies diuerſæ diſtinguantur. σύνοδος propriè dicitur congreſſus, ſiue coitus luminum, vbi nulla eſt diſtantia. In hoc poſitu luna aliàs dicitur intermenſtrua, intermeſtris, ſilens. Ipſa coniunctio interlunium ac nouilunium vocatur. Inde falcata incipit apparere, & curuari in cornua, quod bis menſe vno accidit, nimirum & cum naſcitur ſeu emergit à ſolis orbe vſque ad ſeptimum diem, & cum iterum langueſcit poſt plenilunium. Tum verò μηνοειδὴς Græcis dicitur. Creſcens autem vertit in ortum cornua; ſeneſcens ad occaſum inflectit. Septimo autem die, quod & vigeſimo primo iterum recurrit. Cum diuidua ſeu dimidiata apparet, διχότομος: cùm verò iam obiecta ſoli plenum orbem terris oſtentat decimo quinto die, tum πανσέληνος vocatur. Has igitur effigies ſecuti ſunt primi parentes, in interuallis menſium conſtituendis, vt menſis quatuor hebdomadibos conſtaret, quarum ſingulæ ſeptem dierum definirentur. De multiplici hebdomadum genere pluribus diſſerit Venerab. Beda lib. de ratione temporom cap. 6. & proximè ſequentibus: ſed nos, cùm menſium rationem explicandam ſuſciperemus, hebdomadas tantùm attigimus, quantum neceſſe viſum eſt ad eius propoſiti finem conſequendum. Ille porrò de noſtra ſpecie etiam hæc habet initio cap. 6. Ad exemplum, inquit, diuinæ hebdomadis ſecunda hominibus obſeruantia mandatur, dicente Domino: *Sex diebus operaberis, facies omnia opera tua, ſeptimo autem die ſabbati Domini Dei tui non facies omne opus ſeruile in eo. Sex enim diebus fecit Deus cœlum & terram, mare & omnia, quæ in eis ſunt, & requieuit in die ſeptimo.* Quæ populo Dei hebdomada ita computabatur antiquitus: prima ſabbati, vel vna ſabbati, ſiue ſabbatorum: ſecunda ſabbati, tertia ſabbati, quarta ſabbati, quinta ſabbati, ſexta ſabbati, ſeptima ſabbati, vel ſabbatum. Non quod omnes ſabbatorum, hoc eſt, requietionum dies eſſe potuerint, ſed quod à requietionum die, quæ ſuo nomine & cultu ſingularis excellebat, prima, vel ſecunda, vel tertia, vel cæteræ ſuo quæque cenſerētur ex ordine. Verùm gentiles cum obſeruationem à populo Iſraël hebdomadis addiſcerent, mox hanc in laudem ſuorum deflexere Deorum. Primam videlicet diem Soli, ſecundam Lunæ, tertiam Marti, quartam Mercurio, quintam Ioui, ſextam Veneri, ſeptimam Saturno dicantes: eiſdem vtique monſtris ſuos dies, quibus & errantia ſidera conſecrantes, tametſi diuerſo ordine putantes. Exiſtimabant enim ſe habere à Sole ſpiritum, à Luna corpus, à Marte feruorem, à Mercurio ſapientiam & verbum, à Ioue temperantiam, à Venere voloptatem, à Saturno tarditatem, &c. quæ apud eundem ibidem diligentiſſimè ſcripta ſunt. Verùm hæc poſterius: Nam prius quidem nullis gentibus hæ menſium partitiones in vſu fuerunt, quæ eo fine inſtitutæ ſunt, vt aſſiduè commonefaciant homines de creatione rerum, & vt ſeptimi diei memoria conſeruaretur, noſque poſt bonorum operum perfectionem, vt ait idem Venerab. Beda, in Spiritus ſancti gratia quietem ſperaremus. Græci certè lunares menſes in tres δεκάδας ſiue decurias diſtinxerunt. Primam appellarunt menſem conſiſtentem; ſecundam, ad decem vel medium; tertiam, deficientem vel terminantem. Ac quælibet δεκὰς, vt appellatio ipſa oſtendit, denos dies continebat. Prima dies menſis νουμηνία, à noſtris nouilunium & calendæ dicebatur. Secunda dies vſque ad decimam à numero nuncupata eſt, ἱσταμένου addito, vt δευτέρα ἱσταμένου ſecunda dies & ſic de reliquis. Decima δεκάτη dicebatur. Vndecima autem πρώτη ἐπὶ δέκα, vel πρώτη μεσοῦντος μηνός. Vigeſimus dies, qui tertiam decadem inchoabat, εἰκοστὴ vel εἰκὰς dicebatur. Sequentes

Venerab. Beda.

Menſis in ſuas partes diſtributio apud Græcos.

Menſis apud Roman. diſtributio. Plutarchus.

retrogrado numero computabantur. Vigeſimus primus dies, *δεκάτη φθίνοντος*, & vigeſimus nonus *δευτέρα φθίνοντος*: vltima *ἕνη καὶ νέα* dicebatur. Romani menſem in Calendas, Nonas, & Idus diſtinxerunt, cuius diuiſionis alij alias cauſas quærunt. Plutarchus rationem diſtributionis ex motu Lunæ deduxit, & menſtruis Lunæ effigiebus, cùm ſingulis menſibus tres Lunæ mutationes principales fiant. Prima, cùm penitus occultatur, Soli congreſſa. Deinde, cùm Solis radios ac lumẽ elapſa ab occaſu apparere incipit. Poſtremò, cum ſolaribus radiis illuſtrata, plenilunium efficit. Primum diem menſis Calendas nominari coniectat, à clam nimirum, quod Luna in coitu, cum ſole eo tempore clam ſit, id eſt ſolaribus radiis occultata lateat. Nonas vero, quæ fere in quintum aut ſeptimum menſis diem incidunt, dictas exiſtimat à nona Luna, vel à Græco *νουμηνίας*, quod illo tempore Luna à coitu primò clarè conſpicuéque cernatur. Idus vero, quæ ferè ad decimum tertium, vel decimum quintum diem mẽſis congruunt, *ἀπὸ τοῦ εἴδους*, id eſt, à ſpecie ſeu forma ſeu pulchritudine, quòd Luna tunc pleno orbe luceat. Latinorum dies numerandi morem, ſimul & menſis partes præcipuas nonnullus his verſibus complexus eſt:

Prima dies menſis cuiuſque eſt dicta Calenda,
Sex Maius nonas, October, Iulius, & Mars,
Quatuor at reliqui: dabit Idus quilibet octo.
Inde dies alios omnes dic eſſe Calendas,
Quas retrò numerans, dices à menſe ſequenti.

VERSVS 2.

Et vocauerunt Philiſthiim ſacerdotes & diuinos, dicentes: quid faciemus de arca Domini? Indicate nobis quomodo remittamus eam in locum ſuum, qui dixerunt.

Sacrorum ius & poteſtas penes ſacerdotes eſſe debet.

VOCAVERVNT *Sacerdotes & diuinos.*] Antea tamen non vocauerant, neque cõſuluerant, neque id mirum ſi gentis cæcitatem ſpectes: ſed nunc ſtrage ſuorum admoniti, faciunt, qood natura docet: difficultatis ſolutionem ab iis expoſcunt, penes quos ſacrorum ius atque poteſtas eſſe debet. Deus autem ſemper optimus ac maximus, tametſi ſuperſtitioni nuſquam fauit, quia tamen illis religio eſſe videbatur, iura Sacerdotum aſſerere, eorumdemque ſententiam ſuo calculo comprobare ſtatuit. Neque enim ſacra profanis addicere licet: ſed ſi quæ ad belli paciſqoe adminiſtrationem pertinent, earum rerum habenas Principẽ moderari æquom eſt, vt pote quas Deus eiuſdem fidei permiſit: at de religione ſtatuere, & in ea quæ Sacerdotum ſunt imperium vſurpare, quid aliud eſſe dicemus, quàm ea vi atque autoritate, quæ ad Reipub. conſtitutionem conceſſa eſt, inuito Domino abuti ad ipſius contumeliam? Verùm Satrapas excæcauerat victoriæ penè inſperata lætitia, quæ perturbatin præ cæteris maximas mentis oculis tenebras offundit.

A Deinde ſupremæ poteſtatis nullis finibus circunſcripta poſſeſſio; quam non modò illi, verùm & alij plures, omnia tum ſacra tum profana pari iure complecti arbitrantur. Poſtremò diuturna conſuetudo, quæ ferè apud omnes qui eſſent veræ religionis expertes, obtinuerat, vt Summi Magiſtratus non ſolùm de negotiis ad forum militiamque ſpectantibus decernerent, ſed, & ſi quid in ceremoniis & Dei cultu innouandum eſſet, ſacerdotibus præſcriberent. Tot igitur erroribus circumuenti Satrapæ, pro imperio ſuo arcam Dei viuentis in templum Dagon intulerant. Verùm neſciebant adeſſe veræ religionis vindicem atque aſſertorem Dominum, qui nollet ea, quæ ad templorum myſteria pertinent, à profanis, licet illi ſummo Ma-

B giſtratu fungerentur, procurari. Inde igitur diralues populũ inuaſit: inde vaſtitas agris illata eſt: inde mus ridiculus inuictum Philiſthæum terruit: inde pudendum vlcus, & cum dedecore coniuncta tabes attonitæ plebis poſteriora occupauit: nec vnius vrbis contenta ſolo, villas & vrbes plurimas peſtis illa peruagata eſt. Quid igitur illi? de ſedibus pelliceis conſilium ineunt: & eſſe potuit illud inuentum affectis podice ſedili ligneo aliquanto benignius: verùm quid ad mali ingraueſcentis reſtinctionem? Serpebat in dies malum latius, & iam publico gemitu oppida & agri perſonabant. Docuit tandem neceſſitas remedium. Decernunt Sacerdotes conſulendos; vt quod ipſi ſibi detrimenti alieni iuris vſurpatione accerſiuerant, reſtituta Sacer-

C dotibus autoritate reſarciretur: quod & accidit. Nobis autem res planè digna ſtupore atque admiratione contigit. Neque enim aliorum exemplis edocti, neque ſimilibus periculorum rudimentis eruditi, neque paribus aut etiam grauioribus calamitatibus animaduerſi, adhuc manus profanas à ſacris altaribus abſtinemus: ſed in omnia, tanquam reuulſis fidei repagulis, præceps fertur ambitio. Ferox hoc monſtrum, iam olim pietate maiorum noſtrorum ſepultum, denuò excitatum eſt, & publicè atque palàm celeberrimis trium Ordinum comitiis, fidem tametſi præſcribere non potuit, tentare tamen auſum eſt, quam ſacri Pontifices reliquuſque clerus, Laico iuramenti præſtite, ſacramento firmarent. Nec te pudet Gallia de fide &

D Chriſtiano nomine gloriari? *Quid faciemus*, inquiunt Philiſthiim, *de arca Domini?* A quibus conſilium expetunt? Quorum rogant ſententiam? Nimirum Sacerdotum: & hoc Philiſthæi: nec id de maximis religionis ſacramentis, ſed de capſa lignea, inaurata illa quidem, & Mannæ vaſculum, ac binas ex lapide legis tabulas continente, cæterùm nulla ratione cum diuinis cæleſtis doctrinæ myſteriis comparanda. *Indicate nobis*, aiunt, *quomodo remittamus eam in locum*. Vides, vt doceri cupiunt. Quare non potius Satrapæ in vnum conueniunt, vt communi conſilio quod cenſuiſſent ratum fixumque haberetur? Verùm inutile eſſe eiuſmodi remedium experientia comprobarat. Itaque vos docete, nos audiemus: præſcribite, obtemperabimus: inſtituite, & quod faciendum eſſe iudicaueritis, exequemur. Et hoc vtique poſtea præ-

ſtiterunt: nec defuit obedientiæ quæſita ſalus A atque incolumitas. Addamus his etiam Vermilij Commentarium.

Vermilius.

Populus, inqoit Vermilius, cum iam grauiter eſſet affectus, res ad concilium eſt delata, quò Principes conueneruot, non quidem ſua, vt arbitror, voluntate, ſed (vt eſt credibile) inuiti, & à plebe coacti. Illi etenim prædam tam inſignem de manibus emittere noluiſſent, ſed illam potius ad memoriam poſteritatis retinere, [eo præſertim nomine, quod hîc Vermilius non animaduertit, quòd illo maximè pignore gens illa de diuino auxilio confidere videretur, nec aliter poſſe quieſcere, quàm ſi ea ſpes ab iis auferretur. Illa certè quandiu priuarentur, nequicquam auſuros: at quamprimùm reſtituta eſſet, illico iugum excuſſuros. B Quæ opinio non Philiſthiim tantum, verumetiam poſtea Aſſyriorum, Babyloniorum, Samaritanorum, Græcorum, ac Romanorum fuit: quorum omnium vna hæc ſententia extitit: Iudæorum gentem clade atque inopia quãtumuis licet afflictam, ſemper tamen ſacrorum pignorum fiducia ad ſpem recuperandæ libertatis excitari.] è diuerſo tamen decretum, vt arca ſtatim remitteretur. Principes tamen ſuaſerunt ab initio, vt per fines circunferretur: quod malè omnibus cedebat. Idcirco decretum, vel ſenatuſconſultum factum eſt, vt honorificè tandem remitteretur. Prior illa circunductio eò ſpectabat, vt periclitarentur, an plaga illata eſſet à Iehoua. Ex Ioſepho habemus quoſdam in eo concilio fuiſſe, qui dice- C rent: ſi Deus Iſraël tanta calamitate potuiſſet afficere Palæſtioos, nunquam eom fuiſſe paſſurum, vt arca in hoſtium poteſtatem veniret. Quare concludebant illorum malorum cauſas potius fuiſſe naturales, hoc eſt cæli mutationem aut concurſum ſtellarum, aut quippiam aliud huius generis. Interea verò dum concilij cunctatione occaſiones corrumpuntur, & quiſque tueri vult ſuam ſententiam, augetur plaga. Quod non modò Ioſephus, verumetiam Rabbini annotarunt, ideo Sacerdotes & diuini Palæſtinorum ad extremum dixerunt, quouſque obfirmabitis animos veſtros inſtar Pharaonis? Idcirco Principes denique D ſunt aſſenſi de arca reducenda. Verùm de modo reſtitutionis eius, Sacerdotes & diuini conſuluntur, cùm ea res Eccleſiaſtica eſſet, & ad religionem pertioeret. Ita etiam apod Romanos hiſce caſibus libri ſybillini conſulebantur, indicebatur ieiunium in honorem Cereris, Æſculapius, aut Cybele in vrbem arceſſebantur. Fit autem Sacerdotum & diuinorum peculiaris mentio, quòd fuerint etiam apud Ethnicos inter homines ij ordines, qui religioni vacarent, quos etiam Deus in populo ſuo habuit. Sacerdotum ordinarius erat cætus, à quibus religio curabatur: verùm, cùm & ipſi corrumperentur, à Deo Prophetæ mittebantur, qui res collapſas in integrum reſtituerent. Ij autem vates ratione ordinaria ſeu inauguratiooe minimè deſignabantur, verùm adeo peculiari afflatu in ſacro miniſterio collocabantur. Conſimile inſtitutum diabolus, qui eſt Dei ſimia,

Ioſephus.

A inter Ethnicos architectatus eſt. Vnde ſacra hiſtoria nunc & Sacerdotum & diuinorum euidenter meminit, qui pronuntiarint arcam Dei honorificè dimittendam, & ſoo decreto gloriam dant vero Deo. Sic etiam magi Pharaonis ad extremum ſunt confeſſi à digito Dei plagas proficiſci, quibus Ægyptij Moſis & Aaronis miniſterio conficiebantur. Nec mirum eſt Sacerdotes & diuinos quamuis Ethnicos & idololatras bene conſulere, cùm Deus nonnunquam per ſceleratos & perditos homines ea reſpondeat, quæ faciunt ad gloriam ſui nominis. Qui non ſolùm per Balaam, ſed etiam per aſinum eius vera potuit reſpõdere. Vtque perhibuit Chriſtus, Deo permulti dicturi ſunt, *Nonne in nomine tuo dæmonia eiecimus, & propheta-* B *uimus, & virtutes fecimus?* Qui tamen audituri ſunt, *neſcio vos*. Quòd ſi dixeris, Sacerdotes iſtos & diuinos videri potuiſſe homines pios, quandoquidem illorum conſilio placata fuerit ira Dei, & populo reſtituta fuerit priſtina ſanitas: ad hoc primùm reſpondeo, id Scripturam non dicere. Sed facito populum conualuiſſe: tamen ab ethnicis & profanis hominibus multa non ignoramus edita fuiſſe quodammodo admiranda opera. Actios Nauius cotem, vt fertur, nouacula diſſecuit; & cùm ſe Curtius in hiatum terræ coniecisſet, lues horribilis deſiit; & ſublata nonnunquam eſt peſtis, ludis aut ſacris inſtaurandis: & in Samaria, cùm eſſet reſtitutus aliqualis Dei cultus, leones deſtiterunt in homines graſſari, quamuis illi adhuc idololatriam C ſuam retinebant. Origenes contra Celſum inquit, Deum adeò eſſe bonum, vt non tãtum virtutes, verumetiam ſpecies ipſas virtutum præmio afficiat. Vnde licet à minori ſumere argumentum: ſi Deus virtutum ſpecies & ſimulacra tanti facit, quid faciet de ipſis veris & ſolidis virtutibus? Certè virtutum ſimulacra peccata ſunt, & ad hypocriſin attinent, illaque Deus nonnunquam punit: ſed quando ea punire velit, & quando nolit, id in ſua vnius poteſtate retinet. At dices, cum iſti fuerint idololatræ, cùm ſucceſſum Deus eorum reſponſis dederit, videri poteſt illorum idololatriam confirmare? Minimè. Nam pluit etiam ſuper iuſtos, & nihilominus iniuſtitiam eorum, quibus D benefacit, nequaquam confirmat. Atque ſi forraſſis iniuſtitia vel idololatria hinc ſtabiliatur, id per accidens, vt loquuntur ſcholæ, fiet, non ex ipſius rei natura: ſed tantùm quia talia beneficia in animos infidelium incurrunt.

Non verò Deus ſceleratis vaſibus vſus eſt ad prædicandam veritatem, & virtutum ſimulacra in infidelibus præmio proſequutus eſt.

Versus 3.

Si remittitis arcã Dei Iſrael, nolite dimittere eam vacuam, ſed quod debetis, reddite ei pro peccato, & tunc curabimini: & ſcietis quare non recedat manus eius à vobis.

Consultatio, ait Vermilius, de qua agebatur in duo capita præcipua deducitur, qoorum vnum eſt, an arca Dei ſit reſti-

Digitized by Google

tuenda: præterea ſi reddenda videretur, qua ratione id faciendum cenſerent. Finis autem deliberationis vtilitas, nempe vt lues, & ab hominum corporibus, nec non ab agris auferretur. De prima reſponſione iam dictum eſt. Secunda his verbis continetur, &c. ad hũc modum Vermilius. *Nolite dimittere eam vacuam.*

Menander.

Epicharmus Deos ait eſſe, inquit Menander
Ignem, ſolem, tellurem, aquam, ventos, ſtellas.
Ego verò vtiles Deos eſſe ſum arbitratus
Argentum & aurum noſtrum.
Vbi enim eos in ædibus collocaueris,
Precare quiduis, omnia tibi dabuntur
Ager, domus, famuli, argentea vaſa
Amici, iudices teſtes: duntaxat largire:
Nam ipſos etiam Deos habebis obſequentes.

Hactenus Menander. Qui licet quantum ad verum Deum attinet, vates mendax probari poſſit, cùm ille meretricis pretium in tabernaculum ſuum inferri vetuerit, nec totis quadraginta annis, quibus in ſolitudine populus commoratus eſt, ab eo ſacrificium aut oblationem exegerit: certum eſt tamen Deum, vt ſeſe hominum moribus accommodaret, donis ac muneribus placari voluiſſe, quemadmodum multis Scripturæ teſtimoniis demonſtrari poteſt, adeò vt etiam lege lata ſanciret, quo quiſque ſacrificio ac munere qualecunque ſuum peccatum redimeret. Ex quo deinceps largior ad Sacerdotes auaritia manauit. Illi ſiquidem cum in ſua commoda maiori ex parte ea dona deriuarent, lucelli dulcedine allecti, non contenti legitimis ac ſpontaneis oblationibus ſæpe maiores largitiones extorquere conati ſunt. Cuius turpitudinis non pauca exempla ſuppetunt non modò apud Ethnicos Sacerdotes, qui non niſi dubia fide amplius aliquid à diis ſuis ſperare potuerunt: ſed etiam apud Chriſtianos, quos ampliſſima merces & beatiſſima præmia, ſi rite officio functi fuerint, in cœlo manent. De Gentilibus exemplum habet Philoſtratus Apollonij vitæ libro ſexto capite 17. Nam cùm, vt ait, nonnullæ vrbes, quæ ſiniſtro littori freti Helleſpontiaci incubant, crebris terræ motibus quaſſatæ remedium quærerent, eò Chaldæi & Ægyptij magnæ ſibi religionis conſcij quæſtus gratia concurrerunt, Neptunum, Tellurem que, vt videri volebant, ſacrificiis placaturi. Verùm, cùm priuſquam neceſſaria ſacra procurarent & iram numinum expiarent, pecuniæ vim non modicam numerari ſibi poſtularent; & ciuitates non niſi abſoluto diſcrimine conferendam cenſerent, interea Apollonius eodem appulit: qui re intellecta ſacrificos quidem illos grauiter increpuit, quòd ex aliena miſeria emolumenti occaſionem captarent; ſingulis autem priuatim ſacrificia inſtituit, quibus ea calamitas auerruncaretur. Non diſſimilis philargyriæ ſordes Iudæorum ſacerdotibus Dominus obiicit, cùm iiſdem exprobrat illud voti genus, Corban dictum, quo docebantur liberi, prætextu religionis, ſic ſua omnia templo conferre, vt ipſi ſoli cum paucis, quos excipi placuiſſet, iiſdem deinceps licitè vterentur. Sic enim fiebat, vt parentes quidem, licet inopia preſſi, ab iiſdem metu religionis abſtine-

Quam turpis & exitioſa ſacerdotum auaritia.

Philoſtrat.

A rent; Sacerdotes verò, quæcunque vouentibus ſuperfuiſſent, in ſuum compendium transferrent. Quod genus auaritiæ non modò turpe fuit & inhoneſtum, ſed etiam cum impietate atque immani crudelitate coniunctum. At vero nos, inter nonnullos altaris miniſtros, in quo non iam boues & agni, vt olim, ſed Chriſtus ipſe, ignobilibus quondam ſacrificiis adumbratus, immolatur: de iure oblationum quotidianas penè concertationes videmus: ſic planè, vt nonnunquam in animum induxerim credere; præſertim cum Apoſtolus doceat philargyriam idololatriam eſſe, eiuſmodi auaritiæ mancipia, non tam Deo, quàm Mammonæ rem ſacram facere. In quo fides & religio ma-
B nifeſtè periclitatur, eſſeque illi, mea quidem ſententia, à ſacris altaribus remouendi, vt tandem aliquando non paucis quorum infirmam conſcientiam id genus ſcandali perculit religionem aliquam eſſe conſtaret. Sed iam his omiſſis, ad ea quæ ſunt huius loci propria reuertamur.

SED *quod debetis, reddite ei pro peccato.*] Siue, vt reddit Vermilius, reddetis ei hoſtiam pro peccato. Peccatum, inquit Vermilius, Hebraicè ſcribitur אָשָׁם *aſcham*, quam vocem delictum vertunt: vtque habetur in Leuitico, ſacrificium aliud erat pro peccato חַטָּאת *hhattath*, & aliud pro delicto. Hoc po-
C ſterius grauius erat commiſſum contra legem: אָשָׁם vero leuius. Vnde liquet Palæſtinos exiſtimaſſe transgreſsionem ſuam, qua Deum offenderant, leuius fuiſſe peccatum. Itaque credebant eius iram aliquo donario facilè placatum iri, cum tamen grauiſsimè peccarint, quandoquidem arcam ita captiuam detinebant, quaſi Deum Hebræorum ſuo Dagoni ſubieciſſent. Proinde talia decernuntur anathemata, quinque imagines aureæ anorum, quod ea maximè corporis parte laborarent: & mures totidem aurei, quod alienum fuiſſet, niſi mures quoque agros illorum deuaſtaſſent: ſicuti nunc hiſtoria diſertis verbis tradit, quæ antea minimè commemorauerat. Conſuetudo hæc fuit omnium propemodum gentium, vt ab aliquo morbo ſeu calamitate diuina ope aſſertæ, anathemata & monimenta quædam numini ponerent, à quo ſe putarent fuiſſe libera-
D tos, vt quoad fieri poterat, celebraretur & coleretur. Hæc igitur erat hoſtia pro delicto: quoniam huiuſmodi ſimulacris & imaginibus ſe & ſuum Dagonem teſtabantur victos à Domino, illi eidem aſcribendo & plagam & medicinam. Hactenus Vermilius: cuius ego ſententiæ neutiquam aſſentior. Nam quod ait Palæſtinos ſuum illud peccatum leuius ac penè nullius momenti duxiſſe, nulla ſatis probabili coniectura nititur. Primùm enim populum Domini, cuius libertati inſidiabantur, magno numero ceciderant. Deinde in eundem ipſum Dominum, quem eſſe arcam ſentiebant, violentas manus iniecerant, & captum ludibrio habuerant. Accedit, quod nec quodlibet munere, vt ait, Dominum placari poſſe cenſuerint, ſed iis duntaxat anathematibus, quæ illum

Vermilius: Hebraica vocis אָשָׁם *aſcham vſus & ſignificatio expenditur.*

betis, revoite ei pro peccato. quidem gloria, ſe autem dedecore atque ignominia ſempiterna afficerent. Denique nec illud verum eſt, Hebraicam dictionem eius opinioni fauere, aut leuiorem peccato, quod חַטָּאת *bhattath* dicitur, offenſionem ſignificare: quin

Marinus. potius Marinus in Arca Noë, eadem dictione, nomen אָשָׁם *aſcham* ſignificationis atrocitate alterum ſuperare contendit. Quid propriè ſignificet, inquit, etſi frequens verbum ſit, non facile eſt coniectare. Omnes peccare, delinquere, noxa obſtringi אָשָׁם interpretati ſunt. Mihi, vt quid ſentiam liberè dicam, primo loco eſt Deſolari, Deuaſtari, etſi rarum ſit in hac ſignificatione: nam ſæpius per metaphoram eſt pœnitere, mœſtum eſſe, quod deliqueris. Poſtea ſimpliciter vſurpatur pro delinquere, reum euadere, agere ea, pro quibus pœnitendum ſit, ſed nihilominus grauius eſt אָשָׁם *aſcham*, quàm חֵטְא *bhata*, quæ omnia annotare poteris ex locis inferiùs poſitis, & cæt.] Quibus omnibus ad-

Pagninus. dere potes ex Theſauro Pagnini, nonnullos idem curioſius exponere, ob culpam, aut pœnam afflari, ac cum flatu quodam abominationi eſſe ac horrori.] Inde deductum nomen deſolationem, delictum, pœnam, mulctam, hoſtiam pro delicto, piaculum, denique ablatæ rei reſtitutionem ac ſatisfactionem ſignificat, vt eo paſſim Scripturæ vtuntur, & Santes Mariniſque notarunt.

Versvs 4.

Qui dixerunt: Quid eſt quod pro delicto reddere debeamus ei? Reſponderuntque illi: Iuxta numerum prouinciarum Philiſthinorum quinque anos aureos facietis, & quinque mures aureos: quia plaga vna fuit omnibus vobis, & Satrapis veſtris.

Versvs 5.

Facietiſque ſimilitudines anorum veſtrorum, & ſimilitudines murium, qui demoliti ſunt terram, & dabitis Deo Iſrael gloriam: ſi fortè releuet manum ſuam à vobis, & à diis veſtris, & à terra veſtra.

Allegoria ſimilitudinis ac numeri quinque anorum. Ivxta *numerum prouinciarum.* Tametſi Scriptura ſatis manifeſtè prædicat, quamobrem ani aurei quinario numero conflati atque conſecrati ſunt, non videtur tamen carere myſterio, quod idem numerus prouinciis & anathematibus Palæſtinorum conuenerit. Vocatur is numerus à Mathematicis circularis, ſeu ſphæricus: quoniam quantumlibet per ſeipſum auctus & multiplicatus, ſemper in ſeipſum redit, & conuoluitur: ſicut rimanti manifeſtum eſt. Nam quinarius quinquies repetitus, numerum vigeſimum quintum efficit; vigeſimus quintus ſimili ratione amplificatus, cen-

A teſimum vigeſimum quintum. Addunt eundem præterea ex primo congreſſu paris & imparis naſci, hoc eſt, binarij & ternarij, ex quibus omnis ſumma conficitur. Cœlum quoque ipſum, terramque zonis quinque deſcribi; Orbem pari numero generum animalium incoli, hominem denique totidem corporis ſenſibus ornari. Ex quibus omnibus hoc colligi poſſe arbitrantur, vniuerſitatem generis humani eo numero non incommodè deſignari. Sed quia Palæſtini, non ſolùm quinque prouincias habuiſſe feruntur, ſed etiam pari numero podices conſecraſſe, quæ pars eſt hominis omnium contaminatiſſima: iam hoc quoque nobis inueſtigandum eſt, quid eſſe præterea poſſit, quod cum fœdis iſtis imaginibus valeat conferri. Ego

B ſic arbitror, re omnium ſordidiſſima ad oſtentationem & ludibrium propoſita, maximam animæ turpitudinem, hoc eſt, peccatum demõſtrari. Illa porro labes quintuplici potiſſimùm ex fonte manauit. Eſt enim quæ ab origine fluxiſſe cenſetur, & ortus noſtri primordia commaculat: & eſt quæ magis ignorantiæ tribuitur, quo tempore nos ipſi labimur, arte dæmonum in fraudem inducti quorum nos ſæpe doli latent. Quid infirmas vires commemorem? Nam hæ quoque non raro iſti belluæ ſuccumbunt. Quid vitioſitatis impetum, quæ voluntatis cõſtantiam ſæpenumero labefactat? Nonnulla quoque peruerſitas, & certa ac deliberata malitia improborum hominum mentes voluntario ſcelere fœdat & polluit. Hi ſunt ergo quin-

C que illi podices. Sed quid ſibi vult quod in auro finguntur, & in arcæ latere collocantur? Atqui ipſa Chriſtus eſt, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo: qui, cùm non eſſet peccatum, factus eſt pro nobis peccatum, & ſimilitudinem carnis peccati aſſumpſit, & labores noſtros ipſe tulit, & peccata noſtra ipſe portauit. Vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, & liuore eius omnes ſanati ſumus. Vulnera etiam illius præcipua totidem quot ani numerantur.

Facietis ſimilitudines anorum veſtrorum. Iſti nec pœnitentiam ſuadent, inquit Vermilius, nec abiectionem idolorum, nec inuocationem veri Dei. Ceremoniam tantùm externam proponunt, qua Deo aurea munuſcula offerantur, cùm talia ornamenta & ceremoniæ Vermilius.

D ſine fide meræ ſint religionis peſtes: tamen ſciẽdum eſt Deum omnia iſta conſilia in ſuam gloriam referre. Donaria quippe iſta ſatis declarant, cùm arca fuiſſet à Palæſtinis indignè habita, Deum ſumpſiſſe de illis grauem pœnam: ideo Dauid perſpicuè docet in Pſal. 78. quid hîc Deus egerit. *Tabernaculum*, inquit, *ſuum deſeruit, & dedit gloriam ſuam hoſtibus: ſed excitatus eſt tanquam vir potens à vino, & percuſſit eos in poſterioribus, deditque illos in opprobrium ſempiternum.* Nam cùm ſuorum anorum ſimulacra Deo conſecrarent, ſuum opprobrium proprio teſtimonio conſignabant. Atque anorum donarium mulcta quædam fuit, & ideo in Hebræo appellatur, vt dictum eſt אָשָׁם *aſcham*, hoc eſt, delictum. Teſtabantur igitur ſe voluiſſe quodam genere ſacrificij Deum ſibi reconciliare.

Nec

Digitized by Google

Nec aliò ſpectabant oblationes & exhibiti honores, ſed quia nulla fide nitebãtur, peccata illis erant, indicabantque illorum conſcientiã fuiſſe cauteriatam. Non enim ex fide integra & vera iſta faciunt, ſed pœnis coacti ſe Deo ſubiecerũt: & quamuis præ ſe ferunt aliquam reſipiſcentiæ ſpeciem, impium tamen animum & impurum ſibi retinent. Nec modò ipſi dubitant de fortitudine Dei Hebræorum, quem contumeliis affecerãt, ſed populum etiam in eandẽ dubitationem inducunt. Videbimus, inquiũt, ſitne Deus ille Iudæorum, qoi nos ita vexauit, an non. Neſciunt itaque, nec certò iotelligunt, vtrum affirmare poſſint. Et nihilominus vtrumuis horum deprehenderetur, ſuam idololatriam noo erant deſetturi. Sic enim aiunt, *Si fortè remittat manus eius à vobis, à terra veſtra, & à diis veſtris*. Cùm aiunt, *& à diis veſtris*, ſatis indicant ſe adhuc velle ipſis adhærere. Perſuaſum erat ferè omnibus nationibus vnum eſſe Deum, cuius tamen fuerint variæ proprietates. Vnde fiebat, vt alij Iouem, alij Iunonem, alij Mercurium, alij Neptunum, & alij alios colerent, quo vna illa Dei natura diſtracta in multas partes, honote cumulatius afficeretur. Nec ertor gradum hîc ſiſtebat: ſed vlteriùs prolapſi, haſce Dei proprietates inter ſe cõmittebant, ceu ipſorum dij pugnatent inter ſeſe, qood in obſidione Troianæ vrbis factum Poëtæ fabulantut. In qua dimicatione licet Venus fuerit victa, oihilominus à ſuis perpetuò colebatur. Sic Iuno victa penè vſque ad Auguſtini tempora Carthagine retinebatur. Ad eundem modum Palæſtini Dagonem ſuũ, vt vt miſerè proſligatus & perditus eſſet, diuino tameo honore ac cultu afficere decreuerant. Fortaſſis apud ſe ita cogitantes: etſi modò ſuperatus eſt, aliàs vincet. Eſt enim belli fortuna cõmunis & anceps. Hactenus Vermilius. Qui cùm in pluribus iute merito Palæſtinotum diuinos ac Sacerdotes reprehendat, quòd pœnitentiam non ſuadeant, qoòd abdicationem idolorum non prædicent, quòd veri Dei inuocationis non admoneant; quòd hactenus de Dei virtute ac potentia ambigant: idem ipſe, quod ſe videre diſſimolat, in eo maximè reprehendendus eſt, quòd de ſatisfactione, quam imperfectè amplectuntur, penitus obmureſcat; propterea ſcilicet, quòd ad ſceleris reſtinctionem pertinete non putauit: quam tamen pœnitentiæ partem eſſe non contemnendam natura Philiſthæos edocuit. Nam cum diuini numinis iram ex iis, quæ acciderent, coniicerent, ad eam mitigandam nullum præſentius remedium arbitrati ſunt, quàm ſi, quod ignominiæ & dedecoris arcæ intuliſſe videbãtur, honoris exhibitione, donorumque collatione cõpenſarent ac delerent. Mirum eſt autem, quæ Gentiles naturæ lumine perſpexerint, ab excæcatis hæreticorum mentibus agnoſci non poſſe. Verùm illi forſitan in eo errarunt grauiſſimè, qood à vera fide alieni eſſent: nos vero poſtquam Euangelij luce colluſtrati ſumus, ab eo errote emerſimus. Atqui tantum abeſt, vt à ſatisfactione exhibenda ſancti patres, & antiquiſſimi religionis noſtræ aſſertores abhorruerint, vt in ea prædicanda, deſcribenda, & præcipienda diligentiſſimi extite-

Vana pœnitentia Palæſtinorum.

Ethnicorum de Deo ſuperſtitioſa opiniones.

A rint. De qua tam[illegible]ſi iterũ in ſequentibus dicturi ſumus, à Vermilio prooocati, nil tamen vetat etiam hoc loco de eiuſdem operibus diſſerere.

De ſatisfactione.

Tertullian.

Tertullianus librum vnum de Pœnitentiæ paratura conrexuit, in quo vix vllũ capitulum reperies, in quo ſatisfactionis non meminerit. Cap. 5. Ita, inquit, qui per delictorum pœnitentiam ſtatuerat Domino ſatisfacere, &c. & c. 7. Habes cui ſatisfacias. c. 8. Confeſſio ſatisfactionis cõſilium eſt. c. 9. Sed quatenus ſatisfactio confeſsione diſponitur, confeſsione pœnitentia; Deus mitigatur. c. 10. Domino offenſo ſatisfacere. In quem etiam librum num.
B 26. multa alia Pamelius annotauit. Verùm quod ad opera ipſa, quæ ſatisfactioni operarentur, attinet, plurima, quæ ab aliis, qui de fide diſputarunt, ſapienter & eruditè congeſta ſunt præteriens, vnum tantùm arque alterum ex antiquis patribus teſtem adhibebo.

S. Gregor. *Tria in homine conſideranda.*

Primus erit S. Greg Nyſſ. Epiſcopus, fratet autem S. Baſilij Magni, in Epiſtola ad S. Latoiũ Mitylenes Epiſcopum, quam legimus Bibliothecæ SS. PP. Tomo 2. Is igitur ſcribit ad hũc modum. Tria ſunt quæ in anima noſtra cõſiderantut, ratio, concupiſcentia, & ira. In iis ſunt & rectè facta eorum, qui ex virtute viuuot, & delicta caſuſque eorum, qui ad vitia dilabuntur. Hæc ille. Poſt quæ, vt multa paucis abſoluam, flagitia, pro quibus publicè à patribos ſa-
C tisfactiones præſcriptæ ſũt, in tres claſſes diſtribuens, ſingulorum legitimas purgatiooes accuratè complectitur. Et 1. quidem, quantum ad rationalem partem attinet, ſiue hæreſis illa, ſiue apoſtaſiæ labe inficeretur, ſi ſponte contracta eſſet, reliquum vitæ tempus pœnitentiæ addicebant, in ſolo imminentis mortis periculo communione conceſſa. Sin verò minimè voluntaria fuiſſet, ſed terrore, pœnis, ac ſuppliciis ab aliis inuſta, annos nouem, totidem quot ſimplici fornicationi, indicebant. Item, ſi qui ſponte diuinos & præſtigiatores conſuluiſſent, parem cum hæreticis & apoſtatis pœnam ſubibant, ita tamen, quòd ſi in vitæ diſcri-
D men incurriſſent, communionem reciperent, poſt quam, ſi conualeſcerent, pœnitentiam prorogabant. Quod ſi non vltrò, ſed iactura aliqua, morbo, aut dolore graui coacti, Pythones incantatoréſque adiiſſeot, nouem annis cum fornicatoribus ſcelus admiſſum luebant. In parte vero coocupiſcibili, ſimplex fornicatio nouem annis multabatur, adolterium duplicato numero decem & octo annis, furtum vero latens, & abſque vi, patres non notarunt: debet tamen qui aliena rapuit ex antiquæ legis decreto, & nouæ exemplo, aliis propria largiri. At ſi vis illata fuerit, ſi præda per vim abacta, in raptorem pariter ac in eũ, qui de induſtria hominem cæciderit, animaduertunt, id eſt, annis ter nouem, ſeu ſeptem & viginti. Sacrilegiũ verò, ſeu eius rei ablationẽ, quæ Deo dicata eſt, remiſsius aliquanto vindicarunt, qoã adulteriũ. Ad cædem hominis, quod ad irã pertinet, ſi quis data opera feciſſet, annis viginti & ſe-

Veteris Eccleſiæ Canones pœnitentiales.

ptem ylti ſunt: ſi verò præmentem conſiliumque accidiſſet, annos oouem expiari abſoluique cenſuerunt.

Porrò iniunctæ tempus pœnitentiæ ſic in tres partes equales diſtribuebent, vt primis quidem annis, vt puta tribus, ſi nouem annis præſcripta eſſet: in perfecta poſitos ſegregatione ab Eccleſia excloderent: ſequeotibus ad auditionem tantùm ſcripturarumque lectionem admitterent: vltimis, in proſtratorum numerum, ac tandem in communionem reciperent. Dicebentut eotem proſtrati, qui ad limen Eccleſiæ ſeſe proſternebent, communionem petentes tempore extremæ quadrageſimæ. Et primi quidem temporis, quo potiſſimum pœnitentia agebatur, & debitæ pro ſatisfactione pœnæ exoluebantur, cùm ſanctam Fabiolam

S. Hieron.

ſanctus Hieronymus ſuo penicillo depingeret, imaginem quandam, vt videtur, propoſuit. Ille ſiquidem in eiuſdem Epitaphio, quod habetut intet eius Epiſtolas numero trigeſimo, eandem reſipiſcentem, & ed pœnitentiæ metas anbelantem, ſeccum indutam, errorem ſuum publicè confitentem, &, tota vrbe ſpectante Romane, ente diem Paſchæ in Baſilica quondem Leterani, qui Cæſariano truncatus eſt gledio, ſtantem in ordine pœnitentium, Epiſcopo, Presbyteris, & omni populo collacrymantibus: ſparſum crinem, ora liuida, ſqualidas manus, ſordida colla ſubmittentem; & non ſolùm gemmas, linteamina, & omnem mundum muliebrem, ſed etiam faciem, per quam ſecundo viro placoeret, verberantem deſcribit: quæ omnia temporis illius reatum conditionemque ſatis apertè prædicant: de quibus plura Marianus Victorius in quodam libello, quem de antiquis pœnitentiis ſcripſit, vt idem teſtatur in hunc locum, quem me hactenus videre non contigit. At quod ſæpe me legiſſe contigit, hoc ipſum referam, etiam mulcta, ieiuniis, incluſiooe, cilicio, & verberibus iem olim Eccleſiam in reos ſuos animaduertere ſolitam. Sed ne longior ſim quàm propoſiti noſtri ratio poſtulat, ſuperioribus exemplis, quæ à me allata ſunt capite querto verſ. 18. vnum addam duntaxet religioſiſſimi viri Petri Damiani, qui miraculis etiam claruit: qui ſeipſum teſtatur propter abiectam Epiſcopalis curæ ſarcinam, centum annorum pœnitentiam ſubiiſſe. Quod quidem quoniam mirum videri poſſet iis, qui pœoitentiarios Canones ignorant, tam diuturnam pœnitentiam multò minori tempore impleri potuiſſe, quo tandem pacto exſolueretur, ſancti Dominici loricati verbis explicabo.

Pœnitentia centum annorum quo pacto breui exolueretur.

S. Dominicus loricatus apud B. Petrum Damian.

Is igitur apud eundem libri ſexti Epiſtolarum, Epiſtola trigeſima, ad hunc modum. Tria ſcoparum millia vnum pœnitentiæ annum epod nos regulariter expleot. Porrò decem Pſalmorum modulatio mille ſcopas admittit. (Interim enim dum cæderentut, vel ipſi vel alij Pſalmos concinebant, vt longè ſecus quàm ſoleant impij, præ impatientia in verba blaſphema & maledicta erumpere, ipſi laodibus clementiſſimi patris caſtigationem proſequerentur) dum igitur centum quinquaginta Pſalmis conſtare Pſalterium non ambigitur, quinque annorum pœnitentia in huius Pſalterij diſciplina rectè ſupputantibus inuenitur. Sed ſiue quinque vicies ducas, ſiue viginti quinquies, centum ſiuot. Conſequitur ergo, vt qui viginti Pſalteria cum diſciplina decantat, centum annorum pœnitentiam ſe peregiſſe confidet. Hactenus ille.

Num ſibi ipſi plagas quenquam imponere liceat.

QVONIAM verò plagæ illæ, quæ nonnullis impoſitæ ſunt ab alus, nonounquam vltrò ab aliquibus experitæ ſunt, qui tolerabiliorem duxerunt corporis dolorem præ animæ ægritudine, quæ pœnitentiæ remediis leuatur; & illi, ne cui moleſtiam efferrent, propria manu in ſeipſos animaduertere conſtituerunt: Inde quæſtio nata eſt, an ſeipſum quenquam verberare liceret, potiſſimùm beati Damiani tempore, cùm tamen multis ante ſeculis id de ſeipſo, nullo reclamante, ſanctus Hieronymus Epiſtolis ſuis palàm prædicaſſet. Certè etiam poſtremo boc tempore ſanctus Peter noſter Franciſcus de Paula boc lege lata ſanciuit, ne quenquam apud noe cadere cuipiam liceret: ſed quicunque diſciplinæ ſubiiciendus videretur, à ſeipſo vapularet. Quoniam tamen à nonnollis pia illa cooſuetudo hactenus minos probatur, qui plus carnis ſuæ teneritudini indulgent, quàm Sanctorum exemplis moneantur: addam in eorum gratiam firmiſſimas rationes, quibus boc inſtitutum beatus ille aſſerere conatus eſt. Sic igitur ille Epiſtola 8. libri 5. Epiſtolarum.

B. Petrus Damian.

Nunquid redemptor noſtet verbera, Euangelio teſte non pertulit? Nunquid non Paulus quinquies quadragenas vne mious accepit? Nunquid non Apoſtoli omnes flagellis cæſi? Nunquid nõ & ſancti Martyres ludibria, & verbera ſunt experti? Nunquid non Moyſes verberibus affici reos in lege præcepit? Nunquid non, beetus Hieronymus & elij nonnulli flagellis mactati, Deo præſide, referuntur? An eamdem, quam & ab inuitis interdum Deus omnipotens exigit, ab vltrò offerentibus ſuſcipere pœnitentiam recuſebit? Sed fortè dicturus eſt oblocutor, quia ſanctos non à ſe, ſed ab aliis cæſos fuiſſe, Scriptura teſte, cognouimus, noſmetipſos extra eorum notmam caſtigare propriis manibus nõ debemus.

Deut. 25. S. Hieron. Epiſt. 22. Tom. 1.

Cui, videlicet obiectioni facilè, quod reſpondeatur, occurrit; quia cum nos Domini crucẽ vltronea mortificatione deferimus, cùm ad exemplum eius in crucis ſtipite à perſecutoribus noo figamur; & quia cùm ſopito iam perſecutionis articulo crucifixores deſiot, incaſſum de cætero crux tollenda præcipitur, cùm nullum dimicãti ſupplicium à tortoribus irrogetur. Quod ſi væſanum & ebſurdũ eſt credere, illud pœnitẽtię genus oominũ in afflictione noſtra deſpicere, quod in ſemetipſo dignetus eſt pro noſtra ſalute perferre, quid mirum, ſi puniendo commiſſe ſuimet ſe exhibeat bomo rorrorem, & ad euadendum iudicium ſibi ſe conſtituat iudicem? Dicente Apo-

ſtolo: *Si noſmetipſos iudicaremus, non vtique iudicaremur.* Sicut enim oon temeritatis arguendus eſt, qui non modò ſacerdotali præcepto, ſed & ſponte ieiunat, ita quoque non fruſtrà laborare cenſeodus eſt, qui ſe non alienis duntaxar, ſed & propriis manibus afficiendo caſtigat. Quod ſi Achah, reprobi videlicet regis, cilicium diuioa pietas non contempſit, quàm benignè, quàm miſericorditer illum deſuper aſpectare credendus eſt, qui velut in atrociſsimo crimine deprehenſum, nudum diuinis aſpectibus obtulit, accuſatorem pariter & tortorem, reum ſimul & teſtem: cenſorem nihilominus, & carnificem fecit? optimè pœniret, qui dum carnem verberibus mactat, lucrum, quod delectatione carnis amiſerat, afflictionibus recompenſat: & ſalubrem illi nunc amaritudinem ingerit, cuius olim noxia delectatione peccauit. Nihil differt quibus pœois caro pœnitentis addicitur, dummodo voluptas præcedenris illecebræ vicaria repreſsi corporis afflictione mutetur. Quod ſi non facientibus noua, ac proinde reprehenſibilis videtur diſciplina virgarum, & ad liuidæ perſuaſionis ineptiam iudicatur deſtructio Canonum,

V. Beda.

abolitio decretorum numquid venerabilis Beda redarguendus eſſe videbitur, qui poſt antiquorum ſententiam Caoonum, quoſdam pœnitenres ferreis aſſerit circulis aſtringendos? Nunquid Sanctorum Patrum vita iure conſpuitur, quæ alios per ogdoadas & pentadecas in vepribus ſtando, alios de Sole in Solem rigidas vlnas in aëra ſuſpendendo, alios in defoſsis ſpecubus iugiter latitando, reatus ſui pœnitentiam peregiſſe teſtatur? Nonquid & beatus ille Macarius dignè ridebitur, qui dum ſe minimom quid admiſiſſe pœnituit, acutiſſimis culicum roſtris, quæ videlicet aptos transfigerent, per ſex menſes membra ſua nudus expoſuit? Nunqoid & Niniuitarum pœnitentia contemnenda eſt, qui nec iumenta per triduum paſcere permiſerunt? Quia igitur hæc, & alia multa pœnitentiæ genera ſacris non reperiuntur inſerta Canonibus, nunquid penitus execranda ſont, & Patrum ſanctionibos perhibenda eſſe contraria? Erubeſcat ergo lingua frenerica, & quæ neſcit eſſe facunda, diſcat eſſe vel muta: oeſcit vtiliter verba depromere, ſciat ſaltem ſine læſione tacere. Et libri ſexti Epiſtola trigeſima. Si ieiunia, inqoit, vigilias, nuditatem, cilicia, genuum flexiones, & cætera his ſimilia, iccirco remedia pœnitentiæ conſtituimus, vt per hæc vitiorum illecebras deprimamus, & delectationibus carnis è diuerſo amaritudinem apponamus: qoæ inter hæc congruentius dici pœnitentia poteſt, quàm cùm ſe peccator nudum ſui iudicis conſpectui repræſentat, & deprehenſorum more latronum, ipſam, quæ peccauerat, carnem verberando caſtigat? Sed dicat mihi iterum, inquit, eadem Epiſtola octaua libri quinri, cenſor iſte fratrum, & doctrinæ magiſter ignotæ, cùm Sacerdotes Eccleſiæ annoſam indicunt qoibuſdam peccatoribus pœnitentiam, nunquid non aliquando

I.

A certam pecuniæ præfigunt pro annorum redemptiooe menſuram? Vt nimirum facinora ſua eleemoſynis redimant, qui longa ieiunia perhorreſcunt? Quod ſi hoc Laicis indulgetur, vt peccata ſua eleemoſynis redimant, oe ſurripienre mortis articulo, ex hac vita ſine reatus ſui, quod abſit, abſolurione recedant; quid Monacho præcipiendum erit, qui & longam fortè pœnitentiam, peccatis exigentibus, accipit: & pecunias olim funditus, quibus redimatur, abiecit? Nunquid ſi pro humanæ fragilitatis intuitu peccatum redimi nummorum ſumma præcipitur, pro peccato carnis afflictio meritò reſpuetur? Hæc ille beatus. Ex quibus optimè ſequitur, hominem in ſeipſum B multis modis animaduertere, ac pro delictis ſatisfacere poſſe, vt pota, ſi nuditate, abſtinentia, cilicio, vinculis, laboribus, rei familiaris diſpendio, plagis deniqoe ac ſpontaneis verberibus in ſeipſum vindicet. Nam totidem modis pœnas, quibos ſeipſum malè agendo conſtrinxerat, vel iniuriam Deo illatam vlciſcendo, vel damnum reſarciendo, vel etiam illicitam voluptatem dolore compeoſando, reconciliata prius cum Deo amicitia exoluere poteſt.

Quibus ita conſtitutis, non deeſt tamen, ne quid diſſimulem, reliquus aliquis ſcrupulus, qui me pungat & ſtimulet, quòd inde pariter C ſequi videatur, ſibi quoque manus afferre poſſe, vitamqoe eripere. Primo quidem, quoniam, quod ad exempla attinet, pluribus ex iis, quos verberari contigit, vita quoque erepta eſt. Secundo quod legiſlator Moſes non ſolùm flagello cædi, ſed etiam gladio percuti iuſſit. Tertio quoniam ſi iuſtitiæ ratio habeatur, non modò verbera, ſed ſæpè etiam mortem crimina noſtra merentur. Veruntamen, vt arbitror, ſi quis paulò attentius iſta conſideret, non eſſe parem vbique rationem iudicabit. Habee namque vnuſquiſque in ſeipſum familiare quoddam ac domeſticum imperium, noo regium & abſolutum; priuatum, noo publicum, quod vitæ neciſque poteſtatem continet. Quapropter moderata quidem vti caſtigatione licebit, qualem nonnunquam paterfamilias intra domeſticos parietes exercere ſolet: vitæ autem ſuæ periculum creare non licebit; pro- D pterea quod noo ſibi ſoli natus eſt, verum etiam Reipublicæ, quæ ex eo detrimentum caperet, & iniuria afficeretur, ſi ſe illi cùm debeat, ſuo arbitrio ſubduceret. Quid ſi faciat tanquam diuinæ miniſter iuſtitiæ, ne tum quidem excoſabitur? Reſpondeo: ſi quis diuinæ iuſtitiæ miniſter haberi velit, ea duntaxat aggredi ac perficere debet, quæ illa mandauerit: at nuſquam hactenus præcepiſſe legitur, vt ſe quiſquam perimat, licet nonnunquam ab alio eum, qui ſe ſcelere polluerit, morte multari præceperit. At neque, dicees, vt à ſeipſo quiſquam vapulet, aut ſe plagis conficiat, inſtituit. Ad hoc iterum reſpondeo: In iis, quæ volootari noſtræ permiſſa ſunt, non opus eſſe diuinæ legis auctoritatem expectari, ſed ſatis eſſe ſi Sanctorum exempla

Pœnitenti ſibi vitam eripere non licet.

ANOS AVREOS ET MVRES, &c.

rationiſque ductum ſequamur. Quamobrem cùm ea uobis conceſſa eſſe intelligantur, quæ nulla lege vetita ſunt, quemadmodum eſt moderata in ſeipſum animaduerſio; & Sanctorum virorum vſu ac conſuetudine introducta ſit, ac poſtremò ratione nitatur, vt conſtat ex iis quæ hactenus dicta ſunt: non eſt cur quiſquam ab ea abhorreat, aut vſurpare vereatur.

ANOS *aureos & mures aureos*, &c.] Horatius libro 3. Carminum Ode 24.

Horatius.

Vel nos in Capitolium,
Quò clamor vocat, & turba fauentium:
Vel nos in mare proximum
Gemmas, & lapides, aurum & inutile,
Summi materiam mali,
Mittamus, ſcelerum ſi bene pœnitet.

Marcilius. In quæ verba Marcilius: Cuiuſmodi hæc declamatio, mittamus aurum in Capitolium? Aiunt, mittamus in Capitolium eò referri qood Matronæ olim mundum ſuum ad neceſsitatem Reipublicæ contulere in Capitolium. Alij quia theſauri olim ciuium in templis deponi ſoliti, ſiue ſacro commendari. Neutrum facit. De priore vel cæcus perſpexerit, de poſteriore paret, quia Flaccus abdicari vult aurum è vita, quod autem depoſitum ſacro, manet eius à quo ibi depoſitum. Dixeris. Tu ergo quid ſentis? Velle Quintum vt omne aurum Ioui cæteriſque diis immortalibus dedicetur, atque ita ſacrum factum deſinat materies mali, ſiue incentiuum vitiorum eſſe. De auri in fanis dedicatione, & donariis notiſsima res: illod autem ex Petronio pateſcit, non priuos tantum pecuniam Iooi promittere, & vouere, & dedicare ſolitos, ſed & publicè ſenatum. Ipſe, inquit, Senatus recti bonique præceptor mille pondo auri Capitolio promittere ſoler, &cæt. corrige Capitolino, vt & Suetonium in Nerone capite 12. Ille, inquit, barbam primam poſuit, conditam in auream pixidem, & pretioſiſsimis margaritis adornatam Capitolio conſecrauit. melius Capitolino. etiam Principes Romanos, vt apud Sueton. Auguſtus cap. 30. in Cellam Capitolini Iouis ſexdecim millia pondo auri, gemmaſque ac margaritas quingenties HS vna donatione contulit, & cæt. Hinc Deorum Theſauri, vt Theſaurus Iunonis Laciniæ, Theſaurus Proſerpinæ. Valerius capite 11. lib. 1. Fauiſſæ Capitolinæ. A. Gellij cap. x. lib. 12. item aliorum apud alios. Eiuſmodi autem pecuniarum diis donationes magna ceremonia & pompa & plauſu populi fieri ſolitas indicio hic Flaccus. Hæc ille. Nihil hac ceremonia frequentius in litteris. Mulieres olim in vituli fabricam annulos & armillas, aurumque ſuum erogarunt; Principes vaſa aurea & argentea in tabernaculum, & quicquid opus eſſet reliquus populus prolixo animo largitus eſt, ſæpè etiam teges immenſis opibus templi Theſauros repleuerunt, quibus tunc vſi ſunt, cùm calamitas aliqua maiores copias, quàm ex vectigalibus aot annuo cenſo exhibere poſſent, poſtularet. Verum de his erit poſtea accuratius dicendum. Apud Herodotum libro 1. Crœſus, cùm plurima & vaſa, & ſtatuas, & clypeos ac pateras in Apollinis Delphici templum contuliſſet, & ambiguo deceptus oraculo, vnà cum euerſo Imperio penè vitam amiſiſſet: ſuos compedes, quibus, cùm caperetur, primùm vinctus erat, Apollini per internũtios repræſentauit, cum eo expoſtulans, quòd ſummis muneribus à ſe exornatus, peſſimam hanc gratiam retuliſſet. At fallax ſemper Oraculum reſpondit: quòd opem non tulerit, idcirco factum eſſe, quòd ſortem fato deſtinatam, ne Deus quidem vitare poſſit: Reſponſi autem amphibologiam Crœſum diſcutere debuiſſe, cùm imperium quidem euertendum, non tamen Perſarum docuiſſet.

Donaria templis offerri ſolita.

Petronius.

Suetonius.

QVARE AGGRAVATIS CORDA VESTRA.

VERSVS 6.

Quare aggrauatis corda veſtra, ſicut aggrauauit Ægyptus, & Pharao cor ſuum? Nonne poſtquam percuſſus eſt tunc dimiſit eos, & abierunt? Exod. 12.

Vermilius. VARMILIVS: Authores allatæ ſententiæ illam perſuadere conantur argumento, quod ab exemplo deducunt. Nolite, inquiunt, imitari Pharaonem & Ægyptios. Commoda eſt ſimilitudo, quia multis rationibus Palæſtini atque illi erant conſimiles. Nam Pharao Iudæos habuit captiuos, Palæſtini verò arcam Dei. Pharao grauiter à Deo vexatus eſt, item etiam Palæſtini. Pharao dubitauit, an Deus eſſet, qui ſibi mandaret, vt populum dimitteret: ita Palæſtini ambigunt, an Deus Hebræorum ſe morbis ac muribus caſtigaret. Additur Pharaonem cor ſuom obfirmaſſe, cùm Deus in Exodo ſcribatur id feciſſe. Quamuis in eodem libro legitur, ipſum etiam Pharaonem cor ſuum induraſſe. Verus eſt profectò ſenſus vtriuſque ſententiæ. Vnde Auguſt. de prædeſt. & gratia, capite quarto ait: Deus non dicendus eſt indurare, quaſi nouam malitiam operetur in cordibus, ſed quòd pro ſua voluntate, mala ea quæ in nobis ſunt, temperet. Deinde ſcribit duritiem eſſe, mandatis Dei reſiſtere. Quod etiam Stephanus videtur innuiſſe dicendo in ſacerdotum concilio: *dura ceruice, incircumciſo corde atque auribus, vos perpetuò Spiritui ſancto reſtitiſtis.* Adiecit præterea idem pater indurare eſſe non emollire, & repudiare, nolle vocare. In libro verò de Prædeſt. Sanctorum libro primo, capite octauo, habet: Ille aufert à nobis cor lapideum, alioqui ſemper neceſſariò duri maneremus. Et in capite decimo ſexto ſcribit: In poteſtate peccantis eſt, vt peccet, verùm vt hoc modo aut illo peccet, in eius poteſtate non eſt, ſed in poteſtate Dei, qui tenebras ordinat, & diuidit prout vult. Proindè hoc pacto Deus dici poteſt aggrauare & obfirmare, quia non emollit animos, & quia regit ac definit, quò peccata impiorum dirigantur,

S. Auguſt. *Induratio cordis quid, & vnde veniat.*

& in quos irruant. Solet etiam Auguſt. citare Ambroſij verba, quibus affirmauit cor noſtrũ non eſſe in poteſtate noſtra. Itaque nemo confidat, ſe poſſe cor ſuum emollire cùm voluerit, quandoquidem id proprium eſt Dei opus. De his volui admonere paucis lectorem, ne credantur ſacrę litterę inter ſe pugnare, cùm interdum perhibeant, homines à ſeipſis, interdum à Deo indurari. Argumentum ita videntur concludere: Sicut Pharao inuitus poſtremò cogebatur populum dimittere, ita etiam vos, etiamſi ſponte veſtra non hoc feceritis, tamen adigemini denique arcam Iehouæ remittere, neque proderit quicquam iſta cunctatio, imò potius grauiter officiet. Hactenus Vermilius.

Calamitates publicæ quã cauſam habeant. Theodoſ. & Valent. Impp.

Audiamus etiam Chriſtianos principes de cladibus ſuo tempore illatis pariter ſentientes B & decernentes. Theodoſius igitur & Valentinianus Auguſti l. inter cæteras. 11. Nouell. tit. 2. de Iudæis, Samaritanis, hęreticis, & paganis. Ao diutius, inquiunt, perferimus mutari temporum vices, irata cœli temperie: quę paganorum exacerbata perfidia neſcit naturæ libramenta ſeruare? Vnde enim ver ſolitam gratiam abiurauit? Vnde æſtas meſſe ieiuna laborioſum agricolam in ſpe deſtituit ariſtarum? Vnde hyemis intemperata ferocitas vbertatem terrarum penetrabili frigore ſterilitatis læſione damnauit? Niſi quod ad impietatis vindictam tranſit lege ſua naturæ decretum? Quod ne poſthac ſuſtinere cogamur, pacifica vltione pianda eſt ſuperni numinis veneranda maieſtas. In quam

S. Cyprian.

etiam ſententiam S. Cyprianus aduerſus Demetrianum ſcripſit. Quereris, quod minùs nunc C tibi vberes fontes, & auræ ſalubres, & frequens pluuia, & ſterilis terra obſequium præbeant: quod non ita vtilitatibus tuis, & voluptatibus elementa deſeruiant. Tu enim Deo ſeruis, per quem tibi cuncta deſeruiunt? Famularis illi, cuius nutu tibi vniuerſa famulantur? Ipſe de ſeruo tuo exigis ſeruitutem, & homo hominem parere tibi & obedire compellis: & cùm ſit vobis eadem ſors naſcendi, conditio vna moriendi, corporum materia conſimilis, animarum ratio communis, æquali iure, & pari lege, vel veniatur in hunc mundum, vel de hoc mundo poſtmodum recedatur: tamen niſi tibi pro arbitrio tuo ſeruiatur, niſi ad voluntatis imperium pareatur, imperioſus & nimius ſeruitutis exactor flagellas, verberas, &c. & non agnoſcis Deum D Dominum tuum, cum ſic exerceas ipſe dominatum. Pluribus agit ibidem ſanctus Cyprianus, quibus probet ex ira diuina, & noſtra duritie, vt ad pœnitentiam prouocemur, flagella Dei procedere.

Inuenta ſunt autem præclara nonnunquam remedia aduerſus eas calamitates, quæ regionibus damnum aliquod importarent, quemadmodum Plinius refert de Elæis, qui Myagrum Deum implorarint aduerſus muſcas multitudine peſtem afferentes. Et Strabo in Geograph. narrat Romanos conſtituere coactos in Cantabria qui muſcas venarentur, & ſecundũ menſuram capturæ mercedem acciperent. Eſt etiam apud Laërtium in Empedocle: Eteſiis vehementer aliquando flantibus, adeò vt fruges cor-

Plinius. Strabo. Laërtius.

I.

A rumperent, excoriari aſinos iuſſiſſe Empedoclem, & vtribus factis collibus & montium verticibus impoſuiſſe: & à ceſſantibus ventis [illegible] appellatum. Quæ etiam repetit Suidas. Plutarchus eũdem Empedoclem, cùm animaduertiſſet peſtiferum Auſtrum per montis ſciſſuras in campos mitti, obſtructa ea peſtem auertiſſe. Infœliciùs ceſſit iis Africæ populis, qui, cùm ſuas iniurias, vt ſperabant, vlturi, infeſtis ſignis in ventum pergerent, ab eo arenarum molibus obruti ſunt. Certiſſima ratio expediendæ ſalutis ea eſt, ſi Deum placemus, qui horum omnium malorum auctor eſt: & ſolus, cum voluerit, amoliri poteſt.

Plutarch. *Certiſſima ratio expediendæ ſalutis.*

SICVT *aggrauauit Ægyptus, & Pharao cor ſuum,* &c.] Notiſſima hiſtoria eſt. Porrò quod ad Ægyptum attinet, mira de antiquo Ægyptiorum imperio refert Tacitus lib. 2. cap. 9. quæ an vllo vnquam tempore cõtigerint, ipſi viderint, quorum authoritati credidit. Certè mendacij redargui poſſe nemo dubitarit, qui ſeriem temporum ex quatuor præſtantiſſimis Monarchijs ſeriò & accuratè digeſſerit. De Germanico loquitur Ægyptum curioſè perluſtrante, præ cupiditate rerum antiquarum. Mox viſit, inquit, veterum Thebarum magna veſtigia. Et manebant ſtructis molibus litterę Ægyptiæ, priorem opulentiam complexæ: iuſſuſque è ſenioribus ſacerdotum patrium ſermonem interpretari, referebat habitaſſe quondam ſeptingenta millia ætate militari: atque eo cum exercitu regem Rhamſen Libya, Æthiopia, Mediſque, & Perſis, & Bactriano ac Scythia potitum, quaſque terras Suri, Armeniique, & antiqui Cappadoces colunt. Inde Bithynum, hinc Lycium ad mare imperio tenuiſſe. Legebantur & indicta gentibus tributa, pondus argenti & auri, numerus armorum equorumque, & dona templis ebur, atque odores, quaſque copias frumenti & omnium vtenſilium quæque natio penderet, haud minus magnifica, quàm nunc vi Parthorum, aut potentia Romanorum iubentur. Hæc ille. Quæ forte ſimilia rex ille commentus eſt iis, quæ à Curtio lib. 9. de Alexandro memorantur. Cùm ex India redire pararet, munimenta caſtrorum ſcilicet iuſſiſſe extendi, cubilia quoque amplioris formæ, quàm pro corporum habitu, relinqui, vt ſpeciem omnium augeret poſteritati fallax miraculum. Nam Perſis quidem & Medis Ægyptios imperaſſe non legimus. Non enim tempore Romanorum, vt potè qui nec libertatem quidem tueri potuerunt: non Græcorum, nam licet qui ex Græcis Ægypti imperium vſurparunt, ſæpe de finibus cum Aſię regibus ex Græcis ortis contenderint, Perſas tamen intactos reliquerunt. Superiore Monarchia Perſæ dominati ſunt, donec ab Alexandro victi, regni decore ſpoliati ſunt. Sed neque Aſſyriorum temporibus, quibus temporibus alterna viciſſitudine Babylonij atque Niniuitæ finitimis regionibus incubuerunt, & non paucas item ex remotioribus ſuo imperio ſubiugarunt. Quo igitur tempore? Niſi ſi alia præterea tempora ſtatuimus, & mundi originem vltra terminos à Moyſe poſitos producimus. Etenim ex Ægyptiorum fabulis, an iſta illa à Moyſe

Ægyptus. Tacitus. *Antiquitas in plerisque vanitatis & mẽdacij rea probari poteſt.* Curtius.

Cardanus.

fundamenta conuelli poſſint, impius Cardanus lib. de vanitate in medio reliquit: aut niſi fortè illis ſæculis regnaſſe putemus, quæ ante rerum cõſtitutionem, licet illa ne cogitatione quidem percipi poſſint, fuiſſe tamen Cicero non dubitat, primo de natura Deorum. Non enim, inquit, ſi mundus nullus erat, ſæcula oon erant. Sęcula nunc dico, non ea, quę dierum noctiumque numero annuis curſibus conficiuntur: nam fateor ea ſine mundi conuerſione effici non potuiſſe: ſed fuit quædam ab infinito tẽpore æternitas, quam nulla temporum circumſcriptio metiebatur: ſpatio tamen qualis ea fuerit, intelligi non poteſt: quòd ne in cogitatiooem quidem cadit, vt fuerit tempus aliquod, nullum cum tempus eſſet. Inter hæc ſæcula non dubitarim infinita penè Ægyptiorum ſæcula, quæ eorum annalibus cootinentur, eſſe numeranda.

Cicero. Sæcula imaginaria ſeu potius æternitas.

Versvs 7.

Nunc ergo arripite & facite plauſtrum nouum vnum; & duas vaccas fœtas, quibus non eſt impoſitum iugum, iungite in plauſtro, & recludite vitulos earum domi.

Versvs 8.

Tolletiſque arcam Domini, & ponetis in plauſtro, & vaſa aurea, quæ exoluiſtis ei pro delicto, ponetis in capſellam ad latus eius: & dimittite eam vt vadat.

Plauſtrum. Varro.

Temo, inquit Varro, dictus à tenendo: is enim continet iugum. Et Plauſtrum appellatum, à parte totum, vt multa. lib. 6. de lingua Latina. Libro autem 4. opponit nonnullis vehiculorum generibus, quòd vndique pateat. De heis, inquit, quæ iumenta ducunt, trahula, ab eo quod trahitur per terram; ſirpea, quæ virgeis ſirpatur, id eſt colligãdo implicatur, in qua ſtercus aliudve quid euehitur, quo ex viminibus vterentur, & quod eo vehitur; breuis veha, vehiculum. Ab alüs etiam dictum arcera, quæ etiam in duodecim tabuleis appellatur. Quod ex tabuleis vehiculum erat factum vt arca, arcera dictum. Plauſtrum ab eo quod non, vt in heis quæ ſupra dixi, ſed ex omni parte palã eſt. Quæ in eo vehuntur, quod perlucent, lapides, aſſeres, lignum. Nec dubium eiuſmodi carpentum fuiſſe, quo palàm arca ferretur. Nouum autem idcircò fieri præcipiunt, quòd indignũ eſſe videatur, ea quæ iam profano vſu detrita ſuot, diuino numini conſecrari. Io eandem ſententiam Chriſtus Dominus, cùm rudes & indoctos, rerúmque inexpertes Apoſtolos delegiſſet, quo factum probaret, aſſeruit, ex hominum conſuetudine vinum nouum in vtres veteres mitti non debere, ne vim æſtúmque ferocientis muſti ferre non poſſint. *Ecce*, inquit, *noua facio omnia*. Aut enim noua facit, cùm ſit auctor originis omnium: aut, ſi quid in ijs, quæ

Noua Deo cõſecranda.

A dudum fecerat, vetuſtate collapſum eſt, prius integritati reſtituit, quàm ſibi adiungat. Vetuſtas animæ peccatum eſſe cenſetur, illius namque tabe conficitur, illius vitio vires marceſcunt, decórque omnis euaneſcit: at virtus perpetuo floret, & oouos ſemper fructus ex ſe fundit, nec annorum diuturnitate ſeneſcit: ſed tanquam toto vitæ tempore adoleſcat, ſeipſa ſemper præſtantior euadit. Quapropter virtute Deus potiſſimum oblectatur. Cùm enim æternus ſit, oec vlla vnquam temporis viciſſitudine labaſcat, oihil tã ſibi ſimile reperit, quàm quod nunquam mutatur: aut quod certè, ſi mutari neceſſe eſt, quandoquidem omnia ſunt mutationi obnoxia: proficiendo, nullumque detrimentum ſentiendo, ad immortalem vitam proB ximè accedat. Quamobrem ſæpè nos Apoſtolus admonet, vt repudiato vetere homine, oouum induamus: quòd ille quidem dudum in Adam vitiis ac ſceleribus conſenuerit, ac defecerit: nouus autem in Chriſto gratia & fide inſtauratus ſit & refloruerit.

Vetuſtas animæ peccatum eſt.

Et *duas vaccas fœtas*, &c.] Enixas vocat, non vterum geſtantes, aut adbuc grauidas. Nam & terra cum fructus ſuos ediderit, adhuc fœta frugibus, & vario leguminum genere à Cicerone dicitur. Fœtæ itaque diſtinguũtur non modò à ſterilibus, verum etiam ab iis, quæ alienos partus educãt. Lactantes vertit Paraphraſis Chaldaica, quam Vermilius quoque ſecutus eſt. 70. habent πρωτοτοκούσας primò enixas, quod illæ magis erga fœtus ſuos afficiantur, foretque maC nifeſtius diuini Numinis argumentum.

Fœta dicuntur non ſolùm quæ vterum geſtant, ſed etiam quæcunque ſteriliratem exuerint.

De bobus Varro lib. 2. de re ruſtica cap. 5. Primùm, ait, in genere bubulo ętatis gradus dicuntur quatuor. Prima vitulorum, ſecunda iuuencorum, tertia boum oouellorum, quarta vetulorum. Diſcernuntur in prima vitulus, & vitula: in ſecunda iuuencus, & iuuenca: in tertia & quarta taurus & vacca. Quæ ſterilis eſt vacca, taura appellata. Quæ pręgnans horda. Ab eo in faſtis dies hordicalia nominantur, quòd tunc hordæ boues immolantur. Et ſubdit: Propter fœturam hæc ſeruare ſolco. Ante admiſſuram menſem vnum, ne cibo, & potione ſe impleant, quòd exiſtimantur facilius macræ concipere. Contra, tauros duobus menſibus ante admiſſuram berba, & palea, ac fœno facio pleniores, & à fœminis ſecerno. Hoc ſecundum aſtri exortum facio, quod Græci vocant λύραν, fidem noD ſtri. Tum denique tauros in gregem redigo. Maximè idoneum tempus ad concipiendum à Delphini exortu vſque ad dies quadraginta, aut paulò plus. Quæ ita conceperunt, temperatiſſimo anni tempore pariunt. Vaccæ enim menſibus decem ſunt prægnantes. Lactantes cum matribus ne cubent, obteruntur enim, ad eas mane adigi oportet, & cùm redierunt è paſtu. Cùm creuerunt vituli, leuandæ matres, pabulo viridi obiiciendo in præſepiis. Ab æquinoctio autumnali vna paſcuntur cum matribus, &c.

Varro.

Ivngite *in Plauſtro*, &c.] ff. de verborum ſignificatione 89. boues magis armentorum quàm iumentorum generis appellantur. Pomponius lib. 6. ad Sabinum. Verùm illud diiudi-

ff. de verb. ſignific.

Gothofred. candum, vt notat Gothofredus, ex conſuetudine regionis. Cur armentorum? An quia ad opus armorum (vnde armenta Feſtus) bobus vti poſſumus? An quia armentum ab arando dicitur? S. Iſid. lib. 12. Etymol. c. 1. bos autem ad id natus videatur, quod magis eſt? Propterea etiam triones dictos (vnde & Septentriones) & glebarios Varro notat lib. 6. de lingua Latina, ſic enim ait: Triones enim, & boues appellantur à bubulcis etiam nunc, maximè cùm arant terram: è queis vt dicti valentes, glebarij, qui facilè proſcindunt glebas, ſic omnes qui terram arabant, à terra teriones: vnde triones, vt dicerentur à detritu. *Varro.*

Bos commendatur. Porrò de animalis huius laudibus idem de re ruſtica lib. 2. cap. 5. Hic, inquit, ſocius hominum in ruſtico opere, & cereris miniſter. Ab hoc antiqui manus ita abſtineri voluerunt, vt capite ſanxerint, ſi quis occidiſſet. Qua in re teſtis Atticè, teſtis Peloponneſos, nam ab hoc pecore Athenis Buzuges nobilitatus, Argis ὁμόγυρος. Noui maieſtatem boum, & ab his dici pleraque magna, vt βούσυκον, βούπαιδα, βούλιμον, βοῶπιν, vnam quoq; bumammam. Prӕterea ſcio hunc eſſe in quem potiſſimum Iuppiter ſe conuertit, cùm exportauit per mare è Phenice amans Europam; hunc eſſe, qui filios Neptuni è Menalippa ſeruarit, ne in ſtabulo infantes grex boum obtereret; denique ex hoc putrefacto naſci dulciſſimas apes, mellis matres: à qoo eas Grӕci βουγόνας appellant. Hӕc Varro. Nos verò pluribus etiam elogiis, & longè maioribus bouis dignitatem commendare poſſumus, non modò ab vtilitate, ab innocentia, à frugalitate, à labore, & indoſtria, ſed etiam à munditia legali, tale namque à Moyſe animal prӕdicatum eſt: à ſacrificiis, in quibus cum ouibus ſupra cӕtera animalia numini placuit: à typica ſignificatione, qua non modò Euangeliſtas & doctores, vt communis fert ſententia, verum etiam rerum omnium Dominum, ac futurum ſaluatorem multis ante ſeculis patribus reprӕſentauit. Angeli etiam, qoibus nulla non indigna forma videri poſſit, quӕ corporeis lineamentis deſcribitur, huius tamen ſpeciem vultumque pecoris in oſtentandis magnificentiſſimis myſteriis ӕmulati ſunt. Quis igitur id genus, quibus par eſt laudibus, exornare poſſit? Nec indigna eſſet hoc loco allegoria, verùm in aliod tempus commodius poterit referri. Interim tamen, quòd iubentur vaccarum vituli domi recludi, arbitror hoc ſignificare, quod apertius Chriſtus Dominus poſtea docuit, etiam filiorum odium illis eſſe ſuſcipiendum, qui eiuſdem crucem ferre parati ſint, & veſtigia conſectari. *Breuis tropologia.*

Feſtus. PONETIS *in capſellam.*] Capſӕ, inquit Feſtus, à Grӕco appellantur. Has illi [illegible] dicunt. Grӕca vox inflexū & incuruum ſignificat, qualia eſſe vaſa huiuſmodi neceſſe eſt. Ea tamen dictione 70. vſi non ſunt, ſed ἐν θέματι verterunt, quo videtur locus potius quàm vaſis genus aliquod deſignari: pariter tamen eorum interpres reddidit. Ex his autem diſcere poſſumus, non ſatis eſſe ſi quis quippiam Domino dedicet, niſi etiam munus ſuum omnibus ad id neceſſarijs exornet, quӕ poſſint illud gratum atque acce- *Tropologia.*

A ptum efficere. Etſi namque iam mures aureos, iam aurea anathemata podicum ſuorum, pro confeſſione ſui ſceleris arcӕ conſecrarant, lues tamen illa minimè repreſſa eſt, donec etiam Plauſtrum cui imponerentur, & vaccas quę veherent, addiderunt. Vult enim Dominus cumulatè omnia, quӕ ſibi promiſſa ſunt, exhiberi quemadmodum idē ipſe, quӕ nobis pollicitus eſt, ſtatuit ſupra id qood cogitare poſſumus, aut etiam optare, vltra modum explere.

VERSVS 9.

B Et aſpicietis: & ſi quidem per viam finium ſuorum aſcenderit contra Bethſames, ipſe fecit nobis hoc malum grande. Sin autem minimè, ſciemus quia nequaquam manus eius tetigit nos, ſed caſu accidit.

VERSVS 10.

Fecerunt ergo illi hoc modo: & tollentes duas vaccas quӕ lactabant vitulos, iunxerunt ad plauſtrum, vituloſque earum concluſerunt domi.

VERSVS 11.

C Et poſuerunt arcam Dei ſuper plauſtrum, & capſellam quӕ habebat mures aureos, & ſimilitudinem anorum.

PER *viam finium ſuorum.*] Vnde via dicta ſit, docet Varro 1. de re ruſtica c. 2. Villicus, inquit, agri colendi cauſa conſtitotus, atque appellatus à villa, quòd ab eo ad eam conuehuntur fructus, & euehuntur, cùm veneunt. A quo ruſtici etiam nunc quoque viam veam appellant, propter vecturam, & vellam non villam, quò vehunt, & vnde vehunt. Item dicuntur, qui vecturis viuunt, vellaturam facere. *Varro.*

FINIVM *ſuorum.*] Nempe hic ſubauditor, quod requirit Pomponius ff. de verborum ſignificatione, & non communium. Verbum enim ſuum, ambiguum eſt, inquit, vtrum de toto, an de parte ſignificet. Et ideo qui iurat ſuum D non eſſe, adiicere debet, neque ſibi communem eſſe: ſuum enim quiſque dicere poteſt, quod commune cum alio habet. *ff de verb. ſignific.*

SI *aſcenderit contra Bethſames.*] Vermilius: Sic ratiocinantur: ſi vaccӕ indomitӕ iunctӕ ad plauſtrum rectà proceſſerint ad Bethſames, pręſertim relictis domi vitulis, id erit indicio, hanc plagā inflictam fuiſſe à Iehoua. Sin verò diſcurrēdo aberrauerint, monebimur hoc malum eſſe aliūde importatum, nec interea vllam iacturam faciemus. Nam ſi cōſtiterit, Deum Iſraëlis non eſſe huius mali authorem, facilè arcam & oblationes ad nos retrahemus. Plauſtrum iubebant eſſe nouum, quod nihil antea vexiſſet, ad honorem Dei. Et ob eādem cauſam vaccas adhuc indomitas ſuos primos labores Deo voluerūt dicare, ſed iis adiecias, hoc magis feciſſe ad mira- *Vermilius.*

Ioſephus.

culum. Qoia boues indomitæ citra ductorem, ſine manifeſta vi numinis rectam viam nũquam tenuiſſent. Ioſephus, inquit, vitulos domi fuiſſe cõcluſos, vt matres deſiderio pignotum iter & citius & facilius cõficerent. Cæterùm hoc mihi non minus videtur miraculum, quàm quod ſtatim eſt commemoratum. Niſi enim vis diuina matres impuliſſet, nũquam illæ à vitulis diſceſſiſſent. Profectæ itaque ſunt in Bethſames, qui locus ad tribum Iudæ pertinet, & eſt oppidum ſacerdotale. Palæſtinorum itaqoe Pontificum ratio hæc fuiſſe videtur. Si Deus Iſraelitarum potuit nobis inferre tantum calamitatis, poterit etiam efficete, vt arca ſua citra ductores ab indomitis vaecis reducatur domum. Illud prætere hic attẽdendum eſt, Palæſtinos conſtituete ſignum ſibiipſis, at noo ſine inſtinctu Dei. B Qui tamen illorum decreto non obligabatur, neque cogebatur annuere. Nam quicquid facit, liberrimè facit, imò iſtos impulit, vt hoc ſignum potiſſimùm peterent.

Fuit porrò illa veterum patrum conſuetudo, vt homines deligerent ſibi certa quędam ſigna, vnde poſſent aliquid ſtatuere, quoad euenta futura de voluntate Dei. Ita Ionathas animo ſuo cogitauit, ſi Palæſtini dixerint, *Aſcendite ad nos, tradet illos Deus in manus noſtras*, &c. Et ſeruus Abrahami: *Puella, quæ dabit mihi, necnon camelis meis potum, ea eſt, quam Dominus filio heri mei vxorem deſtinauit.* Sic etiam nunc Palæſtini ſe gerunt, ſed cùm fide vacui eſſent, in eorum facto nihil ſani eſſe potuit, & nihilominus eorum cõ- C ſilium eò euaſit, qoò Deus volebat. Niſi enim Deus rationi eorum ſua prouidẽtia moderatus eſſet, fortè decreuiſſent arcam exurere, vt iniurias vlciſcerentur & damoa, qoæ inde acceepiſſent: vel conſulere vt retinetetur, aliqua ratione placandi Iehouę adhibita. At Deus nihil eorum fieri voluit. Quare illius arbitrio & voluntate ſic, & non aliter deliberarũt. Controoerſia erat cooiecturalis, nam alij Deum Hebræorum exiſtimabant fuiſſe authorem tantæ calamitatis, alij verò negabant. Quare ad ſigna confugiunt, vt altera pars deliberationis propoſitæ confirmaretur. Proinde ſignum conſtituunt, ex quo voluntas diuina patefieret. Voluit ſanè Deus gloriam ſoam innoteſcere, qui poſſet viis bonis & malis, rectè factis & peccatis, necnoo etiam iumentis pro ſua voluntate abuti. Boues indo- D mitæ deſtitutæ ſuis vitulis mandato eius obtemperant. Cùm itaque Deus ita vendicarit arcam ſoam in libertatem, nos quoque bono animo eſſe debemus, Euangelium, prædicationem verbi, & Sacramenta Domini haud fore in perpetuom captiua. Nam & illa vis Dei ſuo tempote aſſeret. Noſtrum interea eſt precari, vt id maturè faeere dignetur.

Palæſtini ſignum ſibi conſtituunt inſtinctu diuino.

Tertull.

SIN *autem, ſciemus quia nequaquam tetitigit nos, ſed caſu accidit.*] Semper, inquit, Tertullianus Apologet capit. 40. humana gens malè de Deo meruit. Primò quidem vt inofficioſa eius, quem cùm intelligeret ex parte, non requiſiuit, ſed & alios inſuper ſibi commentata eſt qoos coleret: dehinc quod non inquirendo innoeentiæ magiſtrum, & nocentiæ iudicem & exactorem, omnibus vitiis & crimini- A bus inoleuit. Cæterùm ſi requiſiſſet, ſequeretur vt cognoſeeret, & reeognoſceret requiſitum, & recognitum obſeruaret, & obſeruatum magis propitium experiretur quàm iratum. Eundem ergo nunc quoqoe ſcire debere t iratum, quem & retro ſemper priuſquam Chriſtiani nominarentur. Cuius bonis vtebatur ante editis, quàm Deos ſibi fingeret: cur non ab eo etiam mala intelligat euenire, cuius bona eſſe noo ſenſit? Illius rea eſt, euius eſt ingrata.

Fatum rebus humanis dominari non poſſe.

CÆTERVM aduerſus eos, qui caſum fortunamque ſiue fatum, nam vnà confundit, in rebus humanis admittunt, egregiè diſputat ſanctus Iſidorus Peluſiota libri tertij Epiſtolarum, Epiſtola 154. quam ego ex parte referam, quoniam multa mihi paucis complecti viſus eſt. Sic igitur ille, Arpocræ coidam Sophiſtæ ſcribens: Dieo, inquit, hominum eſſe mea quidem ſententia, nihil boni, nec nunc facientium, nec in poſterum expectantium, fatum calculis ſuis eonſtituere. Ae ne mea ſententia eſſe videatut id quod dico, age per liquida argumenta, quæque ad fidem adhibendam adigant, nec vlla vi obteri poſ- C ſint, oratio noſtra graſſetur, tes ipſas expendens, ac verum in apertum profereos. Perſpice quippe qootnam hominibus aduerſentur, & quòt bona ex animo ſoo eliminare ſtudeant, ac vecordiam eorum & amentiam perhorreſce. Deum aut non eſſe ſtatuunt, aut eſſe quidem, mundum autem haudquaquam eondidiſſe: aut ſi condiderit, minimè gubernare: aut ſi gubernet, iis qui vitium amplexantur, oblectari: aut ſi non delectetur, imperium aliis conceſſiſſe: aut ſi non conceſſerit, inuito ereptum fuiſſe: aut ſi non vi ereptum ſit, improbos vlciſci nolle: aut ſi velit, non poſſe: aut ſi poſſit, ocium charius atque antiqoius habere: aut ſi eharius non habeat, ab aſtrotum motu ſuperari: aut ſi non ſuperetur, inettam ac deſidem eſſe velle: aliaque D multa ne ſigillatim loquentes orationem in longum producamus. Quorum nihil eſt, quod extremam ſtultitiam & impietatem non redoleat. Atque ita & aduerſus diuinam prouidentiam linguam inſtruunt, cœlomque ſagittis petunt, & item terræ ornamenta profligant, hoc eſt, philoſophiam, medicinam, omneſque ſeientias & artes ac ſtudia, atque & vittutis præmia, & vitij pœnas. Nam ſi fatum quod ab his, quibus diuinos honores iniquè tribuunt (aſtra enim haud ſcio quonam pacto in Deorum numero babeant) conficitur, rerum omnium impetium tenet, nec Philoſophiæ opera danda eſt, nec leges eondendæ, nec iudicandi munus ſuſcipiendum, nec colenda medicina, nec ſcientia, aut ars vlla conſectanda, nee me-

S. Iſid. Pel.

Fatum rebus humanis dominari non poſſe.

ditationi ſtudendum, nec virtus amplectenda, nec vitium fugiendum. Hæc enim omnia, vir Beate, ſermo ille, qui de fortuna iactatur, euertet, reſque omnes honeſtas & laude dignas funditus euellet. Quis autem eorum, qui mentis ac prudentiæ compotes ſunt, hoc ferat? Quis, inquam, ab his omnibus rebus ſeipſum ſubducens, res ſuas fortunæ (vt appellatur) arbitrio permittat? cuius nequitiam, vt ſculptores ac pictores declararent, parum habuerunt ei fœmineam formam tribuiſſe (quamuis hoc quoque ſatis amplum amentiæ ac ſtoliditatis indicium erat) niſi etiam clauum ipſi in manibus præberent, pedibuſque globum ſubiicerent, ac denique oculis eam orbarent: quo videlicet per hęc omnia ipſius dementiam & ſtuporem ac cæcitatem & inconſtantiam indicarent. Ecquis igitur dextra ea, quæ omnia gubernat, contempta & pro nihilo habita, cæco & inſtabili atque improbo ſpectro ſaipſum credat? Quoniam autem quærunt, quî-nam igitur fiat, vt nonnulli præter rationem opibus affluant: dicant viciſſim quî fiat, vt nonnulli quoque merito atque modo rationi conſentaneo? Quod ſi rurſum quærant, ecquid ſit quamobrem quidam iniuſtè puniantur: exponant velim cur quidam etiam iuſtè. Aut enim iniuſtitia in omnibus rebus dominetur, atque ita præpoſterus eorum ſermo fidem nanciſcatur: aut ea, quæ modo rationi conſentaneo fiunt, eas quoque, quæ præter rationem fiunt, à ratione vindicet. Melius quippe ac multò congruentius & æquius eſt dicere, ſceleratiſſimos homines, etiamſi pœnas in hac vita effugerint, in altera tamen omninò daturos: quàm illud affirmare, virtute præditos homines iniuria affectos fuiſſe, quod hîc pœnæ & cruciatui in ore ſobiiciat, nulla autẽ poſtea ipſos vltio maneat. Illud enim & verum eſt, & rationi conſentaneum, omniumque animos ad virtutis & pietatis ſtudium excitat: hoc autem à ratione alienum & impium eſt, ac rectam omnem vitæ rationem euertit. Porrò qui hæc dicunt, iam nec concinnum, nec moderatum aſtrorum motum appellent, vt qui incõcinnam & inconditam, atque inæquabilem humanam vitam reddat, ac denique nihil non abſurdi efficiat: Atque nec agriculturæ ſtudeant, nec implorandi auxilij cauſa ad iudicum tribunalia ſe conferant, nec medicinæ opem adhibeant, nec Philoſophiam laudent, nec vitium inſectentur, nec meditationis opera meliores reddantur, ne vllo alio virtutis genere ſeipſos exornare ſtudeant, verùm fortunæ, quam ſemper in ore habent, totos ſe permittant: quo per res ipſas imbecillitatem ipſius agnoſcant, nempè quod non modò diuitias non ſubminiſtrat, verum etiam eos tanquam impuros & execrandos homines, & communis naturæ hoſtes ab omnibus explodendos & exterminandos curabit. Hactenos ſanctus Iſidorus, qui, vt vides, vnam eandemque rem fatum, fortunámque facit. Et reuera apud eos, qui res agi fatali quadam neceſſitate contendunt, idem eſſe vtrumque neceſſe eſt. Apud Latinos tamen tum præcipuè fatum dicitur, cùm habetur ratio cauſæ neceſſitatem afferentis, ſeu res conſideratur in principiis ſuis: fortuna verò, cùm ad cognitionem noſtram refertur. Nam ſi cauſa lateat, nec à nobis deprehendi poſſit, tum res caſo aut fortuna cecidiſſe dicitur. Illi verò ſic caſum interpretabantur, tanquam præter numinis intentionem, quod quidem impium eſt credere. Etſi namque multæ nos cauſæ prætereant, nec poſſimus omniũ quæ accidunt, rationes liquidò explorare, nihil tamen abſque diuino nutu atque voluntate fieri certiſſimum eſt. Nec vnquam vndecumque percuteremur, dicere licuit, manus eius non tetigit nos, maximè cùm primæ cauſæ non modò vis ac potentia, verumetiam præſentia ad omnem effectum requiratur. Vnde ſi quando rerum moleſtarum incurſione paulo grauius pulſemur, non temerè excandeſcendum eſt: ſed illam manum reuereri & oſculari decet, quæ nonnulla corporis, aut etiam leuiorum rerum læſione, hominem ſanat potius quam vulnerat.

Diſcrimen apud Latinos inter fatum & fortunam.

Versvs 12.

Ibant autem in directum vaccæ per viam quæ ducit Bethſames, & itinere vno gradiebantur, pergentes & mugientes: & non declinabant neque ad dexterã, neque ad ſiniſtram: ſed & Satrapæ ſequebantur vſque ad terminos Bethſames.

Bethsames domum ſolis S. Hieron. interpretatur de nominibus Hebraicis, & locis Hebraicis docet fuiſſe ciuitatem ſacerdotalem in tribu Beniamin: quæ, inquit, vſque hodie demonſtratur de Eleutheropoli pergentibus Nicopolim in decimo milliario contra Orientalem plagam. Eſt etiam in tribu Nephtalim, in qua cultores priſtini permanſerunt. Porrò vaccæ quod mugiebant, deſideriũ prolis teſtabantur, quod nihilominus pergebant, numinis præſentiam apertè prædicabant. Non igitur Deus, etiamſi naturalium neceſſitudinũ nonnihil affectu moueamur, aut deſiderio tangamur, propterea offenditur, alioquin enim iuuencarum mugitum compeſcuiſſet: ſed, ſi modò tanquam remora aliqua, cæleſtis ſtudij impetum non retardet, naturæ teneritudini aliquid indulget. Quanquam enim omnes omnium charitates diuina vna complexa eſt, beneuolentiam tamen & charitatem, qua eos qui ſanguine iuncti ſunt, inter ſe copulauit, ſua lege non damnauit, ſed ordinauit. Sic enim vult parentes noſtros, pignora aliaque naturæ vincula à nobis diligi, vt tamen illa eiuſdem amori minimè præferamus.

Naturalem erga neceſſarios charitatem diuina lex nunquam damnauit, ſed ordinauit.

Non *declinabant neque ad dexteram.*] Arbitror ea phraſi abſolutiſſimum quendam diuinæ legis cultum obſeruantiamque demonſtrari: nam ſiue quis ad dextram, ſiue ſiniſtrorſum deflectat, vtrobique pariter à via aberrabit. Nec talis quiſquam rectus poterit inueniri: ſed ſolus ille, qui medius inter vtrumque latus ince-

Quæ dextra, quæ ſiniſtra nobis cauenda ſunt.

dit. Dextra tamen à ſiniſtris non tenui diſcrimine ſeiuncta eſſe coniicio. Sunt enim, vt videtur, vtriuſque partis extrema. Nec vlla horũ vt reor bona ſunt: ſed ſiniſtra ea dicuntur, quæ manifeſtè ſuam malitiam produnt: dextra verò quæ bonorum operum ſpeciem præ ſe ferunt. Nemo enim eſt qui iniuſtitiam, furtum, adulterium, cædem, & reliqua eiuſmodi facinora ſceleris palàm non arguat: at ſuperſtitio, & hypocriſis, & cætera eius generis portenta, quæ ad religionem pertinent, iuſtitiæ quoque ſtudiũ, & leuandæ prætextus alienæ miſeriæ, plurimas fraudes, dolos, rapinas, odia ſpecie recti tegũt, quæ ſæpenumerò non minus nocent, quã quæ manifeſtum cum pietate bellum ſuſcipiunt. Propterea igitur, vt ab vtroque barathro ſedulò caueremus, vaccarum exemplo, quas rectà pergere inſtituiſſet, admoneret nos voluit. Neque enim à diuinæ iuſtitiæ tramite minus receſſit, qui fingit religionem, quàm qui impietatem oſtentat: neque minore ſupplicio dignus habendus eſt, qui Sacramenta cauponando viduarum & muliercularum patrimoniis inhiat, quàm qui in ſyluis aut montibus mercatoribus inſidias ſtruit: aut qui apud iudices per calumniam in foro innocentem opprimit, quàm qui in deſerto loco aperta vi iugulat. Quare neutrum horum ſectandum eſt, ſed media via incedendum, quàm nobis diuinorũ præceptorum certiſſima regula præſcribit.

Vermilius. SED & *ſatrapæ ſequebantur.*] Vermilius. Palæſtini ſequebantur currum, non quidem honoris cauſa, vel vt boues tegerent, ſed inſpectionis gratia, vt vaccarum iter conſiderarent.

Ioſephus. Ioſephus ad hæc tradit, illos conſtituiſſe boues in triuio, quaſi optionem eis proponerent, qua maximè via incedere vellent. Boues quidem arcam reducunt, ſed non in Siloh, quia eum iam locum propter impietatem filiorũ Heli Deus deſeruerat, ſed in agrum Bethſamiticum. Nam quamuis eam Deus reduci nolebat in Siloh, tamen curauit Hebræis reſtitui. Hæc Vermilius.

Ne ſi vituli quidem Eccleſiæ præfeciantur, à recto fidei tramite errare poterunt.

Cæterùm quis poſthæc deſperet Spiritus ſancti gratiam Eccleſiæ ſuæ perpetuò affuturam, vt eam veritatem doceat, & ab errore vendicet; cùm vel bobus arcam impoſitam vehentibus ſe viæ ducem præbuerit? *Nunquid*, ait Apoſtolus, *illi cura eſt de bobus?* An propter nos vtique ſcripta ſunt? ne ſcilicet propter hominum imperitiam & tarditatem à Deo aſſertæ fidei detraheremus. Non enim humano freta ingenio, aut mortali virtute ſepta, inferorum portas Eccleſia contemnit, ſed Dei ope ac præſidio munita atque defenſa. Ita planè, vt etiamſi præſules cum brutis feritate ac ſtupiditate pares, eam regendam ſuſciperent, minimè tamen verendum eſſet, ne de via aliquando declinaret. Simul etiam admonemur, nihil eſſe quod poſthac, diuinarum promiſſionum fiducia, vitia noſtra adolemur, tanquam omnino perire nequeamus. Quamuis enim Petri nauicula nulla vnquam tempeſtate aut procella demergenda ſit, nos tamen ſalua illa atque incolumi obrui poſſumus. Nec verò timendum eſt, ne nobis deturbatis atque demerſis, deſint aliquando vectores, quos ad cæli portus applicet: quem- A admodum enim hoc exemplo diſcimus, arca quidem amitti non potuit, at ſacrilegi ſacerdotes exciſi ſunt, & locus ipſe deſertus habitus, in alium honore tranſlato. Sed & nos quoque noſtris temporibus vſu eueniſſe videmus, vt Catholica fides, quæ dudum Græcis Afriſque occidit, & apud nonnullos Aquilonares populos non ita pridem extincta eſt, cum Indis Peruaniſque communicetur. Notabis etiam Palæſtinos, licet arcam inſecutos, non tamen intra Bethſames terminos fuiſſe ingreſſos. Veriti ſunt forſitan, ne arca, quæ hactenus, vt iactabant, in alieno regno tantopere ſæuiebat, ſi eiuſdem imperij metas ingreſſi eſſent, populi B ſtragem principum cæde cumularet: vel certè ob acceptam plagam animis fracti, ac timidiores effecti, præſertim cùm ex argumentis quæ diuini ac ſacerdotes conſtituerant, manifeſtò arcæ virtutem deprehenderent, Hebræorum fines intrare noluerunt, ſed citra Bethſames terminos conſtiterunt, quid fieret, è ſuperiore loco ſpeculaturi.

Hæretici arcam Scripturarum ponè ſequentes, intra Bethſames, id eſt Eccleſia, terminos non ingrediuntur.

Quid vereantur hæretici neſcio, niſi fortè vim ſuis cupiditatibus afferri, quarum interitus animæ vita ſaluſque eſt: ipſi tamen cùm arcam ponè ſequantur, & ſcripturæ, vt aiunt, veſtigiis inhæreant, intra ſanctæ Matris Eccleſiæ fines, cuius illa authoritate in terris regnat, ſubire refugiunt; illius imperium ferre recuſantes, cuius vinculis Chriſtus ſubie- C cit omnia, & cælum pariter ac terram ſubiugauit.

VERSVS 13.

Porrò Bethſamitæ metebant triticum in valle: & eleuantes oculos ſuos, viderunt arcam, & gauiſi ſunt cum vidiſſent.

ET tempus notat, & rationem reddit, quare citò arcam conſpexerint, nimirum, quod in agro metendis frugibus operam darent. Porrò meſſis, vt docet Varro de re ruſtica lib. 1. cap. 50. proprio nomine dicitur in iis, quæ metimur, maximè in frumento, & ab eſſe vocabu- D lo declinata. Varro.

Metendi triplex modus.

Frumenti tria genera ſunt meſſionis: vnum vt in Vmbria, vbi falce ſecundũ terram ſuccidunt ſtramentum, & manipulum, vt quemque ſubſecuerunt, ponunt in terra. Vbi eos fecerunt multos, iterum eos percenſent, ac de ſingulis ſecant inter ſpicas & ſtramentũ, ſpicas coniiciunt in corbem, atque in aream mittunt. Stramenta relinquunt in ſegete, vnde tollantur in aceruum. Altero modo metunt, vt in Piceno, vbi ligneum habent incuruum batillum, in quo ſit extremo ſerrula ferrea. Hæc cum comprehendit faſcem ſpicarum deſecat, & ſtramẽta ſtantia in ſegete relinquit, vt poſtea ſubſecentur. Tertio modo metitur, vt ſub vrbe Roma, & locis pleriſque, vt ſtramentum medium ſubſecent, quod manu ſiniſtra ſummum prehendunt, à quo medio meſſem dictam puto. Infra manum ſtramentum, quod terræ hæret, poſtea ſubſecatur. Contra, quod

METEBANT TRITICVM IN VALLE.

cum ſpica ſtramentum hæret, corbibus in areã A defertur. Vbi diſcedit in aperto loco palàm, à quo poteſt nominata eſſe palea. Alij ſtramentum à ſtando, vt ſtamen dictum putant. Alij ab ſtratu, quod id ſubſternatur pecori. Cum eſt matura ſeges, metendum. Hactenus Varro. Hoc ſcilicet tempus Scriptura ſignificat. Verùm priuſquam quale ſit notemus, etiam quid ſit triticum inquiramus. Nam Latini omnes interpretes eam vocem conſtanter retinent cũ apud Hæbræos, tum etiam Chalda. Paraph. & 70. referant ex Paulo, qui ff. de verborum ſignificatione 77. frumentum id eſſe, quod ariſta ſe teneat, rectè Gallum definiſſe ait. Lupinum verò & fabam fruges potius dici: quia non B ariſta, ſed ſiliqua continentur. Quæ Seruius apud Alfenum in frumento contineri putat. Vbi & Gothofredus addit: frumenti appellatione, contineri hordeum, auenam, triticum, ſiliginem ſiue zeam, ſecale ſiue tipham, milium panicum, milium Indicum, triticum, per eminentiam, Galli blatum appellant à blateo colore. Vide Cuiac. ad leg. 96. de verbor. oblig. in Pandectis. Ariſtas habent frumenta, ſiliquas legumina. Seſama & papauer vaſculo continentur: milium & panicum nullis defenduntur integumentis, paruarum volucrum iniuriæ expoſita. Ibidem S. Iſidor. 17. 3. Meſſis vero tempus ad hunc modum explicat Heſiodus operæ & diei libro 2.

ff. de verb. ſignif.

Gothofredus.

Heſiodus.

Meſſis tempus.

Pleiadibus Atlante natis exorientibus, incipe meſſem, orationem vero occidentibus. C
Hæ quidem noctesque & dies quadraginta latent.
rurſum verò circumuolante ſe anno,
Apparent primùm vt acuitur ferrum.
Hæc vtique aruorum eſt regula: quique mare
Prope habitant, quique valles flexuoſas mari fluctuante procul pinguem regionem
Habitant.

Sunt autem Pleiades, 7. ſtellæ in tergo Tauri, Latini Vergilias vocant. Syderum autem ortũ & occaſum tribus modis aduertit agricola. Quod ſoli orienti cooritur, coocciditque, κοσμικῶς oriri vel cadere dicitur. Quod ſoli occidenti, χρονικῶς: quod autem ſolis aduentu, abituque occultatur aut emergit, ἡλιακῶς. Quando igitur Pleiades manè ante ſolis ortum conſpiciuntur, quod fit menſe Iunio, meſſem in- D choari vult. Quando autem manè ſub terram deſcendunt (quod fit menſe Nouembri) arationis tempus eſſe dicit. Occultantur autem quadraginta noctes & dies propter vicinitatem ſolis, Taurum & Geminos peragrantis: quod eſt à Maio vſque ad Iunium. In meſſores vero ita luſit Theocritus Eidyllio X.

Theocritus.

Stringite collectores manipulos, ne quis prætereriens
Dicat, ô ſiculnei homines, periit & hæc merces.
Ad boream ventum acerui ſectio vobis
Vel Zephyrum ſpectet: ſic enim ariſta pingueſcunt.
Qui trituratis frumentum, fugite ſomnum meridianum.
Ex culmo tunc palea quam maxime exeunt.
Meſſores incipere oportet, cùm Galerita excitatur:

A *Et deſinere cum illa: & fine ſenſu tolerare æſtum.*
O pueri, ranæ vita optanda eſt, quæ non curat
Eum qui potum miniſtrat: abundè enim illis ſuppetit.

Arbitror tamen nonnullis locis, vt in Palæſtina, ob caloris vehementiam aliquanto maturius meſſem incipere: rametſi etiam potuerit vſque in menſem Iunium continuari; & hic arcæ reditus vel Maio, vel Iunio menſe contigiſſe.

ELEVANTES OCVLOS.

ELEVANTES *oculos.*] Vt oculi munitiores eſſent, inquit Varro, ab iniuria, ciliorum tegminibus occuluit Deus, vnde oculi dicti ſunt. Sublimes autem oculos homini Deus finxit, B quo promptius ac ſæpius cælum intueretur, eò tanquam ad ſcopum fœlicitatis ſuæ collimans. Paucioribus item muſculis eos armauit, quàm reliquorum animalium. Nam duobus caret, quibus illa tanquam retinaculis, proiecta in terram lumina ſuſpendunt; vt diſceret non in terram ſibi ſpectandum eſſe, ſed cæleſtia votis omnibus amplectenda. Propterea etiam cùm in profundam voraginem oculos coniicimus, toto capite turbamur, vireſque labant: ad ſuperiora vultum reflectentibus confeſtim caligo diſcutitur, vireſque reſtituuntur. Idcircò autem oculos eleuaſſe Bethſamitæ ferũtur, quòd prono atque inflexo corpore operi incumberent: vel quia cùm ipſi in infima valle conſtituti eſſent, illa de ſuperioribus montium iogis ad eos deſcenderat.

Oculos quare ſublimes homo ſortitus eſt.

C ET *gauiſi ſunt.*] Nimirum hoc ſequebatur, vt qui tanta ex arcæ captiuitate triſtitia ac mœrore afflicti fuerant, non minorem ex eiuſdem reſtitutione oculis lætitiam perciperent. Græcè 70. ἐχάρησαν. Ariſtoteles in ſecundo Topicorum, plures dictiones, quæ ad gaudium ſiue lætitiam pertinent, ex Prodico interpretatus eſt, quem ait, diuiſiſſe voluptatem in χαρὰν, τέρψιν, εὐφροσύνην, quibus addit etiam Ammonius εὐθυμίαν, & ἀπόλαυσιν. χαρὰν, id eſt gaudium, definit, recentem animæ elationem, atque effuſionem. εὐφροσύνην, id eſt lætitiam, affectum prudentia temperatum, ſanè mutilè. τέρψιν, id eſt delectationem, quaſi τρέψιν, deductionem animæ à re triſti ad bonam. εὐθυμίαν breuem χαράν. Latinè εὐθυμία eſt animi tran- D quillitas, & ſecuritas compoſitis rebus ex ſententia. Videndum an ſatis explicetur per æquanimitatem: videtur enim hæc plus ſignificare. Eſto iucunditas. Voluptatem, ὄνησιν, quomodo Latinè placentiam dicemus. ἀπόλαυσιν, id eſt fruitionem, habitum qualiſcunque vel bonæ vel malæ perceptionis. Potius perceptio bonæ rei, vel verè, vel ex opinione. Neque ſemper habitus eſt. Porro gaudium in adiaphoris eſſe voluerunt Stoici, vt Laertius author eſt libro 7. de vita Philoſophorum. Nam & bonum eſſe nõnunquam, & nonnunquã etiam à boni viri officio alienum eſſe cenſuerunt. Vtriuſque definitionem tradit Cicero, libro quarto Tuſcul. Cum ita mouetur, inquit, vt in bono ſimus aliquo, dupliciter id contingit. Nam cùm ratione animus mouetur placidè, atque conſtanter, tum illud gaudium dicitur: cùm autem & inaniter, & effuſe animus exul-

Ariſtoteles.

Lætitia multiplex.

Scaliger exercit. in Card. 299. numero 2.

Cicero.

A tat, tum illa lætitia geſtiens, vel nimia dici poteſt; quam ita diſtiniunt, ſine ratione animi elationem. Tale procul dubio gaudiom Bethſamitarum fuit: qui licet ex honeſta re voluptatem caperent, rei tamen inopinato atque inſperato ſucceſſu ſupra modum elari, ſeu potius animis perculſi, officij immemores effecti ſunt. Sed enim nulla eſt tam aduerſa, tamque virtuti contraria humana affectio, quàm ſit ipſe nimius lætitiæ ſenſus: quæ cùm animã ſupra omnem metum legiſque formidioem collocaoit, non modò decori, ſed etiam æqui bonique cognitionem eripit. Quod hi quoque exemplo ſuo probare potuerunt, vt in ſequentibus videbimus.

B

VERSVS 14.

Et plauſtrum venit in agrum Ioſue Bethſamitæ, & ſtetit ibi. Erat autem ibi lapis magnus, & conciderunt ligna plauſtri, vaccáſque impoſuerunt ſuper ea holocauſtum Domino.

VERSVS 15.

Leuitæ autem depoſuerunt arcam Dei, & capſellam, quæ erat iuxta eam, in qua erant vaſa aurea, & poſuerunt ſuper lapidem grandem. Viri autem Bethſamitæ obtulerunt holocauſta, & immolauerunt victimas in die illa Domino.

QVò enim potius appuliſſet quàm in eius poſſeſſionẽ, qui vel ipſo nomine Chriſtũ referret? Nam prior ille inuictus Iſraëlitici populi dux & princeps etiam rebus geſtis adumbraſſe viſus eſt Sed & lapidem illum grandem S. Cyprianus Chriſtum interpretatus eſt, lib. 2. teſtimoniorũ aduerſus Iudæos cap. 16. Hic eſt lapis magnus, inquit, ille de Chriſto, in βασιλείων primo, ſuper quem poſita eſt arca teſtamenti, quando eam ab Allophylis remiſſam & redditam in plauſtro boues reportauerunt. Hæc Cyprianus.

Allegoria.

S. Cyprian.

Cæterùm quis putet vacare myſterio, quod reducta arca, quæ teſtimonij tabulas contineret, lapidi inſidet? Nunquid fortaſſe idcirco factum eſt, vt lapis, iuxta Domini ſententiam, contra eos præuaricatæ legis teſtimonium ferret? Ita enim Ioſue 24. legimus: *Et accepit lapidem magnum, & ſtatuit eum illic contra Dominum, & ait Ioſue ad populum: Ecce lapis iſte erit vobis in teſtimonium, quia iſte audiuit omnia quæ dicta ſunt à Domino, quanta locutus eſt ad vos hodie: & ipſe erit vobis in teſtimonium in nouiſſimo dierum, quando receſſeritis à Deo veſtro.*

Vermilius.

ET *conciderunt ligna plauſtri*, &c.] Vermilius. Bethſamitæ erant fortè occupati tunc in meſſe triticea, nihilominus re intellecta ingenti perfuſi gaudio arcam recipiunt, Plauſtrũ cædunt, & boues offerunt in holocauſtum. Indignum ſiquidem putarunt, vt Plauſtrũ & boues, per quas Deus tantum miraculom edidiſſet, profanis vſibus poſtea inſeruirent. Audierant enim ea omnia, quibus Deus aliquando vim & numen ſuum oſtendere voluiſſet, pro ſanctis fuiſſe habita, nec ad vſus humanos amplius tranſlata. Virga quippe Aaronis, quæ olim floruerat, aſſeruata fuit in tabernaculo. Thuribola Chore, Dathan, & Abiron fuerunt in laminas conflata, & altari affixa, vt monumentum miraculi diuini ſempiternum. Serpẽs etiam æneus, ad cuius aſpectum periclitantes conualuiſſent, aſſeruatus diu eſt, ad clementiæ diuinæ teſtimonium.

Quæ ſemel diuinis vſibus mancipata ſunt, non debent vltra humanis obſequiis inſeruire.

Sed quæri poſſet, licueritne Bethſamitis eo loco ſacrificare? Ad hoc reſpondeo, nondum excelſa fuiſſe prohibita, cùm Deus adhuc certum locum ſibi non delegiſſet. Deinde præſentem habebant arcam Dei, idcircò non dobitarunt coram ea ſacrificium poſſe fieri. Deinde illic vt audiemus, leuitas habuerunt, qui ſacra procurarent. In hoc tamen erraſſe videntur, quòd vaccas holocaoſtum fecerunt, cùm in Leuit. 22. cap. præcipiatur, ne quod pecus in holocauſtum incendatur oiſi maſculum, & fortaſſis (vt eſt veriſimile) tum ſacra negligentius tractabantur. Sed num licebat immolare Domino alienas boues? Non quidẽ licuiſſet, verùm fortè ſuſpicati ſuot, illas iam fuiſſe datas & dedicatas. Deiode, quæ hoſtium fuerant, cum in poteſtatem noſtram venerint,
C tuoc cenſentur eſſe propria. At Palæſtini erant idololatræ atqoe impij, vode Bethſamitæ videntur communicare cum eis, quod minimè licebat. Ad hoc reſpondeo ſi Palæſtini adfuiſſent, & vnà cũ Hebræis de ſacris comediſſent, hoc fuiſſet vnà communicare, quod vtique Iudæis minimè licuiſſet, cum Sacramenta illa fuerint promiſſionum Dei obſignationes. Et idcircò promiſſa Hebræis facta cùm ad Palæſtinos minimè pertinereot, Sacramenta quoque illa obſignantia minimè tradi poterant incircuncisis Palæſtinis. Proiodè quia præſentes oon aderant, ſed oblatione ſua teſtantur ſe à Deo Hebræorum liberari cupere, ac eximi à plagis inflictis, nihil admiſſum eſt à Bethſamitis contra diuinam legem, cùm liceat etiã pro impiis Deum precari. Siquidem Paulos iuſſit pro omnibus fundi preces, etiam pro impiis &
D idololatris.

Iudæis tametſi cum gentibus in ſacrificijs ratione cõmunicare non licuit, licuit tamen pro eiſdem offerre. Macab. 2. cap. 3.

Bethſamitæ offerunt Deo boues in holocauſtum, gratias nimirum agentes de Arcæ reſtitutione, & hactenus gratum animom erga Deum oſtendunt. Palæſtini è diuerſo domum redeunt, nihilo facti meliores. Nec enim idola ſua remouerunt, neque depoſuerunt odia, quæ aduerſus populum Dei exercebant. Nam poſtea cùm Iſraëlitæ conueniſſent in Maſphat ad Samuelem, vt ſibi pœnitentiam iodicerent publicè, illi repentè ad arma conclamaruot. Colligamus igitur hioc non ſufficere Sacramenta vidiſſe, aut verbum Dei aodiuiſſe. Quia niſi Deus cor intus aperiat, nec verbum externum, nec Sacramenta quicquam prorſus efficiunt.

ET

S. Philaſtrius. Muſoritæ.

ET *capſellam quæ erat iuxta eam, &c.*] Sanctus Philaſtrius Epiſcopus Brixienſis lib. de hæreſibus, cap. 12. hæreſum ante Chriſtum natum, unde natam hæreſim docet, ſeu potius idololatriam, quorundam Muſoritarum, quos ſorices coluiſſe refert. Quod ita narrat. Muſoritæ ſunt quidam nomine, qui ſorices colunt, qui ſub Belo quoque ſacerdote, cùm fuiſſet capta arca teſtamenti ab allophylis, atque ex ira Dei produxiſſet terra ſorices, & eorum fruges deperirent, admoniti à ſuis fecerunt aureos mures, atque eos cum arca & ſedibus aureis quinque remiſerunt, ſtatimque ab eis deſiit peſtilentia. Legem itaque & Prophetas iſti accipientes, non cognoſcunt hoc eſſe vanum & abominabile, quod ab vniuerſis contemnitur, & modis omnibus deridetur. Hæc ille.

VERSVS 16.

Et quinque Satrapæ Philiſtinorum viderunt, & reuerſi ſunt in Accaron in die illa.

MVLTI ſunt adhuc horum ſimiles, qui diuina myſteria vidiſſe vel audiſſe contenti, confeſtim ad priſtinæ vitæ ſtudia recurrunt, vt canis ad vomitum, & ſus ad volutabrum luti. De his dicebat Iacob. Apoſtolos: *Non auditores legis, ſed factores iuſti ſunt apud Deum. Nam qui auditor eſt, & non factor, comparabitur viro conſideranti vultum natiuitatis ſuæ in ſpeculo, qui ſtatim abiit, & oblitus eſt qualis fuerit.* Sic vſu euenire ſolet, vt quod in ſpeculo contemplati fuerimus, citò memoria elabatur, ſiue inde fiat, quòd quæ ex reflexione ſpecies occurrunt, minus afficiunt, ſiue quia viri in componenda facie paulò negligentiores ſunt, quàm mulieres, quæ ſedulò comuntur, & maculas, ſi quæ appareant, ſtudioſiſſimè eluunt.

Tropologia.

Ac contra de ſacris animalibus apud Ezechielem 1. cap. dicitur, quòd *cum ambularent, non reuertebantur, ſed vnumquodque ante faciem ſuam ibat, & quocunque ferebat impetus ſpiritus, illuc gradiebantur.* Prohibuit etiam Deus ne populus Hebræorum Ægyptum vnde exierat repeteret. Et Abraham cum Eliezer domus ſuæ procuratorem adiuraret, per ſanctè vetuit, ne Iſaac filiũ ſuum in Meſopotamiam reduceret. Cuius nepotem Loth cùm Angeli vrbe Sodoma educerent, ſeuerè interminati ſunt, ne vel à tergo tantum reſpiceret. Quod imperium cum eiuſdem vxor ex vrbis deſiderio contempſiſſet, tota repente in ſalem diriguit: quo exemplo ſuo reliquos, vt ſapientiores eſſent, admonuit. Iſti igitur cùm manifeſtis indiciis Deum agnouiſſent, non tanquam Deum, vt ait Apoſtolus, glorificauerũt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis. Quapropter etiam in reprobum ſenſum dati eſſe feruntur, vt potè qui muſcam illam Accaron Beelzebub Deo omnipotenti prætulerunt.

VERSVS 17.

Hi ſunt ani aurei, quos reddiderunt Philiſthiim pro delicto, Domino: Azotus vnum, Gaza vnum, Aſcalon vnum, Geth vnum, Accaron vnum.

VERSVS 18.

Et mures aureos ſecundum numerum vrbium Philiſtiim, quinque Prouinciarum, ab vrbe murata, vſque ad villam quæ erat abſque muro, & vſque ad Abel-magnum, ſuper quem poſuerunt arcam Domini, quæ erat vſque in die illa in agro Ioſue Bethſamitis.

ff. de verb. ſignif. vrbs villa.

AB *vrbe murata.*] Pomponius ff. de verborum ſignificatione 239. vrbe ab vrbo appellata eſt. Vrbare eſt aratro definire. Et Varus ait, vrbum appellari curuaturam aratri, quod in vrbe condenda adhiberi ſolet. Et ibidem l. 2. vrbis appellatio muris: Roma autem continentibus ædificiis finitur, quod latius patet.] Non tamen vrbes muratæ ſunt; nec quæcunque muris carent, continuò eo nomine indignæ ſunt. Nam nec olim Sparta mœnibus cincta fuit, neque Malacca in India, quæ non ita pridem in poteſtatem Luſitanorum venit. Vtriuſque loci ciues fiducia viriũ, ac propriæ virtutis conſcientia freti, vrbes ſuas muntre contempſerant. At meritò dubitat Pauſanias vrbemne vocet Phocenſium quoddam oppidum, Panopeum dictum, in quo, inquit, ciues non prætorium, non gymnaſium, non theatrum, non forum vllum habent; non denique vllum perennis aquæ conceptaculum. Concauas habitant caſas, qualia ſunt montana tuguria, inter conuallium anfractus: ſuis tamen limitibus à finitimis diuiduntur; mittuntque certos homines, qui ſibi attributum ſedendi locum in Phocenſium conuentu teneant.] Hic reuera dubitari poteſt, vtrumne vrbs agnoſcenda ſit: at ſi, cùm reliqua concurrant, ſola mœnia deeſſe videantur, non propterea non eum ſibi titulum vendicabit. Villa autem domus eſt extra vrbem, ſeu ruri ædificata, ex eo dicta, vt author eſt Varro 4. de lingua Latina, & 1. de re ruſtica cap. 11. quod in eam fructus veherentur. Quam etiam pro modo fundi ædificandam docet, ne aut fundus villam, aut villa fundum deſideret. Inde vel ſumptus naſcuntur inutiles, vel fruges depereunt. Sanctus vero Iſidorus Orig. lib. 15. cap. 13. à vallo deducit, id eſt aggere terræ, quod pro limite conſtitui ſolet. Vallum à vallis, ſeu poſtibus, quibus vallum munitur. Valli autem dicti quòd figantur & euellantur.

Pauſanias in Phocicis.

Varro.

S. Iſidorus.

Digitized by Google

A d *Abel-magnum.*] Sanctus Hieronym. in A tradit. Hebræi. legit: *Ciuitas eſt in termino Iſraelis,* & addit Abel-magnum idcirco vocatur, cũ antea Bethſamis vocata ſit, ſiue propter luctum ſuper viris Bethſamitibus ibi factum, ſiue propter diſtinctionem ciuitatis Abel-Bethmaca, de qua exclamauit mulier ſapiens ad Ioab 2. Reg. 20. dicens: *qui interrogant, interrogent in Abela.*

Vermilius.

In hoc numero anathematum referunt nõnulli plures fuiſſe mures, quam anos, quod ani tantum dicantur fuiſſe quinque iuxta numerum ſatraparum: mures autem ſcribantur miſſi non à ciuitatibus modò, ſed etiam à pagis & villis. Verùm interpretantur alij, non ciuitates modò, ſed etiam pagos & villas B pecunias ad has impenſas faciendas publicè contribuiſſe: ſed vtrum horum ſtatuatur, non magni refert.

Tropologia.

Hæc donaria Palæſtinorum, ſi materia ſpectetur, ſatis magnifica ſunt. Sin verò ea conſideres propius, ac iuxta eorum formam, reuera nihil aliud ſunt, quàm mures & podices. Talia ſunt infidelium ſpecioſa opera, quamtumuis præclara & magnifica hominum iudicio habeantur, in conſpectu Dei turpia ſunt. Nam quidquid ex fide non fit, peccatum eſt, vt Apoſtolus docuit. Arca Domini recipitur à Bethſamitis paulò reuerentius, quàm à Palæſtinis. Nam illi ſacra ei non fecerunt, nec Iehouam Deum Hebræorum inuocauerunt, Bethſamitæ autem vtrumque præſtiterunt, quamuis non ritè quemadmodum oportuit. C Accurrunt enim vt videant, & explorent, non tantùm arcæ formam, ſed etiam quid intus in ea lateat. Id autem Deus in libr. Numer. diſertis verbis cauerat, ne fieret.

Periculoſa curioſitas.

Sanxit etiam Deus fore capitale illi, qui arcam Dei vidiſſet. At iſti omnia contemplari auſi ſunt, idque nulla reſipiſcentia ducti priorum ſcelerum, propter quæ victi fuerant à Palæſtinis. Et fortaſſis perſuaſerunt ſibi, arcam reſtitutam ipſis ob aliqua eorum præclara merita. Malè quidem Palæſtini ſe geſſerunt aduerſus arcam, quòd illam, ſeu captiuam apud ſe habere voluerunt. Bethſamitæ autem non multò melius, cùm eam ſuæ curioſitati ſubiecerunt. Quare puniuntur vtrique, ſed Palæſtini aliquanto grauius. Apoſtolus, cùm dixiſſet propter abuſum, & profanationem cœnæ Dominicæ alios ægrotare, alios verò D dormire, ſubiecit: *Nos autem à Domino corripimur, ne cum hoc mundo damnemur.* Quod propter lapſus fidelium addidit, quos Deus ita punit in hac vita, vt in perpetuum ſeruet. Impij verò & hic nonnunquam affliguntur, deinde ad ſupplicia æterna damnantur.

Explicatur ſenſus horum verborum, ſurſum corda, *quæ in Miſſa vſurpantur.*

Vermilivs: Cur Deus voluerit aliqua myſteria ſua in veteri teſtamento ab oculis profanæ multitudinis abduci, & non videri, niſi à Sacerdotibus, quæri poſſet. An inuidebat Dominus beneficia ſua? minimè: ſed illis hac in parte, non ſibi cõſultum voluit. Homines quippe myſteriorum curioſa contemplatione deteriores fieri poſſunt, meliores autem non poſſunt. Et quidem ſi oculos, atque B animos, dum habetur ſacra cœna, in pane ac vino figamus, nihilque altius cogitemus, ea ſtatim contemnere inciperemus. Proinde illis conſpectis animus in cælum eſt attollendus, vt externis elementis diu non hæreamus. Etenim Sacramentorum initia in terris habentur, finis verò in cælo, vbi nos oportet corpus & ſanguinem Domini quærere, cùm eis frui volumus.

Euchariſtia cibus aquilarum.

Quare Chryſoſtomus prudenter admodum ſcripſit, menſam noſtram aquilarum eſſe, non gracculorum. Nam qui gracculi ſunt, humi & in elementis huius mundi verſantur: At fideles inſtar aquilarum in cælum ſubuolare oportet. Bethſamitæ cum arcam viderent, nihil aliud cernere potuerunt, quàm lignum auro contectum, quæ veriſimile eſt illos C poſtea minoris feciſſe, ſeu præ faſtidio contempſiſſe. Debuiſſent porrò illo externo ſigno admoniti, fidei aciem ad verum propitiatorium dirigere, hoc eſt, ad Chriſtum, qui eſt hominum propitiatio: & certiſſimũ Dei oraculum, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei. Hoc vtique fuiſſet in cælum animos attollere.

Surſum corda.

Quocirca rectè inſtituerunt veteres, vt in ſacris myſteriis admoneretur populus de corde ſurſum attollendo. Vnde conuincitur eorum craſſus & putidus error, qui opinantur corpus Chriſti in pane deliteſcere. Nam ſi res vti credunt, ſe haberet, non fuerat populus adhortandus, vt cogitationem exerceret. Nec illi audiendi ſunt, qui aiunt, id non cauſa Sacramenti dici, ſed vt aſtantes excitentur ad gratias Deo agendas, quandoquidem ipſa Euchariſtia, vt etymon vocis declarat, eſt gra- D tiarum actio.

S. Auguſtinus.

Imò ipſe Auguſtinus libro 2. de prædeſtinatione ſanctorum cap. 13. ait, in ipſis myſteriis canimus, *ſurſum corda*, & propterea inquit ſubiici, *gratias agamus Domino Deo noſtro*, quod ſcilicet corda noſtra ſurſum habeamus. Hactenus Vermilius. Qui quod ait, nonnullos opinari Chriſti corpus in pane deliteſcere, ad Lutheranos retulit, qui Chriſtum pane includunt. At ſancta Mater Eccleſia, quanquam non dubitat Chriſtum apud nos Sacramento tegi, aliũ tamen panem ignorat, præter eum, quem verè Chriſtus corpus ſuum effecit: quod ideò panis dicitur, quia quemadmodum panis triticeus alimentum corpori præſtat, ita & illud animæ.

Poſvervnt arcam Domini. Vermilius confutatur.

Quatenus verò putat ineptè *corda ſurſum* erigi, ſi Chriſtos præſens adſit, primò intare debuit, ſacerdotem ea verba myſticæ ſanctificationi præire : quo tempore intereſſe Chriſti corpos nemo noſtrum affirmat. Secundo ignoraſſe videtur, Chriſtum, cùm adhuc in terris degeret, ſurſum non modò cor, verùm etiã oculos crebrò ſuſtuliſſe: quem ne imitemur prohibere iure nemo poteſt. Tertio etiam hoc non aduertit, Chriſtum, cùm adhuc moraretur in terris, ſe præſente, diſcipulos eum, qui in cælis eſſet, patrem orare docuiſſe. Poſtremò hoc illum volẽtem, opinor, præterit, quòd etiamſi quis de cælis minimè cogitet, modò Chriſtum præſentẽ animo ac cogitatiooe complectatur, id eſſe *ſurſum corda* leuare ; cùm tamen certiſſimom ſit ea Eccleſiæ adhortatione, non vt corda ſurſum motu locali ferantur ſignificari, ſed vt mens animuſqoe iis rebus applicentur, quæ, cùm diuinæ ſint, reliquis omnibus ſuperiores exiſtunt. Deus vbique eſt, nec tantùm circa cæli cardines ambulat, verum etiam in inferis locis, cùm ſit ipſe ſupremus, verſatur. Illos igitur infimos receſſus ſi quis mente ac cogitatione ſubierit, Deumque illic meritis ſuppliciis impios exercentem veneratus fuerit, negabis ſurſum cor attollere? Non vides quemadmodum ſol vndecunque conſpiciatur, & in quancunque partem vergat, ſemper ſuperior terris exiſtat? Ad eundem modum te quoque de Deo philoſophari oportuit, qualiſcunque tandem virtutis illius contemplationem, humana mente excelſiorem eſſe, ac proinde cor attolli ſemper efferrique, qooties diuina myſteria tractet, quocunque illa loco habeantur.

V e r s v s 19.

Percuſſit autem de viris Bethſamitibus, eo quòd vidiſſent arcam Domini; & percuſſit de populo ſeptuaginta viros, & quinquaginta millia plebis. Luxitque populus, eo quòd Dominus percuſſiſſet plebem plaga magna.

Vermilius. Vermilivs. Curioſitas eſt nimium ſtudium cognoſcendi res interdictas & parergas. Quod ad arcam attinet, Deus edixit, ne quis eam videret. Sacerdotes ſoli eam inuoluebant pannis: deinde tectam & inuolutam portandam dabant filiis Chaath. Nam ſi eam Leuitæ vidiſſent, moriebãtur. Ita vetuit Deus, ne populus accederet ad montem, aut propius, quid fieret, intueretor. Satis illi erat ad fulmina, & tonitrua expaueſcere. Iam verò ne in παρέργα quidem fas erat curioſius inquirere. Nam cùm Petrus percontatus eſſet de Ioanne, *hic autem quid?* Chriſtus reſpondit, *quid ad te? tu me ſequere.* Nam dum in iſtis rebus animum habemus occupatum, tempus melioribus cogitationibus eripitur. Verùm ex altera quoque parte cauendum eſt, ne nimium facilè, quicquid proponitur, recipiamos. Id enim ſtultæ cuiuſdam leuitatis eſt. Nos autem firmos & ſtabiles oportet eſſe, nec omni vento nouæ doctrinæ commoueri.

Eo qvod vidiſſent arcam.

Quomodo *quatenus adhibendum ſit in rebus fidei.*

Prvdenter fecerunt Theſſalonicenſes, qui conſulere voluerunt ſcripturas, & videre, an ea vera eſſent, quæ à Paulo dicebantur. Nec aliam ob cauſam Chriſtus dixit, *ſcrutamini ſcripturas.* Papiſtæ, cùm vident portenta ſua à nobis non credi, corpus Chriſti, & eius ſanguinem deliteſcere ſub ſpeciebus panis & vini, clamant, nos nimium eſſe curioſos, & à nobis renouari Iudaicum illud, *quomodo.* Sed ſtultos meminiſſe oportuit, in ſacris litteris pios viros ſæpè quæſiſſe, *quomodo.* Moſes deprecabatur legationem ſuam, & cauſabatur linguæ balbutiem, *& quomodo audiet me,* inquit, *Pharao?* Et Gedeon, *quomodo poſſum ego liberare Iſrael? cum ſim infimus ex omni tribu mea?* Et Abraham, *vtinam viuat Iſmael coram te: & quomodo ſciam me poſſeſſurum eſſe terram Chanaan?* Et Sara riſit promiſſionem Domini de ſobole: & beata Virgo, *quomodo,* inquit, *fiet iſtud?* Et Ieremias ait, ſe puerum eſſe, & neſcire loqui. Scio autem ex iſtis alios fuiſſe reprehenſos, alios laudatos. Nam Abraham *ex fide iuſtificatus eſt.* Et beata virgo audiuit, *Beata quæ credidiſti.* Moſes verò reprehenſos eſt, & ita quidem, vt ad extremom Deus illi etiam ſuccenſeret. Hoc ergo eſt diſcriminis: qoi propter incredulitatem quærunt, *quomodo,* labuntur, & peccant. Verùm qui capiunt infirmitatem ſuam hoc modo confirmati, aut de ratione tantùm, & modo percunctantur, quoniam ſe vident ad rem gerendam adhiberi, nihil peccant. Virgo quærit, qua ratione paritura eſſet filium, naturaliterne, an ſupra naturam. Nec ea cauſa infidelis erat, nec reprehenditur. Quando autem hic peccetur, ex verbis ipſis intelligi noo poteſt omnes enim eodem pacto dicunt, *quomodo?* Sed primùm Deus eſt καρδιογνώστης, & quo animo quidquid dicatur, intelligit. Nos etiam ex antecedentibus & conſequentibus idem non obſcurè poſſumus intelligere. Iam verò ſi iſti reprehendendi non erant, qui quærebant, *quomodo,* in verbis Domini, quantò minus nos, ſi in iſtorom commentis, & ineptiis quæramus, *quomodo?* Et certè Petrus iubet nos paratos eſſe, ad reddendum rationem de omni doctrina noſtra. At iſti de ſuis myſteriis rationem nullam poſſunt reddere, traditio, inquiunt, eſt: non oportet quærere. Si ita agitur, manus neceſſariò dandæ ſunt. Sed, vt dixi, iſta facilitas ad credendum non mi-

Qui tandem liceat petere Quomodo.

nus in vitio eſt, quàm illa cutioſitas, de qua primùm cæpi dicete. Hęc Vermilius. In quibus nonnulla reprehenſioue digna ſunt. Nos enim ad quæſtionem illius ineptam, atque adeò ſtultum illud *quomodo*, reſpoudemus cum angelo: *quia non eſt impoſsibile apud Deum omne verbum.*

Reſpondetur Vermilij Quomodo *quid ad Eucharistiam ſpectat.*

Panem quotidie conſpicis in humanam camē mutari, vinumque ſanguinem fieri, idque naturæ vi ac facultate, & tamen de Dei omnipotentia dubitas. Non ambigis, quin, cùm à ſanctiſſima matre lacte ac pane paſceretur, illa in eius ſubſtantiam tranſirent, & in dubium reuocas, an tantum poſſit verbi diuina vis efficere, quantum olim in puero mediocris illius ſtomachi calor. Sed miraris forſan momento fie- B ri, quod ſpacio quondam temporis factum ſit. Atqui ſtultum meminiſſe oportuit, quod naturæ facultate ac viribus non niſi cum tempore perficitur, id diuina virtute puncto temporis effectum dari. Scrutare, quod nolle nos fingis, ipſas ſcripturas, & inuenies, affirmante Christo, hoc eſſe corpus ſuum quod dicimus, teſtibus non modò quatuor Euangeliſtis, verumetiam Paulo, qui hoc diſertis verbis prædicat. Deſine igitur conuitiis immeritos laceſſere. Si Scripturas probas, habes earum locupletiſſima teſtimonia: ſi rationem, vtique Angelus, cùm eſſet à Deo miſſus, falli non potuit: nec aliter effectum, qui naturæ vires ſuperaret, inſinuandum eſſe duxit, quàm ſupremæ C authoritate potentiæ, quæ omnibus difficultatibus ſuperior eſſet. Qood ſi tibi non ſatisfacit, nō tu iam *quomodo* id fiat inquiris, ſed Deum quidem infirmitatis inſimulas; Euangeliſtas autem cum Paulo mendacij ſuſpectos reddis.

De Curioſitate.

Porrò quod ad curioſitatem ſpectat, illa vel ad mentem, vel ad ſenſum pertinet. Hęc quando menſuram excedit, *concupiſcentia oculorum* vocatur. Nam appetitus ipſe ſenſitiuæ cognitionis vel ad tuendam vitam refertur, vel ad ferendam opem intellectui, cùm rerum naturas ſpeculatur. Neutro horum modo mala D eſt, ſi modus ſeruetur. At ſi quis officij immemor, temerè quamcunque cognitionem quacunque ratione appetat, nonnunquam in modo, aliquando etiam in obiecto & fine peccabit. Nam obiectum quidem, ſi vires humani ingenij ſuperet; ſi lege interdictum ſit; ſiue nullam vtilitatem pariat; aut etiam culpæ coniunctum periculum habeat: malè appetitur. Etenim neque legem tranſgredi licet, neque altiora nobis quærere, vt docet Eccleſiaſticus cap. 3. Et alioquin otij ratio reddenda eſt, & peccati occaſio remis veliſque fugienda. At verò hæc omnia Bethſamitæ ptæ videndi libidine contempſetunt. Nam & lege illis prohibitum fuit, ne in arcam oculos conticerent; &, ſi vidiſſent, quid tamen illa portenderet, meute conſequi non poterant. Nullum præterea inde emolumentum ſperari potuit, quin potius nou obſcurum contemptionis pericu-

Curioſitas duplex, ſenſus, aut animi.

Triplex ratio Curioſitatis. 1 circa finem.

Deinde circa obiectum.

A lum impendebat. Ex quo ſequitur, à parte obiecti grauiſſimum foiſſe illud peccatum. In modo autem peccatur 1. ſi ſit ille vetitus; ſi natura ſua malus: ſi ſuperbiam numiniſque deſpectionem redoleat, ſi ſine ſacrilegio eſſe non poſſit. Quæ iterum omnia Bethſamitas reos conſtituunt. Nam nudare ipſam ſuis inuolucris anſi ſunt, quod ſolis ſacerdotibus conceſſum fuit. Nec minimam præ ſe fert audaciam, quod introſpexerunt, vt Pagninus, Vermilius, & Vatablus ſentire videntur, quod ne ſacerdotibus quidem fas fuit. Sacrilegio item pollutos quis neget, cùm auguſtiſſima ſuæ religionis myſteria profanis manibus attrectarint, quò ſuæ curioſitati ſatisfacerent?

3. Circa modum.

Peruerſam diſciplinę viam eam intelligimus, cùm dæmones ad explorandam veritatem magiſtros adhibemus: quorum conſtat illud eſſe præcipuum ſtudium, vt hominibus noceant. Hoc etiamſi Hebtæis obiicere in hac parte non poſſumus, proximum tamen illud eſt, tam longè à Dei timore receſſiſſe, vt ſeueriſſimas eiuſdem cōminationes nullas reputarent. Iam verò quis finis eius cognitionis eſſe potuit? Nam vt legitimus habeatur, debet aliarū rerum cognitio ad Dei perfectiſſimam cognitionem adipiſcendam referri. Arcę verò inſpectio ad eam nihil conferebat. Malus autem eſt, ſi, vel vt ſuperbiæ fomenta præbeat, vel peccandi materiam ſubminiſtret, exquitatut: vel certè inani tantū delectatione animum paſcat & ludificet. Qui poſtremus, quamuis ſuo genere omnium leuiſſimus haberi poſſit, ex quo tamen prohibitionem coniunctam babet, eo grauior apparet, quanto leuiori de cauſa, ac proinde etiam maiori contemptione, ſanctiſſimis ac religioſiſſimis legibus præfertur. Ex quo etiam ſecutum eſt, quod ſummum malorū in hoc vitæ ſtatu credi debet, vt retecta myſteria, quæ prius, cùm laterent, ſumma religione obſeruabant, deſpicere inciperent, vt potè qui nihil in typis diuinum ſe deprehendiſſe arbitrarentur; ſignificationes autem inueſtigare non poſſent. Sic enim refert Vatablus à quodam Hebræo interpretatū eſſe, *& arcam contempſerunt.* Nam & quædam contuendi ratio ac modus ad deſpicientiā pertinet. D Quapropter, vt ait Varro, multa ſunt vera, quæ nō modò vulgo ſcire non eſt vtile, ſed etiā tametſi falſa ſint, aliter exiſtimare populū expedit. Et ideo Græci Teletas ac myſteria taciturnitate, parietibuſq; clauſerūt. Apud Ægyptios in omnibus templis, vbi colebatur Iſis, & Serapis, erat quoque ſimulachrum quod digitum labiis imprimeret: erant etiam Sphinges in aditu templorum, & Minerua quædam in æde Pilon, cuius velum, vt iactabat, eatenus nemo reuelauerat. Theſpeſion vero Gymnoſophiſtarum princeps, cùm ab Apollonio Tyanæo apud Philoſtratum, ob ludicra Ægyptiorū ſimulacra verbis laceſſeretur, & ille viciſſim paria de Græcorum portentis ac ſacris referret, nec Apollonius Gręcanicæ ſuperſtitionis labyrintho ſeſe expedire commodè poſſet, ſapienter, vt quidē illis viſum eſt, pronuntiauit: Res Deorū curioſè indagari nō debere, ne dum intelligi non poſſunt, deſpicatui ducantur.

Curioſitas mentis explicatur. Modus.

Finis.

Vatablus.

Varro.

Myſteria ſilentio & velis honoranda.

Philoſtratus.

Verùm illi hæc quidem, dum ſtudent falſorum numinum dedecora celare: at Deus apud Hebræos propterea videndi ſtudio modum impoſuit, quod pleraque alteri ſeculo ſeruarentur, quæ tum in iis rebus, quæ per ſe ſpectatæ contemni poſſent, adumbrabantur.

Quod ſi horũ quicquam proferri, atq; oculis ſubiici contingeret, iram numinum pagani ſuſpicati ſunt; nos verò ex ſuperioribus neceſſariò colligimus. Nec modò referam, poſteris temporibus templi adytum à profanis reſeratum, atque à gentibus, quibus religio vel ipſo templi aditu interdixerat, ſecretiſſima quæque oculis colluſtrata, quod eſſe portentum futuri exitij nemo tum dubitauit: ea namque tum ex Ioſepho, tum ex ſacris bibliis notiſſima ſunt: nec Eleuſinæ deæ myſteria propalata, inſpectaſque cypſellas, quæ ſeuerè Grçci vlti ſunt: plura ſunt enim, quàm vt hoc loco cõmemorari poſſint: ſed vnum duntaxat exemplum adducam ex

Herodian. Herodiano, lib. 1. quo hæc gentilium opinio apertè monſtratur. Siquidem inter prodigia ſubſecutę calamitatis, imò & ſcelera Cõmodi imperatoris, ſeu quæ ob illius flagitia eueniſſe interpretatur: poſt templi pacis deflagrationem, quæ inexpectata contigit, & aliorum plurimorum ædificiorum incenſionem, etiam, vt ait, inter cętera Veſtæ tẽplum deflagrauit, ſic vt Palladium quoque conſpiceretur, quod in primis colunt, atque in arcano habent Romani, Troia, vt perhibent, auectum, ac tum primùm poſtquam in Italiam deuenit, conſpectum ab hominibus. Quippe raptum id Veſtales virgines media ſacra via in aulam imperatoris tranſtulerunt. Hęc ille.

PERCVSSIT *autem de viris Bethſamitis*, &c.]

Vermilius. Vermilius. Percutiuntur à Domino Bethſamitæ, quòd indignè tractaſſent Sacramenta. [Arcam Sacramentum intellige eo modo, quo dicitur ab Apoſtolo, *Omnia in figura contingebant illis, & erant vmbræ futurorum.* Nam vera Sacramenta ea propriè dicũtur, quæ gratiam non futuram, ſed præſentem referunt.] Quare hoc loco colligimus, Sacramenta reuerenter adminiſtranda eſſe, idque ex præſcripto ſacrarum litterarum.

Sacramenta reuerenter habenda.

Qui ſecus facit grauiter offendit Dominum: quod multis exemplis & ex nouo, & ex veteri teſtamento doceri poteſt. Primùm iſti Bethſamitæ grauiter à Domino puniuntur. Et Paulus ait, propter indignam tractationem Euchariſtiæ, multos ex Corinthiis ægrotare, multos eſſe mortuos. Oza etiam percuſſus eſt, cum acceſſiſſet ad currum: non quidem quod arcam tetigiſſet, ſi quidem fuerit, vt quidam opinantur, Leuita: ſed quod arcam Domini conieciſſet in plauſtrum, cùm eam non niſi in humeris Leuitarum portari ius eſſet.

Socrat. hiſt. Socrates li. 7. c. 17. ait, Iudæ[illegible]n quendam, vt noua fraude à Chriſtianis colligeret pecunias, ſæpius voluiſſe baptizari: cumque veniſſet ad Paulum quendam Nouatianorum Epiſcopum, & ille eum de more tincturus eſſet, aquam repentè diſparuiſſe: illum autem ſuſpicatum foramen aliquod, aut rimam eſſe in fundo, iuſſiſſe repleri: verùm cùm ea quoque euanuiſſet, impoſtorem miraculo perculſum, prodidiſſe nequitiam ſuam.

Theodor. Theodotus in Collectaneis ait, Arrianum quendam mutaſſe formulam baptiſmi, vt diceret: Baptizatur Barbas in nomine Patris, per Filium in Spiritu ſancto, & aquam diſparuiſſe. Moſes diſtulerat circuncisioonem filij ſui: eoque niſi Sephora eius vxor maturè eum circunciſiſſet, Angelus Domini erat eum interfecturus. Sichimitæ circuncidi voluerũt, quamuis de Deo, & eius promiſſionibus nihil accepiſſent. Itaque ea res illis male ceſſit. Deus enim profanationem ſuorum Sacramentorum non relinquet inultam. Quid ergo ſperent Papiſtæ, qui tranſubſtantiationes, adorationes, & detruncationes Sacramentorum inuexerunt? Haud dubiè eos aliquãdo perſequetur manus Domini. Dic tu contra: quid ergo ſperent Zuingliani, & Caluiniſtæ, qui non modò impuri ac ſine vlla ſcelerum expiatione ad Sacramenta accedunt, & ſine religione, ſine adoratione participant, verum etiam præſentem gratiam ſignis denegando omnino Sacramenta ſuſtulerunt? Haud dubiè eos aliquando perſequetur manus Domini.

DE *populo ſeptuaginta viros, & quinquaginta millia plebis.*]

S. Iſidor. Plebs, inquit ſanctus Iſidorus, libro diſſent. de littera P. numer. 445. à populo eo diſtat, quod populus eſt generalis vniuerſitas ciuium c[illegible]nioribus: plebs autem pars humilis & ab[illegible]cta: vel, vt

A. Gellius. Aul. Gellius lib. 10. cap. 20. In populo, inquit, omnis pars ciuitatis, omneſque eius ordines continentur: Plebs verò ea dicitur, in qua gentes ciuium patritiæ non inſunt. At Ciceroni, populus multitudo reliqua populi præter Senatum. Vnde illa authoritatis formula, Senatus, populuſque Romanus.

ff de verb. ſignific. Plebs, vt Gaius diffinit ff. de verborum ſignificatione. l. 238. cæteri ciues ſine Senatoribus. Cæterùm ab interprete noſtro additum eſt illud *plebis* explicationis gratia, nam in textu Hebraico tantum legimus, *quinquaginta millia virorum*, quæ multitudo principum eſſe non potuit. Itaque cùm è populo viri ſeptuaginta repente cõcidiſſent, & iterum quinquaginta item millia virorum interiiſſe narrentur, viſi ſunt illi priores intelligendi è numero principum, qui ſemper pauciores: reliqua verò multitudo è promiſcua plebe, quæ vbique ſemper maiori numero conſtat. Sic etiam Paraph. Chald. putat illos ſeptuaginta fuiſſe è ſenioribus & principibus: quinquaginta autem millia de plebe. Nec eſt veriſimile, vt ait Vermilius, omnes iſtos fuiſſe Bethſamitas: ſed multos accurriſſe ſpectatum ex omni vicinia. Alij putant vt refertur à S. Hieron. in tradition. Hebr. ſeptuaginta tantum periiſſe: ſed eos fuiſſe inſtar quinquaginta millium. Ita enim de Dauide dicitur, *Tu nobis ſolus eris inſtar decem millium.*

Homeri ſententia. Paufanias. Homeri igitur, vt inquit Pauſanias in Phocicis, illud facile exiſtimari poteſt nihil à verò differre; non poſſe cuiquam hominum bene vertere, cui Deos perſpicuè cernere contigerit. Duobus ibidem exemplis probat. Nam, cùm in Iſidis adytum homo quidam profanus in Phocide, & alter item Copti in Ægypto, penetrare auſi eſſent, horrendis quibuſdam viſis examinati, mox extra ſeptum corruerunt. Et in Atticis, alterius quoque hiſto-

Digitized by Google

A riæ meminit. Nam, cùm Herſe & Aglauros, Cecropis filiæ, traditam à Minerua ciſtam reſignaſſent, ambæ in furorem actæ, de arcis maximè prærupto loco ſeſe miſere præcipites. In Arcadicis, Lycæum montem commemorat, in quo fuerit area Ioui dedicata, quam ſi quis, loci religione contempta, ingreſſus eſſet, intra annum eidem vita erepta eſt. Cabirorum ſacra & religiones cùm profani homines Naupacti vſurpaſſent, non impunè tulere. Xerxis item & Alexandri milites, quicuoque in eorum fanum irrumpere auſi ſunt, furore atqoe amentia periere, aut certè cœleſtibus fulminum iaculis exanimati ſunt; vt idem teſtatur in Bœoticis. Sed nihil ſic ad hiſtoriam noſtram accedit, ſicut quod idem tradit in Achaicis, Eurypylo B contigiſſe. Vt primùm enim arcam reſigoaſſet, in qua latebat Liberi patris ſimulacrum, Vulcani arte ac ſtudio elaboratum, quod ex præda Troiæ in ſuam perniciem ſortitus erat, mente captus eſt, & furiis diriſſimè exagitatus. Quis igitur miretur Deum inſtitutæ à ſe religionis myſteria, cùm produntur, vlciſci; cùm ne vana quidem & commentitia, propter inſitam Gentilium animis religionis opinionem, inulta reliquerit?

LVXITQVE *populus, eo quòd percuſſiſſet,* &c.] Omnes quidem cùm viola[illegible]uminis pœnas damus, tuoc dolemus, & fract[illegible]tque humili animo plagas accipimus: at peccatum ipſum, quod omnium malorum fons & origo eſt, læti hilareſque perpetramus; cum tamen illæ lætitiam afferre debeant, vt potè quæ vulnus ſa- C nant, & mortis periculom auertunt: hoc verò luctu ac mœrore conficere, cùm nos in ſupremæ calamitatis barathrum coniiciat. Præſentibus ſcilicet magis afficimur quàm futuris, & iis potius quæ corpus pungunt, quàm quæ animant lancinant, propterea quod corpus quidem ipſum in nobis viuit, anima verò mortua eſt. Quapropter illi ſi quippiam moleſtiæ intuleris, ingemiſcit & contrahitur; anima verò, ne ſummis quidem cruciata doloribus queritur, propterea qood ſenſu priuata eſt Ex quo maiorem in modum nobis ipſis metuere debemos, quemadmodum medici ſolent de eorum deſperare ſalute, quos lethargo ſopitos, doloris ſenſu carere animaduertunt. At contra ſancti viri ſi quando labem contraxerint, pudore ſoffunduntur, ac triſtitia contabeſcunt: ſceleris D autem vindictam vltro à ſe expetunt, & incommoda, aut ſponte ſibi accerſunt, aut aliunde illata gratis animis excipiunt & amplectuntur. Neque enim vt capitale aliquod ſupplicium pœnitentiæ labores intuentur, ſed tanquam neceſſariam aliquam curãdo vulneri medicinam. Itaque quod dolet, ſi teliquos ſpectes, non tam illis dolet, quàm quod minimè dolet.

Peccati vulnere lætamur, remediis affligimur.

VERSVS 20.

Et dixerunt viri Bethſamitæ: Quis poterit ſtare in conſpectu Domini Dei ſancti huius? & ad quem aſcendet à nobis?

VERMILIVS. Malorum cauſam in Deum transferunt, de ſuis ſceleribus nihil interim cogitantes. Illum clamant eſſe durum, difficilem, moroſum, ſeuerum: ac ſi ipſi nihil mali commeruiſſent. Obliti erant, vel potius nunquam cogitatant, ſe partiri voluiſſe cum Deo: vt & ipſorum curioſitati ſatisfieret, & aliquid B eius præſcripto relinqueretur. At noo ita decidendum erat cum Deo. Lex eſt in libro Numerorum, ne quis auſit arcam Domini contemplari. Eam illi negliguot: nec vlla tanguntur ſuorum ſcelerum pœnitentia, ideoque percutiuntur, non ita tamen vt Palæſtini, vt fœda anorum proiectione affligerentur. Tantum leguntur fuiſſe percuſſi. Hinc videmus quanti ſit donis Dei benè vti: nec magis res ipſas à Deo, quàm bonum illarum vſum petendum eſſe. Hactenus Vermilius. Deliberant autem ad quos potiſſimùm arcam ablegent, ne tam proiecta ab illis videretur, quàm dignior hoſpes electus: veriti, oe ſi contemptim dimiſſa eſſet, calamitas ingraoeſceret.

Vermilius.

Cum ob temeritatem plexi eſſent, non fuit arca abdicanda, ſed emendanda curioſitas.

Cæterùm, ſi tantæ maieſtatis miraculo per- C culſi indignos ſe Arcæ præſentia exiſtimaſſent, ac propterea quo ſanctius coleretur, ad alios exportari ſtuduiſſent, non fuiſſet cur eorum ſtudium reprehenderemus. Sic namque poſteris etiam temporibus Petrus, *Exi à me Domine,* inqoit, *quia homo peccator ſum.* Et Domini præconio illios quoque fides laudata eſt, qui dixit, *Domine non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum.* Igitut ne illi quidem, ſi præ humilitate, aot fide Arcæ cõſpectum vicinitatemque declinaſſent, propterea culpandi fuiſſent: at ſi eo animo à ſe amandare voluerunt, quod factum emendare nollent: ſed quo licentius, tanquam amoto arbitro, peccarent, nulla tatione excuſare poſſumus. Nam quod illius ſeueritate ſeſe deterritos profitentur, ne diutius arcam apod ſe retinerent, fruſtra faciunt, cùm non niſi ob ſcelus admiſſum in eos animaduerterit. Quare iure D meritò de eo in poſterum ſperare poruerunt, ſi ſibi ab impudentia & ſacrilegio temperarent, fore vt clementem propitiumque experirẽtur. Nolle aurem Deum vicinum pati, propterea qood nolis eiuſdem legibus vioere, non modò nulla religio eſt, verùm etiam impietas maxima. Quid eoim poſſit cum hoc genere blaſphemiæ conferri? Nam Deum certè, cum ſit ille natura ſua optimus ac manſuetiſſimus, eo pacto crudelitatis arguis: & cum nolis ipſe ab impietate diſeedere, iuſtum vindicem ſæuitiæ ac feritatis accuſas: præterqoam quod illud quoque à fide alienum eſt, rerum ſacrarum abdicatione Deum longè ſemotum arbitrari. Dauidis ſuſpicionem hoc loco noo diiudicabo, qui Ozæ repentino caſu attonitus, arcam domum Obede-

Deum difficilem ac moroſum ſuſpicari blaſphemia crimen eſt.

Digitized by Google

QVIS POTERIT STARE IN CONSPECTV.

dom potius quàm ad ſe diuertere maluit, ſiqui- A
dem ille poſtea errore correcto eandem ad ſe
reuocauit. Nec Ionæ mentem conſiliumque
ſuum exprobrabo, qui faciem Domini fugere
ſtatuens ponto ſe credidit, ne pro eo apud bar-
baros legatione fungeretur: illum namque ci-
to maris ira, voraxque cetus ſententiam muta-
re compulerunt. At ſeruus ille mibi meritò in
tenebras, quæ foris ſunt, præceps agendus eſt,
qoi propterea pecuniam Domini ſui fœnerari
diſtulit, quòd illius, vt aiebat, auſterum acer-
bumque ingenium formidaret. Quam calum-
niam clementiſſimus Dominus ex eo confu-
tauit, quod ſi, quod erat illi facilè præſtare, fe-
ciſſet, vt creditam ſuæ fidei pecuniam fœnori
daret, quod verebatur, vt vſuras exigere poſſet,
ipſe Dominus pręſtitiſſet. Impij apud Iob c. 21.
Deo inquiunt, *Recede à nobis*. Et, *Scientiam via-
rum tuarum nolumus*.

VERSVS 21.

Miſerúntque nuncios ad habitatores Ca-
riathiarim, dicentes: Reduxerunt Phi-
liſthiim arcam Domini, deſcendite, &
reducite eam ad vos.

SANCTVS Hieronym. in locis Hebraicis: S. Hieron.
Cariathiarim, quæ eſt Cariathbaal, ciuitas
ſalruum, vna de vrbibus Gabaonitarum perti-
nens ad tribum Iuda, euntibus ab Ælia Dio-
ſpolim in milliario vno. De hac fuit Vrias Pro-
pheta, quem interfecit Ioachim in Ieruſalem,
ſicut ſcribit Ieremias c. 26. Cariathiarim ſigni-
ficat vrbem Syluarum. Cariathbaal ciuitatem
habitaui.

CAPVT SEPTIMVM.

VENERVNT ergo viri Cariathiarim, & reduxerunt arcam Domi-
ni, & intulerunt eam in domum Abinadab in Gabaa: Eleazarum
autem filium eius ſanctificauerunt, vt cuſtodiret arcam Domini.
2 Et factum eſt, ex qua die manſit arca Domini in Cariathiarim,
multiplicati ſunt dies (erat quippe iam annus vigeſimus) & requie-
uit omnis domus Iſraël poſt Dominum. 3 Ait autem Samuel ad
vniuerſam domum Iſraël, dicens: Si in toto corde veſtro reuerti-
mini ad Dominum, auferte deos alienos de medio veſtri, Baalim & Aſtaroth: & prępa-
rate corda veſtra Domino, & ſeruite ei ſoli, & eruet vos de manu Philiſthiim. 4 Ab-
ſtulerunt ergo filij Iſraël Baalim & Aſtaroth, & ſeruierunt Domino ſoli. 5 Dixit au-
tem Samuel: Cõgregate vniuerſum Iſraël in Maſphath, vt orem pro vobis Dominum.
6 Et conuenerunt in Maſphath: hauſeruntque aquam, & effuderunt in conſpectu Do-
mini, & ieiunauerunt in die illa, atque dixerunt ibi: Peccauimus Domino. Iudicauitque
Samuel filios Iſraël in Maſphath. 7 Et audierunt Philiſthiim quòd congregati eſſent
filij Iſraël in Maſphath, & aſcenderũt ſatrapæ Philiſthinorum ad Iſraël. Quod cùm au-
diſſent filij Iſraël, timuerunt à facie Philiſthinorum. 8 Dixeruntque ad Samuelem: Ne
ceſſes pro nobis clamare ad Dominũ Deum noſtrum, vt ſaluet nos de manu Philiſthi-
norum. 9 Tulit autem Samuel agnũ lactentem vnum, & obtulit illum holocauſtum
integrum Domino: & clamauit Samuel ad Dominum pro Iſraël, & exaudiuit eum Do-
minus. 10 Factum eſt autem, cùm Samuel offerret holocauſtum, Philiſthiim iniere
prælium contra Iſraël: intonuit autem Dominus fragore magno in die illa ſuper Phi-
liſthiim, & exterruit eos, & cæſi ſunt à facie Iſraël. 11 Egreſſiq; viri Iſraël de Maſphath
perſecuti ſunt Philiſthæos, & percuſſerunt eos vſq; ad locum, qui erat ſubter Bethchar.
12 Tulit autem Samuel lapidem vnum, & poſuit eum inter Maſphath & inter Sen: &
vocauit nomen loci illius, Lapis adiutorij. Dixitque: Hucuſq, auxiliatus eſt nobis Do-
minus. 13 Et humiliati ſunt Philiſthiim, nec appoſuerunt vltra vt venirent in terminos
Iſraël. Facta eſt itaque manus Domini ſuper Philiſthæos, cunctis diebus Samuelis.
14 Et redditæ ſunt vrbes, quas tulerant Philiſthiim ab Iſraël, Iſraëli, ab Accaron vſque
Geth, & terminos ſuos: liberauitque Iſraël de manu Philiſthinorum, eratque pax inter
Iſraël & Amorrhæum. 15 Iudicabit quoque Samuel Iſraelem cunctis diebus vitæ ſuæ:
16 & ibat per ſingulos annos circuiens Bethel & Galgala & Maſphath, & iudicabat
Iſraelem in ſupradictis locis. 17 Reuertebaturque in Ramatha: ibi enim erat domus
eius, & ibi iudicabat Iſraelem: ædificauit etiam ibi altare Domino.

Digitized by Google

Versvs I.

Venerunt ergo viri Cariathiarim, & reduxerunt arcam Domini, & intulerunt eam in domum Abinadab in Gabaa : Eleazarum autem filium eius ſanctificauerunt, vt cuſtodiret arcam Domini.

Vermilius.

Totius capitis diſtributio.

Vermilius. Hoc caput quoniam multiplicem hiſtoriam cõtinet, diuidi poteſt in quinq; partes. B In prima narratur, arcam Domini receptã fuiſſe in Cariathiarim: in altera, pœnitentia filiorum Iſraël: queãdmodum reſipuerint ad monita Samuelis: in tertia, eos omnes conueniſſe in Maſpha, atque in eo conuentu Deum excitaſſe iudicem Samuelem: in quarta, eos res fœliciter geſſiſſe aduerſus Palæſtinos : in quinta, Samuelem prudenter & induſtriè rempublicam adminiſtraſſe.

In *domum Abinadab in Gabaa.*] Vermilius. Gabaa non eſt ciuitas illa, quam alibi legimus fuiſſe in tribu Beniamin. Eſt vox appellatiua, non propria. Itaque 70. rectè reddiderunt collem. Olim manſit Arca in Cariathiarim vſque ad tempora Dauidis. Is enim eam ad ſe tranſtulit in Sionem. Reliquit ergo Deus Silunta, & C Bethſamitas: & nunc ſibi nouum deligit domicilium in Cariathiarim. Verum Arca cum eſſet in Cariathiarim, oon habuit tabernaculum illud, quod Moſes curarat fieri. Illud enim ſatis conſtat primùm fuiſſe in Silo, deinde in Nobe, poſtea in Gabaon. Interim tamen alia ratione tegebatur. Poſtea cùm Dauid eam transferre vellet in Sion, & Oza in itinere eſſet mortuus, iuſſit eam deduci ad Obededomi domom. Poſtremò eam aduehi curauit in Sion, quo in loco tabernaculum etiam excitauit. Apparet etiam, & ex 2. libro Samuel. & ex 1. Paralip. arcam eo tempore fuiſſe in Cariathiarim. Deus ſibi certum locum delegerat, in quo vellet inuocari. Sed cum iam Silunta deſeruiſſet, patres eum paſſim, & liberè modo in hoc, modo in alio colle adorabant: quemadmodum Abrahamum feciſſe meminerant, antequam arca eſſet facta. D Expectabant tamen, vt Deus certum ſibi aliquem locum deſignaret. Id ante Dauidem Regem non eſt factum. Interea oon peccabant, qui Deum colebant, & inuocabant in excelſis.

Excelſa hoc tempore non erant prohibita.

Ritus legitimi ſanctificationis.

Vermilius.

Exod. 29.

Eleazarvm *autem filium eius ſanctificauerunt.*] Vermilius. Ritus conſecrationis traditur in lib. Numer. Opottuit Leuitam mutare veſtem, & lauare corpus, & pilos omnes abradere, deinde venire in tabernaculum ad Aaronem, & ab eo motari coram Domino. Ad eundem modum ſacerdotes quoque oportuit inaugurari, vt lauarentur, vt nouis veſtibus induerentur, vt oleo ſacro, vt ſanguine tingerentur. Inaugurationes gẽtilium ſacerdotum plures deſcribit Iacobus Gutherius, tam veræ religioois cultor, quàm non ignarus profanæ ſuperſtitionis, lib. 1. de veter. iur. Pontif. cap. 25. Sed illa in pri-

Iac. Guth.

A mis notanda eſt, quæ eſt omnium fœdiſſima, Pontificis Maximi Romanorum conſecratio; vt inde noueris, in iis ritibus, quos ambitioſè dæmon æmulatus eſt, quàm longè à diuinarum ceremoniarum honeſtate ac decoro receſſerit. Sic illam ſuis verſibus eleganter expreſſit Prudeotius, in eo hymno, quem in Romanum martyrem ſcripſit.

Summus ſacerdos nempe ſub terram ſcrobe
Acta in profundum, conſecrandus mergitur:
Mirè inſulatus, feſta vittis tempora
Nectens, corona tum repexus aurea,
Cinctu Gabino, ſericam fultus togam.

Deinde, vbi infernæ illius cellæ ſuperius tabu- B latum perforatum, ac cribro ſimile, & victimæ mactationem depinxit, iterum hæc addit:

Tum per frequentes mille rimarum vias,
Illapſus imber, tabidum rorem pluit,
Defoſſus intus quem ſacerdos excipit,
Guttas ad omnes turpe ſubiectans caput,
Et veſte & omni putrefactus corpore.
Quin os ſupinat, obuias offert genas,
Supponit aures, labra, nares obiicit,

Oculis denique, palato, lingua atrum cruorem combibit, &c. Nam reliquam hiſtoriam ibidem ſuo penicillo exarauit. Satan, quodcunque imitari voluerit, deprauat.

C

De ſanctificatione nouæ legis ſacerdotum.

Externa ratio ſanctificationis apud veteres eò valuit vt populus intelligeret, eos eſſe iam miniſtros ſibi deſignatos à Deo. Sublatis autem iſtis vmbris nobis nihil relinquitur, niſi impoſitio manuum. At Papiſtæ, vt eſſent, credo, auguſtiores, omnes illas ceremonias, & ritus Moſaicos ad ſe tranſtulerunt. Tondentur, raduntur, lauantur, vngũtur, veſtiuntur. Et non nihil miror, cur non etiam circuncidantur. Sed addunt, ſua iſta vi multò maiore eſſe prædita, quàm illa Moſaica. Se enim imprimere characterem indelebilem, nec tantùm in carne conſiſtere, ſed etiam vſque ad animam penetrare. Paulus ait, ſe portare ſtigmata Domini in corpore ſuo. At iſti ſuaues homines ea volunt in anima recondere. Nam corpore quid faciant, D omnes vident. Arca in Cariathiarim tractatur ad præſcriptum Domini: itaque nulla ſecuta eſt clades. Hactenus Vermilius, ſuo more mendaciorum artifex mirificus, qui etiam nos ludit, nec quid dicat propodium illud animaduertit, dummodo ſoi gregis leuitatem cachinnandi inhoneſta aliqua voluptate titillet. Sublatis iſtis, inquit, vmbris, nobis nihil relinquitur niſi impoſitio manuum. Iam verò impoſitio illa manuum, Vermili, quid eſt? Num etiam vmbra eſt? Sed quomodò illas vmbras vocas, ſi ſignificationes tantùm fuerunt, quibus populus doceretur quoſdam ſacerdotes, aut leuitas conſtitui? Quarum rerum vmbræ erant? Nam vmbra certè alicuius luminis vmbra eſt, & à priuatione lucis per obiectum corpus proficiſcitur. Diceſne igitur Moſaici miniſterij vmbras fuiſſe?

Eleazarvm avtem filivm, &c.

At illud quoque ſi Paulo credimus, vmbra fuit, A & in figura patribus contingebat. Euangelici forſan? Hoc enim ſolum reliquum eſt. Eſto: quod in eo lumen oſtendis? Nobis, inquis, ſola manuum impoſitio relicta eſt. Hæccine lux illa eſt, cuius cõparatione ceremuniæ veteres omnes vmbræ habeantur? Ergóne imperitiam tuã ne nunc quidem, vir acutiſſime, cognoſces? Illa namque manuum impoſitio, ſi in corpore tota cuuſiſtat, vmbra eſt, non veritas: nec tu nos eo pacto vmbris figuriſque expedies, ſed eadem caligine obrues, qua vetus teſtamentum obnubitur.

Character Sacramentorum.

At characterem noſtrum ridet, cuius beneficio credimus animam cœleſti lumine colluſtrari, tanquam ſit aliud lumen vllum, cuius vmbræ B illa fuiſſe dicantur, præter diuinam ſacramenti gratiam, quæ ſe digno decore atque energiá mentem animúmque exornat, & dignos Dei miniſtros efficit. Quòd ſi aliud vſpiam deprehendiſſet, notare debuerat. Idcirco autem gratiæ illi characterem aſcribimus, quoniam deleri non poteſt: quod ex eo colligimus, quoniam nonnulla ſacramenta etiam poſt lapſum minimè repetuntur; quorum tamen prærogatiua opus eſt, vt quis non modò miniſterium legitimè obeat, verum etiam, ſi de baptiſmo ſermo ſit, vt ſalutem omnino conſequatur. Quod autem ais, huius nos characteris impreſſionem veſtibus, oleo, taſuræ, aliiſque Eccleſiaſticis C ceremoniis tribuere, ſecundum cõſuetudinem tuam facis, qua ſoles confictis mendaciis Eccleſiæ innocentiam oppugnare. Illa namque ſacramentis, quæ à Chriſto inſtituta ſunt, & ab Apoſtolis tradita, Dei gratiam acceptam refert, non inuentis à ſe ceremoniis: quas non alio cõſilio adhibet, quàm vt maiorem in modum deuotionem excitet, & ea, quæ à Deo peraguntur diuinitus, nec oculis pateot, quantum fas eſt & licet oculis ſubiiciat. At circuncitionem pari ratione æmulari deberemus, quoniam illa commodè peccati ſolotionem, quam Deus efficit, refert. Et hanc nos quoque forſitan aſſumeremus, niſi ab Apoſtolo interdicta eſſet: à quo ſi reliquæ etiam ceremoniæ vetitæ eſſent, ab iiſdem pariter abſtineremus.

Signa proxima alienæ religionis vſurpare non licet: communes ceremonias nil vetat.

Porrò tam ne hebes es, atqoe obtuſi vir ingenij, vt rationem huius diſcriminis intelligere D nequeas? Nam quæ ſunt proxima ſigna alicuius religionis, & in quibus potiſsimùm ſectæ profeſsio conſiſtit, atque ab aliis diſtinguitur, ab externis ſine manifeſta defeсtione nequeunt vſurpari. Tametſi enim fictè quandoque fieri poſsit, non tamen abſque ſcandalo, quod cane peius & angue vitare præcipimur. Si quæ autem communia ſunt, aut certè in iis rebus poſita, quibus externæ fidei profeſsio minimè continetur, nil vetat imitari. Oleum verò, & inunctio Iudæis nobiſcum cummuois eſt. Illi namque ſacerdotes, Prophetas, & reges inungebant: nos etiam ægrotos. Iacubi. 5. Illa autem iam inde à Patriarcha Iacob, ante legem conditam, ad Chriſti gratiam ſignificandam adhibita eſt. Quare nos quoque illam licitè adhibere poſſumus; non tanquam ſacramentum aliqood inſtituamus, quod ſoli Chriſto datum eſt: ſed quò ſpiritualia Chariſmata, quæ oculis cerni non poſſunt, viſibilia quodanimodo exhibeamus. Nec aliter de reliquis ceremoniis ſentiendum eſt. Tandem impudentiam tuam ſatis mirari non poſſum, quod Paulum nobiſcum conferens, illom corpore tenus Chriſti Domini ſtigmata geſtaſſe aſſcueras, nus verò etiam animo circunferre velle, tanquam neſcias quid ille de ſe aliiſque prædicet: nimirum, quòd *Charitas Dei diffuſa ſit in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis.* Et alio item loco aiebat: *gratia Dei in me vacua non fuit, ſed ſemper in me manet.* Hæc ille. Tu vero quam ſedem gratiæ ſtatuis, corpus an animam? Animam iuſti diuinæ gratiæ expertem facis, cùm tamen iuſti animam Dei ſedem eſſe, ex ſacris litteris didicerimus. Diſcute obſecro odij illius, quod in Eccleſiam atrociſsimum coocepiſti, caliginem, & continuo tibi veritas illuceſcet.

Anima iuſti ſedes eſt ſapientiæ.

VERSVS 2.

Et factum eſt, ex qua die manſit arca Domini in Cariathiarim, multiplicati ſunt dies, erat quippe iam annus viceſimus: & requieuit omnis domus Iſraël poſt Dominum.

Vermilius.

VERMILIVS. Alterum caput eſt de reſipiſcentia populi. Cauſa cur reſipoerint, erat afflictio. Vehementer enim premebantur à Palæſtinis. Itaque tædio, & ægritudine cogũtur redire ad Dominũ. Agunt pœnitentiã, non tamen ſtatim vbi arcam recepiſſent, nam iſta narrantur contigiſſe intra viginti annos. Primum res ipſa deſcribitur: deinde modus. Samuel apud Iſraëlitas verba facit, ſuáque illis peccata in memoriam reuocat. Audierant illi antea verbum Domini, ſed non egerunt pœnitentiam: qoòd nullis adhoc eſsẽt fracti aduerſis caſibus. Itaque bene dixit ille paterfamilias, *Compelle eos intrare.* Auguſtinus ait, Donatiſtas cogendos eſſe in Eccleſiam. Nam quamuis primo ſtatim tempore nihil ex illa coactione vtilitatis capiãt, tamen poſtea incipient audire, & cogitare attentius. In hoc communi luctu excitatur Samuel vindex populi. Ita in lib. Iudicum, cùm populus ſe affligeret, & clamaret ad Deum, ſemper datus eſt aliquis Iudex, qui populum aſſereret. Cæterùm, quoniam pœnitentiam veram eſſe, & ex animo proficiſci oportet, Samuel monet auferendos eſſe de medio Deos alienos. Nam id Palæſtini non fecerant, quamuis ſpeciem aliquam pœnitentiæ præ ſe ferrent. Ioſephus paulo aliter hunc locum exponit. Putat enim populum ad verba Samuelis reſipuiſſe: Deinde ea re animaduerſa Samuelem arripuiſſe occaſionem, vt illos ad libertatem incitaret: ſed ita tamen, vt eam expectarent à Domino, tanquam mercedem ſuæ pietatis. Sed ea re fortaſſe lapſus eſt Ioſephus, quia in textu ita ſcribitur: *Reſipuerunt: & dixit Samuel ad eos.* Solet enim ſæpè Scriptura primùm rem omnem generatim proponere: deinde diſtributius rationem &

S. Auguſt.

modum getendi perſequi. Ita hic 1. loco proponitur, populum reſipuiſſe: deinde, oſtenditur, id contigiſſe ad orationem Samuelis.

Erat *quippe annus viceſimus.*] Thucydides, cùm initio libri ſecundi, belli Peloponneſiaci hiſtoriam ordiretur, notitiam temporis illius ad hunc modum notauit. Cùm Chryſis ſacerdos quinquageſimum ſacerdotij annum Argis ageret; & Æneſias Spartæ Ephorus eſſet, & Pythodoro, qui tunc Athenis Archon erat, duo præterea menſes ad annui magiſtratus tempus abſoluendum ſupereſſent.] Sed de viginti his annis, qui nullo certo diſcrimine deſignantur, non omnes, inquit Vermilius, eodem modo ſentiunt. Hieronymus illud tempus ad arcam refert: & eam putat viginti annis manſiſſe in Cariathiarim (non eſt ſancti Hieronymi ſententia, ſed opinio Hebræorum, quam refert in Traditionibus Hebraicis in 1. Regum cap. 7.) atqui id non conuenit. Satis enim conſtat, eam manſiſſe in ea ciuitate vſque ad tempora Dauidis. A morte autem Heli vſque ad Dauidem, interceſſerunt anni pluſquam quadraginta. Regnauit autem Dauid ſeptem annos in Hebron: deinde triginta tribus annis in Ieruſalem. Reduxit autem arcam, cùm iam regnum obtineret in Ieruſalem. Quare minimum oportet fuiſſe quinquaginta annos. Sed arca legitur fuiſſe in Nobe, in Maſpha, in Galgala. Non eſt verum. Nam quod legitur de iſtis oppidis, intelligendum eſt de tabernaculo. Arca enim & tabernaculum erant iam diſtincta. Et legimus in 2. Samuelis cap. 6. Dauidem reduxiſſe arcam à domo Abinadab ex Cariathiarim. Quod idem ſcribitur in 1. libro Paralip. cap. 13. & in libro Sedeolam. Sed viginti iſti anni numerandi ſunt ab eo tempore, quo arca fuit reſtituta. Hæc autem quæ narrantur, contigerunt illis viginti annis. Non enim credibile eſt, populum ſtatim reſipuiſſe, cùm recepiſſent arcam: ſed longo poſt tempore: idque opera, labore, & cohortatione Samuelis. Hactenus Vermilius.

Vermilius: Hieronym.

Temporum notæ apud Hebræos & Christianos.

Vnde ratio temporum ducta apud Hebræos.

Ab origine mundi ſeriem temporum ducere, Hebræis in more fuit: qui tamen ab Alexandro magno acceperunt aliam temporis indicem, quo in tabulis ſignandis vtuntur. In ſacris litteris termini annorum ſunt, egreſſus ex Ægypto, à percuſſa & euerſa vrbe: item à principibus & regnis: vt Daniel. 2. ſecundus annus Nabuchodonoſoris ponitur: in Euangelio Lucæ, 15. Tiberij baptizatus eſt Chriſtus: in libris Machabæorum anni Monarchiæ Græcorum aut Macedonum annotantur. Aliquando plures notæ coniunguntur: vt Ezechiel. 40. *In viceſimo quinto anno transmigrationis noſtræ, in exordio anni, decima menſis, quarto decimo anno poſtquam percuſſa eſt Ciuitas.* Lucæ 3. cap. *anno 15. imperij Tiberij Cæſares, procurante Pontio Pilato Iudæam, tetrarcha Galilææ Herode, ſub principibus ſacerdotum Anna & Caipha, &c.*

Antiquiſſimus autem fuit Eccleſiæ mos, notare annos ex die ſalutiferæ Paſſionis Domini Ieſu, quo deletum eſt peccatum totius mundi. Sic S. Hieronym. Sophoniæ 1. Poſt annos quadraginta & duos Dominicæ Crucis, circundata eſt ab exercitu Ieruſalem. Sed Abbas Dionyſius, vt aboleret ex Chriſtianis annalibus Diocletiani tyranni nomen (mathematici enim habent limites Calculationum ſuarum, Diocletianum, Alexandrum, Antoninum, Nabonaſſarem, & alios) præfixit cardinem temporum Incarnationem Domini, circa annum Domini, vt ſcribit Mercator Chronol. cap. 1. 531. vel, vt Bellarminus in libro de ſcriptoribus Eccleſiaſticis 527. in eodem: vt exordium ſpei noſtræ notius nobis exiſteret, & cauſa reparationis humanæ, id eſt paſſio redemptoris noſtri euidentius eluceret: quod tamen tum vbique publicè obtinuiſſe non credo, tametſi enim paſſim ab Anſegiſo abbate, regum noſtrorum capitula data, aut ſynodi habitæ, annis ab incarnatione Domini referantur, attamen venerabilis Beda libro de ratione temporum, cap. 45. annotat, adhuc ſuo tempore iuxta ſolennem Eccleſiæ Romanæ conſuetudinem, Cereum Paſchalem anno à paſſione Domini noſtri Ieſu Chriſti D. CLXVIII. fuiſſe inſcriptum. Et Paulus Sempronienſis Epiſcopus libro 13. ſecundæ partis Paulinæ ſuæ docet, Eugenio 4. Pontifice, adhortante Blondo Forliuienſi, Pontificij Collegio à ſecretis Notario, in bullis atque reſcriptis pontificalibus hanc à Chriſti incarnatione ſupputationem ſcribi primum cœpiſſe. Poſt quæ mox ſubdit: ſed Notarij annos à Natiuitate computare conſueuerunt. Hæc Paulus. Quod ſi tum primùm cœpit ab incarnatione Domini annorum ſumma colligi, ergo is modus non antea vſu receptus erat. Quanquam etiam antea inceperant anni à Natiuitate Domini per Notarios deſignari, ſicut ex pluribus actis Concilij Conſtantienſis probari poteſt, & poſtea quoque obtinuit; quemadmodũ ex bulla quadam Clementis 7. qua Iubilei tempus in poſterum annis viginti quinque definit, 1525. manifeſtum eſt. Illa namque cum pluribus aliis ſuperiorum Pontificum bullis, quæ eidem inſeruntur, annos indictionis ſuæ à Natiuitate Chriſti numerat. Ex quo mendacij argui poteſt Theod. Bibliander, qui lib. de Ratione temporum, Eugenium 4. aſſerit, circa Dominicæ incarnationis annum 1440. hortãte Blondo Forliuienſi, tranſtuliſſe terminos, quos poſuerant patres ſui, & conſtituiſſe, vt à Natali die Chriſti annorum calculus duceretur, cùm longè antea ſic fieri conſueuiſſet. Is Dionyſium Exiguum authorem facit numerandi ab incarnatione Domini; Eugenium ab eiuſdem Natiuitate. E diuerſo Sempronienſis Epiſcopus Eugenium, vt ab incarnatione annorum ratio iniretur, inſtituiſſe refert, cùm prius Notarii à natiuitate inſcriberent. Sed melius Mercator, qui vtrumque Dionyſio nullo diſcrimine tribuit; qui mihi optimè feciſſe videretur, ſi ne ab Eugenio quidem eum morem in Eccleſiam Romanam introductum fuiſſe meminiſſet, cùm manifeſtè pateat ex antiquorum monumentis, vtrumque morem longè ante Eugenii tempora ſolemnem atque vſitatum fuiſſe. Verùm ad

Anni numerandi ratio apud Chriſtianos. S. Hieron. Dionyſius Abbas. Mercator. Bellarmin. Anſegiſus Abbas. Ven. Beda. Paulus Sempronienſis. Bibliander.

hiſtoriam noſtram redeamus. Nam quod ad eam ſpectat, horum viginti annorum Scriptura initium duci ab arca capta, quam mox ſecuta eſt mors Heli Pontificis.

De his viginti annis noſtra coniectura.

Viginti anni, quorum Scriptura meminit, videntur interregno tribuendi. Euſebius. Paulus act. 13.

ILLVD verò tantum ſpacium, an Samuëlis principatui, ſeu potius interregno tribuendum ſit, non minima quæſtio eſt. Videtur tamen potius interregno tribuendum. Nam cùm annis quadraginta Samuel Iudex, & Saül regum primus, Rempublicam geſſerint, vt docet Euſebius in Chronico. & 10. libro præparati. Euang. & Paulus actor. 13. aſſerere videtur (ſic enim ait: *Poſt hæc dedit eis Iudices vſque ad Samuelem Prophetam, & exinde poſtulauerunt Regem, & dedit eis Saul filium Cis de tribu Beniamin, annis quadraginta*) & vt minimùm Saül decem annos regnauerit; niſi interregnum hoc inter Heli & Samuelis principatum inſeri patiamur, ſanè qui puer Iudicem agere cœpiſſet, & annis triginta duntaxat adminiſtraſſet Imperium, non potuit eſſe ſenex, vt refertur capite octauo, cùm filios ſuos Iudices conſtituit, & à populo de Rege inſtituendo interpellatus eſt. Nam, vt fingamus, puerum dici viginti annorum, decurſo triginta annorum curriculo, quibus eo munere functus eſt, adhuc tamen ad metas hærebit anni quinquageſimi: quo tempore, neque fas illi fuiſſet humerum oneri ſubducere, vt imperitis adoleſcentibus habenas permitteret: neque populus meritò potuiſſet ei ſenectutem obiicere, & vrgere, vt abdicato imperio regem ſibi ſufficeret. Admiſſo verò hoc temporis interuallo, cùm omnis de ratione temporis circa ætatem Samuelis ſcrupulus euelletur: tum etiam hoc conſequemur, vt minimè opus ſit, quod nonnulli volunt, ante laudatum Pauli teſtimonium, in Bibliis tum Græcis, tum Latinis emendare. Ibi namque proximè ante ea quæ retulimus, Paulus infit: *Et poſt hæc quaſi annis quadringentis & quinquaginta* (ita vertit Arias Montanus) *dedit Iudices, vſque ad Samuel Prophetam.* Vbi nos, & periodi circunſcriptionem ea lege, qua Græcè deſcripta eſt, obſeruauimus: & loco, *poſt*, ex eiuſdem tranſlatione, *ὡς*, *quaſi*, vt Græcis ſonat, reſtituimus, *ὡς ἔτεσι τετρακοσίοις καὶ πεντήκοντα*. Quem numerum ſic corrigendum nonnulli arbitrantur, vt *τριακοσίοις* reponamus, hoc eſt, trecentos quinquaginta numeremus pro quadringentis quinquaginta: quod non temerè admitti debet, cùm Latina exemplaria cum Græcis in numero conueniant. Nam quod aiunt ab egreſſu Iſraelitarum ex Ægypto vſque ad primum annum Samuelis eſſe annos duntaxat 396. ego quidem nihil moror: iis enim ſi addas huius interregni viginti annos, & alterius item non paucos, quod media tempora inter Sampſonem & Heli occupauit: de

Arias Montanus.

quo quantum durauerit non ſatis compertum eſt; quæ autem in eo geſta ſint, Iudic. cap. 17. & ſequentibus narrantur: tum demum anni quaſi quadringenti & quinquaginta reperientur: nec erit ad aliam amuſſim Scriptura corrigenda, quæ pro certiſſima fidei regula cunctis propoſita eſt. Inuenit tamen aliam expediendæ difficultatis rationem Auguſtinus Torniellus, in cuius Annales his iam ex parte elaboratis incidimus. Is namque, cùm ſtatuat quarta mundi ætate, anno 358. ab orbe autem condito 2901. Heli autem Pontificis anno ſecundo Samuelem eſſe natum, conſequens erit, vt non niſi quadragenarius, Heli defuncto, ſummum Magiſtratum Samuel inierit. Quem vbi ſuſcepiſſet, continuos viginti annos, quorum hic Scriptura meminit, docet in admonenda plebe atque extirpanda ſuperſtitione contriuiſſe, donec omnes vno animo, abiectis idolis, in vnum veri Dei cultum religionemque conſentirent: quibus ſi decem, aut duodecim annos præterea adiicias, quibus annis multas de Philiſtæis victorias reportauit, captaſque vrbes recepit: inuenies, non ante ſeptuageſimum annum reipublicæ adminiſtratione ceſſiſſe, filioſque, ob ingraueſcentem ætatem, cùm tot iam negotiis par eſſe non poſſet, rerum ſummæ præfeciſſe. Qui dicendi modus, etſi, quod ad Samuelem attinet, omnē dubitandi anſam abſcindere videatur, illam tamen de quadringentis annis difficultatem non prorſus exorbere præterquam quòd in animum inducere non poſſum, Pontificem, cùm à puero iam cæcus nuntium futuræ calamitatis accepiſſet, eundem cladis ſuæ tempore quadragenarium reliquiſſe. Alias præterea rationes aliis locis exhibui. Quapropter, in his, quæ ad ſalutem animæ parum conferunt, & alioquin, vt Gellius loquitur, lubrica & ambagiose coniectatione nituntur, id quod ſequi maluerit lectoris arbitrio relinquo. R. P. Iacobus Salianus Societ. Ieſu iam tertium tomum Annal. ſuorum Eccleſiaſt. Veteris Teſtamenti typis mandauit; in quo non dubito quin pro ſua ſingulari eruditione & rerum priſcarum notitia, quam ſententiam eligere atque amplecti debeamus, diligenter & accuratè præſcribat. Itaque quæ nobis deſunt, licebit ex eo fonte ſupplere.

Torniellus

De Anno, & eius ſpeciebus.

HIs ita explicatis, reliquum eſt, vt, annus quotuplex ſit, & quot diebus conſtet; & à quo tempore initium faciat, exponamus. Is itaque diuiditur in naturalem, & ciuilem. Naturalis iterum in Solarem, & Lunarem. Solarem annum Ptolemæus lib. 3. Almageſti diffinit, motum ab aliquo circuli obliqui vel zodiaci puncto immobili ad ſequentia, vel ſecundum ſucceſſionem ſignorum, donec ad ipſum idem redierit. Motum verò illum non omnes paribus temporum

Ptolemæus

Annus quid

Ioan. Picus

momentis deſcriburit. Etenim vt Picus refert aduerſus Aſtrologos libro 6. cap. 9. antiquiores Hipparcho ſolis reſtitutionem, qua conficitur annus, trecentis ſexaginta quinque diebus conſtare voluerunt, plus quarta parte vnius diei. Alij tātum quartam partem ſuperaddiderunt. Hipparchus ab Alexandri motte anno centeſimo ſeptuageſimo octauo ſcribens, ex ſuis, & Chaldæorum obſeruationibus, minùs quarta parte diei adiiciendum ſupputauit; verùm quantum illud eſſet quod deficeret, ad liquidum oon exegit. Poſterior eo Ptolemæus annis ducentis octuaginta quinque, trecenteſimam eſſe illam diei partem diffiniuit. Albaregni poſt Ptolemæum annis 743. obſeruans cæleſtia, motum ſolis inuenit velociorem, quia deficeret à quarta illa parte per centeſimam & ſextam diei partem. Thebit annum conſtare dixit 365. diebus, horis ſex, minutis 9. gradibus 12. Tum illa magna diuerſitas, quòd alij putant annos omues æquales, vt Ptolem. Alphonſus: alij inæquales, vt Azerchel Baren, Iſaac Iſraëlita, quos ſequuntur & alij ex iunioribus. Rationem eſſe putant, quòd ſphæra octaua, non ab occaſu ſemper ad ortum, vt putant Ptolem. & multi, ſed ab oriente interdum feratur ad occaſum: quare illius motu, cum ad eandem ad quam Sol, reflectitur partem, Solis motum fieri velociorem; cùm ad contrariam, tardiorem: hinc diuerſis temporibus annum nunc productiorem, nunc breuiorem obſeruatum. Breuiſſimos autem fuiſſe putat ſuo tempore idem Iſaac in libro, cui titulus eſt, Ieſodolam: viuebat autem anno mundi iuxta Hebræos, 5700. qui eſt gratiæ 1510. deinceps fore productiores. Mediocres ſtatuit eſſe dierum 365. & horarum quinque, cum aliquot minutis: quæ ſcrupuloſe conſectari à propoſito noſtro alienum duximus. Ex his patet, quàm ſit ſolis motus in ambiguo, quamque arduum ſit ac difficile, certam anni menſuram tradere. Quam difficultatem ſolis defectus exaggerant, vtpote qui præcedunt tempus in tabulis annotatum plus dimidia parte horæ, quod & Andræas Summarius tradit, & euidentia ſenſus quotidie declaratur: quemadmodum Henricus Machlinem, Paulus Florentinus, & Alliacenſis experientia didicerunt.

Ætas Hipparchi.

Ætas Ptolemæi.

Anni certa menſura tradi non poteſt.

B

C

Iſaac Iſraëlita.

Annus lunaris.

Vener. Beda.

Lunaris annus eſt, qui ad rationem lunaris motus dirigitur. Multiplex eſt, vt docet vener. Beda cap. 35. de natura rerum. Primus eſt, cùm Luna viginti ſeptem diebus, & octo horis Zodiacum percurrens, ad id ſignum, ex quo egreſſa eſt, reuertitur. Secundus diebus duobus, horis quatuor prolixior, qui conſuetè menſis dicitur; cùm ſolem, à quo noua digreſſa eſt, 29. diebus, horis duodecim exactis, iam defecta repetit. Tertius qui duodecim menſibus huiuſmodi, id eſt, diebus 354. expletur, & vocatur communis, eò quòd duo ſæpiſſimè tales concurrant. Quartus ἐμβόλιμος, qualem ſortitur & ſolaris curſus, qui alio oomine biſſextilis aut intercalaris dicitur. Fit etiam paſſim mentio apud authores

A

anni magni, & mondani. Verùm de anno magno certi nihil habeo quod aſſeram, cùm varient authores: ſicut neque de mundano, ſeu Platonis, ſiue planetarum. Nam cùm ſtatuant finiri oun debere, priuſquam orbes cæleſtes, omniaque ſidera ad ſuom redierint principium; & hoc quidem omnino fieri poſſe negent; vt probat Franciſcus Maurolycus inſignis Mathematicus: infinitum, ac proinde nullum eſſe arbitrantur, & ſanctus Auguſtinus capit. 13. de Geneſi ad litteram contempſiſſe videtur.

Franciſcus Maurolycus.

S. Auguſt.

De anno ciuili Hebræorum.

Annus ciuilis.

ANNVS autem ciuilis eſt, quem ſibi quæque ciuitas, aut populus conſtituit, vt Siculi ex ſolari & lunari anno ſibi conſtituerunt annum, teſte Cicerooe. Chaldæi menſtruum annum aliquando habuerunt, vt ſcribit Diodorus. Ægyptij quoque menſtruum annum & bimeſtrem habuerunt: Arcades trimeſtrem, Cares ſemeſtrem. Primi Romani 10. menſium. De Hebræorum anno ciuili ſemel, vt non iterum, paulò accuratius. Hiſtoria ſacra, qua nihil in mundo extat antiquius, nihil certius, arguit ſatis, Hebræos habuiſſe annum quidem lunarem, ſed tamen ad ſolis etiam curſum directum. Quod Theologi diligenter in ea re verſati confirmant, Beda, Dionyſ. Auguſt. Anatolius, Cyrillus, Epiphan. Theophilus, & alij: aduocatis interim teſtimoniis Philonis, Ioſephi, Ariſtobuli, & Agathobuli, principum virorum inter Hebræos.

Hebræorum annus ciuilis.

Porrò is duplex erat, ſacer, & volgaris. Ab hoc deducunt ſeptimanas annorum, & Iubilæos: inde notas perunt temporis in prophanis rebus. Hunc auſpicantur ab æquinoctio autumnali, & menſem Tiſri primum in anni menſibus conſtituunt, eſtque vulgaris perſuaſio Iudæorum, antequam ex Ægypto liberarentur, id fuiſſe anni primordium: quam opinionem recitat Dauid Kimhi dum exponit, cur menſis octauus dicatur אֵתָנִים *ethanim*. Tunc enim & diluuium fuiſſe dicunt: & mundum eſſe conditum eo tempore, vt Rabi Eliezer Thalmudicus doctor aſſerit, habetque plurimos adſtipularores. Quin & Theologorum noſtrorum quidam mundum fuiſſe conditum in autumno dictitāt. De anni principio autumnali ſanctus Hieronymus Ezechielis primo, menſe quarto, qui apud nos vocatur Ianuarius, & eſt in anni primus exordio: præter Niſan menſem nouorum, in quo paſcha celebratum. Apud Orientales enim populos poſt collectionem frugum & torcularia, quando decimæ deferebantur in templum, October erat primus menſis, & Ianuarius quartus. Idem docet epiſtola de ſolemnitatibus. Ioſephus primo Antiquitatum, vener. Beda in libro temporum, & Letſienſis in Compuro. Quod etiam multis, vſi Picus docet lib. 7. in Aſtrologos cap. 6. tum ſacrarum litterarum locutionibus, tum

Dauid Kimhi.

Mundus quo menſe conditus.

D

S. Hieronymus.

Picus.

antiquis

Eſdræ 2. cap 1. cap 2.

antiquis conſuetudinibus Iudæorum videtur comprobari. Scriptum eſt in Exodo, *Scenopegia*, hoc eſt, *feſta tabernaculorum* celebrari in exitu anni: ea verò medio Septembris celebrabantur. Et in libro Nehemiæ ſcribitur: *Et factum eſt in menſe Caſleu*, is eſt apud Chaldeos qui apud nos December, *anno* 20. tum ſcilicet, *factum eſt in menſe Niſan*, hic eſt Aprilis, *anno* 20. qui ſi menſis Niſan, id eſt Aprilis, caput anni eſſet, non vigeſimo anno, ſed primo ac vigeſimo erat ſcribendum. Præterea cùm lege caueretur, ne ſeptimo anno, qui ſcilicet erat ſabbatum annorum, aut meterent agros aut ſeminarent, ſi caput anni erat Aprilis, ſequebatur, vt quod per Octobrem ſexti anni ſeminauerant, id æſtate ſequenti metere non liceret, quia hæc ſcilicet æſtas ad ſeptimum annum pertinebat: ſequebatur etiam, vt ſemente per autumnum prohibita, vtpote qui eodem anno contineretur, octaui anni meſſis periret, quæ non minima incommoda fuiſſent: ea verò nullo negotio tolluntur, ſi ab Octobri annum inſtituas; quapropter non dubium eſt ab autumno anni ſumpſiſſe exordium. At ſacer annus, qui à Deo tum inſtitutus eſt, cùm primùm Paſcha Iſraëlitæ celebrarunt, & ſpoliatis triumphatiſque Ægyptiis in libertatem vindicati ſunt: Niſan primum menſem habuit, & per æquinoxium vernum introductus eſt. Sic enim præcepit Moyſi & Aaron Dominus Exod. 12. *Menſis iſte, vobis principium menſium: primus erit in menſibus anni.* Eo menſe perpetuis futuris temporibus Paſcha celebrari præcipitur; ex quo deinde reliquarum ſeries ſolennitatum ducebatur, totiuſque religionis ordo manabat. Quod propterea nonnulli eo tempore ordinatum autumant, quòd æquum videretur eodem, quo eſſet conditus, anni tempore, mundum inſtaurari: vere enim orbem creatum opinantur. Erat autem Paſcha futuræ Chriſti Paſſionis inſigne monumentum, quæ ſola collapſum hominum genus, & in mortis barathro demerſum, in integrum reſtituit. Porrò huius anni ſacri inſtitutione alter ille prophanus ſublatus non eſt. Gratia namque, vt aiunt, naturam non deſtruit: ſed quemadmodum religio, ſi quæ benè inſtituta ſunt in iis, quæ ad forum pertinent, nullatenus immutat: ita ab iis pendere non nouit: ſed ſuas ſibi leges præſcribit, quibus in adminiſtranda Eccleſia vtitur.

Ratio intercalandi apud Hebræos.

Ratio intercalandi à ſancto Epiphanio, rerum Hebraicarum peritiſſimo, exponitur copioſè in ſermone contra Alogianos. Breuiter autem abſoluit rem ſanctus Hieronymus, (S. Hieron.)

A verbis Iulij Africani Chronographi, diſſerens de ſeptimanis Danielis cap. 9. A viceſimo anno Artaxerxis Regis vſque ad Chriſtum complentur hebdomadæ 70. iuxta lunarem Hebræorum ſupputationem: qui menſes non iuxta ſolis, ſed iuxta lunæ curſum numerant. Et paulò poſt: lunares menſes ſecundum illorum ſupputationem, poſſunt facere dies viginti nouem & ſemis; ita vt ſolis circulus per annos 490. plus habeat 365. & quartam diei partem; & per 12. menſes ſingulorum annorum 11. dies, & quarta diei pars amplius reperiatur. Vnde Græci & Iudæi per octo annos trium menſium ἐμβολισμοὺς, & reliqua. Sanctus Epiphanius per ſingulos annos rem deducit: in hoc tamen diſſidet ab aliis, quòd tres horas pro ſex ponit, (S. Epiphan.)
B quæ diebus anni ſunt adiiciendæ. Quom annus, inquit, iuxta motum ſolarem compleatur in trecentis ſexaginta quinque diebus & horis tribus, contingit, propterea quòd luna facit annum in 354. diebus, vt deficiant curſui ſecundùm lunam dies 11. horæ tres. Et primo quidem anno fiunt Epactæ appellatę, hoc eſt dies adactitij 11. & horæ tres. Secundo anno dies 22. horæ ſex. Tertio anno dies 33. horæ nouem: & ſecatur vnus menſis, intercalaris appellatus. Intercalantur enim 30. dies: relinquuntur autem dies tres, horæ nouem. Et mox: atque ſic per octennij circuitum intercalantur dies nonaginta, qui ſunt pleniſſimi menſes intercalares tres; & fit in tribus primis annis menſis vnus; & ſequentibus tribus menſis alter; & in duo-
C bus poſterioribus annis menſis vnus. In his trium intercalarium menſium conſtitutionibus diſcordantia eſt circa Paſcha apud Iudæos, Chriſtianos, & alios. Hactenus Sanctus Epiphanius. Porrò qualis ſit hodie obſeruatio apud Iudæos, licet cognoſcere ex calendario Hebraico.

Et *requieuit omnis domus Iſrael, &c.*] Arias, Pagninus, Vermilius, Vatablus: *Et lamentata eſt*: *Quieuit*, cum vulgata Chalda. Paraphr. Reuerſam interpretantur 70. Addunt Pagninus & Vermilius, *ſequutaque eſt Dominum*. At ſimpliciter in textu Hebraico habemus, *poſt Dominum*, vt etiam Arias, Vatabluſque notauerunt. (Multiplex tranſlatio.) (Tropologia.)
D Verùm hæc omnia commodè pœnitentibus tribui poſſunt, vt primò quidem à peccatis quieuerint, deinde admiſſa prius præ dolore cordis defleuerint, ac tandem ſaniora conſilia ſecuti, conſtantius diuino cultui, veræque fidei adhæſerint. Ad hunc modum interpretatur Vermilius: Nunc ſupplices orant, vt faciem ſuam ad ſe conuertat. Vel quod mihi probabilius videtur, nunc non anteuertunt Deo, ſed ex eius præſcripto volunt religionem ſuam inſtituere, cumque tanquam itineris ducem ſequi. (Vermilius.)

Versvs 3.

Ait autem Samuel ad vniuerſam domum Iſraël, dicens: Si in toto corde veſtro reuertimini ad Dominum, auferte deos alienos de medio veſtri, Baalim & Aſtaroth: & præparate corda veſtra Domino, & ſeruite ei ſoli, & eruet vos de manu Philiſthiim.

Qua ratione cum priuatis, aut etiam multitudine tractandum ſit, cum à via deflexerint.

SI *in toto.*] Ad hunc modum multitudo, cùm à via deflexerit, tractanda eſt, vt optio illi detur, num reſipiſcere velit; quo libentius & vltrò ad eam fidem recurrat, à qua defecerat. In ſingulos verò ſi poſt oppigneratam fidem, eiuſdem deſertores fiant, ſedulò animaduertendum eſt, ne malum ſerpat. Zizaniis indulta creſcendi licentia prioribus competit. Optima & opportuna in priuatos Matathiæ ſeueritas, qua immolantem idolis contribulem ſuum in Modin ad aram interemit. Ante verò datam fidem, cùm adbuc libera voluntas optandi eligendique iure gaudet, nec vllis ſacramentorum vinculis obligatur, ſi quis quempiam certa quadem religione aſtringere velit, hunc iure optimo Tertulliani verbis obiurges.

Tertullianus Apologet. cap 24

Videte, inquit, ne & hoc ad irreligioſitatis elogium concurrat, adimere libertatem religionis, & interdicere optionem diuinitatis, vt non liceat mihi colere quem velim, ſed cogar colere quem nolim. Nemo ſe ab inuito coli vellet, ne homo quidem: atque adeò & Ægyptiis permiſſa eſt tam vanæ ſuperſtitionis poteſtas auibus & beſtiis conſecrandis, & capite damnandis, qui aliquem huiuſmodi Deum occiderit.] Audis quid referat de Ægyptiis? Etſi enim alios cogere minimè permitterentur ad colenda ſua portenta, arcere tamen iniurias à ſuo cultu licuit. Ipſe verò Tertullianus, tametſi hæreticos ad fidem præſtandã, quam iurarint, minimè cogendos aliquando cenſuerit: non tamen propterea laxari frenos eorum licentiæ debere vnquam ſtatuit, aut conuicia atque latrocinia impunè tolerari.

Vermilius.

Distributio orationis Samuelis.

Porro oratio Samuelis, vt Vermilius annotat, diſtribuitur in quatuor capita. Primum eſt, *Si reſipiſcitis ex toto corde*: alterum eſt, *eiicite Deos peregrinos*: tertium, *parate cor veſtrum*: quartum autem, *ſeruite vni Deo.* Poſt in Epilogo addit Euangelium: *Et liberabit vos Dominus.* Primùm monet verè ac ſerio redeundum eſſe ad Dominum. Id fit certa erga Deum fiducia, & charitate. Hoc autem niſi ex animo, & ex toto corde fiat, nihil aliud eſſe poteſt, quàm hypocriſis, nec Deo poteſt non eſſe odioſum. Antea reliquerant Deum, conuerſi ad creaturas. Nunc ergo ſuadet Samuel, vt relictis omnibus creaturis redeant ad Deum. Hoc vbi fit, ſequuntur præclari fructus. Statim enim abiiciuntur dij alieni. Solent homines interdum commentitios Deos ſibi finge-

Si in toto corde veſtro, &c.

A re: vt Iouem, Neptunum, Mercurium: interdum verum quidem atque vnum Deum colere, ſed cultu aut vetito, aut alieno, vt ſi quis mactaret filium ſuum, aut quod fecit Rex Achaz, aram Damaſcenam in templo Dei conſtitueret: interdum eaſdem ceremonias, quas Deus inſtituit, retinere, ſed eas abſque fide, & ſine mente percurrere. Hoc facere nihil aliud eſt, quam idolum colere. Homines enim fingunt ſibi Deum, qui velit ita coli, qui reuera nullus & nuſquam eſt. Itaque Auguſtinus quæſt. 19. in librum Ioſue, quo in loco idem à Ioſue populo proponitur, quod hic à Samuele: *Qui fingit*, inquit, *ſibi Deum alium* quod eſt, alienum Deum portat in corde ſuo.

S. Auguſt.

B Quare non tantùm Iupiter, & vana numina, ſed etiam iſta idola, & phantaſmata prorſus ex animo eiicienda ſunt. Id fiet, ſi talem nobis Deum conſtituemus, qualis nobis pingitur in ſacris literis. Tertullianus in libro de Idololatria. Non tantum, inquit, iſte craſſus & inſanus cultus ſimulachrorum Idololatria eſt. Veteres enim habuerunt olim fana ſine ſimulachris: cùm tamen nihilominus eſſent idololatræ. Nihil, inquit, refert, ſiue ex gypſo, ſiue ex marmore, ſiue ex trunco (ego addo etiam, ſiue ex tuo fantaſmate) Deum tibi fabriceris. Et addit, Idolum dici ab εἴδω, Græca voce, εἶδος autem eſſe formam: Idolum itaque eſſe

C formulam. Hortatur ergo Samuel, vt & commentitios, & inanes cultus, & prauas de Deo opiniones ex animis abiiciant. Hic primus eſt fructus pœnitentiæ. Hoc niſi Papiſtæ faciant, quantumuis ſe affligant, & peccata ſua lugeant, nihil faciunt. Hactenus Vermilius. In quo præter infixum caudæ aculeum, reliqua cum vera fide conſentiunt, modò eam, quam iactitat fiduciam, non Caluiniſticè accipias, ſed pro illa ſpe, quam timore comite, peccator in diuina miſericordia collocatam habere debet, ne deſperatione veniæ confuſus, cum Cain longiùs ab eo abſcedat, qui vltro peccatores inquirit, ſuæque gratiæ reconciliat.

Cæterùm, quod ad ſenſum verborum attinet, etſi illud, *in toto corde veſtro*, in charitate, quam ad pœnitentiam requirit, contineatur, potuit tamen paulò dilucidius explicari. Nam charitas ſane virtutum omnium regina & ma-

D ter eſt, & officiorum omnium ſummam complectitur: verùm vt eiuſmodi eſſe intelligatur, qualis exigitur, id eſt *ex toto corde*, primùm hoc ipſum quid ſit, eſſe *ex toto corde*, intelligere debemus. Itaque illud audire ex te, Vermili, cum primis oportebat, niſi in his, quæ ad erudiendas conſcientias pertinent, homo ad eas tãtùm perturbandas natus, malles obmuteſcere, & quidem, quod hic attinet, de induſtria. Nouerat enim pleroſque, eiuſdem ſecum impietatis aſſertores, ex hoc capite, non modò legem ad ſeruandum difficilem, verumetiam impoſſibilem aſſeuerare. Quod quam ſtolidè atque ineptè faciant, ex ipſius legis legis verbis licet agnoſcere. Nam quid ab illa præcipitur, niſi vt Deus *ex toto corde* ametur? At hoc ipſum inquiunt, fieri nequaquam poteſt. Ego contra ex eo potiſſimùm colligo, nihil quod vires

Fieri poſſe vt homo Deum ex toto corde diligat.

Digitized by Google

noſtras ſuperet, imperari, quod non ſupra cor, ſed *ex toto corde* diligi ſanciatur. Nam ſi toto cordis noſtri conatu eum complectamur, legi vtique ſatisfaciemus. Adhibere verò quemquam omnem conatum ſuum ad quiduis perficiendum poſſe, quis neget? Quod ſi ne is quidem, cùm admotus fuerit, legi ſatisfaciet, non iam ſolius cordis tota vis exquiritur, ſed aliud quippiam præterea, quod, vt perſuaderi queat eſſe neceſſe, legis ipſius teſtimonio deboit comprobari. Equidem ſi certam aliquam menſuram aut modum charitati lex ſtatuiſſet, excuſatio aliqua fingi poſſe videretur, & quod illa ſupra vires eſſent ab improbis & negligentibus accuſari. At cùm tantum ea lege præcipiatur, quantum Dei gratia præſtare ſufficimus, non apparet relictus vllus calumniæ locus. Nam quid obiicere præterea quiſquam valeat, aut quo verborum fuco male affectum animum diſſimulare? Nam quicquid de humani cordis miſeria ac imbecillitate dixeris, quam exaggerare ſatis nemo poteſt: fruſtra dixeris, cùm non amplius quicquam tibi imperetur, quàm quod maximo ſuo niſu cor poſſit efficere. Quod ſi quæ præterea maior gratia aut virtus opus erit ad æternæ vitæ præmium conſequendum, poſtquam officio tuo præclarè functus fueris, Deus ipſe cumulatiſſimè præſtabit. Sed ne videar, interim dum rationibus certo, diuinæ authoritatis præſidio deſtitui, teſtem proferam omni exceptione maiorem, Deum ipſum, cuius luculentum ſanè teſtimonium Scripturarum monumentis conſignatum Moſes reliquit, Deuter. capit. 30. *Mandatum hoc*, inquit Deus, *quod ego præcipio tibi hodie, non ſupra te eſt, neque procul poſitum, nec in cælo ſitum, vt poſſis dicere, quis noſtrum valet ad cælum aſcendere, vt deferat illud ad nos &c. Sed iuxta te eſt ſermo valdè, in ore tuo, & in corde tuo, vt facias illum.* Quo etiam ſenſu de fide Paulus vſurpauit ad Roman. 10. Non modò igitur ratione, verumetiam Scripturarum authoritate conuincitur, legem ab homine præſtari poſſe, ſi modò quantum conniti animo poteſt, quantum labore ac ſtudio contendere, tantum experiatur. Neque enim humanis conatibus diuinum auxilium vnquam defuturum eſt. Verùm deinceps ipſius legis interpretatione, quæ neceſſario à nobis exponenda eſt, vt quid Samuel ipſe velit intelligamus: totius quæſtionis veritas clarius eluceſcet.

Legis explicatio, quæ iubet Deum ex toto corde diligi.

Explanatio legis, quæ iubet Deum ex toto corde diligi.

Fagius.

PRIMVM igitur lex illa habetur Deuter. 6. verſ. 5. his verbis: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua*, ſiue, vt vertit ex Onkeli Paraphr. Fagius, *in tota ſubſtantia tua.* Illam verò ſic interpretantur Hebræi, vt idem Fagius refert Comment. in hunc locum, tribus modis. Admonuit enim Deus Iſraël ad co-

A lendum ſe, timore ſcilicet iuxta id quod dicitur, *Dominum Deum tuum timebis*: acceptione præmij, ſicut dicitur, *vt bene ſit tibi atque prolonges dies*: & dilectione, vt hic. Differunt autem hæc tria inter ſe. Multi enim homines ſunt, qui faciunt præcepta Regis, non propter id quod diligunt Regem, neque vt recipiant mercedem, ſed quia timent Regem ne noceat ipſis. Atque his ſimiles ſunt hi qui colunt Deum, ne ſibi noceat in præſenti ſeculo; & ne fortè etiam poſt mortem adiudicet eos gehennæ. Et hæc quidem ratio bona eſt, vt aliquis ſibi timeat à Deo, ſed non eſt fundamentum cultus diuini; quia præcipua cauſa ad quam intendit, eſt proprium commodum. Multi quoque colunt eum ea conditio-

B ne, vt benefaciat ipſis in præſenti, & in futuro ſeculo. Quæ & ipſa bona ratio eſt, quia creditur quod Deus ſit, qui rependat bonam mercedem. Verùm neque hæc præcipua cauſa eſt colendi Deum: nam ſummus gradus colendi Creatorem eſt, vt ſeruias ei ex dilectione, & non propterea, vt mercedem ſeu præmium accipias. Atque hinc eſt, quod dixerunt Magiſtri noſtri, ne ſitis ſimiles ſeruis, qui ſeruiunt domino eo pacto, vt recipiant mercedem, quin potius *dilige Dominum in toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota ſubſtantia tua.* Meminit autem primùm *cordis*, eſt enim origo eius quod facit homo, ſiue bonum, ſiue malum. *In tota anima tua*: hoc innuitur, quod oporteat etiam teipſum tra-

C dere Deo. *Et in tota ſubſtantia tua*, id eſt, omnes diuitias tuas. Inuenias enim hominem, qui plus diligat diuitias ſuas, quàm corpus ſuum: ideò dicit, *in omni ſubſtantia ſua.* Hæc illi: Hæbraicè autem loco ſubſtantiæ *meod* מְאֹד legimus, quod potius fortitudinem ſignificat: quamquam non incongruè videatur pro diuitiis & opibus ab Onkelo interpretari; cùm in iis plerique ſuas vires præcipuas collocent: propterea enim & Mamon diuitiarum Deus, ſiue ipſe diuitiæ ab אָמַן *aman* quod roborare eſt, dictæ ſunt. Legitur etiam in ea lege לֵבָב & נֶפֶשׁ *lebab & nepheſch* quæ eadem ſunt cum iis, quibus eandem legem ex

D ore Domini Matthæus Græcè refert capit. 22. καρδίας, ψυχῆς, ἰσχύος, quibus tamen addidit, ἐξ ὅλης τῆς διανοίας *& ex omni mente tua*, ſeu cogitatione: quod tum iure à Domino factum eſt, poſtquam non iam vmbris aut figuris contectam veritatem propoſuit, ſed typorum inuolucris nudatam atque retectam enuntiare dignatus eſt, humanamque mentem illuſtrioris fidei face colluſtrauit. *In his autem*, vt ait idem Dominus, *vniuerſa lex pendet & prophetæ*: quod idem eſt ac ſi diceret, nullum non genus officij ac muneris, quod in Deum ab homine conferri poſſit, illa lege comprehendi. Sed hoc, quo pacto verum eſſe poſſit, audiamus.

Einſdem legis expoſitor explicatio.

Sanè quicquid ab homine deſiderari poteſt, quod ad numinis cultum, religionemque referatur, altero horum capite continetur. Vel enim imperatur vt credat,

Hebræorum expoſitio.

aut vt diligat, aut obſequatur, ſiue etiam poſtremò vt eius in terris gloriam tuetur, & ab iniuria arceat. Horum nihil illa lege prætermiſſum eſt: nam vires quidem ad obſequium ſuum retulit, cum ait, ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος, robur fortitudinemque hominis ſuo amori conſectari poſtolans. Vitam verò ipſam pro nominis ſui defenſione, ſi opus eſſet, profundi etiam decreuit, cum dixit: ἐκ ὅλης τῆς ψυχῆς, ex tota anima ſeu vita: nam נֶפֶשׁ *nephesch* propriè animam, quatenus corpori vitam tribuit, ſignificat: quemadmodum נְשָׁמָה *neſſamah* qua rationalis eſt, & cælo originem ducit, immortaliſque habetur. Fidem verò charitatemque erga ſeipſum eadem lege ſanciuit, cum ſe amari ἐξ ὅλης τῆς καρδίας, καὶ διανοίας conſtituit. Quibus omnibus nihil potuit vnquam iuſtius, ſanctiuſqoe decerni. Neqoe enim ſatis eſſe poterat, ſi quis Deum eſſe mente complecteretur, niſi eundem quoque amore proſequeretor. Amorem verò illum opere potiſſimùm teſtatum eſſe voluit; quoniam amor humanis actibus præſidet, nihilque tam illi familiare eſt ac conſentaneum, quàm vt ſe impenſis ſtudioſè officiis manifeſtet. Difficillimis verò temporibus, etiam propriæ ſalutis periculo comprobari voluit: quoniam eo demom argumento manifeſtè deprehenditur philautiam ſiue ſuipſius amorem diuinæ charitati ceſſiſſe, ſi eandem vitæ anteponamus. Neque enim perinde ac reliquis ſolemus, ita hæc omnia ſibi exhiberi voluit, ſed ſummè omnia quemadmodum numine dignū eſt, cui nihil in orbe toto æquari poteſt. Arbitror enim, cùm ex toto ſe iubet corde diligere, non aliud ſignificare, quàm ſe velle ſummo ac maximo amore proſequi. Qui ſummus amor ſic negatiue exponi poteſt, vt alium neminem ex æquo diligamus: non parentem, non liberos, non chariſſimam coniugem, non denique nos ipſos, quos natura nos docuit reliquis omnibus anteferre. Affirmatiuè verò bifariam intelligi poteſt, extenſiuè, vel intenſiuè, vt ſcholæ loquuntur. Extenſiuè qoidem primò ſic, vt ad omnem voluntatis inclinationem motumque extendatur; nec alium quemquam præter Deum complectamur. Quod non ita tamen accipiendum eſt, tanquam parentibus, liberis, aut proximo cuique aliquid beneuolentiæ impertiri prohibeamur: eſt enim hominum mentibus amor quidam erga ſui ſimiles non modò à natura inſitus, verumetiam à Deo lege commendatus, quem vetari veriſimile non eſt: ſed ne is amor aliò quàm ad Deum, à quo manat, vltimò referatur. Non enim propterea qnod boni quicquam à ſeipſis indepti ſunt, amandi proponuntur: ſed qoicquid tandem ſunt, id à Deo conſecuti ſunt: idcircò etiam is amor, qui creaturis tribuitur, Deo potiſſimum deberi intelligitur. Secundo vt non modò ratio ac voluntas eum ſibi amorem aſciſcant, ſed etiam reliquæ omnes inferioris hominis vires, quas potentias vocant, pari conſenſo in eandem conſpireot; nec ſit vlla pars ex his, quæ voluntatis imperio ſubſunt, & rationis doctum ſequuntur, quæ non ſuo modo diuinæ charitati obnoxia addictáque deſeruiat.

Manifeſtiſſimum amoris argumētum opus.

Quis ſit ſummus amor.

A B C D

At verò hoc illud eſt, vt aiunt qui ex aduerſo ſtant, quod fieri nullo modo poteſt, quî tandem? Exclamat, inquiunt, Apoſtolus, non quod volo bonum hoc facio, ſed quod nolo malum. Sentiebat quippe, vt refert, *aliam legem in membris ſuis, repugnantem legi mentis ſuæ.* Legem ergo ipſe implere non potuit, cùm tamen, vt eiuſdem oratio indicat, totis in eam viribus incumberet. Erit verò quiſqoam, qui ſe conſecuturum putet, quod Apoſtolo negatum eſt? Sequitur igitur, ô Caluiniſtæ, eundem præuaricatæ legis reum extitiſſe. Quod neſcio quo pacto cum iis congruat, quæ de ſeipſo alio loco prædicat, nulla ſe peccati conſcientia ſtimulari, ſic enim ait: *Nihil mihi conſcius ſum.* Nam qua tandem ratione fieri poteſt, vt nullius tibi criminis conſcius ſis, ô Paule, ſi te malum quod nolles admiſiſſe, bonum autem quod velles non perfeciſſe meminiſti? Niſi fortè ſimul vtrumque verum eſſe poſſit, vt & malo citra voluntatem inuitus adhæreres, nec tamen propterea vllius culpæ tibi coonſcius eſſes? Hoc mirum fortaſſe videbitur iis, qui, quæ dicuntur, minus accuratè perpendunt, tam diuerſa inter ſe ſimul vera poſſe inueniri, cùm tamen nihil ea ſententia verius, aut certius dici poſſit. Quod vt intelligas, primùm ſtatuendum eſt, legem diuinam, qoemadmodum & reliquas, nòn niſi rationi eſſe datam, cuius illa ſenſom percipere ſola poteſt. Deinde non ſola hominem ratione conſtare, verumetiam parte alia longè ignobiliore, quam habet cum feris & belluis communem. Quemadmodum enim poetæ fingunt Centauros olim fuiſſe, qui priores quidem partes hominis obtinerent, poſterioribus equum referrent: ita & de homine ſentiendum eſt. Nam intellectu quidem ac voluntate cum Angelis certat, ſenſu verò ac concupiſcentia nihilo brutis animantibus potior eſt. Sicut igitur pars hæc inferior rationis nequaquam eſt particeps, ſed cæca quadam libidine atque impetu fertur: ita ne legi quidem recipiendæ apta & idonea habenda eſt. Quamobrem nec brutis animantibus legem ponimus, cùm ſint illa quoque rationis expertia. Vt quis enim obſeruandæ legis capax eſſe queat, oportet primùm intelligat quæ illa ſit, quidve præſcribat: qood nunquam aſſequatur, niſi qui iudicio ac ratione pollebit. Vnde poſtremò colligitor, ſi quid ratio in legem peccet, ipſam quidem ream teneri: at verò concupiſcentiam, qoamuis lineas tranſierit, culpa vacare: ſiquidem ipſa legis freno minimè cohibetur, quod nunqoam ore induit: ſed ſola mens: quæ ſenſum quidem regere, reliquiſqoe corporis partibus moderari debet, ſed quantum valet, quantúmque viribus præſtare poteſt. Sic planè, vt ſi quando tyrannus ille, peccati fomes, iugum per vim excuſſerit, hominem dolere æquum ſit, quòd malum impedire neqoiuerit: nec bonum, quod optauerat, re atqoe effectu compleuerit:

Qui tandem verum eſſe poſſit nihil ſibi cōſcium eſſe Apoſtolum, cùm id, quod nollet, malum ageret.

Digitized by Google

ipſe tamen nequaquam eius rei culpam ſuſtinebit. Quod quidem egregiè in propria perſona Apoſtolus expreſſit, dum & quod nollet, deflet malum ſe perpetraſſe: & tamen nullius mali conſcium ſe perhibet; propterea quod inuitus ac reluctans qualiſcunque tandem libidinis impetum vimque pertulerit.

Amor in Deum, ſummus intenſiuè eſſe debet.

Illud quoque quod dictum eſt, noſtrum in Deum amorem intenſiuè maximum eſſe debere, duplicem ſenſum habere patet. Nam aut ratione electionis maior intelligi poteſt, aut maioris ſenſus, quem ſolemus ex amore percipere. Etenim pleraq; ex iis, quæ igr.. bili amore proſequimur, ſæpenumero nos maiore gaudio vel triſtitia afficiunt, vehemẽtiuſque commouent, quàm ea quæ ex virtute amplectimur, nec dubitamus, ſi cum aliis c... antur, longè eſſe præponenda. Si quis enim, vt experientia probat, aut auibus delectatur aut canibus, plus ſæpè doloris ex eorum iactura capiet, quàm ex hominis interitu: quem tamen cum ex charitate diligat, non dubitatet vtique, ſi ita ſors ferret, eorũdem animalium nece, quæ habet in deliciis, à periculo liberare. Quamobrem, quandoquidem aliud in amore eſt mentis propoſitum, aliud ipſa tanquam amoris titillatio, & vtrumque diuerſis gradibus intendi perſpicimus, meritò quæri poteſt, quo genere intentionis (nam eam dictionem cum illa ſignificatione Theologi ciuitate donarunt) noſter in Deum amor ſummus haberi debet. Paucis reſpondeo, quod ſummum eſſet in vtraque ſpecie, tum ſenſus, tum optionis ſiue æſtimationis ſanctos viros ſtudioſiſſimè ſemper ſectatos fuiſſe, quòd crederent, gemino illo faſtigio perfectionis apicem cootineri. quo ..omine etiam abdicatis primùm parentibus, liberos deinde ſuſcipere noluerunt; nec cum affinibus & conſanguineis conuerſari; vel etiam legitimis poſſeſſionibus, atque opibus incubare: ne quid omnium ſcilicet præter Deum, ex illo amoris ſenſu, quem totum Deo dicauerant, partem aliquam delibaret. Abſolutè tamen poſterior illa delicatiſſimi ſenſus in amore conditio, ad ſalutem minimè neceſſaria eſt, ſed voluntatis electio atque eiuſdem propoſiti conſtantia, quæ omni ſenſu, voluptate doloreque ſuperior, Deum rebus omnibus præferat, eumque ſibi præ cæteris ſingulari quadã obſeruantia colendum ſtatuat atque definiat. His poſtremò illud adiiciendum reſtat, quòd vbique iſtic, cùm de rationis efficacitate circa legem obſeruandam diſputamus, intelligi volumus: huic legi, qua nobis ſummus in Deum amor præcipitur, non eſſe additum, vt id propriis viribus pręſtaremus: nam vires noſtras ea res ſuperat: ſed alio loco viam eſſe oſtenſam: quam ſi ratione ac ſtudio voluntatis inire velimus, tutò ad id quod imperatum eſt, diuina benignitate peruenire valeamus. Illa porrò hæc eſt: *Quærite, inquit, & inuenietis: petite, & accipietis: pulſate, & aperietur vobis.*

Vermilius. *Abſque ope diuina cor ſuum præparare Deo nemo poteſt.*

ET *præparate corda veſtra Domino.*] Vermilius. Id nihil aliud eſt quàm cor habere flexibile, quodque ſequi velit mandata Dei. Hoc eſt cor præparare. Quanquam nemo ſibi debet perſuadere, id in ſua manu eſſe poſitum. Niſi enim A Deus det nobis cor nouum, idque reddat carneum, & flexibile, noſtris viribus nihil promouemus. In Actis Apoſtolorum Dominus aperuit cor mulieri purpurariæ, vt attenderet iis quæ dicebantur. Sed iubemur cor noſtrum præparare: ergo poſſumus. Eſt infirmum argumentum. Sunt enim verba legis, quæ multa iubent, quæ à nobis noſtris viribus præſtari non poſſunt. Nam niſi Deus nobis corda præparet, & aperiat, ſemper e..us mandatis aduerſamur. Ideoque id in precibus noſtris perpetuò à Deo petimus. Sed quoniam non ſumus trunci, aut ſtipites, ideò in ſcripturis vtrumque dicitur. Nam & nos iubemur parare corda noſtra, & Deus legitur id præſtare. Non tamen hoc ita dico, quaſi homines etiam à Deo alieni aliquid B ex ſe boni poſſint efficere. Quid enim boni fructus ſperandum eſt ab arbore mala? Et certè ſi nihil adiumenti .. ulimus, quo facilius ex parentibus noſt..is naſceremur, quid afferre potuimus, vt ex Deo renaſceremur? Eramus enim antè mortui. Sed Deus nos occulta quadam vi ſpiritus ſui adduxit ad ſe. Verum quidem eſt, Deum nos interim, cum eſſemus à Deo alieni, multis modis præparaſſe. Illis modis Deus ad noſtram ſalutem abuti voluit: quamuis, quod ad nos attinet, fuerint peccata. Fieri enim poteſt, vt, qui cupidè quærat lucrum, incidat in itinere in Prophetam, aut miniſtrum bonum: in quem, ſi manſiſſet domi, non incidiſſet. Hæc Deus pro ſua bonitate regit, & temperat, nobis etiam imprudẽtibus. Quanquam non ſum neC ſcius, verbum כון *coun*, quod Latinè redditur, præparare, Hebraicè eſſe, dirigere, confirmare, aut certum reddere. Cæpiſtis, inquit, redire ad Dominum: id nunc confirmate, ne ſit temporaria, & inanis conuerſio. Vos ipſos hac de re certos reddire. Hæc Vermilius.

Qua ratione homo intelligi poßit præparare cor ſuum.

AT eadem D. Thomas, tametſi quoad ſonum verborum non multo elegantius, valdè tamen doctius commodiuſque explicuit 1.a.quæſt.109.art.6.his verbis: Reſpondeo, inquit, quòd duplex eſt præparatio humanæ vo- D luntatis ad bonum. Vna quidem, qua præparatur ad benè operandum, & ad Deo fruendum. Et talis præparatio voluntatis non poteſt fieri ſine habituali dono gratiæ, quod ſit principium operis meritorij. Alio modo poteſt intelligi pręparatio voluntatis, ad conſequendum ipſum donum gratiæ habitualis. Ad hoc autem, quod præparet ſe homo ad ſuſceptionem huius doni, non oportet præſupponere aliquod aliud donum habituale in anima: quia ſic procederetur in infinitum: ſed oportet præſupponi aliquod auxilium gratuitum Dei, interius animam mouentis, ſiue inſpirantis bonum propoſitum. His enim duobus modis indigemus auxilio diuino. Quod autem ad hoc indigeamus auxilio Dei mouentis, manifeſtum eſt. Neceſſe eſt enim cũ omne agens agat propter finem, quòd omnis

S.Thom.

Gemina cordis præparatio.

PRÆPARATE COROA VESTRA.

cauſa conuertat ſuos effectus ad ſuum finem. Er ideo, cùm ſecundùm ordinem agentium, ſiue mouentium, ſit ordo finium, neceſſe eſt quòd ad vltimum finem conuertatur homo per motionem primi mouentis: ad finem autem proximum, per motionem alicuius inferiorum mouentium: ſicut animus militis conuertitur ad quærendum victoriam, ex motiooe ducis exercitus; ad ſequendum autem ſignum alicuius aciei, ex motione trihuni. Sic igitur cùm Deus ſit primum mouens ſimpliciter, ex eius motione eſt, quòd omnia in ipſum coouertantur, ſecundum communem intentionem boni, per quam vnumquodque intendit aſſimilari Deo, ſecundum ſuum modum. Vnde Dionyſ. in libro de diuinis nominibus dicit, quod Deus conuertit omnia ad ſeipſum, ſed homines ioſtos conuertit ad ſeipſum, ſicut ad ſpecialem quem intendunt, cui cupiunt adhærere, ſicut bono proprio, ſecundum illud Pſal. 72. *Mihi adhærere oeo bonum eſt*. Et ideo, quod homo conuertatur ad Deum, hoc non poteſt eſſe niſi Deo ipſum conuertente. Hoc autem eſt præparare ſe ad gratiam, quaſi ad Deum conuerti: ſicut ille qui habet oculum auerſum à lumine ſolis, per hoc ſe præparat ad recipiendum lumen ſolis, quòd oculos conuertit verſus ſolem. Vnde pater, quod homo non poteſt ſe præparare ad lumen gratiæ ſuſcipiendum, niſi per auxilium gratuitum Dei interius mouentis. Hactenus D. Thomas. Cuius ſentẽtiam multa ſcripturarum teſtimooia confirmant, quale eſt illud Ioan. 15. *Sine me nihil poteſtis facere*: Et eiuſdem c. 6. *Nemo poteſt venire ad me, niſi pater meus traxerit eum*. Item aliud Iſaiæ 65. *Inuentus ſum à non quærentibus me, palàm apparui iis, qui me non interrogabant*. Et Sapientiæ 6. *Præoccupat eos qui ſe concupiſcunt, vt ſe prior illis oſtendat*. Pleraque irem Concilia hanc eandem D. Thomæ doctrinam multis ante ſeculis ſuis decretis tenendam tradiderunt. E quibus vnum duntaxat Arauſicanum 2. (qood circa S. Leonis primi tempora celebratum eſt) elegi, cuius duos Canones proferam, qui mihi præ

Concilium Arauſicanum.

ceteris cam queſtionem apertiſſimè ſoluete viſi ſunt. Primus erit eiuſdem Concilij Canon 4. qui his verbis ibidem deſcriptus eſt. Si quis, vt à peccato purgemur, voluntatẽ noſtram Deum expectare contendit: non autem, vt etiam purgari velimus, per ſancti Spiritus infuſionem & operatiooem in nos fieri confitetur, reſiſtir Spiritu ſancto per Salomonem dicenti: *Præparatur voluntas à oomino*; Er Apoſtolo prædicanti: *Deus eſt qui operatur in vobis & velle & perficere pro bona voluntate*. Alter eiuſdem Synodi Canon 6. qui talis eſt: Si quis ſiue gratia Dei credentibus, volentibus, deſiderantibus, conantibus, laborantibus, vigilantibus, ſtudentibus, petentibus, quærentibus, & pulſantibus nobis miſericordiam Dei conferri dicit: Non autem diuinitus, vr credamus, velimus, vel hæc omnia ſicut oportet agere valeamus concedi, reſiſtit

ET SERVITE ILLI SOLI.

A Apoſtolo dicenti: *Quid habes quod non accepiſti?* Et, *Gratia oei ſum id quod ſum*. Verùm ne fortè quiſpiam incidat in Scyllam cupiens vitare Carybdim: hoc eſt, dum Pelagianum hæreſim vitare cupit, in Caluinianam incidat, quæ dum ſe rotum fingit gratiæ tribuere, prorſus arbitrium ſuſtulit: intelligar neceſſe eſt, ita neceſſarium eſſe diuinæ miſericordiæ auxilium præuenieos ad iuſtificationem peccatoris, vr ſimul etiam oporteat ſecundum fidem Catholicam confiteri, liberum hominis arbitrium iuxta ſuam naturam liberè moueri atque excitari, vt conſentiat Deo vocanti atque excitanti. Hoc definiuit Concilium Tridentinum cap. 5. explicans illud Zachariæ 1. *Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos*. Nam in eo quod dicitur (*conuertimini*)

Concilium Tridentinum.

B libertatis noſtræ admonemur. Cùm autem dicitur Thren. vltimo, *Conuerte nos oomine ad te, & conuertemur*, Dei gratia nos præueniri confitemur. Cæterùm quot modis præparatio ipſa cordis parari poſſit, facilè colliges ex iis, quæ paulò antè ex Arauſicana Synodo citauimus: nimirum, vt quis credat, & velit, & deſideret, & conetur, laboret, atque inuigilet, ſtudeat item & petat, quærat & pulſet. Nam his omnibus ſtudiis anima, licet peccatis inquinata ſit, Dei in ſe miſericordiam prouocat, maximè verò ſi his omnibus ad inſtar Niniuitarum ieiunium, ſaccum & cinerem lachrymaſque adiungat.

Quibus modis homo ſe præparare poſſit.

ET *ſeruite illi ſoli*.] Vermilius. Deus eſt zelotes: non patitur riualem: ſolus vult inuocari, & coli: *Quouſque*, inquit Elias, *claudicatis in duas*

Vermilius.

C *partes: Nemo poteſt duobus dominis ſeruire*. Seruitus autem iſta in eo ſita eſt, vt vnũ Deum inuocemus, illi vni fidamus, & ad eius gloriam omnia noſtra cogitata ac ſtudia referamus. *Siue editis*, inquit Paulus, *ſiue bibitis, ſiue aliud quippiam facitis, omnia ad gloriam Dei facite*. Auguſtinus in verba illa Pauli, *quærentes quæ ſua ſunt*. Illi, inquit, quæ ſua ſunt, quærunt, qui Chriſtum, non propter Chriſtum quærunt. Eſt iſta concio Samuelis grauiſſima: neque quiſquam eſt, qui non in aliquam eius partem offendat quotidie. Sed tamen, vt-vt poſſumus, redeundũ eſt ad Deum, auferenda ſunt idola, paranda ſunt corda noſtra, & vni ſeruiendum eſt Deo. Sed intelligere debemus, non fuiſſe hãc vniuerſam Samuelis orationem. Suot enim iſta tantum capita rerum, &, vt vulgò loquuntur themata: quæ ille proſecutus eſt prolixius. Hactenus propoſuit legem:

D poſt addit Euangeliom: *Et liberabit de manu Philiſthiim*. Deus, inqoit, vindicabit vos è poteſtate Palæſtinorum. Qua in liberatione ſumma intelligitur liberatio à peccato, quam habemus per Chriſtum. Atque hinc naſcitur ſolida pœnitentia: quæ partim eſt Euangelij, partim legis. Lex primùm animos noſtros perterrefacit, & adigit ad pœnitentiam. Sed illa pœnitentia imperfecta eſt, imò potius plena deſperationis, niſi ſequatur fides in Chriſtum, quam habemus per Euangelium.

Digitized by Google

VERSVS 4.

Abſtulerunt ergo filij Iſraël Baalim & Aſtaroth, & ſeruierunt Domino ſoli.

Vermilius. VERMILIVS. Vehemens fuit Samuelis, & fructuoſa oratio. Populus ea perſuaſione permotus, ſtatim magno ſtudio abiecit Deos illos ſuos alienos Baalim, & Aſtaroth. *Baal quid ſignificet.* Baal, ſi ſpectare velimus etymon vocis, ſonat dominum, magiſtrum, maritum, principem. Iſta cùm propriè conueniant ſoli Deo, tamen humana temeritate ſæpè accomodantur creaturis. Nam per adulationem principes ſuos appellauerunt Baalim, hoc eſt, Dominos, & Deos. Imò ſacrum etiam illud nomen Iehoua ſæpè impoſuerunt hominibus, & rebus creatis. Nam Iudæi vitulum aureum, quem ſibi conflatant, adorabant nomine Iehouæ.

S. Auguſt. Auguſtinus quæſt. 16. in librum Iudicum, ait, Punicam linguam affinem fuiſſe Hebraicæ. Nam Pœni venerunt in Africam profugi è Phœnicia: & rogati, quinam, & vnde eſſent, reſpondere ſolebant, ſe eſſe Chenanos. Ex quo factum eſt, vt multa nomina Phœnicia retinerent. Nam Baalſhem appellabant Dominum cæli: & Baalim Ioues. Plures enim vbique gentium colebantur Ioues. *Aſtaroth.* Aſtaroth Cicero de natura Deorũ putat fuiſſe Venerem: eam enim apud Syros dictam fuiſſe Aſtar. Sed ego magis accedo ad Auguſtini ſententiam: qui eam putat fuiſſe Iunonem. Nam eo nomine Iuno à Pœnis & Phœnicibus colebatur: & ſatis conſtat, Aſtaroth fuiſſe idolum Sidoniorum. Pœni autem cùm veniſſent in Africam, ſemper retinuerunt Iunonem pro tutelari dea. Effertur verò Aſtaroth numero multitudinis: quòd multæ crederentur eſſe Iunones, Argiua, Samia, Phœnicia: Hebraica vox Aſtar ſignificat gregem ouium. Vnde ſuſpicio eſſe poteſt, Iunoni impoſitum fuiſſe hoc nomen, quia proponebatur ſpecie ouis. Nam de Ioue Ammone conſtat, cultum eum fuiſſe ſub imagine arietis. In his duobus idolis Iudæi complexi ſunt omnia falſa, & peregrina numina. Hic videmus, cùm cultus Dei tam fœdè violatus fuiſſet ab Ophni, & Phinees ſacerdotibus, populum potius, quàm vt ad templum Dei, & prophanata ſacra accederet, ſecutum eſſe Deos alienos. Ad vocem tamen Samuelis redeunt ad Deum.

In inſtauranda Reſpub. quid primum aggredi oporteat. In inſtauranda republica, prima ratio haberi debet cultus Dei. Nam doctus Medicus primùm cauſam exquirit morbi, deinde facit medicinam. Cauſa autem diſſipationis publicæ erat idololatria. Quare neceſſe erat, vt ea primùm tolleretur. Et certè nulla vnquam erit tranquillitas inter principes Chriſtianos, niſi populo reſtituatur cultus Dei. E Tito Liuio, & aliis hiſtoricis videmus, vſitatum fuiſſe apud veteres, vt imperatores antequam educerent exercitum, ſacra facerent, & Deos placarent. Quod niſi fieret, videbant ſe Deos habituros aduerſarios, & peccata ſua hoſtibus eſſe ſuffragatura. Verùm illi honorem, quem debebant vni Deo, contulerunt in idola. Ad hæc Deus, cùm decreuit rempublicam aliquam liberare, inſpirat populo bonos motus, vt velint agnoſcere errorem ſuum, & eius præſidium inuocare. Huiuſmodi enim pia ſtudia ab illo ſunt, non à nobis: cum rex ille Ægypti crudeliſſimus eſſet mortuus, Iſraëlitæ clamauerunt ad Dominum. Iam enim aderat tempus, quo Deus illos ſtatuerat liberare. Hactenus Vermilius.

BAALIM *& Aſtaroth.*] Hoc eſt, tam mares quàm fœminas, Deos & vxores eorum. *Connubia Deorũ Gentilium.* Nam & Iuno Iouis ſoror & coniux habebatur; & alioquin nuptias Gentiles in ea gente Deorum ſuorum celebrari opinabantur. *Herodian.* De Helæagabalo Herodianus libro quinto. Neque verò, inquit, humana tantùm matrimonia ludebat, ſed etiam Deo ſuo quærebat vxorem. Itaque Palladis ſimulachrum, quod occultum Romani, neminique videndum colunt, in cubiculum ſuum tranſtulit: immotumque ad eam diem, ex quo Ilio auectum fuerat, præterquam Commodi tempore cùm templum conflagrauit, ipſe emouit ſedibus, eamque deam ſui dei coniugem in aulam imperatoriam adduxit. Dein cordi eſſe negans Deo belligeram vxorem atque armatam, ſimulachrum Vraniæ iuſſit afferri. Quod ſcilibet Carthaginienſibus, omnique Africæ venerabile, poſitum fuiſſe à Phœniſſa Didone creditur, quo tempore antiquam Carthaginem diſſecto corio ædificauit. Hanc Afri Vraniam vocant, Phœnices Aſtroarchen, Lunam eſſe affirmantes. Congruere igitur aiebat Antoninus matrimonium ſolis & lunæ. Hæc de connubiis Deorum Gentilium Herodianus, ex quo etiam diſcimus, eandem illam Cœleſtem fuiſſe cum idolo Sidoniorum, licet homo Græcus inflectere eam dictionem conatus ſit à genuina ſignificatione ad Græcam etymologiam, vt à Græcis petita eſſe videretur; cùm potius illi à Sidoniis literas Cadmo afferente acceperint. Aſtroarches enim Græcè ſiderum principem, potentem ſeu dominam lunam deſignat.

Calcagnin. Calcagninus libro quinto obſeruat. Venerem fuiſſe autumat: ſed quocunque nomine cenſeatur, ſiue Venus, ſiue Luna, aut etiam Iuno, vel Cœleſtis, certum eſt, dæmonem fuiſſe muliebri ſpecie à Sidoniis cultum, ac pro Deo habitum. *Varro.* Hanc deam ponit etiam inter principes Deorum Varro de lingua Latina libro quarto, *Euſeb.* quemadmodum & Euſebius de præparat. Euangel. libro primo, capite ſeptimo. *Tertullian.* Syriæ deam vocat Tertullianus in Apologet. Vnicuique, inquit, prouinciæ & ciuitati ſuus Deus eſt, vt Syriæ Aſtartes, & Arabiæ Diſares, & Norici Belenus. Cui conſentit Minutius in Octauio. *Petrus Crinitus.* Petrus verò Crinitus libro 14. de honeſta diſciplina capite 8.

cauſa conuertat ſuos effectus ad ſuum finem. Et ideo, cùm ſecundùm ordinem agentium, ſiue mouentium, ſit ordo finium, neceſſe eſt qoòd ad vltimum finem conuertatur homo per motionem primi mouentis: ad finem autem proximum, per motionem alicuius inferiorum mouentium: ſicur animus militis coouertitur ad quærendum victoriam, ex motione docis exercirus; ad ſequendum autem ſignum alicuius aciei, ex motione tribuni. Sic igitur eùm Deus ſit ptimum mouens ſimpliciter, ex eius motione eſt, quòd omnia in ipſum conuertantur, ſecundum communem intentionem boni, per quam vnumquodque intendit aſſimilari Deo, ſecundum ſoum modom. Vnde Dionyſ. in libro de diuinis nominibus dicir, quod Deus conuertit omnia ad ſeipſum, ſed homines ioſtos conuertit ad ſeipſum, ſicut ad ſpecialem quem intendunt, cui cupiunt adhærere, ſicut bono proprio, ſecundum illud Pſal. 31. *Mihi adhærere oeo bonum eſt.* Et ideo, quod homo conuertatur ad Deum, hoc non poteſt eſſe niſi Deo ipſum conuertente. Hoc autem eſt præparare ſe ad gratiam, quaſi ad Deum conuerti: ſicut ille qui habet oculum auerſum à lumine ſolis, per hoc ſe præparat ad recipiendum lumen ſolis, quòd oculos conuertit verſus ſolem. Vnde patet, quod homo non poteſt ſe præparare ad lumen grariæ ſuſcipiendum, niſi per auxilium gratuitum Dei interius mouentis. Hactenus D. Thomas. Cuius ſentẽtiam multa ſcripturarum teſtimonia confirmant, qoale eſt illud Ioan. 15. *Sine me nihil poteſtis facere*: Et eiuſdem c. 6. *Nemo poteſt venire ad me, niſi pater meus traxerit eum.* Item aliud Iſaiæ 65. *Inuentus ſum à non quærentibus me, palàm apparui iis, qui me non interrogabant.* Et Sapientiæ 6. *Præoccupat eos qui ſe concupiſcunt, vt ſe prior illis oſtendat.* Pleraque item Concilia hanc eandem D. Thomæ doctrinam multis ante ſeculis ſuis decretis tenendam tradiderunt. E quibus vnum duntaxat Arauſicanum 2. (quod circa S. Leonis primi tempora celebratum eſt) elegi,

Concilium Arauſicanum.

cuius doos Canones proferam, qui mihi præ cęteris eam quęſtionem apertiſſimè ſoluere viſi ſunt. Ptimus erit eiuſdem Concilij Canon 4. qui his verbis ibidem deſcriptus eſt. Si quis, vt à peccato purgemur, voluntatẽ noſtram Deum expectare contendit: non aotem, vt etiam purgari velimus, per ſancti Spiritus infuſionem & operationem in nos fieri confitetur, reſiſtit Spiritu ſancto per Salomonem dicenti: *Præparatur voluntas à Domino*; Et Apoſtolo prædicanti: *Deus eſt qui operatur in vobis & velle & perficere pro bona voluntate.* Alter eiuſdem Synodi Canon 6. qui talis eſt: Si quis ſiue gratia Dei credentibus, volentibus, deſiderantibus, conantibus, laborantibus, vigilantibus, ſtudentibus, petentibus, quærentibus, & pulſantibus nobis miſericordiam Dei conferri dicit: Non autem diuinitus, vt credamus, velimus, vel hæc omnia ſicot oportet agere valeamus concedi, reſiſtit

A Apoſtolo dicenti: *Quid habes quod non accepiſti?* Et, *Gratia Dei ſum id quod ſum.* Verùm ne fortè quiſpiam incidat in Scyllam cupiens vitare Carybdim: hoc eſt, dum Pelagianum hæreſim vitare cupit, in Caluinianam incidat, quæ dum ſe totum fingit gratiæ tribuere, prorſus arbitrium ſuſtolit: intelligat neceſſe eſt, ita neceſſarium eſſe diuinæ miſericordiæ auxilium præueniens ad iuſtificationem peccatoris, vt ſimul etiam oporteat ſecundum fidem Catholicam confiteri, liberum hominis arbitrium iuxta ſuam naturam liberè moueri atque excitari, vt conſentiat Deo vocanti atque excitanti. Hoc definiuit Concilium Tridentinum cap. 5. explicans illud Zachariæ 1. *Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos.* Nam in eo quod dicitur (*conuertimini*)

Concilium Tridentinum.

B libertatis noſtræ admonemur. Cùm autem dicitur Thren. vltimo, *Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur*, Dei gratia nos præueniri confitemur. Cæterùm qoot modis præparatio ipſa cordis parati poſſit, facilè colliges ex iis, quæ paulò antè ex Arauſicana Synodo citauimus: nimirum, vt quis credat, & velit, & deſideret, & conetur, laboret, atque inuigilet, ſtudeat item & petat, quærat & pulſet. Nam his omnibus ſtudiis anima, licet peccatis inquinata ſit, Dei in ſe miſericordiam prooocat, maximè verò ſi his omnibus ad inſtar Niniuitarum ieiunium, ſaccum & cinerem lachrymaſque adiungat.

Quibus modis homo ſe præparare poſſit.

Vermilius.

ET *ſeruite illi ſoli.*] Vermilius. Deus eſt zelotes: non patitur riualem: ſolus vult inuocari, & coli: *Quouſque*, inquit Elias, *claudicatis in duas* C *partes*: *Nemo poteſt duobus dominis ſeruire.* Seruitus autem iſta in eo ſita eſt, vt vnũ Deum inuocemus, illi vni fidamus, & ad eius glotiam omnia noſtra cogitata ac ſtudia referamus. *Siue edatis*, inquit Paulus, *ſiue bibitis, ſiue aliud quippiam facitis, omnia ad gloriam Dei facite.* Auguſtinus in verba illa Pauli, *quærentes quæ ſua ſunt.* Illi, inquit, quæ ſua ſunt, quærunt, qui Chriſtum, non propter Chriſtum quærunt. Eſt iſta concio Samuelis grauiſſima: neque quiſquam eſt, qui non in aliquam eius partem offendat quotidie. Sed tamen, vt-vt poſſumus, redeundũ eſt ad Deum, auferenda ſunt idola, paranda ſunt corda noſtra, & vni ſeruiendum eſt Deo. Sed intelligere debemus, non fuiſſe hãc vniuerſam Samuelis orationem. Sunt enim iſta tantum capita rerum, &c, vt vulgò loquuntur themata: quæ ille proſecutus eſt prolixius. Hactenus propoſuit legem: D poſt addit Euangelium: *Et liberabit de manu Philiſthiim.* Deus, inquit, vindicabit vos è poteſtate Palæſtinorum. Qua io liberatione ſomma intelligitur liberatio à peccato, quam habemos per Chriſtum. Atque hinc naſcitur ſolida pœnitentia: quæ partim eſt Euangelij, partim legis. Lex primùm animos ooſtros perterrefacit, & adigit ad pœnitentiam. Sed illa pœnitentia imperfecta eſt, imò potius plena deſperationis, niſi ſequatur fides in Chriſtum, quam habemus per Euangelium.

VERSVS 4.

Abſtulerunt ergo filij Iſraël Baalim & Aſtaroth, & ſeruierunt Domino ſoli.

Vermilius. VERMILIVS. Vehemens fuit Samuelis, & fructuoſa oratio. Populus ea perſuaſione permotus, ſtatim magno ſtudio abiecit Deos illos ſuos alienos Baalim, & Aſtaroth. Baal quid ſignificet. Baal, ſi ſpectare velimus etymon vocis, ſonat dominum, magiſtrum, maritum, principem. Iſta cùm propriè conueniant ſoli Deo, tamen humana temeritate ſæpè accomodantur creaturis. Nam per adulationem principes ſuos appellauerunt Baalim, hoc eſt, Dominos, & Deos. Imò factum etiam illud nomen Iehoua ſæpè impoſuerunt hominibus, & rebus creatis. Nam Iudæi vitulum aureum, quem ſibi conflarant, adorabant nomine Iehouæ.

S. Auguſt. Auguſtinus quæſt. 16. in librum Iudicum, ait, Punicam linguam affinem fuiſſe Hebraicæ. Nam Pœni venerunt in Africam profugi è Phœnicia: & rogati, quinam, & vnde eſſent, reſpondere ſolebant, ſe eſſe Chenanos. Ex quo factum eſt, vt multa nomina Phœnicia retinerent. Nam Baalshem appellabant Dominum cæli: & Baalim Ioues. Plures enim vbique gentium colebantur Ioues. Aſtaroth. Aſtaroth Cicero de natura Deorũ putat fuiſſe Venerem: eam enim apud Syros dictam fuiſſe Aſtar. Sed ego magis accedo ad Auguſtini ſententiam: qui eam putat fuiſſe Iunonem. Nam eo nomine Iuno à Pœnis & Phœnicibus colebatur: & ſatis conſtat, Aſtaroth fuiſſe idolum Sidoniorum. Pœni autem cùm veniſſent in Africam, ſemper retinuerunt Iunonem pro tutelari dea. Effertur verò Aſtaroth numero multitudinis: quòd multæ crederentur eſſe Iunones, Argiua, Samia, Phœnicia: Hebraica vox Aſtar ſignificat gregem ouium. Vnde ſuſpicio eſſe poteſt, Iunoni impoſitum fuiſſe hoc nomen, quia proponebatur ſpecie ouis. Nam de Ioue Ammone conſtat, cultum eum fuiſſe ſub imagine arietis. In his duobus idolis Iudæi complexi ſunt omnia falſa, & peregrina numina. Hic videmus, cùm cultus Dei tam fœdè violatus fuiſſet ab Ophni, & Phinees ſacerdotibus, populum potius, quàm vt ad templum Dei, & prophanata ſacra accederet, ſecutum eſſe Deos alienos. Ad vocem tamen Samuelis redeunt ad Deum.

In inſtauranda Repub. quid primùm aggredi oporteat. In inſtauranda republica, prima ratio haberi debet cultus Dei. Nam doctus Medicus primùm cauſam exquirit morbi, deinde facit medicinam. Cauſa autem diſſipationis publicæ erat idololatria. Quare neceſſe erat, vt ea primùm tolleretur. Et certè nulla vnquam erit tranquillitas inter principes Chriſtianos, niſi populo reſtituatur cultus Dei. E Tito Liuio, & aliis hiſtoricis videmus, vſitatum fuiſſe apud

A veteres, vt imperatores antequam educerent exercitum, ſacra facerent, & Deos placarent. Quod niſi fieret, videbant ſe Deos habituros aduerſarios, & peccata ſua hoſtibus eſſe ſuffragatura. Verùm illi honorem, quem debebant vni Deo, contulerunt in idola. Ad hæc Deus, cùm decreuit rempublicam aliquam liberare, inſpirat populo bonos motus, vt velint agnoſcere errorem ſuum, & eius præſidium inuocare. Huiuſmodi enim pia ſtudia ab illo ſunt, non à nobis: cum rex ille Ægypti crudeliſſimus eſſet mortuus, Iſraëlitæ clamauerunt ad Dominum. Iam enim aderat tempus, quo Deus illos ſtatuerat liberare. Hactenus Vermilius.

B BAALIM *& Aſtaroth.*] Hoc eſt, tam mares quàm fœminas, Deos & vxores eorum. Nam & Iuno Iouis ſoror & coniux habebatur; & alioquin nuptias Gentiles in ea gente Deorum ſuorum celebrari opinabantur. *Connubia Deorũ Gentilium.* De Helægabalo Herodianus libro quinto. Herodian. Neque verò, inquit, humana tantùm matrimonia ludebat, ſed etiam Deo ſuo quærebat vxorem. Itaque Palladis ſimulachrum, quod occultum Romani, neminique videndum colunt, in cubiculum ſuum tranſtulit: immotumque ad eam diem, ex quo Ilio auectum fuerat, præterquam Commodi tempore cùm templum conflagrauit, ipſe emouit ſedibus, eamque deam ſui dei coniugem in aulam imperatoriam adduxit. Dein cordi eſſe negans Deo belligeram vxorem atque armatam, C ſimulachrum Vraniæ iuſſit afferri. Quod ſcilibet Carthaginienſibus, omnique Africæ venerabile, poſitum fuiſſe à Phœniſſa Didone creditur, quo tempore antiquam Carthaginem diſſecto corio ædificauit. Hanc Afri Vraniam vocant, Phœnices Aſtroarchen, Lunam eſſe affirmantes. Congruere igitur aiebat Antoninus matrimonium ſolis & lunæ. Hæc de connubiis Deorum Gentilium Herodianus, ex quo etiam diſcimus, eandem illam Cœleſtem fuiſſe cum idolo Sidoniorum, licet homo Græcus inflectere eam dictionem conatus ſit à genuina ſignificatione ad Græcam etymologiam, vt à Græcis petita eſſe videretur; cùm potius illi à Sidoniis literas Cadmo afferente acceperint. Aſtroarches enim Græcè ſiderum principem, potentem ſeu dominam D lunam deſignat.

Calcagnin. Calcagninus libro quinto obſeruat. Venerem fuiſſe autumat: ſed quocunque nomine cenſeatur, ſiue Venus, ſiue Luna, aut etiam Iuno, vel Cœleſtis, certum eſt, dæmonem fuiſſe muliebri ſpecie à Sidoniis cultum, ac pro Deo habitum. Hanc deam ponit etiam inter principes Deorum Varro de lingua Latina libro quarto, Varro. quemadmodum & Euſebius de præparat. Euangel. libro primo, capite ſeptimo. Euſeb. Syriæ deam vocat Tertullianus in Apologet. Tertullian. Vnicuique, inquit, prouinciæ & ciuitati ſuus Deus eſt, vt Syriæ Aſtartes, & Arabiæ Diſares, & Norici Belenus. Cui conſentit Minutius in Octauio. Petrus verò Crinitus libro 14. de honeſta diſciplina capite 8. Petrus Crinitus.

Ioan. Picus

momentis deſcribuſit. Etenim vt Picus refert A aduerſus Aſtrologos libro 6. cap. 9. antiqoiores Hipparcho ſolis reſtitutionem, qua conficitur annus, trecentis ſexaginta quinque diebus conſtare voluerunt, plus quarta parte vnius diei. Alij tãtum quartam partem ſuperaddiderunt.

Ætas Hipparchi.

Hipparchus ab Alexandri morte anno centeſimo ſeptuageſimo octauo ſcribens, ex ſuis, & Chaldærotum obſeruationibus, minùs quarta patte diei adüciendum ſupputauit; verùm quantum illud eſſet quod deficeret, ad liquidum non exegit.

Ætas Ptolemæi.

Poſterior en Ptolemæus annis ducentis octuaginta quinque, trecenteſimam eſſe illam diei partem diffiniuit.

Anni certa menſura tradi non poteſt.

Albategni poſt Ptolemæum annis 743. obſeruans cæleſtia, motum ſolis inuenit velociorem, quia B deficeret à quarta illa parte per centeſimam & ſextam diei partem. Thebit annum conſtare dixit 365. diebus, horis ſex, minutis 9. gradibus 12. Tum illa magna diuetſitas, quòd alij putant annos omoes æquales, vt Ptolem. Alphonſus: alij inæquales, vt Azerchel Baten, Iſaac Iſraëlita, quos ſequoutur & alij ex iunioribus. Rationem eſſe putant, quòd ſphæra octaua, non ab occaſu ſemper ad ortum, vt potant Ptolem. & multi, ſed ab oriente interdum feratur ad occaſum: quare illius motu, cum ad eandem ad quam Sol, reflectitur partem, Solis motum fieri velociorem; cùm ad contrariam, tardiorem: hinc diuerſis tempo- C tibos annom nunc productiorem, nunc breuiorem obſeruatum.

Iſaac Iſraelita.

Breuiſſimos aotem fuiſſe potat ſuo tempore idem Iſaac in libro, cui titulus eſt, Ieſodolam: viuebat aotem anno mundi ioxta Hebræos, 5700. qui eſt gratiæ 1510. deinceps fore productiores. Mediocres ſtatuit eſſe dierum 365. & horarum quinque, cum aliquot minutis: qoæ ſcrupuloſe conſectari à propoſito noſtro alienum duximus. Ex his patet, quàm ſit ſolis motus in ambiguo, quamque arduum ſit ac difficile, certam anni menſuram tradere. Quam difficultatem ſolis defectus exaggerant, vtpote qui præcedunt tempus in tabulis annotatum plus dimidia parte horæ, quod & Andtæas Snmmarius tradit, & euidentia ſenſus quotidie declaratur: quemadmodum Henricus Machlinem, Paulus Florentinus, & Alliacenſis experientia didicerunt.

Annus lunaris.

Vener. Beda.

Lunaris annus eſt, qui ad ratiooem lunaris motus dirigitur. Multiplex eſt, vt docet vener. Beda cap. 35. de narora rerum. Primus eſt, cùm Luna viginti ſeptem diebus, & octo horis Zodiacum percurrens, ad id ſignum, ex quo egreſſa eſt, reuertitur. Secundus diebus doobus, horis quatuor prolixior, qui conſuetè menſis dicitur; cùm ſolem, à quo noua digreſſa eſt, 29. diebus, horis duodecim exactis, iam defecta reperit. Tertius qui duodecim menſibus huiuſmodi, id eſt, diebus 354. expletur, & vocatur communis, eò quòd duo ſæpiſſimè tales coocurrant. Quartus ἐμβόλιμος, qualem ſortitur & ſolaris curſus, qui alio nomine biſſextilis aut intercalaris dicitur. Fit etiam paſſim mentio apud authotes anni magni, & mundani. Verùm de anno magno certi nihil habeo quod aſſeram, cùm varient authores: ſicut neque de mundano, ſeu Platonis, ſiue planetarum. Nam cùm ſtatuant finiri non debere, priuſquam orbes cæleſtes, omniaqoe ſidera ad ſnum redierint principinm; & hoc quidem omnino fieri poſſe negent; vt probat Franciſcus Maurolycus inſignis Mathematicus: infinitum, ac proinde nullum eſſe arbitrantur, & ſanctus Aoguſtinus capit. 15. de Geneſi ad litteram contempſiſſe videtur.

Franciſcus Maurolycus.

S. Auguſt.

De anno ciuili Hebraeorum.

Annus ciuilis.

Annus aotem ciuilis eſt, qoem ſibi quæque cinitas, aut populus conſtituit, vt Siculi ex ſolari & lunari anno ſibi conſtituerunt annom, teſte Cicetone. Chaldæi menſtruom annum aliquãdo habuerunt, vt ſcribit Diodorus. Ægyptij quoque menſtruum annom & bimeſtrem habuetunt: Arcades trimeſtrem, Cares ſemeſtrem. Primi Romani to. menſium. De Hebræorum anno ciuili ſemel, vt oon iterum, paulò accuratius.

Hebraeorum annus ciuilis.

Hiſtoria ſacra, qua oihil in mundo extat antiquius, nihil certius, arguit ſatis, Hebræos habuiſſe an- C nom quidem lunarem, ſed tamen ad ſolis etiam curſum directum. Quod Theologi diligenter in ea re verſati confirmant, Beda, Dionyſ. Auguſt. Anatolius, Cyrillus, Epiphan. Theophilus, & alij: aduocatis interim teſtimoniis Philonis, Ioſephi, Ariſtobuli, & Agathobuli, principum virorum inter Hebræos.

David Kimhi.

Mundusque menſe conditus.

Porrò is duplex erat, ſacer, & vulgaris. Ab hoc deducunt ſeptimanas annorum, & Iubilæos: inde ootas petunt tempotis in prophanis rebus. Hunc auſpicantur ab æquinoctio autumnali, & menſem Tiſri primum in anni menſibus conſtituunt, eſtque vulgaris perſuaſio Iodæotum, antequam ex Ægypto liberarentur, id fuiſſe anni primordium: quam opinionem recitat Dauid Kimhi dum exponit, cur menſis octauus dicatur אֵתָנִים *ethanim*. Tunc enim & diluuium fuiſſe dicunt: & mundum eſſe conditum eo tempore, vt Rabi Eliexer D Thalmudicus doctor aſſerit, habetque plurimos adſtipulatores. Quin & Theologorum noſttorum quidam mundum fuiſſe conditum in autumno dictitãt.

S. Hieronymus.

De anni principio autumnali ſanctus Hieronymus Ezechielis primo, menſe quatto, qui apud nos vocatur Ianuarius, & eſt in anni primus exordio: præter Niſan menſem nooorum, in quo paſcha celebratum. Apod Orientales enim populos poſt collectionem frugum & torcularia, quando decimæ deferebantut in templum, October erat primus menſis, & Ianuarius quartus. Idem docet epiſtola de ſolemoitatihus. Ioſephus primo Antiquitatum, vener. Beda in libro temporum, & Lerſienſis in Computo.

Picus.

Quod etiam multis, vſi Picus docet lib. 7. in Aſtrologos cap. 6. tum ſacrarum litterarum locutionibus, tum antiquis

ERAT QVIPPE ANNVS VICESIMVS.

Eſdræ 2. cap 1. cap. 2.

antiquis conſuetudinibus Iudæorum videtur comprobari. Scriptum eſt in Exodo, *Scenopegia*, hoc eſt, *feſta tabernaculorum* celebrari in exitu anni: ea verò medio Septembris celebrabantur. Et in libro Nehemiæ ſcribitur: *Et factum eſt in menſe Caſleu*, is eſt apud Chaldęos qui apud nos December, *anno* 20. tum ſcilicet, *factum eſt in menſe Niſan*, hic eſt Aprilis, *anno* 20. qui ſi menſis Niſan, id eſt Aprilis, caput anni eſſet, non vigeſimo anno, ſed primo ac vigeſimo erat ſcribendum. Præterea cùm lege caueretur, ne ſeptimo anno, qui ſcilicet erat ſabbatum annorum, aut meterent agros aut ſeminarent, ſi caput anni erat Aprilis, ſequebatur, vt quod per Octobrem ſexti anni ſeminauerant, id æſtate ſequenti metere non liceret, quia hæc ſcilicet
B æſtas ad ſeptimum annum pertinebat: ſequebatur etiam, vt ſemente per autumnum prohibita, vtpote qui eodem anno contineretor, octaui anni meſſis periret, qoæ non minima incommoda fuiſſent: ea verò nullo negotio tolluntur, ſi ab Octobri annum inſtituas; quapropter non dubium eſt ab autumnu anni ſumpſiſſe exordium. At ſacer annus, qui à Deo tum inſtitutus eſt, cùm primùm Paſcha Iſraëlitæ celebrarunt, & ſpoliatis triumphatiſque Ægyptiis in libertatem vindicati ſunt: Niſan primum menſem habuit, & per æquinoxium vernum introductus eſt. Sic enim præcepit Moyſi & Aaron Dominus Exod. 12. *Menſis iſte, vobis principium menſium: primus erit in menſibus anni.* Eo menſe perpetuis futuris temporibus Paſcha
C celebrari præcipitur; ex quo deinde reliquarum ſeries ſolennitatum ducebatur, totiuſque religionis ordo manabat. Quod propterea nonnulli eo tempore ordinatum autumant, quòd æquum videretur eodem, quo eſſet conditus, anni tempore, mundum inſtaorari: vere enim orbem creatum opinantur. Erat autem Paſcha futuræ Chriſti Paſſionis inſigne monumentum, quæ ſola collapſum hominum genus, & in mortis barathro demerſum, in integrum reſtituit. Porrò huius anni ſacri inſtitutione alter ille prophanus ſublatus non eſt. Gratia namque, vt aiunt, naturam non deſtruit: ſed quemadmodum religio, ſi quæ benè inſtituta ſunt in
D iis, quæ ad forum pertinent, nullatenos immutat: ita ab iis pendere non nouit: ſed ſuas ſibi leges præſcribit, quibus in adminiſtranda Eccleſia vtitur.

Ratio intercalandi apud Hebræos.

RATIO intercalandi à ſancto Epiphanio, rerum Hebraicarum peritiſſimo, exponitur copioſè in ſermone contra Alogianos. Breuiter autem abſoluit rem ſanctus Hieronymus, (S. Hieron.)
A verbis Iulij Africani Chronographi, diſſerens de ſeptimanis Danielis cap. 9. A viceſimo anno Artaxerxis Regis vſque ad Chriſtum complectur hebdomadæ 70. iuxta lunarem Hebræorum ſupputationem: qui menſes non iuxta ſolis, ſed iuxta lunæ curſum numerant. Et paulò poſt: lunares menſes ſecundum illorom ſupputationem, poſſunt facere dies viginti nouem & ſemis; ita vt ſolis circulus per annos 490. plus habeat 365. & quartam diei partem; & per 12. menſes ſingulorum annorum 11. dies, & quarta diei pars amplius reperiatur. Vnde Græci & Iudæi per octo annos trium menſium ἐμβολισμοῖς, & reliqua. Sanctus Epiphanius per ſingulos annos rem deducit: in hoc tamen diſſidet ab aliis, quòd tres horas pro ſex ponit, (S. Epiphan.)
B quæ diebus anni ſunt adiiciendæ. Quum annus, inquit, iuxta motum ſolarem compleatur in trecentis ſexaginta quinque diebus & horis tribus, contingit, propterea quòd luna facit annum in 354. diebus, vt deficiant curſui ſecundùm lunam dies 11. horæ tres. Et primo quidem anno fiunt Epactæ appellatę, hoc eſt dies adactitij 11. & horæ tres. Secundo anno dies 22. horæ ſex. Tertio anno dies 33. horæ nouem: & ſecatur vnus menſis, intercalaris appellatus. Intercalantur enim 30. dies: relinquuntur autem dies tres, horæ nouem. Et mox: atque ſic per octennij circuitum intercalantur dies nonaginta, qui ſunt pleniſſimi menſes intercalares tres; & fit in tribus primis annis menſis vnus; & ſequentibus tribus menſis alter; & in duo-
C bus poſterioribus annis menſis vnus. In his trium intercalarium menſium conſtitutionibus diſcordantia eſt circa Paſcha apud Iudæos, Chriſtianos, & alios. Hactenus Sanctus Epiphanius. Porrò qualis ſit hodie obſeruatio apud Iudæos, licet cognoſcere ex calendario Hebraico.

ET *requieuit omnis domus Iſrael, &c.*] Arias, Pagninus, Vermilius, Vatablus: *Et lamentata eſt*: *Quieuit*, cum vulgata Chalda. Paraphr. Reuerſam interpretantur 70. Addunt Pagninus & Vermilius, *ſequutaque eſt Dominum.* At ſimpliciter in textu Hebraico habemus, *poſt Dominum*, vt etiam Arias, Vatabluſqoe notauerunt. (*Multiplex translatio.*) (*Tropologia.*)
D Verùm hæc omoia commodè pœnitentibus tribui poſſunt, vt primò quidem à peccatis quieuerint, deinde admiſſa prius præ dolore cordis defleuerint, ac tandem ſaniora conſilia ſecuti, conſtantius diuino cultui, veræque fidei adhæſerint. Ad hunc modum interpretatur Vermilius: Nunc ſupplices orant, vt faciem ſuam ad ſe conuertat. Vel quod mihi probabilius videtur, nunc non anteuertunt Deo, ſed ex eius præſcripto volunt religionem ſuam inſtituere, eumque tanquam itineris ducem ſequi. (Vermilius.)

Versvs 3.

Ait autem Samuel ad vniuerſam domum Iſraël, dicens: Si in toto corde veſtro reuertimini ad Dominum, auferte deos alienos de medio veſtri, Baalim & Aſtaroth: & præparate corda veſtra Domino, & ſeruite ei ſoli, & eruet vos de manu Philiſthiim.

Qua vnione cum priuatis, aut etiam multitudine tractandum ſit, cum à via deflexerint.

SI *in toto.*] Ad hunc modum multitudo, cùm à via deflexerit, tractanda eſt, vt optio illi detur, num reſipiſcere velit; quo libentius & vltrò ad eam fidem recurrat, à qua defecerat. In ſingulos verò ſi poſt oppigneratam fidem, eiuſdem deſertores fiant, ſedulò animaduertendum eſt, oe malum ſerpat. Zizaniis indulta creſcendi licentia prioribus competit. Optima & opportuna in priuatos Matathiæ ſeueritas, qua immolantem idolis contribulem ſuum in Modin ad aram interemit. Ante verò datam fidem, cùm adhuc libera voluntas optandi eligendique iure gaudet, nec vllis ſacramentorum vinculis obligatur, ſi quis quempiam certa quadem religione aſtringere velit, C hunc iure optimo Tertulliani verbis obiurges. Videre, inquit, oe & hoc ad irreligioſitatis elogium concurrat, adimere libertatem religionis, & interdicere optionem diuinitatis, vt non liceat mihi colere quem velim, ſed cogar colere quem nolim. Nemo ſe ab inuito coli vellet, ne homo quidem: atque adeò & Ægyptiis permiſſa eſt tam vanæ ſuperſtitionis poteſtas auibus & beſtiis conſecrandis, & capite damnandis, qui aliqoem huiuſmodi Deum occiderit.] Audis quid referat de Ægyptiis? Etſi enim alios cogere minimè permitterentur ad colenda ſua portenta, arcere tamen iniurias à ſoo cultu licuit. Ipſe verò Tertullianus, tametſi hæreticos ad fidem præſtandã, quam iurarint, minimè cogendos aliquando cenſuerit: non tamen propterea laxari frenos eorum licentiæ debere vnquam ſtatuit, aut conoicia atque latrocinia impunè tolerari.

Tertullianus Apologet. cap 24

Porro oratio Samuelis, vt Vermilius annotat, diſtribuitur in quatuor capita. Primom eſt, *Si reſipiſcitis ex toto corde*: alterum eſt, *eiicite Deos peregrinos*: tertium, *parate cor veſtrum*: quartum autem, *ſeruite vni Deo.* Poſt in Epilogo addit Euangelium: *Et liberabit vos Dominus.* Primùm monet verè ac ſerio redeundum eſſe ad Dominum. Id fit certa erga Deum fiducia, & charitate. Hoc autem niſi ex animo, & ex toto corde fiat, nihil aliud eſſe poteſt, qoàm hypocriſis, nec Deo poteſt non eſſe odioſum. Antea reliquerant Deum, conuerſi ad creaturas. Nunc ergo ſuadet Samuel, vt relictis omoibus creaturis redeant ad Deum. Hoc vbi fit, ſequuntur præclari fructus. Statim enim abiiciuntur dij alieni. Solent homines interdum commentitios Deos ſibi finge-

Vermilius.

Diſtributio orationis Samuelis.

A te: vt Iouem, Neptunum, Mercurium: interdum verum quidem atque vnum Deum colere, ſed cultu aut vetito, aut alieno, vt ſi quis mactaret filium ſuum, aut quod fecit Rex Achar, arcam Damaſcenam in templo Dei conſtitueret: interdum eaſdem ceremonias, quas Deus inſtituit, retinere, ſed eas abſque fide, & ſine mente percurrere. Hoc facere nihil aliud eſt, quam idolum colere. Homines enim fingunt ſibi Deum, qui velit ita coli, qui reuera nullus & nuſquam eſt. Itaque Auguſtinus quæſt. 19. in librum Ioſue, quo in loco idem à Ioſue populo proponitur, quod hic à Samuele: *Qui fingit*, inquit, *ſibi Deum alium* quod eſt, alienum Deum portat in corde ſuo.
B Quare oon tantùm Iupiter, & vana oumina, ſed etiam iſta idola, & phantaſmata prorſus ex animo eiicienda ſunt. Id fiet, ſi talem nobis Deum conſtituemus, qualis nobis pingitur in ſacris literis. Tertullianus in libro de Idololatria. Non tantum, inquit, iſte craſſus & inſanus cultus ſimulachrorum Idololatria eſt. Veteres enim habuerunt olim fana ſine ſimulachris: cùm tamen nihilominus eſſent idololatræ. Nihil, inquit, refert, ſiue ex gypſo, ſiue ex marmore, ſiue ex trunco (ego addo etiam, ſiue ex tuo fantaſmate) Deum tibi fabriceris. Et addit, Idolum dici ab εἶδος, Græca voce, εἶδος autem eſſe formam: Idolum itaque eſſe formulam. Hortatur ergo Samuel, vt & commentitios, & inanes cultus, & prauas de Deo opiniones ex animis abiiciant. Hic primus eſt fructus pœnitentiæ. Hoc niſi Papiſtæ faciant, quamtumuis ſe affligant, & peccata ſua lugeant, nihil faciunt. Hactenus Vermilius. In quo præter infixum caudæ aculeum, reliqua cum vera fide conſentiunt, modò eam, quam iactitat fiduciam, non Caluiniſticè accipias, ſed pro illa ſpe, quam timore comite, peccator in diuina miſericordia collocatam habere debet, ne deſperatione veniæ confuſus, cum Cain longiùs ab eo abſcedat, qui vltro peccatores inquirit, ſuæque gratiæ reconciliat.

Si in toto corde veſtro, &c.

S. Auguſt.

Cæterùm, quod ad ſenſum verborum attinet, etſi illud, *in toto corde veſtro*, in charitate, quam ad pœnitentiam requirit, contineatur, potuit tamen paulò dilucidius explicari. Nam charitas ſane virtutum omnium regina & ma-
D ter eſt, & officiorum omnium ſummam complectitur: verùm vt eiuſmodi eſſe intelligatur, qualis exigitur, id eſt *ex toto corde*, primùm hoc ipſum quid ſit, eſſe *ex toto corde*, intelligere debemus. Itaque illud audire ex te, Vermili, cum primis oportebat, niſi in his, quæ ad erudiendas conſcientias pertinent, homo ad eas tãtùm perturbandas natus, malles obmuteſcere, & quidem, quod hic attinet, de induſtria. Nouerat enim pleroſque, eiuſdem ſecum impietatis aſſertores, ex hoc capite, non modò legem ad ſeruandum difficilem, verumetiam impoſſibilem aſſeuerare. Quod quam ſtolidè atque ineptè faciant, ex ipſius legis legis verbis licet agnoſcere. Nam quid ab illa præcipitur, niſi vt Deus *ex toto corde* ametur? At hoc ipſum inquiunt, fieri nequaquam poteſt. Ego contra ex eo potiſſimùm colligo, nihil quod vires

Fieri poſſe vt homo Deum ex toto corde diligat.

Digitized by Google

noſtras ſuperet, imperari, quod non ſupra cor, ſed *ex toto corde* diligi ſanciatur. Nam ſi toto cordis noſtri conatu eum complectamur, legi vtique ſatisfaciemus. Adhibere verò quemquam omnem conatum ſuum ad quiduis perficiendum poſſe, quis neget? Quod ſi ne is quidem, cùm admotus fuerit, legi ſatisfaciet, non iam ſolius cordis tota vis exquiritur, ſed aliud quippiam præterea, quod, vt perſuaderi queat eſſe neceſſe, legis ipſius teſtimonio debuit comprobari. Equidem ſi certam aliquam menſuram aut modum charitati lex ſtatuiſſet, excuſatio aliqua fingi poſſe videretur, & quod illa ſupra vires eſſent ab improbis & negligentibus accuſari. At cùm tantum ea lege præcipiatur, quantum Dei gratia præſtare ſufficimus, non apparet relictus vllus calumniæ locus. Nam quid obiicere præterea quiſquam valeat, aut quo verbotum fuco male affectum animum diſſimulare? Nam quicquid de humani cordis miſeria ac imbecillitate dixeris, quam exaggerare ſatis nemo poteſt: fruſtra dixeris, cùm non amplius quicquam tibi imperetur, quàm quod maximo ſuo niſu cor poſſit efficere. Quod ſi qoæ præterea maior gratia aut virtus opus erit ad æternæ vitæ præmium conſequendum, poſtquam officio tuo præclarè functus fueris, Deus ipſe cumulatiſſimè præſtabit. Sed ne videar, interim dum rationibus certo, diuinæ authoritatis præſidio deſtitui, teſtem proferam omni exceptione maiorem, Deum ipſum, cuius luculentum ſanè teſtimonium Scripturarum monumentis conſignatum Moſes reliquit, Deuter. capit. 30. *Mandatum hoc*, inquit Deus, *quod ego præcipio tibi hodie, non ſupra te eſt, neque procul poſitum, nec in cælo ſitum, vt poſſis dicere, quis noſtrum valet ad cælum aſcendere, vt deferat illud ad nos &c. Sed iuxta te eſt ſermo valdè, in ore tuo, & in corde tuo, vt facias illum.* Quo etiam ſenſu de fide Paulus vſurpauit ad Roman. 10. Non modò igitor ratione, verumetiam Scripturarum authoritate conuincitur, legem ab homine præſtari poſſe, ſi modò quantum conniti animo poteſt, quantum labore ac ſtudio contendere, tantum experiatur. Neque enim humanis conatibus diuinum auxilium vnquam defuturum eſt. Verùm deinceps ipſius legis interpretatione, quæ neceſſario à nobis exponenda eſt, vt quid Samuel ipſe velit intelligamus: totius quæſtionis veritas clarius eluceſcet.

Legis explicatio, quæ iubet Deum ex toto corde diligi.

Explanatio legis, quæ iubet Deum ex toto corde diligi. Fagius.

PRIMVM igitur lex illa habetur Deuter. 6. verſ. 5. his verbis: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua*, ſiue, vt vertit ex Onkeli Paraphr. Fagius, *in tota ſubſtantia tua*. Illam verò ſic interpretantur Hebræi, vt idem Fagius refert Comment in hunc locum, tribus modis. Admonuit enim Deus Iſraël ad co-

A lendum ſe, timore ſcilicet iuxta id quod dicitur, *Dominum Deum tuum timebis*: acceptione præmij, ſicut dicitur, *vt bene ſit tibi atque prolonges dies*: & dilectione, vt hic. Differunt autem hæc tria inter ſe. Multi enim homines ſunt, qui faciunt præcepta Regis, non propter id qood diligunt Regem, neqoe vt recipiant mercedem, ſed quia timent Regem ne noceat ipſis. Atque his ſimiles ſuot hi qui colunt Deum, ne ſibi noceat in præſenti ſeculo; & ne fortè etiam poſt mortem adiudicet eos gehennæ. Et hæc quidem ratio bona eſt, vt aliquis ſibi timeat à Deo, ſed non eſt fundamentum cultus diuini; quia præcipua cauſa ad quam intendit, eſt proprium commodum. Multi quoque colunt eum ea conditio-

Hebræorum expoſitio.

B ne, vt benefaciat ipſis in præſenti, & in futuro ſeculo. Quæ & ipſa bona ratio eſt, quia creditur quod Deus ſit, qui rependat bonam mercedem. Verùm neque hæc præcipua cauſa eſt colendi Deum: nam ſummus gradus colendi Creatorem eſt, vt ſeruias ei ex dilectione, & non propterea, vt mercedem ſeu præmium accipias. Atque hinc eſt, quod dixerunt Magiſtri noſtri, ne ſitis ſimiles ſeruis, qui ſeruiunt domiuo eo pacto, vt recipant mercedem, quin potios *dilige Dominum in toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota ſubſtantia tua.* Meminit autem primùm *cordis*, eſt enim origo eius quod facit homo, ſiue bonum, ſiue malum. *In tota anima tua*: hoc innuitur, quod oporteat etiam teipſum tra-

C dere Deo. *Et in tota ſubſtantia tua*, id eſt, omnes diuitias tuas. Inuenias enim hominem, qui plus diligat diuitias ſuas, quàm corpus ſuum: ideò dicit, *in omni ſubſtantia ſua.* Hæc illi: Hæbraicè autem loco ſubſtantiæ *meod* מאד legimus, quod potius fortitudinem ſignificat: quamquam non incongruè videatur pro diuitiis & opibus ab Onkelo interpretari; cùm in iis plerique ſuas vires præcipuas collocent: propterea enim & Mamon diuitiarum Deus, ſiue ipſe diuitiæ ab אמן *aman* quod roborare eſt, dictæ ſunt. Legitur etiam in ea lege לבב & נפש *lebab & nephesch* quæ eadem ſunt cum iis, quibus eandem legem ex

D ore Domini Matthæus Græcè refert capit. 22. *καρδίας, ψυχῆς, ἰσχύος*, quibus tamen addidit, *ἐξ ὅλης τῆς διανοίας & ex omni mente tua*, ſeu cogitatione: quod tum iure à Domino factum eſt, poſtquam noo iam vmbris aut figuris contectam veritatem propoſuit, ſed typorum inuolucris nudatam atque tetectam enuntiare dignatus eſt, bumanamqoe mentem illuſtrioris fidei face colluſtrauit. *In his autem*, vt ait idem Dominus, *vniuerſa lex pendet & prophetæ*: quod idem eſt ac ſi diceret, oullum non genus officij ac muneris, quod in Deum ab homine conferri poſſit, illa lege comprehendi. Sed hoc, quo pacto verum eſſe poſſit, audiamus.

Euſdem legis expoſitio explicatio.

Sanè quicquid ab homine deſiderari poteſt, quod ad numinis cultum, religionemque referatur, altero horum capite continetur. Vel enim imperatur vt credat,

aut vt diligat, aut obſequatur, ſiue etiam poſtremò vt eius in terris gloriam tuetur, & ab iniuria arceat. Horum nihil illa lege prætermiſſum eſt: nam vires quidem ad obſequium ſuum retulit, cum ait, ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος, robur fortitudinemque hominis ſuo amori conſecrari poſtulans. Vitam verò ipſam pro nominis ſui defenſione, ſi opus eſſet, profundi etiam decreuit, cum dixit: ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς, ex tota anima ſeu vita: nam נֶפֶשׁ *nepheſch* propriè animam, quatenus corpori vitam tribuit, ſignificat: quemadmodum נְשָׁמָה *neſſamah* qua rationalis eſt, & cælo originem ducit, immortaliſque habetur. Fidem verò charitatemque erga ſeipſum eadem lege ſanciuit, cum ſe amari ἐξ ὅλης τῆς καρδίας, καὶ διανοίας conſtituit. Quibus omnibus nihil potuit vnquam iuſtius, ſanctiuſque decerni. Neque enim ſatis eſſe poterat, ſi quis Deum eſſe mente complecteretur, niſi eundem quoque amore proſequeretur. Amorem verò illum opere potiſſimùm teſtatum eſſe voluit; quoniam amor humanis actibus præſidet, nihilque tam illi familiare eſt ac conſentaneum, quàm vt ſe impenſis ſtudioſè officiis manifeſtet. Difficillimis verò temporibus, etiam propriæ ſalutis periculo comprobari voluit: quoniam eo demum argumento manifeſtè deprehenditur philautiam ſiue ſuipſius amorem diuinæ charitati ceſſiſſe, ſi eandem vitæ anteponamus. Neque enim perinde ac reliquis ſolemus, ita hæc omnia ſibi exhiberi voluit, ſed ſummè omnia quemadmodum numine dignũ eſt, cui nihil in orbe toto æquari poteſt. Arbitror enim, cùm ex toto ſe iubet corde diligere, non aliud ſignificare, quàm ſe velle ſummo ac maximo amore proſequi. Qui ſummus amor ſic negatiue exponi poteſt, vt alium neminem ex æquo diligamus: non parentem, non liberos, non chariſſimam coniugem, non denique nos ipſos, quos natura nos docuit reliquis omnibus anteferre. Affirmatiuè verò bifariam intelligi poteſt, extenſiuè, vel intenſiuè, vt ſcholæ loquuntur. Extenſiuè quidem primò ſic, vt ad omnem voluntatis inclinationem motumque extendatur; nec alium quemquam præter Deum complectamur. Quod non ita tamen accipiendum eſt, tanquam parentibus, liberis, aut proximo cuique aliquid beneuolentiæ impertiri prohibeamur: eſt enim hominum mentibus amor quidam erga ſui ſimiles non modò à natura inſitus, verumetiam à Deo lege commendatus, quem vetari veriſimile non eſt: ſed ne is amor aliò quàm ad Deum, à quo manat, vltimò referatur. Non enim propterea quod boni quicquam à ſeipſis indepti ſunt, amandi proponuntur: ſed quicquid tandem ſunt, id à Deo conſecuti ſunt: idcircò etiam is amor, qui creaturis tribuitur, Deo potiſſimum deberi intelligitur. Secundo vt non modò ratio ac voluntas eum ſibi amorem aſciſcant, ſed etiam reliquæ omnes inferioris hominis vires, quas potentias vocant, pari conſenſu in eandem conſpirent; nec ſit vlla pars ex his, quæ voluntatis imperio ſubſunt, & rationis ductum ſequuntur, quæ non ſuo modo diuinæ chaA ritati obnoxia addictáque deſeruiat.

Manifeſtiſſimum amoris argumentum opus.

Quis ſit ſummus amor.

At verò hoc illud eſt, vt aiunt qui ex aduerſo ſtant, quod fieri nullo modo poteſt, quî tandem? Exclamat, inquiunt, Apoſtolus, non quod volo bonum hoc facio, ſed quod nolo malum. Sentiebat quippe, vt refert, *aliam legem in membris ſuis, repugnantem legi mentis ſuæ.* Legem ergo ipſe implere non potuit, cùm tamen, vt eiuſdem oratio indicat, totis in eam viribus incumberet. Erit verò quiſquam, qui ſe conſecuturum putet, quod Apoſtolo negatum eſt? Sequitur igitur, ô Caluiniſtæ, eundem præuaricatæ legis reum extitiſſe. Quod neſcio quo pacto cum iis congruat, quæ de ſeipſo alio loco prædicat, nulla ſe peccati conſcientia ſtimulari, ſic enim ait: B *Nihil mihi conſcius ſum.* Nam qua tandem ratione fieri poteſt, vt nullius tibi criminis conſcius ſis, ô Paule, ſi te malum quod nolles admiſiſſe, bonum autem quod velles non perfeciſſe meminiſti? Niſi fortè ſimul vtrumque verum eſſe poſſit, vt & malo citra voluntatem inuitus adhæreres, nec tamen propterea vllius culpæ tibi conſcius eſſes? Hoc mirum fortaſſe videbitur iis, qui, quæ dicuntur, minus accuratè perpendunt, tam diuerſa inter ſe ſimul vera poſſe inueniri, cùm tamen nihil ea ſententia verius, aut certius dici poſſit. Quod vt intelligas, primùm ſtatuendum eſt, legem diuinam, quemadmodum & reliquas, non niſi rationi eſſe datam, cuius illa ſenſum percipere C ſola poteſt. Deinde non ſola hominem ratione conſtare, verumetiam parte alia longè ignobiliore, quam habet cum feris & belluis communem. Quemadmodum enim poetæ fingunt Centauros olim fuiſſe, qui priores quidem partes hominis obtinerent, poſterioribus equum referrent: ita & de homine ſentiendum eſt. Nam intellectu quidem ac voluntate cum Angelis certat, ſenſu verò ac concupiſcentia nihilo brutis animantibus potior eſt. Sicut igitur pars hæc inferior rationis nequaquam eſt particeps, ſed cæca quadam libidine atque impetu fertur: ita ne legi quidem recipiendæ apta & idonea habenda eſt. Quamobrem nec brutis animantibus legem ponimus, cùm ſint illa D quoque rationis expertia. Vt quis enim obſeruandæ legis capax eſſe queat, oportet primùm intelligat quæ illa ſit, quidve præſcribat: quod nunquam aſſequatur, niſi qui iudicio ac ratione pollebit. Vnde poſtremò colligitur, ſi quid ratio in legem peccet, ipſam quidem ream teneri: at verò concupiſcentiam, quamuis lineas tranſierit, culpa vacare: ſiquidem ipſa legis freno minimè cohibetur, quod nunquam ore induit: ſed ſola mens: quæ ſenſum quidem regere, reliquiſque corporis partibus moderari debet, ſed quantum valet, quantúmque viribus præſtare poteſt. Sic planè, vt ſi quando tyrannus ille, peccati fomes, iugum per vim excuſſerit, hominem dolere æquum ſit, quòd malum impedire nequiuerit: nec bonum, quod optauerat, re atque effectu compleuerit:

Qui tandem verum eſſe poſſit nihil ſibi cõſcium eſſe Apoſtolum, cùm id, quod nollet, malum ageret.

ipſe tamen nequaquam eius rei culpam ſuſtinebit. Quod quidem egregiè in propria perſona Apoſtolus expreſſit, dum & quod nollet, deſler malum ſe perpertaſſe: & tamen nullius mali conſcium ſe perhiber; propterea quod inuitus ac reluctans qualiſcunque tandem libidinis impetum vimque pertulerit.

Amor in Deum, ſummus intenſiuè eſſe debet.

Illud quoque quod dictum eſt, noſtrum in Deum amorem intenſiuè maximum eſſe debere, duplicem ſenſum habere paret. Nam aut ratione electionis maior intelligi poteſt, aut maioris ſenſus, quem ſolemus ex amore percipere. Erenim pleraq; ex iis, quæ igr . bili amore proſequimur, ſæpenumero nos maiore gaudio vel triſtitia afficiunt, vehemẽtiuſque commouent, quàm ea quæ ex virr.te amplectimur, nec dubitamus, ſi cum aliis co..rantur, longè eſſe præ- B ponenda. Si quis enim, vt experientia probar, aut auibus delectatur aut canibus, plus ſæpè doloris ex eorum iactura capiet, quàm ex hominis interitu: quem tamen cum ex charitate diligat, non dubitaret vtique, ſi ita ſors ferret, eorũdem animalium nece, quæ habet in deliciis, à periculo liberare. Quamobrem, quandoquidem aliud in amore eſt mentis propoſitum, aliud ipſa tanquam amotis titillatio, & vtrumque diuerſis gradibus intendi perſpicimus, meritò queri poteſt, quo genere intenſionis (nam eam dictionem cum illa ſignificatione Theologi ciuitate donarunt) noſter in Deum amor ſummus haberi debet. Paucis reſpondeo, quod ſummum eſſet in vtraque ſpecie, rum ſenſus, tum optionis ſiue ęſtimationis ſanctos viros ſtudioſiſſimè C ſemper ſectatos fuiſſe, quòd crederent, gemino illo faſtigio perfectionis apicem contineri. quo ..omine etiam abdicatis primùm parentibus, liberos deinde ſuſcipere noluerunt; nec cum affinibus & conſanguineis conuerſari; vel etiam legirimis poſſeſſionibus, atque opibus iucubare: ne quid omnium ſcilicer præter Deum, ex illo amoris ſenſu, quem rotum Deo dicauerant, partem aliquam delibaret. Abſolutè tamen poſterior illa delicatiſſimi ſenſus in amore conditio, ad ſalutem minimè neceſſaria eſt, ſed voluntatis electio atque eiuſdem propoſiti conſtantia, quæ omni ſenſu, voluptare doloreque ſuperior, Deum rebus omnibus præferat, eumque ſibi præ cæteris ſingulari quadã obſeruantia colendum ſtatuat arque definiat. His poſtremò illud adiiciendum reſtat, quòd vbique iſtic, D cùm de rationis efficacitate circa legem obſeruandam diſputamus, intelligi volumus: huic legi, qua nobis ſummus in Deum amor præcipitur, non eſſe additum, vt id propriis viribus pręſtaremus: nam vires noſtras ea res ſuperat: ſed alio loco viam eſſe oſtenſam: quam ſi ratione ac ſtudio voluntatis inire velimus, tutò ad id quod imperatum eſt, diuina benignitate peruenire valeamus. Illa porrò hæc eſt: *Quærite*, inquit, *& inuenietis: petite, & accipietis: pulſate, & aperietur vobis.*

Vermilius. *Abſque ope diuina cor ſuum præparare Deo nemo poteſt.*

E*T præparate corda veſtra Domino.*] Vermilius. Id nihil aliud eſt quàm cor habere flexibile, quodque ſequi velit mandata Dei. Hoc eſt cor præparare. Quanquam nemo ſibi debet perſuadere, id in ſua manu eſſe poſitum. Niſi enim

I.

A Deus det nobis cor nouum, idque reddat carneum, & flexibile, noſtris viribus nihil promouemus. In Actis Apoſtolorum Dominus aperuit cor mulieri purpurariæ, vt atrenderet iis quæ dicebantur. Sed iubemur cor noſtrum p.æparare: ergo poſſumus. Eſt infirmum argumentum. Sunt enim verba legis, quæ multa iubent, quæ à nobis noſtris viribus præſtari non poſſunt. Nam niſi Deus nobis corda præparet, & aperiat, ſemper e.us mandatis aducrſamur. Ideoque id in precibus noſtris perperuò à Deo petimus. Sed quoniam non ſumus trunci, aut ſtipites, ideò in ſcripturis vtrumque dicitur. Nam & nos iubemur parare corda noſtra, & Deus legirur id præſtare. Non tamen hoc ita dico, quaſi homines etiam à Deo alieni aliquid B ex ſe boni poſſint efficere. Quid enim boni fructus ſperandum eſt ab arbore mala? Et certè ſi nihil adiumenti . ulimus, quo facilius ex parentibus noſt.is naſceremur, quid afferre potuimus, vt ex Deo renaſceremur? Eramus enim antè mortui. Sed Deus nos occulta quadam vi ſpiritus ſui adduxit ad ſe. Verum quidem eſt, Deum nos interim, cum eſſemus à Deo alieni, multis modis præparaſſe. Illis modis Deus ad noſtram ſalutem abuti voluit: quamuis, quod ad nos attiner, fuerint peccata. Fieri enim poteſt, vt, qui cupidè quærat lucrum, incidat in itinere in Prophetam, aut miniſtrum bonum: in quem, ſi manſiſſet domi, non incidiſſet. Hæc Deus pro ſua bonitate regit, & temperat, nobis etiam imprudẽtibus. Quanquam non ſum neC ſcius, verbum כון *cun*, quod Latinè redditur, præparare, Hebraicè eſſe, dirigere, confirmare, aut certum reddere. Cæpiſtis, inquit, redire ad Dominum: id nunc confirmate, ne ſit temporaria, & inanis conuerſio. Vos ipſos hac de re certos reddite. Hæc Vermilius.

Qua ratione homo intelligi poſſit præparare cor ſuum.

AT eadem D. Thomas, tametſi quoad ſonum verborum non multo elegantius, valdè tamen doctius commodiuſque explicuit 1.2.quæſt.109.art.6.his verbis: Reſpondeo, inquit, quòd duplex eſt præparatio humanæ vo- *S. Thom.* D luntatis ad bonum. Vna quidem, qua præparatur ad benè operandum, & ad Deo fruendum. Et talis præparatio voluntatis non poteſt fieri ſine habituali dono gratiæ, quod ſit principium operis meritorij. Alio modo poteſt intelligi pręparatio voluntatis, ad conſequendum ipſum donum gratiæ habitualis. *Gemina cordis præparatio.* Ad hoc autem, quod præparet ſe homo ad ſuſceptionem huius doni, non oportet præſupponere aliquod aliud donum habituale in anima: quia ſic procederetur in infinitum: ſed oportet præſupponi aliquod auxilium gratuitum Dei, interius animam mouentis, ſiue inſpirantis bonum propoſitum. His enim duobus modis indigemus auxilio diuino. Quod autem ad hoc indigeamus auxilio Dei mouentis, manifeſtum eſt. Neceſſe eſt enim cũ omne agens agar propter finem, quòd omnis

VERSVS 4.

Abſtulerunt ergo filij Iſraël Baalim & Aſtaroth, & ſeruierunt Domino ſoli.

Vermilius. VERMILIVS. Vehemens fuit Samuelis, & fructuoſa oratio. Populus ea perſuaſione permotus, ſtatim magno ſtudio abiecit Deos illos ſuos alienos Baalim, & Aſtaroth. Baal quid ſignificet. Baal, ſi ſpectare velimus etymon vocis, ſonat dominum, magiſtrum, maritum, principem. Iſta cùm propriè conueniant ſoli Deo, tamen humana temeritate ſæpè accomodantur creaturis. Nam per adulationem principes ſuos appellauerunt Baalim, hoc eſt, Dominos, & Deos. Imò factum etiam illud nomen Iehoua ſæpè impoſuerunt hominibus, & rebus creatis. Nam Iudæi vitulum aureum, quem ſibi conflarant, adorabant nomine Iehouæ.

S. Auguſt. Auguſtinus quæſt. 16. in librum Iudicum, ait, Punicam linguam affinem fuiſſe Hebraicæ. Nam Pœni venerunt in Africam profugi è Phœnicia: & rogati, quinam, & vnde eſſent, reſpondere ſolebant, ſe eſſe Chenanos. Ex quo factum eſt, vt multa nomina Phœnicia retinerent. Nam Baalshem appellabant Dominum cæli: & Baalim Ioues. Plures enim vbique gentium colebantur Ioues. Aſtaroth. Aſtaroth Cicero de natura Deorũ putat fuiſſe Venerem: eam enim apud Syros dictam fuiſſe Aſtar. Sed ego magis accedo ad Auguſtini ſententiam: qui eam putat fuiſſe Iunonem. Nam eo nomine Iuno à Pœnis & Phœnicibus colebatur: & ſatis conſtat, Aſtaroth fuiſſe idolum Sidoniorum. Pœni autem cùm veniſſent in Africam, ſemper retinuerunt Iunonem pro tutelari dea. Effertur verò Aſtaroth numero multitudinis: quòd multæ crederentur eſſe Iunones, Argiua, Samia, Phœnicia: Hebraica vox Aſtar ſignificat gregem ouium. Vnde ſuſpicio eſſe poteſt, Iunoni impoſitum fuiſſe hoc nomen, quia proponebatur ſpecie ouis. Nam de Ioue Ammone conſtat, cultum eum fuiſſe ſub imagine arietis. In his duobus idolis Iudæi complexi ſunt omnia falſa, & peregrina numina. Hic videmus, cùm cultus Dei tam fœdè violatus fuiſſet ab Ophni, & Phinees ſacerdotibus, populum potius, quàm vt ad templum Dei, & prophanata ſacra accederet, ſecutum eſſe Deos alienos. Ad vocem tamen Samuelis redeunt ad Deum.

In inſtauranda Repub. quid primùm aggredi oporteat. In inſtautanda republica, prima ratio haberi debet cultus Dei. Nam doctus Medicus primùm cauſam exquirit morbi, deinde facit medicinam. Cauſa autem diſſipationis publicæ erat idololatria. Quare neceſſe erat, vt ea primùm tolleretur. Et certè nulla vnquam erit tranquillitas inter principes Chriſtianos, niſi populo reſtituatur cultus Dei. E Tito Liuio, & aliis hiſtoricis videmus, vſitatum fuiſſe apud

A veteres, vt imperatores antequam educerent exercitum, ſacra facerent, & Deos placarent. Quod niſi fieret, videbant ſe Deos habituros aduerſarios, & peccata ſua hoſtibus eſſe ſuffragatura. Verùm illi honorem, quem debebant vni Deo, contulerunt in idola. Ad hæc Deus, cùm decreuit rempublicam aliquam liberare, inſpirat populo bonos motus, vt velint agnoſcere errorem ſuum, & eius præſidium inuocare. Huiuſmodi enim pia ſtudia ab illo ſunt, non à nobis: cum rex ille Ægypti crudeliſſimus eſſet mortuus, Iſraëlitæ clamauerunt ad Dominum. Iam enim aderat tempus, quo Deus illos ſtatuerat liberare. Hactenus Vermilius.

BAALIM *& Aſtaroth.*] Hoc eſt, tam mares B quàm fœminas, Deos & vxores eorum. Nam & Iuno Iouis ſoror & coniux habebatur; & alioquin nuptias Gentiles in ea gente Deorum ſuorum celebrari opinabantur. *Connubia Deorũ Gentilium.* Herodian. De Helæagabalo Herodianus libro quinto. Neque verò, inquit, humana tantùm matrimonia ludebat, ſed etiam Deo ſuo quærebat vxorem. Itaque Palladis ſimulachrum, quod occultum Romani, neminique videndum colunt, in cubiculum ſuum tranſtulit: immotumque ad eam diem, ex quo Ilio aucctum fuerat, prætetquam Commodi tempore cùm templum conflagrauit, ipſe emouit ſedibus, eamque deam ſui dei coniugem in aulam imperatoriam adduxit. Dein cordi eſſe negans Deo belligeram vxorem atque armatam, ſi- C mulachrum Vraniæ iuſſit afferri. Quod ſcilibet Carthaginienſibus, omnique Africæ venerabile, poſitum fuiſſe à Phœniſſa Didone creditur, quo tempore antiquam Carthaginem diſſecto corio ædificauit. Hanc Afri Vraniam vocant, Phœnices Aſtroarchen, Lunam eſſe affirmantes. Congruete igitur aiebat Antoninus matrimonium ſolis & lunæ. Hæc de connubiis Deorum Gentilium Herodianus, ex quo etiam diſcimus, eandem illam Cœleſtem fuiſſe cum idolo Sidoniorum, licet homo Græcus inflectere eam dictionem conatus ſit à genuina ſignificatione ad Græcam etymologiam, vt à Græcis petita eſſe videretur; cùm potius illi à Sidoniis literas Cadmo afferente acceperint. Aſtroarches enim Græcè ſiderum principem, potentem ſeu dominam lunam deſignat.

D Calcagnin. Calcagninus libro quinto obſeruat. Venerem fuiſſe autumat: ſed quocunque nomine cenſeatur, ſiue Venus, ſiue Luna, aut etiam Iuno, vel Cœleſtis, certum eſt, dæmonem fuiſſe muliebri ſpecie à Sidoniis cultum, ac pro Deo habitum. Hanc deam ponit etiam inter principes Deorum Varro de lingua Latina libro quarto, quemadmodum & Euſebius de præparat. Euangel. libro primo, capite ſeptimo. Varro. Euſeb. Syriæ deam vocat Tertullianus in Apologet. Tertullian. Vnicuique, inquit, prouinciæ & ciuitati ſuus Deus eſt, vt Syriæ Aſſartes, & Arabiæ Diſares, & Norici Belenus. Cui conſentit Minutius in Octauio. Petrus verò Crinitus libro 14. de honeſta diſciplina capite 8. Petrus Crinitus.

Venerab. Beda.

Syriotum deam Adagartim habet: ſed fottaſſis hæc eadem eſt immutato per incuriam nomine. Nam & Phœnicia Syriæ pars eſt. Syria enim, inquir Beda libro de locis Actuum Apoſtolorum, quæ Hebraicè Aram dicitur, regio eſt inter flumen Euphratem, & mare magnum vſque ad Ægyptum pertingens, habens maximas Prouincias Comagenam, Phœniciam, & Palæſtinam abſque Saracenis, & Nabathæis, quorum gentes ſunt duodecim.

Cæterùm etſi tum illa peſtis Samuelis oratione pulſa atque fugata eſt, mox tamen Salomone regnante tanquam iute poſtliminij iterum redut, fanumque, aras, lucos, & excelſa obtinuit: quæ multis poſt ſeculis Ioſias rex B piiſſimus polluit, incendit, & ſolo æquauit. Nam quod Salomon eandem coluerit, teſtatur Scriptura tertij Regum cap. 11. *Colebat Salomon Aſtarten deam Sidoniorum.* Quarti autem Regum capit. 23. de Ioſia refertur, quod excelſa quoque quæ erant in Ieruſalem ad dexteram moutis offenſionis, (oliuarum habet Chald. Paraphr.) quæ ædificauerat Salomon rex Iſraël Aſtaroth idolo Sidoniorum, & Chamos offenſiuni Moab, & Melchon abominationi filiorum Ammon, polluit rex, &c. ibi 70. legunt Αςάρτη idolo Sidoniorum. Vix igitur vnquam Iudæi ab eo dæmone decepti, ſe ea ſuperſtitione expedire potuerunt. Apparet enim ſingulis penè temporibus, vt primùm intermiſſa eſſet, mox illam repetiſſe. Quod cùm in C illis abominabile atque deteſtandum fuerit, tum verò illud longè execrabilius, quòd ne Chriſtiani quidem ab ea impietate ſe immones præſtiterint. Conqueritur namque Saluianus libro de Prouidentia 8. de Afris, quòd licet Chriſtiani eſſent, Chriſtoqoe nomen dediſſent, attamen genus hoc idoli colerent: eamque fuiſſe vnam ex cauſis cur Vnandalis traderentur affirmat. Habebant quippe, inquit, intra muros patrios inteſtinum ſcelus, Cœleſtem illam ſcilicet Afrorum dæmonem dico, cui ideo, vt reor, veteres pagani tam ſpecioſæ appellationis titulom dederunt, vt quia in eo non erat numen, vel nomen eſſet; & quia non habebat aliquam ex poteſtate virtutem, haberet ſaltem ex vocabulo dignitatem. Quis ergo illi idolo non initiatus, quis non à ſtirpe ipſa, forſitan & natiuitate deuotus? Nec D loquor de hominibus ſicut vita, ita etiam profeſſione ac vocabulo paganis, & qui ſicut profani erant errore, ſic nomine. Tolerabilior quippe eſt, & minus nefaria Gentilitas in hominibus profeſſionis ſuæ: illnd pernicioſius ac ſceleſtius, quòd multi eorum, qui profeſſionem Chriſto dicauerant, mente idolis ſeruiebant. Quis enim non eorum, qui Chriſtiani appellabantur, Cœleſtem illam, aut poſt Chriſtum adorauit, aot, quod eſt peius, multò antè quàm Chriſtum? Quis non dæmonicorum ſacrificiorum nidore plenus, diuinæ domus limen introït, & cum fœtore ipſotum dæmonum Chriſti altare conſcendit? Et non tam immanis criminis fuiſſet ad templum Domini non venire, quàm ſic venire: quia Chriſtianus, qui ad Eccleſiam non venit, negligentiæ reus eſt: qui autem ſic venit, ſacrilegij. Minoris enim piaculi res eſt, ſi honor Deo non deferatur, quàm ſi irrogetur iniuria: ac per hoc quicunque iſta fecerunt, non dederunt honorem Deo, ſed derogauerunt. Ad hunc modum Saluianus. Age verò nos quoque, poſtquam in huius rei mentionem incidimus, quod oculis ſpectauimus, poſteris teſtatum relinquemus. Siquidem memini me pueto, Sueſſione, vtbe Cæſaris Commentariis iam olim nobilitata, in quam diſſidentibus Francis pater meus zelo religionis incenſus, cum tota familia ſe receperar, eas tum partes ſecutus, quæ rege neglecto auitam maiutum noſtrotum fidem ſartam tectam tuendam ſuſcepiſſe crederentur: anno, vt arbitror, 1594. octauo decimo Calendas Iulij: quo tempore pactis publicè induciis arma feriabantur: Albæ Floræ cuiuſdam, ſic euim vocant, quam non aliam eſſe reor ab ea, quam Chlorim Græci nuncupant, florum potentem, Zephyri autem coniugem: diem feſtum quondam agi ſolitum, tum autem annos fermè triginta, vt ferebatur, omiſſum, ad priſtinam celebritatem ſeu potius inſaniam eſſe reuocatum. Tota vrbe ferias ſedulò obſeruatas, choroſque ductos, & ipſam quæ Floræ ſcilicet perſonam referret, lanij cuiuſdam vxorem, ſertis floribuſque redimitam, & candidis peplis, albiſque veſtibus comptam atque ornatam, mediam ioter principes vrbis viros incedentem, C epulaſque magnificè inſtructas, & pleraque alia, quæ gentilium potius ſolemnitatum laſciuiam quàm Chriſtianam modeſtiam decerent, conſpeximus. Quæ omnia cùm piorum animos grauiter offenderent, taota repente grando ſecuta eſt, cùm primùm menſis ſub veſperam accumbere parabant, vt mirum fuerit, ſudo præſertim ac ſereno cœlo: nam totom illum diem lux aurea votis eotum arriſerat: alicunde erumpere potuiſſe. Porrò tanta mole tantoqoe pondere illa iactata eſt, vt breuiſſimo tempore tectis nudatis, teguliſq; diſiectis vrbs penè tota corrueret. Sed citò citra cuiuſquam iniuriam ſæua illa procella diuina benignitate conticuit, reliquaque tempeſtas in imbres & pluuias ſoluta eſt. Verùm ruinæ, quæ indè maximæ relictæ ſnnt, plures, quibus grando pepercerat, penè ſuo ſumptu oppreſſerunt: nec aliter quàm fundis villiſque diſtractis ac ven- D ditis, multis locis, pręſertim monaſteriis ac maioribus Eccleſiis, reſotciri potuerunt.

Aſtarte à nonnullis etiam Chriſtianis culta Saluianus.

Alba Flora Sueſſionum

VERSVS 5.

Dixit autem Samuel: Congregate vniuerſum Iſraël in Maſphath, vt orem pro vobis Dominum.

VERMILIVS. Maſphath locus erat aptus ad celebranda comitia. Rabbini aiunt, Ioſue profligatis viginti regibus Cananęorum, excitaſſe in illo loco altare Domino, & domū orationis. Quidam putant eundem fuiſſę Silunta, & Maſphath, ſed longè falluntur. Finitimi quidem illi loci ſunt: at non idem. Coo-

Vermilius.

oenerunt in hunc locum Iſraëlitæ, cùm pugnaturi eſſent in Benjamitas, deinde ſub Saule rege, poſtea ſub Principe Godolia, poſtremò ſob Machabæis, cùm iam profanatom eſſet templum Domini. Erat autem Maſphath in confinio tribus Ioda, & Benjamin. Non delegit Samuel hunc locum, quòd ibi eſſet arca Domini, quod commentarij videntur dicere, qui aſcribuntur Hieronymo, ſed quòd locus aptiſſimus eſſe videretur ad agendos conuentus. Dominus, vt excitat nouos principes, ita populorum etiam ſtudia, & voluntates incendit, vt vndique ad illum confluant: quemadmodum bruta animantia impulit, vt vltro venirent ad arcam. Id autem Deus facit, interdum vt populo bene ſit, interdum vt, ſi princeps tyrannus ſit, grauius affligatur.

Et *orabo pro vobis Dominum.*] Idem Vermilius. Potuiſſet Samuel ſeorſim orare. Sed noluit preces ſuas, cum futuræ eſſent tanti momenti, eſſe priuatas, ſed publica totius populi voce comprobari. Non autem vſurpat ſibi munus Pontificis. Erat iam deſignatus propheta. Et Prophetarum erat orare pro populo. Deinde Deus pia, & conſentiente multitudine plurimùm delectatur. *Vbicunque erunt duo, aut tres congregati in nomine meo*, inquit Chriſtus, *ibi ſum ego in medio illorum.* Ita Ezechias, & Ioſaphat reges, cùm reſpublica verſaretur in diſcrimine, vnà orare voluerunt cum populo. Cauendum tamen eſt, ne qood ſæpè fit, ſacer iſte cõuentus vertatur in frigidam ceremoniam. Hic videre poſſumus admirabile conſilium Dei. Populus conoocatur ad preces, & ad inſtaorandam rempublicam. Interea arma capiunt Palæſtini, quod ſuſpicarentur meditari rebellionem. Ita factum eſt, vt vna opera, & preces conciperent, & hoſtem profligarent. Hactenus Vermilius.

De iure indicendorum Comitiorum.

Varro.

Porro ius inlicium indicendi, de qoo Varro lib. 5. de lingua Latina: quo totus populus ad Comitium vocaretor, ſemper apud omnes penes reges fuit. Apud eos verò, qoi non regibus, ſed delectis à ſe magiſtratibus regerentur, etiam penes eos fuit, quorum ſumma poteſtas fuit: quales olim apud Romanos Conſules, Prætores, Cenſores, Dictatores, Interreges, & qui aliquando conſulari poteſtate vſi ſunt, Tribuni militares, ac Decemuiri: à quibus Comitia centuriata, & curiata edicebantur, quemadmodum à tribunis plebis tributa. Apud Germanos ea lege, qua nunc imperium geritur, Cæſar Imperij ordines non niſi de electorum ſententia conuocare ſolet. At verò, quod ad Hebræos attinet, non ſatis conſtat quorum ius illud fuerit, quo tempore Iudices rempublicam adminiſtrarunt. Sigonius libro 7. de Republica Hebræorum cap 2. De poteſtate, inquit, popoli conuocandi, & ſenatus habendi, atque ad vtrumque, quæ è Republica videbantur, agendi, obſeruatio obſcurior eſt. Quoniam autem id ius & Moſes, & Ioſoe ante Iudices, & reges poſt Iudices habuerunt, propterea & eo Iodices inſtructos fuiſſe credibile eſt. Neque enim hæc ſingula expreſſa ſunt in eo libro, qui Iudicum hiſtoriam continet, quòd ieiune adeò ſcriptus ſit, vt vix ſucceſſionem eorum, ac bella geſta quædam attigerit. Hæc ille.

Ius Comitiorum penes ſummos magiſtratus.

Sigonius.

Althuſius.

Itaque Ioannes Althuſius politicorum cap. 33. cùm plurium & dioerſarum politiarum exempla comitiorum habendorum referret, apud Hebræos poteſtatem illam nullo Regom aut Iudicum diſcrimine habito, ſummo magiſtratui attribuit. Verùm prioſquam quæ ille de eorundem publicis conoentibus ex Scripturarum monumentis eruerit, exponamus, noranda ſunt, quæ ad legitimum populi concilium requirat. Primum eſt cauſa, ſeu res de qua agitur in Concilio. Secundum perſonæ Concilij. Tertium locus, & tempus. Quartum ratio & forma habendi concilij, quibus illud etiam videtur addendom, vt qui œcumenicum comitium edicit, ſumma authoritate in republica polleat: ſiue propria illa ſit, ſiue delegata, qualis eſſe cenſetur magiſtratuũ in libera ciuitate. In politia igitur Hebræorum, vt ait, Concilia cogebat, & conuocabat ſuperior Magiſtratus, vti cooſtat exemplis Ioſue cap. 23. cap. 24. 1. Samuel. cap. 7. 2. Regum c. 23. 2. Chron. c. 15. c. 29. 2. Samuel. cap. 3. 1. Reg. c. 11. c. 18. 1. Chron. cap. 13. cap. 23. 1. Reg. c. 8. in caoſis arduis grauioribus, concernentibus iura regni, vti patet exemplis, Iod. c. 20. Ioſue c. 8. c. 23. c. 24. 1. Samuel. c. 7. c. 10. 2. Chron. cap. 15. 1. Reg. c. 8. 1. Machab. c. 1. vide Sigoniũ lib. 7. c. 5. 6. 7. de Republica Hebræorum, & libro 6. c. 3. & ſequent. Adde his ab Althuſio relatis manifeſtiſſimum aliud teſtimonium lib. 1. Machab. c. 14. v. 44. Quo tota poteſtas conuocandi populi in Simooem ſummum ſacerdotem, & ducem confertur, his verbis: *Nec liceat vlli conuocare conuentum in regione ſine ipſo.*

Quæ ad legitimum populi comitium requirantur.

Comitia Hebræorum

Quæ negotia in comitiis.

Agebatur verò in Conciliis Hebræorum de cultu diuino conſtituẽdo, vel lapſo, aut corrupto reſtituendo, purgandóve, Deuter. c. 4. 2. Chron. c. 15. Ioſue c. 24. 1. Reg. c. 18. & cap. 18. 1. Samuel. c. 7. 2. Reg. c. 23. de fœdere cum Deo contrahendo, vel renouando, 2. Chron. c. 15. Ioſue c. 8. 1. Reg. c. 8. Iud. c. 2. de rege conſtituendo, Iud. c. 8. 1. Reg. c. 12, 1. Samuel. c. 10. Pſal. 75. 2. Samuel. c. 3. c. 5. de bello ſuſcipiendo, vel de pace, Ioſue c. 24. cap. 23. Iud. c. 11. c. 20. c. 21 cap. 22. 1. Samuel. c. 7. de Iudiciis capitalibus delinqoentiom, Iud. cap. 12. c. 20. Deut. c. 13. Ioſue c. 7. Iudic. cap. 2. Matthæi c. 5. cap. 26. c. 27. Ieremiæ c. 26. Actor. c. 4. c. 5. c. 6. c. 7. c. 23. 1. Reg. c. 21. Daniel. c. 6. de precibus ad Deum fundendis, Iud. c. 11. 1. Samuel. c. 7. Iud. c. 20. 1. Reg. c. 8. 2. Chron. c. 5. de contributionibus & collectis. 1. Reg. c. 12. Exod. c. 30. Nehem. c. 10. 1. Chron. c. 29.

Qui ſuffragia conferrent.

Proponebat in comitiis cauſam Magiſtratus ſummus. Ioſue c. 24. cap. 23. 2. Reg. c. 23. Num. c. 27. 1. Reg. c. 18. 1. Samu. c. 10. 2. Reg. c. 8. & 2. Sam. c. 23. Ius ſuffragij in comitiis Iudaicis, politia nondum diuiſa, habebant duodecim tribus Iſrael: Iud. c. 20. c. 21. Ioſ. c. 23. & c. 24. Ierem. c. 26. Pſal. 122. 2. Chron. c. 5. 2. Reg.

IEIVNAVERVNT *in die illa.*] Ieiunium eſt exercitium, quo caro domatur, ne impediat ſanctos motus animi. Populus in publicis precibus ſemper vacabat ieiunio, idque toto die vſque ad veſperam. Nemo tamen religionem ponebat in delectu cibotum, aut putabat ſe eo modo peccatorum remiſſionem prumereri. Nec interim vt Papiſtæ ſolent, indulgebant crapulæ: ſed diem totum agebant ieiuni vſque ad veſperam. Quoniam autem magna eſt naturæ humanæ infirmitas, Deus ieiunium vno die claudi, & finiri voluit. Et Ioſephus hoc loco ait diſertè, Iſraëlitas vnum diem ieiunaſſe. Hactenus Vermilius.

Diſputatio de ieiunio.

Vermilij de ieiunio mendacia ſex confutantur.

PAVCIS verbis homo maledicentiſſimus plura mendacia cōplexus eſt. Primum eſt, cùm ieiunium ad ſolos animi motus compeſcendos refert, cùm in alium quoque finem inſtitutum ſit. Secundum quod populus ſemper ieiunio vacaret, ſeque inedia affligeret, quoties publicis orationibus incumberet. Tertium, nullum Hebræos, cùm abſtinerent, delectum ciborum habuiſſe. Quartum, nec inde illos peccatis veniam aut indulgentiam aliquando ſperaſſe. C Quintum eſt, Catholicos interim dum ieiunant, crapulæ vacare. Sextum, Deum non amplius quàm vnum diem ieiunio permiſiſſe, nec voluiſſe vltra proferri. Porrò hæc mendacia eſſe à veritate alieniſſima manifeſtiſſimis rationibus cōuincemus. Nam quod ad eum ſcopum attinet, quem ſolum ieiunio & abſtinentiæ proponit, quemadmodum nos, ſi nō vnicus aſſeratur, libenter agnoſcimus: ita & alios quoque non minoris momenti admittendos cum eo contendimus. Non enim nos tantùm à fumo & caligine quā crapula exhalat, præſtat immunes ieiunium; quo mens liberior cæleſtia ſpeculetur: verum etiam libidinem frangit, peccatorumque fæces exhaurit. Sic enim docet D. Thomas 2.2. quæſt. 147. art. 1. cuius verba ſunt hæc. D Aſſumitur ieiunium principaliter ad tria. Primo quidem ad concupiſcentias carnis reprimendas. Vnde Apoſtolus dicit 2. ad Cor. 6. in ieiuniis, in ſcientia, & caſtitate: quia per ieiunia caſtitas conſeruatur. Vt enim Hieron. dicit, (libro 2. contra Iouinianum in fine) ſine Cerere & Baccho friget Venus, id eſt per abſtinentiam cibi & potus tepeſcit luxuria. Secundò aſſumitur ad hoc, quod mens liberius eleuetur ad ſublimia contemplanda. Vnde dicitur Daniel. 10. quod poſt ieiuniū trium hebdomadarum, reuelationem accepit à Deo. Tertiò, ad ſatisfaciendum pro peccatis. Vnde dicitur Ioël 2. Conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio, & fletu, & planctu.

S. Thomas

S. Auguſt. Et hoc eſt, quod Auguſtinus dicit: (in ſerm. 230. de tempore) ieiunium purgat mentem, ſubleuat ſenſum, carnem ſpiritui ſubiicit, cor facit contritum & humiliatum, A concupiſcentiæ nebulas diſpergit, libidinum ardores extinguit, caſtitatis verum lumen accendit.

2. Iudæis Sabbatho ieiunare nefas fuit.

Secundum ex eo manifeſtæ temeritatis arguitur, quod Iudæis Sabbatho ieiunare nefas, fuit, quemadmodum & feſtis diebus, excepto expiationis, qui in 10. Septembris incidebat: quos lætos agere præcipiuntur, ſacrificiis epuliſque vacare, & pauperioribus qui non haberent, viſcerationem dare, ne communis lætitiæ expertes eſſent. Atqui iis potiſſimum diebus, vt opinor, in commune orabant, pariterque omnes in templum ſeu tabernaculū adorandi cauſa conueniebant. Rabbi Moyſes Ægyptius hoc ipſum expreſsè teſtatur de ceremoniis lib. 3. de temp. cap. de Sabbatho. B Nec in afflictione quidem licitum fuiſſe indicere ieiunium Sabbatho tradit, niſi vno caſu tantummodo, cùm videlicet ab hoſtibus ciuitas eſſet obſeſſa: pœnamque ait fuiſſe ſtatutam, vt qui Sabbatho ieiunaret, ſequenti etiam die ieiunare deberet. Idem cum agit de ieiunio Putim, ſi quando illud incidiſſet in Sabbatum, anticipandum eſſe, & quinta Sabbati perſoluendum tradit. Eſt expreſſum Iudith 8. Quod omnibus diebus vitæ ſuæ ieiunabat, præter Sabbata & Neomenias, & feſta domus Iſraël. Simplicioribus igitur Vermilius imponit, & eos in fraudem indocit. Niſi ſi fortè quiſpiam de iis conuentibus locutum eſſe arbitretur, qui C nonnunquam orationis gratia extra ordinem indicti ſunt. Nam vrgente neceſſitate legitur Ioſaphat Paralip. 2. c. 20. vniuerſo Iuda ieiunium imperaſſe: Et Ierem. 36. legimus, anno 5. regis Ioacim, vniuerſæ multitudini, quæ in ſanctam ciuitatem confluxerat, vt abſtinerent præceptum fuiſſe. Idem ſe feciſſe teſtatur Eſdras lib. 1. c. 8. cum Dei opem præſidiumque ad declinandas inſidias, reliquaſque itineris difficultates ſuperandas toti populo neceſſaria eſſe conſpiceret. Iudith quoque 4. cùm ad deprecandum Dominum populus omnis concurriſſet, orationes ſuas ieiuniis, ciliciis, omnique afflictionis genere Domino cōmendarunt. 20. item Iud. omnes filij Iſraël in domo Dei ſedentes fleuiſſe, & ad veſperam vſque ieiunaſſe feruntur. Et hoc eodem loco in D Maſphat iterum filij Iſraël ſciſſis tunicis, cinere aſperſi, ciliciiſque induti, ieiuniis & orationibus diuinam miſericordiam implorarunt: quemadmodum refert 1. Machab. c. 3. & 2. c. 13. Verùm, etſi hoc frequenter acciderit, vt impendente calamitate in vnum locum orandi conſulendique gratia ſe recipientes, ſeipſos inedia macerarent, non fuiſſe tamen illū morem perpetuum, vt quoties ad deprecandū Deum coadunarentur, abſtinerent, ſatis indicat libri 2. Reg. c. 6. vbi legitur Dauid vniuerſæ multitudini Iſraël tam viro, quam mulieri, ſingulis impertiſſe collyridam panis vnam, & aſſaturam bubalæ carnis vnam, & ſimilam frixam oleo. Et 3. Eſdræ cap. 9. Vbi legitur Eſdras, cum flentem populum cerneret, populo præcepiſſe: Digreſſi manducate pinguiſſima quæque, & bibite dulciſſima quæque, & mittite munera his qui non ha-

R. Moyſes Ægyptius.

bent. Nonnunquam igitur etiam ſuos conuentus conuiuiis epuliſque celebrabant, nec fuit vbique perpetua orationis comes inedia.

3. 3. Sed nec illud quidem veritate nititur quod ait: Iudæos cum ieiunarent, nullum ciborum delectum habuiſſe. Nam vt Nazaræos, Rechabitaſque præteream, & præſcriptam à lege abſtinentiam quorundam animalium, quæ ipſa lex immunda eſſe iuſſit, quoniam illa quoque tum, cùm genio indulgerent, ſeruaretur: certè illos cœnas quaſdam puras vſurpaſſe, antiquiſſimorum Patrum teſtimonio probare poſſumus. Nam Tertullianus libro 5.

Cœna pura Iudæorum.

aduerſus Marcionem cap. 4. Dies obſeruatis, inquit, & tempora, & annos, & Sabbata, vt opinor, & cœnas puras, & dies magnos. Quo loco etſi Pamelius obmutuerit, harum tamen cœnarum tempus aliquod ſatis indicaſſe videtur ſanctus Auguſtinus tract. 76. in Ioannem, cum dicit; eam quam paraſceuen Græci dicunt, Iudæos Latinè vſitatius cœnam putam vocare. Et ſanctus Irenæus lib. 1. cap. 23. Paraſceue, quæ dicitur cœna pura, id eſt, ſexta feria, quā & Dominus oſtendit, paſſus in ea. Quæ eſſet eiuſmodi cœna pura Feſtus nonnihil attigit in verbo, penem: Verùm à Scaligero ibidem reprehenditur, qui illam ita definit: vt ſit ea, qua fungebantur, cùm in Caſto eſſent. Qui etiam ex gloſſario hoc addit: Cœna pura, Προσάββατον. Imitatione Gentilium παρασκευὴν Iudæorū ita vocat. At verò quid ſit in Caſto eſſe, ne quis fortè ambigat, idem explicat coniectaneorum in lib. 6. Varronis de lingua Latina. numero 79. Ritus, inquit, & Caſtus idem ſunt. Eſt autem ritus inſtitutum, vt Varro interpretatur. Hinc idem Varro lib. 1. rerum humanarum, noſtro ritu ſunt faciunda ciuiliùs quàm Græco Caſtu. Et apud Feſtum pro ritu ſacro ibi ponitur: minuitur populo luctus, cum in Caſto Cereris conſtitit. Id eſt cum Cereri operatur. Et Varro item, religiones, inquit, & Caſtus id poſſunt, vt ex periculo eripiant nos. Vbi Scaliger: hic Caſtus τῆς ἁγνείας. Ergo in Caſto Cereris eſſe τὸ ἁγνεύειν δύνασθαι. Aliter purè facere Cereri. Nonius Atellanarius, ſequere me, puriter facias, volo: igni, aqua volo hunc accipere. Hactenus ille. Itaque ritè, caſtè, purè, ἁγνῶς idem ſignificant. Putum autem purum veteres dixerunt, vt Varro docet lib. 5. de lingua Latina; à putando, quod valet purum facere. Et arbores puræ tum dicuntur, cum putatæ ſunt, & ſylueſcentibus ramis amputatæ. Ex his colligere poſſumus, cœnam puram eam fuiſſe, quæ ad religionis aliquem cultum pertineret, non quamlibet, ſed quæ certis ritibus definita eſſet: nec quale ſoleret eſſe ſacrū epulum, quod copioſis dapibus inſtrueretur, ſed ſobrium ac temperatum, conſuetiſque cupediis & deliciis, quæ in reliquis vſurparentur, amputatum & purum. Hæc mea ſententia cùm mihi tandem probaretur, propterea quòd idoneum auctorem quem ſequerer, alium non haberem: incidi in Annales Baronij, qui tomo 1. ad annum Chriſti 34. hæc in eandem ſcripſit. Apud Philonem Iudæum, in libro quem ſcripſit de vita contemplatiua, hæc leguntur: menſa pura à cruentis dapibus: pro cibo panis apponitur, ſal pro obſonio, pro cōdimento hyſſopus.] Tertullianus item libr. de pœnitentia cap. 9. Paſtum & potum pura noſſe, non ventris ſcilicet, ſed animæ cauſa.] Hancque fuiſſe cœnam puram, quam alibi Xerophagiam nominat, nimirum aridorum ciborū vſum. His aſſentiuntur quæ ab Apuleio in Aſclepo in fine, in hæc verba dicuntur: hoc optantes conuertimus ad puram & ſine animalibus cœnam] teſtatur idipſum Plutarchus in libro de eſu carnium, nempe cœnam puram illam eſſe, quæ abſque animatis paratur.] His à Baronio relatis addere poſſumus Hieroclem item Philoſophum in aureos Pythagoræ verſus, & Apollonium Tyanæum apud Philoſtratum ſimilia docētes. Falſum eſt igitur Iudæos, cum ieiunandi ſtudio tenerentur, nuſquam à lautioribus cibis abſtinuiſſe, aut nullo diſcrimine conſuetis dapibus vſos eſſe; cùm in cœna pura, quæ certè non potuit niſi ad ieiuniū pertinere, animalium carnibus veſci interdictum fuerit, vt teſtantur tot grauiſſimi ſcriptores, quorum auctoritati nemo niſi temerè refragari poſſit. Porrò quam auſtera & terrica fuerint Iudæorum ieiunia, Philo docet in vita Moſis; & de iiſdem apud Suetonium in Octauio c. 76. Auguſtus ad Tiberium ſcribit: Dum lectica ex regia domo redeo, panis vnciam cum paucis acinis vuæ Duracinæ comedi. Et rurſum: Nec Iudæus quidem, mi Tiberi, tam libenter Sabbati ieiunium ſeruat, quàm ego hodie ſeruaui: qui in balneo demum poſt horam primā noctis duas bucceas manducaui, priuſquam vngi inciperem. Et Perſius Satyra 5. *recutitaque Sabbata palles*. Sabbata pro ieiuniis poſuit, ſiue quod Sabbatis pallerent, ob præcedens paraſceues ieiunium: ſiue quod ipſo ieiunij die Sabbatum colere viderentur, vt ſcribit Ioſephus in vita ſua, totum diem adeundis Synagogis, precibuſque fundendis inſumendo. At quæ potuit comparatio eſſe tantæ Cæſaris inediæ cum Iudæorum ieiunio, ſi poſt exactum diem de more reficerentur? aut quis tantus pallor ex vnius diei abſtinentia colligi potuit, ſi ſub ortu ſtellæ, quo primum tempore cœnare conſueuerant, vt ſanctus Hieronymus tradit lib. 2. contra Iouinian. in menſam extructam non pomis aut oleribus, ſed multa carne ſe ingurgitaſſent? Quanquam igitur nullum tale extare præceptum Baronius obiiciat, quo Iudæi pro Sabbatis ieiunare tenerentur; malitque cœnas puras eas interpretari, quæ panibus azymis conſtarent: eamque ſolam paraſceuen intelligi, quæ Paſchæ proxima imminet, Dominica, vt docet ſanctus Irenæus, paſſione conſectata, & non parum tanti viri auctoritate mouear: omnino tamen ſententiam non mutaui, memor illius dicti Saluatoris noſtri ex perſona Phariſæi, *ieiuno bis in Sabbato*: ex quo conſtare videtur, eorum, qui apud Iudæos religioſi audire vellent, ſolennem conſuetu-

Marginal notes: S. Auguſt. — S. Irenæus. — Feſtus. — Scaliger. — Varro. — Card. Baron. — Philo Iud. — Tertullian. — Apuleius. — Philo Iud. — Suetonius. — Perſius. — Ioſephus. — S. Hieron.

ſuetudinem fuiſſe, quæ deinceps ſancti Ioannis A
Baptiſtæ adhortationibus, Chriſtianæque pietatis æmulatione atqoe inuidia, non parum aucta & propagata ſit. Non modò verò ieiunia, verum etiam Xerophagias ab antiquis vſurpa-
Tertullian. tas fuiſſe, multis exemplis oſtendit Tertullian. lib. de ieiunio aduerſus Pſychicos c. 9. Redeo,
Daniel. 1. inquit, ad Danielem & fratres eius legumi pabulom, & aquæ potum ferculis & œnophoris regis præferentes. Ac paulò poſt, Anno deni-
Daniel. 10. que tertio Cyri regis Perſarum, cùm in recogitatum incidiſſet viſionis, aliam formam humiliationis proſpexit. *In illis*, inquit, *diebus ego Daniel eram lugens per tres hebdomadas, panem ſuauem non edi, caro & vinum non introierunt in os* B
meum, oleo vnctus non ſum, donec conſummarentur tres hebdomades. Quibus tranſactis Angelus emiſſus eſt taliter alloquens, &c. Ita, inquit, Xerophagiarum miſeratio & humiliatio metũ expellunt, & aures Dei aduertunt, & occultorũ
3 Reg. 17. compotes faciunt. Reuertor etiam ad Heliam,
3. Reg. 19. cum corui illum pane & carne ſaturare cõſueſſent; cur poſtmodum apud Berſabee Iudææ excitato ei de ſomno quidam ille Angelus ſine dubio panem ſolum & aquam obtulit? Defecerant corui qui eum liberalius paſcerent, an difficile Angelo fuerat aliquem alicundè de conuiuio regis miniſtrum cum inſtructiſſimo ferculo raptum ad Heliam transferre? Sicut
Daniel. 14. Daniel in lacum leonum eſurienti prandium C
metentium exhibitum eſt? Sed conſtitui oportebat exemplum docens in tempore preſſuræ, & perſecutionis, & cuiuſcunque circunſtantiæ,
Pſal. 101. Xerophagiis eſſe viuendum. Tali victu Dauid exomologeſin ſuam expreſſit, cinerem quidem edens velut panem, id eſt, panem velut cinerem aridum & ſordidum, potum verò fletu miſcẽs, vtique pro vino. Habet enim & abſtinentia vini ſuos titulos, &c. quæ ibidem perſequitur. Quæ nos idcirco omittenda duximus, quoniam iſta ſufficiunt ad coarguendom mendacij Vermilium, & probandum ex præſtantiſſimorum virorum exemplis, minimè ſuperſtitioſum eſſe ciborum delectum, quem ieiunij tempore Eccleſia habendum edixit.

4. Sequitur quartum illud mendacium, quo negat Iodæos olim ſperaſſe ſois ieiuniis pec- D
catorum remiſſionem promereri. Scimus vtique nullius operis noſtri, quod extra gratiam fiat, vllum meritum eſſe: at cùm de ieiuniis & meritis generatim & abſolutè loquatur, vel
Tertullian. ex hoc vno loco, Tertulliano interprete, probare poſſumus, eadem Iodæos de ieiuniorum merito cenſuiſſe, quæ nos credimus. Sic enim ille ait eiuſdem lib. cap. 7. Proceſſimus iam ad exempla, vti reuoluamus vtilitatis efficacia poteſtates iſtius officij, quod etiam irarum Deum homini reconciliat. Deliquerat Iſraël: in aquatione apud Maſpha congregatus à Samuele, ita ſtatim delictum ieiunio diluit, vt periculum prælij ſimul fugerit. Quùm maximè Samuel offerebat holocauſtum, in nullo magis procuratam audimus Dei clementiam quàm abſtinentia populi. Et Allophyli prælio admouebant, ibidem Dominus intonuit voce magna ſuper Allophylos, & con-

A fuſi ſunt, & corruerunt in conſpectu Iſraëlis: & proceſſerunt viri Iſraël ex Maſpha, & perſecuti ſunt Allophylos, & vſque Berhcor ceciderunt paſtos impaſti, armatos inermes. Hæ erant vires ieiunantium Deo, cælum pro eiuſmodi militat: habes formam præſidij etiã ſpiritalibus bellis neceſſariam. Affert & alia plura in medium, in quibus etiam hæc habet: Per hanc mœroris ſequelam & inediam, etiam
ciuitas illa peccatrix Niniue de exitio prædi- Ionæ 3.
caro liberatur. Sodoma quoque & Gomor- Gen. 19.
ra euaſiſſent ſi ieiunaſſent. Hoc remedium agnoſcit Achab, cum illi poſt tranſgreſſionem & idololatriam, & necem Nabuthæ propter
B vineam interempti, &c. 3. Reg. cap. 21. capite autem 3. cùm quærit quantum valeat apud
Deum inanitas iſta: & vnde ratio ipſa proceſ- Geneſ. 2.
ſerit hoc modo promerendi Deum: Acceperat Adam, inquit, à Deo legem non guſtandi de arbore agnitionis boni & mali, moritu-
rus ſi guſtaſſet. At ſalutem gula vendidit, man- Geneſ. 3.
ducauit, & periit. Teneo igitur à primordio homicidam gulam, tormentis atque ſuppliciis inediæ puniendam, etiamſi Deus nulla ieiunia præcepiſſet: oſtendens tamen vnde ſit occiſus Adam, mihi reliquerat intelligenda remedia offenſæ, qui offenſam demonſtrarat: vltro cibum quibus modis, quibuſque temporibus potuiſſem, pro veneno deputarem, & antido-
C tum famem ſumerem, per quam purgarẽ mortis à primordio cauſam, in me quoque cum ipſo genere transductam, certus hoc Deum velle, cuius contrarium noluit, ſatiſque confidens placituram illi cõtinentiæ curam, à quo damnatam comperiſſem incõtinentiæ culpam.
Porrò cùm & ipſe ieiunium mandet, & ani- Pſal. 50.
mam conquaſſatam propriè vtique cibi angoſtus ſacrificium appellet, quis iam dubitabit omnium erga victus macerationum hanc fuiſſe rationem, qua rurſus interdicto cibo & obſeruato præcepto primordiale iam delictum expiaretur, vt homo per eandem materiam cauſæ ſatis Deo faciat per quam offenderat, id eſt per cibi interdictionem: Atque ita ſalutem æmulo modo redaccenderet inedia, ſicut extinxerat ſagina, pro vnico illicito plura li-
D cita contemnens. Sic ille. Nec quicquam cauſæ eſſe putes, cur excipias, eum librum iam hæreticum factum aduerſus Phychicos mendaciis calumniiſque inſtruxiſſe: neque enim in his quæ retulimus, quicquam à priſtina fide degenerat, quam tum colebat ſedulò, cum aduerſus gentes Apologet. ſcriberet,
in quo velim audias quantum ieiuniis ab eo cap. 40.
tribuatur. Nos, inquit, ieiunio aridi, & omni continentia expreſſi, ab omni vitæ fruge dilati, in ſacco & cinere volutantes, inuidia cælum tundimus, Deum tangimus, & cum miſericordiam extorſerimus, Iupiter honoratur.

Quod ſpectat ad quintum ſi de piis & reli- 5.
gioſis viris loquitur, aut eos qui ſe ita gerunt, ex inſtituto Eccleſiæ facere aſſerit, mentitur nebulo: ſi impios quoſdam & Eccleſiaſticarum legum contemptores, tum crapulæ ac genio indulgere comperit, cùm arctius

tota nocte elaboratũ, & in venas deductum ſol aduentu ſuo reuocato ad extimas partes calore, in omne corpus diffundit, donec ad ſupremum cœli verticem pertingẽs, ac deorſum ferri incipiens, vnà cum partibus corporis ad paſtum capeſſendum cõficiendumque diſpoſitis à nutricatione cõquieſcat. His verò ceſſantibus idem protinus incõmodum recurrit. Aucto ſiquidem ſolis radiis naturali feruore, ſimulq; chylo, chymoque ac ſanguine in corporis ſubſtantiam aſſumptis, & vẽtriculo, meſenterio, hepate, veniſque vndiq; exhauſtis, inſitus iterum humor incendio abſumitur: cui ſi diutius remedium adhibere cunctemur, valetudini perniciem parat, & operi inutilem reddit. Quapropter vt à ſexta hora ad nonam tormentum illud produceretur Eccleſiæ lege ſtatutum eſt. Longius autem proferri, præſertim in his Occidentis regionibus, propterea minimè viſum eſt, quod diuturnior inedia corpus frãgit ac debilitat. Chriſtiana autem virtus, aut pœnitẽtia ſolo ieiunio non conſtat, ſed alia quoque pietatis officia præſtanda ſunt. Nam & ægroti curandi ſunt, & vincti adeundi, & prolixioribus orationibus inſiſtẽdum, quę defectis viribus obire nemo poteſt. At verò quoniam hoc noſtro ſeculo nõ iam hora nona, vt olim, ſed ſexta ieiuniũ ſoluimus, huius quoque facti ratio à nobis inueſtiganda eſt. Quę indè, vt opinor, cõmodè peti poterit, quod homo, mundo iam ſeneſcente, & de proximo ad metas anhelanti, viribus magna ex parte collapſis, inediæ ſimul ac labori tanto tempore par eſſe non poſſit; præſertim cùm apud nos non vno die, vt olim, ſed pluribus ſine vlla intercapedine coniunctis, ieiunij ſtadiũ decurrat. Nec tamen propterea ieiunij legem à nobis vlla ratione violari putandum eſt: quoniam etſi ieiunij inſtitutum diuinitus emanarit, & nonnulla quoque forma præſcripta ſit, nemo tamen, vt arbitror, ad eam normam ieiunia noſtra exiget, niſi qui de retinenda lege veteri, quam Paulus abrogat, in eandem cum Cerintho, aliiſq; legis æmulatoribus ſententiam conuenerit. Ritus namque ac ceremoniæ diuini cultus, quæ à Deo cõſtitutæ ſunt, ad ſolos Iudæos ſpectant: res verò ipſa cultuſque diuinus noſtro more vſurpandus eſt. Olim templum ab iis ſuæ maieſtati poni voluit, cuius exemplar ipſe propoſuit: Paſcha ſingulis annis celebrari iuſſit, huius quoque ritum demõſtrauit: Nazaræos ſingulari deuotione ſibi conſecrari inſtituit, ceremonias quas obſeruarẽt imperauit. Hæc omnia, ſi rem cõſideres, nos etiam amplecti decet, Templi ſcilicet, Paſchæ, & Nazaræorum religiones: at ceremonias ipſas, rituſque, & exẽplaria, quibus illa adminiſtrata ſunt, Chriſtianum æmulari nefas eſt; cùm fuerint, vt docet Apoſtolus, vmbræ futurorum, ne fortè videatur dudum confeſſa ac credita retractare. Idem nunc quoque de ieiunio ſtatuendum eſt. Illud namque nos imitari decet, quantũ ad morum correctionem, pœnitentiæque commẽdationem cõferre valet: noctis verò tenebras, quibus demum corpori conſulebant, animumque remittebant, prę ſtolari non decet: quoniam illę figura quædam erant illius temporis, quo tempore populus myſteriorum caligine circunſeptus, non aliter quam in vmbra ſeu ſpe futuri peccatorum remiſſionem accipiebat. Ille igitur modus quõdam eorum ieiunio præſcriptus, nequaquam in Eccleſiam transferendus fuit, ſed alia ratio ſubigendæ carnis inſtituenda: quam quidem quo vtilior eſſet, diuerſis hominum tẽporumque conditionibus Eccleſia ſolerter accommodauit. Neque tamen propterea ieiunio quicquam detrahi voluit, ſed pari abſtinentia ſeruari. Etſi namque tempus illud religioſè vitauit, quod à Iudæis myſticè obſeruatum erat, vnica tamen ac illos cœna contentus nos eſſe voluit: quoniam etſi longinris mediæ moras contraxit, ciborum tamen copiam non auxit: nec ſæpius veſci indulſit, niſi quos ætas, labor, aut valetudo excuſaret.

Noſtri temporis ieiuniũ probatur.

ATQVE *dixerunt peccauimus Domino.*] Vermilius: Pauca quidem ſunt iſta verba, ſed magni ponderis. Non enim moratur Dominus multitudinem, aut ornatum verborum, pœnitentem requirit non eloquentem. Publicanus paucis verbis ait, *Deus propitius eſto mihi peccatori:* Dauid paucioribus, *Peccaui Domino.* Tamen vtriuſque oratio Domino erat gratiſſima. Ita iſti, *Peccauimus*, inquiunt, hoc eſt, offendimus in primam tabulam: abiecimus Deum, ſecuti ſumus idola. Ac ſi dicerent, afflixit nos Dominus per Palæſtinos: ſed noſtro merito nos afflixit. Hæc ille.

Vermilius. *Pœnitentem quærit Deus nõ eloquentem.*

Peccauimus. Vno verbo dixerunt de idololatria intelligentes, cùm omni ſcelere contaminati eſſent. Vtique tota Dei lege non vnicum hoc interdictum eſt, ne idolis cultum adhibeas: ſed, & ne occidas quoque; ne fureris; ne alterius cubile ineas prohibetur. Quoniam tamen illa omnia vno idololatriæ crimine continentur, idcirco ſemel dixiſſe *peccauimus* ſatis fuit. Principale crimen generis humani, inquit Tertullianus capite primo de idololatria, ſummus ſeculi reatus, tota cauſa iudicij, idololatria. Nam etſi ſuam ſpeciem tenet vnumquodque delictum, & ſi ſuo quoque nomine iudicio deſtinatur, in idololatriæ tamen crimine expungitur. Omitte titulos, operas recognoſce, idololatriæ, [illegible] homicida eſt. Quæris quem occiderit? S[illegible] ad elogij ambiti[illegible]nem facit, non extraneum nec inimicum, [illegible] ſeipſum. Quibus inſidiis? Erroris ſui. Quo [illegible]lo? Offenſa Dei. Quot plagis? Quotquot ido[illegible]triis. Qui negat idololatrem periiſſe, is [illegible]gabit idololatrem homicidium feciſſe. Proinde adulterium, & ſtuprum in eodem recognoſcas: nam qui falſis deis ſeruit, ſine dubio adulter eſt veritatis, quia omne falſum adulterium eſt. Sic & in ſtupro mergitur. Quis enim immundis ſpiritibus operatus, non conſpurcatus & conſtupratus incedit? Atque adeò Scripturæ ſanctæ ſtupri vocabulo vtuntur in idololatriæ exprobratione. Fraudis conditio ea eſt, opinor, ſi quis alienum rapiat, aut alij debitum deneget, & vtique erga hominem admiſſa fraus maximi criminis nomen eſt. At enim idololatria Deo fraudem facit, honores illi ſuos denegans, & conferens aliis, vt fraudi etiam contumeliam coniungat. Quod ſi tam fraus, quàm ſtuprum atque adulterium mortem adferunt, iam in his æquè idololatria de homicidij reatu

Vno idololatria crimine omnia peccata continentur.

Tertullian.

Ezech. 23.

Quapropter iure dicere poterit, *tibi ſoli peccaui*: vel, vt iſti loquuntur, *peccauimus Domino*, quod eſt, tu ſolus corripere nos potes, nec eſt alius præter te qui in nos vindicet; quamobrem etiam tuam clementiam imploramus, noſtri miſerere.

Sigonius. *Notatur quid vox ipſa* indicauit *apud Hebræos ſignificet.*

IVDICAVIT *Samuel filios Iſraël in Maſphath.*] Sigonius de republica Hebræorum lib. 7. c. 2. Qui primam, inquit, Hebræorum rempublicam, id eſt, Ariſtocratiam in terra Chananæa geſſerunt, cum duplicem poteſtatem & ducendi, & iudicandi haberent, tamen non à ducatu duces, ſed à iudicio, tanquam à parte potiore vocati iudices ſunt, id eſt, homines condemnandi, & abſoluendi ius, atque auctotitatem ex lege habentes. Quod vt exprimerent Græci, duo verba adhibuerunt κρίνω, & δικαιῶ, κρίνειν, & δικάζειν, κρίσιν, & δικαίωσιν, vt duo legis iuſſa in hoc magiſtratu præcipuè incluſa ſignificarent, iudicium & iuſtificationem: quæ in lege, vt iam ſæpè pro re præcipuè animaduertenda monui, κρίμα, & δικαίωμα dicta ſunt. Siquidem de Othoniele, Aod, & Debora dixerunt, ἔκρινον, id eſt iudicarunt Iſraël. De Samuele verò ἐδίκασε, & filios eius à patre ad iudicandum cõſtitutos non κριτὰς vt cæteros, ſed, δικαστὰς appellarunt. Et 2. Baruch dicuntur, οἱ δικασταὶ οἱ δικάσαντες Ισραήλ. Hactenus Sigonius.

Vermilius.

Vermilius autem noſter. Expoſui, inquit, ſupra de hac re veterem fabulam Rabbinorum: Samuelem propinata populo aqua, idololatras intemouiſſe, & illos neci tradidiſſe. Alij putant, eum errata cuioſque didiciſſe, & ſingulis impoſuiſſe varia genera ſacrificiorum, ptout quiſque plus minuſve peccaſſe videbatut. Sed cùm iam populus rediiſſet in gratiam cum Deo, proximum erat, vt inteſtinæ inter ipſos ſeditiones & iniuriæ componerẽtur. Iudicauit ergo Samuel populum: hoc eſt, dedit operam, vt omnis memoria iniuriatum in populo funditus tolleretut. Verùm ego hunc locum ſimplicius intelligo: Samuelem ante fuiſſe à Deo deſignatum iudicem: nunc ab eo publicè declarari. Itaque illom pto ratione muneris ſui populi libertatem aſſerere. Hebraica enim vox, *iudicare*, non eſt ius dicere, ſed vindicare libertatem. Ante Propheta erat Samuel, cùm prædiceret, quid Ophni & Phinees eſſet euenturum: nunc autem cteatur iudex.

VERSVS 7.

Et audierunt Philiſthiim quòd congregati eſſent filij Iſraël in Maſphath, & aſcenderunt ſatrapæ Philiſthinorum ad Iſraël. Quod cùm audiſſent filij Iſraël, timuerunt à facie Philiſthinorum.

Vermilius.

VERMILIVS: Palæſtini cùm audirent Iſraëlitas conueniſſe in Maſphath, cœperunt ſuſpicari, illos moliri defectionem. Tyranni enim non patiuntur populum inrer ſe conuenire: ſed eos, quantum maximè poſſunt, diſtrahunt, & à ſe mutuo alienant. Ita Palæſtini non ferunt Iudæos intet ſe agere conuentus. Volunt enim eos in officio continere non verbis, aut legibus, ſed vi & armis. Itaque conſcripto milite ſubitò inrerueniunt precantibus. Iudæi conſternantur, vtpote ab illis ſæpè & miſerè afflicti, nunc autem præter ſpem derepente oppreſſi. Samuel, dum ſtudet populum liberare, videtur illi accerſiſſe grauiſſimum periculum. Hoc videlicet eſt, quod hodie à quibuſdam dici ſolet, eos, qui volunt pacem habere cum Chriſto, in odia totius muodi, & grauiſſimas calamitates incurrere. Sed hoc illud eſt admirabile conſilium Dei: per cruces & moleſtias

Si quem verè & ex animo pæniteat, eidem diabolus variis modis laceſſit.

B ducit nos ad fœlicitatem. Hactenus ille.

Cæterùm plures erant cauſæ ob quas diabolus eam concionem diſſipari ſummopere cupetet. Prima, qood ibi peccata plangerentur, quæ nullo vnquam tempore aboleri volebat. Altera, quòd malè ruptum fœdus cum Deo populus renouaret, quo ſibi diuinum præſidium adiungeret. Tertia, quod Palæſtinorum iugum à ſe repellere meditarentur, quo excuſſo, verebatur ne deinceps pro ſua libidine eos vexare non poſſet. Poſtrema, qund decipiendæ plebis opportunitatem ex Palæſtinorum vſu ac commercio ſibi eripi vehementer dolebat. Societas namque malorum ad corrumpendos animos, & perdendam religionem venenum eſt præſentiſſimum. Quamobrem principum Philiſthi-

C norum voluntates ſummo ſtudio ſollicitat ne comitia illa haberi ſinant, ſed quotquot inueniſſent congregatos maturare fugam, ſéque domum tecipere compellant: aut ſi in commune conſulete pergant, armis debellent. Illi itaque à malo dæmone incitati, collocatos in præſidiis milites feſtinanter educunt, & coadunatos in Maſphath armis perſequuntur, ne quid de recuperanda libertare ſtatuant: reuera autem diaboli dolis & artibus magis id agebant, ne impietatis vinculis abſoluerentur. Etenim ſæpenumero dæmon, cùm in religionem pietatemque palàm inuadere non audeat, ne deprehenſus & agnitus nocendi occaſionem perdat, in iis rebus labefactare aggreditur, quæ non ipſæ quidem religionis ſunt, ſeruatæ tamen & habitæ plurimùm ad tuendam innocenriam impedimenti afferunt, & nonnunquam etiam diutumo vſu

Quibus artibus dæmon religionem oppugnet.

D ac familiaritare expugnant. Quemadmodum multis nunc locis videmus imperij retinendi proferendive prætextu, pacta ac ſocietates iniri cum hæreticis, quotum ſermone, qui vt cancer ſerpit, vel ipſo Apoſtolo teſte, & nuſquam ſatis cohibita garriendi licentia ſenſim priſca fides obliteratut.

TIMVERVNT *à facie Philiſthinorum.*] *Nolite*, ait Dominus, *timere eos qui corpus occidunt, & poſt hac amplius non habent quid faciant: ſed oſtendam vobis quem timere debeatis*, Deum ſcilicet, *qui poteſt & corpus & animam perdere in gehennam.* Verùm ſcelerata conſcientia nihil eſt timidius, quę nullo ſatis probabili argumento confirmari poteſt. Et alioquin quæ prima capimus ex reconciliatis hoſtibus fidei experimenta, vrgente graui aliqua neceſſitate, ſuſpicione atque formidine carete non poſſunt, maximè, ſi reinte-

Timvervnt a facie Philisthinorvm.

grata amicitia, iniuriarum vulnera ſæpius refricata meminerit. Illud pręterea nos malè habet, quòd nullũ ſatis euidens pacati animi indicium pœnitentibus Deus exhibeat, ſed ſola fide conſtet iis, quos verè & ex animo pœnitet, indulgẽtiam nõ defuturam. Deinde etſi offenſam Deus remittat, adhuc tamẽ in ambiguo eſt, num temporali aliquo ſupplicio contemptum ſuę maieſtatis vlciſci decreuerit. Propterea igitur qui ſcelerum conſcientia vrgentur, ſuſpenſi & incerti obſcura ſpe, & cœca expectatione pendẽt, nec quid ſperare timereve debeant, ſatis certò ſciunt. Porrò is ſcrupulus idcirco etiam iis, qui veniam ſunt conſecuti, relictus eſt; vt tanquam fræno in poſterum peccandi licentiam coërceat.

Versvs 8.

Dixeruntque ad Samuelem: Ne ceſſes pro nobis clamare ad Dominũ Deum noſtrum, vt ſaluet nos de manu Philiſthinorum.

In vnius iuſti prece quãtum præſidij poſitum ſit.

Vermilivs. Iſraëlitæ, quamuis perculſi timore, tamen non diſcedũt ab inſtituto: non deſpondent animum, aut quærunt arcam quæ præferatur. Accedunt ad Prophetam: confitentur, & agnoſcunt peccata ſua: ita tamen vt non deſperent. *Ne ſileas pro nobis clamando ad Iehouam Deum noſtrum.* Alludũt ad factum Moſis. Nam cùm ille orãs Dominum, brachia ſuſtineret, profligabatur Amalech: cùm autẽ ea remitteret, cedebat Iſraël. Ita populus orat Samuelẽ ne remittat preces, ſed aſſiduè clamet ad Dominum. Hæc Vermilius. Ex quibus apparet, quantum in vnius iuſti prece ſpei ac fiduciæ poſuiſſent: plus enim in vnius deprecatione præſidij collocant, quàm in omnibus ſuis copiis, armis, & viribus: quibus non aliter inimicorum impetum comprimi poſſe confidebant, quàm ſi Prophetæ oratione corroborarentur. Nec fefellit eos opinio. Carolus certè 8. Frãcorum rex, cùm victor triumphatis vbique Italis, & Neapoli ſub iugum miſſa, Gallias repeteret, multorum inuidiam ſubiit: quorum appetitus inſidiis, cùm in graue periculum incurriſſet, S. Franciſci de Paula precibus è tanto diſcrimine, vnà cum exercitu liberatus eſt.

Versvs 9.

Tulit autem Samuel agnum lactentem vnum, & obtulit illum holocauſtum integrum Domino: & clamauit Samuel ad Dominum pro Iſraël, & exaudiuit eum Dominus.

Vermilius. *An Samuel ipſe ſacrificarit.*

Vermilivs. Sed cur ſacrificat Samuel pro populo, cùm non eſſet Põtifex? Nam victimam oportuit deferri ad templum à populo: ſacrificari autem, & cremari non niſi à Pontifice. Rabbi Ben-Gerſon putat Samuelem non

BenGerſon

Obtvlit holocavstvm integrvm.

R. Kimhi.

A ipſum ſacrificaſſe, ſed aliena manu, quanquam hoc ipſe fatetur infirmũ eſſe: Samuelem enim ipſum potuiſſe ſacrificare Rab. Kimbi putat, in hac lege Pontificia duas fuiſſe exceptiones: vnam, ſi nullus eſſet certus locus, vbi ſacrum fieret: tum enim ius erat, non ſolùm in excelſis, ſed etiam ab hominibus priuatis rem diuinam procurari. Alteram, ſi Propheta aliquis à Deo eſſet excitatus. Ita enim Ioſue, ita Eliæ, ita nunc Samueli licuit ſacrificare. Nam Samuelem cõſtabat eſſe Prophetam: & templum nondum erat exædificatum: Arca autem nullum habuit certum locum: in Silo omnia erant confuſa, & perturbata. Hæc Vermilius. Quòd ad locum attinet, difficultatem paucis abſoluit S. Cyrillus Alexandr. in Collectaneis, lib. aduerſus Iu- B dæos quæſt. 5. Is enim poſtquam nulli vſpiam licuiſſe ſacrificare retulit, præterquam priùs in tabernaculo, poſtea verò in templo; deinde obiicit: Quomodo ergo Samuel relicto tabernaculo fixit altare: Elias autem diuiſo templo aram excitauit? Sciens Deus, inquit, quàm eſſet propẽſus populus ad idololatriæ inſaniam, vno loco circunſcripſit Dei cultum. Cæterùm viris diuinis, & qui legis norant ſcopum & inſtitutum, permittebatur omnis locus ad Dei cultũ. Hinc quidem rectè factum eſt, vt Deus dictorum hominum admittens ſacrificia, non ſolùm eos ab omni liberarit reprehenſione, ſed eò magis eos habuerit in admiratione, & maiori gloria affecerit. Et alioqui ij præfigurarũt futurum Chriſtianorum Dei cultum in omni loco eo- C rum dominatus. Ad hunc modum S. Cyrillus, cuius reſponſio vt arbitror digna eſt, quæ vera habeatur.

S. Cyrillus Alexand.

Vbi & quibus ſacrificare licuerit.

Vermilij autẽ opinio, qui ipſummet Samuelem ſacris operatum arbitratur, S. Auguſtino, ſiue ille quicunque tandem auctor eſt quæſtionum ex veteri teſtamento, quæ habentur tomo 4. minimè probatur: quin potius illam quæſt. 46. multis argumentis conuellere nititur, iis etiam rationibus confutatis, quæ contra obiici poterant. Deſcribam maiori ex parte, quoniam illa plurimùm ad huius loci, & ſimilium aliquot explicationem facere videntur. Sunt quidam, inquit, inter nos, qui partim negotiis ſecularibus occupati, partim minus ſtudioſi circa Scripturas ſacras, errorem patiuntur putantes Samuelem ſacerdotem fuiſſe: id eſt ex Aaron habere originẽ: ex cuius progenie conſtituit Do- D minus Deus naſci, non fieri ſacerdotes: nec alicui præter filios eius conceſſum eſt, vt poneret in altare incenſum. Ex quibus aliqui plus errantes, negant quidem Samuelem de genere fuiſſe Aaron: hoc eſt, non illum dicunt ſacerdotem, & nihilominus ſacerdotio dicunt illum functum fuiſſe. Quibus priùs reſpondendum eſt, peius enim eſt negare Samuelem natum ſacerdotem fuiſſe, & tamen aſſerere illum functum eſſe ſacerdotio, quàm dicere ſacerdotem illum fuiſſe ex filiis Aaron. Hîc enim ignorãtia eſt, illic ſtultitia. Cùm enim dicunt, qui illum putãt natum ſacerdotem ex filiis Aaron nõ eſſe, manifeſtum habẽt non illum fuiſſe ſacerdotem: Ignari quia non licuit agere alicui ſacerdotium, niſi ei qui eſſet ex ſemine Aaron. Compertum enim ha-

S. Auguſt.

Digitized by Google

OBTVLIT HOLOCAVSTVM INTEGRVM.

Num.16.

bent quòd Core, cùm non eſſet ex filiis Aaron, & voluiſſet ſuper altare ponere inceuſum, hiatu terræ abſorptus eſt cum ſociis ſuis. Et quomodo domeſticum & familiare exemplum non exhorruiſſet Samuel, cùm Paral. 1. cap.6. inter

1.Paral.16.

poſteros eius recẽſeatur? Sed & Oſias rex, cùm non vtique eſſet ex ſemine Aaron, ſed ex tribu Iuda, & præſumpſiſſet agere ſacerdotium, ſtans ante altare, percuſſus lepra in fronte eſt, & ſic expirauit. Si autem non erat ex ſemine Aaron, ſacerdos eſſe nõ potuit. Quod probat, quia tum ex legis præſcripto naſcebantur, non fiebant ſacerdotes. Sed nec vſquam in ſcripturis ſacerdos nominatur. 1. Reg. 3. vocatur *Propheta Domini*. Et Pſal. 98. *Moyſes & Aaron* nomerantur *in ſacerdotibus* Domini: at *Samuel inter eos qui inuocant nomen eius.*

Obiectionibus item reſpondens, & quidem quod ſpectat ad 1. nimirum, quod Heli mortuo ſacerdotes defuerunt, contrarium probat ex 1. Reg. c. 6. Intantum, inquit, ſacerdotes minimè defuiſſe probãtur, vt reuocata arca ab Allophylis, baiulis Leuitis viris Bethſamitis, obtulerint Deo ſacrificia abſente Samuele. Et patet ex ſerie ſequentium ſacerdotum, ex Heli, Achimaas, Achimelech, Abiathar. Ad 2. quòd Ephod indueretur: Reſpondetur, idem quoque de Dauid 2. Reg. c. 6. referri. Deinde illo etiam à primis annis accinctus eſt, quibus tamen annis, etſi reliqua adeſſent, ſacerdotale munus vſurpare non licebat. Poſtremò Ephod vnum quidem nomen eſt, ſed non vnam rem ſemper ſignificat. Sacerdotes enim portabant, non veſtiebantur Ephod. Aliquando ergo veſtis, aliquando quaſi armariolum, quod portabant ſacerdotes ad conſulendum Dominum. Ad 3. quòd ſcilicet dicatur ſacrificium obtuliſſe, non propterea tamen ſacerdotis vices egiſſe conuincitur: ipſe enim ſemper dicitur offerre, cuius oblationes ſunt, quas ſuper altare imponit ſacerdos. Quo vtique genere, & Saül, & Dauid & Salomon, quos nec ſacerdotes fuiſſe aliquando conſtat, nec ſacerdotali munere vſos, obtulerũt. Hactenus ille auctor: cuius rationes à me impetrare non potuerunt, vt pedibus irem in eius ſententiam; cùm mihi videre videar Eliam item Prophetam, quem nemo ſacerdotem fuiſſe aſſerit, nullo adhibito ſacerdote, in conuẽtu totius populi, rege præſente, in vertice Carmeli altare excitare, bouemq; facere, & impetrato de cœlo igne holocauſtum incendere. Quòd ſi Eliæ licuiſſe concedimus, vt Prophetas Baal conſenſu totius populi inuaderet, non video cur Samueli, vrgentibus maximè Philiſtęis denegemus. Niſi quis forte diſſimilem vtriuſque rationem propterea fuiſſe autumet, quòd Samuel quidẽ plures ibi ſacerdotes præſentes habuerit, quorum miniſterio vti potuerit: Elias ne vnum quidem quem adhibere poſſet; cùm iamdudum illi à regibus Iſraël ſpreti atque neglecti, in Iudæam ſe contuliſſent, totoque illo regno exularent. Itaque cùm neutra pars ſuis difficultatibus careat, nec facilè perſpici poſſit, quid potiſſimùm eligere debeamus, ne vel ſacerdotij Aaronici prærogatiuam imminuere, vel Prophetarum nullis finibus circumſcriptam, vt arbitror, præter-

A quàm à ſolo Deo legationem, certis limitibus includere velle videar: quaſtionem in medio relinquam.

CLAMAVIT SAMVEL AD DOMINVM.

Vermilius.

ET *clamauit Samuel ad Dominum.*] Vermilius. Nõ adſcribitur quid clamauerit. Fieri poteſt vt intus tantũ, & in animo precatus ſit. Cuiuſmodi preces à Deo faciliime audiuntur. Itaq; Samuel apud Hieremiam numeratur inter precatores. Et Dauid ait, *Samuel inter eos qui inuocant nomen eius*. Hęc ille. Quibus olim verbis Romani, exercitum vrbemve oppugnaturi, ſuis hoſtibus imprecarentur, refert Macrob. l. 3. Satur. quo loco hæc habet: Apud antiquos Romanos, euocatis hoſtium numinibus, ita demum imperatorem, vrbem, exercitumve aduerſariorũ ſacrificantes deuouebãt. Dis pater ſiue Iouis manes, ſiue quo

Macrob. *Ritus imprecandi hoſtibus apud gentiles.*

B alio nomine fas eſt nominare, vt omnes illã vrbem Carthaginem exercitũque, quem ego me ſentio dicere, fuga, formidine, terrore compleatis: quique aduerſus legiones, exercitũque noſtrum arma telaque ferẽt, vti vos eos exercitus, eoſque hoſtes, eoſq; homines, vrbes agroſque eorum, quos me ſentio dicere, vti vos eas vrbes agroſque, capita ętateſque eorum deuotas conſecrataſque habeatis, illis legibus, quibus quandoque ſunt maximè hoſtes deuoti, eoſque ego vicarios pro me fide magiſtratuque meo, & pro popul. Rom. exercitibus legionibuſque noſtris do, deuoueo: vt me meamq, fidem, imperiumque, legiones, exercitumque noſtrum, qui in his rebus gerundi ſunt, benè ſaluos ſinatis eſſe. Si hęc ita faxitis, vt ego ſciam, ſentiam, intelligam-

C que tunc quiſquis votum hoc faxit, vbi faxit, rectè factum eſto, ouibus atris tribus, Tellus Mater, teque Iupiter obteſtor. Cùm Tellurem dicit, manibus terram tangit: cùm Iouem dicit, manus ad cælum tollit: cùm votum recipere dicit, manibus pectus tangit. Hactenus ex Macrobio. Sacræ item Scripturæ paſſim referunt, qua prece vſi ſint pij reges & duces, cùm aduerſus hoſtium ſuorum ferociam diuinæ opis præſidium implorarent. Sed illa inſignis in primis quam Iudas Machab. 1. c. 4. cùm longè viribus inferior cum fortiſſimo ac numeroſiſſimo Lyſiæ exercitu prælium initurus eſſet orauit. *Benedictus es*, ait, *ſaluator Iſrael, qui contriuiſti impetum potentis in manu ſerui tui Dauid, & tradidiſti caſtra alienigenarum in manu Ionathæ filij Saul, & armigeri eius. Conclude exercitum iſtum in manu populi tui*

Quibus verbis Hebræi hoſtes ſuos deuouerent.

D *Iſrael, & confundatur in exercitu ſuo & equitibus. Da illis formidinem, & tabefac audaciam virtutis eorum, & commoueantur contritione ſua. Deiice illos gladio diligentium te: & collaudent te omnes, qui nouerunt nomen tuum in hymnis.* Nonnunquam etiam ſimul vota nuncupabant, & capita inimicorum ſuorum, reſque omnes illorum anathemate deuouebant: quemadmodum olim expugnante Ioſue, vrbi Hierichuntinæ accidit.

Vermilius.

ET *exaudiuit eum Dominus.*] Vermilius. Quo argumento conſtabat, Dominum audiſſe Samuelem? Rabbini aiunt, id igne cælitus demiſſo conſtitiſſe. Nam id argumentum erat litationis, ſi quando ignis de cœlo demittebatur. Alij id referunt ad tonitru: alij per metalepſin, aut anticipationem ad euentum: nam Dominus

A Palæſtinos fulminibus, & terræ motibus diſſipauit, & perdidit. Palæſtini putabant, ſe facilè poſſe Iudæos inermes,& imparatos interficere. Sed longè aliter cecidit. Deus audiuit preces Samuelis: ſed audiuit in ſacrificio. Erat autem illud ſacrificium non ita ſplendidum, aut magnificum, nihil enim aliud erat, quàm agnus lactens. Verùm Deus animum ſpectat offerentis, non externam pompam. Proponere voluit Samuel populo agnũ illum Dei, in cuius vnius nomine petenda erat pax, & ſalus: *Illud*, inquam, *ſemen, in quo benedicendæ erant omnes gentes*. Ille enim eſt *agnus Dei, qui abſtulit peccata mundi*. Ergo, inquiunt, habent externa ſacrificia eam vim, vt poſſint conciliare Deum? Nihil minus. Itaque cùm legimus in Leuitico, Deum aut B propitiari, aut reconciliari, aut placari huiuſmodi ſacris, & ceremoniis, id non debemus exiſtimare fieri ex opere operato: ſed externo ſymbolo id cõmunicari, quod proprium eſt ipſius. Sacramẽta enim gerunt nomina earum rerum, quarum ſunt Sacramenta. Quare vt nomina, ita effecta quoq; rerum ipſarum illis attribuuntur: eaque per metonymiam dicuntur pacem, & ſalutem exhibere. Hęc Vermilius. Quæ, cùm priſcis illis ſacrificiis & ritibus tribuuntur, verum ſenſum obtinent: erant enim duntaxat vmbræ futurorum: at noſtra Sacramẽta, & Dominici corporis ſacrificium, ex quo remotis vmbris rerum veritatem exhibent, verè ſalutem & gratiam, niſi quid deſit ex parte noſtra, ex opere operato conferunt. Quapropter nec de illis C quidem, niſi hæreticè, ſimilia affirmari poſſunt.

Herodot.

Porrò apud Herodotum lib. 8. narrabat Dicæus Theocydis, vir Athenienſis, atque idem exul, & apud Medos factus illuſtris, per id tempus quo Attica regio à pedeſtri regis exercitu vaſtabatur, ſe fortè fuiſſe vnà cum Demarato Lacedæmonio apud campum Thriaſium, vidiſſeque puluerem triginta fermè millium virorum capacem ab Eleuſine: & cum demirarentur, quorumnam hominum eſſet ille puluis, ſtatim ſe audiſſe vocem, quæ vox ipſi videretur Iacchus myſticus: & Demaratum, vt qui eſſet ſacrorum quę fierent in Eleuſine ignarus, interrogaſſe quidnam eſſet quod ita ſonaret: ſeque dixiſſe: Demarate non aberit quin grandis aliqua clades contingat regiis copiis. D Hoc autem palàm eſt, cùm Attica ſit deſolata, numen ab Eleuſine reſonans, venire auxilio Athenienſibus ac ſociis.] Quod eſſe verum poſtea re atque exitu compertum eſt. Priùs etiam libro ſuperiore, cùm deos deaſque omnes Græci in auxilium vocaſſent, metu earundem Xerxis copiarum, ventorum poſtremò, qui nonnullis etiam dij viſi ſunt, opem implorarunt: à quibus regia claſſis maiori ex parte quaſſata ac merſa eſt; donec magi veneficiis & incantationibus tempeſtatem ſedarunt. Sic nimirùm dæmon, dum vtriſque nocendo, alterutris ſe fauere ſimulat, apud vtroſque ſuperſtitionem fouit: ſed non ita Deus; quin potius dum bonis ſtudet, impios ruina opprimit, veri numinis cultum ac pietatem omnibus commendat.

VERSVS 10.

Factum eſt autem, cùm Samuel offerret holocauſtum, Philiſthiim iniere prælium contra Iſraël: intonuit autem Dominus fragore magno in die illa ſuper Philiſthiim, & exterruit eos, & cæſi ſunt à filiis Iſraël.

Quare nonnunquam Deus poſtulata non citò concedat.

CVM *offerret holocauſtum*.] Non diutius auxilium diſtulit, propterea quòd periculum vrgeret: alioqui enim, vt quod petimus conſequi mereamur, admonet in oratione perſeuerandum eſſe, nec continuò ſemper ſupplicum votis reſpondet: ſed quo magis ſtudium voluntatis accendat, & accepti beneficij auctor clarius innoteſcat, ſæpius rogari vult, quod illicò conceſſum aut naturæ viribus tribueretur, aut certè memoria effluere. Aduerte tamen non antè auxiliari illo fragore hoſtibus metum incuſſiſſe, quàm filij Iſraël fidem profeſſi pugnam capeſſerent. Deus namque priuſquam laborantibus opem ferat, fidem exigit: quæ non alia ratione melius declaratur, quàm ſi ne ardua quidem pro illius nomine ſuſcipere recuſes: tum enim priuſquam ſuccumbas, maturè præſto erit, remque confectam reddet. Obſerua denique, quantum in ſacrificio præſidij poſitum ſit, cùm ſanctè ac religioſè peragitur: fidelibus animum adiicit; hoſtes terrore exanimat; armatas acies in fugam vertit, metu perculſis victoriam parat. Deus ſcilicet, quando ſua res agitur, tanquam cœlo elicitus, adeſt; ſupplices ſuos tuetur, & pro illis dimicat: cuius tela nulla vis ferri retundit. Omninò periculoſum eſt in ſacrificantes inuadere. Ariſtomenes Meſſenius, imperatorum ſui temporis facilè princeps, & cui ſua virtus apud poſteros diuinos honores conciliauit: cùm tamen aliquando ex inſidiis in mulierculas rem ſacram facientes irruiſſet, ab iiſdem victus vinctuſque eſt. Eſt in agro Laconico, inquit Pauſanias in Meſſenicis, vicus nomine Ægila, in quo templum Cereris veteri religione conſecratum eſt. Huc matronas per feſtos dies more maiorum ludos vt facerent conueniſſe, Ariſtomenes, quique cum eo erant, exploratum habebant. Eò igitur veniens opprimere eas conatus eſt: ſed cùm illæ numinis ope fretæ vim repuliſſent, gladiis etiam, quibus ad hoſtias mactandas vſæ fuerant, armatæ, & verubus, toſtis iam extis, hoſtem inuaſerunt: multiſque grauiter ſauciis, ipſum quoque Ariſtomenem facibus percuſſum, ac malè multatum in vincula coniecerunt. Hactenus Pauſanias. Quid igitur mirum, ſi verum numen inuadentes exterruit, cùm dæmonia opinione falſa religionis tantum potuerint? Poſtremò, agnus iſte Chriſti figuram prætulit, cuius ea victoria fuit.

Pauſanias.

INTONVIT *Dominus voce grandi*.] Vermilius. Palæſtini ante ſenſerant vim Dei, cùm arcam Domini haberent apud ſe captiuam: nunc vim multò grauiorem experiuntur de cœlo. Tantum ſequutum eſt tonitru, & tam horribilis

Vermilius.

Ioſephus. tempeſtas, vt Palæſtini nullo modo potuerint conſiſtere. Ioſephus addit, fuiſſe etiam terræ motus, & hiatus: & boſtes præ terrore cæcos, & amentes in illos ſe præcipitaſſe. Ita Deus Palæſtinos vno momento profligat, & perdit. At imperatores & principes volunt potius armis, & ſtratagematis vincere: idque putant ad memoriam ſui nominis magis fore glotioſum. Deus verò inaudita & ſingulari ratione voluit, & vim ſuam in hoſtibus oſtendere, & nouum iudicem populo commendare. Hæc Vermilius. Phariſæi olim ſignum de cœlo quęrebant: iſtis datum eſt;nec propterea tamen ad veræ fidei agnitionem ſunt traducti. Cæterùm de Samuele iure merito,ſuo quodam modo dici poſ- ſe videntur, quæ in Theudoſium Claudianus olim cecinit: Claudianus

Te propter gelidis Aquilo de monte procellis
Obruit aduerſas acies: reuolutaque tela
Vertit in auctores, & turbine reppulit haſtas.
O nimium dilecte deo, cui fundit ab antris
Æolus armatas hyemes, cui militat æther,
Et coniurati veniunt ad claſſica venti.

Claudianus Panegyri in 3. Conſulatum Honorij. Theodoſius ſcilicet, religioſiſſimus imperator, parua manu ingentes barbarorum copias, Eugeniumque tyrannum beneficio tempeſtatis obortæ fuderat. Cauſas tanti fragoris viſque & ictus phyſicas inueſtigat Lucretius lib. 6.

Lucretius. *Nunc ea quo pacto gignantur, & impete tanto*
Fiant, vt poſſint ictu diſcludere turres,
Fulmen. *Diſturbare domos, auellere tigna, trabeſque,*
Et monumenta virum demoliri, atque ciere,
Exanimare homines, pecudes proſternere paſſim:
Cætera de genere hoc, qua vi facere omnia poſſint,
Expediam, neque te in promiſſis plura morabor.

Docet itaque nubium concurſu, ventis eas inter ſe committentibus, ignem excitari; & ſtrepitum illum fragoremque edi, in ſupera aëris regione, nubibus denſis, & humore igniſque ſeminibus fœtis ac grauidis, ſicque deinceps inſtitutum ſuum perſequitur:

Indè vbi percaluit vis venti, vel grauis ignis
Impetus inceſſit: maturum tum quaſi fulmen
Perſcindit ſubitò nubem, ferturque coruſcis
Omnia luminibus luſtrans loca percitus ardor:
Quem grauis inſequitur ſonitus, diſploſa repente
Opprimere vt cœli videantur templa supernè.
Inde tremor terras grauiter pertentat, & altum
Murmura percurrunt cœlum. Nam tota fere tum
Tempeſtas concuſſa tremit, fremituſque mouentur:
Quo de concuſſu ſequitur grauis imber & vber,
Omnis vti videatur in imbrem vertier æther:
Atque ita præcipitans ad diluuiem reuocare:
Tantus diſcidio nubis, ventique procella
Mittitur ardenti ſonitu cum prouolat ictu.

Talia fuiſſe hæc tonitrua veriſimile eſt, nõ brutum aliquod fulmen, quod vano terrore in fugam verteret. Quanquam etſi ſolo ſonitu debellare voluiſſet, certè is, ibi vehementior eſt, plurimùm valet ad mentes hominum perterrefaciendas. Neque enim eſt alius ſenſus æquè è proximo cum anima iunctus, vt auditus, à quo potiſſimùm rerum magnarum notitiam percipit, & earum etiam, quæ reliquorum ſenſuum facultatem ſuperant. Quapropter ſi quid illi *Sonus vehementior perturbat.*

A contigerit quo perturbetur, animum quoque confundi neceſſe eſt. Quòd ſi tonitruo ſatis iam ſuaprè natura ad terrendum comparato, vim quoque numinis adiungas, ſtrepitum ferre quis poterit? Non igitur mirum eſt, ſi tanto ſtrepitu aures obtundente, Palæſtini ſe in fugam coniiciant, cùm Deus à tergo immineret. De Auguſto Suetonius hæc habet. Tonitrua & fulgura paulò infirmiùs expaueſcebat, vt ſemper & vbique pellem vituli marini circunferret pro remedio, atque ad omnem maioris tempeſtatis ſuſpicionem in abditum & concameratum locum ſe reciperet. Cæterùm plures olim legimus tum munitiſſimas ciuitates, tum etiam Suetonius.

B fortiſſimos exercitus, cùm nulla alia ratione vinci poſſent, tonitruorum formidine fuiſſe expugnata. Nec plura horum exempla commemorare neceſſarium arbitror, cùm illa paſſim occurrant, ſed pauca quædam notaſſe ſufficiet, digna, quæ referantur. Xenophon igitur lib. 3. expod. Cyri minoris, cùm in Meſpilæ ciuitatis, quam Medi olim habitarunt, mentionem inci- Xenoph. diſſet, huiuſcemodi de illa narrat hiſtoriam. Eius murus crepidine nitebatur lapidea, exciſis in muricum modum lapidibus latitudine pedum quinquaginta, alta C. ambitus erat mille paſſuum xxiv. huc Mediam regis vxorem confugiſſe ferebant, quo tempore Medi imperium amiſere. Eam olim vrbem Perſarum rex, cùm neque obſidionis diuturnitate, neque vi expu-

C gnare potuiſſet, obſtupefactos poſtremò crebris tonitribus à Ioue oppidanos dicitur oppreſſiſſe. De Alexandri verò exercitu Curtius libr. 8. hæc habet: Cùm in regionem Gabaza Alexander proficiſceretur, 3. die ab omni parte cœli emicare fulgura, & nunc intermittente luce, nunc condita, non oculos modò meantis exercitus, ſed animos terrere cœperunt. Erat penè continuus cœli fragor, & paſſim cadentium fulminum ſpecies viſebatur: attonitiſque auribus ſtupens agmen, nec progredi, nec conſidere audebat. Tum repentè imber grandinẽ incutiens, torrentis modo effunditur. Ac primò quidem armis ſuis tecti exceperant: ſed iam nec retinere arma lubricæ & rigentes manus poterant, nec ipſi deſtinare, in quam regionem obuerterent corpora, cùm vndique tempeſtatis violentia maior quàm vitabatur occurreret. Ergo or- Curtius.

D dinibus ſolutis, per totum ſaltum errabundum agmen ferebatur, multique prius metu quàm labore defatigati, proſtrauerant humi corpora, quanquam imbrem vis frigoris concreto gelu aſtrinxerat, &c. Tantumque, inquit, defuit hoſtis ad debellandum exercitum. Hactenus Curtius. De Meſſeniis in ſumma rerum deſperatione fortiſſimè dimicantibus, & Lacedæmonios propellentibus, ad hunc modum Pauſanias: Ea, inquit, animorum cõſpiratione potuiſſent fortaſſe fati ſui iniquitatem ſuperare, niſi effuſi multò etiam præfractius imbres, crebris cum tonitribus & fragore micante ob oculos cœlo, omnia pauore compleſſent: contra verò hoſti confidentiam addidiſſent, Deos à ſe ſtare interpretanti: præſertim verò cum fulgente ad dexteram Ioue, læta omnia Hecatus Aruſpex nunciaſſet.] Scytharum gentem, cùm Seueri tem- Pauſanias.

Digitized by Google

INTONVIT DOMINVS.

Dion Caſſius lib 75. in Seuero. pore bellum gerere ſtatuiſſet, Dion Caſſius narrat, imbre, fulgoribus, tonitruis exterritam, ab eo abſtinuiſſe. (A) Traianus apud eundem libr. 68. cùm Agarenorum vrbem in Arabia oppugnaret, Ibi, inquit, cœlum tonitru contremuit, irides viſæ ſunt, fulgura, procellæ, turbines, grando, fulmina in Romanos cadebant, quoties in illos impetum facerent. Itaque Traianus inde proficiſcitur, nec multò poſt in morbum incidit.] *S. Gregor. Turon.* Poſtremò, etiam aliud exemplum S. Gregorius Turonenſis, libr. 3. hiſtoriæ Francorum cap. 28. nobis ſuppeditabit. Childebertus, inquit, & Theodobertus commouentes exercitum contra Chlotharium ire diſponunt. Ille autem hæc audiens, æſtimans ſe horum exercitum non ſuſtinere, in ſyluam confugit, & concides magnas in ſyluis illis fecit, totamq; ſpem (B) ſuam in Dei pietatem transfundens. Sed & Chrothildis regina hæc audiens, B. Martini ſepulchrum adiit, ibique in oratione proſternitur, & tota nocte vigilat, orans ne inter filios ſuos bellum ciuile conſurgeret. Cumque hi venientes cum exercitibus ſuis, eum obſiderent, tractantes eum die ſequenti interficere, mane facto in loco quo erant congregati, orta tempeſtas tentoria diſſecat, res diripit, & cuncta ſubuertit, immixtaque fulgura cum tonitruis & lapidibus ſuper eos deſcendunt. Ipſi quoque ſuper infectam grandine humum in faciem proruunt, & à lapidibus deſcendentibus grauiter verberantur: nullum enim eis tegumen remanſerat, niſi parmæ tantum, hoc maximè metuentes, ne ab ignibus cœleſtibus cremarentur. (C) Sed & equi eorum ita diſperſi ſunt, vt vix in viceſimo quoque reperirẽtur ſtadio. Multi enim prorſus ex eis non ſunt inuenti. Tunc illi, vt diximus, à lapidibus cæſi & humo proſtrati, pœnitentiam agebant, ac precabantur veniam à Deo, quòd iſta contra ſanguinem ſuum agere voluiſſent. Super Chlotharium verò neque vna quidem pluuiæ gutta decidit, aut aliquis ſonitus tonitrui eſt auditus: ſed nec anhelitum vllius venti illo loco ſenſere. Hi quoque mittentes nuntios ad eum, pacem & concordiam petierunt: qua data ad propria ſunt regreſſi. Quòd nullus ambigat hoc per obtentum Reginæ, B. Martini fuiſſe virtutem.] Sed de his hactenus. Hoc vnom addam, vſu quoque receptum fuiſſe apud priſcos Romanos, vt fulmen elicerent: quemadmodum teſtatur Liuius (D) cum aliis, à Numa ſæpius euocatum. Quod cùm imitatus eſſet parum ritè Tullus Hoſtilius, *Plinius.* ictus fulmine interiit. Vnde à Plinio dicitur, quòd Ioui Elicio litare non potuit, libr. de viris illuſtribus in Tull. & hiſt. Natural. lib. 11. c. 53. & lib. 3. c. 28.

VERSVS 11.

Egreſſique viri Iſraël de Maſphath perſecuti ſunt Philiſthæos, & percuſſerunt eos vſque ad locum, qui erat ſubter Bethchar.

VERSVS 12.

Tulit autem Samuel lapidem vnum, & poſuit eum inter Maſphath & inter Sen: & vocauit nomen loci illius, Lapis adiutorij. Dixitque: Hucuſque auxiliatus eſt nobis Dominus.

PERSECVTI *ſunt Philiſthæos.*] (B) Egreſſi ſunt Iſraëlitæ, & ſi Ioſepho credimus, ſimul etiam Samuel, vt perſequeretur fugientes. Non enim Propheta tãtum fuit, aut iudex, ſed etiam dux militaris. Quanquam veriſimilius videatur orandi, & ſacra procurandi gratia domi potius remanſiſſe.

Vermilius. TVLIT *verò Samuel lapidem.*] Samuel, inquit Vermilius, non immemor tanti beneficij excitat victoriæ monumentum. Ethnici quoque ſolebant ſtatuere trophæa, ſed ſibi: Samuel autem ſtatuit Deo. Voluit enim hoc eſſe æternum monumentum diuini beneficij. Ita Iacob, cùm iret in Meſopotamiam, erexit, & inunxit lapidem: & Ioſue duodecim lapides, cùm tranſmiſiſſet Iordanem: & alium inſignem lapidem poſtea, teſtimonium fœderis renouati. Hæc (C) ſunt Vermilij.

INTER *Maſphath & Sen.*] Loca illa iam deſcripſimus.

ET *vocauit, &c. lapis adiutorij.*] Verè nunc אֶבֶן הָעֵזֶר *eben habezer, lapis adiutorij* dicitur, qui ſuperius ita nominatus fuit per anticipationem. *S. Cyprian. Exod. 17.* Lapidem hunc Chriſtum interpretatur S. Cyprianus allegoricè lib. 2. teſtimon. aduerſus Iudæos, cap. 16. Hic eſt lapis, inquit, in Exodo, ſuper quem ſedit Moyſes in cacumine collis, quando Ieſus Naue contra Amalec dimicauit, & ſacramento lapidis, & ſtabilitate seſſionis Amalech ſuperatus eſt ab Ieſu, id eſt diabolus à Chriſto victus eſt. Hic eſt lapis, quem cùm alienigenas Iſraël viciſſet, ſtatuit Samuel, & appellauit nomen eius Abennezer, id eſt lapis auxiliator.

(D) Huiuſmodi lapidum titulos, ſeu aras, ſeu columnas pro rerum monomentis veteres ſtatuebant, ſæpe poſt fuſos exercitus pro trophæo: ſæpiſſimè verò pro ſignandis locorum ſpatiis. Vnde ſæpe apud Latinos ſcriptores primo, ſexto, aut decimo ab vrbe lapide. *Leuca. Ammianus.* Sed & Leucas ſcribit Ammiaous, ſicut vulgò, Græca origine, quod albis lapidibus primùm ſignatæ fuerint: aitque Leucam quartam & decimam XXI. millia paſſuum continere Galla dimenſione. *Iornandes.* Iornãdes Gothus Leucã Gallicam metitur mille & quingentis paſſibus. Hîc lapis pro trophęo ſumitur. *Pauſanias.* Iam verò quibus Ethnici trophæa ponere conſueuiſſent docet Pauſanias cũ alibi ſæpius, tum etiam in Arcadicis. Ac Deos quidẽ, inquit, præliis hominũ ac cędibus intereſſe ſolitos, teſtãtur quicunq; Heroũ apud Iliũ caſus perſequuti ſũt.

Prædicant Athenienſes, ad Salaminem & Marathouem præſtò ſibi Deos fuiſſe. Nihil verò certius quam ab Apolline, & patriis diis deletum apud Delphos Gallorum exercitum. Mantinenſes viſum in prælio Neptunum dimicantem pro ſuis partibus memorant, quare etiam eidem trophæum ſtatuerunt.] Tacitus item de Germanico Cæſare lib. 2. Annal. cap. 2. Laudatis, inquit, pro concione victoribus Cæſar (Germanicus) congeriem armorum ſtruxit, ſuperbo cum titulo, *Debellatis inter Rhenum Albimque nationibus, exercitum Tiberij Cæſaris ea monimenta Marti & Ioui & Auguſto ſacrauiſſe.* De ſe, inquit, nihil addidit, metu inuidiæ, an ratus conſcientiam facti ſatis eſſe.] Multò maiore modeſtia & religione Samuel, non exercitus gloriam, ſed Dei beneficium, erecto quaſi in trophæum titulo, poſteritati teſtatum reliquit. Cæterùm, ob eam cauſam, quòd diis fautoribus ab Ethnicis trophæa dicarentur, idcirco ne hoſtibus quidem ea reuellere conceſſum eſt: Sed perpetua manebant autore diabolo, primùm quidem monimenta victoriarum, deinde etiam fomenta inimicitiarũ: ita vt ſatis firma in poſterum pax & concordia ſperari non poſſet, cùm olim acceptæ iniuriæ memoria ſemper in oculos incurreret. Propterea igitur Macedones ab iis abſtinebant, nec vllum vnquam Philippus de Græcis aut Barbaris, Alexander de Dario vel Indis trophæum ſtatuerunt. Ratio hæc fuit, vt cum quibus bellum gererent, poſſent aliquando in gratiam redire. Teſtis Pauſanias in Bœoticis. At contra Samuel nouerat Iudæos cum Philiſthæis nullo vnquam tempore licere reconciliari, & ideo prudenter trophæum excitauit. Excitandi verò cauſa ſanctus Iſidorus Origin. lib. 18. cap. 2. in hunc modum tradit. Trophæum dictum ἀπὸ τῆς τροπῆς, id eſt, conuerſione hoſtis & fuga. Nam ab eo quod hoſtem quis fugaſſet merebatur trophæum: quod occidiſſet triumphum, qui dictus eſt, ἀπὸ τῆς θριάμβου, id eſt ab exultatione. Plenæ enim victoriæ triumphus debetur: ſemiplenæ trophæum, quia nondum plenam eſt conſecutus victoriam. Non enim obtinuit, ſed fugauit exercitum. Hæc tamen nomina ſcriptores confundunt. Tranquillus autem triumphum Latinè dicit potius appellatum, quod is qui triumphans vrbem ingrederetur, tripartito iudicio honoraretur. Nam primum de triumpho duci concedendo exercitum iudicare ſolitum erat: 2. ſenatum: 3. populum. Qua forma autem trophæa componerentur, docet Fabricius in ſua Roma, vbi de Marij trophæis agens ſcribit in hunc modum: Inter templa S. Euſebij, & S. Iuliani in Eſquilino, moles lateritia, in qua bina trophæa ex marmore. Sunt autem trunca corpora cum ſpoliis, quorum alterum thorace ſquamoſo indutum, cum ornamentis militaribus, & clypeis, ante ſe habens iuuenem captiuum, brachiis ad tergum reuinctis, & vndique alatas victorias. Alterum armis militaribus ornatum, inter quæ clypei inæqualiter rotondi, galea aperta cum cono & criſtis, & altera ſine criſtis clauſa. In eodem ineſt forma chlamydis & alia quædam quæ marmore detrito & corrupto cognoſci ſatis non poſſunt. Locus ille hodie Cimbricum vocatur, quia de Cimbris trophæa illa ſunt erecta. Hæc Fabricius de forma ſeu ſchemate Romanorum trophæorum. Iudæis, vt arbitror, non niſi nudo lapide collocare licuit, ob periculum ſuperſtitionis, nam vel vitulum, quo genere animantis nihil ad fingendam diuinitatem ineptius eſſe poteſt, excolere gens illa parata fuit, ſi in illius imaginem aliquam incurriſſet. Imò ne illud quidem periculo caruit. Siquidem, vt autor eſt Pauſanias in Achaicis, etiam rudes lapides olim apud Græcos, perinde vt ſimulacra diuinos honores obtinuerunt: quales fuiſſe Pharis, Achæorum oppido, triginta, quadrangula figura, pro diis totidem cultos commemorat. Sed aderat ſcilicet qui populum tituli ſignificationem doceret, idem qui ſtatuebat: nec contra legem feciſſe credendus eſt, quæ vetat titulos excitari: cùm non ea mente aut conſilio erexerit, vt coleretur. Ex quo videtur colligi, non imagines, ſed abuſum imaginum ſuperſtitionemque prohiberi. Non enim magis imaginibus, quàm titulis, & erectis lapidibus lege interdictum eſt. Leuitici 26. *Ego Dominus Deus veſter: Non facietis vobis idolum & ſculptile, nec titulos erigetis, nec inſignem lapidem ponetis in terra veſtra, vt adoretis eum.* Ante legem promulgatam, Iacob erectum lapidem in titulum, oleoque delibutum, religioni conſecrauit: nec propterea tamen vlla ſuperſtitionis labe aſperſus eſt. Geneſ. 28.

Porrò illud quoque notandum eſt, trophæũ victoriæ à Deo conceſſæ ingenti aliquo ſilice fuiſſe conſtitutum, quem à præſtito diuinitus auxilio Samuel nominauit, illud ſcilicet innuẽs, conſtantia opus eſſe, vt diuina beneficia tuearis: quæ vbi aderit, nuſquam diuinum auxilium defuturum. Hoc item docet, in rerum proſpero ſucceſſu modum eſſe ſtatuendum, nec vltra quàm par ſit, aut Deus iuuet, eſſe progrediendum. Sæpe enim virtus, quam aduerſa, vt aiunt, fortuna excitat, alit, & promouet, ſecunda labefactat.

Hvcvsqva *nobis auxiliatus eſt Dominus.*] Quouſque tandem? ſcilicet vſque ad columnas Herculis, quas in vtroque mundi limite, terrarum orbe deuicto conſtituit. Imo intra ſpatium breuiſſimum. Sed cur non vltra? An quia fata prohibebant? Sed fatorum Deus eſt arbiter: ſolus illa ſua autoritate fixit. An quia Deus aliquis Terminus, qui nulli cedit, imperium vltra proferre vetabat? Sed quotidie limites loco moueri mutarique cernimus. Habuit quondam ſuos limites Romanum Imperium: Illyricanum, Ægyptiacum, Rheticum, Cod. de Anno. lib. decimo, l. 5. & alibi ſæpius. Horum nullus Barbarorum impetum cohibere valuit, ſed dudum omnes aut ſuſtolerunt aut exararũt. An quia portæ Caſpiæ iter intercludebant? ſed illas Nero ſe poſſe reſerare aliquando comminatus eſt. An quia Pyrenæi ſcopuli, aut Alpium iuga cæptis obſtabant? Sed illa quoque Annibal igne, ferro, & aceto domauit. An quia mare terram finiebat? Sed illud quoque populo ceſſit, cùm Deum ducem & autorem nactus

Trophæum. Tacitus. S. Iſidorus. Suetonius. Fabricius. Pauſanias. *Probantur imagines.* *Tropologia.* Cod. de Anno.

Pauſanias.

eſſet. An quia fortè, ſicut olim Tiſameno Elæo A oraculum reſponderat, quinquies illum victoria potiturum, vt eſt apud Pauſaniam in Laconicis, & Spartiatæ factum confirmant: Sic quoque Samuel nouerat diuino munitu quotiens, & quatenus populo Deus opem ferre ſtatuiſſet, idque declarat his verbis, quibus diuini auxilij magnitudinem modumque circumſcribere videtur? Apparet. Nam & poſtea Eliſæus, cùm iam morti vicinus à Rege Iſraël Ioas flebili voce interpellaretur: Pater mi, Pater mi, currus Iſrael, & auriga eius: vnam atque alteram, tertiam denique de Syris victoriam pollicitus eſt. Sed quare Deus victoris populi imperium tam anguſtis finibus coercere voluit? non vtique quod illum vires deficerent, B qui, vt eſt in Scripturis, mundi machinam tribus digitis appendit: ſed quod egit populi leuitas atque inconſtantia: cui dum remedium quæritur, optima viſa eſt rerum mediocritas, ne citò proſperis inſoleſceret. Deinde metus illis neceſſarius erat, vt poſſent in officio contineri. Et propterea Philiſthæos Deus noluit ſuis ſedibus exturbari, ne metu ſoluti licentius in vitium ruerent. Poſtremò id eo factum conſilio arbitror, vt illi primùm, deinde nos quoque intelligeremus, nullo vnquam tempore, præſertim quod ad ſalutis æternæ rationem attinet, nobis hoſtem defuturum. Etſi namque diuina clementia nos eouſque iuuat & protegit, vt victores dio & eſſe poſſimus: perpetuo C tamen voluit obiici periculo, ne qua fortè ſecuritas & confidentia nos à Dei cultu ad ſectandam libidinem auocaret.

4. Reg. cap. 13.

VERSVS 13.

Et humiliati ſunt Philiſthiim, nec appoſuerunt vltrà vt venirent in terminos Iſraël: facta eſt itaque manus Domini ſuper Philiſtæos, cunctis diebus Samuelis.

Qua vera quaue inutilis pænitentia.

ET *humiliati ſunt.*] Sic intellige tantopere clade illa attritos fuiſſe, vt fracto atque abiecto animo euaderent, non autem quod reſipuerint, aut anteactæ vitæ erroriſque ſui eos D pœnituerit. Nam quis eius pænitentiæ fructus extiterit, ſcriptura ſatis indicat: nimirum, quòd poſtea auſi non ſint pro more ſuo in terminos Iſrael irrumpere; non autem quod culpam confeſſi, aut ſuperiorum temporum ſuperſtitione damnata, veri Dei cultum complexi ſint. Hæc ſcilicet propria eſt, & vulgaris malorum omniũ pænitentia, vt viribus fracti tantiſper peruerſè agere deſinant, donec calamitate obruantur. Ex qua ſi quãdo detur emergere, intermiſſa quamprimùm facinora repetunt, & præteriti temporis ſæuitiam nouo crudelitatis genere ſuperant. Non eſt itaque legitima illa pœnitentia quam ſolus pænæ timor extorquet, aut imponit denegata nocendi licentia. Seruorum illa eſt, non filiorum Dei. Quorum pœnitentiam etſi metus, A qui de ſupplicij formidine naſcitur, adiuuet, amor tamen præcipuè & illius ſuauiſſima charitas, quem ſemper optimum experti ſunt, voluntatis propoſitum cõmutat in melius: ita planè, vt quamuis latendi ſpes foret, toto tamen animo ac mente à ſcelere abhorrerent. Philiſtei igitur, quibus ablata facultas non melioris vitæ votum inſpirauerat, ſed populandi conſuetudinem abrogauerat: ne deinceps populo modeſtiã exhiberent, infelici rerum ſuarum ſucceſſu perpetuò oppreſſi ſunt. Tantum enim caſti iudicis æquitas atque innocentia apud Deum gratia atque authoritate valuit, vt inimicos gẽtis ſuæ, ne quod illi negotium facerent, tanquam feras indomitas fræno ac cancellis cohiberet. Ex quo B apparet, principis ſiue rectoris pietas atque religio ad protegendam Rempublicam quantum momenti habeat. Etenim armorum peritia belliciſque artibus longè ſuperior eſt, & quibuſuis militum præſidiis, arciumve propugnaculis ſua ſecuritate præferenda. Poſſunt nãque impoſitæ rupibus moles, aut cuniculis ſubrui, aut machinis diſiici: milites etiam pauore, ſpe, pretio, pollicitationibus expugnari poſſunt, &, vt ſint ſingulari quadam fide præditi, infinitis tamẽ ſumptibus atque immenſa diligentia opus eſt, ad eos in officio continendos. At verò pietas, quæ Deum cuſtodem nacta eſt, ſecurè, vt aiunt, dormit in vtramque aurem. Ille namque Angelos C in ſpeculis collocat, & excubias agere præcipit, qui cùm ſolo ſpiritu conſtẽt, ſomno conniuere non poſſunt: nec hoc feciſſe contentus, per ſeipſum, tanquam circitor aliquis, ſuo nos lumine colluſtrat: ſic vt nullus aditus hoſtibus patere vnquam poſſit.

Pietas & religio certiſſimum reip. præſidium.

CVNCTIS *diebus Samuelis.*] Vermilios. Hoc, inquit, intelligendum eſt, cùm eſſet ætate integra. Nam cùm iam grãdis eſſet natu, & filij eius non rectè imperarent: atque ea cauſa populus relapſus eſſet ad idola, Palæſtini iterum inſtaurant bellum. Itaque indicto conuentu populus deliberare cæpit de creando Rege. Hæc ille.

Vermilius.

VERSVS 14.

Et redditæ ſunt vrbes quas tulerant Philiſthiim ab Iſraël, Iſraëli ab Accaron vſ- D que Geth, & terminos ſuos: liberauitque Iſraël de manu Philiſthinorum, eratq; pax inter Iſraël & Amorrhæum.

VERMILIVS. Iſtæ ciuitates pertinebant ad tribum Iuda, vt apparet ex lib. Ioſue c. 15. Ioſephus ait Samuelem multis expeditionibus mouiſſe in Palæſtinos. Vnde apparet, eum verè fuiſſe, & iudicem populi, & imperatorem militarem. Iudæi plus obtinent à Domino, quã ſperabant. Non enim tantum ſe vindicant in libertatem, ſed etiam frangunt hoſtes, recipiunt ciuitates, quas ante amiſerant, & cum finitimis nationibus pacem conſtituunt. Hoc tanquam ſpeculum nobis ſemper ante oculos proponi debet. Magna enim ſubit conſolatio in rebus aduerſis,

Vermilius.

Ioſephus.

A aduerſis, cùm intelligimus Deum nobis plus etiam quam ſit pollicitus, velle largiri. Hæc Vermilius. Quemadmodum captæ vrbes iure belli cedunt victoribus in poſſeſſiooem, ita & iure belli, cùm repetiro certamine idem qui victor erat, vincitur & profligatur, eædem recuperatorio iure recipiontur. 4. Reg. cap. 13. *Ioas Rex Iſrael*, inquit Scriptura, *filius Ioachaz, tulit vrbes de manu Benadab filij Hazael, quas tulerat de manu Ioachaz patris ſui iure prælij: tribus vicibus percuſſit eum Ioas, & reddidit ciuitates Iſrael.* Porrò iure gentiom vincentiom eſſe omnia quæ victorum ſuerint, & vrbes, & agros, cunctaſque opes & commoda docet Cyrus apud Xenophontem, Cyropæd. lib. 7. Nam poſt deuictam captamque Babylonem, viri, inquit, amici atque ſocij diis quidem immortalibus magna eſt gratia, quòd dederint ea nobis conſequi, quibus putauimus nos eſſe dignos. Nunc etenim habemus & ſolum multum & bonum, & qui hoc colentes nos alent. Habemus etiam ædes, & in his apparatus: neque quiſquam veſtrum hoc habens exiſtimet aliena ſe habere. Lex eſt enim inter omnes homines perpetua, quando belligerantium vrbs capta fuerit, cuncta eorum eſſe qui ceperunt, & corpora eorum qui in vrbe ſunt, & pecunias. Nullo modo iniuſtè poſſidebitis, quodcunque poſſideatis. Sed pro humanitate non abſtuleritis, ſi quid habere eos ſinitis.

Xenophon. *Victori cedunt omnia.* B

ERATQVE *pax inter Iſrael & Amorrhæum.*] Cruêtam victoriam pax alta ſecuta eſt. Quæ eo lætior Iſraelitis contigit, quo diutius ab eis exularat. Meritò igitur dicere poterant quod ille aliquando cecinit. C

Seneca in Thyeſte act. 3.

Otium è tanto ſubitum tumultu
Quis Deus fecit? modò per Mycenas
Arma ciuilis crepuere belli.
Pallidæ matres timuere natis,
Vxor armato timuit marito,
Cùm manum inuitus ſequeretur enſis,
Sordidus pacis vitio quietæ:
Ille labentes renouare muros,
Hic ſitu quaſſas ſtabilire turres,
Ferreis portas cohibere clauſtris
Ille certabat, pauiduſque pinnis
Anxiæ noctis vigil incubabat.
Peior eſt bello timor ipſe belli.
Iam minæ ſæui cecidere ferri,
Iam ſilet murmur graue claſſicorum,
Iam tacet ſtridor litui ſtrepentis,
Alta pax vrbis reuocata læta eſt.

R. Kimhi. R. Kimhi ait, inquit Vermilius, ſe neſcire, quod bellum Iudęi habuerint cum Amorrhæis: niſi fortè, dum Iudæi pugnarent in Palæſtinos, illi interim impreſſionem fecerint in Danitas. Per Amorrhæos autem Ioſephus intelligit omnes Chananæos. Reſpubl. amiſſa per *Ophni, & Phinees* ounc inſtauratur in integrum per Samuelem. Tantum momenti eſt in magiſtratu bono. Itaque rectè dictum eſt à Platone, fœlices fore Reſpublicas, ſi aut Philoſophi imperent, aut Imperatores ſtudeant Philoſophiæ. Hæc Vermilius.

A

An Pænitentia extincta per peccatum merita recuperet, & quo modo.

CÆTERVM, quod ad ſenſum moralem ſpectat, ſic Deus delet peccata verè pœnitentium, inquit S. Chryſoſtom. Homil. 80. ad populum Antioch. vt ne veſtigium quidem relinquat. In corporibus quidem hoc non licet, quin etiam ſi millies medicus elaborer, & imponat vulneri remedia, vulnus quidem tollit, cicatrix verò remanet, vulneris circumſerens argumentum, aſpectus deformitatem: & licet in infinitum medicus contendat, non tamen cicatricem delere poteſt. Ipſa namque naturæ repugnat imbecillitas, & artis impotentia, vilitaſque medicameotorum. Deus autem cùm delet peccata, neque cicatricem relinquit, neque permittit remanere veſtigium: ſed cum ſanitate pulchritudinem quoque reſtituit, cum liberatione à pœna dat & iuſtitiam, & præuaricatum non præuaricato ſimilem reddit. Si namque vel infinita quis habens vulneta, pœnitentiam egerit, & aliquid ſcecerit boni, ſic eadem delet, vt neque cicatricem, neque veſtigium, neque peccatorum oſtendat initium. Hactenus ille Sanctus. In quam ſentêtiam etiam meminiſſe iuuabit perditi illius ac luxurioſi nepotis, filij Patris familias, qui cùm profuſis ſumptibus, cum probro ac dedecore conceſſum ante tempus patrimonium obliguriſſet, pœnitentiæ beneficio non modo cum patre in gratiam rediit, verumetiam paterna indulgentia ſtolam primam, annulumque, priſtinæ fœlicitatis ornamenta recepit: quemadmodum non ſine ſpe conſimilis veniæ Chriſtus refert, & pœnitentibus inculcat Luc. 15. Apoſtolus autem ad Galat. cap. 3. hoc idem polliceri videtur, nimirum, peccatoribus, ſi verè & ex animo eos pœnituerit, merita, quæ Dei gratia ante peccatum conſecuri eſſenr, in integrum ſore reſtituenda. Sic enim ait: *tanta paſſi eſtis ſine cauſa? ſi tamen ſine cauſa.* In quem locum S. Hieronymus. Quicunque, inquit, ob Chriſti fidem laborauerit, & poſtea lapſus fuerit in peccatum, ſicut priora dicitur paſſus fuiſſe ſine cauſa, ſic rurſus non perdet ea, ſi ad antiquum ſtudium reuertatur. Sanctus item Chryſoſt. interpretatur, qood non fruſtra laborauit peccator, ſi reuocet animum, & agat pœnitentiam. Eſtque communis hæc expoſitio interpretum in hunc locum: S. Athanaſij, Sedulij, Anſelmi, Thomæ Aquinat. Quod iterum confirmatur ad Hebræos 6. *Non enim*, inquit Apoſtolus, *iniuſtus Deus, vt obliuiſcatur operis veſtri.* Quæ verba in eandem ſententiam Scholiaſtæ frequẽtes exponunt, quos referre longum eſſet, nec videtur in dubium reuocari poſſe, cùm probetur communi aſſenſu omniom Scholaſticorum. Verùm nõ vno eodẽque modo id fieri pariter interpretantur, ſed diuerſas exponẽdi rationes ſecuti, in contrarias opiniones abierunt: quas ego nihil moror, vnius S. Thomæ veſtigiis inhærens, quẽ certiſsimũ ducem ſemper eſſe duxi. Ille igitur, quantum ex doctrina illius colligere poſſumus,

S. Ioannes Chryſoſt.

Pœnitentia vis maxima.

B C

Virtutes & merita pœnitenti reſtituuntur.

S. Hieron.

D

S. Chryſoſtomus, & alii plures.

S. Thom.

Digitized by Google

ERAT PAX INTER ISRAEL, &c.

A tantam eſſe pœniteodi vim ait, vt ſimul eum graria virtutes quoque & operum merita recuperentur. Id quod aſſerit grauiſſimo Ioelis Propheræ teſtimonio fretus, quo Dominum dixiſſe refert: *Conuertimini ad me in tota corde veſtro, &c. & reddam vobis annos quos comedit locuſta, bruchus & rubigo & eruca*: id eſt, vbertatem meritotum, vt gloſſa notat. Nam quod ad virtutes attinet, illæ gratiam conſequuntur. Ex gratia namque, vt idem ait art. 1. virtutes omnes gratuitæ manant, ſicut ex eſſentia animæ fluunt omnes potentiæ animæ: ſic enim ab eodem in 1.2.p. probatum eſt, q. 110. art. 4. Merita verò proprerea reuiuiſcere dicuntur, quod lethali culpa extingui minimè poſſint. Non enim ipſum bonum opus, quod aliquis Deo authore B edidit, actu perpetuo manet: quo genere per peccatum tolli omnino poterat: ſed poſtquam agi deſierit, merito adhuc vigere ac ſupereſſe cenſetur, quod non aliud eſt, quàm conceſſum illi operi ius & authoritatem æternæ vitæ capeſſendæ permanere, quod vbi Deus ſemel ratum habuit, ſententiam minimè reuocat: nec poteſt aliter ius illud impediri, quàm ſi contraria actione eidem vir deroget, quæ vt primùm ſublata erit, datur in integrum reſtitutio. At verò pœnitentiæ remedio, quodeuoque tale eſt, quod virtuti prouidere, aut æternæ fœlicitatis aditum præcludere poteſt, perfectiſsimè reſcinditur: & quicquid in contrarium quocunque C tempore actum erit, remiſsioue culpæ atque indulgentia irritum fit & abrogatur. Ex quo demum ſequitur, vt iuri recuperatorio meritorũ, nullum ex præcedentis delicti iniuria præiudicium fiat. Sed quoniam non vno gradu, vt ita dicam, gratia conſtar, ſed in plures inæquali ſorte diffuoditur: idcirco quęri ſolet, num pari menſura ſemper recipiat, qui reſurgit, ei quam aute lapſum obtinuerat. Negat D. Thomas, niſi ad eam quoque par voluntatis contentio adhiberetur. Et ſi namque non æqualem modò, verumetiam copioſorem gratiam imperturi Deus paratus ſit, ſæpe tamen voluntatis remiſsione ac negligentia fit, vt minor conferatur. Non enim ad eam rẽ ſola diuinæ bonitatis clementia requirirur, ſed etiam humanæ voluntatis diſpoſitio poſtulatur, quæ tamen non ſine diuino auxilio cõparari poreſt. Cùm igitur motus ille liberi arbitrij ſeu volũtatis ſtudiũ, quod D eſt vltima ſuſcipiendæ gratiæ diſpoſitio, tanquã vice materiæ fungatur, ſiue ſobiecti recipientis: Pro modo ſuo ac mẽſura gratiam percipiet, nõ iuxta diuinæ prolixitatẽ bonitatis, quæ nullis finibus circunſcribitur. Manifeſtum eſt enim, vt ait art. 2. quod formę, quæ poſſunt recipere magis & minus, intenduntur & remittũtur ſecundum diuerſam diſpoſitionem ſubiecti. Ac proinde etiam, ſi remiſsior erit, vt fieri poteſt, in ipſo pœnitentiæ ſtadio, quàm antea in ſtatu innocentiæ extiterit, inferior quoque gratia reparabitur. Quæ licet æternæ menſura ſit futura gloriæ, quoad præcipuã eius rationẽ attinet, reſtituta tamen bonorum operũ gloria, ſubſequentium poſt pœnitentiam gaudium, ſi minus charitate fulſerint, longè ſuperabit: quod ad præmium, vt inquit, accidentale pertinet.

An par menſura gratia reſtituatur.

Gratia pro bona voluntatis ſtudio ac cõtentiane recuperatur.

IVDICABAT QVOQVE SAMVEL, &c.

VERSVS 15.

Iudicabat quoque Samuel Iſraëlem cunctis diebus vitæ ſuæ.

Vermilius.

VErmilius. Samuel dicitur iudicaſſe populum omnibus diebus vitæ ſuæ, non quòd iudex fuerit ſtatim à puero: ſed quòd ex quo tẽpore creatus eſt iudex in Maſphath, ſemper retinuerit magiſtratũ: fuit enim non temporarius Iudex, ſed perpetuus. Si credimus Rabinis, præfuit populo tredecim annos: idq. cũ hiſtoria ſatis conuenit. Sed ſurrogauit, inquies, ſibi filios. Verum. At nõ abrogauit ſibi magiſtratũ. B Sed poſtea vnxit regẽ Saulẽ. An ne tũc quidem deſijt iudicare? Non. Nã quãuis Saul eſſet Rex, tamẽ ille remanſit iudex. Erat enim quodãmodo rex regũ, nam & Saulẽ vnxit regem, & poſtea Dauidẽ. Id autẽ fecit, ne regnũ ad quoſuis homines peruenirer, atq. hoc pacto excluſit liberos ſuos ab omni ſpe regni. Sed quo in ſtatu erant res Iſraeliticæ, ſi Samuel quoque retinebat magiſtratũ? Dicã: Saul habuit magiſtratũ ordinariũ, Samuel verò extraordinariũ. Deus enim ſubinde excitabat iudices, tanquam dictatores, qui alios magiſtratus coercerẽt. Itaque Samuel Saulem regem publicè increpat: & illo viuente vnxit Dauidem: & coram Saule Agagũ captiuũ C iuſsit occidi. Itaque cùm cõmotus in Saulẽ ab eo diſcederet, ille eum orauit, vt ſe honoraret coram populo. Hæc Vermilius.

Perperam, vt videtur, probat Rabb. ſententiã de rempore Samuelis, cùm iam ſenex filios ſubſtituerit, & Saulẽ regẽ vnxerit. Extraordinarius autẽ Magiſtratus, ſi ſit perpetuus, nõ bene illi cum regia maieſtate conueniet: vix enim regiũ quidquã, præter ipſum nomen, in regibus Spartiatis agnoſcimus, quos Ephori iudicabãt. Ex quibus autem iudicem perpetuum conatur aſſerere, nos tantùm Prophetam agnoſcimus, cui tamen ſuperior ætas authoritatis plurimum contulerit. Nam & Ahias Silonites, & Eliſæus reges inſtituerunt: & Elias Achab, & vir Dei Ieroboam, aliique plures Reges palàm arguerunt, auctoritate legationis ſuæ, non poreſtate magiſtraros. Clauſula itaque illa nihil aliud ſignificat, quàm eo munere perfunctum fuiſſe, D donec ætas tulit, curiſque ac laboribus, quæ tantum magiſtratum comitantur, par idoneuſque eſſe potuit, exinde enim non tam viuere, quàm mortem meditari cœpit.

Icon viri ſapientis & iuſti, ſiue Samuelis commendatio.

NVSQVAM igitur Samuel officio defuit: ſed, cùm eſſet virtutum omnium numeris abſolutiſsimus, contemplationis pulchritudinẽ ſimul cum vtilitate politica mirifice coniunxit. Sic ille Deum coluit, vt ciuium memor eſſet: ſic cum hominibus in terra verſatus eſt, vt cum Deo potius agere videretur. Summam in vtroque laudem conſequutus eſt: nam & Propheta ſanctiſsimus, & iudex æquiſsimus eſt habitus. Denique plus ille virtutis ſuis moribus

Samuel maiorem virtutem ſuis moribus expreſſit, quàm penè Philoſophia fingere auſa eſt.

A expreſſit, quā penè Philoſophia fingere auſa eſt. Plotinus inter Philoſophiæ profeſſores vnà cū Platone princeps, libro de Virtutibus, Quatuor ſunt, inquit, quaternarum genera virtutum. Ex his primæ politicæ vocantur: ſecundæ Purgatoriæ: tertiæ, animi iam purgati: quartæ exemplares. Hæc Plotinus ad opinionem ſapiētiæ commentus eſt, cùm nullum tale exemplum apud ſuos obſetuaret. Neque enim quiſquam Philoſophus aliquādo tot virtotum laude floruit: ſed vnus Samuel diuino beneficio omnē gloriam adeptus eſt, quam in viro ſapiēte Plotinus abſq; errore deſiderauit. Qui cum illas ſuas virtutes ſtylo planè philoſophico deſcriberet, iiſdē mihi Samuelis ingenium, ſtudia, & mores poſteritati cōmendare velle viſus eſt. Sic autē incipit.

Plotinus. *Quatuor genera virtutum.*

Virtutes Politica.

B Virtutes Politicæ ſunt hominis, quia ſociale animal eſt. His boni viri Reip. conſulunt: vrbes tuētur. His parētes venerātur: liberos amant: proximos diligunt. His ciuium ſalutem gubernant: his ſocios circūſpecta prouidentia protegunt, iuſta liberalitate deuinciūt. Hiſque ſui memores alios fecere merendo. Et eſt Politicæ prudentiæ, ad rationis normā, quæ cogitat, quæq; agit, vniuerſa dirigere: ac nihil præter rectum velle, vel facere: humaniſque actibus tanquam diuis arbitris, prouidere. Prudētiæ inſunt ratio, intellectus, circunſpectio, prouidentia, docilitas, cautio. Fortitudinis eſt, animum ſopra periculi metum agere: nihilque niſi turpia timere: tolerare fortiter vel aduerſa vel proſpera. Fortitudo præſtat magnanimitatem, fiduciam, ſecuritatem, magnificentiam, conſtantiam, tolerantiam, firmitatem.

C Temperantiæ, nihil appetere pænitendum: in nullo legem moderationis excedere: ſub iogo rationis cupiditatem domare. Temperantiam ſequuntur modeſtia, verecundia, abſtinētia, caſtitas, honeſtas, moderatio, parcitas, ſobrietas, pudicitia. Ioſtitiæ, ſeruare vnicuique quod ſuum eſt. De ioſtitia veniont, innocentia, amicitia, cōcordia, pietas, religio, affectus, humanitas. His virtutibus vir bonus, primùm ſui, atque inde Reip. rector efficitur, iuſtè ac proinde gubernās humana: diuina non deſerens. Hactenus Plotinus de primis virtutibus, quæ ſummæ ſēper in Samuele fuerunt: nam & Remp. ſingulari prudentia vnà cum religione reſtituit, & præcipua animi fortitudine ciuiom quidem libidines atq; idololatriam cohibuit, hoſtium antem vires fregit atque audaciam. Iuſtitiam autem eius atque temperantiam populus ipſe, quem rexit, ſatis

D ſuo teſtimonio prædicat infra cap. 12. Poſt hæc Plotinus de ſecundis diſſerit, quas Purgatorias vocāt, quæ ſunt hominis vt inquit, qoi diuini capax eſt: ſolūque animom eios expediūt, qui decreuit ſe à corporis cōtagione purgare: & quædam humanorum fuga, ſolis ſe inferre diuinis. Hæ ſunt otioſorū, qoi à Rerump. actibus ſe ſequeſtrant. Harom qoid ſingulæ velint, ſic expreſſit. Prudentiæ eſſe mundū iſtum, & omnia quæ mundo inſunt, diuinorum contemplatione deſpicere: omnēque animæ cogitationē in ſola diuina dirigere. Temperātiæ, omnia relinquere, in quantum natura patitur, quæ corporis vſus requirit. Fortitudinis, non teneri animam à corpore quodam modo ductu Philoſophiæ recedē-

Virtutes Purgatoria.

I.

A tem, nec altitudinē profectæ ad ſuperna aſcēſionis horrere. Iuſtitiæ ad vnam ſibi huios propoſiti conſentire viā vniuſcuiuſque virtutis obſequium.] Hæc omnia ſic à puero Samuel cōplexus eſt, vt in vno diuinæ virtutis cultu conquieſceret: ſic mundū ipſe contempſit, vt quod modeſtiſsimè omnium ferunt ſenes, ſeni ſibi imperium abrogari curauerit, & abdicatis filiis ac nepotibus in alienā familiā transferri. Quam conſtanter Temperantiæ ſtuduerit, illud argumēto eſſe poteſt, quòd Heli filiorum corruptelis, licet admodum iuuenis, capi nō potuit. Reliqua etiā vita ſanctè & innocenter acta, ſatis oſtendit, id vnū ſemper omnibus ſuis rationibus ſpectaſſe, vt cæleſti vita dignos haberetur. At tertiæ virtutes ſunt, inquit, purgati iam defæcatique animi, & ab omni mūdi huius aſpergine preſsè pu-

Virtutes purgati iam animi.

B reque deterſi. Illic Prudētiæ eſt, diuina non quaſi in electione præferre, ſed ſola noſſe, & hæc, tāquam nihil ſit aliud, intueri. Temperantiæ, terrenas cupiditates non reprimere, ſed penitus obliuiſci. Fortitudinis, paſsiones ignorare, non vincere, vt neſciat iraſci, cupiat nihil. Iuſtitię, ita cum ſuperna & diuina mente ſociari, vt ſeruet perpetuum cum eo fædus imitādo. Hæc de tertiis Plotinus. Quæ quanquam huius vitæ eſſe non videantur, ſed Platonicam, aut etiam hæreticam nonnullorum redolere dementiam, qui miſcētes cæleſtia terrenis, & ęterna tēporalibus mortalē fingunt ex omni parte beatum: attamē quoad licet, & fas eſt in hac fæce morātibus diuina ſpirare, non dubites, Samuelem in ſuo illo

C ſeceſſu ac quiete, quibus poſt abdicatum imperium frui cœpit, ſumma omnia eſſe cōſequutū. Quartæ tandem exemplares ſunt, vt idem ſubdit, quæ in ipſa diuina mente conſiſtuot, quam diximus νοῦν vocari: à quarum exēplo reliquæ omnes per ordinem defluunt. Nam ſi rerū aliarum, multò magis virtutum ideas eſſe in mente credendum eſt. Illic Prudentia eſt mens ipſa diuina. Temperātia, quæ in ſe perpetua intentione cōuerſa eſt. Fortitudo, quæ ſemper idem eſt, nec aliquādo mutatur. Iuſtitia, quæ perenni legeà ſempiterna operis ſui continuatione non flectitur. Hæc ſunt quaternarum quatuor genera virtutum, quæ præter cætera, maximam in paſſionibus habent differentiam ſui. Paſsiones autem, vt ſcimus, vocantur, quod homines metuunt cupiuntq;, dolēt gaudentque. Has primæ molliunt: ſecūdæ auferunt: tertiæ obliuiſcūtur:

Virtutes Exemplares.

D in quartis nefas eſt nominari.] Huc uſque Plotinus, cuius verba Macrob. l. 1. in Somniom Scipionis latina fecit. Cæterùm hæ virtutes, vt colligit idem Macrobius in fine lib. 2. interdum dioiduntur, nonnunquam verò miſcētur, cùm vtrarumque capax, & natura & inſtitutione animus inuenitur. Quamobrem hominum virtute præſtantium tres ordines ſtatuit: nam aot ſciētia vigēt, aut rebus geſtis florent, aut vtroque pollēt. Pythagoras nobis in primo genere ponatur, qui agendi neſcius, fuit artifex diſſerēdi: & ſolas doctrinæ & conſcientiæ virtutes ſequutus eſt. In ſecundo Romulus: cuius vita nunquā virtutes deſeruit: ſemper exercuit. Sint in tertio, ac mixto genere apud Græcos Lycurgus & Solō: inter Romanos Numa, Catones ambo, multiq;

Macrobius

alij, qui & Philoſophiam hauſerunt altius: & firmamentum Reipub. præſtiterunt.] Hos omnes in omni genere longè ſuperaoit Samuel, qui & Reipub. ſapienter moderatus eſt, & contemplationis ſtudiũ ſummopere coluit, auctus præter cæteras virtutes prophetandi munere, quo ſemper humana Philoſophia caruit, & religioſiſſimis etiam viris perſæpe negatum eſt. Quis igitur non illum ſapiẽtiſſimum, ac fortiſſimum, beatiſſimumque eſſe prædicabit?

VERSVS 16.

Et ibat per ſingulos annos circuiens Bethel & Galgala & Maſphath: & iudicabat Iſraëlem in ſupradictis locis.

IBAT *per ſingulos annos.*] Solem ſcilicet imitatus, qui perpetuo circuitu, non modò quotidie vtriuſque hemiſphærij prouincias luſtrat: verum etiam ſingulis annis extremos duos tropicos, mediumque ſolſtitium reuiſit. Annum

Macrobius. verò ad hunc modum deſcribit Macrob. l. 1. Saturnal. Caius Cæſar imitatus Ægyptios, ſolos diuinarum rerum omnium conſcios, ad numerum ſolis, qui diebus trecẽtis & ſexaginta quinque & quadrante curſum conficit, annum dirigere contendit. Nam ſicut lunaris annus menſis eſt, quia luna paulominus quàm menſem in zodiaci circuitione cõſumit, ita ſolis annus hoc dierum numero colligendus eſt, quem peragit dum ad id ſignum ſe denuò vertit, ex quo digreſſus eſt: vnde annus vertens vocatur; & habetur magnus, cùm lunæ annus breuis putetur. Horum Virgilius vtrumque complexus eſt.

Annus quid, & vnde dictus.

Interea magnum ſol circumuoluitur annum.

Hinc Arteius Capito annum à circuitu temporis putat dictum, quia veteres *an* pro circum ponere ſolebant, vt Cato in Originibus oratorum, an terminum, id eſt circum terminum, & ambire pro circumire. Iulius ergo Cæſar decem dies obſeruationi veteri ſuperadiecit, vt annum 365. dies, quibus ſol luſtrat zodiacum, efficerent: & ne quadrans deeſſet, ſtatuit vt quarto quoque anno, ſacerdotes qui curabant, menſibus & diebus vnum intercalarem diem: eo ſcilicet menſe ac loco, quo etiam apud veteres menſis intercalabatur, id eſt ante quinque vltimos Februarij dies: idque Biſſextum cenſuit nominandum. Dies autem decem, &c.

BETHEL, *Galgala*] *Bethel*, vt docet S. Hieronymus de locis Hebraicis, vicus eſt in duodecimo ab Ælia lapide ad dexteram euntibus Neapolim, que primum Luza לוּז id eſt Amygdalum vocabatur: & cecidit in ſortem tribus Beniamin iuxta Bethan & Gaj, quam expugnauit Ieſus Rege illius interfecto. Porrò quod quidam putant ſecundum errorem Græcorum voluminum Vlamaulas antiquitus nuncupatam, vehementer errant. Verbum quippe Hebræum & nomen ipſius ciuitatulæ pariter miſcuerunt, cùm vlam ſignificet prius, id eſt *πρότερον*, Luza vero Amygdalum: & ſit ſenſus: vocabatur autem Bethel prius Luza. Nec non & hoc

S. Hieron. Topographia. Geneſ. 35. Ioſue 18.

A quod Bethauen aliud oppidum ſuſpicantur, Hebrei putãt eandẽ eſſe Bethel. Sed ex eo tempore quo ibi ab Ieroboam filio Nabat vituli aurei fabricati ſunt, & à decem tribubus adorati, vocatum eſſe *Bethauen* בית און id eſt, domus idoli, quæ antea vocabatur domus Dei. *Galgala*, idem ibidem. *Galgala* hæc eſt quam ſupra poſuimos Golgol ad Orientalem plagam antiquæ Hierichus cis Iordanem, vbi Ieſus ſecundo populum circumcidit, & Paſcha celebrauit: & deficiente manna, triticeis panibus vſus eſt. Iſrael in ipſo loco lapides quoque quos de alueo Iordanis tranſtulerunt, ſtatuerunt. Ibi & tabernaculum teſtimonij fixum multo tempore fuit. Cecidit autem in ſortem tribus Iudæ, & oſtenditur vſque hodie locus

Ioſue 5. Ioſ. 4.

B deſertus in ſecundo Hierichus milliario ab illius regionis mortalibus miro cultu habitus. Sed & iuxta Bethel quidã aliam Galgalam ſuſpicãtur. Hæc ſanctus. De Maſphath alibi iam diximus.

1. Reg. 15. Ioſue 15.

Vermilius: hic deſcribitur Samuelis diligentia, diligenter ornauit Spartam quam acceperat: & in ſingulos annos obiuit prouinciam. Bethel, Gilgal, & Miſpa erant ciuitates celebres, & aptæ ad celebranda comitia. Egit autem in iſtis conuentibus de ornanda Republica, de ſcribendis legibus, de domandis hoſtibus, de muniendis finibus, de tollendis populi controuerſijs, id etiam curabat, vt inferiores iudices cauſas rectè cognoſcerent. Hoc pacto parcebatur impenſis populi. Non enim opus erat, vt omnes vndique confluerent ad illum. Dixit quidam,

Vermilius.

C nullum eſſe genus lætaminis pinguius, quàm oculum domini. Ita ad continendum populum in officio nihil eſt vtilius, quàm oculus boni principis. Verùm, vt nunc ſunt mores, multo præſtat reges manere domi, quàm obire prouincias: quocũque enim incedunt, affligunt miſerum populum, donantur magnifice, vbique ab adulatoribus diſpiciuntur noua vectigalia: & tamen res fiunt nihilo meliores. Deinde abhorrent à laboribus, nolunt audire controuerſias, abdunt ſe in gurguſtia quodammodo, indulgent libidinibus, nugantur, ſcortantur, helluantur. Curam interim Reipublicæ committunt vni cuipiam aut alteri, quem ſciunt fore ad expilandum populum crudeliſſimum. Eadem

D etiam eſt in Epiſcopis & diligentia & pietas. Quàm poſſunt longiſsimè diſcedũt ab ouibus: ac ſi ea res nihil ad ſe pertineret, & animi ac voluptatis cauſa loca alia quærũt amœniſsima. Populi autem curam his committunt, quibus certè equos, aut canes ſuos vix committerent. Habent viſitationes, quas appellant, tantùm vt nouis artibus colligant pecunias, & vt ſuis ſacrificulis elocent concubinas. At non ita ſe geſsit Samuel. Sed ne illi quidem, Vermili, qui apud nos officio funguntur. Quorum plures quidem exempli gratia tales in medium adducere poſsum, qualem tua ætate fuiſſe S. Carolum Mediolanenſem Epiſcopum meminiſſe potes: Sed vnus mihi continuò verſatur ob oculos Syluanectenſis Epiſcopus, in cuius ego diœceſi natus ſum, Franciſcus de Rupe Focaldi S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, qui vnus integritate vitæ, viſitandique diligentia, tua in

ſuum ordinem coniecta maledicta hactenus refellere poteſt. Verùm ab illo vnà cum reliquis abſtineamus, ne hominibus potius aſſentari qoàm virtutes commemorare videamur. Leges autem quibus Eccleſia viſitandi munus definiuit, omnino præterire non poſſumos; nam cùm nullo diſcrimine temerè in Epiſcopos linguæ petulantia debaccheris, videris S. Matri Eccleſiæ tanquam ſceleribus, ſi quæ ſunt, illa fauear, eandem importare calumniam. Sic igitur illa nupertimè repetitis priorum Conciliorum, Pontificumque ſanctionibus, Trid. Concilij ſeſſ.24.cap.3.de reformatione, ſtatuit: Patriarchæ, Primates, Metropolitani, & Epiſcopi propriam diœceſim per ſe ipſos, aut ſi legitimè impediti fuerint, per ſuum generalem Vicarium, viſitatorem, ſi quotanois totam, propter eius latitudinem viſitare non poterunt, ſaltem maiorem eius partem, ita tamen vt tota biennio per ſe, vel viſitatores ſuos compleatur, viſitare non prætermittant. Et inferius. Viſitationom autem omnium iſtarum præcipuus ſit ſcopus, ſanam orthodoxamqoe doctrinam expulſis hæreſibus, inducere, bonos mores tueri, prauos corrigere, populum cohortationibus & admonitionibus ad religionem, pacem, innocentiamque accendere; cætera prout locus, tempus, & occaſio feret ex viſitantium prudentia ad fidelium fructum conſtituere. Quæ vt facilius fœliciuſque ſuccedant, monentur prędicti omnes, & ſinguli ad quos viſitatio ſpectat, vt paterna charitate Chriſtianoq; zelo omnes amplectantur; ideoque modeſto contenti equitatu famulatuque ſtudeant quàm celerrimè, debita tamen cum diligêtia viſitationem ipſam abſoluere. Interimque caueant, ne inutilibus ſumptibus cuiquam graues, oneroſive ſint, neve ipſi, aut quiſquam ſuorum quidquam procurationis cauſa pro viſitatione, etiam teſtamentorum ad pios vſus, præter id quod ex relictis piis iure debetur, aut alio quouis nomine, nec pecuniam, nec munus, quodcunque ſit, etiam qualitercunque offeratur, accipiant, non obſtante quacunque conſuetudine etiam immemorabili: exceptis tantum victualibus, quæ ſibi, ac ſuis frugaliter, moderatéqoe, pro temporis tantum neceſſitate, & non vltra, erunt miniſtranda.]

Decretum Concilij Tridentini de viſitationibus Epiſcoporum.

Vermilius. Sed hic dicet aliquis, inquit Vermilius, Anna vouerat Samuelem ſemper fore coram Domino: quomodo ergo nunc diſcedit ah arca, & obit prouinciam? Hic ſcire debemus omnia vota habuiſſe hanc conditionem, fore ea firma, quoad Deo ſecus videatur. Nam vbi ſemel certi ſumus, quod Deus velit, nullum noſtrum pri-

A uatum conſilium debet eius volontatem impedire. Seruierat quidem Samuel diu coram Domino. Verùm cum iàm eſſet à Deo conſtitutus index, non oportuit eum amplius deliteſcere. Non enim conuenit principem eſſe Monachū. Hactenus tolerari poteſt: quæ ſequuntur, legitimum modum excedunt. Nam quis ferat dicentem? Quarę ſi qui ſunt, qui hoc tempore vouere volunt, quod egò vix licere arbitror; tamen poſtea quam ſemel perſuaſi ſunt de voluntate Dei, debent votum ſuum reſcindere. Quare enim minus hoc tempore quàm olim vouere expediat? Aut à quo tandem perſuaderi potes, fidem publicè Deo datam, & acceptam fallere, prætextu, quaſi ipſe velit? Putaſne iſthæc tam tibi grata perſuaſio, Vermili, religione
B votorum tuorum te abſóluerit, an potius læſæ fidei reum conſtituerit? Nam hæc, vt opinor, verbis deſignabas. Reliqua tecum hoc loco nil moramur. Verùm iam ſatis antea de votis c.1. verſ.11.

VERSVS 17.

Reuertebaturque in Ramatha: ibi enim erat domus eius, & ibi iudicabat Iſraëlem: ædificauit etiam ibi altare Domino.

C De Ramatha cap. 1. v.1. ſatis fusè tractauimus. Sed licebatne, ait Vermilius, ædificare ibi altare, & ſacra facere, vbi non eſſet arca? Licebat: neqoe hoc factum debet in Samuele reprehendi. Nam cùm Silo eſſet euerſa, templum nondum eſſet extructum, & arca Dei nullo certo loco conſiſteret, etiam priuatis hominibus fas erat in excelſis ſacrificare. Deinde Samueli multa permittebantur, quæ fortaſſe aliis facere non licuiſſet. Nam quæ inſtinctu Dei fiunt, mirari magis debemus quàm imitari. Cur autem altare extruxerit hæc videtur fuiſſe cauſa. Frequens fiebat ad illum concurſus populi: capienda erant conſilia de bellis, de legibus, de vniuerſa republica. At iſta fieri noo oportuit abſque publica inuocatione nominis Dei. Preces autem noſtræ nituotur fide, fides fertur in promiſſiones, promiſſiones obſignantur nobis
D externis ſymbolis, qoorum præcipoa ac nobiliſſima ſemper ſacrificia fuerunt, vtpote ſacrificij illius antitypa, qoo illæ ratæ fieri debebant. Nos ſupra verſ. 9. eandem quæſtionem ex S. Cyrillo Alexandrino abſoluimus.

Vermilius.

CAPVT OCTAVVM.

FACTVM eſt autem cùm ſenuiſſet Samuel, poſuit filios ſuos iudi-
ces Iſraël. 2 Fuitque nomen filij eius primogeniti Ioel: & no-
men ſecundi Abia, iudicum in Berſabee. 3 Et non ambulauerunt
filij illius in viis eius: ſed declinauerunt poſt auaritiam, acceperunt-
que munera, & peruerterunt iudicium. 4 Congregati ergo vni-
uerſi maiores natu Iſraël, venerunt ad Samuelem in Ramatha.
5 Dixeruntque ei: Ecce tu ſenuiſti, & filij tui non ambulant in
viis tuis: conſtitue nobis regem, vt iudicet nos, ſicut & vniuerſæ habent nationes.
6 Diſplicuit ſermo in oculis Samuelis, eo quòd dixiſſent: Da nobis regem, vt iudi-
cet nos. Et orauit Samuel ad Dominum. 7 Dixit autem Dominus ad Samuelem:
Audi vocem populi in omnibus quæ loquuntur tibi. Non enim te abiecerunt, ſed me,
ne regnem ſuper eos. 8 Iuxta omnia opera ſua, quæ fecerunt à die qua eduxi eos de
Ægypto vſque ad diem hanc: ſicut dereliquerunt me, & ſeruierunt diis alienis, ſic fa-
ciunt etiam tibi. 9 Nunc ergo vocem eorum audi: verumtamen conteſtare eos, &
prædic eis ius regis, qui regnaturus eſt ſuper eos. 10 Dixit itaque Samuel omnia
verba Domini ad populum, qui petierat à ſe regem, 11 & ait: Hoc erit ius regis, qui
imperaturus eſt vobis: Filios veſtros tollet, & ponet in curribus ſuis, facietque ſibi
equites & præcurſores quadrigarum ſuarum, 12 & conſtituet ſibi tribunos, & cen-
turiones, & aratores agrorum ſuorum, & meſſores ſegetum, & fabros armorum & cur-
ruum ſuorum. 13 Filias quoque veſtras faciet ſibi vnguentarias, & focarias, & pa-
nificas, 14 Agros quoque veſtros, & vineas, & olineta optima tollet, & dabit ſeruis
ſuis. 15 Sed & ſegetes veſtras, & vinearum reditus addecimabit, vt det eunuchis &
famulis ſuis. 16 Seruos etiam veſtros, & ancillas, & iuuenes optimos, & aſinos au-
feret, & ponet in opere ſuo. 17 Greges quoque veſtros addecimabit, voſque eritis
ei ſerui. 18 Et clamabitis in die illa à facie regis veſtri, quem elegiſtis vobis: & non
exaudiet vos Dominus in die illa, quia petiſtis vobis regem. 19 Noluit autem po-
pulus audire vocem Samuelis, ſed dixerunt: Nequaquam: rex enim erit ſuper nos,
20 & erimus nos quoque ſicut omnes gentes: & iudicabit nos rex noſter, & egredie-
tur ante nos, & pugnabit bella noſtra pro nobis. 21 Et audiuit Samuel omnia ver-
ba populi, & locutus eſt ea in auribus Domini. 22 Dixit autem Dominus ad Samue-
lem: Audi vocem eorum, & conſtitue ſuper eos regem. Et ait Samuel ad viros Iſraël:
Vadat vnuſquiſque in ciuitatem ſuam.

VERSVS 1.

Factum eſt autem cùm ſenuiſſet Samuel, poſuit filios ſuos iudices Iſraël.

VERSVS 2.

Fuitq; nomen filij eius primogeniti Ioel: & nomen ſecundi Abia, iudicum in Berſabee.

Vermilius.

Totius capitis diſtributio.

VERMILIVS: In hoc capite cùm agatur de mutatione Reipublicæ, primo loco deſcribitur occaſio, cur populus induxerit animum, vt regem peteret. Ea fuit, quòd filij Samuelis ſe in magiſtratu non rectè gererent. In ſecundo loco contine- A tur poſtulatio populi: aiunt enim, ſe inſtar aliarum nationum, velle habere regem. Tertiò, Deus diſſuadet, ne quid mutetur. Quartò, oſtenditur obfirmata voluntas populi.

Quod ad primum attinet, conſenuerat iam Samuel, nec erat ferendis laboribus. Itaque cogitauit de cooptandis ſibi filiis ſuis: & maiores natu Ioelem, & Abiam voluit vnà ſecum eſſe iudices: vt & ipſe ſe minùs laboribus cruciaret; nec interim tamen Reſpublica aliquid detrimenti caperet. Videri poſſit ſpecioſum Samuelis conſilium: at mihi certè non videtur. Sanctus quidem fuit: at fuit homo. Propheta fuit: at labi potuit. Et alij ſanctiſſimi viri lapſi ſunt, Aaron, Dauid, Petrus, & alij. Hoc autem eſt, quod in eius facto debebat reprehendi: in tanta re non legitur Dominum conſuluiſſe, aut ab eo oraculum accepiſſe.

Samuel accuſatur à Vermilio.

Credibile autem non eſt, non audiſſe illum de A
nequitia filiorum. Imò audierat ex ſenatori-
bus. Nec tamen reſpondit ſe velle cauſam co-
gnoſcere, aut illis abdicare magiſtratum. Et
fortaſſe, vt erat homo, ambitione aliqua tan-
gebatur, vt magiſtratum in ſua familia retine-
ret. Poſtea tamen ſequutus eſt potius volun-
tatem Dei. Fecerat filios ſuos non inferiores
iudices, vt de cauſis minoribus ſtatuerent:
Nam id omnibus Leuitis licuit: ſed ſibi eos
ſuffecerat, & in eodem dignitatis gradu col-
locarat. Nam alioqui populus affectus iniu-
riis, ab illis ad alios iudices prouocaſſet. Id au-
tem à ſumma poteſtate non licuit. Deinde fe-
cit hoc Samuel nullo exemplo ſuperiorum iu-
dicum. Nam cùm Gedeon aſſeruiſſet popu-
lum ab Ammonitis, ſucclamatum eſt ab om- B
nibus, *Tu dominaberis noſtri, & filius tuus*. Ac
ſi dicerent, decernimus tibi, & familiæ tuæ
imperium hæreditarium. Sed Gedeon magno
animo repudiauit imperium. *Ego*, inquit, *non
dominabor: ſed dominabitur vobis Dominus*. Mo-
ſes, cùm iam fractus eſſet laboribus, *An poſ-
ſum*, inquit, *hunc tantum populum in ſinu meo
circumferre? non poſſum ferre amplius tantum labo-
ris. Tu me occide potius*. Neminem ſibi ſurro-
gat, ſed querelam ſuam defert ad Deum. Ita-
que illum Dominus exaudit. *Delige*, inquit,
tibi ſeptuaginta viros, illis dabo de ſpiritu tuo.
Sed Samuel cùm ſuccumberet laboribus, re-
ſpicere cœpit ad filios ſuos. Et fieri poteſt, vt
id animo bono fecerit: vel quòd eos videret
eſſe bona indole: vel quòd domeſtico exem- C
plo ſperaret futuros meliores: vel quòd ſe
ſciret habiturum imperium in illos, ſi quid de-
liquiſſent. Sed iudices à ſolo Deo oportuit ex-
citari: non hominum arbitratu conſtitui: eo-
que Samuel eodem penè modo punitur, quo
peccauerat. Nam ille non expectauit volun-
tatem Dei in ſurrogandis filiis: nec populus
Dei voluntatem expectat in petendo Rege.
Sed nec filij ſatis idonei erant ad gerendum
magiſtratum: non enim obibant regionem, vt
ius dicerent, ſed ſibi ædificabant Palatia in
Berſaba, atque ita populum grauiter crucia-
bant. Nam, ne quis neſciat, *Berſaba* eſt in fi-
nibus Iudææ. Itaque ſæpe legitur à *Dan vſ-
que ad Berſaba*. Quare oportuit populum vn-
decunque eò concurrere, & in ea re magnas
impenſas facere. At ſi alter illorum voluiſ- D
ſet alibi ius dicere, alter in Berſaba, ali-
quo modo populo conſuluiſſent. Sed iſti
nulla tangebantur cura Reipubl. nec vlla in
Homerus. re ſimiles erant patris. Nam vt Homerus
ait:

Παῦροι μὲ γὰρ ὅμοιοι πατρὶ πέλονται:
Πολλοὶ αὐτοὶ χαχίου: παῦροι δὲ πατρὸς ἀμείνους.

Pauci quidem filij ſimiles patris ſunt: multi
quidem peiores: pauci verò patre meliores,
(*fortè* habent. Nam nec vertit, nec locum no-
tauit Vermilius.) Nam ſi ſemper ex bonis pa-
rentibus naſcerentur boni filij, virtus poſſet
videri hæreditaria. Sed Deus vult intelligi,
eam illius beneficio contingere. Hactenus
Vermilius.

A Qui ſatis malignè, vt mihi videtur, can-
didiſſimi atque innocentiſſimi viri conſilium
interpretatus eſt. Sed nemini parcere nouit, *Samuelis*
nec feſtucam in oculo fratris ſui æquanimi- *innocentia*
ter ferre, ex quo noui Euangelij trabem in *aſſeritur.*
oculum ipſe recepit. Nam maximis qui-
dem laudibus Samuelem Scriptura in cœ-
lum effert: ipſe inter ſceleſtiſſimos quoſ-
que in tartarum vſque deprimit, ſi credere
fas eſt, quod impudenter aſſerit, præter Dei
inſtitutum & voluntatem iudices Dei popu-
lo imponere voluiſſe. Quo tandem fretus,
ipſe viderit. Nam quod nititur exemplis cen-
ſuram ſuam probare, perperam facit, cùm il-
los quidem, quos in medium adducit, non-
nullis eorum rebus geſtis erroris, vel etiam
B ſceleris Scriptura redarguat: Samuelem verò
nuſquam illa reprehendit. Verùm ſingula ſuo
ordine excutiamus.

CVM *ſenuiſſet*.] Senes, inquit Varro, cùm Varro.
in quinctum gradum peruenerant, atque ha- *Senum va-*
bebant ſexaginta quinque annos, tum deni- *catio à pu-*
que erant à publicis negotiis liberi atque *blicis mu-*
otioſi. Ideo in Prouerbium quidam putant *neribus.*
veniſſe, vt diceretur: ſexagenarios de pon-
te deiici oportere, id eſt, quòd ſuffragium
non ferant, quod per pontem ferebant. Se- Seneca
neca in Oedipo actu 4. memoriæ lapſum in tragic.
ſenibus notat, quæ non parum ad res ge-
rendas neceſſaria eſt. Prima, inquit langue- *Senes oblio*
ſcit ſenum memoria, longo laſſa ſublabens *uioſi.*
ſitu. Ariſtoteles etiam in libro de Memo- Ariſtotel.
C ria, ſenes negat memoria valere. A Tito Liuius.
Liuio libro quinto, inducitur Licinius ſene-
ctutis incommoda recenſens his verbis. Vi-
res corporis affectæ, ſenſus oculorum, at-
que aurium hebetes, memoria labat, vigor
animi obtuſus. Sed & Seneca Philoſophus, Seneca Phi-
à quo fortaſſis Poëta deſumpſit, libro primo loſoph.
Controuerſiarum ita ſcripſit: Cùm multa iam
mihi ex me deſideranda ſenectus fecerit, &
oculorum aciem retuderit, aurium ſenſum
hebetauerit, neruorum firmitatem fatigaue-
rit, inter ea quæ retuli, memoria eſt, res
omnibus partibus animi maximè delicata &
fragilis, in quam ſenectus primùm incurrit.
Iuncus verò apud Stobæum Serm. 113. de Stobæus.
ſenectute loquens, Mihi namque perdiffici-
lis, ait, eius vita videtur, propter ſenſuum
D priuationem, qui paulatim extinguuntur. Et *Non pauca*
iterum: Sed alia quoque multa grauia labo- *ſenectutis*
rioſaque ſenilem vitam ſequuntur. Etenim *incommoda.*
continui morbi, & omnino valetudinaria vi-
ctus ratio, etiamſi nihil ſit quod medicum
requirat, felicitatem tamen abſumunt. Iacet
enim ſenex reſolutus ætate, cibi potuſque
abſtinens, inamabilis, nulla re cum iucun-
ditate fruens: moleſtias verò nimis perci-
piens. Si quando autem in forum progre-
di auſus fuerit, riſum videntibus mouet, vi-
dens obtuſè, clamantes non audiens: &,
dum eundo ſuſtinere ſe conatur, concidens,
de latere in latus titubando tranſiliens, quin
etiam communem ciuitatis aërem lædere ac
inficere dicitur. Nec ſi in concione ſit, in-

ter tribules refertur : neqoe magiſtratum gerere poreſt, tum propter impedimenta iam dicta, tum quia gibboſus, rugoſus, deformis, & inualidus eſt: animo autem, vt prouerbium haber, repueraſcit. In militia verò quid opus eſt referre, quàm ſine omni munere & nudus relinquatur? Non pedes, non eques conſtituitur, neque remex, aut miles in naui. Nam vel ſedere ſolùm, imò iacere etiam non ſine labore poteſt, cùm coniuncta ei mors ſit, & iam iam ipſum intra fores ſuas ducat. Hæc ille.

Quæ ſi Vermilius diligenter animo perpendiſſet, Samuelis vtique conſilium non reprobaſſet. Ille namque ætatis imbecillitate potius quàm vitio animi, aut aliqua ambitione commotus, ſeipſum Reipublicæ ſubduxir. Ab illa verò ne ſanctiſſimos quidem viros Deus immunes præſtitit. At ſuperbiæ vel ambitionis macula, noo niſi temerè, iis, quos Scriptura non iiſimulat, inuri poteſt. Noë vir perfectus, cùm pluribus iam ſeculis vitam prorogaſſet, & adhuc familiam regeret, vinum bibens inebriatus eſt, ſeque nudum filio irridendum obiecit; difficillimum eſſe oſtendens, ſeoectutem clauum Reipublicæ moderari; cùm non paucis incommodis ſcateat, quæ rudibus & imperitis ſcandalum præbeant. Caligauit etiam Iſaac præ ſenecture, non magis corporis oculis, quàm mente ipſa; vtpote qui è duobus filiis, eum, qui benedictione dignus eſſet, intelligere non potuit, nec quem vellet imperriri, agnoſcere. Nam cùm Eſaü ſecus quàm par eſſet (oderat enim illum Dominus) benedicere pararet, Iacob, quem nolebat, eidem prætulit. Sed & Moyſes, cùm inuicto animi robore Ægypti primùm delicias, & Pharaonis potentiam contempſiſſet, & Erythræi maris præcipitem hiatum inter medios aquarum cumulos imperrerritus ſubiiſſet, non eadem conſtantia exacta ætate ad aquas contradictionis populi ſeditionem ae contumaciam compeſcuit. Heli ſenex ſuperioris vitæ egregias laudes remiſſioris ætatis ſocordia atque indulgentia fœdè maculauit. Salomon præ ſenio à ſapientia excidir. At non item Dauid pater eius; quem tamen Scriptura ætatis virio refriguiſſe teſtatur; ita vt illo adhuc viuente Adonias currus & equites pararet, duciſque milirum in ſe ſtudia conuerteret, nec tamen corriperet. Ex quo manifeſtè apparet, quàm parum idonea ſit ad res gerendas ſenectus, licet illa meritis ornata, & virtutibus exculta ſit. Vnde ſequitur, non immeritò Samuelem immenſis iam curis & ſolicitudinibus confectum, filiis integris ac vigentibus, tanquam in ſtadio lampadem tradere potuiſſe. Tum etiam vt liberius deinceps rerum cœleſtium, quarum præcipoo amore tenebatur, contemplationi vacaret: ac tandem cùm ad vitæ iam metas propinquaret, reliquom quod ſuperabat æui, ſibi viueret. Si quidem, vt rectè docet Terrullianus, nemo alteri viuit, qui ſibi moriturus eſt. Ad hæc conſenſit populus, vt in ſequentibus audies. Ecce tu ſenuiſti, &c. *Conſtitue nobis regem.* Poſtremò etiam Deus annuit. Verumtamen habenda eſt ratio, vt opinor, non tam ætatis ipſius quàm defectionis virium. Nam non omnes pariter ſenectutis incommodis afficiuntur. Sunt enim qui vſque ad ætatem deerepitam iudicio pollent, nec incommoda valetudine perfruuntur. His ſi quandoque opus ſit, non debent excuſarione ætatis opem ſuam Reipub. denegare. Quare non pauci ſenes in vtraque Republica, cum ciuili, tum Eccleſiaſtica, ſapienter in ipſa meditatione obeundi ſui muneris exceſſerunt è vita. Et Tacitus, à Senatu deſignatus Imperator, cùm ætatem excuſaret, Senatus acclamationes hæ fuerunt, vt author eſt Vopiſcus in eodem. Et Traianus ad Imperiom ſenex venit, dixerunt decies. Et Adrianus ad Imperium ſenex venit, dixerunt decies. Et Antonius ad Imperium ſenex venit, dixerunt decies. Et tu legiſti, incanaque menta regis Romani, dixerunt decies. Et quis melius quàm ſenex imperat? dixerunt decies. Imperatorem te non militem facimus, dixerunt vicies. Tu iube, milites pugnent, dixerunt tricies. Habes prudentiam & bonum fratrem, dixerunt decies. Seuerus dixit, caput imperare non pedes, dixerunt tricies. Animum tuum non corpus eligimus, dixerunt vicies, &c. Apud Flau. Vopiſc.

Senectutis infirmitas, ne ſanctiſſ. quidem viris parcit.

Tertullian.

Fl. Vopiſc. Senes Imperatores.

Duo capita accuſationis Vermilij quorum maximè poſtremum refellitur.

At prius Samuel Dominum conſuleret, inquit Vermilius, vt ex illius præſcripto iudicem conſtitueret: ſolus enim populo ſuo iudices creare inſtituit. Duo ſunt igitur, vt video, capita accuſationis tuæ. Primom eſt, quòd ſoperiorum iudicum exemplum ſecurus, Dominum non interrogauerit. Alterum, quod auaros & rapaces adoleſcentes iudiciis præfecerit. Quod ad primum, quî tandem probas? Quoniam hoc illum feciſſe nuſquam Scriptura loquitur. Huiuſmodi argumentum ſi vim aliquam obtinere vis, accipe ad alteram obiectionem tuam æqoè validam reſponſionem. Nam ne hoc quidem Scriptura de Heli, & aliis prioribus iudicibus vſquam loquitur, fuiſſe illos diuino oraculo iudices inſtitutos. Etſi namque nonnullos difficillimis Reipub. temporibos Saloatores, vt vocat Scriptura, excitarit, non tamen opus fuit pariter omnes deſignari. Sed nonnulli cùm familiæ dignitate, vt qui maximè ex ſtirpe Iuda, aut Leui deſcenderant, aut morum probitate & prudentiæ fama excellerent; Primùm quidem à contribulibus ſuis agniti atque conſulti ſunt: deinde reliquis etiam innoteſcentes, totius populi conſenſu iudices habiti. Idqoe veriſſimum eſſe arbitror, eo potiſſimùm perſuaſus argumento, qoòd ante Samuelem, viſionem nullam fuiſſe manifeſtam referatur. Hoc enim, vt ego colligo, toto Heli tempore intelligendum eſt, qui ſemel tandem de filiorum flagitiis

Duo capita accuſationis Vermilij.

I.

Digitized by Google

ab homine Dei admonitus eſt, ac poſtmodum à Samuele Propheta, qui deinceps & in poſterum Propheta eſſe perſeuerauit. Quomodo igitur Heli Reipublicæ à Deo extra ordinem præfici potuit, cùm eo tempore Prophetarum oracula conticuiſſent? Verùm, quocumque tandem modo res ſe habeat, nil contra officiũ Samuelem feciſſe crediderim, ſiue prudentiam ducem ſequi duntaxat oportuerit, ſiue diuina voluntas ab eo expectanda fuerit. At prudentiã negas ſequi potuiſſe, cùm filios ſuos à iuſtitia & æquitate abhorrentes Reipublicæ rectores daret: ac proinde nec Deum quidem conſuluiſſe, qui eius decreti aothor futurus non eſſet.

Deo authore, atque prudentia Samuelis factum defendi poſſe. 2.

Nam quod ad prudentiam ſpectat, optimi quique Reipublicæ præficiendi ſunt, ſi quidem illi bene conſultum volumus: quemadmodum feciſſe olim Ægyptios memorat Diodorus Bibliothecæ lib. 2. Ex ciuitatibus, inquit, clarioribus, vt Heliopoli, Memphi, Thebis viros optimos eligebant, quos iudiciis præficerent: qui iudicum conſeſſus neque Athenarum Areopagitis, neque Lacedæmoniorum ſenatui cedere videbatur. Hi triginta nomero, optimum Iudicij Principem conſtituebant. His omnibus victus, ſed Principi opulentior, à rege dabatur. Is aurea catena ſignum variis ornatum lapidibus à collo ſuſpenſum, qood appellabant veritatem, geſtabat, &c. Alexander aotem Imperator, licet ille à fide alienus eſſet, Proconſules tamen & Præſides, & cæteros magiſtratus, vt Lampridius author eſt in eios vita, nunquam fieri ad beneficium, ſed ad iodiciom vel ſuum, vel ſenatus: & vbi aliquos voluit prouinciis iudices dare, aut præfectos facere, nomina eorum proponebat, hortans populum, vt ſi quis aduerſus eos quid haberet criminis, probaret manifeſtis rebus. Dicebátque graue eſſe, cùm id Chriſtiani & Iudæi facerent in prædicandis ſacerdotibus, qui ordinandi ſunt, non idem fieri in prouinciarum rectoribus, quibus fortunæ hominum committerentur, & capita. Cocceius Nerua, vt narrat Dion Caſſius in eius vita, Trajanum ſuis omnibus prætulit, quod is videretur integritate vitæ ac moribus reliquis antecellere. Sed quid externos refero, cùm Moſem eius facti principem habeamus? qui cum in ſua Republica, cuius ipſe, Deo authore, prima fundamenta iecerat, vtramque poteſtatem ciuilem & Eccleſiaſticam obtineret, filios quidem cum reliquis ſuæ gentis in ordinẽ Leuitarum redegit: Sacrorum verò præfecturã germano fratri, eiuſque filiis ac nepotibus demandauit: Summam autem Reipublicæ, rerumque aliarum habenas alienæ tribus homini, Ioſue ſcilicet, moderãdas commiſit. Sed nec Ioſeph quidem, cùm ante illum fratribus in Ægypto dominaretur, poteſtatis ſuæ filios hæredes reliquit; aut alius quiſquam iudicum, præter Gedeon, quod malè ceſſit, filium ſucceſſorem habuit: ſed optimus quiſque poſt eos Reipublicæ gubernacula ſuſceperat. Qua tandem igitur ratione Samuel præter morem & æquum, corruptiſſimos adoleſcentes Reipublicæ ceruicibus impoſuit? Ergóne, qui tam

Diodorus.

Optimi Iudices conſtituendi.

Lampridius.

Dion Caſſius.

A malè Reipublicæ conſuluit, innocens habebitur? Sanctus Iſidorus lib. 3. cap. 54. Ad delictum, inquit, pertinet principum, qui prauos iudices contra voluntatem Dei populis præficiunt. Nam vt populi delictum eſt, quando Principes mali ſunt; ſic Principis eſt peccatum, quando iudices iniqui exiſtunt. Et ſanctus Agapetus epiſtola ad Iuſtinianom: Terrarum orbis regnum cùm à Deo tibi ſit concreditum, caue ne aliquo vtaris ex prauis ad rerum adminiſtrationem: quæ enim illi perperam fecerint, eorum rationem Deo, qui peccandi facultatem ipſis indulſeris, exquiſitè reddes. Magna igitur & diligenti cum perſcru- B tatione magiſtratuum promotiones fiant oportet. Hæc ille. Quod cùm non fecerit Samuel, ſed rempublicam turpiſſimis iudicibus diripiendam obiicere maluerit, quàm vt filios abdicaret, & priuatos relinqueret, quis eum iuſtum & innocẽtem aſſerere audeat? Nam quæ maior culpa committi potuit, quàm vt ſibi chariſſimam Rempublicam illi peſti addiceret? Quid verò ad hæc, etſi maximè cupiamus eum à tanto crimine abſoluere, reſpondere poterimus?

S. Iſidorus.

Iudicum inequitas in principem redundat.

S. Agapetus.

Equidem cùm olim Marcus Imperator à Sileno eodem crimine in famæ periculũ apud Iouem arceſſeretur, quid reſponderit, refert ſeu fingit Iulianus Auguſtus, eo libro, quem Cæſares nominauit. Fabulam ipſam referemus: C Siquidem non ingrata futura eſt, propter inuentionis elegantiam. Silenus, inquit (agebat autem ille ſcurram in conuiuio Deorum) poſtquam perſpexit probari diis, quæcunque à Marco Imperatore reſponderentur, accuſat & vrget ea, quæ ſibi videbantur à Marco, quantum ad vxorem, & filium, non rectè neque ex ratione geſta: hanc, quod heroinis aſcripſit: huic verò, quod Imperium commiſit. Et hac qooque in re, inquit, Deos ſum imitatus. Etenim Homero de vxore dicenti obtemperaui: vnumquemque honum & prudentem virum ſuam vxorem diligere, & magnifacere. De filio quoque Iouis ſententiam haheo, qui Martem obiurgans: Pridem, inquit, te fulmine præcipitem dediſſem, niſi, quia meus es filius, te amarem. Neque ego alioquin vnquam filium D meum tam improbum futurũ ſuſpicatus ſum. Quod ſi adoleſcentia magnis in vtranque partem inclinationibus agitari ſolita, ad deteriora flexit, nondum ſanè corrupto & deprauato Imperium demandaui. Contigit autem ipſum poſt acceptum Imperiũ peruerſum fieri. Quæcumque igitur vxori præſtiti, ea ex Achillis diuini ſententia & approbatione: & quæ filio, maximi Iouis imitatione feci, quamuis alioquin nihil quicquam noui moris hac in re introduxi. In more enim poſitum eſt ad filios omnia ſua per ſucceſſionem deferre, & hoc omnes in votis habent. Neque verò ego primus vxorem meam, ſed poſt multos alios honore affeci. Fortaſſe hoc primum inſtituere facere, eſt à ratione alienum. Verùm his quæ à multis fieri ſolent, coniunctiſſimos priuare proximè ad iniquitatem acceſſiſſet. Hactenus ille.

Iulianus Auguſt.

Marcus Imp. quiſe excuſet, quòd improbiſſimum filium Commodũ Imp. poſt ſe reliquerit.

POSVIT FILIOS SVOS IVDICES.

Quatuot rationibus factum ſuum tuetur Marcus, quarum prima legitima eſſe non poteſt, quæ rota petitur à paterna indulgenria, ob quam non licuit in tantum diſcrimen orbis imperium adducere: Sed nec illam Samueli neceſſariã credimus, qui longè apud nos aheſt à tali ſoſpicione. Secunda eſt, necdum corrupto, & ad dereriora conuerſo Imperij habenas tradidiſſe; nec, an futurũ eſſet vt deprauaretur, ſcire vllo pacto potuiſſe. Hic Marcus Samuelis cauſam agit, & eadem ratio vtriqoe ex æqoo patrocinatur: niſi quod Marcus eo mious venia dignus eſt, quod imperitum adoleſcentem, amicorum fretus conſilijs, Imperij compotem fecir: Samuel verò eo laude dignior, quòd legum peritos, boniſque iam artibus inſtructos negotiis præfecit. Ad quod etiam accedit, quod Marcus quidem moriens, ſi quid Commodos peccaſſet, ſperare non potuit ſe eſſe correcturum. At Samuel, cùm adhuc viueret, iudiciorum curam poteſtatémque filios ſuos habere voluit; quo poſſet experimentum capere illorum induſtriæ, &, ſi qua in re ſe malè gererent, ſua auctoritate reprimere. Qoo conſilio, vt mihi quidem videtur, nil potuit melius prudentiuſque reperiri. Tertia eſt, quod veterem conſuetudinem moremqoe gentis ſuæ ſecutus ſit: cui, in his quæ alios attingunt, derogare velle, proximè ad iniuriam accedit. Et hæc item conſuetudo apud Hebræos inoleuerat, vt id optarent omnes, & quantùm liceret ac fas eſſet, optimi qooque procurarent, non modò bonorum ſuorum, verumetiam honorum ac dignitatum filios habere ſucceſſores. Quod ſi pluribus ſuperiotum non contigit, ideo factũ arbitror, quod filios ipſi noo ſuſceperint, aut certè tanto muneri idonei non fuerint. Nam Moyſes quidem in exemplum adducendus nõ eſt, cùm ipſe extra ordinem Dei mandata ad populum referret, & aliquid Principe maius fuiſſe videatur; ita vt ſibi ſimilem ex poſteris potuerit habere neminem. Gedeonis verò Principatum eiuſdem filij poſt eum accepturi erant, niſi prior Achimelech occupaſſet: qui cùm eſſer è concubina ſuſceptus, legitimos omoes vno excepto iugulauit, imperiumque vi & armis obtinuit. Cùm itaque Samuelis liberi, legis ſcientia apprime eruditi, & ſanctiſſima patris diſciplina ad omnem virtutem exculti, digni haberentur qui imperium capeſſerent, quæ patris culpa eſſe potuit, ſi poſtquam ipſe principatus moleſtias ferre non valuit, expetitos ab omnibus filios ſuos iudices dedit? Hanc poſtremò rationem affert Marcus Imperatot, quod filiu iure ſucceſſionis imperiũ deberi videretur: quod ego non diſputo, ſed controuerſiam, ſi quæ eſt, alteri loco dirimendam relinqoo: quoniam Gedeone excepto, ad quem & poſteros eius totius populi conſenſu ſumma poteſtas delata eſt, non ſatis compertum eſt, an iudicum quiſquam hoc iuris ſuæ familiæ deberi crediderit; cùm plures ex iis numeroſam ſobolem ſortiti ſint, nec tamen ſuorum quenquam ſocceſſorem nacti eſſe legantur. Itaque hanc vltimam rationem volens prætereo, quam Samuelis cauſæ nihil aut parũ

i. Ratio pro Samuele.

Prudenter factum à Samuele probatur.

2.

A fauere intelligo. Eſt tamen alia quædam ratio, quæ eiuſdem factum non mediocriter cõmendar: Scilicet, quòd ſummi magiſtratus honorem auctoritarẽ que illis non cõtulit, ſed cauſis prius cognoſcendis exerceri voluit; vt ſi quidẽ iudicia caſtè arque incorruptè adminiſtrareot, tum denique populi votis experiri, ſummo iure præeſſent. Hactenus enim, etſi ab iis prouocare, aut eorum iudicia retractare mos non eſſet, attamen ſummum ius, ſummáqoe poteſtas penes Samuelem erat: vt poſſet, cùm vellet, etſi ita videretur, eiſdem magiſtratum abrogare. Quod cùm fecit, vt opinor, & Reipublicæ ſapientes prouidit, & ſeipſum calumnia liberauit.

ET POSVIT FILIOS SVOS IVDICES.

3.

B

Defenditur iterum Samuel: & modi proponuntur, quibus iudices inſtitui poſſunt.

TAMETSI hactenus primæ parti accuſationis ſaris iam factum videri poſſit, ne qua tamen inoocentiæ Samoelis vel leuiſſima criminis ſuſpicio ex Vermilij calumnia adhæreſcat, priuſquam ad alteram partem falſæ criminationis reſpondeo, æquitatem facti diligentiùs explorabo. Fieri enim poterit, vt inde qooque alij erudiantur, & iuris fine comperto, ab inioſtitia abſtineant, nec inutilibus ſcrupulis torqueantur. Nam cùm Samuel filios ſuos iu-
C dices inſtirueret, aut iure ſucceſſionis patriam in illos dignitatem ſe conferre intellexit; aut electionis beneficio, cuius poteſtas eſt penes ſummum magiſtratum: aut denique, quod nunc aiunt, officij reſignatione.

Tres modi quibus ordinarij magiſtratus inſtitui ſolent.

Qood ad primum attinet, paucis abſoluimus. Nam ius ſocceſſionis duplex eſt: aliud lege regni quadam conſtituitur, quod eſt immutabile: & ſtirpis priuilegio debetur ſanguine coniunctiſſimo, nec teſtamento, adoptione, donationéve aliò transferri poteſt: aliud pendet ex arbitrio poſſidentis, qui ſua lege ſibi quemlibet ſucceſſorem deſignat. Primi generis eſt regum noſtrorum ſucceſſio: Romanotum poſt iacta Imperij fundamenta aliquantò liberior: ſicut de Nerua Cocceio antea retulimus.
D Et Metius Falconius apod Vopiſcum in Tacito, ad eundem Imperatorem in Senatu conuerſus, hæc ait: Te Tacite Auguſte conuenio, perens, obſecrans, liberè pro communis patriæ legibus depoſcens, ne paruulos tuos, ſi te citius fata præuenerint, facias Romani hæredes Imperij: ne ſic Rempubl. Patreſque cõſcriptos, populumque Romanom, vt villulam tuam, vt colonos tuos, vt ſeruos relinquas: quare circunſpice, imitare Neruas, Traianos, Adrianos. Ingens eſt gloria morientis principis, rempublicam magis amare quàm filios. Hac otatione, inquit Vopiſcus, & Tacitus ipſe vehementer eſt motus, & totus ſenatorius ordo concuſſus: ſtatimque acclamatum eſt: Omnes Omnes.] Ego ſic arbitror, quod ſpectat ad Hebræos, tametſi reges poſt Salomonem, prima illa ſpecie naturalis ſucceſſionis vſi ſint,

Succeſſionis duplex ratio.

Vopiſcus.

Quo iure ſucceſſionis Hebræi vſi ſint.

vt primogeniti quique regnum ſortirentur: Iudicum tamen arbitrium fuiſſe, quem ſibi ſucceſſotem deligerent. Quare, cùm Samuel filios ſibi ſucceſſores ſurrogare viſus eſſet, & illi præpoſterè ſuo munere fungerentur, Samuelis quidem inſtitutum populus minimè reprebendit: ſed filiotum vitia carpſit, & oſtendit reipublicæ inuriles fututos, &, vt regem potius præficeret, impenſiùs obſecrauit. Et Deus, *non te abiecerunt*, inquit, *ſed me*. Quod ſi nullum ius habuiſſet creandi ſucceſſotem, neque iniuria affectus, neque abiectus diceretur: ſed populus, dum reſpuit Samuelis liberos, ſuo iure vſus eſſet. Itaque, ſi lege aliqua, aot etiam perpetua conſuetudine fretus, vel certè communem omnium opinionem ſequotos, filios (quod eſſe non credimus) ſibi ſucceſſores relinquebat, culpari non potuit: ſin liberè ſubſtituit, idem ſentiendum eſt, quod de electione poſtea dicturi ſumus. Mihi tamen videtur nihil horum hactenus eo facto deſignari. Nam ſi ſummom magiſtratum ſe conferte intellexiſſet, non duobus vtique, qood ſine exemplo eſt, ſed vni duntaxat Rempub. commendaſſet. Quòd ſi non ipſam qoidem ſummam Reipob. eorundem fidei petmiſit, ſed tantùm partem aliquam adminiſtrationis iudiciorum: tum ea inſtitutio magis ad electionem pertinebit.

An qui ſummam in Repub. poteſtatem obtinent, inferiores magiſtratus optimis quibuſque ciuibus mandare teneantur.

Inferiores magiſtratus neceſſarij.

Omnes bomines, qui ſeſe ſtudent imperio præſtare cæteris ciuibus, ſumma ope niti decet, vt Reipublicæ modis omnibus conſulant, & quàm optimis legibus communem ſalutem incolumitatemque tueantut. Quod profectò nemo ſolus ſatis vnquam commodè præſtabit. Nam in hoc quotidie tot & tantæ difficultates occurrunt, vt lynceos oculos fallere, & vires Herculeas, ſi fortè fabula fidem inoeniat, ſuperare queant. Sed quod oon valet per ſeipſum ſolus exequi, forſan adhibitis aliorum auxiliis princeps implebit. Quamobrem plures ſibi ad eam rem adiurores & adminiſtros paret neceſſe eſt, cum quibus autoritate communicata, eorum opera atque ſolertia abutatut. Neque aliunde ſanè inferiotum magiſtratuum ac iudicum origo prima manauit, & multiplices officiorum gradus diſtincti ſunt: Veterum hæc mens, bic ſcopus fuit, vt nulla pars eſſet Reipub. quæ, tametſi diſtento curis principe, publicæ poteſtatis præſidio careret. Nam qui ſunt à principe dirimendis ciuium controuerſiis præpoſiti, abſentis vicem obtinent. At verò nunc ſcilicet ambigitut, an ad Reipub. procurationem, quam ſe pto virili parre princeps æquiſſimè beatiſſiméque gobernaturum recepit, optimos quoſque miniſtros cooptare debeat. Sunt qui diſtinguendum putent. Nam Reſpub. ipſa, & quicunque reges parem cum

A Republica poteſtarem nacti ſunt, quam non modò regont, ſed eriam ſummo iure poſſident: cùm, tametſi Reipub. malè conſulant, ſibi, non alijs faciant iniuriam; non videntut in rebus publicis magis peccare, quàm priuatim quiſque, ſi fottè rem domeſticam ac familiarem malè cōſtituat. Qoemadmodum enim hæc prioatotum eſſe cenſentur, ita etiam poblica principis. Quare, ſicut patremfamilias nemo idcirco iniuſtitiæ damnat, quòd non optimum quemque colonum ad agrū colendum, aut peritiſſimum architectum ad ædes inſtaurandas admoneat: ſic quoque nemo poterit de principe iuſtè conqueri, tametſi, neglectis optimis, minus idoneos ad Reipub. gubernacula applicet. At qui B Reipub. beneficio iura maieſtatis indepti ſunt, vt eiuſdem commodis atque vtilitatibus proſpiciant, bi, ſi fidem ſuam liberare velint, & officium inculpatè rueri, in creandis magiſtratibus ſtudioſè virtutis atque induſtriæ rationem babere debent. Neque enim in alium finem præfecturæ primum inuentæ ſunt, quàm vt in bene conſtituta republica pax & iuſtitia florerent, & virtus expectarione premiorum acueretur. Hęc à ſuo principe reſpublica ſuo quodam iure poſtulat, cuius ſe fidei non alia lege permiſit, quā vt per eum ſarta tecta manerer, &, quantùm poſſet, nouis acceſſibus augeretut. Er quidem hactenus bellè quadrant hæc omnia: niſi ſi fot- C tè prius illud caput allatæ diſtinctionis, non parum à veritate & iuſtitia abhorret. Enimuetù, quocunque tandem titulo ſiue Reipub. ſiue Principi ſummam poteſtatem aſcribas, fieri omnino non poteſt, vt non idem ſit finis bominis in ſeruitute conſtituti, qui proponitut libertate fruenti: nec minus ſit Dei, cùm alterius imperio paret, quàm cum propriæ voluntati obſequitur. Quid enim eſt libertas? poteſtas, opinor, viuendi vt velis. Seruire autem nihil aliod eſt, quàm de alieno pendere arbitrio. Vtrumque autem cò refertur, vt ſiue noſtro, ſiue alterius iudicio regamur, Dei legem ſyncerè obſeruemus. Ex quo ſequitur, vt quo minus arbitrij ille nobis relinquit, cuius doctū ſequimur, eo plus diligentiæ adhibere debeat, ne fortè aberremus. Non enim actiones hominum perin- D de ſunt, vt pecudum, vtiles quidem, ſed adiaphoræ ſiue indifferentes; quinimo ſemper ſunt cum virtute aut vitio coniunctæ. Siue ſerui, ſiue liberi actiones oportet eſſe honeſtas: idque vnumqoemque curare ſtudioſè neceſſe eſt, proinde vt in eas exercet imperium. Quòd ſi quiſquam eas ſummo iure diſponat, idem ſummo ſtudio proſpicere debet, ne perperam fiant. Ar boc idoneus quiſque quem doctrina & morum ionocentia commendent, præſtare poterit: non ergo opus erit eminentiſſimum quemque aſciſcere. Imò maximè. Nam cùm veriſimile ſit, vnumquemque idoneum in quibuſdam deficere, in quibus ab excellentiori ſuperatur, ſi quid deliquerit, principi culpa aſcribetur: cùm potuerit digniore in eundem locum ſuffecto, illi periculo occurrere. At poteſt etiam optimus quiſque errare. Verum eſt. Sed non idcirco tū princeps reus habebitur, quoniam, quem habuit digniſſimum, adhibuit, nec poteſt vltra

Inferiores magiſtratus optimis ciuibus conferendi ſunt. 1. ratio.

2. ratio.

Filios ſvos ivdices.

eiuſdem ſtudium aut cura deſiderari. Et ſi tamē
ſecus faciat, accuſari, inquiunt, non poterit ac-
ceptionis perſonarum. Nam, quod ſuum eſt,
liberè cuilibet impertiri poteſt, oec legibus
aſtringitur diſtributiuæ iuſtitiæ. Fallax argu-
mentum. Nam illud quodcunque iutis eſt,
quod eſſe dicitur principis, qoocunque tandem
titulo conſeqoutus erit, non aliud profectò eſt,
3. ratio. quàm quod ante fuit Reipublicæ: quæ bene-
merētibus ſemper virtutis præmia debuit, & de
iniuria querentibus iuſtitiæ prçſidium. Deinde,
4. ratio. cùm ſuis, non principis ſumptibus, oprimus
quiſque iuris ac legum ſcientiam parauerit:
cuius idcirco ſtudium complexus eſt, vt poſſet
vtilem quandoque operam reipub. nauare:
5. iniuriam accipere videbitur, ſi ab ea, pro qua
tantopere laborauit, contemptus repulſam fe-
rat. Præterea, cùm magiſtratus ideo primùm
inſtituti ſint, vt reipublicæ conſuleretur: ſi ho-
rum quenquam eligens, eorum, quæ ad id con-
ferunt, rationem non babeat, quis neget perſo-
6. nam accipete? Denique, impetium quantum-
libet deſpoticum, partium ordinem non tollit;
vt manifeſtè patet in corpore humano. Tamet-
ſi enim voluntas membris ac ſenſibus domine-
tur, non poteſt tamen manui imperare vt vi-
deat, neque oculo vt loquatur: quod ſi faciat,
peccabit: & pariter de principe ſentiendū eſt.
Reſpondetur duobus obiectionibus. Verùm, præter hæc etiam nonulli obiiciebāt,
nuſquam patrifamilias vitio dari, quòd indo-
ctum ſutorem ad conſuendos calceos conduxe-
rit. Sed hoc admodum puerile eſt. Non enim
de pallio, aut tunica, vel etiam ratiooe carenti-
bus animalibus, ſed de cuſtodia legum, & ad-
miniſtratione ioſtitiæ agitur, de pace ac tran-
quillitate ciuium; pro quibus olim Deo à prin-
cipe ratio reddēda eſt. Poteſt tameo, inquiunt,
ſuo quiſque iuri cedere, nec volenti fit iniuria.
Sicut igitur reſpublica potuit ſeipſam minus
idoneo principi permittere: ſic etiam eandem
ille poterit minus idoneo iudici commendare.
Vtraque ptopoſitio falſa eſt, nec admitti poteſt
in iis, quæ ad motes pertinent. Nam agris qui-
dem, fundis, luminibus, aut iure ſtillicidij cede-
re cuique licet, & io alterum transferre: at in
animam ſuam, quæ ſoli Deo debetur, non opti-
mo cuique permittere imperium, ſcelus eſt.
Nam *ſi cæcus cæcum ducat*, vt qoondam ſplendor
ait, *ambo in foueam cadunt*. Tametſi enim non
tenoi diſctimine ptincipis munus ab epiſcopali
cura diſtinguatut, ex legibus tamen & iudiciis,
ſi peruerſa ſint, quantum peticuli animis im-
pendeat, omnibus manifeſtum eſt.

7. ratio. Addam his itetum nonnulla alia argumēta.
Nam quicunque regit, eundem bene regere
opottet: at in pluribus iodiciis idem eſt bene,
quod optimè, ergo quicunque regit, eundem
optimè regere oportet. Secunda propoſitio
probatur. Nam iudicia plerunque verſantur io
adminiſtratiooe commutatiuæ iuſtitiæ, cuios
ratio & æquitas non in Geometrica propor-
tione conſiſtit, ſed in Arithmetica æqualitate
poſita eſt, quæ remitti aut intendi non poteſt,
ſed qoicquid non optimè quadrat, & ex æquo
reſpondet, inuſtitia eſt. Ex concluſione mani-
feſtè colligit , ontimo cuique iudiciorū po-

A teſtatem eſſe permittendam. Deinde, in te du-
bia & ancipiti, tutiſſima quæque ſectanda ſunt.
Sed nihil ſic obſcurum eſt & inuolutū, vt ftau- 8.
des & nequitiæ litigantium: etgo ad eas expli-
candas & extirpandas tutiſſima ratio ineunda
eſt. At non faciet princeps, ſi minus idoneum,
prætermiſſo digniote, tantæ rei præficiat. Qua-
re ne tum quidem à culpa excuſari poterit. Ad 9.
hæc, ſi quid eſt magni momenti, quod cùm
præſtare debeas, non poſſis agnoſcete vtrū per-
feceris, reliquum eſt opinor, vt teipſum malè
geſtæ rei conſcientia liberes, quantum valeas
tantundem conere: tum enim accuſari negli-
gentiæ non poteris: atqui eius generis multa
B in iudiciis occurrunt: debes ergo inſtructiſſimū
quemque iodicem dare, noo modò vt ſapien-
tiſſimè iudicet, quod aotea volebamus: ſed etiā
vt teipſum periculo eximas. Neque enim Deus
aliter errori patcet, quàm ſi te probes amplius
aliquid facete noo potuiſſe. Poſttemò, pote- 10.
ſtas principis ab ipſo eſt, aut à republica, aut à
ſummo Deo. Si quis primom aſſerat, cum eo
non eſt diſputandum: ſed ante omnia docen-
dus erit, eſſe numen aliquod, qood ſit rerum
principium. Si coocedat principem à republica
imperium accepiſſe, huius vtiqoe voluntas &
intentio fuit, vt illud princeps ad booum cō-
muoe priuatumqoe referret. Sed fac vtilitatis
ſuæ populum rationem non habuiſſo: quin
potius ſuo iuri cedere voluiſſe, idque ſolenni-
C bus formulis teſtatū fuiſſe: non tamen ius aliud
quàm ſuum in principem tranſtulit, quod totū
ad publicam priuatamque vtilitatem à Deo
conceſſum eſt. Eandem igitur vbique ſpectare,
& quantum poterit promouere, princeps tene-
bitur. Vt verò ſe quiſquam alterios libidini aut
nequitiæ vexandum & illodendum traderet,
nullo iute firmari potuit. Quòd ſi Dei benefi-
cio ſummæ dignitatis apicem conſcendit, eo
magis digniores quoſque honore & publicis
muneribus afficiet, quo certius de Dei volun-
tate conſtat, illam à perſonatum acceptione
abhorrere.

Cæterùm pluribus argumentis, quæ à non-
nullis ad confirmandam contrariam ſententiā
afferuntur, doctiſſimus Bannes reſpondet bre- *Bannes. Contrariis rationibus occurritur.*
uiſſimè, quòd iſta officia (nam verbis eius vtar)
D mixta ſunt, nam ſunt temporalia, ſunt etiam
communia, ſunt approprianda, ſunt in vtili-
tatem reipub. & etiam ſunt in vtilitatē ciuium:
quare iudicium de illis mixtum debet eſſe. Qua
enim ratiooe temporalia ſunt, veualia ſunt,
qua ratione verò apptoprianda, & communia
diſtributioni iuſtitiæ ſubiacent: ſecundum au-
tem quod vtilia ſunt reipub. & perſonis, etiam
ſubiacent iuſtitiæ commutatiuæ. Bannes in 2.
2. quæſt. 63. de accept. perſon. art. 2. in 4.
concluſione. ad 2.

Semper igitur à principe, quod ad iudices *Vicariorum qua ratio habenda ſit.*
attinet, optimorum ciuium delectus habendus
eſt, nec alios tum fuiſſe Samuelis filios credi-
derim, cùm eos iudices inſtitueret: ſed, prout
fert imbecillitas humani ingenij, blanditiis &
moneribus citò fuiſſe corruptos. Quid, ſi quia
obiiciat non ordinarios iudices, ſed vicariæ po-
teſtatis adminiſtros à patte delectos fuiſſe, nec
opus

opus eſſe tam diligenti examine ad eam functionem? Hic primum conſiderer velim, vicariorũ duplex genus conſtitui poſſe. Sunt enim, quibus infinita poteſtas permittitur, ſiue eadem quæ Ordinarij: ſunt quibus certis finibus circunſcribitur. Poſteriores certa regula comprehendi non poſſunt; quoniã eius adminiſtrationis ratio habenda eſt, ad quam nobis eorundem opera neceſſaria eſt. At verò priores, quibus ab Ordinario par poteſtas & iuriſdictio demandatur, iiſdem legibus aſſumi debent, quibus Ordinarius; ni velit eorum, quæ legati minus rectè geſſerint, is, qui legit, culpam ſuſtinere. Quare, mea quidem ſententia, grauiſſimè peccant ſuperiores Religioſorum Ordinum, qui, cùm abeſſe coguntur, nullo delectu, ſola ætatis conſideratione, imperiti hominis ludibrio familiã exponunt: cui, ſub obteſtatione diuini numinis ſuæ fidei permiſſæ, pro virili ſua conſulturos ſapientiſſimè ſpoponderunt. Nam cùm læſæ fidei rei habendi ſunt, tum etiam turbarũ meritò accuſandi ſunt, quarum inepti vicarij autores extiterunt per imprudentiam; & dedecoris atque infamiæ, quibus nonnunquam honeſtiſſimæ familiæ aſperguntur, dum apud homines huius ſeculi perſonã non ſuſtinent, quam illis temerè ſuperiores impoſuerunt. Verùm ad ſuperiores Ordinarios reuertamur, & quandoquidem Religioſorum mentio facta eſt, nec futura videtur inutilis diſputatio, etiam hoc inquiramus.

An Religioſi viri, quorum ineundi ſuffragij poteſtas eſt, digniſſimo cuique ſuæ familiæ præfecturam mandare teneantur.

Tenentur Religioſi optimum quemque ſuperiorem eligere.

1. ratio petitur ab exemplis.

INFRA, huius libri cap. 9. verſu 2. Scriptura quæſtionem hanc ſoluere videtur, cùm Saulem nominat *electum & bonum*, nec fuiſſe quẽquam aſſerit in toto populo eo *meliorem*. His enim docemur, optimum quemque ad reipublicæ gubernacula eſſe adhibendum. Sic etiam prius Moyſen ſui populi principem Deus inſtituit, quòd charitate, ac manſuetudine, rerumque ſcientia reliquos facilè ſuperaret. Num. 12. Dauidem etiã deinceps elegit *virum ſecundum cor ſuum*, necnon Saule ipſo, vt Samuel teſtis eſt, longè meliorem. Et cum Petrum applicaturus eſſet Dominus ad regendum clauũ Eccleſiæ, prius percontatus eſt, an cæteris charitate præſtaret.

2. ratio.

Quamobrem nos quoque, ſi eiuſdem veſtigiis inhærere volumus, Eccleſiæ digniſſimum quemque præficere oportebit. Cuius exemplo tametſi hactenus careremus, ipſa tamen ratio nos doceret. Nam ſi reipub. in qua nati, & educati, atque ad pietatem inſtituti ſumus, non ſolùm incolumitatem tueri, ſed etiam decus & incrementum ſtudioſè quærere debemus, quanto magis Eccleſiæ, in qua cælo, Deo, & æternæ vitæ naſcimur & educamur? Erit igitur illa nobis gubernatoris optimi prudentiæ ac poteſtati permittẽda. Nam qui quinque talenta à domino acceperat, vt idem autor eſt in Euangelio, ſortem domini ſui æquali fænore cumulauit: qui duo, duplici: prioris tamen lucri magnitudinem alter æquare non potuit; tametſi neutrum incuriæ aut male geſtæ rei inſimulat: ſed poſterior ſcilicet non æquis viribus in quæſtum incubuit. Ergo, cùm Religioni noſtræ ſtudere neceſſe ſit, & eandem præſcriptis à Deo legibus augere atque amplificare, erit vtrique quinque talentorum poſſeſſor alteri præferendus. Quod ſi ſecus facias, primùm quidem diminuti fænoris rationem te reddere oportebit: Deinde, qui tandem illatum religioſæ familiæ detrimentum reſarcias, quæ tuo ſuffragio oblata vtilitate fraudata
eſt? Siue igitur illa Domini poſſeſſio eſt, & ab 3.
illo ferendi ſuffragij prærogatiuam nactus es: ſiue etiam diuino beneficio ſui iuris facta eſt, & illa ſeipſam tuæ poteſtati permiſit, obſerua diligenter quomodo fidem tuam liberes: neuter ſanè niſi in propriam vtilitatem conſenſit. Nam & ſtipendiis vterque militantem fouet, & mercedem olim pollicetur. Ex quo non ad alterius cuiuſquam commoditatem, sed ad proprium cultum, & incrementum præfectos
aſciſcere manifeſtum eſt. Sed vide præterea, ne 4.
quod Deus ſeuerè prohibet, perſonam accipere videaris. Non enim leuis offenſio eſt, cùm bona communia non ex præſcripto iuſtitiæ diſtribuas. Sed non ſunt, inquiunt, illa bona communia. Imò maximè. Quæ enim maiora dedit Deus, quæ Eccleſia in ſui ſtudioſos, ac de ſe benemeritos conferret? Gradus, honores, ac magiſtratus Eccleſiaſticos, ſic Eccleſia publicè communiterque ſibi vendicat: vt iis quidem, qui vtiles fore videntur, impertiat, indignis etiam collatos adimat. Communia enim bona ad vtilitatem communem referri neceſſe eſt. Quòd ſi quis fretus autoritate, officij pariter ac fidei immemor, iiſdem ad aliorum libidinem aut ſuam abutatur, quantum inde detrimenti Eccleſia ce-
perit, tantundem reſtituere tenebitur. Ad- 5.
hæc etiam viros præſtantes afficis iniuria, quibus, meritos honores denegas, & impendis in alios, qui, vt iiſdem muneribus non prorſus indigni iudicentur, erant tamen vt meritis impares, ita poſteriores habendi.

Gradus Eccleſiaſtici oſtenduntur eſſe præmia meritorum.

Atqui non ſunt hæc præmia meritorum. Hem quid ais? Ergóne fallitur Apoſtolus, qui ait, 1. ad Timoth. 3. *Qui bene miniſtrauerint ſibi bonum gradum acquirent?* Cuius deinde ſententiam, Apoſtoli toties ſuo exemplo comprobarunt, quoties aut Apoſtolum aut Diacones eligendos ſtatuerunt? Veruntamen, inquis, idem Apoſtolus in epiſtolis ad Timoth. & Titum, cùm virtutes quaſque præſtantiſſimas in candidatis exigeret, quas magno numero deſcribit: melioris aut dignioris nuſquã meminit: ſed citra omnem comparationem, eum, qui tantis viribus polleret, deſignari conſtituit.

Caietanus.

Reſpondet Caietanus, tum ſolius oneris, quod erat grauiſſimum, rationem habuiſſe: quod tametſi digniori impoſitum non fuerit, nullam iniuriam accipiet: tum nihil præterea ad onus acceſſiſſe, quod præmij loco duceretur. Sed planè mentem Apoſtoli non exprimit Caietanus illa

A reſponſione. Neque enim reliqui omnes pariter, vt idem Apoſtolus, ſuo labore atque induſtria ſibi victum comparabant: ſed mulierem ſororem circunducebant, & ab Eccleſiis alebātur. Meminit etiam aliorum, qui lucrum ęſtimarent pietatem, & per ſummam impietatem Euangelij prædicatione ad ſuom qoæſtum & auaritiam abuterentur. Ad hæc memoria repetere potes, quàm ob cauſam primùm Diacones ab Apoſtolis inſtituti ſunt. Quid Diotrephes nonne illo tempore amauit, vt docet Ioannes in epiſt. 3. principatum gerere in Eccleſia? Dic vnde tot hæreſes iam inde ab ipſis Eccleſiæ incunabulis emerſerunt? Vnde nouitas falſorum dogmatum erupit? B quæ prima ratio ſchiſmatum & defectionum? Ex contentione & æmulatione, vt tradit Apoſtolus, dum nonnulli repulſam patiuntur, qui hooores Eccleſiaſticos ambiebant. Sed iam cauſa perorata ſententiam ferat Apoſtolus. 1. ad Timor. cap. 5.

Deuter. 25.

Presbyteri, inquit, *qui bene præſunt, duplici honore digni habeantur: maximè qui laborant in verbo & doctrina.* Dicit enim Scriptura; *Non alligabis os boui trituranti.* Et: *Dignus eſt operarius mercede ſua.*

Leonardus Leſſius.

Melius itaqoe Leonardus Leſſius reſpondet, qui putat iis virtutibus Epiſcopū ab Apoſtolo deſcribi, quæ in digniſſimo quoque vix reperiantur. Ex quo ſequetur in digniſſimum quemqoe ſuffragia conferri debere: vt, quoad fieri poterit, propoſitum exemplar ab Apoſtolo imitemur.

Soluitur obiectio petita ex verbis Apoſtoli. Bannes.

C Bannes omnium optimè, nō poſſe argumentum quod deneget, ex oratione Apoſtoli cōfirmari. Tametſi enim ſermonem inſtituens de virtutibus, quæ deberent in candidato notari, non meminerit, ſi fortè plures iiſdē dotibus præditi concurrerent, eoſdem inter ſe cōmittere, voluiſſe tamen intelligendus eſt: quod, vt ediceret, idcirco neceſſarium eſſe non duxit, quod ſatis noſſet aliàs prohibitum eſſe, ne quis perſonam acciperet, nec quemquam ſperaret, cui ſuas ſpes crederet, deteriorem electurum. Poſtremò, cui debetur honor? nonne vitam ex virtute agenti? cui obedientia? nonne ſapienti? cui reuerentia? nonoe rectà docenti? cui ſtipēdia? nonne militanti? Hæc verò illorū maximè ſunt propria qoi magiſtratu Eccleſiaſtico digni habentur: in quibus, ſi qui reliquis virtute præluxerint, D horum quoque in pręmiis ante omoes ratio habeoda eſt. Quid vigilias commemorē, quibus illis doctrina parta eſt, vt poſſent tādem aliquando Eccleſiæ vtilitatibus inſeruire? Quid labores, ſumptus, obſequia, per quæ ſe reliquis præſtare ſtuduerunt? Ergóne nullo horum, quæ Eccleſiæ iuuandæ gratia aut fecerunt, aut paſſi ſunt, nihil eorum, qoæ ad decus & ornamētum Eccleſiæ collata ſunt, & deſtinata ſtipendiis merentium, iure quæſiuiſſe credendi ſunt? Soláne magiſtra virtutis, quæ regere populos verbo & exemplo debuit, beneficium non agnoſcet, nec meritorum rationem habebit? Palàm eſt qood decreuit Apoſtolos. Quare etiam doctiſſimi

S. Thom. cum aliis.

Scholaſticorū, vt D. Thomas, Caietanus, Bannes, & alij plures, villicum iniquitatis nō protſus à reſtitutione exemptum volunt, vt docet idem S. Thomas quæſt. 63. art. 2. 2. 2. & alij in ſuis in commentariis in eundem.

Denique, iura monent pluribus locis, digniorem idoneo eſſe io electionibus anteponendū: & Concilium Tridentinum prædicat, eum peccare mortaliter, qui non optimum quemque elegerit. ſeſſ. 24. cap. 1. & 18. Accedit etiam poſtremò, quod ad nos priuatim attinet, quod iubemur decreto ſummi Pontificis digniorem, & cæteris magis idoneum eligere, idque antea iuramento polliceri, quàm ad conferenda vota admittamur. Decretum aotem illud tale eſt.

6. ratio. Concil. Trident. 7.

Decretum Clementis Octaui de electionibus.

In ſuperiorum item & Officialium omnium electionibus forma præſcripta à ſacro Concilio Tridentino, & Conſtitutionibus Ordinis inuiolabiliter ſeruetur: iurentque electores ſecundum veritatem cuiuſque conſcientiæ, probiores ac magis idoneos ſe electuros: ac propterea, priuſquam ad electionem deueniatur, in primis & ante omnia prælegantur Conſtitutiones de qualitate, ac requiſitis eligendorum. Hactenus eo opus habemus. Nam ex his maniſeſtè ſequitur, quod ſi quis dignum & idoneum cuiquam, qui eundem meritis & dignitate vincat, prætulerit, is primùm ſummo Pontifici, non obtemperet, quæ non leuis culpa eſt: deinde etiam fidem fallat: qoam qui violat, bonorum conſortio ac ſocietate indignus eſt. Non poteſt igitur in dubium reuocari, quin is grauiſſimè peccet, qui non optimum quemque candidatorū ſuo ſuffragio deſignat. Nam, vt ſuperiora non repetam, illius certè legem in eligendo ſeruare debuit, à quo accepit eligendi facultatem: qui non videtur permiſſas electiones aliter ſua autoritate probare voluiſſe, quàm ſi ex voluntatis ſuæ ſenteotia procedetent, quam idem palàm lege lata declaraoit. Quamobrem non abs re iterum quærimus,

---

Vtrum electio digni valeat omiſſo digniore, & decretum illud Clementis Octaui etiam in foro exteriori obtineat.

Modi proponuntur quibus hæc quæſtio intelligi poſſit.

Qvæstio hæc multiiogis & varia eſt, quare etiam multifariam exponi poteſt. Nam aut quæritur, an talis electio iure ipſo nulla ſit: aut ſi etiamtum obtinet, an detur appellationi locus, & à iudice reſcindi debeat: aut ſi prouocatio denegetur, querelæ & expoſtulationi aditus pateat, vt ij demum plectantor, qui contempta fide, & ſacrorum canonom reuerentia, familiæ ſuæ decus & incrementum tam ſceleratè prodiderint.

S. Thomas cum aliis pluribus valere digni electionem, omiſſo digniore docet.

Primùm igitur valere eam electionem docet S. Thomas 2. 2. quæſt. 63. art. 2. ad 3. Quodlibeto 2. art. 9. Quodlib. 8. art. 6. & iterum 2. 2. quæſt. 185. art. 3. Nec poſſe illam in iudiciom vocari, probat aotoritate decretalis 1 tit. 6. cap. *Cum in cunctis*. Ea eſt ordine ſeptima. Et pluribus apud Garciam Tractatu de Beneficiis, in quinta parte, capite quarto. numero 166. Deciſio quædam Rotæ anni 1584. Maij 18. In his ploribus locis, iura volunt digni electionem obtinere,

tametſi electores non leui crimine obſtricti maneant. Rationem affert D. Thomas, quoniam ſi ſecus fieret, nulla non electio calumniæ foret obnoxia, & forum litibus vbique perſonaret.

Legem ferri poſſe, quæ digni electionem, omiſſo digniore, abroget.

Couarruuias.

PLACVIT ſuperior ſententia reliquis, quam nos quoque amplectimur: attamen Couarruuiam probare non poſſumus, qui dum ſtudet Tomo 2.2. part. Relectionis ſuper regula Peccatum, §.7. num. 4. S. Thomæ rationem pluribus exaggerare, ne rogari quidem legem in contrariam ſententiam poſſe autumat. Cuius opinio, quoniam nobis ſemper viſa eſt quàm longiſſimè à veritate aberrare, idcirco à nobis pro virili parte noſtra ſtudioſè refellenda eſt.

Refelluntur plures obiectiones.

Primùm igitur quæro, quam ob cauſam tale decretum ſcribi non poſſit? Quoniam, inquis, inde patebit calumniæ locus. Dic, vbi non pateat: quod ſi non potes, leges omnes abroga. An quia difficile eſt hominum merita expendere, vt dignior ab inferiore dignoſcatur? Leuiſſima quæque leges prætereunt: magni duntaxat diſcriminis ratio habenda eſt; cuiuſmodi iudices latere non poteſt. An quia periculoſa concertatio futura eſt, quæ electorum merita ad examen reuocat? Quinimo vtiliſſimam vſus & experientia probat. Sic enim optimi quique ex decreto Concilij Tridentini, & Pij Quinti Pontificis Maximi, animarum curam ſuſcipiunt, & parœcias adminiſtrant. An quia timetur calumniandi licentia? Sed nunquid ſolus calumniator metu carebit, nec, quemadmodum reliqui, ſic iſte quoque formidine pœnæ coerceri poterit? An quia nulla ſatis idonea ratio excogitari poteſt, ob quam talis conſtitutio ſanciatur? Neque enim leui momento ad condendas leges ſummus Pontifex impelli debet, ſed vel magnæ alicuius vtilitatis publicæ gratia, vel certè paris periculi metu, quod in publicam perniciem redundet. Obſcurum eſt ſcilicet electiones in his maximè verſari, à quibus pendet religionis ſalus & incolumitas, aut etiam iactura certiſſima.

Momenta rationum.

Sed nihil tale, inquies, ab eo qui ſuo munere dignus ſit, pertimeſcendū eſt. Illo tamen præpoſito, deerit maioris vtilitatis ſpes: quæ ſi non modica erit, non leue quoque detrimentum accepiſſe prouincia cenſenda eſt. Præterea, vnuſquiſque, quoad fieri poteſt, ab alterius iniuria abſterrendus eſt: quæ ſi grauis erit, & frequens, nec alia ratione prohiberi queat, etiam lege vetari debet. Et quæ alia maior iniuria fingi poteſt, quàm vbi optimis viris, & de Eccleſia benemeritis, honorum præmia denegantur, & ipſa, quæ eorundem virtute creſcat & amplificetur, prohibetur? Vtrumque porrò fraude electionum maximè contingit, dum fauore & gratia vtcunque idoneo longè præſtantior poſtponitur: quod eſſe peccatum mortale doctores communiter aſſeuerant: quos recenſet Co-

I.

A uarruuias loco citato, & Nicolaus Garcias ſeptima parte de Benef. cap. 16. num. 2. penè vſque ad nauſeam. Adde quod iſtic quoque reſtitutio Scholaſticorum doctiſſimis, atque in primis S. Thomæ neceſſaria viſa eſt, quæ cùm ſperari à Religioſo nequeat, vt pote quæ vires eius paupertatis ſuperet, æquiſſimum videtur eundem legis fræno cohiberi, ne in tantum diſcrimen incurrat. Nam ſi eius electio, quæ præter mentem Pontificis facta erit, nulla habebitur, tum procul aberit à periculo. Miror autem ſi non hoc quoque cum reliquis iuribus conſentiat. Fertur enim ſummus Pontifex fons & caput eſſe iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, à B quo manat quicquid vſquam in Clero poteſtatis exercetur. Huic enim oues à Domino priuatim creditæ ſunt: huius fidei cauſæ permiſſæ: quas cùm regere vbique non poſſit, vt tamen abſentibus conſulat, iiſdem ſpeciales paſtores præficere poſſe intelligendus eſt. Hos igitur aut per ſeipſum inſtituit, aut aliorū ſuffragiis deſignari imperat, ea lege atque ordine, quem ſua autoritate præſcripſit: à quo ſi quiſpiam fortè recedat, animaduerte obſecro in quem ſe labyrinthum coniiciat. Nam cùm ſummus Pontifex haud aliter electioni cuiuſquam ſuum conſenſum accommodet, quàm ſe accommodare intelligit, vereri non abſque probabili ratione poſſumus, ne labor fruſtra C ſuſceptus ſit, & electorum vota nullum effectū conſequantur. Ex his manifeſtè patet, quàm debili fundamento nixa ſit doctiſſimi Couarruuiæ ſententia, cùm & Pontificem Maximū ferre poſſe legem demonſtrauerimus, quæ digni electionem obtinere vetet contempto digniore: nec periculoſam, aut inutilem fore, & tanquam multorum fomentum malorum oſtenderimus. Quibus ita conſtitutis, nunc denique ad reliquam difficultatem aggrediamur.

Didacus Couar. Nicol. Garcias.

Electionem digni omiſſo digniore in multis valere non poſſe.

VERVMENIMVERO, etſi iam ſatis conſtat, non poſſe eam poteſtatem Pontifici D Maximo denegari, quin, vbi dignior, idoneo deſignato, repulſam paſſus erit, electionem nullā eſſe iubere valeat: hactenus tamen iura teſtantur, ſemper illum ſimiles fixas ac ratas manere voluiſſe. Et reuera, cùm hæc ſcriberet doctor Angelicus, nullum adhuc decretum contrariū emerſerat. Quod ſi prius emerſiſſet, & repugnantem doctrinæ ſuæ conſtitutionem vllam prodiiſſe intellexiſſet, vtique ſententiam mutauiſſet, & cum Apoſtolica ſede, quam ſummo ſemper honore coluit, idem ſenſiſſet & ſcripſiſſet. Quare ne nos quidem nunc aliter loqui ac ſentire poſſumus. Sed quibus tandem argumentis hoc probemus Eccleſię placuiſſe, & veterem conſuetudinem noua conſtitutione obſoleuiſſe, nonnulli fortè requirent. Primū igitur Panormitanus, & alij plures, autore Couarruuia eodem §. 7. 2. par. Relectionis ſuper reg. Peccatū, cenſent electionē digni, contēpto

Did. Couarruuias. *Digni electio non valet omiſſo digniore.*

digniote, valere non poſſe, ſi, priuſquam ventum eſſet ad ſuffragia, electores iuſſi eſſent optimum quemque eligere, &, ſi fortè ſecus fieri conngiſſet, ab eorundem electione ab initio fuiſſet prouocatum. Non placet hoc Couarruuiæ, ne plores in diſcrimen vocemus: nec ſatis video qua ratione Panormitani ſententiã tuear; cùm illum penes me non habeam, nec me doceat Couartuuias, quibus autoribus denuntiationem illam atque ptouocationem fieri velit. Interim tamen ex eo colligitur, doctores non ignobiles neque obſcutos ante illum ſenſiſſe, nonnullis caſibus electionem digni, cùm adeſſet magis idoneus, reuocari poſſe. Nec verò ſolus hoc Panormiranus cẽſuit, & priuati aliquot doctores: ſed etiam Toletana Synodus anni 1566. hoc ſtatuit; vt eſt apud Garciam nona parte Tract. de Benef. cap. 2. circa numetum 229. Nam Canonicatum, qui decreto ſacri Coocilij Tridentini lectori ſanctæ paginæ adſcriptus erat, digniſſimo competitorum ſuffragiis deſtinari iuſſit, nec poſſe aliter electionem valere. Quare etiam doctor Barrius, cùm alter quidam minus eruditus ex electione in poſſeſſionem miſſus eſſet, aliquãdo prouocauit. Verùm quid tandem Rota definiuit? electionem digni obtinere debere, tametſi Barrius illũ doctrinæ merito ſuperaret; qooniam decretum illud Concilij Prouincialis, cùm eſſet contra iuris Canonici diſpoſitiooem, vt locum habere poſſet, autoritate Apoſtolica prius oportuit confirmari. Hæc Rota. Cuius ſententiam non immeritò Garcias reprehendit: nulla enim eſſe debuit electio iudicari. Tametſi enim priſco iure digni electio obtinuit, nonc tamen in multis non obtiner, poſtquam Concilium Trident. magis idoneum eligendom eſſe decreuit, & prouiſiones, vt ait Garcias, præter ſupradictam formam factas, ſubreptitias cenſeri. Qood etiam clarius patet ex bulla Pij Quinti ſuper collatione Parochialium; vbi prouiſiones, & quaſuis diſpoſitiones Parochialium, præter, & contra formã à dicto Concilio præſcriptam factas, nullas, irritas, ac nullius roboris, vel momenti fore, & eſſe decernitur, & declararur: & in fine adeſt etiam decretum irritans, ſi ſecus in ptæmiſſis omnibus, & ſingulis actum, aut atteutatũ fuerit, &c. Clauſula autem annullatiua, ſeu decreti irritantis inducit formam, vt docet declaratio S. Congregationis Coocilij, & alij plures, qoos Garcias enumerat, & Rota denique ipſa in alia deciſione. Hactenus Garcias. Habes igitur iterum ex Garcia, non vnius alicuios hominis, licet doctrina & eruditione præſtantis, ſed totius Synodi atque Prouinciæ ſententiam, qua digni electio, ſi dignior ptætermiſſus ſit, fruſtra eſſe iubetur.

Synod. Toletana. Garcias. Concil. Trident. ſeſſ 5. ca 1. de reform.

Concil. Trident. ſeſſ 24. ca. 1. & 18.

Pius Quintus.

Accedit ad hæc Concilij Baſilienſis decretũ de electionibus. ſeſſ. 2. cuius ego neuriquã meminiſſem, niſi ante me Bannes in D. Thomæ quæſt. 63. 2. 2. & poſt eum Leſſius de Iuſtitia & Iure, lib. 2. de Benef. cap. 34. dubitatione 14. commemorandum cenſuiſſet. Iubet autem Concilium, electores iurent vtiliorem in ſpiritualibus & temporalibus ſe electutos. Formulam etiam ſacramento præſcribit. Quid tum?

Conſil. Baſilienſe. Bannes. Leſſius.

A Nam, ne ſiquidem iurent electores, arbitratur Couarruuias vtilis atque idonei deſignationẽ, prætermiſſo digniore, inutilem futuram. Peccari quidem grauiter, attamen ſuffragiis aotoritatem denegari non poſſe. At contra ſentit Concilium, quod neque Bannes, neque Leſſius indicauit: & iis, qui ſecus fecerint, pro eo tempore ſuffragij prærogatiuã adimit. Huius portò Concilij non omnia decreta mala ſunt, & quicqoid eius cum aliis ſummorum Pontificũ iuſſionibos conſentit, in bonis numerandũ eſſe arbitror. Agam tamen etiam deinceps confidentiùs, & Couarruuiæ ſententiam certioribus teſtimoniis expugnabo. Nam Leo Decimus, cũ Sixti Quarti, & Innocentij prædeceſſorũ ſootum bullas confirmaret, quibos illi binos Ca- B nonicatus doctorales in ſingulis Eccleſiis Cathedtalibus regnorum Caſtellæ & Legionis inſtituetant, & eaſdem pariter in regnis Granatę & Nauarræ iuberet obtinere: electionem Doctorum Ordinario ſimul cum capitulo permiſit; ea ramen lege, vt electuri iuramento confirmarent, ſe magis idoneum electuros, habito reſpectu, vt inquit, ad vtilitatem Eccleſiæ, & mores perſonæ eligendæ. Motum illũ propriũ Leonis Decimi Garcias deſcripſit in quinta parte Tract. de Benef. cap. 4. num. 169. Cui motui proprio Pontificis cùm decretum irritans, ſeu clauſula annullans addita ſit, qua reſcinditur quicquid ſecus tentatum fuerit, dubiom eſſe non poteſt, quin electio caſſa & vana ſit, quæcunque dignum prætulit digniori. Sed enim in C ipſo motu proprio Leonis, perinde vt in Bulla Sixti, ſanctioni coronidem imponit manifeſta abrogatio, quam ſatis ex ipſa phraſi apparet generalem eſſe. Et propterea cùm Doctor Lupus anno 1583. apud Rotam qoereretur, Gabrielem minus idooeum ſe repodiato in poſſeſſionem præbendæ S. Scripturæ Eccleſiæ Toletanæ miſſum eſſe, & eandem, quæ digniori debetur, autoritate morus proprij Leonis 10. ſibi reſtitui per iudices poſtularet, hoc ſolom reſponſum eſt: motum proprium Leonis in ea, quæ poſtea à Concilio Tridentino inſtituta eſſet, locum non habere: ſed in iis Præbendis doctoralibus duntaxat, quæ ab eodem, & Sixto, atque Innocẽtio prædeceſſoribus eius, Doctoribus ac Magiſtris attributæ eſſent. Quod ſi D fortè illa, quam petebat, ex earum numero eſſe deprehenſa eſſet, quæ ab iiſdem Magiſtris decretæ ſunt, haud dubium quin citò iodices adiudicaſſent.

Leo Decimus. Sixtus Quartus.

Nic. Garcias.

Poſtremò Pius Quintus in Bulla de Collatione Benef. Paroch. hoc certiſſimè ſtatuit, decernens omnem electionem, quæ præter formulam de electionibus Paroch. à S. Trident. Concilio traditam celebrata eſſet, nullũ effectũ ſortiri poſſe, ſed iacere inutilem. Itaque, cũ aliquando Capellotus quidam examinatorũ iudicio dignior renuntiatus eſſet, & tamen Gaudioſo, ipſi tantùm digno habito, Parochia ab Epiſcopo demãdata eſſet, deciſione Rotę anni 1581. Decemb. 18. magis idoneo reſtitota eſt, minus digno valere iuſſo. Ex quibus omnibus hoc tandem concludimus, interdictum prohibens valere idonei electionem contemptò digniore

Pius Quintus.

Garcias de Benef. par. 9. cap. 2. num. 232.

Reſtituitur beneficium digniori.

Digitized by Google

neq; ſcandalo materiam præbere, neque haberi poſſe inotile; ſed eſſe ſanctum & iuſtũ, & quod cum pietate maximè conueniat, necnon & ad religionis amplificationem, Eccleſiarũque conſeruationem apprimè conducat. Rariſſimè tamen Pontifices eo remedio vſi ſunt, idque ferè non niſi poſtremis tẽporibus, in quibus hęreſes à Clericis & Paſtoribus occaſiones quæſiuiſſe videntur, quibus Eccleſiam perderent.

Reliqoum eſt, vt de noſtra tandem conſtitutione videamus, An illa quoq; ſimili interdicto ſepta ſit, & digniorẽ pati repulſam vetet. Reuera, cũ ab initio conſtitutionis Clemens Octauus in ambitioſos, fautores, conſcios animaduerteret, nõ modò quæ per ambitum ſuffragia ſortiti eſſent, caſſa & irrita eſſe declarauit: ſed etiam indignos in poſterum, qui præfecturam vllam in B ſoo ordine gererent, haberi iuſſit. Verùm decretum huiuſmodi ſequitur, id quod de melioris electione antea protulimus, cui nulla talis clauſula adiecta eſt, quæ videatur, ſi forsè contingeret, digni electionem reſcindere. quare, cùm decretum illud abrogans, neque in fine cõſtitutionis poſitum ſit, neq; vlla manifeſta dictione generali atq; vniuerſali ad reliquas partes ſanctionis porrigatur, certiſſimum eſſe videtur, idonei electionem, tametſi dignior eligi potuerit, apud nos obtinere. Boërius præterea docet *deciſ.* 119. *num.* 5. qòod clauſula irritans refertur ad proximam diſpoſitionem, & cum eo Anton. Gabriel *de clauſul. concluſ. tertia. num. vlt.* quòd decretum reſcindẽs reſtringitur ad diſpoſitionem, cui magis proximè cohæret, & non refertur ad omnia C præcedẽtia.] Quod vtique verum eſt, niſi genus orationis, & dictio ipſa abrogans, complecti ſe omnia ac circunſcribere palàm indicet.

Clementis 8. decretũ digni electionem non reſcindit.

Boërius.

Ant. Gabr.

Vtrum liceat appellare ab ea electione, quæ iure quidem valida eſt, ſed tamen digniorem prætermiſit.

Nvnc de appellarione videndum eſt, an ea ptobari poſſit ab ea electione, in qua dignioris ratio non eſſe habita dicatur. Verũ nihil erit negotij hãc quæſtionem diſſoluere. Pendet enim à priori. Nam ſi electio iure obtinet, quorſum tãdem, aut cur appellationem interponas? Appellationum duplex eſt genus: iudiciale alterum, alterum extraiudiciale, de qua Dig. *Quãdo appellandum ſit. §. ſolent.* ab actibus ſcilicet extra- D iudicialibus, qualis eſt electio. Eſt autem appellatio, vt definit Iulius Põtifex in c. *Placuit.* 2. q. 6. à minore iudice ad ſuperiorẽ prouocatio. Pronocationis cauſam exprimit Hermogenes in ſua definitione ff. de Mino. L. Præfecti. 17. cùm ait appellationem eſſe iniquitatis ſeotẽtiæ querelam. Species etiam numerant interpretes *βαναυσῶν*, vt refert Cuiacius ad L. 1. ff. de appellati. cùm appellationem eſſe volunt, querelam non adquieſcentis ſententię minoris iudicis, vel nominationi ad honorem munuſve publicum.] Quãquam à nominatiooe appellari poſſe negat Imperator infra tit. *Quando appellandum ſit. §. 3.* ſed dũtaxat à decreto electionis. Vtrumque genus prouocationis iudicialis, & extraiudicialis ea definitione comprehenditur. At Bartolus ad

Appellationum genera, cauſa, & effectus.

Cuiacius.

I.

A eandem *L. 1. ff. de appellationibus.* qui ſint effectus appellationũ breuiter indicat, cùm definit, Appellationem ius eſſe, quo interim prima ſententia extinguitur, & interim cauſæ cognitio ad ſuperiorem iudicẽ deuoluitur.] Hæc cùm ita ſint, quod ad rem præſentem attinet, non video, cur quiſquã prouocet, aut quid ſperet ſe poſſe conſequi à ſuperiore iudice, cùm dudũ ſimiles electiones ſcripta lege confirmauerit. Non admittitur cõtra reſcriptum principis interpoſita pronocatio. Deinde, quod ſpectat ad alium effectũ, tametſi in Parochialibus ab inordinata electione Ordinarij recipiatur appellatio, non tamen illa interim ſuſpendit, aut impedit, quo minus executiooi mandetur, vt patet ex Bulla Pij V. de collatione Paroch. verſiculo, *hæc tamen*. Et ſanè quidem in pręfecturis annuis, ſi prouocatio ſuſpenderet, prius quàm lis dirimi poſſet, litis contẽtio euaneſceret, re ipſa pereũte. Sumus namque longa locorum intercapedine à Pontifice diſſiti: nec eo quiſquam inferior videtur, contra cõmunem iuris diſpoſitionem, ſententiam poſſe proferre. Addo, quòd nec iniqua electio cenſeri debet, quæ iuris patrocinio defeoditur, vt contra eam prouocatio exerceri queat. Qood ſi ita eſt, ſequitur poſtremò nullã interpooi poſſe prouocationẽ, quoniam eiuſmodi remedium, non ad fouendam appellantis malitiam, ſed ad præſidium innocentiæ repertum eſt, vt docetur in c. *Suggeſtum*, &c. *Ad noſtram. De appellat.* At ſi digno collatam præfecturam abroges, cùm iura non niſi indignum ſe abdicare compellãt, innocẽtem maxima iniuria afficies, cui benè ſtudere debueras. Etſi enim digno denegari iure præfectura potuit, cùm alter ad regendum vtilior & præſtantior appareret: nõ tamen eripi, quoniam cum dedecore & ignominia, ſi iuris conſuetudinem ſpectes, abrogatio cooiuncta eſt. Faceſſat igitur etiam hinc appellatio. Qua depulſa, adhuc tamen quærimus,

Bartolus.

A decreto electionis quæ iure ipſo valida eſt, appellari non poteſt.

An decretum de digniore eligendo obliget in foro exteriori.

Vervmenimverò quid reſtat, in qoo decretum illud, præter conſcientiam, nos ligare poſſit? Satis iam ex præmiſſis manifeſtũ eſſe arbitror: attamen, ne vel cæci deinceps videre ſe diſſimulent, retectis ambagibus, quę mihi nullę eſſe videntur, aperiam. Et primùm quidẽ, quis neget dignioris repudiationem, cùm minùs dignum eligas, eſſe peccatũ mortale? Iampridem à nobis copioſè probatum eſt, & Doctores vno ore conſentiunt, Concilium etiam Trident. ſua authoritate confirmauit. Arqui omnis de peccato mortali quęſtio, ad Eccleſię forũ pertinet, occultũ quidem & latens ad forum cõſcientiæ, manifeſtũ verò & publicum ad forum iudiciale, exterius, ſiue contentioſũ. Quod tametſi demõſtrari certis rationibus nullo labore queat, ne tamẽ actum agere videar, & iuxta prouerbium,

Occidat miſeros crambe repetita magiſtros:

admonebo duntaxat, id me iam antea c. 4. v. 18. huius libri, in 2. par. Tract. de Iuriſd. Eccl. cumulatè præſtitiſſe. Quòd ſi qualiſcunq; letalis culpę iudicium Eccleſia Deo volẽte ſibi arrogat, &

Decretum de digniore eligendo obligat etiam in foro exteriori.

1. Ratio.

publicæ quidẽ publicum, & optimus quiſq; dũ
repulsã ferr, & ſuffragiis præteritur, grauiter de-
linquitur, fieri profectò non poterit, quin huius
quoq; cõmiſſi cognitionem, ſi vulgatũ erit, ad
ſuom tribunal reuocet. Quare enim nõ publicè
arguat, quod palã offendit? Secretioris fori ani-
maduerſio omnib. quidẽ neceſſaria eſt: ſed eius
ſceleris, quod in apertũ erupit, nec cęlari poteſt,
nõ ſatis cõmodè occulto remedio labes abſter-
gitur. Adde, quod hoc ipſum dũ animo reputo,
binæ mihi rationes occurrũt, quę delicti magni-
tudinẽ non tantũ exaggerant, ſed etiã ad arcem
2. fori exterioris aditũ lege diuina patefaciũt. Pri-
mũ enim, ſi quis offeoſus ſit, nec clãdeſtina cor-
reptio, aut etiam duorũ vel trium teſtiũ autori-
tas, ad cohibendũ lædentis impetũ ſufficiant: tũ
nos iubet Chriſtus apud Eccleſiam querelas no-
ſtras depooere: cuius imperiũ ſi obfirmato ani-
mo contẽpſerit, à ſacris arcetur, & in oumerum
infidelium refertur. Illud verò, opinor, ad forũ
iudiciale pertinet. Neq; enim latere quẽquam
oportet quẽ fugiat. Cęterùm, nõ vna ſpecies in-
iuriæ eſt. Nam & qui dãnum inferunt, iniuriam
faciunt: & itẽ illi, qui tametſi noſtra nõ rapiont,
attamen, ne legitimis rerũ noſtrarũ emolumen-
tis perfruamur, impediũt. An verò Religioſę fa-
milię inſigni aliqua vtilitate priuẽtur, cũ dignus
aliquis dignioris partes occupat, ſatis oſtẽdit illa
parabola, qua etiã ſupra nos vſi ſumus: qua nos
docuit Chriſtus ſeruos frugi & ſolertes, pro nu-
mero acceptorũ talentorũ impar fenebre lucrũ
3. retuliſſe. Deinde, cùm præfecturis ordinũ iuriſ-
dictio quoq; annexa ſit, nõ leuiter peccant, qui
ad explicãdas maximas difficultates minus peri-
tũ adhibent, cùm poſſint meliorẽ. Quare dubiũ
eſſe non poteſt, quin de tanta hac iniuria, quam
prohiberi publicè intereſt, & meritò Religioſi
apud ſummũ Pontificẽ querimoniam habeant,
& cõtra perfidos electores eius fidẽ implorent.
4. Poſterior ratio hæc eſſe poteſt, ſecundũ eorum
ſentẽtiam, qui digniori reſtitui ab electore non-
nihil oportere autumãt: quòd, cùm profeſſores
Euãgelicæ paupertatis reſtitoendi facultate ca-
teant, propterea videantur nõnulli pœnæ ſubũ-
ciendi. Nõ enim quia plures ſunt, idcirco minus
quã ſolus quilibet prælatus delinqoere potandi
ſunt, aut quia nihil poſſidẽt, impunè cuilibet li-
cebit officere: ſed pœnitẽtiam ſubire cogentur,
quã Põtifex cognita cauſa ſtatuerit. Leges ciui-
les, vbi quis fortè ſoluẽdo non erit, mulctas pe-
cuniarias nonnunquã corporis coërcitione cõ-
5. penſant. Pręterea, iſtic inobedientia nõ obſcurè
notari poteſt. Põtificis enim ioſſio contẽnitur,
leges pro nullis habẽtur, & in re grauiſſima, qoę
ſingulari eiuſdem beneficio conceſſa eſt, contra
mentẽ legiſlatoris, & contra rationem boni cõ-
munis eius gratia abutimur. Quę omnia, ſi ſeor-
ſim ſpectentur, facinoris atrocitatẽ magnoperę
amplificãt. Nam primùm quidẽ ſacerdotis iuſſa
contẽnis, cuius olim qui nõ parebat imperio, vt
Scriptura teſtatur, capitali ſupplicio contuma-
ciam loebat. Deinde, præter cõmunis legis vin-
culũ, Religioſus etiã ſpecialis voti reus eſt, quo
ſe Põtifici morem geſturũ ſpopõdit: quod pro-
culdubio reſcindit & violat, cùm diſcedit à prę-
ſcripta electionũ formula. Adhęc, res ipſa grauis
eſt, cùm per ſe, tũ Pontificis iudicio. Nã & pro-

A pterea Pontifex eã lege ſanxit, & alioquin Reli-
gioſæ familiæ gubernatio tã facilis habẽda non
eſt, vt non meritò optimo cuiq; cõmendari de-
beat. Denique, eligẽdi poteſtas Pontificis bene-
ficiom eſt, quominus etiã licet obedientiam de-
ſerere. quod ſi facias, quis dubitet iure apud eũ-
dem accuſari poſſe? *In promptu habemus*, inquit
Apoſtolus, *vlciſci omnẽ inobedientiam*. Inoeni ta- 2. ad Cor. cap. 10. v. 6.
mẽ quod obiicias. Nulla enim non obtẽperanti *Obiicitur, nullam pœnam eo decreto fuiſſe cõſtitutam.*
eo decreto pœna ſtatuta eſt: quare ne fingi qui-
dẽ à nobis licet. Nam cùm pœnę in iis rebus nu-
merãdæ ſint, quę odio atque oneri habẽtur, noo
erunt amplificandæ, ſeu potius nouę ſanciendę. *Sãctio quid, & quotuplex.*
Sanctionẽ vocat Ius ciuile eã legum partẽ, qua
pœna cõſtituitur aduerſus eos, qui cõtra legem
fecerint. Ea porrò triplex eſt, vt refert Caluinus Caluinus Iuriſc.
B in Lexico Iur. verbo, *Sanctio*: Summa, media, &
infima. Sũma eſt, quæ ſua vi, abſq; opera Magi-
ſtratus, aduerſus legẽ commiſſum reſcindit, vt
ſanctio legis Ælię Sentię, quæ libertatẽ eios, qui
in fraudẽ creditoris manu miſſus eſt, irritã eſſe
iubet. Media, quæ non ipſa per ſe, ſed per ſentẽ-
tiam iudicis, id, quod ſecus tentatũ fuerit, obti-
nere vetat: veluti ſi res vẽdita non valet dimidiũ
pretij, vel pretium non valet dimidium rei *L. 2.
C. de reſc. vend.* Infima eſt, cùm factũ quidem non
reſcinditur, ſed author mulctatur. Duæ priores
locum in hoc decreto habere non poſſunt: valet
enim electio: vltimæ decretũ ipſum non memi-
nit. Quis igitur eã ſanxit? Primũ, falſum eſſe ar- *Soluitur obiectio.*
bitror, nullã pœnę feciſſe mentionem. Sed quia
hoc poſterius, nunc cũ Suare reſpondeo, l. 5. de Suares.
C Legibus c. 3. n. 3. qoòd, etiamſi lex aliqua nõ im-
ponat ſpecialẽ pœnam, ſed ſit purè moralis, po-
teſt Princeps punire tẽporaliter tranſgreſſorem
talis legis, quãuis etiam in foro Dei habeat rea-
tũ ſuæ propriæ pœnæ. Ita Suares. Ex quo ſequi-
tur, refelli poſſe quod aſſerit ſeq. ca. nu. 2. legem
purè moralẽ, qualis eſt illa quæ obligat in con-
ſcientia, & pœnã non decernit, non obligare ſẽ-
per ad pœnã in foro humano. Nec refert, inquit,
quod Nauarrus ait, etiã ex hac lege non ſeruata
incurri reatũ pœnæ: nam hoc eſt ſemper verũ in
foro Dei, nõ autẽ in foro humano, vnde ille rea-
tus nõ oritur propriè ex lege humana, ſed ex na-
tura rei, vel ex diuina lege, & ideo illa lex huma-
na meritò dicitur moralis purè, id eſt nõ pœna-
lis, quia ipſa nec taxat pœnã, nec directè impo-
nit illã. Hęc ibi Suares. qui iam antea ſcripſerat
eioſdẽ operis l. 1. c. 15. no. 13. Lex imponendo ne-
D ceſſitatẽ virtutis ſeu honeſtatis, conſequẽter fa-
cit, vt tranſgreſſor legis ſit dignus pœna ſaltem
apud Deũ, quia ſuam obligationẽ lege impoſi-
tam nõ obſeruat. Quod locũ habet tam in lege
naturali, quã poſitiua diuina, vel humana, quia
ſuppoſita lege actus eſt inordinatus, & illa digni-
tas pœnæ intrinſecè ſequitur ex malitia actus,
etiãſi malitia fortaſſis fuerit ex occaſione legis
poſitiuæ. Et c. ſeq. nu. 3. cũ diſputat de quatuor
legis effectibus, ao ſimul omnes vnicuique legi
tribuẽdi ſint, negat duos priores actus iuſſionẽ,
& prohibitionẽ ſingolis quibuſq; legibus poſſe
cõuenire: & addit prӕterea: Tertius autẽ, qui eſt
punitio, ſemper coniũgitur aliquo modo cũ ſin-
gulis legibus, & cum primis duobus effectibus,
ſaltẽ quatenus omnis legis tranſgreſſio de ſe, &
per naturalem conſequutionem facit dignum

pœna, vt dictum eſt, non tamē omnis lex imponit ſpecialem pœnam, vt per ſe conſtat, ſed hoc eſt proprium aliquarū legum.] Iu his omnibus, non ſatis ſibi conſtat Suares, niſi, quod tāto viro dignum eſt, intelligat, illas leges, quas eſſe vult purè morales, ſcriptas quidē pœnas ac definitas non præ ſe fetre, aut oſtentare, nec inferioribus iudicibus licere imponere: at violatas leges natura ſua pœnas repoſcere, & iis, qui derogarint, poſſe aliquid à Principe extra ordinem infligi. Neq; verò hoc ſummæ Principis poteſtari tribuendum eſt, tāquam non obnoxium pœnæ tēporali ad arbitrium ſuum torquere valeat: ſed quia verè is obnoxius pœnæ eſt, qui legem violauit. Principis autem eſt, pœnæ modū ſtatuere: quod tametſi à principio non fecerit, non propterea negādum eſt, reum in foro exteriori non B poſſe accuſari, aut legis vinculis ad pœnā trahi, alioquin enim nec Princeps animaduertere poſſet, cùm innocentem nequeat pœnæ ſubiicere, nec aliunde nocens eſſe probetur, quàm quod legi non paruerit. Vnde enim illa pœnæ debitio ſiue nexus, nonne per legem? Certè quęcunque ea obligatio eſt, ex lege eſt, & quidem actus eius ſecundarius.

Punitio eſt actus legis ſecundarius.

Non enim proximè ex lege oritur, ſed ſi contingat non obſeruari. Quamobrem? quoniam quicquid in legem committitur, delictum eſt. Quî tandem? Quoniam aberrat à pręſcripto legis. Ex violatione ergo legis ſequitur actionis peruerſitas, inde ſupplicij autoramentū. Quod ſi hactenus non ſatis liquidò conſtat, in rebus adiaphoris ſubinde clarius patebit. Nō enim lex rerum naturas immutat, aut efficit, vt C quæ ſont indifferētes natura ſua, deteriores euadant, vt pota carnes tēpore Quadrageſimę, quibus tū veſci ab Eccleſia interdictū eſt: ſed facit ne mihi vri liceat. Interdicti ergo violatio, non carnis immundities, me reum pœnæ conſtituit. At vnde violatio legis tantam vim babet, vt homines pœnę reddat obnoxios? Nimirum ex voluntare legiſlatoris.

Lex quoddā velut exemplar eſt principis voluntatis.

Nam lex quidem exemplar quoddam eſt, ſiue ſignificatio Principis volūtatis. Obligario verò, qua ad eam obſeruandam aſtringimur, non ex lege, quæ vita pariter & actione caret, ſed ex legiſlatore: cuius imperiū efficiens cauſa eſt eius obligationis. Vnde verò obligatio, inde quoque manat punirio. Atqui nonnullę leges pœnales ſunt, & pœnā ſanciunt: ergo vi legum nonnulla punitio eſt. De bis opinor pœnalibus ſermo eſt, non quæ ab onere, aut D tributo tale nomen ſortitæ ſunt, quæ tametſi non ſine pœna ſint, punitionis tamen gratia non irrogantur: ſed quæ delicto pœnā ſtatuant. quid igitur illæ faciunt, cū pœnam ſanciunt? Scilicet exemplar caſtigationis ptoponūt, qua ſtatuit legiſlator in fontes animaduertere. quid morales? In bis ſcilicer nullū tale exemplar proponitur. Qoare etiam: quid cōcludis? Nolle princeps intelligendus eſt, ſimilium legum violationē ſupplicio nocētium aſſerere. Verebar, ne fortè non poſſe aſſeteres. Poterit igitur. At quod nolit, etiam in re graui, mihi non probabitur, tametſi nō raro ab eo abſtineat, aut ſpe maioris emolumenti, aot certè periculi metu. Nemo enim imperat, ſi ſeriò facit, & quidē publicè, & cuius plurimū interſit imperia non deſpici: qui non ægrè

A ferat non obtēperati ſibi. Ex hoc quid ſequātur nemo non videt. Nam cū is, qui legem ſciuit, ſi nonnulli eā ludibrio babeāt, iniuria afficiatur, & ea contumelia cū diuini numinis offenſa, & publicæ vtilitatis imminutione coniuncta ſit, fieri non poteſt, ſi iuſtitiam colat, quin tanto malo quoad poteſt mederi, ſeu oaturā, ſeu rationem ſpectes, ipſe velit.

Manifeſtè probatur omnem legem humanam in foro exteriori obligare.

Eſt autē pœnarum metus aduerſus legū contemptum præſentiſſimū remedium. Quare non magis abſolurè quam verè S. Hiet. l. 1. contra Iouinianum: Quod præcipitur, inquit, imperatur, quod imperatur neceſſe eſt fieri, ſi nō fiat, pœnam habet.] Inde igitur communiter naſcitur accuſandi ius & materia, & obligatio ſori exterioris, cui rationem reddere tenetur, quiſquis Principis ſcita cnntempſit.

S. Hieron.

B Obligat igitur ſemper lex bumana ſeu ciuilis, ſiue Eccleſiaſtica in foro exteriori, niſi aliter cōſtet de volūtate legiſlatoris, quoniam abſq; vlla pœnę sāctione, naturaliter hoc ſequitur ex legis violatione. Attamē, quod ad electiones attinet, inquiunt, ſi quid in eo genere peccetur, idcirco accuſari nō poteſt, quoniam ſingulorū ſuffragia incerta ſunt, & publicari vetātur. Sepṫē electores ſumus, quorū vnus fex tabellas ſotritus eſt, digniore prætermiſſo: dic, te obſecro an, obſcurum videtur, qui deliquetint? Sed iam ad reliqua pergamus.

Altera obiectio ſoluitur.

Cōfirmat ſuperiorē ſententiam ſacramenti religio quo ſpōdetur futura dignioris electio.

C QVID ſi manifeſtis iudiciis probē, eam legem Pontificis, ſeueriſſimis pœnis eſſe armatā? *Iurent*, inquit, *electores*. Defert iuramentū electuris, & ſine tali pignore electionē ratam non habet. Ergo pars eius decreti iuramēti delario eſt. Iuramenti verò contempta religio quis neſciat quā ſeuerè in vtroq; foro vindicetur? Non ergo abſque pœnæ ſanctione Pontifex, velut inerme decretū poſuit ad ludibrium ſceleratæ cōſcientiæ: ſed iiſdē pœnis edicti ſui contēptores coërceri voluit, quibus periuti ſolēt. quas pœnas cū ſcitet in vtroq; iure eſſe grauiſſimas, tametſi ad eas noui nibil accederet, non putauit imbelle ac ſine vi decretū poſſe videri. Nā primùm quidē iure Cęſareo nullo non ſupplicj genere periuriū plectitur. Iacturæ bonorum meminit Arcadius Imp. *C. de tranſact. L. ſi quis maior.* dignitatis Zeno *C. de dign. l. 11. L. penult.* Infamiæ idē Arcadius *L. ſi quis maior*, Relegationis mentio fit *ff ſtellionatus. L. vlt.* fuſtiū *L. ſi duo. ff. de iureiurādo.* Abſciſſionis linguæ *in Nouell. Conſt. Leonis & Cōſtantini* vti notauit Cuiac. l. 7. Obſer. c. 17.

Pœna decreta periuris iure Ciuili.

Amputationis duorum digitorū quibus iuratū eſt, in conſtitutione D criminali Caroli V. ar. 107. & 108. Caluinus Iur. in Lexico verbo, *Periurus*. Nō deſunt tamen Iuris interpreres, qui putent ab Alexādro Seuero periurij vindictam eſſe neglectam. Nam *C. de rebus creditis & iureiurando L. 2.* Iureiurādi, inquit, contempta religio ſatis Deū vltorem babet. Periculum autem corporis, vel maieſtatis crimen, ſecundū conſtituta diuorū parentum meorum, etſi per principis venerationē quodā calore fuerit peieratum, inferri nō placet. Hactenus Imp. Ex quo Cuiac. l. 2. Obſetuat. c. 18. & l. 8. c. 7. col.

Caluinus in Lex.

Culacius.

ligebat, hoc voluiſſe Alexandrum, numinis quidem iniurias eidẽ curæ fore: at ſi per principem peieratum eſſet calore iracundiæ, condonatum iri, ſin conſultò, crimen læſæ maieſtatis ſubeundum eſſe.

Duarenus. Duarenus, reiecta diſtinctione Dei & principis, ſẽper peieranti impunè fore, ſi ex perturbatione animi, abſque cuiuſquam incõmodo deliquiſſet, ſin conſultò, exẽplum ſeueritatis in eo eſſe ſtatuendom. Ad hunc ferè modum Duarenus *in tit. Dig. de iureiurando c. vlt. & in tit. Cod. de Rebus creditis c. vlt. & l. 1. Diſput. c.* 37.

Ioan. Robertus. Sed vtramque ſententiam vellicat Ioan. Robertus l. 2. Sentent. c. 2. & eundem Alexandrum falſa impieratis ſuſpicione liberãs, periurium authoritate legum plecti vbique affirmat, ſed non pari ſupplicio. Nam ſi cauſam habeat iracundiæ impetum, tum vetat Alexander cruciatum corporis adhiberi, aliàs, haud mitius quàm maieſtatis crimen puniri iubet, ex præſcripto legũ antiquarum.

Iuris Canon pœna in periuros. Quòd ſi tãto ſtudio ac ſolicitudine peſtem hanc perfidiæ profani principes imperij procul amandarunt à finibus, quanta putas Eccleſiam cura ac prouidẽtia eandem à ſe depelli, exterminari, eüci curare debuiſſe? Itaque plures eius ſanctiones extant, quibus in illud portentũ inuehitur, & à ſacro cætu ablegat, præcipuè tamen ſeueritas eius animaduerſionis apparet ex *cauſa* 22. *q.* 1. *&* 5. *& in oecret. ex tit. de iureiurãdo.* S. Fabianus Papa, relatus à Gratiano, cauſa 6. q. 1. c. 18. Quicunque ſciens, inquit, peieraoerit, quadraginta dies in pane, & aqua, & ſeptem ſequentes annos pœniteat, & nunquã ſit ſine pœnitentia, & nũquam in teſtimonium recipiatur, cõmunionem tamen poſt hæc percipiat. S. Eutychianus item Papa 22. *q.* 1. *c.* 17. *Prædicandum.* Periurium grãde ſcelus vocat, in lege, Prophetis, & Euangelio prohibltum, & parem periuro pœnitẽtiam irrogari iubet, vt adultero, fornicatori, & homicidæ voluotario. Detrectãti verò, aut etiã moras nectenti pœnæ formidine, fores Eccleſię patere vetat, ſacris interdicit, & oratione fidelium, & procul à conſortio, menſa, cohabitatione ſemouet. Plura habes horum ſimilia ibid. q. 5. per multa capitula. Et *de iureiurando c.* 10. *Querelam.* Crimine periurij irretiti Eccleſias regere prohibẽtur. Et *c. ſeq. Tua nos.* Periuri Clerici ab Eccleſiis perpetuò excluduntur. Sunt & aliæ plures pœnæ, quæ authoritate ſacrorũ Canonũ periurij reis infliguntur, à quibus non video quo tãdem priuilegio perfidi electores immunes habeantur. Quod ſi legitimè cõuicti, vt fieri nõnunquam poteſt, earum legum pœnam ſuſtinent, non poterit mea quidẽ ſententia ſatis probabiliter aſſeri, Decretũ Clementis Octaui de eligẽdo digniori, totam vim ſuam intra conſcientiæ cancellos exerere, nec poſſe reum in foro exteriore conueniri.

Obiicitur, quòd perfidia crimen iſtic deprehendi non poſſit. Verũtamen, inquies, perfidię crimen iſtic ad liquidum explorari non poterit: ſiquidem iurare iubentur electores, ſe meliorem *ſecundum veritatem cuiuſque conſcientiæ electuros.* Alienam verò conſcientiam excutere humani vires ingenij non ſuſtinent. Non enim patet oculis, aut vllis indiciis ſatis manifeſtè deprehendi poteſt. Negabunt ſe contra conſcientiam ſuffragium tuliſſe: quibus teſtibus falſi cõuinces?

1. Reſponſio. Reſpõdeo primò, ea lege Religioſis imperari, vt *ſecundum veritatem cuiuſque conſcientiæ* A *iurent,* hoc eſt, vt verè, & ex animo Deũ teſtem & vindicem ſuæ fidei adhibeant, & polliceãtur, dignisſimum quẽque ſuperiorem ſe deſignaturos. Quæ conditio, tametſi ex eo genere rerum ſpititualiũ eſſe videatur, quæ ab Eccleſia iuberi poſſe nonnulli pernegant: quandoquidẽ tamen imperandi iuramenti penes Eccleſiam poteſtas eſt, non poteſt oõ ſapienter adiecisſe videri, ſine qua ſolennis profeſſio ſacramẽti, ſacrilegij magis quàm actus religioſi nomen & impietatem obtineret. Quare nihil ea conditio noſtris rationibus officit, quin potius noſtram ſententiam confirmat, dum arctius commendat ſacramẽti religionẽ. Id porrò ex eo manifeſtè colligitur, B quòd inciſio, quæ alterũ eius periodi mẽbrum diſtinguit, hęc verba à poſteriori conditione diſcriminat, qua pręſtantioris electio exigitur. Sic namque legimus: *Iurentque electores ſecundum veritatem cuiuſque conſcientiæ,* hoc loco comma notatum eſt, poſt quod ſequitur, *probiores ac magis idoneos ſe electuros.* Deinde, vt demus decretũ in eo ſenſu accipiendum eſſe, vt electores intelligantur, eum optare debere, quem optimum ſecundum veritatẽ ſuæ conſcientię eſſe duxerint, non tamen hoc quicquam aſſertioni noſtrę pręiudicat. a.

Explicatur illud, ſecundum veritatem cuiuſque conſcientiæ. Non enim tãtum cuiuſque conſcientiæ indulſit, vt veritatẽ negligeret: ſed ſecũdum veritatẽ cõſcientiam agere inſtituit, vt hypocriſim quidem conſcientia excluderet, veritas errorẽ. Quid enim aliud ſignificat conſcientia ſecundũ C veritatem, quàm cõſcientiam veram? Non igitur qualemcunque conſcientiam electorũ probauit: ſed cùm omnem à ſuo propoſito alienam repudiaret, ſolam veracem adhiberi præcepit. Quocirca electores cauere debent ſedulò, ne quis virtute inferior præſtantioris honores eorundem punctis colligat: non enim hoc veritas conſcientiæ patitur: ſed fallacis & erroneæ potius conſcientiæ argumentũ eſt. Quod ſi ita eſt, ergo in periurij crimen incurrũt, qui minus idoneum eligũt: aut certè nulla eſt electio. Nam ſi verbis conceptis, & iuxta ſolennẽ formulam iurarint, periuri ſunt: ſi non iurarint, caſſa & vana eſt electio, quæ iuramenti religione firmari debuit. Quid enim eſt veritas? Quid conſcientia?

Conſcientia quid ſit explicatur. Caluinus Iuriſc. Conſcientia, inquit Papias, eſt ſui ipſius cordis cognitio. Caluinus in ſuo Lexico Iur. animũ ſibi conſcium vulgo vocari ait, rectè an ſecus, haud D intereſt: eſt enim τῶν μόνων. Inde à Fab. Quintiliano conſcientia vim mille teſtiũ habere dicitur. Illa eſt, inquit Apoſtolus, quæ gentes intus arguit, aut defendit. Gręci *συνείδησιν* nominãt à *σὺν* & *εἰδέναι*, quod tanquam ſimul ſcire eſt. Sed melius Hebræi, & quod propius accedit ad propoſitum, cõſcientiam לֵב *leb* vocant, hoc eſt, cor, & עדות הלב *odoth haleb,* id eſt rationes cordis, & Gen. 31. שהדותא *ſchahadutha.* i. teſtimonium. Item עדות הכונה *hhedoth hacauanna* (à ratione כון *coun*) teſtimonium cordis ſeu internum.

Ioan. Fing. His namque vocibus, vt obſeruat Ioan. Fingerus in Etymologico Trilingui, Hebræi cõſcientiam hominis graphicè depingunt, quòd ſit cor, in quo rationes, diſceptationes, teſtimonia, concurrunt, quę hominem excuſant vel accuſant, vnde cordis ſibi conſcij iudicium in ſeipſo, cõtra ſeipſum, vel pro ſeipſo, coram Deo & aliis. Hæc Fungerus.

Breuius Scholaſtici, & citra verborum amphiboliam, conſcientiam actum intellectus practici eſſe definiunt. Scire enim, iudicare, reſtificari, arguere, haud dubiè ad intellectum pertinent. Atqoi paſſim in Scripturis conſcieotiæ tribountur. Geneſ. 43. *Non eſt in noſtra conſcientia, quis hoc fecerit*. Eccleſiaſtes 7. *Scit enim conſcientia tua, quia, & tu crebrò maledixiſti aliis*. 1. ad Corinth. 10. *Vt quid enim libertas noſtra iudicatur ab aliena conſcientia?* Ad Rom. 2. & 9. 1. ad Corinth. 1. Sap. 17. teſtimonium reddere conſcientia, & redarguere dicitur. Horum autem quid non à ratione & iudicio procedit? Eſt ergo conſcientia iudicium practicum de rebus, ſeu prout illæ quoquo modo ad officij noſtri rationem pertinent, & bene aut male fieri habentive dicuntur. Sed illud iudicium quandoq; ad ſcopum pertingit, nonnunquam etiam aberrat: quare etiam nonnunquam conſcientia bona, & recta; aliàs fallax audit, mala, & erronea. Dic, te obſecro, harum quæ tibi videtur eſſe magis ſecundum veritatem? bona vtique & recta. Nam illam laudat Apoſtolus 1. ad Timoth. 1. *Finis præcepti eſt charitas de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta*. Et iterum Act. 23. *Ego omni conſcientia bona conuerſatus ſum, &c.* Ex quibus

Henricus. *Conſcientia qua ratione dicatur bona.*

Henticus Quodlibeto 1. quæſt. 18. conatus eſt coonſcientiam voluntati aſſerere. Bonitatis enim vim ac rationem voluntas perindè ſibi vẽdicat, vt intellectus veritatem. Sed meminiſſe Henricus debuerat, vti Scotus admonet diſtinct. 39. quæſt. 2. non formaliter, ſed tranſumptiuè cõſcientiæ bonitatem adſcribi. Aut certè non eo loco præciſè conſcientiam intelligi, ſed inculpatam viuendi rationem, quæ bene conſtitutæ conſcientiæ effectus quidem eſt, & fructus ampliſſimus; vt ſentire videtur S. Thomas lect. 2. & 4. in 1. epiſt. ad Timoth. Aut denique ſpem bonorum ſupernaturalium ſignificari, vt interpretatur S. Auguſtinus in Pſal. 31. quæ non quidem prorſus idem eſt cum conſcientia, ſed ab ea ducit originem. Fieri enim omnino poteſt, vt qui ſyncera ac recta conſcientia præditos ſit, de Dei bonitate non optimè ſperet. Quãquam, vt ego quidem ſentio, bonitas, quæ conſcientiæ tribuitur, ſatis commodè potuit tranſcendentaliter interpretari. Neque enim aliod eſt veritas conſcientiæ, qoàm eiuſdem bonitas: quemadmodum & bonitas, ſi iudicium ſpectes, tota in veritate conſiſtit. Ac proinde bona conſcientia non alia eſt quàm vera. At verò quæ vera eſſe poſſit, & quæ tanto nomine digna cõſcientia, in dubium ſcilicet vocatur. Quid enim

Scotus. *S. Thomas.* *S. Auguſtinus.*

Veritas quid ſit explicatur.

eſt veritas? *δικαιότατον χρῆμα* vocat Menander, Pindarus *θυγατέρα Διὸς*, Epictetus *ἀθάνατον χρῆμα*. Verùm hæc, ſiue Iouis filiam veritatem voces, ſeu dicas eſſe immortale atque incorruptiſsimum iudicium, encomiaſticè potius illam deſcribunt, quàm definiant. A Græcis *ἀλήθεια* dicitur, *ἀπὸ τοῦ ἀ* (particula priustius) & *τῆς λήθης* Lethes, quæ vox obliuionem ſignificat: quod eam nunquam nbliuio capiat, aut certè digna ſit memotia ſempiterna. A vere dictam Latini potant, quòd ſemper vigeat, & nunquam marceſcat. Hebræi אמונה *Emunah*, aut etiam קשט *Kſchet* dicere maluerunt; quo-

A niam nihil illis certius & ſtabilios, aut etiam perfectius eſſe poteſt. Verùm nihil horum ſatis explicat, quid ſit veritas. Itaqoe non pauci dicunt eſſe mendacij contratium. Plerique notitiam rei. Sed hacteous nondum ſatis: quàm potero breuiſsimè expediam. Alia eſt eſſentiæ, quam metaphyſicam dicunt. Ea eſt integritas obiecti, vt puta auri, cùm ſyucerum eſt: tum enim verum aurum: ſi permixtum etit, falſum dicitur. Alia logica, formalis, ſeu intellectus; cùm ſcilicet velut limpidiſsimum ac terſum quoddam ſpeculum, retum imagines ad viuum depingit, quas ſi fortè tenebris obſitus imperfectè repræſentet, tum falſus intellectus eſſe fertur, ac proinde etiam fallere ac falli iudiciũ, vt ſi mihi fingam leonem conſtare iiſdem natu-

Triplex ratio veritatis

B ræ partibus, qoibus sut vrſus, aut elephas præditus eſt. Tertia demom veritas ori tribuitur: cùm ſcilicet cordis arcana non facilè enuntiat, ſed prodit ingenuè quod latet in animo: cum quo pognat id qood vulgo dicitur mendacium, quædam veluti oris calumnia ſeo linguæ fraudulenta interpretatio. Primam igitor & ſecuodam ſpeciem veritatis inquiunt, optare magis quàm imperare Pontifice dignum eſt; quare tertiam dumtaxat videtur eo decreto complecti. Eſto (tametſi enim, quæ ſupra diximus, cum veritate conſentiunt: ſi quis tamen alitet interpretetur, oolumus eidem moleſti eſſe.) At non ita tamen, vt oon aliquid etiam ex ſecunda ſpecie à nobis requiratur. Nam quo pacto lingua verax eſſe poterit, interpres falſæ & erro-

C neæ conſcientiæ? veriſimile noo eſt, electionem eſſe poſſe ſecundum vetiratem conſcientiæ, ſi conſcientia ipſa à veritate abhorreat. Quandoquidem tamen is ſtylus decreti, etiam alio modo exponi poteſt, vt non ſecundum conſcientiam veram eligere præcipiantur, ſed verè ſecundum conſcientiam, ſeu perinde vt ſibi quiſque cooſcius eſt, & opinatur ſuæ reipublicæ fore vtiliſsimum: age etiam iuxta hanc expoſirionem inueſtigemus, quid ſit eligere vere ſecuodum conſcientiam. Equidem quid ſit *eligere*, ſeu ferre ſuffragium, nam prorſus idem eſt: & item *verè*, ſeu proinde vt quiſque animo affectus eſt, ſeu potius nouit, ſatis compertum eſt: at quid ſit illud quod additur, *ſecundum conſcientiam*, nonnulli fortaſſe non ſatis accuratè obſeruarunt. Nam profectò conſcientia, cùm ſit iudicium practicum, non te-

3. Reſponſio.

D merè pro qualibet cognitione ſiue opinioge ſumenda eſt: ſed pro ea, quæ ptimùm à ſimplici notione orta eſt, deinde ſtudio conſultationis elaborata, poſtremò per electionem perfecta atque abſoluta, non temerè oblatis rationibos nititur, ſed ſtudioſè ac diligenter diſcuſsis & examinatis. Neque verò hoc eſt, quemadmodum nonnulli fingunt, omnino cæcum & inexplicabile. Tametſi enim obiicias mæandros cordis multiplices, & complura mentis diuerticula anfractuſque cogitationum, tandem tamen, ſi non tenue diſcrimen, ſed magnum inter idoneum electum & digniorem, qui præteritus eſt, interuallum interiectum eſt, electionis ratio reddenda eſt: quæ ſi penitus abſurda etit, aut etiam nulla, non poterit aſcribi con-

Soluuntur duæ obiectiones.

ſcientiæ. Quòd ſi contrà referas, Eccleſiam in conſcientiam non exercere impetium, nihil fingi poterit ineptius. Nam ſi iure electionem imperare potuit, oon malam vtique ſed bonam: legis enim ſcopus & finis eſt opetis perfectio. Quod ſi bonam imperare potuit, & contempta eſt, vlciſci etiam poterit. Deprebendet autem ea ratione facilè, quæ ratio etiam in aliis à pertutbatione animi, aſtu, oequitiaque deptehenditur.

Sed iam ſatis ſuperque de electione diſputatum eſt. Nuoc ad tertiam, quæ reliqua eſt, conditionem accedamus, qua iodices inſtitui ſolent, quam dicunt reſignationis, & an ea abſqoe delectu melioris admitti queat, ſolerter indagemus.

Quid reſignatio; & an optimum quemque deſignare debeat; denique de Samuele quid ſentiendum ſit, paucis concluditur.

HACTENVS, ſiue ſoceſſionis iure Samuel, ſiue prærogariua ſuffragij, filios ſuos iudices inſtituerit, eundem oſtendimus malæ fidei aut ambitionis accuſari non poſſe. Quare nonc ſupereſt, vt, ſi fortè reſignationi locus fuiſſe puretur, etiam tum carere vitio Samuelis inſtirutum demonſtremus.

Quid ſit reſignatio.

Quid ergo eſt reſignatio? Solennis ioris formula, qua ſe voluntariè magiſtratu quis abdicat, vt per eum, cuius poteſtas eſt, in alterum, quem deſignat, transferatur. Tametſi enim ſimpliciter & abſolutè nonnunquam imperium deponatur, nos tamen de alia ſpecie loquimur, per quam Præfectura ſeu munus publicum, quod neque bæreditario inre, neque donationis, legati, aut electionis beneficio ad poſteros ttanſmitti poteſt, vltro ceſſione facta, à principe impetratur. Dicitur autem iuris formula, quoniam etſi ante iuris vtriuſque conſtitutionem, neſcio quid ſimile apud veteres in vſu eſſe potuerit, deinceps tamen certa ratio & ceremonia legibus introducta eſt, qoa reſignatio celebratur. Abdicatio porrò eſſe debet voluntaria, non imperata, non extorta: nam, quibus abrogatur imperium, cùm indigni tanto munere iudicati ſint, non merentur aliis impetrare quod male geſſerint. Nec verò obſcurum eſt, cui nos faſces teddete oporteat, cum imperium deponimus: qui enim prius tradidit, idem poſtea recipere debet, vt, ſi fortè non eſſe alienum à republica iudicauerit, rogationi noſtræ ſatisfaciat. Veruntamen voluntas reſignantis principem non obligat, niſi forte aliunde ex contractu, vel pacto: ſed eidem aut acquieſcit liberè, aut ſponte repudiat.

Reſignantis voluntas principem non obligat.

Si tamen repudiet, non cenſetur is, qui quærebat, alreri præfecturam tradere, bactenus ſe abdicaſſe, ſed manere perpetuò, quoniam eius ceſſiio principi non placuit, nec rata habita eſt. Denique neceſſe eſt, eum, qui cedentis vota eacipiat, aut eſſe ſumma poteſtate præditum, aut certè iure poſſe, ſeu magis priuilegio, mandare eam iutiſdictionem. Vnde poſtremò colligitur, reſignationem

A principis eſſe beneficium, quo ſuccurritur hæreditario iure carentibus, ne à paternis honoribus alieni fiant.

Cæterùm, quacunque tandem ratione priuatorum commodis conſulatur, id fieri debet abſque incommodo reipublicæ. Neqoe enim ſic decet parti fauere, vt toti noceas. Quod cùm euenire omnino neceſſe ſit, niſi prefecturas optimo cuique permittas, religiosè cauendum eſt, ne gratia, aut fauote pax & tranqoillitas ciuium miſerè prodatur.

Reſignans non tenetur abſolutè deſignare meliorem.

An ergo peccat grauiter, qoi ſic præfecturam in manu principis deponit, vt transferri velit in filium, quo plures eo munere digniores occurrunt? Ego ſic arbitror, ſi filius noo ſit indignus, patrem vaca-
B te culpa. Nullum enim genus bonorum eſt, quod parentes liberis optare non liceat: alioqui verò neque reſignatio principis libertati vim facit, neque iudicio præiodicat. In Samuele tamen maiot apparet difficultas. Nam duo quædam obüci poſſe videntur. Primum, quod ſommo magiſtratu in ſua Repub. fungeretur. Non proprerea tametſi iure quiſque poſſet, quòd ſucceſſoris inſtitutio ad populum, penes quem erat maieſtas & ſumma imperij, pertioeret, niſi quid aliud Deus ſtatuiſſet: eius tamen voluntati refragari auſus eſt nemo. Alterum, quod Propheta eſſet: cuios idcircò fidei ac ſanctitati tantopere populos confidebat, vt
C crederet, nihil non eum autore Deo facere. Sed contra probari poteſt ex boc eodem capite, Iſraëlitas neutri ratiooi tantùm tribuiſſe, vt, cùm primùm Samuelis filios graues ac moleſtos experti ſunt, iiſdem abrogari imperium oon poſtularint, & contra Samoelis ſententiam regem inſtitui. Qare hoc tandem colligo,

Aſſeritur Samuelis innocentia.

quod tametſi Samoel, tanquam reſignationis beneficio filios ſibi iudices ſubſtituere curauerit, non tamen quicquam fecerit ab officio alienum, quoniam & viros eo tum munere non indignos obtulerit, & populi conſenſus acceſſerit.

Conſenſus populi.

Primùm enim eos cupidiſsimè iudices Iſraëlitæ acceperant, non terrore aliquo poteſtatis, qua ſemper modeſtiſsimè vſus eſt: non falſa opinione diuinæ cuioſdam prudentiæ, cuius mox ductum ſequi abnuerunt: ſed quod deberi hoc Samueli crederent, qui maximis beneficiis eotum rempub. cumulaſſet. Deinde,
D quòd de liberorum eius optima indole, & educatione ſanctiſsima, ſuauiſsimos fructus iuſtitiæ ac pietatis ſe collectutos ſperarent: quos vbi ſe fruſtra expectare ſenſerunt, mox acta à Samuele reſcindi poſtularunt.

Filiorum Samuelis probitas.

Nam, quod ijdem prius digni iudiciorum adminiſtratione ſint habiti, non corrupto patris iudicio, aut populi aſſentatione, ſed ductis coniecturis ab iis ſignis, quibus ſpes optima illoſtrari ſolet: ſi vtamur argomento domeſticæ diſciplinæ, facilè conuiuci poterit. Quid enim pius parer omiſiſſe credendus eſt, quo ſibi chariſsimos filios, & futuros, vt ſperabat, ſucceſſores, maximarum virtutum ornamentis excoleret. Erat is qoidem ſingulari pietate conſpicuus: ſed non minore ſapientia præditus, vt noſſet qoibus artibus ad ſummam perfectionem promoueri poſſent. Itaque quicquid habuit ille virium,

ingenij, ac ſolertiæ, hoc totum in eo opere coonſumpſit. Quòd cùm factum eſſet, cooſequens videbatur, vt tam ipſe, quàm alij plerique omnes, ingenuos adoleſcentes optimo parente natos, & probè inſtitutos, tanto labore ac diligentia ad frugem bonam euaſuros ſperarent. Et quidem communem omniom expectationem primi temporis adminiſtratio non fefellit. Nam cùm ſuæ iuriſdictionis auſpicia duxiſſent ab æmulatione paternorum iudiciorum, ſimiles patris continuò viſi ſunt, & reipublicæ fore commodiſſimi. Qoare tantum abeſt, vt tum Samuelis de filiis iudiciom quiſquam reprehenderit, vt omnes vno ore factum probarent, & indefeſſum eius ſtudium in rempub. laudibus proſequerentur. Mox tameo, inquis, mune rum corrupteiis deprauati ſunt. Temporis illud interuallum, quantum fuerit, Scriptura non notauit: neque mihi ſit veriſimile tam citò à via deflexiſſe. Vt tamen demus breuiſſimo temporis momento innocentiam amiſiſſe, non ideo conficies, corruptos iam ac peruerſos à patre, quod ſolùm vitio verti potuit, iudiciorum poteſtatem accepiſſe. Quinimo, vt Scriptura ſatis indicat, cùm eſſent ab initio boni & continentes, dooorum illecebris in fraudem inducti ſont. Quocirca etiam, cùm illi primùm à patre ad cauſarum cognitionem adhiberentur, nemo conqueſtus eſt, aut interceſſit. Sed, cùm poſtea diſiectis innocentiæ repagulis, eoſdem in auaritiæ barathrum ruere, & iuſtitiam muneribus expugnari cernerent, tum Iſraelitæ omnes vehementer commoti ſunt, & iniquorum iudicum tribunalia euerterunt. Ex quibus omnibus concluditor, ne ſiqoidem Samuel iudicis officium reſignaſſet, quod aiunt, in fauorem filiorum, à Vermilio iure accuſari potuiſſe. Sed nihil habet opinor, hoc factum Samuelis cum noſtra reſignatione commone. Quomodo enim, ſi ſummum imperium in filios tranſtuliſſet, tam facilè abrogari potuit? Videtur potius Samuel filiis vicariam mandaſſe iuriſdictionem, quo periculum eorum indoſtriæ faceret. quod idcirco ſe tutò facere poſſe credidit, quòd & probè inſtituti eſſent, & adhuc poſſet eos obſeruare, ne quid delinquerent. Cuios conſilium tametſi poſtea infeliciter ceſſerit, culpa tamen in patrem conferri non poteſt: ſed populus ipſe cum filiis rei citandi ſunt. Hoius namque largitionibus, & obſequiis deliniti, à paternis veſtigiis aberrarunt.

Non videtur fuiſſe reſignatio Concluſio.

Probabilior ſententia: Quicquid ſit, Samuelem Deo autore videri feciſſe.

Samuelis factum Deo authore probatur.

Verum, vt ego quidem ſentio, ſi Dei factum conſilio dicamus, nemo ne hiſcere quidem cootra audebit. Sed difficile eſt, dicet aliquis, hoc ipſum Scripturæ teſtimonio comprobare. Quid ſi moribus eius pro argumento vtar, nec credibile eſſe contendam, vt tantus Propheta, tantaque à puero religione atque obſeruantia erga Deum præditus, rem maximi A momenti aggreſſus ſit inconſulto Deo, verum dicere non videbor? At Dauid, & Petros, & Aaron, cùm ipſi quoque non minima ſanctitate pollerent, in grauiſsimos errores prolapſi ſunt. Scilicet hoc Scriptura notauit. At in Samuelem, nullum cenſuræ extat veſtigium. Verùm, quando ita vis, illud ſilentio prætereamos. Sed nec illud quoque referam, qood cum ad vltimam vitæ periodum actiooom ſuarum moderatricem ſapientiam perpetuò coluerit, vt tam grauiter erraret, vt tam fœdè laberetur, fieri omnino non potuerit. Solius quando ita placet, Scripturæ ſcuto protectum defendam. Quid enim Dominus, cùm ad eum Samuel hāc querelam detuliſſet, & apud eum iniuriam hanc populi expoſtularet, reſpondit? *Non*, inB quit, *abiecerant te, ſed me, ne regnem ſuper eos: ſicut dereliquerant me, ſic faciant & tibi*: quibus verbis ſatis apertè indicat, ſoo nutu ac voluntate Samuelis filios iudices fuiſſe inſtitutos. Agnoſce igitur, Vermili, tandem æquitatem accuſationis tuæ, ſicque deinceps à calumuia tempera.

Quales Deus Præfectos eligat, & quare nonnunquam malos.

Reliqva eſt non mediocris difficultas, quæ totam hanc ratiocinationem euertere videtur: nimirum, quod peſsimi iſti iudices C euaſerint, venalemque iuſtitiam habuerint. quis enim putet huiuſmodi prædones, qui conculcata iuris æquitate fortunis tantùm ciuium inhiabant, Deo autore iudiciorum poteſtatem accepiſſe? Indignum namque ſolertiſsima eios prouidentia eſt, vt eos tribunalibus imponeret, quos ſciret ius non eſſe dicturos, ſed habendi cupiditate legum ſanctitatem violaturos. Huic obiectioni ita reſpondemus, vt primùm negemos his moribus fuiſſe aſſumptos: ſed ambientium obſequiis muneribuſque poſtmodum delinitos, ſenſim in auaritiæ barathrum decidiſſe. Deus verò, etſi quæ poſtea futura ſint, ignorare non poſsit: potiſsimùm tamen præſentis D iuſtitiæ in eligendo habet rationem. Eſtque is modus apud nos ſuffragiorum optimus, ſi neque ea, quæ præterita ſunt, conſideres: neque temerè de futuris coniecturam facias, cùm hæc quidem incertiſsima ſint: illa verò, ſi quam præſens mutationem tempus attolerit, iam nulla eſſe credaotur. Tantiſper enim dum voluntas iis, quæ facta ſunt, conſenſum accommodat, eadem manere intelliguntor: at vbi diſſenſerit, & in contrariam partem ſuum ſtudium contulerit, deleti expurgarique putantur. Propterea Deus optimos quoſque promouet, & ad ampliſsimos honores eos prouehit, quos ipſorum labor illuſtrauit & induſtria. Quod ni faciat, ſtudere potius quorumdam dignitati videretur, quàm totius Reipublicæ incolumitati. Nam cùm ea, quæ nec dum ſunt, profundiſsimè nos lateant, & quæ præterita ſunt, ſi viciſsitudine aliqua in deteriorem partem deflexerint, nullam vtilitatem habere videantur;

Deus quales eligat.

A præſentibus verò & fruamur & oblectemur & animo ac voluntate afficiamur: ſi his contemptis, quæ coram videntur & probantur, ob alia quædam quæ nos fugiant, homines honoribus cumulet, aut ab iiſdem repellat, non tam homines ipſos repulſam paſſos, aut electos, quàm dignatum fauore vitium, virtutem autem odio habitam arbitraremur. Hoc verò ne fieret ſummopere cauendum fuit, ne plus homines ex ea opinione detrimenti caperent, quã futura hominis induſtria emolumenti poſſet afferre. Quorum opinioni, ſeu potius ignorantiæ propreteà cedendum fuit, quod magiſtratuum inſtitutio non in alium finem reperta eſt, quàm vt populorum ſaluti ac qoieti coofuleretur.

B Dicam etiam nonnunquam caſtigationi atque animaduerſioni, ſi quando à ſcelere atque impietate reſipiſcere nolunt. Quomodo enim, vt refert ex Sancto Theodoreto de arte curandi, Anaſtaſius Nicenus Epiſcopus, in additis ex Bibliotheca teg. ad quæſt. 15. Ciuitates nutriunt lictores, vt homicidas, & ſepulchrorum effoſſores, & qui alia eiuſmodi ſcelera admittunt, per eos puniant, non laudantes quidem, ſed valdè etiam odio habentes eorum inſtituta, ferentes tamen propter vſum eorum miniſterij: ita etiam mundi adminiſtratot concedit, vt ſint tyranni, tanquam quidam lictores, vt per eos pœnas ſumat de impiis & ſceleratis. Cuius rei idem Anaſtaſius eadem quæſtione 15. duo habet exempla admodum luculenta. De ea

Anaſtaſius Nicenus t. 1 Biblioth SS. Patrũ.

Facit quandoque Deus regnare hypocritam propter peccata populi ſui.

C re, inquit, audi aliquas narrationes. Quando Phocas tyrannus factus fuit Imperatot, & pet Bonoſum lictorem eas cæpit facere ſanguinis effuſiones; quidam monachus in ciuitate Conſtantinopolitana vir ſanctus, & qui ad Deum magnam habebat fiduciam, cum Deo diſceptabat magna cum ſimplicitate dicẽs: Domine cur eum feciſti Imperatotem? Deinde cùm permultis diebus hoc dixiſſet, vox à Deo venit ad eum dicens, quoniam non inueni peiorem. Fuit etiam quædam alia ciuitas in Thebaide, iniqua, & quæ multa faciebat ſcelerata & execranda; in qua vir quidam pernicioſiſſimus ex populo, per falſam quandam compunctionem repentè recedens tonſus fuit, & monaſticum induit habitum, minimè tamen ceſſauit à ſceleratis actionibus. Accidit ergo vt decederet Epiſcopus ciuitatis, cuidam autem viro apparuit quidam

D Angelus, dicens: Vade, & fac vt ciuitas Epiſcopum eligat eum peregrinum qui illic habitat. Abiens ergo fecit quod iuſſus fuerat. Ille autem electus ex populo cœpit apud ſe eſſe elatus, & ſibi valdè placere. Accedens autem Angelus Domini ei dicit: Cur ſuperbis, & magnificè tibi places, ô infelix? reuera non tanquam dignus ſacerdotio factus es Epiſcopus; ſed quia hæc ciuitas tali digna erat Epiſcopo. Quamobrem, addit Anaſtaſius, quando videris indignum aliquem & ſceleratum Regem, aut principem ac magiſtratum, & Epiſcopum, ne mireris, neque Dei accuſes prouidentiam: ſed diſce & crede quod propter noſtras iniquitates tradimur eiuſmodi tyrannis, & ne ſic quidem à malis abſtinemus. Ierem. cap. 7. & 14. *Conſtituam adoleſcentes eorum principes, & illuſores eis dominabuntur, dicit Dominus.*

Sed fortè non merebantur hoc eorum mores. Quis igitur Samuelis filios corrupit? Nam cùm eſſent à patre ſedulo inſtituti & omni virtutum genere exculti, quî fieri potuit, vt citò peſſimi euaderent? Verùm tantæ corruptelæ cauſa non obſcura eſt: ſatis illam Scriptura prodidit. Non enim eos vim cuiquam intuliſſe refert, aut luxu & ebrietate profligato repentè patrimonio, ad turpia coactos fuiſſe: non ſcorta, non pompam ſectatos, non ædificiorum inſanas ſubſtructiones molitos fuiſſe commemorat, vt ſic repente fures prodirent: ſed munerum machinis fuiſſe debellatos. Quæ quidem; qualis populi ſtudia fuerint, ſatis oſtendunt. Eſt enim eorum, qui iniuſtitiæ ſtudent, & pauperes calumniis fictiſque criminibus opprimunt, iudices muneribus expugnare velle.

Versvs 3.

Et non ambulauerunt filij illius in viis eius: ſed declinauerunt poſt auaritiam, acceperuntque munera, & peruerterunt iudicium.

Non *ambulauerunt.*] Quod protinus exile natum ſit, numquam robur accipere manifeſtum eſt. At quod ex robuſto ſemine prodierit, non robuſtum ſæpe, ſed imbecillum euadere experientia docet. De ſeminibus Virgilius teſtatur:

Vidi ego lenta diu, & multo ſpectata labore,
Degenerare tamen, ni vis humana quotannis
Maxima quæque manu legeret. Sic omnia fatis
In peius ruere, ac retro ſublapſa referri.

Virgilius.

Columella in 2. libro ait: tritici ſiliginem eſſe vitium: in eam enim degenerare aruo vliginoſo, ſunt qui ſcribant poſt tertiam ſationem. Theophraſtus lib. 2. hiſtor. plantarum cap. 5. ſiſymbrium in mentam, triticum in lolium tranſire docet, niſi cultura coerceantur. Et cap. 3. agens de arboribus, vitem etiam, ficum, punicam, malum, pirum. Nam è grano ficario caprificus, è vite nobili ignobilis, & ſæpe diuerſa genere exit. Naſcitur ex nucleo quoque oleæ oleaſter, ex acinis mali punici dulcibus, vilis. Eodem modo ex piro vitiatum piraſtrum: ex malo, tum deterius genere; tum acida ex dulci; & cotonea ex ſtruthea. Hæc Theophraſtus. Sunt qui etiam aquilarum aſſerant generoſam illam vim, qua reliquis auibus longè antecellunt, propagatione minui ac defloreſcere: nec aliam ob rem magis ad ſolis radios pullos ſuos probare dicunt, quàm vt ſi quem nictare ac conniuere oculorum acie præſtricta conſpexerint, tanquam ſpurium aut degenerem à ſe abdicent. Sed nec ſtirpium duntaxat ſeminibus, aut etiam animantium fœtibus à natura contigit, vt ſenſim procreatione prolabantur in deterius, verumetiam hominum liberis, ſi corpus ſpectes, idem non rarò accidit, vt qui ſcilicet forti ac vegeto parente ſunt procreati

Columella. Theophraſtus.

Semina quidem & animantium corpora natura vitio ſenſim degenerant: at virtus non niſi ſocordia prolis atque ignauia.

Digitized by Google

creati, imbecillia corpora ſortiantur. At virtus, innocentia & fides, quæ imitatione potius quàm propagatione à parentibus hauriuntur, nullo naturæ vitio fatiſcunt, ſed ſola voluntatis deprauatione corrumpuntur. Potuit itaque fieri, vt nullo ſuo crimine Samuelis filij minus proſpera valetudine vterentur, minus corporis viribus valerent: at quod iniuſti fierent cùm eſſent optimo parente nati, id eorum ſtudium fuit & culpa maxima.

Herodotus

Narrat Herodotus lib. 4. genus quoddam boum in Africa ceſſim eundo paſci, quod offenſantibus in terra cornibus, progrediendo herbas carpere nequeant.

Diodorus.

Diodorus l. 6. Galatarũ pueros à prima ætate canus, deinde ſenſim nigreſcere, aut alio quolibet colore tingi. Filiis Samuel vt apparet neſcio quid ſimile contigit. Nam cùm apud patrem prius in re domeſtica laudem meruiſſent, mox in publica dignitatis obliti ſunt. Quo nomine ſi quis patrẽ accoſandum cẽſeat, haud ſapiẽtius fecerit, quam ſi quis limpidiſſimo fonti conuitium faciat, quod eius riuus collecta humo turbidus fluat. Quandoquidem tamen Socrati idem aliquando crimini datũ fuit, propterea quod Critias & Alcibiades, qui ex eius ſchola emerſerant, reipublicæ perniciem attulerant, idcirco operæ pretium me facturum puto, ſi rationes cõmemorem, quibus

Xenophon

à Xenophonte defenſus eſt. Fortaſſis, inquit, l. 1. de factis & dictis Socr. nonnulli illorum, qui ſe appellant Philoſophos, dicent, nunquam iuſtũ hominẽ iniuſtum fore, aut moderatũ contumeliatorem, &c. Ego vero de his aliter ſentio. Video namque quemadmodum ea quæ per corpus fiunt, non poſsint bene facere illi qui non exerceant: ſic etiam qui non exerceant animũ, minime poſſe animi opera agere: nec enim quæ facienda ſunt, facere, nec à quibus abſtinendum eſt, abſtinere poſſunt.

Illum, qui primùm vitam piè inſtituerit, poſſe deinde ad vitia deflectere.

Quocirca patres etſi ſobrius ſciãt liberos ſuos: prauorum tamẽ hominum colloquia eis prohibent, quaſi bonorũ hominum conuerſatio exercitium ſit virtutis: prauorum verò, deſtructio. Teſtatur autẽ hoc etiã qui dicit poeta, Bona quidẽ diſces à bonis: quod ſi te miſceas prauis, amittes etiam inſitam mentem. Quiq; ait: Vir autem bonus modò fortis, modò ignauus. quibus ego quoque aſſentio.

Bonorum malorumve ſocietas quantum momenti habeat.

Video namque quòd ſicut carminum facilè obliuiſcuntur, qui meditatione continua non vtuntur: ſic illi qui negligunt, tradunt obliuioni ſermones ac admonitiones præceptorum ſuorum. Cùm verò quiſpiam obliuiſcatur iſtorum ſermonum, obliuiſcitur etiam illorum quibus animus ad deſideratã ſobrietatẽ mouetur. Hoc autem facto, nil mirum profectò ipſam quoque ſobrietatem obliuioni tradere. Cõſidero etiam illos qui ad vitium bibendi, aut ad amores corruerint, minus quã antea quæ deceant facere, & ab his quæ nõ deceãt, abſtinere poſſe. Multi nãque cùm in pecunia expendenda antequã amaſſent, parci eſſent, poſt amorẽ non poſſunt: & cũ pecuniã conſumpſiſſẽt, ab eo quæſtu à quo propter turpitudinẽ antea abſtinebant, amplius abſtinere non queunt. Cur igitur nõ videatur poſſibile, eum qui antea ſobrius erat, in poſterũ nõ ſobrium effici? & quod iuſtè antea egerit non

A poſſe ſimiliter agere poſtea? Mihi namq; videtur, omnia quidẽ bona ac honeſta exercitatione homines conſequi poſſe, & maximè ſobrietatẽ. Cum enim voluptates in eodẽ corpore inſint cum anima, perſuadẽt ei non exercere ſobrietatẽ, ſed ea quæ ſibi ipſis atq; corpori grata ſint, exercere. Itaq; Critias & Alcibiades dũ Socrate vtebantur, potuerũt illius ſubſidio prauas ſuperare cupiditates. Cùm antẽ diſceſſiſſent ab eo, Critias quidẽ fugiens in Theſſaliã profectus eſt, ac ibi cum hominibus cõuerſabatur plus iniuſtitiã quàm iuſtitiã facientibus: Alcibiades autẽ propter pulchritudinẽ à multis & venuſtis mulieribus allectus, propter potentiã verò quam in ciuitate & apud ſocios habebat, à multis aſſen-
B tatoribus diſſolutus, & à populo honoribus affectus, facilé que primas conſequutus, ſic neglexit ſeipſum, quemadmodum illi qui ſe in certaminibus gymnaſiiſque exercent, cùm ſemel primas occuparint, facilè negligunt ſeipſos. Cũ itaque talia illis contingerent, cumque nobilitate ſuperbirent, diuitiis efferrentur, potentia inflammarentur, à vulgoque diſſoluti eſſent, & his omnibus corrupti, ac diu à Socrate diſtracti, quid mirum ſi ſint inſolentes effecti? Et poſtea ſi quid mali commiſerint, Socratem huius fuiſſe cauſam aduerſarij aſſerũt.

Non poſſe Samuelem vituperari ob filiorum deprauationem.

Quòd autem dum adoleſcentuli eſſent, quando impudici & ingrati veriſimiliter eſſe debebant, Socrates reddidit
C ſobrios, nulla laude dignum aduerſarijs eſſe videtur. Atqui non eo modo cætera iudicantur. quiſnam tibicen aut citharista, quiſve alius magiſter, ſi vbi ſatis ab illo docti fuerint diſcipuli ſui, ipſo omiſſo alios adierint, ibiq; peiores effecti fuerint, cauſa huius fuiſſe dicetur? Aut quis pater, ſi filius ſuus cuiquam conuerſatus ſobriè viuat, poſtea verò adiens alium vitioſus efficiatur, priorem arguet? Tantò magis laudet illum, quantò magis cum poſteriore peior factus ſit filius ſuus? At ſicuti patres cùm eandem habitent cum liberis domum, dummodo illi ſobriè viuant, non accuſantur delinquentibus filiis: ſic etiã de Socrate iudicare oportet, &c. Hactenus Xenophon, qui non tam Socratis quã Samuelis mihi cauſam agere viſus eſt. Reliqua videamus.

Sed declinauerunt poſt auaritiam.] Auaritia eſt, inquit Diphilus Comicus, cùm quis omiſſa cõſideratione iuſtitiæ lucri fit ſeruus omnino. Φι-

Diphilus. *Auaritia notio.*

D λαργυρία οὗτ᾽ ἔστιν, ὅταν αἰρῇς σκοπῶν τὰ δίκαια, τῷ κέρδει δὲ τὰ παντὸς δοῦλος ᾖς. Cùm illo ſcilicet Samuelis filij ſentiebant, quem ita loquentem facit Antiphanes item Comicus.

Antiphanes

Omnia ſanè nugæ ſunt cum auro comparata,
Solum enim ſemper permanere ſolet eodem ſtatu,
Eodemque colore: amicorum autem mores
Nunquam ſimili modo depingunt fortunæ,
At diuitiæ mores hominis explorant.
Cùm enim locuples turpia facinora moliatur,
Quid hunc inopem arbitraris non facturum?

Imò inopia, & ſupplicij metus mentem à ſceleribus auocant. Heraclides etiam, inquit

Xenophon

Xenophon lib. 7. Cyri minoris, nugas eſſe arbitratur omnia, præterquam argentum quouis modo partum habere. Ego verò Seuthe, nihil homini cuiuis, ac præcipuè ei, qui in alios imperium habent, vllas opes exiſtimo

pulchriores, aut honeſtiores, quàm virtus ſit, A iuſtitia, animi magnitudo: quæ qui poſſideat, cùm ei tam multi amici ſint, ac tam multi eſſe cupiant, non poteſt non diuitiis plurimùm abundare: neque omnino iis in ſecundis quæ gratulentur, in aduerſis qui opem ferant, deerit. Hæc Xenophon. Auaritiam autem reginam procacium vitiorum vocat Caſſiodorus Variar. 12. epiſt. 1. Quam fuge, inquit, illi namque cuncta crimina deteſtabili deuotione famulantur, quæ dum pectus hominis ingreſſa fuerit, gregatim quoque malefidas cohortes admittit. Ferri non poteſt recepta, quia neſcit eſſe ſolitaria. Agmen habet blandiſſimum, arma ſuſcipit ex talentis, & per dulcedinem ſuperat, quos amara deceptione captiuat.

Caſſiodorus. *Auaritia regina procacium vitiorum deſcribitur.*

B Sed nemo ſic eam deſcripſit, & ſuis ad viuum coloribus depictam ob oculos propoſuit, vt beatus Iſidorus Peluſiota lib. 2. epiſto. epiſt. 233. Corporum, inquit, amorem, vt qui acris quidem ſit, verùm celeriter extinguatur, ob eam cauſam pictores cum facibus & pennis depingunt: quoniam nunc libidinem inflammat, nunc rurſum ob ſaturitatem auolat. At pecuniarum amorem nemo vnquam aut fingere, aut ſcribere auſus eſt. Cuius rei hæc fortaſſe cauſa eſt, quia ne amor quidem eſt, ſed inſanabilis furor: aut hæc fortaſſe, quia nec fingi nec deſcribi poteſt. Neque enim quinquaginta duntaxat capita habet, vt fabuloſa illa hydra, per quæ ad inexplebilem ventrem cibos tranſmittat, nec inſaturabilis illius portenti inſtar efficitur, nec denique Briarei in modum cen- C tum duntaxat manibus armatus eſt. Quin ne pennas quidem habet. Satiari enim atque expleri neſcit. Et inferius: Mihi certè puero haud quaquam ſimilis eſſe videtur (non enim amor, ſed perſpicuus furor) verùm fœminæ cuidam. (Nam hoc quoque amentiæ ipſius atque improbitatis indicium ſit) belluina forma præditæ, ignemque ſpiranti, ac ſexcentas viperas crinium loco in capite habenti, perpetuò ſibilantes ac mortiferum venenum euomentes, ſexcentas item manus vnguibus abundantes, quarum opera & adiumento alios laceret, alios ſagittis impetit, ab aliis pecunias extorquet, ac denique ſexcenta ora. Neque enim minatur duntaxat, aut calumnias ſtruit: verum etiam adulatur, ac ſeruilem in modum alloquitur, & peierat, turpiſque quæſtus D cauſa innumeras occaſiones excogitat. Quin oculos habet, non, vt naturæ conſentaneum eſt, cernentes, aut quenquam verentes, non amicum, non fratrem, non cognatum, non benefactorem, verùm aſperum quiddam, & acre, atque crudele & inhumanum igneumque obtuentes. Neque enim rerum naturam perſpicit, nec illud animaduertit, quòd perſæpe cùm permulta mouerit, ad hoſtium manus pecunias tranſmiſerit. Vnde etiam innumeras, ei, qui captus eſt, peccatorum notas inuſsit. Porrò autem aures vſque adeò ſeptas & obturatas habet, vt nec ſupplices preces, nec gemitus, nec fletus, nec vituperationes audiat. Tantùm verò ab eo abeſt, vt pennas habeat, (quæ ſaturitatem deſignant)

S. Iſidor. Pelu. *Auaritia mira deſcriptio.*

A vt ne pedes quidem ipſi vir vllus cordatus tribuerit. Neque enim ingredi, atque ab eo, qui captus eſt, ſecedere poteſt: verùm manus in omnes immittens, ferro quouis & plumbo grauior inſidet, atque ita comparata eſt, vt omnia quidem accipiat, atque omnes expilet, nunquam autem expleatur: verùm eorum, quæ accipit, multitudinem, fomitis atque incitamenti materiam habeat, rerumque acceptarum finem accipiendarum initium efficiat. Ac tandem poſt alia concludit. Quamobrem omnia ipſius vitia mente reuoluentes, nempe quod belluina forma prædita eſt, atque tetra & inamœna, & ignem ſpirans, & inexplebilis, & oculis auribuſque capta, & crudelis, & execranda, & Deo inuiſa, & implacabilis, & B inhumana: (neque enim cùm blanditiis atque obſequiis delinitur, aliquid remittit, verùm tum potius efferatur, cùm maximè colitur) nullum non lapidem moueamus, quò ab ea minimè capiamur, facilius eſt enim non capi, quàm cùm captus ſis, effugere, &c. Apoſtolus vno verbo idolorum ſeruitutem, magiſtri doctrinam ſecutus, auaritiam appellauit. Quo loco ſanctus Chryſoſtomus Apoſtoli mentem diſertiſsimis, vt ſolet, commentariis illuſtrauit, quem nos alibi, in concionibus noſtris, pro modulo noſtro ac pede exprimere conamur.

S. Chryſ.

Cæterùm nuſquam hoc monſtrum ſæuius graſſatur, aut maiores tragædias excitat, quàm vbi iudicum pectus occupauit. Quod Iuſtinia- C num Imperatorem nequaquam latuit. Is enim in Authent. Nouell. 8. ad hunc modum præfatus eſt. Eſt quoque hoc ſacrorum eloquiorum mirabile & verum, quòd auaritia omnium ſit mater malorum, maximè quando non priuatorum, ſed iudicum inhæret animabus. Quis enim ſine periculo non furetur, quis non latrocinabitur ſine reatu ad adminiſtratorem reſpiciens? Illum namque videns omnia auro vendentem, & præſumens quia quicquid egerit illicitum, hoc pecunias dando redimet: hinc homicidium, & adulterium, & inuaſiones, & vulnera, & raptus virginum, & commerciorum confuſio, & contemptus legum & iudicum, omnibus hæc venalia propoſita eſſe putantibus, tamquam aliquod vilium mancipiorum. Sed neque ſufficimus conſiderare & exponere, quanta ex furto prouincialium iudi- D cum fiunt peſsima, nullo eos præſumente cum fiducia redarguere, cum illi ſe emiſſe cingula pronuntient. Hæc ille.

Iuſtinianus Imperat.

Lucæ 12.

Auaritia iudicum quantas iniquitates pariat.

Quanta mala ex auaritia iudicum, & quàm pernicioſum ſit reipub. iuriſdicendi poteſtatem pretio addicere.

EST igitur peſtis quoddam genus acerbiſsimum iudicum auaritia, quæ primùm occultè ſerpens, deinde manans latius, ſenſim omnes reipub. partes ſua lue conficit, regniſque perniciem & vaſtitatem affert. Cuius infortunij cauſam aliquã postremis verbis attigit Imperator, quã nos veriſsimam hoc noſtro tẽpore experimur, quo tẽpore iudicum tribunalia

Digitized by Google

Lamptridius.

principes venalia habent. Nam & paulb ante dixerat huios nequitiæ principium& terminum non aliom eſſe, quàm acceptum à iudicibus ſuffragium. quod antea quoque Alexander Seuerus edixerat, vt eſt apud Lampridium: apud quem neceſſe eſt, ait, vt qui emit vendat. Ego non patiar mercatores poteſtatum. Quod ſi patiar, damnare non poſſim. Erubeſco enim punire illum hominem, qui emit, & vendit. Seoeca item 1. de benef. 9. in fi. Prouincias ſpoliari non mirom, quando quæ emeris, vendere ius gentium eſt: vice verſa æquum eſt, vt qui oon emit, non vendat.] Quandoquidem autem corruptela hæc, maximo reipublicæ noſtræ detrimento, plures iam annos obtinuit, & interim, dum de remedio ſæpius nullo exitu cogitatur, grauius inualeſcit: iouitus licet referam, quid de toto hoc genere Iuſtinianus ſenſerit; vt ſi qoem fortè principem reipub. imo ſalutis ſuæ cura remordeat, ad meliora paratū exemplum inueniat. Is eoim poſtquam de iniuſtitia & rapacitate iudicum ſatis multa conqueſtus eſt, & ioalitiæ fontem digito monſtrauit, Imperatorum videlicet, & aliorum qui circa eos ſunt, quorum cooſiliis reſpublica geritur, auaritiam, qui ab iis, quos ad capeſſendam rempublicam admitterent, luctum captare ſolerent: tandem de remedio locutus, Hoc, inquit, omnino euēturum credimus, ſi præſides gentiom, quicunqoe ciuiles adminiſtrationes prouinciarum habent, puris procuremus vti manibus, & ab omni abſtinere acceprione ſolis contentos eis, quæ à fiſco dantur. Quod non aliter fiet, niſi & ipſi cingula ſine mercede percipiant, nihil omnino dantes nec occaſione ſuffragiorum, neque iis qoi eingula babent, nec alij omnium vlli. Conſiderauimus enim, quia licet quæſtus immodicus imminuitur imperio, attamen oo-ſtri ſubiecti incrementum maximum percipiēt, ſi indemoes à iudicibus conſeruentur: & imperium & fiſcus abundabit, vtens ſubiectis locupletibos: & vno hoc introducto ordine, plurima rerum & innumera erit vbertas. An certè non omnibus manifeſtum eſt, quoniam, qui aurum dat, & ita adminiſtrationem emit: non dat hoc ſolùm quantum occaſione adinuentum eſt ſuffragiorum, ſed & aliud extrinſecus addit amplius occaſione commodi, adminiſtrationem aot dantibos aut ſpondentibus? Et ſic vno principio illicito dato, plorimas neceſſe eſt manus circumire eum, qui donationem facit: & hoc non de ſuo fortè præbere, ſed motuatum, &, vt mutuare poſſit, damnificatum: & computare apud ſe, quia conuenit eum tantum ex prouincia percipere, quantum liberet quidem ei debita, ſortes, & vſuras, & damna pro ipſo mutoo. Computabit autem & in medio expenſas largiores, iam & iudici, & qui circa ipſum ſunt, conoenientes: & qoendam etiam ſibimet recondet quæſtum in tempore ſequenti, in quo fortè non adminiſtrabit. Quapropter eius, qood ab eo datum, triplum, magis autem, ſi oportet verios dici, decuplum erit, quod à ſubiectis noſtris exigitur: & ex hoc etiam fiſcus imminuitur. Nam ea quæ oportebat in fiſcum inferri, eoquod adminiſtratio-

Seneca Philoſoph.

Conſtitutionem hanc denuo ſanxit Tiberius Imperat. Nouell. 161.

I.

A nem habet puris vtentem manibus: hoc ad propriam vtilitatem redigens, qoi adminiſtrationem habet, & inopem nobis faciens collatorem, inopiam ipſius, quæ per ipſum agitur, nobis reputat: & quanta impiè talia fiunt, ad horum furtorum meritò relata occaſionem? Adminiſtrationes namque habentes prouinciales, ad hanc acceptionem reſpicientes, multos quidem reorum dimittunt, vendentes eis delictum: plurimos autem innoxiorum condemnant, vt noxiis præſteot, & hoc, oon ſolùm in pecuniariis cauſis agitur, ſed & in criminalibus, vbi de anima eſt periculum: fugæque fiont ex prouinciis, & conflount huc omnes ingemiſcentes ſacerdotes, & curiales, & officiales, & poſſeſſores, & populi & agricolæ, iodicum
B furta meritò & iniuſtitias accuſantes. Et hæc non fiunt ſola, ſed etiam ciuitatū ſeditiooes, & publicæ turbæ plerumque pecuniæ cauſa fiont, atque ſedantur. Et omnino vna quædam eſt hæc omnium occaſio malorum. Et accipere ſuffragium à iudicibus, totius neqoitiæ eſt principium, & terminus. Hactenus Iuſtinianus, infanda multa commemorans, quæ ex venditione præfecturarum foreoſium naſcontur, necdum tamen ſceleſtiſſima quæque rimatus. Neque enim horum quidquam eius ſacrilegij atrocitatem æquauit, quod ex eodem nequitiæ barathro emerſiſſe olim S. Gregorius expoſtulat cum Imperatrice Conſtantia, lib. 4. epiſt. 77. Nam, cùm de Sardinia agerer, quidam, inquit, rem mihi ſacrilegam nuntiauit: quia hi, qui in
C ea idolis immolant, iudici præmiū perſoluunt, vt eis hoc agere liceat. Quorum dum quidam baptizati eſſent, & immolare iam idolis deſiuiſſeot, adhuc ab eodem iudice inſulæ, etiam poſt baptiſmum, præmiom illud exigitur, quod dare prius pro idolorum immolatione conſueuerant. Quem cùm prędictus Epiſcopus increparet, tantum ſe ſuffragium promiſiſſe reſpondit, vt niſi de cauſis etiam talibus impleri non poſſit. Pergit deinde de Corſica Siciliaque conqueri, & obiectioni occurrit. Scio, inquit, quoniam Imperator dicturus eſt, quia nobis in Italiæ expenſis tranſmittitor, quicquid de prædictis inſulis aggregatur. Reſpondet igitur 1. mi-
D ooribus expenſis iouari poſſe rempob. 2. tam immenſis ſumptibus nequicquam recreari. 3. prodeſſe non poſſe, quæ iniquè extorqueantur. 4. ſatius eſſe ciues temporalem mortem oppetere, quàm, vt ipſi incolumes euadant, Imperatores æternæ vitæ iacturam facere. Ad hunc fere modum ſuffragiorum nundinationes ſuo tempore accuſat S. Gregorius, cùm non ita pridem, ob ſuperiora, ab Imperatore Iuſtiniano, non modb ſeueriſsimis edictis conferre aliquid pro cingulo iudices prohibiti eſſent, verumetiam, ne qua arte fieret, vbi primùm magiſtratum inirent, ſe dihil dediſſe ſacramento confirmare iuberentur. Cuius ex eodem exemplum ſubiciam, quandoqoidem fama eſt, apud nos ex ſolenni formula eam conditionem fuiſſe deletam.

S. Gregor.

Maximas collationes reipub. non prodeſſe, quòd præter æquum & rationem extorqueantur.

Solennis formula ſacramenti, qua ſe nihil dediſſe iudices olim iurabant.

Authent Nouell. 8.

SIC igitur illud eiuſdem Nouell. 8. cap. vltimo, conceptis verbis deſcriptum eſt. Iuro ego per Deum omnipotentem, & filium eius vnigenitum, Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtũ, & Spiritum ſanctum, & per ſanctam glorioſam Dei genitricem, & ſemper Virginem Mariam, & per quatuor Euangelia quæ in manibus meis teneo, & per ſanctos Archangelos Michaelem & Gabrielem, puram cõſcientiam, germanumque ſeruitium me ſeruaturum ſacratiſſimis noſtris Dominis Iuſtiniano & Theodoræ coniugi eius, occaſione traditæ mihi ab eorum pietate adminiſtrationis: & omnem laborem ac ſudorẽ cum fauore ſine dolo & ſine arte quacunque ſuſcipio in commiſſa mihi ab eis adminiſtratione de eorum imperio atque republica: & communicator ſum ſanctiſſimæ Dei Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ: & nullo modo vel tempore aduerſabor ei: nec alium quemcũque permitto, quantum poſſibilitatem habeo. Iuro quoque idem iuſiurandum, quod nulli penitus neque dedi, neque dabo occaſione dati mihi cinguli, neque occaſione patrocinij, neque promiſi, neque profeſſus ſum de prouincia mittere, neque mittam, neque occaſione Dominici ſuffragij, neque famoſiſſimis præfectis adminiſtrationem habẽtibus, neque iis qui circa eos ſunt, neque alij homini vlli: ſed ſicut ſine ſuffragio percepi cingulum, ſic etiam purè me exhibebo circa ſubiectos piiſsimorum Dominorum noſtrorum: contentus iis, quæ ſtatuta ſunt mihi de fiſco annonis. Deinde vbi de fiſco etiam religioſè tuendo, & litibus ex æquo dirimendis pariter fidem fecit, poſtremò adiicit: Si verò non hæc omnia ita ſeruauero: recipiam hic & in futuro ſeculo, in terribili iudicio magni Domini Dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, & habeam partem cum Iuda, & lepra Giezi, & tremore Cain: Inſuper & pœnis, quæ lege eorum pietatis continentur, ero ſubiectus. Hoc fuit iuſiurandum, quod præſtabatur ab his, qui adminiſtrationem accipiebant. Ex quo potes animaduertere, quàm ſtudioſè olim Chriſtiani Principes Eccleſiæ defenſioni conſuluerint, cùm ſcirent ab eo hominum genere perpetuò oppugnari: ſiquidem voluerũt ad eam tuendam, ſeu potius non lædendam & iniuriis afficiendam, quæ fuit ſemper malorum maxima voluptas: iuramento obligari. Quo tamen, vt arbitror, nullum licentius violatur, dum illi negata cupiunt, & in vetitum nituntur. Nec Græci tantùm principes tali erga Eccleſiam obſeruantia ac religione vſi ſunt, verùm etiam noſtri omnium maximè matrem ſuam piiſsimè coluerunt, iudicumque manus ab eiuſdem iniuria cohibuerunt. Vobis verò comitibus, inquit Ludouicus Pius Imperator lib. 2. Capitul. cap. 6. dicimus, voſque commonemus, quia ad veſtrum miniſterium maximè pertinet, vt reuerentiam & A honorem ſanctæ Dei Eccleſiæ exhibeatis, & cum Epiſcopis veſtris concorditer viuatis, & eis adiutorium ad ſuum miniſterium peragendum præbeatis. Et paulo poſt. Pupillorum verò & viduarum, & cæterorum pauperum adiutores & defenſores, & ſanctæ Eccleſiæ, vel ſeruorum illius honoratores, iuxta veſtram poſſibilitatem ſitis. Verùm hæc tanquam ex occaſione dicta ſint, nunc denique ad iudicum tribunalia reuertamur.

Solis Catholicis magiſtratus permiſſi.

Iudicum eſt honoribus Eccleſiam proſequi, non eandem afficere contumelia.

Capitular. Car. M. &c.

An liceat principi iudicum præfecturas vendere.

B IVSTINIANVS igitur cingulum, ſiue iuris dicendi poteſtatem nundinari quemquam vetuit, ſed nos quoniam Cæſareis legibus haud aſtringimur, idcirco ne obſeruamus quidem, tametſi in ea parte cum iure conſentire, & ad populi vtilitatem cum primis ſpectare agnoſcimus. Tribunalia autem emptoribus, quo neſcio an eſſe quicquam poſsit abſurdius: numerata pecunia addicimus. Quo iure, quave iniuria, id ſcilicet in ambiguo eſt, nec arbitror vnam omnium eſſe ſententiam. Nam probari quibuſdam illud argumento eſt, quòd iam vno atque altero ſæculo ſtudium eius nundinatio- C nis nihil dum deferbuit. Plures tamẽ eiuſmodi inſtitutum reprehẽdunt. Nos quale tandem factũ illud eſſe poſsit, paulo attẽtius inquiramus.

An ſimoniæ crimen incurrant, qui iudicum tribunalia pretio diſtrahunt.

IGITVR Petrus Bleſenſis, non ignobilis ſcriptor, qui circa annum Domini 1160. Friderico I. Imperat. floruit: cùm Henricum 2. Angliæ Regem malæ adminiſtratæ iuſtitiæ ab inferioris ordinis iudicibus admoneret, nonnullas eorum corruptelas hac cenſura notauit. Quidam ſunt, qui ſuper exhibitione, aut executione iuſtitiæ litteras non indulgent, niſi ſub certa promiſsione pecuniæ. Sed ſciat, quiſquis huiuſmodi litteras vendidit, quòd Dei iuſti- D tiam, cuius debitor eſt, & quam gratis exhibere tenetur, venalem exponit. Sanctorum enim Patrum autoritate, qui vnum vendit, ſine quo reliquum non prouenit, neutrum inuenditum derelinquit. Certè acceptior eſt apud Deum iuſtitia, quàm præbenda: ideoque, cùm in vtroque poſsit ſimonia committi, damnabilior tamen eſt omnis venalitas in exhibitione iuſtitiæ, quàm in venditione decimæ aut præbendæ. Hactenus Petrus Bleſenſis, quem tuetur Ioannes Buſæus notis ſuis in epiſt. nonageſimam quintam. In exhibitione, inquit, iuſtitiæ verè ſimonia committitur, & quidem fædior, quàm in venditione beneficij Eccleſiaſtici, vel decimarum, ſi ideò aduocatus, vel iudex pretium accipiat, quòd iuſtam, non iniquam cauſam defenderit: nam, vt bene dicit Bleſenſis, ille Dei iuſtitiam, cuius debitor

Petrus Bleſenſis epiſt. 95.

Bleſenſis in exhibitione iuſtitiæ ſimoniã admitti poſſe cenſuit.

Ioannes Buſæus.

Math. 10.
Gratianus.

eſt, & quam gratis exhibere tenetur, venalem exponit. *Gratis accepiſtis*, inquit Chriſtus, *gratis date*. Atque ita docet beatus Gregorius Homil. 39. in Euangel. cuius verba citat Gratianus 1. *quæſt*. 3. *cap. vendentes*. Et 11. *quæſt*. 3. *cap. qui rectè iudicat*. Et iterum: Radix enim & fons ſimoniæ eſt, quòd non liceat pretium accipere pro iis rebus, quæ ſolo Dei dono nobis contigere: repugnat ſiquidem gratiæ, non gratis dari. Iudices tamen & aduocatos, comparatam multo labore ac vigiliis iuris peritiam licere, ac vendere poſſe non abnuit, cùm plerique omnes Theologi ac Iureconſulti ita ſentiant; Alexander Haleſius 3. p. Theol. quæſt. 187. m. 4. a. 3. S. Thomas, & Bonauentura in 4. ſent. diſt. 25. Gloſſa *in cap. non licet*. 11. *quæſt*. 3. Panotmitanus, & alij *in cap. quia nonnullis. De Magiſtris*. Lege Petrum Gregoram in Syntagm. iuris lib. 49. cap. 8. de ſalario aduocatorum. Hactenus Buſæus. Cuius commentarij prior pars, vnà cum Bleſenſi, nonnullam difficultatem patitur; ſiquidem volunt temporalis iuſtitiæ adminiſtrationem ſimoniæ labe infici poſſe, ſi quis eam liceatur. Nam primùm quidem, quod ad ſancti Gregorij teſtimonium attinet, quo niti viſus eſt Buſæus: ſi de ſeculari iuriſdictione agitur, illi opinioni neutiquam fauet. Non

S. Gregor.

enim ea mens ſancti Gregorij fuit, eo loco temporaliom rerum iudices tanti ſceleris arguere: qoin potius templorum nundinas & ſacrilegia tractabat, ſicut idem manifeſtè docet, cum ait: Vendentes in templo ſunt, qui, &c. Idque potiſſimùm ex eo confirmatur, quòd tametſi Pontifices ſeueriſſimis vbique legibus in ſimoniæ reos animaduerterint, nemo tamen pœnas, quibus eas leges ſanxerunt, hactenus tegum comitibus infligendas edixit. Accedit, quod is quoqoe ſenſus Gratiani fuiſſe videtur, cùm hanc ſententiam inter decreta retulit, quæ ad Eccleſiaſticam politiam pertinerent. Deinde, iuſtitiæ

Explicatus S. Gregorius

nomen, quo ſemel hic atque iterum S. Gregorius vſus eſt: non forenſem aliquam actiooem denotat, ſed quod præſtare quiſque clericorum debeat officij ac muneris; quod cùm iuſtè exigitur, ſi Clericus pretium extorqueat, & iuſtitiam vendit, vt inquit S. Gregor. & cum Simone communicat. Illud porrò monſtrum, velut alterum Cerberum, triplici capite deſcribit. Nam vel ſpiritualia vendit ſimoniacos, quæ nummis æſtimari non poſſunt: vel de ſtipendiis paciſcitur, quæ muneri Eccleſiaſtico iure annexa ſunt, & ſuam operam pretio collocat: aut certè debiti operis functionem ab aliis pecunia redimit. Poſtremò, Gloſſa nobiſcum ſentit. Tametſi enim Gregorium de fori ciuilis actio-

Math. 21.
S. Gregor.
Homil. 39.

nibus loqui intelligit, attamen id genus flagitij ſimoniam eſſe negat: quod ideo S. Gregorium aſſeruiſſe falsò creditum eſt, quòd eandem ſcripturam prius de ſimoniacis interpretatus ſit. Scripſerat S. Greg. Vendentes in templo ſunt, qui hoc, quod quibuſdam iure competit, ad præmium largiuntur. Iuſtitiam enim vendere, eſt hanc pro præmij acceptatione ſeruare. Ementes verò in templo ſunt, qui dum hoc perſoluere proximo, quod iuſtum eſt, nolunt, dumque rem iure debitam facere contemnunt, da-

A to patronis pretio, emunt peccatum. Totidem verbis Gratianus inter decreta retulit 1. *quæſt*. 3. *cap. vendentes*. Vbi Gloſſa: Videtur, quòd in his duobus modis non ſit ſimonia, quod verum eſt: aliàs tamen graue peccatum committitur, & ſententia non valet. Dicunt tamen quidam, quòd ſi cauſa eſt Eccleſiaſtica, quòd, qui iuſtitiam emit, ſimoniam committit, niſi in matrimonio. Hæc Gloſſa. Cap. verò, *qui rectè iudicat*. 11. *quæſt*. 3. de ſimonia nullom verbum habet. Quare nunc denique Buſæi rationem expendamus. Radix, inquit, & fons ſimoniæ eſt, quòd non liceat pretium accipere pro iis rebus, quæ ſolo Dei dono nobis contigere: repugnat

Iuſtitia venalitas graue peccatum eſt, non tamen ſimonia

B ſiquidem gratiæ, non gratis dari. Eſto. Sed quæ ſunt illa, quę nobis ſolo Dei dono contigerunt? Dicamne, in quibus nemo laborauit? Quæ humana induſtria non peperit? Nec cuiuſquam opera ac ſtudio comparata ſunt? Huiuſmodi, vt opinor, maria eſſe non negabis, lacus, & flumina, ſaltus item, & paſcua nonnulla in deſertis locis, quæ nemo vnquam coluit. Ergone horum nihil principibus, aut poſſeſſoribus locare, nihil piſcatoribus atque paſtoribos conducere licebit? Nihil eorum, quæ apud nos ſponte naſcuntur, pretio diſtrahere? Contra ſic arbitror, Deum nõnullis ea abundè ſuppeditaſſe, vt vendere poſſent, & ea, quæ ſibi opus eſſent, aliunde coëmere. Itaque non hæc volebas: ſed, ſi quæ pręter naturæ ordinem ac conſuetudinem diui-

C no beneficio collata eſſent, iiſdem ad quæſtum abuti, proximè ad ſimoniam accedere viſum eſt. Quid ſi igitur quiſpiam lapſum cœlo manna, aut aquam è rupe manantem, aot incidentem caſtris coturnicem vẽdidiſſet, foretne propterea ſimoniacus appellandus? Quid igitur Eliſæus egenti mulierculæ, atque ære dirutæ author fuit, vt oleum, quod per miraculum à Deo acceperat, venundaret, & debitionem creditori diſſolueret, reliquam pecuniam ſibi ſuiſque reſeruaret? Vtique noo qualiſcunque doni negotiario, quod à Deo gratis tributum ſit, ſimoniacũ facit: ſed ſpiritualis duntaxat, & quod ad animæ ſalutem inſtitutum ſit, & vendi prohibitum. Nam, nec ſi quiſquam ſupra naturam, agẽte Numine, legum, aut medicinæ, vel etiam philoſophiæ ſcientiam conſecutus ſit, qood eſſe ſpirituale donum nemo dobitat: & ludum

D aperiens pacta mercede doceat, propterea iodicaueris in Simonis grege eſſe numerandum. Simonia ſacrilegij genus eſt, & quidem nefandiſſimum. Sacrilegium autem non alterius quàm rei ſacræ violatio eſt. Sacra ad religionem pertinent. Quare etiam ſimonia non alia cenſenda eſt, quàm auaritia, quæ ſacra temerat, non quouis pacto, ſed negotiatione. Oportet itaqoe primùm tes ſpiritualis ſit. Nam temporalia non alias huic legi obnoxia eſſe creduntur, quàm quatenos, vt ſtipẽdia, cum ſpiritualibus officiis ac dignitatibus connexa ſunt, & ab iis pendent. Quod vinculum, ſi fortè ſoluator, vt nonnunquam fit egeſtate atq; inopia compellente, pari ſorte cum aliis poſſeſſionibus emuntur & veneunt. Deinde, gratis à Deo accepta eſſe debet. Poſtremò, ſacra atq; religioſa. Atqui nihil horum intra cancellos fori ciuilis inuenias. Nam

primò quidem iuriſdicēdi poteſtas, quam Prin-
ceps numerata pecunia emptori adiudicat: neq;
corpus eſt aliquod, neque verò ſpiritu conſtat,
ſed opinione ſola, quā ſtabilem eſſe ſapientum
prudentia iuſſit. Cęterùm, nulla dos animę, non
qualitas, non dignitatis vllus character impri-
mitur, qualia ſunt, quæ nundinatione violati in
Eccleſiaſticis per ſimoniam intelligimus. De-
inde, non gratis vt plurimùm regibus corona
collata eſt, ſed ſtudio ac labore multo compara-
ta. Communibus, inquies, gentis auſpiciis Fran-
cis imperium partum eſt. Communi item con-
ſenſu in vnum regem poteſtas tranſlata. Sed
eſto, nullo labore conſtiterit, res tamen huma-
na eſt, & à Deo naturæ indita ad humani gene-
ris cōſeruationem; vt ſe quiſque priuatim tueri
B poſſet, & vnus plures, qui ſe eiuſdem poteſtati
permiſiſſent. Igitur, ne hac quidem ex parte ſi-
monia probari poterit. At quod poſtremo loco
ſtatueramus, rem eſſe debere ſacram & religio-
ſam, quæ violari à ſimoniacis diceretur: quis
terrenę iuriſdictioni tribuat, niſi qui perturbato
rerum ordine, ſacra profanis ſtudeat permiſce-
re? Denique, S. Thomas rogatus ſuam proferre
ſententiam, nullam ſimoniæ maculam magi-
ſtratuū negotiatoribus ſua cenſura inuſſit. Nec
propterea tamen non magnopere laudādus ſu-
perinrum religioſus impetus, quemadmodum
& Petri Gregorij, qui præfecturarum nundina-
tionem ſimoniæ damnauit, Syntagm. iuris l. 36.
c. 29. tametſi non ignoraret Innocent. Hoſtienſ.
Et Panorm. diuerſam ſequi ſententiam, & Ge-

Petrus Gregor. Synt. iuris lib. 36. c. 29. nu. 15. & 18.

C minianum ſcripſiſſe, carere labe ſimoniæ eum,
qui palàm officium temporale pretio cōparet,
ea mente atque conſilio, vt quam plurimis pro-
deſſe poſſit, & iis artibus inſtructus ſit, quæ ad
benemerendum de Repub. copioſè ſuppeditēt.
Sacra namque res eſt iuſtitia, inquit Petrus, quā
vendi nefas eſt. Et Vlpianus Iuriſperitos prædi-
cauit ſacerdotes. Vocat & Iuſtinianus Iuriſpru-
dentiam, diuinarum & humanarum rerum no-
titiam. Moſes item, & Ioſaphat præfectos ſuos
admonent, eſſe iudicium Dei. Officium item
iudicis, fides & religio vocatur. Denique ſacra,
ſpiritalis, & Dei donum cùm in vtroque iure
cenſeatur iuſtitia, addici pretio abſque ſimoniæ
ſcelere non poteſt. Tot tantiſq; rationibus fre-
tus Tholoſanus, pluribus verbis ſuam exagge-
rat, ſuadetque ſententiam. Cui vtinam fides eſ-
ſet adhibita, grauiſſima certè peſtis, & vno ſa-

Cum ſuperioribus ſentit Petrus Greg. nundinationem iudiciorum eſſe ſimoniā.

D crilegij nomine ſimoniâ inferior, exularet: quæ
hactenus incommodis ciuium exultat, & in pu-
blica calamitate bacchatur. Verumtamen pa-
rum accuratè Petrus ſacra à profanis diſtinguit,
inductus in fraudem Iuriſperitorum licentia,
qui humana iura diuiniſſimis quibuſque titulis
dignantur: nec aduertit, non incorporea quæ-
uis ſpiritalia cenſeri, ſed ea duntaxat, quæ ſu-
pra naturam à Spiritu ſancto religioni collata
ſunt: nec eſſe quidquam, quod Dei donum ha-
beri non debeat, non modò iuſtitia, verum
etiam iuſtitiæ finis, pax & tranquillitas: quam
ſi quis pretio redemerit, quis aſſerat ſimoniæ
labe pollutum? Itaque, ne ſutor vltra crepi-
dam. Theologorum eſt iſta tractatio, definire,
non quid Iuſtinianus ſenſerit, ſed quanta ſit
A diuini iuris religio, qui modus, quæ cenſura.
Quare D. Thomam potius audiamus.

An liceat Principi iudicum præfecturas vendere.

Sanctus Thomas, cuius apud omnes grauiſ-
ſima ſemper authoritas meritò extitit: de ea
re quid ſenſerit, ex eiuſdem opuſculo de Regi-
mine Iudæorum ad Duciſſam Brabantiæ, pau-
cis expediam. Quintò, inquit, quærebatis de
Balliuis & Officialibus veſtris, ſi liceat eis offi-
cia vendere. Ad quod dicendum videtur ſecun-
dum Apoſtolum, quòd multa licent, *quæ non
expediunt*. Cùm autem Balliuis & Officialibus
B veſtris nihil committatis, niſi temporalis offi-
cium poteſtatis, non video, quare huiuſmodi
officia non liceat vobis vendere, dummodo ta-
libus vendatis, de quibus poſſit præſumi, quòd
ſint vtiles ad talia officia exercenda; & non tan-
to pretio vendantur officia, quòd recuperari
non poſſint ſine grauamine veſtrorum ſubdito-
rum. Sed tamen talis venditio expediens non
videtur. Primò quidem, quia contingit fre-
quenter, quòd illi qui eſſent magis idonei ad
huiuſmodi officia exercenda, ſunt pauperes, vt
emere non poſſint. Etſi etiam ſunt diuites, illi
qui meliores ſunt, talia officia non ambiunt,
nec inhiant ad lucra ex officio acquirenda. Se-
quitur igitur, quòd vt plurimùm illi officia in
terra veſtra ſuſcipiunt, qui ſunt peiores, ambi-
C tioſi & pecuniæ amatores, quos etiam proba-
bile eſt ſubditos veſtros opprimere, & veſtra
etiam commoda non ſic fideliter procurare.
Vnde magis videtur expediens, vt bonos homi-
nes & idoneos ad ſuſcipiendum veſtra officia
eligatis, quos etiam inuitos, ſi neceſſe fuerit,
compellatis: quia per eorum bonitatem & in-
duſtriam maiora accreſcent vobis & ſubditis
veſtris, quàm de prædicta officiorum venditio-
ne acquirere valeatis. Et hoc conſilium dedit
Moyſi eius cognatus. *Prouide*, inquit, *elige de
plebe viros ſapientes & timentes Deum, in quibus ſit
charitas, & qui oderint auaritiam: & conſtitue ex
eis Tribunos & Centuriones, & Quinquagenarios &
Decanos, qui iudicent populum omni tempore.* Hacte-
nus S. Thomas. Cuius tametſi ſatis aperta ſen-
tentia eſt, attamen, ob rei difficultatem, non pa-
D riter ab omnibus exponitur. Sunt enim non-
nulli, qui S. Thomæ verbis adhærentes, tametſi
non expediat, venire tamen licitè iudicum præ-
fecturas ſentiant. Sunt qui eius mentem inter-
pretandam putent, & quidem non vno modo.
Nam Caietanus quidem, & Soto, ſi rei naturam
ſpectes, pretio diſtrahi poſſe non dubitant, &
eam venditionem in ſcholis poſſe aſſeri, ſeu ſpe-
culatiuè defendi; at negant practicè: quoniam
is cōtractus vitio carere non poſſit. Illos tamen
ſic interpretatur Dominicus Bannes in 2. 2. qu.
63. dubit. 6. concluſ. 3. vt eos loqui velit mora-
liter, ſeu de communi conſuetudine; quoniam
vix vlla ratio habetur earum conditionum, quæ
ad legitimam venditionem requiruntur. Prima
eſt, vt dignis ac merentibus tribunalia addican-
tur. Secunda, moderato pretio. Tertia, vt pre-

S. Thom.

1. Sententia

Caietan. 2. Soto. Dom. Bannes.

Digitized by Google

tium ipſum in publicam vtilitatem conferatur. Et duæ quidem priores Angelicum doctorem authorem habent, tertiam recentiores addiderunt. *Adrianus. 8.* Adrianus in 4. de Reſtitutione §. Ex his oritur. omnino licere negat. Duobus potiſſimùm nititur argumentis. Alterum, quòd reus ſit acceptæ perſonæ, qui pretio addixit. Alterũ, quòd nemo iure vendere poſſit, niſi quod poſſidet: negat autem principem ea officia poſſidere. Atqui hoc plerique aſſerunt. Verumtamen breuitatis gratia dicere omittamus. Sed quid ſi vendat ipſa Reſpublica? Cæterùm S. Thomam ſic explicat, vt voluerit rem pretio æſtimari, vt puta quæ temporalis eſt, non tamen vendi poſſe; cùm non expedire probet iis rationibus, quæ debeant officij memorem ab ea nundinatione abſterrere. De Republ. reſpondeo cum Dominico Banne, ſi iuſtitiam colat, vtilitari partium ſuarum tum priuatim, tum publicè, abſque acceptione perſonarum cõſulere debere. Neque enim vllam à Deo poteſtatem accepit, qua ſibi ſuiſve membris noceret abſque peccato. Atqui Geneſ. 47. Ægyptiorum exemplo probatur Rempubl. cum omnibus officiis venire poſſe. Ex quo poſtremò ſequitur, etſi nõ ipſam Rempubl. eius tamen munera, ac dignitates principem ſine ſcelere venales habiturum. Contra, totius Reipub. vices Princeps gerit, communiſque ſenſus ciuium ac mentis publicæ interpres eſt & arbiter: qoî tandem igitur liceat venalitios iudices præficere, à quibus nemo eſt, qui non abhorreat? Sola itaque ratio magnæ neceſſitatis, aut vitandi periculi, quod in ſummum diſcrimen Rẽpublicam adducat, efficiet, vt ciues ſibi perſuadeant, eo pacto Principem ſuæ fidei atq; officio non defuiſſe. Erit igitur quarta ſententia, quam ſequitur ex recentioribus Ioannes *Ioan. Malderus.* Malderus, Epiſcopus Antuerpiẽſis, in 2. S. Thomæ Tract. 9. cap. 1. dubio 5. Non licere Principi iuriſdicẽdi poteſtatem cuiquam pretio addicere, niſi fortè redacta ad incitas Reſpublica eius collationis ſubſidio indigeat. Nam tum ſi modò is, cui ea conditione mandatur iuriſdictio, eo munere non indignus habeatur, & cęteræ leges obſeruentur, quæ à S. Thoma præſcriptæ ſunt: neque Princeps acceptionis perſonarum accuſari poterit, neque contra mentem Reipub. feciſſe videri. Præcipua namque Reipub. ratio eſt, vt ſeipſam tueatur, & publicè quidem nonnunquam priuatorum incommodo: & alioquin, vbi neceſſitas vrget, is videtur ad gerendam Remp. magis idoneus, qui eandem non tantùm cura & adminiſtratione, ſed etiam opibus iuuare paratus eſt. Porrò huic eruditiſſimi Malderi ſententiæ tantum tribuo, vt non putem aliter Dominicum Bannes, & alios cõplures, qui hoc ſentiunt; peccare grauiter Principem, aut Rempub. quæ non optimum quemque iudicem aſciſcat; ſuam ſententiam poſſe tueri, quàm ſi hãc amplectantur. Nam qui vendit, melioris rationem habere non poteſt, niſi fortè aliunde petarur ea cõditio quàm ex vita aut moribus. At vbi neceſſitas vrget, dignum quemq; pretij magnitudo præ cæteris commendat. Nec aliter ſentire videtur S. Thomas, cũ negat expedire, licere docet. Nam quod non expedit Reipub. tentare Principem

A nefas eſt. Nec verò non expedire tantùm, aut prodeſſe ſignificat, ſed etiam nocere plurimũ: quo minus etiam Principi licebit. Et tamen licere docuit. Qua ratione? Quoniam, tametſi ea res ſuapte natura iuſtitiæ non repugnet, aliunde tamen ex effectis crebrò nocẽs apparet; ac proinde etiam Principi cauenda eſt. At quod ex occaſione nocet, & non ſuopte ingenio, fieri quãdoque poteſt vt etiam expediat. Et tum proculdubio licebit. Id verò maximè contingit in neceſſitate, quando, quæcunque licent, tum etiam expediunt. In neceſſitate igitur licebit idoneo ac locupleti iuriſdictionem mandare, ea lege, vt collata pecunia Remp. iuuet. Et hæc eſt mens, vt arbitror, Doctoris Angelici: cuius etiamſi authoritate, vt æquum eſt, plurimùm mouear: B adhuc tamen quid poſſim, eandem quæſtionem pluribus verſans modis, experiar.

Ad quam ſpeciem iuſtitiæ diſtributio iuriſdictionum referenda ſit; & ſi ad diſtribuentem, an pretio vendi queat.

PRIMVM quæri poteſt, ad quam iuſtitiæ ſpeciem inſtitutio magiſtratuum & iudicum ſpectet, maximè in ea Republ. quæ communi voto, & regali lege ius omne ſuum in Principem transtulit. *Inſtitutio iudicum ad diſtribuentem iuſtitiã pertinet. 1. Ratio.* Et videtur quod ad diſtribuentem magis attineat. Siquidem ratio creãdorum iudicum præcipua hæç fuit, vt eſſet verum & C æquabile iudicium, quo Reipub. tranquillitas, inteſtinis ciuium iurgiis perpetuò labefactata, redintegraretur. Hoc verò ſperare prętterquam ab optimis quibuſque & peritiſſimis nefas eſt. Iudiciorum enim adminiſtratio morum ſanctitatem cum pari legum ſcientia exigit. Vnde ſequitur, vt perſonarum potiſſimùm atque virtutum delectus habendus ſit: pretij verò quãtitas, quæ ad commutantem iuſtitiam pertinet, ſiue magna illa ſit, ſiue tenuis & modica, ad iudiciorum religionem nihil conferet. Quod ſi verum eſt, ergo tribunalia iiſdem vendere non licebit. Venditio enim arithmetica proportione rem pretio exæquat, ſecura dignitatis & innocentię, ſiue etiam improbitatis ementium, quorum nummos appendit non merita. Itaque, ſi quis eſt, qoi, cùm dandi iudices poteſtatem habeat, in habẽdo delectu commutatiuæ iuſtitiæ leges D obſeruet, iniquiſſimè faciet: contra verò, ſi quis diſtribuẽtem iuſtitiam complexus erit, geometrica proportione optimum quemq; & peritiſſimum allegens, cùm Reip. ſaluti conſulet, tum immortalem gloriam conſequetur. Id porrò quàm ſit rationi conſentaneum, teſtatur primũ totius humani generis cõſenſus, & laudata vbique gentium, quàm latiſſimè fama porrigitur, Ægyptiorum iudicum, Thebanorum, Areopagitarumque ſanctitas: quos innocentis vitę opinio, non erogata cuiquam pecunia, iudiciis pręfecit. Prætor etiam apud Romanos, vt author eſt Tullius in oratione pro Cluentio, iuratus debuit optimum quemque in ſelectos iudices referre. Deniqne, apud eoſdem lex ſancita fuit de ambitu, ſi fortè largitio facta diceretur. *2.*

Iurare iuſſit Carolus 8. & largitionis conuictos officio priuauit.

Quòd ſi nummis à populo magiſtratum redimere in Democratia ſcelus eſt habitum, quî tandem Principi in Monarchia licebit? Nos verò præterea à maioribus noſtris accepimus, non prius inaugurari ſolere iudicem, quàm ſolennibus verbis iuraret, ſe nihil pecuniæ dediſſe, quo eam dignitatem adipiſceretur. Itaqoe noo nemo ex hoc meo ordine, qui nō ita pridem diem ſuum obiit: cùm ex antiqua conſuetodine, magiſtratum initurus togaretur pecuniamne vllam cōtuliſſet, execratus ſolennis formulæ perfidiam, vtique, ait, quam rex accepiſſet. Plures ſubinde annos in eadem nobiſcum palęſtra non ſine laude verſatus, miſeram hanc vitam cum æterna commutauit. Eam partem ſolennis ſacramenti nunc deletam ferunt. Atqui ad hoc ipſum obligaſſe videntur ſtipendia iudicibus ab B antiquis publicè conſtituta: qui, ſi iuſtitię adminiſtratiooem quæſtus materiam eſſe poſſe arbitrarentur, mercedem accipere magis quàm dare ſtatuerent. Sed cùm ſcirent eum, qui caſtè integreque leges ac iudicia adminiſtraret, laboris plurimùm ſubire, lucri ſpe deſtitui, ære publico iuuare decreuerunt. Deniqoe, vt hæc argumēta noſtra priora non inconuenientia fuiſſe iudices, aſtipulatrix accedit nouiſſimorum quorundam Regum authoritas. Siquidem Carolus 5. anno 1358. Carolus 8. anno 1463. conſtitutionis ſuæ art. 68. cuiuſcunque curiæ maioris ſiue minoris officia mercari vetuerunt. Quos ſubinde Ludouicus 12. imitatus eſt, Ordinationis ſuæ art. 40. Pius etiam Quintus ſummus Pontifex apud Nauat. c. 25. num. 7. venales C haberi iudicum præfecturas inhibuit.

3. Altera ratio creandorum in Repub. magiſtratuum hęc fuit, vt eſſent virtutum pręmia, & honores, quæ benemeritis conferrentur. His qooqoe ſtipendia adiuncta ſunt, quò boni quique conſtantius de Repub. benemereri pergerent: nec partem aliquam cogerentur in ſeipſos deriuare curæ & cogitationis ſuæ, perſuaſi, rei familiaris iacturam publica liberalitate fore cōpenſandam. Quòd ſi Princeps iiſdē pro ſua libidine abutatur, & mercedem bonorum pecunię adiudicet, an non geminam iniuriam irrogaſſit: alteram bonæ frugi ciuibus, quibus iniuſtè denegat fructum laborum: alteram reipublicæ, quam eo pacto contingit priuari induſtria plurimorum, quorum ſtudia in eandem deſperatis præmiis
4. langoeſcunt & remittuntur? Malè omnino ſe D res habet, cùm, quod virtute effici debet, id tentatur pecunia. Non poterit igitur Princeps, niſi ſi fortè tempus & grauis neceſſitas flagitet, pecunias ex collatione præfecturarum corrogare. Quòd ſi ex clade, bello, aut alia qualibet calamitate prematur inopia, tum, qoæ ſolebant eſſe ornamenta virtutum, aut præmia meritorum, in neceſſarios vſus cedāt æquum eſt. Polus Pythagoricus hoc ait eſſe in Republica iuſtitiam, quod ſit in orbe prouidentia, in corpore valetudo. Alij pacis & otij, totiuſque fœlicitatis fundamentum eſſe iuſtitiam aſſeuerāt. At illud niſi ſyncerum eſt, & ab omni vitio alienum, ſuperimpoſita moles publicę ſalutis periculo non carebit. Iam verò qoî fieri poteſt, vt ea iuſtitię adminiſtratio ſyncera eſſe credatur, quæ in ſpem

A lucri incumbit, & tota quæſtu innititur? Præterea, apud ſuſpectum iudicem ſuum ius experiri nemo cogendus eſt. At quî tandem perſuaderi 5.
potero nolle eum ius vendere, qui emit? Seuerè prius, inquis, & religioſè examinantur quàm iudiciis præſidere ſinantur. Quid autē eſt quod diſcutitur? legum peritia. Atqui iuſtitia, vt inquit Ageſilaus, doctrina non comparatur. Et S. Thomas docet, ſolam moralium virtutū iuſtitiam voluntati inhærere. Iuſtinianus item Imperator, initio inſtitutionum, hanc iuſtitiæ definitionem tradit. Iuſtitia eſt conſtans & perpetua voluntas ius ſuū cuique tribuendi. Tametſi igitur quiſpiam vel iuris omnes apices ſtudioſè rimatus fuerit, & legum ſcientiam percalluerit, ſi non par quoque voluntas accedat, vim virtu- B tis iuſtitiæ nūquam aſſequetur. Propterea igitur etiam morum candidati diſquiſitio atque inueſtigatio præmittitur, prænuntia repulſæ, ſi qua labe ſordoerit. At in quos mores inquiritur, futuræ an ſuperioris ætatis? Vtiq; ſuperioris: nam futura nos latent, quæ non aliter quàm ex priſtinis ſtudiis fas eſt explorare. An non hoc igitur de vnoquoq, compertum eſt, qood olim emiſſet, non dobitaſſe aliquādo vendere? Idem igitur in poſterum etiam faciet, nec à venditione in iudiciis abhorrebit, quę prior ipſe pecunia redemit, ſiquidem ex priſtinæ vitæ ſtudiis diuinatio quædam ſioe ſcientia futurorum colligitur. Sed hæc fortaſſis nulla apud vos labes habetur, nec ſatis digna macula, quæ repulſam patiatur. Quinimo, inquis, grauis eum pœna ma- C net, ſi deliquerit. Nugas narras: quis enim animaduertet? Superiores iodices. Atqui, primùm quidem quiſque ſuos paritur manes, omnes pari ſorte ducti ſunt: Deinde, ioris religione præpedientur, ne faciant, cùm ſciant, prohiberi neminem poſſe vendere, quod emerit Adhæc, tria 6.
circa vnumquodque conſideranda eſſe docet Hierax Philoſophus, habitum, vſum, & opus; quorum duo poſteriora manant à primo, ſine quo effici omnino nequeunt. Vt, ſi quis imaginem cōtueatur, primùm intelligere debet, opificem piogendi arte fuiſſe inſtructum: deinde, penicillo vtentem artis vſum habuiſſe: poſtremò tabulam ipſam variis coloribus atq; lineamētis deſcriptam videt. Igitur & nos in eo, qoi ius dicere paratus ſit, totidem ſpectare neceſſe eſt, iuſtitiam, vſum eiuſdem, deniq; quod opos D edit. Non enim magis abſqoe ioſtitia ius ſuum cuique tribuet, quàm ſine arte quiſquam alienos vultus in tabula exprimet. Porrò in mancipe ac redemptore iudice, quæ poteſt intelligi iuſtitia? Redemptionis enim finis eſt priuata vtilitas; iuſtitiæ aliena, maximè verò publica, ſiquidem vitio caret ab Imperatore tradita definitio. Ergo ne opus quidem iuſtitiæ ab eo expectandom erit.

Lucrum ſe facere intelligit, qoicunqoe emit. 7.
At lucri ratio cum iuſtitia pugnat. Quamobrem præclarè Euripides:

Apud Stobæum Sermone 8.

E quidem hanc ſententiam iam olim approbaui,
Quòd vir iuſtus natus ſit in proximi commodum:
Contra, cuius animus inclinatus eſt in lucrum,
Et amicis inutilis eſt, & difficilis in commerciis.

Et iterum:

Quiſquis ambitioſum, aut auarum ingenium habet,
Nihil ille iuſtum ſapit, neque cupit,
Difficiliſque eſt amicis, & toti ciuitati.

Et Atiſtophanes:

Vos qui accipitis ſtipendia publica,
Singuli priuatim incumbitis ſuo quiſque lucro.
Vtilitas verò reipublicæ ſeu Siſyphi lapis verſatur.

Quantò magis, ſi ad eam rem noſtri ſua in publicum conferant, velut publicani quæſtus ſui rationem habebunt? Et tamen lucri ratio cũ iuſtitia pugnat: debet enim iuſtitia æquabilem iuris tenere rationem. Contra, lucrum eſt, quod æquilibritatem ſuperat. Æquatio itaque lucrũ, lucrum iuſtitiam tollit. Quomodo igitur apud venalitios iudices illa conſtabit? Iuſtitiæ eſt ſuum cuique tribuere. Illud verò ſuum in his, quæ ad commutantem iuſtitiam pertinent, arithmetica proportione reddi debet, in diſtribuente, geometrica. Neutrum faciet, qui partem ex eo decerpet, quæſtus nomine. Reus, inquis, impenſas reſtituet. Num etiam munera, & alia plurima, quæ nemo veſtrûm fert in rationes referri? Tantum abeſt, vt quiſque, quod ſuum eſt, iuſtitiæ beneficio recipiat, vt plures doleant, ſe non eius rei iacturam feciſſe, cuius occaſione perierunt. In mari reperi, quidam aiebat, hîc Elani bouis. Patere omnibus iuſtitiæ fores æquum eſt: maximè verò miſeris, quorum illa vindex & patrona eſt. At hi contra, ex quo tempore ſtateram ſuam pretio locat, deſperatione ſumptuum ab ea abſtinent. Arguam poſtremò ex effectis. Iudices plures ditari: reos, tametſi victores cauſarum, fortunis euerti videmus. Quis non igitur neget præturas iudicum venales eſſe debere?

Ariſtot. lib 5. Eth. cap. 4.
S. Thomas 2.2 q. 58. art. 11.

8.
9.
10.

B
C

An habeat aliquid iuſtitiæ adminiſtratio, quod pretio æſtimari, ac vendi poſſit.

Rationes eorum qui volunt inſtitutionem iudicum ad commutantem iuſtitiã pertinere poſſe.
Plato.

AT contra, qui commutantis iuſtitiæ partes tuentur, illud aſſerunt: ſtipendiis ſuis militare neminem: quare ne Regem quidem. Hinc apud Platonem in 5. Dialogo de Repub. ciues, Principes ſuos ſeruatores & auxiliatores vocant, Principes verò populum mercedis tributorem & nutricatorem. Nemo negat. Cùm itaque ex adminiſtratione iuſtitiæ, nonnulla vtilitas in Regem redundet, quis vetat per poteſtatis ſuæ miniſtros eandem percipere? Reſpondeo: eo nomine Principi fiſcus & ærariũ attributa ſunt, partim ad alendam familiã, partim etiam ad fori militiæque impenſas tolerandas. Ægyptij præterea Reges atque Peruati, & alij non pauci, ex iiſdem neceſſarios ſumptus, cùm domeſticos, tum religioſos ſacerdotibus ſuppeditabant. Iuſtitiam verò apud nos Regiis impenſis ab initio adminiſtratam fuiſſe, illud argumento eſt, quod de Regio ſiue publico patrimonio iiſdem ſtipendia decreta ſunt. Verum eſto, dices, aliquando eo iure regnatum ſit, nunc tamen, poſtquam rerum ſtatu

Fiſcus & ærarium ad fori militiaque impenſas tolerandas Regibus attributa ſunt.

A in deteriora prolapſo, plurima Comitum Baronumque iuri ceſſerunt, quæ præmia inſtituta fuerant iuriſdictionum, aliunde Regi ſtipendia comparanda ſunt: quæ videntur ab iis poſſe peti commodiſſimè, qui iuſtitiæ præſidio vti velint. Vt hoc verum eſſe concedamus, non amplius aliquid conficies, quàm decernendas eſſe iudicibus ſportulas, ne gratis ſeruire cogantur. Cùm enim Rex totius Reipub. nomine eorundem operas conducat, pro labore mercedem conſtitui æquum eſt. Cui perſoluendæ cùm Regis opes hoc tempore pares eſſe non poſſint, populus litigantium ſatisfacere tenetur. Et hanc conditionem nos ferre decet. Nam B neque ea res ſuapte natura ab æquo abhorret, & alioquin præſentium temporum inopia neceſſariam efficit. Sed præter mercedem, quæ ius dicentibus debetur, alieno nomine vectigalem facere iuriſdictionem, & eum, qui iuſtitię ope indigeat, ad indebiti fœnoris diſſolutionem obligare, alienum eſſe videtur à iuris propoſito. Iam verò, quid aliud Rex facit, cùm pretio iudicum præfecturas vendit? Ipſe quidem pecuniam multam recipit, vſuras verò pendit non ipſe, qui accipit, ſed quicunque ius ſibi fieri poſtulat. Quo tandem iure? Nam quid litigator debeat præter operas iudicum, eo nomine, quòd ab iiſdem cauſa eius cognita ſit, perſpicere non valeo. Aut igitur, qui pecunias C conferunt, viduis iuſſi gaudere honoribus, prohibebuntur à quæſtu: aut, ſi non eſſe æquum videbitur priuare quenquam emolumentis ſuæ pecuniæ, præter operę ac laboris pretiũ, collatæ pecuniæ nomine fœnus exigent. Quod vtique nunc mage fit, poſtquam pecunia ab honoribus tranſlata eſt ad quæſtum & fœnerationem. Quæ fœneratio, ſi quidem iure aliquo niti debeat, prorſus intelligendum eſt, vectigalem factam eſſe iuſtitiam, vt ſcilicet extra legitimas impenſas litium, vnuſquiſque reus aliam pecuniam conferat, quę iudici fœnoris ergo reponatur. Quod, vt taceam quàm non ſit honorificum, aut etiam Chriſtiano Principe dignum, fortaſſis etiam alius quiſpiam ambigat, poſſitne vlla ratione licere: cùm ea ratione ius pleriſque negetur potius quàm dicatur, Principe fori D aditum miſeris pretio occludente.

Vectigalem non decet eſſe iuriſdictionem.

Stipendia quo iure debeantur iudicibus.

QVOD ſi quis, ne his quidem rationibus perſuaſus, tribunalium commercia ad commutantem iuſtitiam pertinaciter referat, age deinceps inueſtigemus, quod genus contractus eſſe poſſit. Sed priuſquam ad Saturni lancem, & ætatis noſtræ dedecora deſcendamus, priſcum illum & auitum morem, quo maiores noſtri vſi ſunt, expendamus. Antiquis enim iudicibus ſtipendia, & ſportulas tributas fuiſſe, aurum iudicaturos contuliſſe non legimus. Cæterùm Princeps nuſquam ea ſe dare intelligit, ſed ea lege tribuere, vt ex legum præſcripto lites dirimant, & iuri dicundo toti incumbant. Iudices item, cùm ſe ſententias &

Stipendia & ſportulæ iudicibus iure tribuuntur. Et quo tandem contractu.

Digitized by Google

A iudicia vendere non poſſe intelligerent, non aliter ſuas operas, ſtudium, & induſtriam in iudiciis collocare ſtatuerunt, quàm ſi honeſtis emolumentis, neceſſariiſque ſubſidiis fouerentur. Ex quo apparet, genus quoddam contractus innominati interueniſſe Principem inter & iudicem, niſi malis ad mandatum referre: quod genus inter eas obligationes receoſet Iuſtinianus Imperator Inſtit. lib. 3. tit. 23. quæ ex conſenſu naſcuntur. Baldus autem notat ad l. 5. §. 4. ff. de præſcriptis verbis lib. 19. titol. 5. contractum innominatum mandati vim habere. In quo contracto, ex eadem lege, id quod intereſt, ſoccedit loco dandæ rei. Dat igitur Princeps, iudex vt faciat: Iudex facit, vt à Principe recipiat: non quanti iuſtitiam coluiſſe æſtimari poteſt: ſed qoanti iudicis intereſt, dum huic ſtudio vacat, vt ab alio quæſtu auocetur. Illud intereſſe ſuum, ſiue à Principe ex ærario publico recuperet, ſiue à reis, qui eiuſdem opera vti velint, accuſari vt arbitror nequitiæ nou poteſt, ſi non vltra metas à principe poſitas, aut naturalis æquitatis fines proſiliat. *Dignus eſt enim operarius mercede ſua.* & : *Nemo ſtipendiis ſuis militat.* Fortaſſis etiam id genus contractus locatio dici queat. Nam cùm do, vt facias: ſi tale ſit factum, quod locari ſolet, puta vt tabulam pingas: pecunia data, vt inquit Paulus eadẽ lege quinta ff. de præſcriptis verb. §. 2. locatio erit. Sin tale eſt factum, quod locari non poſſit, puta vt ſeruum manumittas: cõdici ei poteſt, vel præſcriptis verbis agi.] C An verò eiuſmodi eſt factum iudicis, quod locari poſſit? Imò videtur eſſe, quantum ex dictis doctorum referente ibidem Gothofredo colligere fas eſt. Quæritur enim, inquit Gothofredus, quibus indiciis facta locabilia ab his, quæ locari non poſſunt, diſcernamus? An ex modo contractus, vt vult Accurſius? An ex modo implendi, vt qui vltramontani nuncupantur exiſtimãt? Vide Baldum & Albericum hîc. An conſuetudine. r. quod perſona ſolita ſit locare operas, vt putat Bartol. ad l. 5. in pr. num. 23. ff. cond. cauſa data? An verò quòd ex eo poteſt ſequi emolumentum pecuniarium, vt vult Iaſon hîc num. 2. in fin. Verùm quocunque tandem titulo is cõtractus veniat, eius æquitas nou videtur in dubium poſſe reuocari: quare ad alia properemus. D

Iuſtinianus Imp.

Paulus Iuriſc.

Gothofredus.

In adminiſtratione iuſtitiæ quid eſt, quod vendi poſſit.

PRIMVM igitur duo quædam nobis diſtinguenda ſunt circa ſportulas & ſtipendia ſubſelliorũ, poteſtas ipſa dicendi iuris, quæ Principem autorem habet, & ius percipiendi ſtipendia, quod ab ipſa muneris functione manat, & vſum tractationemque cõſequitur. Vtrumque natura ſua penes eſt Principem, & quidem hoc poſterius ob primum. Idcirco enim ex adminiſtratione iuſtitiæ vtilitatem aliquam fas eſt ſperare Principem, quoniam ipſe iuris eſt arbiter, & recti vindex & æqui. Sed quæritur præterea, horumoe alterum à Principe vendi poſſit, an vtrumque. Et videtur quod neutrũ vendi poſſit. Non poſterius, quoniam illud naturali æquitare Iuriſdictioni inhæret: ita planè, vt iniuriam quidem feciſſe meritò cenſeatur Princeps ſi deneget, nullo nouo beneficio affeciſſe, ſi tribuat. Quis enim non rideat, ſi coi narretur, ius mercedis accipiendæ è ſuo labore Principem pretio tribuiſſe? Non prius, quoniam diuina quædam res eſt poteſtas & imperium populorum. Contrarium tamen doctiſſimis placuit, vtrumque ſcilicet pretio diſtrahi poſſe. Nam cùm libertas, ſeruitus, iuriſdictio, & imperia haberi ab hominibus poſſint, & humano iure parentur & curentur, pretio quoque addici poterunt. Ius item ſtipendiorum ac mercedis percipiendæ ex aliqua functione, nonnunquam ab eo vendi poterit, cuius eſt functio; ſiquidem attributæ mercedis vtilitas longè ſuperat induſtriæ ac laboris magnitudinem. Id quod in hoc maximè negotio locum habere videtur. Siquidem, non modò nunc ſtipendia iudicibus conſtituta ſunt, verum etiam mediocres ſportulæ, citra cuiuſquam iniuriam legitimæ habentur.

Iuriſdicendi poteſtas, iuſque percipiendi ſtipendia vendi poſſunt.

B

Quo genere venditionis iudicum præfectura comparentur.

ERGÓNE dicetur venditio, nundinatio illa officiorũ, cùm numerata pecunia iudicibus tribunalia addicuntur? Duo quædam obſtare videntur. Primum, quod per venditionẽ rei dominium transfertur in emptorem. *ff. de contrahenda emptione. l.* 80. §. 3. Nemo poteſt videri eam rem vendidiſſe, de cuius domino id agitur, ne ad emptorem tranſeat. Sed hoc aut locatio eſt, aut aliud genus contractus. Et ratio eſt, inquit Gothofredus, quia hoc eſt venditionis proprium. At contra, quæ litteræ iudicibus aſcribunt iuriſdictionem, in regis arbitrio ponunt, vt redemptis muneribus fungi poſſint, donec ipſe velit. Alterum, quod actio, quæ emptori datur, in rem datur, non in pretium: venditori in pretium, non in rem. Antoninus Imp. *Cod. de actionibus empti & vendit. l.* 1. Aduerſus eum, cui agrum vendidiſti, iudicio venditi conſiſte. Nec enim tibi in rem actio cum emptore, qui perſonaliter tibi ſit obligatus, cõpetit. Et ibidem l. 6. Diocletianus & Maximia. Impp. Venditi actio ad pretium exigendũ comperit. Rex autem, ſi quem iubeat, vt magiſtratu ſe abdicet, pretium ex alio emptore repetere duntaxat ſinit, rem ipſe ſibi vendicat, quam alteri conferat. Vtrumque horum venditionem fieri negat, quæ his legibus conſiſtere nequit. Argumento à contrahenda emptione ad contractam *Cod. de contrah. empt. l.* 13. In vendentis vel ementis voluntatem collata cõditione comparandi, quia non aſtringit neceſſitate contrahentes, obligatio nulla eſt. Et Vlpianus *ff. de contrah. emp. l.* 7. Si arbitrium domini accipiamus, vẽditio nulla eſt: quemad-

Venduntur iudicũ præfectura cum pacto retrouenditionis.

Digeſt. de contrah. empt.

Gothofredus.

Cod. de actionibus empt. & vend.

mudum ſi quis ita vendiderit, ſi voluerit: vel A ſtipulanti ſic ſpundeat, ſi voluero, decem dabo. Neque enim debet in arbitrium rei conferri, an ſit obſtrictus.]

Vteris forſitan exceptione publici patrimonij, & huc eſſe dices priuilegium fiſci, vt venditus quocunque tcopore redimi poſſit. At verò contrarium prurſus aſſeritur *Cod. de reſcindenda venditione l.3.* De contractu venditionis & emptionis iute perfecto, alterutro inuito, nullo recedi tempure buna fides patitur, nec ex reſcripto noſtro, quo iure fiſcum nuſtum vti, ſæpe conſtitutum eſt. Quod denuò confirmatur *l.7. Cod. eod.* Apud nos tamen, non alia lege fiſcus venit, quàm vt pro arbitrio, ſeu putius facultate principis, reſtituto pretio, recuperari puſſit. Nulla ergo erit venditiu. Imò cenſetur B eſſe venditio. Vnde nec emptor fructum rei venditæ in ſortem computare cogitur: ſed eſt illa venditio ſimul cum pacto retrouendendi, ſi quando vendituri è re ſua viſom fuerit; quemadmoduni cenſus plerique ſolent, quod genus contractus duduni iura probarunt. Alexander Imp. *Cod. de pactis inter emptorem & vend. l. 2.* Ad hunc modum Chariſio reſcripſit. Si fundũ parentes tui ea lege vendiderunt, vt ſiue ipſi, ſiue heredes eorum emptori pretium quandocunque, vel intra certa tempora obtuliſſent, reſtitueretur, teque pararo ſatisfacere cunditioni directæ heres emptoris non paret, vt cuntractus fides ſeruetur, actio præſcriptis verbis, vel ex vendito tibi dabitur, habita ratione eorum, quæ poſt oblatam ex pacto quaotitatem, ex eo C fundo ad aduerſatium peruenerunt. Et *ff. de præſcriptis verbis l. 12.* venditionem cum pacto tranſcriptioois in emptorem, Proculus valere vult iuter virum & vxorem, idque & in aliis perſonis obſeruandum docet. Valere autem nõ ſola legum autoritate ciuilium, verumetiam cum æquitate cõſentire, pluribus oſtendit Dominicus Suto libro ſexto de iuſtitia & iure, q. 5. art. 3. Verumenimuero, ſi quid eſt, quod eiuſmodi contractum deprauet, aut vſuram eſſe oportet, aut iniuſtitiam. Vſura quidem nulla eſt: quoniam nullo voquam tempore emptor pretium repetere poteſt: quod ſi heret, mutuũ potius eſſe videretur quàm venditio, nec careret fœnoris ſuſpiciune. Iniuſtitia quoque nulla: quoniam venditor iuſti pretij deceſſionem ex D parte facit, quo tranſcriptionem ſeu retruuenditiunem ab emptore paciſcatur. Huiuſmodi cõtractum eſſe neceſſe eſt, quo tribunalia apud nos veneunt: neque aliam eſſe arbitrot horum verburum ſententiam, tantiſper dum ipſe velit, quàm ea lege præturas vendi, vt quouis tempore eodem reſtituto pretio, à principe recipi poſſint. Et hoc quidem nihil æquius, aut etiam Reipub. vtilius excugitari puteſt, quàm vt intelligant iudices, qua data occaſiune ſibi puſſe magiſtratum abrogari, ni ſedulò ac religioſè officium faciant. Sed illud etiam cum primis animaduertendum eſt, nihil eo iniquius & acerbius eſſe poſſe quàm ſi cum æquilibritate pretij, pro ſua poteſtate principes imperent retrouenditiunem.

Pactum retrouenditionis.

Proculus ff de præſc. verb.

Dominic. Soto.

Opottet itaque, vt ea negotiatio, quæ nulli A ſanctorum expedire viſa eſt, tolerabilis ſaltem iudicetur, Præturas facili pretio adiudicari; ne ſi iuſtum & æquale pretinm exigatur, res alioquin non prorſus iniuſta, ex multis rationibus iniqua cenſeatur. Neque enim, tametſi ſuapte natura venire non repugnet, quouis pacto temerè vendi poſſe credenda eſt: ſed qua lege nunc viuimus, id purius negandum eſt, quàm vt ſuffragio noſtro vberrimam omniũ malorũ ſegetem foueamus. Nam primùm quidẽ pretio & ſumptibus cãdidatorum opes exhauriuntur; æs alienum contrahitur; & pleroſque, velut è naufragio nudos, ſic patrimonio depulſus præfectura excipit, edoctos alienis nõ parcere, poſtquam rerum ſuarum iacturam fecerint. At verò quis huc genus negotiationis aut iuſtum, aut B in vlla Repub. ferendum exiſtimet, qua plerique ciues honeſtiſſimi, penè momento iuſtè poſſeſſis euertuntur? Deinde, auctus in immẽſum numerus præfecturarũ forenſium, redundantes ac ſuperfluẽtes plurimus vniuſcuiuſque ciuitatis ceruicibus imponit, inſidiaturos bonis ciuium, & lites arte atque induſtria ſuſcitaturos, ne ſibi quandoque inutiles, aut aliis otioſi eſſe videantur. Qua quidem peſte, quid eſſe queat nocentius? Nocentium autem rerũ mercatura iuſta eſſe non poteſt. Accedit ad hæc, ex multiplici illo genere ac numero iudicum, ſumma iuriſdictionum confuſio atque perturbatio, dum quiſque ſtudet ſuam amplificare prouinciam, & veteres quidem ægerrimè à cõſuetis abſtinent, recentiores autem occupare C omnia nituntur. Itaque perpetuò litigant, & iudiciis turpibus conflictantur. Quòd ſi illi bella & lites inter ſe agitent, qui populo pacis autores eſſe debuerant, quis neget ea ratione Reipub. peſſimè eſſe conſultum, quam tamen Principem æquum eſt præ ſua ſalute tueri? Enimuero, ſi quem fortè caſus in eas turbas cuniecerit, vt plerunque euenire neceſſe eſt, quis hominis illius miſeriam explicet? Sicut enim fera, quæ ſe in laqueus induerit, ſic ille expedire ſeſe ex eurum caſſibus nullo pacto poteſt: ſed tantiſpet, dum illi eruere inter ſe certant, haud aliter quàm præda à canibus diſcerpitur. Id quod, ſi quiſquam eſt, qui iniuſte fieri iudicet, hoc iterum apud ſe reputet, quo iore, quáve ratiune Princeps fortunas ciuium, D quas ſartas rectas tuiturum ſe recepit, harpyis lacerandas diripiendaſque abiiciat, turpis lucri gratia? Nec illud prætereundum eſt, quod ex contractu venditionis ſequi videatur, vt quoties Princeps venditas iuriſdictiones mutat, aut imminuit, tantundem ex pretiu reſtituere teneatur, quantum illorum interſit, qui priùs emerant. Addam puſtremò, nec iure à populo præter ſtipendia & ſpurtulas, fœnus iuris dictionis nomine extorqueri poſſe, ſicut nunc ſe facere plerique ſentiunt, prupterea quòd ſtipendia quidem, & ſpurtulas ſuo labori ab antiquis deſtinatas arbitrentur: fœnus autem collatæ à ſe pecuniæ immenſiſque ſumptibus deberi exiſtiment. Stipendia namque ſatis ad officij titulum ſuppetunt, ſportulæ ad acuendam diligentiam in acta ſingula conferuntur: fœnus qua tandem lege exiges? Si ærarij cauſaris inopiam,

Quàm iniquis conditionibus officiorum venditio apud nos deprauetur.

Vti medicorum ægro, ſic iudicum Reip. multitudo noxia eſt.

Multiplicatus numerus iudicum ciuibus exitialis eſt.

prius omnia tentanda ſunt, quàm vt iuſtitia, quæ ſponſa eſt Principis, vindex & patrona ciuium, vſuris opprimatur. His igitur, aliiſqoe pluribus ratiooibus, ſi fortè occurrant, probari poterit, non modò non expedire iudieum præfecturas vendere, ſed nec omnino licere: quinimo Principem repetundarum pecuniarum lege teneri apud ſupremum iudieem Deum, ſi qua venalitij iudices coneuſſione vſi fuerint: quorum is fidem Reipub. præſtare debuit, qui populi incommodum ſuum lucrum fecit.

Poletæ autem contractus, qui non ita pridẽ à quodam Publicano autore ſuo nomen inuenit, quo ſecuritas quæritur priori contractui etiam poſt mortem, & cauetur heredibus ea B lege, vt quibus annis ſibi quiſque caueri velit, certum pecuniæ canonem intra præſcriptum diem perſoluat: ſi prior eontractus legitimus habeatur, & penſio illa modom non excedat, non videtur tanquam ſpurius & illegitimos abiiciendus, cùm ea eonditio, vt quæſtus in tuto ſit, pretio redimi poſſit. Sotus lib. 6. de iuſtitia & iure, quæſt. 7.

Dominic. Sotus.

Duplex ſuffragatorum genus, & an his quoque lucrum inde ſperare liceat.

Suffragatorum duplex genus.

AT verò ſunt etiam præter Priocipem, qoi C ſuffragij nomine noo leues nummos à candidatis ſiue ambientibus nonnunqoam extorqueant. Et horum doplex genus eſt. Nam alij quidem, cùm nonnulla apud Regem & Principes viros gratia polleant, ambientes ſuo fauore ac ſtudio iuuant, eundemqoe fauorem ſuum ac ſtudiũ pretio locant. Alij, vt primùm mortis nuntium cuioſquam aeeeperint, deſtitutum officium impetrant, & ex eo qoæſtum faciunt, ac vendunt quanti auctione facta licuerit. Priores notare videtur S. Auguſtinus lib. 2. de conſenſu Euangeliſtarum cap. 4. cùm ait: Quod ita tenoit eonſuetudo, vt iam etiã vulgò *Peruentores* appellentor, qoi potentium quorumlibet tanquam inacceſſibiles animos, per conuenientium perſonatom interpoſitionem, ambitionis arte pertingunt.] Horum ſtudia & D artes aut probauit aot tulit Theodoſius Imperator Cod. de Suffragio lib. 4. tit. 3. Si qui deſideria, inquit, ſua explicare cupientes, ferri ſibi à quoquam ſuffragium poſtulauerint, & ob referendam vicem ſe ſponſione conſtrinxerint, promiſſa reſtituant, eùm ea, quæ optaoerint, eonſequuntur. Si artibus moras nectant, ad ſolutionem debiti coartandi ſunt.] Hoc intelligendum docet Vueſenbecius in œconomia iuris initio lib. 4. cod. de honoribus atque officiis, aut etiam aliis ſupplicationibus à Principe aulicorum ſuffragio obtinendis. Id qood clam fieri per ambitum & concuſſionem non licet: palàm & bona fide, haod quaquam hic eſt improbatum. Nam quæ palàm fiunt, in rebus dubiis extra ſuſpicionem ſunt: qoæ autem clandeſtinẽ & ſecretò, hæc in ſuſpicionẽ fraudis incurrere conſueuerunt. Atque hoc quidẽ, inquit idem Vueſenbecius, datum apparet au-

S. Auguſt. Tom 4.

Item Cod. Theod. ſi certum petatur de ſuffragiis.

Vueſenbecius.

A licorum fauori, eoque hæc conſtitutio aulica vocatur: ne importunis Prouincialium querelis identidem apud Principem accuſarentur: quæ res & oecaſionem legiſlatori hac de re primùm dedit, etiamſi rem ipſam improbaret. Nam eiuſmodi nefariè dari indicat, eoque non quidem exigi permittit, ſed data repeti vetat: quia in pari turpique cauſa melior ſit conditio poſſidentis. Cæterùm Theodoſius in gratiam, vt apparet Ruffini, cui conſtitutio iſta inſcribitur, longios prouectus eſt, & exactionem ea ſponſione eiuſmodi eſſe voluit, eùm tamen lex Iuliani ſuperior, hæc nefariè dari atteſtetur, & reuera contra legem Iuliam repetundarum, B omnemque æquitatem & rationem eiuſmodi promittantur, nedum dentur: turpium autem ſponſionum non debebat eſſe obligatio vel exactio. At hoc dignum Ruffino, qui qualis fuerit ea hiſtoriis, & Claodiani poëmatis conſtat. Illud indignius noſtros Iuſtiniani aſſeclas, ſuæ, vt opinor, culinæ ſeruientes, tam flagitioſam turpis aucupij nundinationem, aut temporibus, aut moribus, aut neeeſſitati, vel adulationi certè datam, toto autem argumento deformem atque improbam in codicem retuliſſe: & hac non iuris, ſed iniuriæ ſpecie, ſubditos inexplebili aulicorum argentanginæ deglubendos comedendoſque propinaſſe. Itaque rectios poſtea hanc totam ſuffragiorum mercaturam C Nouell. 8. ſuſtulerunt. Hactenus Vueſenbecius. Cum quo idem ſentit Gothofredus Cod. eod. Nam aliud, inquit, ius ante hanc conſtitutionem fuit, cùm ſoluti ſuffragij repetitio daretur, vt & alia conſtitutione Iuliani, l. 1. Cod. Theod. eod. nec fuit ſoluti repetitio, nec petitio non ſoloti. Vterque autem legis Iulianæ teſtem laudat Ammianum lib. 22. At contra Ammianus docet Iulianum, cùm ab Ægyptiis graculorum more ſtrepẽtibus interpellaretur, quioon paueos ex locupletioribus repetundarum poſtularent, eoſdem deluſos Chalcedona tranſmiſiſſe, prohibitoque regreſſu legem velut æquitate ipſa dictante promulgaſſe, qua cauetur, nullum interpellari ſuffragatorem ſuper his, quæ eum rectè cõſtiterit accepiſſe. Ea quibus penè contrarium elicitur his, quæ à Vue- D ſenbecio & Gothofredo afferuntur, ſiquidem lex indicat ſuffragatorem nonnihil rectè accipere potuiſſe. Codicem Theodoſianum penes me non habebam. Cæterùm, tametſi Voeſenbecii probem ſententiam, & ioris antiqui religionem amplectar, qoam per reges noſtros denoò interpolatam cõperio, lib. 5. Cap. Carol. Magn. titulo 224. euius rituli capitulum ſcriptorũ incuria intercidit: certum eſt tamen, ſi iuris naturalis æquitatem iuſtis ponderibus examinemos, ſuffragatori, tanquam proxenetæ, operæ ac laboris mercedem poſſe tribui, ſi quidem iuriſdictio res digna eenſetur, quæ ſuffragiis quæri, & eonciliatoris ſtudio ſtipulari à Principe queat. Et erit tum is contractus ex innominatis, facio, vt des: ſiue do, vt facias: aut eertè locatio & condoctio. Par pari hoſtimentum eſt, aiebat illa apud Plautum, opera pro pecunia. Si tamen minùs idoneo quis faueat, eùm ad eam rem dignior offeratur, tum is mer-

l. 1. Cod. Theod. eod.

Gothofredus.

Ammian. Marcellinus.

Suffragatori primi generis mercedem poſſe conſtitui.

Digitized by Google

Leges ſuffragatorum 2. generis.

is mercede careat æquum eſt. Multò verò magis, ſi quis Vettonij Turini artes imitetur: qui apud Alexandrum Imperatorem ſuffragiũ fictè profeſſus, cùm nulla re ambientes iuuaret, euentum dolo vendebat. De quo, vt inquit Lampridius, Alexander quæſiuit diligentiſſimè antequam eum damnaret: & inuenit, Turinum ſæpe & in cauſis ab vtraque parte accepiſſe, cùm euentus venderet: & ab omnibus, qui aut præpoſituras, aut prouincias acceperant. Itaque probatis per teſtes omnibus, & quibus præſentibus quid accepiſſet, & quibus audientibus quid promiſiſſet, in foro tranſitorio ad ſtipitem illum ligari præcepit: & fumo appoſito, quem ex ſtipulis atque humidis lignis fieri iuſſerat, necauit, præcone dicente: Fumo punitur, qui vendidit fumum. Hactenus Lamprid. in Alexandro.

At genus illud aliud ſuffragatorum, qui permiſſas ſuæ fidei præfecturas pretio diſtrahunt, admodum, vt mihi quidem videtur, in cauſa verſantur ancipiti. Nam primùm quidem ſola Principis egeſtas eundem excuſat à ſcelere, cùm multis nominibus probari poſſit, eam nundinationem grauem eſſe Reipub. Cui plus oneris imponere quam ab initio tulerit, aut neceſſitas flagitet, abhorret à boni principis officio. Verùm reſponderi poteſt: id quod conceſſum eſt, non tantùm gratiæ, quantùm meritis & fidei datum, mercedis locum obtinere. Ergo ſaltem iiſdem legibus ſuffragator tenebitur, quas ipſe ſibi Prioceps ſcripſerit: nec augere pretium pro ſua libidioe valebit, aut vendere quanti, quiſquis cootra emprorem liceat, æſtimauerit. Quid ſi ea mens Principis fuerit, vt quantum poſſet, ex eo quæſtum faceret? Primùm eam mentem manifeſtis argumentis declaratam eſſe oportebit: non enim temerè qoiſquam contra ſuas leges ſentire credendus eſt, aut plus alteri quàm ſibi ipſi indulgere velle. Deinde, vt Principis voluntas nos immunes præſtet à crimine, iuſtam ac rationabilem eſſe decet. Poſtremò in eoſdem ſcopulos impingunt, quos ſupra notauimus. Nam, cùm non abſque pacto retrouenditionis tribunalia veneant, tenue ac moderatum pretium eſſe neceſſe eſt.

An liceat indigno iudiciorum præfecturam conferre, ea lege, vt per idoneum vicarium iuſtitiam adminiſtret.

QVID ſi quiſpiam indoctus, & artis expers iudiciariæ, impenſis in Principem obſequiis promeritus ſit, vt illi honos babeatur, & Princeps tali aliqua dignitate eundem remunerandum cenſuerit, an non poterit eius emolumentis cum muneris prærogatiua frui, aſcito atque adoptato vicario, qui ius dicat cõtentus parte modica ſtipendiorum? Reginaldus Praxis fori libro 23. num. 38. aut proximè ſuperiori, in ea opinione eſt, vt fieri poſſe pu-

Reginaldus.

Ineptum iudicem Regis beneficio præfici non poſſe.

tet. Ego contra ſentio, cùm Perſonæ ius dicenti, tum Reipub. fieri iniuriã. Perſonæ, quòd dignis eo munere ſtipendiis, & publica autoritate deſtinatis priuetur. Reipublicæ, quòd in ea iudicis perſonam ſuſtineat, qui tanto officio iodignus ſit. Quaſi verò digna ſit militari labore compenſatio, iudiciorum attributa poteſtas quorum ars bellica nullam diſciplinam tradit; ita vt neceſſe ſit, aut iuriſdictione abſtinere eiuſmodi iudicem, aut in errores labi longè turpiſſimos: aut nulla prætereà merces à Principe expectari poſſit, quàm quæ ſit cũ alterius, imò totius Reip. incommodo coniuncta. Nam qui legitimis induſtriæ ſuæ fructibus ſe fraudatum ſenſerit, tantundem ex iudiciis per calumniam malitiamque recuperabit: & ſic vnius alicuius incongrua remuneratio, cedet in perniciem plurimorum.

Adduci tamen poterant in exemplum Duces, Comites, & Balliui, qui olim iudices ordinarij apud maiores noſtros fuiſſe videntur. Sed illi potius magiſtratus erant, & poteſtatem dandi iudices habebant, quàm vt per ſeipſos cauſas cognoſcerent: aut, ſi quando iudicus præſidebant, id adeò magis vt iudicatis autoritate ſua robur adderent, quàm vt ipſi ſententias ferrent. Quanquam & illud tum eſſe tolerabilius potuit, cùm & paucæ leges adhuc ſcriptæ erant, & ius ipſum rude atqoe inelaboratum minore ſtudio indigebat, &, ſi quæ noua occurrebant, ad regem referri iubebantur. Ducis ſanè ſummum magiſtratum in Francia ſecundum regem fuiſſe plures teſtantur, & pacis militiæque negotiis præfuiſſe. Stephanus Abbas Leodienſis in vita B. Modoaldi, Dux, inquit, dignitate modicùm à ſublimitate regia differente præditus, omnia regni negotia prudentiſſima diſpoſitione ordinabat. Et Fortunatus Lupum Ducem in hunc modum compellat.

Dux.

Stephanus Leodienſ.

Fortunatus.

Bella moues, iura quiete regis.
Fultus vtriſque bonis, hinc armis, legibus illinc.

Præfecturas etiam cùm bellicas, tum forenſes idoneis rerumque peritis diſtribuebat, vt autor eſt hiſtor. vitæ S. Baboleni apud Pithæũ in Gloſſario ad capit. Caroli Mag. verbo *Dux*. Legimus item io legibus Alamann. cap. 41. eum cauſas audire debere, qui à Duce per conuentionem populi conſtitutus ſit.

Pithæus.

Lex Alam.

Comites verò noſtros, tametſi iudices ordinarios fuiſſe priſcis temporibus Pithæus Choppinuſque cum aliis conſentiant, aliunde tamen probare poſſumus, etiam militares ordines duxiſſe, cùm bellum moueretur, & regiones ſuas armis atq; inſtructo milite defendiſſe. Hinc eſt illud in iiſdem capitulis additione 4. capite 82. Poſtquam Comes & pagenſes de qualicunq; expeditione hoſtili reuerſi fuerint, ex eo die ſupra XL. noctes ſit banous reciſus, &c. id eſt, armorum depoſitio. Et item aliud libro quarto eorundem capitul. capite 5. Volumus vt Comites, qui ad cuſtodiam maritimam deputati ſunt, quicunque ex eis in ſuo miniſterio reſidet, de iuſtitia facienda ſe non excuſet propter illam cuſtodiam: ſed ibi ſecum ſuos Scabineos habeat, ſi

Comes.

Capitularia Caroli Magni.

Digitized by Google

ibi placitum teneat, & iuſtitiam faciat.] Erant autem apud antiquos Scabinei, non quos nunc *Eſchenins* vocamus, non Comitis Vicarij, aut miniſtri, qui Centenarij aut Centenariooes Vualafrido Strabo dicuntur, minores iudices per pagos conſtituti: ſed propriè Iodices à Miſſis regiis conſenſu populi electi, ſine quibus Comes litem nullam dirimebat. Vnde Cartularium Beſuenſis Monaſterij ſæpius eos iudices vocat, & vnà cum Comite in iore dicendo coniungit.

Lex Baiuuar.

Antiqua verò lex Baiuuar. Comes, inquit, ſecum habeat iudicem, qui ibi conſtitutus eſt iudicare, & librom legis, vt ſemper rectum iudicium iudicet cap. 15. num. 2. Iam verò Scabineos, non ab ipſis Comitibus aſſumptos, ſed à Miſſis Dominicis & populo electos, docent Capitularia Carol. Magn. lib. 4. cap. 33. his verbis. Vt Miſſi noſtri Scabinos, aduocatos, notarios per ſingula loca eligant: & eorum nomina, quando reuerſi fuerint, ſecum ſcripta deferant.] Conſenſus autem populi, cùm aliàs, tum cap. 74. addit. 4. meminit iubetque eos adiutores eſſe Comitum ad iuſtitias faciendas.

Balliuus.

De Balliuis & ſimilibus idem forſan dici poteſt, nec ſatis conſtat, quo prorſus ordine apud antiquos iudicia adminiſtrata ſint; aut quo maximè tempore, qua autoritate priſcæ ſenſim conſuetudioes obſoleuerint. Nunc certè Balliui, quo tempore bannus & heribaonus à rege edicitur, nobiles ſuæ Balliuiæ conuenire iubent, ſeque duces eorum ad caſtra regis exhibent. In iudiciis, ſi adeſſe velint, primas ſedes obtinent: ſed ſententiam ferre, aot etiam ſuffragium, cuius ratio haberi debeat, prohibentur. Penes ſubpræfectos, eorum locum tenentes omnis iudiciorum poteſtas eſt.

Petrus Gregor.

De quibus Petrus Gregorius lib. 47. iuris Syntagm. cap. 33. in hunc modum. Subpræfecti à Principe, non à Seneſarcho (ſiue Balliuo) inſtituuntur, & præficiuntur, nec delegati: ſed ordinarij iudices ſiuot: ſub ditione tamen, & poteſtate eiuſdem Seneſarchi. Et ideo iudicia eorum nomine Seneſarchi proferuntur, & negotia eodem oomine expediũtur: qoamuis ipſe per ſeipſum non iudicet. Nam iudices illi additi, in hac parte operam præſtant: ipſe aurem nomine & poteſtate regia iudicia autorat, & tuetur, & exequutioni mandari iubet. Et ideo placuit Ludouico 12. art. 48. ſuæ conſtitutionis, ne alij præfecturæ, vel ſubpræfecturæ regendæ iudiciorum Seneſarchiæ præficiantur, quàm qui gradum prolytatus, ſeu licentiaturæ, vel doctoratus in aliqua famoſa vniuerſitate adepti fuerint. Hactenus Petrus Gregor. ibi numero 8.

Hinc igitur argumentum nullum peti poterit, quo probetur, Principem indignum officio iudicem inſtituere poſſe. Nam ſiue illi priores, tum iudicandi munus per ſe obibant, cùm eſſet minus operoſa iuriſdictio, earum legum, quas ſua ætas tulit, expertes fuiſſe minimè credendi ſunt; cùm iudicaturi eaſdem ſcriptas haberent præ manibus, & paucis admodum capitulis comprehenſæ eſſeot: ſiue,

A quod veriſimilius eſt, non illi quidem iudicia exercebant, ſed, cùm eſſent rectores prouinciarum, & potentia atque autoritate valerent, regis nomine iodicum collegiis præſidio erant, eoſdemqoe in officio continebant, iudicia vrique non erant, ſed diuerſæ prorſus functionis prærogatiuam & emolumenta obtinebant. At iudices præfici, qui autoritatem habeant, & ſtipendiis glorientur, iudices aotem agere nequeant, ſed aliena induſtria abutantur, neque aliquando licuit, neque in æternum licebit; cũ ſit, præter eas iniurias, quas ſupra commemorauimus, iniquiſſima deceptio, qua Reipub. in re omnium maximè ſeria per ineptam perſonã

B illuditur. Id quod eo ſtudioſius contra Reginaldum defendo, ne poſt innomera corruptelarum portenta, ad noſtras miſerias is quoque cumulus tandem aliquando accedat.

Doni & muneris differentia. Caluinus Iuriſc. in lex iurid.

Et *acceperunt munera.*] Aliud ſanè eſſe donum, aliud munus, illud argumento eſt, quòd vetuſtiſſima *lex Cincia* non præcisè de donis aut de muneribus, ſed coniunctim de donis & muoeribus ſcripta eſt: Ne quis ob cauſam orandam donum munuſve caperet. *Item lex Iulia repetundarum*: Ne Vrbani magiſtratus plus doni, muneris in anno accipiant, quàm quod ſit aureorum centum. *l. 6. illo tit.* Item in mandatis Principum: Ne proconſules donum, munúſve capiant. *l. Solent. 6. ff. de Of-*

C *fic. Proconſ.* Videndum igitur, qoid inter donum ac munus interſit. Nam Seruius quidem Virgilij interpres, donum propriè ſuperiorum Deorum eſſe ait: Munus verò inferiorũ. Donatus autem in Terent. donum propriè Deorum: Munus hominum. Quod cùm ita ſit, plus eſſe certè donum voluerunt, quàm munus. Qua de cauſa etiam in ſuperioribos exemplis ferè ſemper priore loco collocatur, vt non incommodè fortaſſe dicere poſſimus, Donum eſſe maiorum rerum: munus verò minorum. Itaque & regna, & regiones, & oppida, & prædia cæteráſque res immobiles dono dari, paſſim legimus: munera dari legiſſe mo noo memini. Quin & abſentes res donari rectè dicuntur: munera aotem mitti, & præſentia offerri. L. munus, 18. de verb. ſignif.

D qua de cauſa fortaſſe Gallica lingua noſtra Præſentia nominamus, *des preſents*, quæ præſenti in manus dantur. Rectè ergo Vlpianus ff. de verb. ſignif. donum quaſi genus facit: munus ſpeciem: propterea quod quæ muneri dantur, dona omnia ſunt: at non contra. Item donum, inquit, genus eſt: munus autem donum cum cauſa. Hebraicum nomen eſt שחד *Schohhad*, quod munus vertit interpres noſter conſtantiſſimè. Nam cùm vicies, aut eo ſæpius, in ſcripturis legatur, vix ſemel aut iterum donum transferri videas. Muneris autem poſtrema illa definitio, vt ſit donom cum cauſa, in hunc locum quadrare aptè videtur: non enim in alium finem Samuelis filiis munera oblata ſuot, quàm vt per eos gratiæ daretur, qood iura negarent. Vis porrò muneris quanta ſit, non modò cùm datur, ſed etiam cùm promittitur, didicit aliqoando Rex Spartæ

Herodotus.

Digitized by Google

Cleumenes à Gorgò ſua filiula, octo vel nouē A annos nata. Illum enim, cùm aliquando Ariſtagoras prumiſſis quinquaginta talentis ſuadere cunaretur, puella in huuc mudum affata eſt: Pater, huſpes te corrumpet, uiſi hinc abis. Qood & fecit, vt autur eſt Herodutus lib. 5.

Euſebius. Phuronæus 2. apud Euſebium in Chronico, circa annom mundi 3390. primus Argis iudicia & leges conſcripſiſſe fertur. Fuit is Abrahamu minor, Iacubu patriarcha maiur. At primus Anytus Athenis iudicium largitionibus

Diodorus. *Qui primi iudicium corruperint.* corrupit, ſeque pœnæ exemit; vt ſcribit Diod. Sicul. lib. 13. annu 3563. Samuelis tamen filij Anyti iudicibus fuerunt mulrò antiquiures. Tametſi enim eus Euſebius referat circa ann. mun. 4090. quu numeru probarentur longè inferiores; aliunde tamen ex obſeruatione B Olympiadis 92. quo tempure primùm iudicia corrupta Anyti ſcelere Diodurus narrat, pluribus ſeculis præceſſiſſe palàm eſt. Siquidem Euſebius eam Olympiadem ad ann. mundi 4780. adſcribit. Quare non immeritò hi primi omnium, quos vlla hiſtoria meminerit, corrupti iudices habendi ſunt: digni qui chorum ducant, quando vix aliàs id genus flagitij tantas turbas peperit.

Quàm ſeuere ſeu potius inhumanè in corruptos iodices apod Perſas animaduerteretur, ducet idem Diodorus Siculus lib. 15. ad ann. 3587. Olympiad. 98. viuis pelles detractæ ſunt, quibus ſucceſſorum tribunalia inſternerentur.

Thucydides. At lungè cootrario more Thraces Odryſæ vſi ſunt, quemadmudum tradit Thucydides lib. 2. Belli Pelopunn. Legem, inquit, longè aliam condiderunt, quàm quæ eſt apud Perſas, & quæ apud alius quoque Thraces moribus eſt recepta, vt videlicet potius acciperent, quàm dent. Et turpius erat ſi quis rugatus non dediſſet, quàm ſi quis non impetraſſet id, quod petiiſſet. Veruntamen hac lege diutius ſunt vſi, prupter putentiam, qua valebaot. Nihil enim à ququam apud regem, eiuſque nubilitatem, ſine muneribus tranſigi poterat. Itaque regnum illud ad magnam putentiam peruenit. Hæc Thucydides. Atqui hæc pugnant cum eo quod

Iob. 14. ver. 30. ſcriptum eſt Iob. 15. verſ. 34. *Congregatio hypocritæ ſterilis, & ignis deuorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt.* Verùm ibidem alio loco dicitur: *Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi.* Aliuquin enim nun mudò ſacræ Dei leges, & Perſæ, verumetiam pleræque omnes nationes, à munerum curruptelis abhorruerunt. Narrat Plutarchus Thebis Ægyptiacis iudicum ſtatuas abſque manibus viſas. Prætur ipſe iudicijs præſidens, vt ſcribit Diodorus lib. 1. clauſis oculis veritatis ſimulacrum, ex pretiuſiſſimis lapillis aurea catena collu appenſum, gerebat, legum octo codices penes ſe habens. Neceſſarij

Diodorus. ſumptus à rege omnibus ſuppeditabantur. Rationem hanc reddit Diodorus. Nam haud obſcorum ipſis erat, inqoit, ſi facinoruſi punirentur, & inuria oppreſſis auxilium ferretur, optimam hanc delictorum emendationem fore. Et contrà, ſi terror à iudicijs impendens ſceleratis, vel pecunia vel gratia euerteretur, confuſionem vniuerſæ huminum ſucietatis eueoturam proſpiciebant. Ita Diodurus. Apud quem iterum legi in eodem libro, iuſtitiam ſine capite ab Ægyptiis effictam fuiſſe. Id quod egu ſic interpretor, voluiſſe eus cupiditatibus aditum præripere, quæ ad animum per uculos præcipuè, & aurium anfractus penetrare ſulent. Oblatis namque muneribus oculi capiuntur, aures pollicitis. Alioquin enim & numi, vt apud Artemidurum eſt, vulgo capita vucantur; & capitis imago grandiur per viſum oblata, diuitiarum acceſſiunem apud coniectores ſignificat. Eudem penè refert eruditus ille ad Ioann. Pierium additus, Hieroglyphicōn lib. 1. cap. 52. qui hanc eandem effigiem ex Alexandro Aphrudiſeu deſcribit: & addit, eoſdem Ægyptios per ſiniſtram manum porrectā palma diſcapedinatam, iuſtitiam exprimere conſueuiſſe, quòd ea, vt arbitrur, capiendis muneribus minus eſſet idonea. Iuſtitiam verò Poëtæ cælu inſerunt, mediam inter libram & leonem; quo vis eius & æquitas meliùs intelligatur. Alter quidam mune-

Collect. Hierogly. ra cum turpedine piſce comparat in Collectaneis Hieruglyph. lib. 4. Torpedo piſcis, in-

Munerum cum torpedine comparatio. quit, Græcis νάρκη, qua vi polleat eius nomen exprimit. Suo enim contactu piſces in ſtupurem, & ἀναισθησίαν coniectos, capit & deuurat, quamuis tarda ipſa, velociſſimus, vt ſcribit Ariſtoteles. Nec in ſuum tantum genus hæc illi putentia, ſed etiam in huminem. Nam licet illa nun tangatur, ſtupurem C tamen manibus piſcaturis impingit, per lineā aut ſetam aſcendens ac ſubiens. Tradunt hæc præter Ariſtutelē, & Oppianū, Theuphraſtus, Galenus, Auerrhoes, Alexander Aphrodiſius, Plinius, & alij. Certè ad munerum illicitam & clandeſtinam acceptationem, quæ nun quidem curpus, ſed quod peius eſt, animū ipſum obſtupefaciunt, rectè transferri poſſe videntur. Illurum ſanè quanta vis ſit, expreſſit Euripides, cùm etiam Deus muneribus duci ſcribit: *πείθειν δῶρα καὶ τοὺς θεούς.* Cui & Ouidius aſtipulatur. Et pulchrè Seneca in Thyeſte: *Mouentes cuncta diuitias dixit.* Apuleius etiam, pecuniæ difficultates omnes eſſe peruias, auróque adamantioas perfringi fures. Horatios item Ode 16. lib. 3. ad incluſam ænea turri Danaen, per D imbrem aureum Iuuem penetraſſe cummemorat. Philippo Macedonum regi uraculum conſulenti Pithia reſpondit.

Ἀργυρέαις λόγχαισι μάχου, καὶ πάντα νικήσεις,
Ex argento haſtis pugna, ſic omnia vinces.

Itaque oon illepidè quidam cecinit:

Nonne manus torpent tibi cùm clam munera ſumis?
Non ſentis? certè mens animuſque ſtupent.

Turpe eſt profectò eus, qui de vira fortuniſque huminum apud nus iudicant, munera palàm accipere, cùm olim Ethnici ne ludorum quidem ſuorum iudicibus tantum indulſerint. Pauſanias in Eliacis agēs de ludis Olym- Pauſanias. picis, In curia Iuuis, inquit, eſt ſignū ſpecie perfidioſis hominibus quàm maximè formidanda. Hurcius ei cognomen, (id eſt iuriſiurandi vindex, idem fortaſſis quem Romani Dium

Fidium appellarunt.) Vtraque manu fulmen A tenet. Ante pedes ænea tabula eſt, in qua inciſi elegi ſunt ad peietantium terrorem compoſiti. Ad hanc ſtatuam tam pugiles quàm qui vel de viris, vel de pullis equorum in certamen prodeuntium pronunciaturi ſunt, iorant ſuper exectis ſuis teſtibos, ob tem iudicandã pecuniam ſe nullam daturos, aut capturos. Quod cùm feciſſent nonnulli, quorum is ſopra meminit, comperta fraode damnati ſunt, & eorum ſumptibus ſtatuæ erectæ, qoæ ſcelos & ignominiam proderẽt. Et cùm aliquando Athenienſes damnato ab Elæis Calippo, mulctam ſoloere detrectarent, Delphicus Apollo negaoit ſe ante iiſdem conſulentibus reſponſa daturũ, quàm B Elæis ſatisfeciſſent. Quò ſe vertent corrupti iudices, ſi oe diabolos quidem nequitiæ fauet?

Expenduntur momenta rationum ob quas iudices à muneribus abſtinere debeant.

Caſſiodorus. CASSIONORVS Variarum lib. 12. epiſt. 2.
Cur, inquit, accipieodi vota ſectemur?
Nullam gloriam recipit, qui diues vocatur.
Contrà omni laode decoratur, qui iuſtus edicitur.
Deſideremus potiùs quod nos pretioſiores
1. locupletibus facit. Faſces accipimus, vt graues
2. eſſe debeamus. Tribunalia conſcendimus, vt C
morum gradibus euehamur. Nil vile, nil cupi-
3. duin iudices decet. Claras enim ſuas maculas
reddunt, ſi illi ad quos molti reſpiciunt, aliqua
reprehenſione ſordeſcunt. Alioqui expedit non
videri, quàm conctorum irriſione ſignari. Omnes
ergo qui præmiorum celſa petimus, vitiorũ
4. humilia deſeramus. Sit in nobis frons libera,
vt aliorum poſſimus emendare peccata. Æquat
crimen omnes, quos inquinat, & ideo diſſimilis
ab accuſato debet eſſe, qui iodicat. Hæc
ille.

Sunt & aliæ rationes quam plorimæ, quibus ab accipiendis muneribus diſſuademor,
B. Petrus Damian. quas ſatis copioſè Beatus Petrus Damianus
lib. 2. epiſtola 2. expoſuit: lib. item 6. epiſt. 31.
quam ſcribit ſancto Dominico Loricato. Nam D
5. & hoc Deus ipſe vetuit, & alioqui munera
6. mentis oculis tenebras offundunt; & iudicia
corrumpuot: & cœleſtis præmij mercedem eri-
7. piunt, & Dei iram accendunt: in calamitatum
8. aotem inextricabiles labyrinthos præcipitant.
Exodi 23. *Ne accipias munera, quæ excæcant etiam prudentes, & ſubuertunt verba iuſtorum.* Quæ iterum Deuter. 16. totidem verbis repetuntur. Eccl. item 20. At Eſaiæ 1. *Principes tui infideles, ſocij furum, omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones. Heu conſolabor ſuper hoſtibus meis, & vindicabor de inimicis meis.* Et eiuſdem cap. 5. verſ. 23. & 24. Ex quibus verbis diſcimus, munerum acceptionem infidelitatem ouncupari,
9. vt pote, cùm vtilitatis ſuæ cupidine victus iu-
10. dex iuſtitiam prodat. Item furtum, quoniam
alieni attrectatio eſt inuito domino: qui etiam
ſi vltro ac ſpontè offerre videatur, ſatis tamen
A notum eſt, idcirco iacturam eam facere, oe maiotem patiatur: aut certè, quod ſuum non eſt, vt iniquo fauore obtineat. Ac poſtremò 11.
retributiones, tanquam aliam præterea mercedem à Deo ſperare non poſſit, qui ab homine munera ſuſcipit. Duo præterea notanda ſunt: Primùm non eos ſolùm qui petant, & extorqueaht, verùm etiam qui munera diligant, hoc eſt, vt arbitror, qui cupidè oblata recipiant, reos cenſeri. Secundum, aut ſatis eſſe, quemadmodum in nonnullis quibuſdam, quibos ob metum periculi duntaxat interdicitur, vt quiſpiam in accipiendis muneribus prudenter ſe gerat: ſed oportere omnino abſtinere: alioquin enim Dei hoſtis & inimicus habebitur, nec eiuſdem ſeueriſſimam vltionem effugiet. B

Non ſolùm exigentes, ſed etiam diligentes: nec corrupti duntaxat, ſed omnino accipientes rei ſunt.

Pœna legibus ſtatuta in eos, qui munus accepiſſent.

ACCEDIT ad hæc Ciuilium legum prohibitio, quæ grauiſſimis etiam pœnis munerum acceptores ſubiiciunt. 12. Lege 12. tabularum cautum erat, vt ſi Iudex arbiterve iure datus, pecuniam ob rem iudicandam accepiſſet, capite pœnas lueret. Teſtatur tamen Phauorinus apud Aulum Gellium, populo C Rom. hanc pœnam minus doram eſſe viſam: qui poſtea paſſus ſit eam ſitu atqoe ſenio emori: ideoque factum, vt poſteriotibus temporibus eiuſmodi iodices iniuſti ex lege repetundarum extra ordinẽ puniti, & plerique vel exilio multati ſint, vel etiam durius, prout admiſerint, teſte Modeſtino. *Cod. de dignitatibus l. 12.* Gratian. Valent. & Theodoſ. Imperatores ſanxerunt, vt iudices, qui ſe furtis & ſceleribus fuiſſent maculaſſe conuicti, ablatis codicillorum inſignibus, & honore exuti, inter peſſimos quoſque & plebeios haberentur: nec ſibi poſt hac de eo honore blandirentur, quo ſe ipſos indignos iudicaoerant. Nec ſoli Romani eam perfidiam omnibus modis inſectati ſunt, ſuppliciis, exilio, infamia: Verùm D etiam Cambyſes Perſarum Rex horrendo prorſus exemplo oſtendit, quàm fuerit ſemper omnibus gentibus odio atque execrationi habita. Is namque Otani corrupto muneribus iudici, pellem detrahi fecit, eaque tribunal inſterni: quò cæteris terrorem incuteret.

Quibus pœnis donimores iudices humanæ leges vltæ ſint.

Aul. gellius lib 20. ca. 1.

Ius Ciuile.

Herodotus lib. 5.

Sed nec eatenus diligentiam adhibuiſſe cõtenti, alia etiam ratione muneribus aditum obſtruere niſi ſunt. Siquidem Nouella 124. cap. 1. ſtatutum legimus; vt principales litigantiom perſonæ, quoties lites aot appellationes examinarentur, in præſentia iudicum tangeotes ſancta Eoaogelia iurarent, quòd nihil penitus iudicibus, aut patrocinij cauſa ipſis, vel alij cuicunque perſooæ, pro hac cauſa quolibet modo dediſſent, aut promiſiſſent, aut poſtea daturi eſſent, vel per ſe, vel per aliam quancunque mediam perſonam.

Litigantes iurabant ſe nihil dediſſe aut promiſiſſe.

Quod ſi contrà fieri contigiſſet, & iudex aliquis munus, vel promiſſionem eius gratam acceptamq; habuiſſet: ſi quidem pecuniaria cauſa eſſet, quicquid datum fuiſſet, triplum; quod verò promiſſum, duplum à comite rerum priuatarum exigebatur. Eiuſdem Nouell. cap. 2. præcipitur, etiam dignitatē ſeu cingulum quod habet, in vtroque caſu amittere. Si autem criminalis eſſet accuſatio, confiſcationem propriæ ſubſtantiæ patiatur, inquit, & mittatur in exilium, qui propter acceptionem alienum crimen in ſe tranſponi feſtinauit.]

De legitimis ſportulis, & quod interdicto munerum domeſtici omnes continerentur.

Legitimas ſportulas interdicto munerum non vetari.

LEGITIMAS tamen ſportulas, quæ dabantur iudicibus, pluribus locis ius ciuile excipit, nec eas interdicto munerum voluit aliquando comprehendi. Neque enim æquum viſum eſt, vt qui aliorum commodis atque vtilitatibus deſeruirent, rei familiaris inopia premerentur: ſed eos aut publicis ſtipendiis ali oportuit, aut ab iis, quorum dirimendis litibus vacarent, alimenta percipere. Et Principes quidem ampliſſimorum magiſtratuum ſumptus tolerauerunt: ſed minoribus iudicibus, quibus infinitis penè opus eſt, ad componendas in ſingulis ciuitatibus & pagis ciuium controuerſias, fiſcum non poſſe ſufficere crediderunt, aut certè exhauriri noluerunt. Quapropter, vt modicæ illis à litigatoribus ſportulæ conferrentur, conſtituerunt. Cuiacius tom. 4. Obſeruat. ad Nouell. 82. Iudicum, inquit, nomen generale eſt. Eo continentur magiſtratus, & iudices Pedanei, ſic dicti, quia non pro tribunali vt magiſtratus, ſed quaſi plano pede iudicant. A Græcis χαμαιδικασταὶ dicuntur. Pedaneis dantur δικαστικὰ ſeu ſportulæ: Magiſtratibus non dantur; quia ampla ſalaria habent, pedanei permodica, & ſportulas permodicas. Magiſtratus plerumque erant viri militares legum ignari: Pedanei periti νόμων καὶ πλέον. Propterea igitur pedanëis ſportulæ concedebātur, quòd fiſcus idonea ſtipendia non ſuppeditaret; à muneribus tamen interdicebatur, ne deliniti ab æquitate in contrariam partem deflecterent. Sportulis etiā modus à iure præſcriptus eſt, nec iudicibus poteſtas, vt id ſuo arbitratu facerent, ante hoc tempus vnquam eſt data. Quòd ſi in coercendis officialibus cuiuſcunque fori, ſupra modum legitimum ſportulas exigentibus, Præſides negligentes fuiſſent, hoc referre ad Principem Epiſcopos debere Cuiacius annotat, lib. 4. Obſeruat. ex Nouel. 186. Magiſtratibus verò, quibus & ampla ſalaria publicè præbebantur, & magiſtratus ipſe gratis oblatus eſſet, nnn modò donorum gratia, verùm etiam ſportularum exactio prorſus interdicta eſt. Hoc docet Iuſtinianus in Authent. de mandatis Principum. Nouell. 17. cap. 1. Oportet igitur, inquit, te purè ſumentem adminiſtrationem, & ſine omni ſuffragio, præ omnibus alijs mundas ſer-

A uare Deo, nobiſque, & legi manus, & nullum contingere lucrum, neque majus neque minus, neque captioſum quiddam contra ſubiectos facere negotiationis: ſed contentum eſſe ſulis à fiſco tibi miniſtratis, & tam per te quàm per eos qui circa te ſunt, purum eis vndique ſeruare ius; & feſtinare. Hæc Imperator. Qui prohibet etiam eos qui circa illum ſunt, donum accipere, id eſt, ſiue famulos ſiue vxorem: quoniam domeſtici, cùm aures occuparunt, ad euertendum animum plurimùm valent. Sunt verò qui, modò ipſi ab oblatis ſibi muneribus manus abſtineant, immunes ſe putent ab omni ſcele-

B re: ſi quæ autem liberis, aut vxoribus donata ſint, accipere non prohibeant: ſed longè aliter res ſe habet. Neque enim eſt vllum munus ad peruertendam mentem efficacius, quàm quod charis ac neceſſarijs ingeritur. Accedit namque ad ipſam muneris gratiam perſonæ quoque fauor & commendatio; quæ omni munere longè potentior eſt, & inuictum ab auaritia animum blanditijs à ſententia deducit. Cuius rei teſtem habet ſanè locupletem Gallum Cæſarem. Huius enim coniugi cùm pretioſum mouile ab Alexandrina muliere donatum eſſet, impudica mulier, quæ generi ſui nobilis Alexandr. inceſtum congreſſum exorare non potuerat, iniquiſſimam mortem à Cæſare impetrauit, vt author

C eſt Ammian. Marcell. l. 14. quod neuter poſtmodum impunè tulit.

Interdicto munerum domeſtici omnes atque adminiſtri comprehenduntur.

Am. Marcellinus.

An Chriſtiano iudici muneribus prorſus interdictum ſit.

ERGONE, dicet aliquis, tam ſcrupuloſè à muneribus iudici cauendum eſt, vt ne mediocria quidem recipiat? Vlpianus *ff. de officio proconſulis. leg. 6. § 3.* Non vero in totum, inquit, Xenijs abſtinere debebit proconſul, ſed modum adijcere: neque moroſè in totum abſtineat, neque auarè modum Xeniorum excedat. Quam rem Di. Seuerus & Imperator Antoninus elegantiſſimè epiſtola ſunt moderati,

D cuius epiſtolæ verba hæc ſunt: Quantum ad Xenia pertinet, audi quid ſentimus: vetus prouerbium eſt, οὔτε πάντα, οὔτε πάντοτε, οὔτε παρὰ πάντων. id eſt, Neque omnia, neque quouis tempore, neque ab omnibus. Nam valde inhumanum eſt, à nemine accipere: ſed paſſim, viliſſimum eſt: & omnia auariſſimum. Et quod mandatis continetur, ne donum vel munus ipſe proconſul, vel qui in alio officio erit, accipiat, ematve quid, niſi victus quotidiani cauſa, ad Xeniola non pertinet, ſed ad ea quæ edulium excedant vſum. Sed nec Xenia producenda ſunt ad munerum qualitatem. *Et ff. de officio præſidis* Modeſtinus *lege* 18. plebiſſcitu continetur, vt ne quis præſidum munus donum caperet: niſi eſculentum potulentumve, quod intra dies proximos prodigatur. Hæc illi, cùm eſſent à Chriſtiana fide alieni, & diuinæ le-

Cuiacius.

Iuſtinian. Imperat.

Vlpianus.

Quæ munera leges tolerent.

Modeſtin.

gis imperiti, pro ſua tamen prudentia non inconſultè ſtatuerunt.

Carol. Molinæus. S. Ludouicus.

Sanctum item Ludouicum parem de muneribus legem ſanxiſſe Molinæus memorat, to. 3. part. 3. de Ordinationibus regiis. tit. 6. de officiis Bailliuorum. §. 4. Iurabunt donum ſeu munus aliquod à quacunque perſona, per ſe vel alium non recipere in pecunia, vel argento, auro ſeu rebus aliis quibuſcunque mobilibus, vel immobilibus, aut ſe mouentibus, vel beneficiis temporalibus, aut perpetuis, præter eſculenta vel poculenta, quorum valor in vna hebdomada decem ſolidos Pariſienſes non excedat. Quodque prædicta dona vel beneficia ſuis vxoribus, liberis, fratribus, vel ſororibus, nepotibus vel conſanguineis, aut commenſalibus, vel ſuis domeſticis fieri minimè procurabunt: B imò bona fide diligentiam adhibebunt, ne vxores eorum, vel aliæ perſonæ proximè nominatæ, dona vel munera recipiant. Quòd ſi fecerint, ex quo hoc ſciuerint Seneſchali, eas ad reſtitutionem bona fide compellent ſub debito iuramenti. Hactenus ſanctus Ludouicus.

Quem arbitror, ſicut & ſuperiores, cùm eſculenta vel potulenta recipere à litigantibus permittunt, de copioſis ac diuitibus eſſe loquutos: quorum ſi diuitias ſpectes, & opum magnitudinem, ea quæ lege indulgentur, Xeniolum videri poterunt; quæ tamen, ſi tenuiorum ratio habeatur, eorumdem facultates ſuperabunt. Nam ſæpe lepus & anſer, vel etiam duo perdices, aut palumbi à coco minuto ære redempti, eorum zonam exhauriunt. C Quod ſi licere volumus, quis non videat prætextu munerum quemlibet inopem ſpoliatum iri? Tutiorem ſententiam illam crediderim, quam pater meus (nam iudicem patrem nactus ſum) inconcuſſo robore perpetuò tenuit, nullum omnino munus accipere, quemadmodum diuina lex vetat; quæ neque eſculenta, neque potulenta excipit, in quibus maximè ratio munerum apud Iſraelitas conſtabat; nec cuiuſquam habere rationem, non diuitis, non amici; non quia priuatos amicos iudex habere non poſſit, quos plures ille coluit; aut mutuo inter amicos Xeniorum commercio vti prohibeatur: ſed quia omnis ſcandali occaſio amputanda eſt. Nonnullorum verò dona accepta habere, aliorum aſpernari, ſuſpicionem facit, æquabilitatem communis iuris amicitiæ gratia ſuperari. D Sed nec Xeniola quidem vt à diuitibus & opulentis admitteret, quo tempore cauſam non haberent, perſuaderi vnquam potuit: quoniam etſi tum, cùm offerrent, vt aiebat, litem apud ſe nullam pendentem haberent, poterat tamen aliquando fieri, vt cum mediocribus res illis eſſet, qui memores accepti olim muneris, ſupra vires ſuas ea cõparare niterentur, quæ cum refellerentur, aut contemptos ſe præ illis, aut citò cauſa caſuros autumarent. Clam verò in domum coniecta, aut relicta, ſic ſemper exhorruit, vt quiuis anguem: neque ante pax domeſticis reſtitui potuit, quàm quocunque tandem modo regererentur.

Certiſſima ſententia nullum omnino munus accipere.

Si quis tamen præterea rogauerit, quid de munerum illorum acceptione ſentiam, quæ A Xenia vocat Vlpianus, & quæ Modeſtinus poculentis eſculentiſque, quæ breui abſumerentur, definiuit, quodve peccatum eſſe iudicem, arbitror non aliter quàm de furto eſſe ſtatuendum: nimirum rei mediocritate, cùm ſcandalum abſit, à letali culpa poſſe excuſari. Furti verò crimen eſſe, inde mihi probari poſſe videtur, quoniam nemo miſer, & in diſcrimine poſitus, ſponte liberalis eſſe cenſendus eſt. Quid ergo ſanctus Ludouicus licere voluit? Tulit, non imperauit. Non enim leuioribus delictis legibus interdici ſolet. Quanquã & hoc ipſum, quod tradit Molinæus, negare videatur Petrus Gregorius iuris Syntagm. l. 47. c. 13. nu. 12. Seneſarchi, inquit, antequam poſſeſſionem nanciſcantur præfecturæ, coguntur iurare in verba B concepta ſacramenti hac de adminiſtratione conſtituti, in Curia ſuprema Parlamenti, &c. ſuum cuique ſine diſcrimine perſonarum reddituros, dona munerave, nec Xenia, imò nec edulia à ſibi commiſſis accepturos, neque vxores, famuloſve, aut comites accipere paſſuros, &c. Hæc Petrus. Qui eiuſdem operis l. 28. c. 12. plures reges enumerat, qui ſancti regis exemplum ſecuti, iiſdẽ muneribus ſeuerè interdixerunt: Philippum Pulchrum Conſtit. art. 13. Carol. 7. art. 118. & 119. Carol. 8. art. 16. & 18. Ludouic. 12. in publica. 249. art. 140.

Petrus Gregor.

Et *peruerterunt iudicium.*] Quid ſi munera quiſpiam accipiat, nec propterea iudicium peruertat, an immunis habẽdus erit à crimine? Negat S. Iſid. l. 3. Sententiarum c. 54. Quî tandem? C Quia fraudem, inquit, in Deum perpetrat: iuſtitiam enim quam gratis impertiri debuit, acceptione pecuniæ vendit. Pecuniam intelligit, vt interpretatur S. Auguſt. quicquid poſſidemus. 2. malè bonis vtuntur, qui iuſtè pro temporali lucro iudicant. Tales quippe ad veritatem non iuſtitiæ defenſio, ſed amor præmij prouocat. 3. acceptio munerum præuaricatio veritatis eſt.] Ratio eſt: quia quiſquis iudiciis præſidet, tacitè vel expreſsè pollicetur ſe munera non accepturũ. His enim legibus, quas abrogare nemo potuit, Deus iudices inſtituit. Ergo fidem fallit, & à vero abeſt, quiſquis dona complectitur. Vnde & pro iuſto dicitur, inquit idem Iſidorus, *qui excutit manus ſuas ab omni munere, iſte in excelſis habitat.* Quartam etiam rationem habet ibid. ca. 52. quia dum de iuſto iudicio temporalia lucra appetunt, præmio æterno priuantur. D Quæ omnia de Xeniis intelligenda ſunt, non de ſtipendiis, aut etiam legitimis ſportulis, quæ legibus, aut conſuetudine introductę ſunt. Quo pacto legimus antiq. legum Baiuuar. de ducibus. c. 16. Iudex partem ſuam accipiat de cauſa, quam iudicauit. de tribus ſol. tremiſſem accipiat. de nouẽ ſolidis, vnum ſolidum accipiat, de omni cõpoſitione ſemper nonam partem accipiat, dum rectum iudicat. Non de legitimis, inquam, ſportulis, ſeu multæ, ſeu cõpoſitionis nomine olim exigerentur, ſed de Xeniis & muneribus, quę ad expugnandam iudiciorũ æquitatem adhuc lite pendente inferuntur, aut promittuntur: quę tametſi nonnunquã iuris ſynceritatem non adulterẽt, carere tamen auaritiæ ſorde non poſſunt. Quæ quo vicinior iniuſtitiæ, eo duriore freno

S. Iſidor. Hiſpal

Tametſi iudex accepto munere incorruptus maneat, non erit tamen innocens.

Lex Baiuu.

Lex vetus Burgund. in præfat.

A coërcenda nonnullis viſa eſt. Itaque rex Gondebaldus, initio legis Burgundionum, interdictum ſuum de muneribus capite ſanxit, tametſi iudex, accepti muneris reus, æquum iudicaſſe probaretur.

Vermilius.

ET *peruerterunt iudicium.*] Vermilius: Tria filiorom Samuelis vitia ita ſunt in ipſa narratione diſpoſita, vt vnum ex alio natum videri poſſit: Primùm enim dicuntur fuiſſe auari: deinde inhiaſſe muneribus, & fuiſſe *δωροφάγοι*, & ſententias habuiſſe venales, vt, qui plus dediſſet, eius cauſam meliorem pronuntiarent: Tertiò, peruertiſſe ius. Hæc tria ſe mutuò conſequuntur. Veteres pingere ſolebant iuſtitiam cæcam, & abſque manibus. Et Areopagitæ ſententias dicebant in obſcuro, ne aut perſonam agnoſcerent, amicuſne an hoſtis eſſet, aut muneribus B caperentur. Iethro in Exodo ſuadet Moſi, vt deligat ſibi homines robuſtos & potentes, qui nullius authoritate moueantur: deinde timentes Deum. Tertiò viros veritatis, hoc eſt, qui ſciant iura & leges, & antequam pronuntient, cauſas habere velut bene cognitas. Quartò oſores auaritiæ, qui nolint conciliari muneribus: Nam ea hominum oculos excœcant. Et in Deut. c. 1. iudices iubentur non ſpectare perſonam in iudicio, audire tam paruum quàm magnum, & neminem extimeſcere: quòd iudicium ſit Dei. Quare qui muneribus corrumpunt iudices, & iudices ipſi, qui corrumpuntur, emunt, & vendunt res ſacras. Cambyſes iniquo iudici detraxit pellem, & ea ſtrauit tribunal, in C quo eius ipſius filium iuſſit ſedere, & ius dicere, vt patris exemplo monitus nihil niſi æquum & iuſtum pronuntiaret. Non ita ſe gerunt filij Samuelis. Itaque populus pertæſus malorum, petit mutationem Reipub. Hæc Vermilius.

Icon boni iudicis.

De duobus contentionum generibus, & quod neceſſaria ſit iuſtitia.

Heſiodus.

DVO contentionum genera ſatis lepidè deſcribit Heſiodus l. 1. operæ & dici, litem ſcilicet, & æmulationem, quarũ poſterior quidem nõ adeo mala ſit: at altera rerum omnium peſſima, rebuſq; mortalium perniciem afferens.

Duplex contentionum genus lis, & æmulatio.

Non *ſanè* (inquit) *vnum eſt contentionum genus,*
ſed ſuper terram
D *Sunt duo, alteram quidem probauerit qui nouerit:*
Altera eſt vituperabilis: in diuerſa autem animum diſtrahunt.
Nam hæc contentio bellum exitioſum & diſcordiam auget,
Noxia: nullus hanc amat mortalis, ſed neceſſariò
Immortalium conſiliis litem colunt moleſtam.
Alteram verò, priorem genuit nox obſcura,
Poſuit verò ipſam Saturnius altiiugus, in æthere habitans,
Terra in radicibus, & quidem hominibus longè meliorem.
Hæc quantumuis inertem, tamen ad opus excitat.
A *In alterum enim quiſpiam intuens otioſus*
Ditem, qui feſtinat arare atque plantare,
Domumque rectè gubernare, æmulatur vicinum vicinus,
Ad diuitias feſtinantem: bona verò hæc contentio hominibus.
Et figulus figulo ſuccenſet, & fabro faber:
Et mendicus mendico inuidet, cantorque cantori.

Et æmulationis quidem remedium ab induſtria & ſedulitate petitur, lites verò, vbi pertinacius inhæſerint, non aliter quàm iudicio dirimi poſſunt: nam pugnis & calcibus, aut etiam inuentis arte machinis decertare belluarum eſt non hominum.

Namque (vt idem ait eodem libro) *hanc hominibus legem diſpoſuit Saturnius.*
B *Piſcibus quidem & feris, & auibus volucribus,*
Se mutuò vt deuorent, quandoquidem iuſtitia carent:
Hominibus autem dedit iuſtitiam, quæ multò optima
Eſt.

Iuſtitia nata eſt lites compeſcere.

Iuſtitia namque nata eſt lites, iurgia, & contentiones compeſcere. Etenim iudiciis præſidens, & quod ſuum eſt cuique tribuens, iniuriam autem, furta & rapinas prohibens, rixarum fluctus procellaſq; componit, bella item & ſeditiones longè à ciuitatibus arcet: Reſpublicas pace & otio rerumque omnium vbertate ac copia florentes facit, quod niſi faciat, illico perturbari ac corruere neceſſe eſt. Et quidem donec adeſt, & iudiciorum authoritatem obtinet, egregiè ſuo C munere fungitur, nec Rempub. patitur quicqoam detrimenti capere: at ſi eorum improbitate, qui eam colere maximè debuerant, ſolio deturbetur, ſedes ſuperas, à quibus oriunda eſt, repetit, qoa recedente, infinita quædam turba malorum regna & vrbes occupat, quæ niſi eadem reuocata, ſua authoritate cõprimat, breui omnia funditus euertunt. Ex quo manifeſtè apparet, quàm bene de Republica mereantur, qui iuſtitiam religioſè tuentur ac retinent, & contrà quam peſſimè eidem cõſulant, qui iuſtitiam ab ea fugant, & in exilium pellunt. Illi namque toti Reipublicæ interitum parant, & chariſſimam patriam impio quodam furore iugulant atque interimunt.

Quàm malè Reſpub. & ſibi conſulant, qui præ auaritia iuſtitiam violant.

Concluſio.

Fuit igitur non leuis hæc inſania filiorum Samuel, quum iuſtitiam præ munerum cupiditate violare aggreſſi ſunt. Verùm, malum quidem D quod cœperunt, perficere vetiti ſunt, abrogato maturè imperio: ipſi verò præterquam quòd conceſſis iã honoribus priuati ſunt, & tanquam indigni ac degeneres habiti, ampliſſimo magiſtratu abdicati ſunt, etiam æternam ſui nominis infamiam apud poſteros reliquerunt. Heſiodus cùm Reges, hoc eſt litium iudices, *βασιλῆας δωροφάγους*, hoc eſt Doniuoros appellaſſet, irridens eorumdem ſtultiſſimam ac ratione carentem auaritiam, quam maiora ſæpenumero damna ſequuntur. Stulti, inquit, neque ſciunt qoanto plus dimidium ſit toto:

Heſiodus.

Neque quàm magnum in malua & aſphodelo bonum.

VNIVERSI MAIORES NATV:

VERSVS 4.

Congregati ergo vniuerſi maiores natu Iſraël, venerunt ad Samuelem in Ramatha.

POPVLI ducum mens iniuſta, quibus vſitatum eſt,
Ex crebra iniuria plurimos ſibi dolores conciliare:
Nequeunt enim ſatietatem capere, præſentemque
Victus iucunditatem moderari in tranquillitate:
Diteſcunt verò iniuſtis ſtudentes operibus,
Neque ſancta Iuſtitiæ ſtata curant.
Illa quidem tacens, præteritorum conſcia, & præſentia cernens,
Suo tempore omnino venit, vt pœnas exigat.

Solon. Hæc Solon in Elegijs: quæ in filios Samoelis ceciniſſe videri poſſet, ſi quam illorum cognitionem habuiſſet. Nam poſtquam eo quo ſcitibit modo Rempublicam adminiſtraſſent, totius populi iudicio meritas pœnas dederunt.

VNIVERSI *maiores natu.*] Maiores ad annos relati dicuntur Vlpiano, qui annum exegerunt ſeptuageſimum. *vt in l. maiores, ff. de iur. immunit.* & tunc plerunque maiores natu vocantur. Aliàs hæc vox *maior* ſimpliciter prolata, aut minori oppoſita, aut ætatis voce duntaxat appoſita, ſignificat eum, qui ex minoribus egreſſus legitimam ætatem conſequutus eſt, & annum viceſimum quintum abſoluit. *vt in tit. ff. ex quibus cauſ. ma. in integr. reſtit. & ff. de minorib. l. 23. & 24. & Cod. de tranſact. l. ſi maiore. & l. final. de his qui ven. ætat. impet.* Hîc neutrum ſignificat. Sed maiores natu ſeniores populi intelliguntur, vt ſæpe aliàs interpres vertit, qui mihi videntur fuiſſe proceres, ſeu optimates, capita populorum, qui præ cæteris opibos & potentia florerent: quos hactenus Galli accepto à maioribus nomine *Seigneurs* vocamus, ſcriptores noſtri, & leges, *Seniores* eadem ratione, qua libri conſuetudinom Britan. Armoricorum *Iuigneur* iuniorem fratrem nuncupant. *Senioris* nomen paſſim in libris Feudorum Patrono tribuitur, qui feudo dato vaſallum quæſiuit, licet prouectæ ætatis non ſit, ea forma qua Senatores & presbyteros dicimus, morũ potiùs quàm ætatis habita ratione. Nomen igitur ſenioris mite Dominus feudi habet, quamuis adoleſcens ſit aot iuuenis. Inuenio & Sanctis tributum. Nã Monachus quidam Floriacenſis monaſterij, cùm à militibus conuitiis impeteretur, eo nomine S. Benedictum interpellauit: Senior Benedicte, &c. apud Adreuald. in Biblioth. Floriacenſi. Sed & aliàs ſæpius notaui. In capit. Carol. Magni & aliorum Reg. *Senior* dominum denotat. Idem præterea Carolus Magnus in Concilio Meldenſi, cap. 2. Honor etiã regius, & obtemperantia Seniori debita, nobis exhibeatur. Et cap. 7. Videtur nobis ſi fideliter vultis regnare, vigorẽ regium ac ſenioralẽ optatis habere, &c. Item apud Albertum Krantz. Nortmanniæ lib. 2. cap. 21. Quis, ait ille, veſter

Ius ciuile. Senioris appellatio quibus olim tributa.

Conſuet. Britan.

Adreuald.

Concilium Meldenſe.

Krantzius.

A eſt Princeps, aut Senior? Nullus, reſpondent illi. Nam æquo per omnia iure imperamus. Et cap. vlt. de Arnulpho Flandriæ Comite loquentes, Senior noſter, vt vidiſti, claudus, non veniẽdi ad te veniam deprecatur. Propter hæc igitur Hottoman. *Signor* vocem barbaricã eſſe docet, & Calu. de verbis feudalibus, non abſurdè dubitari poſſe cenſet, vtrũ priſcis temporbus hæc Gallica dictio fuerit, an qood maiores natu imperium tenebant, Gallorum principes *Seniores* appellati ſint. Neutrũ veriſimile videtur. Nam & origo vocis manifeſtè Latina eſt, & priſcis temporibus non aliam vim habuit, quàm apud Romanos & Lacedæmonios Senatores. Nupera eſt poſt Feudorũ inſtitutionẽ *Senioris* pro domino appellatio. Prius duntaxat hoc nomi-
B ne optimates dicebantur. Apud Liuium lib. 49. manet priſcæ conſuetudinis veſtigium. Legatis Romanis, inquit, tranſalpini populi benignè reſponderunt: *Seniores* eorum nimiam leuitatem populi R. caſtigarunt. Et lib. 5. Erant qui extemplo Romam eundum cenſerent. Vicere *Seniores* vt legati prius mitterentur. Vtrobique de Gallis ſermo eſt. Apud Krantzium lib. Daniæ 8. cap. 3. Octoginta numero *Seniorum* ſecum duxit obſides.] Tales erant etiam Hebræi populi *Seniores*, de quibus mox dicemus.

Caluin Iur.

T. Liuius.

De Maioribus natu qui, & quales fuerint.

C

CÆTERVM quos interpres noſter vertit *Maiores natu*, ſiue ſeniores, ij fuerunt, quos Romani Senatores vocabant, 70. quidem maioris concilij Numer. 11. in ſingulis autem ciuitatibus incomperto adhuc numero. Nam decem ex illis aſſumpſiſſe in Bethleem Booz, dicitur. Hi cum Principibus ſuis ciuitatibus imperabant, & Reipublicæ negotia tractabant. An verò etiam iudiciis præeſſent, non ita clarum eſt, quoniam diuerſis ſæpe nominibus in Scripturis coniunguntur in publicis comitiis, nonnullis tamen locis eadem quæ iudicibus poteſtas tribuitur, vt Deuteron. 18. *Si fugerit percurſor ad vnam de prædictis vrbibus, mittet Senatus ciuitatis illius, & accipiet.* Et 19. *Mittent ſeniores ciuitatis illius, & arripient eum de loco effu-*
D *gij.* Item 21. Porrò frequentiſſima eſt illorum mentio in Scripturis, nec ſine illis vlla comitia habebantur. Quod verò de iudiciis ambigo, an illa qooque penes eos eſſent, de maximo eorum Senatu intelligi non poteſt: quoniam ſatis perſpicuum eſt, ſi quę cauſę grauiores emergerent, aot religio in diſcrimen vocaretur, eius generis negotiorum cognitionem ad eum pertinuiſſe. De eodem hæc refert Sigonius ex Talmudiſtis. Nemo autem iudicabat ſceptrum, pſeudoprophetam, aut ſacerdotem magnum, niſi domus iudicij 70. iudicum, nec egrediebatur ad bellum, niſi ſecundum os domus iudicij 70. iodicum; nec addebant ciuitari, nec ſalariis templi, niſi per eoſdem; nec faciebant Sanhedioth, id eſt conuentus iudicum tribubus, niſi per eoſdem.

Ruth c. 4. *Seniorum nomen, functio, atque poteſtas.*

Sigonius.

Triplicem fuiſſe apud Hebræos ſenatum Sigonius arbitratur, lib. 6. de repub. Hebræor. cap. 4. Vnum, in quem conuenere ſeniores vniuerſi populi: alterum, in quem qui erant tribuum ſingularum: tertium, in quem qui erant ſingularum ciuitatum. Senatus, inquit, vniuerſi populi conſtitutus eſt à Deo ex 70. hominibus, qui cæteris ætate in toto Iſraele præſtarent: ſic enim ille dixit Numer. 11. *Congrega mihi 70. de ſenioribus Iſrael, quos tu noſti, quòd ſeniores populi ſint, & magiſtri, & duces ad oſtium tabernaculi fœderis, facieſque ibi ſtare tecum: &c. vt ſuſtentent tecum onus populi, & non tu ſolus graueris.* Itaque homines qui ex hoc ordine fuerunt, Latini ſenatum, ſenes, ſeniores, & ſenatores vocarunt. Ad hunc modum Sigonius. Cui addere potes, locum etiam ſenaculum dictum. Feſtus in *ſenacula*. Malè ergo Bartolus ſenatores putat ab aſſentiendo primum vocatos, cùm potius à ſenili ætate nomen inuenerint, vt Cicero docet lib. de Senectute. Supremum etiam Lacedæmoniorum concilium γερουσία Pauſaniæ in Laconicis: qua voce nonnullis locis Scripturæ 70. interpretes in eodem ſenſu vſi ſunt, & 1. etiam Machabæor. cap. 11. legitur. Poſſunt & à virtute ita dicti videri. Siquidem in illud concilium cooptari virtutis præmium fuit, vt annotat Gothofred. in titulum *de ſenatoribus ff. lib.* 1. ex Ariſtotele 2. politic. & Halicar. 2. qui ſcribit, viros optimos olim apud Romanos ſenes appellatos. Et reuera exaggeratio illa, *quos noſti, quod ſenes populi ſint*, præter ætatem, perfectam quoque virtutem exigere videtur. Græci verò conſilium Bulen, conſilij locum Buleuterium, homines Buleutas appellarunt, quaſi dicas, conſilium, conſiliatorium, & conſiliarios. Aſſedere autem hi in vrbe metropoli ſummo reipublicæ principi, atque ab eo adhibiti, vnà cum principibus populi de ſumma rerum conſilia inierunt. Vnde Ioſephus illud retulit ex lege: Nihil agat rex ſine Pontificis ac ſenatorum ſententia.]

Bartolus.

Pauſanias.

Ioſephus.

Horum conſiliorum hæc teſtimonia ſunt: 5. Deuter. inquit Moyſes: *Acceſſiſtis ad me omnes principes tribuum & ſeniores.* & 27. *Præcepit Moyſes & ſeniores Iſrael populo dicentes: Cuſtodite omne mandatum, quod præcipio vobis.* Item Ioſue 23. *Vocauit Ioſue omnem Iſraelem, ſeniores eorum, principes eorum, iudices eorum, & ſcribas eorum.* Inde ſub Iudicibus 21. ſeniores ſtatuerunt, vt Beniamitæ raperent virgines Siloitarum in vxores. Tum ſub Salomone rege, ſeptimo 3. Reg. *Congregati ſunt omnes ſeniores Iſrael ad Regem Salomonem in Ieruſalem.* Et 1. 2. Paral. *Ezechias Rex iniit conſilium cum ſenioribus obturandi capita fontium.* Nec diuiſo etiam ac bipertito regno numerus ille imminutus eſt, quemadmodum Ezechiel. 7. notari poteſt. Perſeuerauit autem eiuſmodi ſenatus etiam poſt reges exactos ſub ducibus, necnon & Machabæorum temporibus, & Herodis Imperio, quanqam ille pluribus eorum occiſis plurimùm immutaſſet, & vitæ neciſque poteſtatem ademiſſet.

Secundò tribus etiam ſingulas ſuos habuiſſe ſenatores ab iis, qui vniuerſi populi erant, diuerſos, coniectura probabilius, quàm autori-

A tate certius eſt. Quanquam enim ſcriptum eſt vigeſimo 4. Regum. *Congregati ſunt ad Regem Ioſiam omnes ſeniores Iudæ & Ieruſalem.* & 30. primi: *Dauid miſit dona de præda ſenioribus Iudæ proximis ſuis.* Et 19. Ierem. dixit Deus, occidam conſilium Iudæ: fieri tamen poteſt, vt qui Iudæ ſeniores dicuntur, iidem ſint cum ſenioribus populi.

Ciuitates autem ſine dubio ſuos quæque ſenatores adeptæ ſunt, ab illis quos diximus ſeparatos. Vnde illa: *Congregati ſunt ad Regem Ioſiam omnes ſeniores Iudæ & Ieruſalem.* & Ioſeph. lib. 11. Seniores Ieruſalem grauiter ferebant fratrem Iaddi Pontificis mulierem alienigenam in matrimonio habere. Et Iudic. 11. *Perrexerunt ſeniores de Galaad, vt tollerent in auxilium ſuum Iephte,* B *dixeruntque ad eum: veni, & eſto princeps noſter.* & 8. *Apprehendit puerum de viris Socoth, interrogauitque nomina principum, & ſeniorum Socoth.* Et Ruth. 4. Booz tulit decem viros *de ſenioribus ciuitatis Bethleem*, & dixit ad eos, &c. Hactenus de ſenioribus Sigonius lib. 6. cap. 4.

Ioſephus.

Itaque cùm eſſent tria genera ſeu claſſes ſenatorum, veriſimile eſt tum præcipuos ex vnoquoque genere concurriſſe, vt cum Samuele acceptam à filiis eius iniuriam expoſtularent, regemque ſibi creari poſtularent. Seniorum autem non ſolos ſenatores intelligo, verùm etiam & iudices, & principes tribuum ac ciuitatum, ſcribas & magiſtros, denique omnes qui ius ferendi ſuffragij in comitiis obtinerent: qui licet aliis in locis, pro munerum officio- C rumque varietate diuerſis nominibus cenſerentur, vbi tamen in vnum locum conueniſſent, vt de rebus publicis in commune decernerent, iure merito ſenatores omnes & Conſiliarij ſunt appellati. Quapropter etiam 70. cùm vocis amphibologiam vitare vellent, ne ſolos ſenatores eam rē auſos incōſultis reliquis exiſtimaremus, omnes viros Iſrael Samuelem adiuiſſe interpretati ſunt. καὶ συναθροίζονται πάντες ἄνδρες Ἰσραήλ. *& congregantur vniuerſi viri Iſrael.* De comitiis ſuperiori capite plura tradidimus, quæ ad huius loci ſenſum & interpretationem conferre poterunt, quæ inde petas licet verſu 5.

D

VERSVS 5.

Dixerunt ei, ecce tu ſenuiſti, & filij tui non ambulant in viis tuis: Conſtitue nobis Regem, vt iudicet nos, ſicut & vniuerſæ habent nationes.

SENVISTI.] ff. de vacatione & excuſatione munerum l. 1. §. 7. Corporis debilitas eorum munerum excuſationem præſtat, quæ tantum corpore implenda ſunt. Cæterùm quæ conſilio prudentis viri, vel patrimonio ſufficientis in homines obiri poſſunt, niſi certis, & receptis probabilibus cauſis non remittuntur. Hæc Vlpianus. Item ff. de iure immunitatis l. 3. ſeptuagenarius excuſationem habet à muneribus perſonalibus, quod & aliis pluribus legibus repetitur. Niſi ait, Gothofredus, alia ſit

Senectutis honores.

Vlpianus.

Gothofredus.

Calliſtratus.

conſuetudo: nam in Syria anni 65. excuſationem præſtant. Et probat multis legibus. Ibidem l. 5. Calliſtratus ſemper, inquit, in ciuitate noſtra ſenectus venerabilis fuit, namque maiores noſtri penè eundem honorem ſenibus, quem magiſtratibus tribuebant. Circa monera quoque municipalia ſubeunda idem honor ſenectuti tributus eſt. Circa verò annorum numerum ſtatuit inſpiciendum motem, & legem cuiuſque loci. Senectuti enim nulla definita eſt ætas, nullusque terminus, vt in cæteris ætatibus. Cicero de Senectute. Vide Alciarum 10. parerg. 10. Infantia ſeptimo anno, pueritia duodecimo in fœminis, decimoquarto in maſculis: adoleſcentia, ſiue pubertas 25. iuuentus 46. inde ſenectus. Notum de Lacedæmoniis, apud quos maximus booos ſenibus. Paria autem penè de Romanis Au. Gellius 2. Noctium Attic. 15. Apud antiquiſſimos Romanorum, neque generi, neque pecuniæ præſtantior honor tribui quàm ætati ſolitus, maioreſque natu à minoribus colebantur ad Deûm propè & parentum vicem, atque in omni loco, inque omni ſpecie honotis, priores potioreſque habiti: à conuiuio ſeniores à minoribus domum reducebantur. Poſtea ſeni antelatus eſt qui plures liberos haberet. Paria etiam de ſenibus ſacræ litteræ præcipiunt, quos non dubium eſt apud Hebræos cultu quodam præcipuo atque obſeruantia præter cæteros dignatos fuiſſe, apud quos iiſdem quoque munerum vacatio conceſſa eſt. quam cùm Samuel ætati ſuæ ac laboribus, communi beneficio vſus, indulſiſſet, & alioquin ad occaſom iam vitæ vergeret: ſeniores Iſrael non tanquam ſenectutem ipſi exprobrantes, quem ſummo ſemper honore coluerant, ſed primùm qoidem ab immunitate & ſeceſſu ipſius deducto orationis exordio, deinde & ipſum quod ab eius diſceſſu Reipub. periculom imminebat exponenres, ſimul & filiorum corruptiſſimos mores illi ob oculos cõſtituentes, rogant Reipub. proſpiceret: & quandoquidem iudicis authoritas tot tantiſque Reipublicæ negotiis minimè ſufficeret, more aliarum gentium Regem ſibi ſufficeret.

Au. Gellius

Senectus Samueli obiicitur:

Quanquam etſi alirer interpretemur, contemptim illos ſenecturem obieciſſe, nec eius imperio vltra ſubiacete voluiſſe, quod præ imbecillitate virium ad moderãdas habenas Reip. impar baberetur, non admodùm à ſcopo aberrabimus. Quorſom enim Deus diceret, *Non te ſpreuerunt, ſed me*, niſi ſpretus contemptuſque eſſet? Arbitrati ſont forſitan, qoemadmodum corporis membra, ita qooque ſapienriam poſſe ſeneſcere, & longa ætate diminoi. Sed, vt verum ſit de viribus ingenij, quas à natura accepimus, quam neceſſe eſt cum corpore marceſcere, prophetia tamen ſenectutis incommoda non ſentit: ſed adhuc in effœto cotpore, & carioſis artubus elucet, & ſe vegetam ad bene conſulendum acremque præbet. Non debuerant igitur ſeniores vti de reliquis ſenibos, ſic pariter de Samuele ſentire. Senes, inquit S. Iſidorus, dictos nonnulli puranr à diminutione ſenſus, eo quòd delirare incipiant. At Galenus tres ſenectutis partes ſtatuit, cap. vlt. 5. de

S. Iſidorus Hiſp.

Galenus.

ſanitate tuenda. Primam dicit eſſe eorum, qui ὠμογέροντες ſunt, id eſt viridi ſenecta præditi, quales ciuilia adhuc negotia obire poſſunt, cuius initium facit annum quinquageſimum, ſexageſimum finem. Secunda tribuitur illis, qui præ virium defectu ioutiles ſunt obeundis publicis negoriis, protenditurque ad ſeptuageſimum annum à ſexageſimo. Tertia verò illorum, qui extrema imbecillitate laborant, quales πεμπίλους dicunt Græci ἀπὸ τοῦ πέμπεσθαι εἰς τὴν ᾅδου πομπήν, quòd ad pompam eam mittantur, quæ ducit ad infernum. Durare vult eam ab anno ſeptuageſimo adusq; vitæ finem. Tum præcipuè fit acuminis ingenij iactura, infeſtat rerum obliuio, cæcutiunt oculi, tremunt manus, titubat lingua, vacillant pedes: vt meritò, paucis exceptis, bis pueri videri queant. Tales non πρεσβεύοντας dixeris, ſed verè γέροντας, quibus ingraueſcente ætate multa accidunt incommoda, imò ſenectus ipſa eſt morbus. Capulares & ſilicernia ſunt Latinis, Ariſtophani ῥυπῶντες, κρόνοι, ἄθλιοι, ῥικνοί, μαδῶντες, νωθροὶ καὶ φαλακροί. Rectè in ea ætate Euander apud Virgilium:

Fougerus in Etym. Triling.

Senectutis tria tempora.

Sed mihi tarda gelu, ſeclisque effœta ſenectus
Inuidet imperium, ſeræque, ad fortia vires.

Sed de his hactenus. Sequitur,

Et filij tui non ambulant in viis tuis.] Hoc eſt, To qoidem, quoad licuit, caſtè & integrè iudicia adminiſtraſti: at verò nuoc filij tui longè diuerſam rationem ineunt. Qoare tametſi nos innocentiæ tuæ merito addictos & deditos tuis imperiis expertus es, donec operam Reip. nauare potuiſti, & adbuc manemus obſtricti memoria beneficii ſempiterna: attamen quandoquidẽ Rempob. quam integritate tua ſeruaſti, filij tui malis artibus deprauare conantur, ſtatuimus, eorumdem decretis diutius non obtemperare. Tu enim innocens, caſtus & impollurus es: at his præ auaritia & cupiditate veritas & iuſtitia ſordent. Non igitur nos tibi iniotiam facimos: ſed æquum videtur, vt quomodo hactenus Rempub. bene feliciterque gubernaſti, ita & in poſterum gubernari velis. Tam ſceleratis enim filiis, tamque tui diſſimilibus, longè tibi charior eſſe debet Reſpublica, quæ te ſicut parenrem ad honc diem coluit, & cuius ſalus & incolumitas eam tibi apud poſteros gloriam peperit, qoam nulla filiorum infamia aut dedecus vnqoam obſcurabit. Quemadmodum enim herba illa, qua nulla nocentior in Sardinia, & quam qui comederint, ridenres emoriuntur: cum fontibus, è quibus naſcitor, veneni ſui letalem ſuccum non communicant: ita nee filij quidem, ſi ſuum nomen & famam flagitiis inquinauerint, pateroæ virtutis laudem obliterare poteruot.

Pauſanias in Phocicis.

Filij tui non ambulant in viis tuis.] Antiphanes Comicus inquit,

Antiphanes

---Pauonum vt
Quis ingum ſemel attulit vnicum, rara
Res erat: nunc coturnicibus frequentiores ſunt.
At bonum virum ſi quæreus quis vnicum viderit,
Ex eo malos quinque filios natos cernet.

Optimorum parentum ſæpe filii degenerant.

Curtius lib. 3. Cydnus fluuius, inquit, qui Tarſum Ciliciæ interfluit, non ſpatio aquarum,

Curtius.

ſed liquore memorabilis: quippe leui tractu è A fontibus labens, puro ſolo excipitur, nec torrentes incurrunt, qui placidè manantis alueum turbent. Itaque incorruptus idemque frigidiſſimus, quippe multa riparum amœnitate inumbratus, vbique fontibus ſuis ſimilis in mare euadit. Hæc ille. Quod ſi patet fons, liberi tanquam riui ab eo deducti habendi ſunt, non eadem Samueli fœlicitas contigit, quippe liberis citò auaritiæ ſordibus infectis atque corruptis. Cæterùm palàm eſt, vt inquit Volaterra. lib. 30. Philologiæ, ignauos ſæpe filios claris ortos eſſe parentibus, vt de Cicerone legimus, Scipione, Herode Attico. Cauſam Ariſtoteles in Problematis affert. Mentem viri præſtantis magis à natura ſenſus carniſque remotam, ac B quaſi ſuſpenſam, inopem ingenij conceptis genituram præſtare. Contrà verò claros ex ignauis, & improbis bonos ſæpe genitos videmus, vt tot ſanctos viros & crudelibus & nefariis. Plerumque tamen Græcum prouerbium ſolet euenire: *κακοῦ κόρακος κακὸν ὠόν*. Hoc eſt, mali corui malum ouum.

Volaterranus.

Ariſtoteles

Plato.

Plato fœlicem dicit fieri genituram ex vtriſque bonis, malam verò ex vtriſque malis. Bonam namque intelligit, vt in politicis legibuſque diſſerit, ex concordi diſcordia prouenientem; vt videlicet acriora ingenia mitioribus copulentur, vehementiora remiſſioribus. Talia in zodiaco ſigna maſculina fœmineis coniu- C gata conſpicimus. Sic Lunam cum Sole, Venerem cum Marte: ſic & in harmonia acutum cum graui. In ſexto etiam legum vtrumque ſobrium eſſe in amplexu iubet, vt ſobrius extet partus. Sed de hoc iam aliàs.

Conſtitue nobis Regem.] Ac ſi dicerent: Abdica filios tuos magiſtratu, & alium ſubroga, & quidem regia poteſtate: Nam illi quidem indigni ſunt, qui populo præſint. Hoc ſcilicet eorum auaritia lucri peperit, vt dum inhoneſta atque iniqua ratione diteſcere ſtudent, ſumma poteſtate cum legitimis ſuis emolumentis priuarentur. Nuſquam periculoſius delinquitur, quàm vbi iuſtitia violatur. Etenim cùm ſit illa aliorum vindex & vltrix ſcelerum, ſuas potiſſimùm iniurias acerrimè perſequitur. Heſiodus præclarè hæc verbis expreſsit, addita etiam iudicibus admonitione, ne quid temerè peccent, operæ & diei lib. 1.

Nuſquam periculoſius delinquitur, quàm vbi iuſtitia violatur.

Heſiodus.

Virgo namque eſt iuſtitia, Ioue prognata,
Claraque & veneranda diis, qui cœlum habitant.
Et certè cùm quis ipſam læſerit, obliquè iniuriãs,
Statim ad Iouem patrem conſidens Saturnium,
Conqueritur hominum iniquam mentem: vt luat
Populus peccata Regum, qui praua cogitantes
Aliò deflectunt iudicia obliquè pronuntiantes.
Hæc obſeruantes, ô Reges, corrigite ſententias,
Corrupti: obliquorum verò iudiciorum prorſus
obliuiſcamini.
Sibi ipſi mala fabricatur vir, alij mala fabricans.
Malum verò conſilium, conſulenti peſſimum.
Omnia videns Iouis, omniaque intelligens,
Et hæc certè (ſiquidem vult) inſpicit.

Hæc ille. Quod ſi ob peruerſas iudicum ſententias, & affectam iniuria iuſtitiam populus plectitur, quo tandem euadent? aut quo ſupplicij genere punientur? qui non modò priuatos aliquot iniquè vexãt aut diripiunt, quemadmodum ſicarij & latrones ſolent: ſed quorum corruptelis ac fraudibus vniuerſæ patriæ ſalus atque incolumitas in diſcrimen conijcitur?

Ex nube grandineque (inquit Solon in Elegiis) *nimis exiſtit vis,*
Tonitrus quoque ex micanti naſcitur fulgure:
A ventis autem mare turbatur: quod niſi quis
Moueat, omnium eſt iuſtiſſimum.
Per magnos viros ſæpe ciuitas perit, & in monarchæ
Seruitutem populus ex impudentia venit.

Solon.

Porrò hoc ad populum pertinet, quem vniuerſum iudex iniquus corruptis ſuis iudiciis iugulat & perimit.

Corruptos iudices quanta pœna maneat.

QVAM grauiter autem offendat, & quanto ſe ſcelere conſtringat, qui munera accipit, & profert iniquam ſententiam, ex qualitate ſupplicij poteſt aduertere. Non enim conſueto aliquo aut infligi ſolito crimen illud eluitur, ſed quemadmodum ab initio in grauiſſimis & nefandiſſimis fieri à Deo conſueuit, noua ratio pœnæ inuenta eſt. Nam cùm primus homo recens à Deo factus, eiuſdem legem contempſiſſet, mors extra ordinem decreta eſt. Cùm autem filius quidam patrem impiè illuſiſſet, noua quoque ſeruitus introducta eſt, & priuatim quibuſdam libertas erepta. Verùm illa eatenus intra domeſticos parietes delituit, & ad paucos vſque peruenit. At poſtquam iuſtitiæ decus & imperium pro nihilo haberi cœpit, & iudicia pretio expoſita ſunt, tum demum publicæ ſeruituti totus populus addictus eſt; & reges ſumma atque abſoluta poteſtate impoſiti. Ex quo patet iudiciorum iniquitatem ſummis quibuſque facinoribus accenſeri.

Iuſtitiam iudicum populorum ſeruitus ſequitur.

Quanta autem pœna priuatim peruerſos iudices ſequatur, etſi iam diximus, nonnulla tamen ſuperioribus adiiciemus. Etenim inter Imperatorias conſtitutiones, ea quæ eſt Leonis & Alexandri, de iudicibus, hæc habere digna viſa eſt, quæ à nobis referrentur. Exiſtimo equidem eorum neminem, qui iudiciario funguntur D muuere, eò vnquam ſtuporis & inſcitiæ prorupturum, vt aliter quàm ex præſcripto legum iudicium ſententiamve ferre audeat. Quod ſi quis in tantam euaſerit dementiam, reus peractus eas dependet pœnas quæ legibus ſunt irrogatæ. Sin fortè nos effugerit, peruigilem tamen illum atque inſomnem oculum, cui nihil non, quamlibet occultum ſit, patere poteſt, effugere non poterit. Tametſi idipſum increpationibus quoque, diriſque execrationibus ſtabilire ac firmare non ab re alienum cenſuimus. Inueniat itaque iſte & Deum, & cœleſtes omnes atque incorporeas poteſtates ſibi nunquam non aduerſantes. Immaturè ex hac vita excidat potius quàm excedat. Incommodis inſuper afficiatur perpetuis; ipſius ædium fundamenta ignis tandem deuoret; & poſteritas eò religatur inopiæ, vt panem oſtiatim quæri-

Leo Imper.

Dira & execrationes in malos iudices.

tet: atque hæc iure ſanè optimo, propterea quod leges, quas liberrimas eſſe oportuit, ſeruas quodammodo atque captiuas effecit ficto-rum prauorumque iudiciorum. Sed iam ad Vermilij commentarium accedamus, nam quæ ille paulò accuratius explicuit, attingere noluimus, ne aut actum agere videremur, aut prolixiores quàm par ſit fieremus. Sic igitur ille:

Vermilius. *Summa capita orationis ſeniorum.*

Quatuor ſunt huius orationis capita, & ad extremum confirmatio ſumitur ab exemplo. Primo loco, tu, inquiunt, conſenuiſti: nec poteris iſtos labores ſuſtinere. Secundò, in filios autem iſtos tuos transferre magiſtratum non potes, quia illi nihil habent ſimile tui. Tertiò, vndique impendent nobis bella: nec nos carere poſſumus principe, qui pro nobis dimicet, & hoſtem reiiciat. Quare quarto volumus, inquiunt, præficere, nohis Regem. Neue abſque ratione id petere iudicentur, ſic, inquiunt, faciunt aliæ nationes, & florentiſſimas atque optimè conſtitutas habent Reſpublicas. Diſplicuit hoc Samueli, idque non prauo iudicio, nec iniuria: Nam ipſi etiam Deo diſplicuit. Eo illos Samuel, quantum poteſt, deterret ab inſtituto. Videbantur enim, cùm iſta molirentur, Deum abieciſſe, & formam Reipub. ab eo inſtitutam repudiare. Deinde etiam animo prauo & obſtinato iſta petunt, & poſtremò inutilia & noxia.

De multiplici genere adminiſtrationis Rerumpub. & quæ cuique genti potior.

Vermilius. *Tres Reip. formæ præcipuæ.*

Sed ſi quis velit iſta rectè intelligere, meminiſſe eum oportet, tres eſſe formas Reipublicæ bene inſtitutæ. Primùm eſt monarchia aut Rex, cui rerum ſumma permittitur. Eum oportet hoc ſibi proponere, vt populus bene & beatè poſſit agere.

Monarchia. Tyrannis.

Verum, cùm Rex vnus tantum ſit, ſæpe ſuam potentiam, & libidines quærit, & neglecto publico bono degenerat in Tyrannum.

Ariſtocratia.

Altera ratio eſt, cùm complures viri boni, non propter opes & potentiam, ſed propter religionem, & prudentiam electi præſunt Reipublicæ. Hos appellant optimates. Sed iſte quoque ſtatus ſæpe neglecta ſalute ciuium

Oligarchia.

degenerat in Oligarchiam. Pauci enim aliquot conſpirant inter ſe, & inuadunt potentiam, & ſibi aſciſcunt alios ſuarum partium homines, non bonos aut pios, ſed potentes & diuites: atque ita quodammodo regnum obtinent.

Democratia.

Tertia forma eſt Reipub. vbi non tantum optimates præſunt, ſed etiam populus conſulitur: ſi qua res magni momenti in deliberationem veniat. Nam de indicendo bello, de mandandis magiſtratibus, de ſcribendis legibus, de capite ciuis nihil in Republica agi poteſt ſine ſuffragio populi.

Temeritas popularis.

Sed hic ſtatus ſæpe erumpit in temeritatem popularem: vt res furore & impetu magis gerantur, quàm conſilio aut prudentia.

Laus monarchiæ.

Sed, vt ad Regnum redeamus, negari non poteſt, id ſuas habere laudes. Imò ea forma Reipub. à multis nationibus in primis expetitur. Nam, cùm conſilia ſunt in vnius poteſtate, omnia facilè expediuntur. At in optimatum, & in populi conſiliis, vbi alius ait, alius negat, alius deliberandum cenſet, ſententiæ ſæpe impediuntur, & nihil efficitur. Et in rebus agendis, interdum dum quiſque expectat, atque intuetur alterum, optimæ ſæpe occaſiones corrumpuntur. Deinde mundus ab vno regitur: & quid melius aut prudentius regi poteſt? Quare Homerus pulchrè ſcripſit: οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω. Quem verſum Ariſtoteles tanti fecit, vt eum in ſua Metaphyſica retulerit.

Idem in Euangelio Dominus: Nemo poteſt duob⁹ dominis ſeruire: vnus eſto Dominus.

Deinde etiam multo plus maieſtatis eſt in illa Regia pompa, & in illo ſtrepitu. Eoque fit, vt popolus ſtupore, & admiratione facilius in officio contineatur. Nam optimates, quoniam ſe gerunt ſummiſsius, non ratò à plebe contemnuntur. Ita Cicero ſcribit, regium nomen apud omnes nationes ſemper fuiſſe ſacroſanctum. Atque hactenus quidem laudari poteſt Monarchia: verùm ita ſi incidat in virum bonum, & non abeat in Tyrannidem: nam alioqui vitioſum creare principem, nihil aliud eſt, quàm armare præſentem peſtem ad internecionem ciuium.

Periculum in monarchia.

Nam in Iſraëlitico regno vix quatuor numerantur Reges boni. De aliis autem dici ſolebat, omnes bonos principes in vno annulo inſcribi poſſe.

Quæ cuique populo magis congruat forma Reip. Vermilij ſententia.

Sed ſunt quædam gentes ita quodammodo natæ, vt abſque Rege non videantur poſſe viuere. Cur id fiat, longum eſſet dicere. Sed ego, quid mihi videatur, complectar paucis. Qui valent corporis robore, non ingenio, ijs opus eſt rege prudente, & graui, cuius authoritate contineantur. Et ex altera parte, qui valent prudentia, viribus autem corporis deſtituuntur, illi etiã cupiunt ſibi dari Regem, hominem actem & bellicoſum, & aptum ad res gerendas. Sed qui inter iſtos medii ſunt, & tam corpore quàm ingenio valent, libentius reguntur ab optimatibus. Quare dicimus regium ſtatum bonũ quidem eſſe, ſed coniunctum cum periculo. Sed dices, iurant Reges, ſe curatutos ſalutem populi. Fateor. Sed poſtea ſeruant, quantum volunt. Et quamuis ſint peſsimi, tamen remoueri nõ poſſunt ſine magno motu Reipub. Itaque conſultius videtur, eos ferre, quicuoque ſint, quàm auferre cum periculo.

Forma prima Reipub. Hebræorum.

Vermilius. *Forma Reip. Hebræorum.*

Ista Deus præuidit: vt cuius prouidentiam nihil poſsit fallere: eoque dedit populo ſuo pulcherrimam rationẽ Reipub. Primùm enim ipſe præeſſe voluit tanquam Monarcha: deinde dedit optimates, ſeptuaginta ſenatores, quibus etiam dedit de ſpiritu Moſis. Poſtremò nõ negligebatur populus. Nam cùm lex daretur, omnes iuſsi ſunt adeſſe ad montem Sinai, vt eam communibus ſuffragijs comprobarent. Deinde etiam aliàs populus vniuerſus aduocatus eſt ad renouandum fœdus, ad bellum indicendum contra Benjamitas, &c. Fuit ergo illa forma Reipublicæ præſtantiſsime. Conſtabat enim ex lege, optimatibus, & populo. In rebus

autem

aotem difficilibus, ne quid poſſent conqueri, Deus ſemper excitauit iudices. Ita Romani, cùm magnum aliqood diſcrimē impēdere videretur Reipub. creabant Dictatorem, à quo nulla eſſet prouocatio; ne variis ſententiis publica vtilitas impediretur. Ab hac inſtiturione Reipubl. Iſraelitæ diſcedere volunt, & Regem petunt. Sed dices, Nonne fuit ſub regibus Reſpubl. Iudæorum florentiſſima? fuit: atque hoc etiam addo, ad profetendos fines regnum eſſe aptiſſimum. Sed non eſt iſte finis magiſtratus, vt augeat imperium, ſed vt traditum tueatur, & conſeruet. Deinde imperium auctum eſt tantum à bonis principibus: à malis autem ſæpe fuit peſſundatum. Mali enim Reges populum quantum potuerunt abduxerunt à Deo ad idola. Qood peccatum, cùm in dies creſceret, ad extremum Deus ita vindicauit, vt populus vniuerſus abdoceretur captiuus in Babylonem. At non ita agebatut ſub iudicibus. Illi enim & feruebant ſpiritu, & ſe optimè gerebant: neque potuerunt magiſtratum deriuare in filios. At reges primùm quidem piè & prudenter imperant: poſt vbi vident ſe iam habere magiſtratum in ſua familia confirmatum, incipiunt langueſcere. Illam ignauiam & ſocordiam cùm Deus præuiderit, noluit populum ſuum committere regibus.

Iudices omnes boni.

An peccarit populus Regem poſtulans.

Vermilius.

QVID ergo, inquies, oportuit in Deuter. cap. 17. legem ſcribere de Regibus? idque iiſdem pene verbis, quibus hic Reges petuntur à populo. Cur promiſit Dominus Abrahamo, ex eius lumbis, & poſteritate naſcituros reges? Cur prædixit Iacob, ſceptrum non eſſe auferendum à tribu Iuda? &c. reſpondeo: Deus in Deuteron. non mandat creari Regem, ſed prædicit, illos rebus conſtitutis in terra Chanaan velle expetere ſibi Regem. Itaque voluit illis legem, tanquam frenum imponere: vt cùm omnino habituri eſſent Regem, illum ſaltem his conditionibus haberent: Ita de diuortio nihil præcipit: tamen ſi quis vellet omnino diuertere, iubet vt det illi libellum repudij, deinde oe illam poſteà vnquam repetat. Ad hæc etſi lex populo conceſſerit Regem, non tamen ita conceſſit, vt ne expectaretur authoritas Dei. Eius enim Reſpoblica illa fuit, non populi. Deinde videntur diffidere Domino, fiduciam collocare in brachio ſuo. *Tu*, inquiunt, *iam conſenuiſti: volumus Regem qui pugnet pro nobis*: quaſi Deus illorum cauſa antea non pugnauerit, aut iam pugnare non poſſit. *Conſenuiſti*, inquiunt, ridicolum. An enim ille, quem erant creaturi Regem, victurus erat ambroſia & nectare, vt nunquam poſſet eſſe ſenex? *Filij tui non ſunt ſimiles tui.* Quid? an ille Rex quem erant habituri, non potuit procreare malos filios? *vt iudicet nos*, inquiunt. Sed non addunt ex verbo Domini. Cur non ſic potius dicunt? Corrige filios tuos: non rectè ſe gerunt. Poſtremò addunt, velle ſe habere Regem, non ex inſtituto Domini, ſed ad præſcriptum aliarum gentium. Hæc cùm Deus futura præuideret, voluit illam inſcitiam, & contumaciam populi legè coercere. Primùm, inquit, ſi volunt habere Regem, deligant ſibi aliquem ex fratribus ſuis, hnc eſt hominem circumciſum, & obſtrictum ſeruando fœderi. Deinde quicumque erit deſignatus Rex, ne multiplicet ſibi equos, aut pecunias, aut vxores. Poſtea deſcribat ſibi legem meam, vt eam intelligat magis oportere præeſſe populo, qoàm ſe. Nihil horum obſeruabator ab aliis nationihus. Ad hæc ingrati erant erga Samuelem. Tot enim ab eo beneficiis aucti, tamen eom iam ſeoem, & miſerum abiiciunt, & contemnunt: ita libertatis & rerum nouarum auidi, & pertæſi præſentium, vt ne mortem quidem eius poſſent expectare.

Explicatur mens legis quæ habetur Deuter. 17.

Quàm abſurda oratio ſeniorum.

Quod ad alteram excuſationem attinet, promiſerat quidem Deus Abrahamo, ſe ex eius poſteris aliquando excitaturum eſſe Reges. At iſti non eo animo petunt Regem, vt Dei promiſſa perficiantur, ſed vt ſuo ſtudio ſatisfiat. Deinde regnum habet aliquid boni, vt ſplendorem & dignitatem: id Deus pollicitus eſt poſteritati Abrahami, magis quàm regnum. Poſtremò quidquid erat periculi in regno, id erat corrigendum in Chriſto. Nihil enim futurum erat periculi in regno, cùm Chriſtus regnaret. Hactenus Vermilius. Arbitror etiam ea de cauſa regnom in populo ſuo Deum inſtitui voluiſſe, vt futurum Chriſti regnum Reges adumbrarent; & per abſolutam illam circa pœnas à lege ſtatutas veniam ac remiſsionem, quam ſolis regibus dare competit, longè ante Chriſti miſericordiam patribus repræſentarent: quæ nos legis debito abſoluit, & neceſſaria circa legem indulgentia vſa, culpas omnes deterſit. *Omnia ſiquidem in figura contingebant illis.* Porrò etſi hæreticorum ſententiam ſecutus Vermilius, qui à Monarchico principatu plurimùm abhorrent, ſtatui regio paulò iniquiorem ſe præbuerit, quem videtur reliquis ſpeciebus feciſſe minorem: quoniam tamen nec apertè ſatis oppugnat: nec contrarium contumaciter affirmat: alio loco de tota re quid ſentiamus, aperiemus.

Quare Deus Reges eſſe voluerit.

VT *iudicet nos.*] Sanè eadem ratio Medos compulit, vt Regem crearent. Nam cùm illi, vt autor eſt Herodotus lib. 1. excuſſo fortiter Aſſyriorum iugo, ſeſe in libertatem aſſeruiſſent, in pagis morabantur; in quibus nonnulli parta libertate abuſi ad aliorũ contumeliã, populares ſuos iniuriis vexabant. Quod cùm reliqui moleſtè ferrent, omnium conſenſu primùm iudices præfecti ſunt. Sed cùm illi ius proderent, & muneribus deliniti, aut etiam metu deterriti, improborum audaciam fouerent potius quàm reprimerẽt, pertęſus populus iniquorum iudiciorum, de Rege creando deliberauit. Viſa eſt ſiquidem ſuprema quædam poteſtas, nec minus præſidio militum quàm legibos armata, neceſſaria ad cohibendam malorum inſolentiã. Inde igitur primùm Deioces, qui integritatis famam ſuperioribus annis collegerat, Medis im-

Herodotus Prima ratio regum inſtituendorum.

perauit:& iterum populus libertatem quam armis parauerat, iudicũ iniquitate eiurare coactus eſt. Deioces porrò etiã cum faſtu regio incorruptè ioſtitiam adminiſtrauit, affectos quidem iniuria fottiter vindicãs, architectos verò ſcelerum pto ratione delicti variis exercẽs ſuppliciis. Et hæc fuit olim prima Regum cura ac ſolicitudo, non modò vt ius dicerẽt, quod nonnulli hoc eſſe volunt, qood ius condere: ſed etiam vt iodicarent, & cauſas cognoſcerent, liteſque dirimerent Neque verò hoc teſtimoniis indiget, vt probetur quod paſſim hiſtoriæ aſſeruot: ſed me tamen iuuat exemplum vnum aot alterum referre, quò etiam alij mirentur quorundam regum in hac parte religiooem ac diligentiam. Et quidem ſatis notum eſt, qua olim animi moderatione ac clemẽtia Imperatot quidam Romanus viduæ mulieris volũtati paruerit. Quem cũ illa de rebus ſuis in procinctu profectionis illius interpellaret, & ille ad iudices eam ablegatet: aut noli imperare, inqoit, aut iudica. Qoibus verbis ille commotus, non ira excanduit: ſed officij memor tantiſpet gradum fixit, donec eius caoſam cognoſceret. Verùm id ſemel forſitan eidẽ accidir: at Philippus Herodis frater, qoi in Trachonitide, & aliis finitimis ptouinciis regnauit,

Ioſephus.

quoties domo progredereruт, vt eſt apud Ioſephom Antiq. Iud. l. 8. c. 6. iter faciebat cum paucis comitibus, ſubſequente ſella in qua ſedens ſolitus eſt iura reddere: & ſi quis ex occurſu opẽ eius inuocaret, ſine dilatione mox ibi ſella poſita reſidens cauſam cognoſcebat, aut ſontem damoaturus, aut abſoluturus innoxiom.] Qood ſanè eo laude dignius eſt, quo nunc magis ab officio principes abhorrent. Sed vicit vtrumqoe

Herodotus
Mira Regis in iudicando benignitas.

Mycerini Regis Ægypti, peſsimi parentis optimi filij, inaudita iudiciorum ratio. Qui cum diligentiſsimè cauſarum momenta expenderet, & iuſtiſsimè ſententiam proferret, ſi tamen victo perſuaſum non eſſet, meritò cauſa eum cecidiſſe, ſeque dettimentum accepiſſe quereretur, hominis indignatiooem beneficiis ac liberalitate mitigabat. Autot Herodotus lib. 2..

Itaque eo primùm conſilio Reges à Iudæis deſiderati ſunt, vt eſſent qui ſummo iure ac poteſtate eos regetent, & iorgia componerent. Inde verò mutata eſt forma Reipub. Cuius primò quidem ſub Pontificibus decem & tribus penes Optimates adminiſtratio fuit, pòſt ad Monatchas, poſtremò ad Reges tranſiit. Sic enim do-

Ioſephus.

cet Ioſephus Antiq. Iud. l. 20. c. 8. ou. 18. & id tẽpus per annos DCXII. ab Aarone ad tẽplum cõditum porrigit. Deinceps annis CCCCLXVI. ſub Pontificibus decem & octo, ad templum vſque incenſum Reges imperarunt. Poſt ſeptuaginta annos captiuitatis Babylonicæ vario iore regnatum eſt. Nam prius quidem Pontifices qoindecim ſpatio annorum CCCCXII. vſqoe ad Antiochum Eupatora ſtatum Reipub. popularem rexerunt. Poſttemò Machabæi fratres, cùm gentis ſacerdotium ac principatum ſingulari pietate atque armorum gloria promeriti eſſent, eorundem poſteri vſque ad Chriſti Domioi tempora imperium continuatunt.

Versvs 6.

Diſplicuitque ſermo in oculis Samuelis, eò quod dixiſſent: da nobis Regem vt iudicet nos. Et orauit Samuel ad Dominum.

Vermilius.

Displicvit *hoc Samueli.*] Mirificè enim amabat illum populum, & in eum maxima beneficia cootulerat. Fit autem ſæpe, vt qui vehementer ament, non æquè redamentur. Videt ſe contemni, Deum negligi, ſtatum Reip. diſſolui. Tamen, vt erat ingenio miti, oon animaduertir in illorum qoemquam: ſed precatur Deum, vt naſcẽti malo ſoccurrat. Sciebat enim Rempublicam illam eſſe Dei: Itaque eius iniuſſo nihil in ea oportere inoouari. Deus autem non ſolum reſpondet quid faciendum ſit, ſed eriam illum ſuauiſsimè conſolatur. Hæc Vermilius.

B. Petrus Damianus.

Vritur hoc exemplo B. Petrus Damianus epiſt. l. 5. epiſt. 12. vt doceat, ne ſanctiſsimos quidem vitos, cùm ſpes eſſet procurandæ aliorum ſalutis, ab honorum dignitatumque culminibus abhotruiſſe. Neque hoc quicquam ſanctæ humilitatis ſtudio officit, cùm vtrum-

Conſtantia Sanctorum in retinenda dignitate quã rationem habeat.

que ſimul officij dignitas, & mentis ſubmiſsio eodem in ſubiecto conſiſtere poſsint. Sed nec poſſeſsis quidem hooribus aliquando cedere voloerũt. Quinimo cùm à Samuele ſene, effœto iam corpore, & ætate penè exacta repeteretur, ægrè tulir. Quid dicam, inquit, de Samuele? Qui quãdiu non eſt ab ipſo populo ex principatus arce deiectos, & excelſus videbatut in publico, & humilis erat in occulto. Qui videlicet ſuſcepri regiminis locum adeò inuitus deſeruit, vt maioribus natu ex Iſrael ſibi regem petentibus, de eo Scriptura dicat: *Diſplicuit ſermo in oculis Samuelis, eo quod dixiſſent: da nobis Regem, vt iudicet nos.* Hæc ille. Sed enim quis inuictum S. Athanaſij Alexandrini animum in retinendo Epiſcopatu non miretur? Sanctorum item Siluerij & Ambtoſij in Italia, Anſelmi & Thomæ Cantuarienſis in Anglia, Chryſoſtomi in Græcia, Alberti in Germania, Rigoberti, & aliorum in Gallia? Hi namqoe omnes cùm Reges & principes infeſtiſsimos paterentur, nec aliter pacẽ cum illis habere poſſent, quàm ſi ſe Epiſcopatu abdicarent: qooduis porius etiam capitis diſcrimen adire maluerunt, quàm vt ſibi traditam à Deo animarum procurationem deſererent. Quod ne quiſquam putet ſuperbiæ eſſe tribuendom, propterea quod ea adminiſtratio non parum honoris & reuerentiæ cultum conionctum habeat, intelligere debet, non aliam eorum mentem conſiliumve fuiſſe, quàm vt crediti ſibi gregis certam atque indubitatam rationem Domino tedderent, à qua debitione nouerant nollo hominum priuilegio, fauore, aut etiam iniuria liberari poſſe.

Versvs 7.

Dixit autem Dominus ad Samuelem: Audi vocem populi in omnibus quæ loquuntur tibi. Non enim te abiecerunt: ſed me, ne regnem ſuper eos.

Vermilius.

AVOI *vocem populi.*] Vermilius: Non
prorſus in vniuerſum, quicquid peterent
audire iubet: ſed tantùm quod ad illud nego-
tium attineret. Cùm dicit audienda eſſe popu-
li poſtulata, ſatis ſignificat, ea non fuiſſe per ſe
mala. Nam alioqui non fuiſſent audienda.
Quædam enim ſont, quæ quamuis ſua natura
non ſint bona, tamen ex adiuncta conditione
fiunt bona. Diuortium per ſe non eſt bonum:
tamen ex odio, quod maritus gerit erga vxo-
rem, & ex eo malo, quod poſſit euenire, ha-
bet aliquam rationem boni. Quare Samuel iu-
betur audire populum. Nam alioqui ipſi ſine
omni conſilio, per tumultum & impetum
erant ſibi Regem electuri. Proponit Samuel
populo ius regium, tanquam nimis incommo-
dum ac durum, vt eos retrahat ab inſtituto. In
rebus mediocribus non eſt reſiſtendum ſtudio,
& voluptati populi. Res autem per ſe malæ
nullomodo ſunt concedendæ. Itaque excuſari
non poteſt Aaron de aureo vitulo. Et Paulus
de circumcidendo Tito ne ad horam quidem
conceſſit Iudæorum pertinaciæ. At cùm to-
lerabilis aliqua eſſet ſpecies boni, circumci-
dit Timotheum. Nec excuſari poteſt Pila-
tus, qui Chriſtum permiſit importunitati
& clamoribus populi. Fuit enim natura
ſua iniuſtum & malum. Hactenus Vermi-
lius.

Regem petere non fuit per ſe malũ.

Res per ſe mala nunquam concedenda, vt autoritate noſtra fiant.

Non enim te ſpreuerunt, ſed me.] Videtur
Deus dolere vicem Samuelis, cùm tam ſeue-
rè prius atque atrociter in Heli propter filios
animaduertit. quæ tanti ratio diſcriminis? non
enim Samuel magis quàm Heli filios ſuos cor-
ripuiſſe legitur. Quare ergo cum illum obiur-
ger, hunc magis conſolatur? An quia fortè
magiſtratu ſe abdicauerat, &, vt ait Scriptu-
ra, iudices illos conſtituerat? in ſummum
enim magiſtratum nulla patris poteſtas eſt;
cùm contrà penes Heli ſemper vſque ad vlti-
mam vitæ periodum, & ſacerdotium & iuriſ-
dicendi conſtiterit poteſtas, nam neque impe-
rium depoſuerat, neque ſacerdotium exuere
licebat. quapropter, quemadmodum nullo
vnquam tempore corripiendi iure ac poteſtate
caruit: ita ne officio quidem abſtinere debuit,
quod tum maximè exercendum fuit, cùm au-
diret filiorum ſuorum ſcelere Dei cultum vi-
2. leſcere, religionemque reſtingui. An potius
dicemus, filiorum corruptelas eatenus Samue-
lem latuiſſe, cùm nullæ ad eum querelæ an-
te delatæ eſſent? Neque enim quemadmodum
de Heli Scriptura refert, eum prius ſæpe fuiſſe
admonitum: tum ab hominibus, qui eorun-
I.

Ob ſceleꝰ filiorum ſeuere quondam animaduerterat; nunc contra Samuelem blandè conſolatur.

1. Ratio.

dem ſtupra & ſacrilegia impatienter ferrent:
tum etiam diuinitus à prophetis illum incre-
pantibus, & Dei iram renuntiantibus: de Sa-
muele pariter dici poteſt, à quoquam morta-
lium immortaliumve de filiorum negotia cer-
tiorem eſſe factum. Non potuit autem non
ignorare, quod nemo referret, neque, quod
ignoraret, potuit aliquando arguere: ac pro-
inde nec peccaſſe videri, ſi, quod non potuit,
minimè feciſſet. At ſedulò ais, inquireret, vi-
tamque filiorum obſeruaret. Hoc vt fieret, de-
buit aliqua ſaltem ſuſpicio mali præcurrere.
Contrà verò optimam ſpem de eorum inte-
gritate ceperat: non modò ob domeſticum
exemplum, quod æmulaturos minimè dubi-
tabat, & à ſe traditam optimam iuriſdicendi
rationem: verùm etiam quòd initio magiſtra-
tus ſui, cùm eſſent adhuc paternorum manda-
torum memores, eiuſque authoritatem re-
uererentur, vt credibile eſt, caſtiſſimè integer-
rimeque ſe habuiſſent. An denique idcirco il- 3.
lum ſeuerè animaduerſum, hunc clementer
habitum arbitrabimur, quòd illius quidem fi-
lij religioni perniciem molirentur, & cum Deo
bellum gererent; huius verò, iura duntaxat hu-
mana peruerterant, nonnulliſque priuatis ir-
rogarent iniuriam? Nam diuinus quidem con-
temptus nullo ſanguinis diſcrimine acriter vin-
dicari debet; in humanis ordo quidam ſiue
proportio ſeruanda eſt. Dei namque amor
cum nullo comparandus eſt, ſed chariſsimo-
rum etiam pignorum charitatem vincit. In
reliquis is ordo ſequendus eſt, qui videtur à
natura inſtitutus, vt nos quidem primum dili-
gamus, deinde & cæteros qua nos proportione
ſiue gradu contingunt: non charitatem quidem
ſpecie diſtinguentes, ſed ratione diſponentes.
Itaque, etſi filiis Heli nullo modo parcere li-
cuit, cum Deum contumelia afficerent: tamen
quod ad Samuelis filios attinet, nonnihil pater-
næ charitati indulgendum fuit, cùm homines
duntaxat iniurioſè tractaſſent, quorum nemi-
nem æquali cum filiis amore complecti debuit.
Certius ac verius confido me reſponſurum,
ſi dicam, Samuelem, tametſi filiorum videndi 4.
inſtitutum moreſque minimè probaret, no-
luiſſe tam inconſulto Deo eoſdem loco moue-
re. Etenim cùm eſſet diuinorum arcanorum
conſcius, ſciretque res mortalium à Deo regi
& adminiſtrari, nouerat vtique, nil abſque il-
lius nutu ac voluntate poſſe contingere: ſed ſi-
ue boni, ſiue mali principes rempublicam ſuſ-
ciperent, diuino conſilio fieri, vt boni qui-
dem bonis præſidio eſſent, ac ſedulò eos tue-
rentur, mali verò improbum ac dementem po-
pulum vexarent, & Dei iniuriam vlciſcerentur.
Accedit, quod non ſine diuino inſtinctu ac nu-
mine, quemadmodum prius diximus, iudices
eos deſignauerat. Quapropter, cùm eos à recto
iuſtitiæ tramite aberraſſe conſpiceret, nihil qui-
dem mutare auſus eſt: Sed interim apud ſe lu-
gebat, & orationi dies noctéſque incumbebat,
diuinæ voluntatis ſignificationem aliquam
ſibi dari expoſtulans: quam dum de indu-
ſtria ſeriùs à Deo dilatam anxiè expectat,

concurſu totius populi de rege creando interpellatur, filioſque abdicare compellitur.

Samuel à populo iniuriam accepit

Quo pacto non minimam Samuel iniuriam à populo accepit. Etſi namque nonnulla fuit de filiis eius conquerendi ratio, adhuc tamen patriis monitis atque authoritate ad meliorem frugem reuocari poterant: nec erant, tanquam qui reſipiſcere non poſſent, ita protſus abiiciendi. Quamobrem tantum abeſt, vt ſeniorum ſententiam ſecutus Deus, eidem filiorum iniquitatem exprobret, quinetiam blande eum conſolatur, ſeque in toleranda hac iniuria ſocium ac participem eſſe prædicat. Quam iniuriam ita ſanctus Cyprianus interpretatur, vt non modò filios ob iniuſtitiam repudiaſſe intelligat, ſed etiam patrem ob ſenectutem; quod illis impunè non fuit. Sic autem ait. In lib. quoque Regnorum, cùm Samuel ſacerdos (ſacerdotē vocat quomodo anteą expoſuimus) à Iudæorum populo ob ſenectutem, ſicut tu modò contemneretur, exclamauit iratus Dominus, & dixit: *Non te ſpreuerunt, ſed me ſpreuerunt*. Et vt hoc vlciſceretur, excitauit eis Saul regem, qui eos iniuriis grauibus affligeret, & per omnes contumelias & pœnas ſuperbum populum calcaret & premeret; vt contemptus ſacerdos de ſuperbo populo vltione diuina vindicaretur. Ad hunc modum ſanctus Cyprianus epiſt. 65. ad Rogatianum. Vermilium etiam audiamus.

S. Cyprian. Non filios solùm, ſed etiam patris ſenectutem contempſerunt.

Vermilius.

Non te ſpreuerunt, ſed me.] Deus prophetam ſuum defectione populi perculſum, duplici ratione conſolatur. Primùm, non in te, inquit, hæc contumelia redundat, ſed in me. Ego autem illorum iniurias patienter fero: quare te quoque eas ferre conuenit. Deinde, antiquum, inquit, obtinent, nihil noui faciunt. Sic enim mihi ſemper reſtiterunt, ex quo tempore eduxi eos ex Ægypto. Poteſtas iſta iudicandi tibi à me collata eſt. quare non iam te reiiciunt, ſed me. At populus non tam occultè videbat, vt intelligerent ſe in Samuele Deum contemnere.

In persona magiſtratus & prophetæ Deus colitur aut contemnitur.

Hic animaduertere debemus, Deum honore afficiendum eſſe in magiſtratu. Non enim ſpectamus Caligulam, aut Neronem, ſed publicam perſonam illis impoſitam à Deo. Ita Chriſtus etiam loquitur de diſcipulis ſuis: *Qui vos*, inquit, *ſpernit, me ſpernit*. Et Paulus ait, ſeruos ita oportere obedire dominis ſuis, tanquam Chriſto: idque vel quòd Chriſti vices gerant, vel quòd Chriſtum profiteantur. Et Chriſtus clamat ad Paulum de cœlo, *Quid me perſequeris?* nam cùm chriſtianos perſequeretur, videbatur Chriſtum ipſum perſequi. Hæc Vermilius.

Quod Prophetarum Monachorumq; contemptus calamitatis publicæ cauſa ſit, & prognoſticon.

NON modò verò vt iudex aut magiſtratus, Dei præ ſe potentiam gerens, ſed vt propheta quoque contemptus eſt. Siquidem cuius rogare atque expectare ſententiam debuerant, nunc eidem, quid facto opus ſit, audent arbitratu ſuo præſcribere. Eſt enim propheta diuinę voluntatis interpres, quem qui non audit, manifeſtè ne Deo quidem dicto audiens eſt. Nam Deus quidem, quid fieri velit, apud ſe decernit; propheta autem ad populum refert: ſi quis igitur eius vocem aſpernandam ducit, homini quidem contumeliam facit, tanquam de eius fide dubitans: præcipuè tamen diuinæ voluntati refragatur; quam ne audire quidem ſuſtinet. Propterea igitur Deus aſſerit, non tam prophetam ſuum quàm ſeipſum à populo eiurari.

B Cæterùm, quam hîc ſententiam Deus in commendationem prophetæ ſui ac magiſtratus pronuntiauit, aliis locis ad reliquos omnes, qui vineam Dominicā excoluerit, extendit. Horum namque omnium iniurias ſuas reputat, & pari zelo perſequitur: quemadmodum de Monachis oſtendit Saluianus ſcribens ante annos mille & centum, & quod excurrit, lib. 8. de Guber. Dei. Ille namque Afrorum ſcelera, ob quæ in Vuandalorum poteſtatem venerunt, recenſens, inter cætera exaggerat odium & deſpicientiam monachorum. Sacrilegij quippe genus eſt, inquit, Dei odiſſe cultores. Sicut enim ſi ſeruos noſtros quiſpiam cædat, nos in ſeruorum noſtrorum cædit iniuriam: & ſi à quoquam filius verberetur alienus, in ſupplicio filij pietas paterna torquetur: ita & cùm ſeruus Dei à quoquam læditur, maieſtas diuina violatur, dicente idipſum ad Apoſtolos ſuos Domino: *Qui vos recipit, me recipit: & qui vos ſpernit, me ſpernit.* Benigniſſimus ſcilicet ac piiſſimus Dominus communem ſibi cum ſeruis ſuis, & honorem ſimul, & contumeliam facit, ne quis cùm læderet Dei ſeruum, hominem tantùm à ſe lædi arbitraretur: cùm abſque dubio iniuriis ſeruorum Dominicorū, Dei admiſceatur iniuria, teſtante id ſuis Deo affectu indulgentiſſimo in hunc modum: quoniam, *Qui vos tangit, quaſi qui tangit pupillam oculi mei.* Ad exprimendam teneritudinem pietatis ſuæ, tenerrimam partem humani corporis nominauit, vt apertiſsimè intelligeremus, Deum tam parua ſanctorum ſuorum contumelia lædi, quàm parui verberis tactu humani viſus acies læderetur. Inſectabantur itaque Afri, atque oderant ſeruos Dei, & in iis Deum.

Suorum ſuas iniurias Deus reputat. Saluianus. Sacrilegij genus eſt odiſſe viros religioſos.

Sed quæritur forſitan, quibus modis probetur odium illorum. Illis ſcilicet, quibus etiam Iudæorum odia comprobantur in Chriſtum, cùm dicebant ad eum: *Samaritanus es tu, & dæmonium habes:* cùm irridebant, cùm maledicebant, cùm inſufflabant in faciem eius, & frendebant dentibus in caput eius. Vnde etiam in Pſalmis dicit Saluator ipſe qui pertulit: *Omnes qui conſpiciebant, aſpernabantur me, & locuti ſunt labiis, & mouerunt caput.* Et alibi: *Tentauerunt*, inquit, *me, & deriſerunt deriſu, frenduerunt in me dentibus ſuis.* Ita igitur & in monachis, id eſt ſanctis Dei,

Ioan. 8.
Pſalm. 21.
Hieræm. 20

Afrorum odium in Monachos ante Reipub. cladem & fidei naufragium.

Afrorum probetur odium: quia irridebant ſcilicet, quia maledicebant, quia inſectabentur, quia deteſtabantur, quia omnia in illos penè fecerunt, quæ in Saluatorem noſtrum Iudæorum impietas ante fecit, quàm ad effuſiónem diuini ſanguinis perueniret. Sed iſti, inquis, ſanctos non occiderunt, ſicut Iudæos feciſſe legimus. An occiderint neſcio, non aſtirmo. Sed tamen magna deſenſio, ſi hoc tantum in eis de paganorum non ſuit perſecutione, quod habet perſecutio ipſa poſtremum. Putemus ergo occiſos illic non eſſe ſanctos: ſed quid feciemas, quòd non ſunt longè ab occidentibus, qui animo occiſionis oderunt? Præſertim cùm Dominus ipſe dicat: *Qui odit fratrem ſuum ſine cauſa, homicida eſt*, quamnis non ſine cauſa perſecuti ſunt ſeruos Dei. Nam quis dicere poſſit, quod ſine cauſa, homines ſcilicet omnibus à ſe vitæ ec morum ſtudiis diſcrepanres, in quibus nihil videbant ſuum, quoniam Dei totum. Maxima enim cauſa eſt diſcordiarum diuerſitas voluntatum: quia fieri, aut omnino non poteſt, aut vix poteſt, vt eam rem in alio quiſquam diliget, à qua ipſe diſſenrit. Itaque eos non ſine cauſa, vt dixi, oderunr, in quibus omnia ſibi æmula etque ioimica cernebant. Illi enim viuebant iugirer in nequitia, iſti in innocentia: illi in libidine, iſti in caſtitete: illi in luſtris, iſti in monaſteriis: illi propè iugirer cum diabolo, iſti ſine ceſſatione cum Chriſto.

1. Ioan. 3.

Maxima cauſa diſcordiorum diuerſitas voluntatum.

Monachi Carthagine ludibrio habiti.

Non ſine caoſa itaque iſtud fuit, quòd inter Africæ ciuitates, & maximè intra Carthaginis moros palliatum & pallidum, & reciſis comarum fluentium iobis vſque ad cutem tonſum videre, tam infœlix ille populus, quàm infidelis ſine conuitio arqoe execratione vix poterat. Et ſi quando aliquis Dei ſeruus, aut de Ægyptiorum cœnobiis, eut de ſecris Hieruſalem locis, aut de ſanctis eremi venerandiſque ſecretis ad vrbem illem officio diuini operis acceſſit, ſimul vt populo apparuit, contumelias, ſacrilegie, & maledictiones excepit. Nec ſolum hoc, ſed improbiſſimis flagitioſorum hominum cachinnis, & deteſtantibus ridentium ſibilis, quaſi Taureis cædebatur: verè vt ſi quis ea inſcius rerum fieri videret, non aliquem hominem ludificari, ſed nouum inauditumque monſtrum ebigi atque exterminari arbitraretur. Ecce Afrorum, & præcipuè Carthaginienſium fidem. Totius qoondam Apoſtolis paganas vrbes licuit intrare, & minus primum eorum aduentum atque conſpectum feri illi ac barbari ſecrilegorum cœtus deteſtabantur. Sanctum electionis vas Paolom Apoſtolum, de vnius Dei cultu ac maieſtate dicentem, ſuperſtitioſiſſimus licet Athenienſiom popolus patienter audiuit. Lycaonij aotem in tantum etiam admirati ſont, vt cùm in Apoſtolis diuinas virtutes ineſſe cernerent, eſſe eos homines non putarent. Intra Carthaginem verò apparere in plateis & compitis Dei ſeruos ſine contumelia etque execratione vix licuit.

Triſteres Monachorum paganis deteriores.

Act. 17. & 14.

Perſecutionem hoc quidem fuiſſe non putant, quia non & occiſi ſunt. Latrones quidem hoc prouerbio vti ſolent, vt quibus non euferant vitam, dediſſe ſe dicant. Sed in vrbe illa non tam hominum fuerunt hæc beneficia, quàm legum. Interfici enim indemnatum quemcumque hominem, etiam duodecim tabularum decreta vetuerunt. Ex qoo agnoſcitur, quòd megna illic prærogetiua Dominicæ religionis fuit, vbi ideo tantùm Dei ſeruis licuit euadere, quia à pagano iore defenſi ſunt, ne Chriſtianorum manibus trucidarentur. Et miramur ſi nonc barbaros illi perferunt, cùm videamus quòd ſancti viri in illis barbaros pertulerunt. *Iuſtus ergo eſt Dominus, & iuſtum iudicium ſuum.* Quæ enim, vt ſcriptum eſt, *ſeminarunt, hæc & metunt*, vt verè videatur de improbitate illius gentis dixiſſe Dominus: *Reddite ei ſecundum opus ſuum, iuxta omnia quæ fecit facite illi, quia contra Dominum erecta eſt.* Hactenus vir ille beatus l. 8. de Proudentia.

Monachorũ ac Religioſorum contemptus calamitatis publicæ cauſa eſt.

Par etiam nonc apod hæreticorum vrbes perſecutio in Religioſos in Gellia obtinet, ſic vt veſtes mutare, & ſe pallus ſeculeribus obtegere, Rupellani noſtros ſæpe coëgerint, cùm eò prædicationis gratia ſe conſerrent: in media eutem vrbe ſacro habitu detecto, non tantùm ludibrio habuerunt, verùm etiam nonnunquam lapidibus in ædes ſe recipere compulerunt: quemadmodum nonnunquam, cùm præſens edeſſet R. P. F. Andreas Cheuinæus, concionator eloquentiſſimus, ordinis noſtri in ea parte Galliæ Pruuiocialis, eius ſocio contigit. Perridiculè verò ſemel accidit. Etenim cùm eminentiſſimom quendam è ſocietate Ieſu Prædicatorem vrbis aditu prohibere non poſſent, Rege nimirum vt edmitteretur vrgeote atque imperante, graoiter & iniquo animo ferebant. Interea tamen venturus in ſingulos dies nuntiabatur, & dolos arteſque retecturus, quibus prædicantes ſimplicioribos imponere ſolent; quo triſtior nuntius afferri atque acerbior omnino non potuit. Quid igitur illi, quibus nil nuper inauſum,

Religioſos viros hæretici noſtrorum temporum ſummo odio proſequuntur.

Faceta hiſtoria.

Aut intentatum ſcelerisve, dolive fuiſſet?

Vim quidem parare coràm non audebant: ſed qood impunè ſuturum videbatur, Pygmæam puſionum gentem clam probris, ſannis, dicteriis, conuitiis etiam, ec diris execrationibus armant atque inſtruunt, quibus aduentantem Ieſuitam (vt quondem Eliſæum pueri Bethel, quibus ille maledixit, vrſi deuorauerunt) inſectarentur, & illuderent. Ac illi obuiam progreſſi, cùm in miniſtrum qoendam ſuum nobilem ac ſemoſum incurriſſent, qui per id temporis eadem via, ad eam vrbem aduentabat, formæ ſimilitudine decepti, in hominem inuadunt, & quæcumque in elterum meledicta congeſſerant, in hunc coniiciunt, ludificantur, illudunt, & inſanis clamoribus in vrbem deducunt, & ad hoſpitium vſqoe proſequuntut; in quod ſe ille tandem, tametſi paulò ſerius quam optauerat, proripit, pudote atque

ignomioia penè oppreſſus atque exanimatus: neque enim præpoſteri Euangelij miniſtri decus & contumeliam æquo animo pro Chriſto perferre profeſſi ſunt. Verùm hæc, vt aiunt, roſæ ſunt & violæ, ſi cum atrociſſimis ſuppliciorum generibus, quihus in omnes Religioſos non ita pridem ſæuierant, velis comparare.

Angli ſimul cum hæreſi odium in Monachos ſuſceperunt.

In Angliam verò, ex quo tempore epoto hæreſum ſucco in inſaniam verſa eſt, nemo Religioſus, aut Monachus, ne diſſimularo quidem habitu, tutus ingreditur: ita vt meritò de his conqueri liceat, & cum Virgilio expoſtulare:

Quod genus hoc hominum? Quæve hunc tam barbara morem
Permittit patria? hoſpitio prohibemur arenæ.
Bella cient, primaque vetant conſiſtere terra.
Si genus humanum, & mortalia temnitis arma,
At ſperate Deum memorem fandi atque nefandi.

Angli à maioribus ſuis degeneres.

Alienum prorſus inſtitutum, non tantùm à Chriſtiana pietate, quam ſe colere videri volunt: ſed etiam à maiorum ſuorum humanitate, qua rum Monachos exceperunt, cùm adhuc diuinæ religionis expertes, naturalem feritatem minimè depoſuiſſent. Podeat viros Chriſtianos benignitate ac manſuetudine à harbaris ſuperari: ſi tamen Chriſtiani illi habendi ſunt, qui Chriſti deuotiſſimos famulos, crucíſque diſcipulos, indignis Chriſtiana manſuetudine ſoppliciis perdere conantut. Etenim cùm olim, vt eſt apud Venerab. Bedam, hiſt. Anglo. lib. 1. cap. 25. Sanctus Auguſtinus cum aliis ferme quadraginta Monachis in Britanniam à ſancto Gregorio Papa miſſus, eò appuliſſet, Edilberthus Cantiorum Rex eundem eum ſociis perhumanè accepit: & quanquam rum perſuaderi non poſſet, vt traditæ ab eis doctrinæ aſſentiretur, Chriſtianamque religionem ſuſciperet; virorum tamen teligione ac charitate delectatus, quos mirabatur ſuæ gentis gratia tam longinquam ac difficilem peregrinarionem aggredi potuiſſe, non modò commorandi apud ſe licentiam indulſit, verùm eriam ædibus auxir, & neceſſariis ad tuendam viram ſtipendiis fouit. Verba eius apud Venerabil. Bedam Anglom hæc ſunt. Pulchra ſunt quidem verba & promiſſa, quæ affertis, ſed quia noua ſunt & incerta, non his poſſum aſſenſum ttibuere, relictis eis, quæ tanto rempore cum omni Anglorum gente ſeruaui. Verùm quia huc de longè peregrini veniſtis, &, vt ego mihi videor perſpexiſſe, ea, quæ vos vera & optima credebatis, nobis quoque communicare deſideratis: Nolumus moleſti eſſe vobis, quin potius benigno vos hoſpitio recipere, & quæ victui veſtro ſunt neceſſaria miniſtrare curabimus: nec prohibemus, quin omnes, quos poteſtis, fidei veſtræ teligionis prædicando ſocieris. Dedit autem eis manſionem (vt idem author eſt) in ciuitate Dorouernenſi, quæ Imperij ſui Metropolis fuit. Hei mihi quàm degeneres hæreticos hodie nacti ſumus, non dicam à Catholicis ſuis maioribus, verùm etiam Ethnicis. Hæccine eſt illa Anglia, quam cœleſti olim vita Monachi, Euangelij beneficio, donarunt? Illa nunc ingrata, ſeu potius phrenetica ſuis parentibus, & quantum fas eſt & licet mortalihus, æternæ vitæ authoribus, vitam diemque eripit. Tam ingratæ & impiæ inhumanitatis admonendus eſſet Iacobus Sereniſſimus magnæ Britanniæ rex, quo, ſi quidem ſalutem ſuam deſpicit, ar ſuæ famæ ac nomini apud poſteros parcat: illi namque, dum totus eſt in aſſerendo ſuo illo Paparu Laïcali, forſitan non vacat antiquorum monumenta reuoluere.

Vener. Bed.

Quàm benignè Monachi à Rege Anglorum, cùm primum illis fidem prædicarent, ſuſcepti ſint.

Vermilius.

NE *regnem ſuper eos.*] Occurrit, inquit, Vermilius, quæſtio, quam diſſimulare uon poſſumus. Ait enim Deus, *Non te abiiciunt, ſed me*. Et Gedeon in lib. Iudic. cùm illi oblatum eſſet regnum, *Ego*, inquit, *non dominabor vobis: ſed Dominus vobis dominabitur*. Hic quæri poteſt,

---

An cum Rex delectus eſſet, Deus deſierit regere populum: an potius perrexerit, vnà cum regibus dominari: vt alius eſſet rex aſpectabilis, alius qui videri non poſſet.

Regis imperium non excludit imperium Dei.

RESPONDEO, Regis imperium non excludit imperium Dei. Imò potius rex eſt miniſter Dei, & eius officio fungitur. Nam cum bonis regibus, Deus vnà imperat. Cur ergo dicit hic Dominus, *Non te reiecerunt, ſed me?* Cur dixit Gedeon, *Ego non dominabor veſtri: ſed Dominus vobis dominabitur?* Hæc idcireo dicuntur, quòd populus vellet innouare ſtatum Reipubl. præſcriptum à Deo. Hoc enim erat Deum ipſum deſpicere. Nam ſi Deus hunc ſtatum Reipubl. deſcripſit, quid eum oportuit à populo mutari? Non tamen ea cauſa Deus dimiſit imperium ſuum, quod antea habebat in populum. Ex alrera parte videntur Deum abiicere, quòd Reipubl. mutationem molirentur iniuſſu Dei. Ad hæc, Deus vnà impetat cum bonis regibus, quia illi non aliunde accipiunt formulam regendæ Reipubl. quàm ex lege Dei. Deinde, quia non tantùm ſolliciti ſunt, vt corpora, & fortunæ ſubdirorum bene habeant, id enim bubulci & opilionis munus eſt, non Regis, ſed vt rectè, & cum virture, & cum pietate viuatur.

Cum bonis regibus Deus regnat.

At non ſemper ſunt pij: nec ſemper petunt regulam imperandi ex lege Dei. An etiam cum iſtis regnat Deus? Hæc oportet prudenter diſtinguere. Nullum eſt imperium tam malum, quod non habeat eriam multa bona. Quis vnquam fuit Nerone deterior? Tamen ſub eo pax publica colebatur, præſides erant in prouinciis, ius dicebatur, Paulus, interpoſito eius nomine, effecit, ne Iudæorum libidini traderetur. Cùm eſſet cædendus virgis, clamauit ſe ciuem Romanum eſſe, & ita euaſit: Deinde di-

Quo modo cum malis etiam regnat.

miſſus eſt è carcere. Iſta cùm bona ſint, negari A non poteſt eſſe ea à Deo : *Omne* enim *bonum deſurſum eſt à patre luminum.* At ſi quæras de ſceleribus impiorum regum, ea habent ipſi à ſe : nec eſt opus vt illorum cauſa quæratur in Deo. Nam ea Deus arguit, reprehendit, caſtigat, damnat. Tamen vt ſunt pœnæ peccatorum, negari non poteſt ea eſſe à Deo. Habent enim rationem iuſtitiæ. Ita enim propter peccata populi Deus excitat ſæpe impium principem. Tamen quantumuis ſit impius, parendum eſt : verùm vſque ad aras. Quod ſi impia præcipiat, non eſt audiendus : nec ſi rex aliquid impiè ac peruersè faciat, licet tacitè obtemperare. Monere oportet, conſulere, caſtigare, reprehendere, corripere, ſic enim prophetæ fecerunt. Reipublicæ autem defendendæ cauſa etiam ſine B exceptione parendum eſt. Itaque reprehendi non debent, Cicero, Cato, Pompeius, aliique, qui arma tulerunt contra Cæſarem. At cùm ille iam euaſiſſet ſemel ad imperium, nemo priuatus debuit contra eum arma ſumere. Itaque Auguſtus Cæſar, cùm audiſſet Marcum Catonem iam mortuum contumeliis lacerari, quòd impotenter ſe geſſiſſet contra Iulium, reſpondit, Catonem fuiſſe bonum ciuem, quòd noluerit mutari præſentem ſtatum Reipub.

Regibus malis quatenus parendum.

Quare Deus vnà imperat cum regibus, ſiue illi boni ſint, ſiue mali. Et poſſunt reges appellari capita Reipubl. Sic enim Dauid de ſe ſcripſit : *Poſuiſti me in caput gentium.* Non tamen propriè dicuntur capita, ſed metaphoricè. Quemadmodum enim à capite omnis ſenſus C & motus deriuatur in corpus, ita à principe ſenſus per bonas leges, & motus per edicta, & imperia deriuantur in populum. Atque hæc vis non ſuperat naturalem facultatem. Hæc Vermilius. Quibus ab illo dictis, pauca quædam ex ſancto Irenæo lib. 5. aduerſus hæreſes adiungamus. Cuius enim, inquit, iuſſu homines naſcuntur, huius iuſſu & Reges conſtituuntur, apti his qui illo tempore ab ipſis regantur : quidam enim illorum ad correctionem & vtilitatem ſubiectorum dantur, & conſeruationem iuſtitiæ : quidam autem ad timorem, & pœnam, & increpationem : quidam autem ad illuſionem, & cõtumeliam, & ſuperbiam, quemadmodum & digni ſunt, Dei iuſto iudicio in omnibus æqualiter ſuperueniente.] In omnibus igitur Deus ipſe regnat : ſed cùm regalis muneris D duæ partes ſint, pacis cuſtodia, & ſcelerum vltio, per bonos quidem principes pacem tuetur ; per malos verò populi ſcelera vindicat.

S. Irenæus. Deus in bonis & malis regnat.

Conclusio.

VERSVS 8.

Iuxta omnia opera ſua, quæ fecerunt à die qua eduxi eos de Ægypto vſque ad diem hanc: ſicut dereliquerunt me, & ſeruierunt diis alienis, ſic faciunt etiam tibi.

VERMILIVS : Alterum caput conſolationis eſt. Non diſcedunt ab ingenio ſuo: ſemper ita ſe geſſerunt hactenus. Moleſtum eſſe ſolet in calamitate, ſi quis aliquid magni mali ſolus pati videatur. Releuantur enim homines nonnihil in rebus aduerſis, ſi alios viderint eſſe eodem loco. Verba ita ſonant, ac ſi ita diceretur, Tu omnem extra culpam es : hoc fit populi vitio. Huiuſmodi enim ſunt illorum ingenia, ſemper tædet rerum præſentium. Nihil, inquit, tibi aliud accidit quàm mihi. Si rex aliquis, aut princeps, fortunas ſuas cum homine priuato communicaret, magna eſſet conſolatio : quantò maior debet eſſe nobis, cùm videmus omnes noſtros caſus, & afflictiones communicari cum Deo ? Ita Chriſtus affatur diſcipulos ſuos : *An poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum?* Ita hoc loco Deus : Nihil, inquit, faciunt alienum ab ingenio ſuo. Quare audies illos : ita tamen vt doceas eos, quale futurum ſit ius regium, quod videntur tam improbè poſtulare. Hæc Vermilius.

Vermilius. Iterum Samuelem Deus conſolatur.

Iſraelitici populi præcipuæ defectiones à Deo notantur.

PRÆTER hæc locus poſtulare videtur, vt quod Deus vno verbo comprehendit, ſæpius olim eundem populum ad idola defeciſſe, rebus ipſis atque exemplis oſtendamus. Nec ſingulas quidem eius populi præuaricationes meminiſſe neceſſe eſt, quis enim ſufficiat, cùm nullo vnquam tempore à peccatis deſtiterit, vt conſtat Deut. 3. & Ierem. 44. Sed inſignes tantùm quaſdam breuiter referre, quas Scriptura notauit.

Perpetua quadam ſeries populi præuaricationum.

Prima eſt, murmur ob inſequentem Pharaonem. Exod. 4. Secunda murmur ob amaras aquas. 15. Exod. Tertia murmur ex deſiderio carnium in deſerto Sin, inter Helim & Sinai. 16. Exod. Quarta aſſeruatio mannæ vſque manè contra præceptum Domini, Ibidem. Quinta profanatio diei Sabbathi : quando contra præceptum expreſſum ſurrexerunt Sabbatho, & inueſtigarunt ſi fortè manna inuenirent, Ibidem. Sexta murmur ob penuriam aquarum in Raphidim. 17. Exod. Septima adoratio vituli aurei. 32. Exod. Octaua murmur ob tædium itineris. 11. Numeror. Nona ibidem, murmur ob deſiderium carnium. Decima iurgium Aaronis & Mariæ contra Moyſen, 12. Numerorum.

Vndecima murmur exploratorum, & murmur A populi ad telationem eorum, cum propoſito redeundi in Ægyprum, 13. & 14. Numer. eaque fuit tentatio decima. *Tentauerunt me*, dicebat Domious, *iam per decem vices*. Illud enim iurgium Aaronis & Mariæ inter tentationes non numeratur. Duodecima murmur & ſchiſma Core. 16. Num. Decima tertia murmur populi in Moyſeo ob mortem Core. 16. & 17. Num. Decima quarta murmur populi in Cadeſbarne ob peouriam aquę. 20. Numer. Decima quinta murmur ex tædio itineris, & mannæ faſtidium in Phunon. 21. Num. Decima ſexta fornicatio cum filiabus Moab. 25. Num. Decima ſeptima idololatria ad Beelphegor. 25. Numer. Decima octaua reſeruatio mulierum Moabitidum cùm eas bello cepiſſent. 31. Numer. Et hæc quidem B omnia vioente adhuc Moyſe perpetrata ſunt: quæ nouis ſemper acceſſibus reliquo tempore vſque ad Samuelem cumularunt. Quapropter ſequentes etiam præuaricationes paucis enomeremus. Prima eſt idololatria tempore Ioſue, de qua cap. vltimo: *Auferte*, inquit, *Deos alienos de medio veſtri*. Secunda fœdos & connubia cum gentibus Iud. 2. & 3. contra præceptum Ioſue 23. & Exodi 34. Tertia idololatria poſt mortem Ioſue. Iod. 3. Quarta idololatria poſt mortem Othoniel. Iud. 3. Quinta idololatria poſt mortem Aod. Iod. 4. Sexta idololatria poſt mortem Barach. Iod. 6. Septima Ephod Gedeonis, & idololatria ad illud. Iud. 8. Octaua idololatria poſt mortem Gedeonis. Iud. 8. & tyrannis Abimelech. Iud. 9. Nona idololatria C poſt mortem Iair. Iod. 10. Decima idololatria poſt mortem Abdon. Iod. 13. Vndecima idololatria poſt mortem Samſonis. Iud. 17. & 18. Duodecima facinus Beniamitarum. Iud. 19. Decima tertia peccatum Heli filiorum. 1. Reg. 2. Decima quarta idololatria populi. 1. Reg. cap. 7. Decima quinta pertinacia hæc populi in petendo rege: quæ idcirco Samueli tolerabilior à Deo prædicatur, quòd ferendis eiuſmodi defectionibus, pertinax & dioturna populi conſuetudo ſuos rectores aſſuefeciſſe debuit. Nam cùm toties iam ab imperio & lege diuina deſciuiſſent, quid mirum videri potuit, ſi eo quoque tempote ob inſitam animis leuitatem atque audaciam, à diuinis inſtitutis deficerent, aliamqoe per ſe Rempubl. vellent conſtituere? Quòd ſi oe diuini quidem numinis authoritate D atque reuerentia, à ſcelere vnquam reuocari potuerunt, quis ſperet hominem poſſe reuereri? Sed & aliud quoque documentum inde elici poteſt, nimirum fruſtra ſperare Principem, eom ſibi populum fore fidelem, qui Deo fidem non ante præſtiterit.

Axioma politicum.

VERSVS 9.

Nunc ergo vocem eorum audi: verumtamen conteſtare eos, & prædic eis ius Regis, qui regnaturus eſt ſuper eos.

REI, quam poſtulat, difficultate propoſita, populom de ſententia dedocere nititur: ſed noo obtinet: nec perſuadere vnquam potuit, hoc præſenti ſtatu regium ac Monarchicũ fore deteriorem. Vtrumque eleganti epigrammate inter ſe cootulit Thomas Morus, & quid de vtroque ſentiret, aperuit.

Thomas Morus.

Quæris (inquit) *vter melius, rexne imperet, anne Senatus.*
Neuter (quod ſæpe eſt) *ſi ſit vterque malus.*
Sin ſit vterque bonus, numero præſtare Senatum,
Inque bonis multis plus reor eſſe boni.
Difficile eſt numerum forſan reperire bonorum,
Sic facile eſt vnum ſæpius eſſe malum.
Et fuerit medius ſæpe inter vtrumque Senatus,
Sed tibi vix vnquam rex mediocris erit.
Conſilioque malus regitur meliore Senator,
Rex conſultores ſed regit ipſe ſuos.
Alter vt eligitur populo, ſic naſcitur alter:
Sors hîc cæca regit, certum ibi conſilium.
Illeque ſe factum populo, populum ſibi factum
Scilicet hic, vt ſint quos regat ipſe, putat.
Rex eſt in primo ſemper blandiſſimus anno,
Omni anno conſul rex erit ergo nouus.
Rex cupidus longo populum corroſerit æuo:
Si conſul malus eſt, ſpes melioris adeſt.
Nec me nota mouet, quæ paſtam fabula muſcam
Ferre iubet, ſubeat ne malè pranſa locum.
Fallitur expleri regem qui credit auarum:
Nunquam hæc non vacuam mittet hirudo cutem.
At patrum conſulta grauis diſſenſio turbat;
Regi diſſentit nemo, malum hoc grauius.

Ariſtocratiã laudat præ Monarchia.

Vtrum Deus voluerit populum habere Reges, & neceſſariò an contingenter populus ipſe voluerit.

CÆTERVM hic dubitari poteſt, inquit Vermilius, vtrum Deus voluerit populo ſuo dare reges neene. Nam ſi voluit, cur populi poſtulata oon probat? Si noluit, cur iuſſit dari? Reſpondeo, ſi ſpectemus ſimplicē quam Scholaſtici appellant, ſigni voluntatem, noloit; ſi abſolutam ſiue beneplaciti, vtiqoe voluit. Non hæc dico, quod duæ ſint in Deo voluntates. Eſt enim eadem & vna. Sed reconditam ſuam voluntatem non ſemper nobis patefacit. Verbum tamen ſuum propooit, vt ſigoum voluntatis ſuæ, quod ſemper ſequi, & intueri oporteat. Quare ſigno, hoc eſt, verbo patefacto noluit populo dare reges: arcana autem voluntate voluit. Imò æterno conſilio prædeſtinarat, populum illum fore aliquando ſub regibus. Quid ergo, inquies, iraſcitur populo? An ludere voluit cum hominibus?

Diuerſa ratione Deus noluit & voluit populo Regem dare.

Digitized by Google

minimè. Ea enim cauſa iraſcebatur, quòd illi animo malo regem poſtularent; quòd ipſius authoritatem in ea re non expectaſſent, quodque Samueli feciſſent iniuriam. Ita Deus educit malitiam illam in illorum cordibus penitus reconditam. Id enim Deus perpetuò agit, vt videamus, & agnoſcamus mala noſtra. Ea autem ille non inſtillat uobis, ſed profert, patefacit, prodit.

Sed dices, fuitne neceſſarium, an contingens, vt populus ille haberet reges? Reſpōdeo: ſi ſpectes cauſas proximas, erat contingens. Populus enim mutare potuiſſet voluntatem: & Reſpublica illa adminiſtrari potuiſſet etiam ſine regibus. Verùm, ſi cogites prædeſtinationem Dei, omnino erat neceſſarium. Sed neceſſitas eiuſmodi non eſt abſoluta, ſed tantùm ex hypotheſi. Nec tamen idcirco mutatur ratio productionis. Nam quoties aliquid producitur, nomen imponi debet à proxima cauſa. Itaque ſimpliciter reſpondebimus fuiſſe contingens.

VERSVS 10.

Dixit itaque Samuel omnia verba Domini ad populum qui petierat à ſe Regem.

VERSVS 11.

Et ait: Hoc erit ius regis qui imperaturus eſt vobis, filios veſtros tollet, & ponet in curribus ſuis, facietque ſibi equites & præcurſores quadrigarum ſuarum.

Vermilius. VERMILIVS, oratio Samuelis eſt diſſuaſoria: Scopus eſt, vt populus ſibi retineat libertatem ſuam. Contra illi omnino regem volunt: qui cauſas cognoſcat, qui libertatem aſſerat, qui hoſtes profliget. Ita capti prorſus erant fulgore nominis regij. Contra Samuel enumerat incommoda, quæ ſint ſequutura: ac ſi diceret, Si vultis commode viuere, & effugere tot mala, nolite vobis creare Regem. Hoc Samuel exemplis non confirmat, cùm tamen ſuppeteret exemplorum copia. Habuerant enim Iudæi regem Abimelechum, hominem ſuperbum & impotentem: qui, quas turbas in ea republica dediſſet, non poterant non meminiſſe. Videbant vicinas gentes à regibus ſuis opprimi, & expilari. Meminerant Pharaonem perdidiſſe & ſe, & regnum ſuum. Sed iſta Samuel non commemorat. Tantum monet quid ſit euenturum. Ita Deus, cùm homines deterret à peccatis, proponit ſupplicia. In quacunque die comederitis, inquit, morte moriemini.

A

TRACTATVS DE IVRE REGIS.

CAPVT PRIMVM.

An verè ius Regis tale ſit, quale hic deſcribitur.

Vermilius. RChimhi ait, Iudæos inter ſe diſceptare, an hoc verè ſit ius Regium. Alij aiunt, quòd nomen ipſum Regis ſine hoc iure non poſſit conſiſtere. Alij negant, quòd Deus nihil hic B conſtituat, ſed tantùm minetur, quid ſit ſequuturum. Simpliciùs reſponderi poteſt, verum ius Regis deſcriptum eſſe in Deuteronomio: hîc autem non verum ius proponi, ſed tantùm vſurpatum. Quis enim præſcribat Regi? *Cor eius eſt in manu Dei.* Tantùm putat ſe habere iuris, quantum libet. Sed quomodo, inquies, poteſt tueri Rempub. & ius dicere ſine ſatellitibus? quomodo pugnare poteſt ſine armis, & equis? Et quomodo alet aulam ſuam ſine prouentu? verum quidem eſt: ſed in exigendo adhibendus eſt modus. Aulam tueri debet, & aliquam pompam, ſed ad vſum Reipub. non ad luxum. Tributa cum ratione, & modo exigere licet: Verùm per vim & oppreſſionem ipſam C animam miſeris ſubditis, quod hodie fit, auferre, intolerabilis tyrannis eſt. Tales erant aliarum gentium reges: tales ſunt qui ſplendore & pompa ſubditos perterrefaciunt. Talem iſti ſibi dari poſtulant. Primus Rex commemoratur fuiſſe Nembroth. Itaque dicitur fortis venator coram Domino, quòd eſſet magnus tyrannus & oppreſſor populi. Peccata Iudæorum excreuerant iam in eam magnitudinem, vt omnino caſtiganda fuerint hac ſeruitute. Habuerant bonos & moderatos iudices. Sed, vt olim ranæ non contentæ trunco principe, impetrarunt à Ioue ciconiam: ita iſti non contenti iudicibus, poſtulant à Samuele Regem. Somniarunt fortaſſe talem fore regē, qualis deſcribitur in Deuter. qui ſtuderet legi Dei, & eius verbum perpetuò legeret. Sed D longè aliter accidit. Nam in toto regno Iudæ vix quatuor inuenti ſunt boni reges: Dauid, Ioſias, Ioſaphat, & Ezechias: quamuis ipſi quoque non paruis vitiis contaminati. Alij autem non reges, ſed peſtes eſſe videbantur reipub. Et tamen quicunque erant, non licebat excutere iugum, & ab illis deficere. Nunquam id prophetæ ſuaſerunt, vt populus detrectaret regibus imperium, quamuis impuriſſimis. Paulus nunquam author fuit, vt populus conſpiraret in Neronem. Chryſoſt. in epiſtolam ad Theſſaloo. ait, Theodoſium Imperatorem ciuitatem Theſſalonicam funditus ſuſtuliſſe, & nec ætati, nec ſexui cuiuſquam peperciſſe. Tantum, inquit, tribuit ſibi, quantū libuerit. Tantum mali eſt, ſumma poteſtas libera. Verùm vtcunque eſt, parendum eſt. Equus, vt ceruū pelleret, recepit hominem ſeſſorem, & frenum: at pulſo hoſte non potuit ſeſſorem excutere. Hæc Vermilius.

Malorum principum iugum excutere non licet.

S. Chryſ.

Digitized by Google

Capvt 2.

Iuris *non vna interpretatio eſt.*

Hoc *erit ius Regis.*] Quale ius eſſe hoc poteſt, quod ferè totum in iniuria conſiſtit? Eſt autem ius à iuſtitia appellatum, vt ait Vlpianus ff. de iuſtitia & iure: non à iuſſu, vt annotat Gothofredus, vel vtilitate tyranni, quæ publicæ cedit. Iuris verò præcepta ſunt hæc, vt tradit idem Vlpianus: honeſtè viuere, alterum non lædere, ſuum cuique tribuere. Et Celſus definit eleganter: Ius eſt ars boni & æqui. Quod igitur illud ius? Naturale? abſit. Eſt enim ſemper æquum. Diuinum? abſit vt Deus iniquum aliquid ſtatuiſſe dicatur, & contrarium ſuis legibus & inſtitutis. Gentium? nequaquã. Neque enim vel hoc barbaræ gentes agnoſcũt. Ciuile? & qui ciues hoc ferre poſſent? Seruile? ne hoc quidem. Nam ſeruos iniuria afficere nõ licet. Quale igitur tandem erit? Inſolens atque tyrannicum. Paulus eodem 1. titulo Pandectatum, ius pluribus modis dicitur. Vno modo, cùm id quod ſemper æquum ac bonum eſt, ius dicitur: vt eſt ius naturale. Altero modo, quod omnibus aut pluribus in quaque ciuitate vtile eſt: vt eſt ius ciuile. Nec minus ius rectè appellatur in ciuitate noſtra ius honorarium. Prætor quoque ius reddere dicitur, etiam cum iniquè decernit: relatione ſcilicet facta, non ad id quod ita prætor fecit, ſed ad illud quod Prætorem facere conuenit. Alia ſignificatione ius dicitur, locus, in quo ius dicitur appellatione collata ab eo, quod fit, in eo vbi fit. Et Marcianus ibidem: Nonnunquam ius etiam pro neceſſitudine dicimus, veluti eſt mihi ius cognationis, & affinitatis. Et ius etiam aliquando pro æquo & bono, aliquando pro poteſtate legitima, etiam & pro illegitima perperam abutimur. De Rom. Repub. Pomponius ff. de origine iuris 2. Et quidem, inquit, initio ciuitatis noſtræ populus ſine lege certa, ſine iure certo primùm agere inſtituit: omniáque manu à regibus gubernabantur. Vbi Gothofredus: non violenta, ſed quæ inſtar arbitri eſſet. Igitur conſtituto Principe datum eſt ei ius, vt quod conſtituiſſet, ratum eſſet. §. 11. & §. 14. Quod ad magiſtratus attinet, initio ciuitatis huius conſtat regem omnem poteſtatem habuiſſe.

Vlpianus ff. de Iuſt. & iure.

Celſus ibid.

Quale hoc ius eſſe poſſit.

Paulus.

Ius pluribus modis dicitur.

Marcianus.

Gothofredus.

Capvt 3.

Quæ iuris ſignificatio huic loco conueniat.

Ex his ſatis apparet, qua iuris acceptione ius illud intelligendum ſit: nimirum, quo factum principis, ob collatam in eum iuriſdicendi authoritatem, & iure agendi poteſtatem, ius dicitur, licet illud à iure & æquitate longius abſcedat. Non enim factum illud pro rei dignitate ius appellatur, ſed ob iuriſdictionis prærogatiuam, qua malè abutitur: quæ etſi vt iuſtum ſit, quod malè fit, non efficiat, abſolutè tamen efficit, vt fiat. Eandem enim illam poteſtatem, quam ad reipublicæ conſulendum accepit, ad nocendum confert.

Quomodo ius dicatur quod hic traditur.

Capvt 4.

Monarchia gubernationum præſtantiſſima.

Varvm quò tota hæc quæſtio commodius explicetur, rem totam à principio breuiter repetemus. Cornelius Tacitus lib. 4. Annalium, cunctas nationes & vrbes, inquit, populus, aut primores, aut ſinguli regunt. Cicero lib. 3. de Repub. prout citatur à ſancto Auguſtino lib. 2. de ciuit. Dei cap. 21. Reſpub. res eſt populi, cùm bene ac iuſtè regitur ab vno rege, ſiue à paucis optimatibus, ſiue ab vniuerſo populo. Horum generum ſimilitudo à familiis peti poteſt. Nam patris cum filus ſocietas regnum præ ſe ferre videtur. Viri atque vxoris communio, optimatum poteſtati reſpondet. In fratrum verò coniunctione, ſpecies democratiæ, ſeu popularis ſtatus cernitur.

Tacitus.

Cicero.

Tria gubernationum genera, quorum Monarchia præſtantiſſima eſt.

Tria ſunt igitur omnino genera gubernationum, ſi liberos populos ſpectes (nam de bello victis, & in ſeruitutem redactis nobis quæſtio non eſt) nimirum, Democratia, Ariſtocratia, & Monarchia. Et harum quidem Monarchiã præſtantiſſimam eſſe, non modò plurimorum ſententiæ, verùm etiam non pauca argumenta
confirmant. Primum eſt, quod cum naturæ ad- 1.
miniſtratione præcipuè conueniat. Homeri ſententiam, qua multorum potentiam reprobat, vnius autem laudat imperium, ſuo commentario illuſtrans Euſtathius Archiepiſcopus Theſſalonicenſis, poſt alia inquit: Quod autem Monarchia ſit optima, declarat mundi diſpoſitio, quæ ab vno curatore, vniuerſarum rerum Domino, ac rege gubernatur: quæque in mundo habentur pulcherrima, ſingularia ſunt; vnus Sol præeſt diei: vna item eſt Luna, noctis oculus: vnum regem in arce noſtra, mentem ſcilicet, rex regum collocauit: ita igitur & ciuitas bene ſe habebit, ſi ab vno principe regatur.

Euſtathius.

2. Facilior eſt hæc imperij procuratio, tam 2.
quo ad conſiliorum inuentionem, quàm executionem eorundem, & arcanorum ſilentium.
3. Quia hic ſtatus non ita mutationibus & cõ- 3.
fuſioni eſt obnoxius naturâ ſuâ. Vnde hiſto-
riæ teſtantur nullas reſpublicas diutius duraſſe
quàm Monarchias. 4. Quia antiquior: ſtatim 4.
cum genere humano incepit, vt colligitur ex
Geneſ. cap. 11. & 12. 5. Quia hac forma Deus 5.
in populi ſui gubernatione vſus legitur. Nu-
mer. cap. 11. Exod. cap. 18. c. 24. Numer. ca. 16.
Deuter. 17. Ioſue cap. 1. 6. Facilius & melius, 6.
vnus, quàm plures in naui clauum torquere
poſſunt. 7. Sapientiorum populorum exem- 7.
plum habet. 8. Quia incommoda multa in 8.
reliquis reipub. ſtatibus & formis. Nemo

enim teſte Chriſto Domino duobus, multominos ploribus dominis ſeruire, aut plurium iudicio ac voluntati ſatisfacere poteſt.

Iſocrates. Alia item nonnulla affert Iſocrates in Symmachico. Demoeratici, inquit, & Oligarchici
9. ambitioſis inter ſe diſſenrionibus reipublicæ nocent: at Monarchæ, qui neminem habent, cui inuideant, de tebus omnibus id ſtatuunt, quod vtiliſſimum eſt. Quinetiam Monarchiã tantò mitiorem, & æquiorem iudicemus, quantò facilius eſt vnius viri iudicio & voluntati ſatisfacere, quàm dare operam, vt multis & va-
10. tiis ingenus placeas. Quòd ſi quid è vetuſtatis memoria tepetendum eſt; Dij etiam regem habere Iouem dicuntut; qui ſermo ſi vetus eſt, apparet Deos etiam huoc ſtatum cæteris anteferre: Sin rei veritatem nemo nouit, ſed ipſi coniecturis in eam opinionem adducti ſumus; id argumento eſt, nos omnes Monarchiã præſtantiſſimam iudicare: nec enim tali republica Deos vti diceremus, niſi eam longè inter cæteras eminere crederemus. Monarchiam igitur & iucundiorem eſſe, & leuiorem, & æqoiorem, etſi pluribus oſtendi poſſet, ex his tamen etiam facilè intelligi poteſt. Hæc Iſocrates.

S. Thomas. At D. Thomas, ſeu quicunque ſit ille ſcri-
11. ptor, etiam doctiùs lib. 1. de regimine principum cap. 2. Bonum, inqoit, conſociatæ multitudinis eſt, vt eius voitas pace cooſeruetur. Quanto igitur regimen efficacius fuerit ad vnitatem pacis ſeruandam, tanto erit vtilius: manifeſtum eſt autem, quòd vnitatem magis efficere poteſt, quod eſt per ſe vnum quàm plutes: vtilius igitur eſt regimen vnius, quàm plurium.
12. Ad hæc, ea quæ natutæ congruunt, optimè ſe habent; in ſingulis enim operatur narura quod optimum eſt: omne autem naturale regimen ab vno eſt. Io membris cor mouet omnia; in partibus animæ ratio præſidet; & in toto vniuerſo vnus Deus factor eſt omnium & rector.
13. Huc accedunt experimenta; nam ciuitates & prouinciæ quæ non reguntur ab vno, diſſentionibus laborant: contra verò, quæ ſub vno reguntut, pace gaudent, inſtitia florent, & aliis bonis affluunt. Vnde Dominus pro magno munere, per Prophetas populo ſuo promittit caput vnum, tegeio vnum, paſtotem vnom. Hactenus ille.

Capvt 5.

An ſit in Monarchia iuris incircunſcripta poteſtas.

Dvbivm igitut eſſe non poteſt, quin ſit Monarchia omnium excellẽtiſſima. Sed, an pari qooque cum reliquis iure atque authoritate certet, non ita compettum eſt. Quanquam de Ariſtocratia quidem quæri poſſe non videtur; cùm ſit pat vtriuſque ratio. At ſi altera harum cum Democratia conferatur, videntur aliquomodo ſuperari. Nam primùm quidem ſi authoritatis ſiue maieſtatis originem ſpectes, ea eſt penes populum, cum quo etiam

A nata eſt. Vt verò vnus aliquis, ſiue plures, eius adminiſtrarionem conſequerentur præ cæteris, hominum, vt opinor, inſtitutione ac voluntate, non natura comparatum eſt. Tametſi enim natura doceat, ſine gubernatiooe multitudinẽ cootineri non poſſe, neminem tamen ipſa præfecit: nec cuiquam nos obnoxios ipſa conſtituit: ſed in poteſtate multitudinis eſſe voluit, vt plures, vel pauciores ipſa ſibi rectores aſſumeret, quibus tetum ſuarum procurationem committeret: vel certè ipſa ſuis ſuffragiis de partibus ſuis decerneret; quæ autem decreuiſſet, per adminiſtros magiſtratus, quos ipſa crearet cùm vellet & abtogaret, exequeretur;
B Summum autem imperium, maieſtatiſque iura ipſa ſibi reſeruaret. Itaque ſi harum trium poteſtatum originem ſpectes, inuenies Democratiam reliquarum fontem eſſe: Ariſtocratiam atque adeò Monarchiam riuulos eſſe inde manantes. Ex quo neceſſariò ſequitut, vt eas quoque inferiores habeat. Verùm eſt alia quoque ratio, quæ non parum momenti ad eandem tem probandam afferat. Enimuerò 2.
publicæ poteſtati, quæ in populo reſidet, quã Democratiam dicimus, nulla iuris exceptio, vt opinor, dari poteſt, præterquam diuini iuris, aut genrium, illius quidem, quia à Deo manauit, qui in omnes obtinet imperium: alterios, quooiam etſi ſingulæ reſpub. aut ciuitates, quantùm ſeparatæ ſint, diſtinctum pari
C iure habeant imperium: quatenus tamen vno orbe continentur, & belli paciſque inter omnes intercedit commetcium, eatenus vnaquæque teſpublica, in his quæ ad exteros pertinent, eo iute tenetur, quod reliquæ probauerint: alia verò lege obligari non poteſt. Quis enim præter Deum, quem Dominum ſuo beneficio & merito genus humanum colit: aot totius orbis conſenſum, quem vt legem vniuerſalem ſingulas partes complecti decet, iuris quidquam in homines obtinere poteſt? Ne fingere quidẽ animo ac cogitatione poſſumus. Quapropter, ſi duo hæc diuini iuris ac gentium vincula excipias, in teliquis populus libetrima poteſtate fruitur, quod fortaſſis non ſine aliqua dubitatione de Monarchia affirmari poterit. Nam ſi hæc ab illa principium ſumpſit, & inde quic-
D quid habet authoritatis hauſit atque expreſſit: profectò non plus hæc poteſtatis adipiſcetur, quàm illa contulerit: confetet aotem quantũ volet, ſiquidem in conferendo ſummo iure vtitut. Nec, quocunque tandem nomine cenſeatut, qoem illa ſibi præficiendum duxerit, plus authoritatis obrinebit, quam illa ſe tribuere intellexerit. Vnde ſi quas leges multitudo deſignato Principi ab initio præſcripſerit: ſiue illæ ſcriptæ ſint, ſiue perpetua olim conſuetudine receptæ; eiſdem prænaricari priocipem non licebit. Eſt enim iuris alieni vſurpatio non leue crimen, præſertim in ijs rebus, quæ pretioſiſſimæ ac ſacratiſſimæ libertati officiunt. Quòd ſi, quam authoritatem princeps authore populo conſecutus eſt, vltra conceſſos limites proferre non dubitet, quis non eum, quaſi qui in aliena inuadat peccate iudicet? Nam de regibus humana lege conſtitutis lo-

Summa & abſoluta poteſtas eſt in Democratia, quam in Monarchia & Ariſtocratia vix reperire eſt. 1. ratio.

quor, non de illis, quos maiori aliquando poteſtate extra ordinem Deus allegat.

Bodini temeritas & imperitia.

At ludit, tanquã puer oſſiculis, ſic nominibus ipſis Bodinus, rerumque moraliũ definitiones Mathematicè tractat. An eſſet Philoſophicarũ rerum ſatis peritus, vt ad res politicas tractandas accederet, ipſe viderit: Certè eorum entium, quæ à Philoſophis Moralia nuncupantur, definitiones ex inſtitutione petendæ ſunt: & non tanqoam ea, quæ natura conſtant, neceſſariis quibuſdam principiis abſolutè determinandæ. Liberè namque homines, quicquid eſt retum eiuſmodi, oon ſolum inſtituerunt, ſed etiam quibus viſum eſt terminis, ac legibus circunſcripſerunt. Fruſtra igitur Bodinus Monarchiam tanquam ex rei natura defecit, cùm tota ex arbitrio pendeat: Fruſtra ratiocinando principatum inuenit, qui ſe toto ab Ariſtocratia Timocratiáque ſeceruatur: ſiquidem ille ſoli Deo Opt. Max. competit; ab hominibus autem libera voluntate præditis, ad res ſuas moderandas noſquam eſt adhibitus. Sibi namque conſulere voloit, non ſe opprimere humana gens, cùm io regum fidem & clientelam ſe contulit. Sibi præſidium multitudo, non vni alicui imperium quæſiuit. Indoctione verò facilè perſpici poterat, repetitis ex omni antiquitate exemplis, quibus ſemper cooditionibus ſibi populi cauerint, ne conceſſa reges poteſtate in ſuam perniciem abuterentur; ita vt etiam ſacramentis fidem obligare, & in ſolemnia verba iurare cogerent, quemadmodũ idem ipſe refert: ſed habet ea pro deridiculis Regius Procurator, & audet ſcribere: Nullam eſſe Principis erga Eccleſiam, populomque fidem, quam ne hæreticis quidem & Torcis reges noſtri aliquandu fefellerunt. Tametſi, vt ſcripta eius produnt, ipſa veritas, tanquam à contumaci reo, nonnunquam ſua vi confeſſionem extorqueat, & multa regibus non licere cogat fateri. Verùm indignum hominem cum quo Theologus rem habeat, omittamus, & ad propoſitum reuertamur.

Capvt 6.

Quid ſit Rex; & eius varia appellationes.

Rex quid ſit.

QVID igitur regem eſſe dicemus? non verebor cum reliquis ſummum magiſtratum appellare, qui ſolus ſit, & ſioe collega rempoblicam curet, habeatque in omnes & ſingulos reipub. ciues imperium. Ne quis autem putet, ab ipſa nominis appellatione argumentum vllum peti poſſe ad probandam illius authoritatem, oſteodam 1. aliis quoque nominibus promiſcuè Reges appellari. Rex igitur מֶלֶךְ *melech* dicitur à מָלַךְ *malach*, quod eſt regnauit: ſed aliàs in Scripturis non ſemel רֹעֶה *rohe*, id eſt paſtor, à רָעָה *raha*, quod eſt pauit, etiam nuncupator: qua voce quicquid eſt boni paſtoris Scriptura ſancta cõplectitur. Hinc, vt verisimile eſt, mutaro ע in g. Latinũ Romani dicunt rego, vnde Rex, & Gallice Roy. Aſſyrij regem nominant רך *roc*, qui Chaldæis ריקא *rica*. Græcis Rex ποιμὴν λαῶν, paſtor populorum. Sic enim Homerus Agamemnona ποιμένα λαῶν vocat. Latinis rex, ſont qui volunt à regẽdo dici: ab aliis nonnunquã Imperaror appellatur. In princ. & proœm. Digeſt. & Inſt. & licet diuerſa ſint nomina: vna tameo & eadem poteſtas eſt: ab imperando aotem dictũ volunt. Regis enim officium eſt, vt docet Philo lib. 2. de vita Moſis, in initio, iubere, quæ oportet fieri, & vetare, à quibus abſtioere decet. Quibuſdam vocatur Princeps, quaſi primus & præcipuus ordine, authoritate, dignitare, & ſuffragio, præcipuas partes obtinens. l. 1. ff. de conſtitutionibus Principum. & aliis ploribus 1. Reg cap. 10. & 2. Reg. cap. 23. Quandoque Dominus. Vide Sueton. in Octauio cap. 53. & in Tiberio cap. 27. Sed & Plinius 2. in epiſtolis ad Traianum, perpetuò ſic eum nominat. Aliquando Dox ab exercitu ducendo. Vide Petrum Gregor. lib. 6. cap. 8. de Repub. Græcis Rex βασιλεύς, tanquam βάσις λαοῦ ſeu baſis populi dicitur, inquit S. Gregorius, lib. 9. moral. cap. 10. in hæc verba: *Sub quo curuantur qui portant orbem*: cap. 9. Iob. Quæ pro regibus interpretatur. Anax etiam ab antiquioribus vocatus eſt, authore Plutarcho: id quod medelam ſignificat. Hæ ſunt enim partes Regis in Repub. vt populi morbis medeatur. Apud Iſaiam cap. 3. *Princeps*, inquit populus, *eſto noſter*: at ille reſpondet, *non ſum medicus*: ac ſi diceret, quomodo Princeps eſſe queam, qui mederi neſcio? Dictionem Hebraicam, qua Iſaias vtitur, חבש *hobes*, medicum & dominantem vertere poſſumus. Fuerunt quoqoe, qui ſoos magiſtratus ex peculiari & proprio alicuius rei, vel principis inſignis nomine vocabant: qood io poſteros, propter ſingularem aliquam præſtantiam, aut memoriam cootinuabatur. Sic Ægyptij ſuos reges Pharaones, ac poſtmodũ Ptolomæos vocabant. Et Parthi ſoos Arhacidas: Latini Murranos: Albani Syluios: Romani Cæſares: Palæſtini Abimelechos: Turcæ Ottomannos, à primo eorum principe, qui impetium fundauit. Ex nominibus, opinor, nihil confici poteſt, cùm ſint ipſa quoque ex inſtitutione hominum, niſi de eadem primùm inſtitutiooe conſtet.

Plures Regia dignitatis tituli. Ab ipſa nominis etymologia poteſtatis menſuram certò probari non poſſe.

Philo Iudæus.

Capvt 7.

Regis poteſtas apud Romanos quæ, & vnde manauit.

Iuſtinianus Imperator.

IVSTINIANVS, vt arbitror, eam nobis exponere voluit, cùm *Nouell.* 105. *cap.* 2. §. 4. ait: Omnibus autem à nobis dictis Imperatoris excipiatur fortuna: coi & ipſas Deus leges ſobiecit, legem animatam eum mittens hominibus.] quod Deum ipſum regiæ poteſtatis authorem facit, nemo negaturus eſt, qui ab eius

Quæ Regis poteſtas, & vnde, & quomodo.

Digitized by Google

eius numine cuncta proficiſci didicerit: ſed A ne quod inde præiudiciom populi iutibus oriatur apud eos, qui mentem imperatoris interpretari non notunt, ſuperioribus attexam qood ait *inſtit. lib.1. de iure naturali* §. 6. Sed & quod principi placuit, legis habet vigorem; quom lege regia quæ de eius imperio lata eſt, populus ei, & in eum omne imperium ſuum & poteſtatem concedat. Hic, vt reor, ſcopum attigit. Idem repetit *Cod. de veteri iure l.* 1. §. 7. *& ff. de Conſtitutionibus Principum l. quod Principi.* ſumptum ex Vlpiani inſtitutionum lib.1. Eius legis fragmentum Romæ in Lateranenſium æde ſeruari notat Ant. Auguſtin. de legibus. Iam verò illa lege regia, quid populus Romanus cum Romulo egerit, refert Dionyſ. Halicarnaſſ. lib.2. Nam & tum Senatus conſcriptus eſt, cuius conſilio rempublicam gereret: & prouocatio quoque à rege ad populum, reis de vita perielitantibus aliquando conceſſa eſt. Cæſar verò poſterioribus ſeculis armis rempublicam ſubegit, Dictaturamque perpetuã occupauit: quare & cæſus eſt. Poſteriores verò arreptum imperium, partim delinito beneficiis populo, partim etiam conſeruata aliquandiu in ſpeciem ſenatus authoritate, vrbe, prouinciiſque annuentibus, retinuerunt.

Dionyſ. Halicarn.

De Romulo, atque lege Regia, hæc habet Halicarnaſſ. lib. 2. Roman. antiq. ſi tamen ex eius ſcriptis non temerè coniecturam capio. Regi quidem eximia munia fuerunt hæc. Primùm, vt ſacra curaret, &c. quæ ad religiones pertioent. Poſt quæ ſequitur. Deinde, vt legum ac morum patriorum haberet cuſtodiam, & iuris ſiue naturalis, ſiue quod ſcripta, aut pacta continet. Vtque de iniuriis grauiſſimas cauſas ipſe decerneret, leuiores permitteret ſenatoribus; prouidendo interim ne quid peccetur in iudiciis. Vtque ſenatum cogeret, popolom in concionem conoocaret; primus ſententiam diceret, quod pluribus placuiſſet, ratum haberet. Hæc regi attribuit munia: & præterea ſummum in bello imperium. Senatui verò dignitatem ac poteſtatem eam addidit, vt is de quibus à rege ad ipſum referatur, de his decernat ac ferat calculum; ita vt ſemper obtineat plurium ſententia. Plebi autem tria hæc commiſit, magiſtratus creare; leges ſancire; de bello referente Rege decernere, ita tamen, vt ſenatus quoque in his accedat authoritas. Hæc, vt opinor, illa lex regia eſt, qua populo cum Romulo primùm conuenit: hoc ius regis, quod à ſequentibus regibus religioſè obſeruatum eſt, conceſſa etiam à rege ad populũ prooocatione à Tullo Hoſtilio, ac deinceps etiam à Seruio Tullio iodiciorum poteſtate, quæ antea Regum fuerat, cum populo communicata. Quæ pacta ac cnnuenta, ſiue ſtatuta, cùm Superbus contemneret, regno priuatus atque vrbe exactus eſt.

Regis munia.

Senatus.

Populi.

CAPVT 8.

Romanorum Imperatorum poteſtas, & lex Regia.

AT verò Imperium, poſt Iulij necem, quibus artibus inualuerit, deſcribit Suetonius in Tiberio cap.30. 31.32. Quin etiam, inquit, ſpeciem libertatis quandam induxit, conſeruatis ſenatui, ac magiſtratibus, & maieſtate priſtina & poteſtate.] Et iterum: Quædam etiam aduerſus ſuam ſententiam decerni, ne queſtus quidem eſt.] Et iterũ: Cætera qooque non niſi per magiſtratos, & iure ordinario agebantur, tanta Coſſ. authoritate, vt legati ex Africa adierint eos, querentes trahi ſe à Cęſare, ad B quem miſſi forent. Nec mirum cùm palàm eſſet, ipſum quoque eiſdem aſſurgere, & decedere via.] Cap. etiam 29. Senatores ſuos dominos vocat.] His artibus, quod erat vi partum imperium, omnium ordinum conſenſu confirmatum eſt; ita vt, cùm optimi quique imperatores de reſtituenda Repub. aliquando cogitarent, optimorum ciuium conſilio, atque ampliſſimi ordinis authoritate ab ea ſententia deducti ſint. Sed neque prouinciæ, inquit Tacitus Annal. lib.1. cap.1. illum rerum ſtatum abnuebant, ſuſpecto ſenatus populique imperio ob certamina potentiũ, & auaritiã magiſtratuũ: inualido legum auxilio, quæ vi, ambitu, poſtremò pecunia turbabantur. Hæc ille.

Suetonius.

Quibus artibus imperium firmatum ſit.

Cornel. Tacitus.

Sic igitur iactis Imoerij fundamentis, & Re- C gibus tanquã iure poſtliminij in vrbẽ reuerſis, Regia lex renouata eſt: & quæ iã annis amplius D. florẽte populi Romani libertate ſopita fuerat, iterũ Octauij Auguſti, & Tiberij dominatu, qui legibos ſoluti ſunt, excitata, ſeu potius, conſeruato priſtinæ legis nomine, ad arbitriũ Principũ oooua quædã exarata, & Senatui populóq; Rom. expoſita. Quæ cũ intercedente nemine, oppreſſa partim formidine Repub. partim etiã modeſtis Principibos vltro cõcedẽte, obtinuiſſet, in poſterũ quo quiſq; die ſocceſſor demortui principis imperiũ excipiebat, recitari ſolita eſt, quemadmodum ex bis eius reliquiis colligit Hottoman. quæ ad Veſpaſianũ pertinent, quas ex libro Epigrammatũ Romanorũ ab eodẽ acceptas, retulit Ioan. Caluinus Iuriſc. in Enumeratione D Alphabetica legum Roman. Sunt autem huiuſmodi.

Hottoman. Caluinus Iuriſc.

Lex Regia.

Lex Regia.

Fœdus ne cũ quibus volet facere liceat, ita vt licuit D. Auguſt. Tiberio Iuli Cæſari Auguſt. Tiberio Claudio Cæſari Auguſto Germanico.

Fœdus ne. Legendum videtur, *vt cum quibus volet.*

Vtique cùm ex voluntate authoritateve, iuſſu mandatóve eius, præſentéve eo ſenatus habebitur, omnium rerum ius perinde habeatur, ſeruetur, perinde ac ſi è lege Senatus editus eſſet, haberetútve.

Vtique quos magiſtratũ, poteſtatẽ, imperiũ, curationémve cuius rei petentes Senatui populoque Romano cõmendauerit, quibuſve ſuffragationem ſuã dederit, promiſerit, eorũ comitiis quibúſve extra ordinem ratio habeatur.

Vtiq; ei fines pomærij proferre, promouere, cum ex Repub. cenſebit eſſe liceat, ita vti licuit Tiberio Claudio Cæſari Auguſto Germanico.

Vtique quæcunque ex vſu Reipublic. maieſtate diuinarum, humanarum, publicarum, priuatarumque rerum eſſe cenſebit, ci agere, facere, ius poteſtaſqoe ſit, ita vti Diuu Auguſtu, Tiberiuque Iulio Cæſari Auguſto, Tiberiuque Claudio Cæſari Auguſto Germanico fuit.

Vtique quibus legibus plebiſueſcitis ſcriptũ fuit, ne Diuus Auguſt. Tiberiuſve, Iulius Cæſar Auguſt. Germanicus teneretur, iis legibus, plebiſueſcitis Imper. Cęſar Veſpaſianus ſolutus ſit: quæque & quaque lege rogatione Diuum Auguſtum, Tiberiumve Claudium Cæſarem Auguſtũ Germanicũ facere opurtuit, ea umnia Imp. Cæſari Veſpaſiano Auguſto facere liceat.

Vtique quæ ante hanc legem rogatam acta, B geſta, decreta, imperata, ab Imper. Cæſare Veſpaſiano Auguſtu iuſſu mandatſive eius à quoque ſunt, ea perinde iuſta ratáque ſint, ac ſi populi plebiſve iuſſu acta eſſent.

Sanctio.

Si quis huiuſce legis ergò, aduerſus leges, rogatiunes, plebiſueſcita, ſenatúſve cõſulta, fecit, fecerit, ſiue quod eum ex lege, rugatione, plebiſueſcitu S.V.CC. facere oportebit, non fecerit, legis huius ergo, id ei ne fraudi eſto: ne quid ob eam tem populu dare debeto, néve cui de ea re actio, néve iudicatio eſtu, néve quis de ea te apud ſe agi ſinitu. Hactenus lex Regia, eruta ex lib. Antiquurum epigram. quã nemo eſt qui non videat lungè eſſe diuerſam ab ea, C quæ ineunte regnum Rumulu quondã rugata eſt. Nam hac certè infinita quædam poteſtas imperaturi permittitur de rebus omnibus ſummu iure ſtatuendi, quæ ad Reipub. cunſeruatiunem, & amplificatiunem, defenſionémve rebitur pertinere. At prius Reges in multis ſuffragiutum ac ſententiarum ſenatus populique Romani autoritatem ſequebantur.

Gothofredus ad Nouell. 105. cap. 2.

Per hanc etiam legem Principes, vt ante nus ducuit Imper. Iuſtinianus, legum vinculis abſoluuntur. Id quo ſi Iudaicè, & ad literam, vt ſcribit Gothufredus, intelligamus, nihil erit Principe ferocius: in id magis prupendeamus, principem legibus ſulutum nun eſſe, ſed eis ſubeſſe potius. *l. 4. Cod. de legibus*: magis ſolutũ legibus videri, quam eſſe. *l. 23 ff. de legat. 3.* Hoc etiam gentiles paſſi ſunt ſibi dici. Apollunius D Tyanæus ad Domitianum, teſte Philoſtrato 8. lib. Hæc mihi dicta ſiut de legibus, quas ſi tibi imperare non putaueris, ipſe nũ imperabis. Plinius io Panegytico ad Traian. In roſtris ſimili religione ipſe te legibus ſubieciſti, Cæſar, quas nemo principi ſcripſit. Sed tu nihil amplius vis tibi licere, quàm nubis. Quud nunc primùm audio, nunc primùm diſcu, nun eſt princeps ſupra leges, ſed leges ſupra principem. S. Iſidurus ſentent. lib. 3. cap. 51. ſcribit Principes legibus teneri ſuis, neque in ſe puſſe damnare iura, quæ in ſubiectis conſtituunt. Adde his Plutarchum, Agapetum Diaconum. Inde fit, vt in multis caſibus, eudem cum cæteris iure princeps vtatur: vt probat ibidem Guthufred. multis legibus, quarum indicem texuit: dein ſequitur: vt vt ſit, nihil poteſt contra pietatem, vel bonus mores. *oigeſtis de conditionibus & in inſtitutionibus.* Nam quæ facta lædunt pietatem, exi-

Legibus teneri Principem.

Philoſtrat.

Plinius.

Gothofredus.

A ſtimationem, verecundiam noſtram, &, vt generaliter dixerim, cũtra bonus mores fiunt: nec facere nos poſſe credendum eſt. Ftuitur tamen, inquit, princeps ſingularibus priuilegiis, puta, vt cenſeatur maior ante alios; vt in cuntrahendis nuptiis nun ita ubſeruet gradus prohibitos, exceptis tamen aſcendentibus, & deſcendentibus, & collateralibus proximi gradus. Vide *conſtitutionem Iſaaci Angeli.* cap. 2. Facit etiam gratiam iuriſiurandi *l. vlt. ff. ad municipales.* Vbi tamen agitur de iure ſuo, & vbi manifeſta deceptio iurantis; non vbi legitimè iuratum indulget etiam nonnunquam pœnas legibus conſtituras. *vide Cod. de abolitionibus.* His adde Beſſium in tractatu de principe & priuilegiis titul. 100. Cuiac. 13. ubſeruat. 30. Hactenus Gòthufredus ex eodem iure ciuili.

Capvt 9.

Ius Regis apud Græcos.

Vsrvm hæc fuerit apud Rumanus ſummæ puteſtatis nun mediucris imminutio: certè apud alios ampliure iure regnatum eſt, ſoluto prorſus lege principe. Apud quus tandem Græcos, an Barbarus? Nam ſi apud reliquas C umnes nationes Reges pro arbitriu Rempublicam geſſiſſe uſtendi poſſit, eam eſſe tegni legem negari non poterit. De Græcis videamus.

Id quod de Rumulo ante referebamus, à Laconica republ. deſumptum ſcribit ibidem Halicar. Lacedæmoniorũ enim Reges, vt inquit, non erant ſui arbitrij, vt quicquid vellent facerent, ſed Senatus erat poteſtas in negotiis ad Rempub. pertinentibus. Lib. autem 5. de reliquis ſimul Græciæ populis ſermunem inſtituens, A principiu, ait, omnes Græciæ ciuitates erant ſub regibus; niſi quùd illi barbarica licentia oon duminabantut: ſed legitimè circa patrios mures regnum exercebant, optimoſque rex habebatur, qui eſſet iuſtiſſimus, & legum ſeruantiſſimus, nuſquam diſcedens ab inſtirutis patriis. Id qood ex Homero liqoet, D appellante reges *δικασπόλους* ſiue *θεμιστοπόλους*, hoc eſt, iuris redditures, ſiue iuridicos. Diuque regnatum eſt certis conditiunibus, ſicot apud Lacedæmunios. Sed poſtquam aliquot eurum inceperunt abuti poteſtate, & in rebus adminiſtrandis nun tam leges ſequi quàm ſuã libidinẽ, regni tædiu magna pars Græciæ mutauit ſtatum publicum, in leges ac magiſtratus tranſlata puteſtate, qua cunſeruarentur reſpub. Hæc ille.

Dionyſius Halicar.

Regia poteſtas apud Græcos.

Apud Macedonas verò, quibus terminis vitæ neciſque poteſtas in regibus definita eſſet, Curtius uſtendit, cùm Philutæ Parmeniunis filij iudiciũ accuratè cũmemurat lib. 6. Sic enim illud tefert: De capitalibus reges, vetuſtu Macedunum modu inquirebant: exercitus in parte erat vulgi. Nihil poteſtas Regum valebat, niſi prius valuiſſet authoritas. Tum Ibi conciunem habuit rex accuſatiunem Philotæ continentem, cuius vltima verba

Curtius.

hæc ſunt: Soletis identidem à me milites petere, vt ſaloti meæ parcam, ipſi mihi præſtare poteſtis vt faciam. Ad veſtras manus, ad veſtra arma confugio. Iouitis vobis ſaluus eſſe nolo: volentibus non poſſum, niſi vindicor. Quibus à rege dictis, facta eſt etiam Philotæ reſpondendi poteſtas: quo audito, exercitus decreto damnatus eſt. Agamemnon item Heroicis adhuc temporibus, cùm in concionibus iorgiis ac maledictis inceſſeretur, non aliàs ſe vlturum comminatur, quàm ſi quem eorum, à quibus impeteretur, de prælio fugientem cõſpexiſſet. Quibus verbis videtur Homerus docere voluiſſe, non aliter in quenquam propria aothoritate regem animaduertere licuiſſe, quàm ſi in bello deliquiſſet.

Capvt 10.

Lex Regia Barbarorum.

Regia poteſtas apud Barbaros.

AD Barbaros tranſeamus. Medis ſcilicet ac Perſis, qui Babylonios imperij magnitudine ac gloria longè ſuperarunt, omnia pro libidine agere licuit. Quid igitur ſibi illi volunt

Daniel. c. 6

apud Danielem, cap. 6. ita Regem compellantes? *Scito, rex, quia lex Medorum atque Perſarum eſt, cui*, vt idem Darius ait, *præuaricari non licet*: ita vt lege illa, cùm maximè cuperet, Danielem liberare non poſſet, quin in lacum leonũ mergeretor: ex quo tamen diuini numinis potentia ac præſidio incolumis euaſit. Geneſ. 34. Hemor Rex Sichem fœdus certis conditionibus cum Iacob initurus, ante populi ſententiã rogauit. Achis verò Palæſtinorum rex huius lib. cap. 29. inuitis Satrapis Dauidem ſecum in aciem educere non potuit. Referamne Ægyptios, apud quos & ſapientiſſimi hominum iodicio reges extitere, & ab ipſis penè in Deorum

Diodorus.

loco habiti? De his igitur Diodorus Siculus lib. 2. antiquit. cap. 3. hæc habet. Verùm nos iis, quæ Herodotus, aliique nonnulli Ægyptiorum geſta narrantes, præter veri opinionẽ multa voluptatis gratia fingentes tradunt, prætermiſſis, Sacerdotom diligenter à nobis ſcrutatos libros ſequemur. Primùm Ægyptij reges, vitam non aliorũ regnantium, quibus voluntas pro lege eſt, traducebant licentia, ſed legũ inſtituta in cogendis pecuniis, quotidianoque victu ſequebantur. Et poſt multa huiuſmodi: Mirabile videtur Ægypti Reges, noo ex voluntate, ſed ex lege vitam priuatam agere: ſed multo eſt mirabilius, illis neqoe iudicandi, neque pecuniã congregandi, neque puniẽdi quenquam per ſuperbiam, aut iram, aut aliam iniuſtã ob cauſam, licentiam eſſe permiſſam: ſed veluti priuati tenebantur legibus, neque i 1 ægrè ferebãt, exiſtimantes parendo legibus, ſe beatos fore. Deinde populi ſummũ in eos amorẽ beneuolentiamq; deſcribit: ac impenſos etiam poſt obitũ ampliſſimos honores: denique domi quidem ſecuriſſimam quietem, militiæ autem maximam fœlicitatem conſecutos eſſe docet.

Forcatius.

Addam & de noſtris Germaniſque quid Forcatius collegerit, lib. 5. de Imp. & Philoſophia Gallorũ. Tale apparet, inquit, fuiſſe regis Francorum ius & authoritatem ante Pharamonem,

I.

A qualis ab Ariſtotele recitatur Lacedæmoniorum, ac valdè collaudator, tanquã maximè omnium, quorum genera quatuor affert, pollens ſecundum leges. Neque enim omnimoda poteſtate valebat: ſed regionem egreſſus, rebos bellicis præſidebat, tum etiam in vrbe ſacrificiis ac Deorum ceremoniis, vitæ aotem neciſque poteſtatem extra bellum non habebat.

Lib. 5. Politic. cap. 10.

Quale etiam fuit regum apud Germanos imperium. Nam Reges, vt inquit Cornel. Tacitus, de moribus Germanor. ex nobilitate, duces ex virtute ſumunt. Neque regibus infinita aut libera poteſtas: & duces exemplo potios quàm imperio, ſi prompti, ſi conſpicui, ſi ante

Corn. Tacitus.

B aciem agant, admiratione præſunt: nec animaduertere, nec verberare quidẽ, niſi ſacerdotibus permiſſum, velut Deo imperante. Sed & apud Gallos Principes populorum, quiduis potius erant quàm reges perpetui. Ideoque Celtibas Aruernus, Vercingentorigis pater, principatum totius Galliæ obtinens, à ciuibus ſuis eſt interfectus, quia regnum appeteret. Hæc Cæſar. Ex qoibus manifeſtũ eſt, qua tandem lege apud omnes ferme populos, reges imperarint: & quibus tandem conditionibus Rectores popoli apod maiores noſtros principatum capeſſuerint. Verùm antiquiora, ſi lubet, omittamus, & recentiorum porius iura inſpiciamus: prius tamen de Hebræis, quid dicendum videatur, paucis abſoluamus.

Cæſar li. 7. de bello Gallico.

C

Capvt 11.

Lex Regia Hebræorum.

TAMETSI, quæ fuerit Regia lex Hebræorum, certò definite non poſſumus, nec placear cõiecturis rem tantã inueſtigare: attamen, quandoquidẽ nonnullis probari video, non aliã legem regni Hebrçorũ fuiſſe, quã quç à Moyſe traditur Deut. ca. 17. eandem hic deſcribã; aliis, ſi qui fortè contrà ſenſerior, hoc ſolùm reſpondens, negari profectò nõ poſſe, eam autore Deo ad regni conſtitutionem, regiſque inſtitutionẽ pertinuiſſe. In ſequẽtibus, præcipuè verò c. 10. D verſ. 25. illam fusè copioſẽqoe explicabimus: quare nunc ſatis fore viſum eſt, ſi tantùm legis verba ob oculos legentium ſtatuamus.

Lex Regni, quæ habetur Deuteron. ca. 17.

Procœmium legis.

Cùm ingreſſus fueris Terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi, & poſſederis eam, habitaueriſque in illa, & dixeris: Conſtituam ſuper me regem, ſicut habent omnes per circuitum nationes:

1. *Eum conſtitues, quem Dominus Deus tuus elegeris de numero fratrum tuorum*
2. *Non poteris alterius gentis hominem regem facere, qui non ſit frater tuus.*
3. *Cumque fuerit conſtitutus, non multiplicabit ſibi equos,*
4. *Nec reduces populum in Aegyptum, equitatus numero ſubleuatus, præſertim cùm Dominus præceperit vobis, vt neqnaquam amplius per eandem viam reuertamini.*

Digitized by Google

5. *Non habebit vxores plurimas, quæ alliciant animam eius,*
6. *Neque argenti & auri immenſa pondera.*
7. *Poſtquam autem ſederit in ſolio regni ſui, deſcribet ſibi Deuteronomium legis huius in volumine, accipiens exemplar à Sacerdotibus Leuiticæ tribus.*
8. *Et habebit ſecum, legetque illud omnibus diebus vitæ ſuæ, vt diſcat timere Dominum Deum ſuum, & cuſtodire verba & ceremonias eius, quæ in lege præcepta ſunt.*
9. *Nec eleuabitur cor eius in ſuperbiam ſuper fratres ſuos,*
10. *Neque declinet in partem dexteram vel ſiniſtram, vt longo tempore regnet ipſe, & filij eius, ſuper Iſrael.*

Hactenus priſca illa lex, quam Deus autor ſanciuit, Moyſes promulgauit, & nũc denique Samuel, vt plerique volunt, rege creato valere atque obtinere iuſſit. Poſſum iterum aliam ex primo lib. Machabæor. ſubiicere, quam lectoris arbitrio permitto, an inſtar prioris eſſe iudicet, & ad eius imitationem compoſitam. Mihi quidem ſic videtur. Nam quæcunque iura principibus legitimè tribui poſſunt, ſi ſacrorum curã religioniſque poteſtatẽ excipias, quam Simon ſacerdotij prærogatiua ad ſe quoque reuocauit: ea mihi videntur illa ſanctione cumulatiſſimè comprehendi. Neque verò illud obiici poſſe video, non illum regem, ſed ducem Gentis duntaxat appellatum fuiſſe: mox enim eius poſteri Regium quoque nomen & faſtũ vſurparunt; à quibus tamen nihil innouatum legimus, ſed pari iure deinceps etiam regnatũ eſt. Hanc itaque etiam deſcribam, non integram, ſed ſumma capita: cauſas verò promulgatæ legis, & Simonis Machabæorumque fratrũ in Rempublicam Iudæorum ſingularia beneficia, & cætera, quæ in eiuſdem legis præfatione continentur, prætermittam: quoniam ad rem quam paro, minimè neceſſaria viſa ſunt.

Lex ſummi Principatus, quæ deſcripta eſt libri primi Machabæorum cap. 14.

1. *Iudæi & ſacerdotes eorum conſenſerunt Simonem eſſe ducem ſuum, & ſummum ſacerdotem in æternum, donec ſurgat propheta fidelis: & vt ſit ſuper eos Dux.*
2. *Et ſtatuerunt ei libertatem,*
3. *Et vt cura illi eſſet pro ſanctis,*
4. *Et vt conſtitueret præpoſitos ſuper opera eorum,*
5. *Et ſuper regionem,*
6. *Et ſuper arma,*
7. *Et ſuper præſidia:*
8. *Et vt audiatur ab omnibus,*
9. *Et ſcribantur in nomine eius omnes conſcriptiones in regione.*
10. *Et vt operiatur purpura, & auro:*
11. *Et ne liceat vlli ex populo, & ex ſacerdotibus, irritum facere aliquid horum, & contradicere his quæ ab eo dicuntur,*
12. *Aut conuocare conuentum in regione ſine ipſo.*
13. *Et veſtiri purpura, & vti fibula aurea.*

Sanctio legi addita.

Qui autem fecerit extra hæc, aut irritum fecerit aliquid horum, reus erit.

A *Et ſcripturam hanc dixerunt ponere in tabulis æreis, & ponere eas in peribolo ſanctorum, in loco celebri: exemplum autem eorum ponere in ærario, vt habeat Simon, & filij eius.* Hactenus cap. 14. lib. 1. Machabæorum. Sequenti capite Antiochus addit percuſſuram proprij numiſmatis.

Capvt 12.

An verè Princeps legibus ſolutus ſit.

B Lege diuina, & Eccleſiaſtica, imò & iure gentium ſolutum non videri.

Quibus igitur finibus, dices, regiæ maieſtatis ius & poteſtatem circunſcribis? Rem difficilẽ poſtulas: exequar tamen quàm potero breuiſſimè, ne huius loci interpretationi, quæ abſque eo ſatis explicari non poteſt, videar defuiſſe.

Et primum quidem, quod ad legem diuinã attinet, non videtur in dubium reuocari poſſe: ſiquidem eam à ſacerdotibus accipere, ac ſibi deſcribere Deuter. cap. 17. ac ſedulò obſeruare iubetur. Sed nec iure gentium ſolutus eſt, quo ſe potiſſimum Iephte aduerſus regem Amon ſibi bellum inferentem, Iud. 11. tueri ſtuduit, cùm bello partam, & trecentis propemodum annis poſſeſſam prouinciam, immeritò vexari contenderet. Nam & Saul 2. Regum cap. 21. C cùm initum cum Gabaonitis fœdus à Ioſue reſcindere tentaſſet, penè omni ſpe poſteritatis orbatus eſt. Dauid verò quo ſupplicio Hannonem regem filiorum Amon cum tota gente ſua, ob violatos legatos ſuos, qui iure gentium ſacroſancti haberi debuerant, affecerit, narrat Regum Hiſtoria 2. Regum cap. 11. Eccleſiaſticas etiam leges ſine ſcelere aſpernari non poteſt, ſi quidem ipſe Chriſtianam fidem profitetur. Etenim Petro dictum eſt: *Paſce oues meas.* Quibus verbis leges ferendi poteſtas conceſſa eſt, quibus Chriſti grex in officio contineatur. Non enim ſolum dixit *βόσκε τὰ προβάτιά μου*, ſed etiam *ποίμαινε*: quemadmodũ Græcè à Sancto Ioanne, Euangelij ſui cap. 21. interpretatum eſt. Quæ duo verba Philo Iudæus lib. Quòd deterius potiori inſid. occaſione D Ioſeph Patriarchæ exponens, Non ſimpliciter, inquit, rogat, vbi paſcunt, ſed vbi *ποιμαίνουσι*, id eſt, regunt. Nam qui paſcunt, alimenta iſta ſenſibilia omnia præbent bruto & inſatiabili ſenſuum pecori, per quæ fit, vt impotes noſtri & infortunati ſiamus: at qui regunt, principũ & moderatorum vtendo potentia, quicquid efferatum eſt, manſuefaciunt, ſedantes cupiditatum magnitudinem. Hæc Philo. Sed & alio loco in eundem ſenſum promulgatum eſt, *ſi quis Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus.* Reſtat igitur, vt ſi cui legi minimè obnoxius eſſe dicatur, hoc de ſola lege Ciuili intelligendum ſit.

Princeps legibus diuinis ſolutus non eſt.

Non iure gentium.

Leges Eccleſiaſticas, vt quiuis Chriſtianus ſeruare tenetur.

Philo Iudæus.

Geneſ. 37.

Quid ſit paſcere.

CAPVT 13.

Legibus regni fundamentalibus Regem ſolutum non eſſe; & quæ huius Regni eſſe dicantur.

Legibus quas vocant fundamentales Reges aſtringuntur.

NVM igitur quacumqoe lege ciuili nullo diſcrimine ſuperior habebitur? Non videtur. Illa namque multiplex eſt. Poſſunt namque ab iis, qui regnum aliqood cum poteſtate ſtatuunt, leges nonnullæ ſanciti, quæ velut imperij fundamenta deinceps habeantur, & futuros reges obligent; ita vt non alia ratione imperium legitimè adipiſci, aut etiam adeptum B iure retinere poſſe intelligantur, quàm ſi placitas, & pactas ab initio conditiones obſeruent. Nam quis oeget populum, cùm de ſua libertate paciſceretur, quod in aliis contractibus fit, nonnulla exceptione vti potuiſſe? Quod ibi factom erit, abſque iniuria reſcindi ooo poterit.

Quæ autem ſiot illæ leges apud noſtros, quas fundamentales regni appellant, quibus indiſſolubili nodo Reges alligantur: refert Ottoman. lib. 1. de Antiq. iure. reg. Gallici cap. 23.

Ottoman.

1\. Prima eſt, vt ne quid quod ad ſtatum Reipubl. in vniuerſum pertineat, regi ſine publici conſilij authoritate ſtatuere liceat. Hanc primam recenſet Ottomanus, deinde ſuo ordine reliquas ad numerum vſque octauum, religionis C autem ne poſtremo quidem loco meminit: quod ego neſcio antiquitatis obliuione fecerit, an de induſtria. Certè prima omnium collocari debuiſſe videtur, ſiquidem eo fine potiſſimùm Francorum rex electus eſt, vt Eccleſiæ præſidio eſſet, & fidem Catholicam excoleret. Enimuerò ſi quid eſt quod longinquitas temporum excipiente memoria, prodendiſque monumentis veri perhibere poſſit, tabulæ teſtamentariæ ſanctiſſimi atque integerrimi Pontificis, gentiſque noſtræ Apoſtoli Remigij præ cæteris fidem merentur. Sunt enim ipſo dictante conſcriptæ, ex cuius ore fidem accepimus: & à pleriſque ſanctiſſimis Epiſcopis ſubſcriptæ, quorum fide atque induſtria religio apud nos propagata eſt. Sed oec præterea quiſquam inuentus eſt, qui hactenus eas falſi accuſaret: quinimo non ita D pridem Briſſonios doctiſſimus Iuriſconſultus iiſdem, tanquam luce clariſſima, ſuas formulas & ſolemnia verba illuſtraoit. Antiquius certè pro noſtra Monarchia teſtimonium ex omni antiqoitate laudare non poſſumos. Nam quæ præcedunt ſancti viri benedictionem, ea ſi diligenter excutias, deprompta ex recordatione ſuperiorum temporum, inuenies Clodoueum, quocunque tandem nomine cenſeretur, oon admodùm regia, ſed legali ſorte potius prædas cum cæteris Sueſſione diuiſiſſe. At verò ſanctus Remigius, electione ſua cæterorumque Epiſcoporum eundem regem ſtatuens, *Ad honorem Eccleſiæ, defenſionemque pauperum*, tantæ dignitatis priuilegiis atque hooribus in perpetuum gaudere iuſſit.

Religio prima fundamentalium legum videtur eſſe in Gallia.

Briſſon. de formulis lib. 7.

I.

A Quem quia nemo, vt arbitror, temeritatis, aut etiam vanitatis arguerit, idcirco ſuperuacaneum duxi eundem velle defendere. Sed quo tamen eius mens conſiliumqoe magis appareat, & quam legem à prima inſtitutione regibus dixerit, manifeſtius agnoſcamus, nonnulla ex eodem teſtamento verba ſubiiciam. *Generi tantummodo Regio*, inquit, *quod ad honorem ſanctæ Eccleſiæ, defenſionem pauperum, vnà cum fratribus meis, & coepiſcopis omnibus Germaniæ, Galliæ, atque Neuſtriæ in regiæ maieſtatis culmẽ perpetuò regnaturum ſtatuens elegi, baptiſaui, à fonte ſacro ſuſcepi, donoque ſeptiformis ſpiritus conſignaui, & per eiuſdem ſacri chriſmatis vnctionem ordinaui in Regem, parcens, ſtatuo: vt ſi aliquando genus illud regium per benedictionem meam toties Domino conſecratum, ma-* B *la pro bonis reddens, Eccleſiam Dei peruaſor, deſtructor, depopulator, grauis, aut contrarius exiſtere voluerit, conuocatis Remorum Diœceſeos Epiſcopis primùm moneatur: deinde vrbs præfata adiuncta ſibi ſorore Eccleſia Treuirenſi*, &c. Contumaci poſt ſeptimam monitionem Pſalmum 108. decantari iubet, & mutata vna dictiooe pronuntiari, *Principatum eius accipiat alter.* Ex his colligo, niſi me fortè lex regni, quibus cooditionibus accipi debeat, hactenus præterit, religioois Catholicæ obſeruantiam in capite legum fundamentalium eſſe ſtatuendam; vt ſimul cum Dauide Princeps noſter pariter gloriari poſſit: *In capite libri ſcriptum eſt de me, vt facerem voluntatem tuam, Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.* Ad Ottomanum redea- C mus.

S. Remig.

Pſal. 39.

2\. Secunda eſt, inquit, vt Regi non ſit ius, neque filiam adoptare, neque de ſuo regno, vel inter viuos, vel per teſtamentum diſponere, ſed in regni ſucceſſione maiorum inſtituta, & antiqua conſuetudo ſeruetur. 3. Tertia, vt Rege mortuo, regni hæreditas filio ipſius natu maximo deferatur, neque Regi vel natu minorem maiori anteferre, vel alium ſucceſſorem ſibi inſtituere liceat. 4. Quarta, ne virgo, neve mulier ad regni hæreditatem admittatur, ſed agnatus defuncto Regi proximus, quamuis gradu fœmina poſterior, ei tamen præferatur. 5. Quinta, ne Regi ius ſit vllam Dominij ſui partem ſine publici conſilij authoritate alienare: quippe quod ei ad tuendam tantum regiam dignitatem fruendum datum eſt, vt parem in eo poteſtatem ha- D beat, atque marito in vxoris dote conceditur. 6. Sexta, vt Regi abolendi criminis, & capitalis pœnæ ſine Parlamenti authoritate remittendæ ius non ſit (hæc vt opinor interpretatione indiget: neque enim, præter quàm in pauciſſimis caſibus, quos ob flagitij magnitudinem irremiſſibiles vocant, de iure quæritur remiſſionis: ſed hoc ſolùm iudices acceptis Principis litteris inquirunt, an quæ Principi à reo in libello ſupplice expoſita ſunt, vndique cum veritate conſentiant: quæ ſi ſecus accidiſſe probentur, nulla ratio indultæ veniæ habetur, tanquam circumuento fallaciis principe: ſi verò ſyncera omnia ac conuenientia reperiantur: tanquam ſatis explorata regis voluntate, remiſſionis litteras interinant, vt vocant, noo modò Parlamenta, verùm etiam

inferiores coriæ Balliui ac iudices.) Septima,
7. vt Regi non liceat magiſtratum aliquem re-
gni, ſeu Reipubl. Franciæ (officiarios corooæ
vocāt) niſi cauſa in Parium conſilio cognitâ &
8. probata, exauthorare. Octaua, Regi ſine pu-
blici conſilij authoritate monetæ mutandæ ius
noo ſit. Has enumerat Ottomanus: quæ ſi veræ regni leges fundamentales ſunt, iiſdem rex abſolui non poteſt, ſed eas tueri ac cuſtodire tenetur: neque enim aliter quàm his conditiooibus tanquam ex pacto regnum ſuſcepit.

Porrò huius rei æquitas naturalis demonſtrari poteſt ex natura mandati, quod dicitur contractus bonæ fidei, obligans eum, qui alienorum negotiorum adminiſtrationem ſuſcipit, oe limites & fines mandati excedat: ſed contineat ſe intra terminos præſcriptos à mandante. Neque enim regni fundamentalis lex aliud eſſe videtur, qoàm pacta qoædam, ſub quibos vniuerſus aliquis populus, aut plures ciuitates & prouinciæ coieruot, & conſenſerunt in vnam eandemque rempoblicam habendam & defendendam, communi opera, conſilio, & auxilio, ſub vno principe & moderatore, à qoo regi gubernarique voloerunt. A quibus conditionibus & pactis, quando communi conſenſu receditur, Reſpobl. eſſe deſinit, niſi ſalua illa, & iuribus maieſtatis illæſis, leges illæ communi conſenſu antiquentur, vel abrogentur, vel etiam nouæ rogentur. Nam poteſt etiam Reſpubl. ſeu regnum cooſiſtere, & conſtitui, ſine talibus legibus: qoæ eſt notabilis differeotia inter haſce leges fundamentales, & iura maieſtatis, ſine quibus nulla Reſpub. conſtitui, & conſtituta conſeruari, aut ad poſteros propagari poteſt.

CAPVT 14.

Iuratis legibus & priuilegiis Regem ſolutum non eſſe.

Promiſſa quæ ſacramento firmat in coronatione ſua, ſeruare tenetur Rex.

SED quia hæ leges, nouis emergentibus periculis, nonnunquam ad ſartam tectam tuendam rempub. ſufficere non videntur: nec licet populo in iis regnis, quibus hæreditario iure ſucceditur, vltra ſuo principi leges ſcribere: Idcirco, cùm primùm imperij infulas accipiunt, & ſolemni ritu reges conſecrantur, alia qoædam promittere, ac iorare compellantur ab iis, qui ceremoniis præſont: quæ licet leges fundamentales haberi non poſſint, ex qoo tamen iuramento ſe deuinxerunt (ſi quis fidei nexus eſſe putatur, aot ſi qoa religionis fides) quin principem obſtringant, negari non poteſt. Ratio aotem quare nouas leges hæredi principis populum ſcribere nefas ſit, ea eſſe videtur: quoniam ſimulatque populos ſe obligauit, & certis perſonis de continuanda politiæ ſuæ adminiſtratione promiſſionem fecit, & fidem dedit, eandem poſtea fallere noo licet. Nam cùm huiuſmodi obligatio in legem regni fundamentalem tranſierit, per eam idem ius regis poſteris acquiritur, quo ipſe primùm à populo auctus eſt: idem populi poſteris eripitur, quo ſe primùm abdicauit; ac proinde nulla quoque penes eum condendæ nouæ legis poteſtas manet, quam dudum in Regem tranſtulit.

Hæredi principis nouas leges ſcribere populus non poteſt.

Sacramenti religio principem ligat.

Quòd ſi quæritur, quibus igitur iuris vinculis ad nouas conditiones, ſeu priuilegia ſeruanda Rex alligetur: Reſpondeo, non aliis, quàm ſacramenti religione, à qua, niſi fortè rei iniquitas, aut turpitudo excuſet, exolui noo poteſt. Nam quod aiunt Regem perpetuò annis minorem cenſeri, nec pactis conuentionibuſque teneri poſſe, qoæ ſuo iuri, hoc eſt, liberrimæ poteſtati prędicent: idem qooque de populo reſponderi poteſt, qui ſe olim eiuſdem fidei permiſit, quapropter eundem quoque fas foret pœnitere tranſactorum. Nullom igitur argomentum eſt. Deinde iudicio procerum, tutoriſque conſenſu, ſi tutorem habeat: omniumque ordinum conſilio, qoæ ſimul omnia reuocari oon licet: quæ oblata ſunt imperare vetareve, ſacramento firmauit. At maieſtatis iura diſtrahere, imminuereve lege regoi prohibetur. Verum quidem eſt: ſed nemo tum maieſtatis iura perire dicet, cùm populi commodis cooſulitur; qui ea in principe valere voluit, quatenus ſibi benè eſſet: nemo id iuris diſtrahi, quod ipſi Domioo ab adminiſtratore reſtituitur. Ad hęc, cùm de alieoatione cauetor, hoc ita accipiendum eſt, ne qood inde Reipub. damnum ex imminutione ſequatur. Hìc verò timeri non poteſt. Præterea, quæcunque tandem iuris alienatio, ſi ad Regis voluntatem populi quoque conſenſus accedat, iure reſcindi oon poteſt.

Tanquam iure gentium ad ea, quæ iurat in coronatione ſua, Rex videtur obligari.

Sed oec illud poſtremò negligenter obſeruandum eſt, quòd videatur illa iuramenti præſtatio, iure gentium apud omnes, qoi legitimis Regibos vtuntur, introducta; vt initio principatus ſui Reges conceptis verbis, & ſolemni formula publicam vtilitatem iurent; licet non eædem apud omnes, neqoe pares omni tempore conditiones apponantur. His igitor etiam legibus tenebitur princeps: qood cùm neges, pudeat te ſaltem, Bodine, ab ethnico fide, & religione ſoperari. Sic namqoe Plinius in illo Panegyrico Traiano dicto, de eiuſmodi principis iuramento prædicat: Ego nonc primùm audio, nunc primùm diſco, non eſt princeps ſoper leges, ſed leges ſupra principem: idem Cæſari Conſuli quod cæteris non licet, iurat in legem attendentibus diis. Nam cui magis quàm Cæſari attendant? Iurat obſeruantibus his, quibus idem iurandom eſt: noo ignarus alioqui nemini religioſius qood iuraoerit cuſtodiendum, quàm cuius maximè intereſt non peierare. Hęc Plinius. Quæ verò illa ſint quę obſeruare cauereve Rex Francorom io ſoa inauguratiooe polliceatur, iam antea diximus cap. 4. verſ. 18.

Plinius.

Capvt 15.

An, & quomodo Princeps ſolutus ſit lege ciuili.

Restat igitur, vt de legibus ab eo latis, aut etiam maiorum ſuorum autoritate receptis, videamus, an his quoque obnoxius teneatur: an, quod magis videtur, ſolutus haberi debeat. Ioannes Althuſius Iureconſultus cap. 9. Politic. ſolutum eſſe oon putat. Siquidem lege ciuili, inquit, poteſtatem ſoluere, eſt etiam aliquatenus naturalis & diuinæ legis vinculis eandem exuere. Nulla enim eſt, nec eſſe poteſt lex ciuilis, quæ non aliquid naturalis & diuinæ æquitatis immutabilis habeat admiſtum. Nam ſi hæc prorſus diſcedit à ſententia iuris naturalis & diuini, non lex dicenda eſt, ſed nomine hoc prorſus indigna, *l. 6. ff. de iuſtitia & iure.* Quæ neminem obligare poteſt contra æquitatem naturalem & diuinam. *§. fin. Inſtit. de iur. natur. gent. & ciuili.* Quòd ſi igitur lex ciuilis generalis à Principe lata, eſt æqua & iuſta, quis eundem ab obligatione ipſius legis abſoluere poteſt? Imò *quæcunque volumus, vt faciant nobis homines, hæc & nos iiſdem facere tenemur* ex ſummi legiſlatoris ſententia. Matth. cap. 7. & cap. 23. Lucæ cap. 6. & Cæſaris, ſeu Imperatoris *in l. 4. digna vox. Cod. de legibus:* & toto titulo, *Quod quiſque iuris in alium ſtatuit, eodem & ipſe vtatur.* Quatenus verò lex illa ciuilis in quibuſdam diſcedit à naturali æquitate, *ff. l. 6. ius ciuile.* fatabor eum, qui ſummam habet poteſtatem, nec ſuperiorem niſi Deum & naturalem æquitarem & iuſtitiam agnoſcit, illa lege non teneri, in primis quoad pœnæ in ſeipſum exequutionem faciendam. Atque in hoc ſenſu acceptâ lege ſolutâ ſummâ poteſtate, concedo in ſententiam Bodini, Gregorii Toloſani, Cuiacij, Donelli, Duareni, & aliorum Iuriſconſulrorum: ſed hanc ſummam poteſtatem nequaquam poſſum tribuere Regi. Hæc ille: quæ non adeò mala videri poterant, niſi Regum ſupremam poteſtatem paulò imprudentius oppugnaret. In quem finem cùm plura argumenta congeſſerit, vt plebis eſſe ſupremam poteſtatem ab ipſa origine oſtenderet, hoc vnum ignoraſſe videtur: paucis demptis, quæ ab initio excipi placuit, eandem in Reges populi conceſſione eſſe tranſlatam.

Ioan. Althuſius. Lege ciuili non eſſe ſolutum principem Althuſio placuit.

B

C

Rectius itaque Paulus Buſius item Iuriſconſultus, Illuſtrium Diſquiſitionum lib. 2. cap. 7. (nam quod ad Theologos attinet, hanc eandem quæſtionem poſtea cap. 14. D. Thomæ autoritate ſoluturus ſum) primum ſupremumque Principatus ius illud aſſerit, legibus eſſe ſolutum. *text. & dd. in l. Princeps. ff. de ll.* Sed hoc

Rex qui eandem lege ciuili ſolutus ſit.

D

A eò pertinet, inquit, vt intelligatur eum conſtitutum eſſe ſupra leges: id verò eſt; vt conſtet eum legibus ſubiectum non eſſe, nec alligatum adeo vſque eò, quin decretis ſuis, ſententiis, priuilegiis, reſcriptis derogare pro re nata & ratiooe exigente poſſit; amplius etiam per ſe ferre legem nouam queat; & ius receptum corrigere ac moderari. *l. 1. ff. de Conſtit. Princip. l. 1. Cod. de ll.* Haud tameo ita exiſtimandum, quia Princeps legibus ſolutus eſt, idcirco eum non viuere ex earum præſcripto: quia non pugnant inter ſe, legibus ſolutum eſſe, & legibus viuere; ſed ea demum, legibus ſolutum eſſe, & ſubiectum. Prorſus vt è diuerſo magiſtratus, quia legi derogare non poteſt: ſed decreta omnia ſua ex eiuſdem præſcripto finire tenetur, eidem cenſeatur ſubiectus. *l. 1. §. 4. ff. ad Senatuſconſultum Turpillianum.*

Paulus Buſius.

B

Parum appoſitè proinde Cuiacius, id quod dicimus Principem legibus ſolutum eſſe, ad leges tantum caducarias retulit. Eſt quidem *ff. de legibus & Senatuſc.* lex, *Princeps.* ad legem Iuliam & Papiam de caducis conſcripta, ſed vt reſtringatur ad eas, locus communis tituli de legibus non finit. Nec eſt quod in Triboniano reprehendatur, quaſi ea non ſit poſita ſuo loco, cùm idem alibi quoque in iure noſtro totidem penè verbis de lege regia ſit relatum, *l. 3. cod. de Teſtam. l. 1. de conſtit. princip.* Multò tamen abſurdius ij, qui eum tantùm lege naturæ, ciuilibus aſtrictum non putant, *dd. in l. digna vox. Cod. de ll.* Nam ſi id verum ſit, etiam populum

Refellitur Cuiacij & aliorum dd. interpretatio.

C Rom. ante maieſtatem in principem tranſlatam, legibus ſuis non fuiſſe alligatum dicamus; quod tamen abſurdum pariter & falſum fuerit. Nam & populus Rom. ipſe in leges ſuas iurauit. Plutarchus in Mario. Appianus lib. 1. Dion Nicæus lib. 37. Sed & poſt maieſtatem in principem tranſlatam dicemus, res dominicas ſeu principis matrimoniales, legibus non fuiſſe ſubiectas. Hoc tamen non ita eſſe vel illud argumento certiſſimo eſt, quòd ea etiam priuilegiis in nonnullis tantùm à iure communi ſint exemptæ, *L. vlt. & tot. tit. Cod. de priuilegijs domus Auguſtæ.* Quod igitur Imperator mundi Dominus dicitur, *l. ἀξίωσις. ff. ad l. Rhodiam de iactu*, ad dignitatem tantùm & imperium pertinet, non etiam ad dominium. Quando tamen eſt aliquid obligans legibus maieſtatem præter

Vinculum principis.

D rationem naturæ, id Principatus ipſe ſit oportet. Hic enim neceſſitudinem inter ipſum & ciuitatem conciliat, qua ille dignitatis & imperij prœmio & honore fretus, viciſſim tenetur ab iniurijs priuatim ſingulos, & poblicè omnes tueri: *l. digna vox. Cod. de legibus.* Eiuſque rei certiſſimum argumentum eſt, quòd illa etiam quæ Princeps vt legibus ſolutus facit, qualia ſunt quæ per reſcriptum fiunt: in iudiciis haud aliter æſtimentur, quàm ſi conueniant iuri, *l. vlt. Cod. ſi contra ius vel vtilit. publ.* Hactenus Buſius.

Capvt 16.

Quod ius Regis ; & quòd peccandi nullam accepit poteſtatem.

Non igitur reges ciuilibus etiam legibus prorſus exempti ſunt. Quòd ſi ciuilibus etiam legibus magna ex parte Princeps addictus eſt ; & in quas iurauerit, eaſdem religioſè ſeruare tenetur ; oec poteſt fundamentalium B legum iugum excutere, ſed præterea iuris gentium legitimas conſuetudines itemque diuinæ legis deereta ſedula obſeruatiooe colere debet, quæ tandem illa eſſe dicetur ſummæ poteſtatis prærogariua ? Reſpondeo, ius regni, quod aliàs ius maieſtatis appellatur : nonnunquam etiam ſumma rerum, imperium ſacrum, & ſublime ius. At quod illud erit ? Poteſtas ſcilicet præeminens, ſumma, vniuerſalis diſponendi de iis, qoæ ad ſalutem curamque Reipubl. membrorumque eius pertinent. Enimuerò quî tandem ſumma illa intelligi queat, quam tam angoſtis antea finibus circunſcri- *Summa Regis poteſtas.* pſiſti ? Imò maximè : ſummæ enim poteſtatis hæc ratio eſt, hæc natura imperij, vt ſubiectorum vtilitatem & commoda modis omnibus C procuret : illa verò omnia ad eondem ſcopum collimant. Debet namque princeps, quicumque Reſpubl. præſidet, εὐαρχίαν, εὐδαρχίαν, εὐπραξίαν, & εὐνομίαν totius populi ſibi habere propoſitas, & ad eas ſingulorum & omnium membrorum ſuorum actiones dirigere, iiſque conuenientia officia præſcribere. Quod ſi pro virili parte perficere ſtudeat, leges quidem adiutrices habebit, nuſquam autem aduerſarias patietur. Quamobrem ſi princeps officium facere voluerit, nullo voquam tempore de legibus conqueretur : ſin ſecus libidini ſuæ indulgere maluerit, quis meritò doleat legum præſidio Reipub. ſapienter eſſe conſultum ?

Quòd ſi verò populus, ſeu Reſpubl. omne ius ſuum & imperium in ſummum magiſtratum contulit, vt dicitur in l. 1. ff. de Conſtitutionibus Principum. aut ſupremam illi poteſtatem, legibus ſolutam, ſine omni reſeruatione, vel exceptione & conditione dedit : rum verba generalia ſecundum ſubiectam materiam ſunt reſtringenda, quatenus ſcilicet ſubiecta materia paritur ; ita vt qualis eſt natura principatus, ſeu imperij, talis etiam iſtorum generalium ſit interpretatio. Natura verò magiſtratus & imperij eſt, vt ſubditorum vtilitatem, non imperantis commodum reſpiciat, & ſecundum rectam rationem, & iuſtitiam adminiſtret Rempubl. nam remota iuſtitia, quid aliud ſunt regna, quàm magna latrocinia ? vt *Peccandi nulla Regi poteſtas.* ait ſanctus Auguſtinus. Ideoque abſoluta poteſtas, & ioriſdictio peccandi ſummo magiſtratui dari non poreſt. Deinde, rex propter regnum, ooo verò regnum propter regem eſt. A *Argumeut. l. 5. ff. de iuſtitia & iure.* Epiſtola ad Roman. capit. 13. ergo ad ſalutem & vtilitatem concedentis populi, conceſſio, generaliſſimis etiam verbis facta, eſt reſtringenda. Hæc enim mens concedentis fuit, quæ verba generalia reſtringit, & limitat. *L. ſi quando C. de inoff. teſtament. L. conditiones. Et aliis pluribus ff. de conditionibus & demonſtrat.* Vaſquius libro 1. cap. 43. numer. 2. 3. 4. 5. illuſtr. controuer. Nequaquam verò populus Principis conſtitutione voluit in propriam perniciem tyrannum eligere. In generali autem mandato, aut conceſſione, non cntinentur ea, quæ quis in ſpecie non fuiſſet conceſſurus. *L. obligatione generali. ff. de pignoribus.* Denique nulla poteſtas eſt ad malum, ſed tantùm ad bonum : non ad nocendum, ſed ad conſulendum, iuuaodùm, & ad meram ſubiectorum vtilitatem, non ad imperantium libidinem, aut commodum. Quare ſanctus Auguſtinus *S. Auguſt. Quid ſit imperare.* libro 19. de Ciuitate Dei, capit. 15. air, Imperare nihil aliud eſſe, quàm aliorum vtilitatibus inſeruire, vti parentes liberis, & vir vxori imperant. Quapropter etiam qui præſunt, in ſacris & profanis literis paſtores vocantur, ſaluatores, dij, ductores, defenſores, tutores, curatores, parentes, reges, aliiſque nominibus, quibus natura huius imperij, quod deſcripſimus, ſignificatur. Poſtremò, non aliam quam habuit poteſtatem in ſummum C magiſtratum populus contulit, vt ex ſuperioribus patet : at malè agendi, rapiendi, vexandi, aut etiam iniuſtè iodicandi poteſtatem populus nunquam habuit : ergo nec Princeps generaliſſima illa poteſtatis conceſſione malè agendi liceotiam ab eo conſequi potuit.

Filios *veſtros tollet.*] Infrà cap. 16. miſit Saül ad Iſai, dicens : *Stet Dauid in conſpectu meo : inuenit enim gratiam in oculis meis.* De Macedonibus Curtius libro 5. Amyotas, inquit, *Curtius.* ex Macedonia ad Alexandrum Babyloniam veniens, adduxerat quinquaginta principum Macedoniæ liberos adultos, ad cuſtodiam corporis : quippe inter epulas ij ſunt miniſtri : iidemque equos ineunti prælium admooent, venantémque comitantur, & vigiliarum vices ante cubiculi fores ſeruant : magnorumque præfectorum & ducum hæc incrementa D ſunt, & rudimenta. Et libro 8. in more poſitum fuiſſe ait, vt traderentur regibus ad munia haud multum ſeruilibus miniſteriis abhorrentia ; ita vt etiam pellicibus ad regem deducendis inſeruirent. Verùm illi hanc ſeruitutis turpitudinem ſpe potiundæ dignitatis interim æquanimiter ferebant. Quemadmodum vero reges Macedonum Principum liberos : ſic Ægyptij ſacerdotum filios corporis cultui, domeſticiſque miniſteriis adhibebant. Foit verò eius inſtituti apud Ægyptios honeſtiſſima ratio, quam tradit Diodorus Si- *Diodorus.* culus Rerum Antiq. lib. 2. cap. 3. Regum cultui, inquit, obſequioque nullus deputatus erat neque emptitius, neque domi genitus ſeruus, ſed nobilium ſacerdotum filij, tum vltra viginti annos nati, tum doctrina præ cæteris eruditi:

vt horum corporis miniſtrorum die noctuque A aſtantium conſpectu mutus Rex, nil turpe committeret. Rarò enim potentes rerum mali euadunt, vbi deſunt ſuarum cupiditatum miniſtri.]

Verùm non omnes æqua ſorte in familiam principis aſciſcuntur, ſed ſunt plerique viliſsimis, nonnunquam etiam periculoſiſſimis exercitiis addicti, vt qui militiæ adhibentur: quibus non modò perit ipſum tempus, quo rebus ſuis conſulere & ſenectuti viaticum parare debuerant, verumetiam omnibus horis ac momentis de vita periclitantur: ita planè, vt eorumdem parentes non ſolùm ob eorum abſentiam deſiderio torqueantur, ſed etiam ob periculum mœrore contabeſcant. Itaque, vt ait Vermilius, nihil poteſt imperari durius: & tamen B etiam nunc fit ſub Turca. Ille enim hominibus Chriſtianis aufert liberos, vt eos alienet à Chriſto. Eſt ea calamitas intolerabilis. Lacedæmonij, cùm iuberentur dedere liberos ſuos Macedonibus, ſi grauiora morte, inquiunt, imperatis, potius mori volumus. Si ſternantur & pereant ſegetes, clamant ruſtici, periſſe ſibi labores vnius anni. At hîc perit fructus non tantùm vnius anni, ſed etiam ſeptem, decem, quindecim, decem & ſeptem annorum. Nam qui de re militari libros poſteris reliquerunt, haud ferè quemquam minorem ſeptem & decem annis, militiæ & tyrocinio aſcribi ſolere docuerunt; idque à Seruio Tullio vetere cenſione primùm cautum fuiſſe Gellius teſtis eſt lib. 10. cap. 28. At verò quot olim emeritæ militiæ ſti- C pendia ſeu anni forent, non ita compertum eſt. Apud Tacitum quadragena quidam, alius tricena ſtipendia numerat: ſæpe res variauit. Dixit apud Tacitum Tiberius militare ærarium eo ſubſidio niti: ſimul imparem oneri Rempub. niſi viceſimo militiæ anno veterani dimitterentur. Idem ab Auguſto ante fuiſſe conſtitutum teſtatur Suidas. Igitur totos viginti annos à parentibus aberant, & in periculis verſabantur. Sed & illa interim ratio vitæ, quam in caſtris degebant, quantis laboribus ac moleſtiis referta fuit? Teſtantur frequentes apud hiſtoricos militum querelæ, quibus miſſionem depoſcebant; ſicut eſt illa apud Tacitum lib. 1. Nudãt, inquit, vniuerſi corpora, cicatrices ex vulneribus, verberum notas exprobrant. Mox indiſcretis vocibus pretia vocationum, anguſtias D ſtipendij, duritiam operum, ac propriis nominibus incuſant vallum, foſſas, pabuli, materiæ, lignorum adgeſtus: & ſi qua alia ex neceſſitate, aut aduerſus otium caſtrorum queruntur.

Seruitutis iugum duriſſimum.

Vermilius.

A. Gellius.

Tacitus.

Militia conditio amariſſima ſub Regibus.

Sed nunquid, dices, etiam in libera ciuitate nomen militiæ dare non oportuit? negari non poteſt. Narrat Cæſar lib. 5. belli Gallici, Gallorum morem in conſcribendo exercitu. Hi, ait, bellum inituri lege communi omnes puberes armatos conuenire cogebant, & qui ex eis nouiſsimus venerat, in conſpectu multitudinis omnibus cruciatibus adfectus necabatur. Apud Romanos verò qui in legitima militia, & publico delectu, olim non reſpondebant, vt proditores libertatis in ſeruitutem redigebantur. Teſtis Menander Iuriſconſultus *l. quicum* A *vno. §. grauius autem. ff. de re militari.* A qua tamen pœna, mutato poſtea militiæ ſtatu, receſſum eſt. ibidem. Sed nec Hebræi quidem ante inſtitutos reges, leuius ſupplicium in eos, qui defuiſſent, ſtatuerunt. Nam Iudicum cap. 21. ob eam culpam omnes, qui in Iabes Galaad morarentur, immiſſo exercitu, ſeruatis tantum virginibus, internecione deleuerunt. At poſtea Saul longè mitius, nam boum duntaxat periculo, vt populus vniuerſus concurreret, edixit. Huc igitur etiam ſine regibus fieri conſueuerat, verùm vrgente periculo, & cum hoſtis immineret: nam exantlato diſcrimine, vnuſquiſque domum ſe recipiebat. At ſub regibus perpetua multorum militia fuit, quibus ab ar- B mis diſcedendi ante ſeniles annos facultas negabatur.

Cæſar.

Animaduerſio in eos qui delectus tempore non adfuiſſent.

Porrò tanta licentia ciuium prouincialiumque liberos Imperatores Romani perſcrutabantur, vt miſsis etiam Conquiſitoribus, ſic eos Liuius vocat, aut Temonariis *lib. 14. Cod. de extraord. muneribus. & l. 2. Cod. eod. de deſertoribus*, quoſlibet viribus & robore præſtantes inueniſſent, pro arbitrio ſuis copiis adiungerent: quos demum characteribus inuſtos legimus, ne ſe ordinibus ſubducerent. Vnde eſt illud apud S. Gregorium in epiſtolis ex Mauritij edicto: Ne quis manu ſignatus ante expletam militiam, in monaſteriis reciperetur.] Quibus etiam iuriſiurandi ſacratiſsima formula adiuncta eſt, ne ſola hæc vita illi militiæ addicta eſſe videretur, verumetiam æterna inde penderet. Quod C ita tradit Vegetius lib. 2. de re militari cap. 5. Nam victuris in cute punctis milites ſcripti, cùm matriculis inſeruntur iurare ſolent. Et ideo militiæ ſacramenta dicuntur. Iurant autem omnia ſe ſtrenuè facturos, quæ præceperit Imperator, nunquam deſerturos militiam, nec mortem recuſaturos pro Romana Repub. Hæc ille. Cæterùm, vt appareat quàm dura illa lex, ſeu potius ſeruitus futura ſit, cuius formidine Hebræos ab inſtituendo rege Deus reuocare nititur: exemplum vnum crudelitate ac ſæuitia præcipuum ex Herodoto referam. Xerxem, inquit, Perſarum Regem, coactis ingentibus copiis in Græciam properantem, adiens Pythius quidam Lydus, elato animo fiducia munerum, quæ plurima obtulerat, his verbis alloquutus eſt: Domine indulgebiſne quiddam quod impetrare cupio, tibi leue conceſſu, ſed mihi pro D magno futurum? Xerxes nihil nõ potius illum, quàm quod petebat, petiturum ratus, ſe indulturum reſpondit, &, vt peteret, proloqui iuſſit. Pythius, Domine, inquit, quinque mihi liberi ſunt, quos omnes contingit in militiam tecum ire aduerſus Græciam: horum vni tu quæſo Rex miſertus mei, qui huc proceſsi ætatis, indulge militiæ vacationem, ei, qui natu eſt maximus: vt, & meipſius, & cenſus curam gerat; quatuor tecum vnà ducas: ita confectis quæ in animo habes, rurſus reuertaris. Quid igitur ille ad hæc? Scilicet vltro quod rogabatur conceſsit. Neutiquam. Sed nec ſenis canos reueritus, neq; patris in filium naturalem amorẽ, ferox ac frẽdens expertũ iuuenem mediũ ſecari iubet, perq; medias partes exercitũ traduxit.]

Quaſiti Tyrones.

Notis inuſti

S. Gregor.

Sacramento deuincti.

Vegetius.

Herodotus l. 7. Polymnia.

Immane factum.

Quatenus princeps dicatur corporum dominus.

Verùm, vt omittamus immanem illam ſæuitiam, quam nemo probauerit: ergone iure non poterit princeps ſubditos ad arma capienda compellere, & ad reliqua Reipub. munia obeunda, quæ per ſeipſum præſtare non poteſt? Imò poterit: quis enim neget armis tuendam eſſe Rempub. arces militum præſidio muniendas, hoſtem atque inſidiatorem à finibus propulſandum? Si itaque belli ratio iuſta fuerit, & in habendo delectu omnibus æquabilem ſe præbeat, iure conqueri nemo poterit: at ſi ſpes inſanas ſequutus, ſola gloriæ, aut proferendi imperij cupiditate ſeductus, vel etiam præter rationem ira percitus, bellis minimè neceſſariis populum atterat: aut aliis quidem præter æquum & morem militiæ vacationem indulgeat, alios contrà iugi labore enecet, culpa neutiquam vacabit. Neque enim ſic principem ſubditorum poſſidere corpora intelligendum eſt, vt pro ſua libidine abuti poſſit: ſed vt nouerimus eidem totis viribus eſſe parendum. Theoph. *ad §. 6. inſtit. de iure naturali: οὐ μόνον τῆς ὑμετέρας περιουσίας, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν τῶν σωμάτων ἐστὶ κύριος.* id eſt, non tantùm ſubſtantiæ, ſed etiam corporum noſtrorum Imperat. eſt dominus. Dicitur etiam corporum dominus, non tanquam pro mancipiis ciues habeat: ſed quoniam cùm Reipub. curam gerat, eamque ſua prudentia, decretis ac legibus moderetur, neceſſario iuſsis illius obtemperandum eſt, ſi quidem Rempub. ſaluam eſſe cupimus. Porrò illa parendi neceſsitas ad omnes pertinet, tenenturque ſinguli, quò princeps iuſſerit, eò conatum adhibere, niſi fortè aliter regni legibus conſtitutum ſit, aut perpetua cõſuetudine inueterauerit. Sunt enim apud

Non omnes vbique pariter ad delectum reſpondere neceſſe eſt.

qoos militaris labor non omnium eſt, ſed à quibuſdam duntaxat bella adminiſtrantur, qui iam inde à principio agris, ſtipendiis, priuilegiiſque totius populi, ac principum voluntate ac beneficio aucti atque ditati, reliquos ciues ſuo marte protegendos, regemque domi militiæque obſeruandum, atque armis hominibuſque inſtruendum ſuſceperunt, quemadmodum de

Diodorus.

Ægyptiis refert Diodorus Siculus lib. 2. cap. 3. qui etiam propterea tertiam partem vectigalium percipiebant. Apud maiores noſtros, cùm

Beneficia.

vt veriſimile eſt, initio ſoli Franci militarent, eiſdem beneficia quidem maiora maioribus, comitatus ſcilicet & ducatus, iam inde à Clo-

Aimonius monachus lib. 1. cap 7

Allodia immunia.

doueo Rege, vt apud Aimonium monachum notare poteris, minoribus autem allodia immunia, quæ nunc feuda dicimus, in tempus vitæ conferebantur, ſic vt ad heredes tranſmitti nequireot. Reliqua pars agri ſubacti Gallis allodij nomine, tributo ſiue penſioni obnoxia

Leudes.

S. Gregor. Turon l. 8. & 9 hiſtor. Francor.

relicta eſt, vnde & ipſi Leudes ſunt dicti, quo verbo nonnunquam S. Gregorius Turonenſis vſus eſt, neque aliud quam ſubditum ſignificare putatur. Inde adeò factum eſt, vt Galli quidem agros colerent, artes exercerent, mercaturæ incumberent, Franci verò militaribus negotiis potiſsimùm occuparentur: qui etiam

Gentiles, & Scutarij.

propterea Gentiles homines, & Scutarij dicti ſunt, mutuatis à Romanis nominibus, quibus illi militum ſuorum genus optimum denomi-

A nabant: quibus etiam agros, & latifundia conferre in ipſis imperij limitibus mos fuit, quo diligentius inde hoſtes arcerent, priuata vtilitate coacti. Cæterùm, etſi hoc dudum diſcrimen confuſum eſt, ſic vt noo potuerint Franci à Gallis diſcerni: & plures quidem Galli Gentiles & Scutarij, Frãci verò Leudes euaſerint, adhuc tamen ea ratio politiæ viget, vt cùm bellum ineundum eſt, ſolos nobiles bannus euocet, & ad comitandum regem armis inſtructos venire compellat: reliquos, qui neque Gentiles ſunt, neqoe Scutarij, neqoe etiam præterea feuda poſſident, liberos relinquat, ſtipendiis tantùm alliciat, inuitos non cogat. Videtur autem populos eam vexationem immenſis tributis cumulatè ſatis redimere. Quanquam regiæ

Ammianus Marcel. cũ pluribus locis, tum lib. 17.

B poteſtati in hac parte nihil præſcribo: nec vllatenus ambigo, quin poſsit, vbi neceſsitas poſtulet, quemlibet in periculi partem vocare.

Et ponet in curribus ſuis.] Aurigas ſuos eſſe iubebit. Horum conatum, & in agitando certamen, paucis verſibus Virgilius graphicè deſcribit:

Virgilius.

Currus.

Illi inſtant verbere torto,
Et proni dant lora, volat vi feruidus axis:
Iamque humiles, iamque elati ſublime videntur
Aera per vacuum ferri, atque adſurgere in auras.
Nec mora, nec requies. At fuluæ nimbus arenæ
Tollitur, humeſcunt ſpumis, flatuque ſequentum.

Tametſi autem de curribus tum accuratius dicturi ſumus, cùm de bellicis & falcatis in ſequentibus agendum erit: interim tamen pauca

Xenophon

C ex Xenophonte prælibabo. Is igitur lib. 6. Cyropæd. Superiore, inquit, tempore & Medi, & Syri, & Arabes, & Aſiatici omnes curribus ita vtebantur, vt nunc Cyreniaci. Viſum eſt Cyro, quod in exercitu præſtantiſsimum eſt, minimè conſentaneum foret, cùm optimi quique eſſent in curribus, id velitum vicem præbere, & ad vincẽdum non multum habere momenti. Currus enim trecenti præbent pugnantes quidem trecentos, equis autem hi vtuntur mille ac ducentis. Aurigæ verò hi ſont, vt veriſimile eſt, quibus optimates maximè fidem habent. Ij verò ſunt alij ad trecentos, qui nihil prorſus hoſti nocent. Hos igitur ſeſsiles currus

D ſuſtulit, pro his verò ad bellandum aptos parauit, validis rotis, quò noo facilè contererentur, & longis axibus, minus enim euertuntur lata omnia. Sellam verò fecit aurigis, ſicuti turrem, ex validis lignis. Harum verò currilium ſellarum altitudo eſt ad cubitos quinque, quò poſſint equi ab aurigis gubernari ſuper ſellas. Et aurigas loricis totos armauit, exceptis oculis, &c. Quæ ibidem ad pugnæ rationem attinent.

Facietque ſibi equites & præcurſores quadrigarum ſuarum.] Iam alias de equitibus, & eorum ad res bellicas vtilitate. Horum, vt opinor, apud Romanos veteres, Celeres ſeminarium fuerunt. Hos qua mente ac conſilio Romulus primùm inſtituerit docet Dionyſ. Halic. lib. 2. Rom. antiquit. Senatu, inqoit, ex centum ſenatoribus conſtituto, videns quod iuuenum quoque ſibi opus eſſet aliqua manu ad tutelam corporis, & quorum in rebus vrgentibus vteretur miniſteriis, ccc. robuſtiſsimos ex nobi-

Equites.

Dionyſ. Halicar.

Faciet-qvæ sibi eqvites, &c.

liſſimis familiis delectos circa ſe habuit, commendatos curiarum ſuffragiis quemadmodum ſenatores antea, denos pet ſingulas curias. His in vniuerſum fuit nomen, ſicut & nunc *Celeres*: vt plerique tradunt à celeritate miniſterij iuxta rationem Romani vocabuli. Hi per vrbem haſtati ipſum aſſectabantur, & iuſſi exequebantur miniſteria. In militia verò anteſignani erant & protectores, egregiaque horum opera exiſtebat in prœliis, quòd primi inirent pugnam, & poſtremi ſe reciperent: Equires quidem, vbi campus eſſet ad equeſtre certamen accommodus, pedites verò in aſpero ſolo & equis inuio. Hunc morem mihi videtur accepiſſe à Lacedæmoniis, comperto quod apud illos generoſiſſimi quique iuuenum erant in regia cuſtodia, quibus in prælio reges vtebantur protectoribus, equeſtri atque pedeſtri pugnæ idoneis.

Præcurſores quadrigarū. Ammianus

Et *præcurſores quadrigarum ſuarum*.] Hos ad pompam porius faſtumque regium, quàm ad militiæ munera referendos cenſeo: quanquam non ignorem *excurſatores & procurſatores* quoſdam ab Ammiano vocatos non ſemel, qui præcurrerent, iter faciente exercitu. Imò tres procurſatorum turmas idem commemorat in exercitu Romano lib. 24. quos curſores nuncupabat Mauritius de militia Romana; quòd ante agmen & aciem excurrerent, hoſteſque verſos in fugam perſequerentur. Verùm de his manifeſtius lib. 3. Reg. cap. 1. vbi Adonias, cùm regnum affectaret, feciſſe ſibi currus & equites refertur, *& quinquaginta viros, qui currerent ante eum*. Porrò nihil horum ad ſeruilem conditionem ſpectaſſe docet Scriptura 3. Reg. cap. 9. *De filiis autem Iſrael*, inquit, *non conſtituit Salomon ſeruire quemquam, ſed erant viri bellatores, & miniſtri eius, & principes & duces, & præfecti curruum & equorum*. Quod iterum 2. Paral. 8. iiſdem penè verbis reperitur: *Porrò de filiis Iſrael non poſuit vt ſeruirent operibus regis, &c.* cùm tamen referat miniſtros eius fuiſſe. Sed, vt opinor, qui regi ipſi, in his quæ notat, obſequium exhiberent, tametſi reipſa ſeruirent, non tam ſeruire, quàm communi Reipublicæ ſtudio Regem colere, obſeruare, tuerique cenſebantur. Illa namque, cùm in totius Reipub. emolumentum cederent, nuſquam viſa ſunt libertati ciuium derogare. Liberalia ſunt, & hominum ingenuorum officia, quæcunque ad Reip. adminiſtrationem defenſionemque, vel etiam principis cultum, tanta maieſtate dignum, referuntur. Hæc namque duo quilibet populus ſuo principi præſtare tenetur, in his quidem, quæ ad Rempub. tuendam pertinent, auxilium & obedientiam: in his verò, quæ ad ipſius perſonæ cultum requiruntur, opes & obſequium.

Versvs 12.

Et conſtituet ſibi tribunos & centuriones, & aratores agrorum ſuorum, & meſſores ſegetum, & fabros armorum, & curruum ſuorum.

Tribuni.

Chiliarchi, Ecatontarchi, Pentecontarchi, & Decadarchi, militares præfecti fuerunt, quorum frequenter Scriptura meminit. Chiliarchos, Tribunos vertit noſter interpres. Hos verò inſtituit Moyſes, vt præfecti eſſent mille hominibus. Dicuntur etiam Chiliarchi ἄρχοντες & ἀρχηγοὶ τῶν χιλιάδων, id eſt, principes Chiliadum, vt 12. cap. 1. Paral. *Transfugerunt ad Dauid de Manaſſe Eduad & Iezabub principes Chiliadum.* Et 24. *Dauid conuocauit principes Chiliadum.* Conſule Sigonium lib. 7. cap. 11. de Repub. Hebræor.

Sigonius.

Fabri armorum.

Et arare agriculturam ſuam, & metere meſſem ſuam.] Addiderunt Græci: καὶ τρυγᾶν τρυγητὸν αὐτοῦ, *& vindemiare vindemiam ſuam*. *Et fabros armorum ſuorum.* Frequens admodum de fabricenſium corporibus, munere, priuilegiis, &c. mentio in poſterioribus libris Codicis: & inibi Rubrica quoq; de fabricēſibus. His ſolis arcus, ſagittas, ſpathas, ſemiſpathas, loricas, contos, lanceas, ſcuta, galeas, & cætera id generis arma bellica facere permiſit Imperator Nouell. 85. De his Arcadius & Honorius Impp. Cod. de fabricenſibus: Stigmata, hoc eſt notæ publicæ, fabricenſium brachiis ad imitationem tyronum infligantur, vt hoc ſaltem modo poſſint latitantes agnoſci.] Nec propterea tamen ſeruos fuiſſe coniicias, cùm id fieret ad imitationem tyronum, qui vtique ingenui erant. Alioqui verò ſerui non in brachiis ſed fronte notabantur, iuxta illud Apuleii lib. 9. de Aſino: Frontes litterati, capillum ſemiraſi, & pedes annulati. Porrò quas olim habuerint Rom. Imperatores, cùm in Oriente tum in Occidente publicas armorum fabricas, vt vocat Cæſar, ſiue vt alii officinas, recenſet Notitia Imperii: quas nos vt parum nobis vtiles aut neceſſarias, omittimus.

Iuſtinianus & alii Imperatores.

Apuleius.

Notitia Imperii.

Quare cùm hæc vtilia, iuſta ac neceſſaria videri poſſint, tanquam denuntiatione periculi populo ad terrorem proponuntur. Item quæ populus ſuo principi præſtare debeat.

Ex vi Homagii, populus duo quædam ſuo principi debet, ſumptū, & obedientiam.

Cæterum ex vi Homagii, quod ſubiecti ſuo Regi Rempub. ſuſcipienti faciunt: quod ab ὁμοῦ, id eſt ſimul: & ἅγιον, quod eſt ſacrum, quaſi commune ſacrum ſeu iuramentum dicitur: duo quædam polliceri intelliguntur: quorum primum eſt: in ſalute Reipub. vnà cum eo procuranda, ſe totos in eius poteſtate futuros, nec imperata, ſi modò cum diuinis &

Digitized by Google

Eccleſiæ præceptis, & lege regni conſentiant, recuſaturos. Secuodum, ipſum quoque omni dignum cultu ac reuerentia habituros, ac pro eius ſtatus ac conditionis magnificentia abundè omnia præbituros. Ex his primò ſequitur, vt quæcunqoe princeps ad Reipub. adminiſtrationem defenſionemque neceſſaria eſſe duxerit, fieri iubere poſſit: populus verò ad ea pręſtanda, cùm ſumptus neceſſarios, tum etiam operæ ac ſtudij quantum ſatis eſt, conferre teneatur. 2. meritò qooque principem poſſe exigere, vt pro loci atque ordinis ſui ſplendore ac dignitate, ſibi familiæque ſuæ ad vſum & cultum, ac propriæ perſonæ cuſtodiam, populi impenſa ac labore ſuppeditetur. Iam verò neque pax, neque bellum vlla ratione adminiſtrari poteſt ſine pluribus tom ducibus, tum præfectis domi militiæque præpoſitis: vt hi quidem domi ius dicendo, ciuium ſeditiones compeſcant: illi armis cum hoſte pugnando, Rempublicam ab iniuria vendicent. Sed nec illi quidem publicis negotiis vacare poterunt, niſi ſtipendiis ex ærario poblico alantur. Verùm de ſumptibus aliàs. Certè aliunde niſi è populo legi non poſſunt. Electi verò atque à principe deſignati, eidem induſtriam ac laborem ſuum denegare nequeunt; cùm eidem obedientiam, fidem, & obſequium promiſerint, nec ipſe per ſe toti Reipub. ſufficiat: quam proptio quidem imperio regendam, communibus verò auxiliis tuendam ſuſcepit. Exodi 18. Iethro ad Moyſen: *Stulto*, inquit, *labore conſumeris & tu, & populus iſte qui tecum eſt: vltra vires tuas eſt negotium, ſolus illud non poteris ſuſtinere.* Et paulo poſt: *Prouide autem de omni plebe viros ſapientes, & timentes Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderint auaritiam, & conſtitue ex eis tribunos & centuriones, & quinquagenarios, & decanos, qui iudicent populum omni tempore: quicquid autem maius fuerit, referant ad te, & ipſi minora tantummodo iudicent: leuiuſque ſit tibi, partito in alios onere. Si hoc feceris implebis imperium Dei, & præcepta eius poteris ſuſtentare: & omnis hic populus reuertetur ad loca ſua cum pace. Quibus auditis Moyſes fecit omnia quæ illi ſuggeſſerat.* Hæc ibi. Quæ iterum Moyſes Deuter. 1. repetit: Deus verò etiam hoc ſtatuit Numer. 11. Nam cùm Moyſes qoereretur quòd ſolus tantæ multitudini ſatisfacere non poſſet, *Congrega*, inqoit Deus, *mihi ſeptuaginta viros quos tu noſti quòd ſenes populi ſint ac magiſtri, &c. Et auferam de ſpiritu tuo, tradamque eis, vt ſuſtentent tecum onus populi, & non tu ſolus graueris.*

Quare tribunoſq; regios vereri debuit populus

Iure igitur princeps poterit tribunos ac magiſtratus, tum militares, tum vrbanos ſibi aſciſcere: nec hoc cedit in vllam populi contumeliam aut incommodum, ſi modus ſeruetur: ſed hoc, vt reor, fore minatur, vt pro ſua libidioe plutes quàm pat ſit numero conſtituat, qui ſint, tanquam pro accepti beneficij memoria, illi potius obſequentes; quàm populo conſulentes. quod ſi fiat, triplici iniuria populus afficietur. Primùm, quod digniſſimus quiſque merito honore fraudabitur, cùm contra turpiſſimus quiſque in magiſtratuum deſignatione, quæ de principis arbitrio pendet, præferator. Princeps enim qui ſoa vitia notari extimeſcit,

A probis ac ſapientibos, qoorum virtutem odit, & arguendi libertatem ſuſpectam habet, iniqoior eſt; aſſentatores fauore proſequitur. Deinde, quod conſtitutis eiuſmodi præfectis ac ducibos, nullum iuſtum iudicium ſperari poterit: ſed corruptelæ potius expectari, & redemptæ largitionibus ſententiæ, quæ ius quidem iniuriam facienti tribuant, innocentem verò ſpoliatum, aot etiam malè multatum, calumniis atque infamia opprimant: denique impunita ſcelerum licentia. Poſtremò, qoòd pro Regis libidine aucto præter rationem præfectorum numero, plebem quoque grauiori tributo vexari neceſſe ſit. Hoc ſcilicet notare voluit, cum ait: *Conſtituet ſibi tribunos, &c.* quaſi diceret: Olim quidem tribunos & centuriones

B habuiſtis, quos veſtro ſuffragio, virtute ac ſapientia præditos elegiſtis, & illos quidem certo numero conſtitutos, perinde vt è re veſtra eſſe iudicaſtis: qui cùm eſſent ſtudioſi æquitatis, & boni commuois amatores, Rempub. domi militiæque vtiliter adminiſtrabãt: at verò deinceps ſi Regem vobis ipſis præfeceritis, cùm eorundem deſignatio penes illum futura ſit, omnia ſecus accident: nam plures qoidem ille conſtituet, qui vos ſumptibus exhaurient; deinde & iis moribus quos maximè odiſtis, iuris & æqui contemptores, auaritiæ ac moneribus inhiantes: veſtrum autem præſtantiſſimus quiſque, qui præfecturas meritis conſequi debuerat, turpiter & indignè repulſam patietur. Sibi enim, non vobis illos conſtituet: & illi Regi

C ſuo placere ſtudebunt, non vobis proſpicient.

Ordinariorum militum multiplex iniuria

Porrò etſi harum præfecturarum appellationes tam militaribus quàm ciuilibus magiſtratibus promiſcuè tribui poſſint, arbitror tamen iſto loco de militaribus potiſſimom intelligendas. Illæ namq; præ cæteris populo terrorem incutiunt. Nam cùm ſint tutiſſimis prooinciæ locis in pręſidio collocatæ, dies noctéſq; populi ceruicibus imminent, ne fortè iugum excutiat. Præterea nulla ratio æquè inſolens, vt militum, quibus cùm reſiſtere non poſſis, vt pote ferro atque autoritate armatis, indigniſſima quæque ac moleſtiſſima ferenda ſont. Itaque illos ciues odio proſequuntur, & timent. Nam præterea incommoda, quæ ab iiſdem accipiunt, omnes quoque principis iniurias illis acceptas referũt: quem citò ad frugem bonam ſe recepturum opinantur, niſi hos nactus eſſet tyrannidis ſuæ

D adminiſtros, quibus deterrimum eſſe principẽ totius compendij loco eſt. Eſt ergo, vt mihi quidem videtur, is ſenſus verborum iſtorum. Regem poſtulatis, qui vos ab hoſtium furore defendat, is verò, vt hoc efficere poſſit, neceſſe eſt exercitum ſibi comparet, & tribunos ac centuriones ſuis copiis præficiat. Equitum etiã turmas cõgregabit, & currus ad pugnam idoneos: hiſque omnibus inſtructus de hoſte victoriam reportabit. Verùm, vbi iam diſcrimẽ euaſeritis, & hoſtium fuerit cõpreſſa ferocia, non, vt olim eueſtigio dimittetur exercitus, & vnuſquiſque ad ſua ſe recipiet: ſed delecto fortiſſimo quoq; ac prõptiſſimo milite, arcibus veſtris præſidia imponet: & quæ in hoſtes antè parauerat, iiſdẽ poſtea ad euertendam libertatem veſtram abutetur;

tetur; ſic planè, vt redacta in ſeruitutem prouincia, per tribunos ac centuriones, quibus vos obniti aut contra hiſcere non audebitis, duriſſima qoæque facere ac pari imperet.

Sed neciis tantum opus habebit, qui copias ducent, aut militibus imperent, vel etiam in propognaculis collocentur, verumetiam armis & machinis, quibus miles, & arces inſtrui poſſint. Hæc vt effecta teddat, peritiſsimos ex vobis opifices, fabros ſuos conſtituet, oecaliis vacare permittet: ſed conſtituto pro ſua voluntate ſalario, veſtro labote atqoe induſtria perfruetur. Verùm ſit illa paucorum iniuria, nec digna habeatur, quæ vos ab optando rege auertat: communibus certè impendiis, poblicoque tributo erunt illæ armotum fabricæ fouendæ ac ſuſtentandæ. B Quapropter etiam immenſis poſt modum vectigalibos opprimemini. Hæc ſunt præcipua, vt reor, officia, quæ ad rerum publicarum curam ae ſollicitudinem requiruntur, opificia item & artes: nam reliqua, quibus paſsim Reſpub. indiget, ex priuatis officinis peti poſſunt, arma tantùm fieri publicè intereſt, quoniam illa pacis tempote apud priuatos obſoleſcunt: Princeps autem ſemper curare debet, ne armando militi, quotieſcunque neceſſitas poſtulet, apparatus deſit.

Ad hæc accedit eiuſdem principis cura familiaris atque cuſtodia, quæ plures ſumptus, miniſteria & artes officiaque requiruot. Nam victus quidem & veſtitus ſplendidus ac magnificus exhibendus eſt, & epulæ lautæ atque exquiſitæ præbendæ. C Varia itidem ſupellex, autum & marmora conferenda ſunt, & aromata multa comparanda. Miniſterium quoque egregium ac magnificum principem decet, multiplici officiorum genere diſtinctum atque inſtructum. Nam & ſatellites habet neceſſarios, & famuli plures illi adeſſe debent, & curſores, & miniſtri, Comites palatini, αὐλάρχαι, & σωματοφύλακες. Neque enim contra ſceleratorum audaciam maieſtas ſatis ſua dignitate ſepta eſt abſque viribus. Tacitus 1. Annal. Miles forum, miles domum comitabatur Cæſarem. Et Seneca 1. de Clementia: Somnum eius nocturnis excubiis muniant, latera obiecti circunfuſiqoe defendant, incurrentibus periculis ſe opponant. D Nam imperanti etiam à proximis & conſanguineis eſſe cauendum docent exempla quoridiana. Siquidem nec cognatorum communia ſtudia, valdè firma ſunt repagula. Nam vt tyrannorum vox fuit, ſi ius violãdum eſt, regoandi cauſa violandum; neque vlla eſt amicitia tam arcta, nolla familiaritas tam ſancta, quam animus regnandi cupidus, non contemnat, & violet, & abutatur in fraudem & perniciem imperantis amici. quis affinibus aut conſanguinibus vitam credat, cum filij in patentom necem conſpiraſſe legantur, vt quondam Abſalom, cum patre optimo ac clementiſsimo in ſeipſum vteretur? Ideo ad corporis cuſtodiam armatos habere decet principem, quales non modò Romulus, Auguſtos, aliq; reges tum Græci tum barbari, verumetiã ſanctiſsimi qoique habuiſſe leguntur. Neque enim vel ſanchiſsimos, prætet etiam maieſtatẽ, teligio defendit: ſed ipſi quoq; periculis obno-

Cuſtodia corporis principi neceſſaria.
Tacitus.
Seneca.

A xij ſunt, & inſidiis impiorom appetuntur. Teſtis S. Ludouicus, in cuius necem quidam Aſſaſinorum princeps conſentire potuit, miſſiſque aliqoot ſicariis clam ex inſidiis opprimi mandauit. Verùm, Deo agente, ante ſceleris pœnitentia ductus quàm perficeretur, miſſos à ſe petcuſores prodidit: quos idem mitiſsimos æquè ac innocentiſsimus deprehenſos ac confeſſos, ad ſaniora conſilia adhortatus, venia donauit, liberoſqoe abire permiſit. Numerum autem cuſtodum auxit, non tam periculi metu, quod ſe ſolo Deo cuſtode ac præſide vitare poſſe credidit, qoàm vt ablata ſpe perpetrandi facinoris etiam voluntatem, quæ ſola ad reatum ſufficit, adimeret. Habuiſſe etiam ſuos corporis cuſtodes Dauidem manifeſtè patet 2. Reg. cap. 11. B cùm narratur Vrias ante ianuam regis excubaſſe vnà cum ſeruis domini ſui, nec à Rege perſuaderi potuiſſe, vt in propriam domum deſcenderet. Potuerunt autem illi ex iiſdem tribunis ac centurionibus eſſe, qoos à Rege aſſomendos Deus prædicit: non enim illos Reipobl. adſcripturum ait, ſed ſibi: hoc eſt ſibi, non Reipub. operam nauaturos. Nam ſi Reipub. vtilitatibus inſeruirent, quæ de his quercla eſſe potuit? ſed tum demum non ſine aliqua tatione, vt videtur, de tribunis & ceoturionibus popolus conqueritur, cùm ab hoſte quidem laceſſendo abſtinent: Regem autem in media ciuitate ſic armis præter motem ſtipant ac vallãt, tanquam in hoſtili ſolo verſetur. Nam prætterquam quod ærarium ſtipendiis minimè neceſ- C ſariis exhauriunt, ciues hoſtium in numero haberi videntur: quam iniuriam innoceotes ac immeriti grauiſsimè ſemper acceperunt, & nonnunquam etiam ex amiciſsimis, quod ſe credi potaoerunt, boſtes infenſsimi euaſerunt.

Quæ autem deinceps ſequuntur, partim ad corporis curam opeſque congerendas, partim ad familiæ procurationem ſpectant: quæ ſi moderatè princeps à populo expetiuerit, omnem criminandi anſam amputabit. *Nemo*, namque, vt ait Apoſtolus, *ſuis ſtipendiis militat*: ſed cuicunque populus Rempub. mandauerit, eundem quoque alere, ac neceſſario ſumptu fouere obligatut, oon ſolùm iuriſiorandi religione D qua ſe principi obſtrinxit, ſed etiam lege conſcientiæ, quæ prohibet qoemquam legitima mercede fraudare. Quod tametſi tationi conſentaneum appareat, idcirco tamen antè populo denuntiatur, quod ſine dubio moleſtè laturi ſiot, cùm ſe oon ſibi ſuæque familiæ, ſed principi operam impendere intelligent. Sed enim cùm ſimus impatientes laborum, voluptaris autem & inertiæ cum primis amantes, haud aliter laborem æquo animo ferimus, quã ſi ille nobis ad comparanda vitæ ſubſidia neceſſariò impoſitus appareat. quòd ſi prætetea ad cuiuſquam vtilitatem labor aſſumendus ſit, ex quo nullum mercedis aot quæſtus emolumentum ſpetemus, animo deficimus: neque acetbios quicquam experiri contingit, quàm ſine pretio aut fructu tolerare operis moleſtiam. Porrò intet labores duriſsima ſemper viſa eſt agricolarum indoſtria. Nam primò quidem terram arare, & ſulcos ducere, agros fodere ac

Agricolarũ labor grauiſſimus.

Et conſtituat ſibi meſſores, &c.

A tepaſtioate, & cætera ruſtici operis munia obire non ſine multo ſudore atque defatigatione poſſumus. Deinde cum hæc in agris paſſim, & non ſub tecto, quemadmodum teliqua opificia ſolent, peragātur, penè ſemper imbrem aot ventos, æſtum aut frigora ſufferte neceſſe eſt: quas omnes difficultates perpeti vix vnquam Ruſtici in animum inducerēt, ſi noo præſentem ærumnam ſpe potiundæ meſſis lenirent. quòd ſi ea expectatio nulla futura oſtendatut, tanquam ſi periclitantibus in mari cyooſura euaneſcat, animum illico deſpondebunt, ſtudiumque colendi remittent. Verùm alij quidem, ſi quando ſpem abiecerint, hoc vno miſeriam ſuam ſolantur, qood quieſcant: at vobis pariter non licebit. Tametſi enim frueodæ ſpes frugis eripiatur, B haud tamen propterea à labore ceſſare, aut quieti indulgete ſinemini: ſed par quidem opus fructum ſperantibus à Rege imperabitur, & arua qua ſoletis moleſtia iterabitis, meſſes etiā comportabitis: verùm non vobis aut filus, ſed Regi veſtro recondetis: oeque aliud operis veſtri præmium conſequemini, quàm vt à Rege veſtro gratiam incatis; aut certè malè nauatæ operæ ſupplicium euitetis. Quo ſtatu rerum quid eſſe poſsit infœlicius? Quòd ſi illa coodi-tio diſplicet, nec tali ſorte contenti eſſe poteſtis, tantiſper dum deliberandi iure gauderis, Regem nolite accetſete: ille ſiquidem horum malorum omnium fons & origo futurus eſt.

Varro lib. 1 de re ruſtica ca. 45.

Et *meſſores ſegetum.*] Occaſione ſegetum nonnulla quæ occurrebant placuit ex Varrone deſcribere. In ſegetibus frumentum eſt quod C culmus extulit. Spica ea, quæ mutilata noo eſt, in ordeo, & tritico tria habet continentia. Granum, glumam, ariſtam, & etiam primitus ſpica cùm oritur vaginam. Granum dictum, quod eſt intimum ſolidum, gluma, qui eſt folliculus eius. Ariſta qoæ vt acus tenuis longa eminet è gluma. Proinde vt grani theca ſit gluma, & apex ariſta. Ariſta & granum omnibus ferè notum, gloma paucis. Itaque id apud Ennium ſolum ſcriptum ſcio eſſe in Euhemeri libris verſis, videtur vocabulum etymon habere à glubendo, quòd eo folliculo deglubitut granum. Itaque eodem vocabulo appellant fici eius, quam edimus, folliculum. Ariſta dicta, quod areſcit prima. Gtanum à gerendo. Id enim ſeritut, vti ſpica gerat frumenrum, non vt glumam, aut ariſtam gerat; vt vitis ſeritur, non vt D pampinum ferat, ſed vuam. Spica autem, quam Ruſtici, vt acceperunt antiquitus, vocant ſpecam, à ſpe videtur nominata. Eam enim quòd ſperant fore, ſerunt. Spica murica dicitut, quæ non habet ariſtam: eę enim quaſi cornua ſunt ſpicarum, quæ primitus cùm oriuntur, neque planè apparent, qua ſublatent herba ea vocatur vagina, vti quæ latet conditum gladium. Illud autem ſumma in ſpica iam matura, quod eſt minus, quàm granum, vocatur frit. Quod in infima ſpica, ad culmen ſtramenti ſummum, item minus quàm granum eſt, appellatur vtruncum. Hæc Varro.

A

VERSUS 13.

Filias quoque veſtras faciet ſibi vnguentarias, & focarias, & panificas.

QVAM periculosè filiæ educentur extra curam parentum atque prouidentiam, reſtis eſt Dina filia Iacob, quæ paterni tabernaculi vix dum limen egreſſa, rapta atque compreſſa eſt. Nunc itaque ad iniuriam accedit quoqoe pudoris periculum, præ cuius iactura nulla clades maiot hooeſtis familiis inferri poteſt.

De variis vnguentorum generibus & eorumdem multiplici vſu.

B VNGVENTARIAS.] Vnguentarius eſt qui vnguenta conficit ac vendit, à Græcis Myropola dicirur. Viles autem habiti ſunt vnguentarii. Nec mirum, Catanæus inquit, cùm vnguentum ſit materia luxus maximè ſuperuacui. Vnde ſcribit Plinius, Licinium Craſſum, & Iulium Cæſarem Cenſores edixiſſe ne quis venderet vnguenta exotica (ſic enim peregrina appellauerunt) & Auguſto à M. Antonio exptobratum legimos proauum habuiſſe, qui modò vngueotariam tabernam, modò piſtrinū exercuiſſet. Seneca etiam lib. 4. naturalium quæſtionum, tradit vnguentarios à Lacedæmoniis expulſos, & ptoperè cedere finibus iuſſos, quia oleum diſperderent. Solon Athenieoſis legibus ſuis vetuit viros vnguēta vendere. Socrates item apud Xenophontem conuiuio prohi- C bet adhiberi, muliebre eſſe dictitans, vnguentis inungi: viros potius decere gymnaſticum oleū. Quare etiam Sophocles Venerem, vnguento perfuſam, Palladem oleo delibutam affingit. *κ; τὰς θυγατέρας ὑμῶν λήψεται εἰς μυρεψοὺς, & filias veſtras toller in vnguentarias.* Septuag. interpr. *μῦρον* autem ſiue vnguētum, vt Chryſippo placuit, inde appellatum eſt, quia *μετὰ πολλοῦ μόχθου καὶ πόνου ματαίου γίνεται*, multo labore, inanique ſtudio paretur. Rem ipſam magis explicat S. Iſidorus lib. 4. Origin. cap. 12. Vnguentum, inquit, eſt omoe qood ex cōmuni oleo coofectum, aliarū ſpeciemm cōmixtione augetur, odoris iucūditatem ſumens & longius redolens. Quo ſenſu etiam vnguentum apod Dioſcoridem accipiendum docet Andreas Matthiolus lib. 1. c. 42. vbi ſic oleum ab vnguento diſtinguendum monet, vt illud quidem, ſit ſyncetum hoc, quod ex her- D bis, floribus, ſeminibus, aut etiam arborum plantarumve ſuccis, gummi, aut lacrymis exprimitur: *vnguentum* autem, quoduis oleum aliis quibuſdam ſimplicibus permixtū, & ſpeciebus aromaticis cōditom. De quibus multa tradit vnà cum Dioſcoride Matthiolus tum eodē cap. tum ſequent. At prætereavnguentorum, vt inquit Hiceſius lib. 2. de materia apud Athenæū lib. 15. Deipnoſoph cap. 12. alia vocāt illitos ſiue *τὰ χρίσματα*: alia inonctiones, *ἀλείμματα*. *χρίσματα* Dalechampius interpretator quæ fiunr è ſuccis & oleo, ſimpliciora: *ἀλείμματα*, quæ ex multis odorib⁹ maceratis, operoſiora. Simplicia itē, & cōpoſita diſtinguit S. Iſidorus. Simplicia enim ſūt, vt ait, quę vna tantū ſpecie exiſtūt vnde & ſui nominis referūt odoratū, vt anetinum:

Vnguentarii viles.

Plinius.

Seneca.

Vnguentarii muliebre ſtudium.

Xenophon

Vnguenti notatio nominis & varia ſpecies

S. Iſidorus.

Matthiolus

Athenæus.

Dalechampius.

Digitized by Google

eſt enim ſyncerum ex oleo & aneto tantùm. Compoſita, quæ pluribus admixtis fiunt, vnde & nominis ſui odorem non habent: quia obtinentibus aliis quæ admiſcentur, incertum odorem ducunt, vt cerotum, caleſticum, marciatum. Hæc ille. Secernendum eſt etiam vnguentum, vt tradit Hermolaus, ab illa compoſitione tenaci, qua chirurgi vtuntur ad curanda vulnera. Potius enim ad pinguem quendam liquorem accedebat, quo deliciarum & luxuriæ gratia, nonnunquam etiam valetudinis, os & caput in conuiuiis inungebant, aut etiam totum corpus à balneo. Conferendi etiam cauſa roboris, aut parandæ lubricitatis, qua impetus antagoniſtæ eluderetur, athletarum corpora ſuo ceromate perfundebantur. Vnguenti nomine quid in legatis intelligendum ſit, tradit Pomponius ff. de auro & argento & cæteris legatis. l. 21. Vnguentis, inquit, legatis, non tantùm ea legata videntur, quibus vngimur voluptatis cauſa, ſed & valetudinis, qualia ſunt commagena, glaucina, crina, roſa, mura, colum, nardum purum. Hoc quidem etiam quò elegantiores ſint & mundiores, vnguntur fœminæ.]

Hermolaus.

Pomponius ff. de auro, &c.

Crina pro Iliacis, roſam pro rhodinis vnguentis: muram, colum, alij legunt myrrham, coſtum.

Cæterum vnguentis Orientales populi ſupra modum oblectati ſunt, maximè verò reges, qui præ cæteris ſemper omne genus deliciarum impenſius conſectati ſunt. Sed nec ab his quidem Hebræi abhorruerunt, cùm ab initio, vt patet Geneſ. 27. quo loco veſtimentorum Eſau fragrantiam Scriptura commendat: tum præcipuè ab eo tempore, quo thymiama religioni conſecratum magnifacere inſtituti ſunt. Tametſi enim illo vti, quo Dei templum fumabat, quod altaria redolebant, ſeuerè interdictum eſſet: licuit tamen vulgaribus perfrui. Et alioquin ea regio præſtantiſſimis odoribus referta erat, vicinaque Sabæis, ex quorum commiſtis aromatibus vnguenta fragrantiſſima conficiebant. Soli autem balſamum odoratiſsimum fruticem in vineis Engaddi colebãt, lacrymamque ſuaueolentiſsimam alabaſtris excipiebant. Sed & reliquis aromatum ſpeciebus ita abundabant, vt quemadmodum alij Reges ærarium, & armamentaria, ſic horum quoque reges domos aromatum, in quibus vnguenta & odores reconderentur, haberent. Sic enim poſt Salomonem etiam de Ezechia legitur 4. Reg. cap. 20. *Oſtendit legatis Baladan Regis Aſſyriorum domum aromatum & vnguenta.*

Orientales & Hebræi vnguentorũ ſtudioſi.

Vnguentorũ vſus.

At verò quis horum vſus eſſet apud eos, ſi quæritur, plurimus vtique in funeribus, & condiendis mortuorum corporibus: nam & hoc quoque Domino præſtitum legimus: vt ea ſcilicet à putrefactione illæſa tuerentur. Præter quod etiam magna copia in exequiis ſpargebantur, & incendebantur, ne quis fortè viuos affecti corporis grauis odor offenderet, adeò magna vi, aut etiam ambitione, vt Scriptura loquitur, vt eadem cenſura notauerit. Nam de Aſa Rege vita functo 3. Reg. cap. 16. refertur, quòd poſuerint eum ſuper lectum ſuum, plenum aromatibus, & vnguentis meretriciis, quæ erant pigmentariorum arte confecta, & combuſſerint ſuper eum ambitione nimia. Fuit ſa-

A uè ea natio florente quondam Repub. fragrantiæ atque odorum ſtudioſiſsima: nunc, quod vbique apud omnes putida ac fœtida audit, id ſcilicet Eſaias longè ante prædixerat, cùm diceret: *Et erit pro ſuaui odore fœtor.* Cæterùm quàm varia & multiplex fuerit apud antiquos vnguẽtaria ſupellex, docet Athenæus lib. 15. cap. 12. Deipnoſoph. S. Iſidorus Orig. lib. 4. cap. 12. Alia ſiquidem à locis in quibus conficiebantur, alia à materiæ ſuæ qualitate, plurima etiam ab iis, qui ea primùm compoſuerant nomen inueniſſe referunt: quæ inde petat quiſquis volet vnguentorum officinam inſtituere.

Poſtremò quibus potiſsimum corporis partibus viui apud Hebræos inungerentur, Scriptu-
B ra non meminit. De Græcis Athenæus hæc habet: Antiquos in vnguentorum vſu fuiſſe curioſos, ac diligentes, hoc eſt indicio, quod priuatim vnicuique parti corporis idonea ſcirent. Antiphanes in Vinoſis.

Quæ corporis partes vngerentur?

Athenæus lib. 15. cap. 12. Deipnoſoph.

Lauatis aureo quodam ſolio: vnguento
Aegyptio pedes linit & crura:
Phœnicino buccas, & vbera:
Siſymbrino verò vtrumque brachium:
Amaracino ſupercilium & comam,
Serpyllino ceruicem atque genua.

Mytonides lib. de vnguentis, docet veteres ad compotandum caput pinguibus vnguentis madefeciſſe, quo certius vini vis, quæ cerebrum
C petit, dilueretur. Craſsiora tamen vnguenta Athenæus reprobat lib. 2. Caput verò & pectus valetudinis gratia priſcos oblcuiſſe, quòd vtraque ſedes eſſet ſenſus atque animi. Placuit tamen Diogeni pedes magis inungi, quòd à capite odor in aërem diſsipetur à pedibus verò in caput rectà feratur. Itaque & ipſe vnguentatis quandoque pedibus inceſsit, & plures idem feciſſe narrantur ab Athenæo, libro 12. cap. 12. Et iterum lib. 15. cap. 12. Meminit etiam Plautus in Aulularia Myrobathrariorum, qui calceamenta muliebria vnguentis imbuebant. Euangelium certè docet Chriſtum Dominum à Magdalena capite ac pedibus pretioſiſſimo vnguento fuiſſe delibutum. Sed putant interpretes, cum quibus etiam Cæſar Baronius ad annum Domini 32. tomo 1. illud inſolens ac præter morem gentis non ſine myſterio contigiſſe. Nam nec apud
D Græcos quidem aliquando fuiſſe in vſu, vt pedes vnguentis illinerent, Athenæus tradidit: præter luxurioſos admodum paucos, & virgines, quæ Athenis etiam pedes imbuerent, vt idem refert, inquit Baronius, Deipnoſop. lib. 12. cap. 30. Sed nec Romæ quidem, quo genus omne deliciarum ex omnibus orbis partibus confluebat, ante Neronem, quem Marcus Otho veſtigia pedum tingere docuit, quemquam hoc tentaſſe, Plinius autor eſt naturalis hiſtor. lib. 13. cap. 3. Hæc illi. Vnde colligunt, ne Iudæis quidem ante hæc tempora vſurpari potuiſſe. Mirum eſt igitur, quomodo Phariſæus tam perditæ nouitatis mulierem, aut certè Dominum non arguerit, aut facti inſolentia in grauiores contumelias non eruperit. Deinde ſi ſic concludimus, negandum erit quoque Iob aliquando butyro pedes

Pedũ inunctio.

Baronius.

Iob. c. 29.

Filias veſtras faciat vnguentarias.

laniſſe, quoniam hoc egiſſe poſtea neque Græcos, neque Romanos legimus. Setò ad nos voluptates peruenerunt, ipſo pene Orientis atque Aſiæ faſtidio compulſæ, quas iam inde ab aureo ſeculo copia rerum, ingeniorumque ſolettia occupauerant. Illas tamen vbi ſemel complexi ſumus, earum inſano amore capti, ſuperiores omni dedecore ac flagitio ſuperauimus. Quis enim Aſiaticorum quenquam vllo in tempore piſcinis vnguento nobili, aut croco infectis nataſſe comperit, quod feciſſe Heliogabalum Romæ Lāpridius memorat? Fertur etiam aliud genus voluptatis, inquit Spartianus, quod Verus inuenerat. Nam lectum eminentibus quatuor anacliteriis fecerat minuto reticulo vndique incluſum, eumque foliis roſæ, quibus demptum eſſet album, replebat, iacenſque cum concubinis, velamine de liliis facto ſe tegebat, vnctus odoribus Perſicis. At verò iam inde ab Heronm temporibus Orientales odoribus pedes vnxiſſe, tametſi vno verbo probare poteram, malo tamen pluribus, ad demonſtrandas eotundem profligatiſſimas delicias, ex Curtio referre. Is igitur, cùm lib. 8. ſermonem de Regibus Indiæ inſtitueret, ad hunc modum perſequitur. Cùm Rex in publico conſpici patitur, thuribula argentea miniſtri ferunt, totum iter per quod ferri deſtinauit, odoribus complent. Aurea lectica margaritis circumpendentibus tecubat. Diſtincta ſunt auro & purpura carbaſa, quæ indutus eſt. Lecticam ſequuntur armati, corporiſque cuſtodes. Inter quos ramis aues pendent, quas cantu ſeriis tebus obſtrepere docuerunt. Regia auratas columnas habet: totas eas vitis auro cælata percurrit: auiumque, quarum viſu maximè gaudent, argenteæ effigies opera diſtinguunt. Regia adeuntibus patet. Cùm capillum pectit atque ornat, tunc reſponſa legationibus, tunc iura popularibus reddit. Demptis ſoleis, odoribus illinunt pedes. Venatus maximus labor eſt, incluſa viuario animalia inter vota cantuſque pellicum figere. Binorum cubitorum ſagittæ ſunt, quas emittunt maiore nixu quàm effectu: quippe telum, cuius in leuitate vis omnis eſt, inhabili pondere oneratur. Breuiora itinera equo conficit. Longior vbi expeditio eſt, elephanti vehunt currum: & tantatum belluarum corpora tota contegunt auro. Ac ne quid perditis moribus deſit, lecticis aureis pellicum longus ordo ſequitur. Fæminæ epulas parant. Ab iiſdem vinum miniſtratur, cuius omnibus Indis largus eſt vſus. Regem mero ſomnoque ſopitum, in cubiculum pellices referunt, patrio carmine noctium inuocantes Deos. Hactenus Curtius. Cæterùm quas vnguentarias interpretati ſumus, pigmētarias vertit S. Pagninus. Et 4. Reg. c. 9. narratur Iezabel ſtibio pinxiſſe oculos ſuos. Veruntamen רָקַח *rachabh* magis eſt vnguenta diuerſis ex aromatibus coquere, quàm pigmenta & fucos: tametſi etiam pigmentarij nullo diſcrimine pro vnguentariis accipiantur.

Lāpridius in vita Heliogabali.
Spartianus in Aelio Vero.
Curtius.
Luxus perditus Indiæ regum.
S. Pagninus

E t *focarias.*] Focaria veteribus dicebatur concubina, quam domi habebant ad curam rei do- A meſticæ. οἰκίδια παλλακὶς, quaſi περὶ ἑστίαν σωτῆρες, Cod. de donationibus inter virum & vxorem. l. 2. Si ancillam nummis tuis comparatam eſſe præſidi prouinciæ probaueris, donationiſque cauſa focariæ tuæ nomine inſtrumentum emptionis eſſe conſcriptum: eam tibi reſtitui iubebit. Nam licet ceſſāte iure matrimonij donatio perfici potuerit: milites tamen meos à focariis ſuis hac ratione fictiſque adulationibus ſpoliari nolo. Hæc Antoninus Imperator. Ex quo patet focarias fuiſſe militum amicas, ſiue concubinas. Differt autem concubina à meretrice, quòd illa cum vno tantum peccat: meretrix cum multis. Seu potius non peccat omnino focaria, ſed integro matrimonij honore non fruitur. Quapropter concubinatum, ſemimatrimonium, & B coniugium inæquale ius ciuile vocat, quod & aliquando approbauit. Ipſa concubina ὁμόγαμος à Zonara, viceconiux in antiquis inſcriptionibus. Concubina vxorem imitatur Iulianus ait: ff. de concub. Tales, vt opinor, erant Zelpha & Bala, Liæ & Rachelis ancillæ, mariti autem legitimæ quidem vxores, ſed non pari ſorte & honore, quod ad ius familiæ pertinet. Et has quidem approbat Cōcilium Toletanum. Pellices verò, quocunque nomine vocentur, vnà cum Cōcilio Tridentino damnat & execratur. ſic enim decernit cap. 17. eſt autem illud 1. circa annum Domini 402. Si quis habens vxorem fidelis, habeat & concubinam, non communicet. Cæterùm is, qui non habet vxorem, & pro vxore concubinam habet, à communione non C repellatur: tamen vt vnius mulieris, aut vxoris, aut concubinæ ſit coniunctione contentus. Item ſanctus Iſidorus de diſtantia noui & veteris Teſtamenti. Chriſtiano, non dicam plurimas, ſed nec duas ſimul habere licitum eſt, niſi vnam tantum aut vxorem, aut certè loco vxoris (ſi coniux deeſt) concubinam. Apud Gratianum autem diſtinct. 32. Concubina hîc intelligitur, quæ ceſſantibus legalibus inſtrumentis vnita eſt: & coniugali affectu aſciſcitur. Hanc, coniugem facit affectus, concubinam verò lex nominat. Huiuſmodi etiam concubinas Tridentinum Cōcilium ſeſſ. 24. cap. 8. prorſus abdixit, niſi primùm ſa- D cramenti benedictione legitimæ copulæ autoritatem & vſum conſequantur.

Filias veſtras faciat focarias.
Focariæ quo munere functæ apud veteres.
Concil. Toletan. & Trident.
S. Iſidorus.
Gratianus.

Et ſi verò plurimas eius generis focarias Iudæorum reges olim ſibi aſciuiſſe hiſtoriarum monumenta loquantur, nihil tamen ad rem præſentem faciunt: quoniam hîc non eiuſmodi intelligere licet, ſed quæ à foco ſint dictæ, coquinarias aut culinarias, quas ſcilicet ad parandos cibòs, & neceſſarium culinæ vſum adhibiturus ſit. Sic enim 70. verterunt μαγειρίσσας, Hebraicè טַבָּחוֹת *tabaoth*, quas reliqui omnes coquas, aut culinarias, ſolus ſanctus Hieronymus prorſus eodem ſenſu *focarias* reddidit. Sed nec id generis focariæ Iureconſultis penitus ignotæ ſunt. Si quidem Vlpianus ff. de inſtrumento legato l. 12. § 5. & 6. Trebatius, inquit, amplius etiam piſtorem & tonſorem, qui familiæ ruſticæ cauſa parati ſunt, putat contineri. Item fabrum, qui villæ reficiendæ cauſa paratus, & mulieres,

Altera ſpecies focariarum, quæ huic loco magis conuenit.
Vlpian. ff. de inſtrum. legat.
Cod. de donat.

quæ panem coquant, quæque villam ſeruent. Item molitores, ſi ad vſum ruſticum parati ſunt. Item *focariam*, & villicam: ſi modò aliquo officio virum adiuuet. Item lanificas, & cæt. Quis verò putet *focaria* nomine amicam quoque eſſe legatam? Et iterum §. 6. Sed, an inſtrumenti inſtrumentum legato inſtrumento continetur, quæritur. Hæc enim quæ ruſticorum cauſa parantur, lanificæ & lanæ, & tonſores, & fullones, & focariæ, non agri ſunt inſtrumentum, ſed inſtrumenti: puto igitur etiã *focariam* contineri. Sed & lanificas & cæteros, quos ſupra nominauit. Et ita Seruiũ reſpondiſſe, auditores eius referunt. Hactenus ibidem. Vix autem mihi perſuadeo, ſi *focaria* concubinam ſignificet, inſtrumento fundi contineri. Vt enim fingamus clementiſſimos olim fuiſſe dominos ac patres familias, vix tamen credi poterunt mancipijs ruſticis amicas comparaſſe, quò eorum libidinem domeſtico lenocinio explerent. Deinde, nec amica cuiquam legari poteſt; cùm amore arbitro eligatur, alieno iudicio ac ſenſu commendari non poſſit. Magis eſt igitur, vt has *focarias*, ad id quod antea diximus, referamus.

Muliebris induſtria olim in pane coquendo enituit.

ET *panificas.*] Laudat Archeſtratus in ſua Gaſtronomia piſtores Lydios, aut Phœnices, quibus tamen Athenæus præferendos cenſet Cappadocas. Apud pleraſque tamen nationes mulierum ſtudium id fuit, vt panes conficerent. Nuper ex Trebatio audiuimus. Accedit

Plinius.

Plinius lib. 18. Natural. hiſt. cap. 11. Piſtores, inquit, Romæ non fuerunt ad Perſicum vſque bellum, annis ab vrbe condita ſuper quingentos octoginta. Ipſi panes faciebant Quirites, mulierum id opus erat, ſicut etiam nunc in plurimis gentium. Artoptam Plautus appellat in fabula, quam Aululariam ſcripſit. Hæc Plinius de Romanorum mulieribus, etiamſi ex veteri cum Sabinis fœdere nec molere eas, nec co-

Plutarchus.

quere permitterent, teſte Plutarcho in Problematibus: qui tamen etiam teſtatur, Catonis vxorem, id muneris à ſua dignitate alienum nõ

Herodot.

exiſtimaſſe. Apud Herodotum lib. 8. Lebææ Regis Macedonum vxor panes coxiſſe memoratur. Idem lib. 7. cùm numerum iniret Xerxis copiarum, tandem etiam mulierum pinſen-

Thucydides.

tium meminit. Thucydides lib. 2. Belli Peloponneſiaci Platæas à Lacedæmoniis obſeſſas deſcribens, Ciues, inquit, qui in vrbe relicti obſidebantur, erant numero quadringenti, & Athenienſes octoginta, & centum ac decem mulieres, quæ panem faciebant. Tot erant vniuerſi, quum obſidionem tolerare cœperunt.] Me-

Herodotus

minit denique Herodotus lib. 1. Piſtricis Cræſi Lydorũ Regis, cuius ſimulacrũ tricubitale inter Cræſi donaria Delphis olim collocatũ fuit.

Fermenti faciendi ratio à Plinio traditur loco citato. Quo loco etiam hæc habet. Panis ipſius varia genera perſequi ſuperuacuum vide-

Panis varia genera.

tur. Aliàs ab obſoniis appellati, vt oſtrearii: aliàs à delitiis, vt artolagani. Alias à feſtinatione, vt ſpeuſtici: necnon à coquendi ratione, vt furnacei, vel artoptici, aut in clibanis cocti: non pridem etiam aduerto, quem alii aquaticum vocant, (arbitror eſſe bellaria noſtra quadra- A geſimalia quæ *Eſchaudés* dicuntur) quoniã aqua trahitur à tenui & ſpongioſa inanitate, alii Parthicum. Summa laus ſiliginis bonitate, & cribri tenuitate conſtat. Qoidã ex ouis, aut lacte ſubigunt, &c. Plura Athenæus lib. 3. Deipnoſop. à

Athenæus

ca. 25. ad 30. & ad nauſeã vſq; varias panis ſpecies ingerit. Notat generatim Plinius validiora habere eos corpora, qui fermentato pane veſcuntur. Plenitudinem corporis, vt author eſt Athenæus, paniam Meſſapij vocãt, & quidquid corpus implet panion. Chryſippus Tyanæus in eo opere, cui titulus eſt Artopoïcon, apud Athenæum lib. 3. cap. 28. pauca quædã panis genera, & conficiendi modos tradit. Plura B Diphilus Siphnius cum aliis apud eundem cap. 29. & ſimul vniuſcuiuſque generis præſtantiam aut incõmoda recẽſet. Sed illud cum primis admiratione dignũ eſt, quod ſcribit ibidem Andreas medicus; in Syria ex moris panem confici, cuius eſu capilli defluunt. Nonnullas ex his ſpecies, quas in ſuo opere ſparſit Athenæus, quantum coniectura licet, cũ ætatis noſtræ delitijs ad hunc modũ cõferimus. Eſchariten panem eum eſſe dicimus, quẽ nos de genere bellariorum *Gauffres* nuncupamus. Quem quia nidoroſus eſt, ob admixtũ oleum aut axungiam, ferunt ventriculũ offendere. Clibaniten ornat multis laudibus Philiſtion Locrus, quem docet omnibus dotibus reliquos anteire. Nã & laudabilem ſuccum ſuppeditat, & ventriculo gra- C tus eſt, facilè coquitur, ad diſtributionem commodiſſimus, quia nec moratur aluũ, nec ſoluit. Varro Latinè eum panem teſtuaceum vocat, à teſtu vel teſto, ſub quo coquitur, vulgò *tartiere*. Encryphias panis eſt, quem ſubcineritiũ vocamus, frequens in Scripturis: & etiã nunc maiorum exemplo in Palæſtina vſitatus, quòd parabilis, & guſtu ſuauiſſimus habeatur. Attamẽ ventriculum grauat, ſi Philiſtio credimus, ægrè vincitur ac digeritur, quoniam æquabiliter non coquitur. Lagana videntur eſſe, quæ nos *bignets* nominamus: Apanthracis, *gallette cuitte ſur les charbons*. de quibus Athenæus cap. 25. Dipyros ibidem, *biſcuit*. Panis tyrontis meminit cap. 27. ſicut & placitæ. Placita idem eſt quod Gallis *gaſteau feuilleté*: panis tyrontis, *petits choux ou cachemuſeaux*. cap. 29. βλῶμα ſiue βλῶμις *pain braié*. Eſt item panis mollis *mollet*, ἁπαλὸς Græcis. La- D cte tamen & oleo nunc abſtinemus, ſalẽ duntaxat adhibemus. Huius materiam eſſe remiſſiorem oportet. Panẽ hunc & Cappadociũ vocant, propterea quod vt plurimùm in Cappadocia panis mollis paratur. Syri panẽ huiuſmodi Lachman vocant, in ea regione ideo ſaluberrimũ, quòd calidiſſimus edatur, alioqui farinæ flori ſimilis. Obeliam à Baccho inuentũ ferũt, quo tempore exercitũ ductabat: nos eum panẽ dicimus *oublies*, & obeliophoros *crieurs d'oublies*. Phylemon pymon vocari tradit panem confectum è tritico ſolido, & cuius furfur minimè ſecretũ ſit, quidquid in grano fuit cõtinentẽ. Porrò verbũ אפה *apha* coquere eſt. Vnde coctrices verti potuerunt. Panis autẽ non fit mentio, ſed

Panis nomẽ commune omnibus edulijs.

vſus obtinuit, vt pro eo potiſſimũ inde deductũ nomẽ vſurparetur: Initio autẽ panion à Meſſapiis dici notauimus quicquid ventrem imple-

ret: Hebræis לחם *lechem*, panis nomen, etiam pro quouis cibo ſumitur.

VERSVS 14.

Agros quoq; veſtros, & vineas, & oliueta optima tollet, & dabit ſeruis ſuis.

DIGESTIS de verbor. ſignificat. l. 27. ager eſt locus qui ſine villa eſt. Et iterum 211. locus ſine ædificio, in vrbe area, rure autem ager appellatur. Idemque ager cum ædificio, fundus dicitur.

Thomas Morus.

TOLLET.] Thomas Morus in Epigr.

Regibus è multis regnum cui ſufficit vnum,
Vix rex vnus erit, ſi tamen vnus erit.
Regibus è multis regnum bene qui regat vnum
Vix tamen vnus erit, ſi tamen vnus erit.

Cuiac.

Sed nunquid non principis ſunt omnia? Cuiac. obſeruat. 15. cap. 30. reſpondet, inquir, Seneca, omnia rex imperio poſſidet, ſinguli dominio. Nec enim quæ tua ſunt, principis ſunt, aut certè tua nō ſunt; quoniam dominiom in ſolidum duorum eſſe non poreſt, & communia quoque eſſe inter te & principē dixerit nemo. Eſt enim dominium proprietas rei. Poſſeſſio autem, vt Ælius Gallus definit vſus rei, ſi modò, inquit Cuiacius, vſum accipias pro detentione, ſeu detentatione. Ideoque, vt annotat Gothofredus ad *Nouell. 105. c. 2. in fine*, ſine iuſta cauſa, putà delicti, bona ſubditis auferre non poteſt. *L. 5. Cod. ad L. Iuliam maieſtatis. Et tit. de bonis damnatorum.* vel ſine pretio. *L. 13. ff. communium prædiorum.* Notandum eſt, quod S. Gregorius Papa Reg. 10. expoſitione 4. refert: Ius regium, cuius hic fit mentio, non ad hiſtoriam præcipi, ſed oſtendi quid acturi ſint reges reprobi, quid vitaturi ſint boni. Alioqui ſi omnia permiſſa ſunt principi, quid erit Dei? Vt Tertullianus ait lib. de Idololatria. Et Iaſon ad *L. 5. in principio de conditione cauſa data. in pandectis*: Licet Deus, inquit, ſubiecerit leges principibus, non tamen ſubiecit cōtractus, qui ſunt iuris gentium, aliàs nemo cum principe contraheret. Hæc ille.

Principis quomodo ſunt omnia.

Gothofred.

Pharao rex Ægypti, non niſi poſt titulum emptionis, vel permutationis, prædia ſuorum ſubditorum ſibi vindicauit Geneſ. 45. & reprehenditur Achab rex Iſraël, quòd vineam Naboth ſibi vſurpauerit 3. Reg. c. 21. Quod ne reges deinceps inopia coacti imitarentur, ſic apud Ezechielem c. 45. à Deo ſtarurum atque ordinatũ legimus: *Ipſi porrò huius terræ eſto in ius poſſeſſionis apud Iſraelem, vt nō opprimant amplius principes mei populum meum, ſed terram reddant domui Iſraelis per tribus ipſorum.* Item, *Non accipiat princeps de poſſeſſione populi, oppreſſione deturbando eos de iure poſſeſſionis ipſorum*, &c. Moſes nullius aſinum ſe accepiſſe dicit, Num. c. 16. Et Samuel huius lib. c. 12. Sed nec Dauid aliter quàm conſtituto pretio, de arca Areunæ Iebuſæi quicquam ſtatuere voluit. Etenim bona ſubiectorum priuata, regi commiſſa ſunt, vt ea tueatur & defendat contra omnem vim atque iniuriam; noo vt rapiat, & ſibi vendicet, aut etiam iis vtatur, niſi fortè ex cauſis duabus, ſubditi nimirum culpa,

2. Reg. c. 24

A vel publicæ ſalutis neceſſitate. Neceſſitas namque & ſalus Reipubl. nonounquam permittit ſummo magiſtratui, res ſubdirorum ſuorum diſpenſare, eaſque alienare, vel ſibi eas vſurpare, etiam domino illarum inuito. Ratio eſt: quia vtilitas publica præferenda eſt priuatæ. *L. vnica, §. fin. Cod. de caduc. toll.* Et multa vtilitatis publicæ cauſa permittũtur, quæ alioquin ſunt vetita. *L. ita vulneratus eſt. §. multa. ff. ad legem Aquiliam.* Et quando agitur de vtilitate publica, agitur etiam de priuata eius, cuius res capitur. Et quando plurimùm intereſt, & res reſpicit vniuerſos, attenditur maioris partis ſentẽtia potius, quàm vnius, vel paucorum. *L. quod maior. ff. ad municipalem.* Et in conſociatione publica, omnes cooſenſerunt in ea, quę publicè vtilia eſſent. Quan-

Iure ciuili.

B do verò, & quibus ex cauſis hoc fiat, docent Iuriſconſulti, in primis Geil. lib. 2. obſeruat. 55. & ſeq. Zaſius conſil. 10. vol. 2. Petrus Gregor. Et alij plures variis in locis.

ET *dabit ſeruis ſuis.*] Illud quæritur, liceatne principi, per cauſam præmiorum, auferre alicui priuato qood ſuum eſt. Negandum videtur, pręterquam ex graui eaque publica cauſa. Alias enim ſingulorum dominus foret: quod cùm non ſit, nec poteſtatem auferendi habet. Hoc tamen ob cauſam publicam grauiorem admittimus, cùm ſingulorum cauſæ publicæ cedant ſemper. Sed an princeps ſaltem auferendo alicui ius ſuom, hoc ipſo præſumatur cauſam in eam rem iuſtam habere? Nonnullis placuit, *Arg. L. ex facto quæritur. ff. de vulgari & pupillari*

Quas ob cauſas, quibuſque legibus, priuati cuiuſpiam bona princeps alteri donare poteſt, præmij nomine.

Pandectæ.

C *ſubſtitutione*: Propè tamen eſt, vt ne quidē iſtud dicamus, niſi & vnà cōſtet de ipſius cauſę æquitate. Et id quidem clarius eiuſdem legis quadrageſimæ tertiæ euincitur. Vnde & ferè clauſula reſcriptis inſeri ſolet, ne ea res ſit tertio damnoſa. *L. 2. §. 10. ff. ne quid in loco publico.* In omnem certè euentum iudici, non obſtante reſcripto, inquirere de veritate ſopplicationis incumbit, adeoq; reſcripto inſertum eſſe oportet, de quęſtione habēda in fidem precum, quibus illud eſt impetratum. *L. vlt. Cod. de diuerſis reſcriptis.* Quid ergo ſi princeps in reſcripto referat, ſe id decernere ex iuſta cauſa? Alciatus ſimplicius id exequendum putat Reg. 3. præſump. 8. Meno. contrà lib. 2. præſump. 10. Et huius ſententia magis obtinet, eoquod princeps ipſe actiones ſuas ex præſcripto iuris æſtimari velit. *L. digna vox. Cod. de legibus. toto tit. Cod. ſi contra ius.* Adeoque nul-

Alciatus. Menochius

D lius momenti cenſeri reſcripta, quæ non contineant clauſulam de quæſtione ſuper fide precũ habēda. *L. vlt. Cod. de diuerſis reſcriptis.* Minuſque ad rem facit, *Clem. 1. de probat.* cui Alciatus innixus eſt, quia ea non agit de præiudicio tertij, ſed hoc tantùm ait, principi de affectione ſua, vel amicitia erga aliquem reſtanti, credendum eſſe. Dominatori fortaſſe liberior hac in re quàm principi poteſtas ſit; huic tamen ſemper cauendum, ne dominatum in tyrannidem conuertat, hoc eſt, ne cuiquam pro arbitrio ſuum adimat. Licet enim dominus omnium videatur, & imperium eius patrimonio patrisfamilias ſimile, id tamen haud aliò pertiner, quàm quod nulli Senatui, aut ordini Reipub. imperij ſui & geſtorum rationem reddat: non etiam vt dominatum

Princeps tũ priuatorum bona aufert, verum pretium reſtituere debet.

conuertat in tyrannidem. Nam ſi id agat, princeps non erit, ſed infractor diuini pariter & humani iuris. Hoc poſtremò etiam quæri poteſt: num quo caſu princeps alicui ius ſuum aufert, verum pretium refundat? Et hoc quidem magis eſt. Nec refert quod alibi dicitur de modico dando honoris gratia. *L. item, ſi verberatum. §. 2. ff. de rei vindicatione.* Hoc enim ad prædia pertinet in prouinciis deuictis, quæ militibus interdum aſſignantur. Ea enim victori cedere cenſentur, ita vt ſi relicta fortè poſſeſſoribus ſint, poſteaque transferantur, non cenſeatur deberi pretium verum. Sed cùm princeps ſupra ius ciuile ſit, an non id ſaltem alicui rectè ablaturus eſt, quod ſola iuris ciuilis ratione poſſidetur? Ponamus rem vſucapione comparatam: non videtur dicendum. Nam cùm id quoque noſtrum ſit, ſtatuendum etiam id ſine facto noſtro nobis auferri non poſſe. *L. quod noſtrum. De reg. iuris.* Quin & illo poſito, fateamur oportet, aliquod reſcriptum etiam in damnum & præiudicium tertij edi poſſe, quod tamen dicendum non eſt. *L. reſcripta. Cod. de precibus imperatori offerendis.*

Petrus Greg. *Comitatus principis qualis eſſe debeat.*

Verùm ad quid, inquit Petrus Gregorius lib. 22. c. 3. 4. 5. de Repub. neceſſarij ſunt tot aulici principis, officiarij inutiles, titularij, qui more harpyiarum appoſita deuorant, in necem ſubditorum, tot Secretarij, cùm duo aut quatuor amanuenſes ſufficiant negotiis expediendis? Quorſum tantus numerus adminiſtrorum culinæ, quibus adhærent, vt tineæ, ſubminiſtri, & ſubminiſtrorum alij ſubminiſtri, & iſtis famuli, & famulorum famuli? Cur tot nutriuntur ſanguine populi hirudines, adulatores, aulici, ſtulti, mimi, ſcurræ, vel veri moriones, nani, monſtra naturæ, quæ in deliciis habentur, muſcæ, aſſeclæ, comitarus & ſtipatores inermes, pondus iners terræ, & fruges conſumere nati? Iſtos enim omnes expenſis publicis nutriri in præiudicium publicum videmus. Vnde talem publici patrimonij diſpenſatorem non ineptè comparare licet cum iis ficubus, quæ in altis præruptiſque locis naſcuntur, è quibus homo fructum non accipit, ſed corui tantùm & milui, hoc eſt, ſcorta, adulatores, & alij homines inutiles Reipub. Apparatus igitur regius, ita debet inſtitui, vt dignitas conſeruetur principis, & modum, vel dignitatem eius non excedat, neque quicquam ei deficiat, & publicam ſubſtantiam quam à populo accepit, in eiuſdem vſum rurſum expendat, & hominibus Reipub. vtilibus & neceſſariis conferat. Alexander Seuerus palatium ſuum comitatumque omnem, abiectis ex aulico miniſterio cunctis obſcœnis & infamibus purgauit, neque aliquem paſſus eſt in Palatinis ædibus, niſi neceſſarium hominem.

Lamprid.

Lampridius in Alexandro. Antoninus quoque aulæ ſuæ ſtatum frugalitate honeſta tẽperauit, & miniſtris fidis ac neceſſariis ornauit. Egent A quidem principes maioribus impenſis, pluribus ſtipatoribus & aulicis, quo plura & maiora ſunt obeunda negotia. Neque verò mentis compos eſſet, qui vellet principem, vt priuatum viuere, cùm Princeps, priuatus ſimul eſſe non poſſit & princeps. Neque reprobandum quòd plures illi epulæ in menſa offerantur, quàm edere poſſit: nam honoris gratia hoc fit magis quàm vanitate: quippe ſublatæ reſeruantur ancillantibus, qui etiam neceſſariò ſunt alendi. Deinde & pompa aliqua ad maieſtatis commendationem vtilis eſt, vt pote quæ ſuo fulgore imperitorum oculos perſtringit. Sed & legatis exterarum gentium nonnulla oſtentatio opum, ac magnificentiæ iactantia palàm præferenda eſt, ne apud ſuos parco ac ſordido B principi detrahant, & ludibrio habeant. Poſtremò etiam alij principes, ſi quando officij aut beneuolentiæ gratia inuiſant, magnifico apparatu excipiendi ſunt, & omni cultu ac ſtudio proſequendi; vt cùm ſeà nobis plurimi fieri perſpeaerint, conſtantius amicitiam foueant. Verùm is modus vbique adhibendus eſt, ne fiſci ſubſtantiam in conuiuia, ludos, ædificia, veſtes, luxum aulicum, & inutilia mancipia, inutili largitione exhauriat, quibus ad incitas redigatur, & populum iniquis præter morem tributis vexare cogatur. Sunt enim hęc à boni principis officio aliena. Etenim, vt ait Plinius panegyr. in Traian. Ambitio, iactantia, effuſio, quiduis potius quàm Principis liberalitas cenſendum eſt, quum à Principe quid doC natur, cuius ratio nulla conſtat. Et Alexander imperator apud Lampridium, nefas eſſe dicebat, vt diſpenſator publicus in delectationes ſuas ſuorúmve conuerteret id, quod prouinciales dediſſent. Nec ſine ratione hoc dixit: non enim in alios vſus reipub. opes, quàm illæ deſtinatæ ſunt, conuertere Princeps poteſt, *l. 1. de adminiſtratione rerum ad ciuitates pertinentium, lib. 5. Pandect.* Nec illa facere, quæ ipſa vt domina, veriſimiliter nõ erat factura, vt Iuriſconſulti aſſerunt: ſed diſpenſatio rerum publicarum ſtricta & vtilis eſſe debet, qualis in familia boni patris. Vide Petrum Gregorium lib. 3. cap. 8. de Repub. & cap. 9. Itaque Marcus Antonius Philoſophus apud Dionem lib. 71. cùm confecto maximo prælio, partáque inſigni victoria, togatus eſſet à militibus, pecuniam tamen non dedit, quòd diceret; D ſi quid plus quàm eſſet conſtitutum, acciperent, id ex ſanguine parentum ipſorum propinquorúmque exactum iri. Iterum apud eundem, quum Scythis bellum illaturus eſſet, pecuniam ex ærario petiuit à Senatu, non quòd ea non eſſet in Principis poteſtate; ſed quòd diceret eam, cæteráque omnia, eſſe Senatus Populíque Romani. Nos enim, inquit, (id dicebat in Senatu) vſque adeo nihil habemus proprium, vt etiam veſtras ædes habitemus.

Plinius. Lamprid. *Pandecta.* Dion Caſſius. *Princeps nihil habet proprium: ſed Reipub. eſt quicquid poſſidet.*

VERSVS 15.

Sed & ſegetes veſtras, & vinearum reditus addecimabit, vt det Eunuchis & famulis ſuis.

A TERRERE vult tributorum motu, atque exactionũ formidine à ſententia reuocare. *Addecimabit.* Nõ eſt hic ſermo de decimis, quæ ſacerdotibus, aut leuitis ſoluebantur, & quas Deus ſua lege ſanxerat Leuitici vlt. cap. verſu 30. ex omnibus terræ fructibus, & fœtibus animalium. Sed neque de aliis nonnullis, quas lex ipſa præſcripſerat: plures enim decimas ex ſuo prouentu Iudæi præcipiebantur ſeponere. Nã

Plures olim decima lege preſcripta.

B & alias decimas ſeparabãt in adoratione & profectione Hieroſolymitana conſumendas. Deuter. cap. 12. & 29. & iterũ alias quas tertio quoque anno viduis, pupillis, extraneis, imò & leuitis diſpenſabant, Deut. 26. quales nunc etiã decimas percipiunt apud nos, qui animarũ curam gerunt, de quibus fusè latéque Rebuffus tractatu de decimis. Et primùm quidẽ cauſas expendit; dein genera; definitionẽ; qui ad decimas præſtandas teneantur; vbi; quibus; de quibus bonis ſoluendæ; quomodo; apud quẽ petendæ; quomodo; quando ſoluendæ; an tolli decimæ poſſint; an ex noualibus debeantur; de pœnis non præſtantiũ decimas. Hæc omnia Rebuffus copiosè. Verùm de his, vt opinor, ſermo nõ eſt ſicut neque de votiuis, de quibus *ff. de pollicitationibus*. 2. Solebãt enim Hetruſci decimas Her-

Rebuffus.

C culi vouere, ſeu polliceri, quam partẽ Herculeã appellabant, Plautus in Truculento & Sticho. Idque apud Romanos factum à Silla & Craſſo Plutarchus memorat, & à Græcis ad templum Delphicũ Xenophon. Decimarum victoriæ ad Salaminam meminit Hetodotus lib. 8. ad Platæas li. 9. Vouit etiam Iacob decimas tranſiens in Meſopotamiã. Geneſ. 28. Sed neque iterum de ijs, quas Romani iudices vindicabant à temerario litigatore. De quibus Iuſtinianus *Nouell.* 112. quæ hodie etiã durant apud Montempeſſulanum. Rebuff. q. 3. de decimis nu. 20. 21. 22. Erant poſtremò & aliæ metallorũ & ſaxorũ in fundo priuati tepertorũ. Nam ex ijs decimæ domino fundi pendebantur, reliqua Metallariorum erant. *l. 3. Cod. de Metallarijs.* Sed neque

D de his agitur: imò de ſegetum, vinearumque, & gregum decimis, quæ non ad Regem, ſed diuino præcepto ad Leuitas pertinebant. Iúſne igitur Regi tribuitur eas in fiſcũ transferendi, aut certè in compendiũ & emolumentũ ſeruorum ſuorum? Abſit, non magis quàm vineã Naboth vſurpandi. Sed eas potius debet Eccleſiæ aſſerere, ac tueri; quod cùm faceret olim S. Canutus Daniæ Rex, à furente populo cæſus eſt: ſed pro temporali regno ſempiternum à Deo conſequutus eſt. Albertus Krantz. lib. 4. Dan. cap. 37. Arqui hoc olim factitatum in Gallia. Erant enim, vt ait Gothofredus *ff. de pollicit.* 2. quondam laici capaces Eccleſiaſticarum decimarum in Gallia Caroli Martelli indulgentia ac munere. Verum: ſed cõſentientibus primùm Epiſcopis ob fidei defenſionem: deinde ea lege

Eccleſiaſticas decimas regi vſurpare non licet.

Albertus Krantz. Gothofredus.

A atque conditione, vt citò reſtituerentur. Poſtremò Lateranenſi Concilio poſtea interdictum eſt, *c. prohibemus. de decimis. c. Apoſt. de his quæ fiunt à prælatis Eccleſiarum,* niſi laici ſibi decimas Eccleſiæ, vt clientibus conceſſas, ante Lateranenſe Concilium, oſtendant. Vocant decimas infeudatas. Nõ eſt igitur ea mens Scripturæ: ſed alias præter antiquas impoſiturum regẽ, nec parciturum vllis eorum facultatibus aut commodis, quin ea tributo vexet & imminuat.

An Regi liceat decimas exigere.

AN verò poſtremum hoc licere vult regibus? factum ſanè aliquando nonnullis

B exemplis demonſtrari poteſt. Nam apud Babylonios omnium quæ inferebantur decimæ ſoluendæ erant, vt auctor Ariſtoteles lib. 2. Oeconomicorum. Thao Ægyptiorum Rex, decimam conſilio Glabriæ Athenienſis exegit. Apud Diodorum Sic. lib. 6. Rerum antiq. cap. 10. Sacræ inſulæ ſiue Panchææ regio omnis inter populares diuiſa eſt, cuius optima pars regi ceſſit, ſimul etiam conceſſa reliquorum fructuum decima parte. Scribit Appianus decimam partem Reipub. ſolitam pendi, pro vectigali eorum agrorum, qui deſerti ad culturam redigerentur. Siculi Romanis decimam frumenti ſoluebant. Cicero ſæpius in Verr. Meſſenij quoque domitoribus ſuis Lacedæmonijs decimas tributi nomine pendebant vt ſcribit

Ariſtoteles. Diodorus Siculus. Appianus. Cicero. Pauſanias.

C Pauſanias in Meſſenicis. Suidas in verbo ὁ, οεάκοντ, Pyſiſtratum ſcribit ab Athenienſibus agrorum decimas exegiſſe. De Triumuiris narrat Dion Caſſius lib. 47. decimas omnium bonorum Romanis imperaſſe. Et verbo quidem, inquit, decima pars bonorum ab vnoquoque eorum exigebatur, quum reipſa nemini, ne decima quidem pars ſuorum relinqueretur: quòd non certa quædam pecuniæ ſumma pro ratione facultatum pendi iuberetur, ſed cuiuis ſuarum ipſi æſtimandarum neceſſitas incumberet: ac deinde, quaſi non verè ſuum cenſum profeſſi eſſent, delati, etiam reliquum perderent.] Decimæ ſeminum meminit Appianus lib. 1. bell. ciuilis. Apud Xenophontem lib. 1. Rerum Græcarum Attici, tempore belli Pelopõneſiaci, Chryſopolim Calcedoniæ profecti, vectigal

Suidas. Dion Caſſius. Appianus. Xenophon.

D ibi conſtituerunt, & decimam ex Ponticis exigebant. Ariſtoteles 2. Oeconomicorum docet tributum, quod pendebatur ex frugibus terræ, ab alijs oblationẽ, ab aliis decimã dici: & quę ex ex paſcuis & pecoribus princeps accipiebat, decimam quoque appellari. Item Bizantios cùm aliquando ſimul annonæ caritate, & pecuniæ indigentia premerẽtur, Ponticis mercatoribus vſuras decimas pro tributo impoſuiſſe, & emẽtibus aliquid eam legẽ dixiſſe, vt decimam partẽ ſeorſum à pretio penderent. Venditarũ etiã rerũ decimam Indi pendunt, vt Strabo author eſt, lib. 15. capite luituri ſi fefellerint. Quondam lege Papia apud Romanos, relictorũ ex ſterili matrimonio alteri coniugũ, decima fiſco aſcribebatur: quã legẽ poſtea Honor. & Theod. cod. de infirmandis pœnis cælibatus. l. 2. abrogarũt.

Ariſtoteles. Strabo.

Turca, tametſi herede ſuperſtite, decimam partem accipit eorum bonorum, quæ ad vita functos attinent. Agri quoque militares ſunt in eodem imperio, qui ad alendos inſtruendoſque milites decimas ſuppeditant. De quibus vide P. Gregorium iuris Syntag. lib. 6. cap. 11. At hæreticus furor noſtra penè ætate Turcarum inclementiam longè ſuperauit. Nam quo tempore Henricus 8. Angliæ Rex, Catholicæ fidei nuntium remittens, Eccleſiæ poſſeſſiones ſibi vſurpauit, eodem tempore ſeu potius anno rei nummariæ penuria coactus, decimam partem totius regni poſſeſſionum æſtimatione facta extorſit: quæ cùm nihil proficeret, ingraueſcente in dies inopia, tertiam denique partem omnium bonorum variis commentis inferri curauit, portentoſa egeſtate teſtante ſacrilegij magnitudinem; vt annotat Florim. Remundus libro 6. cap. 4. de ortu & interitu hæreſeôn.

Petrus Gregor.

Florimundus Remundus.

Ex his patet, non infrequentem fuiſſe apud antiquos decimarum penſionem, quæ tametſi tyrannos plerumque autores habuerit, nullo tamen ſatis probabili argumento cogimur, pariter de omnibus æſtimare. Quare enim non liceat vrgente temporum infœlicitate atque ærarij inopia? Sed eo fine, vt det Eunuchis, & miniſtris ſuis gratificetur, non video quî licere valeat. Quòd ſi decimæ illæ profanæ non pro rata parte aliqua ſumantur, ſed pro quolibet vectigali, quod agri penſitent, vt antea Ariſtoteles indicare viſus eſt: tum idem iudicium erit de decimis, quale de vectigalibus vniuerſis ferendum cenſuerimus. Itaque de toto vectigalium tributorumque genere paulò accuratius inquirendum eſt.

DE TRIBVTO.

An fas ſit Principem populo tributum imperare. Explicatio nominis ipſius.

NON ignoramus quo ſtudio ac diligentia Iuriſconſulti tributum à ſtipendio, annona, & vectigalibus diſtinxerunt. Nam tributum quidem aliud eſſe voluerunt perſonarum ſiue capitis, aliud rei ſiue ſoli, id eſt agris impoſitum, vt notatur *l. 3. & l. final. ff. de Cenſibus*. Et Perſonale quidem nonnulli ſtipendium appellari putant, cùm ſcilicet aurum, argentum, æs penderetur. Reale verò, ſiue prædiale, cùm equi, veſtes, cæteraque ex eodem genere præſtabantur. Vnde eſt illud Tertulliani in Apologetico. Si agri tributo onuſti, viliores: hominum capita ſtipendio cenſa, ignobiliora.] Quanquam ſtipendij nomen quondam priuatim ad earum prouinciarum tributa pertinuit, quas ſibi Auguſtus partitione facta cum populo attribuit, reliquis tributa populo pendere iuſſis. Annonæ verò in ſpeciebus, veluti frumento, oleo, vino, pane, carne, ſale conferebantur. Vectigal eſſe voluerunt, quod fiſco vel Reipub. portorij nomine penditur: id eſt, pro mercibus, quæ vel inuehuntur, vel euehuntur: quod ἐξαγώγιον Iuſtinianus vocat in edicto de Alexandrinis, & Strabo lib. 17. in Alexandria vectigalia alia ἐξαγωγικὰ, alia εἰσαγωγικὰ facit. Vectigalium tamen ratio latius porrigitur, vt apparet ex Appiano Alexand. lib. 1. Bellorum Ciuilium. Nam Romani, cùm agros bello captos colonis diſtribuiſſent, vectigalis nomine decimam partem ſeminum exigebant: fructuum, quos ex arboribus collegiſſent, quintam partem: pecorum vectigalium rationem quandam etiã præſcripſerant. Hoc autem vectigal ſtipendiarium dicebatur, id eſt, certum, vt autor eſt Cicero actione 5. in Verrem. Itaque non immeritò Vlpianus vectigalium tria genera commemorat: Decumarum, quæ ex frumento, vino, oleo, & frugibus minutis exigebantur: Scripturæ, quæ ex paſcuis: Portorij, quod ex mercibus exportandis vel importandis recipiebatur. Vlpian. *l. 17. ff. de verbor. ſignif.* Hæc igitur diſcrimina non ignoramus: Sed nos hoc loco tributi nomine illud omne emolumentum intelligimus, quod ex re qualibet, aut etiam ciuis capite, ad ſuum vſum & commoditatem princeps exigit, præter illa quæ primùm Domanij aut fiſci nomine à Repub. conſtituta ſunt, &, vt iiſdem contentus eſſet, ius & diuturna conſuetudo obtinuit. His ita explicatis, nunc demum quæritur: an Rex ciues ſuos grauioribus tributis premere atque onerare poſſit, quàm quæ ab initio placuerint. Paucis Lucas à Penna l. 1. Cod. de ſuperind. lib. 10. Si quiſquam, inquit, ſuperiorem neminem agnoſcit, ex cauſa hoc poteſt: dum tamen meminerit, ſi ob prodigalitatem ſuam pecunia indigeat, vel iuſtitiam ſubditis non miniſtret, poſſe etiam ſibi tributa denegari, & de facto reſiſti. Hæc ille. Nos pluribus expendemus, ne quid temerè, atque illud in primis,

Tributorum varia ſpecies.

Tertullian.

Iuſtinianus Strabo. Appianus.

Vlpianus.

Quo ſenſu tributum hic accipiamus.

Lucas à Penna.

An ſic publicè ab initio Principis ratio habita ſit, vt ad domeſticos ſumptus, & iudiciorum adminiſtrationem, aliunde collectis pecuniis non indigeret.

CAROLVS Molinæus tom. 3. p. 5. quæſt. Ioannis Galli per arreſta Parlamenti deciſarum, quæſtione 60. de Regis Franciæ poteſtate ſuper imponendis ſubſidiis hæc refert: Nota, inquit ille Ioannes, quòd Rex Franciæ quomodocunque ſibi licet imponere ſuper ſubditis ſuis immediatè vel mediatè in toto regno ſuo ſubſidia abſque conſenſu, permiſſione, vel tolerantia ſuorum ſubditorum quorumcunque. Et paulò infra: Et hoc teneas, nec vnquam contrarium dicas, ne crimine ſacrilegij accuſeris, & reus maieſtatis fias. Hactenus Gallus. At Molinæus ad marginem: *Abſque.* Sed eo iure quo dicitur 1. Reg. 8. *Hoc erit ius regis*, vbi ſumitur ius pro iniuria & violentia, quæ ibi comminatur ſecundum Theologos, vt dixi in conſuet. Pariſ. §. 1. gloſſ. 5. num. 65. Verum autẽ ius regis eſt obſeruatio legis Dei. Deut. 17.

Carolus Molinæus.

De toto genere tributorum.

S. Thomas.

Finis Regiæ poteſtatis.

Hæc illi. At diuus Thomas Opuſculo de Regimine Iudæorum, Duciſſæ Brabantiæ quærenti, liceretne aliquid exigere à ſubditis ſuis etiam Chriſtianis, his verbis reſpondit: Conſiderare debetis, quòd principes conſtituti ſunt oon ad lucra ſectanda, ſed ad communem vtilitatem. Hinc in Ezechiele Propheta, in reprehenſionem qoorundam ptincipum, dicuntur quidam principes *lupi rapaces in medio populi.* Et alibi per quendam prophetam: *Væ paſtoribus Iſrael, qui paſcebant ſemetipſos. Nonne greges paſcuntur à paſtoribus? lac comedebatis, & lanis cooperiebamini, quod craſſum erat occidebatis, gregem autem meum non paſcebatis.* Conſtituti ſunt reditus terrarum principibus, vt ex illis viuentes, à ſpoliatione ſubditorum abſtineãt. Vnde in eodem propheta, Domino mandante, dicitur: quod *Principi erit poſſeſſio in Iſrael, & non depopulabuntur vltra principes populum meum.* Superiora hæc D. Thomas.

Principi ab initio pars quadam agri publici in poſſeſſionẽ data eſt, vt à tributis abſtineat.

B Quæ prius nobis expendenda ſunt, quàm reliqua, quæ in eandem ſententiam ſequuotur, proferamus. Docet igitur S. Thomas à prima conſtitutione cuiuſque imperij, partem agri publici Principis poſſeſſioni addictam fuiſſe, ex qua neceſſarij ſumptus ad alendam familiam, & reipub. ordinariam procurationem ſuppeterent, ne fortè Principes populum tributis vexare cogerentur. Id quod feciſſe olim Ægyptios ex Diodoro, Peruanos ex Lopezio iam ſupra docuimus.

Dionyſ. Halicar.

C Nunc verò de Romanis authore Dionyſio Halicarnaſſeo, qui de regom patrimonio libro 3. hæc habet. Sopeɾiores reges agrum habuerunt magnum & vberem, ex cuius reditibus ſacra diis faciebant, & domi victitabant ſplendidè, primùm Romulus, qui eum iure belli parauerat, deinde Numa Pompilius, qui per ſucceſſionem fruꝰodum acceperat: habebaturque non publicus, ſed propria regum ſors & poſſeſſio. Eam Tullus permiſit diuidi viritim ioter Romanos inopes, profeſſos patrimonium ſibi ſufficere in ſacrificia ſumptuſque domeſticos. Hæc ille de Tullo Hoſtilio. Cuius in pauperes indulgentiam poſterioribus ſeculis æmulatus Pertinax Imper.

Herodian:

primùm quidem, inquit Herodianus lib. 2. quicquid in Italia aut alibi gentium inculti ſoli, etiamque ſub Regibus vacaret (huiuſmodi

D quidquid eſt, ad regum patrimonium pertinere creditur, vt pote cùm nullius ſit) id totum occupantibus & colentibus adiudicauit, decemq; annorum immunitatem, ac perpetuam libertatem agricolis conceſſit. Vectigalia quoque omnia, quæ ad contrahendas pecunias tyranni excogitauerant in fluuiorum ripis, in vrbium portis, perque vias & itinera, penitus remiſit, atque in antiquam libertatem reuocauit.

Poſſeſſiones Regiæ non ſunt regnantiũ propria, ſed totius populi.

Qood verò magis ad rem noſtram facit, Imperatoriis etiam poſſeſſionibus nomen ſuum inſcribi prohibuit, non eſſe illas dictitans imperantiũ proprias, ſed communes Romanorũ & publicas. Macrinus item Imp. apud eundem lib. 4. ad Parthos ſcribit, ſibi eſſe à Romanis, qoorum ipſum tandem imperium ſit, ſummam rerum traditam. Poſt quem etiam Maximus Imp. lib. 8. exercitum alloquens ſic ait: Neque enim vnius tantũ hominis peculiaris poſſeſſio Prin-

A cipatus eſt, ſed communis antiquitus totius Romani populi: Si quidem in illa vrbe ſita eſt Imperij fortuna, nobis autem diſpenſatio tantùm, atque adminiſtratio principatus vnà vobiſcum demandata eſt. Propterea ſcilicet Hadriaous qooque Imperator ſe ſic geſturũ principatum dixit; vt qui ſciat rem populi eſſe oon ſuam: quemadmodum res pupillares tutor adminiſtrat.

Ælianus.

Et Antigonos apud Ælianum var. hiſt. lib. 2. cap. 20. filium admonens, An ooo nouiſti, inquit, fili mi, regnum noſtrum eſſe nobilem ſeruitutem? Nos, verò etiam qoid eſſet imperare, ſopra ex D. Auguſtino definiuimus, aliorum commodis inſeruire.

Tullius.

B Sed egregiè omnioo Tullius epiſtola 1. ad Qoiotum fratrem lib. 1. Ac mihi quidem videtur, ait, hoc omnia eſſe referenda ab iis, qui præſunt aliis, vt ij, qui in eorum imperio erunt, ſiot quam beatiſſimi. Et iterum. Eſt autem noo modò eius, qui ſociis & ciuibus, ſed etiam eius qui ſeruis, qui mutis pecudibus præſit, eorum, quibus præſit commodis, vtilitatiqoe ſeruire, &c. Non enim populus propter regem, vt ille ſcilicet imperio ac maieſtate efferretur, & deliciis vacaret, ſed rex propter populum, vt eiuſdem ſtudio, labore ac diligentia tutus ageret, & pace otioque frueretur. Vnde manifeſtè patet, non modò quæ ſint regalis muneris partes præcipuæ, verùm etiam quòd ad illud officium obeundum legi-

C timè, idonei ſumptus à Repub. penè vbique adſcripti ſint.

Quibus rationibus probetur Domanium eſſe patrimonium Reipub.

Id quod ex eo præterea probari poteſt, quòd fiſcale patrimonium Principes neque alienare, neque diſtrahere, aut etiam oppignerare abſq; ordinum conſenſu poſſint. Idque iam penè apod omnes tanquam iure gentium obtinuit, vt in ſua inauguratione principes, id ſe nullo vnquam tempore auſuros, aut iurent, aut iuraſſe intelligantur. Quòd ſi illud à Repub. ad vſum duntaxat conceſſum oon habereot, iniquum videretur libero rerum ſuarum dominio priuari. Neque enim principis conditio deterior eſſe debet quàm priuati cuiuſque, neque profectò eſt, in iis quæ priuatim poſſidet: ſed ſacri patrimonij proprietas totius ſcilicet Reip. eſt, vſusfructus Principis, ad tolerandas publi-

D cæ procurationis impenſas deſtinatus. Quem idcirco à principio imperij adſcribere ſuo Principi populus ſtatuit, ne perpetuis æris collationibus vexaretur. Eſt præterea & aliud argumentum, quòd ea poſſeſſio non ad Principis heredes traoſeat, ſed ad ſucceſſorem tantùm, ſi fortè non idem ſit ſucceſſor & heres: quòd longa aonorom ſerie, & diuturna poſſeſſione ius in illa præſcribi non poſſit: quòd diſtracta quouis tempore reoocentur, & contractus de ea re initi, irriti atque inutiles habeantur, &c. Quæ diligenter ac ſedulo Iuriſconſulti expendunt, nobis vel digito monſtraſſe ſufficiat. Quæ, ne fortè Romani Imperij propria eſſe videantur, reliquos verò reges toto orbe legibus huiuſmodi eſſe ſolutos, plores de Regio Francorum domanio ſcripſerunt, Choppinus, Hotomanus, Bodinus, & alij, qoos volens prætereo, ne longior fiam.

Genebrardus.

Vnius tantum Genebrardi laudabo teſtimonium ex eius Chrono-

Qui primus Regum Franciæ tributum impoſuerit.

graphiæ lib. 4. ad annum 1450. Primus, inquit, Carolus 7. prætextu recuperandæ Normaniæ, tributum, quod deinceps perpetuatum ſit, atque adeo auctum, impoſuit. Nam anteceſſores reges dignitatem ſuam antea tuebantur ſolo Domanio. Sic autem auctum eſt, vt cùm Carolus duntaxat ſeptemdecim librarum millia impoſuiſſet, offenſionem & motus populi metuens, filius eius Ludouicus vndecimus augeret vſque 43. millia. Deinde Carolus 8. nonnihil adderet, donec Ludouicus 12. (pater populi proinde dictus) ad primam originem reduceret, id eſt ad ſeptemdecim millia. Qui ſecuti ſunt reges, nullum illorum æmulantur. Nam ratione negotiorum ſiue modo, &c. Hæc Geoebradus.

Alia plurima præter attributam poſſeſſionem regi cōceſſa, ne tributis indigeat.

At ſiunt præterea acceſſiones non paucæ, quibus in dies ſingulos patrimoniū illud Reip. augeri poteſt, ita vt opus non ſit, niſi vbi fortè ſæuit calamitas: Nam neceſſitati vbique parēdum eſt: regni domeſticos ad ferendum tributum compellere. Nam præter agros, ſyluas, prætoria, Archiuum, armamentaria, bona quoque publicata, caduca, ereptitia, ἀκληρονόμητα, bello acquiſita, donata, & alio quouis iuſto titulo comparata, ad idem ius regij patrimonij ſeu fiſci ferè vbique referuntur. Bona publicata ſunt bona damnatorum, multæ delinquentium, quæ in fiſcum redigi, & in vſum principis aſſeruari debent. Bona item inceſtarum nuptiarum, & eorum, qui arma ad hoſtes deferunt, & hæreticorum, & ſeipſos interimentiū, ſi conſcij ſunt ſceleris, non autem ſi præ metu aut etiam amentia, &c. Ereptitia ſunt, quæ ob delictum, ſiue potius denegatum officium, ab indignis heredibus aut ſucceſſoribus auferuntur. *Cod. de his, quibus vt indignis, &c. toto titulo.* ἀκληρονόμητα ſiue vacantia dicuntur, quæ à nullo priuato poſſidentur, vti ſunt bona mortuorum ſine herede legitimo: bona perdita: bona pro derelictis habita: loca deſerta & inculta à nullo occupata in territorio Reipub. *titul. quæ ſunt regalia. de feudis lib. 2. titul. 56.* Eius quoque generis ſunt caduca bona. *Cod. de cad. tollen.* Item, quæ vi tempeſtatis vel naufragio appulerint, ſi non repetantur. Nam reperta certum eſt denegari non poſſe. Sed & theſauri caſu inuenti in loco aut poſſeſſione Regia, ex media parte Regi debentur: ſi ex induſtria, aut arte magica, toti ſunt regis. Eſt autem theſaurus, pecunia ab ignotis dominis ſupra hominum memoriam repoſita. Bello etiam legitimo parta, vt ſunt prædæ, & ſpolia ex hoſtibus erepta, pecunia, agri, prædia, vrbes, pagi, oppida, ſyluæ, ſaltus, & ſimilia, quæ non duci, ſed Regi ſeu potius regno acquiruntur. Legata deinde, munera amicorum, penſiones ſociorum, acquiſitiones, laudemiæ, & iura ex venditionibus prædiorum clientelarium, facultates omnes peregrinorum apud nos morientium. Nam illæ quoque ad regem ſpectare creduntur, & id iuris albiuagium dicitur. Angariæ denique plurimæ ex conſuetudine Regi debentur, quæ ſine querela exhibentur. Quæ omnia quùm religioſè adminiſtrata fuerint, ſi præſenti rerum ſta-

Ius ciuile.

tui ſufficere poſſe videantur, à tributis exigendis abſtinere principem æquum eſt.

Iuſtas & moderatas exactiones accuſari non poſſe; & quæ moderata habenda ſint.

S. Thomas.

VARVM, vt idem ait S. Thomas, contingit aliquando quòd principes non habent ſufficientes reditus ad cuſtodiam terræ, & alia quæ imminent rationabiliter principibus expetenda. In tali caſu iuſtum eſt, vt ſubditi exhibeant, vnde poſſit communis eorum vtilitas procurari. Inde in aliquibus terris quaſdam certas collectas Domini ſuis ſubditis imponūt, quæ ſi ſunt moderatæ, ſine peccato exigi poſſunt, iuxta Apoſtolum, *Nemo ſuis ſtipendiis militat.* Hæc S. Thomas. Qui duo quædam in illis verbis ad indicendas collationes requirit. Primum eſt, vt non abſque cauſa fiant: ſecundū, vt moderatæ ſint. Cauſa eſt neceſſitas, vel certè rationabilis vtilitas Reipub. quæ ſi euidens erit, populi tumultum compeſcet. Cicero hoc docere videtur lib. 2. officiorum: Da operam, inquit, vt omnes intelligant, ſi ſalui eſſe velint, neceſſitati eſſe parendum. Quæ enim reſpub. aut regnum ſine tributis; nec enim quies gentium ſine armis, nec arma ſine ſtipendiis, nec ſtipendia ſiue tributis haberi queant. Hæc ornamenta pacis ſunt, & ſubſidia belli. Hæc neruos eſſe imperij, ſemper duxerunt ſapientes. Tacitus lib. 4. hiſt. Negotia reipublicæ, quorū procurator & adminiſtrator eſt magiſtratus, exequenda ſunt: pro quo adminiſtrationis & executionis labore, remuneratio & ſumptus neceſſarij eidem magiſtratui debentur, vt hæc negotia reipub. gerere & procurare ſufficiat.] Extra has duas cauſas, neceſſitatem reipub. & magiſtratus indigentiam, & dignitatem, ſi quid ſuperior exigit, fit, vt dicitur, hirudo populi, lupus rapax, leo hominem deuorans, homicida pauperum, & harpyia, atque ex populi lacrymia impinguatur. Vnde exterioribus membris reipub. tanquam proprij corporis exhauſtis, tandem ventriculus ſibi exitium & interitum afferat neceſſe eſt; ſicut liene, cui fiſcus comparari ſolet, intumeſcente, totum corpus languidum & morboſum redditur.

Neceſſitas excuſat principem, ſi coactus, tributum imperet.

Cicero.

Tacitus.

Quæ moderata collationes habeantur.

Althuſius.

Quod ad moderationem attinet, leuis illa collatio cenſetur, vt docet Althuſius Politicor. cap. 11. qua quis annuatim confert tantum, quantum vno die cum familia in victu conſumere ſolet. Leuis item cenſetur, quæ paulatim per partes, diſtinctis & diuerſis temporibus; quod valdè tenuiores ſubleuat. Leuis denique & illa, quæ à benignis, humanis & æquis exactoribus exigitur, ſecundum legem 33. *ff. de vſuris & fructibus.* Leuior item videbitur, ſi his, quæ publici iuris ſunt, potius onera imponantur, quàm priuatorum bonis: nimirum agris publicis, viis regiis publicis, fluminibus nauigabilibus, portubus, aditibus regionis, paſcuis publicis, & ſimilibus. Quoniam nemo niſi vo-

lens ad ea accedit, & his vritur, vt plurimùm, niſi quæſtus gratia, cuius ſpe nihil veretur pecuniæ leuiſſimam iacturam facere. Quòd ſi vectigal quoqoe ex iis rebus, quæ veneunt, extorquendum ſit, videndum eſt, vt ſi fieri queat, ex iis potiſſimùm rebus petatur, quæ minus vtiles ſunt, & ad victum quotidianum neceſſariæ; vt eorum inopiæ atque egeſtati parcatur, qui, cùm ad conferendum minus idonei ſint, quotidiano tamen rerum, quæ ad victum pertinent, commercio abſtinere non poſſunt. Erit verò collatio illa, mea quidem ſententia, Deo gratiſſima, reipob. pulcherrima, regi honeſtiſſima, plebi autem vtiliſſima, quę imponetur iis rebus, quæ ad corrumpendos ciuium mores, quæ ad delicias, & luxum, atque libidinem ſpectant: vti ſunt aurea argenteaque ſupellex, pigmenta, innumera veſtium ornamenta, colores preretioſiſſimi, gemmæ, margaritæ, cupediæ, cæteraque eius generis, quæ quidem prohibenda non ſunt; nec, ſi velis, poſſis. De Alexandro Seuero Lampridius. Habuit, inquit, in animo vt exoletos vetaret, qood poſtea Philippus fecit: ſed veritus eſt ne prohibens publicum dedecus in priuatas cupiditates conuerteret, cùm homines illicita magis poſcant, prohibitaque furore proſequantur. Lenonum tamen vectigal & meretricum & exoletorum in ſacrum ærarium inferri vetuit: ſed ſumptibus publicis ad inſtaurationem theatri, circi, amphitheatri, & ærarij deputauit. At braccariorum, linteonum, vitreariorum, pellionum, plauſtrariorum, argentariorum, aurificum, & cæterarũ artium vectigal pulcherrimom inſtituit: ex eoque iuſſit, &c. Hactenus Lamprid. Aromatum itaque, pellium indicarum, ferarum, eunuchorum, veſtium ſericarum, & id genus mercium inanium, de quibus in lege *interdum. §. ſpecies. ff. de Publicanis & vectigalibus.* indicendæ ſunt collationes. Rerum verò ciuibus vtiliom & neceſſariarum, quę ad vitam commodius & honeſtius degendam, & ad cultum victumqoe apportantur, nulla aut ſanè leuiſsima vectigalia eſſe debebunt: qoò mercatores ad eas res maiore copia aduehendas alliciantur.

Lamprid.

Dudum vſus obtinuit, vt penſio ex metalli fodinis, ſeu canon metallicus præſtaretur, auri ſcilicet, argenti, æris, ferri ex loco ſeu prædio, ex quo effoditur eiuſmodi materia, vel prouentus lapidicinarum; quæ, etſi efficit, vt eæ materiæ cariori pretio diſtrahantur, vix tamen quiſpiam queritur, niſi princeps modum excedat; quemadmodum nec marmoris quiſpiam curat penſionem: at piſcationum, molendinorum, clibanorum ſeu furnorum, & torculariũ maior ratio habenda eſt, ne populus ad ſeditionem concitetur, cùm iis qoocunque tandem pretio exhibeantur, carere non poſsit. Salis item vectigal duriſsimum, & quo nullũ ſæuius apod nos exigitur. Sed enim cùm in reliquis ab iis duntaxat vectigal exprimatur, qui eas merces comparant, quæ lege continentur: hoc etiam ab iis extorquetur, quibus ne ſale quidem frui per ſummam inopiam licet. Quod nequaquã veriſimile eſt à principe aliquando mandatum fuiſſe, ſed harpyiarum ea impoſtura eſt, quorũ nonnullos fraudis ac rapinæ conuictos in Normania animaduerſos accepimus. Cæterùm vereri Principem decet, ne quod olim in Troade, ſic quoque aliquando in Gallia contingat, vt ſalinarum tandem beneficio largiſsimo priuemur. Narrat Athenæus lib. 3. Dipnoſoph. cap. 1. à Lyſimacho quondam in Troade vectigal ſalinarum conſtitutum, verùm natura id quaſi refugiente ſtarim exaruiſſe ſalinas, ac remiſſo vectigali rurſus rediiſſe. Fuit verò olim propria fœminarum pœna, vt in opus ſalinarum damnarentur, vt iudicat lex *aut damnum. §. in miniſterium. ff. de pœnis. & l. mulier. de captiuis & poſtlim.* Nunc verò etiam virorum eſt, & quidem non ad opus ſalinarum, ſed ad ſalis coemptionem damnatorum. Horrendum planè eſt, Dei beneficia ciuiũ pœnam fieri, & torqueri quamplurimos hoc vno ſcelere, quod Deus bonus ſit. Apud eundem Athenæum, cùm aliquando prę ter morem & loci genium, faba Ægyptia ex palude quadã in Epeiro emerſiſſet, totoque biennio fructus vberrimos peperiſſet, Alexander Pyrrhi filius, collocato præſidio, commune beneficium eſſe vetuit. At quod aliis parcus inuidit, eodem ipſe priuatus eſt: nam ſimul cum aqua nouus ille fœtus euanuit. Quod etiã Antigono regi cõtigit. Poſtquam enim in Edepſo auxiliares quædam aquæ erupiſſent, quæ multis mortalibus mederentur, riuulum vectigalẽ eſſe iuſsit: at is auaritiam fugiens, intrò ſe condidit, ſcatebramque cohibuit. Ex qoo nimirum documentum reges capere Deus voluit, quid eſſet inhomanis principibus extimeſcendũ, qui prolixam & beneficam eius naturam lucri cupiditate corrumpunt: aot enim iiſdem aliquando commodis carituri ſunt, quæ vetant eſſe publica: aut, quod vero ſimilius eſt, auerſi beneficij pœnas grauiores diuino nomini luituri. Acis fluminis aquas feciſſe tributarias, ſeu potius venales habuiſſe Regem Perſarum, Herodotus autor eſt lib. 3.

Salis apud nos vectigal duriſſimum.

Athenæus. *Natura beneficia tributorum iniquitate exareſcunt.*

Vrbem hanc eſſe in Macedonia credit Dalechampius.

Herodotus.

Etſi verò leuior eſt, ſeu potius leuiſsima iniuria, qua platani vmbra vectigalis facta eſt, quis tamen non miretur, vt ait Plinius hiſtor. naturalis lib. 12. cap. 1. pro arboris vmbra ex alieno orbe petitæ, Morinos, aliaſque gentes vectigal pependiſſe? Verùm hoc longè mirabilius, quod refert Cuiacius lib. x. Obſeruat. ca. 7. etiam pro aëre, qui iure naturali communis eſt, fuiſſe aliquando vectigal exactum? Hoc quidem certè, inquit, ætati Michaëlis Paphlagonis Imperat. Orientis Cedrinus aſcribit his verbis: *προχειρότατος ὢν πρὸς ἣν ἄν τις εἴποι κακίαν, πᾶσαν ἐφεῦρεν ὁδὸν ἀδικίας, προσθεὶς ἐπὶ ταῦτα τῶν τελουμένων διδόναι· ἕκαστον τῶν χωρίων ὑπὲρ ἀερικοῦ κατὰ τὴν ποιότητα καὶ ἰσχὺν αὐτοῦ.* Hoc eſt, ſi bene vertimus, nam Cuiacius non eſt interpretatus: Promptiſsimus exiſtens ad malitiam quamcunque, omnẽ adinuenit viam iniuſtitiæ, addens ad hæc tributa dare vnumqoodque prædiorum pro aëreo iuxta qualitatẽ vimque ipſius. Quid verò aliud eſt, vrget Cuiacius, *ὑπὲρ ἀερικοῦ*, qoàm pro ſpiritu aërio? Pendebatur igitur tum vectigal non pro ſolo tantùm, ſed etiã pro cælo. Et eò, quantum opinor, pertinebat apud Harmenopulom noſtrum erraricus ille titulus (nec enim eum agnoſ-

Plinius. *Vectigal aerium.*

Cuiacius.

Spartianus.

agnoſcunt exemplaria regia) ἀριζημιῶν ἀερικῶν de tributis aëriis. Et huc pertinet etiam illud Peſcennij Nigri apud Spartianum. Vos terras veſtras lenari cenſitione vultis, ego verò etiam aërem veſtrum cenſere vellem. Alia tamen eſt interpretatio Procopij in ἀνεκδότοις, id eſt non editis, nempe vt aëricon ſit tributi genus, quod ſupra ſolitum canonem exigitur, adeò nouum, vt quaſi ex aëre deſcendiſſe videatur. Quid non dominãtium cupiditas excogitauit? Hæc Cuiacius. Vectigal tamen ſeu penſionem aëriam

Buſius.

agnoſcit Buſius Diſquiſitionum politic. 11. theſi 29. ex conſuetudine Trauſinſulaniæ, & vicinorum locorum, in quibus aër ſeu ventus, inquit, interdum aliquibus beneficio conceditur, ea ſeruitute, vt non niſi principis permiſſione molẽdina cæteris erigere liceat. Quæ res etiam ad ærarium augendum pertinet: vt puta, cùm in compenſationẽ beneficij impetrati aliquid fiſco pendatur. Poſſent præterea & ab hæreticis, meretricibus, lenonibus, iniuſtis litigatoribus, Iudæis, peieratoribus, & iis quos certo cultus genere præ cæteris eiuſdem ordinis in corporis ornatu & vehiculis vti videmus, non leues multę aut penſiones exigi, vt reliquus populus tributis abſolueretur.

Quòd ſi tamen nec vectigalia, nec alia quæuis penſio neceſſitati Principis & reipub. ſatisfaciunt, ſed aliud quoque tributum requiritur, & iugario, ſeu per æs & libram contributio facienda eſt, illud ſaltem ſedulò obſeruandũ erit, ne taxatio & adæratio per gratiam fiat, & diuites quidem aut eximantur, aut leuius ferant; pauperes verò iniqua peræquatione grauentur. Sicut enim, inquit Bodinus, valentiſſima quæque corporis membra putres ac defluentes humores ad imbecilliora reiiciunt, & cùm eò peruenerint, apuſthema, aut exanthema, ingenti cum totius corporis dolore, erumpere neceſſe eſt: ita & iſtic euenire neceſſe eſt. Quando enim ſacer & patritius ordo, fortunis & opibus locuples, miſeros aratores & opifices omni tributorum genere vrgeri & opprimi patitur, quouſque plebs aſſiduis onerihus grauata ſuccumbit: tunc onus in nobilium ordinem reiici oportet.

Extraordinarias collationes iuſtis ex cauſis imperari poſſe; & plura earum genera.

Cauſſæ extraordinariarum exactionum.

SEQVITVR apud eundem S. Thomam: Simili modo ſi caſus nouus emergat, putà ſi hoſtes inuadant, poteſt vltra cõſuetas collectas nouas imponere.] Et hoc item veriſſimum. Cauſſæ autem neceſſariæ extraordinariarum

A contributiooum & collectarum eſſe poſſunt, bellum neceſſarium; principis captiui redemptio; pacis confirmatio, magiſtratus noui creatio; inſtauratio vel extructio publicarum munitiooum; longinqua peregrinatio magiſtratus neceſſario ſuſcepta; & ſi quæ publicæ clades calamitatéſve incurrant, quæ Rempub. ipſam in diſcrimen coniiciant. Conſule Petrũ

P. Gregot.

Gregot. lib. 3. de Repub. Harum collectarum

Species.

ſpecies ſunt iugatio, per æs & libram, capitatio, hoſpitatio, & quædam aliæ aliis atque aliis temporibus & locis collationes receptæ & approbatæ. Iugatio fit pro magnitudine & numero poſſeſſionum, ſic, vt plura conferat, qui plura

B prædia poſſidet. Per æs & libram contributio fit pro viribus patrimonij. Capitatio ſeu capitalis illatio, Græcis ἐπικεφάλιον, eſt quæ viritim in ſingula perſonarum capita, quæ numerantur, non inſpecta patrimonij quantitate, cõſtituitur. Cuius exemplum, præter profanos au-

Capitationis exempla in Scripturis.

tores, hahes in Scripturis ſanctis ex præſcripto Dei. Per eum namque triplex indicta eſt perſonarum deſcriptio. Prima fuit omnium ſumma, nempe vniuerſæ cõgregationis filiorum Iſrael. Altera primogenitorum à menſe vno & ſupra. Tertia à viginti annis & ſupra maſculorum ad militiam. Ex hac deſcriptione diuerſâ diuerſa quoque ſumpta eſt capitatio, vel tributũ iuxta capita, non habita ratione facultatum à Deo

C impoſitum. Sic planè, vt Exodi cap. 30. ſtatuatur, ne diues addat ad conſtitutum ſicli dimidium, néve paoper imminuat. De capitatiooe primogenitorom Numer. cap. 3. in quibus nulla fœminarum mentio facta eſt, ac proinde nec cenſeri conſueuiſſe arbitramur. Vſus tamen deinceps inoleuit in quibuſdam regionibus, vt imminente neceſſitate, etiam fœminarum, ſeruorum, animaliumque ſingula capita cenſerentur: quemadmodum de Germania memo-

Althuſius.

rat Althuſius Politic. cap. 13. idque vocat tributum Turcicum, quoniam in ſubſidium belli aduerſus Turcas inſtitutum ſit. Hoſpitatio eſt hoſpitij præbitio ſuperuenientibus militibus, vel aliis perſonis facta. In hac nomen hoſpitaturi poſtibus domus inſcribitur, quod ſub pœna falſi non delendum. Vide *Nouell.* 129. &

D 134. Angariæ, & parangariæ, nauium plauſtrorumque præſtationes, armorum tranſuectio, & ius operarum, cùm ſinguli per ſe vel per ſeruitia ſua, imminente periculo, operam arcium propugnaculorumque reparationibus aut molitionibus exhibent. Hanc nos *Cornee* vocamus. His omnibus non alius modus, opinor, præſcribi poteſt, quàm ex ipſius periculi magnitudine, ac neceſſitate, cui ſuccurrendum eſt. Sola namque, donec incumbit & vrget, huiuſmodi exactionibus extraordinariis ius & autoritatem conciliat. Conſultius tamen eſt, niſi mediocris admodum illatio imperetur, vt à capitatione Princeps abſtineat.

Si quid iniuſtè extortum fuerit, aut miles plebem concuſſerit, Princeps reſtituere tenetur.

S. Thomas. *Pro libidine habendi, aut ad irrationabiles expenſas tributum imponere non licet.*

PRo libidine verò habendi, concludit tandē S. Thomas, aut ad irratiooabiles expenſas non licet. Ioannes militibus, *Neminem*, aiebat, *concuſſeritis, nemini calumniam feceritis, contenti eſtote ſtipendiis veſtris.* Stipendia principū ſunt reditus ſui, quibus contenti eſſe debent. Hactenus S. Thomas Opuſculo de Regimine Iudæorum. Quid ſi aliquid principes indebitè extorqueant per violentiam? rapina eſt, inquit idem S. 2. 2. q. 66. art. 8. & latrocinium. Vnde dicit

S. Auguſt.

Auguſtinus lib. 4 de Ciuitate Dei ca. 4. tom. 5. Remota iuſtitia quid ſunt regna, niſi magna latrocinia? Quia & latrocinia quid ſuot, niſi parua regna? Et Ezechiel 22. dicitur: *Principes eius in medio eius quaſi lupi rapientes prædam.* Vnde & ad reſtitutionem tenentur, ſicut & latrones. Et tanto grauius peccant quàm latrones, quanto periculoſius & communius contra publicā iuſtitiam agunt, cuius cuſtodes ſunt poſiti. Hæc ille. Huius reſtitutionis exemplum habes apod Caſſiodorū Variar. 2. cap. 8. vbi Princeps damnoa, qoæ à ſuis militibus iis, per quos iter habuerant, illata fuerant, propria pecunia reſarcit, illique muneri loci Epiſcopum præficit, quem his verbis affatur. Quis melius ad æquitatis iura deligitur, quàm qui ſacerdotio decoratur? qui amore iuſtitię perſonaliter neſciat iudicare, & diligens cunctos in commune, locum non relinquat inuidiæ. Proinde aptam conſiderantes veſtris meritis actionem, ſignificamus per Montanarium ſaoctitati veſtræ mille quingentos ſolidos deſtinaſſe, quos Prouincialibus, prout quemque præſenti anno, exercitu noſtro tranſeunte, diſpendiom pertuliſſe cognoneris, habita læſionis ęſtimatione, diſtribuas, &c. Aliàs Variar. lib. 12. cap. 5. iubetur vexatis tributum remitti, quemadmodum & à Iuſtiniano Imper. *Nouella* 130. aot de toto corpore tributorum eiuſdem Prouinciæ, fiſcóve, iis, qui præ cæteris in excipiendis hoſpitio militibus grauati eſſent, ſatisfieri. Noſtri Principes viderint, qua ratione tandem non dicam rura colentibus, quorum iam nulla ratio habetur, ſed Deo ipſi oppreſſorum vindici ſatisfaciant. Nam præter prædas abactas, ſæuiſſima quæque & hoſtibus ac barbaris indigna fieri perſpeximus.

Princeps iniuſtè accepto tributo, reſtituere tenetur.

Apud Caſſiod. Theod. Epiſcopo Seuero.

Damna à ſuis militibus accepta princeps ſarcire debet.

Iuſtinianus Imp.

Multiplex genus Eunuchorum.

Ioan. Caluinus Iuriſc.

Eunuchi dicti principes viri.

VT *det Eunuchis, & famulis ſuis.*] De Eunochis, qui fuerint, non vna eſt omnium ſententia. Sunt enim qui ſolos exectos eo nomine ſignificari putent; ſunt qui nonounquam etiam principes viros, tametſi nulla corporis parte mutilati eſſent. Ioan. Caluinus in Lexico Iuridico, Eunuchi, inquit, propriè dicuntur Lectorū cuſtodes, & cubicularij, (ab εὐνὴ, cubile, ἔχω, cuſtodio. Gothofred. ad c. 5. princ. Nou. 133.) non ſpadones: quamuis barbari Reges id muneris hiſce mollicolis ferè iniungere ſoliti ſunt: vnde Eunuchi ſpadones dici cœpere. Et iterū, Euouchum aliquando putant per catachreſin ſignificare potentem aulicum, etiam non exectum, ſicut Ionathas verſor Chaldæus intelligit

A fuiſſe Ebed Metoch Æthiopem, Ieremiæ 38. qui Ieremiam ex puteo aut carcere extrahi curauit. Talis fortè fuit etiam Candaces Reginæ Æthiopum Euouchus, Actorum 8. Non igitur ſemper caſtratum, ſed ſæpe officium tantùm ſignificat. Hæc Caluinus. At contra Marinus Brixiēſis in Arca Noe, in voce סָרִיס *ſaris.* Qoidam ait arbitrantur non omnes סָרִיסִים *ſariſim* ſpadones fuiſſe, ex eo, quòd Potipharem Pharaoois Eunuchum vxorem habuiſſe legimus. Quod ſi ita eſt, quid obſtat, ne aſſeramus, neminem ſpadonem fuiſſe, cùm dictio id non ſignificet? Quinimò arbitrandum eſt, omnes fuiſſe caſtratos, Potipharum verò nupſiſſe, vel quòd haberet teſtes ſolos abſciſſos, vel certè explendæ libidinis cauſa, tactu, oſculo, & huiuſmodi.

Marinus Brixienſis.

Eunuchi omnes execti.

B Ex his nonnulli principes euadebant. Hactenus Marinus. Cuins ſententiā confirmare videtur Græci nominis etymologia Euſtathio interprete, qui ſic eam expooit apud Fungerum, in Etymol. Triling. εὐνοῦχος eſt, ὁ ἐστερημένος ὀχείας, qui deſtitutus eſt vi ſeu potentia coeuodi. Εὖνις enim adiectiuum *orbatum* ſignificat, ὀχεία maritalem complexum.] Plures ſpecies Eunuchorū Caluinus enumerat ex iure Ciuili in capite *Eunuchorum alij*, ſpadones, caſtratos, Thlibias, quos breuitatis gratia omittimus. Eunuchas etiam Andramites Lydorū rex mulieres fecit, hiſque loco virorum Eunuchorū vſus eſt, vt refert Athenæus lib. 12. Dipnoſoph. c. 4. Christus Dominus triplices Eunuchos facit, natura, arte, voluntate. Matthæi 19.

Fungerus.

Athenæus.

C Cæterùm, de quibus nunc loquimur, nō erāt, opinor, de ſerie ſpadonū Euangelicorū ſed fortaſſis naturæ vitio tales euaſerāt, aut etiā hominū inſidiis eam iniuriam acceperant: Euangelici ſola voluntate veneris abſtinentes intelligūtur: De quibus Tertullianus de cultu fœminarū ca. 9. Non enim & ita multi faciunt, inquit, & ſe ſpadonatui aſſignant, propter regnū Dei, tam fortem & vtique permiſſam voluptatem ſpōte ponentes? quidam ipſam Dei creaturam ſibi interdicunt, abſtinētes vino & animalibus exulantes, quorū fructus nulli periculo aut ſollicitudini adiacent, ſed humilitatem animæ ſuæ in victus quoq; caſtigatione Deo immolāt.] Prioris generis Eunuchū graphicè deſcribit S. Theodoretus in hiſtoria Sanctorū Patrū, in Aphraate. Nam cùm hæretico Imperatori de relicta ſolitudine ſanctus vir, propoſita ſimilitudine virginis ſe ex domo paterna ad extinguendū incendiū proripientis, ſatisfeciſſet, ita vt ſtuperet attonitus: Vnus, inquit, ex iis, qui nec viri cenſentur nec fœminæ, ſed poſſe vnquā patres fieri eis eſt ademptum, & hac de cauſa cēſentur bene velle Imperatori, & ei loqui confidenter, is ex loco ſuperiore diuinum virum conuitio eſt inſectatus, & mortem minitatus: ſed non ita diu poſt pœnas luit ſuæ audaciæ, in balneo enim calido eſt aquis præfocatus.] Quod verò ait Eunuchos, prætetea quod ſpe prolis careāt, idcirco credi Imperatoribus impenſius ſtodere, manifeſtius tradit Xenophon Cyropæd. lib. 7. Poſtquam, inquit, Cyrus deuicta Babyone, ſibi circa corpus cuſtodia opus exiſtimauit, intelligens homines nuſquam facilius capi, quàm in

Tertullian.

S. Theod.

D

Eunuchi quare principum cuſtodes fideliſſimi habeantur.

Xenophon

eſculentis,& potulentis,& baloeis, & lecto ac A ſomno,conſiderauit quos in his rebus fideliſſimos erga ſe haberet. Exiſtimauit autem neminē eſſe poſſe fidelem vnquam,qui magis aliū amaret, quàm qui cuſtodia egeret. Qui igitur haberenr filios, vel vxores conuenienres,aut pueros amoribus coniunctos,nouit eos natura cogi ad amandum maximè. Sed cùm ſpadones

Laus ſpadonum.

viderer his omoibus priuaros, arbitratus eſt ab his plurimi eos fieri,à quibus poſſint ipſi maximè ditari, & auxilium habere, ſi quid iniuriæ patiantur, atque honoribus aogeri. A quo autē in beneficiis in hos conferendis ſuperari poſſer, ueminem eſſe cenſebat. Adhæc cùm ſpadones obſcuri ſint apud alios homines, etiam ob B hanc rem egent heri auxilio. Nemo ſit enim qui non dignum putet ſe omni io re pluris eſſe faciundum quàm ſpadonem, niſi quid aliud melius impediat: ſed nihil prohiber ſpadonem quoque primarium eſſe, vbi fidelis ſit hero. Quòd autem maximè aliquis puter robore corporis carere, ne hoc quidem Cyro videbatur: quippe qui coniecturam faceret ex aliis animalibus, quòd & cootumelioſi equi vbi excidunrur,à morſu contumeliáque ceſſant, nihilo tamen minus ſunt bellicoſi. Et tauri exciſi,animi elationē inobedientiamque dimirtunt,ſed corporis viribus,& vſu colendi agri noo priuātur. Et canes item eodem modo ſi excidantur, ceſſant à relinquendis heris, ſed ad cuſtodiā, & ad venationem nihilo ſunr deteriores. Et homines C itidem quietiores fiunt, ſi hac ptiuentur libidine, ſed minimè uegligenriores circa imperata, neque minus equirandi ſtudioſi,neque ad iaculandum minus apti, neque ambirioſi minus: perſpicuumque eſt & in bellis,& in venationibus eos ambitionem in animis ſeruare. Quòd autem ſinr fideles, in herorum pernicie maximum ſpecimen dederunr. Nulli enim fideliora opera demonſtrarunt in herilibus infortuniis, quàm ſpadones. Quòd ſi quid diminui videntur circa vires corporis, ferrum æquat imbecilliores in bello robuſtioribus. Hactenus Xenophon. Εὐνοῦχοι, παρὰ τὸ εὐνοεῖν, quod ſint beneuoli, & fidem ſeruare maritis didicerint. S.

S. Epiphanius.

Epiphan.2.contra hæreſes. Phauorinus παρὰ τὸ εὖ νοῦν ἔχειν, quod menris compotes eſſe exiſtimentur: id eſt,quod venereis abſtineant, quæ D veteres ἀνόντα dixerunt. Certè propterea olim in deliciis regum habiti ſunt, quòd crederentur gynæceis turò præfici poſſe; cùm nun poſſent, nec vellent fœminarū pudicitiæ illudere. Quod tamen falſum experientia comperit Apollonius Tyaneus apud Philoſtrat.lib.1.vitæ ſuæ,ca.20. Nam quo tempore Babylone verſabatur in aula regis, Eunuchus rem habere cū regia pellice depreheuſus eſt. Quamobrem etiam poſteriores carſamatia ſpadonihus prætulere. Vocanr

Luithprandus.

Carſamatia genus aliud Eunuchorum.

aurem Græci Carſamatiū,vt author eſt Luithprandus lib.6.c.3.amputatis pene cū coleis Eunuchum puerū. Quod feciſſe olim Verdunēſes mercarores ſpe lucri allectos idem commemorat: & ſe quatuor eiuſmodi, quouis alio munere pretioſiora, Conſtantino Imperatori Leonis filio obtuliſſe, quo tempore apud eundem nomine Hugonis regis legatione fungebarur.

I.

Pro Eunuchis priocipes vertit Paraphr. Chaldæus. Nec ſemel aliis in Scripturis סריסים *ſariſim* Principes interpretatum legimus, vt videre pores apud Pagninum in eodem verbo.

Eunuchi in Scripturis nonnunquā principes dicti.

Quod non aliunde manaſſe crediderim, quàm quòd illi plurimum aliquando porentiæ nacti ſinr,regibus ſeu fide, ſeu potius obſequio atque aſſentatione, aut etiam raro virtute commendati. Tametſi enim aliquando Theodoſius Imperator,vt Suidas teſtis eſt verbo πατρίκιος, edicto vetuerir, Ne Eunuchus inter patritios cenſeretur: attamen in aliis regionibus, ac potiſſimùm in Orienre, non paucos ſpadones inter principes viros relaros domi militiæque legimus.

Suidas.

Quinetiam ipſum Romaoum Imperium Eunuchos conſules patritióſqoe deinceps pertulit. Qui porrò,quàm non ſint à rebus bellicis alieni,ſed viribus & corporis & ingenij præſtēt, conſilio quoque, animi celſitudine atque prudentia,vnus vtique Narſes prnbare poteſt.

Spadones bello non inutiles.

Qui cùm eſſer Eunuchus,& à Iuſtioo iuniore Imperatore cum poteſtate in Italiā miſſus, Torilam Gorhorum regem interfecit, eamque gentem de Italia radicitus extirpauit; Buccelinū à rege Francorū ad deuaſtādam Italiā miſſum occidit; Lindoaldum Brendorum regem, qui de comitibus Odoacri in Italia adhuc ſuperfuit, ſuſpendio peremit. Denique deletis barbaris, Italiā in priſtinum ſtatū reſtituit,vt teſtis eſt Otto Phriſingenſis Chron.lib.5. ca. 6.

Narſes Eunuchus bello clarus.

Otto Phriſing.

Verùm poſtea per C inuidiā accuſatus, ac ſuffecto in eius locū Longino reuocatus,maximè verò Sophiæ Auguſtæ linguæ intemperantia cōmotus,quæ ſe illum in gynæceo diuidundis lanarū penſis præfecturam iactitabat,accitis è Pannonia in Italiam Langobardis talē ei telam orditus eſt,qualem, vt anre dixerat, detexere noo potuit. Paulus Diaconus lib.2.cap 5. de geſtis Langobardorum.

Paulus Diaconus.

Propterea igitur ferè apud omnes malè audierunt,quòd ſinr ad iram faciles, & vindictam ſupra modū appetant.

Vituperatio ſpadonum.

Eunuchi iracundi, & vindictæ plus quàm ſatis eſt appetentes.

Conſcientia namq; deformitatis ſuæ,& vulgi in eos licentia ſuſpicioſiores effecti,ex quacunque leuiſſima occaſione ſe derideri putanr;& cū iræ imperū ægrè cohibeant, calumniis apud dominū ſuū,cuius aures obſident, abſentibus perniciem machinari creduntur. His namque machinis Orſines Per- D ſarū nobiliſſimus apud Alexandrū expugnatus eſt,& Bagoę ſpadonis ſceleſtiſſimi fraude ſublatus,cùm eſſet ille non inſons modò, ſed eximiæ quoque benignitatis io regē, vt narrat Curtius lib.10.

Curtius.

Sacrilegæ quoque impietatis ac ſæuitiæ noratus eſt Eutropius Eunuchus Arcadij Imperatoris. Qui vbi conſul factus eſſet,ſacris Eccleſiis Aſyli beneficium ſeu potius religionem abrogauit. Cuius ſceleris marurè pœnas luit. Nam cùm offenſo Imperatore ad Eccleſiā cōfugiſſet,ab ea cōſeruari non meruit,cui priuilegium adimere tentauerat. In hunc aliquādo ſeuerè inuectus eſt S. Ioannes Chryſoſtomus. Occaſione verò illius in vniuerſum id genus hominum tragicè debacchatus eſt Claudianus Ethnicus poëta, eoſque fœminis longè viliores habendos deſcribit,lib.1. in Eutropium. Ac primùm quidem regnis ac ſoliis Eunuchis interdicit exemplo veterum.

Eunuchi fœminis habendi viliores.

Claudianus.

Sumeret illicitos etenim ſi fœmina faſces,
Eſſet turpe minus: Medis, leuibuſque Sabæis
Imperat hic ſexus, reginarumque ſub armis
Barbariæ pars magna iacet: gens nulla probatur,
Eunuchi quæ ſceptra ferat.

Deinde nullum omnino Deum Eunuchom aliqoando factum commemorat.

Tritonia Phœbe,
Veſta, Ceres, Cybele, Iuno, Latona coluntur:
Eunuchi quæ templa Dei, quas vidimus aras?

Sed nec ad Sacerdotium quidem admitti, cùm plures legantur mulieres Sacerdotes.

Troianam ſola Mineruam
Virginitas Veſtalis adit, flammaſque tuetur:
Hi nullas meriti vittas, ſemperque profani.

B Adhæc inutiles ſunt proli ſuſcipiendæ, ſeruire tantum idonei.

Naſcitur ad fructum mulier, prolemque futuram:
Hoc genus inuentum eſt vt ſeruiat.

Præterea bellis gerendis, aut condendis vrbibus impares ſunt, cùm tamen in vtroque labore mulieres plurimùm fæliciterqoe deſudarint.

Herculis arcu
Concidit Hippolyte: Danai fugere bipennem
Penteſilea tuam: claras Carthaginis arces
Creditur, & centum portis Babylona ſuperbam
Fœmineus ſtruxiſſe labor. Quid nobile geſſit
Eunuchus? quæ bella tulit? quas condidit arces?

C Exprobrat denique quod monſtra ſint, & quidem arte, non natura.

Illas præterea rerum natura creauit,
Hos fecere manus: ſeu prima Semiramis aſtu
Aſſyriis mentita virum, ne vocis acuta
Mollities, leueſque genæ ſe prodere poſſent,
Hos ſibi coniunxit ſimiles: ſeu Parthica ferro
Luxuries vetuit naſci lanuginis vmbram,
Seruatoque diu pueriles flore coegit
Arte retardatam veneri ſeruire iuuentam.

Lamprid.

Hactenus Claudianus in Eunuchos in quos etiam ſtylum acuit Lampridius in Alexandro. Eunucbos, inquit, Alexandet de miniſterio ſuo abiecit, & vxori vt ſeruos ſeruire ioſſit. Et cùm Heliogabalos mancipium Eunuchorũ fuiſſet, ad certum numerum eos redegit: nec quicquã in palatio corate voloit, niſi balneas fœminarũ: cùm pleroſqoe Eunuchos rationibus & procurationibos præpoſuiſſet Heliogabalus: D hic illis & veteres ſuſtulit dignitates. Idem tertium genus hominum Eunuchos eſſe dicebat: nec videndum, nec in vſu habendum à viris, ſed vix à fœminis nubilibus. Et iterum in eiuſdem vitæ epilogo, poſtquam nonnullas attulit rationes, à quibus ad virtutem promoueri potuiſſe viſus eſt Alexandet, Huc accedit, inquit, quòd Eunuchos nec in conſiliis, nec in miniſteriis habuit, qoi ſoli principes perdunt, dum eos more gentium, aut regum Petſarum volont viuete: qui à populo etiã amiciſſimũ principem ſemouent: qui intemuntij ſunt, aliud quã reſpõdetur ſæpe referentes, claudẽtes principem ſuũ, & agentes ante omnia, ne quid ſciat: qui cùm empti ſunt, & praui fuerint, quid tandem boni poſſunt ſapere?] Superiora tamen oſtendunt non eſſe prorſus inutiles, & alioquin complures ſanctiſſimi viri extiterunt, qui nihil illa vulgi opinione à ſectanda virtute deterriti ſunt. Habent verò

A etiam ſpadones ex illa ſua infirmitate naturalia qoædam beneficia, vt neque calueſcant, neque podagra tententur.

Vermilius interpretatur Eunuchos homines alienos à pietate.

Vermilius ſic interpretatur: *Eunuchis* hoc eſt, hominibus alienis à pietate. Hebraica vox ſignificat excindere. Apud Iodæos autem non licuit ſecare quenquam. Imò ſi quis eſſet ſectus, eiiciebatur extra Eccleſiam. Vtebantur tamen Iudæi aliunde importatis. Hæc ille. Legem de Eunuchis habemus Deut. c. 23. *Non intrabit Eunuchus attritis vel amputatis teſticulis, & abſciſſo veretro Eccleſiam Domini.* Quem locum Fagius explicans, Veteres, inquit, doo genera Eunuchorum ponunt. Priores ſic nati ſunt, ad quos

Lege diuina ſecare quenquam non licuit.

Fagius.

B referebantur etiam qui morbo aliquo vitiũ illud corporis contraxiſſent. Tales à cœtu Domini non abarcebantur. Alteri autẽ quibus virilia execta, aut contuſa, aut aliqua arte debilitata ſunt. De talibus dicunt hoc loco ſtatuere Scripturam. Ad quam diſtinctionem Chriſtus Dominus noſter Matth. 19. alluſiſſe videtur. *Sunt enim Eunuchi*, inquit, *qui ex vtero matris ſic nati ſunt. Et ſunt Eunuchi facti ab hominibus.* Quibus Dominus tertiũ genus ſubiicit: *Et ſunt*, inquit, *Eunuchi qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnũ cælorum.* Et deinceps exponens quid ſit, quod vetantur *ingredi in Eccleſiam Domini*; *Ingredi in Eccleſiam Domini*, eſt habere commercium cum populo Dei, & habere ius ducẽdi Iſraëlitidem.

Explicatur quid ſit in lege, eſſe extra Eccleſiam Dei.

C De lege enim & fide nulla hic mentio. Notandum enim, eos, qui extra Eccleſiam Domini per legem retinebantur, à cultu legis ac ceremoniis non fuiſſe excluſos, ſed habitos ſuo loco: neque quicquã defuiſſe quod ad fœdus Dei, atque æternã ſalutem pertinebat. Ergo in præſentia vetando Eccleſiam Domini Eunuchis, pariter vetat liberarũ filiarũ Iſraël commercia, ſed ex aduerſo alia permittit, nimirũ ſeruarũ & id genus, qoæ ſimiliter extra Eccleſiã ſunt. Hæc Fagius. Qui neſcio an ex ſua, Rabinorúmve ſententia, Eunuchis crediderit permiſſa eſſe cũ ſeruis & alienigenis connubia. Qualia namque illa tandẽ futura ſunt, ſi vir nec veneris potẽs ſit, nec rem cũ vxore habere poſſit, ob quã potiſſimũ illa ducitur? Itaque ſententiã hanc vehemẽter aliquãdo reprehẽdit Leo Imperat. & edicto D etiam probibuit, arbitratus Deo fieri iniuriã, ſi benedictio illius ad prolẽ ſuſcipiendã collata, ab Eunochis ludibrio haberetur. Conſtitutionem eius referam, quæ eſt numero 98. quoniã illi quoque rationes, quibus motus ſit, inſeruit.

Eunuchorum non poſſe eſſe legitima connubia.

Leonis Imper. conſtitutio 98.

LAQVM ortus, inquit, tum vt reſpub. recte cõſtituatur, hunc ſibi finem proponit; tum interdum naturæ iniuria affectæ, aoxiliũ offert. Iuſtum eſt ergo, vt nunc etiã de hac ſpecie, an Eunuchos in matrimoniom coniungi liceat, in quæſtionem ducta, lex enaſcatur. Sed priuſquã illa proponatur, rem examinare, & an iſtiuſmodi cõiunctio matrimoniũ appellari poſſit, quærere neceſſe eſt. Imò an omnino qoæ in matrimonio peraguntur (quæ ſunt ſacræ preces, ſacrificium, carnalis oblectatio ac voluptas, &

quæcumque in matrimonio fiunt) fas ſit in illa perfici.

Sacerdos igitur ad imitationem cœleſtis à conditore (qui ſexus ad multiplicationem copolauit) pronuntiatæ benedictionis, verba ſacra effatur. Humani sutem ingenij voluptas & lætitia ad genialis complexus, & vtriuſque ſexus fœrum reſpiciens, progreſſum facit. Sponſorum enim parentes, dum ſe viſcerum ſuorum viſuros fœtum, & ſponſi ipſi, dum ſe in lucem editutos generis ſucceſſores ſperant, multiplici voluptare perfundũtur. At nihil hîc tale ſubeſt. Quali enim cum oblectatione illi conueniant? Quale ſacrificium eorum aggregationem ſtabiliet? Quum eutem illorum coniunctio adeò omni oblectatione vacet, & conſecrationis ſecrificiorum, benedictioniſque adeò non capax ſir, quomodo in ipſos matrimonij appellario quadrabit? Imò quomodo non aliqua, quæ nefarus debetur, idqoe ex lege pœna ſequetur? Atque quòd ne ab initio quidem matrimonium vocari poſſit, breuiter ita dictũ ſit. Sed magis exactiuſque rei indignitatem oratio exploret. Primùm enim conditor, cùm initio marem & fœminam conſociaret, ad largum, quod inde extiturum eſſet, incrementum reſpiciens, conſociarionem illem faciebat. Quin & naturæ (quæ tanquam formule, quantum poteſt, à conditore tradita præcepre obſcruat) vt in hoc matrimonij conſuetudo ineatur, quo ſobolis procreatio procedat, quoad quidem ab ipſa tale miniſterium conditor præſtari velit, propoſitum eſt. Si igitur vel hic quod naturæ condiror, ipſaque natura voluit, apparet, quod prohibendum dicimus, ne prohibeatur: ſin minus (vt certè nihil iſtiuſmodi eſt, ſed contraria omnia, & nulla ad implendam domini voluntatem vis, & eius generis quiddam quod netura non egnoſcat) quare non omnibus modis prohibebitor?

Quòd ſi quis contentionibus gaudens, dicat, ſi propter ſterilitatem Eunuchi à coniugio ſecluduntur, multis etiam aliis coniugium intetdici debere, quum non omnes quicumque in coniugium coëunt, fœtificos ſe præſtẽr: ad contentionem in promptu eſt reſponſio, qoia tametſi nullus ex iis fœtus gignatur, non tamen in hoc congregati ſint, nc quam communi vitæ vtilitatem coniugalis copulæ adferant: quum porius contra procreandorum liberorum deſiderio congregatos conſtet, quos effectum deſiderio reſponſurum opinentes in euentu ſpes fefellerit: hîc vero vt tale aliquid dici poſſit, permultum abſit, quum qui ad peregrinam illam commiſtionem conuenerunt, liquidò ſcientes ſe ſteriles ac ed gignendum inutiles conuenire, naturæ quaſi inſidiati ſint. Ac ſanè ob hoc duntaxet odio etiam ambo digni ſunt: muliet, quod quum coniogalis conſuetudinis cupida fœcundo ſe iungete potuiſſet, infœcundum & ſterilem prætulerit: Eunuchus verò, quòd vt in vanum Dominus benediceret, impotentia ſua effecerit.

Qua ratione ſterilium nuptiæ probentur.

A Si quis porrò fundum, ex quo alius aliquis fructum metat, vaſtet & incultum relinquat, an hunc tanqoam melum atque perniciosum odio habebimus, eiuſque, ſi fieri poteſt, inſtitutum reprimemus: illi verò, qui fundum, ex quo ratione prȩditum germen pullulet, deſolat & inutilem reddit, tanquem nihil indignitatis cõmittat, id fecere permittemus? Et ſanè quid quiſquam dicat? Sed Paulus, inquiunt, ait: *Matrimonium contrahere quàm vri ſatius eſt.* Quapropter natutalis feruoris contemplatione cõiunctio prohiberi non deber. Sed tu qui Paulum laudas, ad Pauli verbe attende. Matrimonium contrahere, inquit id eſt, per metrimoniale commerciom cum muliere coniungi. Si igi-

Explicatur Apoſtol.

B tur tua cum muliere commiſtio, conſociatio matrimonialis, & benedictione, quæ in matrimonium coëuntibus debetur, digna eſt, matrimonium illem nomina, & obſetua vxotem: ſin ne tantillæ quidem benedictionis vnquam capax fueris (quæ enim aut quelis conſecratio in iis, qui ſimul contra conditoris decretum, ſimul contra naturæ legem coniunguntur, locum habeat?) Quid Paulum in epprobatione cœlibis tui & peregrini metrimonij pertrahere audes? An hoc verò, ſi qui ipſis naturalem & propriam marium potentiam exſecant, hoc conſilio id faciunt (tametſi vitioſè, ac quadam in Deum rebellione id faciant) ne amplius viros ſe exhibete queant, ſed quantum ad libidinis ſtimulos attinet, protſus elangueſcant, cubiliſque fidi, & in

C quos ſuſpicio non cadat, cuſtodes ſint (quod ſanè ipſe vocis ſonus promittit) quomodo in hoc non iuſtam eduerſum ſe indignerionem cudẽt, quòd non ſolùm inimicam neturȩ voluntetem capeſſant, verum etiam illis, qui, licet malitioſè, quomodo temen ipſis videretur, vtiles illos reddere ſtudio habuerunt, aduerſari deprehendantur? Et quum nouum atque peregrinum ſexum repræſentent, non tamen ſe neque initio attributæ naturæ, neque que transformati ſunt, malitioſæ arti eccommodent? Propterea ſancimus, vt ſi qois Eunuchorum ad matrimoniom procedere comperiatur, & ipſe pœnæ ſtupri obnoxius ſit: & qui ſacerdos iſtiuſmodi coniunctionem profanato ſacrificio perficere auſus fuerit, ſacerdotali dignitate denudetur. Hæc Leo in Eunuchos, eorundem multis no-

εὐνοῦχοι, ἢ εὐνῆς φύλακες cubilis cuſtodes.

D minibus notans ac damnans præpoſteram libidinem. Quos è diuerſo oouo beneficio afficiens Conſtitutione 26. filios odoptare permiſit, lege veteri abrogata, quæ fieri prohibebat. Hanc Philoſophi legem, ſi in veros ſpedones latam intelligimus, qui neque ſobolem procreare poſſint, neqoe muliebrem fundum quouis humore rigare, aut etiam ſulcare, multis tetionibus confirmet Doctor Nauartus libro 4. Conſil. de Frigidis & Maleficiatis, Conſilio 3. quem legere poteris ſi non iſta ſufficiant.

Secare quemquam leges vtriuſque iuris prohibent.

Conſeruãda vocis gratia Eunuchi facti.

Cæterum præter allatas ſecandi rationes, ſunt etiam qui pueros idcirco ea iniuria afficiant, ne canoræ vocis lenocinium virilitate depereat. Inuentum planè nefarium: ſed cui rei parcat qualiſcumque voluptatis oſtenſa expectatio, cùm diuinis ſæpe rebus operoſa nequitia gratis illudat? Et fortaſſis quiſpiam ſcire cupiat, cur eorum vox acuta maner, nec eſt mutationi obnoxia. Reſpondet Macrobius: Superflui hu- B moris id abundantia facit, qui arteriam, per quã ſonus vocis aſcendit, craſſiorem efficiens, meatum vocis coarctat.] Aut ſanè quòd ſublatis teſtibus tentio quoque meatuum laxetur, atque his laxatis ſimul laxatur principium, quod vocem mouet, Ariſtoteles 5. de Generat. animal. Et Problem. Sect. 11. Problem. 34. cauſſam ait eſſe defectum humoris prolifici; tum etiam imbecillitatem membri, quod aërem mouere ſolet.

Caſtitatis ſtudio & vitãdi cauſa ſcandali.

Fuerunt & qui caſtitatis ſtudio, aut amoliendi ſcandali gratia ſeipſos execuerunt, quorum primus Origenes, quem tamen errorem Eccleſia ſua cenſura notauit, & fieri vetuit. Neque tamen non magnopere laudandus Alexandrinus ille iuuenis, quem refert Iuſtinus Martyr

S. Iuſtinus Martyr.

oratione ſua ad Antoninũ Pium, quo mendacis infamiæ labem periclitãti Eccleſiæ abſtergeret, per libellũ à Felice Præſide poſtulaſſe, vt teſtes ope medica deponeret. Optauit ſiquidem religioſiſſimus adoleſcens priuato periculo publicam propulſare calumniam, & ſpontaneo dolore multorum erroribus mederi; quos cœca magis ignorantia, quàm certũ ac deliberatum conſilium tranſuerſos agebat. Deinde autboritate publica mandari voluit. Et ipſe quidem ſe obtulit, iniuriam ſubire paratus: per ſe tamen nihil tentauit. Poſtremò, repulſam paſſus, integritatis ſuæ conſcientia fretus acquieuit. At nulla tam deteſtabilis, tamque peſtifera opinio aliquando fuit, quæ valeat cum Valeſiorum hæreticorum inſania comparari.

Valeſiorum hæreſis.

Qui cùm olim partem Arabiæ, vt Theodoretus author eſt, occupaſſent, peregrinos & hoſpites quoſcunque caſus in eorum laqueos induiſſet, per vim naturalibus vaſis ſpoliabant; quòd crederent ſolis ſpadonibus patere regnum cœlorum: cùm potius dęmon clam eorum inſidiis, humano generi periculum ruinæ ſtrueret.

Spadones à ſacris ordinibus arcentur.

Verùm hæc portẽta dudum ab Eccleſia repudiata ſunt, & ſanctorũ patrum decreto dãnata, ita prorſus, vt ne ad ſacros quidem ordines iam inde ab Apoſtolorum temporibus ſpadones admouerentur, nonnullo tamen diſcrimine, quod Apoſtolorum Canones præſcribunt.

Canones Apoſtol.

In quibus Can. 20. hæc legimus. Si quis humana violentia Eunuchus factus eſt, aut in perſecutione amputata ei ſunt virilia, aut ita natus fuit, & dignus eſt: efficitor Epiſcopus. 21. Qui ſibi ipſi virilia amputauit, clericus non efficitur: ſui enim ipſius homicida eſt, & inimicus creationi Dei. 22. Si quis cùm Clericus eſſet, virilia ſibi ipſi amputauerit, deponitor: ho-

A micida enim ſui ipſius eſt. 23. Laicus qui ſeipſũ mutilauit, per tres annos à communione eiicitur. Puta quia ipſe vitæ ſuæ poſuit inſidias. Hactenus ibi.

Eunuchi iure ciuili fieri prohibiti.

Leges etiam ciuiles ſpadones (quos volũt quidam à Spada vico Perſico, in quo primùm homines caſtrari cœperunt, denominari, alij à *σπάω*, quod eſt euello) fieri ſeueriſſimè prohibuerunt.

Philoſtrat.

Domitianus Imp. apud Philoſtr. vitæ Apollonij l. 6. c. 17. mares ſecari prohibuit. Cuius rei gratia Martialis ad eundem Domitianum lib. 9. Epigram.

Martialis.

Tibi ſumme regni domitor, & parens orbis,
Pudice princeps gratias agunt vrbes:
Populos habebunt: parere iam ſcelus non eſt.
B *Non puer auari ſectus arte mangonis*
Virilitatis damna mœret erepta, &c.

Et iterum:

-----*teneris nuper ſuccurris ephebis,*
Ne faceret ſteriles ſæua libido viros.

Pandectæ.

Hadrianus in Pandectis ad legem Corneliam de ſicariis & veneficiis L. 4. §. 2. medicum excidentem, exciſumque, ſi cõſenſerit, capitali ſupplicio addixit.

Leo Philoſoph. Imp.

Leo Imperator Conſtitutione 60. pœnam ſtatuens iis, qui alium execuiſſent, ſimul etiam cõmemorat quid priores decreuerint. Ac ſuperiorum quidem legiſlatorum, inquit, decretum eos qui auderẽt, ad eandem mutilationem, quam aliis intulerint adigit, quodque ipſi in aliis videre deſiderauerint, id vt itidem in ſe videant conficit: idque me iudice, non C ita præter æquitatem, quanquam non valdè decorè. Non enim quia ille creaturam Dei quaſi refingere auſus eſt, continuò id vindicem imitari, & pariter refingere æquum eſt. Verumtamen quantum ad inuentum attinet, non valdè, quemadmodum dixi, id alienum eſt. Ad hoc autem alio etiam modo, qui impium hoc factum auderent, puniebat. Bona namque publicabat, perpetuoque ipſos exilio adiudicabat: & qui iniuriam ſuſtinuiſſet, ſi ſeruus eſſet, libertate honorabat. Atque ſuperiorum quidem decretum iſtiuſmodi erat. Nos verò de re illa ſententiam pronuntiantes, naturæ inſidiatores ſimili mutilatione viciſſim mutilari prohibemus: aliis autẽ iſti crimini conſtitutis pœnis (tametſi hic etiam ad clementiorem ſententiam reſpiciamus) ſubiacere ipſos non diſplicet. Sãcimus itaque, &c. nimirum, eum, qui aduocarit deteſtandæ huius artis opificem, multarum pecunia in decẽnium D relegat. In artificem flagris animaduertit, & tõſum cute tenus decennali exilio macerat. Seruũ qui eam contumeliam paſſus ſit, libertate donat. Admonet autem de vtili ac neceſſaria ſectione, quæ ad vitam tuendam adhibetur, ſe non eſſe loquutum.

Virilium amputationem ſupplicij genus aliquando fuiſſe.

At non fuit huius legis ſatis religioſus obſeruator Theobaldus ille Camerinorum & Spoletinorum Marchio, qui pro Beneuentano principe aduerſus Gręcos militauit. Etenim, ſi Luithprando credimus l. 4. geſtorum per Eu-

Luithprandus Ticinẽ.

Digitized by Google

ropam, c. 4. captiuos Græcos Eunuchizabat, & ad Imperatorem cum his mandatis remittebat. Quādoquidem viro ſancto Imperatori ſpadonibus nihil pretioſius eſſe cognoui: hos ſtudui paruulos ſibi verecundè tranſmittere: plures quamprimùm Deo propitio tranſmiſſurus. His addit Luithprādus hiſtoriam cuiuſdā mulieris, quæ mariti amore ſuccenſa, Theobaldum ſparſis crinibus, & ora vnguibus lacerata, plena ſtomachi ac querelarum adoritur. Nouum inauditumque facinus eſt Heros, ait, vt bellum non repugnantibus mulieribus inferatis: noſtrûm nulla ex Amazonum ſanguine proſapiam ducit: Mineruæ quippe ſolùm operibus deditę, armorum penitus ſumus ignaræ. At illa interrogata, & quis bellum eis inferret? In eo, inquit, quod cæteris orchidia, id eſt, teſticulos amputare. B Oculi, ait, ſunt illi, nares, manus, & pedes. Si hoc egerit: illi quæ illius ſunt auferat: quæ mea ſunt, ſuæ ancillæ derelinquat.] Cęterùm, id ſupplicij nōnunquam bello domitis ac captiuis irrogari conſueuiſſe, alij quoq; exemplis probari

Herodot. poteſt. Nam apud Herodotum l. 6. cùm Perſæ Iones ſuperaſſent, & eorūdem vrbes expugnaſſent, formoſiſſimos quoſq; puerorum ſeligentes caſtrauerunt, exectis teſtibus facientes Eunuchos. Et Eſaias c. 39. cùm Ezechiæ regi cladem ſuæ gentis ac familiæ Dei iuſſu nuntiaret, poſt alia etiā hoc addidit: *Et de filiis tuis, qui exibunt de te, quos genueris, tollent, & erunt Eunuchi in palatio regis Babylonis.* Apud Ægyptios etiam ea pœna decreta eſt, his, qui mulieri ingenuæ ſtu-

Diodorus. prum obtuliſſent. Nam, vt author eſt Diodo- C rus Sicul. l. 2. Rerum antiq. ei qui mulierem liberam violaſſet, virilia execabantur: quoniam vno crimine tria haud parua ſcelera complexus eſſet, iniuriam, corruptelam, & liberorum confuſionem. Eoſdem cruciatus repetitos inuenies

Hiſtor. tripart. vitæ S. Thomæ Cantuar. ab Henrico 2. Angliæ Rege, in hiſtoria tripartita vitæ S. Thomæ Cantuarienſis. Sed tum quidem Regis nefario ſcelere. At quod multis ante eum ſeculis fecerat Hermotimus, niſi quemquam priuatim ſuas iniurias vlciſci veritum eſ-

Herodot. ſet, æquiſſima videri poterat animaduerſio. Nā cùm puer egregia forma, ac vultu venuſto ab hoſtibus pretio redemptus eſſet, emptor illum Panionius, vir Chius, lucri cupiditate execuit. Verùm is poſtea Regi Xerxi commendatus, & ab eodem charus habitus, cū poteſtatem nactus eſſet, eundem ſectorem ſuum quatuor ſuos li- D beros caſtrare coēgit. Quod vbi factum eſſet, ne quid illi miſero ad ſummum cruciatum deeſſet, patris virilia iuſſit filiorum manibus amputari. Author Herodotus l. 8. qui eam hiſtoriam pluribus deſcribit.

Versvs 16.

Seruos etiam veſtros, & ancillas, & iuuenes optimos, & aſinos auferet, & ponet in opere ſuo.

Septuaginta Interpret. Non conſentiunt 70. Interpr. Nam vbi legimus, *Et iuuenes optimos*, illi ſic habent, καὶ τὰ βουκόλια ὑμῶν τὰ ἀγαθὰ, *& armenta boum veſtra* A *bona.* Et addūt præterea: καὶ ἀποδεκατώσει εἰς τὰ ἔργα αὐτῶν, *& addecimabit ad opera ſua.* Quod ſic vidētur intellexiſſe, tanquam Rex decimum quemque ſeruorum ac iumentorum (nam in his quoque armenta boum, cùm plauſtra vehunt, aut ſulcos arant, numerantur) in ſuo opere collocaturus eſſet. Quod minus moleſtū foret, quā ſi vniuerſim, vt vetus interpretatio ſonat, accipiatur: nā hac ratione ſaltem tenuis fortunæ hominibus conſuleretur, qui pauciores ſeruos poſſiderent. Pro optimis ſeu armētis, ſeu iuuenibus Hebraicè legimus וְאֶת בַּחוּרֵיכֶם הַטּוֹבִים *veeth babhourehem hattobim.* Chald. Paraph. vertit, *& pueros veſtros pulchros.* Arias apud Pagninum *electos.* בַּחוּרִים *babhourim* nomen plurale, maſculinum genere, ſiue ſingulari, electos, delectos, iuuenes ſignificat, vixque pro aliis quā hominibus vſurpatum inuenies; vt notare poteris apud Marinū

Marinus Brixi. Brixi. In Arca Noë, in eadē dictione. Quoniam tamen id ſatis iam antea ſeu de ſeruis ſiue de liberis litera expreſſerat, Septuaginta maluerunt ad boues aratorios, & reliqua iumenta referre, ac ſi diceret: Præterquàm quòd gregum armentorumque decimum quodque accipiet, etiam reliquorum operas addecimabit.

Servos *etiam veſtros, & ancillas veſtras.*] Duplici genere Iudæi ſeruos habuerunt, ex gentibus, aut ſuo genere. Ex gentibus pro more gentium abuſi ſunt iure cōmuni, ſiue illi emptitij, ſeu bello capti forent, niſi quòd priuatim necis in eos poteſtatem non haberent. Quòd ad He-

Seruorum duplex genus apud Hebræos. bręos attinet, lex eſt illi ſeruituti à Deo cōſtitu- C ta, Deuter. ca. 15. Exodi autem c. 21. legis verba ſubiiciam. *Si emeris ſeruum Hebræum, ſex annis ſeruiet tibi: in ſeptimo egredietur liber gratis. Cū quali veſte intrauerit, cum tali exeat. Si habens vxorem, & vxor egredietur ſimul, ſin autem dominus dederit illi vxorem, & pepererit filios & filias: mulier & liberi eius erunt domini ſui, ipſe verò exibit cum veſtitu ſuo. Quòd ſi dixerit ſeruus, diligo dominum meum & vxorem ac liberos, non egrediar liber: offeret eum dominus diis, & applicabitur ad oſtium & poſtes, perforabitque aurem eius ſubula, & erit ei ſeruus in ſeculum.* Ad an-

Lex de ancillis. cillas quæ pertinent hæc ſunt. *Si quis vendiderit filiam ſuam in famulam, non egredietur ſicut ancillæ exire conſueuerūt. Si diſplicuerit oculis domini ſui cui tradita fuerat, dimittet eam, populo autem alieno vendendi non habebit poteſtatem, ſi ſpreuerit eam. Sin autem filio ſuo deſponderit, iuxta morem filiarū faciet ei.* D *Quod ſi alterā ei acceperit, prouidebit puellæ nuptias, & veſtimenta, & pretium pudicitiæ non negabit. Si tria iſta non fecerit, egredietur gratis abſque pecunia.* De ſeruis verò, prout communiter accipiūtur, hæc tradit Florentinus *ff. de ſtatu hominū. l. 1. tit. 5. l. 4.* Serui ex eo appellati ſūt, quòd Imperatores captiuos vēdere, ac per hoc ſeruare, nec occide-

Seruitus quid. re ſolēt. Mancipia vero dicta, quòd ab hoſtibus manu capiantur. Seruitutē porrò ita definit, vt ſit conſtitutio iuris gentium, qua quis dominio alieno contra naturā ſubiicitur. Et ibi. *l. 5.* Mar-

Ius Ciuile. cianus: ſerui in dominium noſtrum redigūtur, aut Iure Ciuili, aut Gentium. Iure Ciuili, ſi quis ſe maior 20. annis ad pretium participandū venire paſſus eſt. (Hanc tamen venditionem Leo poſtea conſtit. 59. inhibuit) Iure Gentium ſerui noſtri ſunt, qui ab hoſtibus capiūtur, aut qui ex

ancillis noſtris naſcuntur. Cæterùm quo loco A ſerui haberentur, docet Gaius l.9.tit.2.ff. ad legem Aquiliam, primum eiuſdem legem caput explicans. Nam vt apparet, inquit, ſeruis noſtris exæquat quadrupedes, quæ pecudum numero ſunt, & gregatim habentur: veluti oues, capræ, boues, equi, muli, aſini, &c. A quibus initiis ea infœlicitas in humanum genus deriuata ſit, aliàs dixi, nempe à contemptu paternæ reuerentiæ. *Serui quo loco habiti.* Nã propterea Noë Chanaan filium ſuum ſeruituti primùm addixit. De ſeruis antea fuſius c.4. v.9. & proximè ſequenti. Quandoquidẽ tamen ſeruilium operarum hic ratio habenda eſt, idcirco nonnulla nobis addenda viſa ſunt, quo mens Prophetæ melius intelligatur. *Serui nomine etiam ancilla comprehenditur, & contra.* Primùm igitur ſerui nomine etiam ancilla comprehenditur. Author Modeſtinus *l.3.ff. de legibus. L. ſeruis legatis.* Seruis legatis, etiam ancillas quidam deberi rectè putant: quaſi commune nomen vtrumque contineat. Ancillis verò legatis, maſculos nõ deberi nemo dubitat. Et iterum ſerui appellatio ad ancillam refertur *l. 40. §. 1. ff. de verborum ſignific. & l.101. in fin. ff. eodem.* Quare igitur ancillæ voluit facere mentionem? Vt oſtẽderet ne minimis quidem eorum commodis Regem parciturum. Nõ enim vt plurimùm tanti momenti ſunt operæ fœminarum, vt ad muniendas arces, aut opus aliud publicum adhibendæ ſint. *Ancillarum miniſteria.* Deinde, quòd cũ viribus careant, & ea potiſſimùm domi curent, quæ ad corporis curam pertinent, moleſtiſſima futura ſit earundem priuatio. Vix enim, tenuis præſertim familia, earũdem obſequio carere poteſt. Nam præcipua famularum miniſteria hæc eſſe cẽſentur, vt ſint focariç, panificç, cibos parent, veſtes mũdent, ſupellectilem componant, nonnunquam etiam Hebræi ad leuãdum vxoris faſtidium ſeu potius ſolandam ſterilitatem concubinas eſſe iubebant. *Briſſonius.* Briſſonius ancillas ab officio diſtinguit, ornatrices, lanificas, focarias, villicas, ſarcinatrices, textrices ex iure ciuili. Cæterùm ancilla, vt notat Fungerus in Etymol. Triling. *Fungerus. Ancilla etymologia.* Grammaticis nonnullis dicta eſt ab *an*, id eſt, *circum*, & cella; vt ea dictione miniſterij ſedulitas, & labor ſignificetur: vel potius ſuum deriuat nomen ex Feſti ſentẽtia à veteri verbo *anculare*, quod tum temporis *miniſtrare* ſignificabat. Græcis θεράπαινα à θεραπεύω, ſeruio, colo, obſequor, delinio fomẽtis, vel obſequiis. δούλη tamen hoc loco magis interpretibus placuit. Dicitur etiam Δμωὴ, à δμάω, domo, ſubiicio. Hebræis ancilla dicitur אָמָה *ama*, cuius humerus ſeu cubitus ad ſeruitutem eſt promptus. Inde fortaſſis Græcũ nomen Δμωὴ. Hebraica autem dictio cognationem habet cum אֵם *em* mater; אָמַן *aman*, fidelis fuit. Requiritur enim ab ancillis fides, & prompta voluntas erga matresfamilias. Hîc tamen Hebraicè שִׁפְחָה *ſchiphchha*, quod genus videtur eſſe vilioris mancipij: vſurpatur eleganter etiã ab ingenuis, comitatis gratia; vt ſolent apud nos, *Ieſuis voſtre ſeruante*: quod facit Abigail infra cap.25. Sed de ancillis iam ſatis ſuperque, ſiquidem quæ de ſeruis dicentur, eadem illis ſuo more conuenient.

Seruorum plures ſpecies. Seruorum plures ſpecies numerantur in iure ciuili. Nam alij vocantur addicti, qui tametſi A iure ſerui non ſunt, ſeruitutem tamen, vt veteres dixere, ſeruiunt ære alieno obſtricti, tantiſper dum nexus ſiue debitio ſoluatur. Alij adſcriptitij, ſeu ſerui glebæ, coloni, qui ſunt quidem ſtatu liberi, verumtamen multis conditionibus ſeruitutem repræſentant. Quamobrem etiam Iuſtinianus ſeruos conditionales eos appellauit. Præter quos etiam nonnulli dicuntur ſerui pœnæ, vt qui ſunt ad beſtias, aut metalla damnati: ſed hi à Iureconſultis vita functis ſimiles habentur. *Qui ſerui proprie.* Poſtremo loco ſunt, quos verè ſeruos dicimus, quibus libertas arbitrio ſuo viuendi adempta eſt: quorum illud officium eſt, dominorum imperio obſequi, eoſque inde nomen accepiſſe docet S. Cyprianus lib. de ſingularitate Clericorum. *S. Cyprian.* Alioquin enim, inquit, nec B nos ſerui adſcriberemur, nec ipſe dominus haberetur, ſi ſecundum voluntatem noſtram permitteremur impendere ſeruitutem.] Horum tametſi natura eadem eſt, vt leges loquuntur, variis tamen inter ſe officiis, aut etiam artibus differunt. Quare etiam in plures claſſes diſtribuuntur Topiarij, Diætarij, Aquarij, Sopellecticarij, Hoſtiarij, Diſpenſatores, Actores, Ordinarij & Atrienſes, Balneatores, Fornicatores, Muliones, Venatores, Veſtigatores, Monitores, Nomenclatores, Calculatores, Miniſtratores, Cubicularij, Focarij, Coci, Obſonatores, Textores, Cellarij, Villici, Tonſores, Amanuenſes, Notarij, Curſores, Lecticarij, Tabellarij, Structores, Diribitores, Mediaſtini, Scoparij, Vrbani, Ruſtici, Saltuarij. Permulta C ſunt præterea ſeruorum & miniſteria, & nomina, quæ paſſim occurrunt legentibus Digeſtorum libros. Quamuis ergo officio, & cura, & tempore interdum differrent, tamen omnes æquè ſerui erant. Ex his porrò, qui artes noſſent, olim pretioſiores ſunt habiti, propterea quòd magnos ſæpe quæſtus & vberes ſuis dominis facerent. Quodcunque enim per ſeruum acquiritur, domino acquiritur; vt docet Iuſtinianus *Inſt. lib. 1. §. igitur. L. 1. de iis, qui ſunt ſui vel alieni iuris*, & frequenter aliàs. Itaque etiam maiore pretio diſtrahebantur, vt apparet *6. Codicis. L. ſi duobus. §. ſancimus. Titul. Communia de leg. & fideicom.* *Æſtimatio ſeruorum.* Nam cæteris, inquit, æſtimationem præſtet contingentium pretium, id eſt, ſeruis & ancillis maioribus decem annis, ſi ſine arte ſint, xx. ſolidis æſtimandis, minoribus decem annis non amplius, quàm decem ſolidis compuD tandis: Sin autem artifices, vſque ad xxx. ſolidos æſtimatione eorum procedente, ſiue maſculi, ſiue fœminæ ſint, exceptis Notariis & Medicis vtriuſque ſexus, cùm Notarios 50. ſolidis æſtimari velimus, Medicos autẽ & obſtetrices ſexaginta: Eunuchis minoribus quidem decẽ annis vſque ad 30. ſolidos valentibus, maioribus verò vſque ad quinquaginta: ſin autem artifices ſint, vſque ad ſeptuaginta. Hactenus ibi.

PONET *in opere ſuo.*] Ex ſuperioribus manifeſtum eſt, ſeruorum operas alias fabriles, alias officiales, ſiue obſequiales eſſe. *Opera ſeruorum. item ſerui dominis quærũt, non ſibi.* Officiales dicuntur, quæ non in arte vlla, ſed in domino quibuſcumque officiis iuuando verſantur, & perſonam eius, victum, curationem, otium, quietem, voluptatemque potiſſi-

SARVOS ETIAM VESTROS, &c.

mùm attingunt. Huc ſpectaot mediaſtini, cubicularij, focarij, coci, miniſtratores, & plerique alij. Operæ fabriles, ſioe artificiales appellantur generaliter omnes, quæ artis alicuius propriæ ſunt, neqoe ſine illa præſtari poſſunt: Veluti ſi ſeruus pictor, medicus, faber, architectuſve ſit, & domini ſui iuſſu aliis pingat, medeatur, fabricet, architecteturve, illa qoidem ad heri cultum nil attinent: ſed artis emolumentum dominus percipit, & lucri quodcunque naſcitur ex ſerui induſtria. Nam ſerui non ſibi, ſed dominis quærunt, vt leges teſtantur. Gaius *ff. de his, qui ſui, vel alieni iuris ſunt. l. 1. §. 1.* quodcunque per ſeruum acquiritur, id domino adquiritur. Et Vlpianus *ff. de adquirenda hereditate. l. placet. quæſt. 79.* Placet, qootiens adquiritur per aliquem hereditas, vel quid aliud ei, cuius quis in poteſtate eſt, confeſtim adquiri ei, cuius eſt in poteſtate, neque momento aliquo ſubſiſtere in perſona eius, per qoem adquiritur, & ſic adquiri ei, cui adquiritur.] Hoc dicit: emolumentis etiam ſeruorum veſtrorum priuabimini: & ſi quam vtilitatem ex eorum induſtria atqoe labore ſperare potuiſtis, illam ſibi rapiet, nec in opus veſtrum incumbere ſinet, ſuis mage negotiis applicabit.

Serui non ſibi, ſed dominis acquirunt.

In opere ſuo.] Septuag. interpr. καὶ ἀποδεκατώσει εἰς τὰ ἔργα αὐτῶν. *Et addecimabit opera ſua.* Iam illud prius initio explicauimus. De operæ Gæddæ. in comment. l. 5. §. 1. numer. 6. 7. de verbo. & ter. ſignific. Opus, inquit, & opera differunt: vt ἔργον & ἀποτέλεσμα. Opera eſt ipſa actio, induſtria, labor, conatus, ſtudium, quo in opere faciendo vtimur. Et illod eſt quod Græci appellant ἔργον, & ἐργασίαν à verbo ἐργάζομαι, id eſt, operor, & quamcunq; rem facio. Opus autem eſt operarum effectum, qood fabricando & operando effectum relinquitur. Cuius perfectio, cùm à fine ſuo, vt pote cum ipſa forma, per quam id eſt qood eſt, congruente, arguator, Græcis ἀποτέλεσμα, hoc eſt ad finem ſuum perductum ἔργον, à verbo ἀποτελέω, id eſt ad finem & calcem perduco, perficio, abſoluo. Hebraicè לִמְלַאכְתּוֹ *limlachtho*. Eſt autem מְלָאכָה *melacha* nomen fœmininum genere & declinatione, quod opus ſignificat. Differt autem à מַעֲשֶׂה *mahhaſeh*, qood eſt maſculinum genere & declinatione, & opus quoque ſignificat, quòd hoc quidem poſterius actionem, prius illud rem ipſam propriè, quæ effecta eſt, opus ipſum, induſtriam, & artificium. Vnde transfertur eleganter ad diuitias, facultates, & ad omnes propè res, quæ in vſum & miniſterium hominis cedant; ſiue artes, ſiue pecora, ſiue opera alia, labore & induſtria parta; vti exemplis probat Marinus Brixianus in arca Noë, in dictione מְלָאכָה *melacha*. Hinc facile erit ſenſum Scripturæ elicere.

Operis & opera diſcrimen explicatur.

Gæddæus.

Quo nomine Scriptura hoc loco vtatur.

Marinus Brix.

VERSVS 17.

Greges quoque veſtros addecimabit, voſque eritis ei ſerui.

INTERROGATI quondam à Pharaone patriarchæ, quid habetis operis? reſponderunt: paſtores ouium ſumus ſerui tui, & nos & patres noſtri. Sed & Cato docebat, paſcendo homines breui locupletes euadere. Et Doeg potentiſſimus ſeruorum Saul, in ſequentibus princeps paſtorum dicitur. *Addecimabit.* Supra notauimus verſu 15. eas pecorum decimas, aut iuxta nominis etymologiam pro decima parte intelligi poſſe: aut etiam pro quolibet vectigali, quod gregum armentorumque nomine penderetur.

VOSQVE *eritis illi ſerui.*] Quaſi diceret, non modò veſtra ſibi mancipia rapiet, verum etiam vos ſeruos habebit, ac tanquam famulis, ſic vobis abutetur. Famulis autem nonnulli tanquam pecudibus abutuntur. Arbitrantur enim fortaſſis, ſic ſe eſſe alterius conditionis ab iis quibus præſunt, quemadmodum qui ducunt greges, aut armenta regunt. Non enim opilio, caprarius, aut ſubulcus eodem genere cenſendi ſunt, quo ſus, ouis, aut capra: ſed illi quidem homines ſunt iudicio ac ratione prædi ti, hæc verò pecora mentis expertia. Sic & illi, cùm hominibus imperitent, deos ſe eſſe rati, humanæ fragilitatis atque inconſtantiæ obliuiſcuntur. Itaque, vt ait Vermilius, hoc addit ad extremum tanquam colophona, in quo omnes miſeriæ aliæ continentur. Ego vos, inquit Deus, aſſerui in libertatem, cùm vos educerem ex Ægypto. Et ita nunc inſanitis, vt vos velitis in ſeruitutem coniicere. Quid heroici, & generoſi pectoris viri pro communi libertate, & fecerint & paſsi ſint, omnes hiſtorici commemorant. Sed hæc ferè eſt illorum vita, qui degunt in regno. Vnde pulchrè ſcripſit Sophocles Poëta tragicus.

Nihil ſeruitute contemptibilius.

Vermilius.

Ὅστις πρὸς τύραννον ἐμπορεύεται,
Κείνου 'στὶ δοῦλος, κἂν ἐλεύθερος μόλῃ.

Quiſque ad tyrannum accedit; aut cum eo paciſcitur, illius eſt ſeruus, tametſi liber veniat. Ea ſententia vſus eſt Pompeius, cùm ſe in Ptolemæi regis Ægypti poteſtatem traderet. Et Cicero in oratione pro Rabirio hoc in eo reprehendit, quòd vltro venire voluiſſet in poteſtatem regis Alexandriæ. Libertatem, cùm ſit res inæſtimabilis pretij, prodi à ciuibus non oportet.

Eſt autem libertas, vt Cicero definit in Paradox. diſput. 8. poteſtas viuendi vt velis. Verùm hæc non videtur eſſe perfecta definitio: nam ſi malè, & flagitioſè viuat, non eſt ea libertas, ſed ſeruitus vitiorum. Quare ad explendam definitionem addendum eſt, modò rectè velis. Id autem erit, ſi voluntatem tuam accommodes ad verbum Dei. Cicero tamen ſecutus eſt Zenonem, qui libertatem definit

Quid ſit libertas.

ἐξουσίας αὐτοκρατορίας. Ille vobis, inquit, vtetur pro iumentis. Heſiodus ait bouem eſſe loco ſerui. Ita reges ſubditos ſuos habent pro iumentis & brutis. Hactenus Vermilius. Aliàs

Tullius.

αὐτονομίαν vocat idem Tullius, i. poteſtatem ſuis legibus viuendi. Libertatem Iureconſulti ita

Ius ciuile.

definiunt *ff. de ſtatu hominum l. 4.* Libertas eſt naturalis facultas eius, quod cuique facere libet, niſi ſi quid vi aut iure prohibetur. At ſeruitutem Tullius eſſe dicit obedientiam fracti animi, & abiecti, & arbitrio carentis ſuo, eamque poſtremum malorum omnium, non modò bello, ſed morte etiam repellendum. Itaque primùm Hebræos huius rei admonet, deinde optandi liberam facultatem tribuit, ne, poſtea quam facti pœnituerit, ſe deceptos querantur. Fuit hæc olim non modò publicè, ſed etiam priuatim, Iſraelitis permiſſa licentia, vt ſe poſſent ſeruituti ſubiicere, libertatique ſuæ, ſiue ad tempus, ſiue in perpetuum renuntiare. Volenti namque non fit iniuria. Deinde etiam nonnullis vtilius eſt ex aliorum præſcripto vitam inſtituere, quàm ſibi ipſis moderari, vt pote qui ſe regere neſciant. Poſtremò adhuc ſub elementis mundi ſynagoga ſeruiebat, nec quemquam lex illa in perfectam libertatem aſſeruit. Nunc verò poſtquam à Chriſto manumiſſi ſumus, & duriſſimæ ſeruitutis iugo liberati, admonet nos Apoſtolus, vt, & ſi qui adhuc hominum ſerui ſumus, liberi fieri ſatagamus. Eum autem, qui ſit ingenuus, libertatem vendere leges etiam ciuiles prohibent.

Hebræis ſeruitutem optare licuit, quod non probat in Chriſtianis Apoſtolus.

Libertatem vendere legibus prohibitum eſt.
Leo Imper.

Leo Imperator conſtit. 59. contrariam legem abrogans, & aliam ſanciens, qua illicitum habeatur libertatem pretio addicere, hæc ait: Si quod pater filiis eſt, hoc idem ciuibus leges eſſe oportet, vt in hoc vnum quod illis condocat, ac ſalutare ſit colliment: quomodo hanc legem quæ tantum incommodum atque damnum incumbere, iis qui per dementiam in id ſe coniecerunt, ſinit, legibus annumerari æquum eſt? Hanc itaque nos legibus excerptam in exilium mittentes, Sancimus, vt ſi quis ita demens ſit, vt libertatem ſeruitute commutans ſeipſum vendat, ne is contractus validus ſit, ſed euertatur, & ſimul ipſe libertatis ſuę proditor, ſimul is qui cum ipſo id facinus deſignauit, verberibus caſtigentur, nihiloque minus veſaniæ mancipio libertas in priſtino ſuo ſtatu ſeruetur.

Gothofredus.

Hæc Imperator. In quem locum Gothofredus, Meritò, ait, cùm talem ſuiipſius venditionem natura abhorreat; cùm parum interſit, quis ſibi mortem naturalem an ciuilem conſciſcat; cùm nemo ſit dominus membrorum, quòd liberi hominis nulla æſtimatio, quòd ſit iniquum minori viginti quinque annis in integrum reſtitutionem dari, ad res ſuas alienatas reuocandas, non dari ad libertatem reuocandam.

An ſerui ſint, qui regibus parent.

Martialis.

SED dices: num igitur reuera ſunt ſerui, quotquot regibus parent? Martialis imperante Traiano lib. 10. Epigram.

Fruſtra blanditiæ venitis ad me,
Attritis miſerabiles labellis:
Dicturus dominum Deumque non ſum.
Iam non eſt locus hac in vrbe vobis,
Ad Parthos procul ite pileatos:
Et turpes, humileſque, ſuppliceſque
Pictorum ſola baſiate regum.
Non eſt hic dominus, ſed Imperator,
Sed iuſtiſſimus omnium Senator:
Per quem de ſtygia domo reducta eſt
Siccis ruſtica veritas capillis.
Hoc ſub principe, ſi ſapis, caueto,
Verbis Roma prioribus loquaris.

Plinius.

Hæc Martialis. Attamen Plinius, quem idem Martialis multis laudibus exornat, Traianum in epiſtolis dominum perpetuò compellat. Eſt etiam hæc frequentiſsima & ſolennis appellatio Regum in Scripturis. Denique ſi eo iure vtantur reges, quod hîc deſcribitur, quis putet liberos eos eſſe poſſe, qui tali imperio ſubiaceant? Nam ſi neque cuiquam quæ diuturno labore pepererit, aut hereditario iure indeptus ſit, tueri liceat, ſed ne liberos quidem ſuos retinendi facultas ſit, alieno verò labore atque opere inuitus atteratur, non video quî diſtet à ciue mancipium. Quinimo multis partibus futuri ſumus mancipiis deteriores. Iam enim in illos ſui domini necis poteſtatem non habent: at qui ſe regibus ea lege ſubdiderint, etiam morti obnoxij manebunt. Cęterùm rapere de parentum ſinu liberos, & ad arbitrium ſuum virginum florem delibare, plus mihi videtur eſſe quàm regiè imperare. Itaque ex hoc loco probat Molinæus non eſſe ius regis, quod hoc loco traditum eſt, cùm id ſeruis potius quàm ciuibus conueniat. Autorem laudat S. Thomam Aquinatem, qui lib. 3. cap. 11. de regimine princip. Prophetam Samuelem docet, non leges regias, ſed deſpoticas hîc tradidiſſe. Quod ex eius concluſione manifeſtè patet, cùm inferat: *Voſque eritis illi ſerui*: quod pugnat cum regali adminiſtratione, cui ſubeſſe ſumma libertas eſt. *Nouell. 1. de heredibus & Falcidia. in princip. ibi, antiquam recipientes libertatem. cod. de capitatione ciuium cenſibus eximenda. l. vnica.* Hinc eleganter Claudianus, nuſquam libertas gratior vlla eſt, quàm ſub rege pio. Plinius in panegyrico Traiano dicto, de eodem loquens, Non inquit de tyranno, ſed de ciue: non de domino, ſed de parente loquimur. Vnum ille ſe ex nobis, & hoc magis excellit atque eminet, quod vnum ex nobis putat: nec minus hominem ſe quàm hominibus præeſſe meminit. Intelligamus ergo bona noſtra, dignoſque nos illius vſu probemus, atque identidem cogitemus, ſi maius principibus præſtemus obſequium, qui ſeruitute ciuium, quàm qui libertate lætantur. Hactenus Plinius. Traiano optimi cognomentum à Senatu populoque Romano inditum fuerat. Tali autem regi ſeruire, regnare eſt, vt de Franciſco primo initio ſui principatus, & Mediol. ſubacti, dicebat Ioannes Neuiſanus. Sed ſobriè & abſque adulatione ſcripſerunt Seneca, frænis iuſtitiæ regi, eique obtēperare ſummā eſſe libertatē: & Propertius,

Non traditus hic ius regis Caroli Molinæi ſententia.

Subeſſe regibus ſumma libertas eſt. ll.

Claudianus.
Plinius.

Seneca.
Propertius.

Libertas nulla eſt melior, maior-ve poteſtas
Quàm ſeruire Deo.
Itaque Samuel, ſubdit Molinæus, loqutus
eſt ad terrorem & demerita populi, vt decla-
rant Theologi ibi, & ſanctus Thomas in lo-
co præallegato: & latius in 1. 2. quæſt. 105.
art. 1. in fine. & admirabilis ille Theologus,
Toſtatus. vniuerſalis ſcientiæ Oceanus, Alphonſus To-
ſtatus Abulenſis Epiſcopus in hoc cap. circa
initium, & nouiſſimè magnus Eraſmus in inſtit.
principis Chriſtiani. Et ſic verbum ius ibi ſtat
pro iniuria, & violentia ſecundum præfatos, &
Ioan. Gerſ. in tractatu contra adul. conſider. 8.
Verum ius regis. Veræ autem leges, & iura regis ſeriò tradun-
tur in Deuter. cap. 17. vbi tria ſunt præcepta ne-
gatiua, & vnum affirmatiuum. Primum ibi:
Non multiplicabit ſibi equos, & conſequenter nec
multos aulicos graues populo. Secundum ibi:
Non habebit vxores plurimas: ergo multo minus
ſcorta, vt curia eius nec facultatibus, nec mo-
ribus, nec pudicitiæ [s]ubditorum inſidietur.
Tertium ibi: *Neque argenti & auri immenſa pon-
dera*, nempe, vt opes populi foueat magis quã
ſui fiſci, quem Traianus princeps Ethnicus lie-
ni ſcitè comparabat. Quartum ibi: deſcribat ſi-
bi Deuter. legis huius, id eſt ipſius Dei, & non
inoentiones hominum, vt puram legem Dei
ſeruet, & ſeruari faciat in toto regno ſuo, nec
in dexteram nec in ſiniſtram declinando. Quod
etiam ex noſtris pulchrè & doctè declarat Bar-
tol. in tract. de regia dignit. col. 2. num. 4. 5.
idem vult Andr. & cæt. Non tamen negatur,
quin ea, quæ exprimuntur in dicto 8. cap. le-
gitimè competant vero regi, quando commu-
ne bonum, & Reipub. neceſſitas hoc expoſce-
ret. Tunc enim ad hunc duntaxat finem, omnia
ſunt regis, vt & per S. Thomam. Gerſ. & Andr.
Iſer. in locis allegatis, & latius diximus ſupra
in procemio in gloſ. 1. Hactenus Carolus Moli-
næus to. 1. tit. *des fiefs*. §. 1. gloſ. 5. in verbo *fief*.
num. 64. Cuius idcirco ſententiam ſtudioſius
retuli, quòd ex officio ſtudioſior eſſe debuerit
regiarum partium, & alioquin à vera religio-
ne abhorruerit, quæ reges cenſetur in officio
continere velle.

Ioan. Gerſon. *Ius regis quomodo hic intelligendum.* Cæterum idem Ioannes Gerſon, quem modò
Molinæus teſtem laudauit, de hoc eodem Iure
Regis diſſerit in hanc ſententiam, in ſermone
habito nomine Vniuerſitatis ad Regem Fran-
ciæ, in 4. parte Operum. Dicamus, inquit, ex-
actiones has de quibus agit per dictum caput 8.
Ius Regis nominari propter harum trium cau-
ſarum vnam: aut ob iuſtam populi punitionem,
qui contra Dei voluntatem regem poſtulaue-
rat: aut ob publicam ſubuentionem in caſu ne-
ceſſitatis rationabili: aut per ſolam nuncupa-
tionem, eò quòd ſic appellant ea quæ ipſa iura
conſtituunt.] Hæc Gerſon.

Ciues ſunt, non ſerui, qui legitimis regibus ſubduntur. Summa dictorũ hæc eſt, ciues eſſe non ſeruos,
qui regibus obſequuntur. Nam quæ hic tra-
dantur, ad tyrannos ſpectare: immenſam vero
illam potentiam quam tyranni vſurpant, regia
lege coerceri, quæ ab ipſo Deo lata eſt, & in
ærariom ſacræ Scripturæ Deuter. cap. 17. con-
dita. Libertatem autem cum imperio regio id-
circo nos retinere conſeruareque dicimur,
A quoniam ſeruilis quidem miniſterij finis & ſco-
pus eſt ſola imperantis vtilitas, obſequij verò
noſtri publica ſalus atque incolumitas. Dein-
de quòd ſuperiora tantùm regibus licent, quan-
tùm vtilitatis noſtræ ratio popoſcit, non quan-
tùm libet, quemadmodum domini facere ſo-
lent. Quòd ſi aut labore noſtro aliquando, aut
etiam opibus, vel liberorum noſtrorum ope-
ra atque induſtria Reipub. tempora indigent,
tum, ſi præter conſuetudinem & ſolitum cano-
nem ſtipendiorum ſuorum, aliquid iubeat rex,
aut etiam extorqueat, quo ruinam fulciat, ne-
quaquam propterea ſeruitutis iugo populum
opprimere credendus eſt, ſed potius eiuſdem
libertatem ſedulò atque anxiè tueri, iis reme-
diis, quæ licet nonnihil acerba videantur, tem-
B porum tamen conditio multis de cauſis neceſ-
ſaria effecit. Non igitur magis ſerui ſunt, qui
reges colunt, quàm qui belluam multorum ca-
pitum populum obſeruant; quin potius tanto
liberiores habendi ſunt, quanto paucioribus
dominis obſequuntur. Ita docet Franciſcus à Franciſcus à Victoria. *Liberior conditio ciuium in monarchia, quàm in Ariſtocratia aut Democratia.*
Victoria ex Ariſtotele, ſeu potius ipſa ratio cõ-
uincit, quam idem explicat Relectione 3. de
Poteſtate Ciuili, numero vndeci. Ex ſuperiori-
bus infertur, inquit, corollarium non con-
temnendum, his maximè, qui ſub vno princi-
patu & regali degunt. Solent enim ciuitates,
quæ ſine rege ſunt, & populari adminiſtratio-
ne regũtur, iactare ſuam libertatem. Et corol-
larium eſt, Quòd non eſt minor libertas in re-
gali principatu, quàm in Ariſtocratico, & De-
C mocratico. Sic enim diſtinguit Ariſtoteles ter-
tio Politic. principatus, in monarchiam, id eſt
principatum vnius, Ariſtocratiam, id eſt opti-
matum principatum, & Democratiam, id eſt,
popularem, ſeu multitudinis principatum. Di-
co ergo non eſſe minorem libertatem in regali
principatu, quàm in aliis. Probatur, quia cùm
eadem ſit poteſtas, vt ſupra probatum eſt, ſiue
in vno, ſiue in pluribus: (Tot enim ſunt do-
mini quot ſuperiores) ergo non eſt minor li-
bertas vbi omnes vni ſunt ſubditi, quàm plu-
ribus, maximè cum vbi ſunt plures dominan-
tes, plures ſunt qui poteſtatem ambiant: &
neceſſe eſt, vt ſeditionibus & diſſentionibus
D Reſpub. ſæpe laboret, propter illorum diuer-
ſas ſententias. Nulla enim fides regni ſociis,
ait Poeta. Et Dominus per Prophetam, Pa-
ſtores multi demoliti ſunt vineam meam. Op-
timum ergo regnum eſt vnius, ſicut totus or-
bis ab vno principe & domino ſapientiſſimo
gubernatur. Hactenus Franciſcus à Victoria.
Quid igitur ſibi vult, quod ait Scriptura, *Voſ-
que eritis illi ſerui*? Reſpondeo, primùm ſatis
apparere ex præcedentibus, hoc in tyrannos ia-
ctatum eſſe, qui populi libertati inſidiantur, &
eundem iugo ſeruili premunt. Deinde quando-
quidem eius vocis vſus eſt etiam apud eos, qui
regibus obtemperant, animaduertendum eſſe,
eandem multifariè vſurpari. Nam & amicorum *Huius dictionis ſeruus vſus eſt multiplex.*
nos ſeruos vltro profitemur; & item eorum, à
quibus ad opus mercede conducti ſumus; &
omnium penè vbique ex conſuetudine, quo-
rum opes aut fauorem captamus, aut certè di-
gnitatem ſuſpicimus, tametſi nemo propterea

nuntium libertati ſuæ ſe remittere intelligit: denique eadem Scriptura, autore Apoſtolo, docet nos, paruulum, donec ſub tutoribus & actoribus eſt, nihil differre à ſeruo, ſit licet omnium dominus. Non igitur quicunque ſerui dicuntur, mancipia eſſe intelligenda ſunt: ſed eius dictionis cùm nuper, tum iam olim is vſus eſſe cœpit, vt per eam libens & prolixus ad obſequendum animus, officio, gratia, mercede ſignificetur. Ducta eſt autem metaphora à fortuna ſeruorum: quorum vt quiſque partem aliquam conditionis ingenuus affectat, ita etiã ex imitatione ſeruus nuncupatur. Addicti ſunt ſerui ſuis dominis, eorum voluntati obtemperant, vtilitatibus ſeruiunt. Horum nos gratia amicorum, quibus ſpontè addicti ſumus, ſeruos appellamus; locatorum, quorum opus faciendum redimimus: tutorum denique, à quibus regimur: libertatem tamen neutiquam eiuramus; quemadmodum nec illi qui regibus ſubijciuntur. Quare etiam quæcunque ſeruitutis ſunt maximè propria, & ingenuo homine indigna cenſentur, illa nec nobis nec illis conueniunt; vti haberi pro nullis: nullius nominis nec arbitrij eſſe: nihil poſſidere: nullo iure niti: venire & pretio diſtrahi ad alterius arbitrium, non ſibi ſed aliis quærere: male audire: à militia, & publicis magiſtratibus arceri: denique, quod de ſeruis Apuleius prædicat, lib. 9. Aſini aurei, frontes literati, capillum ſemiraſi, & pedes annulati minimè ſumus: ſed eo modo regum ſerui intelligimur quo amicorum & tutorum, imò chariſſimorum parentum, quibus noſtra ſalus & incolumitas cum primis curæ eſt.

Quæ ſeruorum ſunt propria, ea ciuibus minimè conueniunt.

Apuleius.

Guill. Barretus.

Copioſior ingenuæ ſeruitutis explicatio, ex duplici officiorum genere, quibus humana ſocietas aſtringitur.

Guillel. Barretus, tametſi non ſemper bonus autor, ſatis tamen commodè lib. 1. de Iure Regis, cap. 6. bina vinculorum genera recenſet, quibus humana ſocietas aſtringitur, altera quidem ſtricti iuris, altera naturalis æquitatis, ex Theologorum, vt inquit, ſententia. Poſterioris generis obligationes ſex numerantur: Prima eſt gratitudinis, quæ naſcitur ex alieno beneficio, quod referre par eſt, aut ſaltem gratias agere, cùm referre nequeas. Altera eſt veritatis, quæ fugit verborum amphibologiam, & ab hypocriſi pariter mendacioque abhorret. Tertia eſt mutuæ defenſionis, quæ calamitoſi ſemper & vbique patrocinium ſuſcipit, & ad propulſandam iniuriam, iacentem ſuis copiis excitat. Quartam ſedem amicitia occupat, cuſtos pacis, & firmiſſimum aduerſus lites & iurgia propugnaculum. Hanc deinde ſuſcipit liberalitas, cuius ſingulare hoc ſtudium eſt, vt miſeris opem ferat, & inopes opum vi iuuet. Poſtremo loco æquitas modum iræ ſtatuit, & rationem negotiis præſidem adhibet. Sic nos, tot vndique vinculis alligati, alter alterius ſerui ſumus: nam beneficia hominem ligant: & qui fauore, amicitia, ſtudio, opibus ſe iuuari ſentit, idem quoque arctiſſimis nexibus ad officium præſtandum ſe aſtringi ſentit. Sed ſunt aliæ præterea rationes, quæ nos arctiore nodo regibus deuinciunt. Nam quæ dicuntur officia ſtricto iure debita, cùm pari numero cum præcedentibus cenſeantur ad reges relata, ciues omnes pa-

A riter alligant, & longè potiori iure, quoad fas eſt & decet liberos homines, regum ſeruos cõſtituunt. Nam primùm quidem obſeruare eos tenentur, & omni honore proſequi, non tantùm quia ſingulari dignitate reliquis antecellunt, ſed etiam quia ab iiſdem reguntur. Deinde iuſſis eorum morem gerere debent, & leges ac mandata ſeruare. Adhæc, pietas erga principem tanta exigitur, quanta nec erga parentẽ, à quo ſpiritum huius vitæ hauſimus: adeò vt ne ſibi quidem parcere liceat, cùm is in periculum vocatur. Nec verò nos ſola naturalis æquitas regibus obnoxios facit, ſed iuſtitia quoque ipſa arctius ſtringit, tanquam ex valido contractu, quem cum principe plebs iniit, fidelitas item,

B & ſacramenti religio. Tot hæ iuris obligationes cùm aliquem ligant, ſi continuò in ſeruitutem tradunt, negari non poteſt ſeruos eſſe regum ciues: at ſi hi quoque nexus ingenuorum ſunt, nec cuiuſquam libertati præiudicant, intelligemus regum imperia libertatem tueri magis quàm tollere: his tamen ſubiectos idcirco nonnunquam ſeruos dici, quòd maximi momenti rationibus ad audiendum colendumque regem præ cæteris obligentur: aut certè, quæ mens eſſe videtur Samuelis in hoc loco, quòd non raro principes, iuris & officij immemores, ciuibus haud ſecus ac mancipiis abutantur.

Quæ ratio officiorum ciues Regum ſeruos conſtituat.

C Sed hactenus de voce *Serui*: quæ ſi libertati ciuium non officit, multò minus appellatio *Domini*, quo ſæpe titulo reges Scriptura cõpellat, deterrere nos debet ab ingenuæ libertatis opinione. Quinimò, ſi dictionis etymologiam, & dignitatis originem à principio repetemus, inueniemus ad ſtatuendam libertatem, liberoſque fouendos primùm vſu recepta fuiſſe. Nec nos mouere debet quòd Auguſtus ex Suetonio ab ea voce abhorruit, tanquam indigna libero populo: quòd Tiberius ſe appellantes increpuerit, vt docet Tacitus, & Alexander Seuerus, vtrumque ſequutus, ſe Dominum vetuerit appellari, teſte Lampridio: ſed neque quod narrat Ioſephus lib. 7. de Bello Iudaico, cap. 19. quæſitiſſimis tormentis Galilæos excruciatos fuiſſe, quòd Cæſarem dominum non appellarent: id enim errore magis contigit, quàm certa ſcientia: aut certè odio deprauatæ dominationis,

Domini appellatio ciuium libertati non officit.

D quæ à prima inſtitutione degenerauerat. Nam quid eſſe Dominum dicimus, aut vnde eius vocis vſum accepimus? Marcellus à domo dominum dictum putat, ſicut & dominia, quæ olim dicta ſunt domeſtica conuiuia: nec alius eſt dominus quàm paterfamilias, aut qui conuiuium domi exhibet, nam is quoque Dominus vocatus eſt: & maritus vxoris, vti Nonius probat adductis in medium his Virgilij verſibus, Æneid. 9.

Domini etymologia.

Nonius Marcell.

Connubia noſtra
Reppulit, ac Dominum Aeneam in regna recepit.

Marcelli ſententiam ſequitur S. Iſidorus Etymolog. 10. Apud Hebræos verò *Dominus* duabus præcipuè dictionibus exprimitur. Vna eſt בָּעַל *bahal*, de qua Fungerus in Etymolog. Triling. à verbo eſt בָּעַל *bahal*, inquit, quod ſignificat dominari, dominium habere, poſsidere vt

Fungerus

dominum,

A dominum, maritum eſſe, vxore potiri maritali iure. Primum enim dominium in familiis cœpit, & bonus Princeps eſt in principatu, tanquam maritus cum vxore, nempe beneuolus, familiæ ſuæ prouidus, & ſapiens adminiſtrator. Hæc Fungerus. Talem dominum quis niſi demens eiicet, aut liberis ciuibus grauem eſſe opinetur? Verùm non hac dictione Scriptura reges appellat, ſed altera frequentius vtitur, quæ eſt אדון *adon*, de qua idem
דון Fungerus hæc habet. Sunt qui *adon* ad *dun*, id eſt iudicare, referant, & nomen *edea*, id eſt
אדן baſis. Volunt enim *adon*, iudicem, & quaſi ſuſtentatorem, columen, columnam, fulcrum & baſim familiæ vel Reipublicæ appellari. Domini populorum, Græcis βασιλεῖς, id eſt baſes populorum dicuntur. Hactenus Fungerus. De eadem hac voce *adon* multa reperies apud Marinum Brixian. Tomo 1. Arcæ Noë. Sed nos aliò pergimus, ſatis enim fuit oſtendiſſe binas has voces *ſerui & domini*, cùm liberis populis, & eorundem rectoribus tribuuntur, ſi ſyncerè exponantur, neque reges accuſare tyrannidis, neque ciuibus imponere contumeliam.

Versvs 18.

Et clamabitis in die illa à facie regis veſtri, quem elegiſtis vobis: & non exaudiet vos Dominus in die illa, quia petiſtis vobis regem.

Nolo quidem regum meminiſſe, quos ipſi ſæpe ferro ſuſtulerunt, dum eorundem vim & impotentiam nequicquam ſtudent cohibere: vnum tamen atque alterum exemplum proferam, quibus probetur, poſteris temporibus fruſtra eos iugum excutere voluiſſe. Nam cùm aliquando apud Pompeium, vt Ioſephus ſcribit lib. 14. Antiquit. Iudaic. cap. 5. Hyrcanus & Ariſtobulus fratres de regno contenderent, ipſi quoque Iudæi apud Damaſcum Pompeium adierunt. Aiebant autem, inquit Ioſephus, ſe nolle eſſe ſub regibus, quòd patrium inſtitutum habeant, vt ſui Dei pareant Sacerdotibus: hos autem duos eſſe quidem è Sacerdotum genere, ſed velle principatum gentis in aliam formam traducere, vt eam in ſeruitutem redigant. Hæc ille: ſed fruſtra, nam à Pompeio, vt idem autor eſt, nihil impetrarunt. Quod iterum inutiliter Herode mortuo tentarunt. Nam cùm Archelaus de regni ſpe apud Cæſarem cum Antipa certaret, venit eò, Ioſephus inquit, Vari permiſſu Iudæorum legatio, poſtulans vt eis liceat ſuis legibus viuere: erántque legati quinquaginta, quibus aderant Iudæorum vrbem incolentium plus quàm octo millia. Data igitur Iudæorum legatis dicendi copia, poſtulantes non eſſe vlterius ſub regibus, (referam autem integram eorum orationem, ſicut à Ioſepho deſcripta eſt, Antiquit. Iudaic. lib. 17. cap. 12. quò certius appareat, quem tandem exitum ter-

Iudæi rogando iugum tentant excutere, nec audiuntur. Ioſephus.

Oratio Iudæorum po-

I.

ror iſte verborum, minæque graues habuerint.) ab accuſanda Herodis iniquitate orſi ſunt, regem illum fuiſſe nomine tenus dictitantes, alioquin omnibus omnium tyrannorum artibus vſum ad ſubiectæ gentis perniciem, nec his contentum quaſdam nouas ex ſuo commentum eſſe ingenio. Nec opus eſſe commemorari quàm multis vitam ademiſſet, cùm longè deterior fuerit conditio ſuperſtitum, quos non modò perpetua truculentia & aſperitate terruerit, ſed bonis etiam eorum rapaces manus non abſtinuerit: itaque vicinas vrbes ab exteris habitatas illum ornamentis excoluiſſe, quò magis in ſuo regno ſitas exauriret exactionibus: adegiſſéque gentem
B ſuam ad extremam paupertatem, quam cum primis florentem acceperit, dum nobiles ea cauſis parum probabilibus damnatos capitis inſuper bonis ſpoliat, aut facta viuendi gratia, nudat eos poſſeſſionibus. Deinde, cùm annua tributa impoſita ſint per ſingulos, ſeorſum tamen placandam fuiſſe auiditatem amicorum eius & aulicorum, atque etiam ſeruorum qui huiuſmodi exigendis præeſſent, vt hoc pacto iniurioſam vexationem redimerent. Silentio enim prætereundas conſtuprationes virginum, & per contumeliam ereptam matronis pudicitiam: quandoquidem hæc patientibus maximum ſit ſolatium, ſi quàm pauciſſimis
C ſciatur ſuum dedecus: in ſumma non aliter ipſis præfuiſſe Herodem, quàm ſi ſæuiſſimæ beſtiæ in eos commiſſum fuiſſet imperium. Itaque cùm multis ea gens olim oppreſſa ſit cladibus, nullum tamen extare in rerum monumentis exemplum, cum quo conferri poſſit præſens per Herodem illata calamitas. Quapropter meritò ab eis Archelaum promptis ſtudiis regem conſalutatum, quòd ita putarent, fieri non poſſe, quin quicunque tandem Herodi ſuccederet, moderatius multò tractaret ſubditos: & in eius gratiam patrem honoratum luctu publico, libenter gratificaturis & in cæteris, ad conciliandam ſibi eius beneuolentiam. At illum, quaſi timeret ne non videretur germana parentis ſui ſoboles, ſine dilatione declaraſſe popularibus quid de ſe ſentiendum ſit, idque priuſquam confirmatus eſſet in potentia, cùm totum negotium etiam tum pen-
D deret ex arbitrio Cæſaris: editúmque mox ſubditis futuræ virtutis ac modeſtiæ & æquitatis ſpecimen, dum tria millia ſuæ tribus ciuium Deo in ipſo templo pro victimis iugulat. An non igitur omnes iuſtiſſimo illum proſequi odio, qui poſt tam crudele facinus, adhuc ſeditionis reos ſe conetur peragere, & ius regni ſibi vendicet? Poſtremò ſumma poſtulatorum hæc fuit, vt mutata Reipub. forma, poſthac ſine regibus agerent, & contributi Prouinciæ Syriæ, Romanis parerent poteſtatibus. Sic enim fore perſpicuum, vtrum ſeditionibus delectetur, & rerum nouationibus, an obedire ſciant legitimis præſidibus. Hactenus legati Iudæorum: quibus peroratis, etiam tum nihilominus iugum ferre coacti ſunt. Itaque non malè hunc locum interpretatur Vermilius.

ſtulantium Regum imperio eximi.

Vermilius.

Quod minatur Deus, conſtituto rege preces populi ſe non auditurum, de mutando reipub. ſtatu intelligi debet. Nam regis quidem ipſe frequenter vltus eſt.

ET *non exaudiet vos Dominus in die illa*:] Nihil, inquit, erit quòd ſperetis fore aliquem iſtorum malorum finem. Fruſtra enim orabitis Deum: carebitis fructu precum veſtrarum. Cùm orabitis mutationem reipub. Deus non flectetur. Nam rex ſemel inaoguratus videtur eſſe loco Dei. Imò appellarur Chriſtus Domini. Et ea de cauſa Dauid noluit manum iniicere in Saulem, quòd ſciret eum conſecratum eſſe, & vnctum à Domino. Annotandum eſt præterea, Deum iſta minari ſine vlla conditiooe. Hic enim ſtatus ſempet duraturus erar vſque ad Chriſtum. Nam roto illo tempore habuerunt reges, vel ſuos, vel alienos. Cùm Deus ſemel populn ſuo dediſſet reges, noluit poſtea mutare propoſitum. Quare boni ciues curare debent, ne ſtatus reipub. tolerabilis immutetur. Ar vbi ſemel eſt mutatus, nemo eum poſtea debet priuato conſilio perturbare. Non tamen reges ſcelera ſua ferent impunè, Deus in illos animaduertet, idque longè grauius, quàm quiſquam priuatus poſſit. Sedechiam impium regem miſit captiuum in Babylonem. Nabuchodonoſor coniecit in furorem, vt ſe putaret eſſe beſtiam. Saülem à Palæſtinis curauit interfici. Deus eſt conſtans, nec à ſuis decreris vult diſcedere. Decreuerat aurem vt Iudæi ſub regibus agerent, vſque ad Chriſtum. Itaque vſque ad migrationem vſi ſunt regibus ſuis: deinde Babyloniis: Perſis, & Macedonibus, poſtremò Aſſamonæis, quibus denique ſucceſſit Herodes, qui regnum obtinuit, quum Chriſtus naſceretur. Quamuis aurem Deus minetur, ſe non exauditurum populi preces de mutando ſtatu reipub. non tamen idcirco repudiat priuatorum hominum pias preces. Audiuir virum illum Dei, ne occideretur à Hieroboam. Audiuit Eliam, ne vis illi fieret ab Achab rege Iſrael. At hîc non agitur de priuatis precibus, ſed de ſtatu reipub. Sed dices: ſi multi futuri erant mali reges, an idcirco non oportuit populum petere regnum? Nam quòd mali ſint reges, eſt tantùm per accideus. Quare videtur eſſe paralogiſmus accidentis. Reſpondeo: argumentum ab accidente quandoque firmum eſt, quandoque infirmum. Si tara ſint accidentia, nihil concludunr. Ar ſi ſint perperua, quales ſunt proprietates rerum, aut ſi frequentia ſint & plerumque contingant, conficiunt firmum argumentum. Ar in populo Iſraelitico pauci futuri erant reges boni. Quare Samuel noo ſophiſticè, ſed verè concludit. Hactenus Vermilius.

Crebritas eiuſdem accidentis parit moralem ſcientiam.

Quod verò ait, ſi res plerumque accidat, firmum inde confici argumentum, referri ad officium debet. Etenim ex ſæpius repetitis eiuſdem accidentis vicibus circa eandem rem, naſcitur certirudo qoædam, ſeu fides moralis, quæ, quid agendum ſit, legitimè præſcribat, non qoid futurum ſit, certò renuntiet. Non enim ſi quid contingens ſit, proprerea quòd frequeotius accidit, etiam poſthac futurum eſt: ſed cùm nos, quid poſtera dies allatura ſit, præſentire oequeamus, ex iis, quæ prius facta ſunt, quid à nobis geri debeat, neceſſariò coniectu- A ram capimus; qoæ, cùm maximâ, quæ haberi poteſt, rerum futurarum præſenſione ac prouidentia nitatur, meritò nos etiam in iis, quæ ſecus accidunt, liberat culpæ conſcientia.

Populi ab iniquo rege vexati preces Deus non negligit.

Quòd autem nec populi qoidem preces Deus negligat, ſi regem infeſtum patiatur, nec in longinqoum tempos ſupplicium differat, ſi populus dirè vexatus, & à principis ſcelere abhorrens, Deum æquis gemitibus interpellet: præter ea exempla, quæ Scriptura ſuppeditat, à ooſtris etiam regibus nonnunquam experientia comperrum eſt. Vnam tantùm hiſtoriam proferam, quæ id, quod dixi, abundè confirmat. Chilpericus rex, inquit Rhegino Abbas Chronic. lib. 1. ad anu. Domioicæ Incarnat. 510. deſcriptiones nouas, per conſilium Fredegundis, in omni regno ſuo facit, vt vnuſquiſ- B que poſſeſſor de propria terra, de vno arpenne vnam amphoram vini ad partes regis daret, & de iugero modium vnum. Vnde populus valdè oppreſſus vociferabatur ad Dominum. Miſit autem Dominus plagam in domum regis, & ipſe ægrotare cœpit, & duo filij eius mortui ſunt. Rex perterritus deſcriptiones combuſſit, & tributum indulſit. Poſt boc cognouit vxorem ſuam, quæ peperit filium, quem appellauit Clotharium. Hic fuit poſtea rex magnus. Hæc Rhegino.

Rhegino.

S. Gregorius Turo.

Præter quæ S. Gregorius Turon. illo longè antiquior, & vir temporum illorum, alia quædam copioſius oarrat, quæ placuit compendioſæ Rheginonis nattationi adiungere, & potiſſimùm Fredegundis ad vi- C rum orationem, quam ſic ille metu perculſam, Chilpericum alloquentem indocit. Diu nos malè agentes pietas diuina ſuſtentat. Nam ſæpe nos febribus, & aliis malis corripuit, & emendatio nou ſucceſſit. Ecce iam perdimus filios: ecce iam eos lacrymæ pauperum, lamenta viduarum, ſuſpiria orphanotum interimunr. nec ſpes remanet, cui aliquid congregemus: theſaurizamus neſcientes cui congregemus ea: Ecce theſauri remanent à poſſeſſore vacui, rapinis ac maledictionibus pleni. Nonquid non exundabant promptuaria vino? nunquid non hotrea replebantur frumento? Nunquid non erant theſauri teferti auro, ar- D gento, lapidibos pretioſis, monilibus, vel reliquis imperialibus ornamentis? ecce, quod pulcrius habebamus, perdimus. Nunc ſi placet, venire, incendamus omoes deſcriptiones iniquas: ſufficiatqoe fiſco noſtro, qood ſuffecit patri regique Clothario. Hæc effata regina, pugnis verberans pectus, iuſſit libros exhiberi, qui de ciuitatibus ſuis per Marcum veoerant, proiectiſque in ignem, iterum ad regem cooorſa, Quid tu, inquit, miraris? fac qood vides à me fieri, vt, & ſi dulces natos perdimus, vel pœnam perpetuam euadamus. Tunc rex compunctus corde, tradidit omnes libros deſcriptionum igni, conflagratiſque illis, miſit qui futuras prohiberent deſcriptiones. Sed & multa Eccleſiis ſiue baſilicis pauperibuſque poſtea largitus eſt. Hæc S. Gregorius lib. 5. hiſtor. Francorum, cap. 34. Itaque ranis quidem, cùm Iupiter ro-

NON EXAVDIET.

gatus truncum regem dediſſet, earundem querelis fatigatus, ſemel mutare ſuſtinuit: ſed hydro deinde ſuffecto, tametſi ranas ille tyrannicè vexaret, exorari denuo non potuit, quòd nollet toties propriam reuocare ſententiam. Verùm eiuſmodi narrationes, vt aiunt, figmenta ſunt & fabulæ: Deum verò nunquam ignoſcentiæ piger, nec grauatur aliquando temeritatis noſtræ damna ſarcire, ſi modò nos verè & ex animo ſcelerum pœniteat: placatus autem, ſolet eos à quibus iniuſtè affligimur, aut commutare in melius, aut certè è viuis eximere.

VERSVS 19.

Noluit autem populus audire vocem Samuëlis, ſed dixerunt: Nequaquam. Rex enim erit ſuper nos.

Vermilius. VERMILIVS: Quid Samuel reſpondeat, aut moneat, populus nihil curat. Ita prorſus incenſi ſunt cupiditate noui regis, vt ſub vnius imperio viuerent. Sed dicet aliquis: cùm haberent iudices, nonne viuebant ſub vnius imperio? Fateor. Verùm expendamus hiſtorias iudicum, videbimus magnum *Iudicum & regum diſcrimen.* diſcrimen. Nam iudicum imperium non erat robuſtum, aut potens, ſed penè voluntarium, vt pareret illis, qui vellet. Barach & Debbora, cùm pugnarent in hoſtem, vſi ſunt auxilio tantùm duarum, aut trium tribuum. Iephte quoque, cùm moueret in Ammonitas. Itaque Ephraitæ conqueſti ſunt, quod ab eo non fuiſſent aduocati. Nec ea poteſtas Samſonis fuit, vt omnes confluerent ad eum. Quare, cùm adhuc infirmæ & exiguæ eſſent illorum vires, Deus ipſe pro illis propugnauit. Nunc autem obliti diuini auxilij, ita ſecum cogitant: Habebimus regem: ille ibit ante nos: ita communi imperio omnes pugnabimus, & coniunctis viribus facilè vincemus. At ſic potius cogitaſſe oportuit. Deus ſemper adfuit patribus noſtris, cùmque eſſent pauci, tamen ſemper eos defendit. quid nos volumus præterea? Verùm illi obliti harum rerum perſtant in ſententia. Huiuſmodi eſt ingenium populi: modò id aſſequi poſſint, quod cæco furore expetunt, iacturas, damna, detrimenta parui faciunt. Cùm clamaſſent ad Aaronem, *Fac nobis Deos, qui nos præcedant*; ille, vt ſtudium eorum infringeret, *Afferte*, inquit, *mihi inaures veſtras.* Eas illi ſtatim adferunt, & contemnunt iacturam. Hæc vermilius.

NOLVIT *autem populus audire vocem Samuelis.*] Duo quædam hoc loco probari videntur Primum eſt, arbitrij libertas: alterum, quòd prædicatori vitio dari non poſſit, tametſi malè affectis animo, vt ad frugem bonam ſe reciperent minimè perſuaſerit. *S. Iſidorus Peluſ.* Τὸ γὰρ εἰς τέλος ἀγαγεῖν τὸ κατόρθωμα, οὐ τοῦ λέγοντος, ἀλλὰ τοῦ ἀκούον-

I.

NOLVIT AVTEM POPVLVS. *Probatur arbitrij libertas, & vindicantur Prædicatores à calumnia.*

A τος δῆλον ὅτι καθέστηκεν. ὡς ἡ ἀδέκαστος ψῆφος τῶν κριτῶν δεδήλωκεν. Nam opus rectum ac perfectum ad finem perducere, non eſt eius qui dicit, ſed eius videlicet qui audit: vt incorruptos iudicis calculus declarauit. Ita S. Iſidorus Peluſiota lib. 4. Epiſt. 177. Iudicem autem illum incorruptum non alium quàm Chriſtum Dominum intelligit, qui ſua quidem talenta per ſeruos menſularios tradi præcipit, at ipſas vſuras per ſeipſum ſe repeliturum pollicetur, ne fraudis periculo ſerui deterriti, ab officio abhorreant. Id quod longè pluribus cùm exemplis, tum rationibus idem Sanctus amplificat, eiuſdem lib. epiſt. 205. Nam cùm Euſebios Epiſcopus, & nonnulli eius Preſbyteri, flagitiis inſignes, eiuſdem cohortationibus ad ſanio-
B rem mentem reuocari non potuiſſent, & falsò propterea ab Olympio inſimularetur, reſpondit: Qui præſidem non audit, chorus inconcinnus eſt: Qui medico non obtemperat, miſer eſt: At præſes chori muſici, & medicus, extra culpam eſt. Ergo etiam monitor. quod probat duplici ratione. Nam perſuaſio, inquit, ſita eſt in poteſtate liberi arbitrij: arbitrium autem idcirco audientibus conceſſum credimus, quoniam de iiſdem futurum iudicium eſt. Ex quo concludit, ad Doctoris quidem officium pertinere, nihil eorum, quæ ad perſuadendum faciant, prætermittere: Penes auditores autem eſſe rationibus obniti, vel acquieſcere. Vtitur autem etiam exemplo Domini ad ſuam defenſionem. qui cùm eſſet Ver-
C bum patris, iis verbis apud Iudæos Iudámque proditorem vſus eſt, quæ lapidum quoque naturam poſſent inflectere. Quid igitur? num ipſis perſuaſit? Nihil minus. Cur ita? Quia vt perſuadeantur auditores, inquit, & in ſententiam aliquam perducantur dicendo, vel non, ipſorum in poteſtate ſitum eſſe oportet, ob eam, quam dixi, arbitrij libertatem. Probat iterum alia ratione. Quid enim cauſæ fuit, inquit, cur in veteri Teſtamento per Moſen cæteróſque Prophetas loquutus Deus, non ſeruauit homines, ſed neglectus ſpretúſque contumaciter, pœnis eos perſequutus eſt? Cùm quis enim pœnas dat, ſimul & punitur, & quòd Legiſlatori non paruerit, oſtendit. Et vrget denuò: Nam ſanctiones ſuis legibus Deus addidit. At qui de pœna ſancit, ſatis indicat, ſe non omnibus, quæ ſtatuerit, eſſe perſuaſurum,
D nec improbos dicto ſibi audientes habiturum. Quòd ſi, vt quiſque eſt optimus, ita vim perſuadendi haberet, quid cauſſæ fuiſſet cur Moſes Propheta lapidibus peteretur? Heſaias autem ſerra diſcinderetur, ille, inquam, cui Seraphim videre contigerat? Hieremias verò in cœnoſam concluderetur foueam? Cur Petrus quidem in crucem ageretur, Paulus autem capite truncaretur? Nonne hæc ipſa fuit cauſa, quia non omnes ipſorum verbis & admonitionibus auſcultarunt? Quòd ſi dixeris, idcircò hæc ipſis accidiſſe, quia orationum rhetoricarum aut ſyllogiſticarum rudes atque imperiti fuerint: age, ad eos qui extra Eccleſiam fuerunt, & maxi-

A mam eloquentiæ, & vehementiæ, & perſuaſionis gloriam adepti ſunt, ſermonem coouertamus. Cur enim Plato, ille Græcorum theſaurus, ipſa qooque libertate excidit? Nonne ideò, quia oec vnum potuerit perſuadere tyrannum? Porrò cur Pythagoras, qui ſapieotiæ opinione plurimùm turgebat, à Phalaridis conſuetudine reſiliit? Nonne ideo, quod etiam poſt tantam doctrinam ille tyrannus eſſe pergeret? Quid Socrates, qui omnes eius æui ſapientes ſuperauit, cor cicuta damnatus periit? Nonne ideò, quia homines non ferunt æquo animo eos à quibus corriguntur? Quia verò prope eſt vt etiam Ariſtotelis teſtimonio ſuccumbas, audi quid ille dicat: Neque orator omnimodo B perſuadebit, neque medicos ſanabit: ſed quando nihil eorum, quæ facere poteſt, prætermiſerit, tum dicemus ipſum ſatis perfectè artem tenere. Quomodo enim enim Pericles captus eſt? qui tamen decem pedibus ſuperabat oratores: & inſuper, ſecundum id quod in Comœdia de ipſo pronuntiatur, Suada quædam ſeſſitabat in labris eius. Neque enim vetiſimile eſt, ſi perſuadere potuiſſet, ipſum ſua voluntate mulctam ſubiturum fuiſſe. Addit poſt hæc etiam Themiſtoclis atque Demoſthenis exempla, quorum neoter eloquentiæ viribus inimicorum ſuorum animos inflectere potuerit. Poſtremò C etiam negat ipſummet Iouem, tametſi Sarpedonem conſilio iuuare ſtuduerit, eundem autore Homero ſeruare potuiſſe. Inde verò concludit mirum videri noo poſſe, ſi ipſe quoqoe non perſuadeat: manifeſtè autem ſe culpa vacare, quòd omnem conatum adhibuerit, quo eos à ſcelere atque amentia ad virtutem pietatémque traduceret. Quæ nobis apologia videtur eſſe Peluſiotæ eum ſancto Samuële commonis. Vterque enim, tametſi ſummopere niſi ſunt, oequiuerunt, quos ſtudebant, ab inſana cupiditate reuocate.

Non eſt inanis Prophetæ labor, nec mercede caret, tametſi non audiatur.

Sed fuerint illi, dicet aliquis, à culpa immunes, oullum tamen operis ſui emolumentum ſperare potuerunt, quandoquidem labor irritus euaſit. Imò maximè. Non enim Dominus, quibus de mercede pactus eſt, hanc legem dixit: vt irent, & perſuaderent: ſed, *Ite*, ait, *& prædicate*: qood qui D fecerit, tametſi nemo credat, præmiom tamen obedieotiæ conſequetur. Propbetas ſuos Dominus confert cum mercenariis, qui à patre familias ad colendam vineam adhibentur. Hi cùm opus fecerint, ſi fortè vinetis tempeſtas nocuerit, aut gemmas erumpentes pruina decoxerit, Pater quidem familias damnum aecipiet; at ipſi nihilo ſecius operæ pretium auferent. Audet, & amplius aliquid affirmat S. Ioann. Chryſoſtomus in priorem ad Corinth. Doctorem, qui auditoribus ſuis oon perſuadeat ſtudium virtutis, cùm ipſe fecerit omoia quæ potuit, nea tamẽ defatigetur aut deſiſtat ab admonitionibus, maiori præmio dignum eſſe, qoàm eom qui perſuaſerit. Huic enim nonnihil releuari dicẽdi laborem ab obedientia auditorum, & hoc ipſum pro parte præ- A mij reputare debere. Illius autem tantò maior & moleſtior eſt labor, quantò infructuoſior. Hactenus S. Ioan. Chryſoſt. qui mihi videtur ea oratione de Samuele quid ſentiendum ſit clarè pronuntiaſſe. Sed iam quid populus reſpondeat attentè conſideremus.

S. Ioann. Chryſoſto.

Sed *dixerunt, Nequaquam.*] Quid iſtud verbi eſt, aut quem ſenſum habet iſta loquotio? Tribus modis, vt arbitror, exponi poteſt. Primùm, vt referamus ad ea, quæ poſtremò dicta ſunt, ſcilicet, noluiſſe populum Samuelem audire: tanqoam dicerent: Nequaquam audiemus te, nec in hac parte conſiliis tuis acquieſcemus. Et hæc videtur eſſe ſimplicior, ac proinde etiam verior interpretatio, cùm mox ſubdant. B *Rex enim erit nobis.* de hoc namque Samuelis tota oratio fuerat. Vel certè, vt putemus reſpon- 2.
deri vltimis verbis Samuelis, quibus populo interminatus fuerat, nequaquam poſt hac exauditurum Dominum, vel ſi contentiſſimè clament, & obnixius implorent eius auxilium, quoniam illios monita contempſerint. Et erit ſenſus: Nequaquam ita futurum eſt, ô Samuel, vt deprecemur Domioum, & denuo eum noſtris precibus fatigemos: ſed impetrato rege à Domino, importuni atque difficiles eſſe deſinemus. Feremus enim æquo aoimo quicquid regi libuerit, tantummodo coocedatur nobis, qui nos in poſterum ſua ſollicitudine ab hoſtiũ 3.
C iniuriis illæſos cuſtodiat. Vel denique, vt intelligamus, negari ac refelli, quæcunque ab eo de regis intolerando dominatu renuntiata erant, non ſecus ac ſi dicerent: Nequaquam ea oobis euenient, neque tam dura nos ſeruitute Rex noſter opprimet: ſed, prout cæteri ſolent, qui legitimè nationibus imperant, ita nos quoque tot periculis feſſos, ſingulari ſua humanitate ac clementia fouebit recreabitque, & ab hoſtibus, qui vndiqoe nos obſident, armorum inuicta fœlicitate proteget.

Prima interpretatio vocis, Nequaquam.

Versvs 20.

Et erimus nos quoque ſicut omnes gentes: & iudicabit nos Rex noſter, & egredietur ante nos, & pugnabit bella noſtra pro nobis.

D Minas omnes contemnont, nec tale quicquam coëturum formidant, *Sed rex*, inquiunt, *erit ſuper nos, & erimus ſicut omnes gentes.* id eſt, eo iore vtetur in nos, quo geotium reges in ſuos, in quos eiuſmodi tyrannidem nõ exercent. tyrannum enim noo poſtulamus, ſed regem. Indicant autem quid poſtulant regẽ poſtulãtes, nempe, *qui eos iudicet; ante eos egrediatur, & bella gerat.* Cùm enim ipſe rerum curam ſuſceperit, non erit opus toties populum vndique concurrere: neque vt antea ſæpius imparati repentino hoſtium impetu opprimentur; cùm ipſe excubias perpetuò agat, diſpoſitis per opportuna loca militum ſtationibus atque præſidiis. Quare igitur Samoel vocat hoc ius regis? quoniã ipſi deinceps carituri erant iure coercendi, tametſi rex ipſe perperam ſe gereret. A populo

Non admiſit populus ius illud regis.

Digitized by Google

enim coerceri non poterit, ſed, etſi peccet, ferendus erit, abdicata ſemel libertate, & in eum omni poteſtate tranſmiſſa. Leges duas, vt mihi quidem videtur, Deus de regno tulit. Primam, qua regis officium erga ſubditos poteſtatémque præſcribit, quæ Dei iuſſu à Moſe promulgata eſt, & in Deuteronomium relata. Alteram, qua populi contumaciam inconſtantiámque reprimit, & neceſſariam aduerſos regem obedientiam commendat, ne periculoſis toties ſeditionum motibus reſpub. quateretur, idqoe admodum neceſſariò fecit. Etenim in ſumma poteſtate conſtitutum ſic modum poſſe ſeruare, ſéque in officio continere, vt non aliquando ad cuiuſquam perniciem erumpat, opus viderur hac noſtra virtute ſuperius; nec facilè inuenies qui tantum præſtare poſſit. At vbi quid tale acciderit, quod meritò in reprehenſionem incurrat, ſi populum continuò vlciſci liceat, iugúmque excurere, nullum omninò regnum haberemus. Quamobrem, quandoquidem illi, vt regnum inſtitueretur, inſtabant acriter, ſic regem inſtituit; vt illum quidem iuſtitiæ atque æquitatis admoneat, diuináſque leges cuſtodiendas tradat; quas tamẽ etſi poſtmodum ſperneret, auaritiæ ac rapinæ ſtuderet, *hoc ius eſſe regis* futotum prædicit, non, vt quod iniquum foret atqoe iniuſtum, juſtum & æquum habeatur; ſed vt populus contumeliam ferre patienter teneatur, nec propterea regi magiſtratum abrogare poſſit.

Regis ius duplex à Deo traditum.

Deuteron. 17.

Regémne populus cõmuni conſilio coercere poſſit.

Ergóne, dices, omnes pariter reges in ſuos graſſari impunè licebit? Nec ius vllum populo tuendi ſe, aut etiam animadoertendi relinquetur? videri poteſt, cùm pariter omnes eadem munia obeant, nempè, vt iudicent, & armis rempub. tueantut. Neque enim ſeparari poſſe videtur ſummum imperium ab eo munere, cum quo Deus illud coniunxit. Non deſunt tamen in contrariam partem argumenta, ex hoc eodem loco petita, quæ hanc ſententiam vehementer oppognent. Primùm enim non apparet populum id iuris recipere voluiſſe, cùm dixerit, *Nequaquam.* a. ſe futuros ſub rege reſponderunt, ea ſorte atque conditione, qua reliquæ omnes nationes. Apud nullam verò gentem quiſquam vnquam eo iure regnauit. Deinde, etſi hoc Iudæorum regibus aliquando conceſſum fuiſſet, non tamen ſequeretur, reliquos omnes ſimili priuilegio gaudere; cùm non omnes reges pari poteſtate præditi ſint. Neque enim quondam Spartæ reges fuerunt in hac parte cum Perſarum regibus conferendi: quemadmodum ne hoc quidem tempore Poloniæ Rex, aut etiam Imperator Germaniæ, poſſunt cum rege Francorum comparari. Et tamen nemo hactenus repertus eſt, qui dictis principibus iniuriam fieri reclamarit, aut Polonos Germanóſque accuſarit, iure accepto à maioribus abuti ad regum contumeliam. Ad hæc notandum eſt, regnum Iſraëliticum à Deo ipſo conditum, & legibus quibus voluit fundatum fuiſſe, cùm alia regna plerumque humaoo ſtudio excitentur. Quapropter etiam reges, aut liberotum populorum ele-

A ctione principatum ſortiuntur, aut bellicis artibus partum habent, aut hereditario iure quæſitum. Horum quicquid ſit, præter armorum vim ſuis legibus conſtare debet. Nam, & qui eligunt, vtique ſua ſuffragia pro voluptate temperant, nec plus iuris tribuunt, quàm ſe tribuere intelligunt: & qui regnum ſucceſſionis iure capeſſunt, dudum aliis conceſſo iuri ſuccedunt; acceptæ autem bereditatis naturam & conditionem mutare non poſſunt. Quintò denique obſeruare decet, hoc ius, qualecunque tandem ſit, ab irato Deo in vltionem contumacis populi ſcriptum fuiſſe. Siquidem, vt ipſe ait, cùm regnaret ſuper eos, ſe contempto, regem habere voluerunt. At non ſic, vt opinor, patres noſtri regem in Dei

B contumeliam expetiuerunt. Quin potius ab eo fidem exigunt, qua cauetur religioni, Eccleſiámque quæ Chriſti ſponſa eſt, puram atque illibatam ſeruare pollicetur. Quare nec pœna quidem vlla ob eam rem nos dignos arbitramur. Et hæc quidem poſterior opinio noſtri temporis hæreticis admodum placuit, ſummæ poteſtati frenos iniicere cupientes, metu multitudinis, quam docent communi conſenſu principem abrogare poſſe. Priorem noſtri Theologi magis amplexi ſunt, quos vt intelligas, diſtinctione opus eſt, quam nos deinceps cap. 14. expendemus.

ERIMVS *ſicut omnes gentes.*] Conſolatio miſerorum eſt habere pares. Nec quiſquam ægrè fert, quod cunctis pariter euenire conſpicit.

C Erubeſcimus inter plures humilis atque abiecti animi vitio notari. Itaque communem caſum forti animo tolerare ſolemus, aliorum exemplo ad conſtantiam animati. Neque enim ſimiliter omnes in aduerſis iacent, ſed ſunt qui, velut ſcopuli inſultantes vndas, ita iniuriarum tela infracto robore excipiunt, virtutis potius ſplendorem ex calamitate conſecuti, qoàm mentis deiectionem. Verùm dicta hæc intelligenda ſunt pro eo tempora, quo iam præſens procella detonat: quo tempore, tametſi reliquorum in pari diſcrimine verſantiom cooſideratio doloris ſenſum, & iacturæ maguitudinem aoferre penitus non poſſit, plurimùm tamen confert ad conſtan-

Communione periculi animum erigi, non ſemper ærũnas leuari:

D tiam retinendam. Quòd ſi necdum calamitas ipſa incubuerit, ſed futurum duntaxat periculum denunrietor, impendentium malorum metu atque formidine nos liberabit. Tanquam enim laborantium frequentia, ægritudo laborioſa decreſceret, aot plures ſimul ruinam ſe poſſe fulcire ſperarent, ſpes conſortij pauorem animo detergit. Neque enim facilè inducimus in animum, intolerandum id fore, quod plures nobiſcum ferant, cùm tamen ſecus in multis vſu venira videamus. Nam flamma certè, quo maiorem ſyluam corripuerit, eo maius incendium exaggerat, lignorum vi & copia non extinguitur. Quæ nos igitur tam demens ac periculoſa fallit opinio, vt ſperemus, communione periculi ærumnas leuari poſſe? Non vides quemadmodum ſi peſtis ſæuiat, aut fames graſſetur, numerus quidem populi cladem augeat, imminuera ve-

rò non poſſit? Quî tandem igitur contemnendum putas, quod ad plures peruenturum ſit incommodum, cùm ex infelici miſerorum conſortio, nihil præter alienæ infelicitatis cumulum fas ſit expectare? A

Hieron. Oſorius.

Et *iudicabit nos rex noſter.*] Hieronymos Oſorius lib. de regis inſtitutione, A principio, inquit, reges creati ſunt, vt miſeros & afflictos à tyrannidis crudelitate liberarent. Potiſſimùm autem munus eorum erat iudicare.

Reges à principio instituti vt iudicijs præeſſent.

Itaque iudiciorum ſeueritate ſcelera coercebant, & vnicuique quod ſuum erat tribuebant. Poſtea verò ad vim hoſtium propulſandam, imperatores etiam extiterunt. Io quam ſententiam Tullius 2. officiorum etiam hæc ſcripſit: Mihi quidem noo apud Medos ſolùm (vt ait Herodotus) ſed etiam apud maiores noſtros, iuſtitiæ fruendæ cauſa, videntur olim bene morati reges conſtituti. Nam cùm premeretur inops multitudo ab his, qui maiores opes habebant, ad vnum aliquem confugiebant virtute præſtantem, qui cùm prohiberet iniuria tenuiores, æquitate conſtituenda ſummos cum infimis pari iure continebat. Sed &

Cicero. B

Plutarchus

Plutarchus in Demetrio: Nihil tam egregiom, tamqoe proprium regis eſſe videtur, quàm iuſtitiæ opus: Mars enim, vt Timotheus inquit, tyrannus eſt; lex aotem omniũ rex, iuxta Pindari Poëtæ ſententiam: atque reges, vt inquit Homerus, non expugnatrices vrbium machinas, æratas naues, ſed iuſtitiam à Ioue ſumptam exercere cuſtodireque decet.

C

An deceat Reges iudicia exercere.

Bodinus nõ cenſet Reges per ſe iudicare debere. lib. 4. de repub.

Non cenſet Bodinus regem per ſeipſum iudicia adminiſtrare debere, ſed aliis potius eam curam ſollicitudinemque remittere. Opinioois ſuæ quatuor præcipuas rationes affert: immenſum litigantium laborem, cum pari ſumptu cooiunctum, ſi in ampla ditione vndique ad regem commeandum erit. Deinde etiam diſtentum curis principem, ac maiorum rerum ſollicitudine occupatum, qoæ ſine reipub. detrimento oegligere non poteſt, priuatorum cauſis audiendis vacare oon poſſe. Et hæ quidem ſunt duæ priores eius rationes. Quæ mihi tantum momenti habere D viſæ ſunt, vt facilè perſuaſerint, regem iudicis ordinarii munere fungi nequire. Sed neque, vt opinor, cùm dicuntur reges componeodis ſuorum controuerſiis operam dare debere, eo modo id pręſtare debere intelligendi ſunt, quomodo primùm Moyſes faciebat, cùm ſtulto, vt ait Iethro, labore conſumeretur: ſed illa potius ratione, quam deinde ſequutus eſt, cùm ſoceri ſui conſilio plures iudices conſtituiſſet, qui de leuioribus pronuntiarent, ipſe verò grauiſſima quæque ad ſe relata iudicaret. Multa namque ſunt eiuſmodi, quæ tametſi legibus conſtituta videantur, principis autoritate indigent, ne dum iuris apicibus inhæremus,

Duæ priores Bodini rationes confutantur.

A ipſi iori iniuriam faciamus. Illa itaque ad principem referri æquum eſt. Sed & aures eius pupillorum atque viduarum, miſerabiliumque perſonarum queſtibus patere neceſſe eſt, ne quid illi fraudis ac damni ab iniquis iudicibus patiantur. Appellatus etiam nonnunquam iudicata recognoſcere non oegligat: vt eo pacto exploret iudicum fidem, metumqoe incutiat. Neque, vt id aliquando præſtet, continuò opus erit à publicis & grauioribus curis abſtinere: cùm ſanctiſſimi quique principes vtrumque cumolatiſſime præſtiterint: nec, ſi noſtri vel centeſimam temporis partem, quod delitijs incumbendo deterunt, ad cognoſcendas æquas ac iuſtas ſuorum qoerelas referrent, oporteret propterea reliqois officij ſui partibus quicquam detrahere. Et quidem notum eſt, quid de Dauide, Salomone, aliiſque piis regibus Scriptura referat. Sed hoc, vt opinor, maiore verecundia noſtros afficere debet, quod ne gentiles quidem Imperatores & reges, atque inter eos occupatiſsimi, eam partem ſui muoeris negligendam eſſe duxerint. Iudicauit olim Mydas rex Phrygiæ Gordij filius, qui & ſellam regiam, in qua ius ſolitus erat dicere, in templo Delphico ſacrauit. Herodotus lib. 1. Dicebat rex Perſarum ius in throno aureo, purpura pro tapetibus extenſa, adſtantibus qui in haſtis mala aurea deferrent: vt Athenæus autor eſt lib. 12. cap. 3. Deipnoſ. Alexander item Macedo cum proceribos in throno aureo, Gelon Syracuſarum rex, & Iulius Cæſar, vt idem

Præſtantiſſimos reges iudicia exercuiſſe.

Herodot.

Athenæus.

C Athenæus, Appianus, & Dion commemorant. Apud Moſſyneos, vt ſcribit Apollonius Rhodius lib. 2. Argonaut. rex ſuo periculo iudicia adminiſtrabat: nam ſi præpoſterè ſententiam tuliſſet, totum illum diem inedia pœnas luebat. Auguſtus ipſe Imperatorum maximus, & qui poſt eum imperium tenoerunt Galba, Traianus, Hadrianus, Antoninus, Seuerus item, & Alexander, optimi qoique, & bene geſtæ reipub. laudem ſempiternam conſequuri, ipſi iudicijs præſederunt. De Traiano Dion Caſſius in eodem. Studio pugnæ à iore dicendo nunquam auocatus eſt. In Auguſti foro, nunc in porticu Liuiæ, & ſæpiſſimè alibi pro tribunali litigantes audiuit, iudiciaque reddidit. De Adriano: Ius inquit aſſiduè dicebat cum primoribus ciuium, aliquando in palatio, nonnunquam in prandio, interdum & quidem ſæ-D pius ex tribunali, vt quæ fierent, publicarentur. Aſsidebat interdum Conſulibus, quoties hi iudicarent. Tranſeuntem etiam quandoque mulier rogauit, vt ſe audiret: cui cùm ille reſpõdiſſet, Otium mihi non eſt: illa deinde clamans, ait, Noli ergo imperare: tum conuerſus eam audiuit. Dion in Adriano. Idem Demetrio accidiſſe Plutarchus autor eſt in eius vita. Et item Philippo Macedonum regi, quod neuter ægrè tulit. At Ioſephus inter præclaras Ptolomęi Philadelphi laudes quas lib 12. Antiquit. Iudaic. cap. 2. recenſet, etiam hoc ſedulò notauit, quod quinto qooque die eos qui controuerſias haberent admitteret legatos ſingulis menſibus. De Philippo Tetrarcha ex eodẽ ante

Dion Caſſius.

Ioſephus.

retolimus ſemper cum prodiret in publicum ſellam pone ſe ferri iuſſiſſe, vt ſi fortè illũ quiſquam interpellaret, cognita cauſa extemplò ſententiam ferret. Neque hoc noſtris duntaxat arduum ac difficile videri debet, cùm, vt reliquos taceam eiuſdem ordinis, officij ſui memores, ipſe ſanctus Ludouicus ſtatis hebdomadæ diebus pauperum cauſas cognoſceret. Itaque Bodini rationes probari à me nullo modo potuerunt, nõ tantùm quia ineptæ ſunt, ſed etiam, quod maius eſt, quoniam Deo hominibuſque contradicunt. Nam & populus in eum finem reges experiuit, & Deus ipſe idcirco ſtatuit, vt iuſtitiæ potiſſimùm rationem haberent. Nam præterquam quòd diſertis verbis populus id hoc loco poſtulat, ſequenti libro capite 15. ob eandem cauſam à Dauide defecit; qoòd ab Abſalone, dum regno inſidias ſtruit, perſuaſus eſſet, regem iudicia negligere; ſe verò ſponderet, ſi poteſtas daretur, cauſas ſingulorum cognirurum. Quòd verò eadem mens Dei quoque fuerit, complura prophetarum oracula confirmant. Hieremiæ cap. 22. *Audi verbum Domini rex Iuda, qui ſedes ſuper ſolium Dauid*, &c. imperat cauſam viduæ & popilli cogooſcat, & eum, qui per vim oppreſſus eſt, vindicet à calomniatoris iniuria. Itaque ſapientiſſimi qoique reges hoc à Deo cum primis obnixè rogarunt, vt ſolerter populariom lites dirimere poſſent. *Deus iudicium tuum regi da*, orat Dauid, *& iuſtitiam tuam filio regis.* Pſalm. 71. Et Salomon 3. Reg. cap. 3. poteſtate à Deo facta optandi quod vellet, *Dabis*, inquit, *ſeruo tuo cor docile, vt populum tuum iudicare poſſit, & diſcernere inter bonum & malum.* Agnoſcit hoc eſſe regis officium regina Saba, & iudicis perſonam illi à Deo impoſitam, cùm ait 3. Reg. cap. 10. *Sit Dominus tuus benedictus, cui complacuiſti, & poſuit te ſuper thronum Iſrael*, &c. *Et conſtituit te regem, vt faceres iudicium & iuſtitiam.* Qua fronte igitur negar Bodinus regem dirimendis ciuium litibus vacare debere?

Tertia ratio Bodini exploditur.

Sed veretur Bodinos, eſtque tertia illius ratio, ne ſi Princeps iudicia exerceat, in ſubiectorum offenſionem incurrat. At terror iſte panicus, & à ratione alienus ſemper mihi viſus eſt. Nam vt verum ſit, qood vulgò fertur, alterius litigantium odium eſſe ſuſcipiendum: profectò alterius etiam, & qoidẽ melioris ac iuſtioris beneuolentia comparabitur. Ea verò longè præferenda eſt alterius inimicitiæ. Deinde, quæ eſt iſta mentis peruerſitas, vt quemquam officio ſuo deeſſe velis, qoo peſſimo cuique acceptior eſſe poſſit? Nam vt omnium beneoolentiam his artibus demereare, nunquam tamen diuinæ iuſtitiæ ſatisfacies: quæ tametſi infirma eſſet ad protegeodum ſuos cultores, ipſa tamen ſua præſtantia ac dignitate impetrare debuit, ne ſperneretur.

Quarta refellitur.

Poſtremò quartam etiam rationẽ addidit: ne quid eo pacto iuridicorum autoritas apud populũ minuatur. Quinimò, Bodine, ſi quid rite atqoe ordine geſſerint, accedẽte principis elogio plurimùm confirmabitur. Sin ſecus, ſcilicet, vileſcet: & hoc vereris. Tune igitur iniuſtitiæ atque iniquitatis patrocinũ ſuſcepiſti? Abſit. Sed timet tantùm ne quid ſuo canoni deperear, aut litium numeris, quibus vt ſcarabei ſtercore, ſic rabulæ paſcuntur, decedat. Quàm vafrum & coutumax hominum genus! ſi quando ſanctiſſimæ Chriſti ſponſæ Eccleſiæ honorem iuriſdictionemque proſtituũt & inuadunt, ſuis fraudibus regalia iora prætexunt: at vbi iam de parte aliquà iudiciorum ad regem reuocanda agitur, quæ tota ad eundem pertinet, pro magiſtratuum, hoc eſt ſua ipſorum aotoritate, aduerſus regem pugnant.

Refelluntur reliqua rationes.

Reliquas eius rationes nihil moror, ſunt enim vaniſſimæ. Noo eoim quiſquam propterea debito munere abſoluendus eſt, qoòd tetricis, aut etiam malis moribus ſit præditus: ſed propterea debito munere abſoluendus eſt, quòd tetricis, aut etiam malis moribus ſit prædirus: ſed propterea malos mores dediſcere, bonoſque induere docendus eſt, vt officium faciat. Deinde, non omnium eſt, opinor, illa ferocitas. Plures enim optima indole præditi, & maximis cùm ingenij, tum diſciplinæ muneribus exculti, regni gubernacula obtinent. Quòd ſi poſtremò naturæ vitium ſit, non autem moribus cõparatum, quo à iure dicundo rex quiſpiam absterretur, neceſſitati parẽdum exiſtimo. Quanquam multis ſæpè ob prærogatiuam dignitatis ſuæ, ſupra naturam, ſupraque ętatem Deus prudentiam contulerit. Quis enim non miretur Salomonis admodum pueri ſolertiam, qua licet deficientibus indiciis, legitimam matrem ab æmula diſcreuit? Verùm, dicet aliquis ſingulare ſapientis priuilegiũ fuiſſe. Atqui Claudio Cæſare, vt arbitror, nemo tardior, aut hebetior imperij ſedem occupauit. Hunc ipſum mater Antonia apud Suetonium ca. 3. portentum hominis dictitabar, nec abſolutũ à natura, ſed tantùm inchoarum: ac ſi quem ſocordiæ argueret, ſtultiorem aiebat filio ſuo Claudio. Soror Liuilla cùm aodiſſet quandoque imperaturum, tam iniquam & tam indignam ſortem populo Romano, palàm, & clarè deteſtata eſt. Et tamen parem eius cum Salomooe ſagacitatem, in re æqoè difficili perſcrutanda, idem Suetonius adnotauit eius vitæ cap. 15. Fœminã enim non agnoſcentem filium ſuum, dobia vtrinqoe argumentorum fide, ad confeſſionem compulit, indicto matrimooio iuuenis. Nam quod ore negabat, pudore atque horrore prodidit.

Suetonius.

At vero ſunt præter ſuperiora, duo quædam in illo cap. 6. libri 4. Bodini de Repub. quæ parum piè ac verè ſcripta eſſe videntur. Primũ eſt, conſtare apod omnes, cùm dicuutur in Scripturis bella, fames, aut etiam peſtis à Deo immitti, ſola permiſſione id fieri. Tametſi enim Theologi, cùm malũ diſtinguunt, malum culpæ ſeu peccatum permiſſione à Deo fieri doceant, non tamen pariter de malo pœnæ ſeu ſupplicio ſentiunt, quin potius Deum illius eſſe autorem & architectum ingenuè fatentur. Nequicquam enim iſtud ſummæ eios virtuti derogat, ſi ſcelus vindicetur; quin potius ad illius iuſtitiæ commendationem pertinet, ſi nullum flagitium inultũ remaneat. Alterum: quod

Ignorantia Bodini.

A cùm in commemorando Thomæ Mori generoſiſſimi martyris capitali iudicio formam iudicij accuſet, vt pote quæ fuit ab omni æquitate alieniſſima, interim tamen reum ipſum iniuſti criminis labe atque infamia aſpergit, ac læſæ maieſtatis falsò inſimulat. Qua calumnia nihil dici potuit impudentius, niſi fortè nullam eſſe matrimonij religionem arbitramur. Quòd ſi Deum, martyrum vindicem, nil verebatur Bodinus, at ſaltem meminiſſet Papiniani ſui, quem mors pro denegato ſceleri patrocinio tolerata, æternitati conſecrauit. Nouerat namque ſimilem Thomæ Mori cauſam extitiſſe; niſi quod longè potior ratio Thomæ Moro detrectandi imperium fuit; quòd non modò mortalium quempiam contra ius faſque damnare cogeretur, verùm etiam à Deo traditæ religio- B ni vim afferre. Cuius facti gloriam toto orbe celeberrimam nemo reprehendit, niſi qui ab eadem ſanctiſſima fide ac religione ſacrilegè abhorret.

Vermilij expoſitio.

Iudicabit.] Hebraicè שפט *ſaphat*, quod iudicare, liberare, ſiue vindicare ſignificat. Nec abs re: inſontem enim iudicare, quid aliud quàm vindicare eſt? Itaque Vermilius, & Vatablus ſic interpretati ſunt: hoc eſt, *liberabit nos*. Atque ita quod ſequitur, *pugnabit pro nobis*, eſt prioris dicti expoſitio. Timebant autem ſibi, inquit Vermilius, à Naas rege Ammonitarum. Creato verò rege, ſperabant ſe ab omni externa vi fore incolumes. Sed longè fallebantur: vt in illos conuenire poſſit illud dictum Ioa- C

Iudic. 9.

tham: *Omnia ligna ſyluarum* recipiunt ſe ſub vmbram rhamni, cùm rhamnus concepiſſet ignem, omnia vnà deflagrauerunt. Itaque non eſt verum quod dici ſolet, populum non malè iudicare. Non quidem errabant in eo, quòd iudicarent Monarchiam eſſe bonam, & ſalutarem ſtatum reipub. Sed quod regem putarent ſemper fore bonum, in eo vehementer fallebantur. Malè etiam faciunt, quod imperium Dei repudiant, quodque ſperant ſe meliores inuenturos reges, quàm Deus inuenire potuit iudices. Itaque Deus ait, *Non te abiecerunt, ſed me.* Deinde contemnunt etiam prophetam Domini. *Qui dicat nobis ius*, inquiunt. Sed quid ſi ius peruersè dicat? *Qui pugnet pro nobis*. Sed quid ſi ſit ignauus, & deditus otio, & luxui? quid ſi vos propellat in hoſtem, & conijciat D in periculum? Etſi fortè futurus ſit aliquis rex bonus, vnde eum habere poteſtis, niſi à Deo? A Deo verò irato, & infeſto, quomodo ſperare poteſtis aliquid boni? Et fortaſſe Deus dabit eiuſmodi regem, qui vos caſtiget & coerceat. Etſi contigerit fortè rex bonus, quis vobis præſtare poteſt, illũ perpetuò fore bonum? Nam ſæpe qui ab initio fuerunt boni, mutantur poſtea in peſſimos. Tiberius ex moderato & bono principe euaſit poſtremò in crudeliſſimum tyrannum. Nero primis quinque annis ita ſe piè, & prudenter geſsit, vt eius quinquennium abierit in prouerbium. Et quamuis ſit pius princeps, tamen quamtumuis pij ſæpe labuntur, & populum vniuerſum grauiſſimis calamitatibus inuoluunt. Dauid erat ſanctus princeps: tamen commiſit adulterium, & re-

In quo populus errabat.

A cenſuit populum: vnde omnia ſecuta ſunt confuſa, & turbulenta. Ioſias erat ſanctus princeps: tamen quæſiuit bella non neceſſaria, & turbauit totam rempublicam. Saul primus rex ſeuit diſsidia, quæ in longum tempus durauerunt, vt alij eius, alij Dauidis familiam ſequerentur. Quandoque etiam Deus excitat malos principes, vt ipſius gloria reddatur illuſtrior. Ita enim loquitur de Pharaone: *in hoc ipſum excitaui te, vt oſtenderem in te potentiam meam.* Hactenus Vermilius.

ET *egredietur ante nos; & pugnabit bella noſtra.*] Hebræi tria ſibi de futuro rege pollicẽtur, quorum ſpe atque expectatione non dubitant de libertate paciſci. Et primum quidem quale ſit, ſicut & poſtremum, ſtatuere difficile non eſt. B His enim duobus vtrumque munus belli & pacis, quod ad regem pertinet, ſedulo complexi ſunt. Nam iudicia quidem inter ciues, ſi rex officiũ faciat, tempore pacis obtinent: bella verò, ſi cum hoſte res ſit, etiam ciues ab iniuria defendunt. Tertium vero illud, quod medium inſertum eſt, nimirum *regem* quoque *coram eis egreſſurum*, non ita promptum eſt explicare. Videtur tamen conijci poſſe ex numero grauiſsimorum onerum, quæ neceſſariò populo regem non habenti, ſed ſuas res procuranti ſubeunda erant. Ea vero tria fuiſſe reperio. Primum fuit, vt ſi quid aliquando contumacius actum eſſet, aut Iudici non obtemperaretur, ad retundendam perditorum audaciam ſimul omnes conuenirẽt. Alterum, quod ſi quid C alicuius momenti ſtatuendũ eſſet, quod ad vniuerſam remp. ſpectaret, adeſſe omnes ad cõſtitutum diem ac locum cogerentur, vt de ſalute vniuerſorum communi conſilio decernerent. Tertium, quod ſimul ac hoſtis bellum moueret, vnà omnes arma corripere, ac ſigna ſequi oportebat. Igitur tria hæc moleſtiſsimo tædio populum afficiebant: quæ vt deinceps vitare poſſent, & contra eiuſmodi incommoda promptiſsimum remediũ parare, regem orant, regem ſibi dari poſtulant, & ſummæ rerum præfici, vt ipſi in poſterum tanto labore atque moleſtia liberentur. Et quidem quod ad primũ caput attinet, mox futurum arbitrantur, vt ad comprimendam cuiuſlibet contumaciam concurſu populi opus non ſit, ſiquidem rex iudicet. D Etenim cùm regio apparatu, & copioſo milite ſtipatus ius dicturus ſit, eius iudicium non vt olim ſola ſententiæ pronuntiatione metiuntur, ſed paratam quoque & expeditam iudicatorum executionem expectant; cùm eiuſdem potentiæ ac viribus nemo refragari poſsit. Hoc ipſum poſtea ſignificant, cũ nõ modò iudicaturũ prędicant, verũ etiã corã eis quocunq; opus erit egreſſurũ. Sed nec deinde, quod proximè ſequitur, rege conſtituto euenturum autumant, vt, cùm aliquid tale emerſerit, quod ſolitum eſſet communi ſuffragio decerni, neceſſe ſit ſuis ſedibus exciri, & cum non mediocri rei familiaris diſpendio diutius à familia abeſſe: cùm rex ipſe potius egreſſurus ſit, & rebus neceſſariis proſpecturus. Itaque, ſi poſthac collabatur religio, aut mores in peius ruãt, ſi ſeditio reipub. ſtatum labefactet, vel certè

Demõſtratio triplex onus ſine mole-ſtia, quo ſe, creato rege, populus liberatum iri ſperat.

hoſtis finibus immineat, ipſe quidem rex omnia ſingulari ſtudio ac prouidentia curabit: populus vero regis præſidio tutus ac defenſus, pacis otio perfruetur, agriſque colẽdis vacabit. Quamobrẽ regem quam primùm creari optãt, inſtant, vrgent, vt in vnom illum omnium autoritate tranſlata, & belli paciſqoe conſtituendæ ſumma poteſtate tradita, ſuas quoqoe curas ac ſollicitodines transferant.

Supereſt iam tertia difficultas, quæ populum ſupra cæteras angebat, nimirum belli gerendi cura atqoe adminiſtratio. Etſi namque ſuperioribus tẽporibos iudices extiterant, qui exercitus ductauerant, in prælium deſcenderant, atque vbi pugnandum foret primi in acie ſte-
B terant, poſtremos tamen manum conſeruiſſe non legimus, ſed vel domi euentum præſtolatos eſſe, vt Heli: vel ſacris operatos, vt Samuel, tantiſper dum illi prælium committerent. At verò nonc regem volont, qui ſit periculi particeps: & qui ſuo exemplo ac præſentia militem confirmet, autoritate regat, ſuo ductu atque aoſpiciis victorem efficiat. Cæterùm quod aiunt, eum bella pro popolo geſturum, non ita accipiendum eſt, tanquam ipſe ſolus, aut peregrino duntaxat milite adiutus, rempub. defenſurus eſſet, ipſi verò in poſterum prorſus militiam detrectarent: hoc namque in ipſorum perniciem cederet, quam certum eſt fugere vo-
C luiſſe: ſed quod ipſe delectu habito neceſſarium quidem exercitum conſcriberet, parceret autem reliquæ multitudini, qoæ culturæ operam daret, nec vltra ab opere auocaretur.

Pvgnabit *bella noſtra.*] Hebræi Græcique conſentiunt: ad quos etiam accedit Chald. Paraphr. His regem Polemarchum, ſiue bellorum poteotem conſtituunt, & quidem cum ampliſſimo imperio. Tametſi enim Spartæ quondam reges ſupremo iure bellum adminiſtrarent, decernere tamen abſque ſenatus autoritate non poterant: quod licere volunt ſuo principi Iſraëlitæ: ea tamen lege atque omine, vt populi bella ſuſcipiat, non autem reipub. viribus ad exaturandam libidinem, parandas opes & gloriam, vel etiam propagandũ imperium abutatur. Quod ſi faciat, cùm iure
D non faciat, vtique populo iniuriam irrogat, ac proinde etiam damni à populo accepti, & dilapidatæ poblicæ pecuniæ, atque ærarij perperam exhaoſti reos tenebitur. Qood ſi præterea cioes eo bello cæſi fuerint, horum quoque necis rationem Deo reddere opottebit.

Alia interpretatio horum verborum, egredietur ante nos.

Quòd ſi cui fortè ſuperior interpretatio horum verbotum, *egredietur ante nos*, minimè ſatisfaciat, ipſe viderit, an quod hic ſecundo loco dicitur, referre malit tanquam per comparationem ad id, quod ſeptimo cap. de Samuele dictum eſt, illum quotannis Galgala, & Bethel, ac Maſphat inuiſiſſe, ſeque populo in iis locis exhibuiſſe, auditurum ſi quid controuerſiæ haberent, & lites æqua lance diremptorum. Quaſi dicerent: Nequaquam, vt ais, in nos tyrannicè ſæoiet rex noſter, ſed ipſe qooque iodicia exercebit, & ſicut tu olim ſolebas ad nos ſtatis anni temporibus egredi, ad eundem modum is quoque prouincias colluſtrabit, & ſin-
A gulorum cauſas inſpiciet, oppreſſoſqoe ſubleuabit. Forſan etiam his verbis exprobrant incuriam filiorum eius, qui cùm in Berſabee ſibi ſedes fixiſſent, pauperum & clinicorum curam negligebant, quibus cùm ſomptus, aut vires ad itineris impenſas atqoe laborem deeſſent, inulti atque indefenſi iniuriam pati cogebantur. Poteſt addi tertia quædam interpretatio.

Accuratior expoſitio horum verborum, egredietur ante nos.

Quandoquidem enim filij tui non ambulant in viis tuis, ſed ab æquitatis tramite aberrantes, deflectunt ad iniuſtitiam, rex idcirco neceſſarius eſt, qui nobis præeat, & vitæ melioris exemplo ab errote & nequitia ad cultum pietatis traducat.

B *Regis ad exemplum totus componitur orbis.*

Et Xenophon, ὁποῖοί τινες ἂν οἱ προεστῶτες ὦσι, τοιοῦτοι καὶ οἱ ὑπ᾽ αὐτοὺς ἐπὶ τὸ πολὺ γίγνονται. Æmolantur ciues eorum exempla, qui præſunt. Hebraica dictio מֶלֶךְ *melech*, quæ regem ſignificat, à verbo מָלַךְ *malach*, cognationem habet, inquit Fungerus in Etymolog. cum הָלַךְ *halach*, & יָלַךְ *ialach*, quod ire, pergere ſignificat. Oportet enim regem populo virtutis exemplo præire. Teſtatur Dion Caſſius in Adriano, eoodem ſuos milites non exercuiſſe modò, ſed etiã exemplo ſoo inſtituiſſe. Quo pacto ab imperij cupiditate Camillum deterruiſſe Alexandrum Seuerum Lampridius autor eſt. Cùm, inquit,

Fungerus.

Rex debet virtutis exemplo præire.

Dion Caſſius.

Lamprid.

C quidam Ouinius Camillus Senator antiquæ familiæ delicatiſſimus rebellare voluiſſet tyrannidem affectans, eique nuntiatum eſſet, ac ſtatim probatum, ad palatium eum rogauit: eique gratias egit, quòd curam Reipub. qoæ recuſantibus bonis imponeretur, ſponte reciperet: deinde ad Senatum proceſſit, & timentem, ac tantæ conſcientiæ tabe confectum, participem imperij appellauit, in palatium recepit, conuiuio adhibuit, ornamentis imperialibus, & melioribus quàm ipſe vtebatur, affecit. Et cùm expeditio barbarica eſſet nuntiata, vel ipſum ſi vellet, ire, vel vt ſecũ proficiſceretur, hortatus eſt. Et cùm ipſe pedes iter faceret, illum inuitauit ad laborem, quem poſt quinque millia cunctantem equo ſedere iuſſit. Cumque poſt duas manſiones equo etiam fati-
D gatus eſſet, carpento impoſuit. Hoc qooque ſeu timore, ſeu verè reſpuentem, abdicantem quinetiam imperiom, & mori paratum dimiſit, &c. Lamprid. in Alexand. Ioann. Goropius Becanos in Hermathenis lib. 6. cùm Cimbricæ linguæ multis rationibus antiquitatis palmam aſſereret, Regem, inquit, Hebræi *Melech* dicunt, quæ vox ad primam linguam vocata, eum ſignificat, qui docet atque aperit hominibus ipſum *Ecbt* ſiue *Egt*, id eſt, legitimum, quo omnia deuinciuntur. quidquid regis eſt, *Melecbt* explicabit, ſi qois ab *ecbt* ad *e* progrediatur, quo iuſtam rerum omnium vuionem denotamus. Habent Latini regis nomen; ſed vnde deriuetur, parum intelligũt. Neque enim rex à rego fit, ſed & hoc & illud Cimbricos habet natales. *Re* rationem ſignat; quia fluxus eſt ad vnum: cui contrariom *er*, vode erro Latinorum. Hinc *Recbt* quaſi *Re becht*. Eſt autem hecht annecto & deoincio: & vt nomen quo

Goropius Becanus.

Etymologia nominis Regis ducta ex lingua Cimbrica Melech. Rex.

A aliquid firmiter tenetur ..... quid quòd literæ *ch* & *t* adiectæ ipſi *Re*, notaot per *Rechs* ipſum *Re* ad omnia præ ſe appelli & alligari. A *Recht* fit rex, quaſi *Rechs* primum nomen fuiſſet. A *Re* item fit *Regen*, pro eo quod eſt per rectum ducere: vnde Rego Latinorum. Rex itaque is erit, qui omnia ratione fieri curat, & ſic conſiſtere, vt non ſolùm eam tangant: ſed cum ea etiam ſint deuincta. A *Regen* fit *Regel*, qoæ menſura eſt ad quam res quæpiam dirigitur, à quo Regula. Videmus itaque ex hac noſtra lingua, non regis modò officium; ſed illud etiam quòd omnia ad rectam rationem ſint dirigenda; & rectam rationem nihil aliud eſſe, quàm fluxum ad vnum, per R. & E. significa-

B tum: quarum literarum ſonus ipſarum rerum ſimilitudinem geſtat. Hinc exclamat Goropius præ admiratione nugarum ſuarum, quas tractat doctiſſimè: Quis hîc non obſtupeſcat, immò quis non è mentis ſtupore, in quo hactenus plerique iacuerunt, excitetur; dum tantum videt rerum vna vocula contineri? Quàm breui compendio Ethica, Oeconomica, Politica, atque adeò omnem ſcientiarum & artium baſim complexus eſt, qui nomen *Recht* primus inuenit?

Βασιλεύς.

Pergit deinde Goropius, & Græcæ quoqoe vocis etymologiam conatur è ſuo fonte deriuare. Βασιλεὺς rex Græcis eſt, baſim populi interpretantur. *Bas* autem Cimbris tertæ epitbetou eſt. Inde, quia infimum elementum eſt,

C & cuncta in ſe nixa ſuſtentat, ad aliud qoodnis fundamentum ſignificandum tranſlatum eſt. Fit autem *Baes* ſiue *Bas* à longa à *Bie-aes*, quod perinde eſt vt alimentum præbeo. λαοὺς porrò populus eſt, à *Lie* noſtrate, vnde & לאם *leom* Hebræorum. Ex quo ſequitur, vt non modò rex populum fulciat, ſed etiam paſcat, & ciuiliſ vtilitatis curam gerat. Hinc bene Homerus regem ποιμένα λαῶν paſtorem populorum vocat; baſileos nomen hac ratione interpretatus, cuius illum forſan origo latuit. Fuit igitur is monſtro ſimilis, quem aliàs vocat δημόβορον βασιλέα, voratorem populi regem; cùm is contra nutritor populi nuncupetur, & eſſe debeat. Et Hactenus quidem Goropius ad rem noſtram ſatis appoſitè: fecit tamen etiam commodiùs, cùm Germanicum nomen regis expli-

D cuit. Nam *Coning*, inquit, vox compoſita eſt, duas partes habens, *con* & *hing*. *Con* aotem eſt à verbo *Can*, quod ſcire, & poſſe ſignificat, quæ vox ſi producatur, fortem & animoſum etiam notabit. *Hing* verò idem eſt, quod omnia ex ſe ſuſpenſa habere. Ex quo concludit Coniogos dici non mereri, niſi qui plus cæteris & ſciant, & poſſint, & animoſè gerant, atque tales ſe præbeant, vt ex ipſis omnia pendeant: quæ quatuor diuina dona ad Cimbricum regis nomen implendum requiruntur. Hæc omnia ibidem Goropius: quæ commentarij nobis loco eſſe poſſunt, vt intelligamus, quid hoc ſibi eſſe velit, *& egredietur ante nos*.

Coning

A Porro, etſi non planè conſtat, an populus, qui taoto regis habendi deſiderio flagrabat, ſtatuerit vel iniquis illis conditionibus accipere, propterea quòd legi huic interceſſiſſe maturè videatur, cùm diceret, *Nequaquam*: nec facilè credi poſſit aliud ratum habitum, quàm quod conueniret; cùm non aliud illis fuerit conceſſum, quàm quod poſtulauerant: apparet tamen, quàm immenſum pondus auctoritatis regiæ maieſtati populus vltrò conceſſerit, cùm belli paciſque rationes ab vno illo pendere voluerit. Itaque quicquid iuris fuit aliquando in populo, quo domi militiæque regeretur, id totum in regem tranſlatum eſt: ſic tamen, vt non

B plus eum iuris accipere voluerit, quàm ipſe, qui dedit, obtineret. Neque enim quiſquam plus iuris in alterum cõferre poteſt, quàm ipſe habeat, vt leges teſtantur. Vnde nec ſcortandi, nec ſæuiendi, nec alienum rapiendi ius vllum à populo regi conceſſum eſt, cùm nihil horum populo, quo tempore ſui iuris erat, & ſummam omnium poteſtatem habebat, vnquam licuerit. Vnde nec in religionem poteſtas vlla regibus tributa eſt, quoniam nec populus vllam vnquam habuit, cùm ſit illa à prima origine atque inſtitutione diuina, æterniſque legibus conſtet, quibus ſtabilita atque fundata eſt. Quapropter illa, ne tyrannica quidem illa lege comprehenſa eſt: quæ licet hyperbolicè, ſeu potius per antiphraſim ius dicta ſit, & om-

C nem iuris rationem exuperauerit, nullam tamẽ religionis partem attigit ſeu violauit.

Quantum iuris à populo regibus tributum ſit.

VERSVS 21.

Et audiuit Samuel omnia verba populi, & loquutus eſt ea in auribus Domini.

VERMILIVS: Cùm populus nihil hac dehortatione permotus, perpetuò clamaret, ſe velle habere regem, Samuel, cùm id videret non eſſe iuris ſui, eam rem retulit ad Dominum. *Et dixit ea in auribus Domini*. Obſeruanda nobis eſt hæc phraſis. Tanta enim eſt mi-

D ſericordia Dei, vt cùm afflicti querimonias noſtras deponimus apud illum, oos admittat quodammodo familiariter ad aurẽ ſuam. Nulla poteſt eſſe ſuauior conſolatio.] Saluianus li. a. de prooidentia, cùm laudaret illud Pſalmographi teſtimonium, *Oculi Domini ſuper iuſtos, & aures eius in preces eorum*: Vide, ait, qua benignitate agere cum ſuis Deum Scriptura dicit. In hoc ſiquidem quod ait, oculos Domini ſuper iuſtos eſſe, affectus aſpicientis oſtenditur: in hoc autem quod aures in precibus ſemper eſſe iuſtorum, non audientia tantum Dei, ſed quædam quaſi obedientia Dei deſignatur. Hæc Saluianus.

Vermilius.

Aures ſuis Deus accommodat.

Saluianus.

Versvs 22.

Dixit autem Dominus ad Samuelem: Audi vocem eorum, & conſtitue ſuper eos regem. Et ait Samuel ad viros Iſraël: Vadat vnuſquiſque in ciuitatem ſuam.

Vermilius.

VERMILIVS: Audito, inquit Deus, vocem populi, quando ita pertinaciter vrgent propoſitom. Permittit Dominus populo regem, ne illi, excuſſo iugo, ſuo arbitrio ſibi regem deligerent; qood grauius etiam futurum erat, quàm quod antea fecerant. Nam in Deuteronomio ſancitur, vt cùm habituri ſint regem, oullum alium eligant, quàm eum, quem Dominus voluerit. Hic ſi cogitabimus aliam eſſe voluntatem ſigni, aliam efficacem, intelligemus, nihil fieri citra volontatem Dei. Etſi enim quoad verbum externũ, & legem à Deo ſcriptam attinet, noluit mutari illam formam reipub. tamen æterna & efficaci voluntate certè voluit. Ad hunc modũ conciliare poſſuoius loca in ſcripturis, quæ videntur pugnantia. Nam Oſeas ait: *Ipſi regnauerunt, & non ex me: delegerunt ſibi principes, quos ego ignoram.* Si ſpectes voluntatem Dei patefactam, non erant illi reges, & principes à Deo. Nam Deus vehementer autor erat populo, ne quid in republica innouaretur, & nullo modo probare potuit illorum ſtudiom. Vera autem ſunt prophetę verba, ſiue ad Saulem, ſiue ad Hieroboam referantur. Non tamen dici poteſt, prorſus illos reges noluiſſe. Nam Saulem oſtendit Samueli, eumque iuſſit vngi, & inaugurari regem. Et Ahias Silonites, cùm ſcidiſſet pallium in duodecim fruſta, iuſſus eſt dare decem fruſta Hieroboã, eum hac oratiooe: *Hoc dicit Dominus, dabo tibi decem tribus, vt regnes in eis ſecundum voluntatem tuam. Et propitius ero tibi, ſi geſſeris te, quemadmodum Dauid ſeruus meus.* Dicuntur tamen non eſſe ex Deo, quòd populus in petendis regibus non expectaſſet autoritatem Dei; quodque poſtea, non ſatis iuſta de cauſa, tantùm propter tributa, quæ imponebantur, à familia Dauidis defeciſſent. Itaque non mouebantur ſpiritu Dei, ſed ſua ipſorum malitia. Non tamen, vt ſupra docuimus, ſunt duæ diſtinctæ voluntates in Deo: vna eſt, & eadem volontas: ſed prout aut exprimitur aliquo ſigno, aut occultatur, ita vel patafacta dicitur, vel occultata. Non exponitur plenè hoc loco, quid Deus reſponderit: taotùm ait, audiendam eſſe vocem populi: ſed in 13. Oſeæ ſignificatur, Deom plura etiã grauiora dixiſſe. Eo enim loco Deus poſt tot annos exprobrat populo malitiam ſuam. *Reſpicite & videte regem veſtrum: defendat nunc vos & ciuitates veſtras. Et reſpicite ad iudicem veſtrum, cui dixiſtis: Da nobis regem. Et addit: Dabo illis regem in furore meo: & in indignatione mea auferam illum.* Abſtulit autem, cùm populum afficeret ſopplicio. Nam cùm videret nomen ſuum haberi ludibrio, prophetas contemni, & omnia flagitiis redundare, ereptis regibus tradidit populum in poteſtatem Babyloniorum, Macedonum, Romanorum.

Quomodo reges dicuntur eſſe à Deo, & non eſſe, habita ratione voluntatis ſigni, aut efficacis.

Vadat *vnuſquiſque in ciuitatem ſuam.*] Videntur iſta fuiſſe ſolennis quædam formula, qua comitia dimittebantur. Deus dabit regem, vbi erit commodum. Ipſe eum vobis diſpiciet, vos interea ite domum. Verùm cùm Samuel audiat, regnum allaturum eſſe magoum malum reipublicæ, cur non adhibet preces? Cur non auertit illam indignationem Dei? ita enim Moſes ſæpe fecit. Fortaſſe vidit voluntatem Dei firmam, & obfirmatam eſſe, & mutari non poſſe. Id quoties ſancti ex occulto congreſſu cum Deo vident, non debent contra niti. Præterea etiam fortaſſe verebatur, ne aliis in ſuſpicionem veniret ambitionis. Poſſet enim videri, velle ſibi retinere magiſtratum. Neque de filiis ſuis ſollicitus eſt, quid de illis futurum ſit. Imò, cùm eſſet ea ſanctitate, probabile eſt, eum illos caſtigaſſe. Quod ni feciſſet vitio illi fuiſſet datum, non minus quàm Heli. Grauius peccat populus, quod ne admonitus quidem à propheta Dei, velit reſipiſcere. Putant fortaſſe, Samuelem iſta ad ſe deterrendum dicere, non verè, aut ex animo, ac ſi dicerent: Quicquid iſte clamat, tameo nihil nobis eueniet eiuſmodi. Ita multi hodie, cùm audiant concionatorem inuehere in vitia, & denontiare iram Dei, Vnde, inquiunt, didicit iſte, quid ſit futurum? quis eum fecit conſiliarium Dei? Minetur quantum velit: nihil nobis eueniet mali. Diabolus noo eſt tam fœdus, quàm pingitur. Credibile eſt principes, & ſenatores perſuaſiſſe populo, ne diſcederent à ſententia. Ita Phariſæi perſuaſerunt multitudini, vt Chriſtum expeterent ad necem. Sed & Chriſtus, & Samuel obtemperant populo. Superiora Vermilius.

Vermilius.

Apud Flauium Vopiſcum, interfecto Imperatore Aureliano, S. P. Q. R. perpeſſus eſt, vt Imperatorem per ſex menſes, dum bonus quæritur, Reſpublica non haberet. Vopiſcus in Tacito.

Flauius Vopiſc.

CAPVT NONVM.

ET erat vir de Beniamin nomine Cis, filius Abiel, filij Seror, filij
Bechorath, filij Aphia, filij viri Iemini, fortis robore. 2 Et erat
ei filius vocabulo Saul, electus & bonus: & non erat vir de filiis
Iſrael melior illo, ab humero & ſurſum eminebat ſuper omnem po-
pulum. 3 Perierant autem aſinæ Cis patris Saul: & dixit Cis ad
Saul filium ſuum: Tolle tecum vnum de pueris, & conſurgens va-
de, & quære aſinas. Qui cùm tranſiſſent per montem Ephraim,
4 & per terram Saliſa, & non inueniſſent, tranſierunt etiam per Terram Salim, &
non erant: ſed & per terram Iemini, & minimè repererunt. 5 Cùm autem veniſſent
in Terram Suph, dixit Saul ad puerum, qui erat cum eo: Veni & reuertamur, ne for-
tè dimiſerit pater meus aſinas, & ſolicitus ſit pro nobis. 6 Qui ait ei: Ecce vir
Dei eſt in ciuitate hac, vir nobilis: omne, quod loquitur, ſine ambiguitate venit. nunc
ergo eamus illuc, ſi fortè indicet nobis de via noſtra, propter quã venimus. 7 Dixit-
que Saul ad puerum ſuum: Ecce ibimus: quid feremus ad virum Dei? panis defecit in
ſitarciis noſtris: & ſportulam non habemus, vt demus homini Dei, nec quidquam
aliud. 8 Rurſum puer reſpondit Sauli, & ait: Ecce inuenta eſt in manu mea quarta
pars ſtatêris argenti, demus homini Dei, vt indicet nobis viam noſtram. 9 (Olim
in Iſraël ſic loquebatur vnuſquiſque vadens conſulere Deum: Venite, & eamus ad
Videntem. Qui enim Propheta dicitur hodie, vocabatur olim Videns.) 10 Et
dixit Saul ad puerum ſuum: Optimus ſermo tuus, Veni, eamus. Et ierunt in ciuitatem,
in qua erat vir Dei. 11 Cúmque aſcenderent cliuum ciuitatis, inuenerunt puellas
egredientes ad hauriendam aquam, & dixerunt eis: Num hic eſt Videns? 12 Quæ
reſpondentes, dixerunt illis: Hic eſt: ecce ante te, feſtina nunc: hodie enim venit in
ciuitatem, quia ſacrificium eſt hodie populi in excelſo. 13 Ingredientes vrbem, ſta-
tim inuenietis eum antequam aſcendat excelſum ad veſcendum. neque enim come-
ſurus eſt populus donec ille veniat: quia ipſe benedicit hoſtiæ, & deinceps comedunt
qui vocati ſunt. Nunc ergo conſcendite, quia hodie reperietis eum. 14 Et aſcen-
derunt in ciuitatem. Cúmque illi ambularent in medio vrbis, apparuit Samuel egre-
diens obuiam eis, vt aſcenderet in excelſum. 15 Dominus autem reuelauerat auri-
culam Samuelis ante vnam diem quàm veniret Saul, dicens: 16 Hac ipſa hora, quæ
nunc eſt, cras mittam virum ad te de Terra Benjamin, & vnges eum ducem ſuper po-
pulum meum Iſraël: & ſaluabit populum meum de manu Philiſthinorum: quia reſpexi
populum meum, venit enim clamor eorum ad me. 17 Cúmque aſpexiſſet Samuel
Saulem, Dominus dixit ei: Ecce vir, quem dixeram tibi, iſte dominabitur populo meo.
18 Acceſſit autem Saul ad Samuelem in medio portæ, & ait: Indica oro, mihi, vbi eſt
domus Videntis. 19 Et reſpondit Samuel Sauli dicens: Ego ſum Videns. aſcende
ante me in excelſum, vt comedatis mecũ hodie, & dimittam te mane: & omnia, quæ
ſunt in corde tuo, indicabo tibi. 20 Et de aſinis, quas nudiuſtertius perdidiſti, ne ſo-
licitus ſis, quia inuentæ ſunt. Et cuius erunt optima quæque Iſraël? nónne tibi & omni
domui patris tui? 21 Reſpondens autem Saul, ait: Numquid non filius Iemini ego
ſum de minima tribu Iſraël, & cognatio mea nouiſſima inter omnes familias de tribu
Beniamin? quare ergo locutus es mihi ſermonem iſtum? 22 Aſſumens itaque Sa-
muel Saulem, & puerum eius, introduxit eos in triclinium, & dedit eis locum in capite
eorũ, qui fuerant inuitati. erant enim quaſi triginta viri. 23 Dixitque Samuel co-
co: Da partem, quã dedi tibi, & præcepi vt reponeres ſeorſum apud te. 24 Leuauit
autem cocus armum, & poſuit ante Saul. Dixitque Samuel: Ecce quod remãſit, pone
ante te, & comede: quia de induſtria ſeruatum eſt tibi, quando populũ vocaui Et co-
medit Saul cum Samuele in die illa. 25 Et deſcenderunt de excelſo in oppidũ, & lo-
cutus eſt cũ Saule in ſolario: ſtrauitque Saul in ſolario, & dormiuit. 26 Cúmque ma-
ne ſurrexiſſent, & iam eluceſceret, vocauit Samuel Saulẽ in ſolario, dicens: Surge, & di-
mittam te. Et ſurrexit Saul: egreſsíque ſunt ambo, ipſe videlicet & Samuel. 27 Cúm-
que deſcenderẽt in extrema parte ciuitatis, Samuel dixit ad Saul: Dic puero vt antece-
dat nos, & tranſeat: tu autem ſubſiſte pauliſper, vt indicem tibi verbum Domini.

VERSVS

Versus I.

Et erat vir de Beniamin nomine Cis, filius Abiel, filij Seror, filij Bechorath, filij Aphia, filij viri Iemini, fortis robore.

Delineatio totius capitis.

VERMILIVS: In hoc capite varia continetur hiſtoria. Diuidi autem poteſt in quatuor membra: quorum in primo occaſio deſcribitur, qua Saul inauguratus eſt
B
rex Iſraël: in altero conſilium adeundi Samuelem: in tertio, ſuſcipiuntur à Samuele honorificè. Nam Samuel pridie audierat à Domino affuturum poſtridie, quem decreuerat inſtituere regem. Itaque iuſſit parari ſplendidũ conuiuium: in quarto, Samuel præmiſſo ſeruo, & remotis arbitris ſermonem inſtituit cum Saule de regno, eumque inungit regem.

Quòd ad primum attinet, Saul mittitur ad quærendas aſinas patris: & deſcribitur, quis, & vnde ſit: laudaturque iſta deſignatio regis ab omni genere cauſarum: à forma, à fine, à materia, ab efficiente. A forma, quòd nulla ambitio, nulla fraus, nullus dolus malus, nulla vis aut
C
cædes interueniſſet: ſed tantùm voluntas & prouidentia Dei. A fine: quòd idcirco rex delectus ſit, vt populus ab hoſtili impetu & incurſione conſeruetur. Ab efficiente, quòd Deus ipſe Saulem Samueli indicaſſet, eumque iuſſiſſet cõſecrari. Materia autem, erat ipſe deſignatus. Saul verò commendatur à ſtirpe, à forma corporis, à proceritate, ab ætate integra, quæ omnia magna momenta habẽt ad res gerendas.

Electionis Saul cauſa omnes cum laude numerantur.

Quòd ad ſtirpem attinet, fuit ex tribu Beniamin. Beniamin autẽ erat, non ex ancilla, ſed ex Rachele vxore, quã Iacob vnicè dilexerat. Dicitur habuiſſe patrem robuſtum: id etiam ad laudem facit: fortes enim naſcuntur ex fortibus. In lib. Paral. Cis dicitur eſſe filius Ner. Sed poteſt fieri, vt Abiel fuerit binominis. Sunt tamen qui ſuſpicentur, Abielem habuiſſe duos
D
filios, Ner, & Cis: & Ner, cùm eſſet maior natu, minori fratri Cis fuiſſe loco patris. Hæc Vermilius.

Regi prudentia magis opus eſt quã corporis robore.

FILII *Abiel, filij Seror*, &c. Equidem, cùm tot illius progenitores longa ſatis ſerie enumerarit, nihil tamen in illis egregium, nihil præclarum, præter eximium corporis robur annotauit. Et quidem quàm ſit illud neceſſarium ad pleraque domi militiæque obeunda, nemo nõ videt. Verumtamen quæ ducis ſunt propria, animi potius virtute quam dexteræ fortitudine confici ſolent. Siquidem conſilio, non vi, tanta populi multitudo, cui nemo ſolus par eſſe poſſit, regenda eſt. Illi namque, qui clauum reip. obtinet, non modò hoſtilis furor compeſcendus eſt, verumetiam ciuilis impetus coercẽdus. Etſi verò vnica hæc cura regi incomberet, vt commiſſam prouinciam ab hoſtium incurſione defenderet, id tamen magis animi viribus quàm corporis robore aſſequeretur. Neque enim in

Filii viri Iemini, fortis robore.

A
eorum propulſandis iniuriis tam neceſſe eſt, vt is machæram exerat, & manu dimicet (quoniam etſi ea ratione plures cõfodere poſſet, vix tamen credibile eſt magnas ſtrages editurum) quàm vt acies dirigat, ordines componat, ac veluti cæcum quoddam monſtrum, ſic armatam multitudinem imperio frenet ac moderetur. Verumenimuerò & ſi quis de corporis robore cum Hercule certet, prudentia autem atque animi ſagacitate careat, nihilo plus aget, quàm quæ in ſaxa & ſcopulos fulmina ruunt: quæ tactas quidem rupes comminuunt, ſimul autem euaneſcunt nulla parta vtilitate aut cõmodo. At imbres & pluuiæ molliori quidem
B
lapſu agris incidunt, ſed non ſtatim exareſcunt: humum primùm rigant, & ſtirpibus ac plantis humorem infundunt, deinde illæ recreatæ herbas pariunt, & ſegetes atque arbores fructus edunt, quibus hominum vita alitur ac ſuſtentatur. Sed cur ad diuerſarum rerum ſimilitudines deflecto, cùm exemplis abundemus nôbis ob oculos à natura propoſitis? Nam ſi robur ſpectes, nunquid nam inter feras Leonis ſimile vidiſti? Attamen inter eas principatum ad hunc diem obtinere non potuit. Apes contrà, eam, quæ aculeo caret, ac proinde etiam reliquis infirmior eſt, ſponte ſua regno præficiont, ac veluti principem obſeruant; non viriũ præſtantiã ſecutæ, ſed imperatoriam ſcientiam admiratæ.
C
Neque enim eadem lacertorũ firmitas, & imperandi ſolertia: neque neceſſariò illa coniuncta ſunt. Nam quę viribus geruntur, ea quidem neruis indigent: at regia diſciplina, quæ ad commodè regendos populos adhibetur, prudentiã magis requirit. Quo nihil manifeſtius eſſe poteſt, ſi veterum facta memoria repetas. Neque enim Firmo Imperatore quenquam firmiorem priſca ætas tulit. Hunc ferunt incudem ſuo pectori impuſitam, tundentibus fabris, conſtanter pertuliſſe, quum reſupinus, & in manus curuatus, pendere magis videretur quàm iacere. Et tamen iſte, quem ob corporis molem, & vires ſupra fidem eminentes, vulgus Cyclopem nominauit, Iulium Cæſarem, licet parũ firma valetudine vtentem, nec admodũ viribus pollentem, rerum geſtarũ gloria æquare non potuit.
D
Vix enim arrepto imperio ab Aureliano principe in Ægypto oppreſſus eſt. Sed & alter eius nominis, cùm in Mauritania, vt autor eſt Aurelius Victor in Epitome, regnũ inuaſiſſet, neque ſuos in officio diu continuit, neque hoſtiũ arma repreſſit: ſed exul ſtatim ac profugus, clam aptato ad collum laqueo, temeritatis ſuæ pœnas dedit. Tametſi enim Pompeium aduerſarium nactus non eſſet, deerat tamen illi ad imperandum ea, quæ in Cæſare tantopere eluxit, animi magnitudo atque ſolertia. Quanquam quod de Pompeio dico, non ita dictum velim, tanquam Theodoſium illum Valentiniani comitem, poſtea Imperatorem, vlla ex parte Pompeio inferiorem exiſtimem: ſed quoniam, cùm Firmum debellata penè Mauritania, & perculſis multiplici clade Iſaflenſibus, & Igmazene eorum rege perterrito, adegit ad laqueum, nondum erat tantam famam conſecutus. Conſulere poteris Ammianum Marcellinum lib. 29.

Flau. Vopiſcus.

Aurelius Victor.

Ammian. Marcellin.

Saul dicitur filius duri: quo nomine eiuſdem in malo pertinacia, & inconſtantia in bono deſignatur.

Porrò Hebraica dictio גִּבּוֹר *gibbor*, pugnacem, bellicoſum, arte militari clarum קִישׁ Cis verò durum ſignificat. Quoniam verò quæ dura ſunt, inuicto robore conſtant, vt lapides, vt ferrum, vt marmora; propterea etiam Cis, cùm viribus præſtaret, ducta aliunde metaphora durus dictus eſt. Nec immeritò: cùm tot tantiſque Dei & hominum beneficiis filius eius emolliri ad pietatẽ nequiuerit. Quamuis enim duriſſimas cautes aſſiduo vndarum verbere conteri ac rimas ducere videamus, non tamen mutant illæ duritiem, ſed ad minimam vſque partem, ſi fortè ſoluantur, pariter rigeſcunt: quod veriſſimum eſſe in Saule poſterior ætas probauit. Illum namque ſuprema calamitas ante oppreſſit, quàm aut illum præclara Dauidis merita, aut diuini iudicij metus à ſcelere & pertinacia reuocaret. Sic vt meritò contomax illius ingenium cum ſtriphno herba conferrę poſſis, quam ferunt, quò plus dentibus atteratur: eò duriorem euadere. De Leuiathan, perduellium principe, dudom à Deo pronuntiatum erat, Iob 41. *Cor eius indurabitur tanquam lapis, & ſtringetur quaſi malleatoris incus.* Porrò eiuſmodi obfirmatum animum vincere, & ad ſaniora conſilia traducere, ſolius diuinæ virtutis eſt, quemadmodum canit Pſaltes: *Qui mittit cryſtallum ſuam ſicut buccellas: emittet verbum ſuum, & liquefaciet ea,* &c. Potuit verò etiam illius inconſtantia duro illo parentis nomine deſignari. Dominus ſiquidem Lucæ 8. de ſemine verbi ſui loquens, *Aliud*, inquit, *cecidit ſupra petram, & natum aruit, quia non habebat humorem.* Quam parabolam idem ipſe interpretatus, ſubdit: *Nam qui ſupra petram: hi ſunt, qui, cùm audierint, cum gaudio ſuſcipiunt verbum: & hi radices non habent: quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt.* Quæ verba graphicè nobis ob oculos illius depingunt imaginem, qui lætis primùm initiis imperium auſpicatus, armorum felicitate cum pari pietatis ac clementiæ laude coniuncta, magnam ſpem de ſe omnium animis ingenerauit. At citò flos ille emarcuit, liuore atque ſuperbia proſtratus, & in feram, eamque crudeliſſimam commutatus eſt. Inſidiator ſiquidem amicorum factus eſt: ac Deo minimè obtemperans, à quo fuerat ad regnum euectus, ſacrilegus ac profanus Sacerdotum etiam ſanguine dextram polluit: donec tandem flagitiorum mole obrutus, in ſeipſum ſæuiit; hoc ſolo iuſtitiam æmulatus, quod Deum vltus eſt, & ſceleratam animam diriſſimo fine exegit. Cis autem pater, qui hic dicitur *Abiel*, 1. Paral. 8. Ner dicitur: hoc eſt, lucerna: ſed planè talis lucerna, qualem habuere fatuæ virgines, cui defuit oleum, vt pote, ex lenticula infuſum: quamobrem & citò extincta eſt.

Saulis à Deo defectionem ſenarius progenitorum numerus portendit.

Sed quare, dicet aliquis, autor huius hiſtoriæ ſex duntaxat ex maioribus Saul in illius deſcribenda proſapia meminiſſe voluit? Reſpondeo: quoniam is numerus ad diuiſionem ſpectare viſus eſt: vt pote ab vnitate recedens, quam in Dauidis ſtirpe declaranda A retinuit, vnico parente Iſai nominato. Quomodo autem ſenarius numerus ad diuiſionem ſpectet, ſic accipe. Circulus figura eſt, quæ præter cæteras maximè vna eſt, cùm nec angulos, nec latera habeat, quibus componatur, & ipſa ſua ſimplicitate, nam vnica linea conſtat: partium ſimilitudine, æqualitate, identitate loci vnitatem proximè æmulatur. Verumtamen, ſi ſenarius numerus accedat, illico ad modum hexagoni æquilateri, in ſex partes ſecabitur. Eodem enim circino, quo circulum deſcripſeris, ſeruata quoque eadem crurium extenſione, tanquam ſenarij naturali quadam vi atque energia, in ſex æquales portiones diuiſum inuenies. Circuli namque ſemidiameter, eiuſdem circunferentiæ ſexta pars eſſe reperta B eſt. Sic ille numerus docuit, ea, quæ inter ſe arctiſſimè compacta erant, oſtenſo diſcrimine ſecernere. Quæ ratio etiam fuit, quare aſtronomi, in diſtribuendo per partes Zodiaco, eo numero vſi ſunt: quem in ſex partes æquales, quæ ſigna phyſica ſeu naturalia appellantur, diſtribuerunt. quibus etiam ſingulis ſexaginta gradus attribuerunt, denario numero non aliter quàm per ſenarium multiplicato. Nec enim alicuius numeri vim æquè potentem ad diuidenda ea, quæ vnitatem præ ſe ferrent, experti ſunt, vt ſenarij. Igitur eadem ratione etiã hîc ad Saulis primam originem eſt adhibitus, vt mox à Deo receſſurus, & in contrariam partem abiturus ſignificaretur. Quod & fecit. Nam cùm maximè Deo obediturus crederetur, imperata neglexit: & propriis affectibus C indulgerẽ, atque animo obſequi, quàm diuinæ voluntati parere maluit. Sicque tandem eum, quem gratia primùm cum Deo coniunxerat, tot beneficia deuinxerant, quem gloria ac felicitas ſuo, vt ita dicam, gremio confouebãt, inobedientia, rupto fœdere, à Deo ſummo bono ſuo ſeparauit.

Circulus.

Signa communia numerantur duodecim.

Versvs 2.

D Et erat ei filius vocabulo Saul, electus & bonus: Et non erat vir de filijs Iſraël melior illo, ab humero & ſurſum eminebat ſuper omnem populum.

Vermilius.

Vermilivs: Saul appellatur טוב *tob*, quod alij ad corporis ſpeciem referunt: alij ad bonitatem, & ad virtutes ciuiles. Et additur: Non fuiſſe in eo populo quemquam eo meliorem. Sed cùm dicitur in populo, excluditur Samuel, quem ſatis conſtat eo fuiſſe meliorem. Quanquam dici etiam poteſt per hyperbolen, vt qui multos bonitate ſuperaret, diceretur nullum habere parẽ in toto populo. Verùm, vt dixi, omnes ferè interpretes referũt eam vocem ad ſpeciem corporis: quod eo etiam eſt probabilius, quia ſtatim additur,

ET BONVS,&c.

ab humeris, & ſurſum altior erat toto populo. Deus, A cùm decreuiſſet Saulem fore regem, ornaoit eum illis dotibus, quibus regna qoam optimè adminiſtrãtur. Ita enim Deus donare ſolet eos, quos vocat ad res gerendas, ne obeundo moneri ſint impares. Species autem corporis regibus magnam dignitatem,& maieſtatem conciliat. Vnde illud eſt: Species Priami digna erat imperio. Ariſtoteles in Rhetoricis ait, primam pulchritudinis partem eſſe, vt corpus aptom ſit ad fereodos labores. Non enim quæuis ſpecies eſt laudabilis, ſed ea tantùm, quæ cum aliqua præſtantia, & fortitudine coniuncta ſit. Deinde accedere oportet aliqoã etiam aſpectus ſuauitatem, quæ ſita eſt in colore, figura, ſymmetria. Sed addit Ariſtoteles, quandam etiam adeſſe oportere in vultu ferociam, vt hoſtibus B terribilis videatur, ſi vſus poſtulet. Huc accedere debet latitudo corporis, altitudo, & amplitudo coouenieus Sine his enim pulchritudo nõ perficitur. Sed altitudinem eiuſmodi oportet eſſe, quæ non ſit impedimento rebus gerendis. Sunt enim quidam ita obeſo,& vaſto corpore, vt ſe commouere non poſſint. Sic commẽdatur Saul, ab humeris eminebat io toto populo: erat fortis ex forti patre: erat ætate iuoenili; & vegeta. Nam ſenilis ætas ignaoa plerunque & effœta eſt. Potuiſſet Deus regem deligere aut militem præclarum, aut principem aliquẽ virum. Verùm eum deligit, qui proceritate, & forma corporis, & morum bonitate præſtaret. Ciuitatis C vnde oriundus erat Saul, nulla ſit mentio: fortaſſe quod ea infamis eſſet propter ſtuprum, quod io ea vxor Leuitæ pertuletat. Erat enim Saul è Gabaa.

Species digna imperio.

Ariſtoteles.

Quamuis autem Saol tam præclarè ornatus fuerit, poſtremò tamen eoaſit peſſimus. Quarè cogitare debemus, iſta quidem eſſe dona Dei, ſed externa, quæ poſſint auferri. Nullas habemus certas demonſtrationes, quæ nos certos reddere poſſint de euentu. Quanquam nos in deligendo magiſtratu omnes iſtas dotes,& circumſtantias diligenter conſiderare debemus: confidere aotem illis nõ oportet: poſſunt enim abire in diuerſum. Multos vidimus bonos, & pios, cùm admooerẽtur ad Eccleſiaſticas dignitates: qui poſtea tamen euaſerint deterrimi. Fortunatam putamus fore rempub. ſi hic, aut D ille creetur Conſul: & tamen ab eo, quem tantopere expetiuimus, ſæpe tota reſpub. perditur. Nos quidem diligentiam, operam, ſtudium adhibere debemus, quantum maximè poſſomus, vt magiſtratus pius, & bonus deligatur: euentus autem totus pendet à Deo. Noui ego Epiſcopom quendam in Germaoia, de cuius pietate magna ſpes erat, cùm primùm crearetur. Factus autem ſemel epiſcopos, nihil minus qoàm de pietate cogitauit. Qui nonnullorum ſacerdotum hypocriſim & ſimulatam ſanctimoniam viderunt, hi ſperant fore, vt ſi pontifices crearentur, omnia plena ieiuniis & precibus eſſent: poſtea verò quid egerint, & quemadmodum principes inter ſe commiſerint, quos tumultus miſcuerint, orbis terrarum vniuerſus vidit. Itaque antiquitus in deligendis miniſtris Eccleſiæ indicebantur ieiunia, vt, quoniam homines in delectu falli poſſent; Deus illorum conatus fortunaret. Hactenus Vermilius. Ab ea conſoetudine necdum Eccleſia receſſit: ſed adhuc cùm deligendorum tempus appetit, præter examen vitæ ac morũ, etiam ieiunia publicè indicuntur & ſeruantur: quæ nos quatuor temporum dicimus.

In eligendis tametſi præclaras dotes ſpectare debemus, ſucceſſus tamen, vt rei incertiſſima, à Deo expectandus eſt.

Porrò Saul, vt eſt apud S. Hieronymum lib. de Nominibus Hebraicis, idem eſt qood petitio, vel abutens, vel abuſiuum eorum. Quæ ſingula in eum mirificè quadrant. Nam & petitioni eorum tributus eſt: & in eo accipiendo ſua ſpe atque expectatione falſi ſunt. A quo enim aoxilium ſperauerant, ab eodem cladem maximam acceperunt. Si itaque ſapientiſſimam fœminã Abigail imitari voluerimus, quæ de viro ſuo Nabal, cap. 25. huius libri, prnnuntiauit, *Verè iuxta nomen ſuum ſtultus eſt*, de hoc quoque dicere poterimus: *Verè iuxta nomen ſuum abuſio fuit.* Nam cùm crederetur & pius, & bonus,& reipub. ſalutaris futuros, cõtraria omnia præſtitit. Nam & Dei mandata contempſit: & populi ſalotem in maximum diſcrimen adduxit. Cæterùm בחור *babhur*, quæ vox exponitur electos ab interpte te noſtro; εὐμεγέθης ingens, procerus à Græcis; iuuenis à Paraphraſte Chaldæo: vtrumque & electum & iuuenem ſignificat. Idcirco aotem eo quoque nomine iuuenis dicitor, quod ſit, vt ait Sanctes, iouenis, electus ad omne opus potius quàm ſenex. Nihil itaque ea electio ad prędeſtinationem.

Etymologia nominis Saul.

S. Pagnin.

De bono nonnulla addenda viſa ſunt. Gen. 1. verſu 4. lux *Tob* quoque dicitur, quod plerique omnes bonam verterunt: at iucundam quoque, & pulchram, gratam atque vtilem interpretantur. Exodi 2. verſu 2. Moſes infantulus *Tob* viſus eſſe parentibus ſcribitur. Elegantem exponit noſtra tranſlatio. Sanctes ex Hebræo polchrum. Ab Apoſtolo Epiſtol. ad Hebræos cap. 11. verſu 23. ἀςεῖος ſiue elegans & venuſtus transfertur. Hoc loco certè pulcher à Paraph Chaldæo redditur. Græcis eſt ἀγαθὸς, cuius poſterior ſyllaba nonnihil cum Hebræa dictione conſentit. Bonum propriè ſignificat. Vnde eſt illud τὸ ἀγαθὸν pro Deo, quo Platonici maximè vſi ſunt. Veruntamen ſicut illius, ita & huius quoque vocis vſus eſt moltiplex. Qoi Plutarcho ἀγαθὸς πρὸς τὸν πόλεμον, & Xenophonti τὰ πολέμια ἀγαθὸς, idem Liuio *bonus bello* dicitur. An vſpiam ſimilis qoædam phraſis apod Hebræos deliteſcat, me fugit: certè ſua dictione freqoenter abutuntur pro re qualibet, quæ vel placere poſſit, vel appeti. Geneſ. 18. verſu 7. vitulus pinguis, booos dicitur. בן בקר רך וטוב *ben bakar rach vatob filius vaccæ tener & bonus*. Geneſ. 27. verſu 9. עזים טבים *bhizim tobim hœdi pingues ſiue boni*. Etiã Oſee 4. vmbra bona dicitur. Græci ſuũ illud ἀγαθὸν eſſe tradunt ἀπὸ τοῦ ἄγαμαι, quod denotat admirabile, admiratione dignum, quale eſt quidquid excellit in re qualibet. quare neceſſe non eſt, vt hic virum bonum, ſineque vituperatione ad libellam æquom, nec fucatum forenſi ſpecie, totum teretem atqoe rotundum, vt inquit Horatius, quadratum item appellemos.

Tob ſiue bonum quid ſignificet.

Quæ animalia, cùm effugerint, naturalem libertatem recipiant: & quæ item perpetuò reſtitui debent.

cuios ſint: cùm ea prodere nõ poſſint: & ſimilia multa reperiantur. Et ſic nonnunquam pereunt domino poſtquam oculis exceſſerint, niſi quis maturè requirat, & ſibi elapſa eſſe certis indiciis probet ac doceat. Vbi verò probauerit, confeſtim reſtitui debent. Neque enim primi occupantis fiunt iure gentium, vt onagri, & feræ reliquæ: quæ vbi cuſtodiam euaſerint, & in libertatem naturalem ſeſe receperint, prioris domini propriæ eſſe deſinunt, & iuri cedunt inuadẽtis. Naturalem autem libertatem recepiſſe intelliguntur, cũ vel oculos poſſeſſoris effugerint, vel ita ſint in conſpectu illius, vt difficilis ſit earum perſequotio. Sed quemadmodum de gallinis, & anſeribus, & reliquis, quorũ fera natura non eſt, docet Iuſtin. Imperator Inſt.l.2.tit.1. de Rerũ diuiſione: ita & de aſinis dicendum eſt, quucunque modo turbati euaſerint: licet conſpectum domini effugerint, quocumque tandem loco ſint, illius eſſe intelliguntur: & qui lucrandi animo ea animalia detinet, furtum committit. De abigeis autem, ſiue qui data opera pecus auertunt, ſeueras leges inuenies D.lib.47.tit.14.

Ius ciuile.

Maior apud pleroſque iumentorum quàm filiorum cura.

Igitur Cis, cùm eſſet augendæ rei ſtudioſus, euestigio filiũ vocat, &, vt aſinas quærat, ſedulò præcipit: cui famulom quoq; itineris comitem adiungit. Animaduerte quanto ſtudio, qua diligentia prucuremus, ne quid rei familiari depereat. Filium à ſe ablegat, & ambiguo itineri ſe credere iubet, vt aſinas reducat: & cùm pereant filij, non modò aſinis, verumetiam leuiſſimis ſumptibus parcimus. Contemplare pauliſper quãta cura, labore, ac ſumptibus nobilium equi alantur, curẽtur, doceantur, & ab hippodromis ad metas & carceres exerceantur; filij cuntrà, quanta negligentia plerunque educentur: qui ſi aberrarint, ſi vitia contraxerint, ſi in popinas, & luſtra, & lupanaria, ſi in hæreſum barathrũ præcipites inciderint, rident: neque eſt qui eorũ vicẽ doleat. Equis ne qua fraude ordeum minuatur, ſedulò ſtabulariorum fidem explorant: ne corruptum fœnum apponatur: ne palearum copia, ne qua alia cura deſit, ne negligẽter habeantur: qua verò doctrina paſcãtur ſua pignora, ſua viſcera, tam ſunt ſolliciti, quàm de eorũ ſalute negligentes, qui ad ſe nihil attinent. Equum ſiquando ſcabies arroſerit, aut certè cõtumax & calcitroſus extiterit, poſitis obicibus à reliquo grege ſeparant, ne quid labis integri ac ſani ex vicinia contrahant, aut calcibus deformentur. Similem, vt arbitror, in continendis filiis curam ac diligẽtiam adhibere debuerant, ac pariterſeorum ſaluti proſpicere, ſi vel ex æquo charos habuiſſent. At cõtra faciunt omnia: nam qob peſſimi illi euadant, & citò ex contagio ſimul conuerſantium inficiantur: ſi quos vitiis deditos, & Dei hominumque contemptores cõſpexerint, & ad iniuriam inferẽdam promptos atque præcipites, ſuperbia item atque ambitiooe ſe ſupra cæteros efferentes, his filios ſuos adiungunt; à diabolo in eam opinionem inducti, his potiſſimum vitiis mundi gloriam niti; hiſque tãquam gradibus ad principum familiaritatem atq; amicitiam perueniri; & ad dignitates obtinendas, & præclariora quæque Reipubl. munera conſequenda certiſſimum aditum patari. Sic vt meA ritò de iiſdem dici poſſit, quod de Herode olim Auguſtus: Optabilius eſſe apud eos homines ſues, aot equos naſci, quàm filios. Verùm hæc miſſa faciamus, & ad aſinos qoadrupedes noſtros reuertamur. De his præclara multa inuenio tum apud noſtros, tũ apud profanos authores. Et in Scripturis quidem, ad laodem aſini facit, quòd, ſi errauerit, reduci præcipitur, etiamſi ad inimicum pertineat. Exod.33. Sed & primogenitus eius cum ooe cõfertur, & eios commutatione redimi pręcipitur. Exod.13. Eſaię autem cap.1. dicitur agnoſcere *præſepe domini ſui*. Inter omnia animantia, quę muta dicimus, propterea quòd rationis expertia ſint: nullum vnquam B præter aſinum ratione vti aliquando viſum eſt: quẽadmodum teſtatur Numeri liber c. 22. vbi etiam viſionem angeli, quod paucis, iiſque pręſtantiſſimis viris contigit, habuiſſe refertur. Geneſis verò 49. cùm Iacob Iſſachar filio ſuo benediceret, *aſinum fortem, & inter terminos accubantem*, ex voto nũcupauit. Inde petita materia laudis, quòd aſini labores ac patientiam æmulaturus eſſet. Sed hoc vt arbitror maioris momenti eſt, quod poſt cædem Philiſthiim, aſini mandibulam, quo victoriæ inſtrumento vſus fuerat Samſon, Deus potiſſimùm elegerit, quo ſiti fatiſcẽtem & penè enectom recrearet. Nec illod itẽ myſterio vacat, quod apud Zachariam c.9. Chriſtus in aſina venturus promittitur: quod factum ſuo tempore narrãt Eoangeliſtæ, paucis C diebus ante ipſius paſſionis agonem. Sed & Geneſ.49. in benedictiooe Iudæ, Chriſtus, futurus rex, alligare ante dicitur ad vitem aſinam ſuam. Hìc verò Saül, ſtatim regoum adepturus, errantes aſinas diuino conſiliu conſectatur, ne quis factum hoc indignũ putet deſignato principe, aut alienũ à regni auſpiciis. Tut ergo laudibus id generis animal in ſcripturis ornatur & cumulatur. Quamobrem Cabaliſtici doctores, cùm cernerent aſinum tot præconiorum titulis in ſcripturis commendari, eiuſdem naturæ vim ac pręclaras dotes altius inoeſtigantes, abſolutiſſimum quoddam ſapientis ſpeculum eſſe ſtatuerunt, eumqoe meritò ſapientiæ amatoribus in exemplum debere proponi. Enimuerò, vt hinc dicendi ſumam exordium: ſi quis ſapientię operam daturus ſit, tenoi victu contentũ eſſe oportet. At hoc illum aſinus non tam præcepto quã D exemplo docebit, modico furfure contentus & palea, aot etiam ſpinis ſpõte naſcentibus. [Illud etiam mirabilius, quud abſque potu in Africa ętatem degere nonnulli aſini ferũtur. Herodoti l.4.] Sed & ipſe cibus, ſimplex eſſe debet & obuius, non arte quęſitus, aut multa elaboratus induſtria: quemadmodum nec aſious ab vllo ſibi condiri pabulum expectat: ſed ſic carduo paſcitur, vt lactuca. Manſuetum etiam eſſe decet ſapientię diſcipulum, & à rixa iurgioque abhorrere, quod in primis aſinus obſeruat. Illum etiam morigerum eſſe, nec onus vllum detrectare neceſſe eſt, qui ſapientiæ verticẽ conſcendit, quod in aſino frequenter animaduertimus. Qui, ſi ita domino ſuo viſom fuerit, vt bos arabit, vehet vt equus, onera portabit vt Camelus. Præterea verò ad nullã excandeſcit iniuriam, quin potius quemuis laborem, plagas, penuriam abſq; mur-

Præclara multa de aſinis ex ſcripturis.

Iudic.15.

Cabaliſtici doctores ſapientiæ ſtudioſis aſinũ in exemplũ ſtatuerunt.

mure tolerat: quæ ſunt præcipuæ ac difficillimę partes ſapientis. Iſta verò omnia natura aſinis inſunt, quæ homines non niſi diuturoo atque improbo ſtudio ac labore comparāt. Nec verò eſt, cur quiſqoam illi tarditatem ingenij exprobret: ſiquidem fertur Ammonius aſinū Alexandriæ habuiſſe auditorem, Origenis atque Porphyrij nobiliſſimorū Philoſophorum condiſcipulum. Quidſi Luciani & Apuleij aureos aſinos commemorem? Sed non placet fabulis immorari. Referam tantum quid de priore illo Damaſcius in vita Iſidori tradiderit. Habuit, inquit, Ammonius aſinum, quem aiunt poëticas audiendo diſciplinas ſæpe pabulum neglexiſſe, licet etiam appoſitū eſſet, & eſurire cogeretur: ſic poëtico ſtudio aſinus capi viſus eſt. Hęc Damaſcios. An non igitur temerè ab antiquis dictum eſt, aſinus ad lyram? In auguriis, aſinum obuiam habuiſſe, læti ac proſperi euentus indicium creditum eſt. Nam & aſinus Nicon Augusto Actiacæ pugnæ victoriam portendit: & Mario, Minturnis cuſtodia vallato, liberationē, & Tiberio imperium: quod ſcripſerat in eius vita Plutarchus, ſed ea intercidit, vt teſtatur Lamprias in catalogo: refert autem Damaſcius in Iſidoro. In his verò quę ad mores pertinent, aſinus principem locum obtinet. Nam cùm fortitudo præ cæteris virtutibus, quæ à Philoſophis enumerantur, Heroica quædam res ſemper habita eſt, tum eam in duas ſpecies diſtribueruot: quarum alteram, Alcibiadis: alteram, Socratis nomine indigitarunt. Et illam quidem io inferenda vi, hanc in tolerāda poſitam eſſe decreuerunt. Item, iuuari illam audacia, hāc ſola patientia conſtare. Quæ vtique propterea alteri præferenda viſa eſt, quòd audacia, & ira, & ſpes in cœptis arduis, & difficilibus primas partes occupant, videnturque plurimùm virtuti ſua ope ſuffragari: at patientiam metus quidem oppugnat, nullus verò à natura impetus eidē opitulatur. Ex quo ſequitur, maiorem illam eſſe fortitudinem, quæ res aduerſas fert fortiter, præ illa, quæ ardua ac difficilia aggreditur. Qoam poſteriorem, leo ſemper præ ſe tulit: ſoperiorem, aſinus. Vnde colligimus, aſinum virtutis præſtantiſſimæ ſymbolum eſſe pulcherrimum. At citra omnem tropum atq; allegoriam, non rarò aſini deſperatis rebus, & iacente militum audacia, victoriam pepererunt. Teſtatur hoc de Ambracioris Pauſanias in Phocicis, qui deuictis etiam Moloſſis, beneficij memores, aſinum æoeum victoriæ monomētum dedicarunt. Darij verò copias, vt Herodotus author eſt in Melpomene, cùm propè eſſet vt à Scythis delerentur, ſæpius aſini ſola vocis authoritate maieſtateque corporis tutati ſunt. His namque viſis & auditis feroces Scytharum equi impetum cohiboerūt. Quo minus miror Ægyptios id generis animal olim tanto odio proſeqoi potuiſſe. Non enim fabulis aurem accommodo, quæ Typbonem mentiuntur, malum quendam dæmonem, flauo colore aſino perſimilem, Oſiridis hoſtem perpetuum fuiſſe. Alij fratrē Oſiridis fuiſſe malunt quē ſceleratè oppreſſerit, cùm is benè beateque in Ægypro regnaret. Sed cur inde tātum in animal odium conflatū eſt? Ex coloris, aiunt, ſimilitudine. Quot enim ſunt quæ eūdem colorem referunt? Veriſimilius eſt Typhonem, cùm præliom cum Oſiride cōmiſiſſet, aſinorum virtute eundem vita regnoque ſpoliaſſe. Iode primum odium in animal ſuſceptum eſt; quemadmodum reliqua, quibus proſperè pro ſignis vſi ſunt, portentoſa ſuperſtitione religioni conſecrata. Cōiecturam noſtram adiuuat, quòd ſubinde etiam Perſarum Regem Ochū, à quo ſub iugum miſſi ſunt, aſioum nominarunt: ſicuti Dinon ſcriptum reliquit. Ex quo probari videtur, nō alia ratione Ægyptios aſinis infenſos fuiſſe, quàm quòd eorundem ope deuicti eſſent. Itaq; plures olim viri inſignes, imò & familiæ nobiles, aſini cognomento gloriatæ ſunt; atq; in primis geos ipſa Corneliorum à ſuo principe hoc nomen accepit, vt docet Macrobius l. 1. Saturn. Cliſthenes apod Herodot. l. 5. cùm Sicyoniorū tribobus nomina daret, inter reliquos tribules noonullos Oneatas dici voluit, hoc eſt Aſinales, arbitratus id ſuæ Reip. decori atque ornamento futurum. Idque mea ſententia longè ſapientius fecit, quā feciſſe olim principes Aquilonariom Krantzius memorat, Daniæ l. 4. c. 27. qui ferarū ſibi nomina inderēt; ita vt alter quidem lupus, leo, catulus, alter etiam vrſus vocaretur: quibus feris nihil humano generi nocentius inueniri poteſt; cùm ecōtrario nihil eſſe aſioo benignius poſſit, qui nullam non laboris impenſam agit in hominē. Troglodytæ, vt inquit Diodorus Rer. Antiq. l. 4. c. 3. parentum oomina nequaquam liberis imponunt, ſed tauri, arietis, ouis, [adde quod veriſimile eſt, etiam aſini.] Et hos quidem patres, has matres, quoniam ab his, oon à parentibus quotidianus præbeatur cibus, appellant. Aſinarij quoq; olim Iudæi dicti ſunt ab Ethnicis Molone & Appione Alexandrino. Quod ſi nō feciſſent maleuolè, & vt iiſdē apud reliquas geutes pararent inuidiam, mentientes aoreū caput aſini eoſdem adorare, quis nō laudi duceret Iudæos omoes pari laudis titulo decorari, quo princeps eius generis Iacob principē tribus Iſſachar exornauit? Non enim hominū laudes à natura pecudis petūtur, quæ virtutis expers eſt: ſed ab iis virtutū formis ſeu potius ſimulacris, quę in iis naturaliter elucent: quę ſi vſquā aliàs, in aſino certè notari poſſunt omniū præſtātiſſima. Plurima præterea aſinus ad corporū curam confert vtiliter, quæ Zoroaſter, Democritus, & Apuleius ſedulò rimati ſunt, & ſuis cōmentariis inſeruerunt. Quæ etiam commodè poſſunt ex analogia quadam ad mores transferri; quemadmodum & aliàs fecimus in cōcionibus noſtris, aliorū induſtriam æmulati, qui in his plurimùm profecerunt. Verùm hîc allegorias oon ſequimur: ſed ſi quid eſt, quod ad animalis illius deſpicatiſſimi commendationem natora cootulerit, qood mores noſtros exēplo ſuo inſtruat, hoc ſolùm duximus commemorandum. Quare ſoperioribus hoc tantùm addemus, quod de eodem Menander prædicat, cùm ait:

Omnia animantia beatiſſima ſunt,
Et longè plus mentis quàm homo habent.
Aſinum cernere licet primum hunc,
Qui miſer eſt ex confeſſo,
Et nihil mali ſua culpa naſcitur,

Ex profanis aſini commendatio.

Damaſcius apud Photium autor 242.

Symbolum fortitudinis præcipua.

Aſini victoriarum authores.

Pauſanias.

Herodot.

Nomen aſini pluribus inditū abſq; ignominia.

Macrob.
Herodotus

Krantzius.

Menander.
Aſinus nullum ſibi malum accerſit, quod faciūt ſæpenumero homines.

Sed quæ natura dedit, ea habet:
Nos verò præter neceſſaria mala
Ipſi per nos alia nobis ſuppeditamus.
Angimur, ſi ſternutauerit quis: ſi malè loquatur,
Iraſcimur: ſi quis viderit inſomnium, valdè
Metuimus: ſi noctua vlularit quapiã, formidamus.
Ærumnæ, opiniones, ambitiones, leges,
Omnia hæc adſcititia naturæ ſunt mala.

Gothofredus.

Aſini quondam publico curſui deſtinati. La poſte aux aſnes in ducatu Burgundia.

Eginartus.

Varro.

Cæterùm aſinis olim vſi ſunt ad publicum curſum, vt docet Gothofr. ad *l.* 18. *ff. de muneribus.* §. 21. quod ſuſtuliſſe Iulianũ Socrates ſcribit 3. c. 1. quemadmodum & Armenij camelis vtebantur inter equites. Herodia. 4 Quin & bobus vtebãtur ad eũdem curſum publicum *L.* 1. *C. Theod. de curſu publico.* Carolũ Magnum iter feciſſe iũctis bobus, & bubulco ruſtico more agẽte, Eginartus ſcribit. In coëmendis aſinis Varro l. 2. c. 1. de re ruſtica, docet, quo ſint ſeminio eſſe quærendũ. Hoc enim nomine, vt idẽ ait, aſini Arcadici in Græcia nobilitati, in Italia Reatini, vſq; eò, vt mea memoria aſinus venierit ſeſtertiis millibus lx. & vnæ quadrigæ Romæ cõſtiterint quadringẽtis millibus. Et alibi, aſinus cccc. nummũm emptus Q. Axio Senatori. Num. autẽ c. 31. v. 34. filij Iſraël deuictis Madianitis, & internecione deletis, aſinorũ ſexaginta millia & mille in prædã ceperũt. Quo argumento manifeſtũ eſt, illas regiones aſinis abũdaſſe, iiſque præcipuis; ſicut mox Vermilius ex Ariſtotele referet. Eſſe etiam nõnullos aſinos cornu inſignes Philoſtr. tradit l. 3. c. 1. vitę Apollonij, quo loco hęc habet: Aſini, qui in India circa fluuium Hyphaſim naſcũtur, cornu vnũ fronte gerunt, quo animosè vt tauri decertãt. Ex eo cornu vaſa ad bibendũ conficiũtur, in quibus qui biberit, eodẽ die nullum mali ſenſum percipiet: & ſi vulnere affectus ſit, non ſentiet dolorẽ. Ferunt præterea inoffenſũ poſſe per ignẽ ingredi, nec poſſe veneno infici. Quare illa vaſa ſeruantur regibus, qui ſoli beatos illos aſinos venãtur. Cũ eos curiosè aliquãdo Apollonius contẽplaretur, roganti Damidi, Nũ crederet? Quidni, inquit, ſi quidẽ reges in his locis immortales viuãt.] Huic vni animali, ex his, quę μώνυχα vocãtur, hoc eſt ſolidã vngulam habẽtia, talos tribuit Ariſtoteles. Sed iã Vermilium audiamus. Cis, inquit, cùm amiſiſſet aſinas, mittit Saülẽ filiũ, qui eas quæreret. Plurimi enim fiebãt aſinæ in illis regionibus. Ariſtoteles etiã ait, aſinas in Syria fuiſſe in magno pretio, illiſq; Syros vti ſolitos pro mulis, quod eſſent robuſto corpore. Ioſephus ait Cis maximè delectatum fuiſſe armentis aſinarum, eoque ſemper habuiſſe pulcherrimas. Itaque cùm eas perdidiſſet, emiſiſſe filium. Hac occaſione Deus vti voluit, vt indicaret, quanta ſit vis ipſius prouidentiæ, & ſe ex infimo etiam loco poſſe reges excitare. Hoc Ethnici aſcribunt fortunæ.

Aſini cornu inſignes in India.

Philoſtrat.

Vermilius.

Aſini in Syria nobiles.

Si fortuna volet, inquit Poëta, *fies de rhetore Conſul.*
Si volet hæc eadem, fies de Conſule rhetor.

Sed hoc nos tribuere debemus prouidẽtiæ Dei. Apparet artẽ iſtam paſtoritiam antiquitus ſummis viris fuiſſe in vſu. Mitto ſacras litteras. Hercules egit armẽta boum: vnde eſt fabula illa de Caco. Apollo operã ſuã locauit Admeto regi, vt boues paſceret. Paris bubulcus erat, cũ à tribus

Ars paſtoritia apud antiquos celebris.

A illis deab⁹ arbiter deligeretur. Saüli noſtro turpe nõ erat aſinas paſcere. Nam illa ætate, cũ res adhuc eſſẽt integrę, nõ tot erãt homines otioſi, quot nũc ſunt. Nũc enim alij cogũtur laborare, cũ alij ſedeant otioſi. Non autẽ appello otioſos, qui conſulunt Reip. aut qui ſtudent litteris: ſed eos, qui currũt, nõ à virtute ad virtutẽ, ſed à voluptate ad voluptatẽ; qui à cœna cogirãt de tripudio, & alea, deinde de lecto, & libidine, manè de venatione, de prandio, de cœna. Sed melioribus illis tẽporibus homines vel agriculturæ, vel paſtioni operã dabant. Adamus accepit à Deo ingens patrimonium, vt terram ſubigeret, & brutis animantibus imperaret. Eoque duos primos filios ſuos ita educauit, vt Abel eſſet paſtor, Cainus agricola.

Corruptela noſtrorum temporum.

B Saül fruſtra videri poteſt aſinas quęrere, cùm eas non inueniat. Non tamen prorſus fruſtra. Ita enim factum eſt, vt ſe conferret ad Samuelem, & adipiſceretur regnũ. Ita Ioannes & Iacobus, cũ eſſent in naui cũ Zebedęo patre, & ſarcirẽt retia, vocati ſunt à Chriſto, & facti ſũt piſcatores hominũ. Duo hîc ſe nobis effecta offerũt: inquiſitio aſinarũ, & adeptio regni: quę ita inter ſe coniũcta ſunt, vt neutrũ ſit cauſa alterius, nec vtrumq; fluxerit ab eadẽ cauſa. Quę enim naturalis cõnexio eſt aſinabus cũ regno? Quærendarum aſinarum cauſa fuit voluntas Cis, & obſequium Saülis erga patrẽ: conferendi autẽ regni cauſa fuit vnica volũtas & prouidẽtia Dei. Adeptio ergo regni poſſet appellari fortuna, ſi ea voce liceret vti. Et certè, modò rectè intelligatur, nõ video cur nõ liceat. C Caſus & fortuna ita diſtinguũtur, vt caſus in brutis, & reb⁹ inanimatis locũ habeat, ſi quid pręter naturę inſtitutum in illis accidat, vt cũ naſcuntur mõſtra, & alia ſimilia: fortuna verò in iis rebus ponitur, quæ ratione agũtur, & fiunt propter aliquid, longè autem aliud ſequitur, quã erat cogitatum, contra voluntatem & cõſilium agentis, idque non niſi rarò ſolet accidere. Iaſoni Phæreo, vt ait Cicero, hoſtis, in quẽ fortè inciderat, gladio aperuit vomicam, quam Medici nulla arte curare potuerant. Hoſtis autem inflixit vulnus, vt eum occideret, non vt curaret. Fortuna tamen factũ eſt, vt is illi pro exitio ſalutem attulerit. Hoc idẽ Simplicius narrat accidiſſe Prometheo cuidam tyranno. Itaque, vt ait Ariſtoteles in lib. 2. Phyſicorum, quidam fortunam appellauerunt παράλογον, quod eius nulla ratio reddi poſſit. D Quis enim poteſt reddere rationem, cur alij perierint in ea via, qua nunquam antea ingreſſi ſint, illi autem euaſerint, qui ea via ſemper vſi fuerint, illo autem die aliò deflexerint? Ita ſanctus Auguſtinus ait, ſe ex inſidiis Donatiſtarum euaſiſſe. Hæc ideo pluribus commemoraui, vt intelligi poſſit, multa fortuitò dici poſſe accidere, ſi ea ad iudicium noſtrum referamus, quæ tamen eadem ſi referas ad prouidentiam Dei, nullo modo ſunt fortuita. Sunt enim apud Deum certa, definita, deſtinata. Dei enim prouidentia cauſas, & effecta connectit, quæ alioqui natura ſint diſiunctiſſima: neque quicquam eſt, quod oculos Dei, quibus omnia ſubiiciuntur, & ordinantur, poſſit fallere. Illud interea cogitandum, Saülem in honeſta, & iuſta

Quo ſenſu fortunam caſumve dicere valeamus.

Ariſtot.

Neſcit homo pretium eius, nec inuenitur in terra ſuauiter viuentium. Deus intelligit locum eius, & ipſe nouit locum illius. Et Baruch. 3. item de ſapientia, poſtquam illam negauit apud eos commorari, qui aurum cumulant, & deliciis immerguntur: *Non eſt*, inquit, *audita in terra Chanaan, neque viſa eſt in Theman. Filij quoque Agar, qui exquirunt prudentiam, quæ de terra eſt, negotiatores terræ, & Theman, & fabulatores, & exquiſitores prudentiæ & intelligentiæ: viam autem ſapientiæ neſcierunt, neque commemorati ſunt ſemitas eius. Sed qui ſcit vniuerſa, nouit eam, & adinuenit eam prudentia ſua.* Et tandem verſu 36. *Hic eſt Deus noſter, & non æſtimabitur alius aduerſus eum. Hic adinuenit omnem viam diſciplinæ, & tradidit illam Iacob puero ſuo, & Iſrael dilecto ſuo.*

Deus, quod dare ſtatuit, non ſemper continuò largitur.

B Cæterùm cùm hoc, tum ſequenti verſu manifeſtum eſt, quòd tametſi Deus, id quod quærimus, repræſentare ſtatuerit, imò & quærendi nobis autor extiterit, & quod quærimus repertum iri ſpoponderit, non tamen ſimul vt quis primo limine pedem extulerit, continuò fore nacturum: ſed labore atque conſtantia opus eſſe, vt quis promiſſo Dei fauore perfruatur. Itaque non ſemel Prophetæ admonent, ſi Deus moram faciat, æquo animo præſtolandum eſſe. Ad quam rem vſus eſt etiam Chriſtus Dominus parabolis ad perſuadendum accommodatiſſimis. Nam & amicus, inquit, quidam, cùm primùm amico deprecanti non acquieſceret, eiuſdem poſtea improbitate victus, cumulatè ſatisfecit. Mulier item vidua cùm rem haberet cum iudice, qui neque Deum C timeret, neque homines reuereretur: dum tamen eundem diutius vrget, obtinuit, vt eius ratio haberetur. Itaque nos etiam conatum remittere prohibet, donec impetremus: perſeuerantiæ ſiquidem denegari nil poſſe. Sed dicet aliquis, Quorſum hæc mora atque cunctatio? benignius namque videri potuit facturus, ſi quod dare decreuit, confeſtim exhiberet. Difficile quidem eſt diuini conſilij rationem inueſtigare: veruntamen, quandoquidem certum eſt nihil ab eo niſi ſapientiſſimè fieri, & alioquin is ſcrupulus nonnullorum animos torquet, experiar, an non aliqua ratiocinatione poſſim huic tanto malo mederi. Inde enim fit, vt orandi ſtudium frigeſcat, & de Dei benignitate atque indulgentia minus dignè ſentiamus. Quærimus igitur,

---

Quare quod Deus dare decreuit, non citò exhibeat?

1. ratio. An quia periculum eſt, ne ſi extemplò concedat, multa ſæpenumero nos accepiſſe pigeat, quæ vehementer optauimus? Plurima enim temerè ſæpe rogamus, quæ ſi tribuantur, perniciem nobis allatura ſint. At hoc primùm non aduertimus, dum nos libidinis æſtus exagitat: ſed vbi cupiditatis ardor refrixerit, tum nos temeritatis noſtræ pœnitet; quod ne fruſtra fiat, patienter nos ſuſtinet, vt detur reſipiſcentiæ locus. Poſtulauerat Tobias mor-

A tem ſummi beneficij loco ſibi dari, cùm illum
ſua vxor conuitiis laceſſeret. Verùm vbi filium
ſuum reducem conſpexit, & viſu receptu nurum
quoque aduenisse ſanctiſſimis moribus,
ſtipatam famulari caterua, & gregum armentorumque
agminibus, maximè verò etiam cum
Angelo ſermone collato, tum viuere perſuaſus
eſt, & à funeris ſtudio mentem reuocare.
Quod ſi mox vt petiit impetraſſet, nulla futura
erat præcipitis voti retractatio. An quia peri- 2.
culum eſt, ne ſi mox cuncta votis reſpondeant,
humanæ conditionis immemores inſoleſcamus?
Nam Dauid, tametſi firmiſſimo virtutum
præſidio ſeptus, proſpero tamen rerum
ſucceſſu elatus, populum numerauit, & in
ſummum diſcrimen ſe ſuoſque coniecit. An 3.
quia periculum eſt, ne ſi optata celeriter exhibeantur,
bene agendi ſtudium remittamus?
Mox enim vt nihil ſibi ſenſit denegari Salo- 4.
mon, ſecurus in poſterum voluptati ſe dedit,
mulierumque illecebris deprauatus eſt. An
quia periculum eſt, ne facilè impetratis, temerè
abutamur? Nam quæ nullo labore conſtant,
vſu vileſcunt, & nullo numero habentur. Sic
enim mannæ populus in deſerto faſtidiuit. Sic
tempore Salomonis cedri cum ſycomoris campeſtribus,
& argētum cum lapidibus Hieroſolymis
comparatæ ſunt. Ne igitur tanquam
vulgaria dona, quibus nullo diſcrimine fruimur,
paſſim ad luxum & delicias, & non ad vſus
duntaxat neceſſarios atque laudabiles cæleſtia
munera conferremus, operæ pretium fuit
C aliquanto ſpatio fructum orationis differri.
Nam hoc interim ſpatio, dum, quemadmodum
exoremus, magnopere contendimus, frequenter
occurrit, non modò vt Deum teſtemur,
ſed etiam nobis ſtatuamus, præterquàm
ad res honeſtas & bonas Dei dona non vſurpare.
Sic Anna Samuelis, dum ſtudio ſuſcipiendæ
prolis angitur, ante filium Deo conſecrauit
quàm illum ſuſciperet. An quia periculum 5.
eſt, ne beneficium tam facilè labatur memoria,
quàm ſine difficultate obtigit? Nam quæ
nos diutius fatigarunt, defigi altius in animo
ſolent: quæ maturiùs conceduntur, celeriter
euaneſcunt. Sic Iehu, cùm eidem nec opinanti
regnum Samariæ Deus contuliſſet, primò
quidem ſcelerum vindex extitit, & ſacrilegorum
vltor acerrimus: mox tamen eiuſdem oblitus
eſt, qui gratis illum tanto honore affecerat;
D & ſuperiorum regum veſtigiis inſiſtens,
benefactoris ſui leges & inſtituta contempſit.
Quod ſi conſeruaſſet beneficij memoriam, à
diuini numinis iniuria abſtinuiſſet, & maiora
deinceps munera promeruiſſet. An quia peri- 6.
culum eſt, ne cæleſtia dona, quæ gratiæ accepta
referenda ſunt, naturæ tribuamus? Nam
quæ ſine labore contingunt, horum cauſas non
admodum rimamur: ſed iis tanquam vulgaribus
nullo diſcrimine abutimur. Hoc verò
Deum plurimùm offendit, ſi non videamur
eius benefacta agnoſcere. Habet enim multo
plus vtilitatis beneficij agnitio, quàm idem
ipſum beneficium. tametſi enim temporale eſt
quod confertur, fidem tamen, qua illud ſuſcipimus,
æterna præmia manent. At contrà,

opinor, meliùs explorabit, qoàm qui tempora
ipſa condidit. Itaque opportunitatis iudicium
penes ſe eſſe voluit; ægrè laturus, ſi quis in hac
ſibi parte præſcribat. Sed enim *Qui eſtis vos,*
inquit caſtiſſima Iudith, cap. 8. qui tentatis Domi-
num? Non eſt iſte ſermo, qui miſericordiam prouo-
cet, ſed potius qui iram excitet, & furorem accen-
dat. Poſuiſtis vos tempus miſerationis Domini, &
19. *in arbitrium veſtrum, diem conſtituiſtis ei.* An
quia deoique ſuo iure Deus vtitur, voleos, vt
quod neque pretio emere, neque meritis pro-
mereri poſſumus, ſaltem quibus poſſumus mo-
dis ab eo impetremus? *Petite*, inquit, *& acci-*
pietis: quærite, & inuenietis: pulſate, & aperie-
tur vobis. Sic Cananæam exercuit pro filia de-
precantem, ſic illam audire diſſimulauit, ſic
vrgentem grauiſſimis verbis refutare viſus eſt,
donec illum abeuntem ſequereror, & diſcipu-
los eius clamore fatigaret, & aſſiduitate pre-
candi, animi ſummiſſione ac fide digna videte-
20. tur, quæ voti compos fieret. An reuera ſæpe-
numerò ooo moratur Deus, ſed nos cæci & ſtu-
dio præcipites, an quæ voloerimus nobis col-
lata ſint, maturè non aduertimus? Sic enim Iacob filium luget, non modò ſuperſtitem, ſed etiam in vicinia dominantem. Sic Anna, Tobiæ mater, filium deflet incolumem, quem Aogelus, eidem comes additus, ſuo præſidio ac tutela tuendum ſuſceperat. Sic Saül hactenus qoærit aſioas, quæ tamen, vt mox ex Samuele audies, iam inuentæ erant. Sic Iudæi ad hunc vſque diem Meſſiæ aduentum præſtolantur, quem tamen ante annos mille ſexcentos & quod excurrit, certò veniſſe conſtat. Sæpe igitur votis noſtris etiam nobis non agnoſcentibus, præſens & dexter adeſt Dominus: quòd ſi nonnunquam non faciat, habes quibus eius mentem commodè poſſis interpretari. Sed iterum alia quæſtio occurrit,

---

Quid cauſa ſit, cur tam facilè animum deſpondeamus, ſi non Deus continuò votis noſtris reſpondeat; cùm ſimus aſſueti cauſarum naturalium moras æquo animo perferre.

An quia, quod ſpectat ad caoſas naturales, manifeſta ratio eſt, cur earundem tarditatem patienter toleremus? Siqoidem actio earum motus qoidam eſt: motus autem niſi cum tempore explicari noo poteſt, idque duabus rationibus manifeſtum eſt. Primùm, quia vis ipſa cauſæ efficientis tanta non eſt, vt ſi partes habeat, ſe totam ſimul effundat. Deinde, quòd ea, quæ actionis vim in ſe recipiunt, multa ſæpe impedimenta obiiciunt. Quare, ſi motus ad locum feratur, patientia opus eſt, donec eò, quò volumus, per interualla media perueniri queat. Nec enim, tanquam ſaltu, Pariſiis Romam momento transferri poſſumus: ſed prius vincendæ ſuot locorum intercapedines: non enim in qoemlibet locum remotum niſi per mediam regionem traiicere poſſumus. Quod cùm manifeſtè oculis pateat, idcirco multa tolerabiliter expectamus, qoæ nouimus non poſſe ad nos celeriùs ex longinquis regionibus conuehi. Quòd ſi magis ad metamorphoſim ſpectet, tum qooque non repugnanter ferimus effectum nonnullo tempore differri. Experientia ſiquidem compertum eſt, priuſquam noua forma indi poſſit, commodis diſpoſitionibus contraria multa oportere expugnari. Itaque frumenta & arbores paulatim adoleſcere cernimus, non modò ſine tædio, ſed etiam cum voluptate: & quæcunque naturæ beneficio ſtudemus conſequi, ea legitimis ſpatiis nobis annuentibus elaborantur. Præterquàm quod illud quoque ad ferendam temporis longinquitatem non parum confert, quòd ſtato tempore ſemina fructum paritura ſint, niſi quid aliud fortè inſitam vim ac potentiam labefactet. Et hæc quidem de cauſis, quæ à natura certos effectus præſcriptos habent, experientia proculdubio probat.

Quare patienter & æquo animo cauſarum naturalium moras ferimus.

Quòd ſi ounc alias quoque, qoæ liberæ vocantur, & eorum maximè ſont propriæ, penes qoos actionum ſuarum poteſtas eſt atque arbitrium, diiudicare velimos, non deerunt rationes, quibus à oatura oonnulla moræ expectatio ſuaderi poſſit. Tametſi enim voluntas promptè ſe exerat, cùm nullis partibus cooſtet, & materiæ expers ſit: ad regendos tamen & excitandos affectus ſuos, intellectus beneficio indiget: quem omnino oeceſſe eſt, dum intelligit, phantaſmata ſpeculari. Ea verò non vſquequaque patent, ſed prima fronte obſcura videntur: quas tenebras vt iudicij lumen diſpellere valeat, nonnullo diſcurſu ſeu ratiocinatione opus eſt. Res enim æſtimare, momentóque ſuo ponderare puncto temporis haud poſſumos. Inde ſeqoi videtur, vt iis, à quibus nonnihil aoferre cupimus, ad deliberandum ſpatium tribuamos. quod ſi moderatum erit, nec nos ioutili procraſtinatione diſcruciet, toleranter & homanè ferimus. Quinetiam ſi primò repulſam tulerimus, ſpes tamen eſt denegantis voluntatem poſſe inflecti. Voluntas enim, niſi fortè contra ſtudia naturæ tam vehementer obduruerit, vt omnem homanitatis ſenſum exuiſſe videatur, non inuita cedit rationibus. Quòd ſi etiam magnitudo iniuriæ rationi callom obduxerit, aut vitio libidinis obſtinatio percalluerit, adhoc tamen obſequiis deliniri poſſe, minuſve commoueri compertum eſt. Quæ ſi nihil etiam promouerint, necdom tamen animis frangimur, quin potius iniuriæ memoriam, & voluntatis pertinaciam, temporis diuturnitate ſuperatum atque obliteratum iri confidimus. Magna eſt ſiquidem humani ingenij leuitas atque incooſtantia: qoæ non aliunde magis proficiſcitur, quàm ex ignorantia. Illam verò non ſola ratio fugat, quoniam fallacias quandoque experti, oonnihil veremur oe nos perſonata decipiat: experientiæ magis coofidimus. Experientiam ſola temporis longinquitas docet. Tot igitur rationibus io ſpem inducti, cauſarum naturalium moras, ſiue illæ certæ, ſiue liberæ ſiot, patienter & æquo animo ferimus.

Cauſarum liberarum cunctationem tolerãter etiam patimur.

Quî fit igitur, vt non pariter alia Dei beneficia expectanda cenſeamus, ſed, ſi tardauerit, ſpem continuò abiiciamus?

Quare ægrè patimur Dei dona differri, & mox ab oratione deſiſtimus.

DICAM paucis: Quoniam apud Deum non alia moræ ratio fingi poſſit, quàm rei poſtulatæ denegatio. Quòd ſi deneget, fruſtrà ſperemus auerſam eius voluntatem in contrariam partem inclinari poſſe. Nam primùm quidem, non Deum vlla locorum interualla morantur: immenſus eſt enim, & nullis finibus circunſcriptus vbique adeſt: non contrariarum impedimenta qualitatum: nam infinita vi pollet, cui nullis diſpoſitionibus opus eſt: non ipſius vis atque potentiæ nonnulla in partes diſtributio, quæ ſe totam ſimul effundere nequeat. Nam puncto, quod maximè omnium extenſione carere didicimus, ea magis in ſe collecta eſt: cuius actio ſolo nutu, ad punctum temporis, id eſt, quod dicunt, in inſtanti, elicitur. Non denique Deus ignorantia ſuſpenſus hæret: nam ab æterno comperit omnia. Quid igitur cauſæ eſſe dicemus, cur rogatus procraſtinet, niſi quia quod petitur indulgere nolit? Quod ſi quandoque nolit, ne poſtea quidem vllo tempore impetrari poterit. Nulli oamque viciſſitudini aut mutationi diuina voluntas manet obnoxia. Itaque, cùm plerique hoc apud ſe ſtatuant, quod ſi velit, continuò faciat: ſi nolit, nequeat inflecti: ſi non continuò exaudiantur, animis cadunt, & ſtudium orationis remittunt. Qui morbus animi, cùm plerìſque Scripturæ teſtimoniis ſanari poteſt, quæ teſtantur Deum opportuno tempore ſubuenire ſtatuiſſe, tum etiam iis rationibus, quas ſupra magno numero attulimus, non parum videtur mitigari.

Proponuntur, & refelluntur aliæ complures inconſtantiæ noſtræ rationes.

At ſunt aliæ præterea rationes, quæ nos ab orationis perſeuerantia abducunt. Tametſi enim Deus ſe tantùm orationi ac fidei conceſſurum ſpoponderit, vt earum gratia maris gurgites aperiat, montes transferat, ſolem ſiſtat, idque pluribus olim experimentis probauerit:
1. nos tamen, neſcio qua ratione, viribus dicam, an promiſſorum fidei diffiſi? non vniuerſim, neque de omnibus, ſed delectu habito, certo fine tenus rogandum cenſemus. Itaque inimicitias quidem & ſimultates deprecamur, donec nullo ſcelere violata eſt amicitia: at vbi iam capitali odio diſcordia concepta eſt, & fomentis ſæuitiæ vtrinque furor accenſus eſt; tum quaſi deinceps ne Deus quidem motos fluctus queat componere, orare deſiſtimus. Morbos à oobis rogamus depelli, tantiſper dum ſenſus vigent, nec adhuc labefactata natura eſt: at vbi vis morbi ſedem animæ perculit, & iam vita cedere viſa eſt; tum ipſi quoque ſpe depoſita, ad fuous animum magis qoàm ad orationem aduertimus. Dum calumniis vexamur, & maleuolorum inſidiis appetimur, hoc interim ſpatio innocentiam noſtram Deo commendamus, & ouminis opem ac præſidium imploramus: at vbi iam iniqua ſententia lata eſt, & nos triſte elogium morti adiudicat, tum, quaſi de vita noſtra conclamatum ſit, & ſerius futurum ſit ac inutile Dei auxilium, deſperati ſolam mortem cogitamus; cùm tamen nouerimus Suſannam communi totius populi conſenſu damnatam, à ſupplicio ad vitam reuocatam eſſe. Cæterùm, id ſi fiat non patientiæ ſtudio, ſed quod rem à Deo confici poſſe diffidamus, non poterit non ea diffidentia Deum grauiter offendere. Rationibus autem, vel Scripturæ teſtimoniis neutiquam opus eſt tantam dementiam refellere, cùm oemo eſſe poſſit, qui cogitet ſe Deum omnipotentem credere ac confiteri, qui non eum errorem illicò à ſe excutiat.

At maior eſt ea difficultas, cùm mentem noſtram ſubit talis quædam cogitatio, ne fortè 2.
non digni ſimus, id quod petimus, impetrare; & idcirco, quod differt Deus, denegaſſe interpretandum ſit. Neque enim veriſimile eſt, cùm Deus orantibus tanta ſe præbiturum polliceretur, eo fœdere cum aliis quàm cum iuſtis & bonis paciſci voluiſſe. Iam verò dignusne ſit odio an amore quiſpiam, ſi fidem Scripturis adhibemus, explorare liquidò nemo poteſt. Adde, quòd ad orationis commendationem conditiones multæ requiruntur, quas ſatis difficile eſt obſeruare: & tamen ſi qua earum defuerit, irrito conatu vaneſcet. Nam qui malè petierit, vt docet Iacobus Apoſtolus, ne hilum quidem accipiet. Id verò eſt malè petere, quod non in oomioe Chriſti petitur, aut ſatis firmam fidem adhibere, vel etiam eo conſilio petere, vt accepta beneficia in rebus turpibus & inhoneſtis inſumantur. Quorum vt reliqua fortaſſis à nobis non incommodè corrigi poſſint, fides ſanè Dei donum eſt, quam pro ſua benignitate, quibus viſum fuerit, ipſe largitur. Deinde, tametſi ſibi boni ac mali quiſqoe conſcius eſt, ipſum tamen gratiæ ſplendorem, qui ſolus, cùm adeſt, animam Deo gratam atque amabilem efficit, præſentem agnoſcere non poſſumus. Plures igitur his argumentorum telis confixi, vt primùm ſuas ſpes differri vident, ab oratione deficiunt. Sed mea quidem ſententia perquam temerè. Nam quod aiunt, magnificas illas promiſſiones ad iuſtos pertinere, iuſtitiæ autem eximium decorem non oculis, non cogitatione, in animis noſtris diiudicari poſſe, nulla ſatis probabili ratione niti videtur. Nam ſi verum ſit, nullus deinceps peccatoribus ad miſericordiam aditus patebit; cùm tamen verè & ex animo pœnitenti, atque ingemiſcenti, non tantùm delicti veniam ſe facturum Deus polliceatur, ſed etiam optima quæque munera, quæ occaſione ſcelerum prius ablata fuerant, in integrum reſtituturum. Aut igitur ea ſententia de iuſtis duntaxat intelligenda non eſt: aut certe omnes illi iuſti habendi ſunt, quicunque reſipiſcunt, & ab admiſſis flagitiis voluntate abhorrent, tametſi hactenos immaculatum innocentiæ candorem minimè ſeruauerint. Sed nec illud quoqoe nos mouere debet, quod Scriptura teſtatur, lucem gratiæ non animi, noo corporis oculis percipi poſſe. Neque enim ea conditio ad orationem oeceſſaria eſt,

eſt, vt effectum ſortiatur: ſed ſatis eſt, ſi in Chriſti nomine fiat; ſi fides illam certa comitetur; ſi conſtanter in eadem perſeueremus. His enim legibus patrem ſuum Chriſtus Dominus, quicquid peteremus, daturum eſſe prædixit.

Quæ iuſtitia ad orationis effectum requiri videatur.

Quòd ſi nunc illud quoque ex aliis Scripturæ locis exigitur, ne qua ſceleris conſcientia orantis pectus ſtimulet, animaduertendum eſt, præſentis temporis, & non præteriti habendam eſſe rationem. Neque enim veterum delictorum memoria, ſed præſens cordis deprauatio orationis vim & efficacitatem auertit. Si quem verò malefactorum pœnitet, & ad orationem accedit, tametſi is ſorde pollutus eſt, maiora quàm poſtolare audeat, impetrabit. Neque B enim illum iam ſuum cor reprehendit, aut damnat, quod notat B. Ioannes Apoſtolus; ſed potius cum Deo facit, & ſuperioris vitæ maleficia pariter deteſtatur. quare etiam veniam conſequitur. Exorabit igitur etiam quicquid poſtulauerit: ac proinde non ſapienter interpretabitur, ſi credat, hoc negaſſe Deum, quod opportuno tempori ſeruat. *Chariſſimi*, inquit B. Ioannes Apoſtolus Epiſtol. 1. cap. 3. *ſi cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum: & quicquid petierimus, accipiemus: quoniam mandata eius cuſtodimus, & ea quæ ſunt placita coram eo, facimus.* Quid autem placet Deo, aut quæ mandata eius eſſe credenda ſunt? Nonne hæc eſt voluntas eius, vt à peccato abſtineamus, & fratres non ficto aut inani amore proſequamur? C Id cum à nobis ſyncerè fit, vide quàm non aliam inuiſibilis gratiæ notam deſideret: *In hoc*, inquit, *cognoſcimus, quoniam ex veritate ſumus: & in conſpectu eius ſuadebimus corda noſtra.* ἔμπροσθεν αὐτοῦ πείσομεν τὰς καρδίας ἡμῶν. quod quanquam Syrus interpres ad tempus referre maluerit, *Et antequam veniat ipſe perſuaſum reddituri ſumus cor noſtrum*: melius tamen reliqui cum vulgata editione, ἔμπροσθεν αὐτοῦ *coram eo, in conſpectu eius, ante eum*, interpretati ſunt; vt intelligeremus, non temerè nos his argumentis iuſtitiæ confidere, cùm eadem perſuaſio etiam apud Deum obtineat, & ad quælibet impetranda ſufficiat. *Quòd ſi cor noſtrum nos reprehendat*, vt habet Tranſlat. Syriaca, *quanto maior eſt Deus corde* D *noſtro? nouit enim omnia.* Τὴν καρδίαν Græci explicant τὴν συνείδησιν *conſcientiam*. Quòd ſi igitur ipſe nos reconditus conſcientiæ ſenſus accuſet, cuius rei gratia accuſet? An quod olim plura admiſerimus, quorum nos pœniteat? Quid ergo inde ſequitur? *Quanto maior eſt Deus corde noſtro.* hoc eſt, potentior conſcientiæ ſtimulis, vt præteritorum maculas deleat? Sed non videtur ea mens fuiſſe Apoſtoli: quin potius hoc mihi dicere videtur, Quòd ſi nobis ipſi conſcij ſumus, non verè & ex animo fratres amplecti, ſiue quod vocat *opere & veritate diligere*, ſed *verbo & lingua* duntaxat, hoc eſt fictè & ſimulatè; ac propterea noſtra nos conſcientia exagitat: quanto minus καρδιογνώστην, & omnia ſcientem Deum latere poterimus? Ille igitur etiam nos accuſabit, imò condemnabit. (vtrumque enim ſignificat καταγινώσκειν) ex quo ſequitur, vt orationes noſtræ non mo-

Ioan. 1. cap. 3.

A dò inutiles euadant: ſed etiam, vt ait Pſalmograph. nobis *in peccatum fiant.* At cùm nos ſeriò piget ſcelerum, & ex eorum recordatione dolore afficimur, atque ex animo charitatem amplectimur, tum orare fidenter poſſumus; certi quod accepturi ſimus, quæ flagitauerimus, niſi nos antè perſeuerantia deſiciat.

3\. *Diſtributio eorum quæ in oratione peti poſſunt, & in quibus minimè dubitandum ſit.*

Verùm, alia quoque dubitatio nonnullorum quandoque conſtantiam perculit, quòd vererentur, ne id quod peterent, alienum eſſet à ſua ſalute; ac proinde nec tam ipſum tempus produceretur, quàm poſtulata negarentur. Sed is quoque error, ſi animum aduertas, facilè refelli poteſt. Nam quæ à nobis expetuntur, aut in bonis numeranda ſunt, aut malis: aut certè neutra in parte cenſenda ſunt, quod B genus ἀδιάφορον Græci vocant; quod perinde eſt, vt quiſque eo vtitur, ſeu virtuti ſtudet, ſeu magis vitium amplectitur. Mala ſanè vix eſt vt quiſquam, cuiuſmodi ſint, ignoret. pugnant illa ſiquidem cum recta ratione, quæ hominum mentibus à natura inſita eſt. Præter quæ etiam quæcunque legum ſanctitatem violant, quæ nobis à Deo traditæ ſunt, aut humano iure legitimè præſcriptæ, mala habenda ſunt, & indigna quæ quiſquam à Deo flagitet. Hæc igitur nefas eſt petere: & ſi quis impudentior poſtulet, non modò fruſtra orando perſtabit, ſed etiam in illud periculum incidet, ne fortè irreuerentiæ pœnas luat. Quæ bona ſunt, nemo ſatis vnquam conſtanter & aſſiduè poſtulauerit. Virtutes igitur, & diuini numinis C gratiam atque fauorem, & quæcunque ſunt bona ſpiritualia, quæ animam exornant, & ad ſponſi cœleſtis amicitiam adiungunt, ea ſi quis fortè ſuſpicetur, ne Deus deneget, non leuem eius bonitati iniuriam facit. Nam & promiſſa eius in dubium vocat, tanquam poſſit ipſe fallere: & beneficentiam temerè accuſat, quæ his maximè donis illuſtratur. Reſtat igitur, vt de ſolis indifferentibus quæſtio eſſe poſſit, an cum ea petimus, Deus velit concedere. Sed ea quidem ſic cum malis nonnunquam coniuncta ſunt, vt ſine his, quomodo volumus, haberi poſſe non videantur. Sic Eſau cùm Iudith & Baſemath Hethæas, vxores duxiſſet, ha- D ctenus indifferens eſſe ratus, quod nulla lex prohiberet: parentum tamen animos grauiter offendit; quòd ea res periculo non careret. videbantur enim maritum ſine dubio gentis ſuperſtitionem docturæ. Quare his etiam non magis, quàm primi generis malis, oratio fauere poteſt, ne fauere ruinæ noſtræ putetur. Eſt etiam, cùm indifferentia malis neutiquam adhærent: ſed tamen impedimento ſunt, ne virtus incrementum accipiat. Sic noluit vnquam Dominus, tantiſper dum Saul viueret, Dauidem liberare metu: quòd his maximè rudimentis ad cultum pietatis, orationiſque conſtantiam erudiretur. Cùm igitur pacis otio, & ſecuræ tranquillitatis blandimentis minus promoueri poſſet, oranti minimè conceſſa ſunt. Aſt vbi nihil horum timeri poteſt, ſed profutura petimus: non video, cur tametſi nõ e veſtigio facta vobis reſpondeant, orandi ſtudium deſeramus. Nã quæ ſatis firma ratio eſſe poteſt,

Geneſ. 26.

quæ nobis perſuadeat, nolle Deum, contra promiſſi fidem, poſcentibus vtilia largiri? At hoc ſcilicet in ambiguo eſt, an poſtulata noſtra vtilia fore iudicet. Eſto: de hoc tamen dubitare non poſſumus, etiamſi hæc negentur, alionde votis noſtris abundè ſatisfactum iri.

4\. Sed hæc iterum alia ratio affertur leuitatis atque inconſtantiæ noſtræ, quòd arbitremur, non alia ratione deſiderij noſtri ſitim expleri poſſe, quàm ſi ea, quæ cupimus, poteſtati noſtræ permittantur. Quo fingi mea quidem ſententia nihil poteſt abſurdius. Non enim Deus res tantum creauit: ſed iis præterea, quas ex ſe non habent, voluptates attribuit, & mulcendi vim quandam indidit, qua ſenſus hominum oblectarentur. Hæc igitur etiam cùm volet, ad alia transferet, & ex aliis peti iubebit. Ad hæc, ſentiendi vim ipſe primus inuenit, gaudendi, & bono quolibet perfruendi. Hanc ille creauit, & quibus voluit ſponte ac liberè contulit: idque cùm à principio faceret, nullis inſtrumentis aut diſpoſitionibus vſus eſt. Ergo ne nunc quidē iis indiget: ſed quoties ita viſum erit, & quomodo viſum erit, corporibus animiſque lætitiam voluptatémque infundet. *Non in ſolo pane viuit homo*, inquit: *ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Et habebat manna omne delectamentum ſuauitatis.*

5\. Veruntamen, cùm idem ſit Deus qui leges naturæ ſcripſit, non temerè credendus eſt iiſdem derogare velle: nos verò qui ſumus? Cauſis ſecundis ad agendum vires facultateſque inſeruit; eaſdem exercere iuſſit. Quid cauſæ eſt, cur eum inſtituti pœniteat? Naturalium ſeriem & ordinem perturbare non ſtatuit: liberis vim nunquam afferre decreuit. quis igitur relictus eſt ſupplicationi locus? Paucis aperiam. Nam liberas quidem voluntates miris, quibus pollet, modis nouit inflectere, & in quam velit partem inclinare. Neque enim cordis noſtri libertas infinita quædam res eſt, quæ circunſcribi nequeat: ſed habet finem propoſitum, quem obiectum perſpicuè, non poteſt non approbare. In aliis quidem, quæ ad finem ducunt, neceſſariò non acquieſcit: ſed ducitur variis affectibus, prout quæque res conuenientiores apparent: apparere autem tales natæ ſunt, quales Deus ipſe voluerit. Illabitur præterea in animam, & mouet incomprehenſa ratione, quæ libertati nequicquam officit. Quare timere non poſſumus, ne ſi nobis opus ſit, inimici fortè duritiem ac contumaciam nequeat ſuperare. Sed neque miſcebit omnia, tametſi citra conſuetudinem cauſarum naturalium nonnihil priuilegio gratiæ beneficij indulgeat. Nouit enim ſine cauſis, quæcunque velit, efficere; nouit & cauſas nouas producere, ſi tamen his opus ſit. Nam quæ illa eſt ſeries cauſarum naturalium, nonne quam ab æterno ſtatuit? Atqui hæc quoque, quæ extra ordinem fieri dicuntur, vt ſtatuto tempore ad orationis inſtantiam prodirent, à principio ordinata ſunt.

6\. Itaque hoc poſtremò veremur, ne contraria votis noſtris ab æterno Deus ſtatuerit. Vt enim mutetur, & vetera reſcindat, aut noua decernat, fieri omnino non poteſt. Ergo nec illud quidem eius decretum mutari poterit, quo decreuit orantibus, quæ conſtanter poſcerent, benignè largiri. Sic enim Scriptura teſtatur, quæ ſola nos, Deo autore, res æternas docere potuit.

Ex his omnibus colligitur, non niſi temerè quenquam, qui ad orandum paratus accedat, orationi ſuæ diffidere, aut, quòd Deus nonnullam moram interponat, ſpe deſperata ab ea diſcedere.

VERSVS 5.

Cùm autem veniſſent in terram Suph, dixit Saul ad puerum, qui erat cum eo: veni & reuertamur, ne fortè dimiſerit pater meus aſinas, & ſollicitus ſit pro nobis.

Vermilius.

VERMILIVS: Quærentes aſinas venerunt eò, vbi olim habitarant maiores Samuelis. Nam Soph fuit tritauus Helcanæ, vti ſupra docuimus, cùm Samuelis genealogiam exponeremus. Hæc ille. At S. Hieronymus Suph ſpeculam interpretatur. In eam cùm aſcenderit quiſquis ſapientiæ ſtudioſus eſt, totúmque mundum deſpexerit, quem tenebris & cæca caligine vndique obſitum videt: tum demum illius conſequendæ deſperatione fractus, animum deſpondere incipit. Iob. capite 28. *Sapientia verò vbi inuenitur? & quis eſt locus intelligentiæ? neſcit homo pretium eius, nec inuenitur in terra ſuauiter viuentium. Abyſſus dicit, non eſt in me: & mare loquitur, non eſt mecum. Abſcondita eſt ab oculis omnium viuentium, volucres quoque cæli latet. Perditio & mors dixerunt, auribus noſtris audiuimus famam eius.* At tandem concludit: *Deus intelligit viam eius, & ipſe nouit locum illius. Et dixit homini, Ecce timor Domini, ipſa eſt ſapientia, & recedere à malo intelligentia.*

Tropologia.

Præclara indolis argumentum.

NE *fortè ſollicitus ſit pro nobis.*] Vermilius: Hic Saul tactus pia quadam ſtorge, & cura parentis, non inuentis aſinis cogitat redire domum. Eſt enim probi filij, nolle patrem ſuum moleſtiis & ægritudine conficere. *Ne forte ceſſauerit pater meus ab aſinis, & timeat de nobis.* Ita comparata eſt natura hominum, vt cùm aliquid eſt moleſtiæ, grauiores curæ minores excludãt. Hæc pietas erga parẽtes ſemper eſt laudabilis, niſi fortè ſit eiuſmodi, vt homines reuocet à Deo. Id enim quoties accidit, Chriſtus ait non eſſe dignum ſe diſcipulum, niſi qui & patrem, & matrem, & animam ſuam odiſſe poſſit. Hæc ille. quàm ſit acris cura parentum & quàm prona anxitudo ad luctum, & mœrens, ſe mpérque ipſa ſe ſolicitans ex deſiderio filiorum abſentię, vterque parens minoris Tobiæ egregium ſpecimen dedit, cùm præ illius videndi ſtudio ac ſiti, quod ante placuerat conſilium recuperandæ pecuniæ faſtidiuit, tametſi rem ſuam familiarem in ſummas anguſtias adductam videret. Lugens enim vterque, motarũ impatiens, vbertim lacrymas fudit: ipſa verò mater etiam in has voces miſerabiles erupit: *Heu heu me fili mi, vt quid te miſimus peregrinari, lumen oculorum* Tobiæ 10.

NE FORTE SOLICITVS SIT DE NOBIS.

noſtrorum, baculum ſenectutis noſtræ, ſolatium vitæ noſtræ, ſpem poſteritatis noſtræ. Cap. 5. etiam etiam ipſi pecuniæ malè precatur, cuius occaſione peregrè profectus eſſet, quàm ſuis votis optat nullam vnquam fuiſſe. Caput autem 11. impigram eius atque exercitam diligentiam deſcribit, cùm eam ex ſupercilio montis ſpeculantem, & filio quotidie præſtolantem facit: cùm interim non minore cura pius filius angeretur. *At enim ego noui*, inquiebat, *quia pater meus & mater mea modò dies computant*, & cruciatur ſpiritus ipſorum in ipſis. Itaque vel paucorum dierum moram deprecanti ſocero non acquieuit. Angelus autem piam filij ſolicitudinē aduerſum parentes Deo autore comprobans, à quo fuerat adoleſcenti comes additus, eundem præterea admonuit: reliqua familia cum vxore lento gradu ſubſequi iuſſis, ſeorſim ſe poſſe maturare reditum, quò citius mœrentes ægritudine abſolueret. Eadem nunc quoque Saulis animum pia cura ſolicitat: qui, quoniam non tam viæ tædio ac laboris ab inquirendo defecit, periode vt vobis frequenter ex animi imbecillitate contingit, quàm parentis deſiderio ac ſolicitudine, quæ abſentem filium charitatis vinculis domum reuocabat (iam enim rationi magis conſentaneum videbatur aſinarum iacturam facere, quàm, dum in eis perſcrutandis diutius immorantur, ſuſpenſum patris animum de ſua ſalute cruciare) propterea Deus in ipſo temporis articulo, quo redire parabat, eiuſdem famulo conſilium indidit, quod cùm ipſe expertus eſſet, probis ac diligentibus diuini numinis opem nuſquam deeſſe probauit. Antea tamen quàm eam illi mentem immitteret, plura loca adire paſſus eſt, & itineris moleſtia defatigari: imò & hoc ipſum prius confiteri, nulla iam ſua diligentia reperiri poſſe: quod vbi tandem agnouit, diuina prouidentia ſuas iam partes eſſe rata, eo quem non ſperabat, modo eidem conſuluit.

VERSVS 6.

Qui ait ei: Ecce vir Dei eſt in ciuitate hac, vir nobilis: omne quod loquitur, ſine ambiguitate venit. Nunc ergo eamus illuc, ſi fortè indicet nobis de via noſtra propter quam venimus.

NOBILIS. Apud Græcos vrbem, quæ ἄςυ aſty vocatur, ab Ægyptiorum more olim tripertitam fuiſſe aſſeuerant. Nam primus gradus erat Nobilium: qui præ cæteris doctrinæ dediti, maiore honore digni habebantur, in ea re Sacerdotibus Ægyptiis perſimiles. a. eorum, quibus agri erant aſſignati, vt armis intenti eſſent pro patriæ defenſione: illis pares,

A qui in Ægypto agros tenentes, milites ad bellum ſubminiſtrabant. Tertius plebis erat, atque opificum, qui artibus mercenariis intenti, neceſſarias operas præbebant. Ordo ab Ægyptiis ſumptus, vt autor eſt Diodorus Siculus Rerum Antiq. lib. 1. ἔνδοξοι נִכְבָּד nichbad, glorioſum, clarum, inclytum, nobilem ſignificat: Græcis eſt ἔνδοξος.

Diodorus Siculus.

Vermilius.

Vermilius: Saul ſtatuit inſecta re abire domum. Sed Deus, qui hactenus abuſus eſt toto illo itinere ad prouidentiam ſuam, interponit nunc ſeruuli conſilium, potius eſſe adire ad Samuelem. eſſe enim illum virum prudentiſſimum, & de omnibus rebus certiſſimè reſpondere. Inſeruit hoc conſilium prouidentiæ Dei.
B Potuiſſet enim Deus alioquin rectà eos, ſi voluiſſet, dirigere ad Samuelem. Maluit autem interponere ſerui conſilium, vt ſciremus omnia noſtra conſilia, dicta, facta, etiam minima pendere ab eius prouidentia, & ad eius conſilia perficienda facere, quamuis nos longè aliud agere videamur. Saul conſilium ſerui non repudiauit. Sciebat enim etiam olitorem interdum opportuna loqui. Ita nos quoque oportet, non quis dicat, ſed quid dicatur attendere. Sæpe enim homines obſcuri, & indocti, tamen verè & rectè monent. Conſilium res diuina eſt. & Deus poteſt per hominem etiam fatuum & ruſticum vera dicere. In Concilio Niceno homo indoctus & ineruditus plus profecit apud obſtinatum Arianum quàm omnes Epiſcopi. Seruus iſte oratione ſua tria argumenta complectitur.
C Primùm, inquit, eſt *vir Dei*: deinde eſt celebri nomine: poſtremò quicquid pronuntiat futurum, nunquam aberrat. Ille, inquit, nobis indicabit de aſinis. Verùm hic ſeruus longè errat. Prophetæ enim non de aſinis interrogandi ſunt, ſed de religione, de cultu Dei, de ſalute totius reipub. Alia enim permittenda ſunt Deo: quæ haud dubiè bene ſuccedent, ſi illa priora capita obſeruabimus. *Primùm*, inquit Chriſtus, *quærite regnum Dei: & hæc omnia adiicientur vobis.*

Conſilium res diuina eſt.

Sed quorſum ait, *ſi forte indicet*? Num de veritate reſponſionis propheticæ dubitabat? Atqui, vt idem affirmat, quicquid ille reſpondiſſet, certiſſimum exitum habuit. An igitur, quod verſimilius eſt, verebatur, ne Propheta iniuriam ſibi fieri interpretaretur, ſi illum de aſinis conſuleret? quapropter nec aſinas quidem
D nominare ſuſtinuit, ſed viam hanc tectiore vocabulo inſinuauit. Hoc potius reformidaſſe arbitror, ne quicquid tandem referret, fruſtrà eſſet; cùm illæ iam longius aberraſſent, aut certè à latronibus & abigeis interceptæ, & numerata pecunia diſtractæ, in eorum manus incidiſſent, à quibus repeti nullo modo poſſent. Rerum enim abditarum patefactio, mentem quidem ſuſpicione atque dubio liberat, damnum tamen neutiquam reſarcit: quin potius, ſi de futuris agatur, vitandi deſperatione animum vehementiùs angit & cruciat.

VERSVS 7.

Dixítque Saul ad puerum ſuum: ecce ibimus: quid feremus ad virum Dei? panis defecit in ſitarciis noſtris: & ſportulam non habemus vt demus homini Dei, nec quicquam aliud.

Sitarcium. IN *ſitarciis.*] Annotarunt Reſtitotores antiquæ lectionis vulgatæ, legendum eſſe *Sitarciis*, non ciſtartiis, quod nonnulli legunt, vocem non intellectam quaſi à ciſta deriuantes, quæ potiùs componitor à σῖτος, quod frumentum Græcè ſonat, & ἀρκεῖν, quod ſufficere eſt: vnde nomen fœmininum ἡ σιταρκία, quod commeatum; & neutrum ſitarciom, quod peram ſignificat, ſaccum, aut vas in quo ab iter agentibus viaticum recooditur. Nam & Hebraicè ad verbum legitur *in vaſis noſtris*.

Sportula quid, & quibus olim præberetur. ET *ſportulam non habemus.*] Alij munus exponunt. Sed melius ad rem interpres noſter, cùm id genus muneris intellexit, quod in gratiam earum rerum, quæ pretio emi non poſſent, præberetur. Nam & clientibus olim ob impertitum ſalutandi officium; & iudicibus propter latam ſententiam; Sacerdotibus item & Clericis ſacri miniſterij nomine, ſportulas oblatas fuiſſe legimus. Hic verò locus, quemadmodum & alij nonnulli, Prophetis etiam nonnunquam tributas fuiſſe probare videtur. Sunt autem ſportulæ à ſportulis ſparteis dictæ, donarium ſiue potius obſonium, quod diuites Romani ſalutatoribus ſuis dabant, ipſi ſecretò cænantes. Huic oppoſita recta cœna, quum ciuiliores ſalutatoribus ſuis legitimum conuiuium exhibebant; quæ olim pauperibus tantùm dabatur, poſtea diuites etiam ſportulam captare & expoſcere cœperunt. Nomerata eſt etiam aliquando pecunia ſalutatoribus pro

Budæus. ſportula, vt docet Budæus libro 5. de Aſſe. Quare Martialis ſportulam identidem centum quadrantes vocat: miſellos appellans ob tenuitatem pecuniæ, & Iuuenalis:

Nunc ſportula primo

Iuuenalis Satyra 1. *Limine parua ſedet, turba rapienda togata.*
Sed cùm ſummus honos finito computet anno,
Sportula quid referat, quantum rationibus addat,
Quid facient comites, quibus hinc toga, calceus hinc eſt?
Et panis fumuſque domi?

Cæterùm deni quadrantes ſiue teruntij ſeſtertium valebant. Ita fit, vt pro ſportula deni ſeſtertij darentur, quos denis Caroleis & ſemiſſe æſtimandos dico. Hæc Budæus. Iudicum ſportulæ aliquanto auctiores fuerunt. de quibus ad

Gothofredus. hunc modum Gothofredus ad caput 9. Nouell. 82. Iuſtiniani. Pedaneis, inquit, dantur δ[illegible]

Iudicum ſportula. ſiue ſportulæ: magiſtratibus non dantur, quia ampla ſalaria habent, pedaneis permodica, duarum ſcilicet librarum auri (efficiunt aureos 144.) neque in omnibus cauſis, ſed in iis tantùm quæ excedunt ſummam 100. ſolidorum. Apud Gallos Iudicum δ[illegible] ſpecies vocantur, *les eſpices*. vide Paponem 18. Arreſt. 3. cap. *des*

A *eſpices*. Sunt qui tragemata etiam nuncupent. Nec ſportellarum nomen longius abſcedit, cùm etiam pro neſcio quo genere bellariorum in ſecundis menſis à Cicerone numerentur. Veriſimile eſt autem, vt ait idem Gothofredus, Gallos, iudiciis olim minus corruptis, iudicibus dediſſe aromatarias ſpecies, quæ procedente tempore mutatæ ſunt in pecuniam numeratam. Qua de re cooquerebatur Michael Hoſpitalius Francicus Cancellarius in oratione Rothomagi habita 1563. *to. 2. ordinat.* 1. *fol.* 839. Quod etiam apud Romanos longè prius legibus inoleuerat, vocatque Lucius eam pecuniam, *aurum ſportularium*. Modus etiam his aureis ſportulis quondam lege præſcriptus eſt, *Nouell.* 82. & aurei nummi quatuor con-

B ſtitoti: &, ne quid ſupra eum canonem aliquando exigeretor, quadrupli pœna ſancita eſt, *in Authent. Nouell.* 124. *cap.* 3. quâ etiam teneri eos Imperatores voluerunt *Cod. de ſportulis. l.* 2. qui ſponte oblata recepiſſent. Ab his verò præſtandis fiſcus eſt immunis, Epiſcopi, & perſonæ renuiores.

Sportulæ Eccleſiaſticæ. Sportularum verò Eccleſiaſticarum plures ex antiquis meminerunt, manifeſtiſſimè

S. Cyprianus. omnium S. Cyprianus epiſt. 33. ad Clerum & plebem, ſcribens de Aurelio & Celerino nobilibos confeſſoribus, quos nuper in Clerum allegerat his verbis: Hos tamen lectores interim conſtituros ſciatis...... Cæterùm Preſbyterij honorem deſignaſſe nos illis iam ſciatis, vt & *ſportulis* iiſdem cum Preſbyteris

C honorentur, & diuiſiones menſurnas æquatis quantitatibus partiaotur, ſeſſuri nobiſcum prouectis & corroboratis annis ſuis; quamois in nullo poſſit minor videri ætatis indole, qui conſummauit ætatem gloriæ dignitate. Et iterum Epiſt. 66. ad Clerum & plebem Furnitanorum, poſtquam de Leuitica tribu egit: Quæ nunc ratio & forma tenetur, vt qui in Eccleſia Domini ordinatione clerica promouentur, in nullo ab adminiſtratione diuina aoocentur, nec moleſtiis & negotiis ſecularibus alligentor, ſed in hoore *ſportulantium fratrum*, tanquam decimas ex fructibus accipientes, ab altari & ſacrificiis non

D recedant, ſed die & nocte cæleſtibus rebus, & ſpiritalibus ſeruiant. In quem locum Pamelius, Alludit, inquit, vtrobique ad illud Apoſtoli: *Qui bene præſunt Preſbyteri, duplici honore digni ſunt*. Nam honorem de ſubſidio victus interpretantur veteres, phraſi

1. Timo. cap. 5. Iacobus Pamel. Scripturæ vſitata in illo decalogi præcepto: *Honora patrem & matrem*. Itaqoe eam vocem S. Cyprianos pro certo vitæ ſtipendio vſorpat, quod ſingulis clericis per menſes, aot dies ſingulos ab Epiſcopis diſtribuebatur, idque ex quarta illa bonorum Eccleſiæ parte, de qua ſopra ad Numidas de redemptione captiuorum. Duplicem enim quondam foiſſe Clericorum ordinem, quorum vitam quidam communem agebant vitam: alij ſeparatim degebant, teſtis eſt in Africa D. Auguſtinus ſermon. duobus de communi vita Clericorum,

Duplex ordo Clericorum. in Galliis D. Proſper de vita contemplatiua cap. 2. & cap. 9. vſque ad 15. Romæ, & in

Anglia D. Gregor. ad Quæſt. S. Auguſt. Anglorum Epiſcopi: quorum illi communi menſa ab Epiſcopo ſuſtentabantur; his verò pro meritis ſingulorum certa nummorum quantitas, aliis maior, aliis minor diſtribuebatur. Inter quos certas etiam ſportulas presbyteris datas amplius quàm diaconis, ſatis inſinuat dicta illa S. Cypriani Epiſtola, & Theophila, in dictũ Apoſtoli locum. De poſterioribus etiam loquitur D. Hieron. dum Clericorum Romanorum luxum nimium taxat, Epiſtolis ad Heliodorum, ad Nepotianum, & alibi frequenter. Hactenus Pameſius. Qui primus loco ſportularum, villas & prædia Clericis priuatim indulſerit, quorum prouentu quoad viuerent alerentur, fuiſſe fertur S. Symmachus Papa, qui tempore Theodorici regis Italię & Anaſtaſij Imperatoris Romæ ſedit. Hoc enim S. Cæſario Arelatenſi Archiepiſcopo poſtulanti cõceſſit, duabus ad eundem datis Epiſtolis: quarum alteram reperies tom. 1. Epiſtolarum Summorum Pontificum: alteram Cæſar Baronius primus edidit Tomo 6. Añal. ad annum 502. An verò etiam Prophetis apud Hebræos *ſportulæ* à conſulentibus offerrentur, non ita compertum eſt. Nam ex lege quidem non apparet: ex conſuetudiñe verò oblatas quidem legimus, acceptas non legimus, vt docet S. Hieron. in Michæam c. 3. cuius nos, vt opinor, antea verba retulimus. Quoniam tamen ad huius loci explicationem pertinent, Vermilij commentarium ſubiiciam, qui ex eius authoritate & rationibus quæſtionem hanc abſoluit. Illum audiamus.

S. Symmachus Papa Eccleſiaſtica beneficia primus inſtituit.

Vermilius. *Vtrum propheta ſportulas acciperent.*

Viaticum iam eos defecerat. Sed oportuitne dare aliquid Prophetæ Dei? An cogitabat Saül, prophetam poſſe muneribus conciliari? Hieronymus in Quęſt. veter. Teſtam. & in Michæam ait, Saülem ita cogitaſſe. Ioſephus quoque ait, putaſſe eos prophetas poſſe conduci munuſculis. Atque id in ſacerdotibus Dei vitioſum erat, nec ferri potuit. Itaque Deus queritur apud Michæam cap. 3. *Sacerdotes loquuntur in pretio, & prophetæ reſpondent in mercede.* Hoc alienum eſt ab officio prophetarum: *Munera enim excæcant oculos*: tantum abeſt, vt rerum occultarum cognitionem adferant. Et qui capiunt munera, coguntur ſæpe adulterare verba Dei, & loqui placentia. Sanctus Hieronymus hoc diſcriminis ait eſſe inter ariolos, & prophetas Dei, quòd diuini & arioli capiunt munera, prophetæ non capiunt. Cuiuſmodi etiam diſcrimen eſt inter ſophiſtas & ſapientes. Sophiſtæ enim gloriam & plauſum ſolùm captant: ſapientes autem ſua tantùm conſcientia contenti ſunt. Cur autem prophetas non oporteat operam ſuam locare munuſculis, Chriſtus docet. *Gratis*, inquiens, *accepiſtis, gratis date.* Simon Magus, cùm pecunias obtuliſſet Petro, ab eo reiectus eſt cum cõtumelia. Verùm Saül non ſatis videbat, quid diſcriminis eſſet inter prophetam & ariolum. Sũt quidam, qui Saülem excuſare velint, quòd ita apud ſe cogitarit: adire ad prophetam, eſſe quodãmodo adire Deum. Cautum autem erat lege, ne quis Deo ſe ſiſteret vacuus. Itaque vxor Ieroboam in libris Melachim, cùm adiret ad

A Abiam Silonitem, accepit ſecũ vaſculum mellis, & decem placentas, & panes. Sed S. Hieron. Hæc quidem, inquit, iſtos feciſſe legimus: illos autem ea recepiſſe non legimus. Imò contrà tantum abfuit, vt Saül aliquid Samueli, vt ab eo etiam exceptus ſit ſplendido conuiuio. Sed facito dediſſe: dedit tamen tantum quadrantem ſicli. Id autem conferebatur, non in vſum prophetæ, ſed in fabricam Sanctuarij. Sed quantulum, inquit S. Hieron. erat quarta pars ſicli. Siclus cõtinebat viginti obolos: quarta ergo pars erant quinque oboli. At nunc, inquit, mercedes ſacerdotum ſunt pretia villarum, & magnorum prędiorum. Non iſta dico, quòd non liceat pro-
B phetę aliquid accipere. Hieremias enim accepit à rege quotidie tortam panis: multi prophetæ alebantur ab Abdia: Elizęus accepit ab offerentibus viginti panes, cui etiam conſtructum eſt cœnaculum, cum lecto & candelabro. Et Paulus ait: *Qui inſeruit Euangelio, debet de Euangelio viuere. Quis enim militat ſuis ſtipendiis? Quis plantat vineam, & de fructu non manducat? Quis obturat os boui trituranti?* Sed aliud eſt paulum quiddam accipere, & victu, ac veſtitu contẽtos eſſe, aliud velle ditari. Elizæus noluit accipere munera à Naaman Syro. Giezi accepit, & percuſſus eſt lepra. Sed poteſt fieri, vt Saül magnificè cogitarit de propheta, non magis fas eſſe ad eum venire ſine munere, quàm ad regem. Hactenus Vermilius. Ariolorum auaritiam taxat Pinda-
C rus in perſona Æſculapij, quem propterea fulmine ictum canit iis verſibus, qui apud Athenagoram reperiuntur in verſione Langij.

Prophetas licet aliquid accipere.

Supplicium prophetarũ mercedem accipientium **Pindarus.**

Sed quaſtu etiam ſapientia obſtringitur,
Mouit namque illum mercede ſplendida
Coruſcans aurum in manibus.
Ergo & manu iaciens Saturnius vtraque,
Spiritum è pectore exemit illico,
Fulmenque coruſcum intulit necem.

Viro Dei ad Ieroboam miſſo acceptum prandium exitium peperit. Paraph. Chald. Saülis mentem in ambiguo reliquit. Sic autem habet: *Et dixit Saul puero ſuo: Et ecce ibimus: ſi accipiens mamon, quid inferemus propheta? Etiam nos viatica defecerunt de vaſis noſtris, & quicquam quod placens non eſt ad inferendum prophetæ Domini: quid nobis faciendum?* Apud Herodotum bis Pythia ſeu vates Delphica pecunia corrupta eſt. lib. 5. Alc-
D mæonidæ Athenis profugi, cùm Piſiſtratidis in patria tyrannidẽ occupantibus molirentur inſidias, Pythiam pecunia impulerunt; vt quoties Lacedæmonij priuatim, aut publicè oraculum conſulerẽt, toties eoſdem admoneret, Athenas in libertatem eſſe vindicandas. Quod cùm aſſiduè faceret, religione ducti Spartiatæ, tyrannis bellum intulerunt. lib. 6. Perialla item vates Delphica, pretio à Cleomene altero rege Spartiatarum in fraudem inducta, ementitis oraculis Demaratum regno deiecit. Quod cùm palàm ſequenti tempore factum eſſet, ipſa quidem honore abdicata eſt: Cleomenes autem, vt author eſt Pauſanias in Laconicis, miſerè diem ſuum obiit, cùm per furorem ſibi ipſi manus conſciſcens, totum corpus fœdiſſimis vulneribus laceraſſet.

3. Reg. 13. Paraphr. Chald.

Herodotus *Vates profano muneribus corrupta.*

Pauſanias.

Versvs 8.

Rurſum puer reſpondit Saüli, & ait: Ecce inuenta eſt in manu mea quarta pars ſtateris argenti. Demus homini Dei, vt indicet nobis viam noſtram.

Vermilius. De quarta parte ſicli.

VIDEAMVS, inquit Vermilius, quale hoc munus fuerit. Siclus Sanctuarij erat dimidius Florenus Rhenanus. Communis ſiclus erat Floreni eiuſdem quarta pars. Quarta ergo pars ſicli erant duo bationes cum crucifero. O diuitias regias! Ita Deus cauere voluit, ne Saül videri poſſet, aut pecuniis corrupiſſe prophetam, aut emiſſe regnum. Hanc tamen quamuis exiguam ſummam Deus illis deeſſe noluit, ne deſtituti munuſculo non adirent ad Samuelem. Hæc Vermilius.

Fagius. De ſiclo.

De nummis Hebraicis & præcipuè moneta כֶּסֶף *keſeph* poſtea diligentius: plures enim authores legimus. Interim ſufficiet nobis, quę Fagius in 30. Exodi de ſiclo Hebraico, ex Hebręorum commentariis deſcripſit, tradidiſſe. Siclus, inquit, templi, vt ſcribunt Hebræi, conſentiente Ioſepho, habebat quatuor drachmas: & quęlibet drachma quinque obolos. Quare eueniebat vt ſiclus templi viginti caperet obolos. Idem eueniebat in talento. Nam talentum templi capiebat centum & viginti libras: profanum verò, quo vulgò vtebantur, ſexaginta tantùm, id eſt dimidium. Ita & ſiclus vulgaris capiebat duas drachmas, id eſt didrachmon, & decem obolos. Viginti obolorum erat ſiclus. Alij hæc ſic tradunt. Alius fuit ſiclus vulgaris, alius Eccleſiaſticus, quem Scriptura ſiclum Sanctuarij vocat. Et hic fuit duplus ad vulgarem ſiclum. Porrò vulgaris ſiclus continet duas drachmas, ſeu duos denarios, qui valent ferè quarta parte aurei Rhenani. Scriptura hoc loco, ſimiliter Numer. 3. & Ezechiel. 45. docet Eccleſiaſticum ſiclum continere viginti גֵּרָה *gerah*, quod Chaldæus interpretatur מָעִין *maain*, Græcus ὀβολούς. Obolum verò, quod ad pondus attinet, nam & nummus & pondus erat: Hebræi ſentiunt continere pondus ſedecim granorum hordeaceorum. Dicitur autem שֶׁקֶל *ſekel*, ſiue ſiclus à pendendo, ſiue ponderando, eò quòd olim appendebatur argentum, vt hodie numeratur. Hæc & plura Fagius ibi.

Budæus.

Budæus lib. 5. de Aſſe habuit rationem noſtræ monetæ. Nam ſæpe peregrinas & Germanitas non magis nouimus quàm Hebraicas. Itaque ſtaterem quidem tetradrachmum ſcribit ex autoritate Scripturæ; at in æſtimatione drachmæ non parum à Lirano diſſentit.

Liranus.

Is enim apud Matthæum 10. drachmam ſenis denario- A lis æſtimat: Et ſic quilibet, inquit, capitaneus domus ſoluebat annuatim duodecim Turonenſes. Ego autem tantum didrachmum valuiſſe quantum ſeptem ſolidos noſtros Turonicos dico. Hoc eſt, ſepties tantum quantum Liranus exiſtimauit. Nec eum cenſum prius quidem templo, mox Capitolio, ſingula duntaxat capita familiarum pendebant, verùm etiam viritim ſinguli quicunque maiores annis viginti eſſent. Hoc verò loco non didrachmi, ſed quartæ partis ſtateris ratio habenda eſt. Illa erat drachma vna, quæ Hebræis obolos quinque continet. Valet autem autore Budæo tres ſolidos & ſemiſſem: eratque is denarius diurnus, cuius meminit S. Matth. cap. 20. tanti enim tum vinitores ſuas operas locare ſolebant. Diuino conB ſilio factum eſt, vt dimidium canonem eius penſionis, quæ Deo ſolueretur, prophetæ aſcribendum cenſerent.

Inventa est in manv mea, &c.

De argento. Iulianus.

De argento ad hunc modum luſit Iulianus Apoſtata in Epiſtolis, ad Ecebolum ſcribens. Pindarus argenteas Muſas eſſe vult: quaſi artis illarum claritatem & ſplendorem cum clariſſima rerum omnium materia conferat. Homerus ille ſapiens argentum illuſtre, & aquam argenteam appellat, quòd ipſa ſpeciei ſuæ hilaritate & nitore non ſecus atque ſolis radiis colluceat. Pulchra Sappho lunam nominat argenteam, ob eamque cauſam cæterorum ſyderum aſpectum ait ab ea obſcurari. Quare liceat mihi apud te argentum potius quàm aurum, cum diis cõparare. Nam quod hominibus ad vſum C aptius & melius ſit argentum quàm aurum, quodque magis eis adſit, neque, vt aurum, in terra occultetur, aut eorum oculos vitet, ſed & aſpectu iucundum ſit, & ad vitam commodius, non mea, ſed veterum oratio eſt. Quòd ſi nos etiam aureum nummum abs te miſſum, argento remunerari voluimus, ne putes ideo leuiore te affectum eſſe munere, neque vt Glauco in armorum commutatione, ſic tibi in hac referenda gratia exiſtimes accidiſſe: neque enim Diomedes ipſe forſitan argentea arma pro aureis dedit, quippe cùm longè his vtiliora illa eſſent, & ad retundendas inſtar plumbi acies aptiora. Hæc tecum, inquit, iocari ſumus, ex iis, quæ ipſe ſcribis, occaſionem nacti liberius in te dicendi. Hæc Iulianus.

Diodorus.

Contrariam tamen ſententiam ſequuti ſunt, qui Baleares quondam inſulas incolebant: arD gentum enim pariter vt aurum repudiarunt. De quibus Diodorus lib. 6. Rerum Antiq. Aureo nummo aut argenteo non vtuntur, quæ afferti ad inſulam prohibent: cauſam afferentes, Geryonem Chryſaori filium auro atque argento opulentiſſimum, quondam ab Hercule bello expugnatum. Exiſtimant enim, eo pacto, cum auro atque argento careant, ſeſe facilè omnes vitæ inſidias euaſuros. Idem feciſſe olim Lacedæmonios donec Sparta Lycurgi legibus ſtetit complures memorant.

Qvi propheta dicitvr hodie, &c.

Versvs 9.

(Olim in Iſraël ſic loquebatur vnuſquiſque vadens conſulere Deum: Venite, & eamus ad Videntem. Qui enim propheta dicitur hodie, vocabatur olim Videns.)

Vermilius.

Vermilivs: Quærit hic Rabbi Kimhi, ſi Samuel ſcripſit hunc librum, quod à multis creditur, cur ait, prophetam magis antiquitus, quàm hodie appellari *videntem*? Nam etiam tum propheta dicebatur *videns*. Sed indicare voluit, vocem eam non recentem eſſe, ſed antiquam, & vſitatam. Dicebantur autem *videntes*, quòd multa ſcirent, & præuiderent. Vnde etiam cognitio appellatur viſio. Propheta dicitur נְבִיא *nabi* à ניב *nob*, quod eſt ſermo: quia ſermones excipit à Deo, & eos nuntiat ad populum. Hæc Vermilius. De ſeipſo Balaam Numer. c. 24. hæc prædicat. *Dixit Balaam filius Beor, dixit homo cuius obturatus eſt oculus, dixit auditor ſermonum Dei, qui viſionem omnipotentis intuitus eſt, qui cadit, & ſic aperiuntur oculi eius.* Quę videtur eſſe germana & abſoluta rum prophetę tum videntis definitio. Quem ne ita dictum putaremus, quod oculis corporeis acrius cæteris cerneret, addidit: eum eſſe *cuius obturatus eſſet oculus*. Quanquam apud Onkelum in contrarium ſenſum interpretatus eſt Fagius, qui vertit: *vir qui pulchrè videt*, ſeu pulchram habet viſionem. Arbitraturque interpretem noſtrum verbi ambiguitate deceptum ita tranſtuliſſe, quòd legerit סָתַם *Satham*, quod obturare ſignificat, pro, idem prorſus repetit, ſuſpicor eſſe typi vitium: ſed ſiue per ש, ſiue per Samech ס, *Satham* ſcribatur, vtique obturare & occludere ſignificat, vt tradit Pagninus in ſuo Theſauro: tametſi aliter vertit cum Auguſtino Eugub. & Fagio pariter ſentiens: ſed Pagninum correxit Arias, S. Hieronymi authoritatem ſequutus; qui neſcio quare potius hallucinatus videri debeat, quàm Rabbi Dauid, Stenchus, aut Fagius, præſertim cùm ſenſus interpretis noſtri aliquid amplius conferat ad definitionis interpretationem. At Septuaginta fauent, qui ad hunc modum expoſuerunt: φησὶν ὁ ἄνθρωπος ὁ ἀληθινός, *dixit homo verax*. Nihil hæc ſententia vulgatæ lectioni præiudicat: non enim corporis oculis, ſed mentis potius veritas perſpicitur. At Hebręi ita ſentiont. Hos ego nil moror, quorũ neminem cum S. Hieronymo Hebraicæ linguæ peritia conferendum cenſeo. Nam & ſæpius eas viſiones, à qoibus prophetæ videntes denominantur, in ſomnis, aut nocte intempeſta fieri ex ſcripturis didicimus. Sic enim ipſe Dominus Numer. 12. ab initio pollicetur, cum ait: *Si fuerit vobiſcum propheta Domini, in viſione cognoſcar ab eo, atque in ſomno loquar cum eo.* In quem locum Stenchus non pauca annotauit, quæ, quia totã hanc quæ-

Fagius. *Defenditur noſtra verſio Num. c. 24.*

August. Eugub.

A ſtionem accuratè complexus eſt, ideò placuit integra eiuſdem verbis referre.

Quomodo, inquit, fierent viſiones prophetarum, ipſe nouit, qui Dominus prophetarum eſt. Puto eis Angelum apparere, & de futuris eos certiores reddere ſolitum, non quòd res futuras per quandam conceptionem præſentirẽt, ſed quòd alloqoente eos Angelo, rerum futurarum arcana intuerentur. Fiebat etiam alia ratione futurorum præſenſio, cùm ipſæ rerum imagines præſentes cernerentur, vt incendium, vt captiuitas alicuius vrbis. Ipſa enim ſe res eorum menti ratione quadam diuina exhibebat, ſicut & virga Moſis in draconem verſa eſt; vltimaq; harum rerum cauſa eſt, quia Deus hoc & alia maiora poteſt. De genere autẽ prophetiæ, quo B Moſes à Deo dignos effectus eſt, ecce clarum eſt, quid ſit ſentiendom. Non enim per viſiones ac ſomnia quicquam eum proſpecturum dicit, ſed familiariter Deo per Angelum eum alloquente, rerum veritatem intellecturum. Quinque autem prophetiarum genera ex hoc loco poſſunt colligi. בַּמַּרְאָה *bammareah*, id eſt, per viſionem, cùm rẽ intuemur per viſiones. בַּחֲלוֹם *bachalom*, id eſt, in ſomnio, quod per viſionem etiam eſſe poteſt. בְּחִידוֹת *vechidoth*, id eſt, in ænigmate, cùm aliud videtur, aliud innuitur; ve erat cùm librum comederet Ezechiel, & Ioannes in Apocalypſi. בִּתְמוּנָה *bathemunath*, id eſt per figuras, hoc eſt, cùm rerum imagines intuemor, cùm acies, cùm choros, cùm pompas, cùm C præclariſſima quædam conſpicimus. Hæc autem ſuperiora genera omnia per reſolutionem corporis fiunt, ſiue dormiendo, ſiue etiam vigilando, cùm ſenſus terrenarum rerum eripitur, vt neque videamus oculis, neque audiamus, neque tangamus, totaque mens ad eas corripiatur viſiones. Ideo vltimum præſtantiſſimumq; genus eſt, quod non fit per reſolotionem: ſed nihil ſtatu corporis immutato, alloquutio diuina fit, quod puto pauciſſimis contigiſſe. Atq; hoc genus prophetiæ eſt, quo Deus affatur ſanctiſſimos Angelos, atque Archangelos. Prophetia enim appellatur, omne cum Deo cõmercium, omnis conſuetudo, omnis confabulatio. Igitur ſanctiſſimi Angeli, ab illa æterna ſapientia rerum futurarum ſcientiam, omnemque agnitionem propter continuam aſſiſtentiam, & diuinam familiaritatem, ſacratiſſimamque amici- D tiam hauriunt: cuios & Moſen participem ſe feciſſe teſtatur, rei nimirum admirabilis, & quæ ſupra omnes theſauros ſit exoptatiſſima, in qua diuinas & inauditas voluptates poſitas eſſe cenſeo: commercium feliciſſimum, amicitia fortunatiſſima, finis omnium deſideriorum vita beatiſſima. Oportet autem, ſi eò tranſuolare cupimus, ſimiles Angelis nos reddere, vt nulla in noſtris animis labes, nullus dolus, nullæ fraudes, nullæ improbitates appareant: quibus qui purior fuerit, propiùs ad æternas illas admittetur voloptates. Hactenus Stenchus in 12. Numeri.

Quomodo fierent viſiones prophetarum.

Prophetiarum quinque genera.

INVENERVNT PVELLAS EGREDIENTES, &c.

Verſvs 10.

Et dixit Saül ad puerum ſuum: Optimus ſermo tuus. Veni, eamus. Et ierunt in ciuitatem in qua erat vir Dei.

Verſvs 11.

Cumque aſcenderent cliuum ciuitatis, inuenerunt puellas egredientes ad hauriendam aquam, & dixerunt eis: Num hîc eſt videns?

B

VREEM viri Dei fuiſſe in monte Ephraim cap. 1. docuimus, cuius territorium paulò antè terram צוּף *ſupb* iiſdem litteris, quibus antè cap. 1. deſcripſit.

Puella tribus modis accipitur. PVELLAS.] Poella etiam dicitur quæ viro iuncta eſt, non modò Latinè, ſed etiam phraſi ſcripturarum. Iudith 16. *Filij puellarum compunxerunt eos, & ſicut pueros fugientes occiderunt eos.* Et Iodic. 19. *Dixit pater puellæ ad generum ſuum.* Poellam vocat, quam dudum ille vxorem duxerat. Frequentius tamen in Biblijs puella ea dicitur, quæ necdum virum experta eſt. Sanctus *S. Baſilius.* Baſilius Homilia de humana Chriſti generatione. Inuenimus, inquit, in conſuetudine ſcripturarum, pro virgine ſubinde adoleſcentulam ca- C
Deuter. 22. pi, vt in Deureron. ait: *Si quis inuenerit puellam virginem, quæ ſponſa non eſt, & vi allata cum ea cubuerit*, &c. Geneſ. 24. *Puella, cui ego dixero: na mihi bibere: ipſa eſt, quam præparauit nominus filio Domini mei.* Numeri 32. confecto bello ſolæ reſeruatæ ſunt. Sæpiſſimè verò pro ancillis & famulis, vt Geneſ. 24. dantur puellæ Rebeccæ. Exod. 2. nominantur *puellæ* filiæ Pharaonis, quarum vna Moyſen è carecto tulit. Ruth. 2. Booz iubet illam iungi *puellis ſuis*, donet meterent. Tobiæ 10. *Accepit à ſocero dimediam partem facultatum ſuarum in pueris, puellis, & pecudibus.* Sed & puellarum Iudith, & Suſannæ mentio fit Iudith 8. Danielis 13. quæ vtique ſamulæ intelligendæ ſunt, ſicut patet legentibus. Hic poſſunt vtroque modo intelligi, ſiue famulæ, ſiue etiam liberę & ingenuę. Nam & mediocrium ciuium D
filię obſequio ſuo familiam iuuare ſolent, puellari ætate, & ad comportandam aquam idoneę: & olim, maximè apud Patriarchas, nobiliſſimę, aut texebant, aut paſcebant, non vt nunc pleræque otio atque inertiæ deditæ, luxui, garrulitati, choreiſque vacabant. *κοράσια* habent Græci, Hebræi נְעָרוֹת *negharoth*, quæ ſimiliter interpretari poſſumus. Pluribus exemplis oſtendit *Schindlerus.* Schindlerus Oederanus in ſuo Pantaglotto: & plures alias huius vocis metaphoricas ſignificationes explicat, quæ nihil ad præſentem locum conferunt; vt ſunt, eam quoque pro tudibus & imperiris accipi, & ad bruta quoque transferri. Illud tamen non notauit, quod non ita pridem obſeruabamus, etiam nuptas נְעָרוֹת *negharoth* vſurpari. Nam in eo ſenſo Iudic. c. 19.

A verſu 6. legimus. Verbum ipſum נָעַר *naghar*, mouit, voluit, agitauit, excuſſit ſignificat. Inde נַעַר *naghar* infantem Schindlerus dici arbitratur, quòd in vtero materno moueatur, exitum quærens, ac tandem excutiatur, & in lucem edatur. At poteſt etiam ea ſignificatio ad puerilis ætatis, & ſeruilis conditionis leuitatem, inconſtantiam, & agitationem perpetuam pertinere. Nam & ea ætas ſuopte ingenio aſſiduè geſtit, natura intus ſeſe effuudere atque explicare conante: & ſerui aliorum imperio huc illoc identidem impelluntur. Eam porrò fuiſſe apud antiquos conſuetudinem, vt aquatio familiæ puellaris labor eſſet, nec ingenuæ filiæ detrectarent, teſtatur Herodotus libr. 6. Nec- *Herodotus*
dum enim, inquit, in vniuerſa Græcia per id tempus mancipia erant. Qoare cùm Pelaſgi, qui ſub Hymeſſo habitabant, puellis Athenienſium, quæ ad Nouem fontes aquatum pergebant, vim attuliſſent, ab Athenienſibus tota regione exacti ſunt.

AD *hauriendam aquam.*] Commune eſt incõmodum omnibus illis oppidis, quæ in montibus ſita ſunt. Aquæ enim, cùm ſint ſuapte natura graues, decliuia petunt, & ad ima delabuntur. Quapropter in montium radicibus plerunque fontes ſcaturiunt, iuga ipſa ſiccitas occupat. Docet Ariſtoteles l. 1. Meteor. c. 13. aquam *Ariſtoteles.* fontanam & flouialem gigni intra ſinus terræ *Vnde manent aquæ dulces.* ex aëre & vaporibus in aquam ſolutis. Terra enim, cùm ſit pleriſq; locis inanis intus & concaua, ne locus vacuo detur, multum iotra ſe aërem cohibet: quem frigore cõcretum, vnà cum vaporibus ſiderum vi elicitis, in humorem ſolui non dubium eſt; qui primùm guttatim manat, ac ſubinde collectus foras erumpit. S. verò Hie- *S. Hieron.*
ronym. ad 1. cap. Eccleſiaſtæ, motus authoritate ſcripturarum, cẽſet aquarum perennium originem à mari eſſe. Putant, ait, quidam aqoas dulces, quę in mare fluunt, vel ardente deſuper ſole conſumi, vel ſalſuginis maris eſſe pabula. Eccleſiaſtes autem noſter, & ipſarum aquarum cõditor, eas dicit per occultas venas ad capita ſontium regredi, & de matrice abyſſo in ſua ſemper ebulliſſe principia. Philo l. de opificio mun- *Philo.*
di, videtur dulcis aquæ theſauros in terræ viſceribus agnoſcere, qui fluuiis ac fontibus perpetuum liquorem ſubminiſtrẽt. Sunt etiam qui à pluuiis naſci fontes autument. Sed qoocunque tandem modo otiantur, aut quacunqoe parte fluant, ſuo vbique pondere ac mollitie præcipites feruntur. Quamuis enim aqua, quæ à mari ducitur, per cryptas & ſuhterraneos cuniculos ſpiritu flatuve maris impellatur ad ſuperiora mõtium iuga, vt ſentit S. Baſil. Homil. in Hexa- *S. Baſil.*
mer. vel etiam cœleſtium corporum virtute ac potentia, vt opinatur S. Thomas in 2. ſent. diſt. *S. Thomas.*
14. q. 1. ſeu magis ſolo Dei nutu ac voluntate, vt author eſt S. Theodoretus Orat. 2 dè prouiden- *S. Theodoretus.*
tia: ex quo tamen manare incipit, deorſum ſemper voluitur: contra verò niti, aut ſurſum tendere, ab arte potius quã à natura docetur. Vnde ferè ſemper ſcatebrę eius loci, à quo prodeunt, inferiorem partem occupant. Quo fit, vt qui montium apices incolunt, ad hauriendã aquam egredi ac deſcendere cogantur.

Invana-rvnt pvellas egre-diantas, &c.

Gratia præ-ueniens.

Quorſum verò, dicet aliquis, prophetam inoeſtiganti, & Deum conſulenti, in ipſo vrbis aditu puellæ occurrunt, quæ videantur ad hauriendam aquam comparatæ, &, vt maturet, qui ad videntem adire cupit, admoneant? Quas eſſe poellas iſtas dicemus? Gratiam pręoenientem eſſe arbitror: quæ idcirco plurali numero demonſtrata eſt, quoniam illa moltiplex, multiſque donis ac fauoribus conſtat. Nam & timore & amore comitata incedit, pudore quoque ac ſpe, caſtis item deſideriis & ſalutari triſtitia, cũ intrò ad animum penetrat; cùm verò foris mẽtem pulſat, magna exemplorum cùm ſeueritatis tum miſericordiæ diuinæ caterua ſepta eſt; doctrina item, eloquentia, minis, pollicitationibus, precibus, conſiliis, legibus, atque interdictis, quibus nos, vt properemus, incitat, vrget, B impellit, ne oblata occaſio Deum promerendi ſocordia noſtra pereat. Sed quorſum illa poellari vultu? Quoniam blanda conciliatrix, & quaſi lena ſui eſt. Sed cor ea ætate? Quoniam niſi adoleſcat, & tanquam viro, ſic illa animo ac voluntati conſenſu pronubo miſceatur, fructũ nullum edit. Aquam verò illam, quam haurire parata eſt, quid eſſe intelligimus? Scilicet perfectam atque abſolutam eam gratiam, quæ nos veteris culpæ maculis ablutos, charitatis vinculo cum Deo copulat. Gratia ſiquidem præueniens, alterâ longè perfectiore, iuſtificante ſcilicet, ſtridet explere animam: quam tum maximè haurit, cùm nos ad Deum venire ſummopere contendimus. C

Versvs 12.

Quæ reſpondentes dixerunt illis: hîc eſt, ecce ante te, feſtina nunc: hodie enim venit in ciuitatem, quia ſacrificium eſt hodie populi, in excelſo.

Vermilius.

Varmilivs: Puellarum oratio in quatuot partes diſtinctas tribuitur. Primùm enim aiunt, ibi eſſe Prophetam: deinde, ſi properent, poſſe eos illum aſſequi. Tertiò iturum eſſe illum ad publicum epolum. Quartò, hortantur, vt feſtinent. D Dialogiſmos eſt ſatis prolixus. Id R. Kimhi ait veteres putaſſe factum, quòd puellæ ſpecie ac forma Saulis captæ eſſent, nec eum libenrer dimitterent: alij, qoòd Deus pridie monuiſſet Samuelem, craſtino die ipſa eadem hora venturum eum, quem oporteret inaugurari: itaque Saulem impeditũ fuiſſe colloqoio poellarũ, ne veniret ante tempus. Ego verò video, illas hortati vt feſtinent, vt poſſint eom conuenire, & omnia ad Dei decreta reſpondere. Amittuntur aſinæ, Saul mittitur quæſitum, ſeruus conſulit de propheta, ſiclus inuenitur, puellæ hortantur, omnia concurrũt. Ita *diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* Deus dicitur *Dominus Sabbaoth*, quod omnes actiones noſtræ inſeruiant illi, non ſecus quàm milites Imperatori.

S. Hieron.

Qvia *ſacrificium eſt hodie populo.*] S. Hieronymus in Traditionibus Hebraicis: Sacrificiũ in hoc loco prandium intelligitur, quod præparauerat Samuel populo in Calendis. Vermilius: Cùm audiſſet, inquit, Samuel, poſtridie venturum eſſe regem, voluit eum accipi honorificè, idque ſolenni conuiuio. Nondom audierat quo nomine, aur vnde eſſet. Tantùm Deus prædixerat, Cras ego adducam illum ad te. Erant iſta ſacrificia pacifica: quorom bona pars redibat ad offerentes.] Atqui ſacrificium Calendarum holocauſtum erat, non hoſtia pacifica. Sic enim præcipitur Numer. 28. *In calendis, id eſt menſium exordiis, offeretis holocauſtum Domino; vitulos de armento duos, arietem vnum, agnos anniculos immaculatos ſeptem, &c.* *Hoc erit*, inquit, *holocauſtum per omnes menſes, qui ſibi vertente anno ſuccedunt.* Holocauſtum verò integrum flammis adolebatur, neqoe ex eo quicquam in epulum cedebat. Verùm, quemadmodum Ioſephus notat, hœdum quoq; pro peccato ſimul immolari cõſueuiſſe, ſi quid fortè labis aſperſiſſet obliuio: ita non dubium eſt, hoſtias quoque pacificas eodem tempore mactari potuiſſe ab iis, qui lætum eum diem ducere voluiſſent. Quod verò Samuel, oon ſacerdos aliquis, benedicturus hoſtiæ fertur, hoc vt arbitror, eo referendum eſt, qoòd nec immolatorum quidem partes ſine benedictione ſumere conſueuerant. Niſi quis malit non fuiſſe legitimum ſacrificium. Sacerdos namque, non Samuel, benedixiſſet. Deinde armos ſacerdoti, non Sauli, datus eſſet ex præſcripto legis. Poſtremo in iis conuiuiis, quæ ex conceſſis hoſtiæ partibus inſtruebantur, Sacerdotes & Leuitæ ſeparatim, non promiſcuè cum reliquo populo veſcebantur. Verumtamen, vt mea fert opinio, in iis diebus, quibus holocaoſtum offerri conſuetudo fuit, cuius nullam partem delibare fas fuit: ſolenniores epulæ, quæ his, qui ſacris operati eſſent, & nonnullis ex plebe honeſtioribus eodem loco præbebantur, tametſi lege ſolutæ eſſent eius generis epulæ, ſacrificia tamen & victimæ ſiue hoſtiæ dictæ ſunt: quales fuiſſe illas arbitror, quas Dauid huius libri cap. 20. ne menſæ regis adeſſet, excuſarionis loco pretexit. Vtique Deuteron. cap. 26. legimus, vbi quis attuliſſet primitias frugum ſuarum in conſpectum Domini, hæc ab eodem Domino mandata accepiſſe. *Adorato Domino Deo tuo, epulaberis in omnibus bonis, quæ Dominus Deus tuus dederit tibi, & domui tuæ, tu & Leuites, & aduena qui tecum eſt.*

Qvia sacrificium est, &c. Vermilius. *Quale fuerit ſacrificium.*

Ipſum nomen Hebraicum eſt זֶבַח *zebabh*, qood hîc ſacrificium noſter interpres exponit, hoſtiam ſequenti verſu. Sacrificiorum, ioquit Schindlerus in eadem dictione, ſex ſpecies numerantur, hoc eſt, זְבָחִים *zebabhim*: עוֹלָה *gbolah* bolocauſtum; quod totum erat Domini, cutem vero ſacerdos accipiebat. Et huius ſpecies quædam eſt עוֹלַת תָּמִיד *gbolath thamid* holocauſtum iuge. מִנְחָה *minhhah* ſacrificium præcipuè *veſpertinum.* זֶבַח שְׁלָמִים *zebahh ſchelamim* ſacrificium retributionum, qood erat omniom: Dei, ſacerdotis, & offerentium. זֶבַח תּוֹדָה *zebahh thorah* ſacrificium confeſſionis. אָשָׁם

Schindlerus in Pentaglotto.

Sacrificiorũ ſex ſpecies.

aſcham & חַטָּאת *hattath* hoſtiæ pro peccatis, ex quibus cedebat offerentibus nihil: Deo adeps, renes, reticulum iecoris, &c. Sacerdotibus reliqua caro. מִלּוּאִים *milluim* impletiones, ſacrificium conſecrationis.] Cùm tot ſpecies eſſent ſacrificiorum, quæ omnia זְבָחִים *zebahhim* dici poſſunt, eodem nomine quo hic Samuel vſus eſt: nil tamen vetat, quare non eandem quoque vocem ad conuiuia transferamus. Hanc certè Fungerus inter octo nomina, quibus ab Hebræis epulæ nuncupari ſolent, nõ vltimo loco recenſet, in ſuo Etymol. Trilingui, in verbo *Conuiuium*. Schindlerus in Pentaglot. cùm huius vocis quatuor ſignificationes eſſe ſcriberet, eam, quæ conuiuio tribueretur, primam haberi voluit; tametſi metonymicè: nam mactationem aut cædem propriè ſignificat. Huius ſignificationis nonnulla exempla profert ex Scripturis, quæ pariter Paraphr. Chaldæos interpretatus eſt. Nec mirum: nam & שֻׁלְחָן *ſchulhhan*, quæ menſa eſt, & per metonymiam etiam conuiuium deſignat, non raro pro altari quoque ponitur; vt docet idem Schindlerus in radice שָׁלַח *ſchalahh*. Antiquorum ſcilicet ſacrificia raro ſine epulis; epulæ ſine ſacrificiis celebrabantur.

זֶבַח *zebahh nomen æquiuocum, ſacrificium & conuiuium ſignificans* Fungerus.

Populo.] Multarum olim gentium ea lex & conſuetudo fuit, non modò vt φρατρικὰ καὶ ὀργεωνικά, ſiue eorum qui eiuſdem tribus eſſent, aut iiſdem ſacris initiati, religioſè conuiuia inſtruerent: ſed etiam φιλικὰ καὶ δημοτικὰ amica & publica, quæ omnium eſſent, ad fouendam tuendamque ciuium amicitiam. Habent enim conuiuia, vt docet Athenæus lib. 5. ὁλκόν τι πρὸς φιλίαν vim quandam attrahendi alliciendique ad amicitiam. Huiuſmodi multa commemorat Ariſtoteles in Politicis, Italorum συσσίτια ab Italo inſtituta; Cretenſium ἀνδρεῖα à Minoe, & Lacedæmoniorum φιδίτια, quaſi φιλίτια à Lycurgo; & quæ Laconicis ſimilia fuerunt, Carthaginienſium ſodalitatum atque collegiorum Syſſitia. His adde Athenienſium συμπόσια in Prytanæo, in Panathenæis & Theſmophoriis, necnon Romanorũ Chariſtia inter proximos, & cœnas in Capitolio, publiciſque ſacrificiis fieri ſolitas. Antiquis ſimilia videri poſſunt publica Ducum Venetorum conuiuia, quæ quater in anno nobilibus exhibent: & illa quotidiana Reipub. Argentinenſis, necnon φρατρικὰ, ſiue tribulia Heluetiorum. Neapolitanorum quoque regum inſtitutum fuit, quotannis, ſtatis diebus, epulum nobilitati parare ad ædem S. Mariæ coronatæ, vt ſcribit Ioann. Pontanus in lib. de continentia. Veterum is ſcopus & finis fuit, vt ciues ab odiis, vindictæ ſtudio, & litibus, ad amorem beneuolentiamque reuocarentur. Quare τράπεζαν *menſam* Plutarchus lib. 1. Sympoſ. Problem. 1. eleganter definit φιλοποιόν, amicitiæ conciliatricem, & alibi συμβόλαιον conuictum, εὐνοίας ναὸν, beneuolentiæ templum. Et lib. 4. Problem. 1. Conuiuij finem dicit eſſe συμπολιτικὸν, id eſt ciuilem, qui ſit φιλίας ἐπίτασις ἢ γένεσις δι' ἡδονῆς, id eſt amicitiæ vel generatio vel confirmatio, coniuncta cum voluptate. Præter has cauſas, hoc quoque ſpectauit Hebræorum legiſlator: vt Deo quidem gratiæ agerentur, pauperes autem & inopes, Leuitæ, atque peregrini miſſis partibus, vti lex iubebat, reficerentur.

Conuiuia publica quo fine primum inſtituta. Athenæus. Ariſtoteles. Plutarchus.

Populo.] Ergóne veriſimile eſt Samuelem vniuerſum populum conuiuio excepiſſe? Athenæus lib. 1. Deipnoſophiſt. ca. 3. narrat Alexandrum Magnum, & Cononem, qui ad Cnidum vicit Lacedemonios, vniuerſos Athenienſes mactata hecatombe conuiuio excepiſſe. Alcibiades Olympicorum certaminum victor, vniuerſæ multitudini, quæ ludos ſpectauerat, epulum dedit. Pythium Bithynium Xerxis copias inſtructis epulis hoſpitioque ſuſcepiſſe Herodotus lib. 7. & Plinius lib. 33. memorant, quo tempore infeſtis ſignis inferebatur in Græciam. Eæ porro quales quantæque fuerint, Budæus expendit lib. 5. de Aſſe. Hiſtoria fidem ſuperare videtur. Quanquam is Pythius Ariamnem Gallorum ſui temporis ditiſſimum, epularum magnificentia ſeu potius copia æquare non potuerit, ſi quidem verum ſit, quod de eo Philarchus prodidit: eam gentem annum integrum ad epulas perpetuas vocaſſe, quas reipſa exhibuerit, haud diſſimili cum peregrinis liberalitate vſus. Nihil hîc ſimile ſuſpicari licet: non erat Samuel tantis opibus præditus. Itaque cõuiuarum multitudinem poſtea certo numero concludit: *Et erant*, ait, *quaſi triginta viri*. *Gothofredus ff. de verborum ſignific. ad l.* 40. Duo, inquit, faciunt familiam, vel etiam vnus, inquit Paulus, ſi in vnum prorſus ius cõferatur. Vnus item repræſentat vniuerſitatem, tres collegium. Decem, quindecim, aut plures turbam faciunt. Decem oues gregem. Sed & decem perſonæ populum faciunt. De legione nihil certi dici poteſt, vt quæ quatuor, quinque, vel ſex millia hominum interdum habuerit. Singula legum autoritate confirmat, quas nos breuitatis gratia referre omittimus.

Athenæus. Herodotus. Plinius. Budæus. Apud Athenæum lib. 4 cap. 13. Gothofredus. *Perſonæ decem populum faciunt*.

In *excelſo*.] Sanctes pariter interpretatus eſt: verùm apud eundem Arias *in bamah* reſtituit. Hebraicè enim ſcribitur בַּבָּמָה *balbamah*. Paraph. Chald. interpretatur *in domo conſeſſus*. Cœnaculum Vatablus intelligit. Interpres noſter in ſequentibus meminit triclinij: quod triclinium fuit quidem cum excelſo coniunctum, non tamen idem locus ſacrificij. Olim ſiquidem iuxta tabernaculum non pauca ædificia extructa ſunt, quemadmodum & poſterioribus temporibus iuxta templum, in quibus ſacrificantes epularentur. Georgius Venetus Tomo 1. Problem. Sectione 6. Adolere, inquit, *in excelſis*, quod toties in libris Regum notatur, erat, vt volunt quidam, ſacrificare 72. Principibus nationum.] Malè feriatorum Hebræorum commentum eſt. Nam & Deo vero *in excelſis* adolebãt, vt feciſſe narratur Salomon 3. Reg. 3. cùm adhuc in viis Dauid patris ſui ambularet. Bamoth etiam, ſiue excelſa, ex quorundã opinione altaria portatilia idem Venetus interpretatur. Melius Sigonius lib. 2. de Repub. Hebræorum cap. 4. Excelſa, inquit, colles alti fuerunt, in quibus contra legem Dei, ſed tamen patiente Deo, ſub frondoſis arboribus ſacrificarunt. Ac primùm quidem Deuter. cap. 12.

Georgius Venetus. *Excelſa quid, & quibus in illis res ſacra fieret*. Sigonius.

IN EXCELSO.

Deus ea probibuit his verbis: *Subuertite omnia* A *loca, in quibus coluerunt gentes, quas poſſeſſuri eſtis, Deos ſuos ſuper montes excelſos, & colles, & ſubter omne lignum frondoſum. Diſſipate aras earum, & confringite ſtatuas, lucos igne comburite, & idola comminuite, diſperdite omnia nomina eorum de locis illis, non facietis ita Domino Deo veſtro.* Deinde verò Iudic. tempote ad ea ſacrificari permiſit. Hoc verò primus fecit Gedeon ſub quercu 6. Iud. *Tulit*, inquit, *omnia ſub quercu, & obtulit Deo.* De hoc verò inſtituto ſic S. Auguſtin. io lib. Iud. Deus conſoetudinem populi ſui, qua, præter eius tabernaculum, tamen noo diis alienis offerebatur, ſed Domino Deo ſuo, ſuſtinebat potius quàm vetabat, etiam ſic exaudiẽs offerentes.] Inde ea conſuetudo ad tempora regum peruenit, noodum condito templo: vt B hoc loco, & 2. Paral. 1. *Salomon abiit in excelſum Gabaon*, &c. Et 3. 3. Reg. *Attamen populus immolabat in excelſis. Non enim ædificatum erat templum nomini Domini vſque in diem illum*, &c. Templo verò extructo *excelſa* pro interdictis haberi cœperunt. Quanquam nec illis plures abſtinuerint: piiſſimi tamen ex regibus Ezechias, & Ioſias ea ſumma religione prohibuerunt, ac profana eſſe iuſſerunt. Notantur, inquit S. Aoguſtinus, reges, qui inter opera laudabilia ſua noo deſtruxerunt excelſa, vbi contra legem Dei populus ſacrificare conſueuerat. Et qui deſtruxit, maiore prædicatione laudatur. Hactenus Sigonius. (S. Auguſt.)

Quare gentes excelſa potiſſimùm loca ad res ſacras delegerunt.

Porrò, idcirco ea loca deorum commercio C & ſacrificiis offerendis à gentibus delecta fuiſſe arbitror, quòd cęlis viciniora habeantor, in quibus Deos vitam agere omnium ſemper opinio foit. Deinde quod aer illic purior ac liquidior eſſet, quo expurgatus animus, & tanquã omni admiſtione terrenæ fęcis liberatus, putus atque integer Deorum colloquiis intereſſet. Poſtremò celſa omnia diis viſa ſunt digniora. Adhæc eiuſmodi loca ſolitudo plerunque occopat, quæ cum Deo conuerſanti neceſſaria eſt, vt vulgi ſtrepitum vitet, qui rerum cæleſtium contemplationi officit. Quapropter etiam Chriſtos Dominus, cùm frequentiſſimè orationi incumberet, montes aſcendiſſe dicitur: non tam propria vtilitate ductus, vt ſilẽtium captaret, quod minime illi oeceſſarium fuit: vt pote qoi ſemper & vbique ioconcuſſa & imperturbata nu- D minis ſui præſentia fruebatur: quàm de noſtra inſtitutione ſollicitus, vt nos illius exemplo ad ſectandam ſolitudinem & quietem animaret, quò liberius Deo rebuſque cæleſtibus vacaremus. Non itaque loca illa Deus aliquando exoſa habuit: ſed cùm ad arcendam popularem ſuperſtitionem diuerſum religionis cultum præſcripſiſſet, ægrè tulit, populum ſuæ libidini obſequi malle, quàm latis à ſe legibus obtemperare.

VERSVS 13.

Ingredientes vrbem ſtatim inuenietis eum antequam aſcendat excelſum ad veſcendum. Neque enim comeſturus eſt populus donec ille veniat, quia ipſe benedicet hoſtiæ, & deinceps comedent qui vocati ſunt. Nunc ergo conſcendite, quia hodie reperietis eum.

NEQVE *enim comeſturus eſt populus.*] Duo mihi facienda ſunt: primum eſt, vt de *Num prandiũ fuerit.* B huiuſmodi publicis religioſiſque conuiuiis aliquid tradam: deinde, & ſi quid inoenero de benedictione initio conuiuij adhiberi ſolita, ſubiiciam. Prandium hoc fuiſſe ſupra docuit S. Hieronymus, quod Trebellius Pollio ex eo dictũ potat, quod milites parer ad bellum. Athenæus lib. 1. Deipnoſo. cap. 10. tradit antiquis cibi ſumendi quatuor tempora fuiſſe: ἄριστον, ſiue ἀκρατισμὸν ientaculum, auroræ exortu. ἄριστον, quaſi ῥᾷστον facillimum paratu: vel quòd milites in prælio ἀρείους generoſos, ſtrenuos, & fortes efficiat. ἀκρατισμὸν qoia panis fruſta & bucceas ἐν τῷ ἀκράτῳ, id eſt vino mero intinctas edant. Vel certè, vt nonnulli volunt, ἀπὸ τῆς ἀκρασίας ab incontinentia, qood intemperantium eſſet C tum cibum ſumere. δεῖπνον, prandium, quod nos ἄριστον dicimus, ad meridiem: inde dictum, ὅτι τῶν πόνων διαναπαύει quia paoſam laboribus facit. δειλινὸν interpoſitum prandio & cœnæ, nos merendam vocamus, ἀπὸ τῆς δείλης ὀψίας, id eſt, à veſpertino crepuſculo, vt ἄριστον, quaſi αὔεσον, nempe matutinum Plutarcho. δόρπον cœnam, veſperi. Cœnam Plutarchus autor eſt lib. 8. Sympoſ. quæſt. 6. Romanos διὰ τὸ πλεῖ κοινωνίας καλεῖσθαι, quòd cum amicis eam ſumerent. Romanos enim moderatè prandere ſeorſim, cum amicis verò cœoare conſueuiſſe. Hinc apparet, cœnam fuiſſe potius quàm prandium: tum maximè ex eo, quòd non ita multò poſt decuboiſſe fertur. Sciendum tamen eſt prandiũ pro cœna veteres accepiſſe, vt notauit Rhodiginus Tomo 3. lib. 27. cap. 24. Sed & Hieronymus D Mercorialis lib. 2. Variat. lect. cap. 21. obſeruauit δεῖπνον, quod & Galeni & ooſtra, inquit, ætate cœnam ſignificat, ἄριστον ſiue prandium vetuſtiſſimis temporibus deſignaſſe: vt Erotianus & Galenus meminerunt. Quaſi id eſſet, μεθ' ὃ δεῖ πονεῖν poſt quod laborare opotret. Aliquando, ſcribit Athenæus, τοῦ ἀρίστου & τοῦ δείπνου idem ſignificatus eſt. Nam & de matutino cibo δεῖπνον Poeta dixit. Arbitror S. Hieronymum, non certum aliquod tempus reficiendi præ cæteris deſignare voluiſſe, ſed ea voce nullo diſcrimine pro conuiuio eſſe vſum. Hebræis סְעַד *ſahad* corroborare, & prandere ſignificat. Inde סְעוּדָה *ſeghudahh* prandium ſumitur. Inuitatos ad hoc epulum Septuaginta ξένους hoſpites ſeu peregrinos verterunt. Sunt autem ξένοι apod Græcos tam qui recipiuot, quàm qui recipiuntur: Apparet tamen Samuelem potius conui-

(Trebellius Pollio in Gallieno Salunino. Athenæus. Plutarchus. Rhodiginus. Hieronymus Mercorial. Athenæus. Septuaginta.)

uas cæteros excepiſſe. Nam & prius coquum A
iuſſerat, quam vellet partem ſeponere. Inter-
pres quidem Latinus Paraphraſis Chald. no-
biſcum legit: ſed Schindlerus peregrinos ma-
gis interpretatus eſt. Sic enim citat hunc lo-
cum: Targ. *Nam ipſe benedicet cibum, & poſt hæc
edunt peregrini.*

Schindlerus.

De ſacris Hebræorum Chriſtianorumque conuiuiis & eorundem cauſis ac ritibus.

Ariſteas. *Religio publicorum conuiuiorũ ſiue ſacrorũ apud Hebræos.*

CÆTERVM, conuiuia illa qua religione
atque obſeruantia celebrarentur, paucis
verbis ad hunc modum tradit Ariſteas lib. de B
72. interpretibus. Etenim, vt à menſis pocu-
liſque incipiamus, rectè iuſſit rum Deum lau-
dare, cùm menſæ accumbimus: in qua ne ali-
quid quidem ad confabulandũ conceſſit, quod
diuini numinis memoriam abiiceret. Pluribus
Philo Iudæus lib. de vita contemplatiua. Ve-
rùm hæc Philonis auſteriora atque aridiora
fuerunt, quàm priſtinæ legis ratio tulit, quæ à
delitiis atque cupediis tantopere non abhorre-
bat. Quocirca etiam Euſebius & S. Hierony-
mus ad Chriſtianos illa referenda cenſuerunt.
Gentis verò ſuæ epulas lib. de Plãtatione Noë
potius deſcripſiſſe putandus eſt, cuius nos ver-
ba cap. t. ex parte retulimus. At ritus ipſos con- C
uiuiorum, apud poſteros fuiſſe Romanorum
conſimiles, accuratè demonſtrat Petrus Ciac-
conius tractatu de Modo Conuiuandi apud
priſcos Romanos. Ex Euangelio ſanè Archi-
triclinum conuiuio præfuiſſe didicimus, ac pro-
inde etiam lectis vſos, quibus menſæ accum-
berent; pedes etiam lauare ſolitos; cœnatoria
item veſte ſuperindui; cibos in partes diſtri-
butos, & ille probat diligentiſſimè, & nos an-
tea recognouimus. Maioribus tamen diuerſa
ratio placuerat, qui menſæ non accumbebant,
ſed aſſidebant: vt docet huius lib. cap. 20. quo
loco veterum conſuetudinem expendemus.
Nunc magis ad rem fuerit, ſi diligenter obſer-
uemus, feſtis Iudæorum maximis duplicem
cœnam præberi conſueuiſſe, ſicuti teſtantur ri-
tuales libri Iudæorum: quo minus mirum vi- D
deri poſſit, ſi Samuel hoſtiæ benedixerit; cùm
ſacris quidem carnibus Sacerdos benedictionẽ
impertiret, ille verò ſecundæ menſæ: quæ pro-
fanis cibis inſtruebatur, partim vt lautioribus
veſci liceret, partim etiam quod viſceratio, vbi
plures inuitati eſſent, minimè ſufficeret: qui
idcirco hoſtiæ quoque & ſacrificia appellata
ſunt, quòd eodem die, ob eiuſdem ſolenni-
tatis lætitiam, licet alteri conuiuio inferren-
tur.

Philo.

Petrus Ciacconius

Verùm vtcunque ſe res habeat, nam me
pluribus diuinare piget: ex ea Iudaicarum epu-
larum celebritate conſuetudo Agaparum, vt
arbitror, ad maiores noſtros manauit. De qui-
bus certius aliquid inquirere poſſumus, cùm
idoneos autores, & quidem non paucos, nacti
ſimus. Nam præter ea, quæ in epiſtolis Apoſto-
li legimus, Tertullianus Apologet. ca. 39. hæc
A tradit. Nihil vilitatis, inquit, nihil immodeſtiæ
admittit. Non prius diſcumbitur, quàm oratio
ad Deum præguſtetur. Editur quantum eſu-
rientes capiunt. Bibitur quantum pudicis eſt
vtile: ita ſaturantur, vt qui meminerint etiam
per noctem adorandum Deum ſibi eſſe: ita fa-
bulantur, vt qui ſciant Dominum audire. Poſt
aquam manualem, & lumina, vt quiſque de
Scripturis ſanctis, vel de proprio ingenio po-
teſt, prouocatur in medium Deo canere: hinc
probatur quomodo biberit. Æquè oratio con-
uiuium dirimit: inde diſceditur non in cater-
uas cæſionum, neque in claſſes diſcurſationũ,
nec in eruptiones laſciuiarum, ſed ad eandem
curam modeſtiæ & pudicitiæ, vt qui non tam
cœnam cœnauerint, quàm diſciplinam. Hæc
B ille. Sic ergo priores Chriſtiani. Et hæ quidem
erant leges illarum epularum, hi ritus, & hæc
inſtituta conuiuiorum. Quibus verò tempori-
bus illa celebrarentur, manifeſtè docet S. Ioan.
Chryſoſtomus homilia 27. in cap. 11. 1. ad Co-
rinth. Statis, inquit, diebus menſas faciebant
communes, & peracta Sinaxi, poſt Sacramen-
torum communionem, inibant conuiuium, di-
uitibus quidem cibos afferentibus, pauperibus
autem, & qui nihil habebant etiam vocatis, &
omnibus communiter veſcentibus.] In Eccle-
ſia ipſa huiuſmodi conuiuia celebrata fuiſſe,
cùm ipſe teſtatur Ioann. Chryſoſt. tum ipſa
Apoſtoli verba cõuincunt. Cauſas etiam huius
C inſtituti nullo negotio inueſtigare poſſumus.
Cœnam enim Dominicam propterea Apoſto- 1.
lus vocauit, quòd illa exemplo Domini fieret:
qui idcirco prius cum Apoſtolis ſuis cœnauit,
vt legalia omnia abſolueret, ac ſic demum ad
nouam & diuinam illam cœnam perueniret, in
qua ſuam ipſe carnẽ & ſanguinem, vt erat pol-
licitus, cibum potumque daret. Deinde ea con- 2.
ſuetudo retenta eſt, vt eſſet modeſtiæ ſchola, &
vinculum quoddam ſeu nexus mutuæ dilectio-
nis, quæ non mediocriter cõmuni illa veſcen-
di ratione adiuuatur: tum etiam, vt veterum 3.
ſacrificia tanquam delibantes in cœna corpo-
rali (nam illa eiuſmodi fuerunt) ex compara-
tione vtriuſque agnoſcerent, quanti præ illis
ſacrificij facti eſſent participes. Poſtremò ad 4.
hæc acceſſit cura pauperum, quæ dudum ido-
D nea cauſa viſa eſt, cur illa, tametſi iam nonnihil
ſolutioris licentiæ irrepſiſſet, tolerarentur;
quòd in illis opulentiorum liberalitate ac co-
pia tenuiorum egeſtas atque inopia reficere- 5.
tur; & ſimul primæuæ Eccleſiæ, in qua ferun-
tur omnia fuiſſe communia, imago quædam
ſeu forma ſeruaretur.

Origo Agaparum, & earundem cultus & obſeruantia.

Tertullian.

Agaparum ſtatuta loca & tempora.

S. Ioan. Chryſoſt.

Cauſæ

Conuiuia publica in natalitiis Sanctorum, funeribus, & dedicationibus Eccleſiarum.

SEQVVTIS deinde temporibus, præter ea
conuiuia, quæ ab Apoſtolorum traditione
Sinaxim, ſiue Dominici corporis cõmunionem
comitabantur, alia quoque mox agitari cæpta
ſunt in natalitiis martyrum: quo lætitiã ſuam
ex fra-

Digitized by Google

ex fratrum triumphis acceptam teſtarentur, & ad eaſdem palmas de perſecutione auferendas, participato gaudio incitarentur. Hahuerũt aliam præterea rationem vterque Gregorius: alter quidem ſenior ſtupendorum operum artiſex Thaumatorgus: alter illo quidem iunior, ob ſingularem tamen meritorum excellentiam Magnus appellatus: ille quidem Ponti accolis conſulens, hic de Anglorum ſalute ſolicitus. Quorum mentem in permittendis his epulis, tertius item Gregorius, & ipſe ſanctitate conſpicuus, Nyſſenus Epiſcopus explicabit. Sic igitur ille in S. Gregorij Thaumaturgi vita. Cùm animaduertiſſet, inquit, quòd propter corporis voluptates ſimplex & imperitum vulgus in errore ſimulacrorum cultus permaneret, quò maximè id quod præcipuum eſt, interim in eis aſſequeretur; nempe vt vanis ſuperſtitionibus selictis, ad Deom conuerterentur, permiſit, vt in memoriam ſanctorum ſeſe exhilararent, & oblectarent, atque in lætitiam effunderentur.] Gregorius autem Magnus, vt eas pecudes quas idolis mactare ſolebant, in vſum conuiuiorum conuerterentur, inſtituit, diſpoſitis in proximo ambitu Eccleſiæ tabernaculis, in quibus honeſtè ac religioſè epularentur. Autor Venerab. Beda in hiſtoria Anglorum, & idem ipſe Gregorius epiſtol. 71. libri 9.

1. Ratio. 2. 3. — S. Gregor Nyſſen. — V. Beda. S. Gregor.

Conuiuia publica in dedicationibus Eccleſiarum & funeribus.

Sed nec funera quidem reliquorum, ſi quidem ita ſtatuiſſent, eo honore caruerunt. Eccleſiarum præterea dedicationes publicis conuiuiis frequentatas fuiſſe ex patrum commeotariis manifeſtum eſt. De funebri epulo pauperibus in æde ſacra exhibito, egregium habemus ſancti Paulini teſtimoniom Epiſt. 11. in qua ad Aletium ſcribens de exequiis vxoris ſuæ Ruſtinæ, filiæ ſanctæ Paulæ, inter cætera, quòd ad loci deſignationem attinet, hæc ſcribit: quàm lætum Deo, & ſanctis Angelis eius, de hac tua (vt dici ſolet) pera ſpectaculum ſacer editor exhibebas? Quanto ipſum Apoſtolum attollebas gaudio, cùm totam eius baſilicam denſis inopom cætibus ſtipauiſſes: vel qua ſub alto ſui culminis mediis ampla laquearibus longùm patet, & Apoſtolico eminus ſolio coruſcans, ingredientium lumina ſtringit, & corda lætificat: vel qua, ſub eadem mole tectorum, geminis vtrinque porticibus latera diffundit: quáve protento nitens atrio fuſa veſtibulo eſt, vbi cantharum miniſtra manibus & oribus noſtris fluenta ructantem faſtigiatus ſolido ære tholus ornat.]

S. Paulinus.

S. Gregor. — De agape dedicatoria non modò S. Gregorij teſtimonium referre poſſumus, verùm etiã ſumptus & expenſas, quantis ipſe quondã parari curauerit. Volumus, inquit, epiſt. 14. lib. 1. vt ad celebrandam dedicationem dare debeas, ad erogandũ pauperibus, in auro ſolidos decẽ, vini amphoras triginta, annonæ modios docentos, olei òrcas duas, veruеces duodecim, gallinas centum; quæ tuis poſſint ratiocinibus poſtmodum imputari. Hæc S. Gregorius in epulum conferri iubet, cùm dedicaturus eſſet oratorium B. Mariæ. De nataliriis Martyrum, eorumque feſtis ac ſolennibus conuiuiis, ſuo more, hoc eſt elegantiſſimè S. Theodore-

S. Theod.

I.

tus Euangelicæ Verit. lib. 8 in fine. At illos (in falſa gentilium numina inuehitur) Deus caſſos gloria vanoſque reddidit, ſuis autem Martyribus honorem illum dedit. Pro Pandiis enim & Diaſiis, ac Dionyſijs, hoc eſt Iouis, Liberiq; patris ſolennitatibus, Petro, Paulo, Thomæ, Sergio, Marcello, Leontio, Antonino, Mauritio, aliiſque ſanctis Martyribus ſolennitates populari epulo peraguntur: proque illa veteri pompa, pro turpi obſcœnitate atque impudentia, fiunt modeſtæ, caſtæ, ac temperantia plenæ feſtiuitates; non illæ quidem mero delibutæ, non comeſſationibus leues, non cachinnis ſolutæ, ſed viuis canticis perſonantes, ſacriſque ſermonibus audiẽdis intentæ. Etſi verò poſterioribus ſeculis ob loci reuerentiam, ne in Eccleſia fierent, Concilio Laodic. c. 28. prohibitæ ſunt, & à S. Ambroſio in Italia, ab Auguſtino in Africa, non mediocri contentione atque moleſtia cohibitæ, non tamen propterea iiſdem prorſus interdictum eſt, ſed hactenus apud pleroſque in priuatis ædibus obſeruantur. Non enim res ipſa damnata eſt, ſed loco ſacro ſua religio reſtituta. De his poſterioribus Ioannes Sauaro in lib. Gallico quem de confratriis ſcripſit. Poteris & Baronium conſulere Tom. 1. Annal. ad annum Chriſti 57.

Concilium Laodicen. — Ioannes Sauaro. Cæſar Baronius.

QVIA *ipſe benedicet hoſtiæ.*] Vermilius: Sacrificio communi oportuit Samuelem benedicere: alioqui populus non erat comeſturus. Hîc annotare debemus, ſacrificium ante fuiſſe factum: ſed antequam veniretur ad conuiuiũ, oportuiſſe communes preces concipi, & menſam cõſecrari. R. Kimhi ait morem fuiſſe apud Iudæos, vt paterſamilias initurus magnum & ſolenne conuiuium, præiret verba, & accepto in manus pane, precaretur regem mundi, vt illud vellet eſſe ſalutare: & poſtea accepto poculo idem diceret. Ex hac conſuetudine intelligere debemus, primum illud poculum, quod commemoratur apud Lucam, non pertinuiſſe ad myſterium, ſed tantùm fuiſſe conſecrationis. Fuit enim illud ſolenne & feſtum conuiuium, & Chriſtus agere voluit patremfamilias.

Vermilius. — *Quale ſ. illud poculum apud Lucã.* Lucæ 22.

Benedictio quid ſit & quam vim habeat.

NVNC dicendom eſt, quid illa precatio ſibi velit. Primùm exiſtimare non debemus, res à Deo conditas execratas eſſe: vt in ſingulis micis panis infiniti deliteſcant dæmones: quod dicere & docere videntur illi, qui tanto ſtudio defendũt aquam ſuam luſtralem. Dicunt enim ſe ex ea ſacris quibuſdam verbis, & carminibus abigere diabolos. Nos quidem ſcimus Dominũ dixiſſe Adamo: *Maledicta terra in opere tuo*: ſed hoc idcirco factom eſt, quòd Deus iam propter peccatũ ſpontaneam terræ fertilitatem eripuiſſet, vt poſtea genus humanum ſine graui labore & cruciatu ex ea nihil eſſet habiturum. Quam etiam ob cauſam Paulus ait, *omnem creaturam vanitati ſubiectam eſſe, idque inuitam*: non tamen eam ait ſubditam eſſe dia-

Vermilius. — *Quæ ſit maledictio terræ.* — Rom. 8

bolis. Hoc enim tantùm Paulus docere voluit, propter hominum peccata & cupiditates creaturam non poſſe aſſequi fines ſuos. Finis autem omnium rerum creatarum eſt, vt in illarum bono vſu Dei bonitas celebretur, & illi agantur gratiæ. Hunc finem, dum noſtris cupiditatibus inſeruiunt, & corrumpuntur, aſſequi oon poſſunt. Id autem quod fruſtratut fine ſuo, etiam apud Philoſophos vanum appellatur. Dicitur etiam *creatura ſubiecta vanitati*, quia ſæpe à Deo propter peccata noſtra aut grandine, aut tempeſtate, aut æſtu, aut alia tatione perditut. Nullam verò eſſe eiuſmodi execrationem creaturarum, qualem iſti ſomniant, ſatis ex eo apparet, quòd Deus omnem carnem nobis in cibum dederit. Et tanta bonitas Dei nobis ſemper in memotiam reuocanda eſt, vt eius liberalitati ſemper gratias agamus.

Verùm ſi abſque fide diuinę bonitatis illis vtamut, aut ſi ad luxum, aut libidinem abotamor creatutis Dei, iã nobis incipiunt eſſe noxię, quę ſua natura etant bonæ. Paulus 1. ad Timot. cap. 4. *Scientes*, inquit, *cibos creatos eſſe à Deo, vt eum gratiarum actione percipiantur*. Siue ergo creationem ciborum ſpectes, ſiue finem, non poſſuot non videri boni. Primùm, quia conditi ſunt à Deo: à quo quicquid eſt, bonom eſt. Deinde, vt ait Paulus, *omnis creatura bona eſt, ſi cum gratiarum actione percipiatur. Sanctificatur*, inquit, *per verbum Dei & orationem*. Iſta niſi accedant, creaturæ nobis redduntur immundæ. Verbum Dei Paulus poſuit pro fide: qoia verbum eſt obiectum fidei. Si fidem afferimus, & credimus, cibos illos nobis à Deo datos eſſe, mundi ſunt. At ſi accedimus ſine fide, & cibos illos oon putamus creatos in noſtrum vſum, & illicitos eſſe, iam noſtro vitio contaminantur, & noſtra ipſorum conſcieotia ſubſcribit peccato noſtro. Deinde addendæ ſuut preces, vt Deus velit minuere cupidirates noſtras: id quanto magis fit, tanto cibi redduntur nobis magis ſalutares. Paulus enim ait ad Titum: *Omnia munda mundis: contaminatis autem & infidelibus nihil eſt mundum. Immunda enim eſt illorum mens, & conſcientia.* Quales enim nos ſumus ipſi, tales etiam ſunt res noſtræ. Homini ſano & rectè valenti, omnes cibi vertuntur in bonũ ſuccum: at in ægroto augent vitioſos humores, & inflammãt corpus, & morbos ptocreant. Hactenos Vermilius. Qui, vt viderur, ioimici rugiẽtes inſidias ignorauit, & ſanctæ matri Eccleſiæ ſceleratiſſimorum Manichæorum inſanos errores impingere nefariè ſtuduit. At maledicũ veteratorem meminiſſe oportebat, ſæuum illũ hoſtem, non tantùm carnem piiſſimi ac fideliſſimi Iob vlcere infeſtaſſe, ſed in omnes etiã facultates inuaſiſſe. An verò dubitat ab eodem ſæpenumerò procellas & tempeſtates terra marique concitari? Quid memorem ſortiariorum fraudes? Quid maleficia magorum? Quid pręſtigias incantatorum, & ſexcenta ſcelerum monſtra, qoæ ope dæmonis valeṛudinem, reſque noſtras expugnant? Non itaque res à Deo creatas, ſi per ſe ſpectentur, vlla labe pollutas arbitramur: ſed cùm doceat Apoſtolus, non vtique cum carne & ſanguine nobis depognandum eſſe, quæ procul dubio natura ſoa bona ſunt: ſed cum ſpiritualibus nequitiis, quæ tenebrarum harum principes babeotut, & ad decipiendos atque opprimendos nos perpetuò circumeunt, quis neget vbiqoe cauendos eſſe?

cap. 1.

Reſpondetur Vermilio.

Iam verò benedictio Eccleſiaſtica, quã temerè cum incantatorum carminibus ab eo cõferrur? cùm illis quidem qui huiuſmodi ſtudẽt, dæmones capi opinentur, & ad ea qoæ voluerint, verbis aut charactetibus perficieuda compelli: Eccleſiaſtica verò benedictio, ſupplex atque humilis obſeeratio ſit, qua Deũ rogamus, vt quod ipſe ſua largitate in vſum noſtrũ contulit, pari benignitate à dæmonum fraudibus ſeruare, ſuumq; beneficium tueti velit. Quorſum igitur aqoa luſtrali vtimor, ſi benedictio illa oratione continetur? Eadem prorſus ratione, qua Pauli ſemicinctia & ſudaria ad ægrotos deferebantur. Nam cùm ille adeſſe vbique non poſſet, vt ſiia oratione periclitantibus incolumitatem reſtituetet, nonnulla, quæ ſuo corpori inhætebant, aufetri, ægriſque adhiberi patiebatur; quotum mox contactu, haud ſecus ac ſi coram opem toliſſet, conualeſcebant. Quod ita fieri, opinor, contingebat, nõ quòd veſtes eiuſdem corpori affricatæ, ex eo ſauandi vim ac poteſtatem induerent: ſed quòd vbi illi adhibitæ eſſent, tanqoam eius pignora voluntatis, non aliter quàm præſentis atque orantis ratio haberetut, eiuſque nomine Deus poſtulata concederet. Hoc ſi ita dici poſſe videtur, nec eſt prætérea quicquam, cur non pariter de aqua benedicta philoſophemur, vtique deſioes, Vermili, hanc nobis importare calomniã. Optat enim mater Eccleſia, vt non modò ſoi filij incolumes ſpiritualibus Dei beneficiis potiantur, verùm etiam in reliquis, quæ ad vitam tuendã ſpectãt, totò ac ſecurè verſeotur. Quod cùm à ſolo Deo expectandum didicerit, ſacerdos, qui in ea præſidet, & ad fundendas preces ſacris titibus initiatus eſt, publicã ipſius precẽ ſolennibos verbis cnncipit: & quia ſingulorum domos per ſe adire non poteſt, vt abſentes oratione cõmuniat, aqoam diſtribuit, quæ per ſingula reſpergi poteſt: cuius nos virtuti tantum habemus fidei, quantum Scriptura docet communi fidelium orationi eſſe tribuendom. Reliqua à noſtris mutuatus eſt.

Benedictio quid, & de aqua benedicta.

De benedictione, qua Iudæi vtebantur, cùm ad epulas accederent.

De Hebræotum epulari benedictione multa Fagius in Onkelum Deuteron. cap. 8. verſ. 10. in hæc verba: *Benedicas Domino Deo tuo.* Circa bunc locum, inquir, Hebræi multa tradunt de modo benedicendi cibum, deque titibus & moribus in menſa ſeruandis, quæ partim à patribus ſuis, qui ante Chriſtum natum vixetuot, partim ab his qui poſt Chriſtum fuerunt, accepetunt. Verùm, quia multa hîc habent valdè ſoperſtitioſa, maximè quæ manuum lotiooem attinent, pro-

Fagius.

Peccatum ducunt Hebræi cibum ſumere ſine benedictione.

pter quæ & Chriſtus eos in euangelio redarguit, idcirco ea hîc tecenſete volens omitto. Adducam tamen aliqua, quæ puto aliquid momenti habere. Et primùm quidem, noo vituperandum eſt in illis, quòd peccatũ ducunt, cibum ſumere ſine benedictione, & gratiarum actione. Conſentit enim Apoſtolus, 1. Tim. 4. Vbi ſcribit, cibos omnes in hoc à Deo creatos, vt cum gratiarum actione ſumantur, nihilque reiiciendum, ſi cum gratiarum actiooe ſomatur. *Sanctificatur enim*, inquit, *per ſermonem Dei ac precationem.* Exemplum item Chriſti, quem nunquam legimus cibos ſine benedictione & gratiarum actione ſumpſiſſe. Portò, quia & adhuc hodie Iudæi in ſolennioribus conuiuiis obſeruant quædam, quibus & Chriſtus ſeruatot noſter vſos eſt in ſacroſancta cœna ſua, ideo placet ea quoque hîc indicare: puto enim quod hinc aliquid lucis accedat ſcriptis Euangeliſtarum, maximè his quæ S. Lucas de cœna ſcribit; qui bis poculi mentionem facit.

Benedictiones opulares Hebræorum.

Primùm omnium Iudæus paterfamilias, cũ menſæ accumbit cum conuiuis ſuis, poculum vino refertum dextera manu apprehendit, atque mox ita orare incipit. *Benedictus ſis tu Domine Deus noſter, rex mundi, qui creas fructũ vitis.* Hoc dicto primus omnium vinum deguſtat, quod idem mox omnibus menſæ accumbentibus deguſtandum porrigit. Et hanc orationem Hebraicè קידוש *Kidduſc*, id eſt ſanctificationem vocant; quanimitum & Chriſtus cœnam ſuam exorſus eſt, vt Locas ſcribit: & accepto poculo gratias egit, ac dixit: *Accipite vos, & diuidite inter vos. Dico enim vobis, quòd non bibam de fructu vitis, donec regnum Dei veniat*, &c. Poſt calicis benedictionem, ſtatim panem, quem integram maſſam eſſe oportet, accipit, eumque vtraque manu tenendo, his verbis conſecrat. *Benedictus ſis Domine Deus noſter, qui educis panem de terra.* Hoc dicto, paterfamilias paululũ de pane edit, ſimulatque ſingulis menſæ accumbẽtibus, buccellam de eo diſtribuit: quo facto, tum demum reliquis epolis manus iniiciunt. Hunc ritum benedicendi calicem & panem, in feſtiuis tantùm diebus obſeruant, aliàs enim panem tantũ, & non poculum conſecrant.

Habent præterea Iudæi plures beoedictiones, quibus vtuntur in feſtiuis conuiuiis, cùm inter edendũ laurum aliquid apponitur. Cùm enim melius vinom affertur, dicunt: *Benedictus ſis Domine Deus noſter, qui bonus es, & benefacis omnibus.* Item, cùm aromata inferuntur, vel fructus arborum, cùm opſonia, cùm ſuaue aliqood odotamentum, ſpeciales concipiont benedictiones, quas ibidem Fagius Hebraicè & Latinè retulit, nos compendij gratia relinquimus, ſatis hæc eſſe arbitrari, vt quæ eſſet illa benedictio, ex parte coniiceremus. Cæterùm ad ea, quæ de benedicentis habitu ſeu geſto Fagius retulit, addendum videtut qood Lucas Dominum feciſſe notauit, cùm diſcipolis ſuis benediceret Euangelij ſui cap. 24. *Et eleuatis*, inquit, *manibus benedixit eis.* Hoc quippe ſignum, vt

Cæſar Baronius.

arguit Cæſar Barooius Tom. 1. ad Annum Domini 34. numero 215. vt eleuatis manibus benedictio traderetur, apud Hebtæos in vſu fuiſſe

A apparet: nam & de Aaron legitur Leuit. 9. Quòd *extendens manum ad populum, benedixit.* Diuini numinis imprecatiooem eo actu ſignificari ſolere, ſatis expreſſum habemus in Exodo, cap. 8. dum extenſiooe manus ſigna & portenta à Moyſe & Aaron facta memorantur. Vſu receptum eſt, haud alionde qoàm ex traditione Apoſtolorum, apud Chriſtianos, vt benedicendo etiam manum extendant, ac inſuper crucis ſignum eadem manu deducant.

Diſcrimen obſeruandum in benedictionibus.

B Cæterum noo abs re fuerit, poſtqoam ſatis multa de benedictione retulimus, admonere lectorem, duplex geous benedictionis poſſe conſtitui. Neque enim eadem eſt benedictio, qua profanus cibus cooſecratur ad vſum alendi corporis, & qua, dioina quadam metamorphoſi, triticeus panis Chriſti corpus efficitor: quæ tamen à pleriſque retento nomine *benedictio* appellator. Sic enim eam vocat Marcus εὐλογίαν, id eſt, *benedictionem*: quemadmodum Paolus, & reliqui Euangeliſtæ εὐχαριστίαν, id eſt, *gratiarum actionem* nuncuparunt. Quos S. Irenæus, & Iuſtinus Martyr, Tertullianus item contra Marcionem imitati ſunt. S. verò Cyprianus epiſtola 63. ad Cæcilium, & S. Gregorius Nyſſenus Oratione Catechetica de diuinis Sacramentis, *ſanctificationem* dicere maloerunt. S. aotem Baſilius, & alicubi S. Theodoretus ἐπίκλησιν, id eſt *innocationem*. At B. Ambroſius lib. 4. de Sacramentis, & B. Auguſtinus Epiſtola 59. vti nos hodie, *conſecrationem* dixeruot: in qua ſigni crucis vſum vetuſtum eſſe, in primis probat ſanctificationis nomen apud Apoſtolum 1. ad Timoth. cap. 4. cùm dicit: *Sanctificatur enim per verbum & orationem.* Hanc quã S. Chryſoſtomos cum cæteris Græcis, in comment. & D. Aoguſt. lib. 2. de Peccatorũ meritis & temiſſione cap. 26. per ſignom Crucis fieri palàm aſtruunt. Deinde (vt omittamus canooẽ miſſæ) ſicut in cæteris, ſic & in boe Sacramẽto ſignum crucis adhiberi, teſtãtur diſertis verbis S. Chryſoſtomus homilia 55. io Matthæum, & D homilia, Quòd Chriſtus ſit Deus, & D. Auguſtinus ſerm. 181. imò iſte tractatu 118. in Ioann. Niſi, inquit, ſignum hoc crucis adhibeatut ſiue frontibus credentium, ſiue ipſi aquæ qua regenerantur, ſioe oleo quo chriſmate vnguntur, ſiue ſacrificio quo aluntur, nihil eorũ rite perficitur. Aonotauit Iacob. Pamelius in epiſt. 63. S. Cypriani ad Cæcilium numero 39. De gratiarum actione, quæ ciborum benedictionem abſoluto conuiuio ſequi debet, & hymno poſt cœnam dicto, multa loco citato Fagios cõmemorat, quæ ſe ab Hebræis profitetur accepiſſe: ſed cùm in explicando ritu benedictionis ſatis iam diu commorati ſimus, opportuniore loco reſeruabimus.

Duplex genus benedictionis.

Benedictioni aderat ſignũ crucis.

S. Auguſt.

Iacobus Pamelius.

Versvs 14.

Et aſcenderunt in ciuitatem. Cumque illi ambularent in medio vrbis, apparuit Samuel egrediens obuiam eis, vt aſcenderet in excelſum.

Admoniti carpunt iter, & cùm properato opus eſſe intelligerent, nihil vltra referunt: ſed properè portas vrbis ſubeunt, *Videntem* ante occupaturi quàm rei ſacræ operam B daret, aut menſis accumberet: quo tempore verebantur ne non pateret aditus. Sic illi apud ſe cogitabant. Diuina verò ſapientia eorũ exemplo nos docere voluit, maturandum eſſe, donec per occaſionem licet; ne alieno tempore fruſtra requiramus, quod temerè ante negleximus. Notum eſt ex Euangelio, quid fatuis virginibos Dominus contigiſſe referat. Illæ ſcilicet dum ſomno indulgent, & in comparando oleo negligentius ſe gerunt, interea ſponſus venit, & quæ paratæ erant intra cæleſtis aulæ ianuam receptæ ſunt, reliquis valere iuſſis: quibus ſobinde vt aperiretur acriter inſtantibus, nequaquam conceſſum eſt, ſed ſpes omnis potiundæ felicitatis æternùm ablata. Ne cui ve- C rò ea conditio dura ac difficilis videretur, vt quæ non mediocri labore ac patiẽtia indigeret, ſi quidem ille diutius foret inueſtigandus ab iis, qui ſtatim & ſine mora ad eum properarent, feſtinantibus illico Samuel occurrit: quemadmodum Deus ipſe ſolet eos præuertere, qui verè & ex animo eum requirunt. Quinimò cùm primùm iter inire decreuimus, ille nos in ipſo tanquam profectionis articulo præuenit, atqoe anticipat. Quocirca neminem pigeat maturè viá ſalutis ingredi, oeqoe diuturnioris ſuſpicione moleſtiæ lentius incedat: nam Chriſtus in ipſo ſtatim itineris ingreſſu obuium ſe offeret, quo nos ad excelſa perducat. Et alioquin in ipſa mora & cunctatione periculum ineſt maximum, cùm neglecta quandoque gratia facilè denuò recoperari non poſſit.

Excelſum quid. Scindlerus in Pentaglotto.

D Vt *aſcenderet in excelſum.*] הַבָּמָה *habamahh.* Paraph. Chald. לְבֵית אֶסְחַרוּתָא *leberh asbharoutha.* Vulgatus Interpres, *ad domum conſeſſus.* Schindlerus, & aræ, & his adionċta ſacella in locis editiotibus, vetita quidem in lege, ſed conceſſa toto iſto tempore, quod inter tabernaculum Siloh deſtructum, & templum Salomonis extructum interceſſit, vt quicunque vellet ædificaret, & ſacrificia pacificorum offerret, atque ex his epulas cum ſuis inſtrueret. Ita legitur Samuel ædificaſſe altare in Ramatha, vbi domicilium habebat. 1. Samuel. 7. verſu vltimo, poſtquam à Philiſtæis capta fuit arca: quæ in Silò 389. & antea in Gilgal 14. annos fuerat in tabernaculo teſtimonij. Poſtquam verò extructũ fuit templum à Salomone, aræ & ſacella iſta fuerunt prohibita, & paulatim à piis regibus euerſa ac ſublata. Hæc Schindlerus. Plures alias huius nominis notationes vide apud euodem, A in Radice במה. Nam præterquam quòd alta qoæque ſignificat, montium culmina, maris vndas, nemorum cacumina, conuexas cæli partes, colla regum: בִּימָה *bimah* βῆμα Syris, Chaldæis, Græcis, Arabibus tribonal iudicis, & ſoggeſtum prophetæ non raròdicitur.

Dominvs revelaverat avricvlam Samvelis.

Versvs 15.

(Dominus autem reuelauerat aurieulam Samuelis ante vnam diem quàm veniret Saul, dicens:

Versvs 16.

B Hac ipſa hora, quæ nunc eſt, cras mittam virum ad te de Terra Benjamin, & vnges eum ducem ſuper populum meum Iſraël: & ſaluabit populum meum de manu Philiſthinorum: quia reſpexi populum meum, venit enim clamor eorum ad me.)

Explicatur phraſis Hebraica.

Dominvs *reuelauerat auriculam Samuelis.*] Aurem reuelare, eſt, indicare aliquid. 1. Samoel. 20. verſu 2. Ionathas Dauidem alloquens, *Abſit*, inqoit, *non morieris: neque enim faciet pater meus quidquam grande aut paruum, niſi priùs indicauerit mihi.* Hebraicè יִגְלֶה אֶת אָזְנִי C *iigleh eth azeni nec reuelabit aurem meam.* Pagninus *& nõ reuelet auri meæ.* Targ. יְחַוֵּי לִי *iehhaui li indicabit mihi.* Et iterum verſ. 12. *Et reuelabo aurem tuam* (nam iiſdem vocibus vtitur) Vulgatus, *& notum tibi fecero.* Targum: *& indicabo tibi.* Hîc verò, nam pluribus non placet Scripturæ teſtimoniis eam phraſim aſſerere: Sic legimus, גָּלָה אֶת אֹזֶן *ghalah eth ozen. reuelauit aurem Samuelis.* Targum exponit, *à Domino dictum eſt Samueli.* Latinis eſt, in aurem dicere. Conſule Schindlerũ in rad. שלח. *Cras mittam virum ad te.*

Omnia noſtra diuinæ prouidentiæ ſeruiunt.

Vermilius: Deus indicat Samueli, ſe poſtridie miſſurum eſſe eum, quem vellet inaugurari regem. *Mittam*, inquit, *ad te.* His verbis ſignificatur omnia obtemperare prouidentiæ Dei. Eios nutu & arbitrio hæc omnia geſta D ſunt. Is enim gubernat, & regit omnes actiones noſtras, etiam cùm peccamus, facitque vt peccata noſtra inſeruiant bonitati ſuæ. Fortaſſe ſeruus iſte Saulis animo non bono autor fuit, vt iretut ad Samuel, quòd eum putaret non alium, quàm alterum Balaamum eſſe, & mercede poſſe expugnari, tamen, quicqoid fuerit, ad Samuelem mittuntur à Deo. Ita Deus minatur ſe miſſurum regem Babylonis, qui Iudæos caſtigaret. At ille non ea cauſa venit, vt inſeruiret conſilio Dei, verùm vt expleret ambitionem & cupiditatem ſuam. Ioſephos quamuis peſſimo animo venditus fuiſſet à fratribus, tamẽ dicitur miſſus fuiſſe in Ægyptũ à Deo. Mittere, eſt leni & ſoaui motu adducere, non inoitum, aot reluctantem impellere: ſed vltrò & ſua ſponte venientem allicere. Non enim impedit humanas actiones miſſio, & voluntas Dei, ſed potius promooet. Et certè ſi pili omnes capitis noſtri numerati ſunt, ſi paſſerculus vnus nõ cadit in terrã

Deum mittere, quid ſit.

ſine voluntate patris noſtri, quanta inſania eſt, putare actiones noſtras nullo diuino cõſilio gubernari? Neque verò prouidentia Dei corrũpit actiones noſtras, ſed potius conſeruat & roborat. Tanto enim minus diſcedũt ab inſtituto & propoſito Dei, quanto magis ſubduntur. Quare concludamus, ſiue quis ad miniſterium, ſiue ad magiſtratum admoueatur, ſiue ad æternam ſalutem adducatur, id omne eſſe à Deo. *Non enim eſt volentis, neque currentis, ſed miſerentis Dei.* Nulla maior poteſt eſſe conſolatio in rebus aduerſis. Nam cũ cogitamus Deum eſſe, qui omnia moderetur, Deum dediſſe, Deum abſtuliſſe, ſtatim omnes dolores cõcidunt. Hæc etiam cogitatio facit, vt in rebus ſecũdis minus efferamur, cùm cogitemus eas non à nobis eſſe, ſed à Deo. Sed dices, Remittetur hoc pacto ſolicitudo benè agendi. Imò cõtrà, cùm incipiemus meminiſſe, nos eſſe miniſtros, & cooperatores Dei, tanto maior in nobis excitabitur contẽtio. Quamuis autẽ ſimus cooperatores & miniſtri Dei, quicquid tamen eſt laudis, vni tranſcribendum eſt Deo. *Plus omnibus laboraui*, inquit Paulus: ſed addit correctionem: *Non autem ego, ſed gratia Dei, quæ eſt in me.* Nec tamen excuſari debẽt peccata noſtra, quòd ea à Deo dirigãtur, ne à Deo puniri poſſint. Dei enim prouidẽtia non efficit, vt nos ſimus extra cauſam. Etſi enim Deus ex peccatis noſtris aliquid boni decreuerit elicere, tamen nos noſtra cupiditate ad peccandum ferimur.

VIRVM *de terra Beniamin.*] Non præſcribit Samuel Deo: ſed expectat potius quid Deus velit. Nec illi commendat vnum magis quã alterum, quem velit renũtiari: ſed ſe committit eius voluntati. Hîc videmus eſſe gradus diuinæ reuelationis: non enim Deus omnia ſimul patefacit. Primùm prædicit, fore vnum aliquem, quẽ velit eſſe regem: deinde, illum ipſum dicit fore è tribu Beniamin. Tertiò, hic, inquit, ille eſt. Samuel tamen antequam eum vidiſſet, iuſſit adornari conuiuium: quod argumẽtum erat magnæ fidei. Quid enim ſi ille hoſtis futurus eſſet, aut inimicus? Quicquid futurũ eſſet, decreuit apud ſe, velle probare, quem Deus probaſſet.]

Lactantius. *Inſigne regiæ poteſtatis aſſumpta.*

ET *vnges eum ducem.*] Lactantius l.4.c.7. Erat, inquit, Iudęis antè præceptum, vt ſacrum conficerent vnguentum, quo perungi poſſent ij, qui vocabantur ad ſacerdotium, vel ad regnum. Et ſicut nunc Romanis indumentum purpuræ inſigne eſt regiæ dignitatis adſumptæ: ſic illis vnctio ſacri vnguẽti nomen ac poteſtatem regiam conferebat. Ob eam cauſam nos eum Chriſtum appellamus, id eſt, vnctum, qui Hebraicè Meſſias dicitur. Hactenus Lactantius. Olim tamen Ioſue, ſola impoſitione manuum à Moyſe in principem conſecratus eſt.

Rex non ſibi creatur, ſed populo.

ET *ſaluabit populũ meum.*] Vermilius: In hunc finem creantur reges, vt populus conſeruetur. Ea enim cauſa homines primũ conuenerant in ciuitates, ne ferarum ritu degerent in ſyluis: & ſibi reges & magiſtratus impoſuerũt, ne ſe mutuò lacerarent. Itaque regum eſt ſeruare populum, vt & victus ſuppetat, & hoſtes reprimãtur, & animi virtutibus & pietate excolantur. Hæc Vermil. Princeps tutor eſt populi, dux, paſtor, pater etiam patriæ ſæpius appellatur: quoniam

I.

A quemadmodũ tutor pupillum ſuum ab iniuria defendit, paſtor oues à lupis tuetur, & pater familiam curat, rebuſq; neceſſariis inſtruit: ita & princeps crediti ſibi populi curã gerere debet, & in eius defenſionem ſedulò incumbere. Non enim ſibi creatus eſt, ſed toti populo, vt eius cõmodis inſeruiat. Imperare, vt docet S. Auguſt. l.19. de ciuit. Dei c.15. eſt aliorum vtilitati conſulere. Non enim regnũ eſt propter regem, ſed rex propter regnum; vt nimirũ ij, qui ſub ipſius ſunt imperio, ſint quã beatiſſimi, atque ita debitor ſit ſui muneris omnibus ſuis ſubditis. Quapropter Deus apud Ezechielẽ c.34. eos principes, qui ſibi tantùm ſtudent, populi ſalutem negligunt, ſeuerè obiurgat, ſeq; de eorum improbitate atque negligẽtia pœnas ſumpturum minatur. *Væ*, inquit, *paſtoribus Iſrael, qui paſcebant ſemetipſos: nonne greges à paſtoribus paſcuntur? Lac comedebatis, & lanis operiebamini: & quod craſſũ erat occidebatis: gregem autem meum non paſcebatis*, &c. *Ecce ego, dicit Dominus ſuper paſtores, requirã gregem meum de manu eorum, & ceſſare faciam, vt vltra nõ paſcant gregem meum*, &c. At cõtrà de bono principe Chriſtus Dominus Ioan.c.10. *Bonus*, inquit, *paſtor animã ſuam dat pro ouibus ſuis.* Iacob autem quanta pro ſuo grege pertulerit, recenſet Gen. c.31. cuius item rei exemplum ſanè luculentum præbuit Moſes Exod.c.32. cùm Dei irã placare ſtudens, & ſceleris populi magnitudine deterritus, negaret populo ſe velle eſſe ſuperſtitẽ: *Aut enim*, inquit, *dimitte eis hanc noxam, aut ſi non facis, dele me de libro tuo quem ſcripſiſti.* Cuius deinceps veſtigiis Samſon inſiſtens, Iudic.c.15. ſalutis publicę cauſa hoſtibus ſe dedi paſſus eſt, ſicque demum ſuæ gentis vltor occubuit. Salomon pro ſubditis orat 3. Reg. cap.8. Dauid pro populo 1. Paral. c.30. & c.29. in Pſalmis verò ſæpiſſimè. Samuel itẽ, Moſes, Ioſue, Ezechias, & alij plures hoc idem ſedulò præſtiterũt. Sed nullibi expreſſius principis officium deſcribitur, quàm c.27. Num. vbi hæc à Moſe morituro ad Deum relata didicimus. *Prouideat Dominus Deus ſpirituũ omnis carnis, hominem qui ſit ſuper multitudinẽ hanc: & poſſit exire, & intrare ante eos, & educere eos vel introducere, ne ſit populus Domini ſicut oues abſque paſtore.* Hęc eſt poſtulatio principis à Deo. Reſpõdet Dominus: *Tolle Ioſue filium Nun, virum in quo eſt ſpiritus Dei, & pone manum tuam ſuper eum. Qui ſtabit coram Eleazaro ſacerdote, & omni multitudine, & dabis ei præcepta cunctis videntibus, & partẽ gloriæ tuæ, vt audiat eum omnis Synagoga filiorũ Iſraël. Pro hoc ſi quid agendum erit, Eleazar ſacerdos cõſulet Dominum. Ad verbum eius egredietur & ingredietur ipſe, & omnes filij Iſrael cum eo, & cætera multitudo. Fecit Moſes*, &c. Apoſtolus quoque ad Rom.13. docet noſtro bono magiſtratum eſſe conſtitutum. *Dei*, inquit, *miniſter eſt tibi in bonum.* Et 1. ad Timoth.c.2. orandũ monet pro regibus, & quibuſlibet in dignitate conſtitutis; *Vt tranquillã ac quietam vitã degamus cum omni pietate & honeſtate.* Quod ne illi quidem, qui fidei expertes fuerũt, & Deum arbitrum ac iudicem minimè revereri ſunt, penitus ignorarũt. Siquidem Cicero l.5. de Rep. dixit: Moderatori Reipub. beatam vitam ciuium eſſe propoſitã, vt ea ſit firma, copiis locuples, gloria ampla, virtute honeſta. Et in orat.

S. Auguſt. *Quid ſit imperare.*

B

Boni principis officium deſcribitur.

C

D

Tullius.

A de Lege Agraria: Si populo cõſulis, temoue te à ſuſpicione alicuius tui cõmodi: fac fidem, te nihil, niſi populi vtilitatem & fructum quærete.

Ariſtoteles.

Ariſt. verò l. 8. Polit. c. 10. bonum ac legitimum principem ab eo, qui ſua poteſtate perperã abutitur, ſecernere volens, Tyrannus, inquit, ſoom ipſius cõmodum ſpectat & quærit, at rex ſubditorum: quorũ ſalutem vitæ ſuæ præfert. Ideoq;

Seneca.

Seneca l. 1. de Clemẽtia, rectè, & ſcitè, Scias, ait, Rempub. oon tuam eſſe, ſed te Reipub. Et ibid. Omnium ſomnos, illius, ait, vigilãtia defendit, & omnium otium illius labot, omnium delitias illius induſtria, omnium vacationẽ illius occupatio. Eſa. certè c. 23. *paxillus* tex dicitur, cui ſubiecti ſua totò ſunt permiſſuri. Deniq; apud Da-

Daniel. 4.

nielem confettur tex cũ arbote frugifera, cuius rami ſiui pulchri, & fructus vbetes, & cui cibus B pro omnibus infuit: ſub qua habitabant beſtiæ agri, & in cuius ramis aues cœli ſedebant.

Vermilius. *Quid ſit* Deum reſpicere.

QVIA *reſpexi populum meum.*] Vermilius: quod ait, ſe reſpexiſſe populum ſuum, non ita intelligendũ eſt, quaſi id nũc primùm faciat, aut quaſi illorum afflictiones antea oon viderit. *Reſpicere* Deus dicitur, cùm incipit inchoare ſalutem, & oſtendere bonitatẽ ſuam: vt contra etiam dicitur *videre & reſpicere*, cũ vult ſupplicium ſumete de peccatoribus, & eos affligete ac perdere. Ita in Gen. ſcribitur, *Vidit Deus, & pœnituit eũ feciſſe hominem.* Et cùm turris ædificaretot, deſcendit oeus vt videret, & eos petdetet. Sed cur clamãt Iſraëlitæ ad Deum? R. Kimhi ait, cùm iam Samuel conſenuiſſet, & populum non poſſet continere in officio, & filij eius ſe turpiter & flagi- C tioſe gererent, omnia iuiſſe, & cœpiſſe vergere ad idololatriam. Itaq; Deus permiſit eos venire in poteſtatem hoſtium. Naas etiam rex Ammonitarum parat in eo expeditionem. Itaq; deſerti

Audit Deus clamantes ad ſe bonos & malos, ſed non pari ratione.

à Deo, & redacti in anguſtias cœperũt clamare ad Deum. Et audiuntur à Deo, non propter eorum iuſtitiam. Clamabãt enim ſine vera fide, & Deum in eius miniſtris contẽpſerant. Ita Iudæi in Ægypto mortuo Pharaone rege, clamauerũt ad Deum, ſed ſine fide. Erant enim, vt Ezechiel teſtatur, idololatræ. Non ergo ſpectabat Deus, quid illi meriti eſſent: ſed quid ipſe Abrahamo, & eius poſteritati olim promiſiſſet. Promiſerat autem ſe poſteris Abrahami daturum terram Chanaan. Non poteſt obliuiſci miſericordię, & promiſſionis ſuæ: non poteſt negare ſeipſum. Ingenium autem Dei eſt, ſuccurrere afflictis ac D perditis. Verùm multum eſt diſcriminis inter clamores piorũ & impiorum. Nam impij tantùm quia vexantur & cruciantur, clamant ſine fide: naturalis enim dolor clamorem extorquet ab inuito. Pij verò cum vera fide confugiunt ad Deum, tanquam ad patrem, & eius promiſſionibus nituntur, nec ſe dubitant eſſe audiendos. Audiuntur ergo impij, nullo ipſorum merito: ſed tantùm quia Deus vult antiquum ſuum tenere. At ſi qui ſunt, quos Deus decreuit, prorſos velle extinguere, illi, quamtumuis clament, non audiuntur. Sed dubium non eſt, multos inter Iudæos hoc tempore fuiſſe viros bonos: iſtos audit, propter fidem: illos verò, vt dixi, propter promiſſionem, quam fecerat Abrahamo.]

VERSVS 17.

Cumque aſpexiſſet Samuel Saülem, Dominus dixit ei: Ecce vir quem dixeram tibi, iſte dominabitur populo meo.

Quomodo ſerui dicantur, qui regibus parent.

QVEMADMODVM ab officio & munere ſuo ſummus populi magiſtratus dicitur dux, anteceſſor populi, paſtor, pater patriæ, rex, auriga, cuſtos, & ſaluator populi, cor, anima, & ſpiritus vitalis imperij, caput item & lucerna Reipub. ita & propter autoritatẽ ac poteſtatem qua imperium adminiſtrat, Dominus; ſubiecti verò illius, ſerui vocantur: non tanquam ſint emptitia quædam mancipia, quibus pro ſua libidine ad priuatum cõmodum abuti poſſit: ſed quòd ex illius præſcripto publicæ vtilitati ſeruire teneãtur. Solet enim populus recepta apud omoes conſuetudine, illicò poſt electionem & inaugurationem principis, fidem, obediẽtiam, & obſequium polliceri, necnõ & reliqua quæ ad regni adminiſtrationem defenſionemq; neceſſaria futura ſont; quantùm ſcilicet diuina lex & regni iura permittent. Ioſue c. 1. *Reſponderunt*, inquit, nimirum Iſraëlitę vniuerſi, *& dixerũt: Omnia quæ præcepiſti nobis faciemus: & quocumque miſeris, ibimus. Sicut obediuimus in cũctis Moyſi, ita obediemus & tibi: tantùm ſit Dominus Deus tuus tecũ, ſicut fuit cum Moyſe. Qui cõtradixerit ori tuo, & non obedierit cunctis ſermonibus quos præceperis ei, moriatur. Tu tantũ confortare & viriliter age.* Item 1. Para. c. 29. *Sedit Salomon ſuper ſoliũ Domini in regem pro Dauid patre ſuo, & cũctis placuit: & paruit illi omnis Iſraël. Sed & vniuerſi principes & potentes, & cuncti filij regis Dauid dederunt manũ, & ſubiecti fuerunt Salomoni regi.* Huiuſmodi ciuilis & digna libero homine ſubiectio fuit, quæ tribus illis, quas ante dixi, conditionibus circunſcribitur, *fide, obedientia, & obſequio. Fides* ſubiectorũ incolumem pręſtat principem, & ab inſidiis tutum ac ſecurum reddit: *obedientia* legibus ac iuſſis vim & autoritatem tribuit, & poſt Deũ in ſummo maieſtatis culmine collocat: *obſequium* (ſuam ea nũc vocis ſignificatio penè apud omnes obtinuit) quicquid ad muneris ſui cõmodiorem functionem, aut familiæ ſplendorem ac dignitatem requiritur, cumulatè ſuppeditat. Hæc ſunt, quę vocantur quãdoque ſeruitus, ſed liberalis & ingenoa, & ab ea longè diuerſa, qua opprimũtur qui bello capti ſunt, aut pretio redempti: qui non vtriq; ſui, ſed alieni iuris eſſe noſcuntur. Quocirca Salomon 3. Reg. c. 9. refertur, quòd ſeruiles operas à filiis Iſraël non exegerit, ſed tãtùm ab illis quos bello ſubegerat. Iudæis ſolis demandabat officia honorifica. Ioannis etiam c. 8. gloriantur Iudæi, quòd nulli vnquã ſeruierint; licet plures olim reges ac duces haboiſſent. Sũt qui Monarchiæ tres ſpecies diſtingoant, *Dominatum, Regnũ & Principatum.* Nam tyrannidem annumerandã non cenſuimus, cùm de legitimis poteſtatibus ſermo ſit. *Dominatus*, vti Buſius definit Reip. l. 2. c. 3. eſt principatus abſolutus, in quo rei ſumma eius populi, qui dominatui paret, ferè à dominantiom arbitrio pendet. Eiuſmodi hoc tẽpore in Europa ſunt principatus Turcarum, & Moſcouitarum: in Aſia Perſarum, Tartarorum, &

Monarchia tres ſpecies. Buſius *Dominatus quid ſit.*

ISTE DOMINABITVR POPVLO MEO

Regũ Hiſpaniæ in Peruanis regionibus,& aliis A nouiorbis prouinciis. Romanos olim in ciuitatem quidem principatum exercuiſſe,in prouincias autem dominatum, idem Buſius autor eſt: quod vt perſuadeat, Iuriſcõſultos,inquit,teſtes appello, quibus cõpertum eſt, Prouinciales ne quidem certum fixumq; rerum ſuarum dominium,ſed solã poſſeſſionem habuiſſe : adeò verò,vt ne quidem poſſeſſio temporis longiſſima rerum prouincialium tribuat vſucapionẽ,Vnde loco eiuſdem recepta earundẽ præſcriptio fuit, quæ quidem exceptionem patiebat ad excludẽdam actionẽ,directam verò actionem non concedebat,ſed vtilem tantũ. *L. vnic. C. de vſucapione transformanda.* Cuiac. ibidem in Pararit. Vnde & agros prouinciales militibus, itemque colonis diſtribuebant:adeoque de iis non minus liberè, B quàm quæ in fiſcum redacta erant , diſpoſuere ſemper, prorſus vt Hiſpaniarũ rex hodie in Peruanis partibus fũdos omnes dominio poſſidet, & ſingulis ſubiectis inſtar bonorũ emphyteuticorum locat. idq; ferè tantùm pro tẽpore vitæ conducentium. Quod certiſſimũ omnium verę dominationis argumentum eſt. Huic tantę ſubiectioni ſeu ſeruituti populũ ſuum addicere,nequaquam Dei mens,aut conſilium fuit,cũ legamus ob ereptam Naboth vineam, quam rex nequis quidem cõditionibus,ac iuſto pretio perſoluto impetrare poterat, eundẽ ſeuerè à Deo increpitũ,ac, licet rei lacrymis,cilicio ac gemitu aliquandiu pœna dilata ſit,tãdem tamen horrendũ in modum punitum atque animaduersũ.

Vatablus.

Sed & verbum ipſum Hebraicum,vt docet Va- C tabl. autoritate docti cuiuſdam,vt ait,inter Hebræos, propriè ſignificat cõtinere in officio,vel etiam coërcere : quod non magis dominus in ſeruos & mancipia,quã pater in liberos,& ludimagiſter in ingenuos vſurpat. Arias apud Pagninum: *Iſte cohibebit in populum meum.* Septuaginta, αὐτὸς κατάρξει ἐπὶ τ λαοῦ μου. Tranſlatio Latina apud Laurentiũ Beyerlinck: *Iſte principabitur in populo.* Targum, *Ille transire faciet dominium à populo meo,* iuxta vulgatam editionem. Schindlerus vertit, *Remouebit dominium à populo meo.* Scilicet aliorum. Verbum עָצַר *ghatſar* cohibere, coërcere, cogare,continere imperio : Chaldæis & Arabibus vinũ quoque & oleum torculari exprimere ſignificat. Quæ omnia regibus tum bonis tum malis non incommodè tribui poſſunt.

Varia tranſlatio.

D

Versvs 18.

Acceſſit autem Saül ad Samuelem in medio portæ,& ait : Indica,oro,mihi,vbi eſt domus Videntis.

De porta.

IN *medio portæ.*] Hebræis quidem פֶּתַח *pethahh* porta eſt,à verbo פָּתַח *pathahh*,id eſt, aperuit, patere fecit,patefecit. Græcis inde quoque fortaſſis πετάω, πετάννυμι, πετάζω,&c. extendo,aperio. Et clauis ab aperiendo dicitur מַפְתֵּחַ *maphteahh.* Verum non hac voce Samuel vſus eſt, ſed alia, quę eſt שַׁעַר *ſchaghar.* Quę dictio cum puncto in dextro cornu שׁ portam ſignificat, cũ ſiniſtro שׂ pilum,comam,cęſariem. Sept. verterunt εἰς μέσον τ A πόλεως *in medium ciuitatis.* Targum, *intra portam.* Sẽſus eſt,opinor,Saülem,mox vt in vrbem pedẽ intuliſſet, in Samuelẽ incidiſſe. שַׁעַר *ſchaghar* porrò per ſynecdochen etiam vrbẽ ſignificat, vt non ſemel interpretati ſunt 70. Interp. & Paraph. Chald. Nam, vt plura exempla non afferã, id quod habemus Gen. 22. *Et hæreditabit ſemen tuũ*, ſiue, vt Vulgatus habet, *poſſidebit portas* (Hebraicè ſingulari numero ſcriptũ eſt שַׁעַר *ſchaghar* portam) *inimicorum tuorum:* Targũ explicat, קִרְוֵי *Khiruei vrbes*, LXX. τὰς πόλεις item *vrbes.* Frequẽter etiam pro loco iudicij vſurpatur. Nam iudicia olim maximè apud Oriẽtales in portis vrbium exercebãtur, quibus etiam vicinus erat locus,in quo ſontes plectebãtur. Eò iudices & ſeniores B conueniebant, ſedebant, & iudicabant Ruth. 4. *Booz aſcendit ad portam.* Dan. 3. *Daniel erat in porta regis.* Eſth. 2. *Mardochæus ſedebat in porta regis.* Et Pſal. 127. Pro iuſto Dauid gloriatur: *Non cõfundetur,cùm loquetur inimicis ſuis in porta.* Et Zach. 8. *Veritatem & iudicium pacis*, ait Dominus, *iudicate in portis veſtris.* Quibus omnibus locis, & aliis, quos volẽs omitto, Chald. Paraph. domum iudicij & ſanhedrin interpretator. An igitur illic citò Saüli Samuel occurrit, quòd ibidẽ ſolitus eſſet cõmorari ? Sed veniſſe tamen in vrbem eo die puellę reſponderunt ſacrificij gratia. Hieroſolymis, cũ in toto muri ambitu portæ nouem apertæ eſſẽt, quinta *iudicij* dicta eſt: quòd proxima eſſet Caluariæ, in quem locum vltimo ſupplicio afficiendi producebantur. Nã & Chriſtus C Dominus extra hanc paſſus eſt. Ea vergebat in Occidentem, ad Tyrum & Sidonem. Ea etiam שַׁעַר יְשָׁנָה *ſchaghar iaſchanah* Porta vetus appellata eſt, quòd prius etiam Iebuſæorum tẽpore ſtetit, nec poſtea, vt cæterę, ab Aſſyriis diruta ſit.

Reliquarum etiam nomina , ne quis ea fortè allegoriarum, aut ſenſus tropologici ſtudioſus, deſideret, paucis adiiciam. 1. dicta eſt שַׁעַר הַצֹּאן *ſchaghar hatſon* Porta ouiũ ſeu προβατικὴ pecuaria. Inde dicta, quòd per eam immolandæ victimæ introducerentur. Erat illa piſcinæ proxima, in qua primũ hoſtiæ mergerentur ac lauarẽtur, cæteris omnibus tẽplo propinquior, media inter Ortũ & Meridiem. 2. *Porta vallis* ſcilicet Ioſaphat: poſtea, *Aurea.* 3. *Fontis*, id eſt Siloë. Tres iſtæ portæ patebant ad plagam Auſtralem. 4. ab arce Sion nomẽ inuenit, &, dicta eſt *Porta Dauid.* Item *Porta negotiatorum*, quòd ex Occidẽte merces in eam inferrentur: & *piſcium*, ob ſimilem rationẽ. 5. *Porta iudicij*, de qua iam diximus. Ambę iſtæ ad Occaſum ſolis reſpiciebãt. 6. ad Aquilonem ſpectabat, dicta *Porta Ephraim*, quòd eſſet è regione Samariæ: & *Porta equorum*: inde enim in ſtadiũ regis equi decurrebãt. Nunc *Porta Stephani* ob ſuppliciũ Martyris. 7. *Porta Beniamin.* Per hãc ex ſyluis Beniamin in vrbem ligna pinea inferebantur. Eadẽ eſt *Porta anguli.* 8. *Porta aquæ.* 9. *Porta ſterquilinij*, in ipſo flexu muri ab Ortu in Meridiem. Per hanc in vallem Hinnon, & torrentem Cedron, fimus, ſordes, & rudera egerebantur. Eadem eſt *Porta teſtæ*, ob eandẽ cauſam. Hæ duæ poſtremæ ad Ortum emittebant. Penè in ipſo portæ limine, cùm Saül ad Deum adire vellet, obuium prophetam offendit.

Porta Ieruſalem.

ACCESSIT AVTEM SAVL, &c.

VBI EST DOMVS VIDENTIS Vermilius.

Vbi *eſt domus Videntis?*] Vermilius: Ita rudis eſt Saül in Republica, & alienus ab omni luce ciuili, vt ne Samuelem quidem agnoſcat, quamuis ille fuerit & Iudex populi, & magiſtratus, & propheta, & imperator militaris. Nihil offenditur iſto errote Samuel: ſed eum comiter inuitat ad coouiuium. Iubet ne ſit ſolicitus de aſinis, illas iam inuentas eſſe. Multi cũ audiunt, ſibi dari ſocceſſorem, ita ardẽt inuidia, vt eum ferre oon poſſint, aut rectis oculis intueri.] Teſtis Ioab, qui geminom ſidus Reipub. Iſraeliticę, hoc eſt, duos belli duces pręſtãtiſſimos, Abner & Amaſam, & hunc quidem conſanguineum ſuum, appetitos inſidüs nefariè extinxit. Teſtis idem ipſe Saül, qui vbi cõperit Dauidem ſibi dari ſucceſſorem, nullum non lapidem mouit, quo eum perdetet. At Samuel longè alio animo, B ſucceſſorem ſuum benigniſſimè excipit, & omni humanitate proſequitur.

VERSVS 19.

Et reſpondit Samuel Saüli, dicẽs: Ego ſum Videns, aſcende ante me in excelſum, vt comedatis mecũ hodie, & dimittam te manè: & omnia quæ ſunt in corde tuo, indicabo tibi.

Samuel prophetam ſe prædicat, Ioannes negat.

Ego *ſum Videns.*] Paulò aliter reſpõdit Amos ad Amaſiam, vti legimus eiuſdẽ prophetiæ c. 7. *Non ſum propheta, & non ſum filius prophetæ: ſed armentarius ego ſum vellicans ſycomeros.* C Ioannes item, cùm à legaris ſacerdotum Phariſæorũque rogaretur, *Propheta es tu? Reſpondit, Non.* Qoid ergo ſibi vult Samuel tam liberè reſpondens, *Ego ſum Videns?* Non eſt hoc arrogãtiæ, aut vanitati hominis tribuendũ: erat enim pari cum cætetis humilitate prædirus: ſed cùm ea potiſſimũ qualitas ad pręſentis temporis neceſſitatem quæreretur, ſeipſum vltro indicat & aperit: quod eſt perfectæ cuiuſdam charitatis argumentũ certiſſimum: & alioqui gratias graris datas (ſic enim Theologi vocãt ea dona, quæ nobis ad aliotum vtilitatem conferuntur) fas eſt ſine ſuperbię ſuſpicione agnoſcere: doctrinam ſcilicet, eloquẽtiam, linguarum notitiam, prophetiam, ſtupendam miraculotũ potentiam: quæ virtutum potius inſtrumenta habenda ſunt, quàm vittutes, D aut merita laude atque prędicatione digna. Diſſimulata tamen, ac publicæ vtilitati deoegata, non amplius proſunt, quàm defoſſum humi talentum, aut theſaurus abſcõditus: ſed eum, qui accepit, malè geſtæ rei teum conſtituunt, negligentiæ ac vecordiæ ſuæ pœnas Deo iudice atq; exactore luiturum. Cur igitur S. Amos, & item ille alter prophetarum coryphæus Ioannes, ſeipſos prophetas negauerunt? Negat Amos eum ſe eſſe prophetã, qui pro ſua voluntate valear in quoſlibet inuehi: ſed, cùm ſequeretut gregem, repentè ah armentis auulſum, miſſum ſe eſſe legatum, qui de indignatione diuina, & futura ſua calamitate populũ extra ordinem admoneret. Ioannes autem, cùm ſe prophetã eſſe negat, eo ſenſu intelligendus eſt, quo illi quęrebãt: qui ſit tamen, confeſtim edocet, ſuæque legationis ac officij ſummam veteris prophetæ verbis, quæ

A ignorare non poterant, ſatis ſuperque explicat.

ASCENDE ANTE ME IN EXCELSVM. Samuel Saülem præire iubet.

Ascende *ante me in excelſũ.*] An primas partes regi futuro concedit, iubetque præeat, eundem ponè ſequuturus? An certè ſimplicius ita poterit exponi, vt Saülẽ docere videatur, qua parte eũdum ſit in excelſum, quò ipſe pergebat; licet eundẽ ducturus eſſet, & præceſſurus? An potius autoritatẽ oratio redolet? & diuino potens imperio propheta, deſignato regi imperat; vt intelligat in Dei ſemper ſe poteſtate futurum? Nã & hoc ſæpius in Scripturis לִפְנֵי *lephanim* ſignificat. An idcirco eum vult *ad facies ſuas*, vt Arias apud Pagninum, ſiue coram ſe excelſa petere, vt regios conatus ac ſtudia ex præſcripto legis diuinæ regeret, & regalibus diſciplinis imbueret? Nam cũ ſit ars regia planè diuina, non aliis quã propheticis præceptionibus perfici potuit. An denique propterea Saülem pręire iubet, cũ non eſſet ipſe tã maturè venturus; vt expectando patiẽtiã diſceret, & proprio exẽplo erudiretur, ne, cũ imperiũ ſuſcepiſſet, oppreſſorũ vota diutius protrahẽdo, lõga expectatione cruciaret? Nam לִפְנֵי *lephanim* quoq; temporis nota eſt, ſicut & *antè* Latinorũ. Targum nonnunquam vertit מִלְּקַדְמִין *millechadmim* priùs, antè. LXX. *ἐν πρώτοις*.

Athenæus. Homerus.

Vt *comedatis mecũ hodie.*] Athen. Deipnoſoph. l. 5. notat, olim prius hoſpites cibo refici ſolitos, quã, qui eſſent, interrogarentur. Apud Homer. Menelaus hoſpitibus ſuis: Cibis manus, inquit, iniicite, lętiq; eſtote, deinde cœna paſti, qui ſitis loquemini. Et initio eiuſdẽ l. 5. etiam vino pota- C tos docet. Videtur enim, inquit, vinum ad cõciliandam alliciendamq; amicitiam vim quãdam habere, vt quod animũ diffundat, & calefaciat. Quãobrem non antea qui eſſent, rogabant, quã bibiſſent: ſed guſtato iam vino, hoſpitij ios & fidem honorãtes potius, quàm priuatim hoſpitũ ſingulos. Cæterũ viros Eccleſiaſticos præcipuè decet hoſpitalitas, atq; eos qui reliquis eminẽt, aut gregi præſunt. Sunt qui hinc Parochũ dictũ velint, quẽ nos Paſtorẽ, aut Curatum dicimus: mutuato ab antiquis nomine, qui, vt Acron inquit, eos Parochos vocabant, qui peregrinis ſalem & ligna pręhebant. Porphyrio Copiarios à Latinis vocatos eſſe ait, qui ſalẽ & ligna iis præſtabant, qui Reip. cauſa peregrè ibant. Sub nomine autem harum ſpecierũ cuncta hoſpitibus neceſſaria intelligimus; vt idem Acron alibi ſentire videtur, l. 2. Sermonum Horatij: quo loco D Horatius Parochum pro coouiuatore poſuit:

Hoſpitalitas viros Eccleſiaſticos maxime decet. Acron. Parochus & paracia vnde. Horatius.

-----vertere pallor
Tum Parochi faciem, nil ſic metuentis, vt acres Potores.

Cicero.

Cicero ad Atticum l. 13. Ariobarzanis, inquit, filius Romam venit: vult opinor regnũ aliquod à Cæſare emere: omnino eum Seſtius noſter Parochis publicis occupauit, quod quidem facilè patior, verumtamen inuito eum per literas, vt apud me diuerſetur. Sunt igitur qui Parochias inde appellatas cenſeant, quibus ſingulis ſacerdotes ſui deſtinati ſunt: ab exhibitione nõ modò ſanctifici cruſtuli, id eſt ſacroſancti panificij (his enim præclaris nominibus, vt ſibi quidẽ viſus eſt, Sacramentũ Dominici corporis mirificè deſcribit Bud. in Pand.) verùm etiam hoſpitij, aliarumq; rerum hoſpitibus neceſſariarum. Sẽper enim hoſpitalitatẽ Eccleſia religiosè coluit.

Budæus.

Digitized by Google

Quanquam Budæus ipſe diſſentit, nec parochias ab initio, ſed parœcias dictas eſſe vult. Parœciam autem exponit accolatum conuentum, ſiue accolatum ſacrámque viciniam. *πάροικοι* autem ſunt illi accolæ, qui fanum aliquod accolunt, ſiue eiuſdem ſunt fani conſortes. Nam hac etiam ſorde dictionis, cum pleriſque aliis, Dei Eccleſiam, vt inquit Paulus, conſputare auſus eſt. Locus Apoſtoli, quem citat ex Epiſtol. ad Hebræos cap. 11. vtrique ſignificationi fauere videtur. Sic enim habet, *πίστει παρῴκησεν εἰς γῆν τῆς ἐπαγγελίας ὡς ἀλλοτρίαν*: quem ſic verti poſſe ad verbum docet: *fide incola aduenit in terram pollicitationis vt alienam.* At noſter interpres *demoratum* eſſe interpretatur, quod magis ad accolatum pertinet: illud potius refertur ad hoſpitij rationem. B Verùm cum Budæo linguæ Græcæ peritiſſimo, de Græcæ vocis ſignificatione quis iure contendat?

ET *dimittam te manè.*] Nimirum, cùm eum in regem vncturus eſſet, ab ortu incipiendum fuit; vt cum noui magiſtratus exordio, lucis quoque nouus ſplendor oriretur.

S. Hieronymus.

ET *omnia quæ ſunt in corde tuo.*] S. Hieronymus ex Traditione Hebræorum. [Erat in corde Saul, ſicut Hebræi tradunt, quod rex futurus eſſet; quia viderat per viſum ſe in vertice arboris palmæ collocari. quæ viſio ſignum regale fuit.] Porrò ea quæ in corde ſunt, ſolus Deus nouit: quanquam ex iis, quæ in præcordiis circumpicta vider, ac potiſſimùm in phantaſia & imaginatione, dæmon ea, quæ in intimis animæ receſſibus deliteſcunt, tentet explorare. C Inde fit, vt pleraque, quæ aciem eius ingenij fugiunt, ſapienter coniiciat. Certum eſt tamen penitiſſimos animæ ſenſus penetrare non poſſe. Quapropter quod nonnulli è numero Sanctorum quibuſdam nonnunquam ſecretiſſimas ſuas cogitationes exprobrarunt: vti non ſemel B. Pater noſter Franciſcus de Paula feciſſe viſus eſt: diuinæ reuelationi tribuendum eſt. Illa namque dæmonis opera atque ſolertia inueſtigari minimè potuiſſent. Hoc igitur argumento ſe verum prophetam eſſe Samuel confirmat, & omnem dubitandi anſam Sauli præſcindit.

Dæmon cordis ſecreta non nouit.

VERSVS 20.

Et de aſinis, quas nudiuſtertius perdidiſti, ne ſolicitus ſis, quia inuentæ ſunt. D Et cuius erunt optima quæque Iſrael? nonne tibi, & omni domui patris tui?

ALTERVM argumentum eſt, quo ſe non coniectorem aut ariolum, ſed vatem diuinum oſtendit. Antequam enim quid quæreretur, propoſitum eſſet, ipſe ſe noſſe indicat, ne putetur ab hominibus accepiſſe quod referet, aut humana induſtria comperiſſe. Nam qui humano, ſeu potius diabolico ſtudio, ad res occultas indagandas ſe conferunt, primùm, quid quæratur, declarari poſtulant: non enim Dæmon cordis arcana ſcrutatur: vel etiam ſomnia enarrari iubent, ſi fortè ad aliquam rerum futu-

A rarum præſenſionem ſpectare videantur; vt his ita compertis, liberum ſit, quos ſe vident non poſſe veritatem edocere, verborum ſaltem amphibolia decipere. Vtile fuerit, inquit Artemidorus, & non ſolùm vtile, ſed etiam neceſſarium, tum ei qui vidit ſomnium, tum interpreti, vt ſciat ipſe ſomnij interpres, quis ſit qui ſomnium vidit, & quid rerum agat, & quomodo natus ſit, & quam habeat poſſeſſionem, & quomodo circa corpus habeat, & qua ætate ſit.] Audis, quanta coniector ad ſtruendas fallacias requirat? His deinde, quæ dicebamus antea, mox ſubiungit, opus eſſe vt ſomnium interpreti diligenter explicetur. Sed & ipſum ſomnium exactè expendendum eſt, velut eſt: nam parua additione aut ablatione euentus alteratur, quod ſequenti ſermone oſtendetur. Hæc ille lib. 1. de Somniis cap. 10. quibus addit cap. 13. Ea ſomnia, quorum memoria non ex integro retinetur, iudicari non poſſe putandum eſt, ſiue quis medij ſiue finis ſit oblitus. Ad ſanam namque rationem expendere oportet totum quod euenire videtur, id verò ſolùm apprehendi poteſt, quod integrum nobis memoria ſuggerit. Quemadmodum igitur Sacerdotes victimarij ambigua ſigna non negant eſſe vera, ſed ex victimis ſe deprehendere poſſe negant: ſic ſomniorum interpretem de his quæ exactè deprehendere non poteſt, pronuntiare non oportet, neque ex tempore & inconſideratè reſpondere. Nam & ipſi dedecus, & ei qui ſomnium vidit damnum inde conſequitur. Hactenus Artemidorus: cuius ars, ſi quid poſſet ad euentus futuri inueſtigationem, non vtique ſubſidio ſibi alienæ memoriæ firmitudinem compararet. quamobrem nõ immeritò Nabuchodonoſor apud Danielem, cap. 2. Magorum fidei atque ingenio diffiſus, primùm impetrat, vt quod ſibi videre contigiſſet, enarrent, ac deinde interpretationem ſubiiciant; crediturus alioquin, ſi non poſſent, velle eum compoſitis ad gratiam prædictionibus ludificari. Nam qui fieri poſſit, vt certius aliquid de futuris quàm de præteritis coniiciant? Nam quæ elapſa ſunt, cùm fuerint, vtique memoria reuocari poterunt: at quæ nunquam fuerunt, ſenſu aliquo percipi nequeunt. Ex earum autem rerum, quæ oſtenſæ ſunt, analogia atque ſimilitudine, velle de futuris contingentibus iudicare, niſi quem Deus adiouet, temeritas eſt maxima; cùm multa in rerum natura ſimilitudine aliqua concurrant, quæ cum his valeant comparari. Regis Babylonici hæc verba ſunt: *Si ſomnium non indicaueritis mihi, vna eſt de vobis ſententia, quòd interpretationem quoque fallacem & deceptione plenam compoſueritis, vt loquamini mihi donec tempus pertranſeat. Somnium itaque dicite mihi, vt ſciam quòd interpretationem quoque eius veram loquamini.* Hæc Nabuchodonoſor. At quid Magi reſponderint, operæpretium erit referre. *Sermo, quem tu quæris, rex, grauis eſt: nec reperietur quiſquam, qui indicet illum in conſpectu regis, exceptis diis, quorum non eſt cum hominibus conuerſatio.* Ad hunc modum Magi. quem nos igitur Samuelem eſſe dicemus, qui vtrumque cumulatè præſtitit?

Artemidorus.

Coniectores ſibi primum ſomnia exponi poſtulant: at veri propheta etiam conſulentium ſomnia norunt.

Daniel. 2.

Vermilius.

Et *de aſinis, quas nudiuſtertius perdidiſti.*] Vermilius: Rab. Kimhi putat diem tertium referendum eſſe ad inquiſitionem, non ad amiſſionem aſinarum. Viderit ille quàm verè: nam hiſtoria expreſsè nominat amiſſionem. Noli, inquit, anxius eſſe de aſinis: nam te maiora & ampliora manent.] Etenim dum aſinas quæris, tibi regnum comparatum eſt. Contrario prorſus exitu Adelbertus Marchio, dum in regem Lantbertum pugnat, non rex, ſed penè aſinus euaſit. Sic enim, dum illi victo & capto Lantbertus illuderet, exprobraſſe fertur. Sybillino ſpiritu vxorem tuam Bertham prophetaſſe credimus: quæ te aut ſcientia ſua regem, aut aſinum facturam ſe promiſit. Verùm quia regem noluit: aut (vt magis credendum eſt) non potuit: aſinum ne mentiretur effecit: dum te etiam cum Arcadiæ pecuaribus ad præſepe declinare coegit.] Eò namque Marchio, cùm omnis fugæ poteſtas prærepta eſſet, clanculum ſe abdiderat; vt narrat Luitprandus Ticinenſ. lib. 1. Geſtorum per Europam, cap. 11.

Luitprandus Ticinenſis.

Et *cuius erunt optima quæque Iſrael: nonne tibi?*] Targum, *Et cuius omne deſiderium Iſrael, nonne tuum?* Verti etiam poterat, *pretioſa.* τὰ ἐκλεκτὰ *electa*, vel etiam καλὰ transferunt Septuaginta, *ſpecioſa & pulchra.* Hîc tamen apud eos legimus, τὰ ὡραῖα, quæ *pulchra* vertit Latinus interpres. Optimè vulgatus interpres, *optima*: Nam profectò חמוד *hhamoud* maſculinum, & חמודה hhamoudah fœmin. id omne ſignificat, quod, cùm vtilitate, ſuauitate, aut etiam pulchritudine præſtet, deſiderium ſui excitat & accendit. Quare deſideria, inquit Vermilius, non dubito commodè reddi poſſe res optabiles, & expetibiles. huiuſmodi enim res Scripturæ ſolent appellare deſideria. Alij aliter exponunt: Nonne deſiderium Iſraelitarum eſt erga te? quaſi diceret: Iſraelitæ volunt regem: & tu is es, quem Deus delegit. Verùm hæc expoſitio non placet. illi enim non Saulem expetebant, quem nunquam nouerant, ſed regnum. Sic Scripturæ ſæpe loqui ſolent. Daniel appellatur *vir deſideriorum*, hoc eſt, vir præclarus, non cuiuſuis ordinis aut ordinis. ita Vermilius. Illud etiam notari poterit, idem verbum in hiphil *deſtruere* ſignificare, vt verum ſit, quod plures olim ſapienter dixerunt: eſcam omnium malorum eſſe cupiditatem, & ea ſæpe maiorem nobis perniciem afferre, quæ pertinacius expetiuimus. Cæterùm prior expoſitio magis cum vulgata editione conſentit.

Vermilius.

Quare regis optima quæque futura prædicantur.

Idcirco autem *optima quæque* regis futura propheta vaticinatur, quòd vnuſquiſque ſtudeat eius gratiam beneficio promereri. Deinde etiam, cùm certatim eum electum, atque in publica populi concione regem declaratum, donis ac muneribus veneraturi eſſent, minimè dubium eſt, quin optima quæque eſſet accepturus. 3. cùm nouo rege creato tanta maieſtate dignum patrimonium conſtituendum eſſet, arbitror optima quæque fiſco adſcripta fuiſſe. Poſtremò, cùm reges præ cæteris pecunia abundent, pretioſiſſima quæque ſibi vendicare poſſunt. Sed & nonnullis locis, ſi quid præter conſuetudinem egregium natum fuerit, ad re-

A gem deferri iubetur. nec immeritò: æquum eſt enim, vt qui grauiores curas pro republ. ſuſcipit, eiuſdem præſtantiſſimos fructus percipiat. At verò nos, qui aduerſus homines vel metu eorum potentiæ grati eſſe didicimus, quàm turpe eſt diuerſa prorſus ratione cum Deo agere? Nam qui optima quæque terræ principibus offerimus, iiſdem, ſi quid reprobum aut inutile noſtris rationibus viſum fuerit, faſtidio rei potius quàm religionis ſtudio Deo obtrudimus. Non vides, vt aulis quidem principum ſpecioſiſſimi quique pueri atque induſtrij à parentibus offeruntur, quales olim ſibi Nabuchodonoſor è grege Nobilium aſciuit, Daniel. 1. Monaſteriis autem, quæ ſunt Regis ſummi

Deo, ſi quid vile aut reprobum fuerit, offertur.

B palatia, ſi parentum vota explores, nullos niſi obtuſo ingenio, aut parte aliqua corporis debiles, ne volentes quidem addici ſinent. Verùm hanc iniuriam dudum nobiſcum Deus expoſtulat, neque tamen reſipiſcimus, aut factum emendare curamus; cùm tamen eiuſmodi ſtultitia ſit pœnitentia digniſſima. Verba Domini referam, quibus apud Malachiam conqueritur. *Deſpexiſtis nomen meum, dicit Dominus. Et in quo deſpeximus te? Si offeratis cæcum ad immolandum, nonne malum eſt? ſi claudum & languidum, nonne malum eſt? Offer illud duci tuo, ſi placuerit ei, aut ſi ſuſceperit faciem tuam, dicit Dominus exercituum. Et nunc deprecamini vultum Dei, vt miſereatur*

C *veſtri (de manu enim veſtra factum eſt hoc) ſi quo modo ſuſcipiat facies veſtras, dicit Dominus exercituum.* Malachiæ 1. cap.

Et *omnis domus patris tui.*] In Authent. Nouell. 105. cap. 2. initio: Imperator de vxoribus Conſulum verba faciens, Decet, inquit, eas frui & coniugis claritate. Si verò non copulatus eſt vxori, hic ſatis eſt, niſi mater eius conſtat iam Conſulatu digna, & prius honorata, & velit eam vnà frui ſecum ſchemate. Et hoc in ſola matre præbemus: alia verò non decorabitur mulier penitus præter coniugem & matrem, & iſtæ quidem omnibus modis: quoniam vxores coruſcant radiis maritorum, hoc lege dante: matres verò ſi Conſul hoc voluerit. Nam neque filia, neque ſoror fortè, neque vxor filij: & multò magis ſi nec pertinens ad genos ſit. hoc enim purè illicitum exiſtebat. Hæc Imperat. Conſtat apud omnes maieſtatis

In Authent.

D inſignia cum nullo communicari. Solæ reginæ ex tota familia diademate coronantur: vtpote, quæ non aliæ à viris ſuis habendæ ſint, ob indiuiduam vitæ ſocietatem, & ſacroſanctum connubij nexum, quo ambo in vnam carnem coaleſcunt. Rariſſimè etiam filij ſummæ poteſtatis ſymbola aſſumunt, tum ſcilicet, cùm in conſortium regni aſciſcuntur: alioquin enim eius honoris expertes manent. Auiam tamen, & cum ea ſorores C. Caligula initio principatus ſui immodicis honoribus extulit, inſtar regnantium: verùm is citò refrixit, & tanti honores veloti fumus euanuerunt. Dion Caſſius lib. 59. At commoda, niſi quid obſtet, etiam conſanguinei & affines principis beneficio participant. Rebus enim gerendis præficiuntur, & præfecturas ampliſſimas obtinent, & propter ſanguinis cum principe communio-

Ex familia principis pauci augusti honoribus, plures commodis vtuntur.

Dion Caſſ.

DOMVS PATRIS TVI.

nem officioſè coluntur ab omnibus. Illos populus veneratur & ſuſpicit, tanquam principis ſui membra quouis honore digna, & ob fauorem, quo apud principem valere plurimùm creduntur, vnuſquiſque eos perofficioſè ac diligenter obſeruat. Suſpicioſi tamen principes, & ad metum propenſiores, humano ingenio diffiſi, quod regnandi cupiditate temerè in omne ſcelus ruit, vix eos, quorum ſe perire intereſt, opibus ac potentia augent: ſed alienis potius ad reipub. adminiſtrationem vtuntur: eiſque ſuam poteſtatem permittunt, qui propter generis obſcuritatem imperiom affe-

Xenophō.

ctare poſſe non videntur. Meminit Xenophon in Expedit. Cyri Minoris lib. vicorum ad Chalon amnem, in quibus Cyrus caſtra poſuerat, qui Paryſatidi regis matri in ſumptus eſſent at-

Herodotus.

tributi. Apud Herodotum lib. 2. hæc legi. Anthylla, quæ eſt vrbs inſignis Ægypti, datur peculiaris in calceamenta vxori ſemper eius, qui in Ægypto regnat. Quod factum eſt, ex quo Ægyptus fuit ditionis Perſarum. Machabæor. 2. cap. 4. *Tharſenſes & Mallotæ narrantur ſeditionem moviſſe, eò quòd Antiochidi regis concubinæ dono dati eſſent.*

VERSVS 21.

Reſpondens autem Saul ait: Nunquid non filius Iemini ego ſum de minima tribu Iſrael, & cognatio mea nouiſſima inter omnes familias de tribu Beniamin? Quare ergo loquutus es mihi ſermonem iſtum?

Vermilius. Vnde minima tribus Beniamin.

VERMILIVS: verba Samuelis Sauli fidem nō faciunt de regno. Cogitat rem eſſe parum probabilem, & ſe à Samuele illudi putat. *Tribus mea*, inquit *minima eſt in Iſrael.* Hoc de nobilitate tribus intelligi non poteſt. Beniamin enim fuit ex Rachele vxore, quam Iacob chariſſimè dilexerat, quare referendū eſt ad hiſtoriam illam, quæ contigit ſub iudicibus. Nam cùm Beniamitæ noluiſſent punire ſcelus illud, quod patratum fuerat in vxorem Leuitæ, totus Iſrael indixit illis bellum: & cùm vtrinque multi cecidiſſent, ad extremum relicti ſunt ex illa tribu ſuperſtites vix quingenti viri. Deinde etiam malè audiebant Beniamitæ & propter illud ſcelus, & propter pertinaciam, quod ex Iſraelitis tot millia duobus præliis occidiſſent. Sed quicquid eſt, non ſolùm, inquit, tribus mea eſt minima ex omni Iſrael, ſed etiam familia mea minima eſt in ea tribu. Sic ſecum ratiocinatus eſt Saul: ſic alij ſancti viri in ſacris literis, cùm aliquid longè ſupra ſpem accidiſſet. Dauid, cùm eum ſibi Saul generum delegiſſet, *Quis*, inquit, *ego ſum, aut qua vita eſt mea, vt fiam gener regis?* Sic ſecum Gedeon cogitauit, cùm

Humilitas Sanctorum.

eſſet deſignatus Iudex. Sic nos quoque oportet ſemper in memoriam reuocare ſordes, & indignitatem noſtram, quoties aliquid nobis magni contingit à Deo. Vocati tamen ad aliquod munus non debemus labores detrectare.

A Seruiendum eſt vocationi noſtræ, & ſummiſsè modeſtéque dicendum, quod Beata virgo dixit, *Ecce ancilla Domini:* Samuel iſtas cogitationes Saulis in præſentia non refutat: differt id in tempus opportunius. Interim eum deducit ad conuiuium. Verùm cogitare Saul potuiſſet, initia regnorum ſæpe ab hominibus obſcuris & infimis proficiſci. Romulus & Remus eiecti & perditi, ex infima fortuna, & vita paſtoritia euecti ſunt ad regnum. Cyrus & Darius Hiſtaſpis filius, ex humili conditione facti ſunt magni reges: & alij multi ſæpe ex mutationibus & agaſonibus, & qualibet abiectiſſima ſorte, euaſerunt ad imperium. Ita enim Deus, vt ait Dauid, *pauperes excitat è ſtercore.* Hæc Vermilius. Tametſi verò non ignorem, Saulem,

Regna ſæpenumerò ab infima ſortis hominibus excitata ſunt.

B dum aſinas perſequitur, hiſtoriarum repentè notitiam minimè eſſe conſequutum, & quæ narrantur penè omnia, multis poſt eum ſeculis erupiſſe: nil tamen oberit, nonnulla exempla præcedentibus addidiſſe. Dionyſius, qui Siciliæ annis duodequadraginta imperauit, agaſonis filius fuit. Agathocles, cùm eſſet figuli filius, multos etiam annos Siciliæ præfuit. Hermeas caſtratus & ſeruus cùm eſſet, Aternæ (quæ Thraciæ ciuitas eſt) rex fuit. Porus ille alter Indorum rex, quem bello aggredi alterius Pori victor non auſus eſt, tonſorem patrem nactus eſt. Bradyllis poſtquam carbonariam exercuiſſet, Illyricum duxit exercitum. Orthagoras coquus Sicyoniæ dominatus eſt. Autor Helladius in Chreſtomathia, apud Photium.

Photius in Biblioth.

C Singulare dictum Philippi Valeſij de Francorum regibus, *Lilia*, inquit, *non laborant neque nent:* neque ignobilem, neque fœminini ſexus quanquam admittunt. Cæterùm minimam tribum ſuam à Saule dici arbitror, quod eſſet Beniamin fratrum ſuorum natu minimus: vnde & eius tribus vtique poſtrema poſt alias recenſetur.

Nunc quod ad generis nobilitatem attinet, quam plerique in conferendo principatu virtutibus anteponendam cenſent, ſcitè Menander:

Menander.

Anile videtur genus iactare & muliebre.
Ne dicas ſi amas ime
Mater, ob rem quamlibet genus. Quibus natura
D *Boni nihil adeſt peculiaris*
Eò confugiunt, ad monumenta,
Et genus, numerantque quot auos habeant.

Et idem iterum:

Ne vnum quidem cernere licet aut proferre, cui
Non ſint aui. alioquin quonam pacto nati eſſent?
Quòd ſi proferre nequeant, propter aliquam
Loci mutationem, aut amicorum deſtitutionem,
Quid proferentibus ſunt ignobiliores?

At iſte etiam proferre potuit & antiquiſſimos & nobiliſſimos, quanquam nonnullos ex poſterioribus degeneres ſortitus eſſet, & aliorum comparatione, ipſa ſorte tribus ſuæ, ordine, atque exiſtimatione inferiores.

Quanti porrò æſtimata ſit ſtirpis nobilitas apud Sidonios ad regni ſpem capeſſendam, narrat Curtius lib. 4. Hiſtoriam eius referam, quoniam mihi digna viſa eſt, quæ legeretur. Epheſtioni, inquit, ab Alexandro permiſſum eſt, vt quem eo faſtigio Sidones digniſſimum arbitra-

Negant Sidonij quemquam, qui non ſit re-

NVNQVID NON FILIVS IEMINI EGO SVM?

gia ſtirpe natus, regno præfici poſſe.

Curtias.

tentur, conſtitueret regem. Erant Epheſtioni A hoſpites clari inter ſuos, iuuenes, qui facta ipſis poteſtate regnandi, negauerunt quemquam patrio more in id faſtigium recipi, niſi regia ſtirpe ortum. Admiratus Epheſtion magnitudinem animi, ſpernentis, quod alij per ignes ferrumque peterent: Vos quidem macti virtute, inquit, eſtote, qui primi intellexiſtis, quantò maius eſſet regnum faſtidire, quàm accipere. Cæterùm date aliquem regiæ ſtirpis, qui meminerit, à vobis acceptum habere ſe regnum. At illi cùm multos imminere tantæ ſpei cernerent, ſingulis amicorum Alexandri ob nimiam regni cupiditatem adulantes, ſtatuunt, neminem eſſe potiorem, quàm Abdolominum quendam longa quidem cognatione ſtirpi re- B giæ annexum, ſed ob inopiam ſuburbanum agrum exigua colentem ſtipe. Cauſa ei paupertatis, ſicut pleriſque, probitas erat: intentúſque operi diurno, ſtrepitum armorum, qui totam Aſiam concuſſerat, non exaudiebat. Subitò deinde, de quibus antè dictum eſt, cum regiæ veſtis inſignibus hortum intrant: quem fortè ſteriles herbas eligens Abdolominus repurgabat. Tunc rege eo ſalutato, alter ex his, Habitus, inquit, hic quem cernis in meis manibus, cum iſto ſqualore permutandus tibi eſt: ablue corpus illuuie æterniſque ſordibus ſqualidum: cape regis animum, & in eam fortunam, qua dignus es, iſtam continentiam profer. Et cùm in regali ſolio reſidebis, vitæ neciſque omnium dominus, caue obliuiſcaris huius ſtatus, in quo accipis regnum: imò Hercule, pro- C pter quem. Somnio res ſimilis Abdolomino videbatur. Interdum, ſatiſne ſani eſſent, qui tam proteruè ſibi illuderent, percunctabatur. Sed vt cunctanti ſqualor ablutus eſt, & iniecta veſtis purpura auróque diſtincta, & fides à iurantibus facta ſeriò: iam rex iiſdem comitantibus in regiam peruenit. Fama, vt ſolet, ſtrenuè totas vrbes diſcurrit: aliorum ſtudium, aliorum indignatio eminebat. Ditiſſimus quiſque humilitatem inopiamque eius apud amicos Alexandri criminabatur: admitti eum rex protinus iuſſit, diuque contemplatus, Corporis, inquit, habitus formæ generis non repugnat: ſed libet ſcire, inopiam qua patientia tuleris. Tum ille, Vtinam inquit, eodem animo regnum pati poſſim. Hæ manus ſuffecere deſiderio meo: nihil habenti, nihil defuit. Ma- D gnæ indolis ſpecimen ex hoc ſermone Abdolomini cœpit. Itaque non Stratonis modò regiam ſupellectilem attribui ei iuſſit, ſed pleraque etiam ex Perſica præda: regionem quoque vrbi appoſitam, ditioni eius adiecit. Hactenus Curtius.

Saulis & Dauidis humilitas.

Interrogatus aliquando, quo tandem diſcrimine Saulis ac Dauidis humilitatem diiudicari poſſe crederem; cùm ſimilem iiſdem penè verbis vterque profeſſus, diſſimillimum tamen exitum habuerit, reſpondi: Alteram ex generis ac fortunæ humilitate videri ortam: alteram ex contemplatione veritatis. Itaque illam quidem leui flatu mollioris auræ in altum elatam, breui concidiſſe: hanc verò nulli viciſſitudini fuiſſe obnoxiam. Perſeuerare enim virtutes, A diuino præſidio tutas, ſtabiles ac ſempiternas: humilioris fortunæ memoriam nouæ dignitatis acceſſione citò euaneſcere.

INTRODVXIT EOS IN TRICLINIVM.

VERSVS 22.

Aſſumens itaque Samuel Saulem & puerum eius, introduxit eos in triclinium, & dedit eis locum in capite eorum qui fuerant inuitati. Erant enim quaſi triginta viri.

Triclinij vox examinatur.

INTRODVXIT *eos in triclinium.*] Hebraicè לִשְׁכָּתָה *liſchcathah.* לִשְׁכָּה *liſchcah* autem con- B claue, triclinium, exedram, cœnaculum, gazophylacium ſignificat. Vocabantur etiam eo nomine Sacerdotum æditnorumque habitacula, quæ templo adhærebant: quæ noſter Interpres non rarò gazophylacia, alij nonnunquam cubicula transferunt; vt Ieremiæ cap. 36. verſo 10. *Baruch legit in libro verba Ieremiæ in domo Domini* בְּלִשְׁכַּת *beliſchcath in gazophylacio Gamariæ.* Sanctes & Vatablus *in cubiculo.* Schindlerus *in exedra.* Quare nec huius loci vna tranſlatio eſt. Sanctes & Vatablus ex Hebræo *cœnaculum.* Arias apud Pagnin. *cubiculum.* Targ. לְאִסְחֲרוּתָא *leaſchharoutha.* quod *ad conſeſſum* vertit Vulgatus, *Schindlerus in cœnaculum.* Conſeſſum circularem propriè ſignificat: inde domum accubitus, cœnaculum, triclinium. LXX. *εἰς τὸ κατάλυμα*: Latinus interp. *in diuerſorium.* at illud C quoque cœnaculum, & triclinium eſt. Quod idcirco volui diligentius expendere, ne quis hoc loco triclinium propriè intelligendum crederet, pro loco lectis ſtrato iuxta conſuetudinem recentiorum. Non enim tum in lectis ad menſam accumbebant, ſed, vti nos facimus, in cathedris aſſidebant. Triclinium deſcribit Lipſius 3. Antiq. lectionum, ſimul & veterem Romanorum accumbendi modum. Sed hæc omnia poſteriora ſunt, nec ad Samuelis tempora quicquam attinent. Erat autem locus, vbi circum menſam tres vt plurimùm lecti erant, ex quo triclinij nomen: vel duo etiam, quod Plautus biclinium: Poſterior ætas à Veſpaſianorum imperio Sigma vocare cœpit. Quod cùm eſſet in formam hemicycli aut lunatæ teſtudinis ex- D ſtructum, vocare placuit nomine literæ Græcæ: Quia, vt ex marmoribus liquet, ætas illa Sigma literam vt mediam Lunam ſcribebat C. *κλίνη* diſcubitorius lectus eſt, & *κλίνειν* inclinare vel diſcumbere. Nomenclator Iunij cap. LII. Triclinium, inquit, quod & conclaue Cicero dixit, locus in quo diſcumbebant, tribus diſcubitoriis lectis menſam cingentibus: ita vt ſtratori & à poculis puero quartum menſæ latus eſſet liberum ac reliquum. *τρίκλινον.* Hoc nomen appoſitè quadrat in locum à reficiendo cibis corpore *refectorium* dictum in cœnobiis, vbi fermè tres menſæ ſternuntur, vel ſi plures, tria tantùm domus latera occupant. Hæc Iunius. Non itaque triclinij voce Interpres noſter antiquos lectis vſos aſſerere voluit, ſed eos duntaxat in locum conuiuij adduxiſſe.

Varia tranſlationes.

Lipſius. Triclinium quid.

Iunius.

Et

ET DEDIT EIS LOCVM.

ET *dedit eis locum.*] quibus? Sauli, & puero ſeu ſeruo eius. At contrà Seneca 3 de Beneficiis eleganter *ſeruos ad pedes* vocat, quòd accumbẽtibus dominis ſtantes miniſtrarent. Seruus, inquit, qui cœnanti ad pedes ſteterat, narrat quid inter cœnam ebrius dixiſſet.] Et iterum: Cùm ad cœnandum diſcumbimus, alius ſputa detergit, alius reliquias temulentorum ſubditus colligit.] At quomodo habendi ſint ſerui docet ipſe Epiſtol. 47. Serui ſunt, inquit, imò homines. Serui ſunt? imò contubernales. Serui ſunt? imò humiles amici. Serui ſunt? imò conſerui, ſi cogitaueris tantundem in vtroſque licere fortunæ. Itaque rideo iſtos, qui turpe exiſtimant cum ſeruo ſuo cœnare. Quare? Niſi quia ſuperbiſſima conſuetudo cœnantem dominum ſtantium ſeruorum turba circundedit. At infœlicibus ſeruis mouere labra, ne in hoc quidem, vt loquantur, licet. Virga murmur omne compeſcitur: & ne fortuita quidem verberibus excepta ſunt, tuſſis, ſternutamenta, ſingultus. Vis tu cogitare iſtum, quem ſeruum tuum vocas, ex eiſdem ſeminibus ortum, eodem frui cœlo, æquè ſpirare, æquè viuere, æquè mori? Tu tam illum videre ingenuum potes, quàm ille te ſeruum, &c. Et iterum: Hæc præcepti ſumma eſt. Sic cum inferiore viuas, quemadmodum tecum ſuperiorem velis viuere. Quoties in mentem venerit, quantum tibi in ſeruum liceat, veniat in mentem, tantundem in te domino tuo licere. At inquis, nullum habeo dominum. Bona ætas eſt: Neſcis qua ætate Hecuba ſeruire cœperit, qua Crœſus, qua Darij mater, qua Plato, qua Diogenes? Viue cum ſeruo clementer. &c. Nam ille pluribus eam rem exaggerat: nobis iſta ſufficiant.

Seneca.

Serui comiter & humanè tractandi.

Cæterùm Hebræum fuiſſe puerum, aut certè proſelytum neceſſe eſt, ſiquidem vnà cum domino ſuo arbitramur menſæ fuiſſe adhibitum. Hebræis namque cum Gentibus cibum ſumere religio fuit. Potuit verò eius affinis aut conſanguineus eſſe, cùm pleroſque videamus inopia atque egeſtate coactos, iis, quibuſcum naturæ neceſſitudine coniuncti ſunt, operam ſuam locare, cùm ampliorem mercedem ſpectantes, tum etiam clementiorem apud ſuos ſeruitutem. Ne ſeruum quidem Samuel, cùm eſſet princeps populi, negligendum duxit, ſed menſæ ſuæ iuſſit aſſidere, & quidem iuxta dominum ſuum loco præcipuo. Eam nos quoque benignitatem ac facilitatem æmulari decet, nec minimum quenquam deſpicere; cùm ipſe dominus ſerui quoque formam ob ſalutis noſtræ ſtudium induerit. Sed & plerique Sanctorum, cùm deſpicatiſſimos mendicos neceſſariis ſubſidiis fouiſſent ac recreaſſent, ea mox in Dominum ipſum ſe contuliſſe, eodem renuntiante, compererunt.

Præclarum Samuelis exemplum.

IN *capite eorum qui fuerant inuitati.*] Septuaginta Interpretes, ἐν πρώτοις. Hebraicè בראש *beroſch* eodem ſenſu. Ipſi LXX. Interp. apud Ariſtæam in lib. ſiue hiſtoria LXX. Interpr. regis Ptolemæi iuſſu, ordine, iuxta cuiuſque ætatem, menſis aſſidebant, & Eleazarus eorundem Princeps primo loco diſcubuiſſe fertur. A Spartiatarum lex fuit, vt ſcribit Herodotus l. 6. vt quoties publica viſceratio fieret, primi in cœna reges diſcumberent: & primis duplum omnium quàm cæteris conuiuis apponeretur. Romanorum non eadem prorſus ratio fuit. Nam cùm lectis vterentur, bini nonnunquam, aliquando terni aut etiam quaterni vno lecto diſcumbebant: quorum qui primus habendus eſſet, ex Lipſio audies 3. Antiq. lection. Iam verò modus, inquit, accubitus hic erat. Accumbebant reclinata ſupera parte corporis in cubitum ſiniſtrum, inſera in longum porrecta ac iacente, capite leuiter erecto, dorſo à puluillis modicè ſuffulto. Quod ſi plures vno lecto decumberent, primus decumbebat ad caB put lecti, cuius pedes porrigebantur pone dorſum ſecundi: ſecundus verò occiput obuertebat ad vmbilicum primi, puluillo interiecto pedes iacebant ad tergum tertij, & ſic deinceps tertius, ſic quartus. Iam qui primùs & ad caput lecti decumbebat, Summus dicebatur: qui ad pedes, Imus: qui inter iſtos, Medius. Atque ſi tres in vno lecto conuiuæ, medius digniſſimus: Proximus honore, ſummus, ſi quatuor, medium cenſeri arbitror proximum à ſummo: ſi duo tãtùm digniſſimus ſummus fuit.

Ariſtæas.

Quo loco digniſſimus menſæ aſſideret.

Herodotus.

TE EORVM QVI FVERANT INVITATI.

Lipſius.

Itaque Romanorum mos fuit, præſtantiſſimo cuique medium locum tribuere. Cicero Epiſtolarum lib. 11. epiſt. 26. Accubueram, C inquit, hora nona apud Volumnium Eutrapelum, & quidem ſupra me Atticus, infra Verrius, familiares tui.] Senex ſcilicet & Conſularis principem locum obtinuit. Do Celtis idem tradit Poſidonius Stoicus in hiſtoriis apud Athenæum lib. 4. Deipnoſ. Apud Hebræos verò, ſuperior locus primas tulit: nouiſſimus, poſtremus eſt habitus. Inde Chriſtus Dominus, cùm ſuos diſcipulos ad humilitatem erudiret, admonuit: nouiſſimum locum in conuiuiis occuparent. Itaque duplici honore, inquit Vermilius, afficitur Saul: primùm loci, deinde cibi. Dat illi Samuel primum locum in conuiuio, & cibum de induſtria ſepoſitum.

Cicero.

Athenæus.

Vermilius.

Iam intelligere poteſt Saul Samuelem ſerio agere. imò ea cauſa Samuel voluit illi aliquid iniicere de regno, vt hæc attentius conſideraret. Hæc eſt natura gloriæ, fugienD tem ſequitur, inſequentem fugit. Cùm hæc faciat Samuel, videtur ita Sauli dicere: cùm ego tibi aſinas tuas inuentas eſſe indicauerim, & te in hunc diem venturum præuiderim, & de induſtria hanc partem tibi repoſuerim, dubitare non debes, me etiam de regno vera dicere. Hactenus Vermilius. Potuit etiam Samuelis humilitas Sauli pro teſtimonio eſſe, non aliondè quàm à Dei ſpiritu, vniuerſam hanc vaticinationem eſſe profectam. Nam qui benignè omnes complectitur, & ſummiſſo ſe gerit animo, non immeritò eius diſcipulus videri queat, qui docuit: *Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde.* Quo argumento cùm Anachoreta quidam vir ſanctus & prudens, ab Epiſcopis Britanniæ conſultus, eoſdem vti præcepiſſet, ad periclitandam S. Auguſtini, qui ad eos in antiquam pietatem

Modeſtia & ſummiſſo animi talis ſtu doctrinæ argumentum eſt.

V. Beda lib 2 hiſt gentis Anglor. cap 2.

INVITATI ERANT QVASI TRIGINTA VIRI.

A

reſtituendos aduenerat, teliginnē ac fidem, infelicissimè ceſſit. Etenim cùm iiſdem ad concilium venientibus Aoguſtinus non aſſurrexiſſet, obfirmato animo eiuſdem doctrinam atque autoritatem repudiarunt. Quo facto, vt atbitror, ſatis apertè oſtēderunt, interiorem animi habitum externo coltu ſemper manifeſtè deprehendi non poſſe. Errauerunt enim grauiter modeſtiſſimum virum faſtus ac ſuperbiæ inſimulantes; qui idcirco fortaſſis eum honorem illis habere noluit, qoòd non viderentur eiuſdem ſecum, id eſt Catholicæ communionis participes. De his namqoe ſcriptum eſt: *Nec Aue illis dixeritis. qui enim dicit illis Aue, communicat operibus eorum malignis.* Vbi tamen ſigna ſummiſſionis apparent, ſéque ſuis iodiciis in apertum profert humilitas, niſi qua forte ſimulationis ſubeſt opinio, ptobabiliter credi poreſt, id quod affertur, Deum habere autorem. quemadmodom enim ſuperbia Dæmonum eſt propria, eámque conſectantur in omnibus: ita & Deus homilitate præcipuè delectatur, eámque ſuis ſectatoribus inſinuat.

Ioann. epiſt. 2.

B

Varro. Gellius. *Conuiuarum legitimus numerus.*

INVITATI *erant quaſi triginta viri.*] Varro apud Gellium lib. 13. Noct. Artic. cap. docet, conuiuarum numetum incipere oportere à gratiarum numero, & progredi ad Muſarum: id eſt, proficiſci à tribus, & conſiſtere in nouem: vt quum paucisſimi coouiuæ ſunt, non pauciores ſint quàm tres: quum plurimi, non plores quàm oouem. Nam multos, inquit, eſſe non cōuenit: quòd turba pletunque eſt turbulenta: vt Romæ quidem conſtat, ſed & Athenis. nuſquā autem plures cobabant. Hæc ille, ignarus, vt inquit Athenæus lib. 1. cap. 5 Archeſtratum reprehendens, in conuiuio Platonis fuiſſe octo & viginti. Atqui plures etiam, vt legis, à Samuele vocati ſunt: nec vacat myſterio oumerus. Nouenarium autem Philo vehementet redarguit, denarium potius approbans; cuius, vt ioqoit lib. de congreſſu quærēdæ eruditionis gratia, rationem diligenter exquiſiuerunt moſicotum filij, laudatam non mediocriter etiam à Moſe ſacratiſſimo: qui ad hunc numerum refert res pulcherrimas, vota, primitias, oblationes Sacerdotum perpetuas, obſeruationem Paſchatis, propitiationem, redeuntem quinquageſimo quoque anno remiſſionem & reſtitotionem in integrum, apparatum tabernaculi diſſolobilis, aliáqoe innumera, quę memorare prolixum fuerit, tantùm potiora nō ſilebimus. Ante omnia Noë illum, qui primus in ſacra Scriptura iuſtus pronuntiatus eſt, à protoplaſto inducit decimum, non ad indicādam annotum multitudinem, ſed vt apertè doceat: quòd ſicut deuarius nomerorum, qui deinceps vnitatem ſequuntur, eſt perfectiſſimos: ita iuſtitia in anima reuera finis eſt vitæ actiooom. Nam ternio per ſeipſum multiplicatus vt faciat nouenarium, res bellicoſa habetur in oraculis: ſoperueniens autem vnitas ad explendum denariū, amica exiſtimatur. Id colligitur ex nouem regnis, quādo ciuili bello quatuot affectus contra quinque ſenſus inſurrexetunt, & totam animā quaſi ciuitatem adduxerūt in ruinæ vaſtitatis periculum, quod ſapiens ille Abrahā decimus cum ſuorū manu ſuperueniēs ſuſtulit. hic pto tēpeſtate tranquillitatē, ſanitatem pro morbo, vitam, ſi verum fatendū eſt, pro morte attulit, fauēte Deo victoriā cōſequutus, ob quam gratus obtulit ei decimas. Hæc Philo. Allegoria eſt ſcilicet victoriæ, quam repottauit Abrahā de quatoot illis regibus, qui quinq. reges Pētapoleos deoicerant. Multa præterea alia ex eodē Scripturarū theſauro ad denarij numeri commendationē protulit, quibus eum numetum Deo quidē gratiſſimū, hominibos autē ſalutarem oſtēdit, & illud in primis: quòd cùm de Sodomorum excidio agererur, auſus Abraham Dei miſericordiā pro illis deprecari, à quinquagenario numero exorſus in denario conſtitit, nō vltra progrediendum ratus, cùm ſciret nouenarium non æquè Deo acceptū. Nam cùm totiea tetum penè omnium decimas ſuo oomini cooſecrari præceperit, nuſquā nooenarij meminit. Sacrificiis quoque ſuis decimam partem Ephi ſimilæ adhibuit, nonam nūquam aſſumpſit. Tabernaculum ſuum aulæis decem conſtituit, legem quoque ſuam eo numero ſanxit, & gratiſſimam ſibi hoſtiā, quæ vnigeniti ſui ſtūpēda myſteria teferret, agnum ſcilicet paſchalē, decima die decimi mēſis, vt idem Philo notat, capi paríque voluit. Nec iſtud qoidē mirū, ſi eundē ipſum paulò attentius cōſideremus. quis enim neget eum numerū Deo placere, cùm ſit ipſe decimus? Mūdus enim nouenario quidē numeto cōſtat: at Deus eſt decimus. Si quidem mundus, vt Philo ait, in nouē partes diſtriboitur, quarū octo cælū occupat, orbis ſcilicet ille primus cum reliquis ſeptē erraticorū ſiderū: nonā autē terra cū aqua ſimul & aere. horū enim vna eſt cognatio, varias mutationes recipiētium. Et vulgus qoidē has nouē partes, & cōpactū ex eis mūdū colit: at vir perfectus cōtēplatione raptus ſoper hęc omnia, omniū opificē decimū, oeū ſcilicet, inuenit.

Athenæus.

C

Philo. *De nouenario, denario, & tricenario numero.*

D

Verùm qoorſum hęc tot tantaqoe de denario nomero, cùm nihil ad trigeſimū pertineāt, quo nomero conuiuę noſtri veniſſe feruntur? Dicam paucis. Primùm, quoniā decimos ille, ſiue oeus, tametſi numine ſuo ac natura vnus ſit, in tribus tamē perſoois ſubſiſtit. denarium verò ſi ter oumeres, mox tricenariū nanciſceris. Verùm qoia vnus & idē cultus tribus debetur, triceſimi huius numeri ratio potius à nobis petenda eſt. Illū Philo ad hunc modū inuenit. Decimas omniū, quæ poſſidemus, Deo dicare tenemur. ea verò tria ſunt: ſenſus ſcilicet, ratio, & mens. Sēſibilia ſenſu; verba & orationes ratione; intelligibilia mente percipimus. Ex his tribus Deo decimæ ſunt offerēdę: hoc eſt, opera, verba, & cogitationes: quæ tum decimæ Deo dignę habentur, ſi ex præcepto legis, quæ decē præcepta cōtinet, dirigantur. Hæc igitur cùm tria ſint, & ad denarium numerū exigātur, non dubiū eſt tricenariū conficere: quem qui religioſè ac ſedulò obſeruarit, officiū ſuū numeris omnibus abſolutū præſtabit. Qoapropter etiā Deus arcæ altitudinē, qua genos humanū ſeruaretur, & templi ſui celſitudinē, quo ſanctiſſimè coleretur, eo numero cubitorū fiuri voluit. Vetus itē tabernaculū ſagis triginta texit, Exod. 36. Nouum verò apud Ezechielē c. 40. triginta gazophylaciis inſtruxit. Ipſe deniq. mūdi ſeruator, ad totius mundi ſalutē argēteis triginta emptus eſt. quis igitur nō perfectiſſimū eum numerum arbitretur, quē rebus

Trigeſimi numeri cōmendatio.

Geneſ. 6. Reg. 3. c. 6.

ERANT TRIGINTA VIRI.

ſacratiſſimis Deus ſemper adhibuit? Eſt etiam A ille in hominũ numero numerus acceptiſſimus. *Iair*, quod dicitur *eſt illuminans*: quis verò ſicut Deus, eo numero filios habuiſſe refertur, Iud. 10. Samſon verò cap. 14. totidem ſodales; & Dauid fortes, 2. Reg. 23. Ieremias præterea cùm in lacum coniectus, in vitæ periculum incidiſſet, à triginta viris inde ereptus eſt, cap. 38. Quis igitur Samuelem conuiuas pari numero ad ſacras epulas vocaſſe miretur?

Viros autem eos nominat: nec fœminarum meminit; cùm tamen ſupra cap. 1. Leuitarum vxores, totámque familiam adhiberi ſolitam didicerimus. Ex quo mihi magis etiam perſuadeo non fuiſſe hoc legitimum ſacrificium, ſed ſolenne potius epulum. Niſi quis reſpondeat, B vxore Samuelis dudum vita functâ, domeſticã mulierem nullam habuiſſe, alienas vocare noluiſſe. Oportebat enim ſexum ſimul & numerũ cum virtute conſentire. De antiquorum epulis apud Athenæum hæc legimus, lib. 5. c. 6. Omnis certè ad conuiuium hominum congreſſus apud veteres, honoris Deorum cauſſa fieri exiſtimabatur, quos & propriis coronis, & canticis ſacris, & hymnis venerabantur. In illis nefas erat ſeruum adeſſe, qui miniſtraret: ingenui liberique adoleſcentes vinum fundebant, veluti Menelai filius. &c. Hîc tamen ſeruus affuit.

Athenæus.

VERSVS 23.

Dixitque Samuel coco: da partem quam dedi tibi, & præcepi vt reponeres ſeorſum apud te. C

Refert Athenæus lib. 9. Deipnoſ.

DIXIT *Samuel coco.*] Coquos apud Soſipatrum multis nominibus artis ſuæ nobilitatem commendat.

Artis coquinariæ laus & præſtantia.

Nam Siryõ (inquit) *qui artis noſtræ princeps fuit,*
Nos primùm ſiderum ille docuit motus:
Poſt deinde ſtatim ædificandi rationes:
De rerum natura diſceptationes omnes ad manum
idem habebat:
Poſt hæc omnia, quæ ad militarem artem pertinent, enucleabat,
Et ante culinariã artẽ, vt hæc diſceremus, vrgebat.

Deinde pluribus ſeſe explicans,

Primùm ſcire debet coquus. D
Ex iis quæ ſublimia ſunt, ac cæleſtia, occaſus ſiderũ,
Ac exortus, curſumque ſolis:
Quando reuertatur ad lõgiores, aut breuiores dies,
Et ad qualia ſigniferi animantia:
Nam omnia, quod aiunt, obſonia, atque edulia,
Ad conuerſiones totius cælorum ordinis,
Aliam atque aliam guſtus ſuauitatem concipiunt.
Qui ergo hæc probè didicit, cùm anni tempeſtatem
conſiderauit,
Vtetur horum ſingulis, vt expedit:
Contra horum inſcius, meritò nugas agit.
Iam verò fortaſſis admiratus es,
De architectura, quidnam ad hanc artem conducat.
Ac culinam rectè ſtatui, & lucis
Accipere quod ſatis eſt, ac vnde ventus aſpiret
Contemplari, præbet ad hoc vtilitatis plurimum.
Fumus enim huc illuc iactatus, diſcrimen aliquod
Afferre interdum ſolet dum coquuntur obſonia
A *Qui talis eſt coquus, eum affirmo*
Imperandi non carere ſcientia.
Quandoquidem rectè ordinandi peritia,
Vbique, & in arte quauis, mera eſt ſapientia:
In noſtra verò propemodũ veluti dux omnia regit.
Nam ſingula ordine apponere & tollere,
In hiſque temporis opportunitatem perſpicere,
Quando patinas crebrius oportet congerere, quando
pedetentim,
Quonã erga cœnæ fercula ſint animo cõuiuæ, quãdo
Tempeſtiuum ſit feruentia hæc inferre obſonia:
Calore iã remiſſo quædã, alia mediocriter calentia,
Refrigerata prorſus nonnulla, hæc omnia ſcilicet,
Ad imperatoriæ diſciplinæ præcepta exquiruntur.

Addere potuit etiam anatomes coquum peritum eſſe debere: Geometriæ item atque Arithmetices; B quo nouerit totum pecus in ſua membra diſſecare; membra in partes æquales aut inæquales certa proportione diſtribuere, decorum ſeruare; ſuum cuique tribuere. Alius, inquit Seneca Epiſtol. 47. ad Lucilium, pretioſas aues ſcindit, & per pectus & clunes certis ductibus circunferens eruditam manum, & in fruſta excutit.]. Hæc quidem de diribitore, vt vocat Apuleius, ſed eius officio plerunque in viſceratione coqui fungebantur; vt hic quoque manifeſtum eſt.

DA *partem quam dedi tibi, & præcepi. &c.*] Dionyſius Tryphonis filius, tradit, olim priuſquam introirent conuiuæ, cuique ſuam portionem in menſis diuiſam fuiſſe. Athenæus lib. 14. Inde ἐΐσαι, id eſt conuiuiis, ἀπὸ τῆς ἰσότητος, ab C æqualitate nomen inditum eſt, cœnæque δαῖτες appellatæ, ἀπὸ τοῦ δατεῖσθαι, à diuidendo, quòd non carnem tantùm, ſed etiam vinum diſpertirentur. Apud Spartiatas duplex genus ſacræ cœnæ fuit: in vtroque caro viritim diſtribuebatur. Sacri Epulones Cretenſium viris quidem ex æquo fercula partiebantur, iunioribus autem carnis tantùm dimidiam partem, præterquam pupillis, quibus integra portio abſque condimẽto apponebatur. Hanc etiam fuiſſe Hebreorum conſuetudinem, vt ſeparatim ſingulis ſuas partes apponerent, cùm hîc locus Scripturæ, tum plura alia teſtantur: & nos iam antea notauimus cap. 1. Sed quis diribitor eſſet, aut ſuam cuique portionem ſeorſum ab aliis tribueret, D non ita compertum eſt. Nam primo capite videtur fuiſſe paterfamilias, aut quiuis alius ſumptũ conuiuij faciens: at hic Samuel cum hoſtiæ benedicturus eſſet, narratur prius eſcas diuiſiſſe. Et hoc magis probat Vatablus, qui in 13 verſum huius capitis noni, quo loco nos plura de benedictione collegimus, vulgatum interpretem, & Hebraicam veritatem ſequuti: de diuiſione hęc tradit. Præterea moris erat apud Hebræos, vt qui gratias egerat, præſentium ciborum cauſa, illos frangeret & diſtribueret. hîc verò tantùm mentio fit gratiarum actionis, quòd propter morem, fractio & diſtributio facilè ſubaudiantur. Chaldæus Paraphr. fractionis tantum meminit, quum dicit, Ipſe enim diuiſurus eſt victimam. Ad hunc locum pertinere videtur Lucæ cap. 24. vbi de Chriſto profecto in Emmaunta legitur, dum recumberet cum eis, *Accepit panem & benedixit, ac fregit, & porrigebat*

Athenæus.

lib 1 Deipn. cap. 10 lib 4 cap. 6. 9. & 10.

In antiquis conuiuiis ſua cuique pars tribuebatur: & quis diribitor apud Hebræos.

Vatablus.

Chaldæus Paraph.

illis. Hæc ille. Itaque bis Samuelem eò veniſſe apparet: & ſi quidem verum ſacrificium fuit, prius ſacrificio dum offerretur, dum adeps incenderetur, interfuit: poſtmodom acceptis reliquis hoſtiæ partibus à Sacerdote, in partes diſtribuiſſe, & coqoendas tradidiſſe; ac ſic interim diſceſſiſſe, Sauli, obuiam iturus, cum quo denuo reuerſus eſt.

Versvs 24.

Leuauit autem cocus armum, & poſuit ante Saul. dixitque Samuel: Ecce quod remanſit, pone ante te, & comede: quia de induſtria ſeruatum eſt tibi, quando populum vocaui. Et comedit Saul cum Samuele in die illa.

In eius gratiam iubet armum promi, quem coodi præceperat: qui idcirco reliquus fuiſſe perbibetur: quòd iam inſtructa dapibus meoſa, necdum eſſet appoſitus, cùm non apparetet cui deberet apponi. Etſi verò ea pars hoſtiæ cedebat Sacerdoti, veriſimile tamen eſt, eo tempore animalia gemino humero ſuffulta fuiſſe: verum. que verò Sacerdoti attributum noo legimus. Quare potuit vel ſiniſter hoſtiam offerenti cōcedi. quidam putant, inquit Vermilius, illā partem fuiſſe armum: quæ pars ſolebat eſſe Sacerdotū, ac ſi eum hoc ſymbolo moneret Samoel, vt rex factus cum miniſtris Dei coniunctè viueret: ita habiturum florentem rempub. Alij armom datum putant, quòd ea pars maximè valeat ad onera ferenda, ac ſi eum monetet Samuel, vt cogitaret ſe noo ad voloptates delectū eſſe tegem, ſed vt oous teipub. ſuſtineret. Reges eoim debent populum quodammodo geſtare in humeris. Hæc Vermilios. In quam ſeotētiam S. Theodoretus dudom hæc ſcripſerat. *κωλεαὶ* ſeu pernam editio Aquilæ ſcribit *κνήμην* ſeu tibiam. ea eſt autē crus. *κωλεὰ* enim eſt qoæ poſt femur. Appoſuit aotem Samuel pernam ſeu armum ante Saulem, dicens, *In teſtimonium poſitus eſt tibi*, hoc eſt in ſignum honoris, vt qui ſis alus præpoſitus, & in indicium regni. Nam ſicut hæc, cùm ſint breuiora aliis membris animalis, pottant totam molem compacti corporis, & firmiter ſuffulciunt: ita etiam regium tobur, etiamſi ad vnum virum cōtrahatur, ſuſtinet totum corpus reipub. & non ſinit cadere. Hæc ille. Potuit igitut etiam hooris gratia pars illa viſcerationis Sauli ſeruari. Virtotis quippe ac dignitatis quondam in epulis rationem habitam docet Athenæus Deipnoſoph. lib. 1. c. 11. Sic enim Diomedes apud Homerum carnibus, & pluribus poculis honoratur: Aiaci honotis cauſa longa terga boum afferuntur, ſimiliter & regibos iiſdem terga bonis, quæ ipſi dudum appoſuere, ipſi nempe Menelao, qui & pluribus datis poculis Agamemnoni honorem ſuum defert. Pateris quoque multis, ſedili, & carnibus Sarpedonem regem ſuom honorificè decorant Lycij. Apud Cretenſes, vt ſcribit Doſiadas quæ conuiuio publico præeſt mulier, ſublata menſis corām lautiſſima fercula iis apponit, qoi vel bello

A clari ſunt, vel prudentia. Naucraritæ, autor Hermia lib. 2. de Apolline Grynæo, Sacerdotibus duplum vini & aliorum quæ diſtribuont, præbeot. De Galatis Diodorus lib. 6. Ret. Antiq. Viros bonos melioribus carnibus bonorant: quemadmodum Poëta Aiaci ſcribit impenſum ab optimatibus honotem, quando ſingulari Hectorem certamine vicit. Hoſpites ad epulas vocant: qui ſint, qua cauſa venerint, poſt cœnam rogantes. At Poſidonius lib. 23. Hiſtoriarum bit, priſcis olim temporibus apud Celtas eum morem obtinuiſſe, vt appoſitis pecudom artubus femor ſumeret ſtrenuiſſimos, & ſi quis alius id ſibi vendicaret, aut mori aot viocere paratum eſſe debere. Herculem certè Euriſthei tres filios

B ſuſtuliſſe tefert Anticlides: quòd ab eo inoitatus, minorem ac cootemptiorem victimæ partem accepiſſet. Honoris ergo gratia, aut etiam admonitionis factū interpretari poſſumus, vt ea pars victimæ Sauli præter cæteras deſtinaretur.

Et *comedit Saul cum Samuele*. Non erat nimiis ſumptibus cœna laſciuiens. De cœnis Chriſtianorum ad imitationem cœnæ Dominicæ Tertullianos Apolog. cap. 39. Nam & cœnolas noſtras, inquit, præterquam ſceleris, vt prodigas qooque ſuggillatis. De nobis ſcilicet Diogenis dictum eſt, Megarenſes obſonant, quaſi craſtina die morituri, ædificant verò quaſi numquam morituri. Sed ſtipulam quis io alieno o-

C culo facilius perſpicit, quàm in ſuo trabē. Tot tribubos & curis, & decuriis ructantibus aceſcit acer. Salijs cœnaturis creditor erit neceſſarius Herculanarum decimarum & polloctorū ſumptus tabularij ſupputabunt: Apaturijs, Dionyſiis myſteriis Atticis, coquorum delectos indicentur, ad fumum cœnæ Setapicæ ſparteoli excitabuntur, de ſolo triclinio Chriſtianorum tetractatur. Cœna ooſtra de nomine rationem ſui oſtendit. Vocatur enim *ἀγάπη*, id quod dilectio penes Græcos eſt. Quantiſcuoque ſomptibus conſtet, locrom eſt pietatis nomine facere ſumptum. Siquidem inopes quoque refrigerio iouamus, non qua penes vos paraſiti affectant, ad gloriam famulandæ libertatis, ſub autoramento ventris inter contumelias ſaginandi, ſed quia penes Deum maior eſt contemplatio mediocrium. Si honeſta eſt cauſa conuioij, reliquum ordinem diſciplinæ de cauſſa æſtimate,

D quid ſit de religionis officio. Hactenus Tertull.

Versvs 25.

Et deſcēderunt de excelſo in oppidum, & loquutus eſt cum Saule in ſolario: ſtrauitque Saul in ſolario, & dormiuit.

In Creta, vt Doſiadas ſcribit, vbique erant deſtinata conuiuiis cœnacula duo: alterum *ἀνδρεῖον* nuncupant: alterum in quo dormiunt peregrini & hoſpites: hoc *κοιμητήριον* appellant. Athenæos lib. 4. cap. 9. Verùm cùm excelſi locus ſacer eſſet, Saulem Samoel domom teduxit. *In oppidum*. Oppidum ab ope dicitur, quòd eius tei cauſa mœnia ſint conſtituta. *ff. de verbor. ſignificatione l.* 239. vel ab opibus recoodendis, aut conſeruandis. Feſtus. aut certè ab oppoſitione

Vermilius. *Quare armus potiſſimum Sauli ſeruatus ſit.*

S. Theodoretus.

Athenæus lib. 4. c. 10. cap. 13.

Diodorus.

Poſidonius.

De cœnis publicis Chriſtianorum.

Tertullianus.

Athenæus.

Oppidum.

ET LOQVVTVS EST CVM SAVLE IN SOLARIO.

Iſidorus. Vatablus. *Solarium.*

murorum : vel etiam quòd ſit in eo conuentus habitantium, & opem det mutuam contra hoſtem. Sanctus Iſidorus libr. 15. Origi. cap. 2. *in ſolario.* Vatablus : in tecto. Solebant autem deambulare præcipuè poſt cœnam in tecto. Nam erant plana tecta, non ſimilia noſtris, vt in Deuteronomio dictum eſt, cap. 22. verſ. 8. Samuel illuc Saülem deduxit, vt ſecretius ac familiarius eum eo loqueretur. Quid igitur Dominus: *Quod in aure auditis, prædicate ſuper tecta:* Num ſecretò ea renuntiari debere intelligit? Imò palàm & publicè. Nam cùm eiuſmodi locus excelſus eſſet, & pateret vndique, non modò videri à pluribus, verùm etiam inde exaudiri poterant, ſi qui vocem contenderent. Sed hunc idcirco locum Samuel colloquio delegit, vt abſque arbitris cum Saüle ſermonem conferret. גג *Gag* Hebraicè, Græcis dicitur δῶμα. De

S. Hieron.

re ſimul & dictione S. Hieronymus Epiſt. 135. ad Suniam & Fretellam, in hæc verba Pſalmi centeſimi primi, *Factus ſum ſicut paſſer in tecto.* Dicitis, inquit, inueniſſe vos in Græco ἐπὶ δώματος : quod antiqui codices Latinorum interpretati ſunt, in ædificio. δῶμα in Orientalibus prouinciis ipſum dicitur, quod apud Latinos tectum : in Palæſtina enim & Ægypto, vel vbi ſcripti ſunt diuini libri, vel interpretati ſunt, non habent in tectis culmina, ſed domata, quæ Romæ vel ſolaria, vel mœniana vocant, id eſt plana tecta, quæ tranſuerſis trabibus ſuſtentantur. Denique & in Actis Apoſtolorum, Petrus quando aſcendit in doma, in tectum ædificij aſcendiſſe credendus eſt. Et quando præcipitur nobis, vt faciamus *domati noſtro coronam*, hoc præcipitur, vt in tecto faciamus per circuitum quaſdam eminentias, ne facilis in præceps lapſus ſit. Et in Euangelio. *Quæ,* inquit, *auditis in aure, dicetis ſuper domata:* Id eſt, ſuper tecta. Et in Eſaia : *Quid vobis eſt, quod omnes aſcendiſtis ſuper tecta vana?* Multa huiuſmodi ſanctus Hieronymus. At Vlpianus nonnunquam *ſolarium* cum heliocamino confundit, loco ſcilicet ad captandum ſolis calorem in ædificio opportunè diſpoſito. *L. ſi arborem. ff. de ſeruitutibus prædiorum vrbanorum.* Si arbor ita poſita ſit, vt heliocamino vel ſolario officiat, dicendum erit, quia vmbram facit in loco, cui ſol fuit neceſſarius, contra ſeruitutem impoſitam fieri.] Interpres noſter, quod conſequens videbatur, addidit, Saülem ibi quieuiſſe, Septuaginta ſequutus.

Actor. 10. Deuter. 22. Matth. 10. Eſaiæ 22. Vlpianus.

Vermilius.

Porrò, quid cum eo Samuel loquutus ſit, vt notat Vermilius, non aſcribitur. R. Kimhi putat, de regno adminiſtrando : R. Salomon, de religione & pietate. Ita Samuel Saülem inſtituit, eaque charitate complectitur, ac ſi fuiſſet filius. Alij cupiunt ſibi ſucceſſores dari nequiſſimos, vt ipſi ex illorum comparatione, & ruina poſſint creſcere. Contrà Samuel docet, monet, inſtituit, & ſanctis conſiliis ita firmat ſucceſſorem ſuum, ac ſi eum cupiat, ſeipſo eſſe meliorẽ.

Diuinæ Sapientiæ axiomata quæ Samuel videri poſſit Sauli tradidiſſe ad optimam regni adminiſtrationem.

TAMETSI reuera certò ſcire non poſſumus, quos ſermones Samuel cum Saüle

A cõtulerit, admodùm tamen videtur probabile, cùm rudem & imperitum hominem ſummę rerum præfecturus eſſet, cũ eodem de regno eſſe loquutum ; deinde quibus artibus & inſtitutis ſuum munus tueri poſſet. Quæ cùm omnia, aut literis nũquam mandata ſint, aut temporum iniuria perierint, & tamẽ minimè dubitetur; quin, ſi prodeant, regibus populiſque futura ſint vtiliſſima: viſum eſt mihi, quando eadem proferre non poſſumus, ſimilia ex aliis diuino quoque ſpiritu afflatis documenta ſupplere. Nam, cùm Septuaginta duo ſeniores, ſapientia & eruditione conſpicui, ab Eleazaro ſummo pontifice ad regẽ Ægypti Ptolemæum miſſi eſſent; vt Græ-

B cis auribus incompertos diuinæ Sapientiæ theſauros, &, ſicut auri venas in rupibus, ſic in alieno idiomate deliteſcentes aperirent, multa ſimul, regalibus votis annuentes, de regni gubernatione docuerunt : quæ non immeritò dictãte numine repentè prolata videri queant. Ea verò Legatus regis Ariſtæas, quique ſapientibus non itineris tantùm dux & comes adhęſit, ſed etiam dictorum factorumq; omnium teſtis & arbiter extitit, diligẽtiſſimè perſcripſit in eo libro, quo LXX. Interpretum hiſtoriam complexus eſt. Sed quia longum eſſet cũcta referre, quæ apud eundem leguntur, idcirco nonnulla duntaxat huc deriuauimus, quæ videbantur alicuius momẽti eſſe, & ad propoſitum noſtrum poſſe conferre. Quæſiuit igitur ſequentia Ptolemæus, quæ ſi

C Saüli tribuamus, quid cauſæ erit, cur non eorundem reſpõſiones Samueli aſcribamus? Non afferam autem ſingula eo ordine, quo apud Ariſtæam deſcripta ſunt : ſed inde potiſſimùm incipiam, vnde hæc tota regni ratio manauit, & filiis quidem Samuelis poteſtas erepta eſt, Saüli autem quæſita.

Reſponſa LXX. Interpretum de optima ratione regnandi.

I.

Quid in regno potiſſimùm obſeruandum ſit?

Ariſtæas in hiſtoria LXX. Interpret.

CONSERVARE, inquit, ſe à muneribus incorruptum : atque magnam vitæ partem inuigilare, iuſtitiamque ante omnia colere, &

D huiuſmodi amicos ſibi comparare. Iuſtos enim Deus amat.

II.

Quid ſit regnandi modus?

Ad ea ille, Rectè ſeipſum tegere: & ſi nec copia, nec gloria elatus ſuperbum indecẽſve concupieris: ſi rectè ratiocinatus fueris, ſi cũcta tibi aderunt quaſi nihil ſint : Deus enim manſuetus eſt, & nullius egens: quod tu pro humanis viribus conſidera : neq; multa ad regnum appetas.

III.

Quis reges potiſſimùm ſequi oporteat?

Reſpondit ille, Leges, vt iuſtis operationibus mortalium vitam regãt, quemadmodum & tu peragens, perennem toi memoriam feciſti, (die facies) diuina præcepta ſequutus.

IV.

Quid ſit in regno optimum?

Tum ille, in pace, inquit, ſemper populos con-

timere: atque in cauſis peragendis quantocios A rectè diiudicare. Hæc per principem fiunt, quãdo malos exoſus, bonos diligit, plurimique exiſtimat, ſi hominis animam ſaluam reddat.

V.

Quid regi ſit maximè neceſſarium?

Subditorum, inquit, amor & dilectio: per hoc namque inſolubile beneuolentiæ vinculum texitur. Deus enim ea perficit quæ rectè eligũtur.

V I.

Quomodo multis in regno populis ſe accommodet?

Si decenter cuique diſtribueris, iuſtitiamque ducem ſequaris, prębente Deo tibi recta diſcernere.

V I I.

Quid ſit in regno difficillimum?

B Ille, ſibiipſi dominari reſpondit, neque appetitibus efferri. Ineſt enim natura mortalibus, vt mente ad aliquid ſemper declinent, & plerique ad menſas, pocula, voluptateſque trahuntur, in quibus multitudo maximè effunditur. At reges, ſubigendorum populorum cura ſolicitat, ob gloriæ magnitudinem. Sed pulchrum eſt ſe omni in re ſemper metiri, & quæ Deus dederit ſtudio continere. Inconceſſa verò atque inexpetibilia, ne concupiſcas.

V I I I.

Quibus in rebus reges diutius verſari debeant?

Tum ille in rerum geſtarum cognitione, ait, in legendiſque incumbentium operum libellis, temporis plurimum inſumere oportet, & quæcunque ad conſeruanda regna, & emendandos hominum mores ſcripta ſunt perquirere. C

I X.

Quomodo nihil indignum agamus?

Cui ille, Si quid te deceat, inquit, quidve poſſis omni in re, proſpexeris, ne tua dignitate indecorum quicquam dicendo, agendove tibi excidat, & intelligas omnes, quibus imperas, de te ſemper & cogitare & loqui. Neque vel minimùm hypocritis par ſis, &c. Tu enim apertè imperas, &c.

X.

Quemadmodum iuſtè ſingula perficere poßit?

Si in rebus omnibus ſeipſum obſeruet, eum omnia rectè acturum: etſi conſideret omnem ſenſum à Deo eſſe, proponatque ante omnia Dei timorem, nulla in re aberrabit.

X I.

Quonam modo in negotiis ac iudiciis peragendis delictiſque puniendis bonam aſſequatur famam?

Tũ ille, Si omnibus te æquũ ratione præbueris, inquit, & nihil ſuperbè, nihilq; pro potentię tuæ viribus contra delinquentes ages. Id autem aſſequeris ſi Dei diſpoſitionem inſpicias, qui dignis ſua vota perficit, peccantibus verò vel per inſomnia vel opere demonſtrat, quid illis nocuum ſit: neque ſecundum eorum peccata, neque pro magnitudine virium ſuarum homines cædit, ſed manſuetudine vſos corrigit rectè.

X I I.

Quonam modo clemens benignuſque ſit?

Ille, Si conſideres, ait, quàm longiori tẽpore, quantiſque & quàm magnis calamitatibus oriatur genus humanum, alatur, nutriaturque. Vnde neque in eos temerè animaduertendum, neque accuſandi ſunt: ſi reuoluens inſuper vt omnis hominũ vita doloribus ſemper, & ſuppliciis exagitetur: ſingula intelligens in miſericordiam profectò verteris. Nam & Deus miſericors eſt.

X I I I.

Quemadmodum non ſit iracundus?

Ille, Si conſideraueris, inquit, quoniã is in quo omnium vita pẽdet, ſi quid per iram agat, mortem pluribus affert, quod quidẽ triſte & pernicioſum eſt multorum vitam regni cauſa delere: verùm cùm omnes obſecũdent & pareant, nec vnus quidem aduerſetur, qua de cauſa iraſcendum eſt? Sed noſſe oportet, vt Deus omni indignatione vacuus vniuerſum gubernet, quem te imitari neceſſe eſt.

X I V.

Quonam modo in ſuperbiam non extollatur?

Reſpondit ille, Si æqualitatem ſeruet, & ſingulis in rebus ſuiipſius meminerit, reuoluens animo, vt homo hominibus præſit, vtque Deus deleat ſuperbos, manſuetos & humiles extollat.

X V.

Quonam modo nemini inuideat?

Hæc ille excipiens, Si animaduerteris primũ, inquit, Deum omnibus regibus impartiri gloriam, diuitias & magnitudinem, & illi imperare poſſe neminem. Nã etſi huiuſmodi gloriæ participem ſe quiſque cupiat, haud tamen poteſt. Dei enim donum eſt.

X V I.

Quemadmodum intrepidus exiſtat?

Ille, Si mens, inquit, nullius ſibi conſcia mali Deum ſequatur, qui conſilia omnia in bonum dirigit.

X V I I.

Quomodo & in bellis quoque animo pacifico ſe habeat?

Si propoſueris animo, ait, nihil perperã à tuis ducibus committi, verùm omnes de virtute inter ſe certare: quoniam eam ſpem animo fixam habeant, te ſuarum rerum curam geſturum, ſi illos vitæ cedere contingat. Non enim triſtitia afficieris, quandoquidem cuncta diuino munere recta diſponas, præbente Deo tibi bona ſapere.

X V I I I.

Qui ſint duces eligendi?

Qui fortitudine & iuſtitia excellant, inquit, D quique hominũ ſalutem cruentæ victoriæ anteponãt. Nam & Deus bona ad omnes operatur: quem tu ſequutus, bonis afficis ſubditos tuos.

X I X.

Qui magiſtratibus præficiendi ſint?

Ille, quicunque, ait, iniqua odio habent, ac tuos imitantur affectus, laudumque dulcedine tracti, iuſta ſemper ad adipiſcendã gloriam operantur. Quod & tu profectò (rex) quandoquidem Deus iuſtitiæ coronam tribuit, aſſequeris.

X X.

Quibus conſultoribus vtendum ſit?

His, ait, qui multis in rebus verſati, ſummam erga ſe beneuolentiam ſeruent, atque moribus ſint tui ſimiles. Sed Dei claritas oſtendit, qui ſint huiuſmodi digni.

XXI.

Quibus ſeipſum credere oporteat?

Iis qui tibi beneuolentia ita afficiantur, inquit, vt neque timore, neque cupiditate vlla lucrove tangantur. Amoris verò ſignum difficulter apparet, & temporis obſeruatione indiget. Nam qui diuitiis intendit, natura proditor exiſtit. At tibi omnes tui amatores adſunt, Deo tibi recta conſilia præbente.

XXII.

Quemadmodum noſcat qui in eum dolo agant?

Ille ad ea reſpondit, Si obſeruaueris qua quiſque erga te libertate vtatur: an eoſdem ſemper mores habuerit in ſalutando cōſultandoque ac reliqua vitæ conuerſatione, nec quicquam eorum quæ amicitia poſtulat prætermiſerit, ab affectibus, & aliis vitæ rationibus. Deus verò tibi rex ad optima quæque intellectum inſtruet.

XXIII.

Quomodo non decipiatur?

Ad ea ille, Si ſingula ratione proſequutus, ait, detractoribos inſuaſus perſtiteris: ſed tu ipſe vt excellis, dicta quæque diſcernēs & facta, ſi operationes tuas certo iodicio directas perfeceris, indeceptus rex, vt dicis, eris. Hoc verò intelligere atque in his verſari, eſt diuinæ potentiæ operatio.

XXIV.

Quomodo recta ratio in promptu ſibi eſſet?

Si hominum, inquit ille, infortunia ſemper conſideraueris: reuoluens quales rerum viciſſitudines Deus afferat, alioſque gloria ſublimatos honoribus prouehat, alioſque calamitatibus opertos ignominia deiiciat.

XXV.

Quis ſit ſapientiæ fructus?

Is, non conſcium ſibi mali eſſe reſpondit, & vitam in veritate tranſigere. Ex his enim maximum gaudium, & animi voluptas gignitur, præſtantiſſime rex, & ſpes in Deo optima tibi regnanti piè, aderunt.

XXVI.

Quomodo ſine triſtitia viueret?

Tum ille, Si neminem, inquit, læſeris, omneſque iuoes, iuſtitia quoſque proſequens: ab ea huioſmodi fructus iucunditatis colligitur. Sed implorandus eſt Deus ne ea nos lædant quæ præter opinionem noſtram accidunt, vt ſunt mortes, morbi, ægritudines, & cætera huiuſmodi.

XXVII.

Quomodo in ſomnis quietus ſit?

Hîc ille, Rem dictu difficilem petis, inquit. Nam in iis quæ mentem per inſomnia agitant, haudquaquam obſiſtere poſſumus, ſed ſenſu quodammodo irrationabiliter ducimur, ex huiuſmodi rebus quę accidere ſolent & videmus. Videmur enim quādoque pelago ferri, nauibus traiicere, nonc negotiari, nūc pennis ſublati volare, loca mutare, & cætera hoiuſmodi quæ minimè fiāt. Similiter & quæ maximè expetimus, ea mētem inſomniis turbare ſolent. Quare rex omni negotio quicquid dixeris, ad pietatem intendendum cenſeo, vt teipſum ſeruans virtute circumuallerís, nec voluptate irrationabiliter pellectus, neve potentia fiſus, quod iuſtum eſt,

A tollas. Etenim in quibus quiſq; plurimùm verſatur vigilans, & per quietem earundem rerum cura homini recurſat.

XXVIII.

Quid ſit robur pietatis?

Tum ille cognoſcere, ait, quia Deus ſemper operatur, & videt, neque eum lateat quiſquam iniuſta faciens, neque perperàm agens, vt enim vniuerſum orbem Deus bono afficit: ita & tu, ſi eum imitaberis, nuſquam aberrabis.

XXIX.

Quomodo in conuiuiis tranſigendum ſit?

Is diſcendi cupidos aſſumendos eſſe refert, & qui regni negotia meminiſſe poſſint, & principum vitas narrare, his namq; ſuauius nihil, neque iucundius inuenies. Quoniam hi quidem
B ad eruditionem pulcherrima quæque inſtructi, Deum venerantur; quod tu profectò facis, cùm præſertim cuncta tibi Deus fortunet.

XXX.

Qua ratione veritatem colat?

His ille reſpondit: Si cognoueris quàm magnum dedecus mendacia mortalibus omnibus afferant, & multo maiorem notam regibus inurant. Nam quando ea potentia ſunt, vt quæ volunt facilè perficiant, cuius rei gratia mentientur? Oportet etiam te conſiderare Rex, vt Deus amator veritatis exiſtat.

XXXI.

Vt nihil contra leges agat?

Tum ille, Si cognoueris, inquit, quoniam Deus legiſlator mentes intellectuſque dede-
C rit ad hominum vitam benè regendam, leges ſequeris.

XXXII.

Vt in rebus bellicis inuictus exiſtat?

Reſpondit ille, Si non armis, ſi non potentiæ ſuæ fidat, ſed Deum ſemper imploret, vt iuſtè agendi ſibi conſilia dirigat.

XXXIII.

Quomodo glorioſus euadat?

Cui ille, Si benignitate, inquit, & gratia excellens, erga alios magnificus extiteris: gloria te nuſquam deſeret; quæ vt tibi adſit, Deus ſemper implorandus eſt.

XXXIV.

Quid ſit in gloria potiſſimum?

Reſpondit ille, Deum venerari, non factis inquam, neque muneribus, verùm animi puritate
D ac fide candida, eius voluntatem ſequi. Quod quidem & tu perficis, id firmum animo gerens, vt & quidquid feceris, & quæ facturus ſis, omnibus pateant.

XXXV.

Qua re gratia, honorque ſeruetur?

Virtute, ille inquit, ea enim pulcherrimorum operum perfectrix, malum conculcat, quemadmodum & tu quidem excellentem erga omnes bonitatem obſeruas, quod diuino tibi munere præſtatur.

XXXVI.

Quare quis inglorius fiat?

Reſpondit ille, Si quando ſuperbia quis ductus exaſperetur, vituperationes tunc ſubeunt & gloriæ priuatio. Nam Deus totius glorię dominator, eam quò vult declinat.

ET LOQVVTVS EST CVM SAVLE IN SOLARIO.

XXXVII.

Quid regnum conſeruet?

Ille, Cura & meditatio, reſpondit, ne quid à rerum prępoſitis malè agatur committaturque in plebem, quemadmodū facies, cùm tibi Deus præſtantem intellectum præbeat.

XXXVIII.

Quo pacto regnum incolume in finem vſque ſeruetur?

Hoc maximè modò, inquit, regnum optimè diſpones, ſi Dei māſuetudinem in rebus omnibus imitatus, patientia ac longanimitate vteris: extolleſque dignos, elatos autem affabilitate, ex malo in pœnitudinem traduces.

XXXIX.

Quomodo rectè omnia ſeruans & illæſa, eundem filiis ſtatum tradat?

Tum ille, Si Deum, inqoit, aſſiduè imploraueris, vt rectos tibi ſenſus ad ea qoæ in poſterum peragenda ſunt tribuat: & filiis imperaueris, ne gloria, diuitiiſque ſuperbiant: ſed arbitrentur Deum benignitate ſua cuncta illis largiri, neque per ſeſe alicuius rei ſubſtantiam poſſidere.

Hactenus Septuag. Interpt. viritim interrogati, Ptolemæi quæſtionibus reſpondent: quorum emendanda nobis tranſlatio Latina videbarut, ſi Ariſtæam Græcum apud oos inueniſſemus, ſed vtendum fuit præſentibus. Ad ſequentia tranſeamus.

VERSVS 26.

Cumque manè ſurrexiſſent, & iam eluceſceret, vocauit Samuel Saülem in ſolario, dicens: Surge, & dimittam te Et ſurrexit Saül: egreſſique ſunt ambo, ipſe videlicet, & Samuel.

NON ante ſolis ortum Saül à propheta dimittitur: ſic enim decebat, eū, qui Videntem conſuluiſſet, noua luce colluſtrari. Simul aduerte, quemadmodum Samuel deſignatū regem in multam diem ſtertere vetet. Sūmo manè à ſomno excitat, & vt pergat admonet. Eſt enim opus hoc arduū in primis, & quod multo labore ac ſtudio indiget. Siue enim bello cum hoſte decernendum ſit, ſiue pacis otia ſectanda, nihil horū ſine maxima diligentia conſequi poteſt. Nam hoſtis quidem, ſi fieri poteſt, antè opprimēdus eſt, quàm prouinciæ ſuæ damnum inferat. Quod vt efficiat, coosilia eius ſedulò exploranda ſunt, inſidiæ maturè cauendæ. Deinde pręoccupādi aditus, & muniendæ arces, & exercitus conſcribendus: continendus etiam in officio miles, & copioſus commeatus cōparandus: quorum nullum ſegniter & luxurioſè viuendo confici poteſt. Feruntur leones vix conniuentibus oculis ſomnum delibare. Gallus, criſtati princeps agminis, ſæpius de nocte ſomnum dirimit: ſemper autem ſoli orienti ſuo cantu præcinit. Polus, cui cœlum innititur, nūquam cum reliquis ſideribus Oceano conditur: quo loco vulgus hominum ſtellas quieſcere ſentit. Sed & anima ipſa, quæ corpus hoc, mundum mino-

Non decet ſomniculoſum eſſe principem.

A rem, regit, ſopitis ſenſibus adhuc vtilia multa retractat: ſiue quæ prius vigilans agitabat: ſiue quæ futuri anxia proſpicere ſe cogitat. Ergo multo, minus principem decet alto, & graui ſomno demergi, cùm ſit Reipob. velut polus alter, & anima, qui ſi outet, aut etiam iaceat, vniuerſam collabi neceſſe eſt. Vt gregem ſeruet, noctem paſtor docit inſomnem: vt hoſtem procul à vallo arceat, miles vigil excubat: & quiſquam feret indulgentem ſomno principem? Quod namque diſcrimen ſtatuimus inter paſtorem, militem, ac principem, niſi qood illis quidem grex vnus, aut etiam ſpecula vna commiſſa eſt, Princeps verò vniuerſorum ciuium paſtor eſt, ac totius Reipub. excubitor? Quapropter etiam longè maiorem diligentiam
B quàm vllus paſtor adhibere deber, noo tantùm quia numeroſiorem gregem paſcit, ſed etiam quia non ille eſt pecudum, ſed hominum.

SVRGE ET DIMITTAM TE.

Quinetiam non minore cura ac ſolicitudine pacis tempora indigent, vt illibata ſeruetur. Verumenimoerò quantis illa ſeditionom procellis concutitur? Vigiliis itaque inſiſtat neceſſe eſt, ſi ſeipſum, vnaque Rempub. ſaluam velit. Cuncta illi ſtudioſè obſeruanda ſunt: ſed tria præcipuè, ingenium vulgi; aolicorum mores; iudicum ac magiſtratuom induſtria atque adminiſtratio. Et vulgus quidem quàm ſit moroſum, ferox, iodomitum, & ſeruitutis impatiens, nemo ignorat: ſeditioſum præterea, nouarum rerum cupidum, præſentia faſtidiens, quieti & otio aduerſum. Rebus proſperis inſoleſcit,
C clemētia corrumpitur: ſeueritate aotem atque incōmodis exaſperatus efferatur, furit, in principem debacchatur. Rectoris ſui vitiis detrahit, virtuti inuidet, paupertatem temnit, gloria atque opibus ſæpius offenditur, clade irritatur, & quicquid mali Reipob. acciderit, eiuſdem ignauiæ atque improbitati aſcribit. Maledicendi autem libido tanta eſt, vt ſeueriſſimis etiam legibus comprimi neſciat. Falli aotem, & vt credat, quod minimè verum ſit, induci facile: quicquid audierit pro comperto habet: famam etiam alit, & rumorem in peius auget. Neque enim iudicio & delectu, atqoe prudentia, ſed impetu, temeritate, ſuſpicione, & affectu cœco ducitur. Ad plores inclinat, & ex multitudine pariter ſentientium de rebus iudicat. Cęterùm, vbi negligitur, citò in principis ſuamque per-
D niciem erumpit. Faoet namque feruidis, & in quamcumque partem flabella ſeditionum impulerint, momento rapitur, & furore præceps atque amentia infanda multa deſignat. Semper autem mobile, varium, ac multiplex, pronum in affectus, quos ponit vel ſumit varios pro ſua libidine, noo pro meritorum gratia. Nec vnquam deſinit varia agitare, mouere, meditari, loqui, moliri: quæ niſi princeps ſapienter exploret, & ſua vigilantia turbida conſilia præuertat, magnas ſæpe difficultates paſſurus eſt. Quamobrem non immeritò Xenophon ſenſerat, difficillimum omnium eſſe hominom imperiom. Sic autem ille collegerat: Subiit, inquit, aliquando nos cogitatio, qoot populi dominatus per illos ſoluti ſunt, qui vellent alia quadam ratione

Tria principi obſeruanda pacis tempore.

Vulgi contumax ingenium.

Rerum omnium difficillimum in homines imperium.

quàm populari rempob. gerere : & quot item regij paucorumque principatus iam per populos ſunt ſublati : quorque aggreſſi tyrannidem, quorum alij citò admodùm defeceruot : alij verò ſi quamtuluncunque etiam temporis in imperio perſeuerarint, admirationi habentur, perinde atque & ſapientes fuerint, & fortunati quidam viri. Præterea cognouiſſe videbamur, in priuatis quoque domibus eſſe aliis famulos vel complures, aliis perpaucos, qui tamen ne his quidem paucis vti omninò poſſent heriliter. Ad hæc cogitabamus, & bubulcos principes boum eſſe, & equorum item eos, qui equos paſcunt: & omnes qui per ſe paſtores vocantur horum animalium, quibus præſunt, non abſurdè principes exiſtimari : videreque videbamur omnia hæc armenta facilius adduci, vt paſtoribus pareant, quàm principibus ſuis homines : nam & pergunt armenta quacunque à paſtoribus dirigantur, & in iis regionibus paſcuntur quò acta ab illis fuerunt, & ab iis abſtinent, à quibus arceantur : & quos fructus produxerint, ſinunt his vti paſtores pro voluntate. At ne vllom quidem armentum vnquam accepimus, quod in paſtores inſurgeret, quo aut minus eis obremperaret, aut fructuum vſum prohiberet. Quin difficiliora in alienigenas omnes præſtant ſe armenta, quàm in hos quos & præſides habent, & fructibus ſuis fouent. Homines verò in neminem magis, quàm in illos inſurgunt, quos imperium moliri aduerſus ſeſe ſenſerint. Cùm hæc igitor commentaremur animo, in hanc ſententiam agebamur, ea eſſe hominem natura, vt facilius aliis omnibus animantibus imperet, quàm hominibus. Hactenus Xenophon initio Cyropæd. Quod verò ſubinde Cyri exemplo propoſito mutaſſe ſenreotiam profiterur, immeritò facit; cùm non pauci viri inſignes & ſingulari virture prædíti, veriſſimũ eſſe quod dixerat re atque exitu comprobarint. Quis enim vllo vnquam in tempore Moyſe ſapientior extitit? Quis Dauide prudentior, Samſone fortior? Alter tamen penè lapidibus à populo obrutus eſt ; alter aliquandiu ſolio deiectus; tertius etiam hoſtibus eſt deditus. Nulla enim eſt ars, nulla ſolertia, quæ peruerſas hominum voluntates, niſi conſenſerint, emendare poſſint. Diuinæ tantùm virtutis eſt, eorum, quæ populus temerè & clanculùm ſtatuerit, effectum impedire.

Aulicorum mores.

Accedunt ad hanc vulgi curam ac ſolicitudinem, aulicorum pertimeſcendæ inſidiæ, tanto principi formidoloſiores, quanto minos ob inteſtinam familiaritatem caueri poſſunt. Horum etſi labes penè innumeræ, præcipua tamen vna eſt, ambitio. Amplioris enim fortunæ ſpe atque expectatione allecti ac deliniti, ad principis comitatum ſe contulerunt. Id quo facilius conſequi poſſint, pleraque alia vitia in ſocietatem alliciunt. Nam fauore primùm principis opus habent, deinde & ruina plurimorum eis neceſſaria eſt ; quo ſpoliis eorum honorentur. Fauor verò principis obſequio potiſſimùm, atque aſſentatiooe comparatur. Aliena etiam innocentia apud credulum principem mendacio & calumnia expugnatur. Sunt igitur illi ple-

A runqoe aſſentatores, & ſeruili animo libidini principum ſeruire parati ; qua peſte nulla nocentior in palatio graſſari poteſt. Nam ſi quæcunque regi, nonnunquam officij minus ſtudioſo, in mentem venerint, ea probari intelligat à quo tandem ſcelere abſtinebit? Quod ſi flagitiorum quoque miniſtros paratos habeat, breoi innocentia ruitura eſt. Iam verò cùm non aliter, quàm eorundem auribus audiat, oculis videat, votis expetat, voluntare decernat, ore pronuntiet, boni quid ab illo ſperari poterit? Ardent etiam æqualium ſuperiorumque inuidia, qoos vt opprimant, tectiſſimis fraudibus atque fallaciis circumueniunt. Amicitiam vultu ſimulant, verbis ad gratiam compoſitis blãdiontur, liuorem intus occulunt, quolibet ve-

B neno periculoſiorem. Verùm ſint hæc priuatorum quorundam pericula, expecto, ſi fortè vel toti populo parcant. Non facient. Neque enim poterunt immenſi ſumptus, quibus ſuperbia luxuriatur, abſque publica rapina tolerari. Itaque non modò priuatis quorundam fortunis imminent, ſed etiam poblicis inſidiantut : quas, vt autore principe auferre valeant, eius animũ falſis delationibus occupatum, ira, metu, ſuſpicione, auaritia torquent. Quæ vbi altius in animum principis penetrarint, indigna multa patrabit : quæ quò tandem exacerbatis ciuium odiis peruentura ſint, facile eſt ſuſpicari. Horũ verò non pauci arrepta occaſione, perdendi principis populo autores fuerunt. Quàm impigrè ergo principem, tanta inter diſcrimina cõ-

C ſtitutum, vigilare decet? Etenim ne amicorum quidem conſiliis fidere confidentius oportet: ſed oporter principem ſemper eius dicti eſſo memorem, quod impius quidam olim protulit : Si ius violandom ſit, regnandi cauſa violandum eſſe. Deinde etiam mutabiles eſſe hominum voluntates, eorum animos regnandi cupidos, oec ſimulationes à veritate commodè diſtingui poſſe. Plures item domi quàm militiæ reges occubuiſſe, & eorum non paucos inter dormiendum circũmuentos atqoe oppreſſos fuiſſe.

Fori corruptela. S. Cyprian.

Foro deniqoe cur excubare principem neceſſe ſit, pluribos explicat S. Cyprianus epiſtol. 2. quæ eſt ad Donatum. Forum enim, inquit, fortaſſe videarur immune, quòd ab iniuriis la-

D ceſſentibus liberum, nullis malorum contactibus polluatur. Illuc aciem tuam flecte. Plura illic quæ deteſteris inuenies, magis oculos tuos inde diuertes. Inciſæ ſint licet leges duodecim tabulis, & publicè ære præfixo iura præſcripta ſint, inter leges ipſas delinquitur, inter iura peccatur. Innocentia nec illic vbi defenditur, reſeruatur. Sæuit inuicem diſcordantium rabies, & inter togas pace rupta forum litibus mugit inſanũ, haſta illic & gladius, & carnifex præſto eſt, vngula effodiens, equuleus extendens, ignis exurens, ad hominis corpus vnum ſupplicia plura quàm membra ſunt. Quis inter hæc vero ſubueniat? Patronus? Sed præuaricatur & decipit. Iudex? Sed ſententiam vendit. Qui ſedet crimina vindicaturus, admittit, & vt reus innocens pereat, fit nocens iudex. Flagrant vbique delicta, & paſſim multiformi ge-

SVRGE, ET DIMITTAM TE.

nere peccandi, per improbas mentes nocens virus operatur. Hic teſtamentum ſubiicit: ille falſum capitali fraude conſcribit: hîc arcentur hæreditatibus liberi: illîc bonis donantur alieni. Inimicus inſimulat, calumniator impugnat, teſtis infamat, vtrobique graſſatur in mẽdacium criminum proſtitutæ vocis venalis audacia, cùm interim nocentes, nec cum innocentibus pereunt. Nullus de legibus metus eſt: de quæſtore, de iudice pauor nullus: quod poteſt redimi, non timetur: eſſe iam inter nocentes innoxium crimen eſt: malos quiſquis non imitatur, offendit. Conſenſere iura peccatis, & cæpit licitum eſſe quod publicum eſt. Quis illic rerum pudor, quæ eſſe poſſit integritas, vbi qui damnant improbos deſunt, ſoli tibi qui damnentur occurrunt. Hactenus S. Cyprianus. B Porrò hæc omnia in principem recidunt: illius periculo vbique peccatur: omnium enim curam ipſe ſuſcepit, ac pro omnibus rationem in tremendo illo iudicio redditurus eſt. Ob hæc igitur & alia plurima, quæ oratione complecti non poſſumus, Saul, ne in multam lucem ſomno indulgeat, à Samuele prohibetur.

A

VERSVS 27.

Cumque deſcenderent in extrema parte ciuitatis, Samuel dixit ad Saul: Dic puero, vt antecedat nos, & tranſeat: tu autem ſubſiſte pauliſper, vt indicem tibi verbum Domini.

VERMILIVS: Hinc intelligimus verba Dei omnibus communicanda eſſe, ſeruis, liberis, pauperibus, diuitibus: ad conſilia vero de republica non tutum eſſe, omnes admittere. Noluit Samuel hanc deſignationem noui regis publicari ante tempus. Sed dices, quid opus erat clanculario conſilio? cur non res apertè geritur? Reſpondeo, primùm, vt cùm Saul poſtea ſorte renuntiaretur rex, intelligeret, hanc rem omnem geſtam fuiſſe conſilio Dei. Ita Dauid diu antequam rex crearetur, audiuit ſe fore regem; ita Ieroboam; ita Iehu, & alij. Deus enim vult reges certos eſſe de beneficio ſuo. Deinde, cùm res eſſet tranſigenda ſortibus, voluit Deus Saulem intelligere, nihil in ea re temerè, aut fortuitò contigiſſe: ſed ſortes ipſas eſſe in poteſtate ſua. Poſtremò noluit Deus Saulem rei nouitate nimiùm perturbari. Itaque curauit, vt omnia eius argumenta refutarentur à Samuele. Cùm eſſet iam delectus ſortibus, abdidit ſe in tenebras, & delituit inter vaſa, & ſarcinas. Quid ille feciſſet, niſi antè præmonitus fuiſſet à Samuele? Vermilius.

CAPVT DECIMVM.

TVLIT autem Samuel lenticulam olei, & effudit ſuper caput eius,
& deoſculatus eſt eum, & ait: Ecce, vnxit te Dominus ſuper here-
ditatem ſuam in principem, & liberabis populum ſuum de manibus
inimicorum eius, qui in circuitu eius ſunt. Et hoc tibi ſignum, quia
vnxit te Deus in principem. 2 Cùm abieris hodiè à me, inuenies
duos viros iuxta ſepulchrum Rachel in finibus Beniamin, in Meri-
die, dicéntque tibi: Inuentæ ſunt aſinæ, ad quas ieras perquirendas:
& intermiſſis pater tuus aſinis, ſolicitus eſt pro vobis, & dicit: Quid faciam de filio
meo? 3 Cùmque abieris inde, & vltra tranſieris, & veneris ad quercum Thabor,
inuenient te ibi tres viri aſcendentes ad Deum in Bethel, vnus portans tres hœdos, &
alius tres tortas panis, & alius portans lagenam vini. 4 Cúmque te ſalutauerint,
dabunt tibi duos panes, & accipies de manu eorum. 5 Poſt hæc venies in collem
Dei, vbi eſt ſtatio Philiſthinorum: & cùm ingreſſus fueris ibi vrbem, obuium ha-
bebis gregem prophetarum deſcendentium de excelſo, & ante eos pſalterium & tym-
panum, & tibiam, & citharam, ipſóſque prophetantes. 6 Et inſiliet in te Spiritus
Domini, & prophetabis cum eis, & mutaberis in virum alium. 7 Quando ergo
euenerint ſigna hæc omnia tibi, fac quæcumque inuenerit manus tua, quia Domi-
nus tecum eſt. 8 Et deſcendes ante me in Galgala, (ego quippe deſcendam ad te)
vt offeras oblationem, & immoles victimas pacificas: ſeptem diebus expectabis,
donec veniam ad te, & oſtendam tibi quid facias. 9 Itaque cùm auertiſſet hume-
rum ſuum vt abiret à Samuele, immutauit ei Deus cor aliud, & venerunt omnia ſigna
hæc in die illa. 10 Venerúntque ad prædictum collem, & ecce cuneus propheta-

rum obuius ei: & inſiluit ſuper eum Spiritus Domini, & prophetauit in medio eorũ.
11 Videntes autem omnes qui nouerant eum heri & nudiuſtertius, quòd eſſet cum
prophetis, & prophetaret, dixerunt ad inuicem: Quænam res accidit filio Cis?
num & Saul inter prophetas? 12 Reſponditque alius ad alterum, dicens: Et quis
pater eorum? propterea verſum eſt in prouerbium: Num & Saul inter prophetas?
13 Ceſſauit autem prophetare, & venit ad excelſum. 14 Dixitque patruus Saul
ad eum, & ad puerum eius: Quo abiſtis? Qui reſponderunt: Quærere aſinas: quas
cùm non reperiſſemus, venimus ad Samuelem. 15 Et dixit ei patruus ſuus: In-
dica mihi quid dixerit tibi Samuel. 16 Et ait Saul ad patruum ſuum: Indicauit
nobis quia inuentæ eſſent aſinæ. De ſermone autem regni non indicauit ei quem lo-
cutus fuerat ei Samuel. 17 Et conuocauit Samuel populum ad Dominum in
Maſpha: 18 & ait ad filios Iſraël: Hæc dicit Dominus Deus Iſraël: Ego eduxi
Iſraël de Ægypto, & erui vos de manu Ægyptiorum, & de manu omnium regum
qui affligebant vos. 19 Vos autem hodie proieciſtis Deum veſtrum, qui ſolus
ſaluauit vos de vniuerſis malis & tribulationibus veſtris: & dixiſtis: Nequaquam:
ſed regem conſtitue ſuper nos. Nunc ergo ſtate coram Domino per tribus veſtras,
& per familias. 20 Et applicuit Samuel omnes tribus Iſraël, & cecidit ſors tri-
bus Beniamin. 21 Et applicuit tribum Beniamin & cognationes eius, & cecidit
cognatio Metri, & peruenit vſque ad Saul filium Cis. Quæſierunt ergo eum, & non
eſt inuentus. 22 Et conſuluerunt poſt hæc Dominum vtrumnam venturus eſſet
illuc. Reſponditque Dominus: Ecce abſconditus eſt domi. 23 Cucurrerunt ita-
que & tulerunt eum inde: ſtetitque in medio populi, & altior fuit vniuerſo popu-
lo ab humero & ſurſum. 24 Et ait Samuel ad omnem populum: Certè videtis
quem elegit Dominus, quoniam non ſit ſimilis illi in omni populo. Et clamauit om-
nis populus, & ait: Viuat Rex. 25 Locutus eſt autem Samuel ad populum legem
regni, & ſcripſit in libro, & repoſuit coram Domino: & dimiſit Samuel omnem po-
pulum, ſingulos in domum ſuam. 26 Sed & Saul abiit in domum ſuam in Ga-
baa: & abiit cum eo pars exercitus, quorum tetigerat Deus corda. 27 Filij verò
Belial dixerunt: Num ſaluare nos poterit iſte? Et deſpexerunt eum, & non attulerunt
ei munera: Ille verò diſſimulabat ſe audire.

Versus 1.

Tulit autem Samuel lenticulam olei, & effudit ſuper caput eius, & deoſculatus eſt eum, & ait: Ecce, vnxit te Dominus ſuper hereditatem ſuã in principem, & liberabis populum ſuum de manu inimicorum eius, qui in circuitu eius ſunt. Et hoc tibi ſignũ, quia vnxit te Deus in principem.

Capitis diſtributio. VERMILIVS: Hîc primo loco agitur de vnctione Saulis, & de ſignis, quæ illi in itinere oblata ſunt. Deinde de tempore, quo conueniendum erat in Galgal. Poſtea quid Saulus patruo reſponderit, & quemadmodum omnia verba Samuelis de regno prudenter diſſimularit. Quartò, qua oratione Samuel vſus ſit in Maſphat ad populum. Poſtremò, quemadmodum Saul publicè declaratus ſit rex.

De lenticula. Quod ad primum attinet, *Tulit*, inquit, *Samuel lenticulam olei*. Septuag. τὸν φακὸν τοῦ ἐλαίου *lenticulam olei*. Vatablus emendatus, *vas olearium*. Targ. *vas vnctionis*. מנא *mana* enim Chald. vas ſignificat. Hebraicè פך השמן *phach haſchemen*.

A Hac *lenticula*, inquit, Scindlerus, vncti fuerunt Saul & Iehu, quorum regnum non fuit diuturnum, ſicut Dauidis & Salomonis, qui vncti fuerunt בקרן *becheren* cornu: de quo ſuo loco. Nec fuit hoc oleum vnctionis: quia eo vngebantur ſoli reges de domo Dauidis, ſed fuit balſamum. De קרן *cheren* verò ſuo loco hæc habet. *Schindlerus.* Vaſculum vnguenti corneum, ad vngendum reges, iuſſu Prophetarum. *Cornu.* Hoc erat in tabernaculo teſtimonij cum aliis vaſis vnguenti repoſitum, iuxta arcam fœderis, & continebat vnguentum à Moſe confectum, quo vngebãtur tantùm reges de domo Dauid, quorum regnum erat durabile; & tantum vnguenti capiebat, quantum ad vnam vnctionẽ ſufficiebat. Sic Græcis *κέρας cornu, & poculum*. Hæc Schindlerus in Pentaglot. B *Vatablus.* Vatablus in Ecphraſi, Phialam paruam olei, ſiue vnguenti aromatici interpretatur, hoc eſt, phialam plenam balſamo. Et addit: Hebræi aiunt Saolem nõ fuiſſe vnctũ oleo vnctionis, quo illi ſoli vncti ſunt, qui fuerunt è domo Dauid.] *Toſtatus.* Toſtatus in hunc locum. Dicitur hic *lenticula* vas quoddam paruum, in quo continetur oleum à liniendo dictum, quia ibi continetur id, quo corpora liniuntur, ſcilicet oleũ. Erat autẽ iſtud vas, quod aliquando vocatur *lecythus*. Sic patet infra 3. lib. cap. 17. vbi dixit Elias ad mulierem Sare-

ptanam, *Hydria farinæ non deficiet, & lecythus olei non minuetur*, id eſt vas illud, in quo continetur oleum. Communiter tamen vocatur *lenticula*, ſic patet infra 4. lib. cap. 9. vbi Propheta quidam vnxit Iehu in regem Iſraël. Aliquando autem vocatur *cornu*, ſic patet infra cap. 16. cùm dixit Deus Samueli, *Imple cornu tuum oleo, & veni mittam te ad Iſai Bethlehemitem*. De iſta *lenticula* dicitur, quod eſſet quoddam vas de auro, vel de argento ad conſeruandum oleum ſacrum. Hactenus Toſtatus. Cuius ingeniũ nonnulli forſitan mirari poterunt in inueſtiganda *lenticulæ* etymologia, à liniendo, inquit, quod id contineat, quo corpora liniuntur. Sed & illud quod ait, lenticulam in ſcripturis aliàs etiam *lecythum & cornu* vocari, non facilè mihi perſuadeo, de ſententia Hebræorum prononciaſſe. B Nam prius quidem *cornu à lenticula* diuerſum nomen eſſe apud Hebræos oſtendimus; alterum etiam vaſis genus eſſe, non modò S. Gregorius, ſed etiam linguæ ſanctæ periti tradunt. lib. 3. Reg. cap. 17. Eo loco, quem in exemplum adduxit, reuera Santes Pagninus *lenticulam* vertit, cùm nos lecythum legamus: non tamen Hebraicè eadem dictio eſt, ſed ibi ſcribitur צַפַּחַת *tſapahhath*, hîc verò פַּךְ *phach*: quæ neſcio an quiſquam idem nomen eſſe conſentiat.

LXX Interpret. S. Ambroſius LXX. Interpret. autoritatem ſequutus eſt, cùm *lenticulam* dixit, infra cap. 26. quem nos *ſcyphum* legimus. Nam & inter varia ſcyphorum genera videmus etiam nonnul- C los, qui lenticulæ ſimilitudinem exhibeant, lato quidem fundo, labris autem non admodum extantibus, quas cupas vulgò nominamus. Cæterùm nomen Hebraicum, quo Scriptura vtitur cap. 26. non idem eſt, quod hoc eodem loco, צַפַּחַת *tſapahhath*: quod tametſi vas quoque & lenticula nonnunquam exponatur ob antiquæ ſupellectilis ignorantiam, nonnulla tamen apparet ex Hebraico charactere differentia.

Multiplex vocis φακὸν ſignificatio. Septuaginta autem, quos legit S. Ambroſius, etiã 26. capite φακὸν tranſtulere: cuius dictionis quã varia & multiplex poteſtas apud Græcos fuerit, plures notarunt. Nam præter volgare genus illud leguminis, etiam lentiginis maculam denotat, reiecto in præcedentem ſyllabam accentu, φάκος. Sed & labem oculi; D genus etiam muſci Dioſcoridi lib. 4. cap. 88. Scalpri quoddam genus medicis; partem etiam fræni: verùm hæc nihil ad vaſis rationem: illud vicinius, quòd cùm S. Iuſtinus Martyr de Sybillæ tumulo ageret, vrnam ſeu vas aliud quodconque ſepultæ cineres conderet, τὸν φακὸν nominauit. Galenus in Gloſſis Hippocraticis, vt *Gorrhæus.* Gorrhæus refert in Definit. Medic. in dictione φακωτὸν, ἀσκοὺς, κεράμους, οὓς καὶ πυελ-τοὺς καὶ φακοὺς ὀνομάζουσι. id eſt vtres appellat tegulas, quas etiam lateres & lenticulas vocant. Idem etiam manifeſtius: Apud Hippocratem φακωτὸν πυελάμενον, vas in lenticulæ ſimilitudinem factum, quo ad ignem calente, vel aqua aut oleo calidis pleno fotus fiunt. Latinè vaporarium lenticulatũ dicere poſſis. Hæc Gorrhæus.

Lenticula vaſis genus ſpeciem referens. Erat igitur lenticula vaſis genus, lentis ſpecie ſiue figura: ſed quæ tandem ea fuit, non enim vna lentis figura, ſicut nec ſpecies? *Plinius.* Plinius A lib. 18. cap. 12. Duo, inquit, lentis genera in Ægypto: alterum rotundius nigriuſque: alterum ſua figura. Inde vario vſu translatum eſt in *lenticulas* nomen. Figuram magis exprimit lib. 37. cap. 12. cùm lenticulæ figuram in gemmis deſcribit, quæ inter præcipuas ab eo ſecundo loco probatur. Figura oblonga, inquit, maximè probatur: Deinde quæ vocatur lenticula: poſtea clypeidos. Quæ autem ſit ea figura ſic accipe: Circa medium ſui lata, rotunda, & depreſſa. Quæ deſcriptio graphicè nobis vaſis modum figuramque depingit.

Quod ad myſterium attinet, S. Gregorius *S. Gregor. Allegoria.* lib. 4. c. 5. in lib. 1. Reg. Lenticula quidẽ, inquit, paruum eſt vas. Quid ergo eſt quòd lenticula olei Saul vngitur, niſi quia in fine reprobatur? B Nam quia obedire Deo poſtea noluit, à Samuele audiuit: *Quia proieciſti ſermonem Domini, proiecit te Dominus, ne ſis rex.* Velut enim lenticula olei parum habuit, qui ſpiritualem gratiam proiiciendus accepit.] Eſt etiam tritum illud apud Græcos prouerbium, τὸ ἐν τῇ φακῇ μύρον in lenticula vnguentum: quod quidem in eos dici ſolet, qui nullo rerum diſcrimine, quæ agunt dicúntve, pari nixu cuncta moliuntur. Verùm hæc de legumine intelligenda ſunt, quanquam & in Saulem mirificè quadrant: qui non minorem curam & diligentiam ad perdendum Dauidem generum ſuum & innoxiũ, quàm ad debellandos Philiſthæos adhibuit.

C

De oleo; & quod fuerit illud ad Regum inunctionem adhibitum.

HACTENVS Abulenſis Epiſcopi ratò *Toſtatus.* meminimus, quòd eiuſdem Commentarios non haberemus: At nunc poſtquam eorundem nobis copia facta eſt, nil oberit, ſi quid otij nobis Typographi, dum opus vrgent, vel neceſſariò conceſſerint, de fertilis ingenij meſſe raptim aliquid delibare. Quærit igitur hoc loco, quo potiſſimùm oleo vncti Reges videri poſſint, cùm duplex olei genus olim fuiſſe didicerimus, ſacrũ videlicet, & commune. Nam commune quidem quale fuerit definit Scriptu- D ra Exodi cap. 27. *Præcipe*, ait Dominus, *filiis* *Duplex genus olei in Script.* *Iſrael, vt afferant tibi oleum de arboribus oliuarum puriſſimum, piloque contuſum, vt ardeat ſemper lucerna in tabernaculo.* De quo iterum Leuitic. cap. 24. Vſus eius olei erat qui deſcriptus eſt. Adhibebatur præterea ad ſacrificia, quoniam, inquit Toſtatus, in omni ſacrificio offerebantur libamenta, præterquàm in ſacrificio pro peccato. Numer. cap. 15. Erant autem quinque, ſcil. farina, vinum, oleum, ſal, thus, vt colligitur præal. cap. & Leuit. 2. Iſtud autem oleum erat ad cibos humanos, quia erat ſimplex. Hæc Toſtatus. Itaque id genus olei alij cibarium vocant, cuius etiam faciendi rationem, ſiue ἐλαιουργίαν lex antiqua præſcribit: iubet enim oleas pilo contundi. At Columellæ Rudicula, organum eſt oleo conficiendo, erectæ tribulæ ſimile. Nec vna ſpecies cenſetur eius *Species olei communis.* olei: nam virens dici videtur Varroni ex olea

expreſſum

SAMVEL LENTICVLAM OLEI.

Cœlius Rhodig. lib. 6. lect. Antiq.

expreſſum acerbiſſima: quod præcipuè creditur A ſapere. Galenus & Theophraſtus omphacinũ oleum vocant, item ὠμοτριβὲς, id eſt crudum. Sed vt iſta, inquit Cœlius lib. 6. cap. 6. certiore metiamur modulo, ſciendum amplius, non vnã priſcis fuiſſe oliuitatem: ſiquidem prima fuit, Columella tradente, in qua acerbum exprimebatur oleum ex necdum matureſcentibus baccis: æſtiua dicebatur hæc. Sequens habebat Nouembris finem: inde oleum erat virens, ex viridibus manans oliuis. Tertia Decembri fiebat menſe: huius erat maturum oleum. Vltima fuit menſis Ianuarij: album oleum appellat Dioſcorides, vt à viridi ſeparetur, cuius cõfectionem idem pluribus exſequitur. Seruius in 2. Georgic. illud enarrans:

Et amara pauſia bacca.

Amara, inquit, id eſt viridi: nam de pauſia viride oleum fit, vnde contra dicitur, quod virens nõ eſt. Hactenus Cœlius. Ad Epiſcopum Abulenſem reuertamur.

De oleo vnguentis delibuto.

Aliud autem erat oleum, inquit, quod magis vocatur vnguentum quàm oleum, & iſtud erat ad multiplicem vnctionem.] De vnguentis nos antea cap. 8. verſu 13. Et quòd ea oleo præcipuè conſtarent, toſis, floribus, & aromaticis ſpeciebus delibuto. Hîc tamen etiam aliquid de odoribus, quorum maximè gratia vnguenta reperta ſunt, ad Toſtatum adiiciemus. Igitur omnem (quod aiunt) lapidem mouendo ſic comperi, inquit Cœlius, odorum ſpecies eſſe duas: alteram quidem ſaporis ratione, cui gratum ingratumque ineſt quidem, ſed per accidens, hoc eſt non quatenus eiuſmodi odora ſunt, ſed quoniam odor eorum nutrimentum ſignificat. Eſt enim odor, quædam, vt ſic dicam, paſſio nutrimenti, ſicut & ſapor; ſiquidem per qualitatem eam aptum & congruum ſibi alimentum è longinquo percipiunt animalia, ſicut coniunctum per ſaporem. Ex quo animaduertimus, odores id genus ſaturis minus eſſe oblectabiles, at eſurientibus mirificè. Nam nec cibaria ipſa non indigi appetimus. Quo colligimus liquidò, hoſce odores alimenti tantùm ratione oblectare, aut è diuerſo. Altera verò odorum ſpecies per ſe dicitur, namque oblectant ſimpliciter, & per ſe, nullo nutricationis intuitu. Eiuſmodi ſunt florum odores, hi quippe nullam conciliarint appetentiam. Quinimò, ſi cibariis inſerantur, inamœna reddunt ea, prorſuſque aſpernabilia: quoniam odorata hæc ferè ſunt ſaporis non boni. Et poſt multa iterum Cœlius,

Cœlius l. 7. cap. 27. Odorum duæ ſpecies.

Vſus odorũ.

Euentus autem ratio eſt, vt contemperetur cerebri frigiditas. Id enim in homine maius ex corporis analogo, quàm in cæteris. Cerebrum denique ſuapte natura frigidum eſt, ob id & ſanguis, quem exiguæ ac prætenues venæ complectuntur, tota facilitate frigus concipit. Propter quod ex cibo reſolutæ euaporationes, & arcem illam ſcandentes, ex loci frigore denſiores factæ rheumatiſmis plerunque præſtant argumentum: ad quæ amolienda, vel aliquo modo mitiganda, odores, imbecillitatis noſtræ natura memor ſuggeſſit. Hactenus Rhodiginus. Sed quid dices ad vnguenti rationem? Paucis explicabo. Cerebrum quidem ipſum

I.

A per ſe humani corporis arcem occupat, ſed cùm in neruos deductum ſit, toto corpore funditur: inde enim reliquis artubus motus & ſenſus, quorum origo à cerebro manat. Nerui porrò ab ortu frigidi cenſentur, & cerebri quoque ſtillicidiis lædi, denſiſque fluxionibus, quarum cauſæ odorum maximè beneficio diſcutiuntur. Idcirco autem odor cerebri nubeculas diſſoluere viſus eſt, quoniam is calida quadam expiratione vehitur, quæ vbi cerebrũ ſubiit, frigidiores anhelitus abſumit aut minuit. Quòd ſi ſe in alias quoque partes odor inſinuet idem efficere poſſe creditus eſt. Non enim ſenſus ipſe odoris, qui in primo cerebri limine excubat, tantam vim obtinet: ſed calor in cerebrum receptus vim frigoris vincit, & nebulam

Vtilitas vnguentorum.

B diſſipat. Ergo etiam neruis, ſi ad eos penetrarit, non parum opis afferet. At nihil ſic potuit odores in omnem corporis partem inducere, vt oleum, quod commodè membris omnibus circunfunditur, blãdè in poros ſe induit, & neruis allabitur. Ideoque primùm aromata oleo macerata ſunt, & liquores odore perfuſi, vt cũ voluptate neruos fouerent ac reficerent.

Id cùm feliciter cederet, res apta myſterio viſa eſt & digna quæ per allegoriam diuinæ gratiæ mirabiles fructus repræſentaret. Quare tranſlato ad religionem vnguentorum vſu, ſacerdotes & prophetæ inunctionibus initiari cœperunt. Et primum quidem, quod Deo autore compoſitũ eſt, eiuſmodi fuit. Exod. 30. *Sume tibi aromata, primæ myrrhæ & electæ quingentos ſiclos,*

Sacrum oleum.

Fagius.

C (Fagius in Onkel. in Comment. interpretatur ad verbum, *vnguenta cauitis, & myrrhæ liberæ:* quæ poſſunt ad allegoriam referri.) *Et cinnamomi medium, id eſt, ducentos quinquaginta ſiclos, calami ſimiliter ducentos quinquaginta, caſiæ autem quingentos ſiclos in pondere ſanctuarij, olei de oliuetis menſuram hin.* Siclus Sanctuarij, vt Hebræis placet, continebat viginti ὀβολοὺς, obolus pondus ſedecim granorum hordeaceorum. *Hin* menſura erat liquidorum, continens duodecim login. Log verò ſex oua continebat. Fagius in 29. & 30. ca. Exod. Traditur deinceps nomen, & vſus eius vnguenti. *Facieſque,* inquit, *vnctionis oleum ſanctum, vnguentum compoſitum opere vnguentarij, & vnges ex eo tabernaculum teſtimonij, & arcam teſtamenti, menſamque cum vaſis ſuis, candela-*

Pondus Sicli, & menſura Hin.

D *brum, & vtenſilia eius. Altaria thymiamatis, & holocauſti, & vniuerſam ſupellectilem quæ ad cultũ eorũ pertinet. Sanctificabiſque omnia, & erunt ſancta ſanctorum: qui tetigerit ea ſanctificabitur. Aaron & filios eius vnges, ſanctificabiſque eos, vt ſacerdotio fungãtur mihi.* Iterũ commendat idem oleũ, quod ſanctũ eſſe iubet, & carnem corporis eo tingi vetat, aut ſimile confici. *Filiis quoque Iſrael dices: hoc oleũ vnctionis ſanctum erit mihi in generationes veſtras. Caro hominis non vngetur ex eo, & iuxta compoſitionem eius non facietis aliud, quia ſanctificatum eſt, & ſanctum erit vobis.* His additur poſtremò ſanctio. *Homo quicunque tale compoſuerit, & dederit ex eo alieno, exterminabitur de populo ſuo.* Hactenus lex illa vnguentaria. Sed quid ſibi vult quod vetat ſimilis vnguenti participem fieri alienum? Legitur Hebraicè עַל־זָר *ghol zar* quod vertit Fagius in Onkelo *ſuper prophanum.*

Ddd

Samvel lenticvlam olei.

Sacra epitheton quo multis tribuatur. Cœlius Rhodig.

Primùm igitur, vt docent Apollij Interpretes ſuper Argonauticorum prim magnæ af- A
fectiones ἱεραὶ καὶ καλαὶ, id eſt ſac& pulchræ nuncupantur. Sic tripodas ſacros ἱερὸν ἰχθὺν magnum piſcem interpretantur oſſographi: vti Iliados Rhapſodia decima odit Euſtathius. Os item medicis ſacrum, od omnium maxim ùeſt io corpore bumano; morbus ſacer, qui nõnollis lepra peſtilensis ſacer ignis dicitur, à magnitudine mali; quadmodum & arrogantia animi ſacer mois Heraclito dictus eſt ob eandem cauſam, ſilentium denique ſactum apud Martianum θερμὰ λουτρὰ ἱερὰ, id eſt balneas calidas ſacras circo Ariſtoteles dici putat, quia ſulfure ate fulmine re- B
bus ingenuè ſacris proueniant xris, inquam, quoniam quæ miranda ſont & culta, ſicuti quibuſdam placet, ſacra vident, vt miras balnearum facultates taceam. Micem ſacrum apud Iuriſperitos inde dici opiatur nonnulli, quòd eo veſtes imperatoriæ intrentur. Sacros item muros; & Homero ἱερὸν τέλος φυλάκων ſacram cuſtodum cohortem, q d tueantur & cuſtodiant, & hoſtes procul arent, vt profanos à ſacris numinis reuerentia. mphictyonũ quoque ſacrum cooſeſſum, & decreta ſacra Græci habuerunt, quæ commutotios Græciæ conſeoſu reſcindi non poteri. Vicinios ad inſtitutum noſtrum. Athenis ἱερὰ ὁδὸς, & Romæ ſacra via dicta eſt, per qoa vtrobique C
ſacra commearent. Sacra etiam trimis Athenienſibus: ſeu quod eam violari nas eſſet, cũ ad Imperatores in iudicium vocatos allegaretur: ſeu quod ſacris deſtinata eſt. Sacrum bellom, quod pro ſaeris, & maxiè pro Delphico oraculo aduerſus Phocenſi à Lacedæmoniis geſtum eſt. Poſtremò dicetiam ſacer Græcis dictus eſt, pro ea parte die, quæ à matutino tempore porrigitur ad medìem, quo tempore dijs cæleſtibus rem diuinam obire, vetuſtiſſimi moris fuit. Hæc & alia Cælius Antiq. lection. lib. 12. cap. 22. & lib. 19. cap. 15. quæ idcireo commemorare volui, vt certior eſſes nihil ſpectare ad propoſitum: ſed ſacratiora nobis, religionique viciniora inueſtiganda eſſe.

Sacri etymologia apud Hebraos.

Sacer igitur Hebræis קדוש *Kadoſch* dicitur, קדש *Kodeſch* ſanctitas: quo nomine ſacrum D
illud vnguentum, euius ante meminimus, Exod. cap. 30. verſu 25. *Vnctio ſanctitatis* appellatur. Vocis origo à verbo קדש *kadaſch* coius hæc ſignificatio multis Scripturæ locis eſſe deprehenſa eſt, vt ſit ſeparatum eſſe, ſanctum, purum, impollutum, mundum, caſtum, continentem. His notis ſacrum à profano Scriptura diſcernit: & Deum quidem totius ſanctitatis fontem eſſe decemit, deinde etiam Angelos & homines, prout eorundem mentibos illabitur, & ampliori virtutis ſuæ luce colloſtrat, ſacroſanctos appellat: poſtremò etiam omnia, quæ ſiue Deus per ſe ordinauerit, ſiue nos vltro beneficiis prouocati cõtulerimus, ad conciliandã eius nobiſcum ſocietatẽ religioniſq; cultũ adhibentur. Sed quoniã ſanctitatis ratio (nam Hebræis ſacrũ & ſanctũ idem eſt, tametſi nonnullũ ioter hæc nomina Iuriſcõſulti diſcrimen agnoſcãt) maximè quæ ad animi cultum & ornatum pertinet,

Sacra diſtinguimus in perſonas, actiones, & res diuino cultui deſtinatas.

I.

duduobis c. 2. verſu 2. accuratè tradita eſt, nec vt ea diſputatio præſenti loco neceſſaria; id paucis repetã, quæ de ſacris cõpendioſè rit Cornelius Agrippa lib. 3. de Occult. Philoſoph. c. 63. Illũ verò authorẽ delegi, nõ eruditio nõ longè acceptior futura eſſet, limpido fonte potius quã è ſtygia illa lacunnaret: Sed quod dum fuis ſupellectilẽ exc, & noſtra apud eũ recognoſco, interim det guẽdi occaſio, & admonẽdi eos qui eius op dlecebris capri ſunt, vt ab inſidiis caueãt.

Cornelius Agrippa. Prima claſſis ſacrorũ.

Dicuntur *ſacra*, inquit, quæcunque ab ipſis dijs dæmonibus ſuis adſiſtẽtiis ſunt ſacrata, tanm, vt ita loquar, à diis ipſis nobis dedicata: modo dicimus ſacros dæmones, quia in ipſis eus habitat, cuius nomen ſæpe ferre dicur. Vnde legitur in Exodo: *Ego mittam angelum meum qui præcedet te, obſerues eum, nec contemdum putes, quia eſt nomen meũ in illo.*] Magomdis, & non Chriſtianum. Quanquã enim matri exẽplo edoctus Scripturæ verbis abutatid legentium perniciem, manifeſtè tamẽ proo ſorex proditur indicio. Quis enim ſacros dæmonas pios appellet? At angelos intelligi primũ igitur appellationis indignitate offennor: Deinde, qui ſont illi dij præter angelos quorũ ratio in ſacris habenda eſt? Eadem, ſed chriſtianè Reuchlinus lib. 2. de verbo mirifico 10. Sacrum, inquit, vocamus omniũ rerũ

Reuchlinus.

C Deum omnis ſacri principiũ & fontem: deinde ſui participatione cuncta poſt Deũ ſacra, in quibus eus ipſe ſua ſponte verſatur cũ ſua præſentiæ virtute.] Et iterum, Sacra, inquit, iote optimo nominamus illa, in quibus Deus verè habitat, nõ angeli, non dæmones, ſed Deus ipſe ſummus, optimus, maximus. Ob idque angelos etiam ipſos ſiue Deos vocamus ſacros, quoniã & ipſis quoque Deus habitat, cuius ſæpe nomen ferre dicuntur. Contra verò profanos pari modo execrabiles appellamus, à quibus longè Deus abeſt. Hactenus Reuchlinus.

Altera ſpecies ſacrorũ. Cornelius.

Sequitur altera ſpecies rerũ ſacrarũ. Sic etiam myſteria Cornelius, inquit, ſacra dicuntur. Eſt enim myſteriũ, quod ſacratã & occultã virtutẽ habet, & gratiã à diis vel à dæmonibus collatã, vel ab ipſo ſummo Deo diſpenſatam, quemad-
D modũ ſunt ſacra nomina, & characteres, de quibus ſupra dictum eſt. Sic crux ipſa ſaera & myſterioſa Ieſu Chriſti paſſione ſacrata: hinc etiã orationes & preces quædam ſacræ, & myſticæ nuncupantur, quæ non hominum deuotiooe, ſed diuina reuelatione inſtitutæ ſunt; quemadmodũ legimus in Euangeliis, Chriſtũ inſtituiſſe orationem Dominicam. Hactenus ille magus.

Ioan. Reuchlinus.

Reuchlinus Quod igitur vel Deus eſt, vel denique qood nõ homines primũ, ſed ipſe ſolus optimus maximus ſua præſentia & aſſiſtentia cõſecrauit, & virtutem illi ſuam infudit: id vnum præter cætera verè debet ſacrum appellari & ſanctum, quod Deus ſanxit, & honori ſuo non humanis illecebris reſeruauit. Hæc ille. Saeramenta itaqoe nouæ legis, imò & veteris, verè ſacra ſunt, quæ myſteria Græci vocant: quoniam illa Dei beneficio, & myſtica operatione, nobis qoidem gratiã ioſtificantẽ cõferunt; maioribus autem legalẽ conferebant. Siue igitur beneficij

Sed cur de his diſputem, cùm nihil ad propoſitum faciant? Neque enim ſacra quiſquam inter agentia naturalia iure retulerit. Sed vbi adhibentur, per hæc aliquid ſopra naturam à Deo expectamus. Quod ſi oegetur, & conſecratione duntaxat rem perfici, & ope minorum numinum ad nobiliores effectus promoueri aſſeratur, proculdubio quicquid fit, ſacrilegæ ſuperſtitioni ſeruit, & tantumdem eius magicis artibus acceptum ferendum eſt, quantum naturalem efficientiam exoperat. Non enim rea vllâ naturali dote aucta eſt: ſed dæmon tanquam ex pacto ac conuento, quod videtur præter conſuetudinem fieri, incompertis modis efficit.

Continuatur enumeratio ſacrorum; & quæſtio abſoluitur.

SEQVITVR tettia claſſis ſacrorum, quam ſuo more definit Cornelius: ſed quoniam, vt video, longior mihi tractatus ſcribendus eſſet, ſi cuncta tefellere parem, quæ ſcriptis ſuis bipedum nequiſſimus impndenter inſeruit; idcirco mago procul à ſacris amandato, quæ ſequuntur quàm potero breuiſſimè complectat.

Tertius ordo ſacrorum. Erit igitur tertius ordo ſacrorum, hominum, quos Otdinis ſanctitas, & Sacramenti religio, diuinis miniſterüs æternûm mancipauit. Tametſi enim nullum non Sacramentum ſanctitatem conferat, ac proinde etiam Chriſtiani omnes ſacri poſſint vocari: nam & gentem ſanctam Petrus eos appellat: illi tamen præter cæteros eo nomine gloriantur, qui ſacris ritibus initiati, & inſtar priſcorum militum victuris non in cute, ſed in mente cœleſtis gratiæ punctis inuſti, ſacris præfecti ſunt. Sic olim Scriptura ſacerdotes ac Leuitas ſanctos ſiue ſacros fuiſſe teſtatut: quorum tamen, ſi noui ſacerdotij dignitatem ſpectes, ſi Sacramenti ſanctitatem, ſi hoſtiæ dioinitatem, ſi poteſtatis magnitudinem, nulla digna poterit cum ooſtris fieri comparatio.

Quartus ordo ſacrorum. In quarto ordine Monachi ac Religioſi locandi ſunt, quos ſanctioris vitę propoſitom ſecularibus curis atque delitiis abreptos, ad cœleſtium rerum contemplationem, & publicæ ſalutis ſtudium traduxit. Hos namque voti nexus ſanctificat, & arctiori vinculo cum Deo coniungit. Quòd ſi Nazaræi propterea ſacri dicti ſunt, quòd pauculis legibus, breui tempore, votis ſuis aſtringerentur: quid de Monachis & Religioſis ſentiendum eſt, qui ſpes, fortunas, & actus ſuos, denique libertatem æterna lege Deo cooſecrarunt?

Quintus ordo ſacrorum. Hos ſequitur quinta ſeries eorum, qui cum ad difficile munus in Chriſtiana Republ. vocentur: viſi ſunt ampliori cœleſtis gratiæ præſidio debere muniri.

Ratio Regalis vnctionis. Tales ſunt Reges; tales Abbates, quos cum ſumma ope iuuare ſtudeat Eccleſia, iis benedictionibus impertit, quibus non temerè credidit Deum eſſe fauiturum. Tametſi enim hæ conſecrationes Sacramentorum vim non obtinent, Eccleſia tamen diuinis freta promiſſis, haud dubitat, quod externo ſymbolo teſtatur, hoc à Deo effectum dari. Neque enim veriſimile eſt, quod Synagogæ Deus aliquando tribuerit, Eccleſiæ potuiſſe negare. At Reges vnctos in Scripturis legimus. Quid porrò Eccleſia, aut fecit, aut commeruit, ob quod Reges noſtri eo beneficio priuarentur? Sed regalis, inquis, inunctio Chriſtum venturum olim repręſentabat. Quare hoc tempore minimè neceſſaria eſt. Erras, lector, ſi ad hoc tantùm vnctionem Regibus fuiſſe neceſſariam putaueris: nam erat præterea externum ſymbolum, quo ſibi datum priocipem populus agnoſceret; vti manifeſtè probator ex Scripturis, idque tum popolns io ea ceremonia maximè ſpectabat. Sed & aliquid præterea emolumenti de inunctione ad Regem redundabat: quod ni fieret, fruſtra eſſer clandeſtina hæc inunctio. Nam figura quidem Chriſti, vt ootari poſſer, palàm proponi debuit. Traditæ autem poteſtatis ſignificatio, niſi publicè fieret, quis principem agooſcetet? Itaque ſæpius Reges coram populo vncti ſunt. Hîc tamen clam primùm, deinde in aperto ac propatulo loco. Cùm igitur Saül in publicis comitiis propalàm inungeretur, Chriſti figuram præ ſe tulit, & acclamante populo Rex declaratus eſt: ſed aliam eſſe oportuit huios occultæ conſecrationis rationem. Quæ tandem? *Mutaberis*, inquit Samnel, *in virum alterum.* Nam cùm adminiſtratio regia tantas difficultates in ſe habeat, vt oon temerè vires humanas ſuperare videatur, non poterit quiſquam eo munere commodè vti, niſi diuinæ opis fauore iuuetur. Regias verò dotes ſic olim Deus fundebat in animam, vt tamen corpus principis inungi vellet. Quis enim inuiſibilem illum gratiæ rorem agnoſceret, ſi non aliqua aſpectabili fotma manaret? Idem igitur nunc quoque Eccleſia ſuis ritibus teſtatum eſſe voluit, vt quos ipſa Reges inungit, doceat, ſi officium facere velint, imperiales virtutes, quas ipſa concedi petüt, à Deo minimè defuturas.

Sextus ordo ſacrorum. Sexto loco, in actionibos hominom, quæ ſacræ habentut, eadem proportio & analogia ſeruanda eſt, quam in iiſdem inæquali ordine diſtingoendis prios obſeruauimus. Et ſacerdotum quidem myſticæ operationes, quibus ſacramenta diſpenſant, primo loco ponendæ ſont: deinde Religioſorum, cùm circa ſua vota verſantur; ita vt ſacrilegio ſe polluant, ſi quid in iis peccauerint. Nam Religioſum caſtitati ſuæ vim attuliſſe, ſacrilegium eſt. Dicuntur & regum ſacra decreta, &c. quæ ſuo more intelligenda ſunt. Suſcipit & reliquus populus nonnunqoam vota, & lege Eccleſiaſtica ſancita ieiunia tolerat: vix tamen eſt, vt qui hæc ſoloerit, tametſi & ipſa ſacra ſunt, ſacrilegij quiſquam inſimulet.

Conſecrationes. At res ſacræ præterea multæ ſunt, & dicuntur, nec eodem loco paritet omnes habendæ. Nam quæcunqoe Deo dantur & vouentur, & profanis vſibus eripiuntur, ſacra fiunt: ſed proot coioſque rei vſos poſtulat, aut certis ritibus conſecratur, aut vſu ſolo & rei traditione ſacra euadit. *1. Species.* Primi generis noo vna ſpecies eſt. Nam elementa Sacramentorum, tantiſper

 TVLIT SAMVEL LENTICVLAM OLEI

dum formam induaot, multis modis dedican-
A tut: cuius conſecrationis is finis eſt, vt quoad
poſſumus, digna ſacramento materia præpa-
retur: & quaotum in nobis ſitum eſt, diui-
na munera otnemus, inuucato numine ipſius,
2. qui ſolus ſe digna præſtare poteſt. Vaſa dein-
de, & ſacras veſtes ad myſteria adhibemus:
quas Eccleſia multiplici ritu à ſe elabutatas, &
precibus Deo commendatas profanis vſibus
exemit; in quibus nos longè Deo acceptiores
fore ſperamus, ob matris ſcilicet commenda-
3. tionem. Præterea, quia locis opus erat ad pu-
blicam orationem frequentandam; ad concio-
nes ſacras audiendas, & ſacramenta vſurpan-
da, atque in his ſingulari Dei præſidio egeba-
mus; quæ ad hæc neceſſaria viſa ſunt, Eccleſia
B ſtuduit variis riribus exprimere: quos dum illa
corporaliter peragit, ſimul Deum implorat, vt
ſua vota larga benedictione compleat. Quam
orationem quis ambigar Deo gratam acce-
ptamque eſſe, cùm tot iam ſeculis votis con-
ſentientibos idem Eccleſia orauerit? Præter-
quam quod oon dubium eſt, tantùm Eccleſiæ
facultatis ac virium in adminiſtratione ſua
Chriſtum tribuiſſe, quantum neceſſe eſſet ad
4. commodam gtegis cuſtodiam. Adhæc cam-
panis quoque benedicitur, ſali, aquæ, pani, ce-
reis, oleo, nec in dubium poſſe vocari puto, an
benedictionem à Deo, quam Eccleſia poſtu-
lat, conſequantur. Reliqua tametſi nullo ſo-
lenni ritu conſecrentur, vſus tameo ipſe po-
pulique deuorio facit, vt in ſacris numerentur.
5. Eius generis ſunt Dei ſaoctorumque imagi-
C nes, quæ in Eccleſiis ad excitandam, fouen-
damque plebis religionem proponuntur, dein-
de anathemata, & quæcunque ſacrarum ædium
parietibua appenduntur, monumenta victoria-
rum, aut toleratorum ſimulacra morborum,
6. ad memoriam beneficij ſempiternam. Tan-
dem, ſi quæ priuatim neceſſariis Eccleſiarum
miniſteriis adſcripta ſunt, decreto voluntatis
Dei, vel offerentium, ea quoque ſacra haben-
tur: nec, ſi neceſſitatem excipias, fas eſt ea ad
diſſimiles, aut ptofanos vſus transferre. Quod
etiamſi nonnullam apod nos difficultatem pa-
teretur, attamen ea res apud Iudæos extra con-
trouerſiam fuit; vti manifeſtè patet Ioſephi
teſtimonio, quod proferam ex eiuſdem libr. 6.
de Bello Iodaico, cap. 16. Ioannes, inquit, (ille
alter è Triumuiris, qui miſeram ciuitatem in
D ruinam impolerunt) vbi rapinæ ex populo de-
fuere, ad ſacrilegium ſeſe conuertit: .... ad
ſocios autem dicebat, ſine metu diuinis aburi
debere, qui pto Deo, qui pro templo milita-
rent, & ex ipſo ali. Proptereaque ſacrum vi-
num, & oleum, quod ſacerdotes ſacrificiis re-
ſeruabant, tutum erat effudiſſe. Namque in
tēplo & multitudini diſtribuit, & ille ſine hot-
rote vngebantur & potabant. Et addit: Non
equidem recuſabo dicere, quæ dolot iubet.
Puto ſi Romani contta noxios venire tardaſ-
ſent, aut hiatu terræ deuorandam fuiſſe ciuita-
tem, aut diluuio perituram, aut fulminum ac
Sodomæ incendia paſſuram.]

In hoc genere ponẽdum eſt commune illud oleum, quod ad lucernas, & ſacrificia, in templum cõferebatur.

Ioſephus.

Quod non ideo dicit Ioſephos, quòd puta-
ret in extrema neceſſitate poſitos his parcere
A debuiſſe: Legerat enim ſummum ſacerdotem
Achimelech panes propoſitionis cum eſurien-
te Dauid communicaſſe: ſed qobd ſponte ſe in
eas anguſtias coniecitſent, nec vellent reſipiſce-
re. Quo modo etiam Iudith interpretanda vi- Iudith. c. 11.
detur cap. 11. quæ vbi coram Holoferne po-
puli ſui contumaciam aliod agendo damnauit,
huc quoque ſe vereri finxit, ne fame preſſi ſi-
mili ſcelere polluantur. *Inſuper*, inquit, *etiam fa-
mes inuaſit eos, & ab ariditate aquæ iam inter mor-
tuos computantur. Denique hoc ordinant, vt inter-
ficiant pecora ſua, & bibant ſanguinem eorum: &
ſancta Domini Dei ſui, quæ præcepit Deus non con-
tingi, in frumento, vino, & oleo, hæc cogitauerunt
impendere, & volunt conſumere, quæ nec manibus
deberent contingere.* Ex quo concludit: *Ergo quo-
B niam hæc faciunt, certum eſt, quòd in perditionem
dabuntur.*

Quæſtionis ſolutio.

Non erat igitur profanum ſeu commune il-
lud oleum, tametſi nullis aromaribos condi-
tum eſſet. Non enim odorum commiſtio, aut
ars pigmentaria quicquam ad ſanctitatem con-
ferunr: & tamen vnctionis vnguentum ſacrum
dicitur. Qua tandem ratione? An quia ſacris il-
lud ceremoniis, aut precibus conſecratum erat?
Doce, ſi potes, vnde didiceris. An quia vnguen-
tum illud Domini poſſeſſio fuit? An quia ex
imperatis fortè confectum eſt, aut etiam ex vo-
tiuis populi muneribus? Sed in his par vtriuſ-
que olei ratio fuit. An quia vnctio illa ſæpius in
Scripturis eo titulo deſignatur? Sed is quoque
communis eſt rebus omnibus, qoæ templo of-
C ferrentur, maximè verò oleo, cuiua non modò
primitiæ, vt fermenti & mellis, admittebantur:
ſed ipſum quoque ſacrificiis adhibebatur; vt
patet Leuitic. c. 2. Deinde hoc potius in quæ-
ſtione verſatur, quî tale vocatum ſit? Ratio,
opinor, non aliunde peti poteſt quàm ab vſu.
Nam cùm Deus ea inunctione conſecrari inſti-
tuiſſet qoæcunque tabernaculi miniſteriis de-
ſeruirent, ab effectu eam appellationem ſorti-
ta eſt. At non conſecraret, inquis, niſi prius
conſecrandi vim Deus indidiſſet: vnde potius
videtur ab inſtitutione oomen accepiſſe. Eſto:
vtrumque ſanè alteri quoque oleo oegari non
poterit. Nam de vſu quidem quid opus eſt di-
cere, cùm præſentem hiſtoriam io manibus ha-
beamus? De inſtitutiooe idem, quod de præce-
denti dictum eſt, haod temerè concludo: haud-
quaquam Dei iuſſu oleom ad inungẽdos reges
D adhiberi potuiſſe, niſi prius illud cõſecrandi vi,
ſeu quacunque tandem energia præditum fuiſ-
ſet: ſiue phyſica, quod non probo: ſeu morali,
quod vtiq; probabilius eſt. Ex his omnibus col-
ligo quàm leui fundamento Abulenſis opioio
nitatur, quam prædicat cõmuni ſententiæ con-
trariam. Nam ſiue cõmune oleum hoc dixerit,
quòd naturale, ſyncerum, & impermixtum fue-
rit, licet illud eſſet Deo oblatum: ſeo, qood ma-
gis apparet, vulgare ac profanum: ex quo ta-
men à Deo iuſſum eſt ad vnctionem ſacram ad-
hiberi, à ſacro diſtingui non debuit Quanqoam
illud longè mihi veriſimilius videtur, prophe-
tas ſacro illo vnctionis oleo, cuius conficiendi
ratio Exod. 30. traditur, in regibus initiandis
vſos eſſe.

Vermilius.

Deus vnà cum miniſtris ſuis operatur, & quæ per eos facit, ipſe facere dicitur.

E T *effudit ſuper caput eius.*] Vermilius: Quia Saül non facilè crediturus eſſe videbatur ſe fore regem, Samuel id confirmat, ſacramento, oſculo, & prædictione ſignorum, quæ erant ſequutura. Præmiſſo ſeruo, ne eſſet harum rerum conſcius, accapit Samoel lecythum olei, & perfudit caput Saülis: addiditque Deum eſſe qui illum vngeret regem populi ſui. Hîc annotare debemus, opus miniſterij nobis commune eſſe cum Deo. Quemadmodum enim Samoel foris vnxit caput Saülis, ita eum Deus intos imbuit gratia & fauore ſuo, vt poſſet præeſſe populo. Externa ergo vnctio Samuelis fuit, interna Dei. Dicit autem Samuel, non ſe illum conſecrare, ſed Deum: partim quòd oon id ſua autoritate faceret, ſed mandato Dei. Quod autem Deus per alium facit, id videtur ipſe per ſe facere: partim etiam, vt diſtingueret perſonam ſuam à perſona Dei. Nam ita Ioannes Baptiſta: *Ego quidem*, inquit, *baptizo vos aqua: in medio autem veſtri ſtat, qui baptizat in ſpiritu & igne.* In inaugurandis ſacerdotibus oleum iuſſum eſt adhiberi in Exodo: quod etiam in Leuitico, & aliàs ſæpe repetitur. Illud oleum ne vulgari vſu profanaretur, Deus ſanxit capitali ſopplicio. Verùm Rabb. Kimhi putat, hoc oleum, qoo Samuel in conſecrando Saüle vſus eſt, non fuiſſe Pontificum, qoòd Deus edicto cauiſſet, ne quis præter Pontificem, illo vteretur. Atqui ea ratio infirma eſt. Potuit enim Deus laxare legem ſuam, vt liceret idem oleum ad reges conſecrandos adhibere. Alij putant, commuoe fuiſſe oleum, quòd hîc mentiu facta ſit, non cornu, ſed lecythi, aut lenticulæ. Atqoe id ſignum aiunt fuiſſe, regnum à familia Saülis eſſe abiturum. Nam Dauid vnctus eſt oleo pontificio, idque non è lecythn, ſed è cornu. Sed hæc nun magni momenti ſunt. Hæc Vermilius.

Quàm variè Reges apud antiquos initiarentur; & qui primi inter Chriſtianos ſacra inunctione delibuti ſunt.

Regum inauguratio non vna apud omnes. Alexander ab Alexandro.

NON vna quondam apod omnes populos reges inaugurandi ratio fuit. Medorum, Perſarumque reges vt refert Alexand. ab Alexand. libro 1. Genial. dierum, capit. 28. antequam ſceptra inirent ſacris initiari oportuit: qui modus erat, vt veſtem quam geſtaoit Cyrus, primùm induerent, mox terebinthum, & caricas geſtarent, poculomqoe lactis ebiberẽt: ſicut initiatos ſacris Iſidis, fores ædis apetire, arcanoſque libros euolnere, aqua ablui, ad ſacraria deduci, duodecimque ſtolis primò, mox ipſius Deæ picta veſte indui decuit. Ferunt milites in exercitu Pharnacis, tumultuaria coacta mano, latiorem illi ſcirpum, dum ipſum in regem aſſumunt, pro diademate dediſſe: ſicot Amaſi dum conciunatur, pro regali ornamento galea data eſt. Batani & Germani, regem, qoem delegere, attollere bumeris, & ſcuto exceptum ſubcollare per vices, pro regio faſtigio obſeruarunt. Romanis autem regibus diadema, trabea, & purpureus amictus, non quadrangularis, ſed ſemicircolaris, inſignia regij dominatus fuere. Sequutos poſtea Cæſares diademate minimè vſos comperimus: imò omne decus regium vt inoidioſum deuitaſſe. Quippe nomen regium alibi magnum, Romæ verò intolerabile fuit. Frequens enim apud eos laorea capiris decorum, & diſtincta radiis corona, ac purporea chlamys inſignia imperij fuere. Tametſi poſt temporum interualla ex Cæſaribus Aurelianum Cæſarem prærer mores inſtitutaque maiorum diadema vſurpaſſe, eoque inſigni primùm vſum fuiſſe legamus. Hæc Alexander.

Varro.

Plura apod diuerſos autotes obſeruaſſe me memini, quæ referre minimè neceſſarium duco. Ex antiquis verò (ſi Romanorum Cenſores excipias, quos Varro refert, cùm magiſtratum inirent, mntra & vnguentis delibutns fuiſſe, libro 5. de Lingua Latina) præter Hebræos inunctum legi neminem. Sed necapud Chriſtianos quidem ante Clodnueom noſtrum: quem non ita pridem à nefanda dæmonum ſuperſtitione ad veræ pietatis coltum traductum, ſanctus Remigius de ſancto fonte ſoſceptum, allato diuinitus chriſmate regem conſecraoit.

Clodoueus Francorum rex, Chriſtianorum regum primus inunctus eſt.

Hincmar. Papirius Maſſon.

Quem poſtea morem ſequuti reges conſtanter ad noſtra vſque tempora tenuere. Legatúr Hincmarus de ampulla chriſmatis apud Surium in vita ſancti Remigij. Papirius Annal. libro 1. in Clodoueo. Remigius Rhemorom Pontifex regem aqua ablutum ſacerdntali vnguento liniit. Gregorius eum ſacro chriſmate delibutum refert. Poſteri quidem Reges honc morem religioſè ſeruarunt, vt vocati ad regnum ſacro vnguento perungerentur. Et ſicut Romanis olim Cæſaribus indumentum purpuræ inſigne erat regiæ dignitatis aſſnmptæ, ſic Regibus Francorum vnctio ſacri vnguenti nomen ac poteſtatem regiam conferebat, hodieque confert. Hæc Maſſonus.

At ſubinde plures ex aliis prouinciis exemplo Clodouei prouocatos æmulandi ſtudium cepit, ſicque illa religio apud pleraſque nationes propagata eſt, paucis adhuc antiquum obtinentibus, & priſcos ritus, auitaſque ceremonias obſeruantibus. Primus tamen omnium Clodoneus inunctus eſt, & à ſancto Remigio vnà cum baptiſmata id beneficij conſequutus. Nec temerè, aut Maiolo, aut Hiſpanis ſcriptotibns, in ea parre credendum eſt, quorum nonnulli ſtudent, ſtudio partium ſuarum, id genus inſtituti ad Gothos Hiſpaniarum dominos, & Francis antiquiores referre. Maiolus Vulturatienſis Epiſcopus Canicul. dierum tom. 5. collnq. 5. quod eſt De dignitatum & ſeſſionum differentiis, hæc habet: Iulianos Archiepiſcopus Toletanos oculatiſſimus teſtis refert vnctionem regis Vvambræ, & de vnctione regis Eruigij, ſucceſſoris eius agitur in Concil. Toletano 12. cap. 1. Idemque de Flauin Egica ſucceſſore narrat Morales lib. 12. c. 41. & 53. & 57. cum aliis, vſum fuiſſe oſtendens in omnibus regibus Gothis. Eamqoe ſacram vnctinnem recipere ſolitos fuiſſe in Toletana Eccleſia narrat

Maiolus.

Garſia Loayſa in Synodo Toletana ſub Gundemaro. fol. 277. Iſque non ſolùm in Gothis vſus fuit, ſed etiam à rege Pelagio in regibus Caſtellæ inualuit conſuetudo, nam de Alphonſo, &c. In regibus Aragoniæ idem ſeruari obſeruat Beuter. lib. 2. c. 8. de Ramiro primo, qui inunctus fuit, & benedixit Benedictus VIII. ſceptrum & coronam eius; & rex Petrus II. cui ſucceſſit rex Iacobus, coronam ſuſcepit Romæ in ædibus ſacris ſancti Pancratij, vbi Petrus Cardinalis Epiſcopus Portuenſis vnxit eum in brachio dextro, & Pontifex Innocentius III. autor, *cap. 1. de ſacra vnctione*, manu propria coronam impoſuit, & iuſſit cætera regia indumenta & ſigna impori, vt pallium, colobium, sceptrum, globum, coronam, & mytram, eique titulus regis catholici conceſſus fuit, &c. vt teſtantur hiſtoriæ regis Don Iayme cap. 9. Et in regibus Nauarræ vſitatum fuiſſe, quod omnes vngerentur, meminit Garibai libr. 26. cap. 1. & libr. 27. cap. 1. & 4. De Siculis regibus idem affirmat Hieronymus Zurita, 1. par. Annal. lib. 5. cap. 17. & alij nonnulli.]

Quicunque Reges dicuntur Vncti Clodoueo fuerunt poſteriores.

Qui tamen omnes, vt ſedulò obſeruauimus, nullum proferre potuerunt Clodoueo noſtro ſuperiorem, aut etiam æqualem. Nam horum omnium, quos ex veterum Annalibus, aut etiam recentiorum Commentariis, in exemplum adduxit Epiſcopus Vulturar. Vvambra, ſiue, vt alij ſcribunt, Bamba antiquiſſimus eſt: qui tamen annis penè ducentis Clodoueo poſterior, principatum anno Domini 672. iniit; vt docet Vaſæus in Chronico Hiſpan. Pelagius autem primus Legioois & Caſtellæ rex, quem Genealogia Regum Hiſpan. ſanctum nuncupat, ipſo Bamba annis quinquaginta minor eſt, ſiquidem imperium anno Domini 717. aut 716. arripere coactus eſt, vt docet ibidem Vaſæus. Ramirus primus rex Aragoniæ, illud regnum circa annum Domini 1018. præmium virtutis accepit, cùm inſontem nouercam filiorum ſuorum calumniis oppreſſam, armis defendere ſtatuiſſet. Autor idem Vaſæus. Ex quibus ſequitur, Regum omnium, qui poſt Chriſtum vncti ſunt, quorum hiſtoria meminit, antiquiſſimum fuiſſe Clodoueum. Poſt cuius ſtirpis extinctam ſobolem, & abdicatum regno Hildericum, Merouingorum vltimum, ipſa quoque Martelli propago regnum ſuſcipiens, ſacro oleo initiata eſt. Factum ad hunc modum narrat autor Annal. à Pipino rege ad Ludouicum Caroli Magni filium cap. & anno 750. Hoc anno ſecundum Romani Pontificis ſanctionem, Pipinus rex Francorum appellatus eſt: & ad huius dignitatem honoris vnctus ſacra vnctione manu ſanctæ memoriæ Bonifacij Archiepiſcopi & Martyris, & more Francorum eleuatus in ſolium regni in ciuitate Sueſſiona. Hildericus verò, qui falſo regis nomine fungebatur, tonſo capite in monaſterium miſſus eſt. De filiis autem Caroli Magni idem hæc refert cap. 781. Iode Romam veniens (Carolus ſcilicet) honorificè ab Adriano Papa ſuſceptus eſt. Et cùm ibi ſanctum Paſcha celebraret, baptizauit idem Pontifex filium eius Pipinum, vnxitque in Regem. Vnxit etiam Ludouicum fratrem eius,

Vaſæus.

Genealog. Regum Hiſpan.

Annales Anonymi cuiuſdam Monachi.

A quibus & coronam impoſuit. Hactenus ille.

Animaduerti tamen eundem Carolum Magnum, cùm ad Imperium à Leone III. aſſumeretur, nequaquam vnctum fuiſſe: ſed pro more veterum Imperatorum collatis tantùm Imperij inſignibus, & Auguſti acclamatione, atque adoratione ſolita, Imperatorem factum eſſe. Sic enim autor ille anno, & cap. 801. Ipſe autem (Carolus) cùm die ſacratiſſimo Natalis Domini ad Miſſarum ſolemnia baſilicam beati Petri Apoſtoli fuiſſet ingreſſus, & coram altari, vbi ad orationem inclinauerat, aſſiſteret, Leo Papa coronam capiti eius impoſuit, cuncto Romanorum populo acclamante: Carolo Augusto, à Deo coronato, Magno & Pacifico Imperatori Romanorum, vita & victoria. B Poſt quas laudes, à Pontifice more antiquorum principum adoratus eſt: ac deinde omiſſo Patritij nomine, Imperator Auguſtus appellatus. Vnctionis non meminit; ſicut nec Eginartus (eiuſdem Principis gener & Cancellarius, vt ex Trithemio didicimus:) qui in eius vita paucis ita factum enarrat. Quo tempore Imperatoris & Auguſti nomen accepit: quod primò tantùm auerſatus eſt, vt affirmaret ſe eo die, quamuis præcipua ſolennitas eſſet, Eccleſiam non intraturum fuiſſe, ſi conſilium Pontificis præſcire potuiſſet. Hæc de Carolo Magno: quem apparet, cùm Imperij infulas indueret, minimè vnctum fuiſſe. Poſteri tamen, ne prius C quidem vncti reges, cùm Imperium acciperent vnctionem omiſerunt; vti docet Amonius de Geſtis Francotum, cùm alibi, tum maximè libro 5. cap. 21. quo etiam loco Hincmarus Carolum Caluum vncturus orationem ea de re habuit. Verùm quia illi autores de oleo retuliſſe contenti, ſingulas partes eius ceremoniæ non expoſuerunt, idcirco Caroli Quinti Imperialem inaugurationem referam, & quidem Ioannis Sleidani verbis ad ann. M. D. XX. quo maior fides habeatur Hæretico, & mendaci, & ſacrarum religionum obtrectatori, ac nonnulla etiam de induſtria prætereunti. Sic igitur ille: Altera die, inquit, (nempe quæ vigeſimam primam Octobris ſequuta eſt.) rurſus in templo conuenitur: tantus autem erat hominum concurſus, vt à ſtipatoribus armatis ægrè coërceri poſſent. (Aquiſgrani) in medio D templi dependet corona quædam perampla: ſubtus erant ſtragulæ veſtes multæ: hîc aliquandiu Cæſar pronus decumbit, interea dum Colonienſis quaſdam precationes abſoluit. Poſtea ſublatum Moguntinus atque Treuericus ad aram Diuæ Virginis adducunt. Hîc iterum procumbit, & peractis precibus in ſolium auratum deducitur. Incipit ſacrificare Colonienſis, & aliquo vſque progreſſus Latinis verbis rogat: An fidem Catholicam ſeruare, defendere Eccleſiam, adminiſtrare iuſtitiam, reſtaurare Imperium, tueri viduas, pupillos, & id genus calamitoſos homines, an honorem debitum Romano Pontifici velit exhibere. Vbi annuit, ductus ad aram conceptis verbis iurat. Poſt ad ſolium regreditur. Principes deinde Colooienſis interrogat, An fidem & obſequium ei præſtare velint. Eo pro-

Eginartus.

Ioan. Sleidanus lib. 2 Comm.

Imperatoriæ vnctionis deſcriptio.

miſſo, & rurſus aliquot dictis precibus, in pectus, & caput, & brachiorum flexus, & manuum palmas illum ioongit: voctum Moguntinus & Treuirenſis in ſacrarium abducunt, atque ibi Diaconi more veſtitum rurſus in cathedra eollocant: & poſt certas iterum preces, Archiepiſcopis collegis adhibitis, euſem euaginatum ei Colonienſis tradit, & Rempub. commendat. Gladio in vaginam recondito; annulum inſerit eius digito; poſtea pallium induit regale, ſceptrum quoque porrigit atque pomum, quod orbis rerrarum figutam repræſentat: Diadema verò ſimul Archiepiſcopi tres eius capiti ſuperimponunt: inde ad aram adductus, iterum iurat facturum ſe boni principis officium: poſt, in ſublimiorem locum comitantibus Archiepiſcopis aſcendit, & in ſaxea ſede collocatur. Ibi Moguntinus lingua populari verba facit, & multam ei ſalutem precatos, ſe ſuoſque collegas, & ordines omnes Imperij diligenter commendat. Idem deinde faciunt ptimarij templi Sodales, quorum in collegium etiam allectus fuit vereri conſuetudine: poſt hæc publicam lætitiam ſymphoniaci & tubicines excitabant. Hæc Sleidanus, quæ cum noſtris ferè ritibus conſentiunt. Loco tamen pomi Francotum Rex iuſtitiæ manum accipir. In vnctione, niſi quid ille omiſerit, plura à noſtris ſeruantur. Nam primò quidem in ſummo capitis vertice Rex inungitur, deinde in pectore. Tertiò intermedias ſcapulas. Quartò in ipſis ſcapulis. quintò in compagibus brachiorum. Sextò denique in manibus. Confeſſionis peccatorum, & ſacræ communionis Hæreticus non meminit, ne de eiſdem poſteros admonere videretur.

Quid ſentiendum ſit de ſacris Regum, imò & Epiſcoporum reliquorumque Chriſtianorum vnctionibus.

Vermilij digna ſuo autore ſententia.

VERMILIVS: Hoc autem animaduertere debemus, iſta legalia fuiſſe, & aduentu Chriſti euanuiſſe. Itaque Papiſtæ, & quidam eriam è Patribus, caeozelia quadam inducti ſunt, vt chriſma ſuum nobis obtruderent. Tam autem operosè, tanta pompa, & tanto ſtrepitu oleum illud ſuum ornari volunt, quanto non aliud vllum ſacramentorum nobis à Chriſto commendatum. Hoc eſt ingenium hominum, vt ſemper ſua inuenta pluris faciant, quàm præcepta Dei. Sed iſti in oleo ſuo ſomniant præterea, neſcio quam notam indelebilem: quam tamen ipſi, quæ ſit non intelligunt: nec rogati, quid ſibi velit, poſſunt docere alios. Verùm hæc omnia Chriſtus aduentu ſuo abrogauit. Quare iam nihil opos eſt oleo: ſatis eſt vt Miniſtri legitimè eligantur, vt cum aliqua autoritate poſſint docere populum. Neque neceſſe nunc eſt, vt reges & principes inungantur. Quòd ſi qui ſunt qui hodie inunganrur, ea omnis ratio, meo quidem iudicio, ad ciuile inſtitutum pertinet, non ad religionem. Quanquam in eo quoque videtur eſſe nonnulla cacozelia

A Iudæorum. Omnes enim iam vncti, & Chriſtiani ſumus: & ſatis eſt rem ipſam habere: nihil opus eſt ſigno poſtquam Chriſto nomen dedimus. Dicimur autem Vncti, non quòd oleo delibuti ſimus: ſed quòd illud ſimus aſſequuti, quod olim oleum ſignificabat. res enim ſæpe pro ſigno ponitur, & ſignum pro re. Chriſtus nunquam fuit vnctus oleo quod legimus. tamen Eſaias ita de illo ſcribit: *Spiritus Sanctus ſuper, eò quod vnxit me.* Et Pſal. 104. Dauid ait de Abrahamo, Iſaaco, & Iacobo, *cùm pauci numero eſſent, & Deus illos circunduceret, defendebat eos, & caſtigabat propter illos reges*: *Nolite*, inquiens, *tangere Chriſtos meos.* Non legimus Abrahamum, Iſaaeum, & Iacobum fuiſſe vnctos oleo. Quia tamen conſecrati erant ad inB ſtituendum populum Dei, dicti ſunt Chriſti & vncti. res enim vſurpatur pro ſigno. Ita Chriſtus appellat ſe panem: & contra panem appellat ſe, hoc eſt corpus ſuum. [hoc poſterius hæreticæ prauitatis argumentum eſt, & Sacramentariorum impietatem redolet.] Samuel cùm Saulem inungeret, vſus eſt verbis paucis quidem, ſed magni ponderis, *Deus*, inquiens, *te inungit principem.* Optabile videtur eſſe, præeſſe vniuerſo populo: ſed multo optabilius præeſſe populo Dei. Maximum autem erat, non à quouis homine, nec ab omni populo ad hoc delectum eſſe, ſed ab ipſo Deo. Hîc vides quis vſus ſit Sacramentorum. Adhibentur ad confirmandas promiſſiones Dei, vt fides noſtra reddatur erectior. Deus pollicetur regnum: id C quoniam difficile creditu videbatur, adhibetur Sacramentum, & quædam quaſi promiſſorum obſignatio. Ita Abrahamo promiſſa eſt ſoboles, in qua benedicendæ eſſent omnes nationes. id qooniam magnum erat, & eius ſpem ſuperabat, addita eſt Circunciſio; qua promiſſio confirmaretur, & eius fides excitaretur. Oleum Deus adhiberi voloit ad inaugurandos Sacerdotes & Prophetas: idque non ſine magna ratione. Oleum enim curat morbos, fouet membra, contracta relaxat. Hoc ergo ſymbolo ſacerdotes, principes, prophetæ, admoniti meminiſſe debuerunt, partes ſuas eſſe, fouere, curare, ſanare populum. Non enim ſe ad delitias D & voloptates delectos eſſe, ſed vt tanquam medici iuuent & reficiant ægras & collapſas partes Reipub. Deinde oleum ſignificat miſericordiam illam, qua principes, prophetas, ſacerdotes vti conuenit erga populum. Hactenus Vermilius:

Non tamen in ſolum habere debet Sacramentorum vſum.

Vnctionis Allegoria.

Aſtute qoantùm potuit ad euertendam Eccleſiam. Sed nihil horum quæ mentitur nos mouere debet, præſertim cùm ſeipſum proprio, vt aiunt, enſe iuguler. Mendacem oportet eſſe memorem, maximè in tam breui ſpatio, quo nullo negotio fraus deprehendi poteſt. Vim omnem Sacramentis abrogat, nec alium eorum vſum agnoſcit, quàm vt pro pignore ſint accipientibus ratas fore promiſſiones Dei: & tamen paulò ante docuerat, interim dum corpus inungimus, animam intus Dei gratia conſecrari. Nec pudet, hominem dicam, an belluam? exprobare nobis Sacramentalis characteris ignorationem, quem ipſe à nobis edo-

Errores Vermilij confutantur.

Quàm præpoſtere nobis exprobret diuini characteris ignorantiam.

Digitized by Google

ctus, ſanctificationem vocat & probat. Quod tum è noſtris fontibus hauſit, cùm in Eccleſia cæleſtibus diſciplinis imbueretur. Hoc igitur documentum, quod noſtrum eſt, tanquam iure recuperatorio nobis vendicamus, & aſſerimus. Sed priuſquam etiam reliqua quæ ſuis technis ac fallaciis corrupit, ſtylo noſtro deleantur, alia quoque eius arma ex eiuſdem Locis Communibus proferenda ſunt; vt nemo ignoret, quàm debilibus machinis, iſte ſui temporis hæreticorum, ſi eruditionem ſpectes, princeps & coryphæus, veritatem oppugnet.

Vermilius.

Iterum igitur Vermilius Locor. Commu. Claſſis 4. cap. 1. num. 21. Sed cùm iam loquamur, inquit, de huiuſcemodi vnctionibus, quibus peculiariter verbum Dei adiectum fuit, non ſatis mirari poſſum, cur ad Reges & Imperatores Chriſtianorum traductę fuerint. Scio nonnullos dicere, illam rem eſſe politicam, & ideo poſſe retineri: ſed qui hoc reſpondent falluntur & fallunt. Nam habetur pro religioſa cæremonia, & ideo in templo fit, nec per alios quàm per Epiſcopos & Cardinales exercetur. Probatur quidem mihi, vt & Reges & Imperatores publicè inaugurentur ſuffragiis & acclamationibus populi, & maximè piis precibus interpoſitis: vnctionem verò non duco eſſe reuocandam à cæremoniis Iudaicis. Multóque minus eam laudo, qua ſacrifici & Epiſcopi vnguntur. Et ſanè Chriſti Eccleſia iſtas vnctiones ignorauit, quemadmodum certo argumento confirmari poteſt ex Epiſcopi Romani quodam reſcripto *in Decretalib. titul. de ſacra vnctione*. Innocentius Tertius reſpondet Patriarchæ Conſtantinopol. & inter cætera memorat, Bracharenſem Epiſcopum ad ſe veniſſe, quem deprehendit non fuiſſe vnctum, cùm Epiſcopus crearetur, & cauſam addit, quòd in veſtris regionibus Epiſcopi non conſueuerint vngi. Vnde ſi vſque ad eam ætatem, in Græcis & Oriente non habebatur hæc vnctio, Eccleſia Chriſti per illas regiones, vltra mille & ducentos annos illa fuit deſtituta: quam tamen adeò ille Innocentius exiſtimauit neceſſariam, vt Romæ illum Bracharenſem vngi curauerit. Priores verò Imperatores, & quidem Chriſtianos, nuſquam legimus vnctos fuiſſe, Leonem primum, Martiani ſucceſſorem, lego coronatum à Patriarcha Conſtantinopol. nec tamen vnctum. Imperium quidem ille non accipiebat à Patriarcha, ſed eo ritu fatebatur, ſe ad Eccleſiam pertinere, ac ſanis & receptis dogmatibus aſſentiri. Quando verò primùm inſtituta fuerit Principum vnctio in orbe Chriſtiano, mihi non adamuſſim conſtat, ſed recentem exiſtimo rem eſſe. Non me latet fabulam circunferri olei Sancti Remigij, quo reges Galliæ inunguntur: ſed inde teſtimonium conſtans & firmum ſumi non debet. Sed redeo ad Innocentij decretum: vt ille ibi tradit, duplex oleum in Papatu aſſeruant: Vnum appellant Catechumenorum & ægrotantium, quod purum & ſimplex eſt oleum, cui nihil præter illam, quam appellant vulgò benedictionem, accedit. Et id Catechumenorum ſeu ægrotorum vocant. Aliud eſt oleum, quod chriſma vocitant, conſtat autem vulgari oleo & balſamo: quod cùm hodie nō habeatur niſi ſuppoſititium & adulterinum, mentiri deprehenduntur, & ſimplici populo fucum facere. Eo chriſmate vngunt epiſcopos in capite atque in manibus. Cuius ritus ille rationem reddit, quòd vnctione capitis, epiſcopalem autoritatem & dignitatem ſignificent: illa verò quæ fit in manibus, notent epiſcopi officium & miniſterium. Ad hæc ſubiicit, poſt aduentum Ieſu Chriſti, qui fuit vnctus præ conſortibus ſuis, iam Regiam vnctionem tranſlatam eſſe ad brachium ſiue humerum: in epiſcopis attamen, capitis vnctionem retineri: quaſi Reges non perinde Chriſtum referant ac Epiſcopi. Verùm, vt ſunt ambitioſi, Epiſcopos volunt multùm præferri Principibus & magiſtratibus, cùm Scripturæ teſtentur, eos eſſe Dei vicarios. Quin chriſma, Epiſcopis vngendis, non autem Regibus adhibeat, quos tantùm oleo ſuo benedicto inungunt: quia permultum volunt intereſſe inter iſtorum & illorum dignitatem. Habetur præterea in eodem reſcripto Innocentij, Chriſtianos omnes inungi bis. Ante baptiſmum quidem, oleo, quod benedictum appellant, pectus infantis baptizandi vngunt & ſcapulas: poſt baptiſmum verò ſuſceptum, chriſmate verticem & frontem inungunt: quod etiam fit in confirmatione. Tranſtulerunt item ſua hæc olea, cùm ad homines moribundos, tum etiam ad parietes, altaria, & campanas, necnon calices, & alia huiuſmodi, quæ videmus κακοζηλίᾳ improbanda ex veteri Iudaiſmo eſſe traducta. Excuſat ille Innocentius Eccleſiam, hæc faciendo non Iudaizare, quòd iſta in nouo Teſtamento alia ſignificent atque in veteri: perinde ac ſi in poteſtate illorum ſitum ſit inſtituere Sacramenta, & facere nouam quandam illorum ſignificationem. Et hæc obiter, inquit, de vnctionibus. Quis neget? cùm ſatis appareat ex ipſa leuitate rationum, quàm ſolutè & oſcitanter huic ſtudio incubuerit.

Vermilij errorum confutatio.

PLVRA in his leuioris momenti ſunt, quàm vt accurata diſputatione indigeant. Fabulam vocat Clodouei inunctionem; antiquitatem eius inſtituti in dubium reuocat; fingit ſacramentum à nobis haberi; Innocentium tertium vnctionem ad Pontificis inaugurationem neceſſariam duxiſſe; balſamum niſi adulterinum non reperiri. Nonnulla ex his iam ſatis ſuperque refutata ſunt: reliqua ſolo ſilentio induci poterant, in quibuſdam etiam ſecum pugnat. Vnde enim, Vermili, balſamum illud adulterinum habes, ſi quod ſyncerum ſit, nuſquam reperitur? Quomodo autem Innocentius vnctionem Epiſcopo ad ſacri Ordinis initiationem neceſſariò adhibendam cenſuit, qui ſine tali vnctione, vt tu quidem memoras, Patriarcham Epiſcoporum principem agnouit? Admonet igitur Patriarcham, vt eiuſdem verbis vtar, vt in ordinandis Preſbyteris, & conſecrandis Epiſcopis (non nouum, quod ais,

Vermilij imprudẽtia.

ſacramentum aſciſcat,) ſed illum morem ſeruet, & faciat obſeruari, quem Apoſtolica ſedes obſeruat. Morem itaque, non ſacramentum dixit Innocentius: nec eius generis plura quàm ſeptem Eccleſia vnquam docuit. Verùm hæc fuſius ſequenti capite. At dolet miſero præterea, quòd Dei munera pro virili parte noſtra ornemus, nec putat Spiritus Sancti gratiam tanti, vt à nobis ſummo cultu ac ſtudio honoretur. Quàm verò ineptè ſtuduit ex religioſa pompa conſecrationis ſiue olei ſiue chriſmatis Eccleſiæ parare inuidiam, cùm quicquid operæ ac ſtudij in illam impendimus, ad ſacramentorum ornatum commendationemque pertineat. Inunctio enim, aut ad ſacramentum participandum præparatio eſt, vt in Catechumenis: aut acceptæ gratiæ commendatio, vt in Baptizatis: aut ſanè ſacramenti elementum ſiue materia, vt quæ verſatur circa eos qui grauiter morbo laborant. Ad hæc conſecratio oleum & chriſma præparat: Sunt igitur etiam hæc minora nobis, quàm illa ipſa, quorum cauſa præparantur.

Inunctionum ſcopus & finis.

Veruntamen, inquit, vnctio regum legalis erat: quare etiam debuit dudum abrogata cenſeri. Vnde noſti legalem fuiſſe? Nam certè videtur illa primùm extra ordinem à prophetis vſurpata fuiſſe, cùm lex eius non meminiſſet: nec lege poſtea, ſed vſu atque conſuetudine recepta. Verùm ſit illa legalis: *Non veni*, inquit C Chriſtus, *legem ſoluere, ſed adimplere.* Qui fit igitur, vt, quoniam vnctio regum legalis fuerit, illam à nobis abdices, cùm deberet potius, autore Chriſto, maiorem in modum commendari? Sed ne videar fortaſſis non ſatis commodè mentem tuam interpretari, aut animi tui ſententiam in diuerſam partem detorquere, hoc te dicere velle fatebor, ad typos & figuras vmbraſve rerum futurarum pertinuiſſe. Etenim vncti illi reges, Chriſtum regem ad excitandam priſcorum fidem multò ante repræſentabant. Ergone etiam Iehu? Syruſne Azael, & Cyrus? nam hi quoque vncti fuiſſe feruntur. Etſi verò ambo poſteriores non apparet quo tempore, aut à quibus vncti ſint: fieri tamen potuiſſe quis neget? Scriptura palàm aſſerere videtur: nec quaſi negans contrarium antea probabilius duxi. Sed demus oleo nunquam delibutos fuiſſe. quæram tamen ex te, an fruſtra putes & te- D merè Chriſtos appellari? Quid igitur vnctio in illis deſignat? Azahel ſcilicet Chriſtum præ ſe ferebat, quo nemo crudelius Dei populum afflictauit: cuius immanitatis exempla cùm Eliſæo longè antè ob oculos propoſita eſſent, lacrymas excuſſerunt. Ille florem iuuentutis ferro meſſuit, ventres prægnantium diſcidit, paruulos terræ afflictos eliſit, à fide atque pietate ſemper abhorruit, idola coluit, & omnem humanitatis ſenſum exuit. Quæ omnia, ſi tibi fortè videntur à Chriſti figura aliena, innuet igitur præter Chriſti figuram aliud quippiam Azaelis inunctio, nec tota legalis vnctio regum deputabitur. Quid illud eſſet antea ſæpius expoſui, præcipuè verò in quinto ordine ſacrorum, & poſthac iterum exponam. Interim animaduertere debes, bene ac ſapienter docuiſſe

An regum vnctio tota legalis fuerit.

4.Reg.c.8.

A Innocentium *titulo de ſacra vnctione*, non Iudaizare Eccleſiam, nec Patres cacozeliæ notari poſſe, vt calumniatur Vermilius. Non enim legis typos vmbraſve Iudaicas in vnctione ſectatur Eccleſia, tanquam adhuc Chriſto præſtoletur: ſed, quod commune fuit Iudæis cum gentibus, & à Deo ad regalis officij commendationem amplificationemque inſtitutum eſt, hoc ſcilicet cupidè atque religioſè amplectitur. Quod ſi olim in animum induxiſſes tuum accurate perpendere, nequaquam, quod ignorantię eſt, mirareris, cur ad Reges & Imperatores Chriſtianorum vnctiones traductæ ſint. At illud omnino impudentiam redolet, quòd, cùm tibi à nobis rationes non deeſſent, quibus fa- B ctum interpretareris, accuſare malueris quàm in iis acquieſcere. Ne tua quidem ipſius verba recognoſces? Oleum, inquis, Deus adhiberi voluit ad inaugurandos Sacerdotes & prophetas: idque non ſine magna ratione. Oleum enim curat morbos, fouet membra, contracta relaxat. Hoc ergo ſymbolo ſacerdotes, principes, prophetæ, admoniti meminiſſe debuerunt, partes ſuas eſſe, fouere, curare, ſanare populum. Non enim ſe ad delicias & voluptates delectos eſſe, ſed vt tanquam medici iuuent & reficiant ægras & collapſas partes reipublicæ. Deinde oleum ſignificat miſericordiam illam, qua principes, prophetas, ſacerdotes vti conuenit erga populum. Hæc Vermilius. Innocentius plures *in tit. de ſacra vnctione* allegoricas vnctionis rationes recenſet, quas facile eſt inde petere. Alter quidam breuiter. Oleum paſcit, vngit, & lucet. Vngit per opera miſericordiæ, paſcit per opera iuſtitiæ, lucet per opera gratiæ. Adde ex Phyſicis oleum ferrum mollire, & in humidis ſuperas vbique partes petere. Verùm hæc ad myſticum ſenſum pertinent: nos verò alias præterea rationes ſuppeditauimus, quæ poterant eius animum, niſi ſponte contenderet, explere. Tantum verò abeſt vt doceri manifeſtis argumentis paſſus ſit, vt etiam Pontificem vir profanus imminutæ maieſtatis inſimulet, quòd ſacratiora Pontificum munera quàm Regum aut Imperatorum eſſe dixerit.

Allegoria ſacrarum vnctionum.

Innocentius 3. Titul. de ſacra vnctione.

Deinde, tanquam nihil duceret cum ſolo Pontifice ac Regibus velitari, reliquos etiam ordines Vermilius vellicat, vniuerſamque populi Chriſtiani multitudinem conuitio lacerat, probroque laceſſit. Patres etiam, quos noſtræ fidei anteſignanos ſequimur, duplici iniuria violat. Nam primo quidem philautia, & cacozelia Iudæorum laboraſſe contendit, ſuáque inuenta diuinis ſacramentis prætuliſſe criminatur, quod eſt à veritate alieniſſimum. Ad hæc, Quidam, ait, ex Patribus, cùm omnes Apoſtolicam traditionem pari religione complexi ſint. Quod minimè credendum eſt Dialecticæ artis ignorantia illi contigiſſe, quæ hanc vocem *Quidam* terminum particularem eſſe docet, ſed mentiendi fallendique peritia, ne videretur palàm omnibus bellum indixiſſe, cùm tamen nulli parceret. Longum eſſet ſingulorum proferre teſtimonia, nec eſſe neceſſarium arbitror, cùm hoc plures abundè præſtiterint, Bellarminus, Coccius, Alphonſus à Caſtro in

Appeodice de Baptiſmo, hæreſi octaua.

Chriſtiani omoes, & vncti ſumus, inquit Vermilius, & rem adepti, quæ olei typo præmonſtrata eſt: quid igitur poſt hæc opus eſt oleo? Negat vltra ſignum adhiberi debere, poſtquam ipſo ſigni effectu fruimur. Si hoc ita doces Vermili, iam nullum tibi ſacramentum reliquum eſt. Nam ſi paria cum Caluino ſentis, in cuius tu ſocietatem aliquando coiuiſti: non aliud ille ſacramentum nouerat, quàm quod eſſet præſentis gratiæ obſignatio, vel indicium. At Chriſtus, inquit, nuſquam chriſmate vnctus legitur. Fabulæ. Nam ſi eius à quo illi manus impoſitæ ſunt, bene meminiſſes, nequaquam vnctionis eius oblitus eſſes. Vis ſcilicet illum in ordinem redigere, nihil vt illi licuerit amplius, quàm quod nobis permiſſum eſt. Obiicere etiam debueras, nequaquam more ab eo inſtituto, *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti* baptizatum eſſe, vt baptiſmum pariter ex Eccleſia tolleres. Cur igitur circuncidi voluit, cur à Ioanne baptizari, cur implere, vt ait, quia decebat, omnem iuſtitiam? Debuit igitur etiam chriſmate inungi, ſi hoc ad religionem pertinebat. Diſtinctione opus eſt, Vermili, vt quod quæris inuenias. Nam quæ aut moribus nuper recepta fuerant, aut dudum à Moyſe inſtituta, hæc, ſi offenſionem vitare ſtuduit, neceſſe erat ab eo obſeruari. Quæ verò ipſe in naſcentis Eccleſiæ vtilitatem ſapienter diſponebat, nequaquam opus fuit per ſe præſtare; cùm omiſſa, nulli ſcandalum parerent: obſeruata, nouitatis arguerentur: quo nomine apud Iudæos malè audiret, & videntibus Phariſæis calumniandi anſam præberet.

Quare Chriſtus Deo viſibili vnctus non fuit.

Chriſtianos vnctos chriſmate ſemper fuiſſe.

Cæterùm vnctos olim Chriſtianos fuiſſe, non tantùm Spiritu ſancto, ſed etiam chriſmate eius ſigno viſibili, cùm exemplis tum ſcriptis teſtatur omnis antiquitas. Sed tu fortaſſis Prudentium non audis, qui vitum fidelem alloquitur in hymno nocturno.

Prudentius.

Cultor, ait, *Dei memento*
Te fontis & lauacri
Rorem ſubiſſe ſanctum,
Et chriſmate innouatum.

Quod myſterium noſtræ religionis ne infideles quidem latuiſſe probat, cùm in Apotheoſi ex perſona ſacerdotis Iuliani Apoſtatæ edicit hoc modo:

Locus procul abſit, & vnctus.

Et paulò pòſt de Iuliano ipſo:

Ipſe quoque exanimis poſito diademate princeps
Palles, & aſtãtes circumſpicis: & quis alumnus
Chriſmatis inſcripto ſignaret tempora ſigno,
Qui Zoroaſtræos turbares fronte ſuſurros.

Vnctos itaque fuiſſe veteres Chriſtianos minimè dubium eſt.

Iterum confutatur Vermilius; & ſacrarum vnctionum plures ſpecies traduntur.

SED non vnius generis aut meriti vnctio fuit. Vermilius tamen, vt erat alieno atque auerſo à veritate animo, nullo habito diſcrimine pa-

A titet omnes ſuſtulit. Oleum enim nonnunquam ab Apoſtolis ad morbos curandos adhibitum, Domino ita iubente, legimus Marci 6. Aliud item infirmorum, quo Iacobus cap. 5. de vita periclitantes, cum oratione & peccatorum exomologeſi, per Preſbyteros inungi præcipit, eóque docet peccatum, ſi quod ægroto inhæſerit, deletum iri. Si tamen hoc oleum à priori diuerſum eſt, & non potiùs ad idem ſacramentum pertinet. De Marci oleo Franciſcus Lucas in eiuſdem cap. 6. Porrò hic Marci locus, an de illo Sacramento [Extremæ vnctionis] agat, [quod tradit Iacobus cap. 5. vti ab Eccleſia in Concilijs Florentino atque Tridẽtino decretum eſt,] non perinde clarè Eccleſia definiuit: huc tamen ſpectare videntur verba illa
B Concilij Tridentini ſeſſ. 14. vbi ait, Sacramentum hoc, *apud Marcum quidem inſinuatum, per Iacobum autem Apoſtolum ac Domini fratrem, fidelibus commendatum ac promulgatum* fuiſſe. Quid enim aliud ex illa Marci & Iacobi inter ſe collatione intelligas, quàm, Iacobum quidem hoc Sacramentum fidelibus promulgaſſe ac commendaſſe, Marcum autem inſinuaſſe, promulgandum ſcilicet & commendandum, quandoquidem Apoſtolos eo vſos narrauerit? Hæc Fran. Lucas. Baptizandi etiam ex traditione Apoſtolica oleo initiantur, & præterea ad multas res ſanctificandas oleum admouetur. Denique etiam ex lampadibus, quæ circa Martyrum ſepulchra accendebantur, oleum in remedium à multis olim expetebatur. Frequens eſt
C huius olei mentio apud S. Gregorium Turonenſem in lib. de Miraculis S. Martini, & De gloria Martyrum, & multa, quæ ex illa inunctione miracula manarunt, commemorat. Sed illud in primis memoria dignum, quod teſtis omni exceptione maior S. Auguſtinus lib. 22. de Ciuitate Dei, cap. 8. refert, cadauer filij cuiuſdam Irenæi eo inunctum ad vitam reuocatum eſſe. De hoc oleo idem mihi dicendum videtur, quod de altero illo Marci, ſi fortè aliud eſſe cenſetur ab oleo infirmorum: nimirum diuina beneficia nulla naturæ lege circunſcribi, ſed tantum vnumquodque inſtrumentum efficere, quantum non quidem naturæ vi-
D tes ſuppetant: ſed quantum conferentis vel recipientis fides meruerit: aut certè ipſe, qui ſupra omnem fidem bonus eſt, voluerit. De ſecundo genere negari non poteſt, illud ad Sacramenti rationem pertinere, cùm non aliter quàm per Preſbyteros adhiberi debeat, & vnà cum oratione & fide inuncto peccatorum condonatio repromittatur. Quocirca nec ipſe quidem Caluinus Sacramentum hoc fuiſſe aliquando negare auſus: ſed riuum hunc cœleſtis gratiæ ſiccato miraculorum fonte exaruiſſe in inſtitutione ſua aſſerit, oblitus interim, quod erat neceſſe ad inſinuandum tam nouum atque inauditum documentum, proferre aliquod ex Scripturis teſtimonium, quo doceremur nouæ legis ſacramenta ante interitura quàm lex ipſa deficeret. De ſacro confirmationis chriſmate idem ſentiendum eſt: quod paucis ita explicat Tertullianus lib. De reſurrectione carnis. Caro inungitur, vt anima conſecretur.

Multiplex inunctio, & diuerſi eundem effectus.

Franciſ. Lucas.

S. Gregor. Tur.

S. Auguſtinus.

ET EFFVDIT SVPER CAPVT.

Tertullianus.

tur. Caro ſignatur, vt anima muniatur: caro manus impoſitione obumbratur, vt anima ſpiritu illuminetur. Idcirco autem eo Sacramento character imprimi dicitur, quòd ea gratia non in vnum aut alterum diem, ſed manſura in perpetuum conferatur. Verùm de hoc idcirco Vermilium loqui non credimus, quòd Miniſtrorum meminerit, quos ſola electione dignos haberi vult, oleum cum ſuo charactere execratur. Verùm id genus olei atque inunctionis ad tertium genus pertinet, neque noſtro iudicio aut ſomnio characterem imprimit, quod mentitur Vermilius: ſed ſola Ordinis collatione, quæ per calicis præbitionem ſolenni verborum formula fieri conſueuit, nota indelebilis inuritur.

B

Quorſum igitur oleum adhibetur? ad conſecrationem: ſicut etiam initiandis ſacro Baptiſmate, & donandis ſceptro regibus, imò & ſacris ædibus, vaſis, atque altaribus conſecrationis ergò affricatur. At rogas quid ſibi velit iſta conſecratio? Conſecratio, inquit Cornelius Agrippa, eſt ſublimatio experimentorum, per quam in materiam operum noſtrorum ſecundùm artis magicæ traditionem ritè & legitimè præparatam, anima ſpiritalis, proportione & conformitate tracta, infunditur, opuſque noſtrum per ſpiritum intellectus viuificatur. Hæc ille ille Magus, quæ vos ſingulari impudentia non rarò nobis obiicitis. Nobis autem conſecratio eſt, ſi Sacramentalem excipias, actus religionis, quo res aliqua ab vſu profano ad ſacrum transfertur. Duo illa complectitur: Eccleſiæ quidem oblationem, &, quod de diuina ſibi benignitate repromittit, Dei acceptionem. Et rerum quidem hominúmque oblatio verbis, precibus, & aliis legitimis actionibus peragitur: dedicat namque, offert, conſecrat Eccleſia. Deus autem ſic accipit, vt ea quidem, quæ rationis expertia ſunt, ſua poſſeſſione ſanctificet; homines verò diuina etiam gratia ſe dignos, ad id muneris, cui mancipantur, efficiat. Vtrumque verò Eccleſia viſibilibus ſymbolis exprimendum curat, quò ab omnibus intelligatur, tum quod ipſa præſtat, tum quod ab eo obtinere ſe credit, eiuſdem freta promiſſis, quibus illam orantem dubitare vetuit. Signo namque crucis, quod Domini proprium eſt, rei traditionem profitetur: olei autem vnctione, quod cæleſtis gratiæ infuſionem vbique in Scripturis deſignat, munus Deo gratum acceptúmque eſſe renuntiat: qua in re, niſi, ſi fieri poſſit, Deo autore falli non poteſt. Verùm de hoc oleo cùm alij multi tradiderunt, tum doctè, vt omnia, Turrianus lib. 2. Defenſ. Epiſtol. Pontif. cap. 17. Orationem vnam addam ex iis, quæ à Pontifice Regem inungente ſolennibus verbis concipiuntur, quo manifeſtiùs Eccleſiæ mens atque conſilium in his inunctionibus appareat. Sic igitur Pontifex: *Deus Dei filius Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui à*

C

Cornel. Agrip. lib. 3. de Occulta Philoſ. cap. 62.

Conſecratio quid ſit.

D

F. Turrianus.

A *Patre Deo exultationis vnctus eſt præ participibus ſuis, ipſe per præſentem ſacri vnguenti effuſionem, Spiritus Paracleti ſuper caput tuum infundat benedictionem, eandemque vſque ad interiora cordis tui penetrare faciat, quatenus hoc viſibili & tractabili dono inuiſibilia percipere, & temporali regno iuſtis moderaminibus executo, æternaliter cum eo regnare merearis: qui ſolus ſine peccato Rex Regum viuit, & gloriatur cum Deo patre in vnitate eiuſdem Spiritus Sancti Deus per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.*

ET OSCVLATVS EST EVM.

Vermilius.

Et *deoſculatus eſt eum.*] Vermilius: Hoc erat indicium amicitiæ valdè vſitatum in Palæſtina, & tota Syria. Hoc ergo ſymbolo ſignificat Samuel ſe Saulem diligere, ſuſpicere, venerari, vt miniſtrum Domini, & ſe illi polliceri fidem, & obſeruantiam. Erat illum habiturus ſucceſſorem. tamen non odit, aut contemnit eum, vt alij ferè ſolent, ſed veneratur. Non ergo erat hoc oſculum, quo amicos ſolebant familiariter dimittere, ſed fidei & obedientiæ. Et credibile eſt Samuelem, vt vnxerat Saulem in nomine Domini, ita eum etiam in nomine Domini oſculari, vt ſignificaret Deum illi adfuturum, eumque ornaturum Spiritu ſuo. Videtur etiam mos fuiſſe illorum temporum, vt populus ſupplex exoſcularetur principem. Ita enim hodie reges & principes manus porrigunt exoſculandas. Dauid in Pſal. 2. de Meſſiâ, *Oſculamini*, inquit, *filium*: hoc eſt illum obſeruate & colite, eique, vt vulgò loquuntur, præſtate obedientiam. Docet ergo Samuel hoc ſymbolo ſe illum agnoſcere ſuum regem, nec velle ſe ab eius poteſtate eximere. Hæc Vermilius. Toſtatus: Hoc eſſe potuit, inquit, in ſignum amoris, quoniam amici, quando à ſe inuicem receſſuri ſunt oſculantur ſe, ſic quoque Samuel diligebat nimis Saulem, quia Deus elegerat eum, & erat vir bonus, ideò cùm dimiſſurus eſſet eum à ſe fuſo oleo in capite oſculatus eſt illum: quod autem diligeret nimis Samuel Saulem, apparet, quia non ſolùm dum fuit bonus Saul diligebat eum Samuel, ſed etiam poſtquam peccauit diligebat, vnde quia Deus prædixit, quòd auferret ei regnum lugebat ſemper Samuel pro illo, infr. c. 15. &c. Potuit quoque eſſe iſtud oſculum tanquam quædam ceremonia regalis vnctionis: ſicut enim in collatione gradus magiſtralis, aut doctoralis, qui confert inſignia oſculatur ipſum, qui graduatur, & hoc eſt ei tanquam inſignium inter cætera: ita in vnctione regali poterat eſſe hoc tanquam pertinens ad ceremoniam vnctionis. Hæc Toſtatus qui mox tertia quæſtione in hunc eundem locum, velut altera Penelope telam retexens, negat ad vnctionis ritum pertinere potuiſſe. Cùm autem dicebatur, inquit, quòd oſculum erat cæremonia in vnctione Regis: dicendum eſt, quod non. Et quando arguitur, quòd Samuel hîc oſculatus eſt Saulem: dicendum eſt, quod non fuit hoc tanquam cæremonia vnctionis, ſed quia diligebat eum, & nunc recedebat ab eo, ideo oſculatus eſt eum: Non conueniebat tamen talis cæremonia

B

Oſculum quid ſibi velit.

C

Toſtatus.

D

in vnctione regum, quia oſculum eſt maioris ad minorem, vel æqualis ad æqualem, minot autem oon debet aggredi oſculari maiorem, niſi maior hoc iuſſerit. In vnctione autem tegali nullos maior eſt ipſo, nec quiſquam eſt ei æqualis, ſed omnes ſunt ſerui eius; ideò etiam ipſe fundens oleum ſupet caput regis uon debet tunc oſculari eum, quia rex eſt tunc tanquam cunctis excellentiot. In collatione aotem magiſterij, & doctoratus ſecus eſt, quia tunc ille, qui largitut inſignia, maior eſt eo, cui largitur: ideò decens eſt, quod oſculetur eum, cui inſignia tribuit, quia hoc ad honorem ipſius pertinet. Hactenus Epiſcopus Abulenſis. *Δεύτεραι φροντίδες σοφώτεραι.* Cicero Philippica 12. Poſteriores, inquit, cogitationes, vt aiunt, ſapientiotes ſolent eſſe. Sed hic plaнè contrarium accidit. Sunt enim poſteriora deteriora prioribus. Nam qoid ineptius dici fingive poteſt quam dedecere Prophetam aut Epiſcopum eum quem vngant oſculari? An ſi ita eſſet, ſtatuiſſet Eccleſia vt Reges dum inaugurantur vngentis manum ſæpius oſculentur vti prodit rituale Pontificum? Nihil vnquam indecens aut indecorum ſtatuit aut fecit Eccleſia, ſed ſemper quod eſſet rempori, rationi, perſonæ denique cuiuſque dignitati cōſentaneum. Veruntamen inquit oſculandi ius & poteſtas ſemper penes ſupetiorem fuit, nec inferiorem ſors ſua patitut, niſi ſi fortè iuſſus ſit ſuperioris oſculum delibare. Quo argumento, qoo teſte ptobas? Nam in hac parte non omnium eandem fuiſſe ſententiam aot conſuetudinem teperio. Olim, inquit Spiegelius apod Calui. in Lex. Iurid. oſculo ſalutabant, Conſul Imperatorem, diſcipulus præceptorem. Romanis olim Principibus mos fuit, vt abeuntes, redeunteſve peregrè Senatum oſcularentur: quod omiſſum Tranquillus exprobrat in Nerone, quod is neque veniens, neque proficiſcens quemquam oſculo impertierit, ac nec ſalutauerit quidem. Inſolentiam quoque Caligulæ ac ſuperbos mores in denegando oſculo notat Dion Caſſ. lib. 59. Vitellius contra vt in eodem Suetonius cap. 7. obuios quoſlibet milites caligatos oſculabatur. Quid ſi dicam apod Hebræos hoc fuiſſe nonnonquam obedientiæ ſymbolom? Hebraicè bic legimus וַיִּשַּׁקְבוֹ *vaiſchacbebon*, à verbo נָשַׁק *neſchach*: quod cum ל manum aut numerum: ſine ל os petere oſculo ſignificat, vt Schindlerus in Pentaglot. At idem verbum alibi obedire S. Hieronymos & LXX. interpretantur. Geneſ. cap. 41. verſu 40. Pharao Ioſephum, cùm eundem toti Ægypto præficeret, his verbis alloquitur. *Tu eris ſuper domum meam*, עַל־פִּיךָ יִשַּׁק *veal phicha iſchach.* Idem verbum eſt, quo hic quoque vſus eſt Samuel. quare Santes vertit: *Et ſuper os tuum oſculabitur omnis populus meus.* Vulgatus interpres Paraphr. *Et ad verbum tuum gubernabitur omnis populus meus.* quem tamen aliter Schindlerus exponit, *Et iuxta verbum tuum armabitur populus*; quoniam נֶשֶׁק *neſchech* armaturam quoque ſignificat, & à verbo quod oſculari ſignificat, ſolo punctorum diſcrimine diſtinguitut: quorum vſus & inuentio ipſo Ionatha longè poſterior fuit. Alkoran. *Et nutrietur.* Vatablus, *Et cibum capiet*, &c. Veruntamen quod Paraph. Chaldæus gubernabitut, aut armabitur, Alkoranum nutrietur, Pagninus oſculabitur, & hic quoque 1. Reg. 10. verſu 1. Vulgata editio cum Septuag. & Pagnino Vatablóqoe conſentiens exponunt, Septuaginta eodem Geneſ. cap. 41. verſu 40. tranſtulerunt, *καὶ ἐπὶ τῷ στόματί σου ὑπακούσεται πᾶς ὁ λαός μου Et in ore tuo obediet omnis populus meus.* Vulgatus, *Et ad tui oris imperium omnis populus meus obediet.* Poteram & aliis pluribus Scripturæ teſtimoniis idem oſtendere, niſi viderem conſtanter omnes interpretes hîc ad oſculum deflexiſſe: quod aut futuræ obedientiæ pignus & argumentum à Toſtato intelligi debuit, aut certe non indecens videri: Cor enim indecens videatur, ſi is, qui regem vngit in oomine Domini, eundem eius nomine oſculo impertiat? At haberi debent qui vngunt vnctis inferiores. Nec hoc quidem verum eſt. *Nam ſine vlla contradictione*, inquit Apoſtolus ad Hebræos 7. *quod minus eſt, à meliore benedicitur.* Inunctio autem regalis regij culminis benedictio eſt. Quare quiſquis vngitur, eo minor eſt à qno inunctionem recipit. Non ſunt igitur Epiſcopi Regibos babendi minores. Hoc docet Innocentius *titul. de ſacra vnctione.* hoc pluribus SS. Chryſoſtomus Ambroſiuſque aſſeoerant, hoc Gregorius Nazianzenus cum reliquis Patribus, hoc Conſtantinous & Carolus Magni Imperatores ſuos populos docent piiqoe reges omnes fatentur. Quid igitur illi Epiſcopo in mentem venit de Eccleſiaſtica Hierarchia tam indignè ſentire? Tametſi enim in humanis & politicis ſaluo ſuo ordine, vt S. Thomas Martyr loqnitur, Pontifices Regum imperio patent, in ſacris tamen & diuinis imperant ligandi ſoluendiqne accepta poteſtate quæ nulli regum conceſſa eſt. Quod ſi princeps vngente ſe maior eſt, ſtet ipſe ant etiam ſedeat Pontifex, procumbat in genua & ab illo benedictionem expectet, ſiquidem dedecet ſupplicis habitus ſuperiorem inferiorem tanta cultus maieſtas atque reuerentia.

Cæterùm quod ad oſculum attinet etiam extra ſepta Eccleſiæ & præter morem ritúmque ſactorum, certum eſt iam inde ab initio ſuſceptæ ab Imperatoribos fidei, principes Epiſcopis adeuntibus oſculum offerre ſolitos, quòd ea viſa eſſet loco adorationis, quæ à Laicis exhiberetur, digna Epiſcopo ſalutatio. Ducti etiam religione quadam principes Epiſcoporum oſculum expetebant, quòd eſſet Eccleſiaſticæ pacis indicium, & per illos Domino reconciliari ſe crederent. Sanctus Ambroſius Mediolanenſis Epiſcopus, cùm apud Maximum legatione fungeretur, & ille in prætorio ad oſculum aſſurrexiſſet, Nolo, inqoit, oſculari vt Epiſcopus, qui in prætorium vocatus ſum tanquam non Epiſcopus. Indignè enim ferebat vir ſanctus, & ſuæ dignitatis memor, in

Tullius.

Imperat. & reges olim epiſcopos adeuntes oſculari conſueuerant.

S. Ambroſ. In Epiſtolis.

Henrico II. ſucceſſerat.

prætorium ſe eſſe vocatum; cùm in palatio honorificentius de legatione ſua cum Imperatore cõferre potuiſſet. Multis verò poſt ſeculis Sanctus Hugo Lincolnenſis epiſcopus, cùm in Richardi regis Angliæ offenſam incurriſſet, quòd Regis nomine pecuniam à populo colligi vetuiſſet: nihil eius iram veritus, minas etiam contemnens, Regem adit, quem in ſacello domus Regiæ ad altare conuerſum à tergo compellãs, Da mihi, inquit, oſculum, cuius primo aſpectu Rex obſtupefactus & frendens, Non faciam, inquit, non ita de me meritus es: at ille apprehẽſo Regis pallio penè vi coëgit. Sacrificio deinde abſoluto obiurgatum regem placauit, & ſecum in gratiam vt rediret obtinuit; aſſerente Rege, ſi tales forent plerique Epiſcopi, Reges quoque modeſtiùs acturos. Prius etiam in ſacris & myſticis officiis, ab ipſis penè naſcentis Eccleſię incunabulis, ſolemni ritu vſurpari oſculum conſueuiſſe frequenter legimus. Inuehitur etiam quodã loco Tertullianus in nonnullos, qui prętextu ieiunij fratribus inter officia diuina oſculum ſubtrahebant. Sic enim lib. de Oratione c. 14. Alia iam cõſuetudo, inquit, inualuit, ieiunãtes habita oratione cum fratribus ſubtrahũt oſculum pacis, quod eſt ſignaculũ orationis. quãdo autem magis conferenda cum fratribus pax eſt, niſi cum oratione commendabilior aſcendit, vt ipſi de noſtra operatione participent, quã auderent de ſua pace fratri tranſigere? quæ oratio cum diuortio ſancti oſculi integra, quẽ Domino officium facientem impedit pax? quale ſacrificiũ eſt à quo ſine pace diſceditur? &c. Diebus autem ſolemniorum ieiuniorum non dabatur oſculum, ſic & die paſchæ, (inquit ibidem) (paſſionis diem intelligit) quo cõmunis & quaſi publica ieiunij religio eſt, meritò deponimus oſculum, nihil curantes de oſculando quod cum omnibus faciamus. Sed de oſculo ſatis, ad alia pergamus.

Pacis oſculum in diuinis officiis. Tertullianus.

ECCE *vnxit te Dominus in Principem.*] Ridet vnctiones noſtras Vermilius, nec putat eas vel nauci faciendas. At non item Ludouicus 2. Occident. Imperator: qui, cùm de retinendo imperatoris nomine cum Baſilio Macedone Orient. Imperat. diſputaret, ea potiſſimũ ratione vſurpandi nominis ſibi ius aſſeruit, quòd in eum finem ſacra vnctione delibutus eſſet. Verba eius referam, ne quid fingere videar, Præſertim, inquit, cùm & ipſi Patrui noſtri glorioſi Reges, abſque inuidia Imperatorẽ nos vocitent, & Imperatorem eſſe procul dubio fatentur, non profectò ad ætatem, qua nobis maiores ſunt, attendentes, ſed ad vnctionem & ſacrationẽ, qua per ſummi Pontificis manus impoſitionem diuinitus ſumus ad hoc culmẽ prouecti, & ad Romani principatus imperiũ, quo ſuperno nutu potimur, aſpicientes.] Nec ſolùm eo titulo ſe tuetur, verùm etiã propterea maiores ſuos ab imperij vſurpatione excuſat. Sic enim addit poſtea, cùm ab eodem Baſilio nouitatis & vſurpationis inſimularetur. Illud autem mirari meritò poſſumus, quod ſublimitas tua ad nouam & recẽtiorem appellationem aſpirare nos autumat: cùm quantum ad lineam generis pertinet, non ſit nouum vel recens quod iam ab auo noſtro non vſurpante, vt perhibes, ſed Dei nutu, & Eccleſiæ iudicio, ſummique Pontificis per impoſitionem & vnctionem manus obtinuit, ſicut in codicibus tuis inuenire facilè poteris. De quibus iterum in ſequentibus, Francorum, ait, principes primò reges: deinde imperatores dicti ſunt, ij duntaxat, qui à Romano Pontifice ad hoc oleo ſancto perfuſi ſunt; in qua etiam Carolus Magnus abauus noſter vnctione eiuſmodi per ſummum Pontificem delibutus, primus ex gente & genealogia noſtra, pietate in eo abundante, & Imperator dictus, & Chriſtus Domini factus eſt. Hæc omnia in ſua epiſtola Ludouicus 2. ad Baſilium Imper. Conſtant. ad annum 871. Annal. tom. 10.

Vnctioni acceptum refert imperiũ. C. Baronius. C. Baron.

ECCE *vnxit te Dominus in Principem.*] Amplius aliquid ſonat quàm ſi diceret, pręfecit, inſtituit, impoſuit. Nam horum verborum vna eſt emphaſis atque ſententia, vt nimirum ius poteſtatemque tributam, & imperiũ delegatum ſignificent. vnxiſſe verò pręter hęc omnia etiam animi dotes ad Reipublicæ adminiſtrationẽ neceſſarias, virtutem præclaram, atque cœleſtem prorſus energiã infuſam animo declarat. Vnde & in ſequentibus tãquam explicare vellet, quæ obſcurè dicta videri poſſent, *Mutaberis*, ait, *in virum alterum*, quod ſoli Deo vtique conceſſum eſt. Poſſunt namque ex hominibus nonnulli qui ſupremo magiſtratu funguntur, aut quibus beneficio principis ſuas vices committere licet, in alios ſuam poteſtatem trãsfundere, eligere, pręficere, ſuas vices delegare, qui rebus bellicis & iuri dicundo præſint, & imperium adminiſtrẽt: At Iuriſprudentiam impertiri, & bellicis artibus inſtruere, & cœptis fœlicitatem adiungere, deniq. reliquas dotes quæ ad præfecturæ decus & ornamentum pertinent, accumulare minimè poſſunt. Solus Deus iis numeribus, quæ mandat & imponit, parem ad agendum induſtriam & efficacitatem conferre poteſt.

Quid ſit vngi in regem.

VNXIT *te Dominus.*] Regnum ſuum Reges, & quicumque præſunt aut dominantur, vt Vaſalli à Domino ſuo, ſic à Deo ſe habere agnoſcunt, & titulo quo vtuntur, hoc ipſum profitẽtur. Sic enim plerique omnes Reges ac Chriſtiani principes religioſè præfari conſueuerunt, cùm ſuos titulos initio edictorum prædicant. Matthias Dei gratia Imperator: Ludouicus Dei Gratia Francorum Rex &c. *Per me*, inquit diuina ſapientia Prouerb. 8. *Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt. Per me principes imperant &c.* Quocirca etiam ſolium Regis dicitur *ſolium Dei* 2. Paral. cap. 9. v. 8. Item populus Regni, *Dei populus & hæreditas Dei* vocatur: Dei enim eſt terra quam creauit & conſeruat 2. Paral. 1. verſib. 11. 12. & ſequentibus. Eſaias cap. 37. *Tu Deus ille ſolus es in omnibus regnis terræ.* Dauid in pſal. Domini *eſt terra & plenitudo eius: orbis terrarum & vniuerſi qui habitant in eo.* Rex autem dicitur Dei ſeruus 3. Reg. cap. 3. ver. 8. & 9. Miniſter etiam ab Apoſtolo, & alibi ſæpius Dux, Paſtor, nei iudiciorum adminiſtrator, & executor, ac de his tãdem rationem apud Dei tribunal redditurus. Deuter. cap. 17. 18. 19. 20. Sapientiæ cap. 6. v. 4. & ſeq. Quapropter etiam Samuel hoc loco dixit *ſuper hæreditatem ſuam*, non tuam.

Reges Deo authore regnant.

Regna Dei ſunt omnia.

Cuiacius.

Sed num Deus prioris cuiuſquam relictam poſſeſſionem adiit, vt hæreditatem habere dicatur? Cuiacius lib. 10. Obſeruat. cap. 16. Pro hærede gerere, eſt pro domino gerere. Nam hæredem veteres dominum appellarunt. Plaut. Menech. Abſtuli hanc, cuius hæres numquam erit poſt hanc diem. Tryphonius l. hæreditatis. §. Pater D. de caſtrẽſi pecul. Si pater, vt hæres, viuo filio vindictam ſeruo caſtrenſi impoſuit. vt heres, id eſt vt dominus. Nam tantum abeſt vt ſit viuo filio pater heres in peculio caſtrenſi, vt nec ſit mortuo. Et addit: Alius eſt poſſeſſionis dominus, alius vſusfructus: ſed ij nonniſi per abuſionem domini appellantur, ſicut Maritus vxoris, Pater filij, Patronus liberti. Nec enim hi proprietatem harum perſonarum habẽt, nec illi earum rerum quarũ poſſeſſionẽ tantùm vel vſum fructum habent. Dominium propriè nihil aliud eſt quàm proprietas rei. atque adeo dominationem ſuam interponere dicitur, non qui pro fructuario, aut poſſeſſore, aut patre familias, ſed qui ſe pro proprietario gerit. l. duos. D. de adq. her. & vt heres facere, qui vt proprietarius facit, non qui vt pater, vel patronus, vel fructuarius vel cuicui alij modi. Hæc Cuiacius. Ex quibus patet, quo ſenſu Deus heres habendus ſit, & hæreditas hæc interpretanda, de qua Samuel ad Saulem *ſuper hereditatem ſuam*. Quod idcirco dicere voluit, ne tanquam tranſlato iure in ſuam perſonam, & à Deo ceſſione facta, ſuam eſſe arbitraretur quæ Dei eſſet. Nam quocumque tãdem titulo reges cenſeantur, & regna, vt heredes adeant, ſeu quouis alio iure vſu capiant, vnus tamen verus & ſupremus eſt heres qui & dominus. Vnde quantum licet cuiuis alienam hæreditatem procuranti, tantumdem licet & Regibus in regnis vtique ſuis, hæreditate autem domini. Regium enim nomen & imperium (vt Seneca authore alibi docuimus) non proprietatem, id eſt non ius dominij in rem, ſed imperij ſeu ſupremæ inter homines iuriſdictionis importat. Vnde ſicut procuratori nõ licet rem hęreditatis imminuere, familiam vexare, ſeruos opprimere, iniuſtis laboribus fatigare, aut agrorum prouentus in ſua priuata commoda deriuare, luxu prodigere, aut etiam, quod peius eſt, ad heredis contumeliam abuti: ita nec Regibus licet. Licet autem quicquid alienam rem ſuæ fidei commiſſam optimè gerẽti licet, ſortem augere, fœnus exigere, familiæ proſpicere, annonam recondere, impertiri cuique neceſſaria, ſeruos bonos & frugi benignè fouere, animaduertere in dyſcolos, ſedulò prouidere ne quid per imprudentiam aut negligentiam peccent.

Heres idem quod Dominus, & hereditas propria eſt poſſeſſio.

Principum regna, hereditas eſt Domini.

De extraordinariis exactionibus.

Quòd ſi qua calamitas Deo permittente abſque illius culpa ingruerit, ſi quid detrimẽti publicè hæreditas acceperit, eiuſdem ex ipſa opinor, hoc eſt domini ſumptibus, damna ſarcienda erunt. Quare mihi ſemper periculoſa viſa eſt illa opinio, quæ vectigalibus à Rege imperatis derogat. Etſi namque fieri poteſt præ auaritia principum quæ fundũ non habet, ſicut nec profuſio: vt iniuſta ſit adæratio, nec excuſari valeat, aut referri vel ad ſtipendia Regiæ maieſtati debita, aut ſubſidia neceſſitatis, ac proinde fraudari etiam Gabella nonnunquam iure queat: difficile tamen eſt ſtatuere, rebus in deteriorem ſtatum adductis, qui ſumptus non modicos requirat, vt imminens ruina vitetur; cui prohibendæ neque Regale patrimoniũ, neque tributorũ ſolitus canon, ſed ne illæ ipſę quidẽ nouę indictiones, quæ reclamante populo imperantur, ſufficiant: ſtatuere, inquam, quid iniuſtum ſit, quidve clanculùm populus ſubducere abſque iniuria poſſit. Quemadmodum enim ſi quid iniuſtè Rex, & præter æquum, aut neceſſitatem à populo extorqueat, eidẽm, Sancto Thoma authore, reponere tenetur: ita ſi quiſquam è populo neceſſariis ſumptibus à Rege decretis atque in populum viritim diſtributis, aut certis quibuſdam mercibus impoſitis, aliquid detrahere præſumat, non video quam ob cauſam ad reſtitutionem faciendam non teneatur, cùm ea ratione tum pluribus priuatim iniuriam faciat, quibus iuſta ſtipendia pro ſuis in Rempublicã meritis ob ærarij inopiam denegantur, tum ſimul vniuerſæ Reipublicæ, quam nouis in dies vectigalibus onerari neceſſe eſt, ob præcedentiũ penuriam, quæ fraude circumueniẽtium parta eſt. Quanquam tamen ſi cui militum noſtrorum inſolentia, quam alit ſtipendiorum denegatio, & ducum incuria: agri populati ſunt, ruſticum inſtrumentum direptum, greges abacti aut iugulati, fruges abſumptę, non videtur is ad minoris damni reparationem obligari. Haud enim æquum eſſet cuiquam neruos facultatum incidere, & nihilominus tributa, quæ non aliunde petenda ſunt, extorqueri. Sed quid ſi in ſolos publicanos ea cudetur faba? non aliam rationem habendam arbitror quàm iura præſcribant.

VERSVS 2.

Cum abieris hodie à me, inuenies duos viros iuxta ſepulchrum Rachel in finibus Beniamin in meridie, dicentque tibi: Inuentæ ſunt aſinæ, ad quas ieras perquirendas: & intermiſſis pater tuus aſinis, ſolicitus eſt pro vobis, & dicit: quid faciam filio meo,

Vermilius.

VARMILIVS: Vt fides Sauli eſſet confirmatior, addit etiã ſigna: inuenies duos quoſdam ad ſepulchrum Rachelis. illi dicent, patrẽ iam ſollicitum eſſe de te. poſt in tres alios viros incides: tertiò in Prophetas. Ratio Samuelis nititur hoc fundamento: qui in quatuor quinqueve rebus verum dixerit, illi fidem habendam eſſe in aliis. Hæc autem Samuel idcirco commemorauit, vt Saul intelligeret ſe prophetam eſſe Dei, & nihil fingere, atque ita ad regnum ſuſcipiendum graderetur cõfidentius. Hinc apparet Saulem prudenter cogitaſſe, patrem ſuum iam de ſe ſolicitũ eſſe. ita enim audit ex iſtis nuntiis. *Iuxta ſepulcrum Rachel in finibus Beniamin.* Aiunt Bethleem fuiſſe in tribu Iuda, non in Beniamin. vnde & illud, *Et tu Bethleẽ terra Iuda.* Quomodo ergo hic dicitur eſſe in Beniamin? Hic oportet diligẽter cõſiderare 36. c. Geneſeos. Non enim Rachel ſepulta eſt in Bethleem, ſed in itinere. Abeſt autem locus ille ſtadio à Bethleem. Eſt

Digitized by Google

ergo ſepulchrum Rachelis in Beniamin, quãuis Bethleem ſit in Iuda. Hæc probabiliora ſunt quàm quæ narrat R. Kimhi Samuelem dixiſſe. Nũc ſunt propè Bethleem, ad ſepulchrum Rachelis, occurrent autẽ tibi in finibus Beniamin. Nam quid opus erat iſta dicere, cũ ſepulchrum Rachelis eſſet in Beniamin?

DE PROVIDENTIA DEI.

IAM verò quoniam hæc ita certò dicuntur euentura, videre poſſumus omnia etiam minutiſſima opera, & conſilia noſtra pendere à prouidentia Dei, & ab eo regi, & ordinari, quamuis nobis ſæpe fortuita eſſe videantur. B Sed magna ac difficilis quæſtio eſt, ſi omnia noſtra facta & euenta ita ſint certa, quomodo poſſint etiã eſſe contingentia. Id quoniam ſæpe occurrit in ſacris literis, operæ pretium iudicaui de ea re aliquid aliquãdo dicere. *Diſtributio tractatus.* Vt autem methodus intelligatũr, primùm quęrendum eſt, an ſit aliqua prouidentia: 2. loco quid ſit: 3. an illi omnia ſubiiciantur: 4. an ea mutari non poſſit. Poſtremò an patiatur aliquã rerum contingentiam. Verùm antequam rem ipſam attingam, de nominum ipſorum ſignificatione aliquid dicendum eſt.

CAPVT PRIMVM.

Explicatur quid ſit contingens; eius ſpecies; & fundamenta.

Contingens quid dicatur. C CONTINGENS dicitur à Græcis ἐνδεχόμενον, quod eiuſmodi eſt, vt & poſſit, & nõ poſſit fieri: & proinde neceſſarium non eſt, aut neceſſariò accidit. Diſtinguitur in tria membra, quorum primum appellatur à Græcis ὁπότερ' ἔτυχεν, quod æque propẽdet in vtramque partem: alterum ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, quod plerumque ſoleat hoc aut illo modo accidere, poſſit tamen ſecus euenire. Tertium dicitur ὡς ἐλάχιστον, ſiue παρὰ φύσιν quod nonniſi rarò & inſolenter eueniat. Philoſophi contingentiæ duplex ſtatuunt fundamentum: *Contingentia fundamentum duplex.* Materiam, quæ vt in alias atq; alias incurrit agentes cauſas, ita formam aliam atq; aliam induit: & voluntatẽ, qua actiones noſtræ gubernantur. Habet autem voluntas rationem materiæ, quia regitur, & impellitur ab intellectu. S. D *S. Auguſt.* Auguſt. de 83. quæſtionibus, q. 31. ait, Prouidentiam à Philoſophis diuidi in tres partes, in intelligentiam, memoriam, & prouidentiam, & memoriam ad præterita referri, intelligentiam ad præſentia. Prouidũ autem eſſe, qui ex præteritis præſentibusque poſſit conſtituere, quid poſtea ſit futurum. Deus autem non tãtùm intelligit, & videt quid ſit euenturum, verùm etiam addit ad ea voluntatem. Non enim nudam tantùm conſtituimus in Deo intelligentiam, ſed etiam voluntatem efficacem, qua omnia regit & moderatur. A Græcis dicitur πρόνοια. Et Cicero de Natura Deorum eam appellat anum fatidicam Stoicorum. Tãti autem ea fiebat apud veteres, vt etiam pro Dea coleretur in Delo, quòd Latonã iuuiſſet in partu. Fabula verò ea nihil aliud

A ſignificat, niſi cauſas ſecundas, quãuis vim nonnullã in ſe habeant, tamen nihil efficere, niſi accedat prouidentia Dei. Latona enim natura eſt: Prouidentia obſtetrix. Niſi iſta accedat, iuuet, & quodammodo obſtetricetur, illa nihil parit.

CAPVT 2.

Prouidentia eſſe probatur.

IAM verò quod ad quinque illa capita attinet, de quibus à principio ſeorſim dicendum eſſe decreui, hoc mihi primo loco propono, eſſe prouidentiam: quod multis rationibus firmiſſimis doceri poteſt. Primùm enim, cùm Deus ſit *1. Ratio.* autor & conditor omnium rerum, nihil autem B poſſit temerè facere, ſed ſuas habeat apud ſe certas & conſtitutas rationes, neceſſe eſt eſſe prouidẽtiam. Si enim nullus ſit artifex, qui non & rationes & fines operis ſui videat, & vias teneat, quibus id poſſit ad ſuos fines adducere, inſania eſſet id non tribuere ſummo artifici Deo, quem diuinæ literæ non tantùm cõditorem rerum omnium faciunt, verùm etiam quodãmodo figulum. S. Chryſ. Hom. 19. in Epiſtolam ad *S. Chryſ.* Epheſios. Si nauis, inquit, quantumuis firma & inſtructa, tamen in fluctibus conſiſtere non poteſt ſine gubernatore, quantominus orbis vniuerſus cõſtare poteſt ſine cura & gubernatione Dei? Nam ſi Architectus non ante incipiet ædificare, quã omnes partes, figuras, & formas ædificij in animo deſcriptas habeat, putabimus Deũ C vniuerſitatem omnium rerum temerè ſine iudicio ſine ratione condidiſſe? Certè cœleſtes orbes, ſydera, æther, aër, aqua, calor, frigus, tot viciſſitudines & mutationes rerum inter ſe cõtrariarum & pugnãtium, niſi ab aliquo rectore ſuſtinerentur, ruerent. Corpus noſtrum ab inclementia cœli ſine cura & prouidentia defendi non poſſet. Homines prouidos appellamus, qui mente & ingenio ita valent, vt omnia corporis membra teneant in officio. Deus autem eum locum habet in mundo, quem in homine mens obtinet. Ad hæc ſacræ Scripturæ euerſiones regnorum, & vaticinia, & miracula, quæ omnem vim naturæ longè ſuperant, & poſtremò iudicia, quibus Deus olim redditurus eſt cuique ſecundum opera cuiuſque, referunt in Deum. Quare his tot rationibus, aliiſq; multis inducti, ſtatuimus eſſe prouidentiam. Nam Epicureos D miſſos facimus: quorum eſt illud

Scilicet is ſuperis labor eſt, ea cura quietos
Sollicitat:

Et illud: *Deus ambulat ſuper cardines cæli, & res humanas non conſiderat.* *Quare de prouidentia Epicurei malè ſenſerint.* Hæc illi monſtra repererũt, partim quod cùm hebeti eſſent ingenio, altiora videre non potuerunt: partim quòd cũ turpiter & flagitiosè viuerent, ne perpetuo metu ſuppliciorum cruciarentur, hanc ſibi conſolationem excogitare voluerũt. Qui enim malè viuit, horret lucem: & pueri vbi aliquid deliquerunt, nollent aut patrem eſſe in ædibus, aut magiſtrum in ſchola. Et de prima quidem parte hæc ſatis eſſe debent hominibus Chriſtianis: quibus ſine ratione, ſolo verbo Dei perſuaſum eſt eſſe prouidentiam.

Digitized by Google

CAPVT 3.

Quid ſit prouidentia.

Quid ſit prouidentia.

QVID autem ſit prouidentia facilè ex eius definitione intelligemus. Eſt enim vis ſeu facultas Dei, qua res omnes dirigit, & addocit ad fines ſuos. In hac definitione genus eſt vis, aut facultas. Eſt quidem Deus ſimpliciſſimus: tamen ad noſtrum captum ponimus in illo duplicem eſſe facultatem, intelligendi, & volendi. Intelligit quidem Deus & videt omnia: verùm non id tantùm, ſed etiam vult omnia. Neque verò hic otioſè diſputabimus, voluntaſne in Deo prior ſit intellectu, an contra intellectus voluntate. Si quis iſta ſcire voluerit, remitto eum ad Seotum, & D. Thomam. Vis iſta & facultas quam dieo, pertinet ad qoalitatem: eſt enim naturalis potentia. Differentia eſt, quòd Deus iſta vi, omnia quæcunque, aot ſunt, aut futura ſunt, dirigit. Verùm id non eſt ſatis: adducit etiam ad ſuos fines. Ad qoos autem fines? Ad congruos. Congrui verò ſuot, qui ab eius conſilio deſtinantur: vis & facultas cauſa eſt: effectus, vt tes adducantur ad ſoos fines.

Hîe complexi ſumus omnia genera cauſarum, quæ in hoe negotio aſſignari poſſunt. Hoc ideo dico, quia prouidentiæ Dei nulla poteſt dari cauſa efficiens. Fotmalis autem cauſa eſt vis Dei. Materia eirca quam, ſunt omnia quæcunque ſunt: nihil enim prorſos excipimus. Finalis verò cauſa eſt, vt omnia aſſequantur fines ſuos, & cedant in gloriam Dei. Ex hae definitione videmus, prouidentiam Dei non tantùm nudam eſſe cognitionem, ſed etiam aliquam efficientiam. Nam, vt Paulus ait, *In ipſo viuimus, mouemur, & ſumus.* Et rurſum, *Omnia ex ipſo, & in ipſo, & per ipſum.* vtqoe Salomon ait, *Hominis eſt præparare cor, Dei autem eſt gubernare linguam.* Nam ne linguam quidem leuiſſimam partem eorporis mouere poſſumus ſine ptouidentia Dei. Et Chriſtus ait, *Ne paſſer quidem cadet ad terram ſine voluntate patris noſtri*: Et, *Omnes capilli capitis veſtri numerati ſunt.*

CAPVT 4.

Confutatur error eorum, qui aut mundum à Deo gubernari negant, aut ſaltem quæ cæli ambitu continentur, viciſſitudini obnoxia.

QVIDAM ſomniant, Deum omnia quidem eondidiſſe: poſtea verò condita reliquiſſe. Ita enim fabti ſatis habent domum exædificaſſe: eam poſtea relinquunt. Atqui ſi ſic ageretur, mundus iſte facilè rueret. Domus enim niſi ſubinde reficiatur & fulciatur, labefactatur & cadit. Nam ſi animus diſcedat à corpore, quid ſupereſt, niſi vt eorpus eorrumpatur & putreſcat? Nec audiendi ſunt qui dicunt,

Primus error confutatur.

A Deum omnia quideo tegere, verùm id non aliud eſſe, quàm tebus omnibus communem iofluxum ſuppeditare, quem res ſingulæ ad ſe attrahant. Hoe enim eſt, Deum non re ipſa, ſed tantùm nomine orbis rectorem & moderatorem faeere. Nam ſi res quęque pro ingenio ſuo inflectat & accommodet ad ſe communem illum influxum Dei, Deus ſequitur naturam rerum creatarum: cùm contra potius oporteat, omnes res creatas Deũ ſequi. Sed aiunt, qoemadmodum qui proïcit lapidem, aut eiaculatur ſagittam, ſatis habet eã primũ impuliſſe, quamuis ea poſtea emiſſa ipſe non ſequatut: ita ſatis fuiſſe Deo vim quandam rebus omnibus indidiſſe, quamuis eas perpetuò non gobernet. Sed iſta non ſunt ſimilia. Nam ſagitta & lapis ſtatim caduut, B cùm impetus ille in rehus creatis diuturnus eſſe non poſſit. Quare niſi Deus impulſum ſuum æterna cura & prouidentia proſequeretur, nmnis natura rerum non conſiſteret. Peripatetici, cùm viderent omnia iſta inferiora perpetuò perturbari, ſtatuerunt prouidentiam Dei ſupta Lunam, ac ſi eam de iſtis rebus inferioribus non oporteat eſſe ſolicitam, niſi quatenus ab ea cõmunis qoidam influxus rebus omnibus ſuppeditatur. Sed hæe inepta ſunt. Diuinæ enim literæ docent, ea, quæ nobis maximè videri poſſunt fortuita, tamen regi à prouidentia Dei. In Deoteronomio, ſi ſeeuris fugiens fortè à manu lignatoris, feriat & occidat tranſ- C euntem, *Ego*, inquit Deus, *tradidi eum in manum occiſoris.* Et Iob. 14. *Conſtituiſti terminos eius, quos præterire non poterit.* Et liber Sapientiæ in eap. 8. ita habet: *Attingit à fine vſque ad finem εὐρώστως, & diſponit omnia χρηστῶς.* Pertingit, inquit, εὐρώστως, hoc eſt fortis & tobuſta: diſponit autem vtiliter, id enim ſonat χρηστῶς, quod ſuauiter reddit vetus tranſlatio. Vtilitas autem ea etſi à nobis ſæpe non videatur, tamen ſemper eſt eiuſmodi, vt faciat ad gloriam Dei.

Alter error confutatur.

CAPVT 5.

Homines, & alia quæcunque creata ſunt, regit, & tuetur prouidentia Dei.

VARVM an omnia ſubiecta ſint prouidentiæ Dei, res eſt cõtrooerſa. Qoidam enim D aiunt, quidam negant. Sed ſi, vt ante diximus, Deus omnia condidir, nihil certè ab eius prouidentia eximẽdum eſt. Nam ſi qoid ab eios prouidẽtia eximeretur, id etiam eximeretut à creatione. In Epiſtola ad Hebræos ſcribitur, *Omnia portat verbo potentiæ ſuæ.* Eſt Hebraiſmus: verbo enim poteotiæ poſuit, pro verbo potenti. Hic locus conoenit eum illo Sapientiæ quem citauimus. Ezechiel appellat Deum, *Dominum vniuerſæ carnis.* Et Moſes in libro Numerorum vocat Deum, *Dominum ſpirituum.* Et Paulus ad Epheſios. *Qui operatur omnia iuxta decretum voluntatis ſuæ.* Heſiodus quoque Ethnieus Poëta ait, οὐκ ἔστι Διὸς νόον ἐξαλέασθαι. Non eſt quod Iouis mentem effugiat. Sunt tamen qui eximere velint à prouidentia Dei homines, & liberum arbitrium, & res vel neceſſarias vel fortuitas.

An omnia ſubſint prouidentiæ Dei

Errores antiquorum Philoſoph.

Cicero de Fato ait, Antiquiſſimos Philoſophos omnia ſubieciſſe neceſſitati, vt Empedoclem & Heraclitum: Peripateticos autem multa poſuiſſe contingentia: Chryſippum autem tanquam arbitrum honorarium, quamuis alia ōmnia doceret eſſe neceſſaria, tamen humanam voluntatem, quòd ad primam electionem attiner, ſtatuiſſe eſſe liberam. Itaque Euſebius de Præparatione Euágelica iocatur, Democritum homines feciſſe ſeruos, Chryſippum autem tantùm ſemiſeruos. Idem Cicero in libr. 2. de Diuinatione, potius excludere vult omnē prouidentiam, quàm velit homines non eſſe liberos. Id ridens Auguſtinus in lib. 5. de Ciuit. Dei cap. 10. ait, Eum, vt homines faceret liberos, feciſſe ſacrilegos. Videmus ergo eſſe, qui oon putent omnia ſubiecta eſſe prouidentię. Quòd autem nominatim hominem, id eſt præſtantiſſimum Dei opus excipiunt, id nimis videtur contumelioſum eſſe in Deum. Nam cùm omnes artifices minuta potius, & exigui pretij opuſcula contemnant, præclara verò opera diligenter curent & exornent, quis putet Deum opus illud, quod habuit ex aliis omnibus ſelectiſſimū, potuiſſe contemnere? Etſi ita eſſet, quis ſtatus eſſet noſter? Quod perfugium haberemus in rebus aduerſis? Dauid ait, *Iacta in Deum curam tuam, & ille te enutriet*. Et Petrus, *Illi*, inquit, *cura eſt de vobis*. Et Zacharias, *Qui tetigerit vos, tanget pupillam oculi mei: & ego*, inquit Deus, *clypeus tuus ſum, & murus aheneus. Et Dominus*, inquit Dauid, *mihi adiutor: & ego non curo quid faciat aduerſus me homo. Si conſiſtant aduerſus me caſtra, non timebit cor meum.*

Euſebius. *S. Auguſt.* *Homo diuinæ prouidentiæ ſubiicitur.*

Capvt 6.

Malis etiam diuina prouidentia dominatur.

Atqvi multa, inqoies, in rebus inferioribus, aut nullo ordine, aut peruerſo geruntur, videmus enim opprimi pios, florere impios. Eſto. Sed eane caoſa nulla eſt prouidentia, quia nos cauſas eius non videmus? Si eſſes fortè in officina fabri ferrarij, & multa videres inſtrumenta, alia adunca, alia inflexa, alia inciſa, alia incurua, an ea ſtatim omnia damnares, quod oon omnia recta & leuia viderentur? Non opinor. D Imò potius faterere te vſum illorum non intelligere. Idem honor tribuendus eſt Deo, vt cùm videas homines tyrannos, & impios rebus ſecundis vti, dicas eos eſſe inſtrumenta prooidentiæ Dei, quamois tu, quid Deus de illis facturus ſit, non intelligas. Auguſtinus Deum ait tā eſſe bonum, vt etiam ex malis elicere poſſit aliquid boni. Deinde, ſi nulli eſſent tyranni, quæ eſſet virtus, aut patientia Martyrum? Deus vult hūc eſſe triumphum bonitatis ſuæ: vult etiam eſſe aliquos, in quos exerceat vim & potentiam ſuā. Sed dices, non ſatis eſt homines animi præparatione eſſe Martyres? Sunt quidem pręclaræ virtutes in animis piorum abditæ; verùm id Deo ſæpe non eſt ſatis. Vult eas educere in actum, vt videri poſſint. Quare oculi noſtri ſurſum tol-

Quare impij in multis obtineant. *Malorum improbitate Deus ad acuendam bonorum virtutem vtitur.*

A lendi ſunt, vt non de impiis cogitemus, ſed de Deo. Sic Prophetæ vocant Nabuchodonoſor, Pharaonem, Sennacherib, ſecures, malleos, ſerras, enſes in manu Domini. Iob non ſpectabat, aut Chaldæos, aut diabolum, cū eſſet euerſus fortunis omnibus, *Sed Dominus*, inquit, *dedit, Dominus abſtulit*. Habetur doctus Medicus, qui humores vitioſos reconditos in corpore, educere poſſit in ſuperficiem. At nos vlcera & ſcabiem horremus: Medicus verò dicet, iam tandem ægrotum incipere cōualeſcere, poſtquam iſta erumpunt. Ita Deus pharmacis & ignibus perſecutionum educit in lucem ea, quæ antea in animis noſtris delituerunt. Faciant impij quod volunt: nihil tamen facere poſſunt præter voluntatem Dei. Ita Petrus ait in Actis de B Pilato & Herode: *Conuenerunt vt facerent, quæ manus & conſilium tuum facere decreuerunt.*

Capvt 7.

Diuina prouidentia, etiam quæ videntur neceſſaria, regit & temperat.

Sed dices, quædam ſunt neceſſaria, quæ aliter ſe habere non poſſint: ea non cadunt ſub prouidentiam Dei. Imò nulla eſt res creata ita neceſſaria, quin ſi ad Deum referatur, rationem habeat contingentię. *Deus* enim *attingit à fine*, vt diximus, *ad finem, & diſponit omnia*. Quid magis eſt neceſſarium quàm curſus Solis? Tamen Io- C ſue fecit Solem conſiſtere. Quid magis neceſſarium qoàm vt ignis cōburat, ſi admota ſit materia idonea ad comburendum? Itaque dici ſolet, ſi actiua accommodentut ad paſſiua, ſequitur actio neceſſaria. Deus tamen effecit, vt tres illi iuuenes in ardente fornace verſarētur incolumes. Quid magis eſt neceſſarium quàm vt ſolem lucentem ſequatur vmbra? Deus tamen effecit, vt lucēte ſole vmbra retrorſum cederet.

Nihil tam neceſſarium, quod non contingens appareat, ſi referas ad Deum.

Capvt 8.

Libera quæque & fortuita à diuina prouidentia regi.

Atqvi homo videtur conditus & relictus in manu conſilij ſui. *Seruabis ea*, inquit Eccleſiaſticus, *& ea ſeruabunt te*. Fateor, quod attinet ad interiores cauſas, homo ita factus eſt à principio, vt nihil illi eſſet neceſſarium. Non tamen idcirco excludimus gratiam Dei & prouidentiam. Audiamos ea de re Scripturas diuinas. *Cor Regis*, inquit Salomon, *in manu Dei eſt*. Sed Deus ait, Dedi eis præcepta: at idem ait, *Ego faciam vt in præceptis meis ambuletis: & ego dabo vobis cor nouum & ſpiritum nouum*. Quare homo eximendus non eſt à prouidentia Dei. Multò autem minos excludenda ſunt ea, quæ videntur agi fortuitò. Etſi enim ſecundarum cauſarum rationem non videamus, Deus tamen eam videt. Imò Philoſophi docent, omnem cauſam, quam appellant per accidens, reuocandam eſſe ad cauſam per ſe. Nam quod eſt per accidens,

Ariſtoteles.

non poteſt eſſe cauſa. Itaque Ariſtoteles in libello de bona fortuna, cùm quæſiſſet, cur alij eſſent fortunati, alij non eſſent, reſpõdit: id propter impetum quẽdam & impulſum fieri: cuius tamen is, qui impellitur, rationẽ non poſſit reddere. Hinc fieri vt alij euadãt fortunati, alij non euadant. Atque hunc euentũ, ſi referatur ad voluntatem & notitiam noſtrã, ait eſſe fortuitum: impetum verò illum cauſam eſſe per ſe.

Ptolemæus.

Sed non ita diſſoluitur quæſtio. Vnde enim eſt vt alteri detur iſta fortuna, alteri negetur? Aſtrologi ſupplere voluerunt, quod putabant Ariſtoteli defuiſſe. Ptolemæus in lib. *ἀποτελεσμάτων*, ſiue Fatalium Conſtitutionũ, refert id ad aſtra, à quibus ait alios aliter naſcentes moueri, alios ad fortunam, alios ad infortunium. Atque hoc alij numen appellauerunt, alij conſtellationem, alij fatũ particulare, Socrates dæmonium. Cur autem huic accidat magis quã illi, cur hoc tempore magis quàm alio, nulla aſſignari cauſa poteſt alia quàm prouidentia Dei. Ea vero eſt, vt omnia referantur ad gloriam Dei. Ioſephus fratribus ſuis, *Non vos*, inquit, *vendiſtis me in Ægyptum, ſed Deus præmiſit me*. Ita Deus ait, ſe miſiſſe Saiilem ad Samu:lem, quamuis ille videretur fortuitò ad illum diuertiſſe. Ita Chriſtus ait Apoſtolis, *Occurret vobis quidam portans hydriam aquæ*. Hęc Dei prouiſioni certa erãt, quãuis alioqui videri poſſent humanis oculis cõtingentia.

Soluuntur duæ obiectiones.

Quid ergo, inquies, nullæ ſunt cauſæ ſecũdæ? nihilne facit Deus per Angelos? Nõ ſummouemus cauſas ſecũdas, ſed eas facimus inſtrumenta prouidentiæ Dei. Nam Angeli ſunt ſpiritus adminiſtratorij, & Dauid ait, *Qui faciunt voluntatem eius*. Quamuis autem Deus mittat Angelos, tamen ipſe adeſt, & præeſt rebus omnibus. *Si aſcendero in cœlum*, inquit Dauid, *tu illic es, ſi deſcendero ad infernum, ades*. Non enim ita mandat Angelis vt ipſe abſit: quod Poëtæ fingunt de Apolline, eum collocaſſe Phaëtontem in curru ſuo, atque ita, dũ ille abeſſet, cœlum vniuerſum deflagraſſe. At peccata, inquiet aliquis, nõ pendent à prouidẽtia.

Peccata à Dei prouidentia reguntur.

Quemadmodum peccata regãtur à Deo dictum eſt ſupra, cùm ageretur de cauſa peccati. Cauſa quidem peccati eſt à nobis: quo autem tempore, & erga quem illud debeat erumpere, eſt in poteſtate Dei. Nabuchodonoſor erat omnino aliqoos oppreſſorus. At vt Iudæos magis opprimeret quàm alios, id curauit Deus.

CAPVT 9.

Dei prouidentia mutari non poteſt.

PROXIMA quæſtio eſt, an iſta prouidentia ſit immutabilis. Quidni? Eſt enim regula omnium rerum quæ agũtur. Malach. 3. *Ego ſum Dominus, & non mutor*. Iacob. 1. *Apud quem non eſt mutatio, aut viciſſitudinis obumbratio*. Et Prouerb. 19. *Multæ cogitationes in corde hominis, conſilium autem Domini manet*. Eſaiæ 46. *Ego dico, & conſilium meum manet, & omnia quæ volo facio*. Nam cùm prouidentia ſit voluntas & notitia Dei, illa autẽ ad Dei eſſentiam pertineant, non poteſt mutari, niſi Deus ipſe vnà mutetur. Secundæ quidem

A cauſę, cùm ſint diuerſę, ſępe ſeipſas impediunt, quod in influentiis cœli videmus vſu venire, vt aliæ impediantur ab aliis: Dei verò volũtas nulla vi impediri poteſt. At olim voluit Iudaicas ceremonias: eas poſtea voluit abrogari: quomodo ergo non eſt Dei prouidentia mutabilis?

Reſpondetur obiectioni.

Reſpondeo: omnino in Deo eandem & vnam eſſe voluntatem: verùm eum ab æterno præuidiſſe, quid diuerſis temporibus conueniret.

S. Auguſt.

Auguſtinus ad Marcellinũ ait, agricolam alio tempore ſerere, alio metere, alio ſtercorare ſolum: non tamen idcirco artem ruſticam eſſe motabilem. Vindicianus, inquit, quidã medicus dedit homini ægroto pharmacum, eũque ſanauit. Ille poſt multos annos relapſus in eundem morbũ, inconſulto medico accepit idem pharmacum; B ſed cùm deterius haberet venit ad medicũ, rem indicauit, & cœpit queri de pharmaco. Tũ Vindicianus, Nihil mirum, inqoit, nam ego illud tibi non dedi. Hic cùm alij mirarentur, & putarẽt illum adhibere ſolere vim aliquam Magicam, nihil, inquit ille, eſt huiuſmodi. Alia, inquit, nũc ætate eſt, & alios humores habet, quàm cũ ego illud ei pharmacũ ſuum darem. Sed an ea cauſa conſtans non erit ars medica? Ita prorſus Deus, quamuis omnia præuideat, tamen non omnia decreuit eſſe facienda eodem tempore.

CAPVT 10.

An diuina prouidentia vllam patiatur contingentiam; & de neceſſitate ex hypotheſi, & abſoluta.

C

Duplex neceſſitas.

NVNC veniemus ad rẽ ipſam: Si ita certa ſit Dei prouidẽtia, an aliquam patiatur contingẽtiam. Hic primũ vtar duabus diſtinctionibus; deinde reſpõdebo. Neceſſitas alia ſimplex eſt, alia ex hypotheſi. Nam cùm dicimus Deum eſſe, Deum ſapientem, aut iuſtum eſſe, intelligimus id eſſe ſimpliciter & abſolutè neceſſarium. Alia ſunt neceſſaria ex hypotheſi: vt quod iactatur in ſcholis, Quicquid eſt, dũ eſt, neceſſarium eſt. Chriſtus & Prophetæ prædicũt vrbem Hieruſalem eſſe euertendã: ergo euertetur neceſſariò: infallibiliter ſcholę dicunt: non quòd ea neceſſitas ſit in natura vrbis, ſed qobd Chriſtus & Prophetę id prędixerint, qui falli non potuerũt. D *Oportet hæreſes eſſe*, inquit Paulus. Et Chriſtus, *Neceſſe eſt vt ſcandala veniant*. Nã poſitis his cauſis, corruptis hominum ingeniis, & odio diaboli erga humanum genus, fine etiam poſito vt probẽtur electi, ex hypotheſi oeceſſe eſt vt ita eueniant.

Duplex rerum ſtatus;

Res etiam dupliciter ſpectari poſſunt: vel vt exiſtunt actu, atque ita rationem habent neceſſitatis: non enim amplius ſunt indefinitę, vt ſcribere aut non ſcribere, contingens eſt. At ſi iã actu ſcribis, non amplius contingens eſt, ſed neceſſarium. Itaq; dicimus ſenſuũ notitiam certã eſſe: quia res ipſę nõ poſsũt aliter ſe habere. Vel res conſiderari poſſunt, vt latent in ſuis cauſis. Quoniam autẽ cauſę interdũ poſſunt, interdum non poſſunt effecta producere, idcirco nulla eſt in illis efficiendi vis neceſſaria. At ſi res illę referãtur ad Deũ, longè alia ratio eſt. *Ille* enim *vocat*

ea quæ non ſunt, tanquam ſint. Quoniam enim ambit omne tempus, & oec initium habet nec finem: omnia etiam infioito tempore poſt futura, tamen illi ſunt præſentia.

Tertius quidam ſtatus rerum, vt ad Deum referuntur.

Huc etiam accedit voluntas Dei: noo enim nuda pooenda eſt in eo ootitia, ſed πρόθεσις. Atque hoc pacto dico res ipſas habere rationẽ neceſſitatis. Aug. in Geneſ. ad literam lib. 6. c. 15. Molti modi ſunt, quibus homo & alia fieri potuiſſent à Deo: & illi modi habebant aliquid poſſibilitatis, & non neceſſitatis. Hoc aotem eſt ex voluntate Dei, cuius voluntas eſt rerum oeceſſitas. Quamuis autem eiuſmodi res ad Deum relatæ ſint neceſſariæ, oobis tamen ex interioribus & ploprijs ipſarum cauſis æſtimandæ ſunt, & dicendæ contingentes. Non enim oeceſſe eſt, vt qualis ſit efficiens cauſa, talis etiam ſit effectūs.

Res æſtimandæ ſunt ex proprijs ipſarũ cauſis, non ex effi-ciente.

CAPVT II.

Explicatur quomodo, tametſi diuina prouidentia immutabiliter cuncta bona decreuerit, tamen libera voluntas agat contingenter.

SI quæras, cur hæc duo genera caoſarũ ſiot in rerum natura, vt aliæ terminatæ ſiot ac neceſſariæ, aliæ indefinitæ & contingentes, nihil aliud reſponderi poteſt, quàm Deum iſtos modos rebus omnibus impoſuiſſe. Prodocit autem Deus, & definit, ac terminat omnia, oon ita tamen vt turbet, ac diſſipet naturam rerum. Boethius in τοπικοῖς, ait, εἱμαρμένην fatum, ſortem dictam ἀπὸ τοῦ εἴρειν ἢ πλέκειν ἀκολούθως. Trahit enim Deus quidem res omnes, ſed ita qoodammodo cedit, vt nihil turbet. Ita res, quamuis natura ſua æquè propendeant in vtramque partem, tamen à Deo inclinantur magis in alteram. Voluntas Saulis natura ſua non magis terminata erat ad eundum, qoàm ad manendũ. Sed cùm Deus vellet eum mittere ad Samuelem, voluntas ea cæpit in alteram partem inclinari. Itaqoe Deus proponit intellectui eius voluntatem patris, facitque vt illa mentem eius impellat, & feriat efficaciter, & vt aliæ omnes cupiditates otij atque ignauiæ, ſi quæ erant quæ illum domi retinere potuiſſent, ſuccumbereot. Itaqoe factum eſt, vt voluntas Saulis obſequeretur prooidentiæ Dei. Interim tamen rei natora non violatur, quin Saulis voluntas æque libera fuerit in vtramque partem. Hinc apparet quàm nobis neceſſaria ſit gratia Dei. Voluntas enim noſtra, vt eſt omnibus modis deprauata, omoia conuertit in deteriorem partem. Multa etiam ſunt, qoæ intellectum noſtrum bebetent, & occæcent, vt voluntas non facilè ſequatur. Deus itaqoe intellectui ooſtro propooit bonom: deinde accendit fidem, & voluntatem excitat, vt illud efficaciter velimus.

Quomodo Saulis voluntas ad deſtinatum iter à Deo inclinata ſit.

Verùm, cur dicitur aliquid contingens, cùm à Deo determinatum iam ſit in alteram partem, atque ita factum ſit neceſſariom? Reſpondeo: ex proprijs & ſuis principijs res quæque eſt contingens. Prouidentia autem, quæ affert neceſſitatem, eſt cauſa externa, à qua oomen imponi rebus noo debeat. Scio multos eſſe, qui ſtatuant, ea, quæ humanis viribus noo poſſint fieri, eò addoci à Deo, vt volontas noſtra poſſit ea vel eligere, vel reſpuere: ibi autem prouidentiam oei ſiſtere, neqoe longius progredi. At cum Deus præuideat, quid quiſque eligere velit, qoid reſpuere, nihil impediri eius præſcientiam. Verùm iſta non ſatis conueniunt cum diuinis literis. Illæ enim docent, noo ita Deum rebos conſulere, vt eas deleat, ſed vt omnia, vti diximus, ad ſuos fines addocat. Fines aotem illi ſeruiunt prouidentiæ Dei. Sic enim Paulus ait, *Deum feciſſe omnia ſecundum propoſitum voluntatis ſuæ.* Sic Deus ipſe apud Eſaiam, *Omnia quæ volo facio.* Et Chriſtus ait, *Ne paſſerculum quidem cadere ad terram ſine voluntate Patris noſtri.* Scio ego Origenem, & alios quoſdam ex antiqois, cùm premuntur locis apertiſſimis Scripturarum, quales ſunt, *Oportebat Chriſtum pati, & oportebat impleri Scripturas,* ita iſta interpretari, non idcirco ea contigiſſe, quòd ea Deus præuiderit, ſed ideo eo ea Deum præuidiſſe, quòd ea eſſent euentura. Hæ ſententiæ, ſi loquerentur de ſimplici notitia, non multùm poſſent reprehendi: non enim quia ego aliquem video ſcribentem, ille ſcribit: ſed quia ille ſcribit, ego video ſcribentem. Sed in Deo non poſſumus ſtatuere nudam futurorum booorum ſcientiam: addenda etiam eſt voluntas, qua omnia dirigit & ordinat. Veruntamen erit quod dicunt, ſi intelligator ex effecto, aut, vt loquuotur, à poſteriori. Nos enim, ex eo quod aliquid factum eſt, intelligimus fuiſſe conſilium Dei, vt ita fieret. Alioqui Scripturæ perſpicuè loquuntur, *Oportuit mori Chriſtum, oportuit impleri Scripturas.* Quomodo autem oportuit? ex hypotheſi: quia Deus ita præuideat: noo qoòd ea neceſſitas fuerit in natura rei.

Tametſi Deus ab æterno omnē bonum decreuerit, voluit tamen à cauſa libera contingenter euenire.

CAPVT II.

Exemplis illuſtramus quod dictum eſt.

SED dices, fortaſſe idcirco cauſas in natura rei ipſius eſſe indefinitas, quòd ego caoſas integras & plenas non accipiam: oportuiſſe enim addere prouidentiam Dei. Reſpondeo: ego accipio cauſas tantùm interiores & proprias cuiuſque rei, qoarum effecta, quia ab illis & prodoci, & nõ produci potuerunt, ſunt contiogentia. Prouidentiaio autem nõ addo, quod ea cauſa ſit extrinſeca, quæ ſi addatur, euitari nõ poteſt, quin ex hypotheſi neceſſitas aliqua conſequatur. Exempli caoſa, Saul occurrit viris portantibus hœdos, panes, & vinum. Voluntas illorum natura ſua infinita erat, vt vel darent aliquid, vel non darent. Sed eam voluntatem Deus prouidentia ſua in alteram partem terminauit. Ibant ad Bethel vt ſacrum facerent; occurrebant Sauli laſſo de via, & enecto fame;

Saulis exemplum.

DVOS VIROS IVXTA,&C.

humanum videbatur illum reficere. Iſta Deus A mentibus illorum obtulit, & ſi qua erant, quæ hanc voluntatem impedite poſſent, ea frænauit. Atque hæc de hominum tantum voluntatibus diſputamus. Nam alioqui in aliis rebus contingentibus ſcio infinitos eſſe modos, quibus Deus vti ſoleat. Aliud huius rei exemplũ habemus ex 12. cap. Ezechielis. Nabuchodonoſor mouet in Syriam, & cùm iam eſſet in itinere, in biuio cæpit deliberare, in Iudæoſne potius duceret, an in Rabahr Regem Ammonitarum. Rem permittit ſortibus, eas Deus temperat, eumque adducit Hieroſolymam. Natura rei ipſius contingens erat: ſed ea definita à Deo facta eſt neceſſaria. Ioſephus ita venditus eſt, & ablatus in Ægyptum, vt quod attinet ad naturam rei, potuerit, aut ſemper ſeruire ſeruitutẽ, B aut aliquando liberari. Sed Deus immittit piſtori & pocillatori inſomnia; ea Ioſephus interpretatur; poſtea viſum obiicitur Pharaoni; cùm illud à nullo diuino poſſet exponi, pocillator ſummonuit eum de Ioſepho, atque ita factum eſt, vt Ioſephus educeretur è carcere.

Nabuchodonoſor.

Poſitum ergo ſit, quod ſæpe iam diximus, res omnes, ſi referantur ad prouidentiam Dei, eſſe neceſſarias: ex natura autem ſua eſſe contingentes. Sed effecta, inquies, ſimpliciterne appellabuntur contingentia, an potius neceſſaria? Sunt qui propter dignitatem prouidentia, ea appellare velint neceſſaria. Ego verò appellarim potius ex ipſorum natura contingentiæ. C Quanquam nihil pugno, modò ea neceſſitas intelligatur tantùm ex hypotheſi. Græci prouidentiam rectè appellauerunt [illegible], ἀπὸ τοῦ [illegible], quod per omnia tranſeat: alij ἀδραστείαν, quod eam nihil effugiat.

CAPVT 13.

Soluuntur quatuor argumenta contraria.

Hoc loco quatuor mihi diſſoluenda ſunt, quæ lectorem minus exercitatum mouere poſſint. Primùm enim ſi omnia regantur à prouidentia, Deus videri poſſit cauſa peccati. Reſpondeo vno verbo: peccata ſunt tantùm D defectus à rectitudine. Peccatum enim natura ſua nihil eſt. Nihili autẽ cauſam quærere otioſum eſt. Actio verò ipſa peccati, non video, cur non poſſit ſubiici prouidentiæ Dei. Imò defectus etiam ipſe regitur, & ordinatur à Deo. Nihil enim eſt, quod Deus cura & prouidentia ſua non complectatur. Salomon in 16. cap. Prouerbiorum, *Deus*, inquit, *omnia fecit propter ſe ipſum: impium etiam in diem malum.* Quomodo autem facit impium ad diem malum? Peccata quidem manant à corruptela naturæ noſtræ: ſed ea Deus flectit & dirigit ad gloriam ſuam. Dies malus appellatur, quo de impiis ſumitur ſupplicium. Tum maximè illuſtratur gloria Dei, vt omnes videre poſſint, illum omnibus hominibus præeſſe etiam ſceleratiſſimis.

Secundo loco, Multa videntur eſſe in ſacris literis, quæ probare poſsint prouidentiam Dei eſſe mutabilem: qualia ſunt iſta: *Pœnituit Deum feciſſe hominem*: minatus eſt excidium Niniuitis, & mortem Ezechiæ. Quod ad primum attinet, pœnitentia non cadit in Deum, niſi tantùm per ἀνθρωποπάθειαν. Quemadmodum enim homines, ſi quid pœnituit, reſcindunt ea, quæ antea fecerant: ita Deus, cùm mutat facta, videtur nobis duci pœnitudine. Quæ autem dicta ſunt ad Niniuitas, & Ezechiam, ad comminationẽ tantùm ſpectant, non ad decretum prouidentiæ.

DVOS VIROS IVXTA, &C.

Tertio. Dicet aliquis, nos Stoicorũ opiniones de fato renouare. Id non eſt verum. Nam illi fatum ſuum definiebant, neceſsitatem ex connexione cauſarum: idque ſtatuebant ipſi etiam Deo imperare. Nos autem docemus Deum rebus omnibus præeſſe, illiſque vti ad gloriam ſuam. At ſi fatum nihil aliud eſſe ſtatuunt, niſi prouidentiam diuinam, quæſtio tantùm eſt de voce, non de re, vt alicubi docuit Auguſtinus.

Poſtremò dices, hoc pacto nihil loci erit cõſiliis, admonitionibus, caſtigationibus. Omnino enim futurum eſt, quod Deus volet. Hoc idem obiectum eſt Auguſtino, vnde librum ſcripſit de Correptione & gratia. Deus quidem quamuis decreuerit aliquid fieri, tamen ad id efficiendum vtitur mediis. Vult mutare malam hominis voluntatem: adhibet admonitiones, conciones, caſtigationes. Hæc enim ſunt organa & inſtrumenta prouidentiæ Dei: tantùm abeſt vt ea prouidentia Dei excludat. In hac quæſtione iecimus quodammodo fundamenta & radices prædeſtinationis. Sed de ea dicemus alio tempore, vbi opportunitas offeretur. De prouidentia D. Thomas 1. parte quæſt. 22. & aliquot ſequentibus præcipuè tamen, num illa rebus neceſſitatem inferat, explicat art. 4. dictæ quæſtionis.

VERSVS 3.

Cumque abieris inde, & vltra tranſieris, & veneris ad quercum Thabor, inuenient te ibi tres viri aſcendentes ad Deum in Bethel, vnus portans tres hœdos, & alius tres tortas panis, & alius portans lagenam vini.

VERSVS 4.

Cumque te ſalutauerint, dabunt tibi duos panes, & accipies de manu eorum.

VERMILIVS. Sunt qui putent ſub hac quercu ſepultam fuiſſe Debboram nutricem Rebeccæ ex cap. 35. Gen. & eam ob cauſam appellatam eam fuiſſe quercum luctus. Fuit autẽ ea ad radices vrbis Bethel. R. Kimhi putat Bethel eſſe eam, quæ antea dicebatur Luza; quo in loco Iacob vidit ſcalas porrectas vſque ad cœlum, & accepit oraculum à Deo: & idcirco locum appellauit domum Dei, & portam cœli. Antequam autem arca Domini certo aliquo loco conſtitiſſet, populus ſolebat

Vermilius.

Domino ſacrificare in Bethel. Oſeas cap. 12. ait, Iacob in itinere luctatum fuiſſe cum Angelo, & eundem poſtea Angelum vidiſſe in Bethel, quem etiam eundem ait ſibi & aliis prophetis apparuiſſe eodem loco.

ET *reperient te ibi tres viri aſcendentes ad Deum in Bethel.*] Ibant iſti ſacrificatum in Bethel. Verùm cùm Saolem viderent confectum iam labore itineris, & enectum fame, dederunt illi duos panes. Miratur Kimhi quomodo iſti, cùm haberent tantùm tres placentas, dare potuerũt Sauli duas. Vnde enim poſtea habituri erant quas offerrent Domino? Reſpondere poſſomus Dei prouidentia factum eſſe, vt eas ipſas placentas ipſi dederint, quas parauerant ad ſacrificium. *Homo enim*, vt ait Salomon, *cogitat viam ſuam, & Deus dirigit greſſus eius.* Poteſt etiam fieri vt cogitarint apud ſe, miſericordiam illam erga hominem famelicum, gratiorem fore apud Deum quàm ſacrificium. Ita enim Deus ipſe loquitur, *miſericordiam volo, non ſacrificium.* Poteſt etiam fieri, vt putarint, placentas ſibi non defoturas venales in Bethel. Verùm R. Kimhi reſpoodet, illos habuiſſe plures panes ad vſum ſuum: Placentas autem deſtinatas fuiſſe ad ſacrificium. Erant enim ſacrificia pacifica, & comeſturi erant coram Domino. Itaque illos dediſſe Sauli noo duas placentas, ſed tantùm duos panes.

Saul cùm comederet iſtos panes, non tantùm refecit corpus, ſed comedit quodammodo Sacramentum regni ſui. Hæc enim Samuel prædixerat euentura, vt promiſſionem de regno eerto aliquo ſymbolo conſignaret. Ita nos cùm rite vtimur noſtris Sacramentis, comedimus quodammodo corpus Chriſti: & quemadmodum noſter panis dicitur corpus Chriſti, ita ille panis dici potuiſſet regnum Iſraël. Hæc Vermilius. Ex hac tam abſurda corporis Chriſti cum panibus illis comparatione, quæ nullum io Scriptura fundamenrum habet, quo authore de auguſtiſſimo Sacramento noſtræ religionis tam malè atque indignè iſte ſentiat, colligere facilè poteris. Nam Chriſtus quidem cùm diſcipulis ſuis hoc Sacramentum porrigeret, effatus eſt, *hoc eſt corpus meum.* Quod idcirco verum aſſerimus & credimus, ne mendacem fateri cogamur. At de panibus illis, quis niſi diabolus dixit, hoc eſt Regnum Iſrael? Nam Deus quidem neque dixit, neque intelligi voluit. Quòd ſi, cùm panes in manus accepiſſet, traderet deinde, ac diceret, *hoc eſt regnum Iſrael*, abſq; vlla dobitatione crederemus. Quis enim neget ab eo fieri poſſe, cùm mundũ hunc tantum ſolo verbo ex nihilo produxerit? Sed nequaquam aut ipſe, aut alius quiſpiam eius nomine hoc dixit, nec Sacramentum in his inſtituere curauit; ſed cùm opus eſſet Samuelem à Saule veracem probari, vt regni habenas recipere perſuaderetur, voluit plura ab eo prædici, quibus Prophetæ fidem citò experiretur.

Refellitur Vermilij commentũ.

Idcirco autem hæc potiſſimom prænuntiari voluit, quòd ad eius vtilitatem ſpectarent, & ſimul Dei aduerſus illum prouidentiam teſtarentur. Propterea etiam panes, cùm egeret, ab alio gratis accipere voluit, vt qui ſtatim auctus regni opibus ditiſsimus futurus erat, meminiſſet ſe tum à Deo ad regni faſtigium coectum, cùm panem mendicaret, nec paupertatis atque humilitatis ſuæ aliquando obliuiſceretur. Auſonius olim cecinit.

Tropologia ſacti.

Fictilibus fertur cœnaſſe Agatoclea Regem,
Atque abacum Samio ſæpe oneraſſe luto.
Quærenti cauſam reſpondit, Rex ego qui ſum
Sicaniæ, figulo ſum genitore ſatus.
Fortunam reuerenter habe quicumque repente
Diues ab exili progrediere loco.

Cæterùm quod ad ſalutandi ritum attinet, non idem fuit olim apud omnes, quemadmodum nec nunc quidem pariter obſeruamus. Nam in his qoidem regiooibus, in quibus pileis aut galeris vtimur, cùm ſalutamus, caput retegimus. At plagæ orientalis accolæ, & quicunque mitra, cidari, aut faſcia caput obuubunt, hoc ipſum non vna corporis inflexione, aut manuum geſtu teſtantur. De Romanis Varro ait, maiores in ſalutatione dextrã dextræ iunxiſſe. Cuius rei cauſa eſt, qood omnis eorum honor dextrarum conſtiterit virtute, ob quam rem hac ſe venerabantur corporis parte. Vt aperirentur etiã capita coram Magiſtratu, in more poſitũ fuiſſe idem teſtatur. Velato autem capite ſolos Deos venerabãtur. Qua ceremonia C. Caligola, cùm ſupra mortalem ſua opinione elatus diuinos honores vſurparet, ſalutari voluit. Sed nec ab oſculo quidem Romanos abſtinuiſſe legimus, maximè ſi in cognatos incurriſſent queritur Martialis lib. 12. epigram. ſe Romæ reducem oſculis penè obrutum atque oppreſſum fuiſſe.

Salutandi ritus varij.

Varro.

Oſculum ſalutantiũ.

Martialis.

Tantum dat tibi Roma baſiorum
Poſt annos modò quindecim reuerſo,
Quantum Lesbia non dedit Catullo.
Te vicinia tota, te piloſus
Hircoſo premit oſculo colonus.
Hinc inſtat tibi textor, inde fullo,
Hinc ſutor modo pelle baſiata,
Hinc menti dominus pediculoſi,
Hinc defiſculus & inde lippus,
Iam tanti tibi non fuit redire.

Fuit etiam illa conſuetudo Perſis familiarior, vt Xenophon docet in Cyropæ. Apud quos æquales quidem in mutua oſcula ruebant; inferiores potentiorum genas manu tantùm tangebant. Cognatos, ſiue lõgiùs diſceſſuri eſſent, ſiue redirent, mos fuit ſuauiari.

Xenophon

Hebræos etiam oſculo ſe impertiuiſſe manifeſtum eſt. Inde Paulus ad Rom. 16. & 1. Petri cap. 5. *Salutate inuicem in oſculo ſancto.* Et in actis Seniores Epheſini Paulum deoſculantur. Tobiæ 11. Angelus Tobiam admonet patrem exoſculetur. Iacob Gen. 29. Racheſem conſobrinam ſuam. Moſes Iethro ſocerũ ſuum Exod. 18. Ioab, cùm proditoriè Amaſam ſalutaret, *Salue*, ait, *mi frater.* & tenuit *manu dextra mentum Amaſa, quaſi oſculans eum*, 2. Reg. 20. Quod facinus à Iuda proditore poſtea renouatum eſt, cùm filium hominis oſculo traderet. Arbitror tamen non abſque delectu quemlibet oſculo exceptum fuiſſe, ſed aut pares duntaxat, aut aliquo ſaltem neceſſitudinis vinculo coniunctos, idque colligi poſſe videtur ex eo, quòd

Salutandi mos apud Hebræos

Digitized by Google

tanquam præter morem feciſſe narratur Abſalom 2. Regum cap. 15. vt vulgi in ſe ſtudia conuerteret. verſu 5. *Sed & cùm accederet ad eum homo vt ſalutaret eum, extendebat*, inquit Scriptura, *manum ſuam, & apprehendens oſculabatur eum. 6. Faciebatque hoc omni Iſrael venienti ad iudicium vt audiretur à Rege, & ſolicitabat corda virorum Iſrael.* Sæpius etiam cùm ſalutarent, adoraſſe legimus, hoc eſt, vt interpretor, toto corpore procubuiſſe. Verùm boc non niſi dignitate, aut naturæ iure ſuperioribus exhibitum eſſe animadoerti. An verò vlla aliqua corporis inflexione obuios venerarentur, credi facilius poteſt, quàm ex Scripturis oſtendi. At verbis ſalutationem peregiſſe, & pacem aut Domini B præſentiam precatos fuiſſe, vbique patet. Cuius rei ſolemnem formulam habes à Dauide infra cap. 25. verſu 26. Hìc Vermilius legit, & ſalutabunt te cum pace.

Versvs 5.

Poſt hæc venies in collem Dei, vbi eſt ſtatio Philiſtinorum: & cùm ingreſſus fueris ibi vrbem, obuium habebis ibi gregem Prophetarum deſcendentium de excelſo, & ante eos pſalterium & tympanum, & tibiam, & citharam, C ipſoſque prophetantes.

Vermilius. Vermilivs: Alij putant hunc locum fuiſſe Cariathiarim, alij Gabaa. Fuit in eo loco præſidium Palæſtinorum. Voa Hebraica ſignificat gubernatorem populi, aut præfectum, aut principem præſidij. Vt 1. Melachim cap. 22. *Non fuit Rex in Edom: ſed habebant præfectum à Rege Iuda.* Et in ſecundo Samuelis legitur, Dauidem ita protuliſſe fines regni ſui, vt iam haberet præfectum aut præſidem in Damaſco Syriæ. Sed hic dubitari poteſt, quomodo Palæſtini habere potuerint præſidium in Iudæa, cùm Samuel iam pridem hos ex omnibus finibus expulerit. Reſponderi poteſt bifariam: vel illos fractos & ſubactos à Samuele ciuitati- D bus quidem ceſſiſſe, arces autem aliquot, & præſidia retinuiſſe: vel, cùm iam Samuel conſenuiſſet, & filij eius perditè ac flagitioſè viuerent, & popolus ad Idola deficeret, Palæſtinos excitatos à Domino impreſſionem feciſſe in Iudæam, & loca quædam munita occupaſſe.

Obvivm *habebis cœtum prophetarum.*] Erat iſte cœtus hominum ſtudioſorũ, qui præceptores ſuos proſequebantur. Præceptores autem illi rectè dicebantur Prophetæ: quæ enim diuinitus hauſerant, docebant alios. Prophetæ iſti ſunt, quos à Samuele vſque ad Dauidem ſummo in pretio habitos fuiſſe legimus: Helcana, Samuel, Gad, Nathan, Eman, Idithun. Illi præerant ſcholis, & collegiis, & docebant iuuentutem. Diſcipuli dicebantur *filij Prophetarũ*, quòd ab illis pręceptoribus eſſent quodammodo procreati. Nam vt parentes progenerant filiorum corpora, ita doctores formant quaſiq;

A procreant illorum animos; vtque habemus patrimonium à patribus, ita habemus cœleſtem ſapientiam à præceptoribus: habemus, inquam, ſed tanquam ab inſtrumentis: nam alioqui prophetia & omnis ſapientia eſt donum Dei.

Et *ante eos erunt lyra, tympanum, & tibia, & cithara.*] Canebant Deo pſalmos, & carmina cœleſtia: fortaſſe etiam prædicebant futura. Rabbini putant adhibita fuiſſe inſtrumenta muſica, quod Spiritus Domini requirat animũ lætum & hilarem; mœſtum autem & triſtem fugiat. Sic enim aiunt Eliſæum iuſſiſſe aduocari pſaltem, vt ad eius harmoniam animus eius iratus & perturbatus miteſceret. Nam B paulò antè Regem vehementius caſtigarat. Hactenus Vermilius.

Collem Dei idcirco montem Cariathiarim Scriptura vocat, quòd ibi eſſet, vt notat Chald. Paraph. arca Dei, quemadmodum antea vidimus.

Capvt primvm.

Quid eſſet ſtatio; & quàm variè id nomen à Patribus vſurpatum ſit.

C Stationem. Sic etiam 70. τὸ ἀνάστημα. Santes tamen Pagnious, Vatablus item, & Paraph. Chald. cum Vermilio conſentiunt. Idem omnes intelligunt in eo loco præſidium à Philiſtæis eſſe collocatum. Præſidium Varroni lib. 4. de lingua Latina inde dictum eſt, quòd præſidebant aliquo in loco extra caſtra, quò tutior regio eſſet. *Statio*, ſtatiua idem. Dicuntur & ſtatiua caſtra, & præſidia item ſtatiua, & ſedes militum. Vnicuique motui, inquit ſanctus Ioannes Damaſcenus, tum quies tum motus aduerſatur. Non eſt autem ſtatio quies cenſenda. Statio quippe actus cuiuſdam rationem habet, eſtque ſpecies motui coniugata, quemadmodum terram ſtationem in medio habere dicimus. Actus quippe terræ hic eſt, vt in medio ſtet, non ſecus ac cœli actus eſt circum me- D dium torqueri. At verò quies, actus non eſt, ſed tantùm motus abſentia. Phyſ. cap. 6.

Varro. Statio. S. Ioannes Damaſc.

Stationes militares propriè ſunt, quæ nos corpora cuſtodiarum vulgari idiomate vocamos, è quibus vigiliæ in ſpeculas, quatuor noctis temporibus à Buccinatore euocabantur. Apparet ea eo loco Cæſaris de bello ciuili. Portas muroſque adſeruari iubet: ipſe iis operibus quæ facere inſtituerat, milites diſpoſuit: nõ certis ſpatiis intermiſſis, vt erat ſuperiorũ dierum cõſuetudo, ſed perpetuis vigiliis ſtationibuſque vt contingant inter ſe, atque omnem munitionẽ expleant.] Verùm hæc in vrbis mœnibus. In caſtris Romanorum ſtatio erat, quæ principalis dicebatur, ad portam prætoriã conſtituta, è regione hoſtium, ad ſubitos conatus ſemper inſtructa atque compoſita. Extra caſtra etiã ſtationes diſponebantur, cùm hoſtis in proximo eſſet. Idem Cæſar 7. belli Gallici. Caſtra opportunis locis erant poſita: ibiq; caſtella viginti

Iul. Cæſar.

tria

tria ſacta: in quibus caſtellis interdiu ſtationes A diſponebantur, oe qua ſubitò irruptio fieret. Hæc eadem noctu excubitoribus ac firmis præſidüs tenebantur.

Differunt ſtationarij ab excubitoribus.

Hoc loco Cæſar præſidium à ſtatione diſtinguit, & alios item vult eſſe excubirores à ſtationarüs. Excubitores ſeu procobitores, vt ootauit Feſtus, dicuntur ferè velites, qui noctu cuſtodiæ cauſa ante caſtra excubaot, cùm caſtra hoſtium io propinquo ſunt.

Præſidium.

Præſidium amplius aliquid quàm ſtatio requirit, ſeo pluribus ſtationibus componitur.

Ammianus.

Aoimiano prætenturæ & agrariæ ſtationes dicuntur.

Prætentura, agraria.

Quia, inquit, Meſopotamiæ tractus omoes crebrò inquietari ſueti, prætenturis & ſtationibus agrariis ſeruabantur. Sed nihil ſic rem totá explicat, vt Notitia vtriuſq; Imperij, vbi de caſtellis & munitionibus tegionum agitur his B verbis:

Notitia vtriuſque Imperij.

Eſt præterea inter commoda Reipub. vtilis limitum cura ambientium vbiqoe latus imperij, quorum tutelæ adſidua melius caſtella proſpicient: itaut millenis interiectâ paſſibus, ſtabili muro, & firmis turribos erigantur: qoas quidem monitiones poſſeſſorum diſtributa ſolicitudo ſine publico ſumptu conſtituat: vigiliis in his, & agrariis exercendis, vt prouinciaiū quies circundata quodam præſidij cingulo, inlæſa requieſcat.

Arbitror itaque Philiſtæos eo loco, quo populus ob arcæ præſentiā frequentius conoeniebat, huiuſmodi caſtellum aliquod excitaſſe, quod noo iuſto præſidio teoerent, ſed agrariis C duntaxat ſiue prætenturis, aut ſtarionibus exercendis, ad explorandos potius Iudæorū motus quàm ad coercendos: neque enim longius aberant, ſed cùm vicini eſſent, ſi quid noui renuntiatum eſſet, ante ſe opprimere poſſe ſperabant, quàm ad reſiſtendum inſtrui aut parari poſſent. Hanc opinionem confirmant ductæ à Patribus meraphoræ ad retum Eccleſiaſticarum vſom, imò & ipſæ conditiones qoibus ſtationes & prętenturas deſcribunt.

Tertullian.

Nam Terrul. lib. de Corona militis c.11. inter ea argumenta qoibus probare nititor, Chriſtianum à Romana militia abſtinere debere, hanc quoque commemorat, quòd militares ſtationes ieioniis celebrarentur.

Statio militaris erat cum cibi abſtinentia coniuncta.

Sic autem ait: Iam & ſtationes aut alij magis faciet quàm Chriſto? aut & Dominico die, quando nec Chriſto? Io quem lo- D cum Pamelius numero 129.

Pamelius.

Metaphora, inquit, à militibus orta, qood quandiu in ſtatione erāt, ieionare eos oportebat, quod nefas Chriſtianis Dominico die. At certè, vt in præſidiis milites perpetuo ieiunio macerarentur, fieri non potuit.

S. Ambroſ.

A prætenturis hoc quoque ſanctus Ambroſius: Fortis viti eſt non diſſimulare, cùm aliquid immineat, ſed prætendere, & tanquam explorare de ſpecula quadam mentis.

Statio non vno ſenſu à patribus vſurpatur.

Porrò ſtationis nomen, cùm non tarò in Sanctorum Patrum monumentis legi contingat, admonendum cenſui, alio ſenſu à Bearo Cypriano, alio à Tertulliano & pluribus aliis accipi. Quomodo ſanctus Cypiianus pro cooueutu Eccleſiaſtico ponar, legendus Pamelius in eiuſdem epiſtolam 41. nomero 10.

Tertullian.

Quomodo item Tertullianus cum antiqoiſſimis pleriſque pro ſtatis ſtatutis ieiuniis idem Pamelius in lib. A Tertul. de Orat. 58 Tertulliani verba ſunt hæc, illo de Orat. lib. cap. 14. Similiter de ſtatioooum diebus, noo putant pleriqoe ſacrificiorum oratiooibos interueniendū, quòd ſtatio ſoluēda ſit accepto corpore Domini. Ergo deuotum Deo obſequium Euchariſtia reſoluit, an magis Deo obligat? Nonne ſolemnior erit ſtatio tua, ſi & ad aram Dei ſteteris? Accepto corpore Domini & teſeruato vtrumque ſaluum eſt, & participario ſacrificij, & executio officij. Si ſtario de militari exemplo nomen accipit (nam & militia Dei ſomus) vtique nulla lætiria ſine triſtitia obueniens caſtris, ſtationes militum reſcindit. Nam lætiria libentius, triſtitia ſollicirius adminiſtrabit diſciplinam. Hęc Tertol. De ſtationibus iterum alio loco.

Piis ac religioſis locis potiſſimùm ſatan inſidiatur.

B Eſt autem illud in primis animaduertendum, quo loco Philiſthiim ſtationem ſuam collocēt, nempe in colle Dei: quemadmodum etiam poſterioribus ſæculis arcem Sion præſidio Græci occupauerunt, quæ templo imminebat; eo pacto rati, populi libertatem religioniſque ſanctitatem ſacilius oppreſſum iri. His ſcilicet præcipuè locis diabolus inſidias ſtruit, quibus nos iuuari poſſe conſpicit, his inſtat acrius expugnandis; iſtic nos perpetuò obſeruat, vrget, explorat, variiſqoe tentat dolis eludere: nihil ab eo turum, neminem intactum relinquit, nulli loco parcit, piis verò ac religioſis impotentius inuidet. Quapropter nobis etiam ſedulò excu- C biæ agendæ ſunt. Nec potemus vllius arcis firmitudine poſſe defendi, niſi eam primùm aduerſus eius machinariones tutemur. Olim cùm Monachus quidam ex iis, qui in Ægyptiis ſolitudinibus impigrè decertarunt, obſeſſum innumera dęmonū turba monaſteriom conſpiceret, vicinę vrbi raros admodum incobare, ſupra modum admirans & ſtupens didicit, aduerſus deuictos ac proſtratos dæmones impetum remittere: at in integros, & in acie ſtantes totis, quibus pollent viribus, inuadere. Præſtantiſſimis quibuſq; rebus pernicies aliqua imminet: luci renebræ; tranquillo mari procellæ: aeri aduerſæ ſunt hyemes, ſideribus qooque cometæ inſidiantur. Gryphes in Riphæis monribus auro infeſti ſunt, formicæ maiores ooſtris in India. Alati coluhri in Arabia thuriferas aibores ob- D ſident. Caſiam alatæ item fetę, veſpertiliooibus ſimiles, ſibi vendicant, quæ nonniſi labore atque induſtria ab hominibus ſummoneri poſſunt, vt Herodotus authot eſt in Thalia.

Herodotus

Theſauros fures, virgines lenones, proditores ſummos magiſtratus, quemadmodum & fulgura montes appetunt: diabolus omnia, quæcunq; ſpeciem aliquam virtutis præ ſe ferunt: ad arcem tamen religionis euertendam potiſſimùm ſuas machinas adhibet. Olim cùm Chriſtum Dominum ludificari vellet, templi ſanctiſſimū locum elegit, in quo cùm eum celſiſſimo loco ſupra pinnam ſtatuiſſet, auſus eſt ibidem ad inanis gloriæ cupiditatem prouocare; ne quis fortè vel templi, vel monaſterij religione tutum ſe atque defenſum fore ſperaret, ſed exemplo Domini conſtanti animo, ac ſtabili fide eiuſdem calumnias teſelleret.

CAPVT 2.

Qui eſſent filij Prophetarum.

GREGEM *Prophetarum.*] Aliàs ſæpius filios Prophetarum vocat. Quos non dubiũ eſt vnà habitaſſe, ac velut vnum aliquod monaſterium incoluiſſe, & ſemotos à conſortio reliquorum hominum, cœleſtibus diſciplinis atq; inſtitutis à magnis Prophetis imbutos atque informatos fuiſſe, rerumque cœleſtium in primis contemplationi vacaſſe. Sic enim fertur Regũ B 4. cap. 6. dixiſſe filios Prophetarum Eliſæo, *Ecce locus in quo habitamus coram te anguſtus eſt nobis: eamus vſque ad Iordanem, & tollant ſinguli de ſylua materias ſingulas, vt ædificemus ibi nobis locum ad habitandum. Qui dixit, ite.* Ex quibus, & aliis pluribus locis confici arbitror, non fuiſſe eos cœtus, collegia aut ſcholas ſtudioſorũ duntaxat hominom, qui ſuos præceptores aſſectarentur, & ad eos ſtudiorum cauſa ventitarent: quales poſterioribus ſæculis poſt repetitam à Babylone Iudæam plures inſtitotæ ſunt, ad ſcieutiam duntaxat legis percipiendam; io quibus & Apoſtolus à Gamaliele eruditus eſt: ſed fuiſſe delectorum hominom ſocietates, monaſticis congregationibos ſimiles, vt pote, quibus C è prophetis coryphæus aliquis præſideret, & vnà commorantes, præter accuratiſſimam legis obſeruantiam, certis quoque legibus atque inſtitutis ad virtutis atqoe pietatis apicem eueheret.

Filij Prophetarum Monachorũ, Religioſorumque præcurſores extiterunt.

Neq; nos mouere debet Chald. Paraph. authoritas cœtum illum ſcribarum vocantis, vt contrariom ſentiamus, & pedibos eamus in Vermilij atqoe Vatabli ſententiam; cùm non ita pridem ante Chriſti aduentum opus illud elaboraſſe feratur; quo tempore interpretationis ſoæ exemplum petere potuit ab iis ſcholis ſcribarum, quæ tum frequentes apod Iudæos feruebant, & erant poſt reditum à Bahylonia excitatæ, cùm primũ apud eos prophetia eclypſim paſſa eſt. Quanquam & hoc non omnino abſurdè dici poſſit, Prophetarum diſcipulos D ſcribas eſſe vocatos, propterea qoòd eſſent illi diuinæ legis ac ſcieotiæ peritiſſimi, & in id ſtudium præ cæteris incumberent: quemadmodũ nunc qooqoe Monachi ac religioſi eorumdem veſtigiis inhærentes, ſacrarum literarom ac Theologiæ ſtudium ſedulò complexi ſunt, tametſi nonnullis, & inter eos ooſtris ſeueriſſimè, vt ab honorificis titulis abſtineant, conſtitutum ſit.

S. Theod. Scribæ frequentes cum filiis Prophetarum.

Sanctus verò Theodoretus in 1. Regum videtur his prophetis nonnullos alios adiungere, quos vtique ſcribas fuiſſe, ac diuinarum rerum ſtodioſos minimè dubiom eſt: qui diuinæ ſapientiæ amore allecti, quanquam in eandem cum Prophetis palæſtram commigrare omnino non ſtatuiſſent, illis tamen frequentius inhærebant, & cùm in publicum procederent, aderant chori participes. *Chorum enim*, inqoit, *prophetarum, & cœtum eorum, qui cum eis chorum ducunt.* Porrò ſententiam noſtram de filiis Pro- A phetarum Sanctus Hieronymos cùm pluribus locis, tom præcipuè duobus cooſirmat.

S Hieron.

Quorum primus eſt, epiſtola 4. tom. 1. ad Ruſt. Monachum, vbi ait: Filij Prophetarum, quos Monachos in veteri teſtamento legimus, ædificabant ſibi caſulas propter fluenta Iordanis, & turbis vrbium derelictis polenta & herbis agreſtibus victitabant. Alter eodem lib. epiſtola 13. ad Sanctum Paulinum. Habet, inquit, vnumqoodque propoſitum principes ſuos. Et poſt aliorum enumerationem ſubiicit: Nos autem habeamus propoſiti noſtri principes Paulos, Antooios, Iulianos, Hilariones, Macarios. Et, vt ad ſcripturarum B aothoritatem redeam, noſter princeps Helias, noſter Heliſæus, noſtri doces filij prophetarum, qoi habitabant in agris & ſolitudinibus, & faciebant ſibi tabernacula prope fluenta Iordanis, &c.]

Seruius. Chorus quid.

GRAGEM *Prophetarum.*] Cœtum verterat Pagninus, Chorum maloit Arias com 70. χορῷ. Chorum Seruius definit in 6. Æneidos, multitudinem io ſacra collectam. Choros autem Prophetarum Sanctus Theodoretus lib. 10. de Oraculis, templa Dei eſſe docet. Alio nonnumquam ſenſo chorus in Scripturis ſumitur, pro inſtrumento quodam Muſico, qood ad hunc modum deſcribit Sanctus Hieronym.

S. Hieron.

epiſtola 65. tom. 4. ſi tamen illius eſſe hanc C epiſtolam admittimus: Chorus eſt ſimplex pellis cum duabus cicutis æreis, & per primam inſpiratur, per ſecundam vocem emittit. Verùm Hebraicè legenti amphibolia oulla occurrit. Chorus enim poſteriori ſenſu *mahhol* Hebræis dicitur מָחוֹל vt in vltimo Pſal. *Laudate Dominum in tympano & choro.* Hîc vero חֶבֶל *hhebel.*

CAPVT 3.

Pſalterium quale fuiſſe dicatur.

Pſalterium.

ET *ante eos Pſalterium.*] Hebraicè נֵבֶל *nebel* D Imitatus eſt eandẽ vocem Paraph. Chald. Apud 70. ναῦλα. De Pſalterio Sanctus Hieronym. ſiue quicumque ille eſt, epiſt. ad Dardanum 65. tom. 4. Pſalterium Hebraicè nablon: Græcè autem pſalterium: Latinè laudatorium dicitur. De qoo in 54. Pſal. dicitur, *Exurge pſalterium cum cithara.* Eſt autem cum chordis decem, ſicut ſcriptum eſt: *In pſalterio decem chordarum pſallam tibi*; forma quadrata. Pſalterium itaque cum decem chordis, id eſt, cum decem verbis legis, contentis contra omnem hæreſim, quadratum per quatuor Euangelia intelligi. Hæc ille.

S. Hieron. Pſalterij figura ſimul traditur cum allegoria.

At Symmachus, vt annotat S. Theodor. in 80. Pſalm. Pſalterium lyram vocauit. Quæ tamen non parum differt à pſalterio, vt docet ſanctus Baſilius in procemio Pſalmorum. Vbi, cùm rationem reddit cur pſalterium dictus ſit ille liber, hæc ait: Proinde cùm non voa ſit ſpecies inſtrumentorum muſicorum, ad id maluit propheta librum hunc

S. Theod. S. Baſilius.

ſuum accommodare, quod pſalterium dicitur: ob id (ita eqoidem arbitror) vt vel ipſo nomine gratiam in eo perſpicuè reſonantem, ſubindicaret è ſupernis profluere à Spiritu ſancto: quod inter cætera ſolum hoc cauſas ducit ſonoris edendi è ſupernis.

Pſalterij lyraque diſcrimen.

Nam in cithara lyraque, ęs ab inferiore plectro pulſatum, ſonum reddit. E diuerſo pſalterium ſupernè attactum, cauſas ſortitur concinnæ illius ſuæ modulationis; vt hoc documento permoti, tota animi cõtemplatione diſcamus quæ ſurſum ſunt quærere, non item præcipites demergere ac rapi ad obſcœnos carnis affectus per illicẽ voluptatem ſuaoe-ſonantis melodię. Hactenus ſanctus Baſilius.

S. Iſidorus.

Sancti Baſilij ſententiam confirmat ſanctus Iſidorus lib. 3. Origin. cap. 21. Quanquam, quod ad pſalterij figoram attinet, nonnihil à ſancto Hieronymo diſcrepat. Sic autem ait: Pſalterium eſt ſimilitudo citharæ barbaricæ in modum Δ litteræ: ſed pſalterij & citharæ hæc eſt differentia, quòd pſalterium, lignum illud cõcauum vnde ſonus redditur, ſuperius habet, & deorſum feriuntur chordæ, & deſuper ſonant: Cithara autem è contra concauitatem ligni inferius habet.

Pſalterij & citharæ differentia.

S. Theod.

Aliud iterum diſcrimẽ notat Sanctus Theodoretus in 3. Reg. num. 33. Inter Nablam, vt vocat, & citharam. Nam circiter quidem decem ſonos habet hæc & illa; at nablam aiunt digitis pulſari, citharam plectro.

Ex his apparet, Vermilium & Vatablum nonnihil ſtudio nouitatis deliraſſe, dum Lyram vertere maluerunt. Tametſi reuera quale ſit hoc genus inſtrumenti non ſatis inter omnes conſtat antiquos. Nam autor quidẽ ad Dardanum pſalterium ea forma deſcribit, qua nunc vtimur: cæterum reliqui vix conſentiunt. Et de ſuperioribus quidem iam dictum eſt, cum quibus ego neſcio an quiſquam S. Hilarij ſententiã conciliare poſſit.

S. Hilarius in Prolog. explan. in Pſal.

Eo, inquit, cũ organo prophetatum eſt, Græcè pſalterio, Hebraicè nabla nuncupato: quod vnũ omniũ Muſicorum organorum rectiſſimum eſt, nihil in ſe vel peruerſum continens, vel obliquum. Neque quod ex inferioribus locis in ſonum concentus muſici commouetur, ſed in formam Dominici corporis conſtitutum organum, ſine vllo inflexu deflexúve directum eſt: organum ex ſupernis commotum & impulſum, & in cantionem ſupernæ & cæleſtis inſtitutionis animatum, non humili & terreno ſpiritu, vt cætera terræ organa, perſonum. Non enim humilia atque terrena in ipſo corporis ſui organo prædicauit, ſicut ipſe teſtatus eſt: *Qui eſt de terra, de terra eſt, & de terra loquitur: qui autem de cælo venit, quæ vidit & audiuit, teſtatur.* Hactenus S. Hilarius. Pſalteriom, rectum organum fuiſſe notat: quod ſi nihil aliud ſignificat quàm æquas vndique habuiſſe partes, nõ torno aut curuaturis deflexas, non cauitatibus inſtar teſtudinis depreſſas: poterit vtique etiam in cæteris cum S. Baſilio cõuenire.

Athenæus. Dalechãp.

Meminit antẽ pſalterij recti Athenæus lib. 5. Deipnoſ. cap. 25. In quem locum annotat Dalechampius, Orthopſallicum à Varrone nominari apud Nonium, in voce *dicteria*, & dictum putat, quòd rectum pulſaretur, vel quia

A ſonaret intenſos numeros, vehementes & acutos, quales cecinit Arion, cùm eum Delphinus excepit. Herodot. lib. 1. A. Gellius lib. 16. cap. 19. Scaliger in Manil.

Ioann. Reuchlinus.

Apollodorus apud eundẽ Athenæũm lib. 14. Deipnoſoph. cap. 6. ſcribit, quod nunc pſalterium vocamus, eſſe Magadin. Magadin autem Teleſtes ibidem quinque fidibos tendi docet. Tametſi nec illud omnino certum eſt; cùm prius docuerit Magadidem, tibiam eſſe citharisticam, ex autoritate Didymi Grammatici. Ioannes Reuchlinus lib. 2. de rudimentis Hebraicis in voce נֶבֶל *nebel*, allegat nos ad Angelum Politianum in Miſcellaneis c. 14. Sed eum me videre non contigit.

Steuchus.

At Steuchus in Pſal. 32. quo loco habemus, *in pſalterio decem chordarum pſallite illi*, primũ duo B quędam eſſe docet pſalterium, & decachordũ, contra veterum omnium ſententiam: quorum illud *nebel* Hebraicè dicitur, hoc עָשׂוֹר *aſor*, quaſi dicas decenarium, in quo decem voces concinunt: deinde conſtituere videtur duplex genus pſalterii, aut certè aliud longè diuerſum ab eo, quod placuit ante citatis ſcriptoribus, de genere pneumaticorũ.

Noua quadam ſententia de Pſalterio.

Sic enim addit: Et quoniam eadem vox *nebel*, ſonat vtrem, forſan harmonicum inſtrumentum eſt, quod flatu completur. Duplex genus eorum hac tempeſtate, quod ventum concipit, vocaturque *organum*; quod noſtro ſpiritu tumeſcit, vnaque reſonat humana vox, atque harmonica. Ad hanc vocem, vates carmen concinunt, vtraque voce conſonante. Hactenus Eugubinus.

Vtricularis tibia.

C Qui mihi videtur pſalterium cum organis noſtræ ætatis confundere, aut certè referre ad tibias vtriculares. Translatio Geneuenſis Gallica pſalterium *muſette* conſtanter interpretatur, quæ non alia eſt quàm minor cornamuſa, quo nomine vtitur Pagninus in voce נֶבֶל *nebel*, ad exponendam eiuſdem dictionis ex aliorũ opinione ſignificationem.

Pagninus.

Reuchlinus vocis נבל nebel nonnulla differentia notatur.

Attamen Reuchlinus in eadẽ voce nonnullum diſcrimen notat. Nam cùm lagenam, vtrem, cantharum ſignificat, ſex punctis ſubſcribi ait: cùm lyram, ſeu pſalterium, ſpeciem organi, vt Suidæ placuit, punctis quinque. Sic enim extat, ait, in canonibus orthographiæ Hebraicæ Pſal. 71. *Nam & ego confitebor tibi in vaſis Pſalmi*. aduotatur, *non ſegol*. Hæc Reuchlinus.

Quid ſequendum in dubiis.

D In hac tanta opinionũ incõſtantia illud mihi ſtatuendum videtur, vt à ſanctorum patrum commentariis nec latum vnguem diſcedamus. Erant enim illi doctiſſimi, & florente ſtudiis atque opibus repub. Scripturarum arcana rimati ſunt: tum etiam viciniores eorum temporũ extiterunt, in quibus adhuc recenti ruina, nõnulla Synagogæ veſtigia apparebant. Poſtremò, in iiſdem penè locis verſati ſunt, è quibus tametſi Iudæi pulſi eſſent, ex vicinorum tamen cõſuetudine, qui non paucos eorum ritus æmulati ſunt, atque in eis difficillimam omnium circuncisionem: nonnihil conici potuit, quo ſchemate fuerint pleraque eorum inſtrumenta, quæ nullam habuerunt cum noſtris ſimilitutudinem. Porrò ea deſcriptione pſalterij à S. Hilario tradita, minus probabilis credi poterit Dalechampij coniectura apud Athenæum,

A rectum ſcilicet Pſalterium ab eo fortè dictum, quòd numeros ſonaret vehementes, & acutos. Non enim ea conditio ad tonum, ſed ad figuram pertinet. At certè fallitur ipſe Athenæus autore Iuba cum ait: Pſalterium, vt autor eſt Iuba, Alexander Cytherius fidibus compleuit, & Epheſi conſeneſcens artis ſuæ ingenioſiſſimum hoc inuentum in Dianæ templo dedicauit. Nam barbari pſalterij harmonia, vt docet Clemens Alexand. Stromat. 6. modnrum oſtendens honeſtatem & grauitatem, cùm ſit antiquiſſima, maximè fuit exemplum Terpandro ad Doricam harmoniam, Iooem laudanti, &c. Atqui Terpander Lycurgo legiſlatori æqualis fuit, qui Olympiade prima floruit circa tempora regis Ioathan, qui poſt Dauidem duodecimus imperij Iudaici B clauum tenuit. Pſalterium decachordũ Ieſum interpretatur Clemens Alexandr. libro 2. Pædag. cap. 4. qui, vt inquit, manifeſtatur elemento decadis, hoc eſt iota.

Athenæus.
Pſalterij antiquitas.
Clemens Alexand.

Capvt 4.

De Tympano.

Tympanũ.
S. Iſidorus.

ET *tympanum.*] S. Iſidorus libro 3. Orig. cap. 21. ad hunc modum deſcribit. Tympanum eſt pellis vel corium ligno ex vna parte extenſum. Eſt enim pars media ſymphoniæ in ſimilitudinem cribri. Tympanum autem dictum quod medium eſt. Vnde & margaritum medium tympanum dicitur, & ipſum, vt ſymphonia, ad virgulam percutitur.] Hebræis תף *thoph* dicitur. Vox à ſono ficta eſt per onomatopœiã. Inſtrumentum eſt hoc tempore vulgatiſſimũ, quod pro claſſico turmis eſt peditum, veluti tuba equitibus. Eſt autem illud inſtar dolij rotundum, vtrinque membrana clauſum, intus inane & vacuum, quod bacillo percutitur. Iudi quoque tympanis vſi ſunt ad acuendos militum animos, cùm in hoſtem inuaderent. Item Ægyptij, vt docet Clemẽs Alexand. lib. 2. Pædag. Quinimò & Parthi, verùm forma plurimùm à noſtris abhorrente. Erat namque ingens Parthorum tympanum, ferreis tintinnabulis in- D ſtructum, lance concaua, corio vndique protento, & clauis æneis affixum, quod ſimulac diuerberabant, ignoto & horribili ſonitu tonitrus inſtar intonabat. Similiora noſtris fuere tympana Gallorum, qui execti ac ſemimares effecti, matris Deum orgia celebrabant. Cæterùm per tympanũ carnis reſurrectionẽ in pelle reſonantem interpretatur Clemens Alexand. lib. 2. Pædagogi cap. 4.

Clemens Alexand.
Appianus de bello Parthico.
Allegoria.

Capvt 13.

Tibiarum genera, & modi.

S. Iſidorus.
Tibia.

ET *tibiam.*] S. Iſidorus Orig. lib. 3. cap. 19. tibias excogitatas in Phrygia ferunt: & has quidem diu funeribus tantùm, mox & ſacris gentilium adhibitas. Tibias autem appellatas putant, quòd primùm de ceruinis tibiis cruribuſque hinnulorum fierent: deinde per abuſionem ita cœptas vocari etiam quæ non de cruribus oſſibuſque eſſent: hinc & tibicen quaſi tibiarũ cantor. Hæc S. Iſidor. At Pratinas Poëta apud Athenæum tibiam deſcribens ait:

Adeſt nunc tibi terebro formatum corpus,
Arundo dextera, olim præſtans virgo.

Cuius orationi illud item ex Teleſte aſcribendum putaui. *Variè modulatam non niſi ſpiritus auram, leuem atque pernicem arundine circumplectens.* Porrò Alcides Alexandrinus ciues ſuos tibiarum cantus ſtudioſos atq; peritos ſemper fuiſſe oſtendens, varia tibiarũ genera recenſet. Non enim, inquit, earum duntaxat artem calluere, quas virginales & pueriles nuncupãt, ſed illarũ etiam quæ viriles nominantur, & citharisteriæ, & dactylicæ. Virilium autem, perfectas alias vocant, alias pluſquam perfectas. At elymos (buxeas Pollux interpretatur) non alias remuresse tibias quàm Phrygias, quarum vſum Alexandrini quoque non ignorant, veluti & *διόπων* (duplici foramine) & *τῶν μονοκώπων* Muſis dignarum) & earum quas *ἰσοτρήτους* vocãt. Sunt præterea etiã nobis cognitæ quas *ἡμιόπους* dicunt (ſemiforatas obtuſiore ſono.) Ille hactenus. Ea verò tibia quæ Phrygia dicta eſt, à deſtra vnum, à ſiniſtra duo foramina habuit: C cuius modulus non vnos accepimus: quippe pro modulo ſonorum, ita animos mulcere aut accendere ſolebant. Siquidem Æolius modus ſimplex fuit, Aſius varius, Lydius querulus, Phrygius religioſus, Dorius bellicoſus, Gygius autem hilaris & lætus, Ionicus floridus. Græci autem in rebus ſeriis ſæpe Dorium adhibuerunt: apud quos fuit in bello modulus ad tibiã Hormius & Orthius, in comeſſationibus Paroinius, Lacedæmoniis Euyaterius, Athenienſibus Cyclius. Orthium porrò tam rapidè audientium animos accendere ferunt, vt quum illum Alexandro Timotheus concineret, velut furens & efferatus protinus arma corriperet. Romanæ vero tibiæ primò quaternis foraminibus, poſtea tot pertuſis excultæ fuerunt, vt haud multum abeſſent à tuba. Plura earum genera Alexander enumerat Genial. dierum lib. 4. cap. 2. & 17. Sed nos ad earum potius vtilitates enarrandas accedamus.

Athenæus, lib. 14. ca. 2.
Apud Athenæ. lib. 4. cap. 24.
Varia tibiarum genera.
Tibiarum plures modi.
Petulans bacchantiũ proprius.

Capvt 6.

Tibiarum vtilitates multæ magnaque recenſentur.

ARCADES certè, cùm olim animaduerterent cælo ſe inclementiore vti, ne vitio regionis feri crudeleſque euaderent, ſtatuerunt iuuentutem à teneris vnguiculis eo ſtudio delinire. Quod cum Cynætenſes in eadem regione facere neglexiſſent, iiſ-

Apud Athenæ. lib. 14. cap. 5. Dipnoſoph
Vtilitas multiplex inuentionis tibiarum.

Digitized by Google

dem peſſimè ceſſit: inſitam enim ferociam A cædibus ac rapinis aluerunt, viciniſque omnibus odio atque execrationi fuerunt. Quis igitur neget tibiarum vim maximam eſſe atque vtiliſſimam? Id cùm ex barbaris nonnulli olim deprehenderent, legatos ad hoſtes cum tibiis & cithara mittebant, vt eorum infeſtas mentes emollirent. Theopompus lib. 46. Hiſtoriarum, tradit Getarũ legatos citharas pulſantes aduenire. Ad ſeditiones prætetea ſedandas, tibias citharamq; valere plurimùm creditum eſt. Quocirca Homerus in 1. part. Iliadis, vt inquit idem Athenæus, poſt ambitioſam illam de Achille contentionem, fingit muſica Deos recreari:

Ibid. c. 6.

Perſtabant enim audientes, inquit,
Citharæ pulcherrimæ ſonum, quam Apollo tenebat,
Ac muſas, quæ viciſſim canebant dulci voce.

Tibiarum vſus in conuiuiis.

Ad hæc Plato docet in Laconibus puerũ apud antiquos à cœna tibias inflare ſolitum. Athenæus initio lib. 15. Deipnoſ. Cuius inſtituti rationem reddit ſuperiore lib. c. 6. Siquidem crapulæ ac temulentiæ motus incompoſitos harmonia cohibet, & in potentiam animi temerariam non ſolùm mitigat, ſed etiam diſcuſſa triſtitia lenitatem affert, liberalẽque lætitiam. In mediis verò conuiuiis æſtuque bibendi, hymni laudeſqoe numinum perſonabant; vt reuerentia Deorum, eius, quod honeſtum ac moderatum eſt, fines nemo tranſiliret. Adiuncta namqoe muſicis numeris de diis oratione, magis compoſiti fiunt & graues cuiuſque mores. Illud mirandum magis, quod Lacedæmonij, vt ſcribit Thucydides, cùm eſſent ſummi bellatores, non cornuum tubarumve ſignis, quibos excitantur atque euibtantur animi, ſed tibiarum modulis vſi ſint. Qua tandem ratione? Quoniam nihil adeò in congrediendis hoſtibus, atque in principiis præliorum ad ſalutem virtutemque aptum rati ſunt, quàm ſi permulcti ſonis mitioribus, non immodicè ferocirent. Tibiarum autem præcentione tranquilla & venerabili, ad quandam quaſi militaris muſicæ diſciplinam, vis & impetus militum, ne ſparſi diſpalatique prorruerent, cohibebatur. Aulus Gellius ex eodem Thucydide.

Tibiarum vſus in præliis.

A. Gell. noct. Attic. lib. 1. c. 11.

Sed neque hoc tantùm præſtant tibiæ modulatè canentes, vt vincant animi ferociam, verùm etiam ingenij aciem acuunt: & quanquam Pallas, Alcibiadeſque tibias abieciſſe memorentur, propterea quòd iis inflandis vultus præter decorum intumeſceret, Apollo tamen Deorum ſapientiſſimus habitus, Orpheus Semideorum, Pythagoras hominum, tametſi magis fidibus vſi, eandem harmoniam conſectati ſunt, quòd eam conferre plurimùm ad veri inueſtigationem crederent. Denique tantùm olim tibiis priſci homines virtutis ac fidei tribuerunt, vt etiam vita functis non parum opis afferre poſſe putauerint. Sic enim in Philaulo Philetærus

Athen. l. 14. cap. 8.

Pulchrum eſt, ô ſumme Iupiter, mori, in funere canente tibia:
Apud inferos illis ſolis venereæ voluptatis
Poteſtas ſit: quibus autem mores ſunt
Muſices ignoratione ſordidi, & ſqualidi,
Aquam in pertuſum dolium conuehunt.

I.

Verùm illud fabulæ ſimile videri poſſit. At non item illud quod ex A. Gellio referemus Noct. Attic. libr. 4. cap. 13. Creditum hoc à pleriſque eſt, inquit, & memoriæ mandatum, iſchiadici quum maximè doleant, tum ſi modulis lenibus tibicen incinat, minui dolores. Ego nuperrimè in lib. Theophraſti ſcriptum inueni, viperarum morſibus tibicinem ſcitè modulateque adhibitum mederi. Refert & Democriti liber, qui inſcribitur περὶ λοιμῶν ἢ λοιμικῶν κακῶν. In quo docet plurimis hominũ morbis medicinam fuiſſe incentiones tibiarum: tanta prorſus eſt affinitas corporibus hominum mentibuſque, & propterea quoque vitiis, aut medelis animorum & corporum. Hæc Gellius. Ex quibus omnibus ſequitur, veterum iudicio tibiarum concen- B tum atque vtilitatem ſatis laudari non poſſe.

A Gellius.

Iſchiadicis tibia medentur.

Caput 7.

An probetur in ſacris inſtrumentorum vſus muſicorum.

Tibias igitur cùm plurimi facerent antiqui, Deorum etiam ſacrificiis adhibuerũt: & Tibicinibus qui præcinerẽt, & ne quid aliud ageretur exaudireturque admonerent, veſceodi ius in æde conceſſerunt. Quod tamen poſterioribus ſeculis lege ſublatum eſt: non apud gentiles modò, vt notat Alexander ab Alexandro lib. 4. Genial. dierum cap. 17. ſed etiam magis C apud Chriſtianos initio naſcentis Eccleſiæ, vt ex ſancto Theodoreto didicimus, lib. de ſacrificiis. Quem tamen idcirco arguit Genebrardus Cõment. in Pſal. 150. quòd inſtrumenta muſica dixerit ſimul cum ſacrificiis abrogata; cùm tamen illa non ad allegoriam futurorum myſteriorum pertinerent, ſed ad ſimplicem & voluntarium diuini numinis cultum. Verùm obſeruare debuit Genebrardus, pleraque ex iis, quæ in figuris per ſe connumeranda non ſuot, abrogata tamen atque antiquata fuiſſe. Quale fuit illud, cùm odio inimici, & diuortio inter virum & vxorem Dominus interdixit, quæ prius tulerat: cùm virginitati tuendi ſe poteſtatem fecit, quæ priore inſtituto ob ſterilitatis probrũ maledicto obnoxia videbatur: cùm ſua omnia in vſus pauperum impendere, ac paupertatem ſe- D qui perſuaſit, à qua primùm tantopere abhorrebat, vt ne mendicum quidem in Iſraël toleraret. Alia namque rudi adhuc populo, ac ſub elementis huius mundi ſeruienti conueniebãt, alia nunc perfectiſſimum Euangelij ſtatum decent. Quæ igitur pro conditione legis & temporum illis indulta ſunt, non illico nobis quoqoe permiſſa eſſe credendum eſt, tametſi ad figuras nihil attineant: ſed ratio ipſa Euangelij ſpectanda eſt, quæ non carnis deliciis diffluit, aut ſenſuum voluptatibus abundat, ſed magis ſpiritui blanditur, & animam cœleſti gaudio paſcit. Deinde ſatis difficile eſt ſtatuere, præter iuris naturalis æquitatẽ, quid non in illo ſtatu ad vmbras futurorum referatur; cùm totus ipſe ſtatus in figura poſitus fuerit. Et quidem quantum ad illum concentum attinet inſtru-

S. Theodoretus
Genebrardus.

Pleraq; veteris teſtamenti, quæ per ſe in figuris numeranda non erant, abrogata ſunt.

Vſus inſtrumentorum muſicorum in veteri lege quid portenderet.

mentorum muſicorum, res obſcura nō eſt, nec difficiles explicatus habet. Portendebat ſiquidem Apoſtolicæ vocis futurum melos, & diuinam eorum eloquentiam, qui eiuſdem effecti ſpiritus participes, variis, prout erāt affecti modis, prophetia, lioguis, aut etiam ſermonom interpretatione, Dei laodes vbique prædicarunt. Tandem non arbitror, ſi quod poſtea genos organi muſici repertum eſſet, quod abeſſet à laſciuia, quodque mētem ad rerum cœleſtium contemplationem excitaret potius quàm auocaret, antiquos patres fuiſſe refragaturos; vt mimè mihi neceſſarium ſit, cum Genebrardo in gratiam tedite, ob defenſum S. Theodoretum; cùm nec ille pompam Synagogæ veteris in Eccleſiam deducete vellet, nec S. Theodoretus à rebus honeſtis ac moderatis animo abhorreret. Quæſtionem hanc de cantu & organis Eccleſiaſticis accuratè pertractauit Lohierus tom. 2. de Spectris ſeu apparitionibus ſpirituum, quem me legiſſe olim memini: nunc quoniam ad manum non eſt indicaſſe ſufficiat.

Lohierus.

Capvt 8.

Quare ſancti noua legis tibias reprobarint; Deus in antiquis tulerit.

Tibiarum vituperatio.

Ad tibias reuertamur, quas à maioribus noſtris tanto ſtudio repudiatas accepimus, vt non modò eas à ſacris arcerenr, verùm etiam ablegarent ex epulis. Sanctus Iſidorus Peluſiota lib. 1. Epiſt. 456. definiens, quæ ſit illa comeſſatio, quam prohibet Apoſtolus, Comeſſatio, inquit, eſt tibiæ cantus cum largiore vino, ad voluptatem & ad libidioem extimulans, ac conuiuium in fœdum & obſcœnum theatrum mutans, atque per cymbala & inſtrumenta ad fraudem accommodata, conuiuas mulcens ac deliniens, quam eos, qui ipſa vtuntur, à cœleſti regno excluſuram eſſe, literis ſacris proditum eſt, quemadmodum ipſe noſti. Hactenus ſanctus Iſidotus. Illud mirandum msgis, quòd Pythicis etiam ludis Græci aulædis interdixerint. Nam cùm primùm propoſitis præmiis ad certamen eos prouocaſſent, poſtea tamen repudiati ſunt, quòd ars eorum videretur infauſti ominis eſſe: vtpote, quæ funebres cantus, & elegos potiſſimùm concineret. Sic enim tradit Pauſanias in Phocicis. Aliunde ſanctus Epiphanius, ab ipſa tibiarum figura, geſtuque modulantis, vituperandi occaſionem inuenit. Sed enim tibia, inquit hæreſi 25. (ipſa eſt Nicolaitarum) imitamentum eſt draconis, per quem loquutus eſt diabolus, & decepit Euam. Ab illius enim figura ad imitationem tibia ab hominibus ad decipiendum facta eſt. Et vide mihi figuram, quam is, qui tibia canit, in tibia facit. Qui enim tibia canit, turſum nutat, & ad dextram & ſiniſtram ſe flectit, ſimiliter vt ille. His enim figuris etiam diabolus vtitur, vt blaſphemiam contra cœleſtia oſtendat, & quæ in terra ſunt diſſipet, & ſimul occupet orbem terrarum, & ad dextram, & ad ſiniſtram peſſundans eos qui errori credunt, delectanturque vocibus æroneis, velut muſico inſtrumento. Ad hos accedit vtroque antiquior Clemens Alexand. Pædag lib. 2. cap. 4. Fiſtula, inquit, tribuatur paſtoribus: tibia autem ſuperſtitioſis hominibus, qui ad cultum idolorum contendunt. Reuera enim hęc inſtrumenta à ſobrio conuioio amandanda, quæ magis heſtiis quā hominibus conueniunr, & iis hominibus, qui à ratione ſunt alieniores. Cetuas enim fiſtulis demulceri accepimus, & in laqueos inter venandum cantu duci à venatorihus. Equis autem coeuntibus, veluti quidam Hymenæus, tibia carmen canitur. Id autem ab incitandis equis muſici appellarunt, *ἱππόθορον*. Tandem poſt alia concludit: Vno ergo inſtrumento, verbo ſolo pacifico nos vtimur, quo Deum honoramus, non amplius veteri pſalterio, & tuba, & tympano, & tibia, quibus mos erat iis, qui in bello ſe exercebant, id eſt antiquæ legis ſectatores. Hactenus illi. Quibus vt arbitror ſatis ſuperque docēt, inſtrumenta muſica primis Eccleſiæ temporibus ſacris ritibus, nequaquam fuiſſe adhibita: ſed ſolo cantu diuinas laudes celebrari conſueuiſſe.

8 Iſidorus Peluſ.

Pauſanias.

S. Epiphan.

Clemens Alexand.

Quare igitur in antiquis Deus illa probauit? Reſpondet S. Iſidorus Peluſ. cùm diuinum numen victimas, & cruores ob puerilitatem, in qua tum homines verſabantur, tolerarit, quid miraris, quòd eam qooque, quæ per citharam & pſalterium celebratur, muſicam tolerarit? Et Iuſtinus Martyr quæſt. 107. ad Orthodoxos. Canere ſimpliciter, non eſt puerorum proprium: ſed cum inanimatis inſtrumentis canere, & cum ſaltatione & crepitaculis. Itaque in Eccleſiis ſublatus eſt ex carminibus vſus talium inſtrumentorum, & aliorum pueris conuenientium, & relictum eſt canere ſimpliciter. Excitat enim hæc res animum ad ardentem cupiditatem eius, quod in carminibus canitur, &c. Poſt quæ ſubdit: Paulus quidem *gladium ſpiritus* hoc nominat, vbi contra inuiſibiles hoſtes armat milites pietatis. Eſt enim verbum Dei, quod dum cogitatur & canitur, pulſat & fugat dæmones, &c.

Li 2 Epiſt. 176.

Quare Deus in antiquis inſtrumenta muſica probarit.

S. Iuſtinus.

Concentum pſalmorum Apoſtolus gladium ſpiritus vocat.

Capvt 9.

Citharæ vſus, ſpecies, & commendatio.

Et *citharam.*] Concentum tibiæ lyræque *συναυλίαν* Græci dixerunt. Quam in hunc modum deſcribit Ephippus in Mercatore apud Athenæum.

Communis eſt, ô adoleſcentule,
Tibiarum atque lyræ cantus muſicus
Noſtris luſibus: cùm enim
Probè concordant, eum ſi quis modum intelligat,
Voluptas tum percipitur proculdubio maxima.

συναυλία.

Athenæus lib 14 c 22 Deipnoſ.

De citharæ vſu ſicut & tibiæ in conuiuiis, & poſt cœnam Plutarchus lib. 7. Sympoſ. queſt 8. Enimuero cithara antiquitus, inquit, & iam inde ab Homeri temporibus, eo oomine nota fuit, quod ſocia conuiuij eſſet: ac tam diuturnam amicitiam atque ſodalitium non conuenit diuellere, id modò à citharædis petamos, vt nimios luctus & gemitus è carminibus exi-

Plutarch.

Vſus citharæ in conuiuiis.

mentes, boni ominis modos & genio indulgentibus accommodatos ſonent. Tibiam, ne ſi velimus quidem, à menſa arcere licet. Nam libationes eã exigunt vnà cum corona, & vbi pæani accinens diuinum cultum abſoluit, ſuaui cantu deſinens per aures tranſit, iucunda eas perfundens voce, quæ tranquillitatem ad animum penetrantem efficit; vt ſi qoid triſtitiæ & curarum mero non ſit diſcuſſum, id venuſtate & manſuetudine cantilenæ circumuentũ conquieſcat. Nam ſicut pecora orationem hominis non intelligunt, ſibilis autem & palpationibus accuratis, & fiſtulis ac conchis excitantur ac ſopiuntur à paſtoribus: ita quod anima habet pecoris & gregis naturam reſipiens, rationiſque non capax, neque eius dicto obtemperans, cantilenis & rithmis incantantes componere ſolent ac pa- B care. Verùm ſi mihi dicendum ſit quod ſentio, nunquam vel tibiæ vel lyræ cantus abſque ſermone & oda delectaturus conuiuium videtur. Hæc Plutarch. Quod optat mox à Prophetis noſtris additum audiemus. Idcirco autem de conuiuiis præcipuè illud obſeruo, aut etiam de ſacrificiis, quòd putem ea, quæ hîc narrantur, poſt ſacrum epulum & viſcerationem contigiſſe.

S. Iſidorus.
Cithara inuentio, & genus multiplex.

Citharæ ac pſalterij repertor Tubal, inquit, S. Iſidor. 3. Orig. cap. 21. perhibetur. Iuxta opinionem autem Græcorum citharæ vſus repertus fuiſſe ab Apolline creditur. Forma citharæ initio ſimilis fuiſſe traditur humano pectori, quod veluti vox de pectore, ita ex ipſa cantus ederetur, appellataque eadem de cauſa. Nam C pectus Dorica lingua κιθάρα vocatur. Paulatim autem plures eius ſpecies extiterunt, vt pſalteria, lyræ, barbita, Phœnices, & pectides, & quæ dicuntur Indicæ, & feriuntur à duobus ſimul. Item aliæ atque aliæ, & quadrata forma & trigonali. Chordarum etiam numerus multiplicatus eſt, & commutatum genus. Veteres autem citharam fidiculam, vel fides nominauerunt: quia tam concinunt inter ſe chordæ eius, quàm benè conueniunt inter quos fides ſit. Antiquitus autem cithara ſeptem chordis erat, vnde Virgilius, ſeptem diſcrimina vocum. Diſcrimina autem ideo quòd nulla chorda vicinæ chordæ ſimilem vocẽ reddat. Sed ideo ſeptem chordæ, vel quia totam vocem implent: vel quòd ſeptem motibus ſonat cœlum. Hæc S. Iſidorus de cithara.

Caſſiodor.

De qua etiam pluribus Caſſiodorus lib. 2. Variar. Epiſt. 40. Licet, inquit, huius de- D lectationis organa multa fuerint exquiſita, nihil tamen efficacius eſt inuentum ad promouendos animos, quàm concauæ citharæ blanda reſultatio. Hinc etiam appellatam exiſtimamus cordam, quod facilè corda moueat. Vbi tanta vocum collecta eſt ſub diuerſitate concordia, vt vicina chorda pulſata, alteram faciat ſponte contremiſcere, quam nullum contigit attigiſſe. Tanta enim vis eſt conuenientiæ, vt rem inſenſualem ſponte ſe mouere faciat, quia eius ſociam conſtat agitatam. Hinc diuerſæ veniunt ſine lingua voces: hinc variis ſonis efficitur quidam ſuauiſſimus chorus, illa acuta nimia tenſione, iſta graui aliqua laxitate, hæc media tergo blandiſſimè temperato. Vt homines ſe ad

Lyra vis præcipua ad permouendos animos.

A tantam perducere non præualeant vnitatem, in quantam ad ſocialem conuenientiam ratione carentia peruenerunt. Ibi enim quicquid excellenter, quicquid ponderatim, quicquid raucè, quicquid puriſſimè aliaſque diſtantias ſonat, quaſi in vnum ornatum conſtat eſſe collectum. Et vt diadema oculis, varia luce gemmarum, ſic cithara diuerſitate ſoni blanditur auditui. Muſarum tela loquax, ſtamina verboſa, fila canentia, in quibus arguto plectro texitur, quod dulciter audiatur. Hanc igitur ad imitationem tardæ teſtudinis, Mercurios dicitur inueniſſe: quã tanta procurantem Aſtronomi inter ſtellas requirendam eſſe putauerunt, perſuadentes cœleſtem eſſe muſicam, quãdo lyræ formam comprehendere potuerunt inter ſidera collocatam. B Hactenus Caſſiodor.

Capvt 10.

Inſtrumentorum muſicorum plures allegoriæ.

Allegoria.
Clemens Alexand.

Citharæ multiplicem allegoriam paucis verbis Clemens Alexand. 6. Strom. circa medium, complexus eſt. Nam potuerit, inquit, à Pſalmographo allegoricè accipi cithara, in primo quidem ſignificato, Dominus. In ſecundo autem ij, qui proximè continenter pulſant animas, canticum præeunte Domino. Populus quoque qui fit ſaluus, dici potuerit cithara C per Dei inſpirationem. Et qui per Dei cognitionem muſicè gloriatur, exauditur, verbo pulſans ad fidem. Aliter quoque acceperis muſicam conſonantiam, nempe Eccleſiaſticam, legis & Prophetarum ſimul & Apoſtolorum vnà cum Euangelio, & concentum qui in vnoquoque propheta eſt poſitus, dum ab vna perſona ad aliam tranſilitur. Hæc Clemens.

Horũ quatuor inſtrumentorum muſicorum plures allegoria.

Poterunt etiam aliæ plures non modò citharæ, ſed etiam aliorum muſicorum inſtrumentorum, quæ hactenus enumerauimus, allegoriæ, cùm apud patres inueniri, tum fingi ab vnoquoque noſtrum. Vt, quòd hæc quatuor totidem Euangelia deſignent, quæ miro concentu per quatuor orbis plagas inſonuerint: aut certè quatuor illas præcipuas virtutes, quæ reliquarum cardines habentur, in quibus perfectæ vitæ ſumma conſiſtit. Quòd ſi inferiora ſpectes, to- D tidem mundi elementa referunt, qui diſcordi concordia in vnam naturæ compagem conueniunt. Vel denique pari numero cœli terræque cardines, quibus quicquid vſquam eſt, quod mole conſtat, & permiſta mente materia, circumſcribitur. Cuiuſmodi nequicquam eſt quod vel momento ſtare queat, ſi non diſſidentes inter ſe naturas, is, qui ſolus poteſt Deus, concinna pacis harmonia connecteret. Verùm etſi hæc omnia non ineptè dici poſſint, illam tamen arbitror interpretationem fore conuenientiorem, ſi dicamus: Prophetas quatuor inſtrumentis muſicis inſtructos idcirco produci, quòd eorum ſermo planè diuinus totidem ſenſibus exponi poſſit, anagogico ſcilicet, allegorico, literali, atque tropologico. Quorum quidem ana-

Quatuor ſenſus Scripturæ cum totidem muſicis inſtrumentis conferuntur.

gogicus atque myſticus, bellè videntur pſalterio ac cithara exprimi. Illud namque ſupernè ſonum emittit, hæc infernè; quemadmodum & ipſa anagoge mentem effert, rebuſque cœleſtibus inſerit: myſteria autem vt plurimùm ad humanæ in Chriſto naturæ œconomiam pertinent. Tibia mores componit, animiſque noſtris moderatur. At litera ipſa, quî magis quam tympani ſonitu innoteſcet? Apoſtolus hoc ipſum innuiſſe aliquando viſus eſt, cùm diceret: *Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalum tinniens.*

Fagius. *Quid ſit prophetare hoc loco.*

Ipsosqve prophetantes.] Canentes interpretatur Paraphraſis Chaldaica. Fagius in Onkeli Exod. cap. 11. verſ. 25. vbi dicuntur Septuaginta ſeniores à Moſe delecti prophetare: illi B loco es hoc lucem afferre conatur. Quid enim prophetabant? inquit. Reſpondent Hebræi, dicebant cantica & laudes Deo, iuxta illud 1. Samuel. cap. 10. *Occurrentes cœtus Prophetarum,* &c. Vbi Thargum habet, *Et ipſi laudes dicunt.* Et rurſum ibidem, *Et irruit quoque ſuper eum ſpiritus, & prophetauit.* Thargum, *Et laudes dicebat inter eos.* Alij ſentiunt eos res futuras quoque prædixiſſe, & maximè de bello futuro tẽpore Meſſiæ contra Gog & Magog, ſed hoc Iudaizat.] Veſperi hæc accidiſſe ipſa ſeries narrationis oſtendit, poſtridie illius diei, quo Samuel reficiendi gratia in excelſum aſcenderat, cùm eſſet ſolenne epulum, & plures ad conuiuium vocati eſſent ob immolatam victimam. Veriſimile eſt itaque, cùm eodem die, quo illuc Saül appulit, C prophetæ in excelſo ſacris operati eſſent, & ſacris dapibus expleti, gratias ſuo more perſoluiſſe, (Quarum formulam gratiarum, quam apud Fagium reperi in cap. 8. Deuteron. ſumptam ex libello precationum eorundem Iudæorum, idcirco volens prætereo, quòd putem à neotericis magna ex parte innouatam.) Deinde & Hymnos aliquos domum repetentes ceciniſſe. Iam tum enim ea conſuetudo obtinuerat, quæ ad Chriſti vſque tempora manauit, & ab eodem religioſè ſeruata eſt, ſicut Euangeliſtæ teſtantur. De qua conſuetudine idem Fagius eodem capite hæc habet. Durat is mos etiamnunc apud Iudæos, vt habita gratiarum actione pro ſumptis cibis, זמירות *zemiroth*, id eſt carmina, ſiue cantilenas dicant. Et Chriſtus quoque peracta cœna ſua Hymnum cum diſcipulis ſuis dixiſſe fertur ab Euangeliſtis. Paulus Burgenſis vetuſtam traditionem fuiſſe Iudæis affirmat, vt comeſo agno Paſchali, Pſalmum *Laudate pueri Dominum*, cum ſequentibus vſque ad Pſalmum *Beati immaculati qui ambulant in lege Domini*, hoc eſt, à 112. vſque ad 119. decantarent: & hunc Hymnum eſſe putat, quem hic Chriſtus cum diſcipulis ſuis cecinerit. Quorum certè Pſalmorum materia, cum eo, quod agno Paſchali memorabatur, conuenit, vt non ſit vero diſſimile, hos Pſalmos etiam à Domino decantatos fuiſſe. Hæc Fagius. Illi itaque cùm ſuas domos à cœna repedarent, in vnum chorum adonati, præcinentibus tibiis diuinas laudes concinebant, ſic planè, vt omnes agnoſcerent quo vino maderent, qui à menſa ad rerum cœleſtium

Gratiarum actio poſt cœnam.

Paulus Burgenſis.

contemplationem raperentur. Et hanc ego expoſitionem, quando nulla veriſimilior occurrit, omnino admittendam cenſeo. Verùm difficultas vna ſupereſt, quæ non ita facilè ſolui poſſe videtur: curnam illi cùm canerent, prophetaſſe dicantur. Nemo enim eſt, qui cantum non ſentiat à prophetia eſſe diuerſum. Afferam tamen ad eam rem, quicquid ſtudio ac labore compererim: quòd ſi tibi noſtra minus probentur, tuum erit, lector, iudicium, decernere quid ſtatuas.

Capvt II.

De multiplici genere prophetantium.

S. Iſidor. Prophetiæ ſeptem genera.

Sanctvs Iſidorus lib. 7. Orig. cap. 8. Prophetiæ, inquit, genera ſunt ſeptem. Primum genus *ecſtaſis*, quod eſt mentis exceſſus, ſicut vidit Petrus vas illud ſummiſſum de cœlo in ſtupore mentis cum variis animalibus. Secundum genus *viſio*, ſicut apud Eſaiam dicentem, *Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum.* Tertium genus *ſomnium*, ſicut Iacob ſubnixam in cœlum ſcalam dormiens vidit. Quartum genus *per nubem*, ſicut ad Moyſen, & ad Iob poſt plagas loquitur Deus. Quintum genus *vox de cœlo*, ſicut ad Abraham ſonuit dicens: *Ne inijcias manum tuam ſuper puerum*: Et ad Saulum in via, *Saule, Saule, quid me perſequeris?* Sextum genus accepta *parabola*, ſicut apud Salomonem in Prouerbus, & apud Balaam cùm euocaretur à Balac. Septimum genus *repletio Spiritus ſancti*, ſicut penè apud omnes Prophetas. Hæc ſanctus Iſidorus. Nullo horum genere, vt ego quidem ſentio, noſtros prophetaſſe Scriptura intelligit: non primis quinque, quia viſibilem quandam ac ſenſibus expoſitam prophetiam deſiderat: non ſexto, quoniam etſi probabilior ille modus videri poſſit, attamen cùm eſſent plures, & per cliuum montis deſcenderent, ſi quiſque parabolam ſuam eloqui voluiſſet, neque ipſi à quoquam exaudiri eſſent, obſtrepentibus maximè pſalterio ac tympano, & bacchantium more furere aliis viderentur. Septimum genus, quemadmodum nec illa priora, à ſpectantibus deprehendi poteſt.

S. Irenæus. Alia ratio diſtinguendi prophetas.

D Aliam diſtinguendi prophetas in varias claſſes rationem Gnoſtici ineunt apud S. Irenæum lib. 1. aduerſus hæreſes, cap. 34. ſed cùm illa erroribus ſcateat, referre non placuit. Longè ſapientius idem vir ſanctus lib. 4. cap. 66. diſcrimen inter prophetas ſtatuit ex parte rerum enuntiatarum. Cùm enim non omnes eadem, nec ſinguli omnia prædixerint, facilè ex his, quę diuerſa prædicarunt, inter ſe ſecerni poſſunt. Vtitur autem elegantiſſima ſimilitudine, qua id perſuadeat. Quemadmodum enim non vnum aliquod membrum totius corporis ſpeciem figuramque repræſentat, ſed neceſſe eſt plura ſimul compingi, ac ſic demum in vnum corpus coaleſcere, ſingulis per ſe membris ſuas particulares formas obtinentibus, quibus à ſe inuicem diſtincta ſunt: ita & de prophetis ſentiendum eſt, omnes quidem circa Chriſtum diuini-

que numinis prædicationem verſari: ſed cùm tanto muneri par eſſe ſolus nemo poſſit, quod cumulatè ab omnibus abſoluitur, meritò ex eo quiſque deſignari poteſt, quod priuatim contulit diuino beneficio. Tum inde quanta quiſque Propheta, & quàm diuerſa ſinguli de Chriſti gloria vaticinati ſint, longa ſatis oratione proſequitur, quam apud illum legere poteris loco indicato. Addam & aliud Prophetarum genus ex S. Hieronymo, ſen potius ex Scripturis vnde ſumpſit. In libro, inquit, dierum legimus (hoc eſt 1. Paral. cap. 2. ſecundum ſeptuaginta) *Fuerunt filij autem Sobal patris Cariathiarim, qui prophetabat ex dimidia.* Et iterum: *Filij autem Salma patris Bethlehem & Netophathi corona domus Ioab, & qui prophetabant ex dimidio Zarai*, &c. Hoc genus quale ſit explicans ſubijcit: Similiter vtique ſancti erant, qui prophetabant, & tamen perfectam non meruerunt accipere prophetiam: nequaquam de futuro ſecundum tropologiam, ſed impræſentiarũ iuxta hiſtoriam prophetantes. Hæc S Hieron. in lib. 1. contra Pelagi. in fine. in Tomo. 2. Epiſtol.

Aliud prophetarum genus ex dimidio. S. Hieronymus.

Hæc iterum, vt opinor, nihil ad propoſitum noſtrum faciunt. Sicut enim priores à diuerſitate modorum, quibus diuina conſilia cum Prophetis communicantur, petebantur: ita etiam poſteriores omnes ad materiam, circa quam verſantur, referuntur. Prophetare autem, vt mihi quidem videtur, tertium aliquid ſignificat: illam nimirum actionem, qua percepta & intellecta à Prophetis aperiuntur. Quod quidem non ſolo ſermone, vt inquit S. Irenæus lib. 4. cap. 37. ſancti Prophetæ conſecuti ſunt, ſed etiam conuerſatione, & actibus quos faciebant, ſecundum id quod ſuggerebat Spiritus.] propterea ſcilicet nonnunquam portenta dicebantur, atque oſtenta in exemplum propoſita domui Iſrael: veluti de Eſaia, Hieremia, & Ezechiele ab ipſa Scriptura dictum eſt. Quod verò ad ſermonem attinet, non rarò erant ænigmata quæ proponebantur: nonnunquam conciones de moribus habitæ; quæ ideo prophetiæ dictæ ſunt, quòd afflatu quodam numinis, ſeu impetu mentis planè diuino recitarentur, & multa, quæ ad futuram gloriam, multa quæ ad indicij minas pertinerent, continerent. Aliàs verò etiam hymni, pſalmi, & cantica in Prophetiis enumerara ſunt, quòd eſſent ab iis compoſita, qni diuinitus incitarentur: quales nunc habemus pſalmos, & Hieremiæ lamentationes, & pleraque ab aliis Prophetis cantica, quæ cum ipſi pangerent, prophetare ac vaticinari dicebantur. Exemplis prioris generis veterum monnmenta prophetarum referta ſunt. De ſecundo genere loqui videtur Apoſtolus 1. ad Corinth. 14. cum ait: *Qui prophetat, hominibus loquitur ad ædificationem, & exhortationẽ, & conſolationem.* Idque, vt videtur, perinde erat, ac de rebus diuinis pro concione diſſerere omnibus audientibos. Qood ſpectat ad tertium genns, vtique in dubiom reuocari nequit, quin illi prophetarẽt, qui fatidicos hymnos dictante ſpiritu ex ſe funderent. Sed an fuerint præter hos alij, qui propterea prophetare dicerentur, quòd ea ex officio ſiue inſtituto ſno modulatè ac peritè canerent, nunc denique inueſtigandum eſt.

Prophetare quid, & quot modis accipitur. S. Irenæus.

Atqui nuper eo me labore abſoluit Torniellus in ſuis annalibus ad annum mundi 2545. numero 14. qui poſtquam de Prophetis maiorum gentium nonnulla delibauit, aliorum ſubinde, quos quærimus, meminit his verbis. Alterum, inquit, genus illorum, qui licet futura non prædicerent, nec alia mirabilia facerent, nihilominus ipſi quoque dicebantur prophetæ, ſeu filij Prophetarum, & quandoque etiam cunei, gregéſque prophetarum, quòd gregatim conuiuentes, ac certis quoque horis ſimul conuenientes, vt de rebus diuinis diſſererẽt, mira quadam mentis illuſtratione cœlitus affecti, arcanos Scripturarum ſenſus, ad ſpiritualem ipſorum cæterorumque progreſſum, aperirent explicarénтque, non ſecus ac poſtmodum in primitiua Eccleſia fieri conſueuit, quemadmodum ex 1. ad Corinth. cap. 14. manifeſtè colligi poteſt, vbi Apoſtolus Prophetiam præferri debere dono linguarum pluribus demonſtrare conatur. Iidem quoque ſtatis temporibus diuinis laudibus vacabant, hymnis, pſalmis, & canticis ſpiritualibus, muſiciſque diuerſorum generum inſtrumentis ſuauiter perſonantes, eo ferè modo quo ſolent noſtri temporis Eccleſiaſtici homines, in Eccleſiis, vel etiam aliquando per vias, quando ſcilicet ordinatè exeunt ad proceſſiones publicè celebrandas. Duas horum prophetarum congregationes, tempore Samuelis, in populo Iſraelitico extitiſſe certum eſt; quarum vna venit cum canticis & organis obuiam Sauli, poſtquam à Samuele in regem vnctus fuit, vt traditur 1. Reg. cap. 10. & hæc manere ſolebat in Gabaa Beniamin, ſicut latè probat Abulenſis ſuper cap. reg. citat. quæſt. 4. circa medium. Altera, cui præſidebat Samuel, morabatur in Ramatha; ad quam cùm veniſſent nuntij Saulis quærentes Dauidem, & poſt ipſos ipſemet Saul, illico omnes cum cæteris prophetare cæperunt, vt accurarius deſcribitur 1. Reg. cap. 19. Ad hoc quoque genus prophetharum pertinere videntur cantores à Dauide inſtituti, qui corã arca Domini, ac poſtea in templo, per vices ſuas, prophetarent; de quibus latè agitur 1. Paral. c. 15. & c. 25. vbi iidẽ canẽtes coram oomino ac perſonantes, prophetare dicebãtur, fortè quod non quaſcunque, ſed propheticas duntaxat cantiones præcinerent. Hæc ille.

Vera interpretatio. Torniellus.

Porrò qnod ſpectat ad cantores, fuit etiam apud Gentiles horum ſeculo modeſtũ cantorum genus, & Philoſophica prorſus morum integritate. Quamobrem Agamemnon, cùm diſceſſurus eſſet, vxori Clytæmneſtræ cantorẽ reliquit monitorem, & cuſtodem: qui primùm ſanè laudes fœminarũ proſequeretur, exemplóque illarum honeſti ac boni deſiderium excitaret, deinde ſuæ conſuetudinis ac præſentiæ iucunditate ab improbis cogitationibus mẽtem auerteret. Itaque non prius Clytęmneſtram Ægiſthus ſtuprauit, quàm in inſula deſerta quadam cantorẽ occidiſſet. Hæc & plura Athenæus in eandem ſententiam lib. 1. Deipnoſoph. c. 11. Fertur præterea Mnſica, inquit S. Iſidorus Peluſ. ep. 176. l. 2. turbulẽtos animi motus compeſcere, mœrorem lenire, iram mirigare, luctúmque per lacrymas leuare.] Quanti eam fecerit Pythagoras, plures refetunt ex illius inſtitutis, qui diſcipulos

Cantores olim virtutis ſtudioſi.

Athenæus. S. Iſidor. Peluſ. *Muſica vis ac potentia.*

Ipsosqua prophetantas.

ſuos ſtatuit diem ſomnumque à fidibus auſpicari; quòd veſperi quidem ad componendos perturbationū fluctus oon parū diurna eaercitatione cōmotus, diluculò autem ad ſuſcitandū animi vigorem nocturna quiete depreſſum, valere arbitraretur. Ebrium etiam iuuenem ac præ temulentia bacchantem, compoſito ad mulcendom ſono ab ea inſania curaſſe fertur. Plato item 4. de Repub. & Ariſt. Politic. 7. licet cantus Lydios, Mixolydios, Ionicos, & Hypoionicos prohibendos cenſuerint; quos noſtro more quartum, quintum, ſextum, & ſeptimum tonos dicimus, propterea quòd illi animæ vires ſoluant ad laſciuiam, & alios motus incompoſitos: Doricum tamen, qui primus eſt tonus, & Phrygium, qui tertius, vt magis ſimplices & generoſos licere voluerunt. Ioannes Picus in cooclusionibus de Mathematicis ſecundum opinionem propriam, num. 7. & 8. hæc poſuit: Sicut medicina mouet ſpiritus principaliter vt tegunt corpus: ita muſica mouet ſpiritus vt ſeruiunt animæ. Medicina ſanat animam per corpus, muſica autem corpus per animam. In prioribus verò quæ ſecundum Pythagoram num. 11. docet iudicium ſenſus in muſicam non eſſe adhibendum, ſed ſolius intellectus. Quæ tametſi præclara ſunt, & tanto digna iugenio, longè tamen diuiniua de Muſica nos ſentire docuit S. Iſidot. Peluſ. cùm ſcriberet lib. 1. Epiſt. 457. Si Muſicæ illius, de qua Scriptura loquitur, eaplanationem quæris, ad bunc modum intellige. *Laudate Dominum in ſono tuba:* hoc eſt in memoria reſurrectionis, quæ tuba fiet, vt Scriptura teſtatur. *Laudate eum in pſalterio, & cithara*, hoc eſt in lingua noſtra & ore, à Spiritu ſancto tanquam plectro quodam percuſſis. *Laudate eum in tympano & choro*: id eſt in carne & animo, à quo tanquam chori, preces ad Deum tranſeunt. *Laudate eum in chordis & organo*, hoc eſt, in cotde atque omnibus internis viſceribus & neruis, quæ quidem otganum appellauit. *Laudate eum in cymbalis iubilationis:* hoc eſt, in labiis, quorum adminiculo concinna & modulata Pſalmi carmina conteauntur.

Ioann. Picus.

S. Iſidor. Peluſiota.

Muſica inſtrumenta Hebræorum decem & modi totidem.

Genebrardus.

Ioann. Picus.

Muſica inſtrumenta decem Hebræi habuerunt, & modos ſiue tonos totidem. Vtraque enumerat Genebrard. in Pſal. 150. Picus item in Apolog. diſputatione de Magia naturali & Cabala. Verum inter ſe nominibus non conſentiunt, & habet aliquid amplius Mirandulanus quod referamus. Erant, inquit, decem organa, id eſt, decem inſtrumenta, vel decē modi muſicæ, quibus Pſalmi canebãtur. נשא *neſa*, נגנים *neym*, מזמור *miſmor*, שיר *ſchir*, תפלה *tephilla*, ברכה *beracha*, הלל *hillel*, ידידיה *iedidia*, אשרי *aſchre*, הללויה *halleluia*, quæ ego obſeruaui ſic diſtinguenda, vt per primum canantur odæ, ſecundū idem eſt quod organū, per tertiū pſalmi, per quartū cantica, per quintum orationes, per ſextum benedictiones, per ſeptimū laudationes, per octauū gratiarū actiones, per nonū felicitas alicuius: per vltimū laodes Dei tantùm. addas tu & משכיל *maſkill*, quo canuntur contemplationes, & erit halleluia quaſi eiſoph, non ponens in numerum cum alus. Hæc Picus.

Versus 6.

Et insilient in te Spiritus Domini, &c.

Et inſiliet in te Spiritus Domini, & prophetabis cum eis, & mutaberis in virum alium.

INSILIAT. *Et proſperabit* vertit Arias. Paraph. Chald. *Et manebit ſuper te Spiritus prophetiæ.* Sanctes, Vatabl. & Vermilius *& requieſcet* trãſtulerunt. quorum poſtremus ad hunc modū expoſuit. Habiturus es, inquit, ſpiritum fortitudinis, & animū heroicum: nec eris imprudens rerum diuinarū: ſed vnà cum prophetis voce modulaberis, idque ſcienter ac doctè: eaque tu omnia repentè, & ſine doctore facies, quę illi longo tempore à ſuis præceptoribus didicerunt. Hæc ille. Quintus Curtius narrat Epaminondã Thebanum Philippum Macedonem inſtituiſſe, Ariſtotelem Alexandrum, Chironem Achillem, & philoſophiæ militiæque ſimul præceptis imbuiſſe. At Saul, cùm Spiritum ſanctum magiſtrum nactus eſſet, repentè ſummus euaſit. Licuerit igitur Perſio olim ceciniſſe.

Varia lectio.

Vermilius.

Q. Curtius.

Perſius.

Nec fonte labra prolui Caballino:
Nec in bicipiti ſomniaſſe Parnaſſo
Memini, vt repentè ſic Poeta prodirem.

Certè Saulem nemo negare poteſt hauſta Sancti Spiritus gratia momēto non ſolùm poetam, ſed prophetam etiam prodiiſſe. Fingunt Poetæ Phaonem quendam olim, cùm Venerem pontove tranſueaiſſet, accepto ab ea vnguento delibutum, extemplo formoſiſſimū apparuiſſe. Cui narrationi tametſi fidē non habemus, miramur tamē fabulam minus mentiri eſſe auſam, quàm veritas reipſa præſtiterit: nam plus quàm illa de corpore finxit, mente atque animo Saul adeptus eſt. Augebit etiam miraculum tam repentinę ac ſubitaneæ ſapientiæ, ſi conſideremus quãto labore ac ſtudio reliqui ad eam perueniant. Hoc ipſū Philo tractat in propria perſona accuratè, l. de Congreſſu quærēdæ eruditionis gratia, ſub Allegoria Abrahami Patriarchæ: qui cùm Sarã, id eſt Sapientiã, duxiſſet in vxorē, prius cū Agarem habere coactus eſt, quà ex illa prolē ſuſciperet. Agar autē, Saræ ancillã, interpretatur Encyclopędiam liberaliū diſciplinarū. Sic igitur ille de ſeipſo. Equidē cùm primū cœpi ſtimulari amore Philoſophiæ, admodū iuuenis cōſuetudinē habui cū vna ex eius pediſequis Grãmatica, cuius partus legēdi ſcribēdique facultatem, & narrationes poetarū, dedicaui eius dominæ. Ac rurſū cum altera cōgreſſus Geometria, delectatus eius pulchritudioe, vt cuius mēbris nihil eſſet moderatius aut caſtigatius, nihil ex ea natū abſcondi, ſed bona fide repræſentaui ac donaui matronæ. Tertiã quoque ſolicitaui. erat autem cōcinna, modulata, cōpoſita, muſica nomine. Ex hac genui colorationes diatonicas, & harmonicos, cōiunctos diſiunctoſque cantus, pertinētes ad diateſſaron, diapente, diapaſon, ſymphonias. Ne hęc quidē celaui, quò magis diteſceret vxor legitima, aucta numeroſo famulitio. Sunt enim qui ancillarū illecebris ineſcati, paruipenderunt heram Philoſophiã, & conſenuerunt quidã in

Philo Iudę.

Arduum iter ad ſapientiam.

Philoſophia ancillari debet ſapientia.

pnematibus, quidã in delineationibus, quidã io A
colorũ temperaturis, alij in aliis rebus innume-
ris, non valentes ſeſe ad matronam recipere. Et
paulò poſt. Atqui ſicut bberales artes conſe-
runt ad quærendam Philoſophiam, ita Philoſo-
phia ad parandam ſapientiã. Eſt enim Philoſo-
phia meditatio Sapiẽtiæ. Sapientia verò ſciẽtia
rerum humanarum diuinarumque, & cauſa-
rum inſuper. Ergo ſicut Encyclopædia Philo-
ſophiæ ſeruit, ſic Philoſophia Sapientiæ. Hæc
Philo. Quibus ſatis ſuperque oſtendit quàm ſit
iter arduum ſapientiæ, & quam longis ambagi-
bus atque impedimentis circunſeptum, ſi ta-
men vel tot ſuperaris rerum difficultatibus tan-
dem aliquando potiri contingat.

Philoſophia ancillari debet ſapientia.

Narrat S. Iuſtinus Martyr initio Dialogi B
cum Tryphone Iudæo, quomodo cùm olim,
ante diſcuſſas ignorantiæ tenebras ſummo ſa-
pientiæ amore flagraret, à Pythagoræo docto-
te ad perdiſcendas alias ſcientias remiſſus ſit;
quarum cùm non aliter quam diuturno labore
cognitionem ſe conſequi poſſe ſperaret, rei dif-
ficultate perterritus aliò ſe contulit. Hiſtoriam
his verbis cõtexit. Acceſſi, inquit, ad laudatum
virum Pythagoræũ, magnæ ſapientiæ ſibi con-
ſcium: ac mox poſtquam cœpi agere cum eo de
me recipiendo inter auditores domeſticos, Eſ-
ne verſatus, inquit, in Muſica & Aſtronomia
Geometriáque? An putas te percepturũ quic-
quam ad felicitatem pertinens, niſi hæc prius
diſcas, & animam à rebus ſenſibilibus ad intel-
ligibiles traductam, reddas aptam virtutis, ip-
ſiuſque ſummi boni contemplationis? Cúm- C
que multa dixiſſet in laudem harum diſciplina-
rum, & quàm ſint neceſſariæ, ablegauit me
faſſum eas neſcire. Grauiter id tuli, nec imme-
ritò, ſpe fruſtratus, tanto magis, quia putaram
eum ſcire aliquid. Ac rurſum perpendenti mi-
hi quantum temporis inſumendum eſſet his
diſciplinis, non libuit differre tandiu. Hacte-
nus S. Iuſtinus. Nec verò illi ſolùm qui veri-
tatis luce caruerunt, eas difficultates experti
ſunt, ſed nos quoque, quibus quanto tempore,
quanta ingenij contentione opus eſt, vt Theo-
logicarum rerum nonnullam cognitionem
comparemus? At Saul momento eum theſau-
rum conſequutus eſt.

S. Iuſtinus.

INſILIET, ait Scriptura, *in te Spiritus Do-
mini.* Quis Spiritus Domini? idem qui & Do-
minus, idem qui & Deus, ſcilicet Spiritus
Sanctus, vt latè probat S. Auguſtinus lib. 2. D
quæſt. ad S. Simplicium quæſt. 1. Tomo 4. *In-
ſiliet* autem non vtique motu locali, cùm ipſe
terrarum orbem repleuerit, vt Scriptura do-
cet, & doctiſſimè demonſtrat S. Anaſtaſius Si-
naita lib. 2. de Dogmatibus Catholicis, qui eſt
de Incircunſcripta Dei eſſentia: ſed noui bene-
ficij repentina collatione. Deus namque ſem-
per & vbique eſt, ſed non ſemper & pariter ope-
ratur. Cùm igitur moueri, ire, progredi, accede-
re dicitur, de progreſſu locali minimè intelligẽ-
dum eſt: ſed nouum aliquid moliri atque cona-
ri. Et tum quidem incedere dicitur, cùm ad cõ-
ferenda noua beneficia tempus adhibet: at cùm
momento ac repentè afficit, tum inſilire fertur.
Etſi namque natura, quæ per motum agit, ad

S. Auguſtinus.

Tomo 2. Bibliotheca SS PP.

Quod ſit inſilire, Spiritum Domini & quod Deus momento operetur. 1. ratio.

ſuas actiones temporis moras requirat, non tã-
men ille temporis legibus obnoxius eſſe pu-
tandus eſt, qui temporis eſt conditor, illud-
que pro ſua poteſtate aut tollit aut ſtatuit. De- 2.
inde, cùm ſit eius potentiæ ac virtutis quæ nul-
lis finibus circunſcribitur, minimè mirum
eſt, ſi eius voluntatem par effectus ſequatur.
Sed & ſi quis animo repotet quæ ſit in Phyſicis 3.
effectionibus cauſa morarum, inueniet profe-
ctò eam potiſſimùm à qualitatibus contrariis
proficiſci. Deus verò non modò nulla ſibi con-
traria inuenit, cùm ſit expers accidentium:
Sed nec vllis quidem inſtrumentis ſiue à natu- 4.
ra, ſiue ab arte petitis indiget, ad ea quæ vult
perficienda. Ex quo fit, vt ſi quid fieri decreue- 5.
rit, extemplo reddatur effectum. Eſt etiam
alia ratio tantæ celeritatis ſi præſentem hiſto-
riam ſpectes, quòd id effectum ad animum
pertineat: qui cùm ſua natura ſit incorpo-
reus, ſi eundem à commercio ſenſuum abdu-
ces, quicquid obtruſeris, momento induet.
At ſolet nonnunquam Deus eo pacto cum
prophetis ſe gerere, & remotis ſenſibus ar-
bitris cum mente colloqui, quomodo ſo-
lent inter ſe ſpirituales intelligentiæ, quæ cor-
poris expertes ſunt. Illabitur præterea in a- 6.
nimam ipſam, cùm vult, ſolus & vnus Deus:
qui modus ſentiri potius à rerum cæleſtium
non ignaris poteſt quàm explicari. Quod id-
circo ſoli Deo conceſſum dicimus, quòd ſit
ipſe omnia in omnibus, & cuiuſque rei eſſen-
tiæ baſis ac fundamentum, tametſi ſingula
ſuis ipſa formis ac ſpecie diſtincta ſint. Peti 7.
denique argumentum poteſt ab ipſa ratione a-
gendi cùm angelorum tum etiam dæmonum,
qui cùm ſolo intellectu & voluntate conſtent,
facultatibus ad intelligendum volendumque
diſpoſitis, & ſi quid præterea in votis habeant,
imperio exequantur; quo ſolo ex inſtitutione
diuina naturalium agentium vires ſubigunt:
eorundem actio moram nullam aut ſuſtenta-
tionem admittit. Et quidem reliqua haud dif-
ficulter parent, cùm nullo ſint arbitrio prædi-
ta, at homo, cùm ſui iuris ſit, & pro ſua vo-
luntate annuere, aut etiam refragari queat,
nequaquam illi legi ſubiacet. Quare nec illi
quidem poſſunt eius ſpontaneos affectus infle-
ctere, niſi is primùm conſenſum accommo-
det. At Deus, cùm ſit infinitus, ac proinde 8.
partes omnes cordis occupet, & innumeris ad
hæc iuuandi artibus inſtructus ſit, illa qua ma-
ximè decet via ac methodo, animam in quam-
libet partem ſuauiſſimè inflectit. Satis autem
fuerit ad inflammandã cœleſti ſtudio animam,
& colluſtrandum luce intellectum, ſi ſeipſum
tantiſper aperiat, atque præſentem indicet.

ET *mutaberis in virum alium.*] Sanè, in-
quit Iulius Capitolinus in Marco, ea die qua
(ab Adriano) adoptatus eſt, Verus in ſomnis
ſe humeros eburneos habere vidit: ſciſcitatúſ-
que an apti eſſent oneri ferendo, ſolito reperit
fortiores. S. Iſidor. Peluſ. lib. 2. Epiſt. 107.
Quomodo, inquit, cùm dixerit Chriſtus in pa-
rabola ſeminantis, *ſemen eſt verbum Dei*, idem
triticum in parabola zizaniorum dicit eſſe filios
Dei? nimirum quòd & verbum ſemen eſt, &

Iulius Capitolinus. S. Iſidor. Peluſ.

Digitized by Google

A item ille qoi verbum excipit, ob connexionem ſcilicet cum eo, ac velut transformationem. Per ipſum enim Chriſtus in nobis formatur: ac nos rurſum iuxta Chriſtum formamur. ob hanc enim cauſam ſemen iacitur, vt hominem ſibi aſſimilet.] Hæc Sanctus. At Vermilij quis non miretur acumen, qui hoc loco abutitur ad Euchariſtiæ oppugnationem? Cùm enim dicitur, inquit, Saulem mutandum eſſe in virum alium, nihil opus eſt, vt eum putemus fuiſſe tranſſubſtantiatum: quod miror Papiſtas tam obſtinatè contendere, quoties apud patres legunt panem in Euchariſtia conficienda mutari: quaſi nihil aliud ſit mutari, quàm tranſſubſtantiari. Ita quidem mutatur panis, vt ſit iam inſtrumentum Spiritus Sancti. B Sed iidem illi patres nos quoque aiunt mutari, & tranſelementari. Cor iſti ex illis verbis non colligunt transſubſtantiari? Cur iſtam mutationem magis in pane vrgent, & exigunt, quàm in nobis? Certè Dialecticæ regulæ hoc non ferrent. Propter quod enim aliquid dicitur tale, illud ipſum oportet eſſe magis tale. Panis enim noſtra cauſa mutatur. nos autem non tranſſubſtantiamur, multò minus trsnſſubſtantiatur panis. Hactenus Vermilius. Cuius obtuſum acumen, & ineptiſſimas fallacias quis non rideat, ſi non de periculo animarum ageretur? Nam quid illi factum dicemus, cur iſta ſecum conferre vellet? C Enimuerò præterquam quòd longè diuerſa eſt Sacramenti ratio à propherica illuſtratione, quę tandem futura eſſet Saulis mutatio ſuis coloribus Scriprura depingit. *Inſiliet*, inquit, *in te Spiritus Domini*. Deiode, *Prophetabis*. ex his poſtremò ſequitur, *& mutaberis in virum alium*. Satis igitur ipſa mutatio cuiuſmodi foret, declaratur, nec habet opus commentario, vt moneas naturâ nihil immutatum fuiſſe. Hoc namque palàm Scriptura prædicat, Saulem eatenus in alium virum commutandum eſſe, quoad noua Spiritus ſancti acceſſione frueretur, & cum aliis oracula funderet. At de pane Euchariſtico nihil tale proditum eſt, ſed accepiſſe quidem Chriſtum panem manibus ſuis, corpus autem ſuum diſcipulis præbuiſſe. At, inquis, tranſſubſtantiationem panis fieri ex patribus colligitis, & contentioſè aſſeritis, quoniã illi panem cum Chriſti corpote commutari docent. Quid opus erat noſtrum cum antiquis patribus conſenſum aliena interpretatione velle diſſoluere, D ſi potuit ex ipſis Scripturis fraudulenta interpretatio reuinci? Sed patribus ſcilicet tentas imponere poſtquam Euangelij luce oppteſſus es. Nos igitur Vermili, quod ſcriptum à tribus Euangeliſtis & Paulo Apoſtolo legimus, ſimplici fide amplectimur, & ingerimus; Panem olim à Chriſto acceptum, Corpus autem proprium exhibitum. Hæc, vt arbitror, ſcripta non negabis. tu quid voces ipſe videris: nobis cum antiquis patribus videtur conſtare non poſſe, niſi ſubſtantiæ mutatio fiat.

Vermilius Ratiocinatio ineptiſſima.

Eiuſdem confutatio.

Defenditur panis transſubſtantiatio in Euchariſtia.

Verùm ne feriò tam inepta comminiſci videreris, addis dignum patella operculum: Logicas regulas cum tranſſubſtantiariooe pugnare. His ſcilicet tu Dei potentiam definis, nec A vis amplius aliquid poſſe, quàm Dialecticis placuerit. Religioſum planè Euangeliſtam, qoi Euangeliom poſcit de bumanæ Philoſophiæ lance pendere. Verùm eſto: qua tandem fronte, aut quo pudore eiuſdem Philoſophiæ legibus præuaricaris? Quid enim profers? *Propter quod aliquid dicitur tale, illud ipſum oportet eſſe magis tale.* Hoc ſcilicet axioma eſt Dialecticorum. At dic quo ſenſu, aut in quo genere cauſæ accipias? in geoere vtique cauſæ efficientis. Neque enim alteri quicquam conferri poteſt, quod à cauſa non habeatur. Nucibus amaro cortice præditis, iiſdemque præcocibus atque immaturis ſaccharum adhibetur, vt dulceſcant, & inter bellaria B in annum coodantur. id, niſi dulce fuerit, neutiquam quæ ſuapte natura amara ſunt, dulcitudine imperriet. Rigandi ſunt ſulci vt madeant, & radices ſtirpium bumore fouendæ. id aqua, niſi primùm humida fuerit, nequaquam præſtabit. Iam verò ipſe ſol, qui gemmis & lapillis, imò & ſideribus ſplendorem conferre dicitur, quanta lucis copia vbique exuperat? Nemo mortuus aut vita carens viuentem genuerit, ſi de cauſis vniuocis agatur: nemo ſtultus ſapientem erudiuerit, niſi fortè ex occaſione: nihil quod frigeat calorem contulerit, niſi ſi ex antiperiſtaſi fiat, quomodo per hyemem probare ſole- C mus. Hæc, vt opinor, effari huius mens & interpretatio eſt, niſi formæ quoque ac materiæ ſecundum quandam analogiam accomodare volueris, ſiquidem illæ ſuo modo rationem aliquam efficientis cauſæ participant. Fini vero idem tribuere velle, qui ſolo ſui obiectu allicit potius quàm qoidquam efficiat, non mediocris dementiæ argumentum eſt. Verùm paucis abſoluamus. Panis, inqnit, propter hominem. quo in genere cauſæ conſtituis hominem? efficientis? ſcilicet, vt homo panem efficiat? Equidem ſi facturus ſit vt cauſa vniuoca, ipſe quoque talis eſſe debet: ſi vt æquiuoca, ſatis erit vim aliquam penes ſe habere qua panis fiat. At nunquam hoc dixeris. Neque enim ad hoc fidelis quiſquam ad Euchariſtiam accedit, vt panem faciat: ſed vt eo quod factum proponitur, paſcatur. Etſi verò ad conficien- D dum panem ſuas vires admoueret immutarétque, non tamen propterea vllam metamorphoſin ipſe pateretur; alioquin quoties panem concoquimus, & digerimus, toties alij à nobis efficeremur. Erit igitur homo in ordine finis collocandus, ſi quidem ad illum ex inſtitutione diuina Chriſti corporis fructus referatur. At dicis, talis homo euadere debet, qualis ipſe panis præbebitur. Eſt enim finis cuiuſque rei effectus quidam, efficientis cauſæ ſuæ imaginem referens. Quare à poſteriori, cùm homo naturam non mutet, neque panis mutare putandus eſt. Sed dic age, Euchariſtia homini quid præſtat? Nam eadem via, eodemque argumenti genere calumniam refellere paramus. vtique vitam confert æternam, & Chriſtum inhabitantem ſiſtit in nobis. Hoc ſi verum eſt, quomodo

Axioma, & eiuſdem explicatio.

ſæpe

Et mutaberis in virum alium.

ſæpe Chriſtus teſtatus eſt, ille panis neceſſe eſt alius ſit à communi. Nam triticeus certè vitam æternam largiri non poteſt. Qood ſi nihil niſi qnod ſit æternum, æternitarem donare poteſt, neque omnino quidquam præter Chriſtum, Chriſtum exhibere, neceſſe eſt, id quod in eum finem ab Euchariſtia percipitur, Deus ſit & Chriſtus. Et tamen audes eum panem, qui primùm acceptus eſt, in Chriſti corpus tranſſubſtantiatum eſſe negare.

Porrò tria iſta, inquit Vermilius, ad verbum euenerunt, vt Samuel prædixerat, vt Saulis animus de noua illa vocatione confirmaretur. Non enim id nunc agitur, vt lex à Deo lata per Moſen confirmetur. Nam ea ſatis antea confirmata fuit in Sina. In priuata antem vocatione ſi ſigna adhibita fuerint, nihil accidit abſurdi. Sic enim Gedeon confirmatus eſt vellere: ſic beata Virgo confirmata eſt, cùm audiret, *Ecce Elizabeth cognata tua pariet filium.* Verùm hoc vltimum, vt Saul motaretur in virum alium, omnium ſignorum erat longè maximum. Hîc videmus, cauſam coniunctam eſſe cum effectu. Mutatur enim Saul in alium virum, & ſtatim incipit vaticinari. Hæc Vermilius.

Vermilius.

Versvs 7.

Quando ergo euenerint ſigna hæc omnia tibi, fac quæcunque inuenerit manus tua, quia Dominus tecum eſt.

Vermilivs: Quandiu incerti ſumus de vocarione noſtra, timidè, & diffidenter agimus. Nihil eoim nobis licere arbitramur ſupra conſuetudinem aliorum hominum. Non tamen ex iſtis verbis intelligere debemus, permiſſum eſſe Sauli, vt faciat, quicquid velit: iſta propoſitio contrahenda eſt ad adminiſtrationem regni: ſcilicet, vt indicat bellum, conſcribat militem, ducat in hoſtem. Et hæc, inquit, confidenter facito, *Quia Dominus eſt tecum:* omnia rectè & feliciter ſuccedent. Hinc videmus, quàm neceſſarium nobis ſemper ſit præſidium Dei. Hæc ille. *Quæcunque inuenerit manus tua.* hoc eſt, quæcunque deinceps agenda occurrent, audacter aggredere: *Quia Dominus tecum eſt.* Idem qui te elegit atque ſacrauit, ſuis qooque opibus ac præſidiis proteget conſeruabitque. Vtere iure tuo: hoc eſt ſumma poteſtate. tenta atqoe aggredere quicquid è te eſſe viſom erit: hoc enim ius regis eſt: quod iis minimè licet, qui alterius imperio parent, etiam io vtiliſſimis. Manlij Torquati filius cùm ab hoſte prooocatus, iniuſſu patris Imperatoris manum cum hoſte conſeruiſſet, pro triumphi gloria ſupplicium tulit. Ob eandem cauſam Fabius, cùm eſſet magiſter equitum, de vita periclitatus eſt, Papyrio Dictarore neglecti impetij pœnas repoſcente. At regum poteſtas humanis legibua ſoluta eſt, nec ab alio expectat gerendi liceotiam. Hoc verbis iſtis exprimitur. In quem ſenſum Paraph. Chaldaicus etiam interpretatur, *Parato*, inquit, *tibi vaſa regni*: hoc eſt, regna & impera. Neque enim aliud regnare eſt, quàm ſummo iure reipub. conſulere, eiuſque negotia tractare.

Ius regis.

Quia Dominus tecum eſt.

Quia Dominus tecum eſt.] Ratio ad perſuadendum potentiſſima. Quid enim difficile aut arduum videri poterit, ſi Deum comitem habeamus? Qnatuor præcipuè in ſuſcipiendis expeditionibus ſpectari ſolent. Primum, ne cœptis iuſtitia deſit, nihil enim beneſit quod ab æquitate alienum eſt: alterum, vt commodum & vtilitatem parent: nam quæ inutilia, ea quoque vana habenrur. Tertium eſt, vt ſoletti prudentia maturoque iudicio gerantur. imprudentia namque & temeritas optima quæque labefactant. Poſtremò fortitudine opus eſt, vt quæ vtiliter ac ſapienter decreta ſunt, magno animo petficiantor; quòd ſi deſit, reliqua fruſtra erunt, laborque omnis incaſſum recidet. Verùm ab eo peticulo longè abſunt, qui Deum ducem ac conſultorem oacti ſunt, & eius præſidio nituntur. Nam cùm ſit ille iuſtiſſimus, nonquam ab æquitatis regula aberrare ſinet: cùm ſit optimus, noo niſi profutura ſuggeret: denique pro ſumma prudentia ac fortitudine qua pollet, & ſapientiſſimè conſulet, & impedimenta omnia amouebit, quibus conatus noſtri frangi debilitarive poſſent. Quocitca bono animo eſſe debet, quiſquis Deo autnre ac præſide ad rempub. capeſſendam accedir: nec vllum diſcrimen aut incommodum perhotreſcere, ſiquidem eius meotem Deus conſilij ſui luce perfundet, voluntatem æqoitatis ac iuſtitiæ præſidiis communiet, dexteram inuicto robore confirmabit, ac demum rebus ipſis pro ſua benignitate multiplices vtilitates inſeret, booorumque omnium copia atque vbertate cumulabit. Dauid ipſe, qui hoc ipſum re atque exitu verum comprobarat, *Dominus*, aiebar, *Illuminatio mea & ſalus mea, quem timebo?* & iterum: *Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine.* Verùm hæc de prudentia dicta ſint. Addit autem & quæ ad ioſtitiæ rationes pertineant, *Deus qui præcinxit me virtute, & poſuit immaculatam viam meam.* Quibus etiam mox de tobore ſubiicit: *Qui docet manus meas ad prælium, & ponit vt arcum æreum brachia mea.* Vtilitates florentiſſimus Reipub. ſtatua talibus rerum ſummam obtinentibus prædicat.

In ſuſcipiendis expeditionibus quatuor quædam ſpectanda ſunt.

Versvs 8.

Et deſcendes ante me in Galgala (ego quippe deſcendam ad te) vt offeras oblationem, & immoles victimas pacificas: ſeptem diebus expectabis donec veniam ad te, & oſtendam tibi quid facias.

Vermilius.

Vermilivs: Admonent Rabbini iſtos ſeptem dies non eſſe numerandos ſtatim à diſceſſu à Samuele. Poſt enim ſortibus renuntiatur rex in Maſpha: deinde mouet contra Ammonitas: poſtea agit conuentum in Galgala. Ibi Samuel reddit populo rationem adminiſtrationis ſuæ. Cumque diſcederet, iuſſit, vt Saul expectaret ſe ſeptem dies. Verùm cùm iam adeſſet dies ſeptimus, & populus inciperet dilabi, Saul, non expectato Samuele, ipſe peregit ſacrificium. Ob eam cauſam iratus eſt Samuel: & non confirmabitur, inquit, regnum in familia tua. Sed cur oportuit, illum tantò antè de iſtis ſeptem diebus præmonere? Rabbini id factum putant, vt ad promiſſionem de regno adiungeretur præceptum: ac ſi diceretur, erit firma iſta promiſſio, ſi à præcepto meo non diſceſſeris. Quæ enim hic promittit Samuel non ſuo nomine promittit, ſed Dei. Hactenus Vermilius.

Vt *offeras oblationem, & immoles victimas pacificas.*] Duo ſunt genera ſacrificiorum. Hæc quantùm inter ſe differant explicat Leuitic. liber capite 2. & 3. Oblatio incruenta erat; victimæ cruor fundebatur circa altaris crepidinem. Verùm de hoſtiis pacificis, quo ritu fierent, iam antea diſſeruimus. Oblatio earum rerum erat quæ vita carent, non omnium tamen, ſed earum præcipuè quæ in cibum parabantur, maximè vero lagani ac ſimilæ. Duo ſunt, quæ adhibere ad oblationes nefas fuit, tria iubentur apponi: thos, ſal, & oleum. Thus ſoli Deo incendebatur; reliqua Sacerdos cum Deo participabat. Adoratio namque & Dei cultus ſoli Deo debetur: oleum vero quod charitatem deſignat, & ſal, prudentiæ ſymbolum, cùm Deo hominibuſque conuerſanti in primis neceſſaria ſunt. Duobus prorſus interdicitur, fermento, & melle. Neutrum horum ſcilicet Deo hominibuſque probatur, adulatio, & hypocriſis.

De Oblatione.

Septem *dies expectabis me.*] De ſeptenarij virtutibus ac poteſtatibus multa Gellius ex Varrone libro tertio Noctium Attic. capite 10. Accuratius de eodem Clemens Alexand. libro ſexto Stromat. Philo omnium accuratiſſimè libro de mundi Opificio, & 1. Legis Allegoriarum. Pauca tantùm delibaſſe ſufficiet. Etenim, vt idem ait, ſeptenarij naturam neſcio an quis ſatis laudare queat, cùm ea ſit præſtantior, quàm vt vlla facundia exprimi poſſit. Quamnam igitur ob cauſam dicemus eum potiſſimùm numerum ad perficiendum regem Samueli placuiſſe? Quoniam, vt inquit Philo lib. de opific. hoc abſoluuntur omnia & perficiuntur. Vnde & à quibuſdam, inquit proprietatis vocabulorum ſtudioſis, abſolutorius dicitur. Quoniam in ſeptenariis, inquit Clemens loco memorato, totus mundus circumagitur, omnium quæ & viua gignuntur, & quæ naſcuntur. Id inde coniectare licet, inquit Philo, quia omne corpus quod eſt, tres habet dimenſiones, longitudinem, altitudinem & latitudinem: quatuor autem fines, punctum, lineam, ſuperficiem, ſolidum, ex quibus compoſitis conficitur ſeptenarius. Impoſſibile autem erat corpora ſeptenario metiri, iuxta illam è tribus dimenſionibus ſuiſque finibus compoſitionem, ni contigiſſet primorum numerorum ideas, videlicet vnius, duorum, trium, quatuor, in quibus fundatur denarius, in ſe complecti naturam ſeptenarij. Nam modò dicti numeri, quatuor quidem habent terminos 1. 2. 3. 4. dimenſiones verò tres, primam ab vno ad duo, ſecundam à duobus ad tertiam, tertiam à tribus ad quatuor. Præterea clariſſimè demonſtrat vim perfectiuam rerum inſitam ſeptenario, quod ad homines quoque naſcendos vim numeri iſtius porrigi pertinereque Varro ait. Nam cùm in vterum, inquit, mulieris genitale ſemen datum eſt, primis ſeptem diebus conglobatur, coagulatúrque: fitque ad capiendam figuram idoneum. Septima autem ferè hebdomade, id eſt nono & quadrageſimo die, totus, inquit, homo in vtero abſoluitur. Iam quoque vim numeri huius obſeruare refert, quod ante menſem ſeptimum, neque maſculus neque fœmina, ſalubriter ac ſecundum naturam naſci poteſt: quod ij qui iuſtiſſimè in vtero ſunt, poſt ducentos ſeptuaginta tres dies poſtquam ſunt concepti, quadrageſima denique hebdomade ita naſcuntur. Denique rationem quoque aiunt, Philo refert lib. 1. Allegor. in homine abſolui primo ſeptennio, quando iam idoneus eſt interpres vſitatorum nominum ac verborum, rationalem habitudinem ſibi comparans: item ſequenti ſeptennio ad ſummam perfectionem peruenire, nimirum ad potentiam progignendi ſui ſimilem: id quod accidit circiter annum ætatis quartumdecimum. Tertium deinde ſeptennium incrementi finis eſt. Addit & alia pleraque lectione digniſſima, quæ apud illum videri poterunt, quibus probat terrena omnia, imò & cæleſtia eo-

Septem dies expectabis me.

Philo.

De ſeptenario numero, & quare is potiſſimùm Samueli placuerit.

Clemens Alexand.

Digitized by Google

dem ſeptenario numero & conſtate & moueri A feliciter: ſed nobis vela contrahenda ſunt, ne longius ab inſtituto aberret oratio, quæ ad animi potius contemplationem traducenda eſt. Nam illud multò excellentius eſt, & noſtra ſpeculatione dignius, quòd ſeptem diuinis Sacramentis Chriſtianus ad omnem vitæ cultum ac ſtatum perficitur; quòd ſeptem myſticis ordinibus Eccleſiaſticæ Hierarchiæ ſplendor abſoluitur; quòd ipſa denique anima, totidem Spiritus Sancti dotibus ornata atque exculta, omnium virtutum chorum in ſe complectitur. Quæ cùm ita ſint, non immeritò Propheta eundem numerum, alioquin religioni à Deo conſecratum, obſeruandum duxit, cùm regis inſtitutioni ſupremam manum admoueret. B Nam primùm quidem illum vnxerat, qua ceremonia regno atque imperio conſecrare viſus eſt: deinde eundem ducta ſorte comprobatum, à populo recipi agnoſcique curauit. poſtremò etiam vires eius animúmque obiecto periculo periclitatus eſt. Quæ vbi proſperè ac feliciter ſucceſſerunt, & iam nihil vltra deſiderari poſſe videbat, quàm vt ſpectatum ſatis & exploratum conſiliis ac præceptis ſuis inſtrueret, ſeptem dies eam gratiam religioſè opperiri iubet: quæ idcirco prius quàm magiſtratum Saul iniret, imperare voluit, ne poſt abrogatum ſibi imperium iuſſio illa minus autoritatis eſſet habitura. Placuit igitur propterea eam inter pacta conditioneſque tradendi accipiendique regni referri.

Religioſorũ opera ac ſtudium in iuuandis principibus à calumnia vindicatur.

C ET *oſtendam tibi quid facias.*] A pleriſque nunc malè audiunt Religioſi, maximè qui ſunt è Societate Ieſu, quòd regibus ac principibus quid agere debeant, præſcribere conentur. Idque adeò fit quorundam ſcelere atque fallacia, quorum intereſt quàm peſſimos eſſe principes: qui cùm dolis ac periuriis innocentiam oppugnent, tam occultè cuniculos agunt, vt non pauci etiam à fraude alieni, pietati atque religioni ſuccenſeant. Quos etſi non video quæ ratio excuſare poſſit ab ingenij leuitate, cùm hæreticis aut eorum fautoribus fidem adhibeant, de religioſis autem malè ſuſpicentur: docebo tamen, ſi modò patienter ferant, quàm turpi in errore verſentur. Nam quod nonnulli grauiter & iniquo animo patiuntur, religioſos viros à principibus coli obſeruarique, ac prope D parentum loco haberi, id adeo mirum non eſt, cùm ſit illis, & eſſe debeat ea veneratio cum reliquo clero communis. Horum illi confeſſiones audiunt, & ad ſua genua procumbentes ſedulò excutiunt, duros arguunt, humiles conſolantur, faſſos abſoluunt, plectunt etiam liberali ac digna pœnitentia: deinde quibus moribus vitam inſtituant, præſcribunt, conſiliis iuuant, legibus impellunt: & poſthæc miratur quiſquam eum, qui tanta in alterum beneficia conferat, ab eodem ſuſpici atque amari poſſe. Quanta putas confeſſionis vis eſt atque potentia ad amorem venerationémque

conciliandam, quòd eius beneficio nos cum Deo in gratiam redire intelligimus, cuius nobis ita ſummè extimeſcenda eſt? Paſcunt deinde palàm ac publicè, ſicut & alij plures è Clero faciunt, principes populóſque ſalutaris verbi prædicatione: quo in genere Ieſuitæ ſumma cum laude verſantur, & ab iis etiam, quorum inuidiam iuſtis operibus meruerunt, ob eloquentiæ eruditioniſque vim maximam cupidè ac frequenter audiuntur. Hos porrò qui Euangelium prædicant quo cultu ac veneratione ſuſcipi par ſit, manifeſtè ſatis Chriſtus explicat, cùm ait: *Qui vos recipit, me recipit.* Quibus etiam mox ſubiicit: *Et qui vos ſpernit, me ſpernit: qui autem me ſpernit, ſpernit eum, qui miſit me.* Diſcite igitur poſthac religioſos viros non contemnere: aut certè vos quoque Dei contemptores agnoſcite.

Verùm his, dicet quiſpiam, nemo offenditur: ſuum ſibi tribunal habeant: circa conſcientiam regnent: à ciuilibus autem publiciſque negotiis manus abſtineant. Vehementer erras, ô amice, ſi putas hæc præ cæteris à dæmone contemni. Sed quando ita videtur, aggrediamur ad alia. Iubes, quod ille quondam apud Virgilium, *Virgilius.*

Illa ſe iactet in aula
Æolus, & clauſo ventorum carcere regnet.
Non illi imperium pelagi, ſæuumque tridentem,
Sed mihi ſorte datum.

Age igitur exploremus ſedulò, quatenus fas ſit, & deceat religioſos viros tuis legibus obtemperare. Motus hominis duplici genere continentur. Nam ſunt quos purè naturales vocant: & item alij, quos magis placuit dici humanos. Naturales eos motus dicimus, cùm arteriæ micant, aut quiſquam leniter caput ſcalpit, minimè conſcia ratione. Conſtat enim naturam, eſſe vim ſiue ratione cientem motus in corporibus neceſſarios. Hos motus neque quiſquam conſilio regit, neque imperio mouet, sed naturali prouidentiæ permittuntur. At humanos propterea regi neceſſe eſt, quòd in vtramuis partem plurimùm momenti habeant, & à voluntate noſtra eliciantur aut imperentur. Hi ex finibus ſuis in tres claſſes diſtributi ſunt. Nam aut ad Dei cultum, aut ſuiipſius, vel etiam proximi referuntur. Dei cultus religio vocatur. Proximi autem, quod ad reges ſpectat, adminiſtratio ſiue gubernatio eſt. Suipſius cultum, vitam dicamus. Et quidem quod ad proprium vitæ ſuæ inſtitutum attinet, aut etiam religionis procurationem, in his ſi quam difficultatem aut ſcrupulum principes patiantur, arbitraris omninò iuuari poſſe. Verùm in his quæ ad bella, aut lites pertinent, aut ad aliquam reipub. conſtitutionem, religioſos viros audere præbere conſilium, id verò moleſtè fers, nec hercle, ſi dicere liceat, iniuria. Nam quid religioſis cum ſeculo? quid ſacris cum profano? *Nemo militans Deo implicat ſe negotiis*

Diſtributio actuum humanorum.

Etiam in iis quæ ad Rempub. pertinent, Religioſi principum conſcientiam dirigere poſſunt.

ſecularibus, inquit Apuſtulus 2. ad Timoth. A 2. Hæc quidem tu. Sed quid ſi contra referam ex eodem Apoſtolo 1. ad Corint. 6. *Neſcitis quòd Angelos iudicabimus? quanto magis ſæcularia?* Sunt tamen, inquis, rerum imperiti, quarum vſum in repub. nullum habuerunt. ex quo fit, vt dum moruſè umnia ad ſuas illas regulas reuucant, maximas in regno ſæpe turbas faciant. At malles ſcilicer diaboli legibus cum omnibus pacem tenere. Verùm à cuntumelia abſtineamus: ad veritatem ipſam remis veliſque contendamus.

Reipub. adminiſtratio in duubus potiſſimùm conſiſtit, pace, & bello. Et belli quidem ſuſcipiendi ratiunes aliæ legitimæ, aliæ illegirimæ: gerendi quuque ratiu diuerſa eſt, iuſta nunnunquam, aliquandu etiam iniuſta. B Sed & ipſe quuque victoriæ vſus, certis legibus intra cancellus æquitatis circunſcribitur. Pacis ad hæc tempora non mediucri ſtudiu atque prudentia indigent, vt rite atque urdine adminiſtrentur. Deinde exterurum etiam, vt arbitrur, cum quibus fœdera iungas, delectus habendus eſt, ne quid ex eorum contagiune ciuium muribus labis aſpergatur. Summa item cura ac religiune magiſtratus omnes tum militares, tum ciuiles iduneis huminibus permittendi ſunt; ne quid priuatim aut publicè reſpublica eorum ſcelere detrimenti capiat. Nec minuri fide tributa imperanda ſunt, & publici patrimonij upes ac facultates vtiliter expendendæ. In his umnibus, ſi quid Princeps deliquerit, Deum uffendit, C ac proinde etiam eo numine diuinu tribunali iure ſiſtitur. Ibi nos eum verbis caſtigare fas eſt; facinus exprubrare, diuini iudicij metum incutere, lacrymas excutere, flagitium etiam moderatè vlciſci: vetare in puſterum, fidem imperare. Hæc cùm tam vera ſint, vt ne quidem neges, quæ eſt illa nuua prudentia tua, prohibere, ne quis cunſilium det, de quibus cùm acta erunt, ſententiam ferre debeat? Soluendi puteſtatem accepimus: admonendi, ne quis laqueu ſe inſerat, poteſtatem, ſi credere fas eſt, non accepimus. Profectù ſi quibuſquam cauſis interdictum nubis eſſe decet, iis vtique, quurum cugnitiu ad D conſcientiæ forum nun ſpectat. At nulla magis illi iudicio ubnoxia ſunt, quàm quibus publica ſalus euertitur. Siue igitur bellum decernendum ſit, ſiue pacis otia componenda, eorum maximè inrereſt rogare ſententiam, quibus rei geſtæ puſtea ratio reddenda eſt, & permittendum iudicium. Nam ſi hi, quibus ſumma ligandi poreſtas à Deo tributa eſt, quæ illis incunſultis patrata ſunt, reſcindi aut in integrum reſtitui iudicarint, quanta erit illa difficultas atque perturbatio? Si bellum iniuſtè ſuſceptum viſum erit, ſi prædæ reſtituendæ, ſi damna ſarcienda, ſi abrugandus indigno Magiſtratus, quî tandem tot ſe labyrinthis Princeps expediet, quus nullu negutiu vitare poruit, ſi eoſdem à quibus hæc iure patitur, in cunſilium adhibuiſſet? Neque tamen prupterea horum in teligiuſis viris vſum exercitatiunemque requires: quuniam, etſi plures ex bis tutu ſuperiuris vitæ curriculo à rebus getendis abborruerint, attamen diuini iuris ſcientiam, quæ ad ferendum de rebus iudicium ſufficit, ſtudiuſiſſimè cumpararunt. Sed ne illis quidem turbidis animi motibus, qui mentem ſulent de ſua ſede ac ſtatu dimuuere, odiu, ira, cupiditate, veriſimile eſt admodum perrurbari, quo minus verum & æquum diſpiciant, cùm iis occaſiounm facibus ac ſtimulis careant, quæ ſolent reliquus ad facinus impellere. Etenim cùm nihil hurum eus ſperare liceat, quibus plerique omnes pronu ore inhiant, ne ſimilibus quidem votis angi coufundique neceſſe eſt, quin potius compoſito ad ſerenitatem animu, iutis æquabilitatem perſpicaciſſimè recognuſcent, ac certiſſimè definient.

Nun igitur à regiis conſiliis religiuſi prorſus ablegandi ſunt, cùm manifeſtè appareat, eorum conſilia fore caſtiſſima: quæ quantum præterea vtiliratis regni negotiis allarura ſiut, vicinurum nuſtrorum, quus dudum gloriæ atque imperij æmulus patimur, ſatis exempla demonſtrant: & perpetua eurum incrementa atque felicitas, eus, qui cuntra ſentiunt, improbitatis atque dementiæ redarguunt. Verùm iiſdem fortè terminis ea conſilia circunſcribenda ſunt, quibus illi habenda cenſuerunt. Vt ſcilicet, ex iis, quæ ad Senatum Princeps efferre parat, quid iure fieri puſſit, diiudicent: Senatus autem cum principe formidine ac conſcientia ſuluti, quod è re viſum fuerit liberè ſtatuant. Erit itaque hic finis cunſiliorum noſtrorum, vt de pruppoſitis, quid cum pietare ceret conſentiatve edoceamus, decernendi verò puteſtatem iis relinquamus, quibus à Deo ſumma rerum permiſſa eſt. Quanquam ſi SS. Columbani, Leodegarij, Audoëni, Adehlardi, Bernardi, Abbunis, & aliorum plurimurum meminiſſe libeat, in difficillimis reipub. tempuribus non cunſultores modò, ſed etiam turores à regibus noſtris adhibitus fuiſſe teperiemus, & plures etiam celebriurum Munaſteriorum præfectos, decretis principum in album regiorum cunſiliariurum eſſe telatos.

Religioſi quatenus in conſilium à principibus adhibendi.

VERSVS 9.

Itaque cùm auertiſſet humerum vt abiret à Samuele, immutauit ei Deus cor aliud, & venerunt, omnia ſigna hæc in die illa.

Deus luci comparatur.

S. Baſilius.

S. Ambroſius.

DEVM lucem eſſe ex ſacris Scripturis didicimus. Illa momentu ſe explicat, & in umnem ſphæram ſuam diffundit, ſicut ducent SS. Baſilius & Ambroſius in Hexamer. ille quidem humil. 2. hic verò lib. 1. c. 9. Idque duabus præcipuè ratiunibus fieri contingit: tum quia lux nun inuenit in ſubiectu cuntrarium, à quo retardetur: tum ub pruprię naturæ excellentiam ac proprietatem. Subinde verò eadem calurem parit. Cùm ſit enim præſtantiſſima qualitas primi corporis immutantis, huc eſt cœli,

DEVS COR ALIVD.

naturæ conſentaneum fuit, vt haberet vim producendi nobiliſſimam qualitatem ex iis, quæ ſenſibus obiectæ ſunt, id eſt calorem. Porrò calore nihil potentius, aut efficacius ad rerum permutationes faciendas. Quapropter quicquid vſquam eximium ac præclarum in toto orbe natura molitur, id omne luci tribuitur. Aromata, odores, aurum ipſum quod ſuo fulgore ſolis ſpeciem æmulatur, aoro denique lapillos ac gemmas pretioſiores, luci in acceptis referimus. Denique diuini numinis perſpicua quædam & aſpectabilis imago eſt, nulla tamen parte cum ſuo prototypo conferenda.

Sapientia luci comparata inuenitur prior.

Scripſit S. Ambroſius eo loco, quem ſupra notauimus, lucis naturam non in numero, non in menſura, non in pondere eſſe, vt res cæteras à Deo creatas. B Hæc ſi ita, vt dicuntur, abſolutè intelligenda eſſent, lux teuera Dei maieſtatem proximè referret.

S. Thomas.

Verùm, vt ait D. Thomas 1. par. q. 5. non ſimpliciter accipi debent, cùm lux finitam habeat eſſentiam, & poteſtatem: ſed facta comparatione ad res materia conſtantes, ad quas omnes virtus lucis nullo diſcrimine porrigitur. Quare lucem, cùm ipſa quoque ſpecie ſua, modo, atque ordine contineatur, infinitis partibus à Deo ſuperari neceſſe eſt. Ex quo deinde ſequitur, vt lucis infuſio, quanquam ſit illa citiſſima, cum diuina energia comparata, celeritate atqoe immutandi vi haud mediocriter vincatur. Cùm itaque Deus ſuum lumen velocius in hominum mentibus explicet, quàm ſol valeat in apertum locem exponere, ingeoij quoque acumen, prudentiam atque ſolertiam, C & reliquas animi dotes ocius indiderit, quàm ille diem exprompſerit: & celerius ignorantiæ aut etiam malitiæ tenebtas diſpulerit, quàm ille noctis.

Cordis mutatio quomodo intelligenda.

IMMVTAVIT.] Quot modis homo eſſe dici poteſt, totidem etiam mutari dici poteſt. Neque enim mutari videtur aliod eſſe, qoàm aliter atque aliter ſe habere. Id verò, vt arbitror, de natura cuiuſquam affirmari nõ poteſt, cùm ſit ratio eſſentiæ vniuſmodi, & puncto, qui diuidi non poteſt, vt Philoſophi aiunt, concludatur: ſed ſi quando illa generatione, aut corruptione ſtatum alium formamque nanciſcitur, non tam mutari dicenda eſt, quàm prorſus interire. Neque enim tum prior natura remanet, ſed noua ſuccedit, vetus inducitur. Pars etiam aliqua cùm à Déo immutari dicitur, cuiuſmodi eſt illud apud Ezechiel. cap. 11. *Auferam cor lapideum, & dabo vobis cor carneum*: Non continuò credendum eſt, abdicata vetere nouam inſeri. Tametſi enim ea tes haud ſummum exuperat Iouem, attamen ex fine, quem ſibi propoſuit, ſatis mens eios percipi poteſt, de corporis metamorphoſi non eſſe loquotum, ſed eam permutationem ad mores tetuliſſe. Porrò etſi mutare corporis quoque quantitatem dicimur, ſitum item, & corporis habitum ſiue cultum, atque locum, vbi tamen de moribus agitur, de actionibus duntaxat atque habitibus intelligi mutatio poteſt. Hæc verò ſunt in intellectu quidem ignorantia, error, cæcitas, in voluntate malitia, atque improbitas, in inferiori parte animæ ira, atque libido: quæ partim A quidem firmis habitibus inhæreſcunt, partim actibus exeruntur. Hæc cum mutantur, cor etiam mutari dicitur: qooniam quæ ſunt hominis partes præcipuæ intellectus, voluntas, atqoe memoria, ſæpenumero in Scripturis cordis appellatione ſignificantur. Quemadmodum autem inducto veteri colote, tabulam flore recentium pigmentorum immutari dicimus; ad eundem modum & animam, ſi quando deletis vitiis nouum virtotis habitum induerit. Cæterùm ea viciſſitudo, non ſolùm digna viſa eſt quæ mutatio vocaretur, ſed etiam generatio: ſiquidem ſanata atq; ab omni labe expurgata per hunc modum anima Deo renaſcitur, cuius ira atque abalienatio oon tam animę mutatio cenſeri debet, quàm mors & interitus. Talis igitur B etiam Saölis mutatio fuit: etſi fortè non ab improbitate atque nequitia ad pietatis cultum & innocentiam, certè ab humilitate & imperitia ad rerum notitiam, & generoſam quandam ac principe dignam animi celſitudinem. Nos itaque dignum virum principem quærimus, Deus facit.

Vermilius.

ET *euenerunt omnia ſigna hæc.*] Vermilius: Duo priora ſigna non commemorantur, hoc autem tertium aſcribitur, quod hic Saül motatus ſit in virũ alium: omnia tamen eueniſſe quæ Samoel prædixerat, minimè dubitamus. Nunc paucis dicendum eſt, quid iſta ſingula ſibi velint.

Interpretatio eorum ſignorum quæ Sauli data ſunt.

Primùm quod aſinas audit inuentas eſſe, id facit ad confirmationem verborum Samuelis. Quod ab obuiis accipit, id argumento erat illum fore regem. C Nam reges ali debent à populo, cui vſui inſeruiunt tributa & vectigalia. Quod autem prophetat, id maximè ad rem facit. Regũ enim eſt in primis, noſſe voluntatem & arcana Dei.

Reges prophetas eſſe decet.

Itaque in Deuteronomio iubentur habere deſcriptum apud ſe librum legis. Quis autem vſus eſſe poſſet eius libri, niſi eum reges, & legerent diligenter & intelligerent? Ad illius enim libri præſcriptum oportuit adminiſtrare Rempublicam. Deinde occurrunt interdum res ita difficiles, & obſcurę, vt regem omnino oporteat diuinare: quod legimus contigiſſe Salomoni in illa muliebri controoerſia, cùm infantem poerum ſuperſtitem vtraque vindicaret, & ſuum eſſe diceret. Hîc regem oportet, ne quid temerè ſtatuat, exploratam habere voluntatem Dei. At ea nũc cognitio ab omnium principum, & regum aulis exulat. D Deus autem voluit reges ſuos prophetas eſſe, & ita legem intelligere, vt eam poſſent etiam aliis tradere. Adhæc principes, qui non prorſus abhorreant à literis, filios ſuos tradunt præceptoribus, ita vt inſtituantur ad regnum. Hoc autem Saüli accidere non potuit. Erat enim & adultæ ætatis, & literarum omnium imperitus. Quare Deus donare eum voluit ſpiritu ſuo, ne prorſus rudis veniret ad regnum.

Non tamen hoc merito Saülis tributum eſt. Nulla enim in eo fuit huiuſmodi ſanctitas: quæ ſi fuiſſet, Deus poſtea donum ſuum non renocaſſet. Tantùm confirmare Deus voluit nouam vocationem. Ita cùm Moſes elegiſſet Septuaginta Senatores, qui populi cauſas cognoſcerent, Deus dedit illis de ſpiritu Moſis, & ince-

perunt omnes propbetare. Apoſtoli quoque, cùm primùm inirent munus ſuum, & iacerent fundameota nouæ Eccleſiæ imbuti ſunt inauditis chariſmatis Spiritus ſancti. Ita enim approbari oportuit nouum miniſterium. Hactenus Vermilius. In cuios verbis vereor quod ait, ſi quæ ſanctitas in Saüle fuiſſet, Deum poſtea donum ſuum minimè fuiſſe reoocaturum: ne quis putet ad illam quam fingunt gratiæ perpetuitatem referri: nam cętera probari poſſunt. Cicero de Diuinat. Veteres vt ſapere, ſic diuinare regale ducebant.

Cicero.

Versvs 10.

Veneruntque ad prædictum collem, & ecce cuneus prophetarum obuius ei: & inſiluit ſuper eum Spiritus Domini, & prophetauit in medio eorum.

Qværi poſſet, num is quoque prophetarum cuneus à Deo de venturo rege fuiſſet admonitus, perinde vt Samuel, pridie de induſtria ac ſponte occurrens. Non arbitror, quin potius, ſi eos ſpectes, caſu in Saülem incidiſſe. Dei aurem conſilio factum eſt, vt ad horam in illos de excelſo deſcendentes Saül incurreret, & eorum choro iungeretur; vt eo miraculo attoniti, & ad viri quandam venerationem inclinati, electo mox regi atque declarato plures obſequuturos pararet. Neque enim illi poſtea in publicis comitiis, cùm de eius ſortitione ageretur, taciturí erant quæ vidiſſent: qui rumor in populum ſparſus, ad conciliandos omnium animos plurimùm valeret.

Philo.

De illis qui à Deo per ſe erudiuntur.

Et *inſiluit in eum ſpiritus.*] Philo lib. de Profugis. Hactenus, inquir, & de tertio loquuti capire, aggredimur quartum & vltimum ex propoſitis, quando non præcedente inquiſitiooo vltro ſolet occurrere inuentio. Ad huoc ordinem pertinet omnis à ſeipſo doctus ſapiens. Nec enim cogitationibus, meditationibus, laboribuſque proficit: ſed mox natus paratam inoenit ſapientiam, irroratam ſibi cœleſti pluuia, cuius meraco hauſtu exhilaratus, perpetuò temulentus eſt ebrietate ſobria, ſalua rationis integritate. Hic eſt ille, quem Iſaac vocant oracula, quem ooo tempore alio concipit, alio peperit anima. Conceptum enim, inquit, peperit, quaſi ſine tempore. Non enim homo naſcebatur, ſed mens puriſſima, ingenio magis quàm arte bona. Quamobrem genitricem eius dicuntur defeciſſe muliebria, hoc eſt conſueta, humana, & rationalia. Nouum enim boc prodit genus plus qoam rationale & verè diuinom, à ſeipſo doctum, non humanis commentis eruditum, ſed furore diuino. An ignoras, quòd Hebrææ ad partum non habent opus obſtetricibus? Pariunt autem, vt ait Moſes, priuſqoam veniant ohſtetrices, artes inquam & ſcientiæ, & à ſola oatura opitulante adiuuantur. Pulchrè autem apteque à ſeipſo doctus defioitur. Primò quod citò inuenitur. Secundò quod Deus tradidit. Siquidem quod diſcitur opus habet A longo tempore: quod ſuopte ingenio percipitur, expeditum eſt & extemporale. Illod hominem, hoc Deum præceptorem habet. Hæc Philo. Ibidem plutibus elegantiſſimè id genos à Deo repentè traditæ atque infuſæ ſapientiæ perſequitur. Et hoc quidem, inquit S. Auguſtinus lib. 2. quæſt ad S. Simpliciom quęſt. 1. in lib. Reg. non poto habere aliquid quæſtionis. *Spiritus* eoim *vult ſpirat*: Et ſpiritum propbetiæ nullarum animarum poteſt maculare contactus, *Attingit enim vbique propter ſuam munditiam.* Afficit enim omnes, non eodem modo, ſed alios per informationem ſpiritus eorundem hominum, vbi rerum demonſtrantur imagines: alios per fructum mẽtis ad intelligentiam: alios vtraque inſpiratione: alios etiam neſcientes.

S August.

Sap. 7.

Spiritus vbi vult ſpirat, & quidem variis modis.

B Per informationem ſpiritus doobus modis. Aut per ſomnium, ſicut non ſolùm plerique ſancti, ſed & Pharao & Nabuchodonoſor: vterque vidit quod nemo eorum intelligere valebat, ſed tamen vterque videre poterat. Aut per demooſtrationem in ecſtaſi, quod nonnulli Latini ſtuporem interptetantur, mirum ſi propriè, ſed vicinè tamen, cùm ſit mentis alienatio à ſenſibus corporis, vt ſpiritus hominis diuino ſpiritu aſſumptus capiendis atque intuendis imaginibus vacet: ſicut Danieli demonſtrarum eſt quod oon intelligebat, & Petro illod vas ſubmiſſum de cœlo quaruor linteis: nam & ipſe quid illa demonſtratio figuraret poſtea cognouit. Per fructum autem mentis ad intelligentiam vno modo, cùm hæc ipſa quæ demon-

Genes 41. Daniel 2. & 4.

Act. 10.

C ſtrantur imaginibus, quid ſignificent, & quo pertineant reuelantur: qoæ certior prophetia eſt, nam magis ipſam vocat Apoſtolus prophetiam, ſicut Ioſeph meruit intelligere, quod Pharao noo niſi videre, & Daniel exponit regi, quod ille cernit & neſcit. Cùm vero ita mens afficitur, vt non rerum imagines coniecturali examinatione intelligat, ſed res ipſas intueatur, ſicut intelligitur ſapientia, & iuſtitia, omniſqoe incommutabilis & diuina ſpecies, ad prophetiam de qua nunc agimus non pertinet. Vtroque autem munere prophetiæ donandi, qui & rerum imagines in ſpiritu vident, & quid valeant ſimul intelligunt: aut certè manifeſtis locutionibus in ipſa demonſtratione informantur, ſicut in Apocalypſi quædam exponuntur. Neſcientes autem afficit propbetiæ ſpiritus, ſi-

1 Ad Cor. 13.

D cut Caiphas cùm eſſet Pootifex prophetauit de Domino, quod expediret vnum moti pro tota gente, cùm aliud in verbis quę dicebat attenderet, quæ non ſe à ſeipſo dicere neſciebat. Abundant in ſanctis libris exempla: & res tuæ prudentiæ ootiſſimas loquor. Et poſt alia: Hoc autem verbo quod poſitum eſt, *Et inſiluit in eum ſpiritus*: tanqoam ex abdito diuinitatis ſecreto, repentinus ſignificatur afflatus. Horum igitur, quonam potius affectũ intelligamus Saül, ſatis apparet ex eo quod ibi ſcriptum eſt, *Conuertit Deus in Saul cor aliud.* Sic enim aliam cordis affectionem ſignificat, quia conuertendo fecit Deus, vt imaginum ſignificantium & præfigurantium capax fieret ad propheticam diuinatiooem. Hactenus S. Auguſtinus to. 4. Operum ſuorum.

Saul quo pacto afflatus.

Digitized by Google

Pauſanias.

E T *prophetauit in medio eorum.*] Quid mirum? Siquidem verum eſt, Pindarum, cùm apes dormientis labris mel alleuiſſent, tepentè Poëtam euaſiſſe? Narrat Pauſanias in Corinthiacis, Amphiaraum, cùm Phliunte noctem vnam in domo, quam dicunt Fatidicam, obdormiſſet, tametſi prius Numinis atq; literarum expettem, ſtatim diuinare cœpiſſe. Quid Glaucum memorem, quem idem in Bæoticis refert piſcatorem aliquando fuiſſe, mox tamen goſtata quadam herba inter maris Deos receptum, futura prædixiſſe?

Vermilius. Prophetia quid.

Vermilius: Prophetæ habebant quodammodo ſcholas diſcipulorum. Sed de prophetia, quoniam ea vox poſt ſæpe occurtet, hic tantum pauca attingam. Eſt ergo prophetia facultas data à Deo, afflatu Spiritus ſancti, qua ſcire poſſint arcana, & conſilia Dei, & alus exponi ad ædificationem Eccleſiæ, ſiue ea præſentia ſint, ſiue præterita, ſiue futura. Patefacit autem Deus conſilia ſua ad vtilitatem Eccleſiæ. Itaque Salomon cap. 19. Ptouerb. *Vbi non eſt prophetia*, inquit, *diſſipabitur populus.* Magnam enim vim habet prophetia, ad populom continendom in officio. Ptophetabant in muſicis inſtrumentis. Nam in 1. Paralip. capit. 25. deſignantur qui ptophetent in nablis, & citharis. Paulus cap. 14. prioris ad Corinth. docet prophetiam conferri oportere ad ædificationem. *Qui prophetat, hominibus loquitur ædificationem, & exhortationem, & cõſolationem.* Et, *Si omnes prophetent, ingrediatur autem aliquis incredulus, aut indoctus, coarguitur ab omnibus, diiudicatar ab omnibus: & ſic occulta cordis eius manifeſta fiunt, atque ita procidens in faciem adorabit Deum, confitens, quòd Deus reuera in vobis ſit.* Diabolus etiam, vt eſt ſimius Dei, habere voloit ſuos ἐνθουσιαστὰς, & Corybantas, & qui furerent ac baccharentut in Orgiis, non ad ędificatiooem, ſed ad euerſionem. Deus in Deuter. grauiter edicit, ne quis conſilium petat à mago, ariolo, ſortilego. *Ego*, inquit, *excitabo vobis prophetam, illum audietis.* Duobus aotem, inquit, ſignis ſcire poteriris, eſſe illum prophetam Dei, ſi & euenerit, quod prædixerit, & populum non inducat ad idololatriam. Scio illum locum à S. Petro in actis veriſſimè accomodari ad Chriſtum. Poteſt tamen etiam non malè intelligi de prophetis, qui à populo conſulerentur. Imò populus in Pſalmis queritur, prophetiam deſiiſſe, *Signa*, inquiunt, *noſtra non videmus.* Hodie qooque Iudæi miſerè deſtituti ſunt omni genere ptophetiæ. Sed in primitiua Eccleſia, cùm prophetia vigetet, quid diſcrimiuis erat inter prophetam & doctorem? Reſpoodeo:

Propheta & doctoris in Eccleſia primitiua diſcrimen.

Quamuis idem fuerit vtriuſque munus, tamen doctores inſtituebantur à præceptoribus: prophetæ verò ſine omni ope humana repentè afflatu Spiritus ſancti concitati loquebantur. Priores ptophetæ cum diſcipulis ſuis ibant vt ſacrum facerent, non vt animos laxarent, aut darent ſe voluptatibus. Sacrificia erant pacifica: itaque cùm cõuiuati eſſent coram Domino, redibant domum. Sed antea audiuimus, verbum Domini tempore Heli ſacerdotis fuiſſe pretioſum, hoc eſt ratum. Quomodo ergo hic commemoratur tanta turba prophetarum? Reſponderi poteſt bifariàm: vel in eo loco, quem citauimus, ſermonem non eſſe de communi afflatu ſpiritus, ſed tantum de voce Domini, quæ proficiſceretut à propitiatorio. Ea enim longo interuallo intermiſſa reuocari cœpta eſt in Samuele: vel, cùm Samuel collapſam diſciplinam reſtituiſſet, inſtauraſſe eum collegia, & ſcholas prophetarum. Idque meo iudicio melius videtur. Quamuis autem prophetæ non ita multi fuetint, multi tamen ad illos diſcipuli vndique confluebant. Pergit deinde Vermilius.

De muſica in ſacris officiis.

De muſica adhibendane ſit ad ſacra, necne dicemus aliàs. Fuit ea qoidem & in veteri teſtamento, & in primitiua Eccleſia: ſed vſitata fuit, non præcepta. Quòd ſi ſine vitio vſurpetur, reprehēdi non debet. At ſi degeneret in abuſum, non debet retineri. Qualis hodie eſt muſica papiſtarum ita fracta, laſciua, operoſa, vt per ſtrepitum ne vetbum quidem vllum intelligatur. S. Auguſt. etſi aliquos abuſus iam tum videret irrepſiſſe in muſicã Eccleſiaſticam, tamen eam tolli noluit, quòd eam putaret, quamuis aliquibus obeſſet, tamen prodeſſe plutibus. Hactenus Vermilius. Cum quo nos quoque nonnullam nonnullis in locis, mollis & effœminati cantus laſciuiam notauimus: ſed eiuſmodi morũ corruptelas nullo vnquam tempore Eccleſia ſua autoritate aut patientia probauit, tametſi fieri nequeat, vt omnes vbiq; aboſus amputet, cùm ſcriptom ſit, opus eſſe vt ſcandala oriantur. Ferunt quondam celebris Eccleſiæ Lugdunenſis Canonicum, cùm rauca voce muſicorum concentibus nbſtrepetet, rogatum, lingua fauere vellet. Verũ is abnuit, ſuo ſe vti iore, ac munere fungi dictitans. Tum indignè ferre alios, plures etiam riſo excipere. At extēplò vox de ſummo fornice intonuit, *Solus raucus auditur.* Quo miraculo factum eſt, vt ibidem in poſterum modi omnes numerique muſici conticeſcerent.

Quæſtionem de cantu & muſica Vermilius in alium locum diſtulit. Quòd ſi cui fortè moleſtum eſt tantiſper differri, Iacobi Pamelij Cõment. cõſulat in l. S. Cypriani de Oratione Dominica num. 6. Hunc olim morem fuiſſe Orientalium Monachorũ, vt adeuntes ad ſe Hymnis & Pſalmis exciperent, plures teſtantur qui res eorum geſtas ſcripſerũt. Conſtantinopoli cùm aliquãdo Arij ſectatores impia & ſacrilega carmina publicè canerent, S. Ioan. Chryſoſt. ſicut à S. Simeone Metaphr. refertur in eius vita, veritus ne plures è plebe eo lenocinio tanquam Sirenum cantibus caperentur, pios ipſe Hymnos & Orthodoxam fidem redolentes contra oppoſoit, quibus illorum inſanas voces obtunderet. Qoem concentum cùm illi haud magis ferre poſſent quàm tigris muſicam, paritet vt fera illa in rabiem acti, lapidibus appetunt quos iure coërcere non poterãt: quæ res eorum cantilenis exitio fuit. Siquidem cùm inter cæteros etiam Imperatricis Eunuchum grauiter vulneraſſent, decreto principis perpetuo ſilentio damnati ſunt.

A

VERSVS 11.

Videntes autem omnes qui nouerant eum heri & nudiuſtertius, quòd eſſet cum prophetis, & prophetaret, dixerunt ad inuicem: Quænam res accidit filio Cis? Num & Saül inter prophetas?

VERMILIVS: Non potuerunt iſti prophetæ non vehementer mirari, cùm viderent hominem agaſonem ita repentè vnà ſecum prophetare. Miratur etiam populus repentinum factum: *Quid*, inquit, *accidit filio Cis?* B *Num & Saul inter prophetas?* Nunquam, inquiunt, tale quippiam fando auditum eſt. Hæc Vermilius. Scilicet, *Nemo propheta meritum honorem conſequitur in patria ſua*. Ita enim Chriſtus. De quo item Nazareni ciues ſui, *Quomodo hic literas ſcit cùm non didicerit? Vnde huic tanta ſapientia? Nunquid non ipſe eſt filius fabri?* Et plura, quæ in eandem ſententiam Euangeliſtæ memorant. Quòd ſi quis rationem quærat, quamobrem hoc ita fieri opinemur, multæ quidem cauſæ occurrunt, ſed paucas duntaxat indicaſſe

Nemo propheta in patria.

1. Ratio. ſufficiet. Primùm enim ciues inuidia torquentur, cùm eum, quem ſibi æqualem ſemper habuerunt, aut etiam inferiorem, anteferri vident,

2. ſe ponè relinqui. Deinde vix eſt, vt quiſpiam tam beatos parentes nactus ſit, qui non aliqua C ſimultate quandoque conflictati ſint. Atqui nihil æquè officit ſanctitatis cuiuſquam famæ & exiſtimationi, vt litis & inimicitiarum etiam iu-

3. ſtiſſima contentio. Ad hæc primæ ætatis rudimenta perpetuò meminerunt, quorum occaſione iis, quæ præter ſpem & expectationem ac-

4. ciderunt, cum pertinacia detrahunt. Poſtremò familiaritas quandoque cum illis vſurpata, contemptum parit: qui ſeueritate ſapientię, tametſi multis humanitatis condimentis mitigata, irritatur potius quàm reprimitur. Sed nihil ſic odium inuidiamque prouocat, vt illapſa diuinitus ſapientia; quæ cū alios mores afferat quàm qui placere olim ſolebant, citò in hominum offenſionem incurrit: & quia incrementi cauſa latet, nec labore atq; induſtria paratur, propterea etiam haud facilè fidem inuenit, ſed doli, ma- D chinæ, fallaciæ, aut etiam præſtigiæ magicæ eſſe creduntur. *In principe*, aiebant, *dæmoniorum eijcit dæmonia*. Stupentes igitur atque attoniti qui Saülem olim nouerant, quærebant inter ſe, *Quæ res accidit filio Cis?* En prophetat, cùm tamen nunquam antea cum prophetis verſatus ſit. Sed quid mirum, ſi homo Dei numine afflatus vaticinetur, cùm marmorea Memnonis imago, prima adhuc luce ſolis radiis icta, tenidentibus oculis loqueretur, vti experientia

Philoſtrat. comperiſſe Apollonium refert Philoſtratus in eius vita lib. 6. cap. 3.

VERSVS 12.

Reſponditque alius ad alterum, dicens: Et quis pater eorum? propterea verſum eſt in prouerbium: Num & Saül inter prophetas?

ET *quis pater eorum?*] Vermilius: Hoc additur tanquam ſubiectum ab altero. Dupliciter autem exponi poteſt. Vel, vt pater ſit ſpiritus Dei, qui prophetas afflauit: vt ſi diceretur, Miramini Saülem prophetare? Quis ergo iſtis alteris prophetis dedit donum prophetię? Quis illorum pater fuit? Quis docuit? Quis inſtituit? Quis afflauit iſtos, an non potuit etiam idem afflare Saülem? Vel vt pater referatur ad eum, qui Saülem & illos alteros procreauit: vt ſententia ſit, iſti prophetæ an patres etiam habuere prophetas? Non ſanè. Quid ergo mirum eſt, ſi Saül prophetet? Iſta enim facultas non ducitur à patribus. Sunt tamen, qui hunc locum aliter etiam interpretentur, ad hunc modum. Quis pater eſt illorum: hoc eſt, Saül ita doctè ac ſcienter prophetat, vt eſſe poſſit pater, & præceptor iſtorum omnium. Hæc Vermilius.

Vermilius.

Tacitus libr. 2. Annal. cap. 9. de Germanico Cæſare agens. Relegit, inquit, Aſiam appulitque Colophona, vt Clarij Apollinis oraculo vteretur. Non fœmina illic, vt apud Delphos, ſed certis è familiis & fermè Mileto accitos ſacerdos, numerum modo conſultantium & nomina audit: tum in ſpecum digreſſus, hauſta fontis arcani aqua, ignarus plerumque literarum & carminum, edit reſponſa, verſibus compoſitis ſuper rebus, quas quis mente concipit, & ferebatur, Germanico per ambages, vt mos Oraculis, maturum exitium cecinſſe.] Quibus legibus apud Indos ad ſapientiæ ſtudium, & in prophetarum chorum tyrones admittetentur, tradit Philoſtratus ex colloquio Phraotis Regis cum Apollonio, vitæ eiuſdem libr. 2. cap. 9. Et primùm quidem neceſſe eſt, inquit, Philoſophiæ illius candidatum, cùm ad annum 18. propè acceſſerit (nam ſuperiorem ætatem infantia contineri autumant) ad Hyphaſim fluuium deduci, ibique publicè apud quoſdam, quibus ea cura mandata eſt, votum illud ſuum profiteri, eo conſilio, vt intercedendi cuique poteſtas ſit, ne qua ille vitij labe aſperſus, prima huius diſciplinæ rudimenta commaculet. Habetur autem ratio non morum tantùm ac vitæ illius, verum etiam patris ac maiorū, repetito ab auis atq; atauis examine, quos niſi ſceleris puros atque infamię expertes certis teſtimoniis approbauerit, repulſam patitur. Multiplicibus deinde experimentis eiuſdem animum explorant, ne qua fortè ſimulatione ſibi vtendum duxerit. Quæ vbi feliciter omnia proceſſere, Phyſiognomonibus etiam committunt, qui ſe profitentur hominū mores, naturaſque ex corpore, oculis, vultu, fronte, pernoſcere: ac ſic demum omnia in acta referunt, quæ publicè ac religioſè aſſeruantur. Hæc omnia ex Philoſtrato.

Tacitus. *Habita ratio parentum in vatibus & ſapientia candidatis.*

Philoſtrat.

Quæ nos quoque decet obſeruare in delectu ſacræ militiæ tyronum: ingenium ſiquidem & mores eligimus; quæ Deus negarit, ea tribuere non poſſumus. At Deus ipſe cùm poſſit omnia, plures, quos neque fortuna extulit, neque labor illuſtrauit, non genus prouexit, repentè ſummis muneribus exornauit.

Et *verſum eſt in Prouerbium: Num & Saul inter prophetas?*] Græci εἰς παραβολήν. Pagninus, Vatablus, Vermilius, & interpres paraph. Chaldaicæ, in parabolam. Melius interpres noſter, in prouerbium. Quanquam enim vtriuſque vocis ſignificatio confundi nonnunquam videatur, & nomen ipſum מָשָׁל *maſchal* apud Hebræos vtrumque ſignificet, vt docemur Ezechiel. cap. 18. verſ. 3. his verbis: *Quid eſt quod parabolam vertitis in prouerbium?* Nam pro vtroque vox vna eſt מָשָׁל: & Græcis item παροιμία quandoque pro parabola ſumatur; nam quo loco legimus Ioann. 6. *Hæc in parabolis locutus ſum vobis, &, tempus erit, cùm iam non in parabolis loquar vobis*, S. Baſilius vtrobique legit in parœmiis: attamen non paruo diſcrimine ſi quis diligentius excutiat, prouerbium à parabola diſtinguitur. Parabola ſiquidem Clementi Alexand. 6. Stromat. oratio eſt ab aliquo non proprio quidem, ſed quod eſt ſimile proprio, ad id quod eſt verum & proprium deducens eum qui intelligit. Aut, vt dicunt, inquit, aliqui dictio quæ per alia, ea quæ propriè dicuntur, oſtendit cum efficacia.] Idem ſentit S. Athanaſ. in Synopſi lib. 14. in Prouerbia Salom. Dicuntur, inquit, parabolæ, ſermones, qui velut imagines ſunt eorum, quæ dicuntur. Ex ipſis namque propter ſimilitudinem, quod dicitur intelligitur.] Parabola certè ἀπὸ τοῦ παραβάλλειν, quod comparare eſt, dicta eſt.

S. Baſilius.

Diſcrimen inter parabolam & prouerbium.

Clemens Alexand.

S. Athanaſius.

Parabolarum Euangelicarum Origenes initio homil. de theſauro in agro abſcondito in Matth. cap. 13. Duplex genus eſſe voluit: ſed quibus indiciis deprehendi poſſent, non ſatis explicuit. Non enim ſatisfacit, quod ait, alias quidem turbis, alias Apoſtolis proponi, vt variari ſpecie intelligamus. S. Ioannes Damaſc. Orat. de fidelibus defunctis, quamtumuis neget Billius in ſcholiis numero 47. tres ſpecies parabolarum eſſe ſtatuit: earum rerum ſcilicet quæ contigerunt, aut contingere poſſunt, aut certè veriſſimis argumentis nituntur. Parabola diuitis inhumani & Lazari pauperis, eſt earum rerũ quæ olim contigerant. Nepotis illius prodigi, vinitorumq; filiũ patrisfamilias interimẽtium, earũ rerũ quæ accidere poterant. Oratio, qua ferus & immitis epulo inter flammarũ vortices æſtuans, Abraham pro aqua interpellat, & fremitus ille atque indignatio operarũ murmurantium, quòd æquata mercede pariter denarium accepiſſent, qui hora vna opus fecerant, vt qui totum diem in excolenda vinea laborauerant, vtraque, inquam, hæc parabola, tertium quoddam genus conſtituunt, earum rerum, quę neque aliquando fuerunt, neque verò eſſe poſſunt, ratione tamen niti videntur: ſic planè, vt niſi conditio ipſa ſtatus, humanam rationem exuperans, impediret, humanitus ſequerentur.

Origenes.

S. Ioan. Damaſc.

Triplex genus parabolarum.

A Et hæc quidem de parabolis. Ex quibus ſequitur, hiſtoriam Saulis, cùm ſit inſignis, & ab humilibus initiis orſa ingẽtes præter ſpem exitus habuerit, ſi ad diuerſa trahatur, parabolam dici poſſe.

Hiſtoria Saulis vt parabola dici poteſt.

Verùm hic narratio nulla proponitur, ſed breui ſententia obſcurè quid innuitur, quod vulgò ferant. Quæ ratio magis ad parœmiam accedit. Parœmia enim ſententia eſt, quæ in ore omnium verſatur. Hanc obſcuram eſſe vult ſanctus Athanaſius, & ad hunc modum definit ex quorundam ſententia, vt ſit dictum parodium, ab vno aliquo ad multa tranſumptum. S. Baſilius homil. in principium Prouerb. docet eſſe verbum vſu multorum tritum, & quod à paucis ad plura ſimilia transferri poteſt. Inde B autem dictam parœmiam autumat, quòd in triuiis plurimùm vſurpetur. Oemns enim apud exteros, inquit, via dicitur. Vnde parœmia quaſi iuxta viam.] Certè apud Latinos Adagium hinc dicitur, teſte Varrone, quaſi circumagiũ, quia per ora omnium circumagatur. Antiquiſſimam prouerbiorum originem S. Athanaſius in Synopſi tradit his verbis. Eſt autem inde dicta parœmia, quòd præter vias, tales ſententiæ conſcribi ſolitæ fuerint, ad correctionem & doctrinam eorum qui itinera conficiebant. Præter vias autem ſcribebantur, propterea quòd non omnes veritatis ſermones capiebãt, vt vel ij qui in itinere erant, & affixas videbant, quæ ſcripta eſſent exquirerent, atque ita erudirentur homines. Hactenus S. Athanaſius. C *Verſum eſt igitur in parœmiam.* Quòd ſi parabolam magis probamus, intelligi etiam poſſet Saulem cùm præter opinionem in choro prophetarum cerneretur, ab iis, qui eum nouerant, fuiſſe ludibrio habitum. Imperitis ſiquidem digna res irriſione viſa eſt agaſonem repentè in cuneum prophetarum irrupiſſe. *Et factus ſum*, Dauid aiebat, *illis in parabolam.* Eſt enim parabola, vt docet S. Ioan. Chryſoſtomus, loquela, exemplum, & exprobratio, aut opprobrium, vt quãdo dicitur Pſal. 43. *Poſuiſti nos in parabolam in gentibus, commotionem capitis in populis.*] Vox ipſa Hebraica à verbo מָשַׁל *maſchal*, quod non tantùm parabolicè loqui ſignificat, ſed etiam dominari & præeſſe: nec arbitror tantum miraculum ad conſequendum principatum Sauli D parum contuliſſe.

Magis ad parœmiam accedit hæc ſententia.

Quid parœmia.

S. Athan in Synopſi li. 14 in Prouerb. Salom.

S. Baſilius.

Adagium.

Origo parœmiarum.

S. Ioann. Chryſ To. 1. in homil. in Pſal 48.

Audite hæc omnes gentes.

Nvm *& Saul inter prophetas?* Huius interpretatio pendet à ſuperiore ſententia, *& quis pater eorum?* Perinde enim vt illam intellexeris, ſic quoque prouerbium iſtud expones. Videtur autem in eos dici, qui cùm nullo ſplendore vitæ, nulla commendatione famæ, nulla commendatione maiorum eluceant, homines per ſe cogniti, ignobiles, ſine virtute, ſine ingenio, vita etiam contempta & ſordida, tamen ad ſummam dignitatem euehuntur. Hinc nos igitur diſcere poſſumus, nullam eſſe tam humilem & abiectam conditionem, quam Deus ad ſummum ſapientiæ faſtigium excitare non poſſit: ac proinde etiam in infimis & obſcuriſſimis perſonis diuina munera eſſe reuerenda.

Vſus prouerbij.

Digitized by Google

CASSAVIT AVTEM PROPHETARE

VERSVS 13.

Ceſſauit autem prophetare, & venit ad excelſum.

CONTRA Numeri 11. de Septuaginta ſenibus, *Cùm*, inquit, *requieuiſſet in eis ſpiritus, prophetauerunt, nec vltra ceſſauerunt*. In quem tamen locum Fagius hæc notauit. Verhum Hebraicum quod ibi ponitur, æquiuocum eſt, addere, agere, & ceſſare ſignificans. Vnde vtroque modo legitur ab Hebræis. Quidam enim ſic legunt: *Prophetabant, & non addebant amplius*: hoc eſt, tantùm hoc die prophetarunt, & non amplius: quo ſenſu veteres Hebræi accipiunt, teſte etiam Kimhi in radicibus ſuis. Alij verò pro ceſſare exponunt, quos ſequutus eſt Onkelus. vt ſit ſenſus, quòd ab hoc die non amplius deſtituerit eos ſpiritus prophetiæ, quandiu præfuerint populo. Priorem ſententiam ſequuti ſunt Septuaginta, qui verterunt, καὶ ἐπροφήτευσαν, καὶ οὐκ ἔτι προσέθεντο. id eſt, *Prophetauerunt, & non amplius addiderunt*. Poſteriorem verò vulgata tranſlatio, quæ habet, *Prophetauerunt nec vltra ceſſauerunt*. Hæc Fagius. Hoc verò loco nulla eſt verbi amphibolia, nec quiſquam diſſentit à vulgata editione: ſed omnes deſiiſſe, Saulem à prophetandi munere aut loquuntur, aut intelligunt.

Paulus Fagius.

S. Auguſt. *Qualis in Saule prophetia.*

Qua de re S. Auguſtinus lib. 2. quæſt. ad S. Simplicium quæſt. 1. tomo 4. Tantum autem diſtat, inquit, inter prophetiam prophetarum, ſicut Eſaias, ſicut Hieremias, & cæteri huiuſmodi fuerunt, atque iſtam trãſitoriam quæ in Saul apparuit: quantum diſtat inter loquelam humanam quam loquuntur homines: & cum eadem loquela humana propter neceſſariũ prodigium aſina loquuta eſt, in qua ſedebat Balaam propheta: accepit enim hoc ad tempus illud iumentum, vt Deus quod ſtatuerat demonſtraret, non vt habitu perpetuo beſtia loqueretur. Aut ſi hoc exemplum maiore differentia remotum eſt, multo minus mirandum eſt homini reprobo datam fuiſſe ad momentum temporis, affectu tranſitorio prophetiam, quando ille dederat, qui & aſinam cùm voluit loqui fecit. Magis enim diſtat pecus ab homine, quàm homo reprobus ab electis, ſed tamen hominibus. Nõ enim ſi quiſquam dixerit aliquid, quod ad ſapientiam pertinet, continuò ſapiens exiſtimandus eſt: ſicut nec quiſquam ſi aliquando prophetauerit, iam inter prophetas numeratur: cũ & Dominus in Euangelio dicat quoſdam cum gaudio verbum excipere, & radicis altitudinem non habere, ſed eſſe temporales. Ideoque ſicut conſequens indicat lectio, factum eſt in parabolam, *& Saul inter prophetas*. Hoc igitur mirari deſinamus, cùm in hominibus apparet diuinitus aliquid, quorum vel meritum vel habitum excedit, cùm fortè vult Deus cuiuſdam ſignificationis gratia tale aliquid demonſtrari. Si autem hoc mouet, quòd poſtea Saul malo ſpiritu inuadente præfocabatur, qui prius prophetiæ ſpiritum acceperat, neque hoc mirandum eſt. Illud enim factum eſt ex diſpenſatione aliquid ſignificandi, hoc ex merito vindicandi. Nec mouere nos debent hæc alternantia in animo humano, hoc eſt in creatura mutabili, præſertim cùm eo tempore, quo caro corruptibilis mortaliſque portatur. Aut non videmus in ipſo Petro, vt indicat Euangelium, extitiſſe tantam confeſſionem, vt audire meruerit, *Beatus es Simon Barjona, quia non reuelauit tibi caro & ſanguis, ſed pater meus qui in cælis eſt*. Et paulò poſt tam carnaliter eum de Domini paſſione ſenſiſſe, vt ſtatim audiret, *Vade poſt me Satanas, ſcandalum mihi, non enim ſapis quæ Dei ſunt, ſed quæ hominum*. Et fortaſſe aliquanto interius intelligentibus, tantum valet ad viſa illa mentis hæc differentia, qua Petrus primò intellexit patre reuelante, quod filius Dei eſſet Chriſtus, & poſtea ne moreretur extimuit: quantum valet ad diſtinguẽda viſa quæ in ſpiritu hominis alienata mente imaginariè fiunt, reuelatio prophetiæ, qua primò afflatus eſt Saul, & commixtio ſpiritus mali quo poſtea premebatur. Hæc S. Auguſtin. Qui quidem quid extemporalis illa & præceps Saulis prophetia deſignarit, non indicat: poteſt autem ſi mores ſpectes, docere reges, neceſſariam eſſe ad regni adminiſtrationem prophetiam, quam nec ille à ſe vnctis denegat: verùm ni ſedulo excolatur, ſtatim effluit & prauis moribus, ſuperbia, inuidia, diuinarumque legum cõtemptu extinguitur. Quod ſi myſticum ſenſum præterea deſideras, videtur Saul veteris Synagogæ typum præ ſe tuliſſe. Quæ primùm quidem ampliſſimis prophetiæ muneribus decorata eſt, cùm eſſet obſcuris initiis & ſeruili conditione orta: poſterius vero pro ſuis maximis in Chriſtum ſceleribus, iiſdem dotibus orbata, ob naſcentem Eccleſiam liuore contabuit.

Numeri 22.

Matth. 13.

Matth. 16.

Tropoleg.

Allegoria.

VERSVS 14.

Dixitque patruus Saul ad eum, & ad puerum eius: Quo abiſtis? Qui reſponderunt: Quærere aſinas: quas cùm non reperiſſemus, venimus ad Samuelem.

VERSVS 15.

Et dixit ei patruus ſuus: Indica mihi quid dixerit tibi Samuel.

VERSVS 16.

Et ait Saul ad patruum ſuum: Indicauit nobis quia inuentæ eſſent aſinæ. De ſermone autem regni non indicauit ei quem locutus ei fuerat Samuel.

Vermilius.

VERMILIVS: Quidam putant hunc collem eſſe Gabaa, atque ibi Saulem conueniſſe patruum ſuum, cùm iam veniſſet domum. Alij putant, fuiſſe potius Cariathiarim, & eò patruum Saulis veniſſe, vt ſacra faceret. Alij

putant eſſe conciſam, & contractam orationẽ: A & deeſſe quod expleat ſenrentiam: ac ſi diceretur, primùm illum abiiſſe in Gabaa, deinde domum. Hæc Vermilius. Ioterrogar patruus reduces, & vnde veniant ſciſcitatur. Magna quõdam fuit patrui autoritas in fratris filios. Vnde eſt illud Perſij, cùm ſapimus patruos. Horum maximè apud Romanos patrui curam gerebãt, & educationi atque inſtitutioni præerant. Itaque cùm eos etſi non ita procul à paterno lare, peregrè tamen redeuntes offeodiſſet, itineris rationem poſtulat, & maiote diſcendi cupiditate incenditur, poſtquam eos Samuelem conſuluiſſe didicit. Rogat igitur illũ velint oraculi facere participem. Reuera enim eorũ quæ ſupra naturam eſſe feruntur, aut etiam tara ſunt, homines diſcendi maxima cupido tenet. Patruo B Saul de aſinis tantùm reſpondet: reliqua ſilentio premit; quòd officij ſui minimè eſſe duceret de iis, quæ ad eum noo pertinerent, rationem reddere. Satis enim fuerat profectionis ſuæ cauſam aperuiſſe, & quid in eundem finem à Samuele reuelatum eſſet indicaſſe. Cætera maioris erant momenti, quàm vt carnis & ſanguinis neceſſitudini deberentur.

Quæ parentibus debeamus, quæ item religioſo negari poſſunt.

Parentibus itaque ea quæ ad familiæ neceſſariã adminiſtrationẽ requiruntur, ſedulò præſtãda ſint, nec in his quæ eorũ imperio ſubduntur, ambagibus veritatẽ occulere licet: at ſi de his quoque inquirant, quę abſque arbitris oobis cũ Deo geruntur, aot ab eodẽ ob cultus ſui amplificationẽ imperantur, ea carnalibus parentibus C prodere haud quaquã eſt neceſſariũ, niſi ſi fortè ſperẽtur opem allaturi. Quod tametſi innomeris ſanctorũ exemplis probari qneat, qui nemine ſuorũ conſcio paternas domos reliquerũt, & ad religioſam palæſtrã ſe cõtulerunt, nõ tamen neceſſariũ fore viſum eſt, cùm ſatis ſit vel vnius Chriſti Domini factũ perpendere: qui cũ prius clã ſanctiſſima matre Hieroſolymis reſtitiſſet, tum inde ab eadem inuentus, & rationẽ poſtulatus eſſet, reſpondit: *Neſciebatis quòd in his quæ patris mei ſunt, oportet me eſſe?* Quã periculosè autem huius conſcientiæ ſecretũ parentibus retegatur, id argumento eſt, quòd idem repertus templo domum abducitur, tametſi ſanctiſſimæ pareoti nuſquam religio defuerit: ſed hactenus, vt indicat Euangeliſta, ſatis quid diceretur non D percipiebat. Parnit autẽ, quoniã necdũ pobertatis annos egreſſus, eã matri obedientiã denegare noluit, quã pueri eatenus pręſtare tenẽtur.

R. Salom. R. Salomon, inquit Vermilius, ait eũ verecũdia tacuiſſe de regno, ne aut vanus, aut ambitioſus videretur. Verũ ille afflatus ſpiritu Dei ſciebat arcana regnorũ oõ eſſe effutienda. Multa enim mala ſæpe acciderunt rebuſpublicis ex eo qnod cõſilia emanarint. At illis tamen prodenda ſunt cõſilia, quorũ intereſt ea ſcire. Alioqui enim ex Ariſtocratia faceremus oligarchiam. Nam poſtea aliquot turbulenti ex populo, cœperũt indignè ferre, & exclamare, an erit Saul rex noſter? Quid illi feciſſent, ſi iſta conſilia olfacere potuiſſent? Ad hoc cogitabat Saul, ſe arbitris remotis, conſecratũ fuiſſe à Samuele. Itaq; tacendum eſſe. Cbriſtus quoque ſeruator noſter iuſſit transfigurationẽ ſuam ad tempus taceri.

Versvs 17.

Et conuocauit Samuel populum ad Dominum in Maſphat.

Vermilivs: Hic videmus ſeptem illos dies non eſſe accipiendos ſtatim à diſceſſu à Samuele. Nam declaratus rex in Maſphat ſtatim eduxit exercitũ in Ammonitas, & poſtea vocat populum in Galgala. Apparet ex lib. Ioſue, Maſphat fuiſſe locum celebrem & aptum agendis conuentibus. Eò enim ſępe vocata ſunt populi comitia. Vocat Samuel populũ ad Dominum: non quòd ibi eſſet arca Domini: nam ea erat in Cariathiarim. Sic in lib. Iudic. populns vocatut ad Dominũ in Maſpha, cùm arca Domini eſſet in Silo. Quare Samuel hic vocat populum ad Domioum, quòd nihil acturus eſſet, niſi ex ſententia & voluntate Domini? Dimiſerat populum Samuel antea, vt irent in ſua quiſque tabernacula. Nunc eos reuocat, vt audiant, quid Dominus reſpondeat. Hæc Vermilius. De Comitiis publicis, & eotum conuocatione iam antea diſſeruimus.

Versvs 18.

Et ait ad filios Iſraël: hæc dicit Dominus Deus Iſraël: Ego eduxi Iſraël de Ægypto, & erui vos de manu Ægyptiorum, & de manu omnium regum qui affligebant vos.

Cvm vellet illius beneficij refricare memoriam, quo eos quondam indigna ſeruitute oppreſſos, Deus ex Ægypto liberauit, commodè eo nomine Samuel vſus eſt, quo tum primùm Moſes patres eorum compellauit dicens: יְהוָה *Dominus Deus patrum veſtrorum.* Exod. cap. 3. ver. 15. Nam ab eodem prorſus Samuel hîc quoque orationem ſuam orditur. Illud vero Græci tetragrammaton vocant. De cuius nominis ſignificatione atque myſteriis plerique Catholici ſcriptores accuratè ſcripſerunt, quæ paſſim apud eos leguntur. Nonnulla nos ex Fagio referemus, quoniam illius lectione noſtris, ob hæreſis contagionam, Eccleſiaſtica lege interdictum eſt. Ille igitur in Exodi c. 3. ad hunc modum interpretatur: *Ero qui ero*: & ſubiicit: Septuaginta, & autor vulgatæ editionis Latinæ, hæc in præſenti tranſtulerunt, *ego ſum qui ſum*: freqnens enim admodum eſt in Hebraiſmo, futurum pro pręſenti poni. Teneot autem commentatores cùm Hebræi, tum etiã noſtri, iſta loquurione, æternitatem Dei ſignificari. Futurum enim tria tempora cõplectitur: ſicut & Thalmudiſtæ dicont, verbum אֶהְיֶה *eheieh* ero, trinm temporum differentias in ſe cõtinere præteriti, præſentis, & futuri, fui, ſum, & ero. Adſeruntque eo innui, ſummã, omnimo-

Fagius. Nominis יְהוָה *expoſitio. Ego ſum qui ſum, ſiue ego ero qui ero.*

HÆC OSCIT DOMINVS DAVS SRAEL.

dam,& ſempiternã Dei ſtabilitatẽ, qui ſemper A fuit,eſt, & erit. Cui ſententiæ non malus autor apud Hebræos Nehemanides quoque accedit. Sic enim ſcribit in hunc locũ. Deus eſt illa exiſtentia,vel ſubſiſtentia, quæ nec præteriit, nec præteribit, &c. Hoc eſt, eſt Deus ſemper,qui nunquã cœpit,nec vnquã deſinit,ſed trãſcendit omnem rationẽ temporis, & qui ſolus dicere poteſt, *Sum vel ero.* Eſt enim ipſe omnis eſſentiæ atque vitæ fons & plenitudo, à quo omnia quæ ſunt, habent eſſe quod ſunt. Quia igitur æternitas nullis finibus comprehenditur, ideo nullo tempore deſcribi poteſt; quo fit vt rectè vocetur, *Qui eſt, Qui fuit, Qui erit.* Nam omnia tempora cùm de Deo loquimur, cõfunduntur. Nomen hoc Græcè expreſſit Ioannes Apoc. 1. cap. cùm dixit, *ἀπὸ τοῦ ὁ ὢν, ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος.* B i. *ab eo qui eſt, qui erat, & qui erit.* Rab. Hiſkuni ex recentioribus Hebræorum commentatoribus, hunc locum ſic explicat, vt primum אֶהְיֶה *eheieh ero*, ſit nomen Dei, alterum vero אֲשֶׁר אֶהְיֶה *aſcher eheieh qui ero*, ſit eius expoſitio. Quaſi dicat Moſes. Nomen meum eſt *ero*: ratio. Quia ero in ſæcula ſæculorum, abſque fine. Dein, quia ero etiam vobiſcum, vt redimam vos à tyrannide Ægyptiorum. Sunt etiam plerique Hebræorum in ea ſententia, quòd Deus hoc ſermone ad Moſen, non tantùm æternitatem ſuam indicare voluerit, ſed ſimul quoque indicare, ſe populo ſuo præſentem fore ſua ope diuina, non tantùm in hac præſenti tribulatione, ſed & in omnibus aliis C adhuc futuris calamitatibus. Ideoque repeti verbum אֶהְיֶה *eheieh ero*. Vnde & Rab. Salomon ſic exponit: Ero cum eis in præſenti tribulatione, qui ero cum eis in afflictione reliquorum regnorum. Hactenus Fagius. Stenchus porrò in 3. item Exodi probat Dei nomen, quod in eodem capite אֶהְיֶה *eheieh* dicitur, non aliud eſſe ab eo, quod eiuſdem lib. cap. 6. & hîc quoque 10. 1. Regum *Adonai*, ſiue יְהֹוָה *iehouah* dicitur. Eſt enim vox, vt ait, futuri temporis verbi ſubſtantiui. Nam prima vox eius verbi eſt: הוה hoc eſt, fuit: cui in futuro tertiæ perſonæ additur *iod*, fitque, יהוה id eſt *erit*: atque ipſum eſt nomen tetragrammaton, duntaxat protracta *iod*, vt fiat *vau*. Putoque olim loco eius quod nunc eſt *vau*, D fuiſſe *iod*: faciliſque eſt à *iod*, ad *vau* tranſitus, propter maximam affinitatem. Atque ex hoc Exodi loco, natum puto nomen tetragrammaton. Nomen ſcilicet, quo ſeipſam diuinitas appellauit, ab eſſendo: vtque hoc clarius percipias, vbi in noſtra editione habetur, *Dixitque iterum Dominus ad Moſen, Dominus Deus patrum veſtrorum, Deus Abraham*, &c. Hebraicè in ipſo exordio punitur יְהֹוָה *iehouah*, hoc eſt nomen tetragrammaton, id eſt, *qui eſt*, *Deus patrum veſtrorum*: deinde ſubdit, *hoc nomen mihi eſt in æternum.* Neque de alio nomine intelligit, quàm eo, quod expoſuerat Moſi ſcilicet, *qui eſt.* Atque idem eſt, vbi dixit *ero qui ero*, & ipſum nomen quadrilitterum. Hæc & plura Auguſt. Eugubinus.

Stenchus.

EGO SOVXI ISRAEL DE ÆGYPTO.

A EGO *eduxi Iſraël de Ægypto.*] Quanquam notiſſima res eſt, & penè omnium hiſtoricorum ſtylo exarata Ægypti atque Nili deſcriptio: quoniam tamen eius regionis ſæpe mentio recurrit, paucis ex Diodoro referamus. Nam Herodotus eo longè antiquior nonnunquam parum fide dignus habetur. Ille igitur Rerum Antiq. lib. 1. cap. 3. Ægyptus, inquit, fermè ad meridiem ſita, tum quia ipſa natura munita eſt, tum regionis amœnitate cæteris videtur regnis excellere. Hanc ab Occidente deſertum tutatur, & ſylueſtris Lybiæ pars in longum protenſa, non ſolùm aquarum inopia, ſterilitateque rerum difficili aditu, ſed admodum periculoſo. A meridie tum Nili cataractis cingitur, tum montibus ei contiguis. A Troglo- B dytis, extremiſque Æthiopiæ finibus, ſtadiis quinque millibus & quingentis: neque facilè fluuius eſt peruius, neque adiri itinere terreſtri poteſt, niſi aut à regibus, aut magno certè præparato ad victum commeatu. Ab oriente verò tum fluuio munita eſt, tum deſerto latiſſimi campi Barathra appellati. Paludem inter Syriã & Aegyptum mediam Seruoniam dictam pluribus deſcribit, quæ arenis vento agitatis adoperta, aliena ſpecie incautos fallit & deuorat; vnde & Barathri cognomen inuenit. Mox ſequitur. A quarto latere mari clauditur importuoſo, & quod difficilem præbeat adeuntibus acceſſum. Nam à Paratonio Lybiæ Iopen vſque, quæ eſt in Syriæ ſinu, ſtadiis ferè quinque millibus nullus nauigantibus, excepta Pharo, C tutus eſt portus, &c. Ægyptus igitur his locis redditur tuta. Forma eius oblonga. Nam maritima ora duo millia complectitur ſtadia: mediterranea verò ſtadia circiter millia ſexaginta.

Diodorus Siculus.

Ægypti deſcriptio.

Olim numero hominum omnes ferè orbis nationes ſuperauit, neque nunc quoque aliis gentibus multitudine cedens. Oppida inſignia, ciuitateſque priſcis temporibus vltra decem & octo millia fuiſſe in Ægypto, libri ſacri continent. Ptolemæi Lagi tempore amplius tria millia, quæ & vſque ad noſtram ætatem perdurant, annumerata ſunt. Vniuerſi populi numerum fuiſſe antiquitus decies ſepties centena millium: Nunc haud pauciores eſſe ter decies centenis millibus tradunt. Hæc cauſa extitit, cur tradantur priores Ægypti reges, D magnis mirandiſque operibus à ſe multitudine hominum conſtructis, immortalia gloriæ ſuæ monumenta reliquiſſe. Tantam verò Nilus Ægypto fertilitatem infert, & agri colendi facilitatem, vt cùm ſeuerint, aut oues introducant in campos ad conculcanda iacta ſemina, aut aratro leui terram ſubducant: neque niſi quatuor aut quinque exactis menſibus ad meſſem redeuntes, breui tempore vberrimos fructus abſque vlla impenſa aut damno reportent. Alibi agricultura magno labore exercetur, ac ſumptu: ſoli Aegyptij minima impenſa, labore tenui fruges fertiles auferunt. Vineæ quoque eodem rigatæ modo, vino abundant. Terra inculta pecori ad paſtum relicta, adeò exuberat herbis, vt oues bis in anno pariant, bis præbeant lanam. Hactenus Diodorus.

Ægyptus populoſa.

Numerus vrbium.

Nilus.

Qui-

Ægyptiorũ mores.

Quibus autem moribus olim præditi fuerint Ægyptij, pluribus locis Philo Ioſephuſq; depingunt. Dicaces certè fuiſſe, ſuperſtitioſos, alienæ calamitatis irriſores, & ad inſolentiam arrogantiámque præcipites, conſtat vtique etiã ex aliis, & alioquin ipſa ſoli vbertas, ac penè inelaborata frugum abundantia, pro conſuetudine humani ingenij vt verum eſſe credamus, haud difficulter obtinet. Adrianus Imperator in epiſtola quadam ad Seruianum Conſulem, Ægyptios, genus hominum vocat ſeditioſiſſimum, vaniſſimum, iniurioſiſſimum. Ægyptij, inquit Flauius Vopiſcus, ſunt viri ventoſi, furibundi, iactantes, iniurioſi, atque adeò vani, liberi, nouarum rerum vſque ad cantilenas publicas cupientes, verſificatores, epigrammatarij, mathematici, aruſpices, medici. Hæc ille in Saturnino. Ex quibus conijcere potes, quàm fuerit olim Hebræis apud eos clemens ſeruitus. Illos cùm primum liberos Ægyptij in ſuam regionem admiſiſſent, hoſpitioque excepiſſent, ſequutis deinde temporibus, hoſpitij iure violato, ſeruitutem pati coegerunt. In Ægyptum porrò quo tempore, quo duce, qua de cauſa filij Iſrael commearint, ſatis ſuperque ex Scripturis diſcimus; vt minimè neceſſarium ſit in confutandis Trogi ac Taciti commentis oleum atque operam perdere.

Flauius Vopiſcus.

Seruitutis Ægyptiacæ atrocitas.

Et *erui vos de manu Aegyptiorum.*] Propterea huius potiſſimùm ſeruitutis meminit, quod ea fuerit omniũ grauiſſima, & mirabili præter ſolitum ratione depulſa. Concurrebant verò plurima, quæ ab illis iudicio ac ratione expenſa, vt acerbiſſimũ illud iugum experirentur, efficerẽt. Nam primùm quidem hoſpites illuc venerant, nec vllo ſuo ſcelere hoſpitij iura violarant, vt tanquam hoſtes & bello capti ſub iugum mitterentur. Deinde id genus ſeruitutis, quo penè extincti ſunt, nequaquam eiuſmodi fuit, cuiuſmodi ſolet à victoribus imponi; vt victi ſcilicet tributa & angarias præſtent, res ſuas ſibi habere ſinantur: ſed velut empta pretio mancipia quotidiani laboris penſum exigebantur. Adhæc, nõ mediocri labore atterebantur: nec iis rebus operã impendebant, quę tametſi homini libero moleſtæ ſint, ſeruis tamen tolerabiles videntur, propterea quod cruciatu atque indignitate careant; quinimò duriſſimis atq; viliſſimis luti ac lateris operibus afflicti atque vexari fatiſcebãt. Accedebat ad operis difficultatem Præfectorũ operũ truculẽta ſæuitia, qui cùm plura quã fieri omnino poſſent imperarent, non minus tamen in immeritos flagellis ac verberibus animaduertebant. Augebat hæc omnia atrocius Pharaonis conſilium, cuius ea mens atque voluntas fuit, non tam vt illi imperata facerent, quàm vt rerum aſperitatibus victi ſuccumberẽt. Decreuerat ſiquidem eos perdere. Necem præterea regis edicto dulciſſimis natis in ipſo lucis exortu machinari coacti ſunt, & ſpem poſteritatis à ſe abiicere. Quæ profectò calamitas reliquis omnibus immanior viſa eſt, cùm apud omnes, tum maximè apud Hebręos, qui propagãdæ ſobolis addita etiã religione fuerunt ſtudioſiſſimi. Poſtremò emergendi ex his anguſtiis nulla ſpes erat, cùm & regio ſuopte ſitu fugæ præſidiũ denegaret, & alioquin elapſis ſtatim à tergo exercitus cum rege potentiſſimo vltor immineret. Itaque cùm eo tempore rebus in ſummam deſperationem adductis, tota ea gens maximo in diſcrimine verſata ſit, victoria digna eſt perpetua celebrari memoria, & omni obſequio atque obſeruantia compenſari, qua Deus illos è tanti periculi faucibus, atque adeò ſupremo exitio liberauit. Sed cõtrà ac dico, deceretque, nunc faciunt omnia. Nam cùm tanto defuncti periculo diuinas leges gratis animis amplecti deberent, & traditam à vindice & ſeruatore ſuo reipub. formã religioſè tueri, beneficij immemores labefactare mutaréque cõtendunt. Propterea igitur haud immeritò tanquam ingratis & malè merentibus collata gratia exprobratur, & quid Deo debeant, atque ab eo acceperint, iubentur agnoſcere.

Iſraelitici populi ingrati animus.

Iam verò præter ipſam turpiſſimæ atque miſerrimæ ſeruitutis liberationẽ, illud quoq; meminiſſe atque obſeruare debuerant, non facili ratione ex Ægypto fuiſſe deductos, ſed vi ereptos. Id enim ſi feciſſent, atque animum ad eas plagas retuliſſent, quibus Ægyptus penè conſumpta eſt, & ad iter illud inter maris vndas apertũ, ſubmerſum gurgite Pharaonem, ſilicea in potum ſolutos, nubes in cibũ concretas, legis tabulas angelico ſtylo exaratas, ab antiqua Dei inſtitutione neutiquã deſciuiſſent. Neque verò tantũ ea vindicatione populi libertatis fundamenta à Deo iacta erant, verũ etiã poteſtatis ac reipub. quominus ea quæ dudum ab eo ſtabilita atque firmata fuerant, cõuellere licebat. Sed nihil horũ illis nunc in mentem venit, neque priſtinæ conditionis ſuæ recordantur: vnũ hoc ſtudent, vt ſuæ libidini ſatisfaciant. Quòd ſi nullo horũ mouebantur, nec antiqua memoria repetere dignabantur, tanquam quæ ad eos minimè pertinerent, tametſi horũ quoque fructus legebant ampliſsimos: at certè recolerent, eiuſdem perpetuo deinceps præſidio ſe eſſe defenſos: Non enim vni duntaxat Ægyptij infenſo animo atque inimico eos vexauerant: ſed deinde etiã non pauci reges ac populi, cũ eſſent illis viribus ſuperiores, in eos impetũ dederãt, ac ſolo afflixerant: quos tandem omnes, vt eos in libertatẽ aſſereret, aut publica calamitate proſtrauerat, aut priuatim diuerſo leti genere ſuſtulerat.

Versvs 19.

Vos autem hodie proieciſtis Deum veſtrum, qui ſolus ſaluauit vos de vniuerſis malis & tribulationibus veſtris: & dixiſtis: Nequaquam: ſed regem conſtitue ſuper nos. Nunc ergo ſtate coram Domino per tribus veſtras, & per familias.

Vermilius.

Vermilivs: Deus graui oratione populi ingratitudinem increpat. Commemorat beneficia ſua, quæ in illos contulerat. Reges, inquit, inimicos veſtros, Seon, & Og, & Iabin, & alios veſtra cauſa extinxi, & perdidi, & vos ſemper ex omnibus periculis eripui: & quam tandem mihi gratiam retuliſtis?

Repudiaſtis me Deum & ſeruatorem veſtrum. Non exprobrat illis, quòd alienos Deos ſequuti eſſent, quod tamen iure optimo potuiſſet: ſed quod iniuſſu ſuo ſibi regẽ expetiſſent. Hoc cùm faceretis, inquit, me protſus repudiaſtis. Nam qui ſtare nolunt præſcripto Dei, Deum abiiciunt. Et qui ab vno homine ſe melius regi poſſe putant quàm à Deo, præferunt ſua conſilia conſiliis Dei, nec illum habent pro Deo. Hoc Deus iam tertiò grauiſſimis verbis queritur. Datur populo tempus: non idcirco, ne Saul crearetur rex: Deus enim ab æterno præuiderat, eum fore regem: ſed Deus voluit hoc tempus interponi, vt populus haberet ſpatium ad cogitandum de ſua temeritate, & de iure regio, quod Samuel deſcripſerat. At illi nihil mouentur, nec præ ſe ferunt vllum ſignum pœnitentiæ. Sed nunc ſtate corã Domino, &c.

Krantzius. Lecturi regem veteres, vt ſcribit Krantzius lib. 1. Daniæ cap. 3. affixis humo ſaxis inſiſtere, ſuffragiaque promere conſueuerunt: ſubiectorum lapidum firmitate, facti conſtantiam ominantes.

VERSVS 20.

Et applicuit Samuel omnes tribus Iſraël, & cecidit ſors tribus Beniamin.

VERSVS 21.

Et applicuit tribum Beniamin, & cognationes eius, & cecidit cognatio Metri, & peruenit vſque ad Saul filium Cis. Quæſierunt ergo eum, & non eſt inuentus.

Vermilius. VERMILIVS: Iubet Samuel, vt populus totus tributim conſiſteret. Nihil ipſe pronuntiat, ne res eius arbitrio videretur geri. Deus Saulem renuntiat regem: non ipſius quidem merito, ſed populi cauſa ue de rege inter ſe cõtenderent Res permiſſa eſt ſortibus, vt euitaretur ſeditio. Samuel enim videri potuiſſet gratia moueri, ſi ille ſuo iudicio regem elegiſſet. Et ſi ſuffragia populi valuiſſent, haud dubiè quiſq; fauiſſet maximè ſuæ tribui: cumque tot eſſent tribus, non facilè inter ſe in vnum aliquem cõueniſſent. Cumque Saul ex infima tribu, obſcuro loco, ignobili familia electus eſſet, res ea carere nõ potuiſſet magna inuidia. Core, Dathan, Abiron, & alij eorum congregales tumultum excitarunt in caſtris contra Moſen, & Aaronẽ, quod illos putarent fraude & dolo malo, principatum & ſacerdotium occupaſſe.

Quæritur, an Saul ſorte electus fuerit; & de ſortibus quales ea fuerint; & quotuplex earum genus; item ad quid adhibita.

Saul an ſorte electus fuerit. VERMILIVS: Varia fuit apud veteres ratio ſortium. R. Chimhi putat, populum A vniuerſum ſtetiſſe coram Domino. Nam cùm conſilium caperetur de rebus magnis, oportuit magiſtratum, aut principem ſtare corã ſummo Sacerdote. Ita in lib. Num. videmus, Ioſue, cùm deſignaretur dux populi, ſtetiſſe coram Eleazaro. Sacerdotem autem reſpondere oportuit ex Vrim & Thumim, hoc eſt, ex literis illis, quæ in gemmis Ephodi inſculpebantur. Addit etiam arcam fortaſſe fuiſſe eò delatam. Sed hæc incerta ſunt. Nam hîc nulla eſt mentio, nec de Sacerdote, nec de Vrim & Thumim, nec de arca. R. Salomon putat rem ita tranſactam ſortibus, vt nomina ſingularum tribuum ſcriberentur in ſingulis ſcedulis, quæ coniectæ in vrnã poſtea ducerentur à Sacerdote. Pro Kimhi facit, quod nulla hîc facta ſit mentio ſortium.
B Salomon ſequitur receptam opinionẽ omniũ, qui arbitrantur hoc ſortitò fuiſſe actum. Quod certè ab vſu & conſuetudine Iudæorũ non abhorruit. Nam ex duobus hircis ſorte legebatur, vtrum opotteret amandari. Terra Chanaan diſtributa eſt ſortibus. Sortibus deſignabantur ſacerdotia. Ionathas & Ionas deprehenſi ſunt ſortibus. Matthias etiam in actis Apoſtolicis ſortibus cooptatus eſt in miniſteriom. Quare cùm ea ratio ſortium frequens fuerit apud Iudæos, videri poteſt R. Salomun non malè ſoſpicari, Saulem electum fuiſſe ſortibus. Quod autem Kimhi ait, adfuiſſe Pontificem, arcam Domini, & Ephod, id mihi non videtur ſatis conuenire. Arca enim eo tẽpore fuit in Cariathiarim. Etſi Ephod adfuerit, non tamen ea cauſa neceſ-
C ſe eſt adfuiſſe arcam. Videmus enim in hac hiſtoria, ea interdum fuiſſe diſiuncta. Nam cùm Dauid fugeret, & veniſſet in Ceila, iuſſit Abiatharum applicare Ephod, cùm tamen eum arca fugientem nõ ſequeretur. Idem poſtea factum eſt in Siceleg, cùm tamen arca non adeſſet. Sed in textu, inquies, nõ nominantur ſortes. Fateor: ſed aſcribitur aliod, quod idẽ valeat. לָכַד *lachad* enim ſignificat deprehendere, capere, aſſequi coniectura.

Quæ autem ſortes illæ fuerint, neſcio: Nam, vt dixi, multa erant genera ſortium. Ciceto de Diuinatione ait, cùm Numerius quidam Suffetius ſecuiſſet ilicem, exiluiſſe ſortes inſculptas in robore. Eodem tempore oleam ſudaſſe mel: itaque ex illa arbore factam fuiſſe capſulam in *Sortiũ plura genera quod ſpectat ad materiam.*
D quam illæ ſortes coniicerentur. Iſtæ dictæ ſunt ſortes Præneſtinæ, quarum fama fuit olim celeberrima. Apud Plautum legimus ſortes abiegnas, & populeas. Coniiciebantur in ſitulam aquæ: & prout quæque prima aut vltima emerſiſſet, ita res decernebantur. Pauſanias in Meſſeniacis ait ſortes fieri ſolitas ex argilla. Et Creſphontem in diuiſione Peloponneſi, vt ad ſe retraheret agrum Meſſeniacum, corrupiſſe ſacerdotem Temenum. Eum autem alias ſortes duraſſe ad ſolem, Creſphontis ad ignem. Eoque cùm Creſphontis ſortes tardiùs liquefierent, illi agrum Meſſenium obtigiſſe. Darius pro ſortibus vſus eſt hinnitu equi: alij aſpectu ſolis exorientis. Hæc Vermilius. Mercurij ſors apud Suidam oleæ foliom fuit, quod in vrnã ſiue ſitellã mittebatur. Alij conchis marinis, aut calculis, vel annulorum notis, ſiue etiam ceſpite *Pauſanias.*

viuo, vt eſt apud Sophoclem, vſi ſunt. Græcè A legimus ϗ κατακληροῦται φυλὴ Βενιαμίν, & ſors cecidit tribui Beniamin. κλῆρος verò ſiue ſors, dicitur ab euentu, quo educta ſorte ad muneris alicuius adminiſtrationem quis vocatur, à καλῶ, quod eſt, voco: aut potius ex Herodiani grammatici ſententia, à ξύλον, id eſt lignum, quòd lignorũ vſus fuerit potiſſimus ad ſortes faciendas, in quibus ſymbolum ſeu teſſeram incidebant: quomodo Homerus Iliados 7. ea voce vſus eſt, ibi:

Pro ſe quiſque duces ſortem obſignare, cauamque
Inicere in galeam.

Sortem κλῆρος nominat. Verum cuiuſmodicunque ſortis teſſera fuerit, nihil aliud eſt ſortiri, inquit Vermilius, quàm aliquid agere, ex cuius euentu rem incognitam poſſimos deprehende- B re. Sed omnia genera ſortiũ reuocari poſſunt ad tria capita. Aut enim dubitamus, cui aliquid adiudicandum ſit, vt in diuiſione agrorum, & honorum: hæ ſortes appellantur diuiſoriæ: aut, quid ſit potiſſimũ agendum: quæ ſunt conſultoriæ: aut, quid ſit futurum, quæ ſunt diuinatoriæ.

Sortium triplex genus à fine.

Verùm permagni refert intelligere, à quo principio ſortes pendeant. Dicere enim eas à fortuna temperari, vanum eſt: à dæmonibus, ſuperſtitioſum: à cælo, aut ab aſtris ridiculũ. Reguntur ergo à Deo. Nam vt ait Salomon, *ſortes coniiciuntur in ſinum, & à Domino temperantur.* S. Auguſtinus in Pſal. 30. ait, ſortes nihil eſſe mali, ſed rem eſſe quæ in dubitatione humana indicet Dei voluntatem. Hinc digrediens ait, prędeſtinationem & gratiam poſſe dici ſortẽ, quod pendeant non à meritis noſtris, ſed à miſericordia Dei. Apud Deum quidem prædeſtinatio æterna, & certa eſt: nobis autem videtur ſortitò contingere. Et ad Honoratum, in graui perſequutione non debent omnes miniſtri fugere, nec omnes ſe obiicere periculo. Retinendi ſunt qui ad præſentem vſum futuri ſunt ſatis: alij ablegandi, vt ad meliora tempora reſeruentur. Sed hîc quis delectus habendus eſt? Retinendi ſunt, inquit, quos remanenti plebi vtiliores putamus fore ac meliores. At ſi omnes videantur æquales, & omnes dicant, ſe velle manere, & mori, tum, inquit, res committenda eſt ſortibus. Et in lib. de Doctrina Chriſtiana: Si occurrerint tibi duo æquè pauperes, quorũ vterque æquè opus habeat præſenti ope, & tu vtrumque iuuare non poſſis, alterum poſſis, nihil commodius eſt, quàm ſortitò agere. Cauendum tamen eſt, ne nimis temerè veniamus ad ſortes. Prius vtendum eſt donis Dei, ſpiritu, verbo, ratione: nec ſortiendum niſi neceſſitas cogat. Neceſſitas autem iudicanda eſt, ſi quid occurrat quod faciat ad gloriam Dei, aut ædificationem Eccleſiæ, quod humana prudentia diſpicere non poſſit: aut ſi poſſis, tamen inuidiam alia ratione declinare non poſſis. Ita fratres inter ſe diuidunt hæreditates: & Romani olim, vt diſſidia tollerentur, ſortiri ſolebant cauſas. Proximum eſt, ne quid temerè fiat: oportet enim ad ſortes accedere religioſè ac reuerenter. Tertium eſt, vt abſit ſuperſtitio. Quartum, vt fraus & dolus malus.

A quo principio ſortes pendeant.

S. Auguſt. in Pſal. 30. Concione 2.

Vſus ſortiũ.

Conditiones ad bene vtendum.

I.

Quintum ne ad ſortes adhibeamus Euangelium aut verbum Dei. Sed quoniam iſta non facilè caueri poſſunt, idcirco ſanctus Hieronymus in Ionam prorſus negat licere vti ſortibus. Quanquam ſunt, qui eum intelligant loqui tantùm de ſortibus ſuperſtitioſis. At ille non obſcurè damnat omnes, eaque quæ de ſortibus ſeguntur in ſacris litteris, negat trahi oportere in exemplum. Aliter tamen, vt dixi, ſentit Auguſtinus. Neque verò periculum eſt, ne videamur tentare Deum, is enim eſt, qui ſortes dirigit.

S. Hieron.

Sed dices: Iſraëlitæ habebant oraculum, & Ephod: quid ergo opus fuit ſortibus? Habebãt quidem, ſed habebant etiam Samuelem prophetam. Ille monuit eos nomine Domini, vt vterentur ſortibus. Venerab. Beda in Act. ait, factum illud de Matthia non eſſe rapiendum in exemplum. Illos enim nondum accepiſſe Spiritum ſanctum: quem cùm accepiſſent, poſtea in eligendis Diaconis non vſos eſſe ſortibus. Ego verò vtramque electionem ęquè ratam, ac ſanctam fuiſſe non dubito. Quamuis autẽ nondum accepiſſent dona Spiritus ſancti, eum tamen habebant in cordibus, neque venerunt ad ſortes, niſi prius aliis omnibus exploratis. Viderunt eſſe duos pari iudicio, pietate, dignitate: vt nihil periculi futurum eſſet, vtercunque fuiſſet electus. De Diaconis autem tranſigi poterat ſine ſortibus. Septem enim in medium C proponebantur: & eos omnes elegerunt. Sed, ſi ex illo numero aliquot tantùm fuiſſent eligendi, non dubito illos vti potuiſſe ſortibus. Sed hoc nobis in iſto exemplo imitandum eſt. Illi interim orabant Dominum: & Samoel ait, populum ſtetiſſe coram Domino: hoc eſt, religioſè expectaſſe, quid Dominus ſtatueret. Et annotare debemus, in textu aſcriptum eſſe, *Adhuc interrogauerunt Dominum*, cùm nondum Saulem inueniſſent. *Adhuc*, inquit: quia & prius per ſortes interrogauerant Dominum. Reprehenſi autem ſunt à Samuele, & vt agerent pœnitentiam, & vt religioſè ſtarent coram Domino. Id vt rite faciant conſulentes orarunt.

Venerab. Beda.

Apoſtoli ſortibus vſi ſunt.

D *Num ſortes adhiberi poſſint ad Eccleſiaſticas dignitates; & de ſortitione S. Matthiæ.*

HACTENVS Vermilius quæ de S. Thomæ fontibus potauerat eructauit. Locus ille S. Auguſtini de doctrina Chriſtiana à S. Thoma citatus inuenitur lib. 1. cap. 28. Tomo 3. Epiſtola ad Honoratum eſt 180. tomi 2. conditionem vnam addidit Vermilius, ne qua fraus dolúſve malus adhibeatur. Sed minimè neceſſaria fuit, cùm ſit illa communis regula omnium actionum humanarum: aliam ſubduxit quam diſſimulare nõ debuerat. Nos eam reſtituemus. Ea eſt, ne ad Eccleſiaſticas electiones, quæ de Spiritus Sancti inſpiratione manare debent, ſortes applicentur. Primùm enim optimus quiſque præficiendus eſt, iis moribus, fama, atque eruditione præditus, quæ in Epiſcopo & aliis Eccleſiæ miniſtris

Sortes adhiberi non debent ad Eccleſiaſticas electiones.

Paulus ad Timoth. Titumque requirit. At qui ſortibus Epiſcopi deſignationem permittit, horum nihil curare poteſt; quin potius ſi cuiquam ob vitæ morumque ſplendorem impenſius faueat, & ſortem in illum inclinare ſtudeat, in eo genere peccat. At neque ſtudio neque fauore opus eſt, dicet aliquis, Deus enim cui volet ſortem deſtinabit. Imò forſitan illum, quem maximè oderit, ſortem obtinere ſinet. Narrat

Ioſephus. Ioſephus lib. 4. Belli Iodaic. cap. 5. Zelotes, Anania Pontifice repudiato, ſucceſſorem in eius locum ſorte quæſiuiſſe. Quem locũ cùm Phanes ruſticus, & ſacrarum rerum imperitus, adeptus eſſet, omnibus ludibrio fuit. Romani itaque ſacerdotes ſorte duci vetuerũt, vt docet B

Dionyſius Halic. Dionyſius Halicat. lib. 2. Nec immeritò. Veriti enim ſunt ne ſi qoid ſimile tentarent, pariter illis contingeret. Nos verò decet diuinorum inſtitutorum teligioſos obſeruatores eſſe, & non illis, qoæ minimè conceſſa ſunt, abuti ad noſtrum arbitriom. Præficiendos à nobis probari atque explorari Deus voluit, vt docet Apoſtolus, ex annis, fama, doctrina, inſtitutiooe familiæ, operibus. His igitur inhærere atque inſiſtere, ex his vota noſtra atque ſuffragia regere ac moderari debemus. At nullus horum vſus eſſe poteſt, ſi ſortes admittas. Sortibus igitur pereunt omnia, quæ Chriſtus, aut eius nomine Apoſtoli in Eccleſiaſticis præfectis deſignandis obſeruari voluerunt. Quod ſi ita eſt, C quis ſortes remooendas ablegandaſqoe non iudicet? Deinde vſus ipſe Eccleſiæ cooſtans & perpetuus, iam inde ab Apoſtolorum temporibus teceptus, plurimùm valere debet ad ſortitionis aleam repudiandam. Nam protinus vt è cælo Spiritus ſanctus in terras delapſus eſt, Eccleſia electiones vſurpauit, ſolo quãdoque præſule, nonnunquam etiam pluribus ſuffragium ferentibus: à ſortibus ſemper abhorruit.

Sortitio S. Matthiæ accuratè expenditur. Atqui Matthias ab Apoſtolis ſorte ſuffectus, Iudæ locum accepit. Verum illud quidem eſt: ſed non videtur ſimplex foiſſe ſortitio. Primùm eoim duos tantùm ex ſatis magno numeto ſortem experiri ſtatuerunt. Erant enim viri centũ viginti, atque in iis ſeptuaginta duo, quos Chriſtus à ſe probatos & electos in album diſcipulorum retulerat; quotum nullus non eo D honore dignus haberi debuit: & tamen doo duntaxat ſortiri permiſſi ſunt. Inde colligimus, horum prius delectum eſſe habitum, quòd cæteris virtute prælucerent, qui cùm pari inter ſe virtutis ac ſanctimoniæ laude florerent, paribuſque examinata ponderibus incerta ſuffragia pendetent, ſortitio neceſſariò viſa eſt, vt electionis in alteram partem inclinatio fieret. Nobis verò nullum tale periculum extimeſcendũ eſt. Æquaris namque ſuffragiis, ſummus pontifex quem volet epiſcopum renuntiabit; quod illic item ſperari non potuit. Is enim fuit ſupremus Apoſtolorum Senatus, cuius dobia atque perplexa niſi à Deo ſolui non poterant. Quid ſi nunc idem ipſe ſummus Pontifex animi pendeat, quem potiſſimùm calculi ſui prærogatiua A confirmet? Reſpondeo, aut tertiom vtroque digñiorem promoueat: aut, ſi magis expedire videbitur, poſt imploratam diuini numinis gratiam, opinor ſorte rem finire poſſe. Diuini namque iuris idem ioterpres eſt, & autor Eccleſiaſtici. Quid ſi ſublato è medio ſummo Pontifice, Cardinales pari votorũ numero in duos cõſtanter conueniant, licebitne exemplo Apoſtolorum ſortibus vti? Non arbitror, donec Apoſtolorũ exemplo totius Eccleſiæ membra examini ſubiecerint. Non enim tum pluribus quàm illic aderant, Eccleſia conſtabat: nunc verò plures ipſa myriades poſſidet. Erit igitur potius ex eremo Petrus Moronus eruendus, quàm inter Cardinales ſortiendum. Sed hactenus quod ad primam reſponſionem attinet.

Nunc iterum aliud occurrit, non eſſe Apoſtolatus dignitatem cum teliqois Eccleſiæ præfecturis ſimiliter æſtimandam. Apoſtolatus namque neque ab homine, neque per hominẽ, vt docet Apoſtolus: ſed à Deo ſolo conferri potuit: in reliquis, inferiotes à ſuperioribus inſtituuntor, ſoperiores communibos ſuffragiis expetuntur. Et ordines quidem ſacri noſquam niſi à ſuperiote tribouotur. Iuriſdictiooem verò ac ſupremam in Eccleſia poteſtatẽ ptopterea electionem conſequi noo dubitamus, qoòd dudum illi muneri in Petro collata ſit, nec vllo vnquam tempore defutura à Chriſto prædicetur. At præter Petri Apoſtolatum nullius perpetuum fore dicimos. Sed nec aliom quemquã præter Matthiam Apoſtolum factum legimus, tametſi plures vbiqoe Epiſcopos Apoſtoli præficerent. Quare ne noa quidem Apoſtolos eligere poſſumus, aut ſummos pontifex quemquã ea autoritate creare: ſed cùm initio naſcentis Eccleſiæ liberrima ea legatio neceſſaria eſſet, primò quidem duodecim à Chriſto electi ſunt, *Nonne vos duodecim elegi:* Deinde iam illo in cælos aſſumpto, Paulus in illud collegium, ne conſciis quidem Apoſtolis, à Deo allectus eſt. Matthias verò cùm Apoſtolis in locum Iudę ſubſtituendus videretut, non vulgari lege electionũ, veloti poſtea diacones inſtituti ſunt, ac pene toto orbe Epiſcopi: ſed à Deo ipſo expetendum cenſuerunt; cuius voluntatem poſt fuſas preces, & orationum victimas ſorte inueſtigarunt. Quod ego eo conſilio à Deo factum arbitror, ne quis in exemplum traheret, aut ſuſpicaretur eam facultatem Eccleſiæ datam, vt Apoſtolos mitteret. Non enim iſtîc Apoſtoli, ſicut in cæteris, libera electione vſi ſunt, non conſilio aut prudentia, non aotoritatis poteſtate: ſed alia qusdam via, quæ ab homana adminiſtratione remoriot eſt, id eſt ſorte à Deo impetrarunt. Non igitut ſingulare hoc factum, præſertim in re diſſimili, ad electiones ooſtras referri debet: ſed illud quidem vt ſingulare & eximium Dei beneficium gratiarũ actione proſequi decet; nobis aotem præſcriptis à Deo moribus viuendum, & electionum regulæ ab Eccleſia traditæ, ſortibus valere iuſſis, ſedolò obſeruandæ ſunt.

Digitized by Google

An ſortiri liceat Magiſtratus Ciuiles, & quibus conditionibus.

S. Thomas. *Num ſortiri magiſtratus liceat.* SEQVITVR apud S. Thomam: Secus autem eſt in temporalibus dignitatibus, quæ ad terrena diſponenda ordinantur, in quarum electione plerumque homines ſortibus vtuntur, ſicut & in temporalium rerum diuiſione. Hæc D. Thomas 2. 2. qo. 95. art. 8. Porrò inter idoneos ea ſortitio concedi debet, alioquin ſi paſſim & promiſcuè omnibus ſortiendi poteſtas fiat, nonnunquam maxima incommoda totius Reip. periculo ſequentur. Qua de re Philo Philo. Iudæus, initio libelli de Creatione Principis in B hunc modum diſſeruit. Quibuſdam placet ſortitò creari principes, nullo ſanè ſubditorum cõmodo. Sors enim ad fœlicitatem, non ad virtutem attinet. Itaque ſæpe accidit vt ad principatum ſors euehat, quos vir bonus non ferret in ſubditorum numero. Nam & minores principes, qui ab aliis vocantur domini, non omnes vernas emptitioſve aſſumũt in famulitium, ſed ſolos morigeros obſequenteſque: cæteros refractarios ac incorrigibiles gregatim interdum haſtæ auctionique ſubiiciũt, vt indignos qui vel ſeruiant in boni viri familia. Quanto minus decet dominium principatumque integrarũ ciuitatum gentiumque ſorti committere, lubricæ rei pendenti à fortuna inſtabili. Certè in ęgrotis curãdis ſortium nemo meminit. Nec enim ſorte capiũtur medici, ſed peritiſſimus quiſque eligitur. C Item cùm de proſperitate ſaluteque nauigãrium agitur, non ſorte decernitur quis gubernaturus poppim aſcẽdat, ne fortè aliquis imperitus vel in tranquillitate ac ſerenitate aſciſcat naufragium, ſed quæritur aliquis qui artem gubernandi à iuuentute didicerit: hoc eſt, qui ſæpe nauigauit perluſtrauitque, aut omnia, aut pluri ma maria, qui benè nouit emporia, portus, ſtationes, receptacula, quæ vel in continente ſunt vel in inſulis: qui in mari quoque callet inuenire ſemitas ex obſeruatione ſiderum, petitus ſtellarum, & ſuos curſus ad illarum motus dirigẽs, ita vt per inuia viam expediat, & nooo more maria terreſtri animanti aperiat, reddatque traiectu facilia. Et poſtea ciuitates magnas, populoſas, plenas habitatoribus, earumque adminiſtrationem, & curam rerum priuatarum ac pu- D blicarum, ſacrarum ac profanarum, quam meritò quis artem artium & ſcientiam ſciẽtiarum dixerit, committemus incertæ rei fortunæque, reiecto veritatis examine? Eſt autem veritatis examen, rationabilis probatio. His igitur conſideratis, Moſes ſapientiſſimus nuſqoam meminit principatus quæſiti ſortibus, maluitque ſuffragiis electos introducere. Sic igitur præcipit: *Præficies tibi ipſi principem non alienigenam, ſed vnum ex tuis fratribus*, nimirum ſignificans electionem debere fieri voluntariam ex ſuffragiis conſenſuque totius populi, præcedẽte vt oportet examine. Huiuſmodi porrò comitia vt rata fiant, requirunt etiam Dei calculum, ceu ſignaculum & cætera publica negotia: quandoqui-

A dem hoius voluntate homo in vniuerſa rerum natura præeminet, ſicut facies in corpore. Hæc Philo.

Qui, vt videtur, etiam in principe conſtituendo ſortitionem à Moſe prohibitam aſſerit, & multis rationibus periculoſam eſſe demõſtrat. Attamen quantum ad Saülem attinet, communem ſequimur ſententiam, cum vulgatę editionis aotoritate coniunctã. Nec verò ſortis aleam Samuel veritus eſt, cùm iam Dei decreto eum inunxiſſet, quem certiſſimè ſors proditura erat. Apud Philoſtratum vitæ Apollonij lib. 3. cap. 9. Philoſtrat. Iarchas Brachmanũ princeps, Ægyptios, Græcoſque reprehendit, quòd illi quidem ſacerdotes, poſteriores Olympicorum certaminum indices ſorte legerent; qua ratione fieri poterat, vt inepti plures atque improbi vtrumque munus corrumpetẽt. Socrates ſtolidum eſſe dicebat, magiſtratus in ciuitate ſuffragiis eligi, cùm neque gubernatore, neque fabricatore, neque tibicine, neq; aliis ſimilibus vllus vnquam ſorte infirmitatis vtatur, quæ tamen multo leuiora detrimenta inferant, quàm illa ſint, quæ in ciuitate à prę́ſidentibus cõmittuntur. Autor Xenophon lib. 1. de Dictis & Factis Socratis. Verumtamẽ extra periculi aleam ſortitio eſſe videtur, Xenophon. ſi fiat ea ratione, qua olim à Romanis factam tradit Aſconius Pædianus, vt multi primò delecti iudices, mox ſortirentur, quò tutò ex pluribus idoneis neceſſarius numerus confici poſſet. Aſcon. Pædianus.

VERSVS 22.

Et conſuluerunt poſt hæc Dominum, vtrumnam venturus eſſet illuc. Reſponditque Dominus: Ecce abſconditus eſt domi.

ECCE *abſconditus eſt.*] Cùm rumor emerſiſſet, inquit Vopiſcus in Tacito, illum Imperatorem eſſe faciendum, diſceſſit, atque in Baiano duobus menſibus fuit. Sed inde deductus, &c. Vopiſcus. Probum item inuitum ac reluctantem Imperatorem eſſe factum idẽ meminit in eius vita. De Antonino Pio Iulius Capitolinus in Marco Philoſopho. Vbi ſe comperit ab Adriano adoptatum, magis eſt deterritus quàm lætatus. Cum- Iul. Capit. que ab eo domeſtici quærerent, cur triſtis in adoptionem regiam tranſiret, diſputauit quã mala in ſe contineret imperium. Saturninus ea commemorat apud Vopiſcum in ſua vita. *Qui veriti ſunt principatum ſuſcipere.* Qui cùm primum in Ægypto. Auguſtus ſalutatus eſſet, Alexandria fugit in Palæſtinam: mox ibidem raptos ad imperium, amictus purpura, & adoratus, in hunc modum diſſeruit. Neſcitis amici, quid mali ſit imperare. Gladij & tela noſtris ceruicibus impendent, imminent haſtæ vndique, vndique ſpicula, ipſi comites formidantur: non cibus pro voluptate, non iter pro autoritate, non bella pro iudicio, non arma pro ſtudio. Adde quod omnis in Imperio reprehenditur. Senex eſt quiſpiam, inhabilis videtur: ſin minus, ineſt furor. Nam quod Impe-

ratorem me cupitis, in neceſſitatem mortis me trahitis, &c. Quid ſi ad hæc rerum quoque geſtarum poſt hanc vitam reddendam rationem cogitaſſet, an non diuini iudicij metu in vltimas terras ſe abdidiſſet?

Domi.] אֶל הַכֵּלִים *el hakelim* ad vaſa. Septuaginta ἐν τοῖς σκεύεσι ad vaſa, ad ſarcinas, impedimenta, ſupple populi inquit Vatablus. Cum his quoque conſentit Paraphr. Chaldaicus. Arbitror tamen ſynceram eſſe volgatam editionem, quæ interpretandi gratia, id quod phraſi Hebraica ad vaſa dictum eſt, *domi* contigiſſe prodidit. Nam & vaſa domi aſſeruantur, & veriſimile non eſt cùm latere vellet, eò cum reliquis conueniſſe. Non itaqoe ea vaſa fuerunt impedimenta exercitus, vt ſentire videtur Vatablus, ſed domeſticum patris inſtrumentum, & varia ſupellex. Cùm autem quærunt, inquit Vermilius, vtrum venerit, non id ſottihus exquiruot. Quomodo enim ſortitb inuenire potuiſſent latitantem inter ſarcinas? Sed auditis precibus Samuelis Deus indicauit vbi eſſet. Hîc admirari debemus egregiam fidem Samuelis: qoi cùm ſciret Saülem à Deo electum regem, tamen non dubitauit rem permittere ſortibus. Alius fortaſſe dixiſſet: non ita fiet, fortaſſe ſortes alitet cadent, & huuc excludent.

Vatablus.

Vermilius.

Quæritur, an electo liceat aliorum de ſe iudicium, & vota publica aſpernari.

Qui tandem licuerit Saüli ſe abſcondere.

Sed quæri poteſt, rectene fecerit Saül, quod fugerit, & onus regni ſubire noluerit, videtur enim debuiſſe eum potius cedere conſilio Dei: ad quos nos oportet omnes noſtros ſenſus conformare: non autem fugere labores, aut dubitare de bonitate Dei, quaſi ad ſuſtinendum illud munus vires non eſſet largiturus. Ioſephus ait, hoc in eo argumentum fuiſſe magnæ modeſtiæ: voluiſſe enim eum oon niſi inuitum trahi ad regnum. Hic videmus duo eſſe vitia extrema. Alij enim ita incenduntur ambitione, vt omnibus & æquis & iniquis rationibus ferantur ad honores. Alij ita animo ſummiſſo, & deiecto ſunt, vt omnes labores reformident. Inter hos medij quidam ſunt, qoi honotes nec ambiunt, nec fugiunt, ſed tantùm ſequuntur vocationem Dei. Quare aiunt, non eſſe vituperandum factum Saülis, & in eam ſententiam citant exemplum ſeruatoris noſtri. Is enim ſubduxit ſe de medio, cùm populus eum voluiſſet creare regem. Verùm hoc exemplum non eſt ſimile. Non enim ea cauſa venit Chriſtus, vt magiſtratum gereret. Vt ſeruaret hominum genus venit, noo vt regnaret. Magis ad rem facit, qood Chriſtus ait alio loco, *Vocatus ad cœnam infimum locum in ea occupa. Nam qui ſe exaltat humiliabitur.* Qui ſentiunt

A de ſe ſummiſsè & modicè, debent id vitæ exemplo oſtendere. Id Saül & hoc loco facit, & antea fecerat, cùm à Samuele admoneretur de regno: *Nonne*, inquit, *tribus mea infima eſt inter tribus Iſrael? & familia patris mei minima in tribu Beniamin?* Multi horrent, & fugiunt magiſtratus propter laborum magnitudinem. Qua etiam de cauſa multi ſe interdum magiſtratu abdicarunt: vt Diocletianus, Maximianus: Sylla etiam depoſuit Dictaturam. Auguſtinus fugit eas Eccleſias, quæ non habebant Epiſcopos, ne ipſe Epiſcopus crearetur, Gregorius fugit ne eligeretur Epiſcopus Romanus. Et certè ambitioſi non ſpectant labores, aut commodum Reipubl. ſed tantùm opes, ac dignitatem ſuam. Saül ergo non ſe iudicio Dei ſubdu-
B cere, ſed tantùm ingenij ſui podorem, & modeſtiam ſignificare voluit. Poſt enim laudatur à Samuele, quòd humilis fuiſſet in oculis ſuis. Hactenos Vermilius.

Non neceſſe eſt, vt qui eligitur ad aliquam dignitatem, reliquis omnibus ſe meliorem iudicet.

S. Thomas.

Ex parto aotem eius qui aſſumitur, non requiritur, vt docet S. Thomas 2. 2. quæſt. 185. art. 3. quòd reputet ſe aliis meliorem (hoc enim eſſet ſuperbum & præſumptuoſum) ſed ſufficit, quòd nihil in ſe inueniat, per quod illicitum ei reddatur aſſumere prælationis officium. Vnde licet Petrus interrogatus eſſet, an Dominum plus cæteris diligeret, in ſoa reſponſione ooo ſe prætulit ceteris, ſed ſimpliciter reſpondit, quòd Chriſtum amaret. Et eiuſdem quæſt. art. 2. rationes affert, ob quas nefas ſit delatum Epiſcopatum ab iis, quorum ea poteſtas eſt, pertinaci-
C ter repudiare. Prima eſt, quoniam diuinæ voluntati refragati non licet, aut etiam eorum quibus ſuas ille vices io terris permiſit. Altera, quoniam hoc quoque debetur charitati proximorum, nec licet quemquam qui ſuperiorum iudicio dignus & idooeus habeatur, publicæ vtilitati ſe ſubtrahere, aut operam ſuam Reip. denegare. Qoid ſi indignum ipſe ſe reputet? Si quidem ratio illa qua mooetur, manifeſta ſit, ſatius erit in aliorum acquieſcere iudicio, & ea noonulla diffidentia tanquam ſtimulo vti, ad maiorem curam & ſolicitudinem impendendam. Qubd ſi occultum fuerit impedimentum, his, quibus par eſt, aperire debet: & ſi quidem tollere illud potuerint, vt puta votom aliquod quo ſe antea deuinxerit, aut irregularitatem
D quam incurrerit, mos gerendus erit: ſin aotem morum vitium fuerit & peccandi propoſitum, cùm illud mutare teneatur & poſſit, neutiquam propterea excuſandus erit. At ſi eius generis impedimentum fuerit, quod neqoe ipſe neqoe ſoperiores ſui amoliri queant, tum iure merito noo obtemperabit. Fogam ſuam S. Ioan. Chryſoſtomus quibus argumentis tuitus ſit, pluribus de ſacerdotio libris à ſe compoſitis expoſuit. Suſceptam denique Epiſcopatus adminiſtrationem deponi poſſe, cùm pluribus rationibus, tum veterum exemplis probat B. Petrus Damianus lib. 1. Epiſt. 9. & 10. ratiooes ipſas expendit D. Thomas quæſt. 185. art. 4.

Quid ſi quis indignum ſe reputet?

S. Ioan. Chryſoſt.

B. Petrus Damianus.

An oblatum principatum recuſare liceat.

De principatu minor eſt difficultas, mea quidem ſeutentia. Neque enim ad eum ſuſcipiendum cuiuſquam imperium, aut charitas, aut denique lex vlla compellit. Nam quod ad legem attinet, Deus an homo eam tulerit hactenus ignoramus. Neque enim talis aliquando in tabulas diuinarum legum vlla relata eſt. Mortales verò ab ea temeritate cauerunt ſibi, cùm ſatis noſſent ſolutam legibus poteſtatem lege aſtringi non poſſe. De imperio idem ſentiendum eſt. Principatus namque, aut electione libera contingit: aut iure ſucceſſionis defertur. Iuri ſuo cedere quemque liberum eſt: electio vim affert nemini, niſi ſi fortè maior poteſtas aliqua parendi neceſſitatem imponat, veluti iis euenire ſolet, qui multorum votis expetiti, Eccleſiæ operam nauare ſummi Pontificis decreto coguntur. Quod circa principatum vereri non poſſumus. Neque enim ſuprema poteſtate ſuperior alia eſt, quæ eandem vt recipiatur imperare poſſit. Imò ius illud in Republ. ineſſe veriſimile eſt, cùm ſit neceſſarium; alioquin enim ab omni gubernatore quandoque deſtituta in breuia & ſyrtes impingeret. Nam quod vni licere volumus, vt oblatũ imperium reſpuat, cur non omnibus liceat? Reſpondeo, primò ſatis experientia compertum eſt eo ingenio humanum genus eſſe præditum, vt nunquam defuturi videantur non modò qui principatum non reſpuant, ſed etiam qui ambiant. At dignus aliquis quæritur, inquies, qui ſemper eſt rariſſimus; qui vbi ſummo ſtudio inuentus erit & comprobatus, ſi humeros oneri ſubducere, & impoſitam prouinciam aſpernari iure valeat, fatendum erit Rempub. à ſuis deſeri legitimè poſſe, & periclitanti opem auxiliumque denegari, cùm tameo ab ea opinione natura, ratio, ſenſus ipſe communis magnopere abhorreât, vt puta quę doceant ſingulas partes ſe toti impendere debere. Vno verbo ſatisfaciam, neceſſitati ſeruiẽdum eſſe, quæ in difficillimis tantùm Reip. temporibus dominatur, reliqoo tempore ſuum quemque ius obtinere fas eſt & decet. Iterum reſpondeo, plures eſſe conſtituendę Reip. formas, Monarchicam, Ariſtocraticã, & Democraticam. Si vnus quiſpiam imperium ſumere detrectet, cogi non poterit: quo enim iure plures, niſi fortè prios inter eos cõuenerit, vnum aliquem conſortem ſuum, & pari iure gaudentem, ſuis rationibus ac commodis ſeruire compellent? A ſolo Deo Moyſi ea cura mandata eſt. At plures idem onus ſubire poterunt, quibus eo minor erit cauſa defugiẽdi, quo munus ipſum leuius fiet, cùm in plures diſtribuetor, & ad multitudinis rationem magis accedet, quæ ſeipſam tueri, ſibique conſulere tenetur. Quòd ſi plures adhuc recuſent, nec Deus ipſe compellat, ſola eſt populi vniuerſa multitudo, quæ Reip. ſalutem incolumitatemque neglige-

Principatũ recuſare licet humana electione oblatum.

A re non poterit. Quemadmodum enim naturæ ius eſt, priuatim ſe quemque tueri: ita & publicè cunctos. Poſtquam verò multitudinis imperium penes eandem ſteterit, magiſtratus qui ab ea rebus gerendis præficientur, officio deeſſe non poterunt, quoniã ſuprema poteſtate vtens, ea tantùm mandat & permittit, quæ intra poteſtatis ſuæ terminos continentur. Non enim ſupremum ius cum illis communicat, ſed iuris imperat adminiſtrationem. In ſupremo autem magiſtratu conſtituendo ſummi iuris tranſlatio eſt, cum qua vtique pugnat, vt per imperium tradatur. Nam multitudo quidem ſupremo iure à Deo donata eſt, quo ſeipſam regeret, & ad eam rem omnibus & ſingulis ſuis membris vteretur: at ius aliud non accepit præterea, quo ſe-
B ipſam rerum ſuarum cura ac ſollicitudine liberans, vnum quempiam, aut etiam paucos cogeret ſe in tutelam ac fidem cum ſummo iure recipere. Sed huius rei poteſtas omnis in vno Deo ſita eſt. De ſuo tamen cedere iure poteſt, & ex pacto mutuaque conſenſione alterius poteſtati ſe permittere.

Reſtat vt de charitate videamus, num illa cuiquam ad capeſſendam Rempubl. neceſſitatem afferre poſſit. Videtur enim conſenſum quemcunque neceſſarium duxerimus ab electo extorquere, ſiquidem bonum poblicum priuatis commodis etiam propriis præferendum eſt. Breuiter reſponderi poteſt, varia eſſe genera bonorum: & alia quidem quæ ad corporis cultum vitamque tuendam pertinent, quo in ge-
C nere publicum illud cenſeri debet, de quo agimos, id eſt Reipubl. procuratio, quæ propterea etiam aliis omnibus in eodem genere præponi debet: at ea bonorum ſpecies quæ cœleſtis habetur, & ad immortalem vitam ſpectat, etiam priuatim publicis ex alio genere anteponenda eſt. Quocirca ſemper licebit, niſi quid aliud fortè prohibeat, religioſæ vitæ atque contemplatiuæ ſtudio & oblatum principatum reſpuere, & cùm initum fuerit, eodem ſe abdicare, ſicut non pauci olim fecerunt, quos & prior ætas mirata eſt, & Deus ipſe miraculis illuſtrauit, Eccleſia autem in Sãctorum numerum adſcripſit. Exempla cùm paſſim occurrunt in hiſtoriis Eccleſiaſticis, tum Platus è Societate Ieſu affatim ſuppeditabit libro 2. de Bono ſtatus religioſi, cap. 26. Ioatham filius Ietobaal cùm Iud. 9. ar-
D bores commemorat, quæ à cæteris delatum reſpuerunt imperium, harum duntaxat meminit, oleæ, ficus, & vitis. Quarum quidem prima curam animarum & ſollicitudinem Eccleſiarum Apoſtolicam deſignare videtur: altera contemplandi ſtudiom ſeu vitę genus Anachoreticum: tertia Religioſam illam palæſtram, quæ non modò tyrones ſuos ipſa probat, ſed etiam ad aliorum vtilitatem exercet, vti planum eſt ſingulas partes inter ſe conferenti. Sunt igitur totidem recuſandi imperij rationes legitimæ. Quanquam & ipſe quoque rhamnus, ſiue carduus imperandi munus defugere debuerat, ob improbitatem & imperitiam.

Charitas excuſat potius quàm cogat ad principatum ſuſcipiendũ.

Recuſandi imperij rationes legitimæ.

A

Versvs 2.

Cucurrerunt itaque, & tulerunt eum inde, ſtetitque in medio populi: & altior fuit vniuerſo populo ab humero & ſurſum.

Tacitus. *Species corporis electa imperia.*

Caivs Cæſar inquit Tacitus Annal. lib. 2. c. 1. componendæ Armeniæ delectus Ariobarzanem origine Medum, ob inſignem corporis formam, & præclarum animum, volentibus Armeniis præfecit. In Meroë, vt notauit Alex. ab Alex. l. 4. Genial. dierũ c. 23. nemo ſummum gerebat imperium, niſi qui præualido corpore reliquis antestaret. Gordij regẽ quàm obeſum & præpinguem eiſe voluere, quod ex corporis mole animi indolem diiudicarent. Apud Medos niſi qui viribus excelleret, præcipuoq; corpore cæteris emineret, iure gentis nemo rex eligitur: & in Lybia ſolũ qui citiſſimo curſu valeret, pro rege imperitauit: ſicut apud Catheos Indicam gentem, qui inſigni corporis forma cæteris anteiret. Æthiopes quoque, ſi quando regię ſtirpis vir deeſſet, maximarũ virium, quiqoe opibus & robure præcelleret, regem eligebãt. Porrò huc mirum videri poſſit quod de Xerxe traditur, ex tot millibus armatorũ, quos in Græciam duxit, neminem ſibi corporis magnitudine, aut ſpecie præſtitiſſe. Ericum Quartum Daniæ regem Albertus Krantzius hiſt. Danicę l. 5. c. 1. his coloribus depingit. Vir, inquit, animi, corporiſque dotibus inſignis erat. Tanta proceritate omnes excellens, vt ab humero ſurſum emineret, ipſo membrorum robore magnitudini reſpõdente. Tantis enim erat viribus, vt funẽ quaqoe manu prehenſum, quatuor furtiſſimos iuſſerit tenere viros: eos adductos, qua vellet circomageret: nec ab illis loco poterat diuelli. Speciosiſſimus illi pro corporis dignitate, ſonoruſq; erat vocis habitus: vt tubam audire, non hominem credas eùm loqueretur. Tanta deniq; humanitate, &c. Et c. 4. cùm Hieroſolymã religionis gratia proficiſceretur, Delegit, ioquit, viros eximię proceritatis viæ comites: quo minus conſpicua illius granditas haberetur. Cap. 5. cùm Bizantium veniſſet, penè ab Imperatore pro miraculo eſt habitus, & vnà cum ſuis in palatio depictus ad ornatum domus regiæ & poſteritatis memoriam. Cæterùm tauta hæc corporis ſpecies, magnitudo, atque proceritas nõ impari virtutum laude in Erico florebat, quæ apud pleroſque ob immanem Gigautum ſæuitiam malè audiit, & ſæpius viſa eſt cum ſuperbia, temeritate ac ſtoliditate coniuncta. Fiducia quippe virium inſolentiam parit, nec facilè intra cancellos legis diuinæ ſe continet, donec ſuperioris virtutis mole atteratur. At contra qui corde excedunt, longè diuerſam rationem ſequuntur, ſunt enim timidiſſimi. Calor ſiquidem qui animi atque audaciæ fomes habetur, fomacis ſuæ laxitate debilitatur & exoleſcit, vt autor eſt Ariſtoteles 3. de part. animal. cap. 4.

Alexand. ab Alexand.

Herodotus lib. 7.

Krantzius.

Qui magno corde ſunt, iidem timidiſſimi.

Ariſtot.

Versvs 24.

Et ait Samuel ad omnem populum: Certè videtis quem elegit Dominus, quoniam non ſit ſimilis illi in omni populo. Et clamauit omnis populus, & ait: Viuat rex.

Vermilius.

Vermilivs: Producitur Saül in medium: & apparet eminentior vniuerſo populo: atque ita eum commendat Samuel multitudini. Id autem fecit, non vt gratiam iniret apud nouum principem, ſed vt Dei beneficium B apud populum teſtaretur. Sed mirum eſt, Saülem non ab aliis potius virtutibus, ſed tantum à proceritate corpuris commendari. Scire autem debemus, id factum eſſe pro ratione loci, temporis, & rei. Populus enim quo cum agebat Samuel, maximè capitur proceritate, & aſpectu corporis. Deinde nulla adhuc extabant Saülis præclara facta: erat enim obſcurus agaſo, & in vulgus ignotus. Adhęc ſi in eo veræ virtutes extitiſſent, non potuiſſent poſtea auferri. Eſt enim virtus ſtabilis & perpetua. Hæc Vermilius. Minore fidei ſuæ periculo dicere potuit, etſi veræ in eo virtutes extitiſſent, non tamen oculis ſubiici potuiſſe. Quippe virtus nullo colore tingitur, ſed ſpiritualis res eſt atque incorporea. Quod veru ait virtutem vbi ſemel adhæſerit, C perire non poſſe, tametſi iuxta ſenſum verborum nullo negotio queat refelli, difficile tamen arbitror mẽtem autoris interpretari. Non enim inhærentem animis noſtris virtutem aliquam agnoſcunt hæretici, ſed contra docent, ſola nos Chriſti meritorum attributione ſeruari: nec ablutam ſcelere conſcientiam vllam fatentur, quin potius ita ſentiunt, innocentiam minimè reſtitui, niſi quatenus Deus ipſe ſua indulgentia, nullam turpitudinis noſtræ ac ſordium habere rationem ſtatuit. Quod ſi ita accipiendum erit, quemadmodum ipſi loquuntur, quò meritorum vim, ac proinde etiam bonorum operum ſtudium extinguant; ludunt profectò cùm de virtutis in homine præſentia diſputãt, quam nullam eſſe poſſe, certa fide confidunt: & auferri ridiculè negant, quam aſſerũt nunquam fuiſſe illatam. Haud tamen propterea, aut vera dixiſſe D aliquando fatebor, aut etiam ſuæ ſententię conſentanea. Nam eo errore, qui virtutem è medio tollit, nihil, opinor, abſurdius excogitari poteſt. Cùm enim Deus ſceleſtis atque impiis ſuas ſordes exprobret, ac vitio vertat, bonos contra honore atque amore complectatur, quî fieri poteſt, cùm toties ſtatum mutemus, vt eoſdem ſemper facinoroſos iuſtoſve habeat? Peccatores certè, poſtquam ſuperioris vitæ maculas eluerint, & ad bonam frugem ſe receperint, in album piorum refert; iuſtos contrà, qui prius virtuti ac pietati ſtuduerant, ſi quando in barathrum turpitudinis prolapſi fuerint, impiorum turbæ aſcribit. Id cùm Deus apud Ezechielem cap. 18. palàm & apertè prædicet, nonne mirum eſt, à quoquam qui ſacras literas doceat, quam-

Hæreticorũ de virtute repugnantes ſententiæ.

Virtutem in homine ſeruari poſſe.

cunque virtutis ac vitij, impietatis & gratiæ viciſſitudinem negari? vel Apoſtolum audi, quid te moneat. *Qui ſtat*, inquit, *videat ne cadat.* Chriſtus item Dominus, referente Ioann. Apocalyp. 2. ait: *Charitatem tuam primam reliquiſti. Memor eſto itaque vnde excideris: & age pœnitentiam, & prima opera fac. Sin autem: venio tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco ſuo, niſi pœnitentiam egeris.* Addatur his & aliud tertium ex Apoſtolo teſtimonium ad Hebræos 6. *Impoſsibile enim eſt*, inquit, *eos qui ſemel ſunt illuminati, guſtauerunt etiam donum cæleſte, & participes facti ſunt Spiritus Sancti, guſtauerunt nihilominus bonum Dei verbum, virtuteſque ſeculi venturi, & prolapſi ſunt; rurſus renouari ad pœnitentiam, rurſum crucifigentes ſibimetipſis filium Dei, & oſtentui habentes.* B

Virtus igitur ex hominum animis deleri poteſt, non modò ea quæ labore ac ſtudio parta eſt, ſed etiam quæ nullo noſtro merito, Dei tantùm beneficio comparata. Tametſi enim virtus, ſuapte natura perpetua atque immortalis eſt, nec vlli iacet mutationi obnoxia, ſubiecti tamen vitio, quo nullum leuius atque inconſtantius fingi poteſt, non raro extruditur. Subiecti nomine hominem intelligo, qui diuturno vſu quæſitos habitus, negligentia, deſuetudine, obliuione, ſæpius etiam libidinis æſtu atque impotentia amittit; vt docet S. Thomas 1. 2. quæſt. 53. & c. 1. & 2. Tametſi enim voluntas hominis, quæ virtutum præcipua ſedes eſt: & ratio item, quæ voluntatem regit ac moderatur, ſi naturam ſpectes, corruptionis C expertes ſint: neutra tamen in his, in quibus verſantur, ſatis conſtanter ſe habet: ſed ratio quidem nonnunquam opinione fallitur; voluntas verò ab eadem variis modis ludificata, contrarias in partes abit, & ſeipſa deſciſcit; ſic, vt meritò cum rebus leuiſſimis, arundine, fluctu, aut etiam Cameleonte comparari queant.

S. Thomas.

Et quidem virtutes quæ humano ſtudio comparantur, cùm ſint illæ diuturno vſu atque contentione quæſitæ, non ita facili negotio tolli poſſunt, aut quouis impetu labefactari: ſed infuſæ, & quæ gratis à Deo hominum mentibus inditæ ſunt, ſi vim patiantur, mox intereunt. Nam cùm de ſola charitatis radice pendeant, ea ſi præcidatur, continuò exareſcant neceſſe eſt. Charitas verò vnico telo peccati mortalis, tanquam præſentiſſimo veneno, icta reſtinguitur. Qua ſublata, adhuc quidem manent informes D quidam habitus, ſed illi virtutes haberi vltra non poſſunt, aut de Deo bene mereri, cùm ſint à gratia & charitate alieni. Conſule D. Thomam quæſt. 71. art. 4. 1. 2.

Quæſita virtus infuſâ ſecundùm eandem proportionem tenacius inhæret.

ET *clamauit omnis populus, Viuat rex.*] Idem poſtea obſeruandum eſt, cùm Salomon in regem vnctus eſt. 3. Reg. cap. 11. *Produxit*, inquit, *filium regis Ioiada Sacerdos, & poſuit ſuper eum diadema & teſtimonium: feceruntque eum regem, & vnxerunt: & plaudentes manu dixerunt: Viuat rex.* Herodianus lib. 2. de Nigro agens, qui Pertinaci ſucceſſit, à Seuero autem extinctus eſt: Talia, inquit, loquentem (Nigrum,) continuò exercitus omnis, cæterúmque vulgus, Imperatorem atque Auguſtum conſalutant, tum amictum purpura, reliquoque exornatum aulico apparatu, ibidem ex tempore conquiſito, præcedente etiam igni, in Antiochiæ primùm templa, mox ad ſuas ædes deduxerunt. quas etiam, ceu iam non priuatas, omnibus extra inſignibus imperatoriis adornauerunt.

Herodianus.

Vermilius: Populus acclamat, Perpetuet Deus hanc felicitatem nouo regi. Fuit ea conſuetudo populi Iſraelitici, vt regibus ſuis acclamarent fauſtis ominibus, Oſianna, benedictus qui venit in nomine Domini. Ille mos poſtea non tantùm in regibus, ſed etiam in patribus concionantibus retinebatur. Itaque Chryſoſtomus monet ſæpe populum, vt ne acclamarent, ſed imitarentur ea quæ audierant. Ita legimus acclamatum, multos annos Imperatori. Et cum Auguſtinus deſignaſſet ſibi ſucceſſorem Eradium, auditæ ſunt acclamationes populi fauſta precantis. Hactenus Vermilius.

Vermilius.

Porrò, etſi nihil ſic cum vera ratione conſentiat, vt ab vno aliquo multitudinem regi, ac proinde etiam videri poſſint prima regnorum fundamenta, à Deo iacta eſſe, præſertim cùm Apoſtolus aſſerat ad Rom. 11. *Ea quæ ordinata ſunt, à Deo eſſe*, & cap. 13. *Non eſſe poteſtatem niſi à Deo*: nulli tamen præ cæteris ab initio humanum genus commendatum atque addictum legimus: ſed regna & imperia magna ex parte per vim & iniuriam excitata ſunt. Licet itaque prima legitimæ poteſtatis inſtitutio, ortu ſuo atque origine diuina ſit, huius tamen vſurpatio atque vſus, ſi à recta ratione deflectant, minimè cenſenda eſt eatenus Deum habere autorem. De nonnullis namque apud Oſeam cap. 8. queritur: *Ipſi regnauerunt, & non ex me: principes extiterunt, & non cognoui.* Modus verò, inquit Bertrandus Epiſcopus Eduenſis, tractatu de Origine & vſu iuriſdictionum, quæſt. 1. debitus perueniendi ad poteſtatem ſeu autoritatem regendi populum, eſt duplex: videlicet per hereditariam ſucceſſionem, & per electionem. Sed modus perueniendi per hæreditariam ſucceſſionem, non poteſt eſſe primus; qui enim alteri ſuccedit, non eſt primus, ſed ille alter præceſſit. Igitur primus modus perueniendi debitè ad autoritatem regiminis, eſt per Electionem Dei vel hominum. Et ille qui eſt per ſpecialem electionem Dei rarus fuit, & quaſi priuilegiatus: ille autem qui eſt per electionem & conſenſum populi, eſt communis. Omnis autem alius modus perueniendi ad autoritatem regiminis; puta per violentiam potentiæ, vel aſtutiam fraudulentiæ, eſt illicitus. Hæc ille. Poſtquæ deinceps pluribus oſtendit Scripturarum teſtimoniis, prima quatuor Imperia, Aſſyriorum, Perſarum, Græcorum, atque Romanorum, armorum vi, cædibus, iniuſtitia ſata ac propagata fuiſſe. His namque artibus Geneſ. 10. Chaldæos primùm atque Aſſyrios, mox etiam finitimos, Nembroth ſub iugum miſit, ſuæque ditioni ſubeſſe coegit. Aſſyriorum autem regem Cyrus Perſa, deuicta captaque Babylone, obtruncauit, & ſolium Imperij in Perſas tranſtulit: ſic enim Daniel, qui ſupremis Babyloniorum temporibus

Qua ratione non eſt poteſtas niſi à Deo.

Bertrandus Epiſcopus.

Parandi imperij modi legitimi atque illegitimi.

Versus 2.

Cucurrerunt itaque, & tulerunt eum inde, ſtetitque in medio populi: & altior fuit vniuerſo populo ab humero & ſurſum.

Tacitus. *Species corporis electa imperio.*

Caivs Cæſar inquit Tacitus Annal. lib. 2. c. 1. componendæ Armeniæ delectus Ariobarzanem origine Medum, ob inſignem corporis formam, & præclarum animum, volentibus Armeniis præfecit. In Meroë, vt notauit Alex. ab Alex. l. 4. Genial. dierũ c. 23. nemo ſummum gerebat imperium, niſi qui prævalido corpore reliquis anteſtaret. Gordij regẽ quàm obeſum & præpinguem eſſe voluere, quod ex corporis mole animi indolem diiudicarent. Apud Medos niſi qui viribus excelleret, præcipuoq; corpore cæteris emineret, iure gentis nemo rex eligitur: & in Lybia ſolũ qui citiſſimo curſu valeret, pro rege imperitauit: ſicut apud Catheos Indicam gentem, qui inſigni corporis forma cæteris anteiret. Æthiopes quoque, ſi quando regię ſtirpis vir deeſſet, maximarũ virium, quique opibus & robore præcelleret, regem eligebãt. Portò hoc mirum videri poſſit quod de Xerxe traditur, ex tot millibus armatorũ, quos in Græciam duxit, neminem ſibi corporis magnitudine, aut ſpecie præſtitiſſe. Ericum Quartum Daniæ regem Albertus Krantzius hiſt. Danicę l. 5. c. 1. his coloribus depingit. Vir, inquit, animi, corporiſque dotibus inſignis erat. Tanta proceritate omnes excellens, vt ab humero ſurſum emineret, ipſo membrorum robore magnitudini reſpõdente. Tantis enim erat viribus, vt funẽ quaque manu prehenſum, quatuor fortiſſimos iuſſerit tenere viros: eos adductos, qua vellet circumageret: nec ab illis loco poterat diuelli. Speciosiſſimus illi pro corporis dignitate, ſonoruſq; erat vocis habitus: vt tubam audire, non hominem credas cùm loqueretur. Tanta deniq; humanitate, &c. Et c. 4. cùm Hieroſolymã religionis gratia proficiſceretur, Delegit, inquit, viros eximię proceritatis viæ comites: quo minus conſpicua illius granditas haberetur. Cap. 5. cùm Bizantium veniſſet, penè ab Imperatore pro miraculo eſt habitus, & vnà cum ſuis in palatio depictus ad ornatum domus regiæ & poſteritatis memoriam. Cæterùm tanta hæc corporis ſpecies, magnitudo, atque proceritas nõ impari virtutum laude in Erico florebat, quæ apud pleroſque ob immanem Gigantum ſæuitiam malè audiit, & ſæpius viſa eſt cum ſuperbia, temeritate ac ſtoliditate coniuncta. Fiducia quippe virium inſolentiam parit, nec facilè intra cancellos legis diuinæ ſe continet, donec ſuperioris virtutis mole atteratur. At contra qui corde excedunt, longè diuerſam rationem ſequuntur, ſunt enim timidiſſimi. Calor ſiquidem qui animi atque audaciæ fomes habetur, fornacis ſuæ laxitate debilitatur & exoleſcit, vt autor eſt Ariſtoteles 3. de part. animal. cap. 4.

Alexand. ab Alexand. — Herodotus lib. 7. — Krantzius. — *Qui magno corde ſunt, iidem timidiſſimi.* — Ariſtot.

Versus 24.

Et ait Samuel ad omnem populum: Certè videtis quem elegit Dominus, quoniam non ſit ſimilis illi in omni populo. Et clamauit omnis populus, & ait: Viuat rex.

Vermilius.

Varmilivs: Producitur Saül in medium: & apparet eminentior vniuerſo populo: atque ita eum commendat Samuel multitudini. Id autem fecit, non vt gratiam iniret apud nouum principem, ſed vt Dei beneficium apud populum teſtaretur. Sed mirum eſt, Saülem non ab aliis potius virtutibus, ſed tantum à proceritate corporis commendari. Scire autem debemus, id factum eſſe pro ratione loci, temporis, & rei. Populus enim quo cum agebat Samuel, maximè capitur proceritate, & aſpectu corporis. Deinde nulla adhuc extabant Saülis præclara facta: erat enim obſcurus agaſo, & in vulgus ignotus. Adhęc ſi in eo veræ virtutes extitiſſent, non potuiſſent poſtea auferri. Eſt enim virtus ſtabilis & perpetua. Hæc Vermilius. Minore fidei ſuæ periculo dicere potuit, etſi veræ in eo virtutes extitiſſent, non tamen oculis ſubiici potuiſſe. Quippe virtus nullo colore tingitur, ſed ſpiritualis res eſt atque incorporea. Quod vero ait virtutem vbi ſemel adhæſerit, perire non poſſe, tametſi iuxta ſenſum verborum nullo negotio queat refelli, difficile tamen arbitror mẽtem autoris interpretari. Non enim inhærentem animis noſtris virtutem aliquam agnoſcunt hæretici, ſed contra docent, ſola nos Chriſti meritorum attributione ſeruari: nec ablutam ſcelere conſcientiam vllam fatentur, quin potius ita ſentiunt, innocentiam minimè reſtitui, niſi quatenus Deus ipſe ſua indulgentia, nullam turpitudinis noſtræ ac ſordium habere rationem ſtatuit. Quod ſi ita accipiendum erit, quemadmodum ipſi loquuntur, quò meritorum vim, ac proinde etiam bonorum operum ſtudium extinguant; ludunt profectò cùm de virtutis in homine præſentia diſputãt, quam nullam eſſe poſſe, certa fide confidunt: & auferri ridiculè negant, quam aſſerũt nunquam fuiſſe illatam. Haud tamen propterea, aut vera dixiſſe aliquando fatebor, aut etiam ſuæ ſententię conſentanea. Nam eo errore, qui virtutem è medio tollit, nihil, opinor, abſurdius excogitari poteſt. Cùm enim Deus ſceleſtis atque impiis ſuas ſordes exprobret, ac vitio vertat, bonos contra honore atque amore complectatur, quî fieri poteſt, cùm toties ſtatum mutemus, vt eoſdem ſemper facinoroſos iuſtoſve habeat? Peccatores certè, poſtquam ſuperioris vitæ maculas eluerint, & ad bonam frugem ſe receperint, in album piorum refert; iuſtos contrà, qui prius virtuti ac pietati ſtuduerant, ſi quando in barathrum turpitudinis prolapſi fuerint, impiorum turbæ aſcribit. Id cùm Deus apud Ezechielem cap. 18. palàm & apertè prædicet, nonne mirum eſt, à quoquam qui ſacras literas doceat, quam-

Hæreticorũ de virtute repugnantes ſententiæ. — *Virtutem in homine perire poſſe.*

cunqoe virtutis ae vitij, impietatis & gratiæ vi- A ciſſitudinem negari? vel Apoſtolum audi, quid te mooeat. *Qui ſtat*, inquit, *videat ne cadat.* Chriſtus item Dominus, referente Ioann. Apocalyp. 2. ait: *Charitatem tuam primam reliquiſti. Memor eſto itaque vnde excideris: & age pœnitentiam, & prima opera fac. Sin autem: venio tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco ſuo, niſi pœnitentiam egeris.* Addatur his & aliud tertiom ex Apoſtolo teſtimoniom ad Hebræos 6. *Impoſsibile enim eſt*, inquit, *eos qui ſemel ſunt illuminati, guſtauerunt etiam donum cæleſte, & participes facti ſunt Spiritus Sancti, guſtauerunt nihilominus bonum Dei verbum, virtuteſque ſeculi venturi, & prolapſi ſunt; rurſus renouari ad pœnitentiam, rurſum crucifigentes ſibimetipſis filium Dei, & oſtentui habentes.* B

Virtus igitur ea hominum animis deleri poteſt, non modò ea quæ labore ae ſtudio parta eſt, ſed etiam quæ nullo noſtro merito, Dei tantùm beneficio comparata. Tametſi enim virtus, ſuapte natura perpetua atque immortalis eſt, nec vlli iacet mutationi obnoxia, ſubiecti tamen vitio, qoo nollum leoius atque inconſtantius fingi poteſt, non rarò extruditur. Subiecti nomine hominem intelligo, qui diuturno vſu quæſitos habitus, negligentia, deſuetudine, obliuiooe, ſæpius etiam libidinis æſtu atque impotentia amittit; vt docet S. Thomas 1. 2. quæſt. 53. & e. 1. & 2. Tametſi enim voluntas hominis, quæ virtotum præcipua ſedes eſt: & ratio item, quæ voluntatem regit ae moderatur, ſi naturam ſpectes, corruptionis C eapertes ſint: oeutra tamen in his, in quibus verſantur, ſatis conſtanter ſe habet: ſed ratio quidem nonnunquam opinione fallitur; voluntas verò ab eadem variis modis ludificata, contrarias in partes abit, & ſeipſa deſciſcit; ſic, vt meritò cum rebus leuiſſimis, arundine, fluctu, aut etiam Cameleonte comparari queant. Et quidem virtutes quæ humano ſtudio comparantur, cùm ſint illæ diuturno vſu atque contentione quæſitæ, non ita facili negotio tolli poſſunt, aut quouis impetu labefactari: ſed infuſæ, & quæ gratis à Deo hominum mentibus inditæ ſunt, ſi vim patiantur, mox intereunt. Nam cùm de ſola charitatis radiee pendeant, ea ſi præcidatur, continuò exareſcant neceſſe eſt. Charitas verò vnieo telo peccati mortalis, tanquam præſentiſſimo veneno, icta reſtinguitur. Qua ſoblata, adbuc quidem manent informes D quidam habitus, ſed illi virtutes haberi vltra non poſſunt, aut de Deo bene mereri, cùm ſint à gratia & charitate alieni. Conſule D. Thomam quæſt. 71. art. 4. 1. 2.

S. Thomas.

Quaſita virtus infuſa ſecundum eandem proportionem tenacius inhæret.

ET *clamauit omnis populus, Viuat rex.*] Idem poſtea obſeruandum eſt, cùm Salomon in regem vnctus eſt. 3. Reg. cap. 11. *Produxit*, inquit, *filium regis Ioiada Sacerdos, & poſuit ſuper eum diadema & teſtimonium: feceruntque eum regem, & vnxerunt: & plaudentes manu dixerunt: Viuat rex.* Herodianus lib. 2. de Nigro agens, qui Pertinaci ſucceſſit, à Seuero autem extinctus eſt: Talia, inquit, loqoentem (Nigrum,) continuò exercitus omnis, cæterúmque vulgus, Imperatorem atque Auguſtum conſalu-

Herodianus.

A tant, tum amictum purpura, reliquoqoe exornatum aolico apparatu, ibidem ex tempore conquiſito, præcedente etiam igni, in Antiochiæ primùm templa, moa ad ſuas ædes deduxerunt. quas etiam, ceu iam non priuatas, omnibus extra inſignibus imperatoriis adornauerunt.

Vermilius: Populos acclamat, Perpetuet Deus hanc felicitatem nouo regi. Foit ea conſuetudo populi Iſraelitici, vt regibos ſuis acclamarent fauſtis ominibus, Oſianna, benedictus qui venit in nomine Domini. Ille mos poſtea non tantùm in regibus, ſed etiam in patribus concionantibus retinebatur. Itaque Chryſoſtomus monet ſæpe popolum, vt ne acclamarent, ſed imitarentur ea quæ audierant. Ita le- B gimus acclamatum, multos annos Imperatori. Et eum Auguſtinus deſignaſſet ſibi ſucceſſorem Eradiom, auditæ ſunt acclamationes populi faoſta precantis. Hactenus Vermilius.

Vermilius.

Porrò, etſi nihil ſic eom vera ratione conſentiat, vt ab vno aliquo multitudinem regi, ae proinde etiam videri poſſint prima regnorum fundamenta, à Deo iacta eſſe, præſertim cùm Apoſtolus aſſerat ad Rom. 11. *Ea quæ ordinata ſunt, à Deo eſſe*, & cap. 13. *Non eſſe poteſtatem niſi à Deo*: nulli tamen præ cæteris ab initio humanum genus commendatum atque addictum legimus: ſed regna & imperia magna ex parte per vim & iniuriam excitata ſunt. Licet itaque prima legitimæ poteſtatis inſtitutio, ortu ſuo atque origine diuina ſit, huius tamen v- C ſurpatio atqoe vſus, ſi à recta ratione deflectant, minimè cenſenda eſt eatenus Deum habere autorem. De nonnullis namque apud Oſeam cap. 8. qoeritur: *Ipſi regnauerunt, & non ex me: principes extiterunt, & non cognoui.* Modus verò, inquit Bertrandus Epiſcopus Eduenſis, tractatu de Origine & vſu iuriſdictionum, quæſt. 1. debitus perueniendi ad poteſtatem ſeu aotoritatem regendi populum, eſt duplex: videlicet per hereditariam ſucceſſionem, & per electionem. Sed modus perueniendi per hæreditariam ſuceeſſionem, non poteſt eſſe primus; qui enim alteri ſuccedit, non eſt primus, ſed ille alter præceſſit. Igitur primus modus perueniendi debitè ad autoritatem regiminis, eſt per Electionem Dei vel hominum. Et ille qui eſt per ſpecialem electionem Dei rarus fuit, & quaſi priuilegiatus: ille autem qui eſt per ele- D ctionem & conſenſum populi, eſt communis. Omnis autem alius modos perueniendi ad autoritatem regiminis; puta per violētiam potentiæ, vel aſtutiam fraudulentiæ, eſt illicitus. Hæc ille. Poſtquæ deinceps pluribus oſtendit Scripturarum teſtimoniis, prima qoatuor Imperia, Aſſyriorum, Perſarum, Græcorum, atque Romanorum, armorum vi, cædibus, iniuſtitia ſata ac propagata fuiſſe. His namque artibus Geneſ. 10. Chaldæos primùm atque Aſſyrios, moa etiam finitimos, Nembroth ſobiogum miſit, ſuæque dirioni ſubeſſe coegit. Aſſyriorum autem regem Cyrus Perſa, deuicta captaqoe Babylone, obtruncauit, & ſolium Imperij in Perſas tranſtulit: ſic enim Daniel, qui ſupremis Babyloniorum temporibus

Qua ratione non eſt poteſtas niſi à Deo.

Bertrandus Epiſcopus.

Parandi imperij modi legitimi atque illegitimi.

interfuit, cap. 5. teſtatum reliquit. Perſarum A verò Imperium initio 1. Machabæor. Alexander Macedo funditus euertit, ferro vbique flammiſque bacchatus, nec vlli rei parcens, quæ votis eius obſiſteret, donec Græcorum propagaret imperium: quod nō ita multo poſt, eadem via graſſantibus Romanis, ceſſit, penituſque corruit. Ex quibus patet, addit Bertrandus, quòd poteſtas ſecularis (quantum ad quatuor imperia ſibi inuicem ſuccedentia) non fuit à principio legitimè introducta, ſed per violentiam vſurpata. In ſignum huius, hæc quatuor Imperia ſeu regna oſtenſa ſunt Danieli in viſione, ſub ſimilitudine non hominum, ſed beſtiarum; quia non inſurrexerunt per viam rationis, ſed impetu ſenſualitatis, quantum ad B primam ſui originem. Si autem proceſſu temporis hæc regna reducta ſunt ad ſtatum legitimum, oportet quòd hoc fuerit accedente conſenſu populi, expreſſo vel interpretatiuo. De regno autem Iſrael, legimus quod habuit legitimum initium. Saul enim primus rex, forte fuit electus autoritate Domini, & ex conſenſu populi. Eo autem reprobato propter inobedientiam, electus fuit Dauid à Deo, & vnctus per Samuelem, vt legitur in primo Regum; & filij eius ſucceſſerunt ei in regnum, exdinatione Dei. Hactenus Epiſcopus Eduenſis Tomo 4. Bibliothecæ SS. Patrum.

VERSVS 25.

Loquutus eſt autem Samuel ad populum legem regni, & ſcripſit in libro, & repoſuit coram Domino: & dimiſit Samuel omnem populum, ſingulos in domum ſuam.

AD hunc diem prior ille ſtatus obtinuerat, quē Θεαρχίαν Ioſephus nominauit. Deinceps noua quædam reipub. forma præſcribitur, regia ſcilicet, quæ an mera fuerit, ſiue prorſus omni lege ſoluta, necdum compertum eſt. Ignoratur ſiquidem, quid illa regni lege contineretur, ſicut, & quid poſtea lib. 2. cap. 5. ſtatutum ſit eo fœdere, quod cum optimatibus Dauid fertur pepigiſſe. Verùm de Monarchia po- D ſtea ſæpius: nunc de priore politia, quoniam non erit deinceps tractandi locus, paucis abſoluam, & quidem verbis Caroli Molinæi, qui Gerſonij ſententiam ſequutus eſt, Tomo ſuo tertio ad edictum Henrici 2. contra paruas datas. Ioannes Gerſon, inquit, Tractatu de Poteſtate Eccleſiaſtica, Conſideratione 8. ſub finem, Politiam ſub Moſe mixtam fuiſſe docet ex triplici politia, nempe regali in Moſe, Ariſtocratica in Septuaginta duobus ſenioribus, & Democratica, dum de populo & ſingulis tribubus ſub Moſe rectores ſumebantur. Vult dicere Gerſon, quòd non erat Monarchia, qualis poſtea ſub regibus fuit, & veterem illam politiam huic præfert, & meritò. Quamuis enim ſingulas politeiarum ſpecies per ſe conſiderando, Ariſtocratia præſtet Democratiæ, & Regia

Prima Hebræorum politia.

Carolus Molinæus.

Ioann. Gerſon.

A Ariſtocratię, præſertim ſi, Regia non electione, ſed ſucceſſione ſanguinis deferatur (& quanto ſucceſſio illa perennior & diuturnior eſt, & minus interrupta) tamen politeia temperata ex tribus vtilior, præſtantior, & durabilior eſt ſingulis. 2. Dico tamen quod preſſius loquendo, politia illa Iſraelitica non erat mixta, ſed regia, quia ſumma rerum erat penes Moſen, imò penes Deum Opt. Max. cuius Moſes organum erat, iuxta illud Pſal. *In exitu Iſrael de Ægypto, &c. Factus est, ô Deus, Iuda ſacroſanctus eius, & Iſraels Imperator eius.* licet partem adminiſtrationis dimiſiſſet Deus dictis ſenioribus, & tribunis populi. Iudicatur enim & denominatur ab eo quod præualet. *l. quæritur. de ſtatu homi-* B *num.* Ariſto. in l. politicōn. vbi, quamuis libro 3. cap. 12. videatur Regiam Ariſtocraticæ poſtponere, non loquitur cæteris paribus, ſed de merè Regia, reſpectu Ariſtocraticæ cæteris legibus temperatæ: quam mirum non eſt, ſi præferat abſolutæ Monarchiæ, quæ facilè in tyrannidē degenerat: mera verò Ariſtocratia facilius in Oligarchiā labitur. Hæc Carolus Molinęus. Ex quibus intelligere potes, nō modò quæ fuerit Molinæi de optimo ſtatu reipub. ſententia, verùm etiam quo genere politiæ Hebræi primùm Deo autore vſi ſint.

Apud Herodotum l. 3. cùm ſeptem nobiliſſimi Perſarum poſt *μαγοφονίαν*, ſiue Magorum cæ- C dem, de componendo Reipub. ſtatu conferrēt, primus Otanes popularem ſtatum extulit, Megabyzus optimatum: ſed Darij ſententia obtinuit, qui cenſuit Monarchiam reliquis omnibus præferendam. Singulorum rationes afferam, quando eas paucis Herodotus complexus eſt. Vnum principem fieri, inquit Otanes, neque iucundum videtur eſſe, nec bonum. Nam, & quò licentiæ Cambyſes proceſſerit, noſtis, & quò Magus. Quid igitur nobis opus eſt Monarchia, quam ſuſtulimus? in qua licet pro libidine agere omnia impunè: quæ virum, etiam ſi optimus omnium fuerit, tamen cùm in ea poſitus eſt, extra conſuetos abiicit ſenſus. quippe cùm præter inuidiam ab initio ingenitam homini, ingeneretur ex præſentibus bonis inſolentia. Itaque hęc duo mala habens, nimirum omnem malitiā habet, tum per inſolentiam, quòd expletus rebus omnibus eſt, tum per inuidiam multa facinora D admittens. At enim vir tyrannus (vt qui omnia bona obtinet) debebat ſine liuore eſſe. Verùm ita natura comparatum eſt, vt is ſit aduerſarius popularibus ſuis. Siquidem eorum optimis quibuſque, qui ſuperſtites ſunt atque viuunt, inuidet, deterrimis delectatur: & quod indecentiſſimum eſt, criminationes admittere optimū putat. Nam ſiue admireris eum modeſtè, offenditur, quòd non effusè hoc facias: ſiue effusè facies, offenditur, quaſi ſibi aſſenteris. Et vt exequar dicendo quę maxima ſunt, iura patria labefactat; fœminis vim affert; indemnatos interimit. At cùm dominatur multitudo, in primis nomen obtinet omnium pulcherrimum, iſonomiam, id eſt, iuris æquabilitatem. Deinde nihil eorum agit, quæ Monarchus, hoc eſt, vnicus princeps: nam magiſtratus tum ſorte deliguntur, tum adminiſtratorum rationē reddunt:

Herodotus.

Popularis ſtatus laudatur.

Probatur Optimatum potentia.

A omnia denique conſilia in commune referuntur, omnia in multitudine inſunt. Itaque, &c. At Megabyzus ad holigarchiam, id eſt, ad ſtatum paucorum rem traducens, ad eam ſocios hortabatur his verbis: Quæ Otanes dixit de abolenda tyrannide, ea ſint pro dictis à me quoque: ſed quatenus hortabatur ſummam deferri ad multitudinem, in hoc ab optima errauit ſententia. Etenim populari multitudine nihil eſt neque inſipientius, neque inſolentius. Itaque eos qui tyranni ſæuitiam fugiunt, ad intemperantis plebis recidere ſæuitiam, neqoaquam tolerandum eſt. Nam tyrannus, ſi quid facit, intelligens facit: at plebi ſuum eſt, nihil intelligere. Quo enim pacto ſciat, qui neque edoctus eſt, neque honeſtum nouit, ne domeſticum quidē, qui ad res agendas ſine conſilio pręceps ruit, B torrenti flumini ſimilis. Ex quo, ſi qui malè conſultum Perſis cupiunt, ij ſtatu populari vtantur. Nos verò, qui cœtum virorum optimorum delegimus, ad hos deferamus. Nam inter eos & ipſi erimus, & ex optimis viris credibile eſt optima exiſtere conſilia. Hanc Megabyzus ſententiam dixit. Excepit Darius. Quæ Megabyzus dixit, quatenus ad ſtatum popularem pertinent, rectè mihi videtur dicere: quatenus ad ſtatum paucorum, non rectè. Propoſitis enim tribus ſtatibus, & his omnibus optimis; vt optimè imperet populus, optimè pauci, optimè vnus; inter hæc multò antecellere vnius imperium ſentio. Nam vnius viri, qui optimus ſit, imperio, nihil melius eſſe conſtat. Quod qui ſentit, non immeritò ſtatum popularem miſſum faciat, vt ta- C ceam, ſic præcipuè conſilia in aduerſarios taceri ſolere. Porrò, in ſtatu paucorum, cùm plures virtuti incumbant in publicum, vehementiora priuatim odia excitari cōſueuerunt. Cùm enim quiſque Princeps eſſe optet, & in dicenda ſententia vincere, ad ingentia inter ſe odia euadūt: ex quibus ſeditiones exiſtunt, è ſeditionibus cędes, è cædibus ad vnius imperium deuenitur. Vnde intelligi datur, quantū ſit hoc illo præſtantius. Iam verò plebe imperante, abeſſe non poteſt, quin malitia exoriatur: exorta malitia in repub. inter malos, non odia fiunt, ſed amicitiæ validæ: qui enim aduerſus rempublicam facinoroſi ſunt, mutuò ſe occultant: idque tam- D diu fit, dum aliquis populo præpoſitus, tales homines compeſcat, is videlicet, quem populus inter cæteros admiretur. Hic cùm admirationi eſt, tunc verè Monarchus oſtenditur, declarans in hoc Monarchiam eſſe omnium præſtantiſſimam. Atque vt in ſumma omnia colligam, vnde nobis libertas extitit, & à quo data, à populóne, an ab holigarchia, an à Monarcho? Ego ſentio cùm ſitis per vnum virum liberati, vos debere talem rem complecti. Hactenus illi apud Herodotum.

Darius vnius imperium prefert, & obtinet.

Vermilius.

LOQVVTVS *eſt Samuel ad populum legem regni.*] Vermilius. Quidam putant Samuelem, vt erat propheta, prædixiſſe populo, quid eſſet euenturum ſub regibus. Alij eum putant explicaſſe populo ius regium, & pœnam rebellionis. Alij arbitrantur, eum recitaſſe caput 17. Deuteronomij, in quo regis officium continetur. Videtur autem neceſſarium fuiſſe, vt A ita faceret. Nam antea populus vixerat ſub Ariſtocratia. nunc, mutato magiſtratu, oportuit rogari nouas leges, ne populus ignarus tranſgrederetur. *Et repoſuit coram Domino.* Aliqui putant, poſuiſſe eum ius illud regium ad latus arcæ fœderis: quod in Deuteronomio præcipitur fieri de lege: alij potius in Maſphat, vbi ſacellum erat, ad quod populus conuenire ſolebat, & precari Deum. Commentarij qui aſcribuntur S. Hieronymo, putant ibi fuiſſe arcam fœderis. Verùm id iam antea refutauimus: fuit enim in Cariathiarim vſque ad Dauidem regem. Hæc Vermilius.

De lege Regni, qua Rex Deo, populus Regi obtemperare iuſſi ſunt.

Philoſtratus.

NARRAT Philoſtratus lib. 5. vitæ Apollonij cap. 9. Veſpaſianum, vt primùm ab exercitu in Iudæa Imperator renuntiatus eſt, Alexandriam Ægypti contendiſſe, ibique iam portas ſubeūti Sacerdotes occurriſſe, libros præ ſe ferentes, in quibus, cùm ritus ac ceremoniæ Deorum ſuorum continebantur, tum etiam leges ac ſtatuta, quibus Ægyptus regi atque adminiſtrari ſoleret. At Iudæorum reges, vt primùm deſignati atque inaugurati eſſent: non modò legem accipere à Sacerdotibus iubebantur, verumetiam deſcribere. Sic enim à Deo ſtatutum legimus Deuteron. cap. 17. his verbis. *Poſtquam autem ſederit (rex) in ſolio regni ſui, deſcribet ſibi Deuteronomium legis huius in volumine, accipiens exemplar à Sacerdotibus Leuiticæ tribus, & habebit ſecum, legetque illud omnibus diebus vitæ ſuæ, vt diſcat timere Dominum Deum ſuum, & cuſtodire verba & ceremonias eius, quæ in lege præcepta ſunt.* In quam locum Paulus Fagius apud Onkelum, Hoc eſt, inquit, ſtatim inito regno ſua manu legem deſcribat, præter illam quam priuatus deſcripſerat, vt intelligat ſe ad obſeruantiam legis obſtrictiorem priuatis eſſe. Cuius autem præceptum erat, vt legem deſcriberet, iuxta illud infra cap. 31. *Et nunc deſcribite vobis canticum hoc*, id eſt, legem cui canticum adiectum eſt. Memoriæ enim firmius hærent, quæ diligenter deſcribuntur. Amplius quoque dicunt Hebræi, quòd ſi antea non habuit deſcriptam legem, poſtquam rex factus eſt, tenetur duos libros legis deſcribere. Alterum, quem reponat in ſuo theſaurario, alterum verò quem iugiter ſecum habeat, ſiue egrediatur ad bellum, ſiue ſedeat in iudicio, ſiue ſit in conuiuio, & nunquam à ſe remoueat, niſi noctu cùm dormit, vel cùm eſt in balneis, vel cùm exonerat aluū, imò ſemper in eo legat cūctis diebus ſuis.

Reges apud Iudæos magiſtratum ineuntes, iubentur Dei legem deſcribere.

Paulus Fagius.

Iubetur autem legis exemplar non à quolibet, ſed à Sacerdotibus accipere. Illi ſiquidem in atrio templi, volumen legis ſyncerum ac primarię autoritatis aſſeruabant, ne à quoquam, errore, vel malitia, Scriptura deprauaretur, quod religioſè obſeruandum eſt. Erat enim ille typus illibatæ atque perpetuæ veritatis, quæ in Eccleſia penes cleri coryphæos reſidet: de cuius fonte totius orbis Monarchas ac præſides potat Eccleſia, quotquot hæreſis, aut etiam infidelita-

Legis exemplar Reges à Sacerdotibus accipiebant.

Digitized by Google

tis veneno ebrij non ſunt. Deſcriptā verò legem A etiam coram populo legere, atque eundem docere præcipuis anni diebus, regibus in more poſitum fuit, vt Hebræi teſtantur. Idque probare contendunt ex eo loco Deuteronomij, cap. 31. verſu 11. ex Paraphr. OnKeli. *Cùm ſcilicet venerit vniuerſus Iſrael, vt appareat coram Domino Deo tuo, in loco quem elegerit, leges legem hanc coram vniuerſo Iſrael, & facies eos audire eam.* Nam loquitur, inquit Fagius, Moſi, & qui eum locum in populo poſt illum obtinerent, vt fuerunt reges, & ante illos Iudices. Tempore regū, in atrio mulierum, quod erat capaciſſimum, ex edito loco, hoc eſt ex ſuggeſtu ligneo, quem Hebræi בִּימָה *bimah* vocant, (atqui βῆμα Græcum nomen eſt, non Hebraicum) rex ipſe eam legit, non qui- B dem vniuerſam, ſed præcipua quædam ex Deuteronomio (ſic docet Maimoni); vt populus excitaretur, velutique formaretur ad eam præſtandam. Magnam enim vim habet ad religionem extimulandi, ſi prima autoritas in populo illam agnoſcit. Rectè enim dicitur, Doctor & magiſtratus ſunt anima legum. Porrò ſolennis quoque mos erat, referentibus Hebræis, vt cùm rex in atrio mulierum legem prælegeret atque promulgaret, Leuitę ad hoc ordinati, per vrbem Hieruſalem tubis populum conuocarent, totamque multitudinem ad auditionem legis excitarent; vt tali motu in admirationem perducti, inciperent eò accuratius intendere, & qui eius rei adhuc rudes erant, inquirere. Et licet ſupra cap. 6. præcipitur, vt filiis ſuis legem exacuerent, nihilominus tamen lex, quia ſæpe parentes C ſunt negligentiores, poblicè pueritiam in timore Domini inſtitui curat. Apparatu enim inſolito, quo populus ad legem audiendam excitatur, mirificè capitur adoleſcentia, cui nihil non nouum accidit. Locus præterea ille mulierum capaciſſimus, in quo rex legem promulgabat, Hebraicè עֲזָרָה *azarah* ab auxiliando dictus eſt, quicunque enim veniebat eò ad orandum, auxilium impetrabat à Domino Deo ſuo. Hactenus Fagius.

Reges præcipuis anni diebus populum docebant legem Dei.

Cæterùm, lex iſta, quæ à rege deſcribebatur, legebatur, & docebatur, lex Dei fuit omnibus communis, quam lege regni Princeps præ cæteris obſeruare atque tenere præcipiebatur. Fuit igitur iterum alia lex regni, cuius autoritate prior illa ſanciebatur, quam non aliam fuiſſe arbitror præter hanc, quam Deuteronomij cap. D 17. legimus. Per illam duo quædam in primis populo cauenda ſcribuntur circa regis deſignationem. Ne ſcilicet, aut exteræ gentis aliquem in regem aſſumat, aut ſuæ gentis alium, niſi quē Deus gratum acceptumque habuerit. Hæc ſunt, quę ex ea lege ad populum pertineant. Regi autem prohibetur, primò, ne ſuperfluos exercitus alat, quoniam ea cauſa futura eſt ſuperbiæ atque tyrannidis: ne coaceruandis theſauris ſtudeat, ne fortè populum immodicis exactionibus ac minimè neceſſariis tributis ad ſeditionē prouocet: ne mulierum amori ſe dedat, quoniam illæ ſolent eripere ſapientiam: neve religionem immutet, quoniam à Deo ſtatuta eſt, & eandem deprauari vetuit. Legis pręterea ſedulò partes omnes obſeruet atque expleat, quò mereatur regni prærogatiuam ad poſteros vſque A tranſmittere. Hanc potius quàm illam iſtic cōmemorari propterea autumo, quòd priorem illam deſcribere rex iubetur, & ſemper habere præ manibus, eamque verſare aſſiduè, ac perpetuò meditari: poſteriorem verò hanc Samuel deſcribat, & in locum ſacrum recondat; quæ, vt opinor, diuerſa ſunt ab iis, quæ de diuina à Sacerdotibus excipienda traduntur; quamque & coram legiſſe, ac palàm docuiſſe reges, Hebręorum doctores referunt. Adhuc tamen nonnullam difficultatem patior, quòd Samuel non regem, ſed populum, eam legem docuiſſe memoretur, cùm tamen potius rex docēdus eſſet, ſi de poſtera illa lege ageretur, quæ regis potiſſimùm officium definit. Hinc fit igitur, vt neutri opi- B nioni ex præcedentibus ſatis aſſentiar: quin potius æſtimo, cùm iam ſatis ſuperiori illa lege, regiæ libidini atque impotentiæ freno iniecta eſſent, hanc demum nouam legem populo eſſe latam, qua diſceret, quo cultu, quibus obſequiis, & qua animi demiſſione, reges in poſterum obſeruandi eſſent. Sed enim, cùm priſtina illa lege regem conſtituendi populo duntaxat poteſtatē feciſſet, electum deinde de iuſtitia & iure admonuiſſet, modumque in omnibus ſeruare iuſſiſſet, reliqua viſus eſt permittere: cui maximæ autoritati, vt par obedientia reſpōderet, ipſe quoque populus officij ac ſeruitutis ſuæ admonendus fuit; quod quidēm hoc loco præſtitiſſe Samuelem non dubitamus.

Qua eſſet lex regni.

C

Ratio regum inſtituendorum, & quanta eiſdem ſubiecti debeant.

RATIO porrò, cauſa, & principium inſtituendorum regum, quibus nos Deus ſupplices & obnoxios eſſe voluit, diſertis verbis explicatur à S. Irenæo, l. 5. de hæreſibus. Quoniā enim, inquit, abſiſtens à Deo homo, intantum efferauit, vt etiam conſanguineum, hoſtem ſibi putaret, & in omni inquietudine, & homicidio, & auaritia ſine timore verſaretur, impoſuit illi Deus humanum timorem: non enim cognoſcebant timorem Domini: vt poteſtati hominum ſubiecti, & lege eorum aſtricti, aliquid aſſequātur iuſtitiæ, & moderētur ad inuicem, manifeſtò poſitum gladium timentes, ſicut Apoſtolus ait: *Non enim ſine cauſa gladium portat: Dei enim miniſter eſt,* D *vindex in iram ei, qui malè operatur.* Et iterum, Ad vtilitatem ergo gentilium terrenum regnū poſitū eſt à Deo, ſed non à diabolo, qui nunquam omnino quietus eſt, imò qui nec ipſas quidem gentes vult in tranquillo agere, vt timentes regnum humanū, non ſe alterutrum homines vice piſcium conſumāt, ſed per legum poſitiones repercutiant multiplicē gentilium iniuſtitiam. Et ſecundùm hoc, *Miniſtri Dei ſunt, qui tributa exigūt à nobis, in hoc ipſum ſeruientes.* &c. Et iterū, Cuius enim iuſſu homines naſcuntur, huius iuſſu & reges conſtituuntur, apti his, qui in illo tempore ab ipſis regnantur. Quidam enim illorū ad correctionem & vtilitatem ſubiectorum dantur, & conſeruationem iuſtitiæ. Quidam autem ad timorem, & pœnam, & increpationem. Quidam autem

Ratio inſtituendorum regum ex parte Dei.

S. Irenæus.

Digitized by Google

autem ad illuſionem & contumeliam,& ſuperbiam; quemadmodum & digni ſunt Dei iuſto iudicio, ſicut prædiximus in omnibus æqualiter ſuperueniente. Hæc S. Irenæus.

Ex quibus ſequitur, non minimam aotore Deo regalibus iuſſionibus obedientiam deberi. Nam inde nata eſt omnis imperij vis atque poteſtas,quòd aliquando homo Dei iuſſa contemneret. Propterea enim alterius imperio addictus eſt,quòd cùm Deus ab illo debitam ſeruitutem impetrare non poſſet, quod nonnunquam fieri ſolet, ius ſuum in reges & principes tranſtulit, eoſque conſtituit,qui ferro,cæde,flammis plurima,quæ Deo deberentur,ſibi vendicarent. Indeadeò factum eſt, vt nos, qui Dei tantum legibus parebamus, poſtmodum etiam humanis legibus morem gerere cogeremur, ſupplicij metu. Princeps enim, ait Apoſtolus, ad Romanos cap. 13. *Dei miniſter eſt: vindex in iram, ei qui malum agit. Ideo*, inquit, *neceſſitate ſubditi eſtote: non ſolùm propter iram, non enim ſine cauſa gladium portat: ſed etiam propter conſciētiam.* Ac ſi diceret, Regum imperata facite, non modò ne ſupplicio afficiamini, aut pœnas luatis, cùm parati ſint inobedientiam vlciſci: verumetiam ne Deum naucifacere videamini, aut eius ſtatuta deſpicere: ſic namque ille fieri decreuit, eorumque ordinationes ſua autoritate firmauit. Quibus verbis manifeſtè docet Apoſtolus, duabus de cauſis regibus parēdum eſſe: ne ſcilicet principis iram incurramus, aut peccati conſcientiam. Nam ita hunc locum exponit S. Theodoretus commēt. in epiſtolam ad Rom. *Iram*, inquit, ſuppliciū appellat. Iubet enim propter vtrūque ſubditos eſſe,& propter pœnæ metum, & vt ea impleant, quæ oportet fieri. Id enim appellauit *conſcientiā. Ideo enim & tributa præſtatis*, inquit Apoſtolus. *Miniſtri enim Dei ſunt in hoc ipſum ſeruientes.* Tu enim dormis,inquit S. Theodoretos: ille cōmunem curam ſuſtinet. Et tu domi quidem ſedes: ille autem pro pace bellum ſuſcipit. Poſt quę ſequitur apud eundem Apoſtolum: *Reddite ergo omnibus debita, cui tributum, tributū: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorē, honorem.* Ea enim, inquit idē S. Theodor. iis, qui præſunt, debētur à ſubditis. Hęc ille. Cum quo etiam ſentit S. Hieronymus Commentariis ſuis in eamdem Epiſtolam, in quibus hæc ait: Non ſolùm quia poſſunt poteſtates etiam ſine cauſa iraſci, ſed & ne propter alicuius peccati conſcientiam condemnemini. Item, malum agentes, & cōtra pręcepta viuentes, propter vindictam ſubditi ſunt poteſtatibus: rectè autem viuentes, propter cōſcientiam ſubditi ſunt, quia iuſta & bona ſunt, quæ iubētur. Miniſtros autē Dei illos appellat: vt vel ſic eis reddant, quod eis debebāt, ne videretur Chriſtus ſuperbiam docuiſſe. Hactenus S. Hieron. Vtroque autem copioſius in eandē ſententiam diſſerit S. Ioann. Chryſoſt. Quid eſt, inquit, *non ſolùm propter iram*? non ſolùm, inquit, quòd Deo non ſubditus aduerſaris, neq. quòd maxima tibi ipſi mala & à Deo, & ab hominibus concitas: ſed quòd & in maximis tibi benefacit magiſtratus, dum & pacē, & adminiſtrationem politicā procurat. Nam innumera bona ciuitatibus per magiſtratus proueniūt, quæ ſi ſuſtuleris,

Regibus parendum, & tributa pendenda, propter conſcientiam.

S. Theodoretus.

S. Hieronymus.

S. Ioann. Chryſoſtomus.

L

A omnia ſimul peſſom ibūt: ita vt neque vrbes, neque agri, neque domus, neque forū, neq. aliquid aliud conſiſtere queant, ſed omnia ſimul ſubuertūtur, potētioribus imbecilliores impunè deuorantibus. Itaque etiam ſi in inobedientē nulla ira cōſequeretur, ſic quoq. tamē ſubiici te oportebat, ne conſciētia carere videreris, atq. erga beneficū ingratus. Poſtea etiā verba illa expendēs quibus vtitur Apoſtolus, *Reddite* ſcilicet *omnibus debita*, ſubdit: & nō dicit, date, ſed *reddite*: & adiecit, *quod debetur*. Nihil enim gratuitò dat, qui hoc fecerit. Debitum ſiquidē eſt res iſta. Quod ſi non feceris, perfidi pœnas dabis. Ad hunc modum S. Chryſoſtomus.

Hæc igitur tandem legis huius ſumma & finis, vt de obedientia regibus exhibenda caueretur: B de obſeruantia, timore, obſequio, tributis item ac vectigalibus, in ſumptus tum publicos tū priuatos cōferendis. Quæ idcirco tam accuratè Apoſtolus cum aliis locis, tum maximè cap. 13. ad Rom. recēſuit, quòd prior illa lex à Samuele deſcripta, iniuria tēporum periiſſet. Poſtremò ex his etiā manifeſtè patet, quàm nō modò ſeditioſè Caluinus, ſed etiā hæreticè aſſeruerit, l. 4. Inſtit. c. 10. §. 5. leges humanas in conſcientia non obligare, ſeu legibus humanis conſcientiā non aſtringi, cùm prorſus contrariū non patres duntaxat, ſed etiam Apoſtolus, diſertiſſimis verbis aſſeuerent. Quoniam verò ibidem, quid ſit conſcientia nititur exponere, nos eandē pluribus in cap. 9. Epiſt. ad Rom. concione 2. explicauimus.

Porrò lex eſt, ait Demoſthenes, à Marciano ci- C tatus, *ff. de legibus*. 2. cui omnes obtemperare cōuenit: tum ob alia multa: tum vel maximè eò quòd omnis lex, inuentum ac munus Dei eſt: decretū verò prudentium hominū, coercitio eorū quæ ſponte, vel inuoluntariè delinquūtur: communis ſponſio ciuitatis, ad cuius pręſcriptū omnes, qui in ea republica ſunt, vitam inſtituere debent. Item Chryſippus Stoicus: Lex eſt omnium diuinarum & humanarū rerum regina. Oportet autem eam eſſe præſidem & bonis & malis, & principem, & ducem eſſe: & ſecundum hoc, regulam eſſe iuſtorum & iniuſtorum, & eorū quæ natura ciuilia ſunt, animantium, præceptricem quidem faciendorum, prohibitricem autem nō D faciendorū. Et ibidē Modeſtinus 7. Legis virtus hæc eſt: imperare, vetare, permittere, punire.

Caluinus.

D. de legibus.

Lex quid.

VERSVS 26.

Sed & Saul abiit in domum ſuam in Gabaa: Et abiit cum eo pars exercitus, quorum tetigerat Deus corda.

VERMILIVS: Soluit comitia Samuel, declarato tātùm rege Saule, nondū inaugurato. Itaq. Saul priuato habitu & comitatu redit domum. Suſcipere autem noluit magiſtratum, non tātùm quia non erat inauguratus, ſed etiam quia quidam filij Belial illi reclamabant. Quod autem multi Saulem reiiciunt, nihil diſcedunt ab ingenio, & more ſuo. Legimus enim eos ſæpe multa oraſſe Deum, & ſtatim oblata reſpuiſſe. Orant liberationem ex Ægypto: liberati clamāt, ſe velle redire. Orant annonam in deſerto.

Vermilius.

Impetrata ſæpenumero populus reſpuit.

A Datur Manna vnde conficerent placentas ſuauiſſimas. At illi clamāt, *Nauſeat anima noſtra ſuper cibo hoc leuiſſimo*. Cùm exularēt in Babylone, orāt reditum in patriam. reditus conceditur: maxima pars redire recuſat. Ita hic petunt à Deo regem, & ſtatim oblatum reſpuunt: An hic, inquiunt, poteſt nos ſeruare? Peccauerant quidem grauiter antea, cùm iniuſſu Dei regem peterent, nunc autem multò grauius peccant, cùm nunc Saulē repudient ſortibus, ſine vlla fraude, ſolo Dei iudicio renuntiatum: quid illi feciſſent, ſi Samuel eum illis ſuo iudicio, aut voce commēdaſſet? viri fortes & meliores ſequuti ſunt illum, & dona illi dederunt, quod erat ſignum ſubiectionis.

QVORVM *tetigerat Deus cor*.] Si ſpectamus tantùm externam vocationem, Deus omnibus cor B tetigerat. Verbum enim, & decretum, & iudiciū ſuum propoſuit omnibus. Verùm id non erat ſatis. Oportet etiam vt Deus intus flectat animos, & ex nolentibus faciat volentes. Non autem affert vim Deus cuiquam, aut cogit: ſed facit vt ea placere incipiant, quæ antea diſplicuerant. *Animalis enim homo nō percipit ea, quæ ſunt Spiritus Dei*. Deus autem eum molliter inflectit, vt conſentiat. Hactenus Vermilius. Quem miror, quomodo dicat Saulem priuato comitatu domū rediiſſe, cùm à parte exercitus, vt tradit Scriptura, deductus ſit. Sed intelligit opinor adhuc purpurā, ſceptrum, & diadema, reliquaque maieſtatis inſignia defuiſſe, neq; dum ſibi corporis C ſtipatores admouiſſe: ſed officij cauſa duntaxat, aut etiam præ magnitudine lætitiæ, non paucos ab exercitu nouū regem vſque in Gabaa ſequutos fuiſſe: qui nequaquā tamen illi tum adhæſerint, aut ab eo in numeros relati ſint, donec vrgentibus Ammonitis ſe ducem exercitus, regemque populi palàm profeſſus eſt.

Hieronymus Oſorius.

QVORVM *Deus corda tetigerat*.] Oſorius Epiſcopus l. 5. de Regis inſtitutione, Sæpenumero, ait, venit in mentē mihi admirari, quid ſit illud quod impulerit hominum multitudinē, ad tantum honorem vni homini deferēdum; vt illum omnes ament, illi obtēperent, illi ſeruiant, ex illius vultu pendeant; illum denique in Dei locū venerentur. Quod quidē non temerè, neque ſine cauſa fieri videtur. Id enim quod in omni loco ab omnibus tanta conſenſione fit, nec ad fortunæ temeritatem, nec ad hominum ſtatuta, ſed ad naturæ legē, (vel potius Dei voluntatem) vi- D detur referendū. Ad hunc modum Oſorius. Tāgit verò cor Deus modo, vt arbitror, hominibus incōperto. Nam qui phyſicè mouere volunt, nō ſatis, vt apparet, libertati noſtræ conſulunt: qui verò ſolo rerū placentium obiectu inflecti contendūt, videntur rem incertam facere. Et is quidem prior motus, earum rerum videtur eſſe proprius, quæ arbitrio careant: poſterior, etſi liberè agenti apprimè conueniat, naturalis tamen eſt: quem non neceſſe eſt, eundem eſſe cum gratiæ blādiſſimo motu & liberrima violētia. Vterque porrò motus intra naturam ſtat, & cùm toto genere à gratia diſcrepēt, diuerſos etiam fines obtinent: ille naturam, hic verò libertatem determinat. At gratia naturæ metas excedit, nec eodē modo cum iis, quæ à natura ſunt, mentē afficit, cùm ſit alterius ordinis, ſed potius quanto reli-

Qua ratione Deus hominum corda permoueat.

A quis omnibus eminet, eo excellentius voluntatem perficit, libertati neutiquam officiens, cum qua, vt re naturali, nullā habet contrarietatem. Etſi igitur vtrumq. ſimul ſtare non poteſt, vt & quis ita phyſicè impellatur, vt reluctari nō poſſit, & tamen liberè agat: videntur enim illa inter ſe pugnare: cum gratia tamen vtrique belliſſimè conuenit: illa ſiquidem neutri horum contraria eſt, ſed vtrumque commodè complectitur. Nō enim tantùm homines naturali & humano more Deus ſuſcitat, verum etiam ſingulari quodam gratiæ modo, quem nos pro rei dignitate explicare non poſſumus. Poterit igitur etiam cum vtroque operari, quoniam gratiæ motus horum neuter eſt, neque ab eodem principio proficiſ- B citur, & cum alterutro coniūgi patitur. Quemadmodum ergo ſi fera aliqua ſe in ſpeluncā dederit, vnde eam eductam velis, dicet aliquis: funibus extrahenda eſt, aut alio quolibet inſtrumento: negabit alter, quòd res periculo non careat, ſed earum rerum oſtenſione allici poſſe, quarum deſiderio capitur: pari modo mihi loqui videntur, qui aſſerunt volūtatis propoſitum phyſico motu, aut etiam blanditiis immutari. at veluti ſi proprio inſtinctu fera prodeat, nulla neque vi, neque pellacia deuicta: ita & ſæpe voluntas diuino atque inexplicabili inſtinctu ad deſtinatum rapitur, & ſcopum petit.

C

VERSVS 27.

Filij vero Belial dixerunt: Num ſaluare nos poterit iſte? Et deſpexerunt eum, & non attulerunt ei munera: ille verò diſſimulabat ſe audire.

Paulus Fagius.

Multiplex ſignificatio vocis Belial.

FILII *Belial*.] Fagius in Onkeli Deuteron. c. 13. verſu 13. Obſeruarūt quidam, inquit, Latinum vulgatum interpretem nunquam ferè, quid hoc nomine *Belial* ſignificaretur, in edendo explicuiſſe. Quod propter multiplicem ac dubiam eius ſententiam factum eſſe autumant, quod idem & in aliis pleriſque ſimilem ob cauſam feciſſe dicunt, ne ſi vno modo tranſtuliſſet, reſpuere aliorum in eo ſententias viſus fuiſſet, cùm multiplices ſint. Cùm ergo בְּלִיַּעַל *belial* alij dicant ſignificare hominem, à בְּלִי *beli*, id eſt, D non, & יַעַל *iaal*, id eſt profuit. Alij nomen eſſe dæmonis contendant, ductum à בְּלִי, id eſt, nō, & יַעַל id eſt, aſcendet, quia nos aſcendere ſurſum non permittat. Editio verò Chaldaica interpretatur malignitatem ſiue impietatem, quæ propria diaboli eſt. Ex eo eſt effectum, vt ipſum Hebraicum nomen poſuerit Latinus interpres, vt liceret cuique quod vellet ſuper eo arbitrari. In hoc autem omnes ferè Hebræi conſentiunt, homines malignos, peſſimos, impiiſſimos, quibus tanquam ſuorum ſcelerum miniſtris vtitur diabolus, hoc nomine ſignificari. Hoc idem ſenſerunt Septuaginta, qui filios Belial hoc loco exponunt παρανόμους, id eſt, exleges, peruerſos, prauos, ſceleratos. Hæc Fagius. Hîc certè ita legitur οἱ λοιμοί: *peſtilentes*. Quæ dictio ad præcedentia addit contagionis periculum. Nulla e-

Digitized by Google

NVM SALVARE NOS POTERIT ISTE?

Quaſi בְּלִי absque עֹל hhol iugo.

Virtus bellica reges maximè cõmendat.

nim peſtis aut lues tam citò ſerpit, vt ſeditionis A incendium. Nos hîc *abſque iugo* interpretabimur. Nam verè hoc oomẽ illis conuenit, qui regis à Deo electi imperium ſubire recuſant.

NVM *ſaluare nos poterit iſte?*] Nimirum ſtudiis militaribus exerceri non videtant. quocirca detrahuot ſpei futuræ, & conceptæ de illius electione expectationi. In primis enim militaris virtus in rege requiritur, ac tum præcipuè, cùm ad eam dignitatem aſſumebantur, vt hoſtium inſolentiam, qui populi ceruicibus imminebant, retunderent. Nam vt eſſet vitæ innocentia illuſtris, & corporis quoque præſtantia otiſque dignitate venerabilis, num idcirco hoſtes populo parcerent, aot quaſi Gorgonæ terribilis aſpectus, ſic illius vultus ſerenitas Philiſthæos immobiles redderet? Tyrtæus B Poëta,

Non memorandus, inqoit, *mihi vir, nec in pretio habendus*
Seu virtutis pedum, ſeu gratia luctæ:
Neque ſi Cyclopum habeat magnitudinem & robur,
Et curreudo vincat Thracium Aquilonem,
Et forma ſit vel ipſo Tithono præſtantior,
Et locupletior quàm aut Midas, aut Ciuyras reges:
Neque ſi Tantalidem Pelopem regno vincat,
Linguamque Adraſti ſuauiſſimam habeat:
Neque ſi gloriam omnem præter bellicam fortitudinem habeat.

Et deinceps,

Hæc virtus eſt, hoc optimum inter homines præ- C *mium,*
Et maximè decorat virum iuuenem, à quo geritur.
Commune hoc bonum eſt ciuitati, & vniuerſo populo.

ET *deſpexerunt eum.*] Accedebat ad hanc rei militaris imperitiam, generis obſcuritas. Quæ opinio, mirum quantum valeat ad augendum perſonæ contemptum. Quem tamen, iniecta ſpe modeſtioris imperij, à ſe modis omnibus depellere conatur Macrinus noous Imperator apud Herodianom libro 5. ad S. P. Q. R. ſcribens his verbis. Neque tamen eſt, quod quiſquam indignum imperio cenſeat, aut fortunæ crimen puret eſſe, quod ex Equeſtri ordine ad imperium peruenerim. Nam qoò, obſecro, nobilitas ipſa, niſi morum benignitas adſit & humanitas? Siquidem fortunæ munera, etiam parum dignos exotnant, animi virtus propriam cuique gloriam conciliat. Et claritas quidem generis, diuitiæque, atque id genos reliqua, etſi beatorum propria putantur, minimè in ipſis, vt pote ab aliis tradita laudantur. Lenitas autem, ac benigoitas, etſi ipſæ quoque admirationi ſont, attamen habenti quoque laudem accumulant. Quid enim vobis profuit Commodi nobilitas, aut Antonini paterna ſucceſſio? Scilicet eiuſmodi homines quaſi ipſis debitam hæreditatem adepti, veluti proprio patrimonio per contumeliam abutuntur. Et iterum. Ad hæc patritia principum nobilitas ſæpenumero in ſuperbiam vertit, deſpectis om- A nibos velut inferioribus: atqui modeſtiæ expedimento ad impetium aſciſcuntur, quaſi partum labore tuentur, ſemper verenturque & colunt, quos conſueuerant. Hactenus Macrinus.

Herodian. *Generis ignobilitatem virtus, & modeſtia commendãt.*

ET DESPEXERVNT EVM.

De Amaſi rege Ægypti Herodotus libro 2. Eum, inquir, inter initia Ægyptij contemnere, nec vllius ſanè momenti ducere, vt quod plebeius fuiſſet, nec inſigni familia ottus. Sed hos Amaſis ad ſe ſolertia, non aſperitate perduxit. Erant ei cùm alia bona infinita, tum verò peluis aurea, in qua tam ipſe quàm omnes conuiuæ ſemper pedes abluebant: hanc ille confregit, ex eaque dæmonis ſtatuam fecit, & in appoſitiſſimo vrbis loco ſtatuit. Ægyptij ſimulacrum adeuntes, magnopere venerari. Id B Amaſis fieri è popularibus edoctus, conuocatis Ægyptiis aperit ex illa pelui, in qua primb Ægyptij euomere immingereque, & in qua pedes abluete conſoeſſent, factum eſſe ſimulacrum, quod tunc tantopere venerarentur. Itaque ſe aiebat perinde atque peluim eſſe factum: qui ſi ante hac fuiſſet plebeius, in præſentiarum tamen eſſet rex, eoque iubere, vt ſibi honor haberetur atque reuerentia. Hone in modum ad ſe traduxit Ægyptios, ita vt æquum ceoſerent ei ſeruire. Hactenos de Amaſi. De Saüle, qua arte apud popolum aotoritatem ſibi compararit, poſtea videbimus.

Herodotus

ET *non attulerunt ei munera.*] Primis temporibus, antequam cœpiſſent tributa à popu- C lis exigi, munera regibus offetri ſolebant. Sub Cyro, inquit Herodotus libro 3. atque deinde ſob Cambyſe, nihil dom fuerat circa tributa ioſtitutum, ſed munera afferebantur. Darius Hiſtaſpis filius tributa primus imperauit. Ob hanc tributi ordinationem, & alia huiuſmodi, Perſæ aiunt Darium fuiſſe inſtitorem, Cambyſem autem Dominum, Cyrum verò patrem: quoniam Darius res omnes quæſtui habebat: Cambyſes aſper erat ac moroſus, Cyrus mitem agens, & omni ratione de illis benemereri ſtudens. Secutis deinde temporibus quæ prouinciæ tributa penderent, quæ munera deferreut, ſingillarim recenſet. Apud eundem libro 2. inuenio, ab Anyſi rege Ægypti, cineres pro munere poſtulatos: erant enim vtiles futuri aggeribus aduerſus aquarum impetum extrueudis. Langobardi, inquit Paolos D Diaconus lib. 3. cap. 8. cùm per annos decem ſub poteſtate ducum fuiſſent, tandem communi conſilio, Antharum Clephonis ſupramemorati principis filium, regem ſibi ſtatuerunt. In huius diebus ob reſtaurationem regni, duces qui tunc erant, omnem ſubſtantiæ ſuæ medietatem regalibus vſibus tribuunt: vt eſſe poſſit vnde rex ipſe, & qui ei aderant, eiuſque obſequiis per diuerſa officia dediti alerentur. Hæc ille.

Herodotus *Munera regibus offerri ſolita priuſquam tributa inſtituerentur.*

Paulus Diaconus.

Itaqoe apud pleraſqoe nationes, cùm reges magiſtratum inirent, munera accepiſſe plures commemorant, & nonnunquam etiam aliis temporibus. De Senthe Xenophon, qooties ille ad conuiuium adhiberet, libro 7. Cyropæ-

Xeooph.

L. IIi ij

ET VE SPAXARVNT EVM.

Suetonius.

diæ. De ſtrenis Imperat. Roman. menſe Ianuario exhibitis, Suetonius in Auguſto cap. 57. in Caligula cap. 42. qui etiam filia nata paupertatem, nec iam imperatoria modò, ſed & patria conquerens onera, collationes in alimoniaio, atque dotem puellæ recepit. Strenas tamen nonnihil antea Tybetius cohibuerat cap. 34. vitæ eiuſdem: quas poſtea Maioranus Princeps omnino ſuſtulit, vt colligitur ex *Conſtit. Nouell. de Curialibus*. Præter hæc non memini alia munera Imperatoribus præberi ſolita, quin potius cùm primùm Rempubl. capeſſerent, ipſi donatiuum militibus, populo congiarium largiebantur. Propterea enim, inquit Herodianus de Commodo, Marci Imperatoris filio, libr. 1. ſuæ hiſtoriæ, paucis poſt diebus, celebrato iam funere, viſum amicis eſt adoleſcentem adducera ad exercitum, vt & milites alloqueretur, &, qui uouis Imperatoribus mos eſt, pecuniis elargiendis, velut autoramento quódam illorum ſibi animos adiungeret.

Contraria conſuetudo.

Herodian.

De congiariis paſſim apud ſcriptores rerum Romanarum. Suetonius in Auguſto cap. 41. notauit, Auguſtum oe minores quidem pueros præteriiſſe, quamuis nonniſi ab vndecimo ætatis anno accipere conſueſſent. Erant tum ſcilicet Imperatorum opes ampliſſimæ, ita vt non modò tuendæ dignitati, ſed etiam conciliandis popularium animis ſufficerent. Itaque Tacitus optimus Imperatot, conſenſu militum à Senatu delectus, mox vt imperium aſſumpſit, coutentus publicis facultatibus priuatas ptodegit. Patrimonium ſuum, inquit Vopiſcus, publicauit, quod habuit in redditibus HS bis millies octingenties. Pecuniam quam domi collegerat, in ſtipendium militum vertit. Domum ſuam deſtrui præcepit, atque in eo loco thermas publicas fieri priuato ſumptu iuſſit. De proprio poſſeſſiones, quas iu Mauritania habuit, ſartis tectis capitolij deputauit. argentum menſale quod priuatus habuerat, miniſteriis conuiuiorum, quæ in templis fierent, dedicauit. Hæc Tacitus. At coutra Tullus Hoſtilius, Romanorum rex tertius à Romulo, cùm ipſe quoque priuatim copioſus eſſet, agrum magnum & vberem, qui propria regum ſors & poſſeſſio habebatur, permiſit diuidi viritim intet Romanos inopes, profeſſus patrimonium ſibi ſufficere in ſacrificia, ſumptuſque domeſticos. Par quidem liberalitas: illa tamen Taciti longè innocentiot, nam fiſcus ſacer & inuiolatus ſeruari debet, nequando ſucceſſor indigeat. Reges uoſtri, quo die maieſtatis infulas induunt, & ſacro chriſmate inunguntur, conſueueruot miſſilia in vulgus ſpargere, & nummos regali vultu inſigoes. Quod item feciſſe Conſules olim ſub Imperatoribus legimus, huicque rei modum ſtatuiſſe Iuſtinianum, Nouella 105. quòd animaduerteret non paucos ſpe lucri plagas multas accipere, & damno affectos, inanes ac vacuos ſæpe domum redire. Cæterùm quid ſit munus, & quæ doni ſpecies habenda ſit, iam ſupra cap. 2. verſ. 29. expoſuimus. Hoc tantum addam ex Paulo Iuriſconſul. *ff. de verbor. ſignificatione, L. 18.* Munus tribus modis dicitur. Vno doum: & inde muuera dari mittive feruntur. Altero onus: quod cùm temittitur, vacationem militiæque munerique præſtat: inde immunitares appellantur. Tertio officium: vnde munera militaria, & quidam milites munifices denominantur. Hîc non dubium eſt de prima ſpecie eſſe ſermonem.

Fl. Vopiſc.

Dionyſ. Halicar. initio lib. 3.

Conſtit. Nouellæ.

Munus.

De verb. ſignific.

ILLE *verò diſſimulabat ſe audire.*]

ILLE VERÒ DISSIMVLABAT AVDIRE.

Suauius nihil eſt, nec Muſis aptius
Eſt, quàm ferre poſſe conuitiantem.
Qui enim conuitiis petit, ſi petitus
Diſſimularit, conuitia in conuitiantem redundant.

Apollodotus Comicus.

inquit Apollodotus Comicus. Hoc citò verum eſſe patuit, vt deinceps ſeqoenti capite. Niſi enim contemptores iſtos regis clementia cædi eripuiſſet, procul dobio popularis furot publicæ vindictæ immolaſſet. At contra Maximinus Imperatot, qui Alexandro Mammeæ occiſo imperium inuaſerat, cùm ſæuitia ac crudelitate contemptum ſui delere pararet, ſibi ipſi perniciem exitiumque maturauit. De quo Herodianus lib. 7. Cùm ſe inuiſum, inquit, hominibus cognoſceret, quod primus ex infimo loco, ad eam fortunam perueniſſet: præterea moribus perinde vt genere barbarus, patrioque inſtituto cædis auidiſſimus, ad id potiſſimùm dabat operam, vt imperium ſibi ſæuitia conſtabiliret, ſcilicet metuens, ne ſenatui reliquiſque omnibus Romanæ dirionis hominibus contemptibilior fieret, dum non tam in eo præſens fortuna, quàm natalium obſcuritas teſtatur. Quppe iam id tritum vulgatumque apud omnes, opilionem fuiſſe in Thraciæ montibus: dein corporis vaſtitate ac robore inter eius regionis tenuiſſimos milites aſcitum, quaſique manu ductum à fortuna ad Romanum Imperium. Propterea igitur ſcribit cædibus in nobiles graſſari cœpiſſe, donec hoſtis à Senatu iudicatus, & ab omnibus bonis execratus, à propriis militibus vnà cum filio obtruncatus eſt.

Maximinus ſæuitia contemptum ſui tollere parans, peſſimè ſibi cõſuluit.

Herodian.

CAPVT VNDECIMVM.

ET factum eſt quaſi poſt menſem, aſcendit Naas Ammonites, &
pugnare cœpit aduerſum Iabes Galaad. Dixeruntque omnes viri
Iabes ad Naas: Habeto nos fœderatos, & ſeruiemus tibi. 2 Et
reſpondit ad eos Naas Ammonites: In hoc feriam vobiſcum fœ-
dus, vt eruam omnium veſtrum oculos dextros, ponamque vos
opprobrium in vniuerſo Iſraël. 3 Et dixerunt ad eum ſeniores
Iabes: Concede nobis ſeptem dies, vt mittamus nuncios ad vni-
uerſos terminos Iſraël: & ſi non fuerit qui defendat nos, egrediemur ad te. 4 Ve-
nerunt ergo nuncij in Gabaa Saülis: & locuti ſunt verba hæc, audiente populo: &
leuauit omnis populus vocem ſuam, & fleuit. 5 Et ecce Saül veniebat, ſequens
boues de agro, & ait: Quid habet populus quod plorat? Et narrauerunt ei verba vi-
rorum Iabes. 6 Et inſiluit Spiritus Domini in Saül, cùm audiſſet verba hæc, & ira-
tus eſt furor eius nimis. 7 Et aſſumens vtrumque bouem, concîdit in fruſta, miſit-
que in omnes terminos Iſraël per manum nunciorum, dicens: Quicumque non exie-
rit, & ſecutus fuerit Saül & Samuel, ſic fiet bobus eius. Inuaſit ergo timor Domini
populum, & egreſſi ſunt quaſi vir vnus. 8 Et recenſuit eos in Bezech: fueruntque
filiorum Iſraël trecenta millia: virorum autem Iuda triginta millia. 9 Et dixerunt
nunciis, qui venerant: Sic dicetis viris, qui ſunt in Iabes Galaad: Cras erit vobis ſalus,
cùm incaluerit ſol. Venerunt ergo nuncij, & annunciauerunt viris Iabes: qui læti
ſunt. 10 Et dixerunt: Mane exibimus ad vos: & facietis nobis omne quod pla-
cuerit vobis. 11 Et factum eſt, cùm dies craſtinus veniſſet, conſtituit Saül popu-
lum in tres partes: & ingreſſus eſt media caſtra in vigilia matutina, & percuſſit Am-
mon vſque dum incaleſceret dies: reliqui autem diſperſi ſunt, ita vt non relinqueren-
tur in eis duo pariter. 12 Et ait populus ad Samuelem: Quis eſt iſte qui dixit: Saül
num regnabit ſuper nos? Date viros, & interficiemus eos. 13 Et ait Saül: Non
occidetur quiſquam in die hac, quia hodie fecit Dominus ſalutem in Iſraël: 14 Di-
xit autem Samuel ad populum: Venite, & eamus in Galgala, & innouemus ibi re-
gnum. 15 Et perrexit omnis populus in Galgala, & fecerunt ibi regem Saül co-
ram Domino in Galgala, & immolauerunt ibi victimas pacificas coram Domino. Et
lætatus eſt ibi Saül, & cuncti viri Iſraël nimis.

VERSVS I.

Et factum eſt quaſi poſt menſem, aſcendit Naas Ammonites, & pugnare cœpit aduerſum Iabes Galaad. Dixeruntque omnes viri Iabes ad Naas: Habeto nos fœderatos, & ſeruiemus tibi.

Vermilius. VERMILIVS: Hoc caput tria complectitur: primùm Naas mouiſſe bellum Iſraëlitis: deinde Deum dediſſe Iſraëlitis victoriam: tertiò confirmatum eſſe regnum Saüli. Quod ad primum attinet, Ioſephus ait, hæc contigiſſe poſt menſem, quàm ductæ fuiſſent ſortes. Id quidem & Græca, & Latina verſio tranſtulerunt ex Ioſepho: at in Hebræo non habetur.] *Vulgata lectio defenditur.* Diuinat Vermilius. Vnde enim ſcire potuit, Septuaginta, noſtrumque interpretem ex

A Ioſepho iſta mutuaſſe, cùm aliquot ſæculis Græci fuerint Ioſepho antiquiores, noſter verò æqualis, aut fortè etiam maior? Corruptos potius Hebræorum codices, arbitratur Torniellus in ſuis Annalibus. *Torniellus.* Quod vt ita eſſet, oportuit antiquum eſſe errorem. Videtur enim ſanctus Eucherius cap. 12. Commentar. ſuorum in libr. Reg. poſt annum id factum aſſerere. *S. Eucherius.* Magis reor à Septuaginta explicationis gratia fuiſſe additum, quos poſtea in nonnullis imitatus ſit noſter interpres. Verum autem eſſe non dubito, ſiue id putemus ab iis maiorum traditione acceptum, ſiue tum, cùm Scripturas exponerent, diuinitus reuelatum. Menſem autem idcirco eum deliteſcere placuit, nulla re inſignem, vt quis eſſet agnoſceretur, ac ſic demum rerum geſtarum gloria, non hominis virtuti, quæ per ſe in obſcuro iacebat: ſed Dei beneficio tribueretur.

ET *pugnare cœpit aduerſum Iabes Galaad.*] Qui eſſent filij Ammon, docet Geneſ. caput 19. *Ammonitæ.* Etenim cùm vnà cum patre ſuo ambæ filiæ

Loth, metu incendij, quo proxima Pentapolis ardebat, in ſpeluncam ſe abdidiſſent, arbitratæ eodem exitio omnes vbique homines deflagraſſe, parentem iam prouecta ætate debilem, & per fraudem vino captum, in ſuum complexum rapuerunt. Ex quo vtraque prolem ſuſcepit, maior quidem natu, Moab: Iunior autem Ammon peperit, & educauit. Cuius deinceps poſteri, cùm in immenſam multitudinem excreuiſſent, mutuato à patre nomine, populus Ammonitarum dicti ſunt, vicinamque Iordani atque Arabiæ regionem occuparunt & incoluerunt. *Iabes Galaad.* Sanctus Hieronymus libro de Locis Hebraicis, Nunc, inquit, vicus eſt trans Iordanem in ſexto milliario vrbis Pellæ, ſuper montem euntibus Geraſam. Interpretatur etiam Iabes exſiccatam: fortè, quia ſolent vrbes, quæ in editis montium iugis ſitæ ſunt, aquæ penuria laborare. Mons autem ipſe eſt, ad quem, Geneſ. 31. ſeptimo die profectionis è Charris Iacob profugus venit, & ab inito cum Labane fœdere *Galaad*, hoc eſt, *Aceruum teſtis* nominauit. Eſt autem, vt tradit idem ſanctus Hieronymus ad tergum Phœnices, & Arabiæ, collibus Libani copulatus: extenditurque per deſertum vſque ad eum locum, vbi trans Iordanem habitauit olim rex Seon Amorrhæorum. Cecidit ſupra dictus mõs in ſortem filiorum Ruben, Gad, & dimidiæ tribus Manaſſe. Sed & Ieremias loquitur: *Galaad tu mihi initium Libani*. A quo monte & ciuitas in eo condita, ſortita eſt vocabulum, quam & cepit de Amorrhæorum manu Galaad, filius Machir, filij Manaſſe.

S. Hieron. Iabes Galaad. — Numer. 21. — Ioſue 13. — Ierem. 22.

Vermilius. Vermilius: Tota illa regio pertinebat ad Ruben, & Gad, & dimidiam tribum Manaſſe. Hîc habitauerat Seon rex Amorrhęorum, & Og rex Baſan. In hoc tractu erat mons Galaad: cuius pars dimidia ceſſerat Gaditis, & Rubenitis, altera dimidiæ tribui Manaſſe. Erat iſta regio vicina admodum Ammonitis, vt apparet ex libro Iudic. & Numer. Apparet iſtos Iabenſes parum fuiſſe ſynceros, qui ita procliues, & parati fuerint ad fœdus feriendum cum Ammonitis. Deſponderant enim animos, & deſperauerant de auxilio Dei. Legimus etiam iſtos, cùm commune bellum contra Beniamitas gereretur, voluiſſe eſſe medios, & ad neutram partem accedere: quod certè bonos ciues facere non oportuit. Itaque poſtea occiſi ſunt ad vnum, reſeruatis tantum filiabus nubilibus, quæ in matrimonio collocatæ ſunt illis, qui ſuperfuerant è tribu Beniamin.

Iabenſes.

Cauſa belli. Cauſa cur Naas bellum indicat Iſraëlitis, non aſcribitur: ſed ea ex aliis locis non difficulter colligitur. Seon rex Amorrhæorum eripuerat Ammonitis partem meliorem eius regionis ab Arnon vſque Ieboc. Eam partem Iſraëlitæ expulſis Amorrhæis retinebant iure belli. Ea cauſa fuit, cur Ammonitæ toties Iſraëlitas afflixerint. Repetebant enim regionem eam, quam Iſraëlitæ occupauerant. Itaque cùm Iephthe miſiſſet nuntios ad regem Ammonitarum, qui quærerent, cur ita populo Iſraëlitico moleſtus eſſet, ille reſpondit, *Quoniam me inuito poſſidetis terram meam.* Iephthe verò reſpondit, non

A habemos regionem eam à vobis, ſed ab Amorrhæis, quos expulimus: & eam iam annos ducentos poſſedimus. Quamuis autem eo tempore profligati fuiſſent à Iephthe, tamen nunc denuo eandem regionem repetunt. Cùm ille bellum indiceret, Iſraëlitæ conſternati cœperunt cogitare de rege. Non putant ſe à ſolo Deo poſſe defendi. Iabenſes perterriti, Ini, inquiunt, nobiſcum fœdus. Si petes tributum non negabimus. Peccant iſti Iabenſes multis modis. Nam in Deuteron. diſertè cauetur, ne Iſraëlitæ ferirent fœdus cum Ammonitis: neve eos in ciuitates ſuas admitterent. Ita illos Deus quodammodo excommunicauerat. Iſti tamen illos recipiunt, non tantùm vt ciues, ſed etiam vt dominos. Deinde in Deuteron. mandatur, B vt ſi viderent currus, & quadrigas hoſtium, & infeſta ſigna, & omnem vim militarem, ne expaueſcant. Iſti verò ita timent, vt velint ſe etiam dedere hoſtibus. Adhæc iniuſſu Dei deficiunt à fœdere Dei, & deſciſcunt ad Ammonitas: nec in mentem venit ſocietatis antiquæ, quam contraxerant cum tribu Manaſſe. At impendebat, inquies, timor ab hoſte. Fateor. At agenda erat pœnitentia: adhibendæ erant preces: fiducia locanda erat in ſolo Deo. Poſtremò quantum humano ingenio fieri potuiſſet, addenda erant humana præſidia. Dedere verò ſe hoſti non oportuit, niſi Deus id iuſſu ſuo, & oraculo imperaſſet. Nam cùm Nabuchodonoſor oppugnaret Iudæos, Deus eos expreſsè monuit per Ieremiam, vt ſe dederent. Hoc autem C fœdus continet apertam defectionem à Deo. Hactenus Vermilius.

In quo peccant Iabenſes.

Cæterùm annos trecentos, & non ducentos, legunt Græci pariter & Hebræi cum vulgata editione Latina. Poſt trecentos annos Meſſenij, vt autor eſt Pauſanias, ex quo à Lacedæmoniis exacti fuerant, patrias ſedes repetiuerunt, & obtinuerunt, non tamen Ammonitæ: tametſi illi in remotiſſimas orbis regiones eiecti fuerant, Ammonitæ finitimi permanſerant. De quibus Pauſanias: Ex iis, inquit, quos recenſuimus populis, etſi Platæenſes diutiſſimè omnium exularant, duarum tamen ætatum ſpatium non exceſſerunt. At Meſſenij trecentos fermè annos extorres è Peloponneſo errarunt: quo temporis curriculo, & patrios ritus conſtantiſſimè retinuere, & Doricam linguam nihil prorſus immutarunt, quæ noſtra D etiam ætate penè ab iis ſolis integra, & vernacula conſeruatur.

Pauſanias in Meſſenicis. — *Spatium vnius ætatis annis 30 definitur.*

VERSVS 2.

Et reſpondit ad eos Naas Ammonites: in hoc feriam vobiſcum fœdus, vt eruam omnium veſtrûm dextros oculos, ponamque vos opprobrium in vniuerſo Iſraël.

OMNEM exuperat ſæuitiam tam immitis atque inhumana reſponſio. Nam ſi iniuriarum actionem excipias, quid amplius à victis

Arguitur regis Ammon immitis animus.

ET RESPONDIT EIS NAAS AMMONITES.

A expetas, quàm vt ſeruiant tibi, & imperata fa-
ciant, obſeruent nutus tuos, ac de arbitrio pen-
deant? Planè is ſummus victoriæ fructus eſt.
Quamobrem enim vim cuiquam adhibemus,
niſi vt ſuperiores euadamus? Quod vbi obti-
nuerimus, non video quid vltra exigamus. Per-
pendenti mihi diuerſorum cauſas bellorum,
quinque nunc animo meo occurrunt, præter
eam quæ à religione proficiſcitur, quæ ſoleant
1. homines ad arma prouocare. Nam aut nouas
ſedes quærunt armati populi, cùm velut apum
examina anguſtas patriæ ſedes parentibus dere-
linquunt: aut certè vi, fame, maris ira, aut alia
qualibet cœli ſoliue calamitate pulſi, ſolum
vertere coguntur, veluti Cimbros & Teuto-
nos, Vvandalos item, Gothos Langobardos,
B Burgundiones, Francos noſtros olim feciſſe le-
gimus. Et hos quidem minimè mirum eſt ſi
ſæuiant, cùm inciderint in populoſas nationes,
ſiue vt ferro ſibi viam aperiant, ſiue vt vacuas
ſedes parent. Sed nulla talis occaſio, aut neceſ-
2. ſitas regem Ammon eo tempore vrgebat. Aut
certè iniurias vlturi, proprio dolori indulgent,
ac iræ obſequuntur. Et hos quoque non mi-
rum eſt, ſi ferro, igni, & populationibus paſſim
graſſentur, quò hoſtium vires imminuant, ſce-
los vlciſcantur, & futuræ ſuæ quieti proſpi-
ciant. Sed nec vlla quidem ab Iſraëlitis, vt ex
Iephthe Iud. 11. didicimus, Ammonitæ iniuria
affecti fuerant, cuius vindictam Naas tam ſæuè
3. atque atrociter à Galaaditis repoſceret. At ſunt
præterea qui rapiendi libidine, & aliena in ſuos
C vſus conuertendi, armis immeritos laceſſunt,
quæ eſt iniquiſſima belli gerendi ratio: verum-
tamen illa ſiſtit in bonorum rapina, nec vltra
progreditur, quàm vt corpora fortunaſq; poſſi-
deat. Eſto igitur, cupiditatis atque auaritiæ ſti-
mulis incitatus, Iabenſibus bellum intuleris, en
tuæ libidini permittimus omnia: vel noſipſos
ſeruos accipe, & ſic parce ſeruituris. quis enim,
niſi ſi quis illum malus dæmon exagitet, quod
ſibi vtile futurum ſit, perdere malit quàm vti?
4. Reliqua eſt vna ſpecies eorum, qui aliis nego-
tium faceſſunt, armiſque fatigant: nimirum,
quos laudis immenſa cupido, & inextinguibilis
imperij ſitis accendit. Sed his quoque deditio
ac ſeruitus abundè ſatisfacit. Quid igitur inſa-
nis in ſupplices? & eos afficis dedecore, quos
ad triumphi decorem ſeruare debueras? Olim
D Perſæ cum infeſtis ſignis in Græciam inferren-
tur, non amplius poſtulabant, quàm vt terra &
aqua offerrentur, quæ quicunque obtuliſſent,
eoſdem intactos relinquebant, vt Herodotus
autor eſt libro 6. & 7. Quinetiam cum Scythis
& barbaris iiſdem pignoribus pacem inire vo-
5. luerunt, vt idem ſcribit libro 5. Vnde igitur tan-
ta hæc in vicinos atrocitas animi atque impor-
tuna ſæuitia? Altius repetenda mihi videtur
tantæ immanitatis origo. Peccato enim comes
adhæret inſania, alienorum ſcelerum vltrix,
Deo vindice, propriæ autem conſcientiæ æſtus
ac procella grauiſſima. Propterea quiſquis ſce-
lus & impietatem complectitur, crudelis &
ſæuus eſt. Sed qui rerum habenas moderatur
Deus, clemens & miſericors cùm ſit, eidem fre-
nos impoſuit, ne ſuſque deque ferrentur om-

Bellorum quinque rationes.

Herodotus

Sæuitiæ atque immanitatis mater impietas.

nia, & res peſſum irent. *Non relinquet*, ait Dauid,
*virgam peccatorum ſuper ſortem iuſtorum, vt non ex-
tendant iuſti ad iniquitatem manus ſuas.* Si quando
verò flagitiis noſtris prouocatus, indulſerit peſ-
ſimorum libidini, tum ſeſe crudelitas aperit, &
tantùm bacchatur ac ſæuit, quantùm permiſſa
eſt. Quare non eſt quod miremur hæreticorum
acerbum atque atrox ingenium: tantùm fu-
runt, quantùm meremur: ſi tamen credere fas
eſt adæquatam ſceleribus vltionem, aut pro
menſura delicti impoſitum eſſe plagarum mo-
dum, cùm ſupra modum & fidem flagitiis &
ſceleribus plena ſint omnia.

VT ERVAM OMNIVM VESTRVM DEXTROS OCVLOS.

VT *eruam omnium veſtrum dextros oculos.*] Vermilius.
Vermilius: Naas, vt illos perſequebatur graui
odio, ita illis grauiſſimam inurit ignominiam:
vt paterentur quiſque ſibi extundi oculum dex-
trum. Ammonitæ obſtiterunt Iudæis exeunti-
bus ex Ægypto, & commeatum petẽtibus non
dederunt: conduxerunt Balaam, qui eos diris
deuoueret. Cumque vi nihil poſſent, addide-
runt fraudes. Filias ſuas pulcherrimas proſti-
tuerunt, vt vel ſic relinquerentur à Domino.
Et Dominus caſtigauit quidem eos, at non de-
ſeruit. Ioſephus hanc hiſtoriam narrat paulò Ioſephus.
aliter. ait, Naas primùm aliis Iſraëlitis effo-
diſſe oculos, deinde miſiſſe legatos ad Iabenſes,
vt aut oculos ſibi dextros effodi paterentur, aut
grauiſſimam obſidionem expectarent. Cauſam
autem huius tyrannidis fuiſſe ait, vt ad bellum
inutiles redderentur. Nam ſiniſter oculus ſcuto
tegitur. [Hanc cauſam repetit S. Theodoretus
quæſt. in 1. Reg.] Verùm ſcripturæ commemo-
rant hoc ignominiæ tantùm cauſa factum eſſe.
Ad hunc modum Vermilius.

Sed cur oculos præ cæteris, aut ſenſibus, aut
membris expetiit? Quoniam alium ex ſenſibus
perdere facile nõ eſt: non tactum, non guſtum,
non auditum. Et ſi auditum lædas, tibi ipſi de-
negas obedientiam. Fruſtrà enim ſurdo man-
data dederis. Odoratum verò corrumpere, ni-
hil contulerit ad ignominiam. Si verò mem-
brum aliquod mutilaueris, tantumdem de iure
tuo & commodo detrahes. Si pedum popli-
tumve neruos incideris, aliunde pediſequos ac-
cerſas neceſſe eſt: ſi carpum manus amputaue-
ris, ad opus inutilem reddes. Aſt oculo eruto
altero, dedecus quidem maximum ori attule-
ris: at poterit ſuperſtes alter vice duorum fun-
gi. Scythæ tamen, vt autor eſt Herodotus in Herodotus
Melpomene, captos bello ſeruos oculis priua-
bant: ne tantiſper dum ipſi pro more gentis fo-
ris ac paſſim vagantur, illi interim dominorum
aliquid tentarent. Iis autem operibus exerce-
bant, quæ abſque oculorum beneficio ac lumi-
ne peragi poſſunt.

Sed illud præterea quæri poteſt, quare dex-
trum exculpi voluerit? Quoniam ea res magis
ad opprobrium ſpectat. Deeſt enim ſiniſtris de-
cor & gratia, quemadmodum obſeruari poteſt
in iis, qui ſcæua vtuntur pro dextera. Niſi malis
ad animum referre, cuius dexter oculus fides,
ſiniſter, humana rerum experientia eſt. Fortè &
ad vtilitatem animum adiecit. Plures enim ſi-
niſtro quàm dextro valent oculo. Veteres Pa-
tres, inquit Vermilius, ex hoc loco allegoriam

Quamobrem Naas oculos potiſſimum violare voluerit.

Quare dextros oculos?

Diuerſæ allegoriæ.

non inelegantem elicuerunt. Bellum nobis aſſiduum gerendum eſſe cum diabolo: illum nihil aliud quærere, niſi vt uobis oculos eripiat, vt nec humana nec diuina rectè conſideremus, nec fide Dei promiſſionibus inhæreamus. Hebræi verò aliam ſibi allegoriam hoc loco pepererunt penè fabuloſam. Aiunt enim Naas non petiiſſe oculos Iabenſium: ſed hoc potius mandaſſe, vt ad ſe deferrent legem Dei, quæ illis erat inſtar oculi, vt locum illum penitus eraderet, quo cauebatur in Deuteronomio, ne vnquam Ammonitæ reciperentur in Rempublicam Iudæorum. Hæc illi. Ego verò, inquit, iſta potius ad Papam refero. Ille enim neminem recipit in fœdus, niſi illi prius eripiat oculum dextrum. Aufert enim populo verbum Dei, quo erepto neceſſe eſt, vt maneant cœci in caligine: perſuadetque verba ſcripturæ quæ continent promiſſiones de Chriſto, & gratiam Dei nihil ad illos pertinere. Hanc tantam iniuriam & contumeliam nemo Chriſtianus ferre debet. Hactenus Vermilius. Qui vt vides ad Hebræorum fabulas conficta à ſe mendacia accumulat, ac ſic demum Papam oppugnat, atque in eius iugulum gladios acuit. Naturale eſt hoc lupis paſtoris ſanguinem ſitire: ſuntque qui videntur nonnullis eſſe cicures, ſylueſtribus longè ferociores.

Vermilij impudens calumnia.

Porrò vnà cum antiquis patribus huius loci tropologiam ad hunc modum beatus Petrus Damiani ediſſerit Epiſtola 5. libro 6. ad Monachos Cluniacenſes. Quid, ait, per Naas Ammonitem, ſuperbum videlicet regem, niſi vel mundum creatori ſuo rebellem, vel diabolum eius intelligimus principem? De quo nimirum dicitur, *Quia ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ.* Et quia Naas ſerpens interpretatur, rectè per hunc venenoſus ille, & lubricus anguis exprimitur. Quid verò per Iabes, quæ ciuitas erat Iſraëlitica, niſi anima innuitur Chriſtiana, ad videndum Deum per ſtudium contemplationis intenta? Et quia Iabes interpretatur exſiccata, vel ſiccitas, congruè per Iabes illa intelligitur anima, quæ ſupernæ gratiæ pinguedinem deſerit, & in æſtu concupiſcentiæ carnalis areſcit. Recedens quippe ab inhiando diuini muneris rore fit ſicca, quem antea dum perciperet, vigebat ſalubriter irrigata, Domino per Eſaiam dicente: *Effundam aquam ſuper ſitientem, & fluenta ſuper aridam.* Sed Naas cum Iabes fœdus aliter dedignatur, niſi oculum dextrum paciſcatur eruere; quia quiſquis vel antiquo hoſti in peruerſa ſuggeſtione ſubſternitur, vel mundi huius inquietis actionibus implicatur, dum ſe tanquam ſuperbo regi turpiter fœderat, neceſſe eſt, vt dextrum oculum, hoc eſt, lumen contemplationis, amittat: & ſic opprobrium in Iſraël ponitur: quia dum à contemplationis arce ad terrena, vel immunda quælibet exequenda deuoluitur, conſequens eſt, vt in Eccleſia probroſæ deriſionis obtrectationibus mordeatur. Hucuſque Petrus Damianus.

B. Petrus Damiani. Iob. 41. Eſa. 44.

Quod ad fœdus attinet, à feriendo dictum volunt: quemadmodum & ברית *berith* Hebraicè. Eſt autem pax propriè quæ à dimicantibus, vt arma ponant, initur. Quanquam & inter amicos, aut eos certè qui minimè hoſtes ſunt, fœdera firmari dicuntur. Quamobrem etiam fœderum tria genera eſſe voluut. Vnum, cùm pares bello æquo fœdere in pacem atque amicitiam veniunt, redditis per conuentionem iis rebus, quarum bello turbata erat poſſeſſio. Alterum, cùm qui hoſtes nunquam fuerunt, ad amicitiam ſociali fœdere iungendam coëunt. Eſtque genus hoc duplex. Aliquando enim vtrinque par & æquum eſt, quo vterque fœdere iunctus, ſuæ maieſtatis dignitatem imminutam ſeruat: quale eſt inter Heluetiorum pagos, aut etiam Francorum Hiſpaniarumque reges. Alterum eiuſdem generis fœdus, inæquale eſt, quo vnus fœderatorum altero ſuperior eſt, & alter alterius maieſtatem comiter conſeruat; ſic tamen, vt qui inferior eſt, nullam in ſe iuriſdictionem permittat, licet aliquando nonnullam penſionem dependat, ſed tantùm, vt qui ſuperior admittitur, in omnibus actionibus & conſeſſibus primas obtineat, & princeps confœderatorum dicatur. Tale olim fuiſſe Ianuenſium fœdus cum noſtris regibus arbitramur. Tertium fœdus eſt dedititiorum, cùm bello victis leges imponuutur. Poſtquam enim cuncta, quæ aduerſariorum fuerant, victoris in poteſtatem venerunt: tum ex iis, quæ habere victos, quibuſve multari eos iubeat, eiuſdem in arbitrio ſitum eſt. Quod genus pacis deditio potius, quàm confœderatio vocanda erat; fœdus tamen propterea dici placuit, quòd dedititij ſponte, adhuc arma tenentes, ceſſerint conditionibus pro pace imperatis ex arbitrio victoris, nil ſibi iuris reliquum facientes, ſed ſe, & omnia ſua dedentes. Qua ratione nonnihil ab iis differunt, qui armis ſubacti, ſine vlla deditione, ſed mera vi ſub iugum miſſi ſunt. Eiuſcemodi fœdus illud fuit Capuanorum cum Romanis, de quo Liuius Decade 1. & Gabaonitarum cum Iſraelitis Ioſue 9. Eius generis nunc ſibi Iabenſes optant, niſi quòd ignominiam illam deprecantur.

Fœdus quid, & quotuplex. *Liuius.*

PONAMQVE *vos opprobrium in Iſraël.*] Vlpianus ff. de verborum ſignificatione. L. 42. Probra, inquit, quædam natura turpia ſunt, quædam ciuiliter, & quaſi more ciuitatis; vt puta furtum & adulterium natura turpe eſt. Enimuerò tutelæ damnari, hoc non natura probrum eſt, ſed more ciuitatis. Nec enim natura probrum eſt, quod poteſt etiam in hominem idoneum incidere. Hæc ille. Itaque tyrannorum iniuria cùm ſanctis Martyribus alter oculus effoderetur, minimè probro fuit; quin potius ea quæ putabatur ignominia, laudi ac gloriæ duxit poſteritas. Non enim pœnæ ipſæ, ſi per ſe ſpectentur, vituperatione dignæ ſunt, ſed ſcelus atque flagitium, tametſi nullum ſupplicium irrogetur. Dubium verò eſſe non poteſt, quin ſi quis nullo ſuo ſcelere improborum vim atque petulantiam æquo animo perferat, ſummam ille laudem mereatur. Eſt enim hoc fortitudinis ſpecimen egregium; quę idcirco laudari præ cæteris virtutibus ſolet, quod in re maximè difficili atque ardua verſetur. Horum igitur certaminum, ſi quæ deinde veſtigia extent, ſi

D. de verb. ſignific. *Corporis inuſta macula, cùm ſcelus abeſt, nihil ad infamiã pertinet.*

quæ vulnerum cicatrices appareant, aut plagarum ſtigmata, victoriæ trophæa habenda ſunt, non dedecoris atque infamiæ monumenta. Quam Philoſophiam cùm Magnus ille Conſtantinus probè inrelligeret, erutos Confeſſorum oculos non exhorruit: quin potius, cùm in plures eiuſmodi apud Nicenam Synodum incurriſſet, vacuos orbes oculorum oſculo dignatus eſt, & lacera membra ſumma veneratione complexus, vt aotor eſt Euſebius, qui præſens aderat, in eius vita. At his non item gloriæ & honori futura erat ea calamitas, ſi ſibi oculos extundi paterentur. Non enim fortitudini potius quàm ignauiæ ac timori tribui potuiſſet, cùm, ſi viri eſſent, iure potuiſſent, aut armis vitam tueri, aut iiſdem honeſtè occumbere. Turpis itaque erat iſta conditio, & morte ipſa grauior ducenda. Vilis enim & abiecti animi eſt, qui tanti faciat vitam præſentem, vt cùm poſſit eam honeſtè ponere, eius cauſa pati velit oculos ſibi ab hoſte eripi. Iabenſes tamen, niſi ſi aliorum periculo illi pœnæ atque ignominiæ breui eximantur, tantam ſe infamiam vltro ſubituros paciſcuntur. Quales igitur tum eos fuiſſe dicemus? Quantùm mutatos ab illis, qui non oculorum iactura olim pacem redemerant, ſed cùm eſſent ab iiſdem Ammonitis laceſſiti, ferro decernentes in fugam compulerant, armiſque & ſpoliis nudauerant? Solius Dei eſt ſcilicet, vt aiebat quondam Philippus Auguſtus, non modò vim roburque lacertis militum tribuere, ſed etiam pectori conſtantiam indere: qua negata, qui viſi ſunt aliquando fuiſſe leones, cerui euadunt timidiſſimi.

Euſebius.

Porrò, quàm malè rebus ſuis conſulant victores, qui iniquis conditionibus fractos atque ſubactos ad deſperationem prouocant, multorum ſępe exemplis compertum eſt: quibus hoc quoque ſuo merito annomerari poteſt. Tametſi enim Iabenſes calamitatis potius magnitudine fracti, quàm indignitate commoti, nullam virtutem exeruerint: ipſe tamen horror expectati ſupplicij eoſdem coëgit eorum opem implorare, quorum ne antea quidem meminerant, cùm de fortunis & libertate duntaxat ageretur. Deinde illi, cùm audirent victorem ſpoliis, delatoque imperio minimè eſſe contentum, ſed parare rem crudeliſſimam, tanto vlciſcendi ſtudio in eum exarſerunt, vt per tumultum coacto milite, ira, odio, atque audacia oppreſſerint citius quàm vicerint. Ita fit, vt dum nonnulli victoria vti modeſtè nolunt, eis eripiatur. Aut enim ſalutis abiecta ſpes, timorem in furorem vertit: furor autem vires & arma miniſtrat: aut acerbioris vindictæ indignatio, plures ad extinguendum incendium rapit. Vtrumque oculis ſubiiciam, allatis in medium non multis quidem, veruntamen illuſtribus veterum hiſtoriis. Nec Ioannis regis ab Anglis capti meminero, dum obſtinato animo eiſdem ſe recipiendi poteſtatem denegat: ſed aliam longè vetuſtiorem ex ſancti Gregorij hiſtor. libro 4. cap. 14. narrationem repetam. Poſt-

Victoris ſæuitia atque inſolentia non raro victoria eripitur.

S. Gregor. Turon.

A quam enim Clotharius, inquit, rebellaſſe Saxones audiſſet, contra eos mouit. Cumque prope terminum illorum eſſet, Saxones ad eum legatum mittunt, dicentes: Non enim ſumus contemptores tui, & ea quæ fratribus ac nepotibus tuis reddere conſueuimus, non negamus, & maiora adhuc ſi quæſieris reddemus: vnum tantùm expoſcimus, vt ſit pax, nę tuus exercitus & noſter populus collidatur. Hęc audiens Clotharius rex, ait ſuis: Benè loquuntur hi homines, non incedamus ſuper eos, ne fortè peccemus in Deum. At illi dixerunt: Scimus enim eos mendaces, nec omnino quod promiſerint impleturos: eamus ſuper eos. Rurſum Saxones obtulerunt medietatem facultatis ſuæ, pacem petentes. Et Clotharius rex ait ſuis: Deſiſtite B quæſo ab his hominibus, ne ſuper nos Dei ira concitetur. Quod illi non acquieuerunt. Rorſum Saxones obtulerunt veſtimenta, pecora, vel omne corpus facultatis ſuæ, dicentes: Hæc omnia tollite cum medietate terræ noſtræ: tantùm vxores & paruulos noſtros relinquite liberos, & bellum inter nos non cõmittatur. Franci autem nec hoc acquieſcere voluerunt. Quibus ait Clotharius rex, Deſiſtite quæſo, deſiſtite ab hac intentione, verbum enim directum non habemus: nolite ad bellum ire, in quo diſperdamini. Tamen ſi eò ire volueritis, ſpontanea voluntate ego non ſequar. Tũc illi ira commoti contra Clotharium regem, ſuper eum inruunt, & ſcindentes tentorium eius, ipſum quoque conuitiis exaſperantes, ac vi detrahentes, interfice- C re voluerunt, ſi cum illis abire differret. Hęc videns Clotharius, inuitus fuit cũ eis. At illi inito certamine, maxima ab aduerſariis internecione cæduntur: tantaque ab vtroque exercitu multitudo cecidit, vt nec æſtimari nec numerari penitus poſſit. Tunc Clotharius valdè confuſus pacem petiit, dicens, ſe non ſua voluntate ſuper eos veniſſe. Qua obtenta ad ſua rediit. Hactenus S. Gregorius. Eadem penè memorat Paulus Diaconus lib. 3. hiſtoriæ Langobard. cap. 5. de Saxonibus, qui cùm à Sueuis eaſdem conditiones, quas ante retulimus Francis eos obtuliſſe, oblatas ſibi reſpuerent, commiſſo prælio à Sueuis propè deleti ſunt. Verùm hi ambo populi cùm illis ſalutis ſpes negaretur, proprio marte hoſtes vlti ſunt: at plures alij amicorum ſociorumque auxiliaribus vſi, quos ſuprema D Reipubl. tuendæ neceſſitas aduocauerat, impendentem ſuis ceruicibus mucronem non modò repulerunt, ſed etiam aduerſariorum iugulis inſeruerunt. Sic Iudæi ſæpius, cùm inimicorum ſuorum impetum vimque propulſare non poſſent, eoſdem diuerſis temporibus cum Romanis, Aſſyriis, ac Damaſci regibus committere ſtuduerunt. Quo factum eſt, vt non ſolùm ipſi periculum vitarent, ſed etiam de hoſtium ſuorum ruina atque excidio non modicum voluptatem perciperent. Sic enim ferunt leonem, pereuntis ouis balatu excitum, lupum ſæpenumero diſcerpliſſe.

Paulus Diaconus.

Google

VERSVS 3.

Et dixerunt ad eum ſeniores Iabes: Concede nobis ſeptem dies, vt mittamus nuntios ad vniuerſos terminos Iſraël: & ſi non fuerit qui defendat nos, egrediemur ad te.

Vermilius.

Non tentabis Dominũ Deum tuum

VERMILIVS: Petunt iodúcias, vt interim poſſint petere ſibi ſubſidium à reliquis Iſraëlitis. Quod ſi impetrare non poſſent, tum ſe vltro ad eum egreſſuros, & paſſuros quicquid ille vellet. Sed iſti impiè tentant Deum. Præſcribunt enim illi, qua ratione, quo tempore, quo loco ſibi auxilium ferre debeat. B Deus autem habet mille modos, & vias ad ſalutem. At illi putant ſe tantùm ab Iſraëlitis coniunctis viribus poſſe ſeruari. Deus verò abſque illorum opera potuiſſet illos liberare. Deinde præſtituunt ſeptem dies. Quid ſi poſt decem dies, quid ſi etiam poſt menſem voluiſſet afferre ſuppetias? Eſt enim Deus, vt Dauid ait, adiutor in opportunitatibus. Iuuat nos, non cùm ipſi volumus, ſed cùm ipſi videbitur opportunum. Prius cœlum & terra labentur, & ruent, quàm Dei miſericordia erga ſuos poſſit deficere. Quare non eſt hominis pij præſcribere Deo. Ita diabolus aggreſſus eſt Chriſtum. *Dic*, inquit, *vt lapides iſti panes fiant*. Quaſi Deus nulla alia ratione alere poſſit ſuos, niſi lapides conuertat in panes. At Chriſtus reſpondit, *Non* C *in ſolo pane viuet homo*. Deus poteſt me alia ratione paſcere. Nolo illi præſcribere. Ioſephus ait, Naas dediſſe Iabenſibus ſeptem iſtos dies induciarum, quòd ſperaret neminem venturum auxilio. Audierat enim eos inter ſe de regis electione diſſenſiſſe, & poſtea cùm deſignatus eſſet, alios eum probaſſe, alios repudiaſſe. Hactenus Vermilius. *Iudith*, hiſtoriæ ſuæ cap. 8. *quum audiſſet quoniam Ozias promiſiſſet quod tranſacto quinto die traderet ciuitatem, miſit ad presbyteros Chabri & Charmi. Et venerunt ad illam, & dixit illis: Quod eſt hoc verbum in quo conſenſit Ozias, vt tradat ciuitatem Aſſyriis, ſi intra quinque dies non venerit vobis adiutorium? Et qui eſtis vos, qui tentatis Dominum? Non eſt iſte ſermo qui miſericordiam prouocet: ſed potius qui iram excitet, & furorem accendat. Poſuiſtis vos tempus miſerationis Domini, &* D *in arbitrium veſtrum diem conſtituiſtis ei. Sed quia patiens Dominus eſt, in hoc ipſo pœniteamus, & indulgentiam eius fuſis lacrymis poſtulemus. Non enim quaſi homo ſic Deus comminabitur: neque ſicut filius hominis ad iracundiam inflammabitur*, &c.

Num liceat intra certum diem de deditione paciſci, niſi quis auxiliaturus aduenerit.

Ergone etiam nunc Deum tentare dicemur, ſi ab hoſtibus obſidione preſſi, cũ iiſdem de deditione ad certũ diem paciſcamur? Reſpondeo: Numquam licuit, aut licebit id agere ex deſperatione diuinæ poteſtatis, aut miſericordiæ, aut etiam præſentium impatientia malorum: quę ſi abſint à ratione conſiliorum noſtrorũ, tum mihi diſtinguẽdum eſſe videtur. Nam ſi cum fidelibus nobis res eſt, & iis deditio facienda eſt, à quibus nullum timetur fidei periculum: tum arbitror etſi non iuri, attamen neceſſitati parẽ- A dum eſſe, & cum hoſtibus prout nobis auxilia & vires ſuppetent, cõueniri poſſe. Neque enim ea res ad impietatem pertinet, cùm potius moneamur, tollenti tunicam etiam pallium obtrudere. At ſi qui obſident, iis moribus & religione præditi ſint, vt meritò ab iis pietati atque fidei pernicies expectanda ſit, videtur magis honeſta mors oppetenda, ſi Deus ita permiſerit, quàm vt proditores ſacrorum, totque hominum ſalutis efficiamur. Longè enim ſatius eſt, vt innocẽs ætas in cunis vagiens ſuo ſanguine præfocetur, triumphalem purpuram cœlis illatura, quàm vt ſyncerę fidei ſuperſtes, peruerſis dogmatibus in ęternum peritura imbuatur. Quòd ſi tamen pactis conditionibus tutò caueri poſſet, ne qua fidei ac religioni iniuria inferretur, arbitror, reliquorum honorũ iacturam prius eſſe ferendam, quàm vt ſupremum diſcrimen imbellis ætas ſexuſque, totque ſimul hominum millia ſubeant. Neq; enim vel ſeruitus ipſa, Chriſtiano homini intoleranda cenſenda eſt, cùm animus, qui Dei beneficio ruptis peccati vinculis ſolutus ac liber eſt, vinciri cogique non poſſit. Quî tandem fieri ergo dicemus, vt cũ Iſraëlitæ auſi hoc fuerint, in reprehenſionem omnium incurrerint? Quoniam primùm quidẽ terra illa præ cæteris diuino cultui addicta erat, eamq; in eum finem à Deo acceperant, nec abſque ſummo ſcelere alienis à Deo tradere poterant: noſtra autem religio nulli loco alligata eſt, ſed magis Chriſtus docuit, cùm in vna ciuitate peteremur inſidiis, nobis eſſe fugiendum in aliam. Deinde, ad eam tuendam certiſſima illis auxilia promiſſa erant, de quibus fas non fuit dubitare. Nobis autem pericula, & cędes, & carceres ac ſupplicia in primis propoſita ſunt, deinde ſola patientia imperata. Quocirca vtriuſque ſortis non æqua ratio eſt, nec pariter nobis de vtriſque ſentiendum. Poſtremò, qui hoſtes Iudæos bello vexabant, hi quoque eorum religioni vim intentabant: nos de noſtræ ponimus ſecuritate prius eſſe tranſigendum.

De ſeptenario numero, & plures eius allegoriæ.

Quare Naas ſeptem dies conceſſerit.

AT quæri etiam poteſt, quamobrem iſti ſeptem dies poſtularũt potius quàm alium quẽuis numerum? An quia minima eſt dierum mẽſura? Nam cùm dies in annos, ſæcula, luſtra, mẽſes, æras, indictiones, olympiades, hebdomades diſtribuãtur, poſtrema hæc numero dierum reliquis omnibus inferior eſt. Breuiſſimum autem numerum Naas concedere voluit. An quia totidem dies ad nũtiandum ſatis eſſent, ſicut facilè potes agnoſcere ex tradita à nobis c. 3. terrę Sanctæ deſcriptione: non autem ad conſcribendum exercitum, aut apparatum bellicum cõparãdum? Eo igitur cõſilio, vt etiam remotiſſimos dolore afficeret, & eſſent quaſi participes calamitatis, ac ſimul terrore incuſſo lõgè lateq; popularetur, & tanquã valido ariete, ſic eo nuntio reliquorũ conſtantiam labefactaret, paucos dũtaxat dies conceſſit. An quia cũ fortè Sabbatho iiſdem imparatis atq; ex inopinato incubuiſſet,

Digitized by Google

CONCEDE NOBIS SEPTEM DIES.

(quo die Iudæos arma tractare religioni proximum fuit) noluit per inducias diei opportunitatem perdere, aut deteriore conditione ad vrbis oppugnationem redire? Etſi enim pleræque gentes, quæ Abrahamo parente gloriantur: Nā fuit ille *pater multarum gentium*: affines item, & vicini nonnulli, tanquam per manus traditam à maioribus ſuis circumciſionē acceperint, cuius myſterium ignorabant: Moſaici tamen Sabbathi, vt poſterioris, ocium ac vacationem operis nō receperant. Neque enim aut Loth, Ammonitarum pater, Abrahami autē nepos, aut Abraham ipſe licet circunciſus, aliquando Sabbatizarunt, vt ait Tertullianus lib. aduerſus Iudæos cap. 3. Et Scripturæ produnt. Nam & fortaſſis Galaaditæ Ducis Ioſue non meminerant, Iericho oppugnantis etiam die Sabbathi. Ioſue 6. Nec eam mentem atque conſilium Deus illis inſpirauerat, quod poſtea Machabæis. 1. Machab. 2. nimirum, vt ſe tueri ac defendere etiam Sabbatho vellent. Inde igitur factum arbitror, vt Naas ſeptimi diei terminum excedere renuerit. Horum quicquid fuerit, iſte profectò numerus myſterio non vacat, vti poſtea videbimus.

Tertullian.

Petunt illi ſeptē dies, inquit B. Petrus Dam. Epiſt. 5. lib. 6. inducias, & quia Deus ſeptimo die requieuiſſe à conditis operibus legitur, quid per ſeptenarium numerū, niſi requies deſignatur? Iſtum numerum Saul inobediēs ignorauit, cùm per eum ſe Samuel præſtolandū eſſe præcepit: *Septem*, inquit, *diebus expectabis, donec veniam ad te, & oſtendam tibi, quæ facias*. Sed quia ſpiritalem requiem vir reprobus ſpreuit, exagitandum eum ſpiritus malus arripuit. Per ſeptenarium ergo dierum numerum ab iniquo rege Iabes ciuitas liberatur: quia quælibet anima, quam ſuadente diabolo mundus ad ſe conatur attrahere, ac negotiorum ſæcularium tenebris excæcare, illæſum contemplationis oculū ſeruat, ſi omnino reſiſtens, in ſuæ quietis propoſito perſeuerat: eamque redemptor noſter de tentatione, quam patitur, eripit, cùm eam in remorionis ſuæ cenſura quieſcere deprehendit. Vnde illic ſcriptum eſt: *cùm veniſſet*, inquit, *dies craſtinus*, &c. Verſo ſequenti, ex eodem Petro Damiani. A quo non longè diſcedit eo longè antiquior Clemens Alexandrinus Stromaton lib. 6. his verbis. Tertia ratio eſt, quæ ſignificat mundum à Deo eſſe factum: & dediſſe nobis ſeptimum diem ad quieſcendum, propter eam quę eſt in vita afflictionem & malorum perpeſſionem. Deus enim eſt indefeſſus, & impatibilis, & qui nullius indiget. Quiete autem indigemus nos qui carnem geſtamus. Septimus ergo dies prædicatur quies, abſtinentia à malis, præparans illum primarium, & ex quo cuncta orta ſunt diem, qui eſt verè noſtra quies, qui quidē prima quoque eſt reuera lucis generatio, in qua omnia ſimul & cernuntur & poſſidentur. Ex hoc die prima ſapientia & cognitio nos illuminat. Lux enim veritatis, lux vera, vmbræ expers, qui citra diuiſionē diuiditur, Spiritus Domini in eos qui ſunt per fidem ſanctificati, qui eſt inſtar luminaris ad eorum quæ ſunt agnitionem. Eum ergo ſequentes, per totam vitam reddimur impatibiles. Id autem eſt quieſcere. Hactenus ille.

B. Petrus Damiani.

Septenarij numeri allegoria.

Clemens Alexand.

Addi iterum poteſt, non vnum hunc diem Iabenſes petere, ſed ſeptem ſimul, hoc eſt ſex vnà inter medios cum ſeptimo. Indignus eſt enim quiete, qui non ante laborauerit: operibus primùm ſtudendum eſt, ac ſic denique cōtemplatio appetenda; ne ignauiæ magis perfugium, quàm cæleſtium rerum ſtudium eſſe appareat. Sic namque & mundus vniuerſus, abſolutis operibus ſex dierum, ad ſeptimi quietem peruenit. Sic ipſe nos mundi architectus & opifex ſuo exemplo inſtruxit, ac edocuit, de quo Scriptura refert: ſex quidem diebus mundo operam nauaſſe, ac ſic dainū ſeptimo quieti ac vacationi indulſiſſe. Non igitur Deus, vt eius regnum adueniat, tantum orandus eſt: ſed etiā vt eius voluntas in terra pariter ac cælo fiat. Illud verò etiam ſedulò notandum eſt, quemadmodum penè omniū rerum labores eo numero finiantur. Primùm enim ſtelliferi orbis curſus, qui, cùm ſit rapidiſſimus, rebus humanis ſuo impetu ac flammis formidoloſus imminet, interuentu ſeptem ſtellarum errantium, terris vtilis ac commodus efficitur. Deinde Luna, quæ de ſeptem planetis vna eſt, ex quo ſui luminis iacturam pati incipit, iterum poſt ſeptem dies phaſes eius, quas Latinè permutationes dicimus, in integrū reſtitui ſolent. Euadit enim primò ἀμφίκυρτος, deinde διχότομος, exinde ſilens, poſtmodum renaſcitur. Poſt quæ iterum dichotomos, atque amphicyrtos, ac ſic demum plena recurrit. Cuius etiam Oceanus, qui perpetuo æſtu ſeipſum fatigat, incremēta ſuo motu æmulatur. At verò Sol ipſe, de quo vitam omnia mouentur, poſtquam longiſſimè à nobis ad hyemale ſolſtitium raptus abſceſſerit, inde ad ſuperiora nitens, ſeptimo demum ſigno æſtatis apicem comprehendit: & ab autumni tropico, qua in hyemem præcipitari incipit, ſeptimo item ſigno ad veris conuerſionem emergit. Quinimo ipſa quoque terra, quæ hominū parens atque altrix eſt; poſtquam falce demeſſa fuerit, non niſi poſt ſeptem tempora rediuiuos ſpectat honores. Nam totidem partibus Hippocrates annum diligentiſſimè diſtinxit, vere, æſtate, opora, autumno, ſementario, hyeme, atque plantario. Ver inchoabat ab æquinoctio, vſque ad Pleiadum exortum; ab hoc æſtas erat ad canis exortum: à cane ὀπώρα vſque ad arcturi exortum durabat: autumnus autem ab arcturo vſque ad Pleiadum occaſum extendebatur: reliquum temporis tractum in tres partes partiebatur, quarum primam autumno cōtinuam, ſementarium, quaſi ſeminibus iaciendis aptam; mediam hyemem; poſtremam vt veri adiacentem, plantarium, quaſi tunc plantæ colerentur, vocabat. Ita refert Hieronymus Mercurialis Variar. lectionum lib. 2. cap. 3. Argentum quoque, terræ poſt aurum partus nobiliſſimus, non minus ſeptem modis expurgatur & perficitur, ſicut docet Ioſephus à Coſta in hiſtor. ſua Indica. Verùm quando nobis de homine præcipuè ſermo eſt, & huic vni potiſſimùm noſtra deſudat induſtria, ſuperiora illa miſſa faciamus, &, an idem quoque numerus ad

Indignus quiete, qui non laborauerit.

Medio orbe illuſtrata, ac eo amplius.

Hippocrates.

Anni ſeptem tempora.

Hieron. Mercurial.

Ioſephus à Coſta.

Septenarius numerus in multis homini vtilis.

hominis ſalutem dignitatémve referri valeat, inſpiciamus. Verumenimuero quis alius numerus hominem concipi, formari, edi, viuere, ali, ac per omnes ætatum gradus tradi ſenectæ, iuſtificari etiam ac cælo reddi, denique omnino conſtare facit? Nam vt illud taceamus, quod vterum nulla vi ſeminis occupatum, pari dierũ numero natura conſtituit, velut decreto exonerandæ mulieris, vectigali menſe redeunte purgari: hoc tamen prætereundum non eſt, quod ſemen, quod poſt iactum ſui intra horas ſeptem non fuerit in effuſionem relapſum, hæſiſſe in vitam prouuntiatur. Primùm igitur in ſemine formandus homo horas ſeptem expectat, vt hæreat: dies autem ſeptem, vt quod hæſit, coaleſcat; menſes deinde ſeptem, vt primùm edi poſſit. Editus iterum horas ſeptem victurúſne ſit, an in ipſo vitæ limine periturus, ſuſtinet: neque enim vltra hunc horarum numerum, quæ præmortua naſcuntur, aëris halitum tolerare valent: quem quiſquis ſeptem horas tulerit, ad vitam creatos intelligitur, ſi non eum alter aliunde, qualis perfectum ſolet, caſus eripiat. Verùm hæc quidem circa mortalis vitæ cardinem verſantur: æternæ autem vitæ ſpem, & omnium malorum liberationem, poſt ſeptem annorum decados occipit; quo tempore lege naturæ huic noſtræ cedere incipit. Hæc enim Phyſicis creditur legitima meta viuendi.

Quare non plures quàm ſeptem dies Iabenſes optarunt.

Poſtremò, amplius quàm ſeptem dies differre non placuit, quoniam eos dies, maximè in morbis, κριτικοὺς ἢ κρισίμους medici appellant, exque iis valetudinis diſcrimina, ſpémve ſalutis oſtendi confidunt. Animaduertunt præterea, homines abſque hauſtu ſpiritus vltra horas ſeptem, abſque cibo vltra totidem dies, vitam proferre non poſſe. Sed & omnis motus intra eum numerum circunſcriptus eſt. Aut enim acceſſio eſt, aut receſſio, aut in læuam dextrámve deflexio: aut certè ſurſum quis ſeu deorſum mouetur, aut in orbem rotatur, vt ſint motus ſpecies numero non amplius quàm ſeptem: quarum poſtrema cæleſtium ſphærarum propria cenſetur. Sed nec extendi, aut creſcere poſſe ſupra ſeptem pedes, menſuram hominis, nonnullis creditum eſt. Ex his omnibus conficitur, mirum eſſe non debere, ſi eum numerum præcipuè Iabenſes exoptent, aut ſibi ſalutarem propitiumque futurum exiſtiment: cùm tota ipſa vita hominis, ortus, ſalus, atque incolumitas, ab illo quodammodo pendeant & compleantur. Quin & ipſe totus homo, ſi diligenter intus & in cute noſcatur, eo numero conſtare videbitur. Sicut accuratè demonſtrat Macrobius lib. 1. in ſomnium Scipionis. Quo loco hoc etiam notauit: Septimo primùm anno perfectum vſum loquendi hominem adipiſci, qui ſeptenario vocis diſcrimine continetur, quod totidem numero vocalibus Græci exprimunt, reliqui omnes ſeptemplici ſono ac pronuntiatione, quæ pari numero inſtrumentorum elaboratur: pulmone videlicet, larynge ſiue arteria, lingua, dentibus, labiorumque miniſterio, quorum ipſi motum foris oculis deprehendimus. Quæ cùm ita ſint omnia, quid potius quàm *ſeptem* homines loquerentur, aut quærerent? Maximè ſi de vita ſeruanda agatur, aut de lucis huius vſura, quam bis ducto à partu dierum ſeptenario, primùm oculis haurire puer incipit: vt non immeritò Iabenſes videri poſſint, velle ſeptenarij beneficio partam vitam lucemque tueri. At ſi his omnibus hoc quoque addas, ſeptem his diebus, ſeptem à Deo inſtituta Sacramenta, aut etiam Sancti Spiritus totidem mirificas dotes intelligi, quibus nihil cum his diebus conferri potuit ſimilius: non erit vltra Iabenſibus de ſalute deſperandum: ſed læto atque alacri animo liberationi ſuæ, ſeu potius certiſſimæ de hoſtibus ſuis crudeliſſimis victoriæ atque triumpho præſtolandum.

B

VERSVS 4.

Veniunt ergo nuntij in Gabaa Saulis: & locuti ſunt verba hæc audiente populo: & leuauit omnis populus vocem ſuam, & fleuit.

Vermilius.

VARMILIVS: Iſraëlitæ lamentantur ac plorant: partim quòd ſociorum miſeria tangerentur, partim quòd eadem timerent ſibi: Nahas enim expugnatis Iabenſibus in proximos fines erat erupturus. Verùm iſta ſunt prorſus muliebria. Quid enim flere ac lamentari profuit? Oportuit potius reſipiſcere, precari Deum, illi vni confidere, & ſequi ſana cõſilia. Nihil horum illi faciunt. Imò cùm nuncij Iabenſium per omnem regionem Iſraëliticam vagarentur, nemo erat qui illis polliceri vellet auxilium, antequã illi perueniſſent ad Saulem. Sed Deus de induſtria abuti voluit hoc bello, vt Saulem populo commendaret. Hæc Vermilius.

Diodorus Siculus.

Porrò ſimile quid illi eiulatui refert Diodorus Siculus Biblioth. ſuæ lib. 17. De exercitu Alexandri, cùm in eius conſpectum veniſſent plures ex Græcis, qui à Perſis fœdè mutilati fuerant: quibus etiam cùm facta eſſet poſtea ab Alexandro in Græciam reuertendi poteſtas, illi qualecumque illud dedecus minimè ferentes, perpetuo exilio tegere maluerunt. Eandem hiſtoriam ad hunc modum narrat Curtius de Geſtis Alexandri lib. 5. Cùm Perſepolim Alexander poſt deuictum Darium peteret, iamque haud procul vrbe erat, cùm miſerabile agmen inter pauca fortunæ exempla memorandum, Regi occurrit. Captiui erant Græci ad quatuor millia ferè, quos Perſæ vario ſuppliciorum modo affecerant. Alios pedibus, quoſdam auribus manibuſque amputatis, inuſtiſque barbararum literarum notis, in longum ſui ludibrium reſeruauerant, & cùm ſe quoque alienæ dirionis eſſe cernerent, volentes Regi occurrere non prohibuerant. Inuſitata ſimulachra, non homines videbantur, nec quicquam in illis præter vocem poterat agnoſci. Plures igitur lachrymas commouere, quàm profuderant ipſi, quippe in tam mul-

Curtius de Geſtis Alexand.

moltiplici variaque fortuna ſingulorum, intuentibus ſimiles quidem, ſed diſpares pœnas, quis maximè miſerabilis eſſet, liquere non poterat. Vt ergo Iouem illi tandem Græciæ vltorem aperuiſſe oculos conclamauere, omnes pari ſupplicio affecti ſibi videbantur. Lex abſterſia quas profuderat lachrymis, bonum habere animum iubet, viſuros vrbes ſuas coniugeſque: & caſtra inde duo ab vrbe ſtadia commuoit. Græci exceſſerant vallo, deliberaturi quid potiſſimum à Rege peterent: cumque aliis ſedes in Aſia rogare, aliis reuerti domos placeret, Euctemon Oymæus ita locutus ad eos fertur: Hi, qui modò ad opem petendam ex tenebris & carcere procedere eruboimus, vt nunc ſimplicitas noſtra eſt, ſupplicia, quorum nos pudeat magis an pœniteat incertum eſt, oſtentare Græciæ velut lætum ſpectaculum eripimus. At ij optimè miſerias ferunt, qui abſcondunt: nec vlla eſt tam familiatis infelicibus patria, quàm ſolitudo & ſtatus prioris obliuio. Nam qoi multom in ſuorum miſericordia ponunt, ignorant quàm celeriter lachrymæ inateſcant. Nemo fideliter diligit, quem faſtidit. Nam & calamitas querula eſt, & ſuperba felicitas. Ita ſuam quiſque fortunam in conſilio habet, cùm de aliena deliberat: & niſi mutuò eſſemus miſeri, olim alius alij potuiſſemus eſſe faſtidio. Quid mirum eſt, fortunatos ſemper parem quætere? Obſecro vos, olim vita defuncti, quæramus locum in quo hæc ſemeſa membra obruamos, vbi horribiles cicatrices celet exiliom. Ingrati prorſus coniugibus, quas iuuenes doximus, reuertemor. Liberi in flore & ætatis & rerum agnoſcent, & fratres ergaſtuli detrimenta. Tandem in eam ſententiam omnes conceſſerunt. Theatus tamen Atheníenſis cùm eſſer alterios ſententiæ dixit: Neminem pium habitu corporis ſuos æſtimatorũ, vtique ſæuitia hoſtis non naturæ vitio calamitoſos. Dignom eſſe omni malo, qoi erubeſceret fortunæ. Hæc omnia Curtios. Quæ idcircò referre volui, quod ea qoæ de his dicuntur, ad noſtros videantur, ſi minæ exitum inueniſſent, referri potuiſſe.

Græci fœdè mutilati, præ pudore exilium & latebras patriæ prætulerunt.

An flere liceat, & miſericordia commoueri.

AT multi huiuſmodi lacrymas damnant, flere vetant, aut etiam miſericordia commoueri. Primùm enim lachrymæ ſunt inutiles, deinde etiã nocent, poſtremò viro forti ac magnanimo indignæ ſunt. Quamobrem aiebat Philemon Comicus apud Stobæum ſerm. 106.

Qui lachrymas damnant, & flere vetant.

Philemon Comicus apud Stobæum.

Si lachrymæ noſtræ malis mederentur,
Et lugens ſemper dolere deſineret,
Vel aurum lachrymis commutaremus.
Verùm ipſæ res non auſcultant, neque reſpiciunt lachrymas.
Et ſiue lugeas, ſiue non, pergunt.
Quid igitur proficis? nihil: ſed triſtitia hærentes ſibi habet
Lachrymas, veluti arbor iſta fructum ſuum.

I.

A Ferocior Epictetus, qui de lachrymis, atqoe adeò de toto humanitatis ſeoſu ſentit indigoiſſimè Enchyridij ſui cap. 14. Cùm videtis, inqoit, aliquem flentem in luctu, vel propter abſentem filium, vel propter amiſſas pecunias, caue ne tua phantaſia te ſimul in errotem abripiat; tanquam ille malo quopiam laboret: ſed ſtatim & in promptu cogites, quòd non crucietur ob euentum rei, alij enim non cruciantur: ſed ob ſuas opiniones. Verumtamen verbis tenus non dubites ei conſentire tanquam ſimiliter affectus: & ſi opus videatur etiam ſuſpirare apud ipſus diligenter tamen aduerte, ne etiam intus & in animo ſuſpires.]

Epictetus in Enchyridiu.

B Sæuum atque immitem animum, & à veritate atque ratione alienum, qui fingere docet potius, quàm naturæ legibus obtemperes.

Putat etiam hoc ad hominis felicitatem ſpectare Hipparchus Pythagoricus apud Stobæum, vt quis miſericordiæ expers ſit, & alieni prorſos doloris ſenſu careat. Sunt porrò quæ ad perſuadendum inducit, huioſmodi: An quemadmodum apyrena (id eſt ſine nucleo, dulcia) mala punica dicuntur, item homines ἀπύρηνοι & ἄπλευροι, ita etiam indolentes ac intrepidi? Viſne igitur vt ad ſimilitudinem iſtorum qoæ iam diximus, impeccabiles quoque καὶ ἄφθονοι ſiue ab inuidia alieni nominentur?

Hipparchus Pythagoricus apud Stobæum.

C & veluti ἄπλευρος non ſimpliciter coſtis, ſed talibus coſtis carentem ſignificat, ita vecors & amens accipiatur non pro homine, qui cordis & mentis nihil habeat, ſed qui tali corde & tali mente careat. Et ſicut ἄπλευρον latera quidẽ habere dicimus, ſed praua: ſimiliter amentem fatemur habere mentem, ſed malam. Hactenus dictum bene: ſed mox ille repudiat, cùm felicem & imperturbatum velit præſtare ſapientem. Et ſubdit, An potius iſta credi ridiculum eſt? Sed quemadmodum innocens vocatur, qui ab omni noxa purus eſt, & ἄφθονος, ἀπερίεργος, ἀμεμψίμοιρος, qui nihil omnino inuidiæ, curioſitatis, aut querimoniæ alit: ſic & indolens ac intrepidus dicendus eſt, qui extra dolorem metumque poſitus ſit. Ita enim felix demum fuerit, qui ex-

D tra affectionem & perturbationem ſitus eſt. Quiſquis aotem dolore, triſtitia, aut metu capitur, quomodo vitæ vſu delectari poſſet? Cui non acquieſcens, quomodo felix fuerit? Quòd ſi dolore quis tangitur, quo pacto metum, ignorantiam, iram, & miſericordiam effugiet? Eadem enim propter quæ homines dolent, cùm expectantur, timorem & anxietatem eis iniiciũt. Si qui indignis caſibus premi videantur, miſericordia mouentur. Illis verò qui de induſtria huioſmodi caſus moliuntur, ſuccenſent, indignantur, & ſuſpectos habent. Sibi exoſos proſperè agentes ſi viderint, æmolatione inuidiaque laborant: eoſdem ſi quo modo affectos audiuerint, gaudent. Si quis igitur dolori ſit obnoxios, quomodo extra perturbationem vllam erit? aut ſi nullius expers ſit, qoomodo imperturbabilis, qualem eſſe felicem futurum oportet?

Digitized by Google

Inhumana veterũ philoſophia. Qoamobrem necamici, nec liberorum obitus deplorãdus eſt: imò ne ſuus quidẽ. An non tibi minimè viriles videntor, qui mortem ſuam nõ generoſè, nec animo confidenti expectant, nõne animoſum ac fortem decet vitæ finem magnanimiter ſuſtinere, ira vt Socrates fecit, non ægrè ferre nec indignari? Num vero alterius mors graoior exiſtimanda tibi eſt quam propria? An non aliquis ſeipſum æquè diligit amatque ac alios? aut amicum liberóſve quã ſe? Atqui laudant vel imperari mortem. Nam Laconicas iſtas mulieres nemo noo vti magoanimas laude proſequitur. Quædam enim audito filium ſuum ſaluum eſſe, & euaſiſſe ab hoſtibus, ſeripſit ad eum. Mala fama de te vulgatur, aut igitur eam deleas: aut amplius nobis in conſpectum oe venias, &c. Quibos probare nititur, neque ſui quenquam, neqoe alterius miſeteri vllo modo oportere.

Sed nos, qui ſummam illam animi tranquillitatem ad præſentis vitæ ſtatum optimum minimè eſſe neceſſariam ducimus, miſericordiam tantopere non auerſamur; quin potius religioſè omnino amplectimut, agnoſcentes illam nobis à natura inſitam, ratione approbatam, atque adeo etiam lege commendatam fuiſſe. Vehementiores tamen atque inconcinnos animorum motus, qui miſericordiam tollunt potius quàm exhibent, nec virtutem acuunt, ſed cooſtantiam labefactant, nequaquam defendimus, ſed veram germanamque, & ab omni fuco & labe vacuam miſericotdiam: quæ qualis ſit, vt agnoſcas, ea nobis paulò fuſiùs explicanda erit.

Quid ſit miſericordia, & à quibus malis præcipuè excitetur.

De miſericordia. PRIMVM igitur miſericordiæ nomen, & eum dolorem qui ex alieni mali conſideratione naſcitur, & virtutem quandam homanam, iſtius doloris moderatricem comprehendit. Malum autem quod ad mooendam miſericordiam idoneum ſit futurum, eiuſmodi eſſe debet, vt & ipſum quoque miſerentem attingat, aot propter amoris vnionem, aut propter aliud cooiunctionis vinculum (ex quo etiam metus paris periculi oriri poſſit) & aliqoo modo præter patientis accidat voluntatem: vnde fit, vt quo hominum mala ab eorum voluntatibus remotius abſunt, eò vim maiorem ad miſericordiam commouendam habeant. Tametſi enim infinitis propemodum malis hominem obnoxiom factum eſſe nemo non videt, tamen quod ad noſtrum ſpectat inſtitutum, ea tantum miſericordiam prouocant, quæ putantur inuitis atqoe ægrè ferentibus accidere. Illa porrò triplici genere contioentur. *Triplex genus malorũ quæ miſericordiam commouent.* A quibuſdam enim natura ipſa duce ac præeunte abhorremus, cuiuſmodi ſunt omnia, qoæ aot eidem incommodum afferre poſſunt, aut etiam perniciem moliri: vt puta

A morbus, fames, vincula, ipſum denique capitis diſcrimen; quæ cùm impendere cuipiam conſpicimus, miſerari homioem ſolemus. Deinde illud etiam graue ac permoleſtum eſt, votis ſuis ac deſiderijs, & iis rebos quas ſibi chariſſimas quiſpiam duxerit, caſu aliquo priuari. Id cùm iniquo animo pati quenquam videmus, ac ptopterea mœtore tabeſcere, nos quoque illius dolore affligimur. Non enim Dauid tantùm Saulis funeri illachrymauit, quod ad prioris generis mala attinet; ſed etiam Samuel eiuſdem abdicationem, quæ in ſecundis malis habetut, diuturno luctu defleuit. Poſtremò, tum maximè ad miſericotdiam inflectimur, ac ſupra modum alienam vicem dolemus, cùm non modò hominem graui aliqua B calamitate laborantem intuemur, verum etiam boc animo reputamus, ſi illum omni tempore vitam inſtituiſſe, vt quouis ptæmio potius quàm ſupplicio dignus eſſet. Ergo tria hæc mala, quæ naturam, volontatem, meritumque oppugnant, miſericordiam concitare ſolent: quæ verò ſponte ſuſcipiuntur, vt ſcelera atqoe flagitia, tametſi ea reliquis omnibus graoiora atque tetriora habenda ſint, iram tamen potius atqoe indignationem excitant, qoàm commiſerationem concilient.

C *Miſericordia eſt virtus in Deo maxima: in hominibus ſecundùm charitatem ordine proxima.*

MISERICORDIA verò vbi in noſtris viſceribus hæſerit, oon alieni tantũ ſenſu doloris aut ſuperflua aliqua ægritudine mentem contorquet, verumetiam ad opem ferendam quantum ſatis eſt impellit. Quòd ſi ita fieri contingat, vt neque miſerentis dolor modum ſuperet, neque fauor impeoſus iuris æquitatem violet, quis neget miſericordiam in album virtutum eſſe referendam? Paſſio namque illa eſt: quæ cùm rationis ductum ſequitur, non poteſt non eſſe laudaoda. *Miſericordia virtus habenda eſt, & quidem Deo hominibuſque digna.* Verùm non modò ea in virtutibus numeraoda eſt, ſed etiã chorum inter eas ducere credenda. Ipſa ſiqui- D dem in alios ſuas opes effundit, iacentes ac miſeros ſubleuat, & quod deeſt eorum inopiæ ſuppeditat. Quapropter etiam diuina virtus babetur, & Dei maximè propria vbique prædicatur. At verò in hominibus, etſi minor cenſenda eſt charitate, cuios beneficio cum Deo coniungimur: reliquis tamen virtutibus anteſtat, ſacrificiiſque ac muneribus antefertur. Nõ enim Deus his rebus indiget, aut eo cultu propter ſe delectatur, ſed noſtri potius rationem habet, & hominum ſalutem amplectitor. Qui ſi quando ad inciras tedacti ſint, aut neceſſariarum rerum penuria labotent, eam hoſtiã gratiſſimam ducit, ſi, omiſſa ſacrificiorum religione, miſeri potius egeſtati atque periculo benignè ſuccurratur. *Miſericordiam,* inqoit Oſee 6. & Matth. 12. *volo, & non ſacrificium.* *Beneficentiæ & communionis,* inquit Apoſtolus ad He- *Oſeas c. 6. Matth. 12.*

bræos cap. vltimò, *Nolite obliuiſci: talibus enim hoſtiis promeretur Deus.* A

Ad Hebr. vlt.

Non igitur, vt ex ſuperioribus liqoere poteſt, ille fletus Iſraëlitarum, accepro grauiſſimo nuncio ad miſericordiam inflexus, atque illa eiulatio tanropere culpanda fuit, quantopere Vermilio, aliena ſatis auidè carpenti, viſum eſt: ſiquidem non raro Deus clamorem ingemiſcentis populi ſe audiſſe teſtatur, qui non vno loco minatur ſe ſacrificia repudiaturum. Nam qood ait, dum lachrymis indulgent muliebrem in modum, neminẽ auxilium operamque ſuam obtuliſſe, priuatis iniuriam facit, cùm non ſit eorum abſque iuſſu imperatoris in hoſtem pergere. Interim autẽ dum ſuppetias ferre liceat, ſeque periculo obiicere, ad eam virtutem pertinet, animum volunta- B temque ſuam doloris aliqua ſignificatione teſtari.

Probatur iterum quid ſit miſericordia, cuius gratia Iſraelitæ fleuiſſe feruntur.

DVBITARI tamen poteſt, an miſerabilis illa vociferatio ad miſericordiã referenda ſit. Etenim vehementior metus, vbi mentẽ occuparit, à miſericordia auocat: tum enim ſuo quiſque periculo mouetur magis quàm alieno cauet. At vehementer eos expauiſſe ſibique timuiſſe, ex eorũ fletu colligimus. Deinde etiam qui animos deſpondent, miſericordia non tanguntur, ſed tantùm dolent: neque enim ſine ſpe naſcitur voluntas ſubleuandæ alienæ miſeriæ, comploratio autem illa ac gemitus ſigna ſont fracti atque abiecti animi. Generoſus ardor irã ſuſcitat, cùm propulſare iniuriam nos poſſe cõfidimus. Non igitur illi eum gemitum ex miſericordia ediderunt. Præterea verò ne in coniunctiſſimis quidem commiſeratio locum habet, ſed dolor. Non enim ea quæ propinquis ac neceſſariis noſtris mala inferuntur, tam aliena mala credenda ſuot quàm propria vulnera, quæ nemo qui his affectus ſit, miſerari dicitur, ſed perferre ac pati. Iſraëlitarum verò ſumma erat cum Iabenſibus coniunctio. Nam & vnius ſtirpis eſſe cenſebantur à prima origine, & fratres D in perpetuum lex eſſe iubebat, quæ ſimul omnibus pro matre fuit. Quaptopter nec miſeratio ſanè fuit vlla laude digna, aut quæ diuinam opem & auxilium ſuo merito conciliaret. Quid igitur illud eſſe potuit? Sæuus quidam dolor, atqne attonitæ mentis ſtupor ac perturbatio. Atqui motum hunc animi longè alium fuiſſe oſtendam. Sed oportet primùm illũ naturæ impetum excipias, qui rationi præuertit: oeque enim ille magis vitio verti poteſt quàm laudi duci: vt deinde intelligas eũ dolorem, qui ad nos vſque manare ſolet ex chariſſimorum pignorum perpeſſione, ſubueniendi curam ac deſiderium minimè auferre. His ita poſitis atque intellectis, quam fuerit ſyncera illa miſericordia nunc accipe.

Miſericordia cum ſpe coniuncta eſt.

Omne malum auerſatur voluntas, quod cùm præſens eſt, triſtitiam parit: leuiorem tamen A cùm in aliis potius eſſe apparet, quàm in nobis; cum quibus quo arctioribus amoris vinculis aſtringimur, eò acerbiorem doloris ſenſum percipimus. Amorem autem beneuolentiamque multa ſunt quæ inter homines concilient: ſimilitudo ipſa naturæ, conſuetudo vitæ, ſortis æqualitas, ſanguinis neceſſitudo, morum ſympathia, eadem fidei religioniſque profeſſio: Hæc omnia cùm beneuolentiam mutuam parant, tum ſi quid aduerſi alteri amantium obtigerit, miſericordiam cient, quæ fletum poſtea lachrymáſque elicit. Nam cùm quiſquam ex animo malum eueniſſe dolet, tum etiam depellere nititur. Eſt autem res ardua mali depulſio. Quaptopter ſpem, audaciam, iram, quæ paſſiones in difficili verſan- B tur, adhibeat neceſſe eſt. Quas ſi fortè vicerit mali magnitudo, tum permiſta metu audacia, & incenſus ira ac deſperatione dolor animum mœrore demergit, ac penè lachrymis præfocat. Manet tamen eadem ſemper opitulandi voluntas, quamdiu amor & doloris ipſe ſtimulus permanent. Hoc verò ſtatu voluntatis virtus perficitur. Non enim tam externo opere miſericordia conſtat, quam ipſo mentis habitu ac ſtudio, quod ſuperari minimè poteſt, licet conatus eius exterior impediatur. Cuius rei manifeſtum hoc argumentum Iſraëlitæ præbent, quòd vt primum Regis edictum innotuit, extemplò omnes ad ſigna conuo- C larunt, lachrymáſque hoſtium cruore eluerunt. Qoem impetum quis niſi miſericordiæ tribuat? Neque enim opinor quiſquam obiiciet: propterea eos vitam diſcrimini obieciſſe, ne boues cuiuſquam perirent. Quòd ſi eam mentem miſericordiæ tribuemus, erunt illi quoque priores lachrymæ tribuendæ. Eodem namque dolore, quo ad vim arcendam animati ſunt, eodem etiam prius lachrymas fuderunt. Neque enim aliunde ortum eſt illud opem ferendi ſtudium, quàm ex inferendæ dolore iniuriæ, qui potuit etiam oculis lachrymas excutere.

Quæ res amorem concilient.

VERSVS 5.

D

Et ecce Saul veniebat, ſequens boues de agro & ait: Quid habet populus quod plorat? & narrauerunt ei verba virorum Iabes.

VARMILIVS: Armenti nomen בָּקָר *bachar* Græci reddiderunt *πρωὶ* (nunc tamen apod Ariam & Vatablum Græcè legimus *ὀπίσθεν τῶν βοῶν* poſt boues) decepti ambiguitate vocum. Nam apud Hebræos בֹּקֶר *bocher* iiſdem literis ſignificat manè, *bachar* verò armentum. Non eſt autem veriſimile Saulem pernoctaſſe in agro, vt manè rediret domum. Rabbi Salomon hoc quoque ad tempus refert, quaſi eo tempore Saül redierit, quo armenta reduci ſolebant. At Rabbi Kimhi putat illum rediiſſe domum vnâ cum aliis agricolis.

Vermilius. *Rabbi Salomon.* *Rabbi Kimhi.*

Inhumana veterũ philoſophia.

Quamobrem nec amici, nec liberorum obitua deplorãdus eſt: imò ne ſuus quidẽ. An non tibi minimè viriles videntur, qui mortem ſuam nõ generosè, nec animo confidenti expectãt: nõne animoſum ac fortem decet vitæ finem magnanimiter ſuſtinere, ita vt Socrates fecit, non ægrè ferre nec indignari? Num vero alterius mors grauior exiſtimanda tibi eſt quam propria? An non aliquis ſeipſum æquè diligit amatque ac alios? aut amicum liberóſve quã ſe? Atqui laudant vel imperari mortem. Nam Laconicas iſtas mulieres nemo non vti magnanimas laude proſequitur. Quædam enim audito filium ſuum ſaluum eſſe, & euaſiſſe ab hoſtibus, ſcripſit ad eum. Mala fama de te vulgatur, aut igitur eam deleas: aut amplius nobis in conſpectum ne venias, &c. Quibus prubare nititur, neque ſui quenquam, neque alterius misereri vllo modo oportere.

Sed nos, qui ſummam illam animi tranquillitatem ad præſentis vitæ ſtatum optimum minimè eſſe neceſſariam ducimus, misericordiam tantopere non auerſamur; quin potius religiosè omnino amplectimur, agnoſcentes illam nobis à natura inſitam, ratione approbatam, atque adeo etiam lege commendatam fuiſſe. Vehementiores tamen atque inconcinnoa animorum motus, qui misericordiam tollunt potius quàm exhibent, nec virturem acuunt, ſed conſtantiam labefactant, nequaquam defendimua, ſed veram germanamque, & ab omni fuco & labe vacuam miſericordiam: quæ qualis ſit, vt agnoſcas, ea nobis paulò fuſius explicanda erit.

Quid ſit miſericordia, & à quibus malis præcipuè excitetur.

De miſericordia.

PRIMVM igitur miſericordiæ nomen, & eum dolorem qui ex alieni mali conſideratione naſcitur, & virtutem quandam humanam, iſtius doloris moderatricem comprehendit. Malum autem quod ad mouendam miſericordiam idoneum ſit futurum, eiuſmodi eſſe debet, vt & ipſum quoque misereutem attingat, aut propter amoris vnionem, aut propter aliud coniunctionis vinculum (ex quo etiam metus paris periculi oriri poſſit) & aliquo modo præter patientis accidat voluntatem: vnde fit, vt quo hominum mala ab eorum voluntatibus remotius abſunt, eò vim maiorem ad miſericordiam commouendam habeant. Tametſi enim infinitis propemodum malis hominem obnoxium factum eſſe nemo non videt, tamen quod ad noſtrum ſpectat inſtitutum, ea tantum miſericordiam prouocant, quæ putantur inuitis atque ægrè ferentibus accidere. Illa porrò triplici genere continentur. A quibuſdam enim natura ipſa duce ac præeunte abhorremus, cuiuſmodi ſunt omnia, quæ aut eidem incommodum afferre poſſunt, aut etiam perniciem moliri: vt puta morbus, fames, vincula, ipſum denique capitis diſcrimen; quæ cùm impendere cuipiam conſpicimua, miſerari hominem ſolemus. Deinde illud etiam graue ac permoleſtum eſt, votis ſuis ac deſiderus, & iis rebus quas ſibi chariſſimas quiſpiam duxerit, caſu aliquo priuari. Id cùm iniquo animo pati quenquam videmus, ac propterea mœrore tabeſcere, nos quoque illius dolore affligimur. Non enim Dauid tantùm Saulis funeri illachrymauit, quod ad prioris generis mala attinet; ſed etiam Samuel eiuſdem abdicationem, quæ in ſecundis malia habetur, diuturno luctu defleuit. Poſtremò, tum maximè ad miſericordiam inflectimur, ac ſupra modum alienam vicem dolemus, cùm non modò hominem graui aliqua calamitate laborantam intuemur, verumetiam hoc animo reputamus, ſic illum omni tempore vitam inſtituiſſe, vt quouis præmio potius quàm ſupplicio dignus eſſet. Ergo tria hæc mala, quæ naturam, voluntatem, meritumque oppugnant, miſericordiam concitare ſolent: quæ verò ſponte ſuſcipiuntur, vt ſcelera atque flagitia, tametſi ea reliquis omnibus grauiora atque tetriora habenda ſint, iram tamen potius atque indignationem excitant, quàm commiſerationem concilient.

Triplex genus malorũ quæ miſericordiam commouent.

Miſericordia eſt virtus in Deo maxima: in hominibus ſecundùm charitatem ordine proxima.

MISERICORDIA verò vbi in noſtris viſceribus hæſerit, non alieni tantũ ſenſu doloris aut ſuperflua aliqua ægritudine mentem contorquet, verumetiam ad opem ferendam quantum ſatis eſt impellit. Quòd ſi ita fieri contingat, vt neque miſerentis dolor modum ſuperet, neque fauor impenſus iuris æquitatem violet, quis neget miſericordiam in album virtutum eſſe referendam? Paſſio namque illa eſt: quæ cùm rationis ductum ſequitur, non poteſt non eſſe laudanda. Verùm non modò ea in virtutibua numeranda eſt, ſed etiã chorum inter eas ducere credenda. Ipſa ſiquidem in alioa ſuas opes effundit, iacentes ac miſeros ſubleuat, & quod deeſt eorum inopiæ ſuppeditat. Quapropter etiam diuina virtus habetur, & Dei maximè propria vbique prædicatur. At verò in hominibus, etſi minor cenſenda eſt charitate, cuius beneficio cum Deo coniungimur: reliquis tamen virtutibus anteſtar, ſacrificiiſque ac muneribus antefertur. Nõ enim Deus his rebus indiget, aut eo cultu propter ſe delectatur, ſed noſtri potius rationem habet, & hominum ſalutem amplectitur. Quis ſi quando ad incitaa redacti ſint, aut neceſſariarum rerum penuria laborent, eam hoſtiã gratiſſimam ducit, ſi, omiſſa ſacrificiorum religione, miſeri potius egeſtati atque periculo benignè ſuccurratur. *Miſericordiam*, inquit Oſeę 6. & Matth. 12. *volo, & non ſacrificium. Beneficentiæ & communionis*, inquit Apoſtolus ad He-

Miſericordia virtus habenda eſt, & quidem Deo hominibuſque digna.

Oſeas c. 6. Matth. 12.

bræos cap. vltimò, *Nolite obliuiſci: talibus enim hoſtiis promeretur Deus.* A

Non igitur, vt ex ſuperioribus liquere poteſt, ille fletus Iſraëlitarum, accepto grauiſſimo nuncio ad miſericordiam inflexus, atque illa eiulatio tantopere culpanda fuit, quantopere Vermilio, aliena ſatis auidè carpenti, viſum eſt: ſiquidem non tarò Deus clamorem ingemiſcentis populi ſe audiſſe teſtatur, qui non vno loco minatur ſe ſacrificia repudiaturum. Nam quod ait, dum lachrymis indulgent muliebrem in modum, neminẽ auxilium operamque ſuam obtuliſſe, priuatis iniuriam facit, cùm non ſit eorum abſque iuſſu imperatoris in hoſtem pergere. Interim autẽ dum ſuppetias ferre liceat, ſeque periculo obiicere, ad eam virtutem pertinet, animum voluntatemque ſuam doloris aliqua ſignificatione teſtari. B

Ad Hebr. vlt.

Probatur iterum quid ſit miſericordia, cuius gratia Iſraelitæ fleuiſſe feruntur.

DVBITARI tamen poteſt, an miſerabilis illa vociferatio ad miſericordiã referenda ſit. Eteoim vehementior metus, vbi mentẽ occuparit, à miſericordia auocat: tum enim ſuo quiſque periculo mouetur magis quàm alieno cauet. At vehementer eos expauiſſe ſibique timuiſſe, ex eorũ fletu colligimus. Deinde etiam qui animos deſpondent, miſericordia non tanguntur, ſed tantùm dolent; neque enim ſine ſpe naſcitur voluntas ſubleuandæ alienæ miſeriæ, comploratio autem illa ac gemitus ſigna ſunt fracti atque abiecti animi. Generoſus ardor irã ſuſcitat, cùm propulſare iniuriam nos poſſe cõfidimus. Non igitur illi eum gemitum ex miſericordia ediderunt. Præterea verò ne in coniunctiſſimis quidem commiſeratio locum habet, ſed dolor. Non enim ea quæ propinquis ac neceſſariis noſtris mala inferuntur, tam aliena mala credenda ſunt quàm propria vulnera, quæ nemo qui his affectus ſit, miſerari dicitur, ſed perferre ac pati. Iſraëlitarum verò ſumma erat cum Iabenſibus coniuuctio. Nam & vnius ſtirpis eſſe cenſebantur à prima origine, & fratres in perpetuum lex eſſe iubebat, quæ ſimul omnibus pro matre fuit. Quapropter nec miſeratio ſanè fuit vlla laude digna, aut quæ diuinam opem & auxilium ſuo merito conciliaret. Quid igitur illud eſſe potuit? Sæuus quidam dolor, atque attonitæ mentis ſtupor ac perturbatio. Arqui motum hunc animi longè alium fuiſſe oſtendam. Sed oportet primùm illũ naturæ impetum excipias, qui rationi præuertit: neque enim ille magis vitio verti poteſt quàm laudi duci: vt deinde intelligas eũ dolorem, qui ad nos vſque manare ſolet ex chariſſimorum pignorum perpeſſione, ſubueniendi curam ac deſiderium minimè auferre. His ita poſitis atque intellectis, quam fuerit ſyncera illa miſericordia nunc accipe.

C

Miſericordia cum ſpe coniuncta eſt.

D

Omne malum auerſatur voluntas, quod cùm præſens eſt, triſtitiam parit: leuiorem tamen cùm in aliis potius eſſe apparet, quàm in nobis; cum quibus quo arctioribus amoris vinculis aſtringimur, eò acerbiorem doloris ſenſum percipimus. Amorem autem beneuolentiamqoe multa ſunt quæ inter homines conciliant: ſimilitudo ipſa naturæ, conſuetudo vitæ, ſortis æqualitas, ſanguinis neceſſitudo, morum ſympathia, eadem fidei religioniſque profeſſio: Hæc omnia cùm beneuolentiam mutuam parant, tum ſi quid aduerſi alteri amantium obtigerit, miſericordiam cient, quæ fletum poſtea lachrymáſque elicit. Nam cùm quiſquam ex animo malum eueniſſe dolet, tum etiam depellere nititur. Eſt autem res ardua mali depulſio. Quapropter ſpem, audaciam, iram, quæ paſſiones in difficili verſantur, adhibeat neceſſe eſt. Quas ſi fortè vicerit mali magnitudo, tum permiſta metu audacia, & incenſus ira ac deſperatione dolor animum mœrore demergit, ac penè lachrymis præfocat. Manet tamen eadem ſemper opitulandi voluntas, quamdiu amor & doloris ipſe ſtimulus permanent. Hoc verò ſtatu voluntatis virtus perficitur. Non enim tam externo opere miſericordia conſtat, quam ipſo mentis habitu ac ſtudio, quod ſuperari minimè poteſt, licet conatus eius exterior impediatur. Cuius rei manifeſtum hoc argumentum Iſraëlitæ præbent, quòd vt primum Regis edictum innotuit, extemplò omnes ad ſigna conoolarunt, lachrymáſque hoſtium cruore eluerunt. Quem impetum quis niſi miſericordiæ tribuat? Neque enim opinor quiſquam obiiciet: propterea eos vitam diſcrimini obieciſſe, ne boues cuiuſquam perirent. Quòd ſi eam mentem miſericordiæ tribuemus, erunt illi quoque priores lachrymæ tribuendæ. Eodem namque dolore, quo ad vim arceodam animati ſunt, eodem etiam prius lachrymas fuderunt. Neque enim aliunde ortum eſt illud opem ferendi ſtudium, quàm ex inferendæ dolore iniuriæ, qui potuit etiam oculis lachrymas excutere.

Quæ res amorem conciliant.

VERSVS 5.

Et ecce Saul veniebat, ſequens boues de agro & ait: Quid habet populus quod plorat? & narrauerunt ei verba virorum Iabes.

VERMILIVS: Armenti nomen בָּקָר *bachar* Græci reddiderunt πρωΐ (nunc tamen apud Ariam & Vatablum Græcè legimus κατόπισθεν τῶν βοῶν poſt boues) decepti ambiguitate vocum. Nam apud Hebræos בֹּקֶר *bocher* iiſdem literis ſignificat manè, *bachar* verò armentum. Non eſt autem veriſimile Saulem pernoctaſſe in agro, vt manè rediret domum. Rabbi Salomon hoc quoque ad tempus refert, quaſi eo tempore Saül redierit, quo armenta reduci ſolebant. At Rabbi Kimhi putat illum rediiſſe domum vnâ cum aliis agricolis.

Vermilius.

Rabbi Salomon.

Rabbi Kimhi.

Quidam putant Saul egreſſum fuiſſe non vt araret, ſed tantùm vt corpus exerceret, vt aut iacularetur, aut ambularet. Ita in lib. Geneſ. legimus Iſaac egreſſum vt ſe exerceret. Sed quid opus eſt iſta fingere? Saul nondum ſuſceperat adminiſtrationem regni, quòd illum filij Belial repudiaſſent. Quare cùm eſſet priuatus, quid mirum eſt, ſi coluerit agros? Deinde apparet boues illos fuiſſe Saülis, eos enim poſtea ſecauit in partes, & miſit in omnes partes Iſraël.

Sed dices: At meditari eum interim oportuit de Rep. fateor. Sed tamen datur aliquod ſpacium ad reficiendas vires. Alij principes pila ſe exercent aut iaculis: alij ſe crapulæ tradunt, & libidinibus: rus it Saul, & curat boues, & ita ſe oblectat. At iſta ſtudia, inquies, indigna ſunt viro principe. Eſto. Nec Saül adhuc erat princeps. Certè Romani veteres habuerunt ſæpe fortiſſimos dictatores, & conſules ab aratro. Terra, inquit Plinius, gaudebat tractari & coli ab imperatoribus. Et magni, inquit, erant prouentus illorum temporum: quia eâdem manu terra tractabatur quâ arma. Atque inde fuerunt clariſſimæ familiæ Piſonum, Fabiorum, Porciorum, Ciceronum, Lentulorum, à piſis, fabis, porcis, cicere, & lente. Erat ergo exercitium illud primùm honeſtum, deinde etiam fructuoſum Reip. durabatur enim corpus laboribus, & aptius efficiebatur ad pugnam. Itaque ex nullo hominum genere robuſtiores milites deliguntur, quam ex ruſticis. Hactenus Vermilius.

Agricultura digna olim habita viris principibus. Plinius.

Laudatur vita ruſtica; & quod ea quæſtum voluptatemque habeat viro principe dignam.

QVANTVM veteres operi ruſtico tribuerint, plures ex antiquis memorant. Nam & quæſtum ex eo maximum ſperabant, & non minimam voluptatem percipiebant, & membris quoque addi robur, valetudinemque ex eo confirmari ſentiebant, vitam etiam moréſque hominum longè optimos fieri: vtpote cùm ſit hoc genus vitæ atque inſtitutum à deliciis & inhoneſtis voluptatibus remotiſſimum. Quapropter nonnulli etiam ex poſterioribus, cùm animaduerterent vitio temporum agrorum cultum ac reliquas ruris operas ab ingenuis neglectas, ad viliſſimum quemque recidiſſe, conqueſti ſunt, immeritò contaminari artium nobiliſſimam, caſtiſſimamque ac pulcherrimam induſtriam eorum poſteris ludibrio haberi, qui per eam diteſcere gloriarique ſolerent. Sic namque Columella lib. 1. de Re Ruſtica in Præfatione. Quæ cùm animaduertam, inquit, (nimirum ſeruorum minus vtiles & imperitos operi ruſtico præfici) ſæpe mecum

Columella lib. 1. de Re Ruſt.

A retractans ac recogitans, quàm turpi conſenſu deſerta exoluerit diſciplina ruris, vereor ne flagitioſa, & quodammodo pudenda, aut inhoneſta videatur ingenuis. Verùm cùm plurimis monumentis ſcriptorum admonear, apud antiquos noſtros fuiſſe gloriæ curam ruſticationis, ex qua Quintius Cincinnatus obſeſſi conſulis & exercitus liberator, ab aratro vocatus ad dictaturam venerit, ac rurſus faſcibus depoſitis, quos feſtinantius reddiderat quàm ſumpſerat Imperator, ad eoſdem iuuencos (& quatuor iugerum auitum hærediolum redierit. Itemque C. Fabricius, & Curius Dentatus, alter Pyrrho finibus Italiæ pulſo, domitis alter B Sabinis, accepta quæ viritim diuidebantur captiui agri, ſeptem iugera non minus induſtriè coluerit, quàm fortiter armis quæſierat. Et ne ſingulos intempeſtiuè nunc perſequar, cùm tot alios Romani generis intuear memorabiles duces, hoc ſemper duplici ſtudio floruiſſe, vel defendendi vel colendi patrios quæſitóſve fines) intelligo luxuriæ & delitiis noſtris priſtinum morem, virilémque vitam diſplicuiſſe. Omnes enim, ſicut M. Varro iam temporibus auorum conqueſtus eſt, patres familiæ falce & aratro relictis intra murum correpſimus, & in circis potius ac theatris, quàm in ſegetibus & vinetis manus mouemus: attonitique miramur geſtus effœminatorum, quòd à natura ſexum C viris denegatum, muliebri motu mentiantur, decipiantque oculos ſpectantium. Mox deinde, vt apti veniamus ad ganeas, quotidianam cruditatem laconicis excoquimus, & exucto ſudore ſitim quærimus, noctéſque libidinibus, & ebrietatibus, dies ludo vel ſomno conſumimus. Ac noſmetipſos ducimus fortunatos, quòd nec orientem Solem videmus, nec occidentem: Itaque iſtam vitam ſocordem perſequitur valetudo. Nam ſic iuuenum corpora fluxa & reſoluta ſunt, vt nihil mors mutatura videatur. At me Hercule vera illa Romuli proles aſſiduis venatibus, nec minus agreſtibus operibus exercitata, firmiſſimis præualuit corporibus, ac militiam belli, cùm res poſtulauit, facilius ſuſtinuit, durata pacis laboribus, ſempérque ruſticam plebem præpoſuit vrbanæ. D Hæc Columella, quibus penè ſimilia Varro ſcripſerat, lib. 2. de Re Ruſtica cap. 1. Viri magni noſtri maiores, inquit, non ſine cauſa præponebant ruſticos Romanos vrbanis. Vt ruri enim, qui in villa viuunt, ignauiores, quàm qui in agro verſantur in aliquo opere faciundo: ſic qui in oppido ſederent, quàm qui rura colerent, deſidioſiores putabant. Itaque annum ita diuiſerunt, vt nonis modò diebus vrbanas res vſurparent, reliquis ſeptem vt rura colerent. Quod dum ſeruauerunt inſtitutũ, vtrumque ſunt conſecuti, vt & cultura agros fœcundiſſimos haberent, & ipſi valetudine firmiores eſſent, ac ne Græcorum vrbana deſiderarent gymnaſia, quæ nunc vix ſatis ſingula ſunt. Hæc Varro.

M. Varro: Corporum animorumque deprauatio, ex quo agricultura cœpit contemni.

Varro 2. de Re Ruſt. c. 1.

Digitized by Google

Ergone digna principe ruſticatio eſt?

VERVM hæc fortaſſis digna priuato, indigna principe habebuntur, quòd is animi potius quàm corporis viribus indigeat, nec deceat regiam maieſtatem cum cæteris labotem ſubire. Hanc quidem nonnullorum opinionem eſſe non dubito, qui putant ad delicias tantùm principem eſſe natum, ſudotem moleſtiaſque ſubditis imperio relinquendas. At longè alia fuit Cambyſis ſententia, cùm Cyrum filium, illum maiorem, oprimis ad imperandum rationibus inſtrueret. Sic namque illum admonebat, In rebus gerendis, fili, ſi quidem in ęſtate fuerit, B debet Imperatot tolerare plus ſolis, & id quidem non occultè: in hieme verò plus frigoris, & in laborando plus laboris: hæc enim omnia conducunt ad amotem ſubditorum. Dicis tu quidem, inquit Cyrus, tolerantiorem eſſe imperatorem ad omnia oportere quàm ſubditos? Ita planè. Confide fili ac ſcito ſimilia corpora Imperatoris ac priuati hominis, iiſdem laboribus oon ſimiliter affici: honos enim labores Imperatori leuiores efficit, & quòd intelligit in hominum eſſe oculis quicquid faciat. Et Cyrus, Ita medius fidius ô pater, memini hoc dixiſſe te: itaque mihi quoque videbatur opus eſſe maximum pulchrè imperare, ac nunc eadem mihi videntur, cùm ipſum imperandi munus mecum ipſe conſidero. Equidem cùm ad alios homines oculos conuertẽs animo voluto, quales ſunt qui principatum obtineant, & quales hi C qui ſunt nobiſcum concerraturi, (Babylonios notat) turpiſſimum mihi videtur eiuſmodi homines formidare, minuſque libenter iis obuiam ire in pugnam; quos ego, vt ab hiſce amicis noſtris incipiam (Medos intelligit) ſentio exiſtimare id eſſe operæ pretium; vt Rex ſubditis antecellat cœnæ ſumptu ac magnificentia, auri magnitudine, diuturniore ſomno, vtque omnibus in rebus minore degat cum labore, quàm ſubditi: at ego arbitror decere principem ſubditis anteire, non dolo & otio, ſed prouidentia & induſtria. Hactenus illi apud Xenophontem libro 1. Cytopædias. At præter hæc, fructũ etiam huius artis copioſiſſimum Cato his verbis commendat, initio lib. de Re Ruſtica. Et interdum præſtare, mercaturis rem quærere, ni tam periculoſum ſiet, & item fœnerari, ſi tam honeſtum D ſiet. Maiores enim noſtri ſic habuerunt, & ita in legibus poſuerunt, forem dupli condemnari, fœnatorem quadrupli. Quanto peiorem ciuem exiſtimarint fœueratorem quàm furem hinc licet exiſtimari. Et virum bonum cùm laudabant, ita laudabant: bonum agricolam, bonumque colonum. Item ex agricolis viri fortiſſimi, & milites ſtrenuiſſimi gignuntur, maximeque pius quæſtus, ſtabiliſſimuſqoe conſequitur, minimeque inuidioſus: minimeque malè cogitantes ſunt, qui in eo ſtudio occupati ſunt.

Honos Imperatori leuiores labores efficit.

Xenoph. lib. 1. Cyropædias. Cato lib. de re Ruſtic.

Fænerator fure deterior habitus.

Dignus etiã principe agricultura quæſtus.

Sed num ea lucra cenſes principi eſſe ſectanda? omnino cenſeo. Nam qui agro publico neglecto, aut etiam diſtracto ac vendito, tributis A tantùm & vectigalibus inhiant, cùm populo permoleſti ſunt, tum vix ipſi regnare videntur. Nam quàm maximam ex ſua gubernatione voloptatem ſperare potuerunt, publicum ſcilicet amorem, perpetua quadam ac penè neceſſaria populi offenſione amittunt. Sed nec pace quidem ac ſecuritate, vt beneuolum principem decet, apud ſuos ſatis conſtanter perfruontur. Nam cùm moleſtia hæc ad plures pettineat, quos difficile eſt ſapientes maiore nomero reperiri, multi ſæpenumerò exactorum improbitate ad iram incitari, non tam quid ratio, aut neceſſitas poſtulet, quàm quid ipſi patiantur, animo reputant. Itaque deinceps, tametſi præ metu dolorem ſuum diſſimulare coguntur, optant tamen occaſionem dari, qua poſſint, id quod B ægrè ferunt, iugum excutere. Quod vtique tegibus periculoſum eſt.

Verùm etſi periculo careat, ac plebis ferocia commodè coërceri poſſit, tamen illud graue atque intolerandum eſt, populi rem curantem ab eodem non æquis oculis aſpici. At qui fiſcales agros ſedulò colere inſtituunt, cùm domeſticis copiis abundant, tum raris ac leuibus tributis indigent, popoloqoe benignius vtuntur, nec ſi quæ ſeditio coorta ſit, difficilè compeſcunt, cùm clementem ac pium principem vbique pars maior fooeat ac tueatur. Deus etiam in primis illũ ſuo præſidio munit ac firmat, quem conſpicit ſuæ fidei creditos, non vt ſetuos bello captos, ſed tanquam Dei chariſſimos filios religioſè habere atque tractare. Quod tamen non C ita accipiendum eſt, tanquam Reges arua colere, boues ſequi, ac ſulcos ducere neceſſe ſit: ſed quod ipſi hæc fieri imperent, nec ſuâ maieſtate indignum puteot, operas nonnunquam inuiſere, & ea procurare atque vrgete, quibus non minima populi vexatio ſubleuari poſſit.

Adſcribam beati Petri Damiani conſilium, qoo hoc ipſum aliquando perſuadere Guillæ Comitiſſæ conatus eſt, libr. 7. Epiſt. Epiſt. 18. Noli ergo, inquit, nobilis filia, de rapina pauperum viuere, ſed alimenta per violentias acquiſita, tanquam venena ſerpentium perhorreſce. Et cùm Apoſtolus vnumquemque manibus ſuis laborare præcipiat, *vt habeat, vnde tribuat neceſſitatem patienti*: tu fac agriculturis vehementer inſiſti, vt ad indigentibus præbenda ſolatia, horrea tua valeant prouentuum benedictione repleri. Enimerò, ſicut in libr. viro- D rum Illuſtrium legitur, Hilarius Arelatenſis Epiſcopus, vt indigentibus in neceſſitate ſuccurreret, tantâ fuit non modò mentis pietate, ſed & proprij corporis anxietate ſolicitus, vt agros ipſe ſupra vires ſuas excoleret, & homo genere clarus, longeque aliter educatus, ruralibus ſe laboribus cruciaret. Hæc ille.

B. Petrus Damiani.

De honeſtiſſima autem illa voluptate qoæ ex agricultura percipitur, Tullius eo libro quem de Senectute inſcripſit, diſertiſſimâ oratione diſſeruit, quæ ego volens prætereo, quoniam illa omnibus in manu ſunt; duo tantùm exempla referam, quibus eam oblectationem regiam olim habitam eſſe oſtendit. Primum enim, inquit, Homerus Laërtem Regem, Vlyſſis patrem, lenientem deſiderium quod capie-

Eſt etiam in agricultura voluptas digna principe.

Tullius lib. de Senectu-te.

Homerus.

bat è filio, colentem agrum, & eom ſtercorantem facir: deinde etiam de Cyro Minore locututus, ad hunc modum Xenophontis mentionem inducit. Multas ad res perutiles Xenophontis libri ſunt: quos legite quæſo ſtudioſè, vt facitis. Quàm copioſè ab eo agricultora laudatur in eo libro, qui eſt de tuenda re familiari, qui Oeconomicus inſcribitur? Atque vt intelligatis nihil ei tam regale videri, quàm ſtudium agricolendi, Socrates in eo libro loquitur cum Critobulo, Cyrum Minorem Perſarum Regem præſtanti ingenio, atque imperij gloria, cùm Lyſander Lacedæmonius vir ſummæ virtutis veniſſet ad eum Sardis, eique dona à ſociis attuliſſet, & cæteris in rebus comem erga Lyſandrum, atque humanum fuiſſe, & ei quendam conſeptum agrum, diligenter conſitum oſtendiſſe: Cùm autem admiraretur Lyſander & proceritates arborum, & directos in quincuncem ordines, & humum ſubactam, atque puram: & ſuauitatem odorum qui afflarentur è floribus, tum eum dixiſſe, mirari ſe non modò diligentiam, ſed etiam ſolertiam eius, à quo eſſent illa dimenſa atque deſcripta: & ei Cyrum reſpondiſſe: Atqui ego ſum omnia iſta dimenſus: mei ſunt ordines, mea deſcriptio: multæ etiam iſtarum arborum mea manu ſunt ſatæ: tum Lyſandrum, intuentem purpuram eius, & nitorem corporis, ornatumque Perſicum multo auro, multiſque gemmis, dixiſſe: Rectè verò te Cyre beatum ferunt, quoniam virtuti tuæ fortuna coniuncta eſt. Et de his hactenus.

Xenoph.

Quid *populo quòd flent?*] Vermilius: Anteà cùm rediret à Samuele, & incidiſſet in prophetas, mutatus eſt in virum alium. Ita hoc loco induit admirabilem ſtorgen erga populum. Quid, inquit, flet populus? Quid aduerſi accidit? Hodie verò quotus quiſque eſt principum, qui curet quid populus fleat? Quid quod legationes quoque de conditione ſua querentes contemnuntur à regibus? Olim tamen exigetur à principibus quicquid iniuriæ populus patitur illorum negligentia. Lege ipſa naturæ principes adiguntur, vt moueantur querimoniis & miſeria ſuorum popularium. Multi tamen hodie ſunt, qui nec lege naturæ moueri velint, nec verbo Dei. Hæc Vermilius.

Vermilius.

Versus 6.

Et inſiluit ſpiritus Domini in Saül, cùm audiſſet verba hæc, & iratus eſt furor eius nimis.

Priorem partem verſiculi iam antea expoſuimus, & iterum in ſequentibus non ſemel explicaturi ſumus. De ira etiam paulò accuratius ſequenti cap. 25. tractaturi ſumus. Pauca tamen interim pro ratione loci, ne prætermiſſus videatur, ex aliis authoribus afferemus. Ac primum Vermilius ita hunc locum exponit. Chaldaicus Interpres exponit ſpiritum fortitudinis. At ego non tantùm fortitudinis ſpiritum

Vermilius.

A puto fuiſſe, ſed etiam prudentiæ militaris: fortitudinis enim impetum regi, & temperari oportet prudentia.

Iratvsqve *eſt furor eius valdè.*] Ira eſt inſtrumentum Spiritus ſancti. Eant ergo Stoici cum apathia ſua. Nam affectus boni ſunt natura ſua, niſi noſtro vitio corrumpantur. Ira verò, vt Ariſtoteles ſcribit, eſt cos fortitudinis. Eſt enim appetitus vindictæ. Saül impulſus diuino ſpiritu vlciſcitur ſe de hoſte. Hoc homini priuato non licet. Nec reſpexit Saül merita Iabenſium, ſed tantùm gloriam Dei: ne eius hæreditas vlla ea parte imminueretur. Hæc Vermilius.

Ira inſtrumentũ Spiritus ſancti

B *Quis hic furor intelligi debeat.*

Atqui furore correptum atque ira percitum fuiſſe Scriptura pronunciat. A diis autem immortalibus, inquit Tullius de Aruſp. Reſponſ. quæ poteſt homini maior eſſe pœna furore atque dementia? Sed dementiam ſcilicet intelligit iræ facibus ſeu furiis inflammatam, ſiue furorem à ratione alienum. At non vno modo furorem deſcribit idem Tullius, quem in ſapientem cadere poſſe affirmat Tuſcul. Quæſt. lib. 3. licet non poſſit inſania. Quo argumento colligere licet, alium furorem ab eo qui cum dementia coniunctus ſit, eum agnoſcere. Illum ita definit libr. 1. de Diuinatione. Ineſt igitur animis præſagitio extrinſecus iniecta atque incluſa diuinitus: ea ſi exarſit acrius, C furor appellatur, quom à corpore animus abſtractus diuino inſtinctu concitatur. Dictus furor, quòd eo correptus, huc atque illuc temerè feratur. Sic ille. At ne hunc quidem in Saüle probamus: non quia diuino ſpiritu afflatus non ſit, cùm hoc Scriptura prædicet: aut non præſagierit quæ ventura eſſent, cùm maturè Iabenſibus ſalutem affore polliceretur: aut non acrius exarſerit, cùm illicò facto in boues impetu vtrumque mactaret, atque in fruſta concideret, viſcerationeſque tota regione ſpargeret, atque arma corripi imperaret: ſed quod eum mentis iudiciique compotem omnia hæc deſignaſſe confidam. Sic namque eum cœleſtis ἐνθουσιασμὸς rapuit, ſic eius mentem diuina concitatio mouit, vt eam prouidam rerum non D modò futurarum, ſed etiam gerendarum efficeret. Quapropter iſte furor, quo incitatus fuiſſe fertur, tametſi diuinum quemdam impetum affuiſſe ſignificet, nullam tamen mentis alienationem indicat: ſed eſt phraſis Hebraica, quæ hoc tantùm innuit, citò ac vehementer eum excanduiſſe, ac vindicandi ſtudio ſuprà quàm credi poſſit fuiſſe incenſum. Vtrumque autem exprimere voluit, & furorem, & iram; quoniam furor quidem impetum habet, ira verò vindictæ appetitum diuturniorem, quemadmodum docet ſanctus Theodoretus, Comment. in Pſalm. 68. Aliam quoque horum differentiam tradit ſanctus Baſilius in Regulis Breuioribus, Reſponſ. 55. Furoris, inquit, & iræ differentia fortaſſe in animi affectione, & motu conſiſtit: cùm qui iraſcatur, in ſola ani-

Cicero de Aruſp. Reſponſ.

Furor cadit in virum ſapientem.

Tullius Tuſcul. q. li. 3.

Cicero 1. de Diuinatione.

Quis furor Saulem corripuerit.

Ira furoriſque differentia.

S. Theodoretus in Pſal. 68.

S. Baſilius.

ET IRATVS EST FVROR EIVS NIMIS.

mi affectione perturbationem habeat: quemadmodum apertè docet is, qui dixit: *Iraſcimini, & nolite peccare.* Qui autem furit, maius neſcio quid etiam præ ſe ferat. *Furor* enim *ipſis*, inquit, *ſecundum ſimilitudinem ſerpentis.* Et, *Herodes erat furenter pugnans aduerſus Tyrios & Sidonios.* Porrò vehementior ille, qui ex furore exiſtit motus, excandeſcentia nominatur. Amaritudo autem confirmationem perturbationis acriorem quandam ſignificat. Et iterum, Reſponſ. 68. Furoris ſiue excandeſcentiæ proprium eſt, animi impetus cum meditatione vlciſcendi illius, qui irritauerit. Susceptæ autem ex ratione indignationis proprium eſt, velle corrigere eum qui deliquerit: quæ res ab animi affectione naſcitur, cui diſplicet quod factum eſt. Sanctus autem Iſidorus Peluſ. Epiſt. 92. libr. 3. Epiſtolarum, vocat motum cum perturbatione coniunctum, & rationis tumultum τὴν ἐμπαθῆ κίνησιν, καὶ τὴν τῶν λογισμῶν ταραχήν. Porrò Hebræis אף *aph* dicitur naſus, ſiue etiam facies, quoniam vultu potiſſimùm furorem præferimus. Græcis ſiue ὀργὴ, ſiue θυμὸς dicatur, vtriuſque vocis ſignificatione hoc loco 70. vſi ſunt. Sic namque legimus: καὶ ἐθυμώθη ἐπ' αὐτοὺς ὀργῇ αὐτοῦ σφόδρα. *Et iratus eſt contra eos furore ſuo valdè.* Ex his diſcimus, eum furorem qui Saüli tribuitur, non alium fuiſſe quàm vehementem ac citatum iræ impetum, voce, geſtu, oculis palam oſtenſum, quo præceps ac ſubitus, Deo agente, in hoſtium vltionem raperetur.

Pſal. 4. Pſal. 57. Act. 12. Idem Baſilius. S. Iſidorus Peluſ.

Iræ furoriſque accuratior tractatio, & quòd ad virtutem plurimum conferre poſſint.

ALTO quidem ſenſu furorem explicat D. Thomas 1. 2. quæſt. 46. art. 8. ſed non alieno à noſtro propoſito. Is enim cùm tres iræ ſpecies ex ſummorum Philoſophorum Ariſtotelis, beati Gregorij Nyſſ. & Ioann. Damaſ. authoritate recenſeret, earum poſtremam furorem conſtituit; quod qua ratione atque conſilio factum ſit explicemus. Ait ſiquidem, has tres ſpecies, ſiue diſcrimina, ab eiſdem incrementis atque acceſſionibus peti. Augetur enim in quibuſdam velocius ira, ac leui momento exardeſcit, vnde & excandeſcentia Latinis dicta eſt, quæ Græcis θύμωσις authore Tullio 4. Tuſcul. Hæc igitur quæ citò accenditur, fel dicta eſt, vt tradit D. Thomas. Altera mania dicta eſt, quæ diutius hominem, vt eſt apud Tullium ex antiquo Poëta,

Concoquit, & verſat ſub pectore fixa.

De qua illud etiam eſt apud Virgilium:

Manet alta mente repoſtum:

Hanc ſedulò fouet triſtitia, incluſamque detinet, nec abire ſinit. Tertius furor eſt, qui non aliter quàm patrata vltione quieſcit. Sitit ille inimici ſanguinem, atq; hoſtis ſupplicio paſcitur, nec ante remittit, quàm perſuaſus ſit quiſpiam abundè iniuriam eſſe vindicatam. Huic maledicit Iacob Geneſ. 49. cùm filiis ſuis Simeon & Leui, ſub articulo mortis ſuæ imprecaretur. *Maledictus*, inquit, *furor eorum, quia pertinax: & indignatio eorum quia dura. Occiderunt virum in furore ſuo, & in voluntate ſua ſuffoderunt murū.* Hęc ſcilicet propria eſt furoris tragœdia, turbas amat, nihil illa ſeditioſius, nihil violentius.

D. Thomas 1. 2. q. 46. art. 8. *Iræ tres ſpecies.* Tullius 4. Tuſcul. Tullius de ſenectute. Virgilius. *Furor.* Geneſ. 49. Geneſ. 49.

A

At ſunt qui tranquillitatem animi laudent, vetentque virum ſapientem iraſci. Qui fieri poterit igitur vt credamus, Saülem, Deo authore, in furore actum eſſe? Vt D. Thomam omittamus, qui eadem Quæſt. & iterum 2. 2. quæſt. 158. art. 5. furorem in humanis affectionibus à Deo naturæ inſitis habendam tradit; docebit te is, qui omnium virtutum laude ornatiſſimus olim floruit ſanctus Baſilius, ea Oratione quam de Ira inſcripſit, quàm non ſit acrior ille impetus inutilis ad virtutem capeſſendam. Eſt enim, inquit, pars animi iraſcibilis

B nobis ad multa virtutis opera neceſſaria. Siquidem veluti miles quidam apud ducem arma ducens, paratus eſt eius iuſſu auxilium præbere: Sic iracundia rationi adiutrix contra peccatum furit. Neruus eſt animæ quidam indignatio, fortitudinem, conſtantiamque ac robur ad res benè & ordine gerendas præbens: quæ animam fortè voluptate delinitam, ac laſciuientem veluti quadam ferri tinctura corroborans, auſteram & fortem ex molli ac valdè remiſſa reddit. Nec enim ſi contra iniquitatem deſit indignatio & ira, ſatis eam odio quo decet perſequi poteris. Quamobrem ſic exiſtimo, æquè circa diligendam virtutem ſtudium habere, atque aduerſus vitium odium retinere oportere. Ad quod maximè vtilis indignatio: quoniam

C veluti canis paſtori, ſic ira rationi obediens: mitis quidem ac manſueta iuuantibus eam, & à ratione reuocabilis erit. Nam canis ad vocem, & aſpectum alienum toruos & agreſtis, etiamſi palpari ſe videat: notos verò, & amicè alloquentem timere admodum ac vereri videtur. Tale eſt optimum ac valdè conueniens ſapienti animæ parti ab iraſcibili auxilium. Inſuper cum inſidioſis non facilè conciliatur, aut conſuetudinem habet: nullam denique beneuolentiam erga ea quæ nocent, retinet: ſed aduerſus voluptatem inſidiantem, veluti lupum quendam allatrare continuò ſolet.

Sic itaque ex ira viris prudentibus vtilitas capitur. Sed & aliarum potentiarum quælibet, ex modo ea vtentis & eam poſſidentis, bona vel mala dicetur. Vt animæ concupiſcibilis parte

D ſi quis in corporis voluptatem, & impuriſſimas actiones abutetur, abominabilis profectò & nefarius fuerit: ſi quis verò illam in Dei ac Domini noſtri Ieſu Chriſti charitatem, & ſempiternorum bonorum deſiderium conuertet, felix & beatus. Similiter de parte rationali dicendum. Si rectè quis hanc tractauerit, prudens erit & ſapiens: ſi verò contrà, mentis ac rationis acumine proximis incommodum pariat, vafer & aſtutus, & malignus iure dicetur.

Quamobrem, Fratres dilectiſſimi, nolite obſecro ea quæ à ſummo Deo, & omnium authore ad ſalutem conceſſa ſunt, occaſionem peccatorum vobiſipſis facere. Sic itaque ira quando oportet, & vt oportet, ex ratione diſpenſata, fortitudinem patientiamque ac conſtantiam parit: præter verò rationem tractata, furor

D. Thom. 2. 2. q. 158. art. 5. S. Baſilius. *Ira ſi quis commodè vtatur, plurimùm ad virtutem confert.* *Ira neruus eſt animæ.* *Lepida & elegans comparatio.* *Naturales animæ facultates ad virtutem vtiles ſunt, prout quiſque ſapienter iiſdem vtitur.* *Ira fortitudinem conſtantiamque parit.*

Digitized by Google

Pſal 4. Matth 5. Ira non ſemper prohibita. Geneſ 3. Numer. 25. iuxta 70. Exempla ſanctorum qui ira iuſte vſi ſunt.

& inſania efficitur. Idcircò nos Pſalmos admonet: *Iraſcimini, & nolite peccare.* Ipſe namque Dominus in Euangelio illum qui temerè fratri iratus fuerit, reum iudicij facit: illum verò qui tanquam pharmaco ad ea quæ oportet vtitur irâ, minimè condemnat. Dicitur namque Geneſ. 3. *Ponam inimicitiam inter te & ſerpentem.* Et rurſus, *Hoſtes ſitis Madianitis.* Docentis verba ſunt, vt ita veluti armis vtamur. Ideo Moſes omnium hominum manſuetiſſimus, vituli idololatriam damnans, leuitarum manus in cædem fratrum armauit: *Vnuſquiſque*, inquit, *veſtrum gladium ad latus teneat, & tranſite à porta in portam, & flectite per circuitum caſtrorum, & ſuum quiſque fratrem interimat, & quilibet proximum ſuum.* Et paulo poſt ait Moyſes: *Veſtras hodie manus Deo impleuiſtis* (pro conſecraſtis) B *quilibet in filio ſuo, vt detur ſuper vos benedictio.* Quid Phinees iuſtum reddidit? Nonne iuſta contra fornicantes ira? Qui alioqui mitis ac manſuetus exiſtens, poſtquam ſtuprum Zambri, & ſcorti Madianitidis palàm in populo vidit, adeoque impudenter admiſſum, vt nec tam turpe ſpectaculum occultari vellent: minimè tam indignum facinus paſſus, itâ vt oportebat vſus, per vtrumque lanceam tranſegit. Samuel autem Agag Regem Amalech, à Saüle contra mandatum Domini ſeruatum, nonne iuſta irâ in medium trahens occidit? Sic itaque fit ira ſæpenumerò bonarum actionum miniſtra. Helias verò Zelotes quinquaginta ſupra quadringentos turpitudinis ſacerdotes, & quadringentos viros ſacrorum nemorum, comedentes de C menſa Ieſabel, iuſta ſapientique indignatione in totius Iſraël vtilitatem, vt morte multarentur effecit. Hactenus S. Baſilius.

Similitudo elegantiſſima.

Huic, ſi placet, Philonem etiam adiungamus, erit enim is quoque diuini conſilij non ineptus interpres. Iram ille forti ac generoſo equo comparat, qui ſi commodè regatur, abſit vt quicquam incommodi afferat, quin potius plurimùm belli paciſque tempore iuuare poterit.

Philo.

Equitem, inquit, ab *inſeſſore* multùm differre arbitrandum eſt, non ſolùm hominem vectatum animali hinnibili ab alio ſimiliter vectato homine, ſed etiam rationem à ratione. Ergo qui ſine equeſtri arte aſcendit, dici debet *inſeſſor*, qui ſe commiſit iumento laſciuo, à quo abripiatur quocumque ipſum detulerit impetus, & non præcauendo voraginoſos terræ hiatus, aut foſſam aliquam profundiorem, violento curſu vnà cum equo præcipitetur ſubmergaturque.

Quis inſeſſor dicendus.

E diuerſo *eques* ante omnia frenum in os indit, deinde in tergū inſilit, & quamuis ferri videatur, reuera tamen circumagit eum, à quo geſtatur, tanquam gubernator. Nam & ille videtur ferri à naue quam gubernat, ſed ſi verè pronunties, ipſe deducit eam ad portus optatos. Cæterùm quando ſonipes benè iter carpit habenis obtemperans, palpum & laudem refert ab equite. Quando autem fertur iuſto con- A citatius, cohibetur quo minus properet. Quòd ſi pergat contumacius, reducto freno cogitur ceruicem reflectere atque gradum ſiſtere: ſcuticis & calcaribus continetur in officio ne ſubſultet laſciuiens, & aliis modis quibus domitores vtuntur contra ferociam.

Quis eques habendus.

Nec mirum videri debet. Aſcendente enim equite ſimul ars equeſtris aſcendit: vt iam duo periti inſideant, atque ita vnum ſubiectum imperitum animal moderentur facilè. Iam omiſſo hinnitore, vectoreque tuam, ſi libet, animam conſidera. Inuenies enim inter partes eius & equos, & aurigam aſcenſorem, ſicut & extra te. Equi ſunt furor & concupiſcentia, ille mas, hæc fœmina: Ideoque ille vt mas geſtit elata ceruice libertatem appetens: hæc verò ſeruilior & callidior B domum depaſcit ac deuorat, vt fœmina. *Inſeſſor* autem, & *auriga*, vnus eſt, nempe intellectus: ſed *auriga* tunc quando aſcendit cum prudentia: quando autem cum imprudentia *inſeſſor eſt*.

Furor equus eſt: intellectus equitis officio fungitur, aut inſeſſor habendus eſt.

Imprudens igitur præ imperitia non poteſt habenas retinere, ſed patitur elabi è manibus. At iumenta habenis libera temerè diſcurrunt nullo ordine. Seſſor verò præ imbecillitate ſuſtinere ſe non valens decidit, & laceris genibus, manibus facieque malè multatus, miſer deflet ſuum infortunium. Nonnunquam autem pedibus in curru hærens, raptatur ſupinus, & tractum in orbita caput, ceruicem, humeroſque ambos conſauciatur. Deinde huc illucque diſtractus & illiſus omnibus paſſim obiacentibus, miſerrimo genere mortis extinguitur. Et C huic quidem talis exitus obuenit. Hæc Philo cum aliis pluribus in eandem ſententiam, poſt quæ ſubdit. Quod ſi aurigandi artem ediſcas melius, mediteriſque, & ſis ad regendos equos idoneus, tum demum aſcende & habenas arripe. Sic enim nec illis ſalientibus excuſſus cum laceratione corporis mouebis riſum ſpectatoribus, alieno malo gaudentibus, nec incurſu obuiorum inſequentium ve inimicorum capieris: hos celeritate longè à tergo relinquens, illos verò ſecutè vitans per ſcientiam.

Moyſes equiti benedicit, inuehitur in inſeſſorem.

Meritò igitur Moyſes victoriale carmen canens ob *inſeſſorum* interitum, ſalutem nihilominus precatur *equitibus*. Nam hi poſſunt iniecto brutis potentiùs freno, cohibere nimium curſus eorum impetum. In cuius rei fidem profert impertitam à Iacob filio ſuo Dan benedictionem, in D qua *equitem* legit pro aſcenſore, cui ſalutem à Domino precatur Patriarcha. Verùm hæc ſufficiant: ſatis enim ex his intelligimus, duabus de cauſis potiſſimùm iram hominibus à Deo tributam eſſe, hoc eſt iuſtitiæ ac fortitudinis.

Iuſtitia ac fortitudini ira ancillatur.

Primùm enim iuſtitiæ neceſſarium quodammodo ſatellitem faciunt: deinde ad ardua quæque negotia ſuſcipienda perutilem prædicant; ſi quis tamen eidem habenas moderari norit: quod in hac parte Saüli deeſſe non poterat, cùm ſpiritum ipſum Dei aurigam ſortitus eſſet.

Ira qua ratione fortitudini inſeruiat.

D. Thom. Ira & furor imperari à fortitudine, non præire debent.

IAM verò quî fiat vt ira fortitudini ancilletur, operæ pretium erit ex D. Thoma audire. Non enim ira magnitudini animi præire debet, aut viam modumve virtuti præſcribere, ſed ſequi potius atque obtemperare: ſiue illam ratio, vſuſque pepererit, ſiue Spiritus Sancti gratia infuderit. Virtus enim ab ipſa paſſione iuuari poteſt, regi aut imperari noo poteſt, quin potius ſi in alteram imperium obtinuerit, ruptis ſua temeritate repagulis, diſiectiſque obicibus euertet. Quapropter etiam Scriptura notauit, prius in illum Spiritum Domini, quem fortitudinis intetpretatur Chaldæus, inſiluiſſe, quàm ira furoréque corriperetur; vt intelligeremus, prius illi conceſſam eſſe fortitudinem, quàm indignatione ſuccenderetur; ne videretur ſæuæ illi atqoe indomitæ belloæ abſque freno habeniſque permitti: At vbi primùm excelſitas robúrque animi collata ſunt, tum ira quoque totò atque vtiliter immitti poſſe viſa eſt. Nam ſi regatur frænóque cohibeatur, fortitudini in multis vtilem operam nauabit. Quod non ita intelligendum eſt, tanquam illa fortitudini ſuppetias ferat, aut ſuo præſidio confirmet, ſed quod obſequatur, ac velut inſtrumentum aliqood commodè iis rebus inſeruiat, quæ à fortitudine imperantur. Quod cùm dicimus, ad eam fortitudinis ſpeciem reſpicimus, non quæ mala æquo animo tolerat, quam vocant Socratis: hæc namque ſoli rationi victoriam acceptam refert: ſed quæ vim vi ſuperat, & inimicorum tela ſuo robore in eoſdem reflectit: Hanc Alcibiadi nonnulli tribuunt, nos Sampſoni potius tribuamus, vt Iobo Patriarchæ priorem huius, cùm eæ ſint partes vt difficilia quæque perrumpat, reſque aduerſas oppugnet, idcirco iræ impetu ac violentia vtitor, quod à natura conſtituta ſit inimica atqoe contraria inuadere.

Duplex ratio fortitudinis, cuius hic ratio habetur.

Refellitur Scaligeri ſententia, qui viſus eſt negare, Iram decere ſapientem.

HÆc ſi probamos, mirum fortaſſis videri poterit, quî in mentem Scaligero venerit aſſerere, virum fortem iracundia vacare debere. Verba eius referam ne quid imponere videar. Is enim Exercitatione 208. dum pergit impij Cardani temeritatem carpere, an non refellendi ſtudio paulò incautius inuectus ſit ego quidem ignoro, certè eius hæc verba ſunt, quæ ſuſpicionem parere poſſe videantur. Quæ de Leone ſcribis iracundum à natura factum, quia ſit fortiſſimus: ex Ariſtotele quidem fouere potes, multis tamen ſapientibus haud placet hoc. De hominis fortitudine ſuo loco diſputauimus. Sine vlla iracundia, non ſolùm poſſe, verumetiã debere eſſe virum fortem. Aliud enim calor, aliud ira. De calore illo dicebat Ariſtoteles quo vires excitantur. In bellua, non eſt flagitium

Scaliger exerc. 208. Expenditur Scaligeri ſententia qui negat iram decere ſapientem; & an calor aliquis præterea fortitudinem iuuet.

A ſtatuere vtrumque propter alterum, equos tamen in prælijs luculentæ fortitudinis præbet ſpecimen ſine vlla ira. Separatur ira à fortitudine, tum in homine, tum in cæteris animantibus. Hæc Scaliger.

Iracundiam iræ quemdam exceſſum atque oppoſitum manſuetudini vitium definit D. Thomas 2. 2. quæſt. 157. art. 1. & Donatus: Ira de cauſa eſt, iracundia de vitio multùm iraſcẽtis. Hoc ſenſu atque ſignificatione ſi ſe dicere iracundiam ſenſit Scaliger, ſoluta iam quæſtio eſt. Quis enim vitij patrocinium ſuſcipiat? quanquam tamen non modò eſt quædam ad iraſcendum noſtro vitio ac more comparata procliuitas, verumetiam indicta à natura facilitas, quæ iracundia dici & eſſe conſueuit, quam nemo ſapiens ſapienti inuiderit, cùm ſit illa, vt ex S. Baſilio accipimus, ad tuendam innocentiam, vitiorumque illecebras abigendas non minimum præſidium. Verùm ne hanc quidem hoc loco defendimus, quoniam non de iracundia, ſed de ira illud à Scaligero dictum puto.

D. Thom. 2. 2. q. 157. art. 1. Donatus.

Aliud, inquit Scaliger, *calor, aliud ira.* Calorem probare videtur, iram aſpernari, vt quæ nihil ad fortitudinem conferat. At quis tandem calor tibi probatur Scaliger? num ille libidinis, quo iecor aduritur? At nulli ſunt veneris ſectatoribus effœminatiores. Num ille febricitantium? At nulli ſunt magis quàm qui æſtu febrique torrentur, imbecilliores. An potius ſtomachi vel iecoris? nam ille quidem cibos conficit, hoc ſanguinem colat? Verùm illi corpori vires & alimentum præſtant, fortitudinem neutiquam largiuntur. An igitur qui palæſtra, curſu, vel ſole colligitur? Sudorem quidem elicit, ſed animum infundere non poteſt. Profectò ſi calor aliquis idoneus habendus eſt, qui robur animumque conciliet; non alius eſſe poteſt quàm qui iram acuit furoremque excitat.

Non videtur calor alius præterquàm ira ad fortitudinem conferre poſſe.

Nam & cæteræ affectiones, quæ videntur nonnunquam ad fortia facta nonnullos impellere, non niſi iræ beneficio id conſequuntur. Feras dolore aut triſtitia incitatas in pericula ruere docet Philoſophus Ethicorum. 3. cap. 8. eos item qui inhoneſto mulieris amore capti ſunt, multa audacter agere ac pati. Sed vtrique, vt docet D. Thom. 2. 2. q. 123. art. 10. ex ratione triſtitiæ atque libidinis, aut malo ſuccumbunt, aut ſua vota ſectantur: in quibus cùm inciderint in aſperas atque intolerandas difficultates, irati atque offenſi periclitari quàm ſuſtinere malunt. Et hæc quidem ira calorem excitat, qui fortitudini comes eſt ad ardua quæque peragenda. Quapropter ne ille quidem ſic ab ira ſeparandus eſt, vt ſi illum viro forti commodum & vtilem eſſe concedamus, iram denegemus. Nam quis alius calor dici fingive poteſt præterea, quàm qui ab ira ſuſcitatur?

Qualis fortitudo & vnde inferis & libidinoſis. Ariſtoteles. D. Thomas.

Vt enim dicas calorem quendam toto corpore æqualiter fuſum, aut ſi mauis corde conceptum, cùm excitatus fuerit vires largiri, hominemqoe aptum atque idoneum exercendæ fortitudini præſtare, nil tamen promoueris, cùm is quoque calor prius excitandus ſit, vt eum ad animi robur admoueas. Non enim de primo actu fortitudinis, vt Theologi loquuo-

Et iratus est furor eius nimis.

Non de virtutis habitu, ſed actu potius quæſtio eſt, cùm quæritur: an ira ad fortitudinem adhibenda ſit.

tur, quæſtionem eſſe arbitror, ſed de ſecundo. Nam ad primum, vt arbitror, neque calor neque ira pertingit: at ſecundum manifeſtè perſpicimus iræ caloriſque adminiculis vti. Sed quia iram negat, calorem fatetur, videamus, an calor ille ſine ira eſſe poſſit. Non quiuis, vt reor, ad eam rem calor aptus eſt. Non enim quem libido generat; non quem deſiderium accendit, aut ſpes fouet; non quem lætitia parit: horum enim nullus, ſi per ſe ſpectetur, fertur in mala & ardua. Quis igitur alius? profectò cuius flamma inimica corripiat: aut, ſi eundem calorem reipſa eſſe placet, alia tamen animæ affectio requiritur, quæ eundem calorem, alio tamen modo ad opus fortitudinis conferat. Nam priores illæ paſſiones quàm diuersè à propoſito applicent, intelligimus: at ira ad eaſdem difficultates adhibet, in quas fortitudo incumbit. Quis igitur neget iram pariter cum calore viro forti eſſe neceſſariam?

Probatur is calor qui fortitudini ſeruit ab ira eſſe.

Nam vt primùm in malum incurrimus, repellendi quoque, aut etiam vindicandi voluntas ſubit (de ſenſitiua loquimur) quæ acceptæ iniuriæ ſenſum continuò ſequitur. Ea verò vires omnes mox commouet, & ad opem ferendam prouocat. In primis autem calorem toto corpore diffundit, maximè autem circa cor in ſanguine feruet, atque accenditur; quem calorem iræ materiam eſſe pluribus locis docet D. Thom. vt formam, vindictæ appetitum.

D. Thomas.

Scaliger exerc. 313.

Caloris iræ & amoris differentia.

At quærit etiã Scaliger exerc. 313. cur ita calor diffunditur. Eadem, inquit, eſt ratio quæ in amore, ſed alios finis. Appetitus enim vltionis eſt, vt veteres voluere: vt nos, depulſionis. Aliquam labem, propterea quod non niſi inimicorum ſanguine putamus elui poſſe, idcircò ſpiritus exeunt, quaſi ſoppetias inſtrumentis latori. Producunt enim ſeſe muſculi ad ictum inferendum, in fortibus, vt in Achille: in imbellibus & Ciceroni ſimilibus, ad linguæ arma. Ibi illorum laurea eſt. D. Thomas quæſt. 48. art. 2. 1. 2. Feruor, inquit, qui conſequitur calorem, alia ratione pertinet ad amorem & ad iram. Nam feruor amoris eſt cum quadam dulcedine & lenitate: eſt enim in bonum amatum, & ideo aſſimilatur calori aeris & ſanguinis, propter quod ſanguinei ſunt magis amatiui; & dicitur quod *cogit amare iecur*, in quo fit quadam generatio ſanguinis. Feruor autem iræ eſt, cum amaritudine ad conſumendum, quia tendit ad punitionem contrarij; vnde aſſimilatur calori ignis & choleræ. Et propter hoc Damaſcenus dicit, quod procedit ex euaporatione fellis, & fellea nominatur.

D. Thomas.

S. Damaſcenus.

Versvs 7.

Et aſſumens vtrumque bouem, concidit in fruſta, miſitque in omnes terminos Iſrael per manum nunciorum, dicens: Quicunque non exierit & ſecutus fuerit Saul & Samuel, ſic fiet bobus eius. Inuaſit ergo timor Domini populum, & egreſſi ſunt quaſi vir vnus.

Cuiacius.

De boue aratorio, ne pignori caperetur, aut mactaretur.

Cviacivs lib. 4. Obſeruationum cap. 20. tom. 5. de boue aratorio hæc habet. Duo conſtituit Imperator Conſtantinus: primùm, vt ne ob ciuilia debita boues aratorij pignori caperentur. *Leg. executores. C. quæ res pign. oblig. poſſ.* Eâdem ratione lege Attica mactari boues aratorios non potuiſſe Ælianus refert variæ hiſtoriæ lib. 5. & Plinius lib. 8. Iudicio populi Rom. in exilium actum eum, qui bouem aratorium occiderat, & ex Varrone ſocium laboris & agriculturæ, & quaſi colonum occidi, dum bos occideretur. Et Hieronymus lib. 2. aduerſus Iouinianum. Imperator Valens, inquit, nuper legem per Orientem dederat, ne quis vitulorum carnibus veſceretur, vtilitati agriculturæ prouidens. Deinde id eodem ferè tempore Conſtantinus ſanxit, ne boues aratorij, etiam deficientibus his, qui curſui publico deſtinati ſunt, ab his qui iter faciunt, abſtrahantur. *l. 1. Cod. Theod. de curſu publ. ang. & parang.* Iter fiebat plauſtris, & vehiculis, hiſque iungebantur boues, non tamen aratorij. Ariſtoteles in Polit. l. 1. c. 2. de boue aratorio ſcribit in hunc modum. *ὁ γὰρ βοῦς ἀντ' οἰκέτου τοῖς πένησίν ἐστι*, Bos enim pro ſeruo pauperibus eſt. Verumtamen, vt ait Menander,

Ælianus.

Plinius.

Varro.

D. Hieronymus.

Ne curſui publico ſeruiret.

Ariſtoteles in Politic.

Menander.

Inter beſtes excellere vir debet.

Agrum enim colere, ſerui munus eſt.

Vermilius.

Vermilius: Arripit Saul par boum & eos ſecat in partes, mittitque in omnes tribus Iſrael cum mandatis, ſi quis ad illud bellum non veniret, ita ſe facturum bubus, & armentis eius. Nõ tantùm verbis proponit edictum, ſed etiam addit ſymbolum. Homines enim ita facti ſunt, vt multò acrius ſignis externis propoſitis moueantur, quàm ſolis verbis. Itaque inſtituta ſunt ſacramenta, vt non tantùm verborum nuda ſignificatione, ſed etiam viſibilium ſymbolorum ſub oculis ſubiectione adduceremur ad Deum. Videtur Saul imitari factum illud Leuitæ, cuius hiſtoria deſcribitur in lib. Iud. quanquam ibi capitis pœna proponebatur: hîc boum tantum amiſſio: ibi cadauer humanum ſecabatur in partes, vt in omnes tribus Iſrael diuideretur: hîc tantum ſecantur boues. Mandat, vt omnes aut ſe ducem ſequantur, aut Samuelem. Oportuit enim eos qui Saulem agnoſcerent Regem, ſe ad eum adiungere: eos verò, qui eum repudiabant, tamen ſequi Samuelem, quem negare non poſſent eſſe iudicem. Hæc Vermil.

Qvicvnqve *non exierit, & ſecutus fuerit.*]

Herodia-nus lib. 6.

Herodianus lib. 6. Neque enim mercenario milite vtuntur barbari, quemadmodum Romani conſueuerunt: neque ſtatiuis caſtris exercitus habent, qui bellorum actibus exerceantur: ſed omnis multitudo virorum, nonnunquam autem mulierum quoque, regis congregantur imperio, quæ mox bello peracto, ſuas protinus in ſedes dimittitur, ea demum præmia belli referens, quæ cuique ex rapina ſuperfuerint.

Barbarorum mos in congregando & vestiu.

PER *manum nunciorum.*] Conquiſitores inuenio appellatos à Romanis, qui ad diuerſa loca propter cogendos exercitus mittebantur. lege Liuium lib. 30. & Hirtium de Bello Alexandrino. Horum vſus erat cùm fieret euocatio. Nam tria fuiſſe militiæ genera, *legitimam* ſcilicet *militiam*, *coniurationem*, *&* *euocationem* docet Seruius in 8. Æneidos. *Legitima militia* erat, quæ & ſacramentum dicta eſt, cùm ſinguli Imperatore delectum habente, iurabant, ſe pro Rep. eſſe facturos, nec diſcedebant niſi completis ſtipendiis. In tumultu, cùm ſcilicet ex periculi vicinitate erat timor multus, qui ductutus erat exercitum ex Capitolio duo vexilla proferebat, vnum roſeum, quo pedites euocabat; alterum cæruleum, quod erat equitum, ac vociferabatur, qui Rempub. vult ſaluam eſſe me ſequatur. Tum qui conuenerant, ſimul iurabant, ex quo dicta eſt iſta militia *coniuratio*. *Euocatio* per conquiſitores fiebat. Similior euocationi hæc fuit repentina exercitus per nuncios coactio.

Liuius libro 30. Hirtius de bello Alex. *Triplex militiæ genus.* Seruius in 8 Æneidos. *Legitima militia.* *Coniuratio.* *Euocatio.*

Gothi apud Caſſiodorum, per Saionem exercitum congregabant: cuius tametſi munus non ſatis expoſitum eſt ab eodem Caſſiodoro, apparet tamen iuſſionum principis, atque etiam Cancellarij, (nam huic quoque Saiones Var. lib. 12. epiſt. 3. attributos legimus) Saionem cum irrefragabili poteſtate executorem fuiſſe locus apud Caſſiodorum quo expeditionis imperandæ formula continetur, eſt huiuſmodi Variar. lib. 1. epiſt. 24. Atque ideò per Nandium Saionem noſtrum admonendum curauimus, vt ad expeditionem, in Dei nomine, more ſolito, armis, equis, rebuſque omnibus neceſſariis ſufficienter inſtructi octa. die. Cal. Iuliarum proximè veniente, modis omnibus Deo fauente moneatis. Hæc Rex Theod. apud Caſſiod. Militibus autem ſcriptis dies præfiniebatur, quo die adeſſent, vt author eſt Gellius Noct. Att. lib. 16. cap. 4. & vt citati Coſ. reſponderent. Diem illum trigeſimum fuiſſe docet Feſtus: Iuſti, inquit, dies dicebantur triginta, cùm exercitus eſſet imperatus, & vexillum in arce poſitum.

Caſſiodorus. Gellius Noct. At. l. 16. c. 4. Feſtus.

QVICVNQVE *non exierit, & ſecutus &c.*] Notat Liuius lib. 7. per magnos tumultus fieri ſolitum, vt delectus ſine vacationibus haberetur. Nam & ſenes nomina dare vel inuiti coacti ſunt non ſemel, & opificum vulgus, & ſellularij, minimè militiæ idoneum genus hominum exciri. Theodericus etiam apud Caſſiod. Variar. epiſt. 24. Gothos hortatur, vt filios ſuos necdum per ætatem numeris aſcriptos, comites in expeditionem aſſumant. Producite, inquit, iuuenes veſtros in Martiam diſciplinam, ſub vobis videant, quod poſteris referre contendant; nam quod in iuuentute non diſcitur, in matura ætate neſcitur. Accipitres ipſi, quorum victus ſemper ex præda eſt, fœtus ſuos nouitate marcentes nidis perturbant, ne molle otium conſueſcant: alis verberant immorantes, cogunt pullos teneros ad volatum, vt tales debeant exiſtere, de quibus poſſit pietas materna præſumere. Hæc ille.

Liuius l. 7: *Nonnunquam bellum indicebatur ſublatis vacationibus.* Caſſiodorus Var. epiſt. 24.

Apud nos ſoli nobiles militare compelluntur. Bannus & Heribannus vocatur ea expeditionis indictio. Quæ non aliud eſt, quàm Heri ſeu Domini proclamatio, quâ ſuos leudes ſeu beneficiarios, ſeu qui feuda ab eis, hoc eſt latifundia & agros immunes, liberoſque tributis, ac muneribus abſolutos, fruendos accepiſſent, ad arma vocat. Niſi quis fortè putet horum verborum etymologiam ad eam conſuetudinem referendam, qua ſcamnis, quæ *banna* dicimus, in Eccleſia priuabantur, qui publicæ olim militiæ ſe ſubduxiſſent. De qua conſuetudine S. Gregorius Turon. lib. 5. hiſt. Franc. cap. 26. hæc habet. Poſt hæc, inquit, Chilpericus Rex de pauperibus & iunioribus Eccleſiæ vel Baſilicæ bannos iuſſit exigi (notatiuncula in margine ſcamna vocat) pro eo quod in exercitu non ambulaſſent: non enim erat conſuetudo, vt hi vllam exoluerent publicam functionem. Hæc ille. Veteranos etiam, & veteranorum filios nonnunquam vrgente neceſſitate ad ſigna vocari audiuimus; reliqui milites ſtipendiorum gratia, ſeu potius ob ſperatam prædandi licentiam ſponte ad tympani ſonitum concurrunt, ſicque iuramento præſtito armis inſtruuntur, & in numeros referuntur. Non defuit tamen delectis, aut euocatis, etiam iuratis militibus, ſiue apud Romanos, ſiue apud exteras gentes excuſationi locus, ſi quid afferrent quod excuſatione dignum videretur. Qua de re Gellius Noct. Att. lib. 16. cap. 4. in hunc modum. Ita concipiebatur iuſiurandum vt adeſſent, his additis exceptionibus, Niſi harumce aliqua cauſa erit, funus familiare, feriæ vindemiales, calendæque, quæ non eius rei cauſa in eum diem collocatæ ſint, quò is eo die minus ibi eſſet: morbus ſonticus, auſpiciumve quod ſine piaculo præterire non liceat: ſacrificiumve anniuerſarium, quod rectè fieri non poſſet, niſi ipſus eo die ibi ſit, ius, hoſtiſve, ſtatus, condictuſve dies cum hoſte: ſi cui eorum, harumce quæ cauſa erit, tum ſe poſtridie quàm per eas cauſas licebit, eo die venturum, aditurumve eum, qui eum pagum, vicum, oppidúmve delegerit. Miles, quum die, qui prædictus eſt, aberat, neque excuſatus erat, infrequens dabatur. Hæc Gellius ex Cincio lib. 3. de re militari.

In Gallia ſoli nobiles militare coguntur. *Bannus, & Heribannus.* *Mos olim apud noſtrates ſcamnis in Eccleſia priuandi.* S. Gregorius Turonenſis. Gellius Noct. Att. lib. 16. c. 4. *Excuſationes eorum qui ad diem condictum non veniſſent apud Romanos.* *Miles infrequens.*

SIC *fiet bobus eius.*] *ff. de re militari.* 4. Menander, Grauius, inquit, delictum eſt detrectare munus militiæ, quàm adpetere. Nam & qui ad dilectum olim non reſpondebant, vt proditores libertatis in ſeruitutem redigebantur. Sed mutato ſtatu militiæ receſſum à capitis pœna eſt: quia plerunque voluntario milite numeri ſupplentur. Narrat Valerius Max. C. Vettienum, quòd ſibi digitos amputaſſet ne militiæ adſcriberetur, publicatis bonis, æternis vinculis fuiſſe damnatum. Seuerior lex olim

Menander. *Pœna militiam detrectantium.* Valerius Maximus.

Digitized by Google

Cæſar. 5. comment.

Gallorum fuit, quam refert Cæſar. 5. Comment. Hi cùm bellum inituri eſſent, lege communi omnes puberes armatos conuenire cogebant, & qui ea eis nouiſſimus venerat, in conſpectu multitudinis omnibus cruciatibus affectus necabatur, penè ad inſtar dixerim Ciconiarum, quas ſcribit Plinius lib. 10. cap. 23. in patente Aſiæ campo congregari ad modum indicti conuentus, ac ibidem commurmurare: eam verò quæ vltima paruerit lacerari: inde ceu lege dicta abire omnes ſimul æſtate redituras, vt grues hyeme. Quo animaduerſionis genete Franci quondam vſi ſint, antea ex S. Greg. Turon. retulimus. Iſraelitæ id genus defectionis olim capitali pœna vindicarant; nunc Sauli boues cuique ſuos multam diaiſſe ſatis fuit.

Plinius lib. 10. c. 23.

Multa, fraus, noxa qui diffe-rant.

Differunt autem mulcta, fraus, & pœna. Fraus ipſa noxa eſt, & quaſi pœnæ præparatio. Pœna generalis noxæ vindicta ac delicti coercitio, quæ non tantùm pecuniaria, verumetiam capitis & exiſtimationis irrogari ſolet. At multa ſpecialis peccati, cuius animaduerſio hodie pecuoiaria eſt. *ff. de verborum ſignif. l.* 131. *&* 224.

D. de verb. ſignif.

S i c *fiet bobus eius.*] Multæ genus pertimeſcendum iis, quorum maxima opulentia in bobus erat, ſeu paſcerent, ſeu ararent. Sed & apud Romanos primis temporibus non pecunia, ſed oue, aut boue iudices multabant. Teſtis Aul. Gellius Noct. Att. lib. 11. cap. 1. Coniectare, inquit, poſſumus ob eandem cauſam, quòd Italia tunc eſſet armentoſiſſima (nam & inde nomen accepit, bobus Græca vetere lingua ἰταλοῖς dictis) multam, quæ appellatur ſuprema, inſtitutam in ſingulos duarum ouium, boum triginta; pro copia ſcilicet boum, proque ouium penuria. Sed cùm eiuſmodi multa pecotis armentique à magiſtratibus dicta erat; adigebantur oues boueſque aliàs pretij parui, aliàs maioris: eáque res faciebat inæqualem multæ pœnitionem. Iccircò poſtea lege Ateria conſtituti ſunt in oues ſingulas æris deni, in boues, æris centeni. Minima autem multa eſt ouis vnius. Suprema multa eſt eius numeri cuius diximus: vltra quem multam dicere in ſingulos ius non eſt; & propterea ſuprema appellatur, id eſt ſumma & maxima. Quando igitur nunc quoque à magiſtratibus populi Rom. more maiorum multa dicitur vel minima vel ſuprema; obſeruari ſolet vt oues genete virili appelleotur: atque ita M. Varro, verba hæc legitima, quibus minima multa diceretur concepit. M. Terentius quando citatus neque reſpondit neque eacuſatus eſt, ego ei vnum ouem multam dico. Ac niſi eo genere diceretur negauerunt iuſtam videri multam. Cæterùm Sabiuum eſſe, non Latinum verbum authore Varrone confirmat. Hactenus Gellius.

Agellius Noct. Att. lib. 11 c. 1.
Multa olim boum aut etiam ouiũ erat.
Ouis maſc. generis. Varro.

Verùm non ea tantùm multa fuiſſe videtur quam edixit Saul, ſed etiam capitale ſupplicium, ab iis hominibus qui in publicam vtilitatem peccaſſent, ad eorum armenta tranſlatum. Non enim tantùm boues ab iis abactos iri aut auferendos fore comminatur, ſed etiam mactandos atque in fruſta ſecandos, vt in his illi quodammodo lacerari ſe ſentirent. Primùm, quod ad eos illi pertinerent: nam cum his quæ noſtra ſunt, tam indiuiſibili ſympathiæ vinculo connectimur, vt violari abſque noſtra iniuria non poſſint. Deinde, quòd in odium eorum ignauiæ ac ſceleris, cum ſummo eorum dedecore atque infamia, illa armentorum ſtrages ederetur. Poſtremò quod exemplum eſſet meriti ab eis ſupplicij illis ob oculos propoſitum, cuius tametſi reliquo corpote ſenſu carerent, oculis tamen ac mentibus dolores haurirent acerbiſſimos.

In his quæ noſtra ſunt, cùm pœna ſubiiciuntur, nos ipſi cruciamur.

Qua ratione bruta. & alia ſenſu carentia pœna ſubiiciantur.

Verum qua ratione tandem, dicet aliquis, aut qua iuris æquitate in bruta ſæuitum eſt, cùm ſint illa à culpa & ſcelere prorſus aliena? Iam ſatis illi quæſtioni ſatisfactum eſt: non enim alio conſilio expertia rationis animalia pœnæ ſubiiciuntur, quàm vt eo pacto hominibus aut exemplum præbeatur, aut detrimentum afferatur. Nam cùm bruta ſui iuris non ſint, nec eſſe poſſint, cùm libertate atque arbitrio careant: nec ſibi vt viuant nata eſſe videantur, vtpote quæ diutius vitam proferendo contabeſcant, nec vllum egregium finem conſequantur: homo autem inter ea poſitus, & ad immortalitalitatem factus, his interim ad multa indigeat, idcircò tota poſſeſſoribus in vtilitatem cedunt, eſtque is finis præſtantiſſimus beſtiarum, ſi plurima ad hominum vſum commoditatemque conferant. Iam verò quis fructus maior & vberior eſſe poteſt, quàm vt non modò laboris ſui, vel etiam corporis emolumentis vitam noſtram tueantur, verumetiam animam inſtruant, quæ non minus eorum ſupplicio erudiri poteſt, quàm corpus pinguitudine ſaginari? Hæc ſcilicet illa ratio fuit, quare Deus ea ſacrificia in quibus peccatorum ſordes eluerentur, animalium cæde atque interitu peragi voluit, vt cùm hæc cernerent homines, animaliumque gemitus exaudirent, & ſparſas eorum ſanguine aras intuerentur, ea cogitatio eorum mentem ſubiret, ſuis vtique flagitiis animalibus vitam eripi, quæ nihil ſceleris admiſiſſent, atque adeò inde colligerent, rebus iniquis abſtinendum eſſe, in quas tam ſeuerè olim, ni maturè reſipiſcerent, animaduerteretur.

Quam ob cau. à bruta animalia pœnæ ſubiiciuntur.
Finis animalium ratione expertium.

Sed & ſi bos olim pauperiem feciſſe diceretur, aut ſeruum ancillamve confodiſſe, idem lapidibus opprimi iubebatur. Bobus item atque ouibus interdicitur, ne contra montem, quem Dominus occupauerat legem laturus, paſcerentur Exod. 34. Poſtremò etiam Amalechitarum pecora atque armenta iubentur interfici, huius libri quem interpretamur cap. 15. Quorſum hæc omnia? Quis enim non intelligat primùm illud exemplum in bouem cornupetam editum eſſe, quo hominibus metus incuteretur, ne quid ſimile aliquando committerent? Secundum illud interdictũ idcircò

poſitum

Digitized by Google

INVASIT ERGO TIMOR DOMINI POPVLVM

poſitum fuit, ne quis temerè cum brutis mori- A bus eſſet, ad Deum ſe accedere poſſe ſperaret. Tertia denique illâ capitali ſententiâ, quâ iobentur Amalecitarum greges internecione deleri, manifeſtè docemor, quantum nobis peccati odium ſuſcipiendum ſit, poſtquam ne inſtrumentis quidem parcitur, aut etiam commodis eorum qui deliquerint. Nec enim ſatis habet diuina iuſtitia, neque his ſupplicij finibus contenta eſt, ſi improbis ea adimantur quibus ad nequitiam vſi ſunt, verumetiam tanquam eodem ſcelere polluta profligare iubet ac perdere.

Quis timor Domini. Vermilius. INVASIT *ergo timor Domini populum.*] Id eſt magnus. Ingens trepidatio & pauor animis eorum inceſſit, itavt nec contumaciſſimus quiſ- B quam imperium detrectare auderet. Vermilius: Timor iſte non erat natiuus, ſed ex afflatu Dei. Is enim eſt, qui nobis timorẽ, fiduciam fidem, & omnogenus virtutum ingenerat Plato ipſe fatetur, virtutes ad homines proficiſci ex afflatu Dei. Dicitur autem ipſe timor non edictorum, non regis, non multæ, ſed Domini. Timebant enim ne offenderent Deum, ſi ſocios deſeruiſſent; quanquam etiam potuit dici timor Dei, quòd eſſet immiſſus à Deo. Sed hoc animaduerſione dignum eſt, Deum addere vim & pondus, & edictis principum, & verbis concionatorum. Non eſt autem vis illa aut inuoluta in charta, aut in verbis poſita: ſed Deus edicta ip- C ſa & verba animat quodammodo, vt hominum animos feriant vehementius. Non tamen omnes ſemper æquè commouet. Quamuis enim multi ſimul audiant eandem concionem, non tamen ſtatim omnes afficiuntur eodem modo. Deus enim iſtam vim moderatur & temperat pro arbitrio.

ET *egreſſi ſunt quaſi vir vnus.*] Hoc eſt, actutum, eodem tempore, pari animo, ſimili voluntate vniuerſi imperata facturi prodierunt. Quod arguit incredibilem quandam animorum conſenſionem factam eſſe, quod non alteri cauſæ tribuendum eſt, quàm diuini numinis

Deus vim dat legibus. vi ac potentiæ. Nam edicta principum, licet illa ſint minis ac terroribus armata, quantum poſſint vſus ſæpe nos docuit. Illi namque tantùm auribus intonant, at Deus etiam cor afficit, & hominum mentes in quam vult partem impellit. Itaque non immeritò Sauli à Deo D afflato tribuere poſſumus, quod de Ethnico

Seneca in Oedipo. Act. 3. quodam vate Seneca cecinit in Oedipo Act. 3.

Non tot caducas educat frondes Eryx,
Nec vere flores Hybla tot medio creat,
Cum examen alto nectitur denſum globo:
Fluctuſque non tot frangit Ionium mare,
Nec tanta gelidi Strimonis fugiens minas
Permutat hyemes ales, & cœlum ſecans
Repentè Nilo penſat Arctoas niues:
Quot ille populos vatis eduxit ſonus.

VERSVS 8.

Et recenſuit eos in Bezech: fueruntque filiorum Iſrael trecenta millia: virorum autem Iuda triginta millia.

QVI ſit iſte locus *Bezech* me fugit, niſi fortè ſit illa Bezech. Iud. 1. quę fuiſſe fertur Re- Bezech.
gia Adonibezech Chananæorum Regis. Quam vrbem cùm expugnaſſent viri Iuda, regem quoque fugientem ceperunt. Conſentit locus, erat enim is non longè poſitus à Gabaa, vt ſine periculo populus cõuenire poſſet, & rex exercitum B inuiſere. Conſentit character ipſe literarum Hebraicarum, nam eædem vtroque nomine continentur: בזק Sed puncta variant, nam pro *Camets* & *Segol*, Iud. 1. duplex Segol adſcribitur. Verùm illa poſteriora ſunt, nec prioribus olim ſæculis vſitata. At S. Hieron. vtroque loco variè S. Hieron.
interpretatur. Nam hîc egeſtatem explicat: 1. autem Iudic. fulgur, vel contemptum vanum ſiue micantem. Quoniam tamẽ poſterioris nulla fit mentio ab eo inter loca Hebraica, ſi quis eundem locum eſſe contendat, non pugnabo. De priore illa Bezech. Iud. 1. hæc habet: Vrbs fuit Adonibezech: & hodie duæ villæ ſunt nomine Bezech, vicinæ ſibi in decimo ſeptimo la- C pide à Neapoli deſcendentibus Schytopolim.]
Ea ſi fuerit quam quærimus, non caruit portento locus. Fuit enim illud caſtigatæ regis ſæuitiæ monumentum nobiliſſimum. Adhuc enim vigebat tyranni illius vocis memoria, quam, cùm eſſet pro meritis à Iudęis male habitus, prę animi dolore atque impatientia protulit: *Septuaginta Reges*, inquit, *amputatis manuum ac pedum ſummitatibus, colligebant ſub menſa mea ciborũ reliquias: ſicut feci: ita reddidit mihi Deus.* Hæc cùm à maioribus Iſraelitarum eo loco patrata eſſent, inde ſpem concipere poterant, futurum quoque vt Ammonitarum regem ferocem atque inhumanum vlciſcerentur. quàm vanus autem eſſet regum faſtos, quàm brutum fulmen, atque impotens ſuperbia, ne quid timerent eodem loco admonebantur, ſimul & auxilij diuini, quo freti, tot hoſtiũ validiſſimos exercitus, tot vrbes muniſſimas, & hunc eundẽ tot regũ regem victo- D rem, patres eorũ deuicerant atque proſtrauerãt.

Mysterium huius loci Bezech.

RECENSVIT *eos.*] Quæ in recenſitione obſeruanda forent, traditur Deuteron. cap. 20. quæ Deo iubente Gedeonem ſeruaſſe legimus Iud. cap. 7. & Iudam lib. 1. Machab. cap. 3. Gedeon edixit, *Qui formidoloſus & timidus eſt, reuertatur. Receſſeruntque de monte Galaad, & reuerſi ſunt ex populo viginti duo millia virorum, & tantùm decem millia remanſerunt.* De Iuda verò hæc leguntur: *Poſt hæc*, id eſt poſt adunatum exercitum, & preces cum lachrymis fuſas, *conſtituit Iudas duces populi, tribunos, & centuriones, & pentacontarchos, & decuriones. Et dixit his qui ædificabant domos, & ſponſabant vxores, & plantabant vineas, & formidoloſis, vt redirent vnuſquiſq. in domum ſuam ſecundũ legẽ.*

Leges recenſitionis exercitus.

Rab. Maymoni, quem refert Fagius in caput 20. Deuteron. Oncheli, ex Thalmudicis libris, recenſitionis ſeu luſtrationis exercitus

Rabbi Maymoni apud Fagium.

ſeriem ordinemque in hunc modom deſcribit. Primùm populo promiſcuo, & nondum in claſſes ac turmas diſtributo Sacerdos belli dicebat. Quiſquis domum ædificauerit, &c. quæ eo capite continentur. Mox eius generis homines poteſtatem habuerunt redeundi domum, ſi bellum lege præceptum non etat, ſed aliunde ſuſceptum. Mox in turmas militares multitudo ſecernebatur ſub Chiliarchas, centuriones, quinquagenarios &c. & tutmis ita diſpoſitis, his verbis vnctus belli, vel Sacetdos alloquebatur. Ne timueritis neque trepidaueritis, quia Dominus Deus veſter in medio veſtri eſt. Porrò cum acies iamiam inſtruenda eſſet, & iam turmæ pariter conſiſterent, ex edito loco Sacerdos belli hæc dixit: *Audi Iſrael* &c. vſque ad, *vt eruat vos de periculo*, & diſſerebat voce æquabili ac conſtanti, quæ eadem Sacerdotes non vncti exertâ voce expoſuerunt per ſingulas turmas; ſic omuia in populo Dei ordine geruntur, & ad vnum ceu præcipuum cuiuſque functionis refetunt. Rurſus Sacerdos belli ille vnctus, *Quiſquis*, inquit, *ædificauit domum* &c. Hunc ſermooem Princeps apparitorum, qui quídem exactores aliàs dicuntur, per ſingulas turmas diſpersè: ad vltimum, ptimus exactor, Quiſquis, inquit, timet aut molli eſt animo, abeat redeatque domum &c. Cuiuſmodi ſermones alij exactores per turmas diſtulerunt, qui reuerſi, mox aciem inſtruebant collocatis ad principia ducibus: finem agminis clauſerunt robuſtioribus apparitoribus, qui ſecuribus, vel vt alij, falcibus armati, poteſtatem habebant crura amputandi admolientibus deſertionem aut fugam, quo primi caderent deſertores. Hactenus Fagius.

Oratio castrenſis.

Contra fugaces.

At Philo lib. ſoo de fortitudine, eaſdem leges repetens, harum quoque rationes ſtylo perſecutus eſt. Cùm habetor, inquit, delectus militum, non opottet vniuerſam iuuentutem euocari, ſed eſſe exceptionem ob cauſas immunitatis idooeas. Ante omoia non admittendi timidi, ob natiuam puſillanimitatem futuri ſociis exemplo ignauiæ. Facilè enim ſerpit vitiorum contagio, præſertim in tumultibus bellicis, ratione per contentionem turbata, nec ſatis valente diſcernere quid tentare debeat. Tunc enim ignaui cautos ſe vocant, timidi conſultos, ſegnes prouidos, prætexendo vitia turpiſſima honeſtis vocabulis. Ne igitur talium militia detrimento afficiat Remp. & proſit partibus hoſtium ignauos facile trucidaotium, Legiſlator, ſciens inertem turbam impedimento eſſe non adiumento, prohibuit timidos: ſicot & ducibus corpore inualidis nemo imponit neceſſitatem militiæ, quos excuſat infirmitas. Nam timiditas quoque motbus eſt, & quidem grauior quàm corporis. Alter enim oon diu durat: hæc verò coalita ceu membra agnata corpori, à tenera ætate perſeuerat ad extremam vſque ſenectutem, ni Deus remedium attulerit. Is enim poteſt omnia. Nec tamen omnes audaces iubentur dare nomina, etiamſi animo corporéque validi cupiant cum primis patriæ nauare operam: ſed laudata eorum prompta voluntate, & alacritate apptobata ſociis, examinat dox, ne quibus ſint obnoxij cauſis efficacibus ad diſtrahendos à propoſito eotum animos. Edicitur enim vt ſi quis ædificauit domum, necdum immigrauit in eam: ſiue plantauit nouellam vineam opera ſua, necdum aduenit tempus vindemiæ: ſiue ſponſam habet virginem, necdom celebrauit nuptias: abſtineat à militia. Humana ſanè remiſſio duabus de cauſis: vna qooniam incerti ſunt caſus bellorum, ne quis otioſus fruatur alienis laboribus. Iniquum enim viſum eſt, non permitti è propriis fructum percipere: & cùm alius ædes extruxiſſet, inhabitare has alium; & ex conſitis ab alio vitibus alium vindemiam facere, cumque alius procatus ſit, alium nuptam domum ducere: atque ita ſua ſpe fruſtrari qui áliquid commodi in vita expectauerit. Altera verò cauſa, ne præſentes corpore in exercitu abſint animo. Neceſſe eſt enim mentem illo tenere, quò deſiderio ttahitur. Nam quemadmodum eſurientes ſitienteſve ad conſpectum cibum potumve accurruot, vt auiditatem expleant, ad eundem modum quicumque vxorem legitimam, aut domum, aut prædium parauerint ſua induſtria, ſperantque ſe iamiam potituros eorum commodis, ægrè ferunt ſperatum fructum intercipi ſibi: vt quamois verſentur inter ſocios, meliore tamen ſui parte abſint, animo, quo ſolo res fortiter aut ſecus geritur. Hos igitur & ſimiles in delectu militum prætereundos legiſlator noſter exiſtimat, & aſciſcendos alios integros ab omnibus perturbationibus; vt expediti liberiqoe ſine tergiuerſatione pericula aggrediantur. Sicut enim armatura ſolida nihil prodeſt infirmo aut motilato corpori, quod perferri nequeat: ſic anima infirma corpus quoque malè afficit, & inhabile reddit ad præſens negotiom. Eam ob rem non ſolùm tribunos, centurioneſque, & cæteros ductores ordinum, verumetiam ſingulos milites inſpicit, examinans tum tobur corporis, tom mentis habitum: illud, num vſqoequaque ſanom ſit & integrum, abſolutum pattibus omnibus membriſque agile: hanc verò, num audacia plena ſit ac fiducia, ſui compos & contemptrix terroris, ad hæc hooris cupida, & honeſtam mortem vitæ ignominioſæ præferens. Hæc enim vel ſingula proculdubio valent plurimùm: ſi verò in vnum conueniant, fortitudinem afferunt inexpugnabilem, adeò vt incruenta victoria potiri liceat: quod exemplo euidentiſſimo docēt ſacræ literę &c. Victoriam Iſrael commemorat aduerſus Madianitas, de qua Numer. cap. 31.

Philo lib. de fortitud.

Rationes ſuperiorum legum.

FVERVNTQVE *filij Iſrael trecenta millia.*] An ea lex de qua ptius mentionem fecimus, hic qooque ſeruata ſit, Scriptura non loquitur, obſeruatam tamen atbitror. Primùm quòd initio regni Saul diuinę legis cultor religioſiſſimus eſſet. Secundo, quòd Samuel adeſſet qui vtique legem contemni non tuliſſet. 3. quòd veriſimile oon ſit, licet ingens iſte numerus videri poſſit, ſi nulli remiſſi eſſent, non maiorem nomerum affuturum, cùm prius ſexcenta armatorum millia, quo tempore omnis penè maſcula ſoboles Nilo flumine exhauſta fuerat, ſuperato Erythræo mari ac Pharaooe triumphato, Ægy-

Legem in delectu habendo Saul obſeruauit.

Google

ptiorum inſidias vimque effugiſſent. Nec me A terret periculi magnitudo, aut Iabenſium præceps & impatiens moræ neceſſitas, quominus ita ſentiam; cùm legam Gedeonem, & Iudam adducta in ſummum diſcrimen Rep. aduerſariiſque acriter vrgentibus, nec latum vnguem ab ea lege diſcedere voluiſſe. Etſi itaque Saul omnes adeſſe edicto compulerit, neminem tamen contra leges militare coegit: ſed habito delectu eum numerum, quem Scriptura referr, legitimorum militum inuenit, reliquas copias in patrias ſedes remiſit aduerſus inopinatos caſus, hoſtiúmque irruptiones præſidio futuras.

Allegoria.

Porrò quæ poſſit eſſe huius loci allegoria nemo non videt. Sæpius enim Chriſtus admonuit, ſi quis eum ſequi in animum inducerer, B non modò res abdicare, verumetiam chariſſimis amicitias renuntiare oportere. Nam qui præ ſe aliquid duceret, indignum eum ſuo comitatu habiturum. Nulla autem rerum vehementior eſt cupiditas, nulla acrior libido corporum, quàm cùm hæc ipſa primùm appetuntur. Nam quicquid in illis boni eſſe poteſt, ſpe præripimus; incommoda autem quæ ſæpe nauſeam pariunt, necdum ſentimus: at vbi votis frui contigerit, vſu ac copia paulatim iſtud incendium reſtinguitur ac refrigeratur. Propterea igitur eis qui aut domos ædificant, aut vites conſerunt, aut vxores ducunt, ſacra militia interdixit; non quo ſua munera in hominibus reptobet, quid verò ſunt hæc niſi diuina beneficia? Sed quò oſtendat largitorem ſuis C muneribus eſſe præferendum; nec dignum eſſe ampliori beoeficio, qui his rebus capiatur; nec maiore victoria, qui minimis hiſce illecebris ſuccumbar & vincatur.

Mediocres copiæ immodicis vtiliores.

TRACENTA 30, *millia.*] Barbari, & in his maximè orientales, numero confidere ſolent. Ar qui rei militaris ſcientiam apprimè callent, mediocres copias ingenribus arque immodicis præferunt; quoniam in his ſæpe turbas oriri neceſſe eſt, & aberrare militem ab imperio ducis, dum ſimul omnibus vno tempore proſpici nequit. In aliis verò contra omnia facili negotio curantur. Quemadmodum enim in humano corpore, ſi pingui abdomine aqualiculus tumeat, aut craſſo adipe cutis diſtendatur, aut de- D niqoe nimis grauetur mole membrorum, ægrè flectitur, & cùm opus eſt curſu aut agitatione, ſibi ipſi impedimentum præſtat; contrà verò, ſi apta ſit & coueniens ſtatura, artúſq. omnes per æqua proportione & analogia cum toto cõueniant, facilè in quamuis partem inclinatur, viribuſque & motu viget: ita de exercitu ſentiendũ eſt, imbellem futurum ſi nimia multitudine impediatur: at validum & fortem, ſi cõmodè ſuos ordines explicet, & præ ſua mediocritate ad ducis præſcriptum ſe mouere poſſit. Teſtatur Vegetius de Romanis olim cùm virtute floterent, magnos exercitus non habuiſſe. Nam in omnibus authoribus, inquit, lib. 2. de Re Militari cap. 4. inuenirur, ſingulos conſules aduerſus hoſtes copioſiſſimos, non amplius quàm binas duxiſſe legiones, additis auxiliis ſociorum. Tanta in illis erat exercitatio, tanta fiducia, vt cuiuis

Vegetius.

bello duæ legiooes crederentur poſſe ſufficere.

Quare Deus tam ingentem exercitum congregari voluit

Quorſum igitur tam ingentem multitudinem Saul educere voluit, præſertim cùm diuino auxilio niteretur ac fideret? Potuit enim vel trecentis duntaxat comitatus, vt Gedeon, à Deo ſperare victoriam. Non ea igitur ratio fuit, cur tantam mulritudinem adeſſe compelleret, quòd vereretur, ſi mediocres copias habuiſſet, ab aduerſariis opprimi: ſed quòd eos Deus vellet eſſe periculi participes; vt pariter timore atquè formidine ad legis cultum & obſeruãtiam inſtruerentur. Deinde, vt eſſent quoque ſinguli diuini beneficij arque auxilij ſpectatores. Etenim quæ ex teſtibus audimus, minus afficere ſolent quàm quæ nos ipſi aut vidimus, aut experti ſumus. His adde, etiam docere voluiſſe, cùm de B periculo proximi ageretur, à ferendo auxilio neminem excuſatum eſſe debere. Fuit denique quarta quædam ratio, ob quam hac vice concurrere vniuerſum populum voluit, vt qui prius Samuelem cõtempſerant, cùm ſortibus renuntiaretur Rex, probata eiuſdem virtute, pari conſenſu cum aliis agnoſcerent.

Vermilius.

Addamus & Vermilij commentarium. Saul, inquit, non promiſit Iabenſibus auxilium, priuſquam vniuerſum populum conuocaſſet. Nam ſi poſtea populus aſſentiri noluiſſet, promiſiſſet fruſtra. In cenſendo populo tribus Iuda ſeorſim numeratur ab aliis tribubus. Erãt in aliis tribubus trecenta millia, in tribu Iuda ſola triginta. Hoc priuilegij habuit illa tribus, quod eã oporteret ſempet primã occurrere periculis. Appa- C ret viros Iuda fuiſſe & probos. Quamuis enim ſcirent ſibi promiſſum eſſe ius regni in alias tribus, tamen cùm viderent, Saulem creatum eſſe Regem è tribu Beniamin, nihilominus ſtatim affuerunt ad edictum, & communis belli primas partes ſuſceperunt. Veriſimile eſt Saulem luſtraſſe exercitum ad ripam Iordanis. Tranſmiſſo enim eo flumine non erar difficile vno die cum exercitu venire Iabes. Sed videtur res ea non vacaſſe periculo, voiuerſum populum vnà educere è terra ſua, cùm à tergo relinquereot Palæſtinos. Sed ex eo apparet, quanta fuerit illorum fiducia, qua non dubitabant, Deum ſuis promiſſionibus oon defuturum. Hactenus ille.

D

VERSVS 9.

Et dixerunt nuntiis qui venerant: ſic dicetis viris qui ſunt in Iabes Galaad: Cras erit vobis ſalus, cùm incaluerit ſol. Venerunt ergo nuntij, & annuntiauerunt viris Iabes, qui lætati ſunt.

APPARET iſtos nuntios aliquot dies apud Saulem reſtitiſſe, tantiſper dum exercitum parati viderent: quo iam in procinctu ſtante ac mouere parato, tam Saul qoàm populus nuntios ad ſuos remiſerunt, quibus hæc mandata dederunt, quæ illis ſuo oomine referrent: *Cras erit vobis ſalus, vbi incaluerit ſol.* Salutem poſteta die affuturam pollicentur, ſed non ante lucem: non enim in tenebris illa ſalus ſperanda eſt, quæ ſunt pars maxima miſeriarum. At lu-

Allegoria.

ce quemadmodum nihil eſt iucundius, ita huic quoque ſalus & incolumitas ſeruata eſt. Quãobrem iure merito Chriſtus nos de craſtino vetat eſſe ſolicitos: quod non aliud eſſe intelligendum eſt, quàm futuræ vitæ æterna quædam atque abſoluta beatitas. Quantumlibet enim eſt hoc ſpatij quod viuimus, vna dies dicenda eſt: ſecundùm quam ſequitur cras illud extremum, qood nullo vnquam tempore finietur. 'Eo demum tempore lætiſſima quæque iuſti expectant, qui interim pluribus procellis ac tempeſtatihus iactautur, at exantlatis laboribus æterna ſe pace fruituros confidunt. In cuius rei typum cùm de Iacob mercede ageretur Geneſ. 30. *Cras*, inquit, *reſpondebit mihi iuſtitia* mea: & Ioſue, cùm poſt emenſos immenſos viæ ac deſerti labores, populum Iſrael transmiſſo Iordane in terræ promiſſæ poſſeſſionem miſſurus eſſet, *Sanctificamini*, inquit, *cras enim faciet Dominus inter vos mirabilia*. Quod & contigit: decurrentihus ſiquidem in mare Iordanis aquis, quæ vſque ad eum locum, qua tranſitus præhebatur, deſcenderant, ſequeotes vltra fluere prohibitæ, donec populus traiiceret, inſtar montis intumuerunt, Ioſue cap. 3. Hoc ipſum intelligens Eſther, cùm totius populi ſalus apud Regem Perſarum periclitaretur, accepta quod vellet rogandi poteſtate, ſpem tamen ſuam in craſtinum diſtulit, dicens: *Cras aperiam Regi voluntatem meam*. Eſthet 5. quo obſeruato, gentis ſuæ vitam & incolumitatem impetrauit. Quid plures ciuſdem gentis victorias commemorem, quas dies ille craſtinus confecit, vt futurus de hoſte triumphus veris Dei militihus, poſtridie huius diei quo certamen ineunt, præſigoificaretur? Irruetat Exodi 17. Amalec in filios Iſrael cum ingenti exercitu, quo tempore caſtrametabantur in Raphidim, eoſque delecturus videbatur, cùm ſubitò, *Cras*, inquit Moyſes, *ego ſtabo in vertice collis habens virgam Dei in manu mea*. Quæ verba die poſtero victoria ſecuta eſt, hoſtiſque fuſus fugatuſque eſt. Nec ſemel hoc eueniſſe putandum eſt, ſed cùm iterum plures reges ac populi iunctis copiis in eoſdem inuaderent, atque omni conatu perdere conaretur, Ioſue x1. Ioſue, quem ducem Deus ipſe præfecerat, io hunc modum affatus eſt: *Ne timeas eos*. At quî tandem fieri potaſt ô Domine? *Cras*, inquit, *tradam eos vulnerandos in conſpectu Iſrael: equos eorum ſubneruabis & currus igne combures*. Eliſæi temporibus Syris Samariam obſidentihus, ciues, quos adhuc ah hoſte mœnia tutabantur, intus acrior fames debellauerat. Itaque re in ſummam deſperationem adducta, Rex Prophetam, quem ſeruare debuerat, trucidare parabat: At ille mox Deo authore vberrimam rerum omnium copiam in diem craſtinum promiſit.

Craſtini commendatio.

Ioſu e3.

Eſther 5.

Exod. 17.

Ioſue x1.

Quis igitur non videt *cras illi poſtremo* fidei quantum tribuendum ſit? Æmulari etiam hoc ſtuduit aliquando Dæmon, quo Dei populum in fraudem induceret. Sic enim Pharao ſæpius Exod. 8. & proximè ſequentihus capitibus, in ſequentem diem Hebræis aheundi ex Ægypto licentiam, cùm plagis vrgeretur, pollicitus eſt, qui tamen ſemper promiſſa fefellit: non enim cuiquam, diabolus fœlicitatem impertiri poteſt, cùm ſit ipſe miſerrimus, aut homini bene velle ſtudet, cùm ſit illi infenſiſſimus: ſed cùm apertâ vi minus nocere poſſit, tentat homines dolis ac falſis promiſſionibus à rectâ via deducere; quo plures habeat infœlicitatis ſuæ conſortes. Deus verò contra cùm ſit ipſe beatiſſimus, nullis deeſſe poteſt ad fœlicitatem, nec cuiuſquam commodis aut quieti inuidere, cùm ſingulorum optimum ſtatum ſuopte ingenio ac voluntate requirat, vtpote qui ſit rerum omnium finis vltimus ac ſumma perfectio. Improhis tamen ac contumacibus etiam in craſtinum atrociſſimas pœnas conſtituit, quos ſe velut hædos ab agnis ſeparaturum, & hos quidem præmio, illos verò ſupplicio affecturum edixit. Exod. 9. & 10. quæ ſunt eorum, quæ in Euangelio repromittuntur, quædam præſignificatio atque figura.

Exod. 8.

Exod. 9. 10.

ET *lætati ſunt*.] Quàm par eſt nos quoque lætari, qui non alterius oculi amittendi periculo, diuino beneficio liberamur, verumetiam integrâ corporis atque animæ ſalute donamur. De oculo monebat Dominus, tametſi eſſet ille chariſſimus, ſi tamen ſaluti præiudicaret, vltro eſſe abiiciendum. Satius enim eſſe dicebat altero oculo priuatum cæleſte regnum capeſſere, quàm vtroque inſignē gehenna damnari. Poterat igitur etiam altero oculo effoſſo ſalus à Iabenſibus retineri, & tamen vide quanti vnius oculi iacturam faciant, vt propterea ſibi lætandum arbitrentur quòd eo metu liberati ſint. At nos, ne reſtituta quidem perfectiſſima ſalute pariter lætamur ac gaudemus, ne Apoſtoli quidem vocibus incitati, qui nos vt id faciamus, ſæpius adhortatus eſt: *Gaudete*, inquit, *in Domino ſemper, iterum dico gaudete*. At cuius tandem rei gratia nos tantopere gaudeamus? *Quoniam*, inquit, *nunc propior eſt noſtra ſalus quàm cùm credidimus*. Tempus illud omne, quo tempore vetus Synagoga floruit, diem vnam vocari arhitror, cui *Cras* illud ſucceſſerit, quod vnà cum Euangelij luce, poſtridie eius diei Eccleſiæ illuxit. Toto illo die Sancti Patres crediderunt, quæ nos poſtea conſecuti ſumus. Omnia ſiquidem illis in vmbra promiſſis contigerunt: nos rebus ipſis fruimur, quo maiorem præ illis animo voluptatem percipere debemus.

Gaudendi ratio certiſſima.

VERSVS 10.

Et dixerunt: manè exibimus ad vos: & facietis nobis omne quod placuerit vobis.

VERMILIVS: Interea Iabenſes mittunt ad Ammonitas, ſe *cras* exituros, paratos ferre omnia, quę illi ſibi imponere decreuiſſent. Aſtutè celant conſilia, ne poſtea intelligerent Iudęos affuturos auxilio. Maximum genus ſtratagematis eſt, efficere, vt hoſtis ſecurè agat, & certè eiuſmodi prudentes & doctæ fraudes

Vermilius.

Mentiri nunquam licet.

nou damnantut. *Dolus* enim *an virtus quis in hoſte requirat?* Nā ſi armis vti licet aduerſus hoſtem, cur non etiam dolis? Ita tamen illis vti licet, ne fides, aut iuſiurandum, aut pactum cum hoſte violetur. Hîc videmus victoriam conſtitui in celeritate. Affuit enim Saül ſtatim poſtridie, & hoſtes profligauit. Hæc Vermilius. A

Celeritas & ſilentium victoriæ certiſſima inſtrumenta.

A mendacio Iahenſes excuſari non poſſunt, niſi, prour erant antea polliciri, ſtatuerent, ſi fortè deeſſet auxilium, Regis Ammnnitarum arhitrio ſeu potius libidini ſeſe permittere, quāquam id minimè neceſſarium fore arhitrarentur, ſed tutò eum ſe poſſe ludere confiderent. Mentiri autem, aut fidem fallere nuſquam licet, tametſi præclara inde vtilitas oritura credatur, aut damnum aliquod emerſurum timeatur, niſi fortè quod ad ſponſionem attinet, id quod conuenit impleri ſine ſcelere non poſſit: tum enim pactæ rei deuegatio non tam mendacium habenda eſt, quàm temeritatis atque imprudentiæ correctio. B

Mirum autem videri poteſt, quî fieri potuerir, vt tam vicino loco vniuerſus penè populus ſuis ſedihus exciretur, tantus exercitus tantæq; copiæ receuſerentur, & nihil fieri hoſtes perciperent. Apparet maxima fide maximoque ſilentio rem eſſe geſtam, ne vnus quidem in tanto numero transfuga repertus eſt, qui ſuorum minimè latentia conſilia hoſtibus proderet. Nimirum diuina quædam religio omnium mentihus inceſſerat, quæ ſatis alioquin ad defectionem promptos atque præcipites, hoc tempore, quo plurimorū ſalus magno in diſcrimine verſabatur, ah eo ſcelere reuocaret. Manifeſtum eſt etiā Ammonitas nullis exploratorihus fuiſſe vſos, cùm tamen duhitare oon poſſent, dimiſſis in omoem regionem Iabenſium nuntiis, qui pactæ cōditionis reliquos Iſraëlitas admonerent, aliquid tentatum iri quo ea calamitas à fratrihus depelleretur. Quapropter eo maximè tempore quid hoſtes ſentirent, quidve mouerent, aut conſilij caperent, eorum noſſe interfuir. Sæpe enim leui momento maximæ rerum inelinationes fiuut. Sæpe clandeſtinis inſidiis, aut inopinata eruptioue oppreſſis victoribus, ad victos & profligatos victoria reuocatur. Verùm qui dixit, *Perdam ſapientiam ſapientum*, hic quoque Regem Ammonitarum ſua ſapientia priuauit, quò facilius illi victoria & prǽda è manibus eriperentur. C

De ſilentio ac fide Perſarū quo ſuorum piincipum conſilia celant, hæc habet Curtius lib. 4. Cæterùm Alexander quam regionem Darius petiiſſet omni cura veſtigans, tameu explorare non poterat: more quodam Perſarum arcana Regum mira celantium fide, non metus, non ſpes elicit vocem, qua prodantur occulta: vetus diſciplina regum ſilentium vitę periculo ſanxerat. Lingua grauius caſtigarur quàm vllum probrum: nec magnam rem ſuſtineri poſſe credunt ah eo, cui tacere graue ſit, quòd homini facillimum voluerit eſſe natura. Ob hanc cauſam Alexander omnium, quæ apud hoſtem gererentur ignarus, vrbem Gazam obſidebat. D

Curtius l. 4.

VERSVS II.

Et factum eſt, cùm dies craſtinus veniſſet, conſtituit Saül populum in tres partes: & ingreſſus eſt media caſtra in vigilia matutina, & percuſſit Ammon vſque dum incaleſceret dies: reliqui autem diſperſi ſunt, itaut non relinquerentur in eis duo pariter.

SCILICET tota nocte iter neceſſarium confecit. Xenophon de nocturna profectione cum Senthe agens lib. 7. Cyri Min. Expeditionis, docet quo ordine exercitus iter nocturnum aggredi debeat. At enim, inquit, conſideres velim, nunquid ſi de nocte nobis iter faciendum ſit, præſtet Græco more agmen inſtruere: nam ſi de die eundum, ex locorum duntaxat ratione, aut grauem armaturam, aut pellatos, aut equitatum præire oportet: de nocte verò cùm iter ſuſcipitur, Græco ritu impeditiſſima quæque exercitus pars agmen ducit: ſic enim agmen minimè diuiditur, neque facilè qoi fugam cogitāt alios latere poſſunt: & profectò ſæpe accidere conſueuit, vt diſſipati per errorem in ſuos inuadant, ac magnæ vtrimque offenſiones fiant. Hæc ille.

Xenophon de noctur. profect. l. 7. Nocturna exercitus profectio.

CVM *dies veniſſet.*] Dies teſte Varrone dicitur à Deis, quibus Romani non tantùm, ſed & aliæ gentes, planetarum ſyderumque nominihus dies dedicarunt, vel à Διὸς, quod diei Iuppiter rector exiſtimatus eſt. Alij à Dio deflectunt, Dium verò ſub cœlo lumen vocant. Cretenſes diem nominant Δία. Græci ἡμέραν, quod, vt Plato ait, ἱμείρουσιν, id eſt, hominibus deſiderantibus gratulantibuſque è tenebris lumen emicuit, & proprerea antiqui prius ἱμέραν, poſtetius ἑμέραν, & demum ἡμέραν dixerunt. Alij quaſi ἥμεραν, hoc eſt, mitem & manſuetam dictam eſſe putarunt. Alij à diuidendo deriuant, quòd lucem à tenehris diſtinguar, ſed has ſubtilitates Grammaticis relinquemus.

Varro. Dies etymon.

Diei definitiouem ſi quæras, eam quoque veteres alio atque alio modo deſcripſerunt. Ariſtoteles definiuit diem eſſe lationem ſeu motum ſolis ſupra horizontem, id eſt, ſpatium inter ſolis exortum ſupra horizontem, & occaſum eiuſdem, ſeu, quod idem eſt, ſolis præſentiam vel conſpectum ſupra terram, ſicut noctem dicimus abſentiam ſolis infra terram, aut vmbram terræ, quæ ex ſolis mora ſub noſtro hemiſphærio oritur. Alij verò diem vocant ſpacium temporis, quo ſol motu primi mobilis totum orbem percurrens, ſemel luce ſua colluſtrat, & diem noctemque pariter comprehendit: ſiue ab horizonte incipias, ſiue à meridiano, & in idem redeat. Prima definitio diebus artificioſis competit, ſic enim vocant, & Græci ſimpliciter dicunt ἡμέρας: poſterior naturalibus, qui & Ciuiles, quos Græci νυχθημέρους vocant, quaſi ex die & nocte compoſitos.

Ariſtoteles. Diei varia definitio.

Plin. lib. 2. cap. 77.

Varia apud diuerſos populos dies numerandi ratio.

Gellius. Macrob.

Cæterùm Aſtronomi diem naturalem, id eſt 24. horarum, à meridie in meridiem nomerant, & hanc cooſuetudinem Vmbri ſequuntur, de quo vide Pliniom libr. 2. cap. 77. verba eius hæc ſunt: Ipſam diem alij aliter obſeruauere. Babylonij inter duos ſolis exortus; Athenienſes inter duos occaſus; Vmbri à meridie in meridiem; vulgus omne à luce in teoebras; ſacerdotes Romani, & qui diem diffiniere ciuilem, item Ægyptij & Hiparchus à media nocte in mediam. Hæc ille. Idem copioſè docent Gellius libro 3. cap. 2. Noct. Att. & Macrobius Saturnal. libro 1. cap. 3. Athenienſes verò morem ſuum ab Hebræis accepiſſe videntur, qui ex antiquiſſima inſtitutione diem ciuilem à nocte exordiebantur. Priores enim extitetunt tenebræ, & Deus iuſſit lucem de tenebris ſplendeſcere, Apoſtolo teſte. Ac Moſes quoque ordine illo diuinam creationem exprimit, vt dicat: *Factum eſt veſperè & manè dies vnus*. Idem Iudæi obſeruant religioſè, vt diem auſpicentur ab occaſu ſolis, hora ſexta pomeridiana, in feſto die, in nouiluniis, & aliis qoamplurimis actionibus. Et agnos quidem paſchalis mactandus fuit ex diuino præcepto 14. die primi menſis ad veſperam, vel inter duas veſperas, quod Ioſephus interpretatur, ab hota nona vſque ad vndecimam. Exacta enim hora vndecima diei naturalis, ſtatim Sabbathi initiom ſuccedit. Itali, & Bohemi Hebræorum, & Athenienſium rationem ſequuntur, vt initio oociis horam primam indicent, ſequenti veſpera occidente ſole viceſimam quartam. Galli & plerique Germani, partim Aſtronomotum morem, partim Romanorum ſeqountur, dum meridie pariter & medio noctis horam duodecimam definiunt, & mox eum numerum auſpicantur. Sic Copernicus ad mediam noctem motus planetarum & luminum refert, & à meridiano ſubterraneo diem naturalem 24. horis includit. Norembergenſes Chaldaica ferè ratione, ab ortu diem ordiuntur, noctem ab occaſu, ita vt horologia exactè quantitatem diei & noctis artificialis definiant.

Copernicus.

Ælianus.

Aciei inſtructio.

CONSTITVIT *Saul populum in tres partes.*] De iuſtruendis aciebus extat Æliani opus ad Hadrianum principem, qui etiam ſuperiorum, qui de eâdem re ſcripſerunt, initio libri ſui meminit. Communior hæc ratio fuit præſtantiſſimorom ducum, vt exercitum in tres partes diſtribuerent, ſeu triplicem aciem inſtitoerent. Ita Scipio aduerſus Hannibalem; Cæſar & Pompeius infeſtis ſignis congreſſuri ſuas copias ordinarunt. Porrò ordinaturus aciem, vt docet Vegetius lib. 3. de Re Militari c. 14. tria debet ante proſpicere, ſolem, puluerem, ventum. Nam ſol ante faciem eripit viſum, ventus contrarios tua inflectit ac deprimit, hoſtium adiouat tela: poluis à fronte congeſtus oculos implet & claudit. Hæc momento eo quo acies ordinantur, etiam imperiti vitare ſolent: ſed doci prouido cauendum eſt in futurum, ne poſt paululum accedente die, noceat ſolis mutata coouerſio: ne ventus adoerſus hora ſolita eo pugnaote naſcatur. Ita ergo conſtituantur ordines, vt hæc poſt occipitium noſtrum ſint, & ſi fieri poteſt, aduerſariorum impetant faciem. Quòd ſi de nocte manus conſerantur, Luna obſeruanda erit. Plutarchus in Pompeio, Ita, inquit, cum Ponticis actum eſt, ſic & hoſtes magis conſpicui, & Luna ipſa in occaſum deuergente, & propius hotizontem prolabente, productiores Romanorum porrectæ ſunt vmbræ: hioc decepti inani imagine Pontici, in vmbrarum ſpectra irrita tela coniecerunt. Verùm his, vt opinor, præceptis Saül noo indiguit: ſed cùm imparatos ac nihil tale opinantes adorſus eſſet, inermes ac ſomno viooque ſepultos oullo negotio profligauit.

Vegetius.

Vegetius.

Plutarch. in Pompeio.

ET *ingreſſus eſt caſtra media.*] Dux ſi tyronem, aut deſuetum à pugna exercitum habeat, ſuperuentibus potiſſimùm vti debet, vt docet Vegetius libro 3. de Re Milirari cap. x. Superuentus, inquit, nullo ſciente diſponat, atque iter ſuum ita temperet, vt aut cibum capientes, aut dormientes, aut vacantes certè, ſecuros, inermes, diſcalceatos, diſtratis equis, nihil ſuſpicantes ipſe paratus inuadat, quatenus in huiuſmodi certaminibos ſui fiduciam colligant. Nam qui ante loogum tempus, aut omninò nunquam videre homines vulnerari vel occidi, cùm primùm aſpexerint, perhorreſcunt: & pauore confuſi, de fuga magis quàm de conflictu incipiunt cogitare. Et iterum eiuſdem libro cap. 22. Imparatis, cibum capientibus, in itinere laſſis, equos ſuos paſcentibus, ac nihil tale ſuſpicantibus ſuperuentus aſſolet fieri. Quod & nobis vitandum eſt, & hoſti in eiuſmodi occaſioaibus pernicies inferenda. Hoc eoim caſu oppreſſis, nec virtus poteſt, nec multitudo prodeſſe: quia qui in acie publica vincitur pugna, licet & ibi ars plurimùm proſit, tamen ad defenſionem ſuam poteſt accuſare fortunam: qui verò ſoperuentus & ſubſeſſas paſſus eſt, culpam ſuam non poteſt excuſare: quia hæc & vitare potuit, & per ſpeculatores idoneos antè cognoſcere. Leonidas Spartanorum Rex apud Iuſtinum libro 2. dom nox occaſionem daret, ſecuris & lætis ſuperueniendum eſſe admonuit.

Vegetius.

Superuentus & ſubſeſſa vtiles nouitio exercitui.

Item Vegetius.

Iuſtin. l. 2.

IN *vigilia matutina.*] Cùm tota nocte ad pugnam ſe comparaſſet, & diuiſo in tres partes exercitu atque acie inſtructa, hoſtiom caſtris propius admooiſſet antelocano tempore, matutina vigilia in hoſtem impetum fecit. Ea autem vigilia, quæ numero quarta eſt, illa noctis parte contigit, quam nos, qoi à media nocte numerum auſpicamur, horam tertiam numeramos. Quod tempus Saöl inceptis ſois perficiendis commodiſſimum cepit. Adhuc enim dubia lux inopinatæ cladis terrorem ingeminat, & ſopor altè depreſſos conſilij copiam adimit. Præcipuè verò qoi partem noctis maximam ludendo & compotando conſompſerunt, tom profundios ſtertunt, & qoanquam periculi præſentia excitari vix poſſunt. Hoc verò feciſſe Ammonis milites quis dubitat, conclamata apud eos victoria, refetentibosque Iabenſibos proximo maoè in eorum

Matutina vigilia.

Digitized by Google

Hoſtis contemptus quantum noceat.

poteſtatem ſeſe eſſe venturos? Ex his cùm ab A omnibus deſtitutos eſſe intelligerent, nec quenquam opem laturum ſuſpicarentur, ſecurè in vtramque aurem dormiebant: Saülis verò, cuius aduentum neutiquam præſenſerant, nullam rationem habendam cenſebant. Hactenus enim nomen illius manebat in obſcuro, & alioquin à ſuis deſpici contemnique fama acceperant. Sic itaque, dum hoſtem contemnunt, & de ſe magnificè ſentiunt, & caſtrorum diſciplinam negligunt, epolis autem & delitiis vacant, de repentè oppreſſi ſunt.

De vigiliis.

B

De vigiliis. DIVIDITVR non tantùm nox, verùm etiam dies per vigilias, aut cuſtodias. De hac diuiſione loquitur Cenſorinus cap.19. Alij diem quadripertitò, ſed & noctem ſimiliter dioidebant. Id ſimilitudo teſtatur militaris: ibi dicitur vigilia prima: item ſecunda, & tertia, & quarta. Vegetius de vigiliis ita ſcribit: De ſingulis centuriis quaterni equites, & quaterni pedites, qui noctibus excubitum faciunt, eliguntur. Et quia impoſſibile videbatur, per totam noctem vigilantes ſingulos in ſpeculis permanere, ideo in quatuor ad clepſydram ſunt diuiſæ vigiliæ, vt non amplius quàm tribus horis nocturnis neceſſe ſit vigilare. A Tibicine omoes vigiliæ committuntur, & finitis horis à C Cornicine vocantur. Idoneos tamen & probatiſſimos tribuni eligunt, qui vigilias circumeant, & renuntient, ſi qua emerſerit culpa, quos circuitores appellabant. At nunc militiæ factus eſt gradus, & Circitores vocantur. Hæc Vegetius de Re Militari. Sanctus Hieronymus in Comment. ad Pſalm. 89. etiam indicat diuidi noctem ſolere per quatuor vigilias: quarum ſingulæ horas ternas complectuntur.

Cenſorinus cap.19. — *Vegetius.* — *Vigiliæ militares olim à Tibicine committebantur.* — *Circitores.* — *S. Hieron.*

Crebra eſt vigiliarum mentio in ſacris literis, & propriè, & per tropum loquentibus: vt Iudic. 7. Gedeon memoratur ingreſſus fuiſſe caſtra Madian incipientibus vigiliis nocturnis. Pſalm. 129. *A cuſtodia matutina vſque ad noctem ſperet Iſraël in Domino.* Matth. 14. Marc. 6. Chriſtus legitur veniſſe ad diſcipulos quarta vigilia D noctis. Lucæ 12. refertur eſſe incertum an Dominus rediturus ſit vigilia ſecunda, aut tertia. Veteres tamen Hebræos, tres tantùm vigilias habuiſſe Vermilios autumat, quibus poſtea ex conſuetudine Romanorum quartam addiderint. Nam, inquit, ita apud Matthæum legimus, Chriſtum veniſſe ad diſcipulos quarta vigilia. Veteres aotem vſos fuiſſe tantùm tribus vigiliis, apparet ex cap. 7. Iudic. vbi Gedeon legitur egreſſus in hoſtem media nocte, ſecunda vigilia.

Iudic. 7. — *Pſal. 129.* — *Matth. 14.* — *Marc. 6.* — *Lucæ 12.* — *Vermilius.*

De horis æqualibus, & inæqualibus.

SECVTIS deinde temporibus commodior viſa eſt diei noctiſque in horas diſtributio; qui tamen mos apud antiquiores non obtinuit. Nam in ſacris literis quæ ante Babylonicum exilium ſunt ſcriptæ, nulla fit mentio horarum: neque nomen Hebraicum extat in lingua Hebræa, quod horam notet, ſed in Syriaca lingua שעתא *ſchaotha*, vt Daniel. 3. tametſi ſanctus Auguſtinus, & alij quidam, decem lineas graduom in horologio Achas, decem horas innuere exiſtiment. Apud Romanos etiam B nullum fuit horologium per trecentos annos ab vrbe condita, neque mentio vlla horarum fit ante ſcriptas leges duodecim tabularum: vt etiam Cenſorinus annotauit.

Antiquiores horas ignorarunt. — *Daniel 3. v. 5 & 15.*

Et fortaſſis etiam hoc iuuerit annotaſſe ad aliquot ſcripturarum intelligentiam percipiendam, quòd horæ partim ſunt æquales, partim inæquales. Hora æqualis ſeu æquinoctialis, eſt vigeſima quarta pars diei Ciuilis: quanto interuallo quindecim gradus æquinoctialis circuli oriuntur, ac ſuperant circulum cœli finitorem, qui hemiſphærium nobis conſpicuum, & id quod oculorum conſpectum fugit, ſeparat: quem horizontem vocant. Ex iis horis prima eſt vel occidente Sole, vel oriente, vel meridie, vel nocte media, proinde vt quiſque C populus initium diei Ciuilis conſtituit. Hora inæqualis, aut naturalis, aut καιρικαὶ id eſt temporalis, & planetaria (nam iis omnibus nominibus inſignitur) eſt duodecima pars diei, aot noctis naturalis. Cuiuſmodi horas intelligere oportet in ſacris ſcripturis, vt in Euangelio Ioann. cap. 11. *Nonne horæ duodecim diei ſunt? Si quis ambulauerit in die non offendit, quia lucem huius mundi videt.* Ac Matth. 20. Paterfamilias operarios condocens in vineam ſuam, exiit mane, & hora tertia, ſexta, oona, vndecima. Petrus quoq; hora tertia concionatur Act. 2. Hora ſexta Dominus Ieſus mortis ſententiam accepit, atque crucem adiit, ac tenebræ inuectæ ſunt orbi. Ioann. 19. Marc. 15. Lucæ 23. Nona hora Dominus emiſit ſpiritum, voce magna edita. Matth. 27. Ad horam quoque precatio- D nis nonam Petrus & Ioannes aſcendont in templum. Act. 3. Bene igitur monet Ioannes Lucidus, horarum temporariarum, quæ quæ planetarum horæ dicuntur, notitiam non eſſe negligendam: vtpote quarum vſus ſit in ſacris literis.

Quæ horæ æquales dicantur. — *Ioan. 11.* — *Matth. 20.* — *Act. 2.* — *Ioan. 19.* — *Marc. 15.* — *Luc. 23.* — *Matth. 27.* — *Act. 3.* — *Ioannes Lucidus.*

Inæquales cur dicantur horæ, non obſcura eſt ratio. Quum enim iis qui ſob æquinoctiali circulo degunt, eúmque habent horizontis loco, perpetuò ſit nox diei æquata, æqoales quoqoe horas eos habere neceſſe eſt: at cæteris idem euenit duntaxat bis in anno, cùm Sol attingens arietem, aut libram, æquinoctia facit. Reliqoo tempore ſubinde creſcunt inuicem & decreſcunt dies atqoe noctes: vt tandem fiat dies, aut nox horarum æqualium ſe-

Inæquales horæ vnde ſint.

decim, & plutium etiam : quare duodecim horæ remporariæ variantut quotidie, proinde vt menſura diei & noctis euariat. Nam cùm dies eſt horarum æqualium ſedecim, hora inæqualis continet horam, & præterea tertiam eius partem. Rutſus quando eſt breuiſſimus dies, vt in noſtro climate & parallelo horarum æqualium octo in ſolſtitio brumæ. Hota inæqualis habebit dimidium hotæ, & ſextam æqualis horæ partem.

Horarum notitia neceſſaria ad hiſtoria ſacra cognitionem.

Ad hiſtoriæ autem ſacræ & profanæ lectionem pettinet, diuetſarum geotium horas inter ſe componere. Nam quæ Palæſtinis circa vernum æquinoctium, Domino Chriſto perferente ctucem ob mundi ſalutem, hora fuit tertia, Notimbergenſibus, & aliis quibuſdam Germanis, qui horas diurnas ab ortu ſolis auſpicantur, nocturnas ab occaſu ſolis, itidem fuit hora tertia. Gallis autem & Germanis, qui à media nocte, aut die numerum ineunt horarum, fuit ſexta hora; & quæ ſexta Palæſtinis, nona: & quæ nona Palæſtinis, iuxta horologia noſtra fuit duodecima. Pottò nona Palæſtinis, nobis eſt tertia pomeridiana. Nam vnaquæqoe harum ſic intelligenda eſt ex conſuetudine Hebræorum, vt duas proximè ſequentes etiam complectatut, Differentia autem longiſſimi diei, aut breuiſſimi per diuerſas tegiones, ſpectatur in diſtantia locorum ab æquatore, & eleuatione poli.

Simplicior apud antiquos diei noctiſque partitio.

Vsqve *dum incaleſceret dies.*] Antiquiſſima diei partitio ſimplex admodum fuit, non in horas, ſed pet effectus aliquos ſiderum, aut alterius naturæ inſignita. Qualis eſt meridies, ante meridiem, ortus, occiduum tempus, veſpera, autora. Itidem & noctis partitio fuit ad eum modum conſtituta, habens intempeſtam noctem, mediam noctem, gallicinium, & ſimilia. In ſacris Sctiptoribos hæc ferme nomina tempotis occurrunt : *Manè, aurora, illuceſcente iam ſole, meridies, incaleſcente ſole* (vt hîc) *inclinata dies, veſpera, aura dies, occaſus ſolis, nox, media nox, gallicantus, dormientibus hominibus pro concubio.*

Nomina partium diei & noctis apud Hebraos.
Varro.
Cenſorinus
Macrobius.
Apud Romanos.

Romanis hæ partes diei ciuilis & nomina placuerunt, quas ex Varrone, Cenſorino, & Macrohio collegi. Primum tempus diei, dicitur mediæ noctis inclinatio. Gallicinium, cùm galli canete incipiunt : quod nimirum tempus Dominus notat Petro dicens : *Priuſquam gallus cantet, ter me negaueris.* Conticinium cùm galli conticeſcũt, & homines etiamnum quieſcunt. Diluculum, cum incipit dies dignoſci : quod & ante lucem & iubar dicitur. Manè, dum dies clarua eſt, & lox ſolis cernitur. Ad meridiem, & à manè ad meridiem, metidies. Inde Macrobius dicit vocari tempus occidoum : Cenſorinus vocat de meridie. Suprema tempeſtas, vel ſummum ante ſupremum diei. Quod tamen tempus leges 12. tabularum voloerunt eſſe occaſum ſolis, veſper & veſpera, ante ortum ſtellæ veſpetuginis. Crepuſculum, quod tempus diei an noctis ſit ignoratur. Prima fax, vel accenſis luminibus. Concubium aot oox concubia, cùm itum eſt cubitum : quod tempus ſignificat Chriſtus in parabola dicens, Malum hominem zizania ſparſiſſe hominibus dor-

A mientibus. Intempeſta nox. Ad mediam noctem. Media nox. Quanquam Varro noctem dicit tempus, quando ſtella prima, nempe heſperus exorta eſt : noctemque intempeſtam, hoc eſt multam, & conticinium, & ſilentium noctis, vocat totum tempus inter veſperuginem & iubat.

Belli reliquia diſſipanda.

Itavt *non remanerent duo pariter.*] Prouerbio olim locum dedit Oſculana victoria apud Feſtum, in qua ſcilicet Leninus cùm à Pyrrho acie victus eſſet, mox eundem repetito certamine deuicit : cuius apod eundem meminit Titinius his verſibus,

Titinius apud Feſtum.

Hæc quidem quaſi Oſculana pugna eſt, non ſecus.
Quia hinc qui fugere compulſi, ſpolia colligunt.

Frequenter iam fuſa acies, diſperſos victores ac

B paſſim ſequentes, reparatis viribos intetemit, inquit Vegetius libro 3. cap. 25. Nam nooqoam exultantibus maius ſolet eſſe diſcrimen, qoàm cùm ſubitò ferocia in formidinem commutatur.] Itaque ne ſupetſtites colligi poſſiot, aut ad ſe redire valeant, ſedulò cauendum eſt. Diſſipandæ ſunt belli reliquiæ, & ſumma cura prohibendæ, ne iungi queant. Eorum namque qui rerum chatiſſimarum iactutam fecerint, minor vitæ cura eſt. Deinde præceps & ferox aodacia noo admodum ſtimulis indiget, ſatis dolore incitatur ad vindicandam iniuriam, ſi non deſit qui in hoſtem ducat. At palantes & diſperſi, neque conſilium capere, neque quid condocat in commune ſtatuere, aut ſe mutuò adhottari poſſunt, neque ſi poſſint, tentare tamen quic-

Vegetius.

C quam aut aggredi audebunt, cùm nemo ſolus, tametſi maximè corporis viribus atque animi robore polleat, magnæ multitudini par eſſe queat. Sat benè ſecum agi qoiſque cenſebit, ſi propriæ ſaluti conſulat, victorumque inſolentiæ atque furori fuga ſe præcipiat. Ita eos fudit, inquit Vermilius, ac diſſipauit, vt duo vnà non relinquerentur. Quemadmodum autem coniunctione militum augentur vires, ita diſſipatione franguntur.

Vermilius.

Hoc bello Deus vtitur ad confirmandum Saulis regnum.

Deus abutitur hoc bello, partim vt miſericordiam ſuam, & conſtantiam, ac fidem promiſſionum teſtificaretur, partim etiam vt regnum Saüli preclaro facinore confirmaret. Neque enim hæc victoria meritis vllis, aut Iabenſium, aot omniom Iſraëlitarum aſcribenda eſt. Illi enim fœdus cum Ammonitis percuſſuri

D erant, & paſſuri vt oculi ſibi eriperentur: Iſraëlitæ verò alij Deum ipſum in Samuele abiecerant, tumultuati fuerant de creando Rege, cùm iam creatus eſſet de eo inter ſe diſſenſerant. Quicquid ergo hic laudis eſt, id vnioerſum tribuendum eſt miſericordiæ Dei. Prudenter quidem populum deſcribunt in tres turmas : ſed quantulum hoc erat, niſi Deus vim ſuam aſpiraſſet? Populus conuenit ad mandatum principis. Hæc quidem obedieotia placet Deo : non tamen fuit ea cauſa victoriæ.

Victorie gloria ſoli Deo debetur.

Legimus Ammonitas ter profligatos eſſe à populo Iſraël, ſemel ad Baalphegor, vt apparet in I. No. 2. ſub Iephthe principe: & nunc tertiò. Credibile eſt Iabẽſes parta de hoſtibus victoria fuiſſe lætiſſimos. Et quamuis eſſent alioqui viri mali, tamen non erãt poſtea ingrati erga Saülẽ.

Digitized by Google

Ita vt non remanerent, &c.

Gratiarum actio pro liberata ciuitate.

Syneſius Epiſt. 31. Aareliano.

Nam cùm cecidiſſet in monte Gelboë, eius A cadauer, & filij Ionathæ, in ſuam ciuitatem retulerunt, & honorificè ſepelierunt.] Interim quantum ad præſens tempus attinet, nulla vt opinor oratio magis conueniet, quàm illa quædam Syneſij Epiſtola, qua Aureliano conſuli omnium ciuitatum nomine gratias agit. Syneſij Epiſtola 31. Aureliano. Si vllæ ſunt ciuitatum animæ, vt reuera ſunt, præſides diuinæ atque è Gentorum numero, vniuerſas puta gratiam habere tibi, bonorumque eſſe omnium memores, quæ ſummo magiſtratu in omnes gentes coutuliſti. Proinde illas ipſas ſingulis temporibus adeſſe tibi credito aduocatas & ſocias, communémque pro te Deum precari, vti meritis te præmiis compenſet, pro eo quod illum, quoad fieri poteſt, perfectè ſis imitatus. Benè B enim aliis facere hoc ſolum habent homines cum Deo commune: Imitatio porrò conciliatio quædam eſt, idque qood imitatur, cum Deo coniungit qood imitandum proponitur. Quamobrem ſic habeto, affinem te Deo eſſe factum eiuſdem beneficæ communione voluntatis, dulciſſimáque teipſum ſpe foue, cuiuſmodi ei animi affectioni conſentanea eſt. O magnificentiſſime, ſolus, aut cum paucis meritò ſolus appellande. Ad hunc modum Syneſius Cyrenes Epiſcopus.

Versvs 12.

C

Et ait populus ad Samuelem: Quis eſt iſte qui dixit: Saül num regnabit ſuper nos? Date viros, & interficiemus eos.

Versvs 13.

Et ait Saul: Non occidetur quiſquam in die hac, quia hodie fecit Dominus ſalutem in Iſraël.

Vermilius.

Vermilivs: Tandem populus accedit ad ſententiam Dei: ſed ſerò. Cur enim anteà iſta non dicebant, cùm filij Belial Saulem repudiarent? Hoc eſt ingenium populi, vt tempori ſeruiant, & ſequi velint principes ſuos, quamdiu res bene ſuccedunt.

Non *interficietur quiſquam in die hac.*] Vtinam Saul ita feciſſet poſtea, noo ita crudeliter occidiſſet ſacerdotes in Nobe, aut perſecutus fuiſſet Dauidem. Sed ea eſt conditio rerũ bomanarum, vt principes ſæpe rectè incipiant, ſed deſinant peſſimè. Scimus enim quæ fuerint initia Tiberij, & Neronis, qui poſtea flagitioſiſſimè imperauerunt.

Qvia *hodie fecit Dominus ſalutem.*] Hæc ratio eſt: Deus illis hodie ſalutem dedit: nos ergo non debemus eos perdere. Hæc ratio piis omnibus ſæpiſſimè in animum venire debet: Chriſtus me ſeruauit quomodo ergo poſſum ego meipſum perdere? Chriſtus me liberauit, quomodo ergo ego me coniicio in ſeruitutem?

Clementia vtilis principi.

Non occidetur quiſquam in die hac.

A Nulla alia ratione magis conciliatur principi authoritas quàm clementia. Crudeles enim ſtatim à ſe animos ſuorum alienant. Auguſtus cùm audiſſet Cinoam nepotem Pompeij ſibi parare inſidias, accerſiuit eum ad ſe, iuſſit poni ſellam in qua vnà ſederet, commemorat ſua erga illum beneficia, ſe illi ſeruaſſe vitam quam potuiſſet eripere. Videamus ergo, inquit, vtrũ ego meliore fide tibi vitam dederim, an tu mihi debeas? Itaque dedit illi conſulatum: & ex eo tempore ſeqoota eſt inter eos firmiſſima amicitia. Daoid & auſpicatos eſt, & peregit, & clauſit regnum ſuum miriſſimè. Itaque dictus eſt vir *ſecundum cor Dei.* Roboam autem ſua crudelitate populum à ſe alienauit. Rab. Leoi Ben' Gerſon putat, Saulem non prorſua illis B rebellibus condonaſſe: ſed tantùm in illũ diem noluiſſe de illis ſumere ſupplicium: poſtea tamen ſumpſiſſe. Et certè principes non facilè debent crimina publica condonare. Eſt enim id contra illorum inſtitutum: Habent enim gladium: & eum expedire debent contra noxios. Cùm autem condonant maleficis, aliena condonant, non ſua. Hactenus Vermilius.

Theodoſ. Cod. lib. 9. tit. 7.

Indulgentia principum in obtrectatores ſuos.

Non *occidetur quiſquam in die hac.*] Exemplum hoc, ſeu potius Dauidis, qui pariter Semei maledicta contempſit, ſecuti Imperatores Theodoſios, & duo filij eius, in hunc modum edixerunt Cod. lib. 9. titulo 7. Si quis modeſtiæ neſcios, & pudoris ignarus, improbo C petulantique maledicto oomioa noſtra crediderit laceſſenda, ac temulentia turbulentus obtrectator temporum noſtrorum fuerit: eum pœoæ nolumus ſubiugari, oeque durum aliquid, nec aſperum volumus ſuſtinere: quoniã ſi ex leuitate proceſſerit, contemnendum eſt: ſi ex inſaoia, miſeratione digniſſimum: ſi ab iniuria, remittendum. Vnde integris omnibus hoc ad noſtram ſcientiam deferatur, vt ex perſonis hominum dicta penſemus, & vtrum permitti, an exquiri debeant, cenſeamus. Hæc illi.

Quare Saul ignoſcendũ duxerit.

At videtur grauior fuiſſe accepta à Saule iniuria: vt puta quæ non illius tantùm famam & exiſtimationem laceraret, verumetiam iactis iam imperij fundamentis fidem & authoritatem derogaret. Verumtamen propterea Saul D ignoſcendum eſſe duxit, quòd cùm illi ignauiæ ſuſpicione potius aut imbecillitatis metu, quã liuore atque inuidia eiuſdem ſpei atque expectationi detraherent, omnis illa ratio recenti victoria ſublata eſſe, nec aliud periculum ſubeſſe videretur. Quâ profectò continentia animi ſi ad vltimum vitæ perſeuerare potuiſſet, fæliciorem fuiſſe crederem, quàm viſus eſt eſſe, cùm Liberi patris imitaretur triumphum (hæc enim in Alexandrum ſcripſit olim Curtius lib. 3. quæ magna ex parte Sauli conueniunt) ab Helleſponto vſque ad Oceanum omnes gentes victoria emenſus: ſi viciſſet profectò ſuperbiam atque iram, mala inuicta: ſi abſtinuiſſet inter epulas cædibus amicorum, egregioſque bello viros, & tot gentium ſecum domitores indicta cauſa veritus eſſet occidere. Sed nondũ fortuna ſe animo eius ſuperfuderat. Itaque orientem tam moderatè & prudenter

Curtius lib. 3.

Digitized by Google

tulit, ad vltimum magnitudinem eius non A
cepit: tum quidem ita ſe geſſit, vt omnes an-
te eum reges & continentia & clementia vin-
cerentur. Hæc Curtius de Alexandro poſt re-
centem victoriam, & fuſum Darij exercitum,
cùm perſonæ errore decepta Siſigambis Darij
mater Epheſtionem prætermiſſo Alexandro
ſalutaſſet, idque ille æqui bonique conſuluiſ-
ſet. Sed hæc longè potiori ratione in Saulem
dici poterant, qui non modò ſalutationis offi-
cium numerumque collationem ſibi denega-
tam æquo animo paſſus eſt, verumetiam ab
imperitis & contumacibus maieſtatem ſuam
vſque ad hoc tempus ludibrio haberi per-
tulit.

Clementia Principis decus & præſidium.

Clementia in primis decet principem, nec
illa gemmis ornato diademate minoris facien- B
da eſt; quæ ſi ſola deſit, licet ille reliquarum
virtutum choro ſtipatus incedat, vix tamen
dignum principe comitatum ducere videbi-
tur.

Silenus apud Iulian. Aug.

Silenus apud Iulian. Auguſt. lib. qui Cæ-
ſares inſcribitur, in conuiuio deorum, Pro-
bum imperatorem, qui intra ſeptem annos
nondum completos, ſeptuaginta inſtaurauit
vrbes, & multa quoque domi prudenter inſti-
tuit, tandem tamen à ſuis militibus interfe-
ctum, quòd illi virtuti haud admodum ſtude-
re viſus eſſet, eiuſdem ſeueritatem carpens
hoc pacto irridere & cauillari inducitur. An
ignoraſti (inquit) ô Probe, medicos melicrato
amaris medicamentis infuſo, iucundiora pro-
pinare? Tu verò, qui nihil vnquam cuiquam
condonaſti, cùm in tota tua ratione longè ſe- C
uerior & aſperior, quàm par eſt, fueris, ini-
quam, ſed tamen meritam calamitatem per-
tuliſti. Nemo enim aut equis, aut bobus, aut
mulis, nedum hominibus rectè præfuerit, niſi
eorum gratiæ & voluntati aliquid dederit; vt
fit cùm medici ægrotorum cupiditatibus in
leuibus rebus indulgent, quò illos ſibi in maio-
ribus obſequentes præſtent. Hactenus Sile-
nus. Quandoquidem autem Vermilius, vtrum
princeps delicti veniam reo facere aliquando
poſſit, in dubium reuocare viſus eſt, huius
quoque dubitationis enodationem inueſtige-
mus.

D

QVAESTIO.

An liceat iuſtas pœnas à legibus impoſitas relaxare: ſiue an Saul iure potuerit ſeditioſos illos immunes à ſupplicio præſtare?

CAPVT PRIMVM.

Argumenta in vtramque partem à Vermilio proponuntur.

Vermilius.

VERMILIVS: De hac quæſtione argu-
menta multa ſunt in vtramque partem.
1. Primùm enim Reges incitantur ad clemen-

tiam: quod fruſtra fieret, niſi poſſent ignoſce-
re. Dauid etiam condonauit hominibus ſedi-
tioſis: & iurauit Semei, ſe illum non affecturũ
ſupplicio, Paulus etiam Oneſimum ſeruum fu-
gitiuum commendat Philemoni domino ſuo,
oratque vt culpã condonet. Et mos fuit Chri-
ſtianis imperatoribus, vt in hebdomada ma-
gna, cùm ageretur memoria mortis Chriſti, 2.
carceres ſoluerentur. Et apud Iudæos conſue- 3.
tudo fuit, vt in Paſchate vnus aliquis vinctus à 4.
præſide dimitteretur. Auguſtinus etiam ſæpe 5.
interceſſit pro Donatiſtis, & Circumcellioni- 6.
bus, qui non tantùm religionem turbaſſent,
ſed etiam vitam, & fortunas Chriſtianorum
violaſſent. Ad hæc ſancitum legimus apud ve- 7.
teres, vt ſi quis nocens fugiſſet ad Eccleſias,
immunis eſſet; cuius rei mentionem facit
Chryſoſt. in Eutropium.

Argumenta quæ proferi pro parte affirmante.

Contrariæ quoque parti non deſunt ſatis
firma argumenta. Primùm enim ſanctum opus
videtur non eſſe impediendum, eſt autem ſan-
ctum opus punire ſontes: prodeſt enim Reip. 1.
& tollit peccata. Deinde hoc pacto impeditur 2.
munus principum: gerunt enim gladium, quo
ſi non vtuntur cùm tempus & cauſa poſtulat,
non funguntur officio ſuo. Ad hæc qui relaxat 3.
pœnas, largitur de alieno, non de ſuo. Eſt enim
iudicium ius Dei, quemadmodum ſcribitur. 1.
cap. Deuteron. & 2. Paralip. 19. Ioſaphat ait, Deut. c. 1. &
exercere iudicium non tantùm pro homine, ſed 2. Paral. 19.
tanquam pro Deo. Et pœnæ iuris non poſſunt
tolli, niſi ab eo, qui eas impoſuerit. Deus au- 4.
tem pœnas peccatis conſtituit: quare nemo
homo debet eas imminuere, aut tollere. Deum
autem impoſuiſſe grauibus peccatis capitale
ſupplicium apparet ex 18. cap. Deuteron. Vbi
ita ſcribitur, populum petiiſſe ne Deus ipſe ſibi
loqueretur: ſe enim tantam maieſtatem ferre
non poſſe: malle audire Moyſen interpretem.
Has populi preces Deum audiſſe, pollicitum-
que eſſe, non ſolùm ſe illis daturum Moſen, ſed
etiam curaturum, ne vnquam illi populo pro-
pheta deeſſet. *Prophetam*, inquit, *excitabo vobis
de fratribus veſtris*. Sed addit, *Si quis non audierit
prophetam illum, ego inquiram in eum*. Verùm hic
locus non probat, pœnã illam fuiſſe capitalem.
Certior eſt locus alius in Deuteron. cap. 17. *Si* Deut. 17.
incideris, inquit Deus, *difficilis caſus, aſcendetis
ad ſummum ſacerdotem, aut ad leuitam. Et qui non
audierit vocem leuitæ, aut ſummi ſacerdotis, aut iu-
dicis, morte moriatur*. Nunc autem agebatur de
mutando ſtatu Reipub. conſulebatur ea de re
Samuel. Is autem non tantùm propheta fuit,
verumetiam Iudex. Non audiunt eum. Erant
ergo digni morte. Potuit quidem Deus illis
ignoſcere: at Princeps non potuit. Præterea 5.
aperitur via ſceleribus, cùm homines pollicen-
tur ſibi, ſe vel gratia, vel pretio euaſuros impu-
nè. Hoc etiam poteſt ex hiſtoriis comprobari. 6.
Deus iuſſerat Amalecitas omnes interfici. Saul
pepercit Agag illorum regi: arguitur grauiter
à Samuele, quòd hoc illi facere non licuerit. Et
cùm Rex Iſraël peperciſſet Regi Benadab Sy-
ro, quem Deus iuſſerat interfici, *Anima tua*, in-
quit *Propheta, erit pro anima illius*. Habet quidem
princeps poteſtatem vitæ & necis. Tamen

Alia argumenta pro parte negante.

Digitized by Google

7. quemadmodum non poteſt inſontem punire, ita non debet ſontem dimittere. Imò Dominus ait, homicidam ab ara mea auferes, & afficies morte. Denique ſi hoc permitteretur principibus, ſententiæ capitales venderentur, & arbitrium iuſtitiæ poſitum eſſet in manu magiſtratus. Ita habemus argumenta in vtramque partem. A

CAPVT 2.

Diſtinguit Vermilius leges diuinas & humanas.

Differentia legum in humanas & diuinas, & quæ iuris auctoritas, quæ.

SED ſic cogitare debemus, leges alias eſſe humanas, alias diuinas. Ad hanc autem quæſtionem multum intereſt vtræ ſint. Leges enim humanæ, quia ab infirma ratione proficiſcuntur, nunquam perfectæ ſunt nec complecti poſſunt omnia, aut omnes præuidere caſus, & circumſtantias. Itaque ſæpe, ſi legis verba ſeuerè ac rigidè vrgeremus, multa iniqua decernerentur. Quare ſæpe opus eſt ἐπιεικείᾳ, & interpretatione, & correctione legis. Eſt autem ἐπιείκεια frenum & regula legum humanarum, cùm non tam verba ipſa, quàm conſilium & ſententiam ſcriptoris conſideremus. Deinde Iuriſperiti poſſunt humanas leges, aut ex aliis legibus, aut ex rebus præiudicatis, aut ex inſtituto & more ciuitatis, aut ex iuſtitia & ſalute Reip. interpretari, ſi videantur eſſe ambiguæ; corrigere verò, aut mutare, aut mitigare legẽ, non eſt cuiuſuis priuati hominis, ſed principis ſolius, qui legem tulit. Vnde Auguſt. in lib. de vera Religione, Iudex, inquit, non debet iudicare de lege, ſed ſecundum legem: alioquin euerterentur omnia. Idem habetur in *Pandectis, de legibus & ſenatuſconſultis*. Iam verò diuinas leges non poſſumus imperfectas dicere, vt non omnia comprehendant. Mens enim Dei infinita eſt & perfectiſſima.

ἐπιείκεια quid ſit. Scriptum tueri, mentem Legiſlatoris interpretari.

Auguſtinus lib. de vera religione.

Eſt quidem ſapientum & theologorum excutere, atque expendere leges Dei, & locos alios ex aliis explicare, conſiderare inſtitutum & ordinem quem Deus tulit, antinomias diſſoluere, & ex duabus legibus, cùm obſeruari vtraque non poteſt, vtra vtri anteponenda ſit, iudicare. Vt, lex eſt, colendum eſſe Sabbathũ: alia lex eſt, defendendam eſſe ciuitatem. Incidit tempus eiuſmodi, vt niſi pugnetur Sabbatho, ciuitas defendi non poſſit. Hic lex potior ſeruanda eſt, vt ſalus ciuitatis defendatur. Deus enim ait, *Miſericordiam volo, non ſacrificium*. Et Chriſtus reſpondit, *licere in Sabbatho benefacere*. Lex Dei eſt, obediendum eſſe parentibus. Alia lex, obediendum eſſe Deo. Imperant parentes aliquid, quod ſit contra legem Dei. Hic lex potior ſeruanda eſt, vt obediamus Deo. Hoc nobis licet in lege Dei. Abrogare verò, aut corrigere, aut ἐπιεικείᾳ imminuere, aut diluere legem Dei, nobis nullo modo licet. Iudæi autem vtebantur tantùm diuinis legibus. Itaque principes non potuerunt eas interpretationibus mitigare: leges autem humanas, quia ab ipſis rogatæ ſunt, poſſunt.

Theologi leges diuinas interpretantur, non tollunt.

CAPVT 3.

Diſtinguit iterum mandata ab interdictis.

AD hæc, mandata alia prohibent aliquid fieri, alia iubent: vel, vt Scholaſtici loquuntur, alia ſunt affirmatiua, alia negatiua. Quæ probibent, aut negant aliquid, ſemper tenent: vt ne furemur, ne committamus adulterium, &c. in omne tempus obligamur. Quæ autem iubent aliquid, etſi ea quoque magnam

Mandata alia affirmatiua, alia negatiua, & quam vim obligandi habeant.

B vim habeant, non tamen perpetuò obſtringunt. Si quis nobis colaphũ impegerit in dextram buccam, iubemur illi offerre ſiniſtram. Animum quidem ſemper habere debemus paratum, vt ita faciamus: at omni tempore, & erga omnes ita facere, nõ obſtringimur. Id enim Chriſtus ipſe non fecit, ſed percuſſus reſpondit, *Si malè locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo*. Et Paulus, *Percutiet*, inquit, *te Deus paries dealbate*. Faciendum ita eſt, cùm id aut gloria Dei, aut eius qui percuſſit ſalus videbitur poſtulare. Iubet Deus, vt conueniamus ad ſacrum cætum, & celebremos Sacramenta, vt faciamus eleemoſynas. Non tamen iubet, vt iſta perpetuò faciamus. Sed quorſum iſta? Huc

C ſcilicet. Iubet Deus, vt ſi quis iudicem aut pontificem non audierit, occidatur. Hæc lex obſtringit quidem magiſtratum: ſed non ſemper, verùm cùm poſſit fieri. Accidit autem interdum vt fieri non poſſit. At ſi cùm poſſis punire, non punias, offendis in legem Dei. Deinde videndum eſt, ne maius bonum impediatur à minore. Ioab erat vir malus, & ſicarius, & dignus qui occideretur à Dauide. At cùm Dauid videret, eum multum poſſe apud exercitum, ne turba aut ſeditio aliqua oboriretur, noluit eum attingere. Et fieri poteſt, vt ea etiam de cauſa pepercerit Semei. Ita Saul hoc loco, ne moueretur ſeditio, neue turbaretur electio, in eum diem noluit rebelles occidere. Nam alioqui non potuiſſet condonare pœnas conſtitutas à Deo: imò ne ſacri-

Solutio quæſtionis.

D ficiis quidem expiari potuiſſet peccatum, quod fuiſſet extenta manu, & de induſtria perpetratum. Quare ex his verbis plus colligendum non eſt, quàm quantum ſignificant.

CAPVT 4.

Reſpondet argumento primo partis affirmantis, & explicat quid ſit clementia, manſuetudo, & venia.

NVNC reſpondemus ad argumenta quæ ſolent obiici. Quod dicunt principes incitari ſæpe ad clementiam, intelligere oportet, quod ſit ingenium Clementiæ. Id autem facillimè intelligi poteſt ex oppoſito. Crudelis eſt, qui in irrogandis pœnis excedit modũ, ex quadam animi atrocitate, nec hominum miſerus

Reſpondet argumentis partis affirmantis.

Clementia quid ſit.

commouetur. Contrà, clemens eſt, qui abhorret à pœnis, & eas relaxat ex animi leuitate: nam ſi pretio, aut gratia, aut neceſſitate adducatur vt relaxet pœnas, non eſt clemens. Hæc virtus, vt ait Seneca, ſpectat maximè principes, & eos qui gerunt poteſtatem. Nam ea cauſa reges dicuntur clementes, & clementiſſimi: nō quòd ita ſint, ſed quod eſſe debeant. Priuati verò, qui publicam poteſtatem puniendi non habent, poſſunt multa condonare, imò etiam ſæpe debent: clementes tamen appellari non debent, ſed manſueti.

Seneca. Clementia Principum propria, ſicut priuatorum manſuetudo.

Scire autem debemus clementiam imminuere pœnas, non temerè, non caſo, non pro libidine, ſed ex recta ratione. Rationem autem appello, non iudiciom humanum per ſe, ſed formatum verbo Dei. Nam ſi temerè, aut pro libidine pœnæ relaxentur, non iam poteſt eſſe virtus. Violat enim ioſtitiam. Virtus autem eſt formula rectæ rationis. Clementia paulùm inflectit leges: ſeueritas verò nullo modo flectitur. Modò autem hac vtendum eſt, modò illa. Si atrox cauſa incidat, adhibenda eſt ſeueritas, non clementia. Interdum releuatur cauſa ex circumſtantiis: ibi locus eſt clementiæ. Clementia verò quamuis inflectat legem cōmunem, tamen nil facit contra rectam rationem. Habet enim rationem circumſtantiarū: atque ita imponit pœnas: dumque clemens remittit aliquid de ſupplicio, hoc indicat, eum cui remittit, plus pati non oportere. Spectat enim non verba, ſed mentem & conſilium legis. Cùm autem debita pœna vniuerſa remittitur, non clementia eſt, ſed venia. Ea autem à ſolo Deo ſperanda eſt. Quod etiam Iudæi intelligebant, cùm dicerent, *Quis eſt hic, qui remittit peccata?* Sed dices, ſi ita res habet, ergo alij quidem principes potuerunt vti clementia: at Iudæi non potuerunt: quia vtebantur legibus Dei. Reſpondeo, illos quoque potuiſſe eſſe clementes: ſed non aliter, quàm ſi nulla certa pœna fuiſſet præſcripta in lege Dei. In Leuitico & Deuteron. præcipitur, vt ſint iuſta pondera, & iuſtæ menſuræ. Qui ſecus feciſſet, puniendus erat. Atqui pœna nulla imponebatur. Ibi ergo erat locus clementiæ, & ſeueritati iudicis. Alia lex erat, vt illi, qui fuſtuario digni eſſent, ne plus quàm quadraginta plagæ infligerentur. Hic erat in poteſtate iudicis, vt infra eum numerum vel pluribus vel paucioribus plagis afficeretur. Alia lex erat, ne ſeruus, qui ſe vendidiſſet in poteſtatem alterius, grauiter affligeretur. At ſi Dominus eum violentius oppreſſiſſet, nulla erat pœna definita legibus. Hic ergo quoque locus erat clementiæ iudicis. Non ergo fruſtrà Iudæorum principibus inculcabatur clementia. Ea enim vti licebat & in humanis legibus ab ipſis promulgatis, & in diuinis, quatenus, vt dixi, certa pœna non erat præſcripta legibus.

Venia quid: ea Dei maximè propria.

Vbi, & quando reges Iudæorum clementiam exercere poterant ex Vermilij ſententia.

Capvt 5.

Reliquis argumentis reſpondet, ſuo more, hoc eſt, non vbique bene.

Qvod autem ad Cæſaris Auguſti clementiam pertinet, reſpondeo, illam legē, quę habetur ad legem Iuliam maieſtatis, fuiſſe humanam. Quibus enim pœnis afficiendi ſunt cōſpiratores, decretum eſt à principibus. Itaque laxari ab illo lex illa potuit. Iudicauit fore ſatis, ſi Cinnam grauiter increpaſſet. Et certè eum in ea hiſtoria grauiter commotum fuiſſe legimus. Itaque ſatius eſſe putauit aliquid de pœna remittere. Quota verò pars remittenda ſit, indicat *ἐπιείκεια*. At leges humanę, cùm ſequuntur præſcriptum naturæ, habendæ ſunt leges Dei. vt homicidam morte tollendum eſſe. Hic nihil à iudice remitti debet. Eſt autem clementia habitus, quo ex lenitate animi pœnas legales mitigamus intra terminos iuſtitiæ.

Clementia definitio.

Dauid abſoluit Semei, fateor. Tamen cùm videret, eum non debere abire impunitum, mandauit Salomoni, ne eius canos dimitteret ad ſepulchrum impunè. Dauidi autem ipſi non expediebat eum occidere. Primùm enim cùm eſſet ex familia Saulis, videri poſſet odio incitatus in eius poſteros: deinde comprobaſſet eius verba, à quo antè appellatus fuerat *vir ſanguinum*. Poſtremò, non debuit eam lætitiam & gratulationem populi conturbare. Ita Ioab ignouit, qui occiderat duos viros ſe meliores. Vidit eum multum poſſe apud exercitum. Itaque illum quoque remiſit Salomoni. Peccaſſe tamen Dauidem negari non poteſt, & cùm Amnonem de inceſtu, & cùm Abſalonem de parricidio abſolueret. Sed quod facere recuſauit, id poſtea Deus ipſe per ſe fecit. Nam Amnon interfectus eſt ab Abſalone: & Abſalon ſuſpenſus in arbore lancea confoſſus eſt à Ioab.

Reſpondet arg. 2.

Quod Paulus Oneſimum domino ſuo Philemoni commendat, id non multùm ad rem facit. Nam Philemon erat priuatus. & nulla hic præſcripta erat lex Dei. Orat tantùm Paulus, vt remittat priuatam iniuriam: quod commune eſt omnium Chriſtianorum. Orat, inquā Philemonem, vt remittat iram: idque non cōtra, ſed iuxta legem Dei facit. Nam lex eſt in Deuteron. *Si fugerit ad te ſeruus alienus, non reddes illum domino ſuo*: quod intelligendum eſt, quamdiu dominus furit, & impatienter commouetur. Id & domino vtile erat, ne nimis iracundiæ ſuæ indulgeret: & ſeruo, ne vehementius plecteretur.

Reſp. 3.

Romanorum verò factū, quod in Paſchate hominē aliquem vinctū, & damnatum Iudæis remiſerint, non poſſumus probare. Deus enim nuſquā iuſſerat, vt in ſuis ſolennitatibus aliquis noxius dimitteretur. Romani autem hoc pacto blandiebantur Iudæis, vt eam ſeruitutem facilius tolerarent. Eadem ratio fuit, cur Principes Chriſtiani in hebdomada ſancta aperire voluerint carceres, & ſontes dimitti. Erant enim non ita pru-

Vide quid improbet, & admirare hominis audaciam.

Reſpond. 5.

Reſp. 4.

Nos verum reſpondebimus.

ita prudentes legum diuinarum. Nam ſi propter æs alienum fuiſſent vincti, condonaſſent non ſuum, ſed alienum: ſin propter facinora, hoc fuiſſet feneſtrā aperire ad nequitiam. Sed non poſſunt facilè medium tenere Principes. Quemadmodum enim miniſtros verbi aut miſeros, & mendicos eſſe volunt, aut principes & Deos quodammodo: ita aut ſontes vnà cum inſontibus puniunt, quod fecit Theodoſius: aut ita parcunt omnibus, vt nihil ſeuerè adminiſtretur.

Reſpon. 6.

Auguſtinus verò interceſſit ille quidem fateor, pro Donatiſtis: ſed non negabat, licere magiſtratui animaduertere in hæreticos. Sed cùm Circumcelliones ſæuirent in Chriſtianos, & Eccleſia iam cogeretur implorare auxilium Principum, iamque Circumcelliones punirentur, Eccleſia videbatur cruenta eſſe, & ſuas iniurias perſequi. Non tamen orat Auguſtinus, vt illis in totum ignoſcatur, ſed tantùm vt abſtineatur à ſanguine. Verùm quicquid eſt, Auguſtini exemplum non debet cuiquam præiudicare. Legibus enim viuimus, non exemplis. Hodie enim, ſi quis Miniſtrum occidiſſet, aut latrocinium exercuiſſet, quis pro illo intercederet?

Sanctorum viri hæretici facta dum dicit, exemplis non mouentur.

Reſp. 7.

Sed erat ſontibus perfugium ad Eccleſias, eſto. Nec nos aſyla tollimus: Deus enim ea permiſit. Nam ſi cauſa obſcura eſt, interim dū de ea quæritur, melius ibi eſſe poſſunt, quàm in carcere. Cognita verò cauſa, Deus ipſe iuſſit, facinoroſum auferri ab ipſis altaribus, & occidi.

Concludit negantem partem Vermelius.

Hæc ſunt quæ me mouent, vt putem non licere Principi, condonare pœnam peccatorum. Et certè ſapientes ſemper iudicarunt, optimè conſtitutam eſſe Remp. Vbi quam pauciſſima relinquantur in poteſtate iudicum. Reſpub. Iſraëlitica perpauca habuit eiuſmodi: at aliqua tamen. Quod erat definitum legibus, nullomodo erat remittendum. *Non parcat*, inquit Deus, *oculus tuus: non parces vxori tuæ, quæ dormit in ſinu tuo.* Hæc omnia Vermilius in eam controuerſiam contulit, & perpauca alia, quæ propterea quòd non facerent ad propoſitum, ſed maledicendi ſtudio intexuerat, &, vt refelli poſſent, alias quæſtiones, poſtulabant ab inſtituto noſtro alienas, omittenda duximus.

CAPVT 6.

Refellitur negans Vermilij ſententia, & contraria probatur.

QVÆ hoc loco deſcripſimus non omnia nobis refutanda ſunt, cùm ferè ex Scholaſticorum fontibus, ac potiſſimùm D. Thomę doctrina. 2. 2. quæſt. 157. & aliquot ſequentibus petita ſint, ſed tantùm Vermilij ſententia,

A qua ſtatuit, *Principem pœnis legibus conſtitutis reū abſoluere non poſſe*. Quod vel de Regibus Iudaicis tantùm intelligi poteſt, vel etiam Chriſtianos complecti. Non erit autem opus, vt arbitror, nulla defenſione atque apologia ad tuendam Chriſtianorum Principum innocentiam, ſi ne Hebræos quidem Reges tum cùm parcerent, deliquiſſe oſtēderimus. Quamobrem hoc primùm agemus, vt Saulem ab omni calumnia vindicemus; poſtea ſi quæ digna animaduerſione videbuntur, ea notabimus.

CAPVT 7.

B *Refelluntur duæ Vermilij rationes, & Saul aſſeritur obtrectatoribus ſuis delicti veniam reuera feciſſe.*

DVPLICI ratione Vermilius Saulem neglectæ legis excuſat. Primùm, quòd, ſi lege agere vellet, ne ſeditio graſſaretur in populo extimuit. Deinde quòd eam leuitatis labem, quam facilius quàm par erat indulgendo contraxerat, pœnas poſtmodum repoſcendo deleuerit. At ſeditionis metu in eum diem à noxiorum ſupplicio temperaſſe, non fit veriſimile, cùm iam victor ab omnibus ſuſpiceretur, ac pro legitimo Rege coleretur. Deinde, quòd populus ipſe author eſſet ſontium animaduerſionis, eamque apud Regem vrgeret. 3. Quòd, C ſi pœnam in alium diem differri conſcij ſeditionis intellexiſſent, eò magis accepta occaſione ſollicitandæ multitudinis, ſeditionem concitaſſent: aut illa iam dilapſa, & vnoquoque in ſuas ſedes recepto, occupandæ arcis conſilium cepiſſent, ſuoſque ad defectionem compuliſſent; vel poſtremò ad hoſtes aufugiſſent. Quod autem ad hiſtoriam pertinet, nuſquam Scriptura narrat, eoſdem aliquando ad pœnam fuiſſe reuocatos.

Refutantur rationes Vermilij, quibus Saulem viſus eſt excuſare.

Diem autem *hanc* idcircò dixit Saul, quo facilius populum ad miſericordiam inflecteret, acceptæ conſideratione victoriæ: quæ non idcirco illis ſalutem pepererat, vt fratribus vitam eriperent. Voluit itaque ſe ea importunitate liberare. Rationem autem eam attulit, quā nemo D eſt, qui non videat etiam in diem alterum valere poſſe. Pepercit igitur, neque vllo poſtea tempore debitas pœnas repetiit: ſed cùm eſſet ſingulari quadam animi lenitate præditus, miſericordia motus eſt, ne tam ſuo dolori quā populi iracundiæ morem gereret. Regium etiam eſſe arbitratus eſt, petulantis linguæ temeritatem contemnere, iniuriaſque obliuiſci; præſertim cùm ſe iam cerneret inſigni Dei beneficio, felicitate atque induſtria inuidiam ſuperaſſe. Sed iure an iniuria hoc fecerit, quandoquidem ita videtur, exploremus.

A

Capvt 8.

Quantis rationibus Saul motus indulſerit.

Saulis factũ probatur. 1. Ratio. Primvm igitur non leue momentum habere debet ad tuendam Saulis innocentiam,
quòd Samuel teſtatur Dominũ vnà cum Saule
fuiſſe. Cum hoc enim ſermonem conferens ca.
10. *Fac*, inquit, *quæcunque inuenerit manus tua,*
quia Dominus tecum eſt. Accedit deinde, quòd
2. initio huius expeditionis ſpiritus Domini in eũ
inſiluiſſe fertur, quo agente atque regente ab
3. officio diſcedere non potuit. Aderat etiam præ- B
ſens Samuel, qui, ſi quid Rex contra legem
decreuiſſet, diſſimulare nõ potuiſſet. Nam qua
libertate, atque adeò acerbitate verborum in
eundem poſteà errantem animaduerterit, in
4. ſequentibus audituri ſumus. Præterea, nõ adeo
infirma videtur illa ratio, qua vſus eſt ad condonandam iniuriam, vt diſtuliſſe potius quàm
remiſiſſe videatur. *Dominus*, inquit, *fecit ſalutem*
in Iſraël. Nos ſcilicet ante peccaueramus, ac
propterea etiam perieramus: Iam verò ſalus
nobis diuina miſericordia reſtituta eſt. Et nos
igitur par eſt eos ſeruare atque tueri, qui ante
nos offenderant. Regem decet Deum æmulari, cuius in terris vices gerit: nam & illius
quædam imago eſt. Ille nobis, cùm indigni
tanto munere eſſemus, ſalutem contulit: ſinite
ergo etiam me his, quos ſua temeritas morti
5. addixit, ſalutem conferre. Quòd ſi, vt æquum
videtur, alia item ſignificatione ſalutẽ hanc interpremur, & intelligamus Saulem ea oratione non modò profligatam Ammonitarum ferociam, verum etiam ſuperatam ciuiũ inuidiam
complecti, quæ cauſa fingi poterit, cur meritò
ſontibus indulſiſſe negetur? Deliquerant, fateor. Regem me habere contempſerant, eſto.
Sed cùm edicto obtemperaſſent, & ſimul nobiſcum in acie ſtetiſſent, cunctis ſalutem Deus
attulit, cur ergo his Dei beneficium eripiam?
Vna eademque ratio ſalutis illos mihi, meque
illis reconciliauit. Nam illi quidem conceſſæ
à Deo authoritate victoriæ perſuaſi, me Re- D
gem obſeruant tanto nunc impenſius, quanto
imprudentius olim repudiaſſe meminerunt:
ego verò qui tandem habendus ſim, ſi præteritæ potius iniuriæ recorder, quàm præſenti beneficio commouear? Indicenti mihi bellum
ſedulò paruerunt, obiectu corporum, ac propriæ vitæ diſcrimine meam ſalutem, reliquorumque fratrum ſuorum defenderunt: hos ego
neci dabo, qui tot hominum millibus vitam
dederunt? Hos ego perdam atque interimam,
qui nos ſua virtute ac periculo, Deo ita volente, ſaluos atque incolumes præſtiterunt? Abſit
ab huius diei lætitia tam ferox atque inhumana
cogitatio. Etſi enim ſua olim culpa perierant,
diuino tamen beneficio ſalutem hodie conſecuti ſunt.

Capvt 9.

Tres vlciſcendi rationes à Philoſophis traditæ. Harum nulla Saulem ad ſumendum de reis ſupplicium vrſit.

Poſt hæc videamus, an illæ quoque rationes animaduertendi criminis, quæ à Philoſophis enumeratæ ſunt, ad ſumendum de æmulis & obtrectatoribus ſuis ſupplicium, Saulem obligare potuerint. Nam ſi ne illæ quidem eum vrgere appareant, non erit cur deinceps eius accuſemus indulgentiam. De his ita Gellius lib. 6. Noct. Att. cap. 14. Poniendis peccatis tres eſſe debere cauſas exiſtimatum eſt. Vna *Examinantur rationes vlciſcendorũ criminum à Philoſophis traditæ.* B *Gellius l.6. Noct. Att. c.14.*
eſt, quæ νουθεσία vel κόλασις vel παραίνεσις dicitur: 1.
cùm pœna adhibetur caſtigandi atque emendandi gratia: vt is, qui fortuitò deliquit, attentior fiat correctiorque. Altera eſt, quam ij qui 2.
vocabula iſta curioſius diuiſerunt, τιμωρίαν appellant. Ea cauſa animaduertendi eſt, quum
dignitas authoritaſque eius, in quem eſt peccatum, tuenda eſt: ne prætermiſſa animaduerſio contemptum eius pariat, & honorem leuet. Idcircoque id ei vocabulum, à conſeruatione honoris, factum putant. Tertia ratio 3.
C vindictæ eſt, quæ παράδειγμα à Græcis nominatur: quum punitio propter exemplum eſt neceſſaria, vt cæteri à ſimilibus peccatis, quæ prohiberi publicitus intereſt, metu cognitæ pœnæ deterreantur. Idcirco veteres quoque noſtri, exempla, pro maximis grauiſſimiſque pœnis dicebant. Quando igitur aut ſpes magna eſt, vt is qui peccauit, citra pœnam ipſe ſeſe vltro corrigat: aut ſpes contrà nulla eſt, emendari eum poſſe & corrigi: aut iacturam dignitatis, in quam peccatum eſt, metui non neceſſum eſt: aut non id peccatum eſt, cuius exemplo neceſſario metu ſanciendum ſit: tum quicquid ita delictum eſt, non ſanè dignum eſſe imponendæ pœnæ ſtudium viſum eſt. Has inquit tres vlciſcendi rationes, & Philoſophi alij plurifariam, & noſter Taurus in 1. Com-
D mentariorum, quos in Gorgiam Platonis compoſuit, ſcriptas reliquit. Hactenus Gellius: qui nobis etiam tacentibus Saulem abſoluit, ita ut non ſit neceſſe ſigillatim cõmemorare omnia, cùm ſatis liqueat, neque in poſterum Regiæ Maieſtatis contemptum vllum timeri potuiſſe, neque defectionem alteram: cùm Regis virtus, quem vt imbellem atque ignauum antea deſpexerant, tam præclaro facinore ſpectata ac comperta eſſet. Quibus poſitis, ne illud quidem opus fuiſſe dixeris, vt in iis ceteris exemplum ſtatueretur, cùm reliqui omnes etiam antea ab eo ſcelere abhorruiſſent.

CAPVT 10.

Diſtinguuntur leges diuinæ, & negatur Iudiciales regem neceſſariò obſtrinxiſſe.

Expenditur diuina lex de puniendis ſontibus.

AT lex fieri ita iubebat, eratque diuinum præceptum, quod non obſeruare Regi non licuit. Non referam contra multitudini parcendũ fuiſſe, præſertim minimè contumaci, quemadmodũ pluribus exemplis & rationibus ſæpius à me probatum eſt. Sed hoc aio, diuina

Diuina præcepta triplici genere continentur.

B præcepta diſtinguenda eſſe. Nam ſunt quædã, quæ ad diuini numinis cultum pertinent, nonnulla ad mores, cætera iudicialia appellantur. Et ea quidem quæ ad mores ſpectant, quoniam naturali ratione dictante excepimus, quæ à Deo authore denuò repetita, & in decalogum relata ſunt: ſicut illa conſtans & perpetua eſt, ita etiam perpetuo vigere atque obtinere didicimus. Ceremoniæ verò, & cætera quæ religionis antiquæ gratia lege conſtituta ſunt, tantiſper obſeruari debuerunt, donec Chriſtus ſua luce noctis opacæ tenebras diſcuteret. Quamobrem in has leges Regibus, vt arbitror, nullũ ius fuit, nec illas mutare, imminuere, aut etiam reſcindere potuerunt. C At enim cùm eſſent rerum futurarum typi, & tanquam adumbratæ quædam imagines, à Deo tantùm, qui, quæ futura ſunt, ſolus perfectè nouit, diſponi ac tradi potuerunt. Deinde non ſunt hæc regij muneris, vt ſapienter olim Azarias Pontifex Regem Oſeam admonuit, neque ſacrorum religio illis permiſſa eſt.

At iudicialia præcepta, quibus hominum ſocietas connectitur, & plures inter ſe æquabili iuris adminiſtratione componuntur, quibus ſedantur lites, & crimina, cùm inciderint, digna animaduerſione vindicantur, horum fidei ac cuſtodiæ relicta ſunt, quibus Reſp. ipſa mandata eſt.

Iudicialia præcepta in manu regum ſunt.

Quæ ſanè licet rationis ductum ſequi debeant, vt æqua poſſint dici & haberi: non tamen adeò manifeſtè ex illa prodeunt, vt non indigeant ab aliquo legiſlatore publicari. D Tametſi enim ratione intus admonente, manum à re aliena abſtinendam eſſe didicimus, an tamen capitis pœnas luere debeat, qui alienam rem inuito domino attrectauerit, non perinde notum eſt: ſed debuit lege definiri.

Porrò huiuſmodi leges, quæ ad æquitatis iudiciorumque conſtitutionem requiruntur, in aliis quidem rebus publicis diuerſi diuerſas rogauerunt: At Iudæorum Rempub. cùm in ea Deus regnaret, ſuis ipſe legibus communiuit.

Quomodo Deus ante reges regnare dicebatur.

Tum enim regnare dicebatur, cùm per ſe Regis munus obiret: cùm leges conderet, iudicia exerceret, magiſtratum præficeret, iurgia A componeret, ſcelera puniret, Rempub. denique gereret, licet ad pleraque iudice vicario vteretur. Etſi namque Iudex aliquis rerum ſummæ præeſſe videretur, non aliam tamen in rebus gerendis authoritatem obtinebat, niſi quam leges ſcriptæ præſcriberent, aut à diuina reſponſione atque oraculo accepiſſet. Itaque illo tempore, non modò Deus eum populum ſuo præſidio ac numine fouebat, & religioſis inſtitutis moderabatur, verumetiam nemini homini in ea Rep. authoritatem regiam tribuens, quæ regis ſunt partes ſibi vni reſeruauerat. Cuius inſtituti poſtquam populum tædere cœpit, hominemque regem ſibi dari ca. 8. B poſtularunt, Deus ſe ab illis deſpectum repudiatumque conqueſtus eſt: aliumque idcirco peti, ne poſthac in illos imperium exerceret. Dic ſodes quod imperium? diuinum? At illud nunquam cum homine communicauit. Regale igitur? Apparet: ſiquidem reges ipſe ſummo iure conſtituit. Regis autem illud officium eſt, præter religionem, quę ad Deum eiuſque miniſtros refertur, cæterà Remp. curare: quæ non aliter exequi poteſt, quàm ſi leges condendi atque abrogandi poteſtatem nactus ſit.

Religionem ſi excipias, cætera in regum manu ſunt.

Reſpond. obiectioni.

At non habent diuinæ leges opus abrogatione: ſunt enim æquitatis numeris abſolutæ. Verum eſt: neque enim aliter cuiquam ſuſpicari C licet. Verumtamen quæ iudiciales appellantur, cùm in iis rebus poſitæ ſint, quæ alio atque alio modo iuſtè ordinari poſſunt, mirum videri non debet, ſi pro ratione temporum mutari aliquando à regibus contingat, & aliud quippiam vſurpari, quàm quod ſtatutum eſt; quod tamen iuſtè fieri ac ſeruari poſſit. Satis enim Regi fuerit ſi nihil à recta ratione alienum decreuerit.

Reſpond. alteri obiectioni.

At legibus ipſis Reges deuincti fuerunt. Hoc ſcilicet Vermili probandum eſt, non tanquam de ſuperiori cathedra pronunciandum. Nam etſi ab ipſa ratione manifeſta deſtitueremur, quæ nobis impensè fauet, tamen ſententiam noſtram eorum exemplis, qui leges diuinas probè calluerunt, & religioſè coluerunt, probaremus. Neque enim deeſſe poterunt, ſi regum hiſtorias relegere placue- D rit, non modò Saulis & Dauidis, verumetiam optimi cuiuſque regis; qui ſuo tempore flagitia ac ſcelera ſuorum emendare atque corrigere ſæpe maluit, quàm vlciſci. Quorum veſtigiis inhærentes noſtri quoque principes, ſæpenumerò reos decretis à lege pœnis abſoluerunt. Sed tu ſcilicet diuini humanique iuris arbiter, & à Deo Regibus iudex ac cenſor impoſitus, omnium facta condemnas, & velut de tribunali pronuncias, imperitè atque ignoranter feciſſe videri. Ergóne, vt illos diuini iuris ignaros fuiſſe concedamus, arbitraris ſanctiſſimos olim epiſcopos, qui plurimùm apud principes potuerunt, omnes cæcutiiſſe?

Capvt II.

Defenditur Chriſtianorum Principum, Iudæorumque pia conſuetudo; & Dauid à calumnia vendicatur.

AT quàm maleuolè Chriſtianorum principum religioſam indulgentiam calumnieris, qua ſolent circa tempora peractæ redemprionis bumanæ, quorundam è vinctis ærumnas leuare, operæ pretium eſt animaduerteré. Nam ſi ære alieno nexus vinculis abſoluerint, creditori, inquis, iniuriam facient: ſi ſceleris ac flagitij cõuictos, impuoitaris legem ſancient; à quibus vtique tantopere cauere debuerãt, quantopere à recta ratione aberrant. Quod tuum iudicium cùm illi ſecuti non fuetint, eorũ pietate offenſus, ignorantiæ ac temeritatis accuſas. Quoniam verò S. Auguſtini exemplo factum ſuum rueri puſſe videbantur, quem ru ignurantiæ atque tarditatis arceſſere non poreras, ne huic quidem parcendum eſſe duxiſti, quin, cuius doctrinam carpere non valebas, ſalrem mores infamares. Nam quid aliud ea oratio ſignificat, viuere nos legibus nõ exemplis, niſi quantum ad Auguſtinum attinet, eius vitæ inſtitutum à diuinis legibus abhorruiſſe? Quod impudens dictum non alia ratione magis tibi excidiſſe putandum eſt, quã quod ipſe neſcires, quæ ratio ſoluendi nexos iniretur. Nou enim alienas pecunias Principes debitoribus condonant, ſed diſſuluunr: ſicque demum eos carceribus liberant. Reorum autem is delectus habetur, vr quurum maximè emendatio futura ſperatur, & ſalus arque incolumitas pluribus profutura eſt, his indulgentiæ beneficium conferatur; reliquis iudiciorum aleam experiri iuſſis. Non igitur illi culpandi ſunt, Vermili, ſed tua potius maledicentia deteſtanda. Verùm quid iſto homine facias, qui ne illa quidem probare voluit, quæ Scriptura laude arque encomio celebrauit.

Vermilius. S. Auguſtinum falſo ſuſpectum reddit.

Defenduntur pij reges vinctos ſoluentes religionis gratia.

Peccaſſe, inquir, Dauidem negari non poteſt, & cùm Amnonem de inceſtu, & cum Abſalonem de parricidio abſolueret. Arqui de poſteriori abſulutione aliter ſenſir mulier illa Thecuitis, quam ſapieutiæ nomine Scriptura commendar. Tu, qui ab ea diſſentis, vide quo nomine appellandus venias. Tamerſi verò Scripturæ honorificum illud teſtimonium pro fœmina dicenti fidem non habebas, eiuſdem tamen rationibus, quæ ſapientiſſimum Regem perſuaſerunt, cõmoueri debueras. Verùm eas ſuo loco expendemus lib. 2. Regum cap. 14. Amnouem verò idcirco pœnæ ooo ſubdidit, quòd nemo in ſeipſum ſæuire compellitur. Eſt aurem filius patris nõ minima portio, ipſis etiã oculis longè chariſſima. Si tamen ſir cõtumax, & patris imperium obfirmato animo detrectet, eundem ad ſubeundum ſupplicium producere lege iubetur. At pœnitentem filium fouere atque amplecti, & ad meliorem frugem reſeruare, non eſt lex quæ prohibeat. Amnonem in inceſtu, quo ſe per ſummam iniuriam polluerat, perſeueraſſe oon conuinces.

Defenditur Dauid.

De Abſalone.

De Amnone.

Denique Iudæurum cooſuetudinem, ſecundum quam Romani ſolerent vinctum aliquem in Paſchate ex reo eximere, præter re reprcheodit nemo. A Romanis profectam arbitraris, quò Iudæorum gratiam inirent, & in fide conſtantiores experirentur. Idem olim ſcripſit Origenes: ſed eo melior S. Cyrillus antiquiorem eſſe docer, plureſque io eam ſententiam conueniuor, vr credant, ob memoriam depulſæ eo tempore Ægyptiacæ ſeruiruris iam olim in mores irrepſiſſe. Quod negas huius abſolutionis edictum vllum à Deo proferri poſſe, imprudenter facis. Nam nec concurſus quidem ægrororum ad Probaticam piſcinam vlla lege indictus fuit: quem tamen oe ru quidem damnare audebis, niſi fortè etiam Angelum illum motus aquæ authorem, ferulæ tuæ ſubüciendum cenſeas.

Defenditur Iudæorum conſuetudo.

S. Cyrillus.

Capvt II.

Solutio quæſtionis: Reges delicti veniam facere poſſunt.

REGIBVS igitur, ac ſummis principibus ſalua arque incolumis ſua per me conſtet autoritas, nec coodonare miſeris pœnas ac ſupplicia vllo vnquam rempore prohibeãtur: meminerint tameo ſibi ſedulò obſeruandum eſſe, oe quid temerè in publicam vtilitatem peccẽt, dum gratia, prece, aur pretio iis veniam delicti faciunt, in quibus reliquis exemplum ſtatui publicè priuatimque intereſt. Erſi namque Deus, cuius ipſi clementiã ſuis iudiciis referre debent, miſericordia magis quàm ſacrificio delectetur, ſi tamen accidar, vr per eorum diſſolutam indulgeutiam diſciplina publica, quæ paci præſidio eſſe ſolet, labefacterur ac corrumpatur, pœnæ ſeuerus exactor erit idemque vindex acerrimus. At vbi remiſſio ſapientum iudicio vrilis futura vidcbitur, tum humanæ fragilitaris arque incooſtanriæ memores, eò propenſius ad miſerorum ſubleuandam deiectionẽ ferantur, quo certius ſibi conſcij ſunt, illius ſe indulgentia indigere, qui ſeueritatis aut clemẽtiæ ſuæ in nos, exemplum à nobis ſe ſumpturũ eſſe prædixir. Saulis Regis exemplum, qui ob eam cauſam à Deo reprobatus fertur, quòd Regi Amalechitarum vitam conceſſiſſet, neminem rerrere debet: ſatis enim diuerſum illud factum ab hoc fuiſſe apparer, cùm illud imperij abrogatiune vindicatum ſit, hoc verò ne verbo qoidem reprehenſum. Alias eiuſdem facti conditiunes, ſiue *τὰ κατὰ πρᾶγμα* ſuo loco videbimus.

Et immolaverunt ibi victimas.

Versus 14.

Dixit autem Samuel ad populum: Venite, & eamus in Galgala, & innouemus ibi regnum.

Versus 15.

Et perrexit omnis populus in Galgala, & fecerunt ibi regem Saül coram Domino in Galgala, & immolauerunt ibi victimas pacificas coram Domino. Et lætatus eſt ibi Saül, & cuncti viri Iſraël nimis.

Vermilius. VERMILIVS. Cùm Samuel videret omnes conſentientes & vnanimes, veniamus, inquit, in Galgala. Fuit ille locus vicinus Iordani, vbi Ioſue iuſſerat duodecim lapides collocari, quos Iſraëlitæ ſumpſerant ex fundo Iordanis, cùm aqua coosiſteret. Ibi Ioſue iuſſerat vniuerſum populum circumcidi, & fœdus renouari: qoare Samuel voluit in eodem loco renouari etiam regnum. Id autem facit, vt habere poſſet concionem ad populum, qua eos excitaret ad pœnitentiam.

ET *conſtituerunt ibi Regem Saulem.*] Renuntiatus fuerat antea: hîc autem dicitur fieri Rex, quia publicè à toto populo confirmatur. Nam antea non omoes eum pro Rege receperant. Io Latina tranſlatione habetur eum vnctum eſſe, ſed id in Hebræo noo aſcribitur. Quanquam veriſimile eſt, illum hoc tempore fuiſſe vnctum. Antea enim non fuerat vnctus publicè. Fortaſſe ea verba, cùm primùm aſcripta fuiſſent ad marginem, poſtea relata ſunt in textum. Hæc Vermilius. Nos ea verba in Latina noſtra tranſlatiooe non habemus.

Fagius. ET *immolauerunt ibi victimas pacificas coram Domino.*] Hoc genus ſacrificij, inquit Fagius in caput 3. Leuitici, quod ab Hebræis *zebach*

De ſacrificio pacificorum. זֶבַח *ſelamim* שְׁלָמִים dicitur, diuerſo modo à noſtris interpretibus redditur. Septuaginta vertunt, *hoſtiam ſalutis* θυσίαν σωτηρίου. Vulgata tranſ-

Hoſtia pacifica plures appellationes. latio, *hoſtiam pacificorum*, vel *hoſtias pacificas.* Nonnulli ſacrificium teleticum vocant, ἀπὸ τῆς τελετῆς. Et quia Leuit. cap. 7. ſeueriter præci-

Leuit. c. 7. pitur, ne quis immundus carne huius ſacrificij veſcatur, idcirco quidam hoc ſacrificium *ſchlamim* dictum putant, quaſi ſacrificium integrorum, perfectorum, immaculatorum, mundorum & ſanctorum; propterea quòd non licebat de carne huius ſacrificij edere, niſi iis qui iuxta Moſaicos ritus mundi, puri, & ſancti eſſent. Atque huc reſpexiſſe Paraphraſten Chaldæum autumant, qui legit, *hoſtiam ſanctificatorum*, quòd qui voluerint de hoc ſacrificio edere, neceſſe habuerunt, vt prius ab immundiriis ſuis purgati, & cum populo Dei reconciliati eſſent. Hebræi communiter ſentiunt, hoc genus ſacrificij ſic vocatum, *pacificorum* ſcilicet, partim quòd per ipſum pax mundo impetraretur, partim quòd ex hoc ſacrificio vna pars redderetur Domino, *in ſacrificium ignitum*: altera ſacerdoti, & tertia offerenti; id quod in aliis ſacrificiis non ſolet fieri.

Sed audiamus hac de re ipſum Rabbi Dauid Kimhi in Radicibus ſuis ſic loquentem: vocatur ſic hæc oblatio, quia *holocauſtum* totum concremabatur, & tantùm pellis cedebat ſacerdotibus. In *ſacrificio* item *pro peccato, & pro delicto*, ſanguis, & reliqua quæ in lege connumerantur, in altare aſcendebant: pectus verò & armus ſacerdotom erant, ſicut reliqua caro atque pellis. In hoſtia autem pacificorum, ſanguis & reliqua ſuper altare aſcendebant, & pectus, ac armus ſacerdotum erant, reliqua caro & pellis offerentibus cedebant, atque ita erat hoſtia pacis inter eos. Sic explicatur in libro Siphra appellato. Similem ob cauſam quoque & מִלֻּאִים. *Milluim*, id eſt, *ſacrificium plenitudinum*, (quod conſecrationis ſacrificium noſtri ferè reddunt) vocatur. *Aries* enim *plenitudinum, ſiue repletionum dicebatur*, eò quòd repleret voluntatem omnium, omnes ſiquidem de eo edebant. Hæc Kimhi.

Rabbi Dauid Kimhi. Ratio nominis ſacrifi. pacific.

Scribunt præterea quidam hoc ſacrificium fieri ſolitum fuiſſe, quoties aliquis Deum laudare volebat ſoper ſigno aliquo à ſe facto, hoc eſt, ſi quis beneficio Dei ex graui aliquo periculo liberatus eſſet; vt ſi ex vinculis ereptus eſſet, vel ex graui infirmitate conualuiſſet; aut prolem ex ſterili vxore impetraſſet. Et pro ſtabilienda hac ſua ſententia, adducunt quod ſeptimo Leuit. cap. dicitur. *Hæc eſt lex pacificorum quæ offeruntur Domino. Si pro gratiarum actione oblatio fuerit*, &c. Si ergo *zebach ſchlamim* שְׁלָמִים זֶבַח. *ſacrificium pacificorum, vel ſalutis, aut pacium* (ſi ita loqui liceret) exponamus, vt ferè noſtri accipiunt, deductum erit vocabulum ſchlamim à שָׁלוֹם *ſchalom*, quòd pacem & ſalutem ſignificat. Si verò *ſacrificium perfectorum*, integrorum, aut ſanctorum, & mundorum legamus, deductum erit à שָׁלֵם *ſchalem*, quod perfectum & integrum ſignificat. Leuit. c. 7.

Vermilij Commentarius, cui nonnullos errores, & mendacia, quæ ſanctam Euchariſtiam oppugnant, aſperſit.

VERMILIVS in eadem verba: Erant ſacrificia Euchariſtica. Non ſibi, aut populi virtuti aſcribit victoriam, ſed Domino. Ideoque illi facit ſacrificium, & gratias agit. In iſtis ſacrificiis pars cremabatur, pars cedebat ſacerdotibus, pars reddebatur populo, vt lætarentur coram Domino. Cum hoc ſacrificio conuenit noſtra Euchariſtia. In ea enim comedi- B mus, & bibimns, & lætamur coram Domino: non autem, vt Papiſtæ ſomniant, mactamus, & offerimus filium Dei. Patres quidem appellant ſæpe ſacrificium propter memoriam, & tecordationem ſacrificij. Thomas ipſe 83. quæſt. 3. part. art. 1. quærit an in miſſa immoletur filius Dei. Poſtremò concludit hac diſtinctione: Sacrificium vocatur, vel quòd ſit memoria, imago, exemplum, & ſimilitudo ſacrificij: & citat in eam ſententiam locum Auguſtini ad Bonifacium: atque hoc pacto ait Euchariſtiam poſſe vocari ſacrificium: vel quòd effectum nobis proponat ſacrificij: atque ita qnoque ait, Euchariſtiam dici poſſe ſacrificium, quia in ea ſentimus vim & fructum C mortis Chriſti. *Et de conſe. diſt. 2. cap. cùm frangitur.* Cùm frangitur panis, & funditur vinum, immolatio corporis Chriſti in cruce, & effuſio ſanguinis eius deſignatur. Quod nos habemus in Euchariſtia, id veteres habuerunt in ſuis ſacrificiis. Proponebatur Chriſtus, & populus, cum eo communicabat.

Mentitur & errat.

D. Thom.

Aliud mendacium,

& error.

Par erat vt populus de hac victoria gratias ageret Deo. Ex eo enim duplex percipitur frnctus. Primùm enim prædicatur bonitas Dei, & ſpes confirmatur, ita enim aliàs futurum auxilio: deinde alij quoque exemplo prouocantur, vt fiduciam ſuam collocent in Deo. Eſt autem hoc opus pietatis, & pertinet ad cultum Dei. Pietas enim eſt iuſtitia erga Deum, qua redditur quod illi debetur.

Fructus gratiarũ actionis.

Duabus de cauſis gratias agunt Deo: Primùm de victoria: deinde de conſtituto regno. D Gratulatur ſibi populus talem Regem. Sed bonus iſte Rex non erit perpetuò bonus. Et fortaſſe populus putabat, Samuelem non ſatis integrè reſpondiſſe, conſilium illnd petendi Regem fuiſſe contra Dominnm: iam enim Dominum dediſſe ſibi Regem: nec verum fuiſſe quod ille prædixerat, regem fote crudelem & tyrannicum: hunc enim mitem & clementem eſſe. Hactenus Vermilius.

Cauſa gratiarũ actionis.

Vermilij errores confutantur.

PLACERET equidem Vermilij comparatio, qua veterum ſacrificia confert cum Euchariſtia noſtra, ſi hoc intelligendum eſſe mqnuiſſet, quoad fas eſt & licet vmbram cum veritate conferre. Nam qui meminerit eorum, quæ paulò antea de *hoſtiis pacificis* ex Fagio, & R. Kimhi retulimus, facilè perſpicier, quæ de illis dicuntur omnia longè potiori ratione in Euchariſtiam quadrare. Encchariſtia namque multò verius *pacis hoſtia* dici poteſt, aut etiam *ſalutis*, vt Septuaginta interpretan- B tur: quàm immolatio vlla taurorum, ſiue arietum. Quæ enim ſalus maior optari poteſt quàm vita æterna? At qui Euchariſtiam manducat, teſte Domino, eam conſequitur: aut quæ pax perfectior, quàm quæ non modò fœderatos fidei vinculo nectit, vernmetiam mutua inhabitatione copulat? Id verò Euchariſtia miro quodam modo efficit, ſi modò Chriſto fidem habemus, qui dixit: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo.* Eſt etiam *teleticum ſacrificium*, ſiue *ſanctificatorum hoſtia*, vt vertit Chaldaicus Paraph. Neque enim abſque ſummo diſcrimine ab aliis quàm ſceleris puris, & ab omni nequitia alienis ſumi poteſt, quod vtique prædixit Apoſtolus dicens, *Qui enim manducat indi-* C *gnè, iudicium ſibi manducat & bibit, & Chriſti corporis ac ſanguinis reum ſe conſtituit.* Itaque ſi hoc tantùm Vermilius docere voluiſſet, nobis admodum probaretur. At cùm neget id quod huius ſacrificij caput eſt, Chriſti corpus in eo offerri, cenſnra notari meruit. Hoc verò primùm aperto marte non pugnat, ſed cùm eſſet non vulgari ingenij acumine præditus, malitia autem atque verſutia compluribus ſui ordinis excelleret, diſſimulatis parumper inſidiis, à reipſa, & victima ſacrificij ad eiuſdem ritum orationem traduxit. Non mactamus, inquit, vt Papiſtæ ſomniant, filium Dei. Quis enim Catholicorum illud vnquam ſomniauit? Non ſomnias tu quidem, Vermili, ſed vigilans ſtertis. Viri autem calliditatem atque vafritiem conſiderate. Nam primùm quidem vt rem ſa- D crificij oppugnet, de ritu contendit. Deinde ritum fingit cùm ineptiſſimum, tum à fide Catholicorum alieniſſimum; quo facilius ab iis, qui ſe decipi non ſentiunt, fidei noſtræ condemnationem per calumniam obtineat.

Euchariſtia & victima pacifica collatio.

Vermilij error de Euchariſtia confutatur.

Poſtremò, quoniam ſe mendacij citò tedargui poſſe intelligebat, ſingulari prorſus audacia teſtes noſtros ante occupat, & in medium contra nos producit, tanquam diuerſum ab iis ſentiamus, non aduertens miſer eorum nos teſtimonio abſolui. Nam ſi, quod fingebas, D. Thomas refellit, quid eſt quod obiicis? Qnid vltra nobis moleſtiam exhibes? Nam ſanctiſſ. huius viri, qui Chriſtianam doctrinam admirando illo opere ſummatim complexus eſt, ſententiam ſequimnr, fidem probamus, veſti-

giis inhæremus. Quod igitur ille negat, nos negamus. Negat mactare nos filium Dei, nos quoque negamos. Duplici autem titulo Euchariſtiam Chriſti immolationem dici aſſeuerat, & qòod ſit imago Dominicam paſſionem referens, & quòd eiuſdem fructus nobiſcum communicet: idem nos quoque aſſeueramus. Ergo par erit ratio Moſaici atque Euangelici ſacrificij. Contrà D. Thomas eodem loco, quem tu ex parte protuliſti. Sic enim ait: Quantum igitur ad primom modum, poterat dici Chriſtus immolari etiam in figutis veteris teſtamenti. Vode & Apocalyp. 13. dicitur: *Quorum nomina non ſunt ſcripta in libro vitæ agni, qui occiſus eſt ab origine mundi.* Sed quantum ad ſecundum modum, ptoprium eſt huic Sacramento, quod eius celebratiooe Chriſtus immoletur. Hæc D. Thomas.

S Thomas modum explicat Euchariſticiſacrificij.

D. Thom. q. 83 3 par. art. 1.

Apoc. 13.

Caput vero illud, *cum frangitur*. De conſe. diſt. 2. neſcio an ſatis ſyncerè retuliſſe videri poſſis, quoniam illud aliis atque aliis verbis contexitur, quæ re mutaſſe neceſſe eſt. Sic autem ſe habet: Dum frangitur hoſtia, dum ſanguis de calice in ora fidelium funditor, quid aliud quàm Dominici corporis in cruce immolatio, eiuſque ſanguinis de latere effuſio deſignatur? Allegatur ex libro ſentent. S. Proſperi.

De conſecr. Diſtinct 2. cap cum frangitur.

Contra Vermilium, vera & germana ſancti Thomæ de ſacrificio Miſſæ ſententia.

PORRÒ quod ad rem ipſam, ſeo victimam ſacrificij attinet, tametſi D. Thomæ ſententiam latere cupiebat, palàm tamen explicabo. Ille igitur 3. part. quæſt. 75. art. 1. in hunc modom diſſerit. Reſpondeo dicendum, quod verum corpus Chriſti & ſanguinem eſſe in Sacramento hoc, neque ſenſu, neque intellectu deprehendi poteſt: ſed ſola fide, quæ autoritati diuinæ innititur. Vnde ſuper illud Luc. 22. *Hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur*, dicit Cyrillus: Nolim duhites an hoc verum ſit, ſed potius ſuſcipe verba ſaluatoris in fide: cùm enim ſit veritas, non mentitur. Hoc autem conuenieos eſt. Primò quidem perfectioni nouæ legis. Sacrificia enim veteris legis illud verum ſacrificium paſſionis Chriſti continebant ſolùm in figurá: ſecundùm illud Hebræor. 10. *Vmbram habens lex futurorum bonorum, non ipſam rerum imaginem.* Et ideò oportuit, vt aliquid plus haberet ſacrificium nouæ legis à Chriſto inſtitutum: vt ſcilicet cootineret ipſum Chriſtum paſſum, non ſolùm in ſignificatione vel figura, ſed etiam in rei veritate. Et ideo hoc Sacramentum, quod ipſum Chriſtum realiter continet (vt Dionyſ. dicit. cap. 3. Eccleſ. Hierar.) eſt perfectioum omnium aliorum Sacramentorum, in quibus virtus Chriſti participatur. Secundò hnc competit charitati Chriſti, ex qua pro ſalute noſtra, corpus verum noſtræ naturæ aſſumpſit. Et quia maximè proprium amicitiæ eſt conuiuere amicis (vt Philoſophus dicit 9. Ethic.) ſui præſentiam corpotalem nobis repromittit in præmium, dicens: Matth. 24. *Vbi fuerit corpus, illuc congregabitur & Aquila.* Interim tamen oec ſua præſeotia corporali nos in hac peregrinatione deſtituit, ſed per veritatem corporis & ſanguinis ſui, nos ſibi coniungit in hoc Sacramento. Vnde ipſe dicit Ioann. 6. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo.* Vnde hoc Sacramentum eſt maximæ charitatis ſignum, & noſtræ ſpei ſubleuamentum, ex tam familiari coniunctione Chriſti ad nos. Tertib hoc competit perfectioni fidei, quæ ſicot eſt de diuinitare Chriſti, ita eſt de eius humanitate: ſecundum illud Ioann. 14. *Creditis in Deum, & in me credite.* Et quia fides eſt inuiſibilium, ſicut diuinitatem ſuam nobis exhibet Chriſtus inuiſibiliter: ita & in hoc Sacramento carnem ſuam nobis exhibet inuiſibili modo. Quæ quidam non attendentes, poſuerunt corpus & ſanguinem Chriſti non eſſe in hoc Sacramento, niſi ſicut in ſigno, quod eſt tanquam hæreticum abiiciendum, vtpote verbis Chriſti contrarium. Vnde & Berengarius, qui primus hoius erroris auctor fuerat, poſtea coactus eſt ſuom errorem reuocare, & veritatem fidei confiteri. Hactenus D. Thomas.

D. Thom. *D. Thomæ ſententia de Euchariſtia quod ad rem ipſam attinet.*

S. Cyrillus.

S. Dionyſ. c. 3 Eccleſ. Hierar.

CAPVT DVODECIMVM.

DIXIT autem Samuel ad vniuerſum Iſraël: Ecce audiui vocem veſtram
iuxta omnia quæ locuti eſtis ad me, & conſtitui ſuper vos regem.
2 Et nunc rex graditur ante vos: ego autem ſenui, & incanui: porrò
filij mei vobiſcum ſunt: itaque conuerſatus coram vobis ab adoleſcen-
tia mea vſque ad hanc diem, ecce præſto ſum. 3 Loquimini de me
coram Domino, & coram Chriſto eius, vtrum bouem cuiuſquam tu-
lerim, aut aſinum: ſi quempiam calumniatus ſum, ſi oppreſſi aliquem, ſi de manu cuiuſ-
quam munus accepi: & contemnam illud hodie, reſtituamque vobis. 4 Et dixerunt:
Non es calumniatus nos, neque oppreſſiſti, neque tuliſti de manu alicuius quippiam.
5 Dixitque ad eos: Teſtis eſt Dominus aduerſum vos, & teſtis Chriſtus eius in die hac,
quia non inueneritis in manu mea quippiam. Et dixerunt: Teſtis. 6 Et ait Samuel ad
populum: Dominus qui fecit Moyſen & Aaron, & eduxit patres noſtros de terra
Ægypti. 7 Nunc ergo ſtate, vt iudicio contendam aduerſum vos coram Domino
de omnibus miſericordiis Domini, quas fecit vobiſcum, & cum patribus veſtris. 8 quo
modo Iacob ingreſſus eſt in Ægyptum, & clamauerunt patres veſtri ad Dominum: &
miſit Dominus Moyſen & Aaron, & eduxit patres veſtros de Ægypto: & collocauit
eos in loco hoc. 9 Qui obliti ſunt Domini Dei, & tradidit eos in manu Siſaræ ma-
giſtri militiæ Haſor, & in manu Philiſthinorum, & in manu regis Moab, & pugnaue-
runt aduerſum eos. 10 Poſtea autem clamauerunt ad Dominum, & dixerunt: Pec-
cauimus, quia dereliquimus Dominum, & ſeruiuimus Baalim & Aſtaroth: nunc ergo
erue nos de manu inimicorum noſtrorum, & ſeruiemus tibi. 11 Et miſit Dominus
Ierobaal, & Badan, & Iephte, & Samuel, & eruit vos de manu inimicorum veſtrorum
per circuitum, & habitaſtis confidenter. 12 Videntes autem quòd Naas rex filio-
rum Ammon veniſſet aduerſum vos, dixiſtis mihi: Nequaquam, ſed rex imperabit no-
bis: cùm Dominus Deus veſter regnaret in vobis. 13 Nunc ergo præſto eſt rex veſter,
quem elegiſtis & petiſtis: ecce dedit vobis Dominus regem. 14 Si timueritis Domi-
num, & ſeruieritis ei, & audieritis vocem eius, & non exaſperaueritis os Domini: eritis
& vos, & rex qui imperat vobis, ſequentes Dominum Deum veſtrum. 15 ſi autem
non audieritis vocem Domini, ſed exaſperaueritis ſermones eius, erit manus Domini
ſuper vos, & ſuper patres veſtros. 16 Sed & nunc ſtate & videte rem iſtam grandem
quam facturus eſt Dominus in conſpectu veſtro. 17 Numquid non meſſis tritici eſt
hodie? inuocabo Dominum, & dabit voces & pluuias: & ſcieris, & videbitis quia gran-
de malum feceritis vobis in conſpectu Domini, petentes ſuper vos regem. 18 Et cla-
mauit Samuel ad Dominum, & dedit Dominus voces & pluuias in illa die. 19 Et ti-
muit omnis populus nimis Dominum & Samuelem, & dixit vniuerſus populus ad Sa-
muelem: Ora pro ſeruis tuis ad Dominum Deum tuum, vt non moriamur. addidimus
enim vniuerſis peccatis noſtris malum, vt peteremus nobis regem. 20 Dixit autem
Samuel ad populum: Nolite timere, vos feciſtis vniuerſum malum hoc: verumtamen
nolite recedere à tergo Domini, ſed ſeruite Domino in omni corde veſtro. 21 Et no-
lite declinare poſt vana, quæ non proderunt vobis neque eruent vos, quia vana ſunt.
22 Et non derelinquet Dominus populum ſuum propter nomen ſuum magnum:
quia iurauit Dominus facere vos ſibi populum. 23 Abſit autem à me hoc peccatum
in Dominum, vt ceſſem orare pro vobis, & docebo vos viam bonam & rectam.
24 Igitur timete Dominum, & ſeruite ei in veritate, & ex toto corde veſtro. vidiſtis
enim magnifica quæ in vobis geſſerit. 25 Quòd ſi perſeueraueritis in malitia: & vos
& rex veſter pariter peribitis.

Digitized by Google

A

Versvs 1.

Dixit autem Samuel ad vniuerſum Iſrael: Ecce audiui vocem veſtram iuxta omnia quæ locuti eſtis ad me, & conſtitui ſuper vos Regem.

Vermilius.

VERMILIVS: Hoc caput diuiditur in eas partes. Primo loco Samuel purgat ſe de rectè adminiſtrata Rep. deinde accuſat populum ingratitudinis. Tertiò eius oratio teſtimonium habet diuinitus tonitrua, & pluuias. Quartò populus afficitur pœnitentia. Poſtremò Samuel eos conſolatur.

Argumentum orationis, quam Samuel ad populum habuit.

Scopus orationis Samuelis eſt, vt populus ptouocetur ad pœnitentiam. Itaque id agit, vt intelligant errorem ſuum. Commemorat ea, quæ ita aperta erant, vt negare nón poſſint. Ea remitti non poſſunt, niſi aguoſcantur. Non celebrat Samuel ſuas laudes, quòd aliquo ſui amore tangeretur, ſed quòd id videret vſibus populi conuenire. Ita Paulus laudat ſeipſum. Et *vtinam*, inquit, *tuliſſetis inſipientiam meam.* Non erat ea ſtultitia: ſed iſta ſpecie ſtultitiæ voluit Corynthios abducere à vera ſtultitia, patiebantur enim ſe à falſis Apoſtolis affligi & deuorari. Ita Samnel cùm ſeipſnm laudat, vult eos abducere à ſtultitia quam ipſi non videbant. Habita fuit iſta nratio ſub rempus lætitiæ, cùm populus elegiſſet ſibi Regem. Placebant ſibi, quòd Regem à Deo petiiſſent: Deum enim iam ſibi dediſſe & Regem, & clementem regem, & victorem. Iſtis cogitationibus illorum occurrit Samuel. Vidit illos hoc poſſe dicere: Petiuimus Regem, quod tu non rectè adminiſtrares Remp. Hoc primùm refutat Samuel, diſſimulans, quid eſſet interim concluſurus. Secundo loco dicere potuiſſent, voluiſſe habere ſe Regem, qui ſe aduerſus Nahas & Palæſtinos defenderet, hîc occurrit Samuel. Ab eo tempore quo exiiſtis ex Ægypto, Deus ſemper vos liberauit, & dubitatis, ne nunc ſit deſerturus? Tertiò fortaſſis Samuel illis videri poſſet delirus ſenex. Ita Deus pluuiis & tonitrubus eius orationem comprobauit. Hîc populus non poteſt amplius tergiuerſari. Itaque agnoſcunt peccatum ſuum, & agunt pœnitentiam. Hæc orationis ſumma eſt. Hactenus Vermilius.

Quare Samuel ſeipſū laudet.

Occurrit tacitis populi cogitationibus Samuel.

Itaque Samuel poſtquam recenti victoria inuidiam ſuperatam videt, &, ſi quis olim fuerat recens electi regis contemptus, rei geſtæ magnitudine eſſe oppreſſum, ac pari demum conſenſu eum, qui à Deo electus eſſet, à populo recipi, hanc orationem ad populum habuit: Voluntati veſtræ per omnia morem gerens, feci quod petiſtis, ô viri Iſrael, poſtulata veſtra ad Deum retuli, Regemque Reip. veſtræ præfeci, nec præfeciſſe tantum ſatis fuit, verum etiam, quod ipſi non ſine ingenti gaudio experti eſtis, vota veſtra is iam ſuo ductu atque armis ſuperauit.

Versvs 2.

Et nunc Rex graditur ante vos: ego autem ſenui & incanui: porrò filij mei vobiſcum ſunt: Itaque conuerſatus coram vobis ab adoleſcentia mea vſque ad hanc diem.

GRADITVR *ante vos.*] Eadem dictio Hebræis, quæ 2. cap. ponitur eo loco, *Et ambulabit coram Chriſto meo*, & mox iterum, *Conuerſatus coram vobis.* Non igitur ibi poſſumus illam dictionem pro ſubiectione interpretari, quaſi
B ex illis verbis probari poſſit, Pontificem Regis examini ſubiacere oportuiſſe, niſi fortè Regem quoque populi iudicio ſubiicimus; quod quàm abſurdum ſit, ex ipſo Regis inſtitutionis decreto patet. Non igitur ea vis eſt dictionis iſtius, non is ſenſus verborum, non mens prophetæ: ſed hoc potius dicere voluit: Poſtquam Regem habetis à vobis quidem expetitum, à Deo autem comprobatum, qui lites veſtras dirimat, iurgia amputet, ſcelera vindicet, innocentiam tueatur, in ſcelera animaduertat, reliquum eſt, vt ego, qui tanto tempore rebus præfui, iudiciis præſedi, Remp. adminiſtraui, priuſquam eo onere leuatus abeo, méque domum recipio, reddam rationem adminiſtrationis meæ. Vos itaque ſi quid à me
C peccatum eſt, aut vllo vnquam tempore admiſſum, quod reprehendendum putetis: ſi cuius à me animal vi abactum eſt, aut veſtis erepta, aut alia quæuis præter æquum irrogata iniuria; ſi munus acceptum (*manus propitiationem* vertit Pagninus) quo me quiſquam iniuſtitiæ ſuæ patronum atque aſſertorem haberet: accuſate me, & coram Domino, & coram Chriſto eius palàm ac publicè arguite & exprobrate; vt quicquid illud fuerit, ego hodie, vt par eſt, reſtituam. Singula verba paulò accuratius expendamus.

לִפְנֵיכֶם Liphneichem certè, ante facies veſtras, non vtique ſubiectionem denotat.

Oratio Samuelis.

REX *graditur ante vos.*] Hoc eſt, in omnium oculis verſatur, nec quenquam aditu prohibet. Ad illum itaque poſthac confugite,
D illius opem implorate illius ſtate iudicio atque imperio ſubiacete; neque enim vobis illum cõtemnere poſthac impunè licebit. qualem enim expetiſtis, qui ſummam in vos poteſtatẽ obtineret, & pacis militiæque iura tractaret, talem vobis hunc Deus ſua auctoritate impoſuit. Itaque in poſterum me fatigare deſinite.

EGO *autem ſenui & incanui.*] Vtrumque Samuel notat, primò ſenium, deinde, vt cum Varrone loquar, etiam canitudinem. Plures enim à primo ortu canos extitiſſe hiſtoriæ memorant; veluti Tarchonta quendam, qui à Tyrrheno oppidis duodecim in Hetruria conditis præfectus fuit; quod tamen innatæ illius à puero prudentiæ tributum à Poetis veriſimile eſt. At procul à fabulis. Strabo Tarquinium Priſcum prudentiſſimum Regem, ab ineunte pueritia canis inſignem fuiſſe tradit. Idem de Numa Pompilio Seruius aſſerit, autore Vir-

Cani à pueritia.

Strabo.

Seruius.

Ego avtem senvi at incanvi.

Virgilius.

gilio, cuios in hunc ſenſum hæc verba interpretatur lib. 6. Æneid.

Quis procul ille autem ramis inſignis oliua
Sacra ferens? Noſco crines, incanáque menta
Regis Romani: primus qui legibus vrbem
Fundabit, Curibus paruis. & paupere terra
Miſſus in imperium.

Solinus.

Albani etiam Scythiæ populi, ſi Solino credimus, albo crine naſcuntur, & canitiem habent auſpicium capillorum. Sic comæ color, genti nomen indidiſſe videtur. Ne igitur præcanum, vt Latinè dixit Horatius, aut προπόλιος, vt Græcè alius Dionyſius, Samuelem fuiſſe quis exiſtimet, ſenem ſe & canum nominauit. Quod certè gruibus neutiquam contingit: illæ namque, vt author eſt Ariſtoteles, ſenectute nigreſcunt potius quam caneſcunt.

Ego *autem ſenui & incanui.*] וְזָקַנְתִּי וָשַׂבְתִּי *zachanthi vaſabthi.* Senui à verbo זָקֵן *zachen*, quod ſenuit ſignificat: & שָׂב *Sab* cum puncto dextro, ſiue שׂיב *ſeb*, quod eſt canuit. Malè feriati Iudæi quos mirantur nonnulli iuniores, docent, quod שֵׂיבָה *ſebah* ſeptuaginta, זִקְנָה *ziebnah* ſexaginta annorum ætas ſit. Ludit igitur Samuel, quod minimè verum eſt: quin potius cùm vtroque vtitur, ſenem ſe canumque prædicat.

Schindlerus.

Varia tranſlatio.

Schindlerus in Pentaglot. ſic legit: *Ego autem conſenui*, וְשַׁבְתִּי *veſabthi.* Laa. καὶ καθήσομαι *& ſedebo.* Acceperunt pro יָשַׁב *iaſchab* ſedit. Hæc Schindlerus. Nos tamen nunc aliter legimus apud Septuaginta: καὶ ἐγὼ γεγήρακα καὶ καθήσομαι, *Ego autem ſenui & incanui.* Si tamen puncta auferas, videtur Hebraica dictio in vtroque ſenſu commodè exponi poſſe. שׁב cum puncto dextro שׁ ſedere, cum ſiniſtro שׂ caneſcere ſignificat. Sublato itaque punctorum diſcrimine, quod recentius eſt, & à Iudæis inuentum, cùm fidei noſtræ inſidias ſtruerent: non ineleganter aliis quoque modis locus iſte transferri poterit. *Ego enim iam ſenui, & conuerſus ſum:* ſeu ad vitæ metas propero. Nam redire etiam eſt, & ad locum ſuum reuerti. Reſipiſcere etiam & pœnitere, conuerti, à propoſito abſtinere, inſtitutum vitæ mutare ſignificat. Iram etiam cohibere, acquieſcere, retuliſſe ſine renuntiaſſe, faciem auertere, denegare ſui copiam. Quæ tum omnia verè à Samuele dici potuerunt. Nam etſi ſemper iuſtitiam ac pietatem coluerat, impenſius tamen, poſtquam ſe cura Reipub. ſolutum iri ſenſerat, animum colligere cupiebat, & ad contemplationis ſtudium traducere. Prophetæ munere dudum functus fuerat, &, ſi fortè ſtomachum populi improbitas & pertinacia eidem mouerant, omnis ille calor refrixerat: Deinceps etiam non ita ſæpe ſui copiam publicè facturus erat. Quamobrem hoc eos orabat, vt ſi quid contra ſe querelarum haberent, palàm nunc in publicis comitiis exponerent. *Ego enim ſenui & incanui.*

De Canitie.

Ariſtoteles.

Est autem canities capillitij morbus, Ariſtotele teſte, lib. 5. de generatione animalium, ætatis vitio accidens, quam imbecillitas & defectus natiui caloris conciliat: definiturque ab eodem, veluti ſitus quidam & rancida putredo alimenti pilorum non concocti, ac proinde in putredinem abeuntis. Inde manauit illud ex Comicorum ſchola, αἱ πολιαὶ γήρως εὐρὼς καὶ πάχνη, id eſt, cani, ſenectutis ſunt ſitus ac pruina. Idem author cauſam cur ſit candida, hanc adfert, quoniam & ſitus carioſorum plerumque albeat, pruinæ quam proximè reſpondens. Propterea ſcilicet canitiem capitis ſpumam Q. Calaber, niuem Prudentius, Cygneam pluuiam Horatius & Ouidius à coloris ſimilitudine dixerunt.

Canities quid ſit.

Q. Calaber. Prudentius. Horatius. Ouidius.

Sapientius, mea quidem ſententia, ac pro merito ætatis magnificentius Salomon Prouerb. cap. 20. v. 29. *honos ſenum eſt* שֵׂיבָה *ſebah ſiue canities.* Cui hîc quoque illud aliud verbum adiungitur, quod alio loco ad ſapientiam retulit Chald. Paraphr. Nam vbi legimus Geneſ. 37. *Iſrael diligebat Ioſeph præ omnibus filiis ſuis, eo quòd in ſenectute genuiſſet eum.* ſiue, vt alij vertunt, *quia filius* זְקֻנִים *zechunim ſenectutis erat ei*: ipſum enim ſenex genuerat annos natus nonaginta & vnum: Targ. interpretatus eſt, *eo quòd filius* חַכִּים *hhakim ſapiens.* quòd ſenis inſtar ſaperet, & ſenili prudentia excelleret: Quare nec ineleganter Hippothous Poeta canos τὸ γήρως ἄνθος ſiue ſenij florem nominauit. Eſt enim canities veluti flos quidam virtutum, quæ ſenectute potiſſimùm exoriuntur. In primis autem ipſa prudentia, quæ virtutum omnium mater eſt, propterea celebri epitheto mentis canities appellatur. Quapropter etiam S. Gregorius Nazian. cum Euandri Monachi prudentiam plurimùm commendare vellet, ſcripſit, mentem canitie ipſa candidiorem habuiſſe. Patrem verò ſuum, magnum illum Gregorium, mente pariter & capite canum fuiſſe ait. Erat, inquit πολιὸς τὸ νόον, πολιός τε κάρηνον, mente & capite canus, hoc eſt prudentiſſimus. Earum namque virtutum, quæ canitiem exornant, prudentia chorum ducit: quam ſubinde ſequitur proxima comes pudicitia, ſine qua prudentia adoleſcere nequit; non poſſe enim continere, alienum eſt à prudentia. Agathius verò Scholaſticus canitiem amoris Nemeſim pronuntiauit. Quocirca etiam Veſtales, cùm pudicitiam profiteri vellent, canis ornabantur; & numen ipſum caſtitatis, Veſta cana Virgilio dicitur. Fides præterea, quòd nullum in orbe numen ſacratius habebatur, cana priſcis credita eſt. Quod item de veritate Varro tradit. Tempus verò πολιὸν τεχνίτην, ſiue canum opificem dixit Diphilus Comicus. Quinetiam rerum omnium parenti naturæ canitiem Claudianus Poëta tribuit, quemadmodum Nonnus æternitati. Parum eſt canitiem virtutes omnes, atque adeò rerum naturam ſuo ſinu complecti, niſi ipſa quoque ad numinis dignitatem pertingeret. Siquidem Daniel Deum ipſum Opt. Max. candido ſupra lanam capillo decorauit.

Canities ad laudem ſenectutis pertinet.

S. Gregorius Nazianz.

Agathius Scholaſticus.

Varro.

Diphilus Comicus.

Claudianus.

Nonnus.

Daniel. 7.

Canitiem igitur, ſi mentem ſpectes, nemo ſatis laudauerit: at corporis vires nihilo ſecius debilitat. Quamobrem cùm Samuel ſenem ſe

& canum inculcat, hoc mihi dicere videtur: Non ſum deinceps ſubeundis laboribus idoneus: nec eſt cur vltra ſpei quicquam aut præſidij in ſene, tot curis & ærumnis confecto, ponere debeatis. Hactenus vobis vixi, & veſtris commodis totus inſeruiui: nunc mihi denique quod supereſt ætatis viuendum eſt. Hunc eius opinor ſenſum eſſe verborum.

De præpoſtera ſenum quorundam ambitione.

Senum intempeſtiua ambitio notatur.

At verò, quod tantopere Samuel optauit, vt ſibi & Deo tandem aliquando vacare liceret; quàm moleſtum ſit atque odioſum pleriſque ſenibus, eorum pertinaxin retinenda rerum adminiſtratione ſtudium manifeſtat. Illi namque vacationem hanc, quam vltrò tribuit ætas, non indulgentiam ſed iniuriam interpretantur. Quod ſanè quâ ratione illis contingat, etſi quæram, non tamen inuenio. Nam ex quo nos aliis inutiles atque ingratos eſſe intelligimus, quorſum nos auerſantibus ac tædio affectis ingerimus? Nam gratos quidem flos ipſe iuuentutis, aut amœna maturioris ætatis conſuetudo ac familiaritas efficit, vtiles verò, cùm vis ipſa corporis, tum etiam robur animi, virtus, atque prudentia. Ea poſtquam in ſenibus obſoleuerint, ſi rem gratam atque vtilem aliis, ſibi autem honorificam facere ſtudeant, à rebus gerendis abſtineant: & contenti virtutis conſcientia, atque anteactæ vitæ memoria, quod fieri olim apud Athenienſes in Vulcani ludis ſolebat, vigentibus atque integris, & curſum continuare paratis lampadem tradant. Non enim nos ſimiles ſumus arborum fœtibus, qui grato primùm colore efflorescentes, oculos oblectant: deinde matureſcentes odore paſcunt: ac poſtremò iam vieti & caduci ſuo ſucco alunt. Tametſi enim cum floribus immatura ætas; matura cum fructibus conferri poſſit, non habet tamen vltrà ſenectus cui illam, niſi fortè quæ vicina eſt, morti comparemus. Quæ tamen ſi ſe ſuo pede ac modo metiri ſciat, neque præpoſterè ſuperioris ætatis officia, quibus par eſſe deſijt, vſurpet, aut iuuenilibus votis atque ambitu inſoleſcat, non caret mercede ſua: ſed pro ſuperiorum temporum meritis cumulatè gloria rependitur, & venerandæ canitiei, tanquam auguſto cuidam virtutis ac ſapientiæ delubro, ab omnibus honor & cultus exhibetur.

Non eſt ſimilis ætas hominu arborum fructibus.

Quî fiat autem vt non pauci ex eo ordine, cùm reliquis prudentia ac moderatione animi præire debeant, id minus animaduertant, hactenus diſpicere nequeo. Nam ſatis opinor experientiâ: quanta ſit rerum volubilitas atque inconſtantia, didicerunt, ita vt ſi olim rem proſperè geſſerint, nunc demum ſibi cauendum arbitrentur: ſin minus feliciter, nouum ſolem in occaſu ſuo oriturum ſperare minimè debeant. Quod ſi minus ſuo periculo edocti eſſent quàm ſit amara ea potio, quæ aureo cratere propinatur; at certè rerum humanarum, in quibus etſi nonnihil amœni, nihil tamen egregij reperire potuerunt: ſatietas ab eo ſtudio reuocaret. Alter fortaſſis huius mali alterum fontem aperiet, mihi certè duplici capite manare videtur, quorum prima ſuperbia eſt, omnium animis iam inde à primis generis noſtri authoribus inuſta macula. Nam cùm priſtinis ſuis in Rempub. meritis non parum authoritatis quæſiuiſſe videantur, ea, poſtquam Reip. minus vtilis eſſe cœpit, ad animi ſui oblectationem iucunditatemque abuti volunt. Quapropter gaudent rogari ſententiam, de rebus grauiſſimis conſuli, ſuæque ſententiæ, ætati, atque experientiæ fidei plurimùm attribui, honorificè appellari, frequenti clientum caterua ſtipari, ſi quid olim præclarè geſſerint, crebrò commemorari, poſteriorum neminem ſecum conferri: eáque omnia tanto acrius ſtudent, quãto certius norunt ſibi in collecto bona eſſe omnia, tempuſque iam quo nouos honores adipiſci poſſent, omne periiſſe. In quo, ni fallor, apum ingenium atque naturam apprimè imitantur: quæ primis quidem anni temporibus floribus incumbentes, mel ſedulò conficiunt, at hyeme, niſi maturè ſubduxeris, idem deuorant.

Duplex ratio ſenum ambitionis.

Altera ratio huius calamitatis.

Eſt verò etiam altera huius mali labes, quam ſic ſe habere nonnullis experimentis didicimus. Cùm enim ſe totos rebus alienis atque externis longo ſatis tempore tradiderint, ſui admodum negligentes extiterunt. Inde adeò fit, vt ſecum eſſe, ſecumque habitare non ferant, nec animi tranquillitate delectentur: ſed turbas ament, & variis occupationibus diſtineri, optentque alios omnes potius quàm ſeipſos regendos ſuſcipere. Itaque ſolitudine terrentur, quiete laborant: & quemadmodum alij negotiis, ſic iſti otio & pace cruciantur, ſibique munerum vacatione perire omnia conqueruntur. Ita nihil hactenus opis & præſidij in ſeipſis collocarunt. Quæ amentia, mea quidem ſententia, maxima eſt, ſic hominem quandoque affectum iri, vt ſua ſibi ſalus atque felicitas odioſa ſit. Quòd ſi ea pietas vocanda ſit, quemadmodum ipſi excuſationis loco prætexunt, aliorum ſaluti conſulere velle: quare teipſum negligis? toties aduerſum alios officio functus, aliquando teipſum diſpice. Aut igitur agnoſce non hoc fuiſſe olim pietatis ſtudium, cùm aliena procurares, ſed ambitionis fomentum: aut ſi verè pietas fuit, eandem nunc tibi curam ac ſolicitudinem impende.

Verùm, vt cum optimis ſenibus in gratiam redeamus, quorum canitiei paulo iniquior videri poſſim, niſi quantum fas eſt & licet, eorundem patrociniũ ſuſcipiam: non omniũ iſta deliratio eſt. Sunt enim non pauci, qui difficillimis Reip. ſuæ temporibus reſeruati à Deo, vt perditorum conatibus occurrerent, quod supereſt ætatis ac virium ad Reip. ſananda vulnera vtiliſſimè conferunt. Hi periculoſam aleam aliena ætate pietatis ergò ſubeunt, nec effœti corporis infirmitate deterriti cum robuſtioribus ſe committere verentur: ſed contempta morte fortiores, ſe in multa diſcrimina conjiciunt, quò plures metu ac periculo liberent.

Digitized by Google

Porro filii mei vobiſcum ſunt.

Quos ego, etſi maximè cupiam, non iuuenio quibus dignè laudibos exornem. Nam huic tanto in Remp. ſtudio atqoe beneficio, quis eſt tantus honos qui non debeatur? Verùm nonnulli ex ipſis viderint, ne dum Reip. ſtodere ſe ſimulant, vitiis ſuis obſequantur.

Porro *filij mei vobiſcum ſunt.*] Huius loci ſenſos varius eſt ac multiplex. Nam cùm ætatis ſuæ ſuprema tempora excuſare viſus eſſet, contra filiorum ætatem integram, & iuuenile robur ferendis laboribus aptum, offerre credi poteſt. Vel certè aliter, cùm ab omni crimine vitam ſuam eorum teſtimonio purgare inſtituiſſet, filios excipere: de quorum corroptelis atque iniuſtitia dudum querelas ad patrem detulerant. De quibus ait, *vobiſcum ſunt*: vt illi vice patris onera ſubeant, ſi fortè dignos exiſtimaueritis, quibus partem aliquam Reip. committatis: vel, *vobiſcum ſunt*, hoc eſt, in poteſtate veſtra, vt ſi qoid in vos deliquerint, veſtro arbitrio in eos animaduertatis. Poſteriot interpretatio ad mentem Prophetæ propius accedere videtur, vt ſit confirmatio eius ſententiæ, quam Dominus per Ezechielem prononciauit c. 14. *Fili hominis, terra cùm peccauerit mihi, vt præuaricetur præuaricans: extendam manum meam ſuper eam, & conteram virgam panis eius, & immittam in eam famem, & interficiam de ea hominem & iume[illegible] Et ſi fuerint tres viri iſti in medio eius Noe, [illegible] aniel, & Iob: ipſi iuſtitia ſua liberabunt anim[illegible]as, ait Dominus exercituum. Quod ſi & beſtias peſſimas induxero ſuper terram vt vaſtem eam: & fuerit inuia, eò quòd non ſit pertranſiens propter beſtias. tres viri iſti ſi fuerint in ea, viuo ego dicit Dominus Deus, quia nec filios, nec filias liberabũt: ſed ipſi ſoli liberabuntur.* Et iterum de alia calamitate loquens, idem repetit. Videtur inquam, hoc Samuelis facto, interminatio illa comprobari. Nam is verè in iuſtitia ſoa, vt Scriptura docet, liberauit ſe: filios autem ſuos minimè: ſed lege agi in eos permiſit, ſi quidem populus ad pœnans poſtularet. Nam ſiue hoc loco Danielis nomen pro Samuele obrepſerit, quod ideo ſoſpicor, quoniam Danielem liberos habuiſſe Scriptura non memorat (quin potius contrarium videtur aſſerere capite 6. Nam cùm iubente Rege Dario, Danielis accuſatores vnà cum filiis & vxoribus in lacum miſſi ſint, ipſe ſolus antea in eundem coniectus, ac leonibus obiectus fuerat.) ſiue Danielis, vt vera ac legitima appellatio retinenda ſit, & ipſe de more gentis matrimonium contraxerit, prolémque ſuſceperit, cuius Scriptura non meminerit: certè negari non poteſt, non aliter Samuelem cum filiis in hoc iudicio eſſe verſatum, qoam Deus per Ezechielem comminatus ſit, atque futurum prædixerit. Quòd ſi Noë, Daniel ſiue Samuel, & Iob pariter congregati, vt bene ratiocinatur in eundem locum S. Hieronymus, & in vno loco poſiti, peccatricem terram, hoc eſt, eos qui in terra peccatrice habitant, non poſſunt iræ Dei ſubtrahere: qoid diceodum eſt de his, qui putant merito parentum atque virtutibus poſſe filios peccatores de gehenoæ gnibus liberari? Vnde nec peccatorem filium, iuſtus pater poterit liberare, nec ſanctæ conuerſationis mater, impudicæ filiæ dabit præmia pudicitiæ. Et econtrario parentum vitia filiis non nocebuot: *Sed anima quæ peccauerit, ipſa morietur.* Loth in Sodomis habitans, ſed & ſpiritu & carne peregrinus, vxorem, quia poſt tergum reſpexerat, non liberauit: ſed tantùm filias, quæ forſitan non peccauerant. Et Ioſias vir ſanctus, non ſolùm peccatorem popolom ſuis virtutibus non ſaluauit, ſed & ipſe in peccatis illius mortuus eſt. Quòd ſi aliquando propter Abraham, & Dauid, in poſteros eorum miſericordiam ſuam Dominus pollicetur: notandum quod non his parcat, qui in ſceleribus perſeuereot, ſed qui agunt pœnitentiam, vt merita patrum, filiorum adiuuet conuerſio. Et iterum idem ſanctus Hieronymus poſtquam plagas enomerauit à Domino in peccatorem populom immittendas, De his omnibus, ait, nec ſpiritualium parentum, quos magiſtrus intelligimus, doctrina, nec principes nos poterunt liberare, niſi filiorum fuerit aſſenſus, & illorum obſecrationes ſuis conatibus iuuerint. *Iuſtitia enim iuſti erit ſuper eum, & iniquitas enique in ipſo commorietur. Vnuſquiſque peccato ſuo morietur, & iuſtitia ſua ſaluabitur.* Fruſtráque dicunt Iodæi: *Abraham pater noſter, cùm Abraham opera non habeant.* Quod ſi in aliquo fiducia eſt, in ſolo Domino confidamus. Maledictus enim omnis homo qui ſpem habet in homine, quamuis ſancti ſint, quamuis Prophetæ. Legimus, *Nolite confidere in hominibus.* Et iterum: *Bonum eſt confidere in Domino, quàm confidere in principibus.* Non in principibus tantùm ſeculi, ſed & principibus Eccleſiarum: qui ſuas tantùm animas, ſi iuſti fuerint, liberabunt: filios autem ac filias, quos in Eccleſia genuerint, ſi fuerint negligentes, ſaluare non poteruot: & tamen Apoſtolos loquitur: *Si cuius opus arſerit, ipſe ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem.* Hæc ſanctus Hieronymus.

Margin notes: *Sancti viri filios impios non liberãt.* — Ezechiel. 14. — S. Hieronymus. — Exechiel. 18. — Geneſ 19. — 4. Reg. 23. — *Quibus filiis Deus parcat in gratiam parentum.* — Ioann 8. — Hieremiæ 17. — Pſal. 145. — Pſal. 117. — 1 ad Cor. 3.

Itaqve ab adoleſcentia mea conuerſatus coram vobis. A adoleſcentia, &c.

Itaqve *ab adoleſcentia mea conuerſatus coram vobis.*] Sic nimirum, vt actuum meorum rerumque geſtarum vos teſtes habeam, quorum nihil vos præterit. *Ab adoleſcentia mea.* Igitur ab adoleſcentia ſua Reip. clauum tenuit. Nam illum de eodem tempore loqui puto, quo tempore magiſtratum geſſit, cuius rationem reddere paratus eſt. Filios verò ſuos iudices inſtituit prope acta iam ætate decurſáque. Quî igitur fieri poterit, vt temporum metas vtriuſque adminiſtrarionis, hoc eſt Saulis atque Samuelis, tutò figere poſſimus? Nam ſi numeri annorum Samuelis, ab ineunte ætate ad vltimam ſenectutem rationem ineas, adoleſcens enim Iudex creatus eſt: nec prius quàm ſenio confectus eſſet, ſuum munus deſeruit: ex illis quadraginta annis, quibus vtriuſque imperium à Beato Stephano in Actis concluditur, vix erit vt aliquod quodpiam ſpatium Sauli derelinquas. Niſi ſi fortè intra vnius & alterius anni curriculum, tot bella, quæ Saul geſſit, abſolui potuiſſe confidimus: vt Scriptura, fortè aliud agens, teſtari

De tempore quo Samuel Rempub adminiſtrauit.

teſtari videtur, initio capitis decimi tertij: & Samueli in principatu agenti totos triginta & octo anoos tribuamus, vt vel ſic meritò videri poſſit iuuenis adeptus imperium, & non niſi iam cano capite atque ætate infirma depoſuiſſe. Verùm, vt hoc mihi perſuadeam, noo poſſum in animum inducere. Neque enim tot conſcribi exercitus, tot bella confici, tot reges & populi tam breui interuallo debellari potuerunt. Cùm igitor appareat, Samuelis principatum intra anoos triginta neceſſariò ſtetiſſe, vt ſaltem decem

Supra c. 4.

Saulis imperio tribuantur: probabiliter interregnum illud viginti annorum, ex quo arca manſit in Cariathiarim vſque ad id tempus, quo Samuel Idolorum culto profligato, populum denuò cum Domino reconciliauit, admittendum erit, niſi velimus, quod ad Samuelem attinet, de more gentis Pandoræ in India, quæ ab ortu caneſcit, deinde nigreſcit ſenio, canos ſenectuti præcurriſſe. Id verò poſtquam vt veritati conſentaneum admiſerimus, illud quoque videndum erit, quomodo, qui tanto tempore priuatus egerit, adoleſcens potuerit magiſtratum inire.

Adoleſcentia.

Nam ſunt qui adoleſcentiam, eam ætatem, quæ prima pueritiam excipit ab anno 14. vſque ad 25. eſſe definiant. Pubeſcendi enim hunc eſſe finem Medici ſtatuunt, creſcendi Iuriſprudentes. Vnde & annum vigeſimum quintum ſtatum vocant, & *ἀκμὴν l. cùm pater. §. Curatoris. ff. de legibus.* item perfectam, plenam, atque integram ætatem.

ἀκμὴ flos, ſiue vigor ætatis.

D. de legib. 40.

Ad eam poſtquam adoleſcentes peruenerint, tum quaſi depulſa tempeſtate, animis conquieſcere, ac proinde etiam rerum ſuarum adminiſtrationem recipere, & eorum nomine quæ ante geſta ſunt, ad petendam in integrum reſtitutionem annum vtilem habere. Superiore verò ætate, fragili atque infirmo iudicio eſſe Vlpianus ait, nec ſatis dignos, qui ad moralem Philoſophiam adhibeantur, vt monet Ariſtoteles. Hæc omnia Iuriſconſulti. Cum quibus mirificè quadrat ipſa vocis Hebraicæ ſignificatio.

Adoleſcentia etymologia Hebraica.

נַעַר *Noar* enim, quod hic adoleſcentiam notat, Iob capite 36. verſu 14. tempeſtatem deſignat. Deducitur autem à verbo נָעַר *naar*, quod excutere aut etiam diſcernere ſignificat. Sic prorſus, vt verti non incommodè poſſit: *Ab eo tempore quo turbulentam adoleſcentiæ procellam euaſi.* Vſus eſt ſcilicet communi more dicendi, rametu eam ætatem puriſſimè atque ſanctiſſimè traduxiſſet: vel certè, *Ab ea ætate qua primùm iudicio valere cœpi.* Superior namque ætas non potuit eſſe examini obnoxia.

Hæc cùm ita ſint, qua tandem ratione dici poterit, adoleſcens reipub. gubernacula ſuſcepiſſe, cùm interiecta temporis intercapedo, ſi probetur, annis triginta ſex & quod excurrit, ſuperiorem conuincat? Ad hæc reſponderi poterat: apud antiquos illos macrobitas, ſeu longioris æui homines, tam anguſtis ſpatiis ætatum diſcrimina deſcripta non fuiſſe. Quinimo Cicero longè eo poſterior, adoleſcentiam cum virili ætate miſ-

A cuiſſe videtur, cùm ait libro de Senectote: Quî enim citius adoleſcentiæ ſenectus, quàm pueritiæ adoleſceotia obrepit? Quanquam & adoleſcentia, maturior ætas dici potuit ab eo, more ſenum: qui priores annos, cùm de ſuis factis diſputant, vt plurimùm adoleſcentiæ tribuunt: & ſe in adoleſcentia ſua multa feciſſe commemorant, quæ, ſi ratio temporum accuratè ſeruetur, videri poſſiot alio tempore perfecta. Itaqoe nonnulli non verentur quadragenarium eum aſſerere, tametſi ab adoleſcentia ad Rempub. gereodam acceſſiſſe noo oegent. Verùm hoc ego probare non poſſum, ſint illi licet oppidò doctiores. Primùm enim nomen ipſum נַעַר B *noar* adoleſcentiam pueritiámque paſſim ſignificat, maturæ verò ætati datum non legi. Deinde Allegoricè loquutum Samuelem non arbitror, vt ea ætas ad mores referatur. Poſtremò, qui quadragenarium tum fuiſſe aſſerunt, cùm rerum ſummæ præficeretur: eundem natum volunt, anno primo, aut ſecundo præfecturæ Heli. Atqui cùm primùm Anna mater votum nuncupauit, Sacerdotes adfuiſſe filios Heli Scriptura commemorat: qui ſi non ante ioitiati erant, quàm ad annum vigeſimum quintum peruenuiſſent, quemadmodum Leuitarum lex iubet Numer. cap. 8. iam penè veteli, · ˙ annos quadraginta, ſi oon arcam vectaſſe hu eris, certè in acie

ſupra c. 4.

ſtetiſſe dicendi eruot, pꝛ˙terquàm quòd nec verisimile eſt, ſimul om˛ tam commodè C cecidiſſe, vt quo tempore Samuel à Deo poſtularetur, Pontifex quidem infulas ſuſciperet, filij autem eius vterque idonea ætate Sacerdotio inaugurarentur. Quid igitur reſpondendum cenſes?

Primùm Samuelem adoleſcentiam hîc propriè intellexiſſe, deinde non de omni vita ſua etiam cùm priuatus foret quæſtionem haberi voluiſſe, ſed tempora duntaxat principatus ſui inqoiſitioni ſubieciſſe. Ergo ante annum quinquageſimum ſenex eſt habitus, & filij eius iudices populo dari non admodum ſenes. Ego ſic arbitror, vniuerſum tempus vitæ Samuelis in tres partes poſſe diſtribui.

Modus aliquis ſoluendæ quæſtionis indicatur.

Nam puer quidem in tabernaculo miniſtrauit, quemadmodum ſecundo capite didicimus. Deinde capite tertio, adhuc puer, ſub extrema tempo- D ra Heli Sacerdotis, quippe qui iam ſenio coofectus lucernam videre non poterat: prophetiæ nomine ab omnibus concelebratus enituit. Hanc famam Sacerdotis mors citò conſequuta eſt, & Reſpob. ingenti oppreſſa ruina, plures annos orbata principe manſit. Hoc interim ſpatio Samuel, cùm iam nominis celebritatem adeptus eſſet, in illa temporum caligine, veluti clariſſimum ſidus apparuit. Itaque plures eum conſulebant: & qoanquam necdum Iudex publicis comitiis renuntiatus eſſet, attamen penè omnium conſenſu, legum iodiciorumque arbiter honorarius habebatur. Poſtremò, cùm virtute ac ſapientia, & ſuis in omoes ac ſingulos meritis, celeberrimo omnium ordinum conuẽtu diuino nutu Iudex declaratus eſſet, authoritatem ampliſſimam nactus, Remp. c. 7. ſuper-

PORRO FILII MEI VOBISCVM SVNT.

Quos ego, etſi maaimè cupiam, non inuenio quibus digoè laudibus exornem. Nam huic tanto in Remp. ſtudio atque beneficio, quis eſt tantus honos qui non debeatur? Verùm nonnulli ex ipſis viderint, ne dom Reip. ſtudere ſe ſimulant, vitiis ſuis obſequantur.

PORRO *filij mei vobiſcum ſunt.*] Huius loci ſenſus varius eſt ac multiplex. Nam cùm ætatis ſuæ ſuprema tempora eacuſare viſus eſſet, contra filiorum ætatem integram, & iuuenile robut ferendis laboribus aptum, offerre credi poteſt. Vel certè alitet, cùm ab omni crimine vitam ſuam eorum teſtimonio porgare inſtituiſſet, filios excipere: de quorum corruptelis atque iniuſtitia dudum querelas ad patrem detulerant. De quibus ait, *vobiſcum ſunt*: vt illi vice patris onera ſubeant, ſi fortè dignos exiſtimaueriris, quibus partem aliquam Reip. committatis: vel, *vobiſcum ſunt*, hoc eſt, in poteſtate veſtra, vt ſi quid in vos deliquerint, veſtro arbitrio in eos animaduertatis. Poſterior interpretatio ad meotem Prophetæ propius accedere videtur, vt ſit confirmatio eius ſententiæ, quam Dominus per Ezechielem pronuntiauit c. 14. *Fili hominis, terra cùm peccauerit mihi, vt præuaricetur præuaricans: extendam manum meam ſuper eam, & conteram virgam panis eius, & immittam in eam famem, & interficiam de ea hominem & iumentum. Et ſi fuerint tres viri iſti in medio eius Noë, Daniel, & Iob: ipſi iuſtitia ſua liberabunt animas ſuas, ait Dominus exercituum. Quod ſi & beſtias peſſimas induxero ſuper terram vt vaſtem eam: & fuerit inuia, eò quòd non ſit pertranſiens propter beſtias. tres viri iſti ſi fuerint in ea, viuo ego dicit Dominus Deus, quia nec filios, nec filias liberabũt: ſed ipſi ſoli liberabuntur.* Et itetum de alia calamitate loquens, idem repetit. Videtur inquam, hoc Samuelis facto, interminatio illa comprobari. Nam is verè in iuſtitia ſua, vt Scriptura docet, liberanit ſe: filios autem ſuos minimè: ſed lege agi in eos permiſir, ſi quidem populus ad pœnam poſtularet. Nam ſiue hoc loco Danielis nomen pro Samuele obrepſerit, quod ideo ſuſpicor, quoniam Danielem liberos haboiſſe Scriptura non memorat (quin porins contrarinm videtur aſſerere capite 6. Nam cùm iubente Rege Dario, Danielis accuſatotes vnà cum filiis & vxoribus in lacum miſſi ſinr, ipſe ſolus antea in euodem coniectus, ac leonibus obiectus fuerat.) ſiue Danielis, vt vera ac legitima appellatio retinenda ſit, & ipſe de more gentis matrimonium contraaerit, prolémqoe ſuſceperit, cuius Scriptura non memioerit: certè negari non poteſt, non aliter Samuelem cum filiis in hoc iudicio eſſe verſatum, quam Deus per Ezechielem comminatus ſit, atque futurum prædixerit. Quòd ſi Noë, Daniel ſiue Samuel, & Iob pariter congregati, vt bene ratiocinatur in eundem locum S. Hieronymus, & in vno loco poſiti, peccatricem terram, hoc eſt, eos qui in terra peccatrice habitant, noo poſſunt iræ Dei ſubtrahere: quid dicendum eſt de his, qui putant merito parentum atque virtutibus poſſe filios peccatores de gehenoæ ignibus liberari? Vnde nec peccatorem filium, A iuſtus pater poterit liberare, nec ſanctæ conuerſatiunis mater, impudicæ filiæ dabit præmia pudicitiæ. Et econtrario parentum vitia filiis non nocebuot: *Sed anima quæ peccauerit, ipſa morietur.* Loth in Sodomis habitans, ſed & ſpiritu & carne peregrinus, vaorem, quia poſt tergum reſpexerat, non liberauit: ſed tantùm filias, quæ forſitan non peccaoerant. Et Ioſias vir ſanctus, non ſolùm peccatorem populum ſuis virtutibos non ſaluauit, ſed & ipſe in peccatis illius mortuus eſt. Qoòd ſi aliquando propter Abraham, & Dauid, in poſteros eorum miſericordiam ſuam Dominus pollicetur: notandum quod non his parcat, qui in ſceleribus perſeuerent, ſed qui agunt pœnitentiam, vt merita patrum, filio- B rum adiuuet conuerſio. Et iterum idem ſanctus Hieronymus poſtquam plagas enumerauit à Domino in peccatorem populum immittendas, De his omnibus, ait, nec ſpiritualium parentum, quos magiſtrus intelligimus, doctrina, nec principes nos poterunt liberare, niſi filiorum fuerit aſſenſus, & illorum obſecrationes ſuis conatibus iuuerint. *Iuſtitia enim iuſti erit ſuper eum, & iniquitas iniqui in ipſo commorietur. Vnuſquiſque peccato ſuo morietur, & iuſtitia ſua ſaluabitur.* Fruſtrà que dicunt Iudæi: *Abraham pater noſter, cùm Abraham opera non habeant.* Quod ſi in aliquo fiducia eſt, in ſolo Domino confidamus. Maledictus enim omnis homo qui ſpem habet in homine, quamois ſancti ſint, quam- C uis Prophetæ. Legimus, *Nolite confidere in hominibus.* Et iterum: *Bonum eſt confidere in Domino, quàm confidere in principibus.* Non in principibus tantùm ſeculi, ſed & principibus Eccleſiarum: qui ſuas tantùm animas, ſi iuſti fuerint, liberabunt: filios autem ac filias, quos in Eccleſia genuerint, ſi fuerint negligentes, ſaluare non poteruot: & tamen Apoſtolus loquitur: *Si cuius opus arſerit, ipſe ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem.* Hæc ſanctus Hieronymus.

Sancti viri filios impios non liberãt.

Ezechiel. 14.

S. Hieronymus.

Ezechiel. 18.

Geneſ. 19.

4. Reg. 23.

Quibus filiis Deus parcat in gratiam parentum.

Ioann. 8.

Hieremiæ 17.

Pſal. 145.

Pſal. 117.

1 ad Cor. 3.

ITAQVE AB ADOLESCENTIA, &c.

ITAQVE *ab adoleſcentia mea conuerſatus coram vobis.*] Sic nimirum, vt actuum meorum rerumque geſtarum vos teſtes habeam, quorum nihil vos præterit. *Ab adoleſcentia mea.* D Igitur ab adoleſcentia ſua Reip. clauum tenuit. Nam illum de eodem tempore loqui puto, quo tempore magiſtratum geſſit, cuius rationem reddere paratus eſt. Filios verò ſuos iudices inſtituit prope acta iam ætate decurſáque. Quî igitur fieri poterit, vt temporum metas vtriuſque adminiſtrationis, hoc eſt Saulis atque Samuelis, turò figere poſſimus? Nam ſi numeri annorum Samuelis, ab ineunte ætate ad vltimam ſenectutem rationem ineas, adoleſcens enim Iudea creatus eſt: nec prios quàm ſenio confectus eſſet, ſuom munus deſeruit: ea illis quadraginta annis, quibus vtriuſqoe imperium à Beato Stephano in Actis concluditur, vix erit vt aliquod quodpiam ſpatium Sauli derelinquas. Niſi ſi fortè intra vnius & alterius anni curriculum, tot bella, quæ Saul geſſit, abſolui potuiſſe confidimus: vt Scriptura, fortè aliud agens, teſtari

De tempore quo Samuel Rempub. adminiſtrauit.

Digitized by Google

teſtari videtur, initio capitis decimi tertij: & Samueli in principatu agenti totos triginta & octo annos tribuamus, vt vel ſic meritò videri poſſit iuuenis adeptus imperium, & non niſi iam cano capite atque ætate infirma depoſuiſſe. Verùm, vt hoc mihi perſuadeam, non poſſum in animum inducere. Neque enim tot conſcribi exercitus, tot bella confici, tot reges & populi tam breui interuallo debellari potuerunt. Cùm igitur appareat, Samuelis principatum intra annos triginta neceſſariò ſteniſſe, vt ſaltem decem

Supra c. 4. Saulis imperio tribuantur: probabiliter interregnum illud viginti annorum, ex quo arca manſit in Cariathiarim vſque ad id tempus, quo Samuel Idolorum cultu profligato, populum denuò cum Domino reconciliauit, admittendum erit, niſi velimus, quod ad Samuelem attinet, de more gentis Pandoræ in India, quæ ab ortu caneſcit, deinde nigreſcit ſenio, canos ſenectuti præcurriſſe. Id verò poſtquam vt veritati conſentaneum admiſerimus, illud quoque videndum erit, quomodo, qui tanto tempore priuatus egerit, adoleſcens potuerit magiſtratum inire.

Adoleſcentia. Nam ſunt qui adoleſcentiam, eam ætatem, quæ prima pueritiam excipit ab anno 14. vſque ad 25. eſſe definiant. Pubeſcendi enim hunc eſſe finem Medici ſtatuunt, creſcendi Iuriſprudentes. Vnde & annum vigeſimum quintum ſtatum vocant,

ἀκμὴ flos, ſiue vigor ætatis. D. de legib. 40. & ἀκμὴν *l. cùm pater. §. Curatoris. ff. de legibus.* item perfectam, plenam, atque integram ætatem. Ad eam poſtquam adoleſcentes peruenerint, tum quaſi depulſa tempeſtate, animis conquieſcere, ac proinde etiam rerum ſuarum adminiſtrationem recipere, & eorum nomine quæ ante geſta ſunt, ad petendam in integrum reſtitutionem annum vtilem habere. Superiore verò ætate, fragili atque infirmo iudicio eſſe Vlpianus ait, nec ſatis dignos, qui ad moralem Philoſophiam adhibeantur, vt monet Ariſtoteles. Hæc omnia Iuriſconſulti. Cum quibus mirificè quadrat ipſa vocis Hebraicæ

Adoleſcentia etymologia Hebraica. ſignificatio. נַעַר *Noar* enim, quod hic adoleſcentiam notat, Iob capite 36. verſu 14. tempeſtatem deſignat. Deducitur autem à verbo נָעַר *naar*, quod excutere aut etiam diſcernere ſignificat. Sic prorſus, vt verti non incommodè poſſit: *Ab eo tempore quo turbulentam adoleſcentiæ procellam euaſi.* Vſus eſt ſcilicet communi more dicendi, tametſi eam ætatem puriſſimè atque ſanctiſſimè traduxiſſet: vel certè, *Ab ea ætate qua primùm iudicio valere cœpi.* Superior namque ætas non potuit eſſe examini obnoxia.

Hæc cùm ita ſint, qua tandem ratione dici poterit, adoleſcens reipub. gubernacula ſuſcepiſſe, cùm interiecta temporis intercapedo, ſi probetur, annis triginta ſex & quod excurrit, ſuperiorem conuincat? Ad hæc reſponderi poterat: apud antiquos illos macrobitas, ſeu longioris æui homines, tam anguſtis ſpatiis ætatum diſcrimina deſcripta non fuiſſe. Quinimo Cicero longè eo poſterior, adoleſcentiam cum virili ætate miſ-

I.

A cuiſſe videtur, cùm ait libro de Senectute: Quî enim citius adoleſcentiæ ſenectus, quàm pueritiæ adoleſcentia obrepit? Quanquam & adoleſcentia, maturior ætas dici potuit ab eo, more ſenum: qui priores annos, cùm de ſuis factis diſputant, vt plurimùm adoleſcentiæ tribuunt: & ſe in adoleſcentia ſua multa feciſſe commemorant, quæ, ſi ratio temporum accuratè ſeruetur, videri poſſint alio tempore perfecta. Itaque nonnulli non verentur quadragenarium eum aſſerere, tametſi ab adoleſcentia ad Rempub. gerendam acceſſiſſe non negent. Verùm hoc ego probare non poſſum, ſint illi licet oppidò doctiores. Primùm enim nomen ipſum נַעַר

B *noar* adoleſcentiam pueritiámque paſſim ſignificat, maturæ verò ætati datum non legi. Deinde Allegoricè loquutum Samuelem non arbitror, vt ea ætas ad mores referatur. Poſtremò, qui quadragenarium tum fuiſſe aſſerunt, cùm rerum ſummæ præficeretur: eundem natum volunt, anno primo, aut ſecundo præfecturæ Heli. Atqui cùm primùm Anna mater votum nuncupauit, Sacerdotes adfuiſſe filios Heli Scriptura commemorat: qui ſi non ante initiati erant, quàm ad annum vigeſimum quintum perueniſſent, quemadmodum Leuitarum lex iubet Numer. cap. 8. iam penè veteli, [illegible] annos quadraginta, *ſupra c. 4.* ſi non arcam vectaſſe hu[illegible]eris, certè in acie ſtetiſſe dicendi erunt, præterquàm quòd nec veriſimile eſt, ſimul om[illegible] tam commodè

C cecidiſſe, vt quo tempore Samuel à Deo poſtularetur, Pontifex quidem infulas ſuſciperet, filij autem eius vterque idonea ætate Sacerdotio inaugurarentur. Quid igitur reſpondendum cenſes?

Primùm Samuelem adoleſcentiam hîc propriè intellexiſſe, deinde non de omni vita ſua etiam cùm priuatus foret quæſtionem haberi voluiſſe, ſed tempora duntaxat principatus ſui inquiſitioni ſubieciſſe. Ergo ante annum quinquageſimum ſenex eſt habitus, & filij eius iudices populo dati non admodum ſenes. Ego ſic *Modus aliquis ſoluendæ quæſtionis indicatur.* arbitror, vniuerſum tempus vitæ Samuelis in tres partes poſſe diſtribui. Nam puer quidem in tabernaculo miniſtrauit, quemadmodum ſecundo capite didicimus. Deinde capite tertio, adhuc puer, ſub extrema tempo-

D ra Heli Sacerdotis, quippe qui iam ſenio confectus lucernam videre non poterat: prophetiæ nomine ab omnibus concelebratus enituit. Hanc famam Sacerdotis mors citò conſequuta eſt, & Reſpub. ingenti oppreſſa ruina, plures annos orbata principe manſit. Hoc interim ſpatio Samuel, cùm iam nominis celebritatem adeptus eſſet, in illa temporum caligine, veluti clariſſimum ſidus apparuit. Itaque plures eum conſulebant: & quanquam necdum Iudex publicis comitiis renuntiatus eſſet, attamen penè omnium conſenſu, legum iudiciorumque arbiter honorarius habebatur. Poſtremò, cùm virtute ac ſapientia, & ſuis in omnes ac ſingulos meritis, celeberrimo omnium ordinum conuentu diuino nutu Iudex declaratus eſſet, authoritatem ampliſſimam nactus, Remp. c. 7. ſuper-

N N n

Præsto ſvm. &c.

ſtitione ſeruitutéque liberauit. Bina igitur A illa tempora, quibus primò Prophetam, mox etiam iudicem egit, in iudicium vocat, repetundarum maximè, quoniam nonnulli quoque Prophetæ acceptorum munerum in Scrituris arguuntur, & alioquin inter Hebræos prophetandi munus publicum erat, & ad communem vtilitatem à Deo conſtitutum. Prophetare autem ac vaticinari Samuel ab adoleſcentia cœperat, & tanquam diuinæ mentis interpres, cauſas cognoſcere, tametſi non ante maturam ætatem omnium votis expetitus, Iudex cum poteſtate reipub. præfuit. Numerus porrò annorum à ſancto Stephano deſcriptus, in tempora magiſtratus eius conferendos eſt: adoleſcens ætas, de qua hic Samuel, ab exordio prophetiæ eius, quo primùm publicè obſeruari cæpit, auſpicanda.

Versvs 3.

Ecce præſto ſum. Loquimini de me coram Domino, & coram Chriſto eius, vtrum bouem cuiuſquam tulerim aut aſinum: ſi quempiam calumniatus ſum, ſi oppreſſi aliquem, ſi de manu cuiuſquam munus accepi: & contemnam illud hodie reſtituamque vobis.

Dion. Caſſius.

Victorinvs apud Dionem libro 72. olim imperante Commodo Vrbis præfectus, quum aliquando præeſſet Germaniæ, conatus eſt domi, remotis arbitris, perſuadere legato ſuo, ne ſe pecunia corrumpi fineret: quumque ille non pareret, in tribunal conſcendit, iurauitque in eo ſe nunquam accepiſſe munera; neque quamdiu viueret, accepturum. Mox præcepit illi, vt ſe eodem iureiurando obſtringeret: quumque legatus peierare nollet, iuſſit, vt ſe abdicaret magiſtratu. Hæc Victorinus. Samuel verò ait, *Præſto ſum*. Hebraicè, *Ecce ego*, non fugio, nec quicquam deprecor, vltro me offero, paratum, ſi lubet, inuenietis. Solenne id fuit apud Athenas Iudicibus, vt quo tempore magiſtratu exirent, rei geſtæ rationem exigerentur: quo nomine etiam Cenſores conſtituti fuerunt, apud quos innocentiam profiterentur. Romanorum verò ſociis abeuntem è prouincia magiſtratum, ſiue ille proconſul, ſiue prætor fuiſſet, apud iudices repetundarum poſtulandi ius fuit. Cæterùm non antè Samuel purgare ſe voluit, quàm rex electus eſſet. Cur autem hoc tam diu diſtulerit, Ego, inquit Vermilius, hanc iudico eſſe cauſam. Nam ſi id antea feciſſet, videri potuiſſet id facere, vt magiſtratum ſuum retineret. At nunc, cùm rex ſit electus publicè, nulla poteſt eſſe huiuſmodi ſuſpicio. Hoc etiam obſeruare debemus, Samuelem, cùm eſſet Princeps, tamen ſubmiſiſſe ſe iudicio populi. S. Chryſoſtomus in illa verba Pauli, *Vtinam tuliſſetis*, &c. ait eum id feciſſe, quod cùm eſſet Iudex, videri potuiſſet per vim & metum expreſſum illud populi teſtimonium. Nunc creato nouo rege omnia videri debent ſyncerè, & ex animo, & ſine ſimulatione geri. Ita debent principes ſecum cogitare, Quid ſi tu alium haberes iudicem? quid diceres? Ita Iob ait, *Nunquam rixatus ſum cum ſeruo, aut ancilla mea. Quomodo enim defendam cauſam meam coram Domino?* Ita Paulus monet, dominos oportere clementes eſſe erga ſeruos: quòd ipſi quoque Dominum habituri ſint in cœlo. Cùm Naas, inquit Samuel, B eſſet irrupturus in fines veſtros, vos inducti deſperatione petiſtis regem. Artificioſè diluit eorum argumenta, & veram oſtendit cauſam, cur illi mutatum voluerint ſtatum Reipub. atque ita eos prouocat ad pœnitentiam. Primo autem loco commendat quodammodo anteactam vitam ſuam, nihil ſe vnquam cuiquam vlla in re nocuiſſe: idque probat populi ipſius teſtimonio. S. Chyſoſtomus eodem loco quem ſupra citauimus, ait, Samuelem iſta ad populum de ſeipſo dixiſſe, vt Saul nouus rex, qui aſtabat, habere poſſet exemplar legitimi, & moderati magiſtratus, in quod ſemper intueretur. Nam potuiſſet ille quidem aliàs ſeorſim his de rebus monere populum, ſed maluit iſta C Saule præſente dicere, vt ad eum ex illa oratione fructus aliquis perueniret. Meminerat enim, quid antea populum monuiſſet de iure regio. Id ne Saul ſibi putaret licere, Samuel illi proponere voluit vitam ſuam, vt de ſe exemplum caperet. Et certè quodammodo neceſſe erat, vt Saul ita officij ſui admoneretur. Erat enim obſcuro loco, nunquam antea verſatus in luce reipub. Samuelem, aut magiſtratum alium vix antea vnquam viderat. Sæpe etiam vtile eſt, ad hunc modum agere cum regibus. Habent enim aures teneras, & ſimplicem apertámque veritatem non facilè ferunt. Itaque aliena perſona induenda eſt interdum, vt illi tamen interim intelligant de ſe D narrari fabulam. Hanc etiam interpretationem tradit S. Theodoretus in 1. Reg. hoc loco.

Abeuntes magiſtratus rei geſta rationem reddebant.

Vermilius.

Coram Chriſto eius. Eivs. S. Chryſoſtomus.

Quare præſente Saule Samuel rationem reddere voluerit.

S. Theodoretus.

Coram *Chriſto eius.*] Ita dicti olim reges, quòd eſſent oleo delibuti, in typum futuri. Chriſtus enim, cuius ipſi regiam dignitatem vtcunque referebant, Spiritus ſancti gratia pleniſſimè inungendus erat: de cuius plenitudine quemadmodum nos omnes poſtea accepimus, vt inquit Ioann. capite 1. ita & de nomine nomen indepti ſumus, ac deinceps Chriſtiani appellati. Quod nomen, cùm primis Eccleſiæ temporibus execrandum gentibus ac deteſtabile eſſet, ludibrióque ac deſpectui haberetur, propterea quòd eius vim ac potentiam ignorarent, S. Theophilus Antiochiæ Epiſcopus, primo libro aduerſus Antolycum gentilem, diſertiſſimis rationibus ab

Chriſti & Chriſtiani appellatio.

S. Theophilus.

omni iniuria defendit. Quod, inquit, tibi ludibrium debeo, dum me Chriſtianum nuncupas, non magnifacio, imò reſpondeo te neſcire quid dicas. Nam vnctionis hoc nomen, in primis bonum ac ſuaue eſt, nec riſum meretur. Quæ etenim nauis bona & vſui eſſe poteſt, niſi prius vngatur? Quæ turris aut domus elegans & vtilis eſſe poteſt, niſi prius vngatur? Quis mortalium qui progreditur in hanc vitam, quæ certaminum arena eſt, non oleo inungatur? Quodnam opus ornatum haberi poteſt, niſi perungatur, & quaſi ſplendore illuſtretur? Præterea aer, & omnis quæ ſub cælo eſt creatura, quodammodo lumine & ſpiritu inungitur, & tu recuſas macerari Dei oleo? Certè nulla alia ex re Chriſtianorum nomen traximus, quàm quòd diuino oleo perfundimur. Et iterum eodem lib. Ego quidem liberè confiteor me eſſe Chriſtianum, gaudeóque iſtoc nomine, quod Deo gratum & acceptum eſt, appellari: & nihil æquè in votis habeo, quàm vt ſim εὔχριστος, id eſt bonus erga Deum, ſiue vt me bonum Deo exhibeam. Non enim vt tibi videtur, odioſum & moleſtum nomen illud eſt. Verumenimuerò tu fortaſſis ita ſentis de eo, quod ἄχριστος, id eſt, malus erga Deum. Et

S. Iuſtinus. Iuſtinus item Martyr Apolog. ad Senatum pro defenſione eiuſdem nominis, inter alia hæc habet: Nec enim ad bonorum malorúmque diſcrimen ſola nomina ſufficiunt, ni conſiderentur quàm rebus ipſis conueniant. Alioquin quod ad noſtram appellationem attinet, ſumus χρηστότατοι, hoc eſt commodiſſimi: attamen non poſtulamus eam nobis prodeſſe, vt abſoluamur, ſi cuius noxæ affines conuicti fuerimus. Et infra. In nobis verò nomen pro crimine accipitis, quamuis, quantum ad ipſum nomen attinet, debueratis potius in accuſatores noſtros animaduertere. Hæc S. Iuſtinus.

Syneſius. Regis & tyranni diſcrimen.

VTRVM *bouem cuiuſquam tulerim.*] Syneſius libro de Regno. Rectè omnino vetus ſententia. Subditorum multitudinem regem non potius facere quàm tyrannum; ſicut nec ouium multitudinem Paſtorem potius, quàm coquum, qui illas abigit, vt mactatis, non modò ipſe famem expleat, ſed & aliis epulandas vænum proponat. Iiſdem prorſus limitibus regem cenſeo à tyranno diſſidere. Nam quod ad fortunam pertinet, ambobus haud diſſimilis eſt. In multos vterque homines imperium habet: verùm qui id in vitæ ratione ſequitur, quod ſubditis commodum videtur, qui laborem, & moleſtiam perferre vult, ne quid illis moleſtum ſit, qui pro illis periclitatur, vt in pace & ſecuritate degant, quique vigilare, & in maximo concurſu ſolicitudinum verſari ſuſtinet, vt noctu & interdiu ſubditi malis omnibus vacent, hic in genere quidem ouium Paſtor, in hominum verò genere rex eſt: at qui per luxum poteſtate abutitur, & imperium voluptate, ac deliciis conterit, ſuas omnes cupiditates explendas ſibi eſſe ducens: vnde ſubditi grauiſſimis damnis afficiantur, idque ex multorum imperio lucrum deputat, ſi quamplurimi ſuis libidinibus, ac cupiditatibus ſeruiant, &, vt vno verbo dicam, qui gregem non ſaginare, ſed à grege ſaginari vult, eum inter pecora coquum appello, eum tyrannum eſſe cenſeo, ſi quod ſubditum eſt, populus ſit ratione præditus: hæc vnica eſt regis norma. Tu verò iam ad hoc tete examen admoueto. Arcadium Imperatorem admonebat Syneſius Epiſcopus.

D. ad Senatuſconſ. Turpillianum. Calumnia.

SI *quempiam calumniatus ſum.*] Calumniari, inquit Marcianus Iuriſconſultus, *Digeſt. ad Senatuſconſultum Turpillianum. lege 1. libro 48. titul.* 16. eſt falſa crimina intendere. Præuaricari, vera crimina abſcondere. Tergiuerſari in vniuerſum ab accuſatione deſiſtere. Et *lege* 3. ibidem, & in priuatis & in publicis criminibus omnes calumnioſi extra ordinem pro qualitate admiſſi plectuntur. Calumnia propriè iniuſta vexatio eſt, & fraudulenta iuris aut facti interpretatio. Cicero in Verrem acerrimam miniſtram Prætorum auaritiæ calumniam definiunt, vt refert in Onkelum Fagius Leuit. capite 19. cùm ex aliis Hebræis, tum præcipuè ex Rab. Dauid Kimhi. His ille calumniator eſt, penes quem cum aliena res fuerit, repetitam denegat. Id porrò diſcriminis ſtatuunt inter עָשַׁק *aſchak* quod calumniari ſignificat, qua dictione Scriptura hic vtitur: & גָּזַל *gazal*, quod prædari & diripere interpretantur, quod *gazal* ſit per vim auferre ac tollere, *aſchak* verò id quod eius fidei creditum ſit, ſiue illud mutuum, ſiue depoſitum, aut etiam merces fuerit, nolle reſtituere, ſed per fraudem atque perfidiam retinere. Ad hunc modum Hebræi.

Tametſi verò hæc quoque ad calumniam pertineant, tamen ſi perſonam magiſtratus ſpectes, quam Samuel ſuſtinebat, aptior videbitur ſuperior definitio. Cæterùm cùm vbique & ſemper turpis auaritia eſt, tum verò in Iudice, & quidem Propheta, longè omnium turpiſſima. Sed quoniam de iudicibus iam antea diximus, & Samuel præterea ſapientiam colebat, erátque in eorum numero, qui ſe cæteris præſtare ſtudent non doctrina tantùm, ſed etiam vitæ ac morum ſanctitate: paucis referam quàm inuicto animo aduerſus hanc belluam certauerit vnus aliquis, cuius exemplum tanto vehementius commouere nos debet, quanto longius à vera virtute abhorrebat. Id vero potiſſimùm eius verbis exequar.

Philoſtratus. Contemnit munera quiſquis ſapit.

Bardanes igitur, cùm olim Babylonis imperium obtineret, Apollonium Tyaneum Philoſophum hoſpitio exceperat, cuius ſapientiæ fuco delectatus, & orationis lenocinio delinitus, iubet optare quæ vellet: nam ea ſe cupidè præbiturum. Ea verò regis liberalitas cùm Damidi eius diſcipulo ac comiti minimè aſpernanda videretur, ne ſe ille, vt fingebat, fortè contemptum putaret, Apollonius vultu annuens, ac ſe illius oratione nonnihil perſuaderi ſimulans, intulit: Age,

SI QVEMPIAM CALVMNIATVS SVM.

ô Damis, nam exempla etiam non pauca oblitus es, quæ poſſunt ſententiam iſtam tuam confirmare. Eſchines ſiquidem, Liſaniæ filius, fertur ſola pecuniæ cupiditate in Siciliam ad Dionyſium tyrannum traieciſſe, quemadmodum & Plato, quem ferunt diuitiarum illius admiratione captum, ter Carybdis vortices ſuperaſſe. Præter quos etiam Ariſtippus Cyrenæus, Elicon Cizicenus, & Phyton qui Rhegio fugerat, eodem appolere lucelli gratia, cuius vt primùm nidore afflati ſunt, vix vnquam inde pedem retulere. Eudoxus verò Gnidius quo maiorem quæſtum faceret, tranſmiſſo mari in Ægyptum perrexit, quod nec illum regi fateri puduit, publicata palàm ſui aduentus cauſa & occaſione. Verùm ne diutius in aliis accuſandis immorer, adhuc vnum quod referunt commemorabo: Speuſippum Athenienſem tanto pecuniæ deſiderio fuiſſe incenſum, vt in Macedoniam ad Caſſaodri nuptias properaret, ſecum ferens neſcio quos verſus importunè à ſe compoſitos, quorum gratia aliquid inde auferre ſperabat: itaque publicè etiam recitare non erubuit. At ego, Damis, ſapientem hominem maioribus periculis expoſitum arbitror, quàm qui aut mare nauigant, aut in acie verſantur; quandoquidem ſiue ſileat, ſiue loquatur; ſiue quemquam laudibus attollat, ſiue accuſet; ſiue quid agat, ſiue prorſus vacet ab opere; ſiue quemquam honore afficiat, ſiue videre diſſimulet, nunquam tamen virtuti deerit comes inuidia. Itaque ſingulari omnino prudentia indiget, ne quid temerè faciat, aut loquatur, quod non omnibus iure merito probari poſſit. Nam ſi fortè otio deliciiſque aliquando ceſſerit, iræ, libidini, aut ebrietati, aut alio quouis morbo ab officio deſciuerit, nonnullam fortaſſis excuſationem inueniet: ſin verò in auaritiæ barathrum ſeſe demerſerit, & quærendæ rei incubuerit, nullam veniam merebitur; quin potius illum omnes odio proſequentur, ac velut ſcelerum fontem maledictis inceſſent. Neque enim homines facilè in animum inducent ſuum, eum, qui auaritia flagret, hoc vno vitio contentum eſſe: ſed vnà quoque luxuria atque ebrietate laborare, veſtium etiam pretioſarum ſtudio ſuperari, quæ plerunque omnia meretricius amor comitatur. Hæc & plura Apollonius apud Philoſtratum lib. 1. vitæ eiuſdem cap. 22.

Turpiſſima ac periculoſiſſima in ſapiente auaritia.

Verùm quod Apollonius, famæ atque exiſtimationi ſuæ conſulens, fecit, vt oblata ſibi dona contemneret, erat enim laudis & gloriæ cupidiſſimus: idem Samuel iuſtitiæ ac pietatis amore cumulatius præſtitit. Nam ſi magnum eſſe cenſetur eorum munera non admittere, quibus nihil contuleris, quanta ea virtus ac moderatio animi putanda eſt, quibus ſe totum quiſpiam impenderit, eorundem commoda participare nolle? Habent Peruani in India Occidentali, vt author eſt Ioſephus à Coſta libro 4. capite 41. Hiſtor. Natural. Indic. neſcio quod genus arietum noſtratibus maiorum, Pacos vulgus vocat,

Ioſephus à Coſta.

A quorum ipſi carnibus veſcuntur, lanis veſtiuntur: ſed illi præterea, quod noſtris denegatum eſt, onera baiulant, ac iumentorum clitellariorum vice funguntur. Quod cùm faciunt, neque vngulam ferro illis armari neceſſe eſt, neque ephippia aut clitellas dorſo imponi, non denique pabulum parari: paſcunt enim commodè quocunque loco fors tulerit: ſed gratuitò poſſidentibus famulantur. Mirum illud quidem eſt, non tamen eiuſmodi, quod valeat cum Samuelis abſtinentia comparari. Pluribus namque homo indiget, nec inſtar pacorum, quibuſcunque opus eſſet, illum natura inſtruxit. Quamobrem *nec quiſquam ſuis ſtipendiis militat*, inquit, Apoſtolus; aut ſine pretio aris imponit ho-
B norem, aut in Euangelio ſine mercede operam collocat. Sed enim dum iis rebus quiſpiam occupatur, quæ mentem à corporis cura auocant, ſi non alieno ſtudio foueatur, vitam diutius tolerare non poterit. Si quis igitur, cùm ad res gerendas acceſſerit, ſic in eis vitam inſtituat, vt ab iis, quibus inſeruit, nihil emolumenti requirat, is profectò ſummum pietatis verticem tenere credendus eſt. Hanc verò ſibi palmam Apoſtolus ſuo quodam iure vendicat. Hanc alij item nonnulli, inter quos non poſtremum locum Samuel occupabit, qui ait: *Teſtificamini an bouem cuiuſquam tulerim aut aſinum.* Commemorat, inquit Vermilius, res leuiſſimas: non enim ait agros, aut prædia. Hæc nemini ve-
C ſtrum eripui, quæ ſunt leuiſſima. tantùm abeſt, vt in rebus maioris pretij vobis iniuriam fecerim.

Virtus eximia.

ET *contemnam illud hodie. & occultauerim oculos meos ab eo.*] Ita legit Vermilius, Vatablus, & Pagninus, Paraphraſtes item Chaldæus. Sic enim vertit: *& inclinaui oculos meos ab eo in iudicio.* Arias cum ſuperioribus conſentit, excepta præpoſitione, *in* namque maluit obtinere. Hoc autem ſic interpretatur Vatablus in Ecphraſi. *Et texerim oculos meos propter eum*, id eſt in negotio, cauſa, & iudicio eius: diſſimulando ſcilicet me videre peccatum illius: hoc eſt, cui pepercerim propter munera. Alij, *& tegam oculos meos contra me.* id eſt, tantiſper dum dicat teſtimonium contra me: ne ſcilicet videam illud. Melius, & ad mentem Prophetæ accommo-
D datius fore videtur, ſi vulgatam retineamus, qua ſe illud nunc demum oculis auerſaturum ac repudiaturum pollicetur, quod erit accepiſſe conuictus. עָלַל *alal* certè Hebræis horum quiduis ſignificare poteſt. Addam tamen Vermilij ſecundum aliam interpretationem commentarium.

ET CONTEMNAM ILLVD HODIE. &c.

Varia lectio.

Tyranni, inquit Vermilius, multi cùm omnibus modis affligant, & expilent populum, tamen interim omnes blandè & humaniter alloquuntur. At Samuel prætetquàm quòd nulla iniuria affecerat populum, ſemper etiam fuerat comis & affabilis. Nam tyranni non reipub. cauſa imperant, ſed ſua. Itaque eripiunt aliena, accipiunt munera, peruertunt iura. Tales ſunt Paſtores, quos deſcribit Ezechiel,

Vermilius.

Digitized by Google

Sancti viri ſe à muneribus immunes prædicarunt.

A qui paſcunt ſeipſos, qui mactant, qui perdunt, qui deglubunt miſerum pecus. Tales etiam ſuot mercenarij paſtores in Eccleſia. Iſta Samuel proponit, vt rationem reddat adminiſtrationis ſuæ: non tamen petit, vt, ſi quid ſecus fecerit, abſoluatur gratis. Nam pollicetur omnibus reſtitutionem. Moſes in Numeris cùm Dathan, & Abiron contra illum conſpiraſſent, orauit Dominum, ne ſuſciperet illorum ſacrificia: ſe enim innocenter imperaſſe, & ne aſinum quidem cuiquam abſtuliſſe. Chriſtus in Euangelio Ioannis: *Quis ex vobis*, inquit, *arguet me de peccato?* Et Deus ipſe ſæpe in Prophetis ait, ſe velle pati iudicium, & cum populo ingratiſſimo diſceptare. Paulus in 2. Epiſtola ad Corinth. multis verbis commendat miniſterium ſuum. B Quo in genere eſt etiam totum fere ſecundum caput prioris Epiſtolæ ad Theſſalonicenſes. Et in vigeſimo cap. Actuum, apud maiores Eccleſiæ Epheſinæ ait, *Se nec argentum, nec aurum, nec veſtem cuiuſquam appetiſſe*: Sed omnia ad vitam degendam neceſſaria ſuis ſibi manibus ſuppeditaſſe. Nehemias quoque ait, alios Præſides ante imperaſſe populo panem, potum, pecuniam: ſe autem nihil à quoquam exegiſſe. Ita ſancti cauſam ſuam defendere, ac tueri ſolent. Hæc Vermilius.

LOQVIMINI *de me coram Domino, & coram Chriſto eius*. Duo quædam in dubium vocari poſſunt. Primum eſt, an iis verbis, *& coram Chriſto eius*, ſic ſe loqui intelligat, tanquam eum teſtem innocentiæ ſibi dari exoptet, vt pote qui ſibi benè conſcius eſſet, & de ſua integritate ſecurus; C perinde vt ipſi ſolemus prouocare eos, à quibus clamculùm mordemur, vt palàm arguant, certi nihil eos reperire poſſe quod obiiciant, quin potius ſperantes omnem eo pacto calumniandi fiduciam iiſdem præreptum iri: An potius eiuſdem ſe iudicio permittat, tanquam rationem ei iure redditurus, qui ſupremam nactus poteſtatem ius adeptus erat in eum animaduertendi, more maiorum, ſi quid deliquiſſet. [Nouerat enim ſummum imperium, poſtquam eſt à priuato alicui delatum, ſtatim deficere eum, qui detulit, & ad eum, qui accepit, contra eum, qui dedit, transferri.] Priore modo loquutum arbitror. Neque enim cuiuis pœnæ ſe ſubiicit, ſed tantùm pollicetur, ſi quid ereptum conſtaret, ſe eſſe redditurum. D Nec verò opus erat: ſiquidem Samuel hoc vnum ſpectabat, vt confeſſis atque conuictis Dei quidem beneficia, ſuam autem ingratitudinem exprobraret, ac ſic demum ad melioris vitæ propoſitum traduceret. Si quis tamen contra ſentiat, non magnopere reluctabor.

Dion Caſſius in Nerone lib. 61.

Exponitur illud, & corã Chriſto.

Verumtamen altera inde quæſtio naſcetur, quid rerum ſcilicet principis examini permittat. Non vtique doctrinam ſuam; non religionis cultum, qua Deum hactenus ſyncerè coluerat; non Leuiticæ tribus prærogatiuam, non ſuperiorem omnem ætatem in tabernaculi miniſterio conſumptam: neque enim regibus ea cura mandata eſt: ſed ſi quid ab eo in adminiſtratione iudiciorum rerumque ciuilium cupidè geſtum eſſet, id à rege diiudicari

In cauſis Eccleſiaſticis quanta, & vnde principibus licentia.

I.

A voluit. Sunt enim hæc regum propria: ſuperiora ad Dei ſacerdotes pertinent, prout Philippum olim regem Iuo Carnotenſis Epiſcopus, Epiſtola 9. edocuit. Sicut enim eſt regiæ poteſtatis ciuilia iura ſeruare, & eorum tranſgreſſores debita pœna multare: ſic Epiſcopalis officij eſt Eccleſiaſticas inſtitutiones ſubditis ſeruandas imponere, & tranſgreſſores earum paterna ſeueritate ad debitum ordinem reuocare. Abſcindantur itaque qui ſerenitatem veſtram conturbant, quorum perſuaſionibus ſi adquieueritis, nec per vias iuſtitiæ incedetis, nec ad gaudia patriæ cœleſtis peruenire valebitis. Hactenus Iuo.

Iuo Carnotenſis.

Quanquam tamen minimè negandum eſt, nonnunquam optimos Pontifices, cum peterentur B ſceleratorum inſidiis, fretos propria conſcientia, & Principum religione, Reges innocentiæ ſuæ teſtes atque arbitros habere voluiſſe. Teſtis Leo tertius, quem refert Benedictinus quidam Monachus in Annalibus rerum Caroli geſtarum, anno 800. aduocato Carolo Magno vitam ſuam excuti atque examinari procuraſſe. Hiſtoriam his verbis idem author deſcribit. Poſt ſeptem dies quàm rex Carolus ſcilicet Romam venerat, concione vocata, cur Romam veniſſet omnibus patefecit, & exinde quotidie iis, propter quæ venerat facienda, operam impendit: in quibus vt maximum, ita difficillimum erat, quod primò inchoatum eſt, de inueſtigandis videlicet, quæ Pontifici obiiciebantur, criminibus. Qui tamen, poſtquam nullus eorumdem criminum probator eſſe voluit, C coram omni populo, in Baſilica beati Petri Apoſtoli, Euangelium ferens, ambonem conſcendit, inuocatoque ſanctæ Trinitatis nomine, de obiectis ſe criminibus iureiurando purgauit. Damnatis accuſatoribus à Pio Pontifice vita, & membrorum integritas à rege Carolo impetrata eſt: exilio multati ſunt. Cuius autoritate fretus, id ſibi iuris Carolus ille armis æquè ac pietate Magnus, arrogauerit, docet eiuſdem ſcriba Eginartus in eius vita. Vltimi, inquit, aduentus ſui (Romam) non ſolùm hæ fuere cauſæ, verumetiam quod Romani Leonem multis affectum iniuriis, erutis videlicet oculis, linguaque amputata, fidem regis implorare compulerant.

Benedictin. Monach. Annal. ſcriptor.

Eginartus.

D ET *reſtituam vobis*.] Tres pœnitentiæ partes agnoſcit. Tribus his delictum ſuum expiare atque emendare Propheta paratus eſt, ſi quis accuſando perfeciſſet, vt reus ageretur. Nam loquimini, inquit, & contra me teſtimonium dicite: fatebor enim, ſi quid verè obieceritis. Peccatum ſuum ſe agniturum confirmat. Hoc verò confeſſio eſt, quæ pœnitentiæ primas partes obtinet. Neceſſarius deinde dolor quo admiſſi pigeat, & patratum ſcelus deteſtemur. *Contemnam*, inquit, *illud hodie*, mente atque oculis auerſabor, repudiabo, execrabor. Nam niſi peccati odium ſuſceperimus, quæ ſpes veniæ eſſe queat? An culpa vlla aboleri poterit quamdiu virus ipſum nequitiæ voluntati inhæſerit? Si Deum volumus inclinata ad miſericordiam voluntate iram furoremque remittere, nos quoque voluntatem mutare debemus.

Tres pœnitentiæ partes.

Digitized by Google

Poſtremò etiam, inquit, *reſtituam*. Sic nimi- A rum vnumqoemque, quem ſuperioris vitæ pœnitet, ſatisfacere decet. At ſatisfactionem exoſam habet Vermilius, eamque diris omnibus deuouet: Quid tum? Nobis certè religioſè tuenda eſt, poſtquam illam ſanctiſſimo prophetæ probari intelligimus. Verùm quandoquidem iniquiore loco congredi ſibi viſus eſt Vermilius, & opportuniorem alium inſidiis delegit, tantiſper dum in eius ſubſeſſas incurrimus, reliqua proſequemur.

Versvs 4.

Et dixerunt: Non es calumniatus nos, neque oppreſſiſti, neque tuliſti de manu alicuius quippiam.

Philemon Comicus. *Quis verò iuſtus habendus.*

Philemon Comicus ait,

Vir iuſtus eſt, non qui non facit iniuriam,
Sed quiſquis facere poteſt, & non vult:
Neque qui ab accipiendis paruis abſtinuit,
Sed qui forti animo magna non accipit
Cùm habere poſſit, & obtinere impunè
Nec quiſquis hæc omnia venatur,
Sed quicunque ſyncero & candido ingenio,
Eſſe iuſtus, quam videri mauult.

His moribus fuit Samuel iuſtiſſimus. Nam cùm poſſet, & à magnis, & à paruis, quæ nonnunquam etiam probis ac diligentibus obrepe- C re ſolent, cooſtantiſſimè abſtinuit: nec alio tempore iuſtus videri voluit, quàm quo tempore exiſtimationem ſuam ad publicam vtilitatem plurimùm conferre poſſe credidit. Poſtquam enim eius innocentiam prædicare populus coactus eſt, eumdem ingrati animi arguit, & ad pœnitentiam prouocat: Deum autem ab omni calumnia vendicat, oſtendens nulla vnquam ætate iiſdem defuiſſe.

Philo Iudæus. Sigonius.

Ceterùm quod ad iudicem attioet, Philo libro de Iudice, tomo 2. boni iodicis conditiones quatuor ex lege deprompſit, quas Sigonius iterum in cap. 5. lib. 6. Reipubl. Hebræor. repetioit. Prima eſt, ne vanos auditus excipiat, quod in lege interpres vertit 23. Exodi, *Non ſuſcipies vocem mendacij.* Cuius præcepti Philo hanc rationem reddidit. Qoia oculi, inquit, rebus ipſis interſunt, & contrectant quodam- D modo negotia, adiuuante luce per quam illuſtrantur, deprehenduntrurque omnia: aures autem, ſicut rectè dixit quidam è veteribus, minos fidei habent, quàm oculi; vt quibus non cum rebus ipſis ſit commercium, ſed cum verbis rerum interpreribus, non ſemper veritatem ſectantibos. Altera eſt, ne muoera accipiant, quòd *excæcent etiam prudentes, & ſubuertant verba iuſtorum.* Nam muneribus induci ad

Boni iudicis conditiones quatuor ex ſcripturis.

iniuſtitiam, eſt ſcelerati hominis; ſemimali, non reddere ius abſque operæpretio. Sunt enim quidam inter iuſtos, iniuſtoſque medij, inſtituti ob tuendos oppreſſos ab oppreſſoribus, qui tamen nolunt gratis ferre ſententiam pro cauſſa meliore. Oportet autem vt ſententia iudicis ſit noo ſolùm legitima, ſed etiam incorrupta. Tertia, vt cauſas reorum diligenter examinet ante iudicium, ſemoto omni perſonarum reſpectu, ſiue ſint ciues, amici, familiares, ſiue contra, ne quid beneuolentia vel odium cogoitioni officiat. Quarta, ne in iudicio pauperis miſericordia moueatur. Sic enim inquit lex: *Non miſereberis pauperis in iudicio.* Cuius dicti rationem hanc idem affert. Pauperes in ſolo iudicio miſerari nefas. Nam mi- B ſericordia debetur infelicibus. Quiſquis autem ſponte malè fecit, noo infelix, ſed iniqous eſt: iniquis autem pœna, iuſtis præmium proponitur. Itaque nemini miſero propter ſuam inopiam pœna remittatur, quia non miſericordiam, ſed iram meretur: & qui ad iudicandum accedit, debet boni more nummularij naturas negotiorum diſcernere, ne turbatis ſignis confundantur proba cum improbis. Hactenus ex Philone.

Neqve *tuliſti de manu alicuius quippiam.*] Ergone Iudex gratis aliena procurabit? Legum Baioariarum cap. 16. Iudicibus in huoc modum conſulitur. Iudex partem ſoam accipiat de cauſa, quam iudicauit. De tribus ſol. tremiſſem accipiat. De ſex ſolidis, duos tremiſſes accipiat. De nooem ſolidis, vnum ſolidum accipiat. De omni compoſitione ſemper nonam partem accipiat, dum rectum iudicat.] Hæc aot ſimilia, de quibus etiam antea diximus, lege conſtituta accipere iudices apud pleroſque populos licuit: munera verò noſquam. Superiorum legum cap. 18. de his, qui pecunia corrupti ſententiam vendidiſſent, in hunc modum ſtatuitur. Iudex, ſi accepta pecunia malè iudicauerit, ille qui iniuſtè aliquid ab eo per ſententiam iudicantis abſtulerit, ablata reſtituat. Nam Iudex qui perperam iudicauerit, in duplum ei, cui damnum intulerit, cogatur exoluere: quia ferre ſententiam contra legum noſtrarum ſtatuta præſumpſit: & in fiſco cogatur xl. ſol. perſoluere. Qoòd ſi per ignorantiam, aut errorem Iudex malè iodicaſſet, iodicium quidem reſcindit: negat tamen iudicij fraudi eſſe debere. Et cap. 17. docens quibus motibus iudices præficiendi ſint, Iudex, inquit, talis ordinetur, qoi veritatem ſecundum hoc edictum iudicet. Non ſit perſonarum acceptor, nec cupidus pecuniæ. Perit lex cupiditatis amore, præmia & dona legibus vires tulerunt. Impunita manet malè vioeodi licentia. Proptetea talis conſtituatur Iudex, qui plus diligat iuſtitiam, qoàm pecuniam. Hactenus Reges noſtri in antiqois ſuis legibus.

Quæ iudices accipere quondam licuit.

Versvs 5.

Dixitque ad eos : Teſtis eſt Dominus aduerſum vos, & teſtis Chriſtus eius in die hac, quia non inueneritis in manu mea quippiam. Et dixerunt : Teſtis.

Vermilius.

Vermilivs : Aduocat Samuel Deum teſtem : quod in falſa cauſa fieri nefas eſt. Populus fert teſtimonium ſecundum Samuelem. *Teſtis*, inquiunt, *eſt Deus*. Et Samuel addit, *teſtis eſt Deus*. Homines enim ea tantùm vident, quæ in oculos incurrunt, & ſunt perſpicua. Alia autem, quæ obſcura & tecta ſunt, Deus videt. Vos quidem, inquit, teſtes eſtis. Sed Deus mihi dat longè præclarius teſtimonium, qui multò plura videt quàm vos. Neque queritur Samuel, ſe, & filios ſuos abiectos & repudiatos eſſe à populo, vt omnes intelligant eum, non ſuum emolumentum quærere, ſed gloriam Dei. Hoc tantum ſibi in hac concione proponit, vt populus agnoſceret ſe peccaſſe. Dicit filios ſuos verſari, & viuere inter illos, non vt miſericordiam populo commoueret, ſed vt, ſi quid iniuriæ cuiquam feciſſent, id ab illis repeteretur : aut vt illi de ſe dicerent teſtimonium, qui eum propius & domeſticè nouerant.

An ſeipſum quenquam aliquando laudare liceat.

Qua mente & conſilio ſancti viri ſuas laudes quandoque prædicent.

Sed quoniam homines pij videntur interdum obliti eſſe ſui, cùm ſuas virtutes magnificè prædicant, id quemadmodum liceat, dicemus paucis. Primùm non oſtentant, aut venditant homines pij virtutes ſuas : ſciunt enim eas eſſe dona Dei : ſe autem ipſos vitiatos, & multis modis corruptos eſſe. Deinde agnoſcunt eas ſibi datas eſſe, non tantùm ſua cauſa, ſed etiam populi : vt prouideant, & curant quæ ſunt alius neceſſaria. Tertiò vident ſe non ſatisfeciſſe legi Dei, ſed ſæpe labi & cadere, nec poſſe coram Deo in iudicio conſiſtere. At ſi cum adverſariis ſuis conferantur, non dubitant ſe etiam coram Deo fore illis ſuperiores. Deinde volunt ſua vita illuſtrari gloriam Dei : & ſuo exemplo alios incitari ad piè recteq; viuendum. Adhæc commemorant facta ſua, non vt ſe prædicent apud alios, ſed vt pondus addant doctrinæ ſuæ. Non enim ſunt illorum, aut falſæ, aut vanæ, aut ventoſæ orationes. Vt in loco exponunt bona ſua, ita aliàs non diſſimulant mala ſua. Verùm hic cauendum eſt diligenter, ne nobis imponatur à carne noſtra : Nam quod ad rem ipſam attinet, idem fit & à pio, & ab impio : quod tamen ab illo piè fit, ab iſto impiè. Samuel, & Ezechias, & alij commendant facta ſua. Idem facit Phariſæus, ſed non eodem animo. Deus autem eſt καρδιογνώστης, & videt quo quidque animo, à quoque fiat. Deinde pij agunt Deo gratias de donis ſuis: quotieſque ea in mentem reuocant, toties

Testis est Dominvs, &c.

A incipiunt eſſe ſpe confirmatiore, Deum ita ſibi perpetuò facturum. Poſtremò, nolunt illam lucem, quam vident in ſe à Deo accenſam eſſe, abdi ſub modium, aut ciuitatem collocari in obſcuro, vbi videri non poſſit. Hæc probabile eſt, ſpectaſſe Samuelem : nihil tamen magis quàm vt populus agnoſceret peccatum ſuum. Hæ ſunt Vermilij rationes. In quibus prima & tertia tales ſunt, vt ex hæreticorum armario non immeritò prompſiſſe videatur.

Falſum eſt ſanctos vitiatos & corruptos manere, nec poſſe lege Dei ſatisfacere.

Tametſi enim verum eſt quod Ioannes ait, eos mendacem conſtituere Deum, qui ſe peccato carere affirment, noſque in multis omnes offendere: vitiatos tamen atque corruptos, aut etiam præuaricatæ legis reos, ſanctos aſſerere non licet. Non enim eius generis peccata iuſtis B frequenter incidere intelligenda ſunt; qualia his & ſimilibus dicendi formulis indicantur: ſed talia, quę, cùm ſint leuioris momenti, vt puta quę ab infirmitate, aut ignorantia proficiſcuntur, veniam mereri cenſentur, à qua & nomen inuenerunt, nec hominem prorſus diuini Numinis gratia priuant. Alioquin enim, ſi de grauioribus etiam culpis Ioannis ſententia accipienda eſſet, quis tãdem Apoſtolum mendacij atque iactantiæ non argueret, cùm ille ſe conſtanter aſſeueret nullius criminis conſcium eſſe? Alio item loco fidem ſe ſeruaſſe prædicat, nec iam aliud expectare, quàm vt à iuſto iudice iuſtitiæ corona donetur. Hæc, ſi corruptus erat, & vitiorum labe infectus, qua frõte, quo ore auſus eſt iactitare? Diceret enim aliquis, quid te iuſtum noC bis venditas, cùm ſis tibi violatę legis conſcius? Quis item Iob ſanctiſſimum patriarcham ſimilis arrogantiæ excuſare poſſit, cùm non inferioribus iuſtitiæ atque innocentiæ titulis ſeipſum nobis commendet? Ait enim non hominibus, ſed Deo, *Et ſciat quia nihil impium fecerim*. Et alio item loco apertius cap. 23. *Nolo multa fortitudine* (Deus) inquit Iob, *contendat mecum, nec magnitudinis ſuæ mole me premat. Proponat æquitatem contra me, & perueniet ad victoriam iudiciũ.* Siccine reum loqui oportuit, aut oportuit reum eſſe qui ſic loqueretur? At ſuperbiam eius amici ſui non tulerunt, quin potius verbis grauiſſimis accuſarunt. Fateor. Sed illi mox à Deo reprehenſi ſunt, hic verò laudatus.

Alia rationes ob quas ſancti nonnunquam ſeipſos commendant.

Duas præterea rationes eſſe arbitror, ob quas ſancti nonnũquam ſuas ipſi laudes commemorant. Prima eſt quæ ad eos pręcipuè ſpectat, qui D multis ac magnis incommodis conflictantur, quales nobis Scripturę Iob & Thobiam depingunt. Nam tum libertas ea, inquit S. Iſid. Peluſ. lib. 2. Epiſt. 179. qua iuſti viri pro iuſtitia ſua vſi ſunt, non à faſtu atque arrogantia, ſed à neceſſitate nata eſt. Hæc enim, ne iuſtè incommodis affici viderentur, huiuſmodi voces ab eis expreſſit. Neque enim quiſquam ipſorum, dum à calamitatibus immunis fuit, in eiuſmodi voces erupit : Verùm alius terram, alius cinerem, alius vermem ſe appellauit. At in grauiſſimis, &c. poſt quæ mox ſequitur. Etenim qui mentis ac intelligentiæ expertes ſunt, ab iis calamitatibus quæ in vita occurrunt, vitæ quoque criminandæ occaſionem trahere conſueuerunt. Sic, inquit, amici

S. Iſid. Pel.

illius Iob: ſic barbari Paulum, cùm eum vipera momordiſſet, peractæ necis inſimulabant: ſic Semei Dauid, cùm fugeret, infanda multa obiiciebat. Noli verò tu committere, vt eos omnes, qui in calamitate verſantur, condemnes: verùm ita exiſtima, nonnullos eſſe, qui adipiſcendarum cauſa coronarum, diuerſo pugnæ genere exerceantur. Hæc S. Iſidorus.

Altera ratio eſt, quòd & ſi pacis tempore innocentiæ ſuæ theſaurum recondere bonum ſit, veritatemque ſilentio premere, ne publicata furem alliciat, hoc eſt diabolum, qui bonis ſemper inuidet, & hominum ſaluti nunquam non inſidiatur: attamen vbi ſalus cuiuſquam iudicio tentari cœpit, tum optimè fecerit, ſi nihil eorum, quæ ad defenſionem ſuæ cauſæ conferunt, omiſerit. Alia namque certaminis, alia iudiciorum diſciplina eſt. Ibi vires ſuas diſſimulare licet, quò facilius hoſtem conficias; in iudiciis nulla te magis victoria conſtat, quàm innocentiæ demonſtratione. Deinde, alio quouis tempore humilitas ac demiſſio animi, gemitus item ac lacrymæ multùm prodeſſe valent, ſiue ad mitigandam Dei iracundiam, ſiue ad eius gratiam promerendam: adhuc enim exorari poteſt, & precibus in vtramlibet partem inflecti: at vbi pro tribunali ſederit de nobis laturus ſententiam, vltrà ſpes veniæ nulla relinquetur, niſi ſi quam fortè vitæ integritas operumque merita concilient. Itaque tum nihil conducet humilitate velle contendere, ſed veris virtutibus certandum erit, vt poſſis periculum euadere. Illa porrò veterum certamina iudicij nobis agonem repræſentabant. Hoc genere pugnæ contra amicorum importunitatem Iob velitatus eſt cap. 27. & 31. cùm diceret: *Appendat me in ſtatera iuſta, & ſciat Deus ſimplicitatem meam. Non enim reprehendit me cor meum in omni vita mea*, &c.

Versvs 6.

Et ait Samuel ad populum: Dominus qui fecit Moyſen & Aaron, & eduxit patres noſtros de terra Ægypti.

Vermilius. Vermilivs: R. Kimhi ait, hoc ad illud referri, quod ante dicebatur, *teſtis eſt*. R. Salomoo addendum putat aliquid ad hunc modum: Deus qui fecit Moyſen & Aarooem, ſubaudi, aptos ad eam functionem, cùm ex ſeipſis apti non fuerint. Populus abſoluit Samuelem publico omnium teſtimonio. Tum Samuel, Accipio, inquit, teſtimonium veſtrum, ſed ego noo poſſum vos abſoluere eodem modo. Deus ipſe patrum noſtrorum Abraham, Iſaac, & Iacob eſt inter nos. Ad illum ego me adiungam, & vos accuſabo. Hoc munus eſt & officium miniſtrorum in Eccleſia. Accuſare debent & patefacere peccata populi. Expoſtulabo, inquit Samuel, vobiſcum nomine Dei. Ille vos ſemper maximis beneficiis cumulauit: vos autem erga eum ſemper ingrati extitiſtis.

A Quare accuſabo vos iniuriarum erga Deum, & ingratitudinis. Dilutiones ipſæ argumentorum, quibus vſus eſt Samuel, poſſunt eſſe pro rationibus. Ego vobis non malè imperaui: & Deus vobis ſemper proſpexit, non ergo debuiſtis mutare ſtatum Reipubl. Hæc Vermilius.

In nonnullis codicibos volgatæ editionis, poſt illa quæ hîc ſcripſimus, mox ſubditur, *adeſt*: vt ſit ſenſus, en adeſt Dominus, ſeque concioni veſtræ præſentem exhibet: Vos igitur etiam animis adeſte, mihique eius nomine verba facienti attendite. Timorem ac religiooem incutere voluit ex diuina præſentia, quò paratiores ad perſuadendum inueniret. Poſtrema tamen hæc dictio à correctoribus B Sixtianis expuncta eſt. Neque enim verbum illum quod huic reſpondeat, in exemplaribus Hebraicis reperies. Septuaginta cum R. Kimhi conſentiunt, & ad proximè præcedentia referunt, *καὶ εἶπε Σαμουὴλ πρὸς τὸν λαὸν λέγων, μάρτυς κύριος ὁ ποιήσας τὸν Μωυσῆν, καὶ τὸν Ἀαρὼν*, &c. ac ſi diceret: Animaduertite ſedulò quo me teſte purgaueritis: non enim hominem, ſed Deum teſtem adhibuiſtis, quo teſte vobis fallere oon licebit. At verò hæc verba quantum momenti habeant, præſertim apud Iudæos, omnes intelligunt. Non enim teſtis apud eos criminis tantùm delator eſt, ſed etiam vindex. Primi namque teſtes ex omnibus in damnatum reum lapides mittebant. Cùm igitur Deus eorum, ob quæ teſtis laudatus eſſet, vindex C quoque haberetur, qoanta religione par fuit eiuſdem teſtimonium revereri?

Quanti fieri debeat Deũ teſtem adhibuiſſe.

Duo ſunt quæ teſtem in primis commendant, fides & autoritas. Fides namque veritati deeſſe non poteſt, autoritas vindictam pollicetur. Hæc igitur reis ſibi malè conſciis admodũ formidoloſa ſunt, quibus vbi ſe teneri conſtrictos vident, iudiciorum laqueos euadere ſe poſſe deſperant. At humana fides dolis nonnunquam eludi poteſt, autoritas fauore, aut gratia ſuperari. Diuina quæ ſunt, nullis neque viribus, neque machinis labefactari poſſunt. Erunt igitur etiam religioſius obſeruanda.

Duo teſtem commendãt.

Quatuor quædam ſunt ob quæ teſti fides derogetur. Crimen. At illius ne ſuſpicio quidem Deum attingere poteſt: eſt namque innocen- D tiſſimus. Rationis defectus, qualis impuberibus & mente captis accidit. At Deus eſt perpetuò conſultiſſimus. Amor, odiumve, quibus affecta mens non rarò ab æquitate deflectit. At horum quoque Deus expers eſt, neque immoderatè quemquam odit, aut diligit: ſed bonis quidem omnibus fauet, malos pari odio proſequitur. Denique ſeruilis conditio atque inopia minus firmum teſtimonium reddunt, ob hoc, quòd qui ſeruitutem ſeruiunt, imperio: qui penoria atque egeſtate laborant, pretio ad ferendum teſtimonium adduci poſſe creduntur. At Deus cùm ſit omnium Dominus, vniuerſa quoque ſummo iure poſſidet; dubitari igitur de illius fide non poterit, quæ nolla ratione fallere, nulla arte expugnari poteſt.

Nonnulla quæ teſti fidem derogant.

DOMINVS QVI FECIT MOYSEN ET AARON, &c.

At poterit eius autoritas forſan ſuperari. Quibus tandem modis? duobus opinor, clam, vel aperta vi. At nihil clam moliri poſſumus quod Deum lateat, ſiquidem lynceis oculis omnia circunſpicit, & quæ videntur ab eo remotiſſima, ſuo tamen lumine colluſtrat. Samſon cùm vi ſuperari non poſſet, inſidiis oppreſſus eſt. Iudas contra, cùm dolis capi nequiret, inter confertos hoſtes aperto marte cecidit. Verũ vterque horum homo fuit, & non Deus. At Deus ipſe quemadmodum nulla arte deludi poteſt, ita nec cuiuſquam robore frangi. Vno ſuperciliorum nutu, cùm ita viſum erit, aduerſas acies fundet profligabitque. Itaque Samuel, cùm Deum teſtem à populo timeri ac ſuſpici vellet, B ex iis illum præcipuè commendat, ob quæ firmiſſimum illius teſtimonium habendum eſſet.

Teſtimonij fides teſtis potiſſimùm nititur prudentia ac virtute.

Fecit, inquit, *Moyſen & Aaron, & patres noſtros ex Ægypto eduxit.* Duobus namque teſtimonij fides innuitur, teſtis prudentia, ac virtute. Nam qui prudentia vigent, ſi morum probitate careant, aſtuti potius & aliud quiduis quàm teſtes idonei habendi ſunt. Autoritatem vis ac potentia tuetur. Igitur quod ad potentiã attinet, patres noſtros, potentiſſimo rege deuicto, ferreo quondam ſeruitutis vinculo exemit. Non deerit igitur etiam poſthac vlciſcendi facultas, niſi temeritatis veſtræ vos antè pœniteat. Eiuſdem ſapientia atque prudentia quanta ſit, in Moyſe elucet. Nam quod ille ſapien- C tiſſimè Rempub. inſtituit, Deo autore fecit. Bonitatem porrò eius imperata Aaroni ſacrificia apertè demonſtrant. In his namque remedia populo parari, ſuamque iram placari voluit. Hoc verò maximæ benignitatis argumentum eſt, peccatis, quæ in ſe commiſſa forent, pharmacum medicinamque proſpicere.

Samuel exprobrat populo tria maxima Dei beneficia.

Iterum aliter interpretari poſſumus, quo magis ingratum eorum animum argueret, tria maxima beneficia, quibus omnis eorum Reſpub. fixa & fundata erat, exprobrare voluiſſe. Nam primùm quidem is Deus, qui vobis annuentibus innocentiæ meæ teſtis eſt, in libertatem vos aſſeruit. Ille namque ex Ægyptiaca ſeruitute patres veſtros ſolus eripuit. Deinde Rempub. vobis inſtituit, ſanciris per Moyſen legibus, quas ſi ſeruare in animum induxiſſetis, D bene beareque viueretis. Poſtremò, etiam Sacerdotio religionem apud vos ſtabiliuit, quo beneficio nullum maius eſſe poteſt. Per hanc enim fœdere atque amicitia cum Deo coniungimur, cuius ſocietas atque præſentia homines beatos efficit. Cuius ego legibus atque inſtitutis cùm res veſtras moderatè ac ſapienter adminiſtrarim, animaduertite quem teſtem adhibearis. Idem namque qui ſua à vobis inſtituta reſcindi, nouamque reipublicæ formam introduci videt, tanquam fuerit illa quam ipſe conſtituerat, minus vtilis atque idonea: idem, inquam, nequitiæ vobis teſtis erit, qui mihi nũc eſt innocentiæ. Arbitror etiam Samuelem idcirco hos præcipuè in exemplum adduxiſſe, cũ Deum teſtem citaret, quod ab his quondam teſtis appellatus, dito ac metuendo contumacium ſupplicio teſtimonium ſuum ſanxerit. Nam Pharao quidem maris gurgite hauſtus A eſt, cùm patribus eorum fidei ac promiſſionis ſuæ teſtimonium ferret. Dathan & Abiron hiatu terræ abſorpti ſunt. Core cum ſuis ſequacibus igne cæleſti conſumpti, cùm Moſis atque Aaronis vtramque poteſtatem teſtimonio ſuo firmaret. Chaldæus Paraph. ad ſolam Dei potentiam prædicandam retulit. *Dominus*, inquit, *qui fecit fortitudines per manus Moyſis & Aaron, & qui eduxit patres veſtros ex terra Aegypti.*

DE OMNIBVS MISERICORDIIS DOMINI, &c. Numer. 16.

VERSVS 7.

Nunc ergo ſtate, vt iudicio contendam aduerſum vos coram Domino de omnibus miſericordiis Domini, quas fecit vobiſcum, & cum patribus veſtris.

Iuſtitia & miſericordia eadem dictione ab Hebrais exprimuntur.

Georgius Venetus. Sanctes Pagnin. Vatablus.

CONSTANTER omnes præter vulgatam iuſtitias legunt, & non miſericordias. Hebraicè את כָּל־צִדְקוֹת *eth col tſidecboth cum omnibus*, vt Arias, aut, ſicut alij, *de omnibus iuſtitiis Domini*. Notauit Georgius Venetus in ſuis Problemat. in ſacram Scripturam, *tſadak* etiã pro eleemoſyna vſurpari. Pagnin. in Theſauro C docet צֶדֶק *tſedech* iuſtitiam, צְדָקָה *tſedachah* eleemoſynam ſignificare. Vatablus in hunc locum: Iuſtitiam pro beneficio Hebræi aliquando accipiunt, ſiue pro eleemoſyna, quod homines iuſtos declaret. Et Vermilius, Dona Dei appellat, inquit, iuſtitias: Cùm illa ex ſola Dei miſericordia proficiſcantur. Quomodo ergo ſunt iuſtitiæ: an ea populo Iſraëlitico debebantur? minimè. Radix quidem omnium donorum Dei eſt miſericordia: appellantur tamen iuſtitiæ, quòd Deus ſtet pactis ſuis. Vt autem ea primùm paciſceretur, ſolius fuit miſericordiæ. Hæc Vermilius. Digna res viſa eſt quæ à nobis accuratius explicetur.

D *Qua ratione diuinæ iuſtitiæ opera, miſericordiæ vocentur: & diuinæ miſericordiæ opera, iuſtitiæ item dicantur.*

VT *diſceptem vobiſcum de omnibus iuſtitiis Domini.*] Dicet aliquis, Quas tu nobis iuſtitias commemoras? Nimirum, quòd cùm ipſi primùm vexati ab Ægyptiis Dei opem implorassent, exagitatores eorum ſupplicio afficiens, ab iniuria repreſſerit. Deinde, quòd cùm ipſi denuo, iam ſuperatis hoſtibus, & pace compoſita, violato fœdere neglectiſque pacti conditionibus, in Dei offenſionem incurriſſent, ne malum vlterius ſerperet ad totius gentis perniciem, ſeuerè ab eo puniti ſunt: nec id ſemel aut iterum, ſed cùm ſæpius in eundem legis contemptum relaberentur, identidem ab eodem coerciti ſunt. Secundùm quos ipſi quoque hoſtes eorum, cùm in eorundem calamitate inhumanè atque atrociter baccharentur,

Digitized by Google

iiſdem mox lugentibus, ac ſuperiotis ætatis vecordiam contumaciamqoe deſſentibus, oon abſque graui ruina proſtrati ſunt. Hæc porrò omnia idcirco in Dei iuſtitiis numerãtur, quòd fuerint acceptæ ab vtriſque iniutiæ æquiſſimæ vltiones: quas eo conſilio refette voluit, vt eſſet quo diuini iudicij metum illis incuteret; ne dum pari audacia furunt, ſimilia patiantur. At quotſum eædem animaduerſiones miſericordiæ vocantur? Nam vulgarus quidem ita reddidit, cuius apud nos grauiſſima ſemper autoritas eſſe debet. Vermilius ſanè ac Vatablus tametſi verbo ab eo diſſentiunt, re tamen ac ſenſu coniunguntur. Reſponderi poteſt, quoniam his omnibus animaduerſionibus eorundem ſaluti potiſſimùm conſulete voluit. Sic enim fiebat, vt dum metu, ac dolote inopiaque cru- B ciarentur, ab inſania reſipiſcerent, & ad meliorem frugem ſe reciperent, vti ſubinde experientia compertum eſt. Quandoquidem tamen ea commemotatione pœnarum, exptobratio beneficiorum contineri videtur, toties enim ab eo miſerrima calamitate eripi, quis non in ſummis beneficiis numeret? Age concedamus quod illi volunt, & ad mentem vulgatæ editionis magis accedit, hoc loco iuſtitias diuina beneficia nominati. At quæ tandem erit ſpecies illa iuſtitiæ, quóue nomine cenſebitur? Commutatiuam dicemus? Fieri poſſe non videtur. Nam illa primùm in tebus vltrò citroque datis & acceptis conſtituitur: homo verò tametſi plurima à Deo in ſingulos dies accipiat, teferre tamen nil poteſt. *Quis prior dedit illi*, inquit Apoſtolus ad Rom. 1. *& retribuetur ei?* Et Iob cap. 25. *Si iuſtè egeris, quid donabis ei? aut quid de manu tua accipiet?* Deinde, rerum pretiũ iuſtitia ſtrictè atque exilitet ad calculos reuocat, vt par ſit tatio acceptorum & datotum. At Lucæ 17. Chriſtus nos docuit Dei in nos beneficia nullo noſtro metito æquati poſſe. *Cùm feceritis*, inquit, *hæc omnia, quæ præcepta ſunt vobis, dicite: Serui inutiles ſumus.* Poſtremò nulla talis iuſtitia locum habere poteſt inter patrem & filium; dominum & ſeruum: quoniam neque ſeruus neque filius ſui iuris ſunt, vt iure aliquid poſſidere cenſeantur: Sed patris eſt aut domini quicquid penes illos eſt. Quamobtem ea ſpecies iuſtitiæ Deo tribui non poterit, cùm ſimus illius ſiue ſerui ſiue liberi, quemadmodum docet S. Thomas 1. parte quæſt. 21. artic. 1.

Animaduerſiones diuina iuſtitia ad miſericordiam pertinent.

Qua ſpecie diuina beneficia iuſtitia vocentur.

S. Thomas.

At diſtributiuam Dei iuſtitiam omnia prædicant, vt idem ait. Sicut enim in bene ordinata familia, aut quolibet grege qui ab vno regatur, terum & officiorum æquabilis diſtributio talem in regente iuſtitiam arguit: pari ratione hic quoque naturæ conceotus, ordo elementorum, rerumque omnium ſeries & apta collocatio, rebus denique ipſis ſua cuique vis propria attributa, eiuſdem generis iuſtitiæ prætogatiuam ineſſe Deo palàm oſtendunt. Hoc teſtatur S. Dionyſius de Diuinis Nominibus cap. 8. quem idem S. Thomas his verbis refert. Oportet videre in hoc veram Dei eſſe iuſtitiam, qnòd omnibus tribuit propria, ſecundum vniuſcuiuſque exiſtentium dignitatem, & A vniuſcuiuſque naturam in proprio ſaluat ordine & virtute. Verùm dicet aliquis, quî tandem fieri poteſt, vt hanc Dei prnuidentiam iuſtitiã appellemus, cùm nihil horum cteaturis à Deo vllo iure debearur? Contrà debetur vnicuiqoe quod ſuum eſt. Dicitur autem eſſe ſuum alicuius, quod ad ipſum ordinatur. Quapropter ſetuus dicitur eſſe domini ſui, quoniam eius obſeqnio addictus eſt: Dominus autem, qui nulli eſt obnoxius. Liberum enim eſt quod ſibi natum eſt, nec alterius commodis ſeruire cogitur. Igitut etiam illud erit debitum, quod ita à natura comparatum eſt, vt alterius vtilitati inſeruiret. Nam quæ facta ſunt, ſuis omnibus numeris abſoluta non ſunt, ſed pluribus indigent ad ſuam perfectionem. Indigent ſole & B pluuia quæ terra gignuntur, alimentis animalia indigent, igitur & illa requirunt. Ea verò non in alium finem creata ſunt, quare & debita ſunt. Ex his namque debitionis ratio conſequitur. Verùm duplex ordo in rebus attendi poteſt: aut quo nonnulla terum aliarum gratia conſtituta ſunt: aut quo omnia ad Deum referuntur. Inde duplex debiti ratio conſurgit, prout quæque res primùm à Deo deſtinata eſt. Nam quæ diuinæ gloriæ conſecrata ſunt, eidem deberi dicuntur: quæ verò rebus creatis atttributa ſunt, earum iuri cedunt. Cùm igitur Deus illa præſtat & exhibet, quæ ad ſuam glotiam amplificandam promouent, tum iuſtè & ordine C facere dicitur: quoniam nihil eius ſapientiæ conuenientius, nihil voluntati acceptius eſſe debet, quàm vt nominis ſui gloriam amplificet. Et ad hanc quidem prouehendam quæcunque ſunt referri omnino debent. Verumtamen ſubinde etiam rebus creatis nonnulla priuatim aſſignata ſunt, quæ ſpectent & valeant ad earum ſatus, ortus & incrementa conficienda. Sic enim toti cuilibet ſuæ partes attributę ſunt, rebus, quæ ſunt, ſua accideotia; corporibus, moles, ſentientibus autem atque viuentibus diuerſa ſenſuum organa, ſine quibus vita hæc duci non poteſt. Quæ cùm omnia tebus iiſdem neceſſitate quadam naturæ debeantur, cùm illa Deus impertit, iuſtitiam exercere dicitur. Poſterius tamen hoc debirum ex ptimo naſcitur. Non enim hæc aliunde rebus in rerum na- D tura conſtitutis deberi intelligendum eſt, quã ex diuinæ ſapiẽtiæ voluntatiſque decreto, quod ita fieri prius ordinauit. Ex quo tametſi Deus vnicuique debitum teddat, oon tamen ipſe debitot conſtituitut, cùm ipſe nemini addictus ſit, nec cuiuſquam gratia conſtitutus: quam conditionem nos antea requiſiuimus, cùm debiti rationem explicaremus. Itaque diuina iuſtitia duo quædam ſignificat: aut quod par eſt, & decet ſummam eius bonitatem: aut quod cuique pro meritis, aut naturæ ſuæ proprietate conducit.

Diſtributiuam Dei iuſtitiã omnia prædicant.

S. Dionyſ. Areopag.

Suum cuique natura debetur.

Origo naturalis debiti.

Duplex ratio debiti.

His ita conſtitutis, qua tandem ratione iuſtitia Dei miſericordia dici queat, non etit difficile explorare. Nam quo alio fundamento iuſtitia niti poteſt, vt vera eſſe credatur? Debitum enim requiritur ad conſtituendam iuſtitiæ rationem. Vt verò quippiam deberi fateamur, prius aliquid eſſe neceſſe eſt, ex quo talis obli-

Debitum iuſtitia naſcitur ex Dei miſericordia.

gatio oriatur. Nam qua ratione manus homini deberi mihi perſuadeas, niſi his animam ratione ac conſilio præditam indigere prius docueris? animam autem rationalem idcirco habere debere, qubd vt homo ſit, illa informari opus habeat? Hominem autem eſſe oportere quibus tandem argumentis conficies? Sola Dei miſericordia eſt, quæ hanc illi debitionis legem impoſuit. Ergo & opus iuſtitiæ à miſericordia pariter procedit, & quod iuſtum eſt, idem quoque miſericordia præditum dici poteſt. Qubd ſi præterea vtilitatem, quam ex iuſtitia diſtribuente percipimus, ſpectare velis, eadem iterũ miſericordia vocanda erit, ſi quidem illa, dum quæ nobis neceſſaria ſunt ſuppeditat, nõ vniuſmodi miſeria nos liberat. Diuinam portò miſericordiam non aliqua animi perturbatione metimur, ſed miſeriæ ac calamitatis depulſione, quæ huius virtutis apud nos cenſetur eſſe propria. Vermilius diuina beneficia idcirco iuſtitias vocari autumat, quòd illa Deus ex pacto cum maioribus inito in poſteros eorum contuliſſet. Pacta autem, vt æquum eſt, ſoli Dei miſericordiæ accepta refert: Iſraëlitis autem nihil horum debitum fuiſſe aſſerit. Hæc Vermilij ſententia eſt, quæ quomodo intelligenda ſit, & quatenus à nobis probari debeat, paucis explicabimus.

D. Thom. eiuſdem quæſt. art. 4.

Ratione promiſſorum, pactorumque Deus quidem verax, iuſtus, & miſericors: ſed num etiam debitor appellari queat.

Sicut ſe habet debitum naturale in rebus ad naturam pertinentibus: ita promiſſa & ſtipulationes in iis, quæ ad gratiam gloriámue pertinent.

PRIMVM multas Dei promiſſiones in Scripturis legimus, quas etiam, quo plus autoritatis habeant, nonnunquam iuramento firmauit, nonnulla etiam pacta & conuentus certis conditionibus factos. Verumenimuero cùm ſuapte natura homo ad æternę vitæ felicitatem aſpirare non poſſet, aut propriis eam viribus conſequi, nec opes ad eam rem neceſſarias vllo naturali debito exigeret, Deus, quod naturæ deerat, promiſſis ac ſtipulationibus ſupplere curauit. Sic igitur factum eſt, vt quemadmodũ futuro homini, & anima & corpus & manus & ratio, naturæ iure debentur: ſic poſtea æternæ vitæ candidatis, promiſſorum pactionumque legibus diuina quædam vis ac facultas deberetur. Non tamen ex æquo conuenta & promiſſiones obligandi vim obtinent: ſed promiſſiones quidem ius in rem aliquando concedendum pollicentur, ſtipulationes verò legitimis actionibus in poſſeſſionem mittunt. Promiſſiones itaque fidem obligant, quam fallere neminem decet: pacta verb & conuentus præter datam fidem, etiam iuſtitiæ vinculis conſcientiam ſtringunt, vt fidem fallere neutiquam liceat: ſiquidem iuſtitiæ nexus, cùm ſit perpetuus, nulla fraude, periurio, aut etiam tempore ſolui poteſt. Quamobrem cùm de diuinis promiſſionibus Scriptura mentionem facit, ſimul etiam Deum veracem, fidelem, denique non

Diſcrimen inter promiſſum & conuentionem.

A mentiturum prædicat. At cùm de conuentis agitur, mercedem reſtituturum aſſerit, & ſuũ cuiuſque vocat quod redditur; nec iam fidelem Deum, ſed iuſtum pronuntiat. Apoſtolus cùm ad Hebræos 6. de promiſſionibus ſermonem habere inſtituiſſet. *Homines*, inquit, *per maiorem ſui iurant: Deus autem neminem habuit, per quẽ iuraret, maiorem: & ideo iurauit per ſemetipſum: ad oſtendendam pollicitationis heredibus immobilitatem diuini conſilij, vt per duas res immobiles, quibus impoſſibile eſt mentiri Deum, fortiſſimum ſolatium habeamus.* Non mentiturum ait Dominũ, cùm ſit pollicitus, cùm iurauerit, idque per ſemetipſum. Iterum cap. 10. fidelem eum appellat, ac certò præſtaturum quæ repromiſerit. *Teneamus*, ait, *ſpei noſtræ indeclinabilem confeſ-* B *ſionem. Fidelis eſt enim qui repromiſit.* Et in Pſalm. *Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non fruſtrabitur eum.* Et alio item loco, *Semel iuraui in ſancto meo, ſi Dauid mentiar.* Hæc de promiſſionibus. At vbi de pactis quæſtio eſt, animaduerte quæſo quibus vocibus vtatur. Matthæi 20. *Nonne ex denario conueniſti mecum? tolle quod tuum eſt.* 1. ad Corinth. 3. *Vnuſquiſque propriam mercedem accipiet ſecundùm ſuum laborem.* Et ſexcentis aliis locis inſcribitur mercedem pro opere ſoluturus, & quod iuſtum erit redditurus.

Deus in promiſſis verax, in conuentis iuſtus in vtriſque miſericors.

Sicut igitur in promiſſis verax, ita & in conuentibus iuſtus habendus eſt: Miſericors autem cùm in vtriſque eſſe poteſt, tum ſine vtriſque eſſe poteſt. Cùm abſque alterutro horum modorum miſericors erit, tum ab illo collatum C beneficium communiori appellatione gratia dicetur: cùm ob promiſſorum fidem ſeruandam, veritas: iuſtitia verb, cùm ex ratione pactorum. Sed iam ſatis opinor manifeſtum eſt, quæ ſint illa Dei beneficia, quæ iuſtitiæ nuncupantur.

Qua tandem ratione Deus debitor conſtituatur.

Reliqua eſt vna difficultas, cui ſcilicet, eo iure, quo diuinum beneficium iuſtitia cenſetur, Deus obligetur, ſibi, an homini, cum quo illi de conditione conuenit. Sunt qui velint ſuæ tantùm ſapientiæ debitorem conſtitui, quod iam antea expoſuimus. Alij tamen ne hoc quidem ſummæ illi maieſtati derogare putant, ſi homini ex pacto obnoxius habeatur. Nõ enim lege aliqua Deum aſtringimus, aut vlli neceſſitati addicimus, vel naturæ arbitrióue noſtro D parere compellimus: ſed illis duntaxat quibus ipſe voluit, & quatenus quantumque voluit, docemus ea deciſione teneri, cuius idem autor & arbiter extitit. Quòd ſi quis obſtinatius vrgeat, obligari non decere rerum omnium Dominum, ipſe viderit, in his vocibus quid exhorreſcat: nos certè, tametſi Sanctorum patrum vſum loquendi retinuerimus, minimè tamen verebimur, ne ſummo illi Domino iniuriam feciſſe videamur. Nam illi hoc modo ſæpe loquuti ſunt, vt Deum homini debitorem affirmarent. S. Cyprianus lib. de oper. & eleemoſyn. de iuſto ait, Deum ſibi computare debitorem. S. etiam Fulgentius in Præfat. ad Monymum, Seipſum, inquit, dignatus eſt ſua largitate facere debitorem. Denique S. Auguſtinus in Pſalmum 83. circa finem, Debitorem Dominus ipſe fecit ſe, non accipiendo, ſed pro-

S. Cyprian.

S. Fulgent.

S. Auguſt.

Dei ius infinitum nullā exceptionem patitur.

mittendo: non ei dicitur: Redde quod accepiſti: ſed redde quod promiſiſti. S. item Ambroſius & alij plures. Quod autem aiunt, perire Deo ios ſuum, ſi cum homine communicetur, ſiue Deus vllo genere obligationis homini deuinciatur, non ſit mihi veriſimile. Nam ne in ciuilibus quidem Deus quicquam de ſuo iure decedit, tametſi rerum poſſeſſio æquis legibus homini tribuatur. Nihil enim ius noſtrum, ſiue noſtra poſſeſſio, cùm ſit diuerſi ordinis, diuino iuri aut poſſeſſioni officit: ſed commodè humana poſſeſſio diuinæ ſubſternitur, & Deus ſic obligatur, vt tamen ille nexus ad libertimā eius poſſeſſionis facultatem pertineat: ſed nos cùm exili atque anguſto ingenio ſimus, infinita non capimus, neque percipere poſſumus, quomodo Deus obligare ſe poſſit abſque ſui iuris imminutione. Et tamen ſibi ipſi noſtra cauſa ſe obligat, vt omnes fatentur: nec aliter ſe obligat, quàm quod nobis aliquid debeatur. Quibus igitur deberi à Deo plurima fatemur, horum nos debitorem Deum negabimus? Placet tamen etiam alia opinio: quoniam non oppugnandæ veritatis ſtudio, ſed potius obſeruandæ Maieſtatis opponitur. Poſtremò, quod aiont, neque ſeruum cum domino, neque filiū cum parente, iure agere poſſe, hoc ita intelligendum puto, ſi modo ſeruus ille peculiū non habeat, nec filius à patre emancipatus ſit: nobis verò peculij nomine multa à Deo conceſſa ſunt, & libertatis attributæ priuilegio emancipati eſſe cenſemur. Multa præterea in vtroque genere dona accepimus. Nam & *terram*, inquit Dauid, *dedit filiis hominum, & de plenitudine gratiæ eius nos omnes accepimus*: quibus ex animi noſtri ſententia vtendo fortiter, ea lege, qua tanti noſtra pendere voluit, eumdem lucrifaceremus.

Versvs 8.

Quomodo Iacob ingreſſus eſt in Ægyptum, & clamauerunt patres veſtri ad Dominum: & miſit Dominus Moyſen & Aaron, & eduxit patres veſtros de Ægypto, & collocauit eos in loco hoc.

Qvomodo *Iacob ingreſſus in Ægyptum.*] Hiſtoria nota eſt Geneſ. 46. quam diligenter excuſſit S. Hieronymus in quæſt. Hebraic. in Geneſ. Cauſam autem propter quam Deus eos in Ægypto vexari permiſit, Samuel non aperit. At Ioſue idololatriam fuiſſe docet, Ioſue cap. 24. his verbis. *Nunc ergo timete Dominum, & ſeruite ei perfecto corde atque veriſſimo: & auferte Deos quibus ſeruierunt patres veſtri in Meſopotamia & in Ægypto.* Nec dubium eſt quin

Ægyptiaca vexationis cauſa idololatria fuit.

A aliis quoque vitiis abundarint. Etſi verò immunes à culpa ſibi fortè videbantur, quòd necdum lege lata quid agendum, quidue ſequendum foret, didiciſſent, nulla tamen ratione excuſari poterant: quoniam *quæ legis ſunt*, inquit Apoſtolus, *naturaliter nouerant*: quapropter etiam *qui ſine lege*, inquit, *peccauerunt, ſine lege & peribunt*. Tametſi ne lex quidem illis defuiſſe videri poſſit, cùm ad omnem iuſtitiæ cultum exemplis patrum ſuorum eruditi fuiſſent: quorum vitā Philo ait, primis temporibus pro lege fuiſſe propoſitam. Qua de re in hunc modum diſſerit tomo 1. lib. de Abraham. Nunc quoniam ordo poſtulat, vt leges ſcrutemur, dilatis ad tempus B particularibus earum ceu imaginibus, generaliores & quaſi exemplares primùm diſquiramus. Hæ ſunt viri qui rectè ac ſine culpa vixerunt, quorum virtutes publicatæ ſunt in ſacrarum literarum tabulis non tantùm ad laudem illorum, verumetiam ad lectores in æmulationem prouocandos. Fuerunt enim illi animatæ rationaleſque leges, duabus de cauſis venerabiles. Altera, quoniam oſtendunt quòd præcepta legis à natura non diſcrepent. Altera, quòd hinc liquet non eſſe opus magno labore ad exigendam vitam iuxta legum regulam, quando illi priſci ante leges ſingillatim proditas, non ſcripto iure vſi, pari facilitate atque felicitate vixerunt: vt meritò quis dicere poſſit, leges C ſcriptas nihil aliud eſſe, quàm vitæ patrū commentaria, in quibus eorum dicta factaque narrantur. Nam illi ſcholas nullas frequentauerant, nullis præceptoribus vſi fuerāt, ſed à ſeipſis inſtituti doctique ordinē naturæ ſequuti ſunt. Quæ lex eſt dubio procul antiquiſſima omniū: quam ipſi ius ſuum faſque rati eſſe, totam vitam ſuam vltro ei ſubdiderunt: fortuitas autem res precibus & ſupplicationibus commendantes Deo propitio, hac quoque parte vixerunt feliciter, accedente ad promptam beneagendi voluntatem, diuina quoque prouidentia. Hactenus Philo.

Philo.

Patriarcharum vita antiquis pro lege fuit.

Et *clamauerunt patres veſtri ad Dominum.*] Vermilius: Reperire, inquit, memoria quomodo res veſtræ habuerunt ab initio. Cùm affligeremini in Ægypto, clamauiſtis ad Dominum: & ille vos audiuit, & excitauit vobis D Moſen & Aaronem. Poſtea educti ex Ægypto incidiſtis in manus exterorum principum, & tyrannorū. Clamauiſtis: & tum quoque Deus vos audiuit. Iſta erant iuſta remedia. Nunc autem vos, abiectis his rationibus ad alia inutilia, & vana remedia confugiſtis. Huius criminis nos quoque quotidie rei ſumus. Cùm enim affligimur à Deo, quid agimus? Indicimus Concilia, colligimus pecunias, conſcribimus milites: pœnitentiæ verò & inuocationis nulla mentio. Ita iuſta & ordinaria remedia contemnimus. Deus tamen illorum precibus excitatus ſemper adfuit, miſit iudices, tulit auxilium. Hæc Vermilius.

Vermilius.

Quis

Quis clamor Hebræorum fuiſſe videatur, & quæ peccata in cælum clament.

CÆTARVM, an Dei opem Iſraëlitæ imploratint, cùm ab Ægyptiis premetentur, non ſatis compertum habeo. Tametſi enim cùm hoc loco, tum aliis nonuullis, ingemuiſſe, vociferaſſe, clamorem ploratumque ediḋiſſe ferantur: quinetiam Deus ipſe eorumdem gemitus vociferationéſque exaudiſſe referatur, attamen preces fudiſſe, Deumque clamoribus illis appellaſſe, Scriptura non B memorat. Neque verò neceſſe eſt, vt ſi Deus eorum voces auditu percepiſſe narretur, eumdem precibus obſecraſſe credamus. Nam qui coruorum pullos inuocantes exaudit, tot hominum gemitus ignoraſſe non potuit, etiamſi illi, quem ſois eiulatibus fatigarent, neutiquam agnoſcerent. Non igitur opus eſt eum clamorem orationem interpretari: quin potius ſummopere miranda eſt diuini numinis clementia, qoæ ne inuocata quidem, miſerorum luctu atque ærumnis permouetur, & deſiderata antequam poſtulentur concedit. Nouit enim ipſa quid clamor dolentis à ſe tequirat, licet eumdem interpellare non norit. C Cùm enim ſuopte conſilio ac voluntate clamorem laborantibus indiderit, vtique quid clamor ipſe velit, intelligit. Etenim ſic à natura comparari ſumus, vt malè affecti vocem contendamus: nec modò nos, quos rationis & intelligentiæ participes Deus eſſe iuſſit, verùm etiam animantia cætera quæ iudicio & mente carent, cùm dolore punguntur, in gemitus & clamores iuconditos erumpunt. Cuius rei caoſam cum inueſtigaret Ariſtoteles, docuit in Problematis, quemadmodum refert D. Thomas 1. 2. quæſt. 44. artic. 1. eum clamorem inde cieri, quòd natura, cùm ſe vexari torquerique ſentit, ſpiritum caloremque data ad propulſandam iniuriam remedia, intrò rapiat & contrahat; quorum mox copia atque impetu vehementius D inclamet neceſſe eſt. Naturaliter igitur cùm dolemus, clamorem emittimus. Naturæ autem Deus eſt opifex. Vude nec mirum videri debet, ſi clamorem quemcunque dederit, exaudiat. Nam quod Hebræi ſuo illo clamote Deum patrum ſuorum ex animi ſui ſententia non iouocauerint, neque votis ac precibus auxiliom ab eo eflagitauerint, inde probari poſſe videtur, quòd cùm legatus ad eos Moyſes mitteretur, extimuerit, ne cùm ad eos accederet, & ſe à Deo patrum ipſorum allegatum nunciaret, tanquam nouum aliquid & inauditum afferentem eius nomen interrogarent. Exodi 3. Deinde, vt dixi, etſi ſæpius gemitum vociferationemque Scriptura commemoret, nuſquam tamen orationis meminit. Poſtremò,

An clamor ille Iſraelitarum ad orationem pertinuerit.

Deus clamorem laborantibus indidit.

Ariſtoteles.

A Ioſue ſub idem tempus, quo is clamot exortus eſt, Hebræis idololatriæ crimen impingit. Ex quibus omnibus conficitur, vix vllam apud eos tum Dei memoriam ſuperfuiſſe, ac proinde etiam haud illis fuiſſe precibus inuocatum. At poſtquam de Dei voluntate, nomine, vi atque potentia per Moyſen certiores facti ſunt, tum demum probabile eſt eum ſibi propitiom fieri exoptaſſe, & vt auxilium maturaret obſecraſſe. Prius tamen ab eo præuerſi ſunt, & tanquam è ſomno excitati, quã de Deo requirendo cogitarent. Quo pacto, mea quidem ſententia, ſumma quædam vis diuinæ miſeriaordiæ elucet, quæ nec opinantibus occurrit, & eos à quibus ipſa negligitur, ſuo præſidio ac fauore reficit recreatque.

Summa vis diuina miſericordia.

B Quanquam etiam arbitror alio modo commodè exponi poſſe pro eo clamore, quem nonnulla ſcelera iu Scripturis edere feruntur. At enim quatoor illa eſſe ex iiſdem Scripturis Theologi colligunt: humanam cædem ſponte factam, Sodomiticum flagitium, pauperum ac viduarum pupillorumque oppreſſionem, denique mercedis operarum iniuſtam retentionem. Hæc paſſim in Scripturis cælo vim clamoremque inferre dicuntur. *Clamat*, inquit Deus Caiu, *vox ſanguinis fratris tui ad me de terra.* Et, *Clamor Sodomorum pertingit vſque ad cælum.* Et cætera paſſim in lege & Prophetis. Horum verò quatuor (ſi infamiam C illam Sodomiticæ turpitudinis excipias) quod non hoc loco inclamaſſe putandum eſt, cùm ſupra vires modumque Hebræi operi incumbentes, nullam mercedem ab Ægyptiis acciperent? Cùm viduæ eotum atque inopes immenſis laboribus conficerentur: paruulorum autem cædes quotidie creſcerent, quos aut ferrum in ipſo lucis aditu extinguebat, aut Nili gurges ſorbebat, Hippopotamis & Crocodilis pabulum fututos? Hinc ſcilicet illa vociferatio erumpebat, quam cœlo Deus euntem auribus excepit. Etſi namque eorum quæ fiunt nihil prorſus diuinam prouidentiam latere poſſit, illa tamen præ cæteris obſeruare videtur, quibus ipſa per ſe remedium afferre ſolet.

Scelera quæ in cælum clamorem tollere dicuntur.

Cuiuſmodi verò illa ſint non erit difficile D æſtimare, ſi apud te cogites, eorum qui iniuriam patiuntur, nonnullos ſubſidiis à Deo datis defendi ac vindicari poſſe: nonnullos verò præſidio carere. Propterea namque, tametſi ne priores illi quidem eum prætereant, ſed ſtatuerit opportuno tempote omnem iniuſtitiam vlciſci: poſteriorum tamen præcipuè curam ſuſcipit, ſeque illis magis cum opus eſt præſentem exhibet, & vindicem præſtat. Furem odit: neque enim Deus æquo auimo ferre poteſt ſua beneficia cuiquam eripi. Igitur ne ille quidem impunè feret. Furto tamen clamor aliquis non tribuitur. Qui tandem? quoniam qui damnum dedit, ſarcire poteſt: & qui accepit, ſi non ſit de grege eorum quos Scriptura notat, non vno pacto ablata recuperare poteſt. At ſi cui nefariè vita erepta eſt, alio vindice

Qua ratione Deus dicitur nonnullorũ clamores audire.

opus habet, cùm nihil vltra conari poſſit. Sed nec pupillus quoque, & vidua, & quicunque nimia egeſtate laborant, ſi à potentioribus opprimantur, apud homines ius ſuum obtinere poteruot, aot mercenarioa debitum ſuo labori ſtipendium à diuite extorquere. Propterea igitur aliorum quidem ſcelerum patratores legibus coercendos permittit, & iudices dedit, qui cùm oporteret iniuria aut damno affectos audirent: at ſi quis in hominem inuaſerit, & neci dederit, aut pupillum viduámue fortunis atque opibus euerterit, ſiue etiam mercenarium ſalario fraudauetit: rametſi nemo homo vindicet, aut etiam agnoſcat, ſe tamen ſpondet vltorem futurum. Scilicet quemquam neceſſario à ſe præſidio deſtitutum fuiſſe videri noluit. Quo verò certius id nobis perſuadeat, eorumdem facinorum clamorem cælos ferire docet, tanquam illa diſsimulare aut pati diutius nequeat.

Allegoria. Philo.

Ad Allegotiam pertinet quod tradit Philo, lib. de Confuſione linguarum, *in Aegypto* ſiue *Pharaone*, regem corporis ſeu corporis curam atque libidinem intelligendam eſſe: in *Iacob* ſiue *Iſrael*, principem animæ facultatem, quæ à priore carnis voluptatibus atque deſideriis ſeruire cogatur. Illum, inquit, Moſes induxat delectari lateritiis ædificiis. Poſtquam enim aliquis aquam terramque, illam humidam, hanc ſolidam eſſentiam, ne dilaberentur corrumperenturque miſcuit, & ex his duobus tertium quiddam vtrique cogoatum effecit, quod lutum vocatur, in portiones hoc ſecare non deſinit, ſuam cuique ſegmento formam affingens, vt firma fiant & ad ſtructuram commoda. Sic enim opus abſoluitur non magno negotio. Hoc imitati homines prauo ingenio, poſtquam brutos & nimios affectionum impetus miſcuerunt cum grauiſſimis vitiis, ſecant eam temperaturam in ſpecies, quas fingunt formantque miſeri, ex quibus contra animam arx celſa erigitur: dum ſenſus diuiduntur in viſum, auditum, guſtum, odoratum, tactum: affectus in gaudium, concupiſcentiam, timorem atque dolorem: vitiorum genus in imprudentiam, luxuriam, timiditatem, iniuſtitiam, & his cognata cætera. Nec deſunt his etiam nequiores, qui non contenti hunc conatum ſuſcepiſſe, etiam alios ipſis meliores, ad contemplatiuum genus pertinentes, cogunt lateres facere, & ciuitates munitas ædificare, ſuo regi, vt videri vult, intellectui: & hoc agunt, vt declarent bonum ſeruire malo, affectus plus poſſe quàm tranquillitatem animi, prudentiam cum virtutibus ſubditam eſſe imprudentiæ cæteriſque vitiis, vt neceſſe habeant dominorum imperata facere. Ecce, aiunt, etiam animæ oculus lucidiſſimus, puriſſimus, omnia cernens acutiſſimè, cui ſoli Deum videre licet, nomine Iſraël, implicitos aliquando corporeis Ægypti caſſibus perfert iuſſa grauiſſima, vt lateres faciat, & alia terrena opera cum ingenti labore ac vexatione: quapropter meritò dolet ac gemit, qoippe cui hoc vnum ſuppetit, vberes in tantis malis lachrymæ. Nam rectè dicitur, quòd ingemuerunt filij Iſraël præ grauitate operum. Et quis ſanæ mentis videns vulgi opera, nimiaque ſtudia, pecuniæ, gloriæ, voluptatum, non vehementer doleat, & ad ſolum ſeruatorem Deum exclamet, vt ille mala ſubleuet, perſolutoque pro anima pretio, in libertatem eam vindicet? Sed quæ tandem eſt hæc libertas? Illi ſoli ſapienti ſeruire, ſicut teſtantur oracula in quibus dictum eſt: *Emitte populum, vt mihi ſeruiat.* Hactenus Philo.

Et *miſit Dominus Moyſen & Aaron.*] Quàm magnum & ingens fuerit illud beneficium, ex effectis colligi poteſt. Primùm enim grauiſſimus ille labor, & acerbiſſima verberum contumelia ab eorum corporihus depulſa ſunt: deinde cædes quoque infantium repreſſa eſt, moxque ſequuta gratiſſima cuique libertas, & libertate potior veri Dei cognitio: quam ne deinceps apud eorum poſteros obliuione deleri contingeret, inciſis in ſilice legibus ſanxit, & ſacerdotium, quo nihil habet terra ſublimius, in perpetuum inſtituit. Nam prius quidem neque lex erat, quæ malè agentes prohiberet: neque vni cuipiam præ cæteris ſacrificiorum cura permiſſa, vt rite atque ordine fieri procuraret. Vnde ſæpenumero accidebat, vt rem diuinam aut omnino non facerent, aut ita facerent, vt diuini numinis iram potius prouocarent quàm mitigarent. Quod ſi ea beneficia tanti hactenus facienda ſunt, vt à Deo maiora pro tempore expectari noo potuerint: quid illud quanti ducemus, eadem magnificentiſſimis miraculis aucta atque exornata fuiſſe? Nam propter Iſraëlitas, autoribus Moyſe & Aaron, Ægypti fontes, lacus, & flumina ſanguine manarunt; dies etiam aliquandiu lucere prohibitus: & ipſum mare Erythræum retectis arenis erubuit: Denique nubes in cibum excoctæ, rupes io potum ſolutæ ſunt, quibus vtique nihil potuit ſiue ad oſtentandam Dei potentiam auguſtius, ſiue ad promerendam populi gratiam efficacius, ſiue poſtremò ad erigendam eorum deiectionem potentius excogitari. Accedit ad hæc iniquiſſimorum hoſtium æquiſsima punitio, quæ nonnunquam iis, qui vehementius exagitati ſunt, non minus voluptatis afferre ſolet quàm ſalus recuperata vtilitatis.

Lex & Sacerdotium duo maxima Dei beneficia.

Tandem ne his quidem finibus Deus cootentus eſt. Sed cùm hæc omnia prius abundè præſtitiſſet, & inimicorum quidem audaciam ſui virtute fregiſſet, ipſos autem in libertatem aſſeruiſſet, legibus & ſacris ceremoniis rempublicam religionemqoe confirmaſſet, complures etiam annos in vaſta atque arenti ſolitudioe, quod gentium nulli contigit, cæleſti cibo pauiſſet: idem poſtea, regionis incolis pene internecione deletis, in huius loci

poſſeſſionem vos miſit. Qui ſanè locus quo loco habendus ſit, vos ipſi videtis. Neque enim eſt alia terræ portio, qoæ cæli clementia, ſoli vbertate, rerum omnium copia, qoæ ad vitam bene beatéque degendam expetuntur, cum hac noſtra certare poſſit. Fuerunt igitut ſemper cùm plurima, tum etiam maxima in rempob. noſtram diuina beneficia: pro quibos ſi gratiam vllam referre vellemus, erat vtique Deus ſumma nobis teligione colendus. Hoc verò tantum abeſt vt in animum induxerimus aliquando facete, vt contraria omnia nunquam non præſtiterimus. Nam cùm pro maximis Dei meritis eumdem obſeruare ſedulò, & leges eius reuereti, atque ab omni offenſione diligentiſſimè cauere deberemus, econtrariò leuia hæc & inania exiſtimauimus, ac pro nihilo eſſe doximos: quo pacto non ſolùm ingrati animi vitio, quod ipſom graue eſt, nos ipſos polluimos: ſed etiam innumeris nos ſceletibus obſtrinximus.

Versvs 9.

Qui obliti ſunt Domini Dei ſui, & tradidit eos in manu Siſaræ magiſtri militiæ Aſor, & in manu Philiſthinorum, & in manu regis Moab, & pugnauerunt aduerſum eos.

Mirvm eſt qoemquam ſic poſſe animo affici, vt Dei creatoris ſui obliuiſcatut. Semper enim & vbique præſens adeſt, & perpetoò nobis ob oculos eius imago verſatur, & in omnem progreſſum in ſexcenta illios beoeficia incurrimus, nec vllo vnquam tempote à rebus illius abſtinemus. Quî fit igitut, vt non rarò nobis mente excidat, & memoria elabatur? Verumtamen lapſus iſte memotiæ, ſi quemadmodom nonnunquam fieri ſolet, naturalem cauſam haberet, aut certè à caſu, morbo, volnere, aut dilotiore cerebri materia, vel ſiccitate oriretur, nos quidem culpa careremus, Deus autem nequaquam in nos animaduetteret: ſed cùm aliunde obliuio ab ignauia, ſiue contemptu, aut alio quopiam vitio proficiſcatur, meritò Deus ſuccenſet, nobiſque iraſcitur. Verum iſta poſterius, nunc quid eſſe poſſit obliuio primùm videamus.

De Obliuione quid ſit; quando peccatum; quantam ex ſe malorum ſegetem fundat; & vnde naſcatur.

Oblivionem morbom eſſe memoriæ defioit Philo, negatque memoriam in ho-

1.

A minis poteſtate eſſe, ac proinde nec obliuionem eius arbitrio vitari poſſe. Et alio item lib. Quod Deus ſit immurabilis, ſicut memoriam conſtate vult rerum imaginibus ſiue ſpectris in animam impreſſis, ita viciſſim earundem lituram docet eſſe obliuionem. Nemeſius Emeſæ Epiſcopus vno verbo abſoluit, nihil aliud eſſe quàm memoriæ amiſſionem. Verùm, vt ait, alia eſt perpetua, alia ad tempus, quo de genere eſt recordatio. Alia aotem eſt recordatio, quæ non eſt obliuionis eorum, quæ ſenſu & intelligentia percepta ſunt, ſed naturaliom notionum. Naturales notiones appellamus, qoæ ſine doctrina omnibus adſunt: vt, verbi gratia, eſſe Deum. Hæc ille. Eamdem definitionem tradit ſanctus Auguſtinus B 10. Confeſſionum capite 16. Et ex eadem ſanctus Irenæus libro 2. capite 60. illam Platonis ſabulam, qua perſuadere conatus eſt, dæmonem quemdam, qui huius vitæ aditibus præſideret, ingreſſuras in corpora animas obliuione potare, tefutauit. Si enim obliuionis poculum anima potata eſt, inquit, quod poſteaquam ebibitum eſt, omoium ſactorum obliterat memoriam, hoc ipſum vnde ſcis ô Plato, cùm ſit nunc in corpore anima tua; quoniam ptiuſquam in corpus introeat à dæmone potata eſt obliuionis medicamentum? Si enim dæmonem, & poculum, & introitum reminiſceris, & reliqua oportet cognoſcas. Si autem illa ignoras, neque dæmon verus eſt, neque artificioſè compoſitum ob- C liuionis poculom.] Ad hunc modum ſanctus Irenæus. Hoc ſentire videtur, obliuione protſus omnia deleri, & memoriam funditus interire. Atqui non eſt obliuio, vt Scaliger docet, abolitio ſpecierum, ſed diſiunctio actus intellectus ab ipſis per otioſos, aut nimium negotioſos vapores, ſubeuntes, atqoe inſinuantes ſeſe. Qui vbi conquieuerint, aot certè euanoerint, retectis imaginibus ſuccedit recordatio. Hæc Scaliger. Certum eſt tamen nonnunquam etiam ſimulacra rerum animo prorſus aboleri.

An verò ne obliuionis quidem memotia ſuperſtes maneat, vti colligere viderur ſanctus Irenæus, diligentiſſimè quærit ſanctus Auguſtinus eo loco, quem ſupra dixi- D mus. Memoria, inquit, retinetur obliuio. Adeſt ergo ne obliuiſcamur, quæ cùm adeſt obliuiſcimur. An ex hoc intelligitur non per ſeipſam ineſſe memoriæ cùm eam meminimus, ſed per imaginem ſuam? Quia ſi per ſeipſam præſto eſſet obliuio, non vt meminiſſemus, ſed vt obliuiſceremur efficeret. Et hoc quis taodem indagabit? Quis comprehendet quomodo ſit? Ego certè, Domine, laboro hîc, &c. Poſt quæ deinceps ſubdit. Si ergo per imaginem ſuam, non per ſeipſam in memoria tenetor obliuio, ipſa vtique aderat vt eius imago teneretor. Cùm autem adeſſet, qoomodo imaginem ſuam in memotia conſcribebat, quando id etiam quod iam notatum inoenit, præſentia ſua delet obliuio? Et tamen quocunque modo, licet ſit

Philo lib. de cõgreſſu quærendæ eruditionis gratia.

Obliuio quid.

Nemeſius lib. de natura hominis cap. 13. Biblioth. Tom. 8.

S. Auguſt.

S. Irenæus.

Scaliger exercitatione 307. num. 28.

An ſit obliuionis memoria.

modus iſte incomprehenſibilis & inexplica- A bilis, etiam ipſam obliuionem meminiſſe me certus ſum, qua id quod meminerimus obruitur. Hactenus S. Auguſtinus.

Obliuio citra culpam. Plinius.

Portò non omnis obliuio citra culpam eſt, quanquam eſt etiam aliqua citra culpam obliuio. Quidam ictus lapide, inquit Plinius lib. 7. Natur. hiſtor. cap. 24. oblitus literarum eſt: è tecto lapſus, matris, & affinium, propinquorumque: alius ægrotus ſeruorum etiam: ſui verò nominis Meſſala Coruinus. Noſtra pene ætate Cornelius Ianſenius non ignobilis ſcriptor, qui editis in ſacram Scripturam commentariis ſui nominis famam ab obliuionis iniuria vendicauit, literarum oblitus fuiſſe dicitur. Horum nemo accuſari poteſt, ne ſi Dei quidem pariter oblitus eſſet. Vis enim illata B naturæ, ſi culpa noſtra careat, vitio verti non debet. Sed eſt alia quædam obliuio, quam ignauiæ filiam S. Marcus eremita vocat, Diſputatione ſua cum quodam ſeculari cauſidico, incredulitatis autem neptem. Hæc ſcilicet nobis ſummopere vituperanda eſt, cùm ſit omnium maximè Deo deteſtabilis atque odioſa. De qua iterum alio loco, libro de paradiſo & lege ſpirituali in hunc modum diſſerit, ſententia 79. A voluptatis amore & ſtudio, negligentia: à negligentia proficiſcitur obliuio. Rerum enim vtilium cognitionem Deus omnibus largitus eſt. Et ſanctus Iſidorus Peluſ. libro 2. Epiſt. 34. Obliuio citra C humanum vitium haud quaquam contingit. Vitium autem illud reliqua epiſtola oſtendit eſſe ſocordiam. Hoc idem probat Maximus apud Anaſtaſium Nicenum in Additione ad Quæſtionem Octauam, Tomo primo Biblioth. ſanctorum Patrum. Neque enim, inquit, ſimul cum carne, ab initio fuit creata voluptas & dolor; neque cum anima, obliuio & ignorantia; neque cum mente, formari & transformari formis eorum quæ facta ſunt: tranſgreſſio enim inuenit eorum generationem. Hæc ille. Eſt igitur vitiorum quædam ſoboles obliuio, quamobrem nec Deo quidem placere poteſt, aut cum virtute conſentire. Neque enim ex vitio oriri potuit, quin ipſa quoque pari labe inficeretur. Erit igitur etiam vitium obliuio, nec D tantùm vitium, quia ignorantiæ quædam macula eſt, ſed etiam peccatum, quia noſtro ſcelere contracta eſt: nec tale peccatum, qualia ſunt plurima, quæ cùm admiſſa ſunt, vna aliqua turpitudine animam maculant, prolem autem aliam non edunt præter facti pœnitentiam; Obliuio namque impietatis mater eſt, flagitiorumque omnium parens fœcundiſſima. Sicut enim fieri nequit, vt docet ſanctus Baſilius apud ſanctum Ioannem Damaſcen. libro primo Parallelorum capite duodecimo, vt quiſpiam à recta via deflectat, niſi animus ipſius Dei obliuione prius laborarit: ita vbi illa ſedem animæ præcipuam occuparit, Deique timorem ex arce deturbarit, tanquam à peſſimo quodam dæmone in præceps actus, ſic fertur in om-

Tomo 5. Biblioth. *Obliuio deteſtanda.*

S. Iſidorus Peluſ.

Anaſtaſius Nicenus tomo 1. Biblioth. SS. PP.

Obliuio multorum vitiorum mater. S. Baſilius.

A ne vitium. Et de impietate quidem, quòd ab illa ortum habeat, teſtis eſt ſanctus Theodoretus commentar. in Ezechiel. Sectione 3. Nam qui ſibi, inquit, perſuaſerant, nihil eorum quæ ipſi committerent, à Deo inſpici, eò iniquitatis proceſſerunt. Sed à B. Dauid contra & ſentire docemur, & loqui. *Prouidebam enim Dominum*, inquit, *in conſpectu meo ſemper, quoniam à dextris eſt mihi ne commouear*. Hæc ille. Reliquorum etiam ſcelerum fontem idcirco obliuionem dicimus, quoniam illa proſtratæ atque afflictæ animæ tyrannicè dominatur, tanto furore, vt ne ratio quidem opitulari queat. Tria ſunt, inquit Eſaias Abbas Oratione 7. de Virtutibus, quæ animæ dominantur, antequam ad B magnam menſuram perueniat, & hæc in mente non ſinunt habitare virtutes: Captiuitas, pigritia, & obliuio. Atqui harum quoque regina eſt obliuio. De qua hæc ſubdit. Pugnat enim cum homine obliuio, & conatur opprimere omnes eius bonas cogitationes, atque ita malorum omnium affert occaſionem, & quotidie deſtruit ea, quæ ab hominibus ædificantur.] Hoc itaque monſtro nullum deteſtabilius eſſe poteſt, nulla lues aut peſtis acerbior, quæ dum inerti animæ blandè aſſentatur, & quauis procella ac tempeſtate formidoloſiorem tranquillitatem indulget, eamdem funditus euertit. Nam ne ſpei C quidem quicquam in rationis præſidio nos habere ſinit. Tametſi enim reliquis illa vitiorum perturbationibus, cùm animi conſtantiam oppugnant, obſiſtere ſoleat: vni tamen obliuioni cedit, atque ab illa captiua ducitur. In aliis, etſi ratio inſitam à natura affectionem extinguere prorſus non poteſt, eius tamen turbidos motus cohibet, ne noceant: vt docet Ioſephus in eo libro quem de Machabæis ſcripſit. Non enim, inquit, vt in ſuas affectiones dominatum obtineat ratiocinatio, eſt ei à natura ingeneratum; ſed vt in affectione a corporis. Cupiditatem non poteſt quiſpiam exſcindere, ſed ne ſeruiat cupiditati, præbere poteſt ratiocinatio. Iram non poteſt quiſpiam exſcindere noſtræ animæ, ſed fieri poteſt, vt ratio opem ferat iræ. Non enim affectuum D & perturbationum eſt ratio eradicatrix, ſed aduerſaria. Hactenus Ioſephus. Illum ſic interpretari poſſumus, vt intelligat, ea, quæ inſtar naturalium habituum animis inhæſerunt, ratione tolli non poſſe, in actus duntaxat rationem accepiſſe imperium. Tametſi enim habitus ab ipſa radice euelli non poſſint, poſſunt tamen actus cùm ſeſe exerunt, & inconcinnos motus cient, à ratione compeſci. Quod pariter de obliuione ſentire non poſſumus. Non enim ipſam ratio moderatur & regit: quin potius obliuio primùm rationem expugnat, deinde opes eius omnes continuò diripit, arma aufert quibus debellari poſſet, rerum ſcientiam atque notitiam: denſiſſimas verò ignorantiæ tenebras offundit, quæ vbi contigerunt, iam non valet eius ſe laqueis explicare. Ex quibus manifeſtum eſſe arbitror, quàm metuenda

S. Theod.

Eſaias Abbas tomo 2 Biblioth. PP.

Reliquis animi perturbationibus longè periculoſior eſt obliuio. Ioſephus.

atq; fugienda ſit obliuio. Dei, inquam, obliuio, legiſqoe ac pręceptorum eius, ſine quibus æterna felicitas ſperari oon poteſt. Nam cęterorum nonnonquam ſatius fuerit obliuiſci, quam meminiſſe: Dei aorem memoria, ſemper & vbique ſalutaris ac neceſſaria eſt, obliuio verb nocentiſſima. Itaque de Dei obliuione mihi ſermo eſt, quam niſi maturè omni conatu vitaoerimus, ſumma ſupplicia ſubeunda nobis ſunt.

Vnde naſcatur obliuio. 1 Cauſa.

Vitari aurem non poteſt, niſi primùm eos fontes præciderimus, à quibus, cùm in nobis orti fuerint, naturali quadam neceſſitate manat ac propagatur. Illi verò ſunt tres præcipuè. Nā primùm quidē niſi ea, quæ memoriæ mandauerimus, frequenter refricemus, citò obliuio obrepit. Et quàm multa huiuſmodi, inquit S. Aug. Confeſſ. lib. 10. c. 11. geſtat memoria mea, quæ iam iouenta ſunt, & ſicut dixi, quaſi ad manum poſita, quæ & didiciſſe & noſſe dicimur: quæ ſi modeſtis tempòrum interuallis recolere deſiuero, ita rurſus demerguntur, & quaſi in remotiora penetralia dilahūtur, vt denuo velut noua excogitanda ſint in idem itecum. Neque enim eſt alia regio eorum, & cogenda rurſus vt ſciri poſſint, id eſt velot ex quadam diſperſione colligenda, vnde dictum eſt cogitare. Nam cogo & cogito, ſic eſt vt ago & actito, facio & factito. Verumtamen ſibi animus hoc verbum propriè vendicauit, vt non quod alibi, ſed quod in animo colligitur, id eſt cogitur, cogitari propriè iam dicator. Hæc S. Aug. Quibus apertè docet, hoc eſſe præſentiſſimum aduerſus obliuionem remedium, ſi crebrb, quæ didicimus, ad memoriam reuocemus, & frequēti meditatione temporum damna ſarciamus. Alioquin enim ſi diutius iacere permittimus, ipſę rerum ſpecies, tanquam ſitu ac veterno cotruptæ, euaneſcunt. Quod cùm ſæpius aliàs experientia patuit, tum hoc loco manifeſtiſſimè. Neque enim aliunde magis quā ex diuturna deſoetudine, Hehræom populum Dei obliuio cepit. Cùm enim præ ſua negligentia, diuini Numinis coltor euaſiſſet, vt quidam ait, parcus & infrequens, ſenſim extincta eſt intermiſſione religio. In cuios locum eùm ſuperſtitio & idololatria ſucceſſiſſent,

S. Auguſt.

2. quantas illæ ſtrages dederunt? Alterum caput eiuſdem calamitatis eſt, ſi rebos à nobis memoriæ commendatis, voluntatis ſtudium deſit atque animi propenſio. Quemadmodum enim iis euenire ſolet, qui tabulas pingunt, vt ſi non eas prius oleo macerarint, citò colores amittant: ita & qui audiunt quod memoriæ inſcribant, niſi prius ad ea valdè animo affecti ſint, non admodum cooſtanter retinent. Hæc certè, ni fallor, præcipua ratio fuit, cur citò populus iſte Dei memoriam deponeret, quod eius cultum, vtpote ab omni laſciuia & ebrietate abhorrentem, neceſſitate potius quàm electione ſuſcepiſſet. Nam cùm eſſet moribus à lege diuina alienus, primùm quidem ægrè ferebat id ſibi oneris imponi: ferebat tamen, quamdiu res neceſſaria viſa eſt, & ſperabatur rebus perditis ſalutem afferre poſſe. At vbi iam optata pace frui cœperunt, & rerum omnium copia circumfluere, tum denique prius illud faſtidium recurrit, & odium redintegratum eſt, quo nullum eſt efficacius venenum ad perdendam rerum memoriam. Sicut enim ſtudium & beneuolentia memoriæ cuſtos fidiſſima eſt, nec facilè effugiunt quæ amoris vinculis colligantur: illa ſiquidem & in deliciis habemus, & in oculis gerimus: ita & ſi quæ auerſamur animo, & alienata mente reſpuimus, cùm ea neqoe mente contrectare, neque animo colluſtrare, aut etiam cogitatione attingere ſuſtineamus, vltro auolant atque obſoleſcunt.

Studium & beneuolentia memoriæ cuſtos fideliſſima.

3. Poſtremò etiam rerum diuerſarum ſtudium, earum, quas antè nouimus, notitiam delere ſolet. Specierum ſiquidem multitudine memoria obruitur, deinde auocatus animus ab earum cootemplatione tandem aliquando obliuiſcitur. Sic ille populus, dum in excelſis locis, & iugis montium, ſuperſtitioſo numinis cultui vacaret, in veræ religionis obliuionem venit. Sed nihil ſic ſyoceræ pietatis facem extinguit, vt ſupetſtitio, libido, atque temulentia. Hæc namque ingenium ad diuinarum rerum commentationem hebes ac tardum efficit; illa etiam oculos eripit; ſuperſtitio captiuam mentem detinet, & tanquam tenebricoſo carcere incluſam, lucem veritatis intueri non ſinit. Quid mirum igitur, ſi popolus iſte Dei obliuionis, ſiue religionis, vt habet Paraphraſtes Chaldæus inſimuletur, cùm & alieno animo eamdem complexus eſſet, & coleret rariſſimè, & dæmonum contra inſano ſtudio teoeretur?

Qualis fuiſſe videatur Iſraelitarū obliuio.

Etſi porrb non dubitem, pleroſqoe Hebræorum ſuæ religionis, ceremoniarum, ac reliqui cultos diuini magna ex parte fuiſſe oblitos, iſta tamen obliuio poterit etiam alio modo non incommodè exponi; vt non illis quidem diuina lex prorſus excidiſſe credatur, ſed tanquam excidiſſet, ſic ab illis fuiſſe contemptam. Quoniam enim quæ ex animo amiſimus, ea curare deſinimus, idcirco, ſi quando legis curam abiicimus, Scriptura pronuntiat eius memoriam amiſiſſe videri. In qoo quidem meriti potius, ſiue delicti rationem habere videtur, quàm verborum etymologiæ. Siquidem nonnunquam fieri conſueuit, vt qui legis memores ſunt, eam tamen minimè ſeruent. Non enim religionis imago ſeu ſpecies, quæ memoriæ inſculpta eſt, voluntatem afficit, vt in eam feratur: ſed animo duntaxat, vt eam nouerit, repræſentat. Ex quo ſequitur, religionis memoriam cum ſuperſtitionis ſtudio poſſe conſtare, & nos abſque religione, religionis meminiſſe. Non enim vt artes, ita & animæ affectiones memoriæ imprimuntur. Artes namqoe ſic pręſentes ſunt, vt qui earum meminerit, eas optimè calleat, & penes ſe habeat. At voluntatis affectiones, cùm diuerſo à ſe charactere inurantur, ſic adſunt memoriæ, vt eas tamen minimè habeamus.

S. Auguſt.

Affectiooes animi mei, inquit ſanctus Aoguſtinus Confeſſion. libro 10. cap. 13. eadem memoria continet, non illo modo, quo eas babet ipſe animos cùm patitur eas, ſed alio multùm diuerſo, ſicut ſe habet vis memoriæ. Nam & lætatum me fuiſſe reminiſcor oon lætus, &

triſtitiam meam præteritam recordor non triſtis. Et me aliquando timuiſſe recolo ſine timore, & priſtinæ cupiditatis, ſine cupiditate ſum memor aliquando. Et è contrario triſtitiam meam tranſactam lætus reminiſcor, & triſtis lætitiam meam. Cuius rei cauſam cùm ſequenti capite inueſtigaret, commodiorem interpretandi viam non inuenit, quàm vt animam cum ſuo corpore conferret. Vt enim cibi quidem ſapor in ore nos afficit, in ventrem autem demiſſus nullo ſenſu percipitur: ita & quæ voluntati inhærent affectiones, eamdem afficiunt: in memoriam autem, qui animæ quidam venter eſt, reconditæ, nuda ſpecie proſtant, nullo autem motu cientur. Quoniam igitur qui eiuſmodi ſunt, etſi memoria valeant, minimè tamen ſuo munere funguntur, idcirco tum, cùm maximè meminerunt, obliti eſſe dicuntur. Neque enim iners illa memoria ad delicti excuſationem quicquam valet, neque mitius in eis ſtatuetur exemplum, quinimo grauius punientur, quò, memores cùm ſint, contemptum præ ſe maiorem ferunt. Ergo ſi meritum ſpectes, hac ratione memoriæ æquabitur obliuio.

Ventris & memoriæ comparatio.

E T *tradidit eos.*] Tradidiſſe Deus dicitur, quia cùm ab hoſtibus oppugnarentur, minimè eos defendit. Confidebant enim illius præſidio. Quòd ſi is, cuius auxilio freti in certamen deſcendimus, cùm poteſt, & res poſtulat, opem deneget: quos ipſe deſtituerit, tradidiſſe dicetur. Potiſſimùm verò ſi iure aliquo patrocinij, fœderis, aut præfecturæ ad opem ferendam aſtringatur. Deus porrò his omnibus nominibus obligatus erat. Nam & fœdus cum eo ictum fuerat, & eos in ſuam clientelam receperat, & eorumdem Rex & Dominus habebatur. Quî tandem igitur eos tradidit? Ergone potuit ſua pacta deſerere? Abſit. Sed cùm illi placitis conditionibus minimè ſtetiſſent, ab iiſdem diſcedere placuit, quò eos noſque ſimul commoneret, nulli magis fœderi quàm innocentiæ confidere. Neque enim inita cum Deo ſocietas impiis patrocinari poteſt, cum quo nuſquam impietati conuenit.

Quis tradere dicatur.

S I S A R Æ *Magiſtri militiæ Aſor.*] Ioſue capite 11. legitur, vrbem *Aſor* incendio atque internecione deleuiſſe. *Aſor* enim, inquit Scriptura, antiquitus inter omnia regna hæc principatum tenuit. Metropolim vocat S. Hieronymus regnorum Philiſthiim. In ea regnaſſe Iabin eo loco fertur, qui in vrbis ſuæ excidio periit. Quod ad præſentem hiſtoriam attinet, ea legitur Iudic. 4. quo loco rex Aſor eodem nomine Iabin appellatur. Erat id fortè nomen regum proprium, ſicut quondam Pharao apud Ægyptios, apud Palæſtinos Abimelech. Prudentiam illud denotat, dignum planè regibus epithetum, ſi cum Deo ſentiant. Cæterùm is dicitur rex Chanaan, & Iſraëlitas, cùm à Deo defeciſſent, ſeque idololatriæ dedidiſſent, annos viginti vehementer oppreſſiſſe. Regnum illud ſcilicet eorum ſocordia atque ignauia denuo poſt ruinam conualuerat, fueratque in ſuam priſtinam dignitatem reſtitutum. Ducem autem exercitus rex Aſor Siſaram habuit, quem magiſtrum militiæ interpres vocat non immeritò. Cui enim, inquit Paulus Iuriſconſultus, *ff. de verbor. ſignifi. l.* 57. cura rerum incumbit, & qui magis quàm cæteri diligentiam, & ſollicitudinem rebus, quibus præſunt, debent: hi magiſtri appellantur. Quinetiam ipſi magiſtratus per deriuationem à magiſtris cognominantur. Vnde etiam cuiuſlibet diſciplinæ præceptores, magiſtros appellari à monendo, vel monſtrando docet. Magiſtrare, id eſt moderari Feſtus ait. Fuit etiam apud Romanos Magiſter Equitũ, quem nos Comitemſtabuli dicere poſſumus. Magiſterij quoque militum fit mentio, *Cod. de procuratoribus. l.* 25. Magiſteria dignitas qualis, quanta, & quotuplex apud Romanos olim fuerit, copioſè explicat Petrus Gregorius Syntag. Iuris l. 47. c. 30. numeris 25. 26. & 27.

Aſor.

D. De verb. ſignific.

Magiſtri nomen vnde.

Cod. de procurat.

Petrus Gregorius.

E T *in manu Philiſthinorum.*] Horum primus Samgar, vomere pro telo vſus, atque ex mactatis non minus ſexcentis militibus, audaciam repreſſit. Iudic. cap. 3. *Regis Moab.* Is fuit Eglon, qui iunctis Ammonitarum Amalechitarumque copiis Iſraëlitas imperio ſuo ſubiugauit, & annis decem & octo ſeruire coëgit: quem tandem Aod, poſtquam ita Deo viſum eſt, ſica peremit. *Et pugnauerunt aduerſum eos.* Multę quidem ſunt belli calamitates, quis enim cædes, vulnera, rapinas, agrorum vaſtationes, ædificiorum ruinas atque incendia enumeret? Hæc tamen interim dum adhuc anceps victoria nutat, præ libertatis amore tolerabilia videntur. At vbi his quoque duriſſimæ ſeruitutis cumulus acceſſit, quis deinceps ferat? Nam victoribus quicquid licuit, compreſſo gemitu, ac diſſimulata iniuria ferendum eſt. Cuncta porrò quæ domi militiæque experiri victos contigit, ea tum Iſraëlitis accidiſſe, cùm bello fracti in hoſtium poteſtatem veniſſent, minimè dubium eſt. Neque enim bello duntaxat aliquandiu vexatos fuiſſe, Samuel intelligit, cùm alibi victos, & ſub iugum miſſos Scriptura commemoret: ſed quòd ne clementes quidem dominos naciſci potuerint, cùm ſibi ſuo ſcelere Deum infeſtum haberent. Nam quæ bello ſæuitia atque immanitas graſſari ſolet, dum adhuc ambiguo diſcrimine certatur, & alij alios perdere feſtinant, eadem pace iam compoſita, in angariis, & tributis ſupra vires præſtandis paſſi ſunt, ſic vt perpetuum illud bellum, & continua quædam oppugnatio videri potuerit, qua non illi Hebræos ſubigerent, ſed perderent.

Et dixerunt: Peccauimus.

Versvs 10.

Poſtea autem clamauerũt ad Dominum, & dixerunt: Peccauimus, quia dereliquimus Dominum, & ſeruiuimus Baalim & Aſtaroth: nunc ergo erue nos de manu inimicorum noſtrorum, & ſeruiemus tibi.

Mala non prorſus omni bono carent.

Ergo ne ea quidem, quæ mala dicimus, prorſus omni bono vacant. Nam venena quidẽ, medicorum ope, plerisq; pharmacis vtiliter admiſcentur: & feræ, quæ videntur cæteris truculentiores, & ad hominũ perniciem natæ, aut domitæ ſeruiunt, vt apud Indos elephanti atque leones, Philoſtrato teſte: aut ſuis nos armis inſtruunt, ſpoliiſque condecorant. Scopuli deniq. & rupes, quę periclitantibus in mari nauibus inſidiantur, oſtreis & conchis rigent: quæ cùm piſcatores eruerint, neceſſaria per hæc ad vitam comparant. Sic igitur & bellum, ſeruitus, atque inopia, tametſi mala ſint, & malorum ſegetẽ ex ſe fundant, non tamen prorſus vtilitate carere credenda ſunt. Nã ſi ea, quæ ſuopte ingenio hominibus interitum moliũtur, humana induſtria ad vitam tuendam traduci poſſunt? quis neget, cùm Deus eadem ad ſalutis noſtræ curam adhibuerit, ſingulari arte, qua medicorũ ſapientiſſimos ſuperat, efficere poſſe vt adiuuent? præſertim cùm mala illa deteriori parti admoueat, vt quę pręſtantior eſt, ſalutẽ conſequatur. Nonne vides vt medici brachiis vulnus imponant, ferrum & ignes inferant, ne fortè oculi ſuffuſione mergantur? Neque hoc vulnus quiſquam inuitus patitur, quin potius vltro accerſit, quòd ſperet fore valetudinis remedium. Et medici quidem hoc faciunt, quòd malum tollere penitus non valeant, imminuere autem conentur. Deus verò, cùm poſſit omnia, vtrumque præſtat cumulatiſſimè. Nam & partem illam ſanat, cui ſalus quæritur: & impoſito à ſe vulneri remedium adhibet. Verùm hoc poſtea: nunc quam ſalutem animæ attulerit videamus.

Vtilitas afflictionis.

Et *clamauerunt*, inquit, *ad Dominum.*] Cũ prius inueterata peccandi conſuetudine veluti quodã lethargo ſopiti, ne mali quidem ſui ſenſum perciperent, ac propterea etiam magis à curatione abeſſent, ſilebant tamen: & tanquam res illis in vado eſſet, ita ſecurè ac negligenter agebãt, nec vlla Dei ſubibat recordatio. At nunc poſtquam in ſaxa & ſcopulos delati, naufragij ſui reliquias vix colligunt, Deum inclamant, opemque precãtur. *Peccauimus*, inquiunt. Inde prima mali labes, inde totius calamitatis occaſio. Verũ prius quidem non agnoſcebatis: nunc veſtro periculo edocti, deiectionis veſtrę cauſam prędicare didiciſtis. *Peccauimus.* Scilicet, ad delicti veniam cõfeſſio neceſſaria eſt.

Delicti confeſſio.

Nã & qui à medicis opem flagitant, vlcus primùm aperiunt. Et qui à rege pœnæ ac ſupplicij condonationẽ poſtulant, ſcelus libello ſupplice profitentur. Tanto vtrique periculo, vt ſi quid fefellerint, capitis dãnatione plerumque ſupplicium luant. Nam medici qui- A dem, ſi fortè eos ægritudinis cauſa lateat, noxia pro ſalutaribus medicamẽta ſæpenumero adhibent; reges verò, quæ ignorant, vtique cõdonare non poſſunt: quare nec ſine cõfeſſione poterit eſſe remiſſio. Multa nãque vt mortales eos prætereũt. Deum verò nihil omnium fugit, nec cuiuſquam confeſſiooe indiget, vt quid ab eo geſtum ſit, edoceatur: ſed quod ſpectat ad eum, cordis contritione placatur. Quoniam tamen haud aliter inter homines eiuſdem iuſtitiæ atq; miſericordiæ vſus ſplendeſceret, quàm ſi externa aliqua ſignificatione ſuperioris vitæ turpitudinem proderemus, idcirco oris etiam cõfeſſionem imperat; vt qui iuſtè ab eo afflicti ſumus, iuſtè quoque ea paſſi omnibus videamur, ſpemque reliquis impetrandæ veniæ, ſi pariter reſi- B piſcere voluerint, noſtro exemplo iniiciamus. Recurret porrò etiam in hũc locum eadem ratio, quę ſupra regibus ac medicis aſſignata eſt, ſi quos fortè iudices Deus inſtituerit, qui de hominum delictis ſuo nomine cognoſcant. Nam ne illi quidẽ ſcire poterunt, de quibus iudicent, niſi ab eis, qui delicti veniam poſtulant, admoneantur. Sed nunquid ſunt vlli eius generis à Deo dati iudices, vt propter eos neceſſe ſit occulta atque latentia confiteri? Tu ipſe videris, quibus hæc à Christo dicta putes, reis an iudicibus? *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt.*

Grauiora peccata ſingillatim in confeſſione aperienda ſunt.

Qvia *dereliquimus Dominum, & ſeruiuimus Baalim.*] Peccatum illud quale fuerit, confeſſione ſua exprimunt. Neque enim ſatis fuerit in C grauibus flagitiis ſe peccaſſe confiteri, *In multis enim offendimus omnes, & ſepties in die cadit iuſtus, & ſi dixerimus quia peccatum nõ habemus ipſi nos ſeducimus*, Verùm, vbi quod peccatum eſt, ex eo genere fuerit, quod mortem affert, noſque Dei inimicos conſtituit, tum illam offenſionem priuatim deprecari oportebit: quod cũ facere, deo prouocante, Cain recuſaſſet, parricidij veniam non eſt conſequutus. Doctè autem ſua illa oratione peccati naturam explicãt. Eſt namque illud, vt Theologi tradunt, auerſio à Deo, & conuerſio ad creaturas. Fuimus, inquiũt, alieno animo à Deo, illũ auerſati ſumus, deſeruimus, idola cõtra ſummo ſtudio complexi ſumus. Sed num poteſt quiſquã Deum deſerere? Nam *in ipſo*, vt ait Apoſtolus, *viuimus, mouemur, & ſumus.*

Qua ratione Deus deſeri poſſit.

Equidem ſi eius eſſentiam cõſideres, vbique eſt, noſ- D que ſine illo eſſe non poſſumus, ſi potentiã, vbique imperat, noſque ſine illo mouere nõ poſſumus, ſi agendi vim, ſolus vitam inſpirat, noſque ſine illo viuere non poſſumus. *Per quem*, inquit idem Apoſtolus, *& ex quo, & in quo ſunt omnia.* Per quem, vt cauſam omnipotentem, ex quo, velut infinito theſauro, in quo, velut in immenſo loco, omnia exiſtunt. Horum verò nullum deſeri poteſt, ſed ſemper & vbique, quamcunque ſortem nacti erimus, per ipſum, & ex ipſo, & in ipſo erimus. Eſt tamen alia quædam ratio, qua à nobis deſtitui poteſt, ſi cum illo non ſimus. Non enim quæcunque per alium, aut ab alio ſunt, ſemper cum ipſo ſunt. Neque enim ſemper filius cum patre eſt, neque matri perpetuò copulatur, cùm tamen patrem autorem habeat, & ex matre vnà ſpiritum vitalem hauſerit.

Sed neque tabulæ pictæ ſemper cum ſuo pictore manent, quanquam eius penicillo elaboratæ ſint: neque riuus cum fonte, ex quo tamen manauit. Contra verò multa rebus inhærent, ſeu potius annectuntur, quæ neque ab iiſdem producta ſunt, neque ex iiſdem, vt eſſent, materiam acceperũt. Quis enim neget animam cum corpore eſſe? Quam tamen ex Deo tantùm prodire didicimus. Sed & piſciculus quidam, quem pinnophilacem, ſiue pinnoterem nuncupant, cùm aliunde ortum habuerit, ea tamen cõſtantia pinnæ ſocietatem colit, vt ſimul cum ea in eadem concha habitet. Igitur multa quidem poſſunt à rebus abeſſe, à quibus ducunt originem: multa item copulari, quæ naſcendi principio diſtincta ſunt, idque variis modis. Deus autem ſolo amore nobiſcum iungi poteſt. Non enim hic loci habetur ratio, non interualli atque capedinis, ſed amoris ac beneuolentię: quę ſi deſit, longiſſimo interuallo ab eo ſeiungimur, quod non aliud eſt quàm ipſa voluntatis alienatio. Sola namque ea eſt, quæ nos à Deo alienos efficit. Nec verò opus eſt, vt quis Deum ſe odiſſe ſentiat, vt ab eo defeciſſe credatur: ſed ſatis eſt eundem non amare præ omnibus: quod an verum ſit, eo argumento deprehendet, ſi cuiuſquam rei ſtudium, aut cupiditatem diuinæ voluntati præferat. Et hi quidem quàm miserè ac turpiter Deum dereliquiſſent, paulò antè Scriptura narrauit. Siquidem eum obliuioni tradiderant. Quæ autem memoria elapſa ſunt, ne cogitare quidem poſſumus. Quomodo itaque Deum amaſſent? Nam voluntas certè, vt Philoſophis placuit, non fertur in incognitum. Nos verò, an ipſi quoque Deum à nobis amandauerimus, diligentius explorandum eſt. Nam abeſſe à ſalute, non vacat periculo. Omnis antem, vt arbitror, diuino numine ac pręſidio continetur. Illud prætereà notandum venit ſedulò, tum verè Deum deſeri, atque à nobis miſſum fieri, cùm ea ſequimur, quæ eiuſdem lege prohibita ſunt, aut certè religionis eius cultum paruipendimus. Neque enim aliter iſti Deum deſeruiſſe putandi ſunt, quàm quòd ſacrificiorum ritus, & ceremonias frequentet ac ſedulò obire neglexerant. Inde enim ſenſim derelicto Deo, ad idolorum cultum defluxerunt. De idololatria, quantum illud peccatum habendum eſſet, antea diximus.

NVNC *igitur erue nos.*] Reipublicæ intereſt, ne reis læſæ maieſtatis temerè pœna condonetur. Eſt enim ſcelus illud maximum, quo caput alicuius Reipub. petitur. Illo namque cadente, vniuerſam ſæpe rempublicam corruere neceſſe eſt. Deum ſanè neque vi, neque inſidiis opprimere quiſquã poteſt. Intereſt tamen omnium, eius iniuriã ſeuerè vindicari. Quoniam etſi ipſe ſibi perire nõ poteſt, Reip. tamen, ſublato illius cultu, intercidere poteſt, atq; ea ſimul occumbere. Crimen autem lęſæ maieſtatis diuinæ idololatria eſt, quæ Deum prorſus negat, & quoad eius fieri poteſt, ſolio deiicit. Verumtamen in noſtrum genus nobis ipſis longè Deus clementior eſt, vtpote qui ne idololatris quidẽ, ſi verè & ex animo eoſdẽ facti pœniteat, indulgentiam deneget. Itaq; Iſraëlitas iſtos, qui ſcelerum ſuorum conſcientia perculſi, eius clementiam implorabãt, vltro ſuſcepit, cùm ſuperioris vitæ flagitia ſe correcturos, & deinceps vni ſe Deo ſpõderent ſeruituros. Illos imitari nos decet, ſi quidem pariter Deũ placare ſtudeamus. Non enim aliter mitigari poteſt, quàm ſi malè agendi voluntatem commutemus, & à peſſima conſuetudine ad pietatis cultũ nos reuocemus. Illa namque diuinæ irę atque indignationis vnica eſt occaſio: quam ſi abſcideris, cõfeſtim lætus occurret: imò ne hoc quidẽ expectabit, vt quod verbis, aut etiam ſolo animi propoſito pollicitus fueris, re atque exitu cõprobes: ſed propoſitum ſuſceptumque conſilium præuertet, teque ſua indulgentia ab æternæ damnationis periculo liberabit. Medici quidẽ cęteri, cùm valetudinem collapſam reſtituere conantur, noxios primum humores egerunt, &, ſi quid eſt aliud quod incolumitatem labefactet, corpore depellunt, ſicque demum vires afflicto corpori refundunt: at Deus, ſi non deſit homini certa voluntas, priuſquam quicquam efficere valeat, ſalutem animę reformat.

VERSVS II.

Et miſit Dominus Ierobaal, & Badan, & Iephte, & Samuel, & eruit vos de manu inimicorum veſtrorum per circuitum, & habitaſtis confidenter.

ET *miſit.*] Emphaſim habet iſtud vocabulum: perinde eſt enim ac ſi diceret: Olim quidẽ, cùm auxilio indigeretis, mittebat Deus qui vos eriperent: nunc verò poſtquam regem habere voluiſtis, non erit vltra mittendi locus: ſed ſi quid aduerſi contigerit, vnà cũ rege veſtro peribitis. Longè igitur ſatius fuerat à Deo ſalutem expectare, quàm rege inſtituto ope humana libertatem tueri. Nam quos Deus ad populum ſuum allegabat, neceſſariis ſemper virtutibus inſtruxit. Reges verò, vt humana fert conditio, alij quidem probi ac fortes extabunt: alij verò cùm ignaui, tum ſceleratiſſimi, qui Rempublicam domi militiæque miſerè peſſundabunt.

IERVBAAL.] Ipſe eſt Gedeon, cuius hiſtoriam habes Iudic. c. 6. 7. & 8. ſic autẽ dictus eſt, quod cùm aram Baal euertiſſet, lucũque ſuccidiſſet, eumque ciues ſui ad ſupplicium poſtularent, reſpondit Ioas pater eius: *Vleiſcatur ſe de eo Baal. Ierobaal*, inquit S. Hier. de nominibus Hebr. in lib. Iudic. *iudicet Baal*, vel *iudicet habens*, aut *ſuperior*, ſiue *iurgium habens*. Is, alternis vicibus ſicco madidoque vellere & area, miſſionem ſuam probauit: & acceptis ſolùm trecentis militibus, qui aquas lamberant, reliquis valere iuſſis, ingenti ſtrage edita, ducibuſque cæſis, hoſtium infinitam multitudinem profligauit: & cùm tantam victoriam reportaſſet, vt meritò aſſertæ libertatis autor & vindex haberetur, delatum tamen imperium repudiauit, aſſerens penes Dominum fore ſui populi principatum.

BADAN.] Barach legunt 70. interpretes. Chald. Paraph. Samſonem Idem tradit S. Hieron. in Quæſt. in 1. Reg. ſignificat autem *Badan*

Et eruit vos de manu inimicorum, &c.

ſolum, vel *in iudicio*, vt idẽ ait. Sic autem dictum volunt, quaſi *ben dan*, id eſt filius Dan. Fuit enim filius Manue de tribu Dan, Iudic. 13. vel à caſtris Dan: qòod eum ſpiritus primùm agitare cœperit in caſtris Dan. Huius vulgatiſſima eſt hiſtoria. Qui cùm inuicto corporis robore hoſtiom principihus formidoloſus eſſet, mulierculæ dolis circumuentus, in hoſtium poteſtatem venit. à quibus vtroque lumine orbatus, & ſcurrilem in modum ludibrio habitus, cùm Chriſtum præ ſe ferret, voluntaria morte hoſtibus quidem cladem attulit, populo verò ſuo vtiliſſimam peperit victoriam. *Iephte.* Huius quoque præclarè geſta narrantur Iud. cap. 11. & 12. qui ſalutem populi vnicæ filiæ nece pepigit. Prius, inquit Vermilius, collocat Samſooem quàm Iephte, nõn ſeruato ordine temporis: vel, vt Rabbini putant, quod Samſon fuerit maior, & præclarior qoàm Iephte. Id ſi ita eſt, intelligi debet de viribus corporis, non de numero expeditionum. Samuel hîc breuitatis cauſa, tres tantùm iudices numerat, cæteros præterir, Barach, Debboram, Othoniel, & alios. Iſti magnis ſuis laboribus populum ſuum liberauerant. Quod autem Samuel hoc loco videri poſſit ſe laudare, id inanis iactantiæ cauſa non facit, ſed quòd res ipſa ita poſtularet. Nam quæ ſuperioribus temporibus contigerant, ea videri poterant veteribus tantùm inſeruiſſe: aut fortaſſe maiora facta, quàm fuerant. Res autem à Samuele geſtæ, & maximæ erant, & in oculis poſitæ. Nam cùm Heli eſſet mortuus, eius filij cæſi, arca erepta, exercitus profligatus, & omnia in poteſtatem Palæſtinorum perueniſſent, ille omnia reſtituit in integrum, & rempub. habuit florentiſſimam. Hac cauſa inductus Samuel, tantùm de ſe prædicat.

Vermilius.

Samuel quare ſeipſum prædicat.

Et *eruit vos de manu &c.*] *Per circuitum, & habitaſtis confidenter. Per circuitum.* Id eſt, non ab vno quopiam hoſte, vt illo interim iacente ac proſtrato, reliqui in vos inſurgerent. Sed cùm omnes proprio marte domuiſſet, iuſſit eſſe quietos: omnes prohibuit ne vos laceſſerent. Quondam ſanè cùm patres veſtri à Domino deficerent, aliàs quidem Madianitæ iunctis viribus cum Amalechitis illis bellum intulerunt, aliàs Moabitæ Ammonitæque, nonnulli etiam è Meſopotamia reges, Chananæi item nonnunquam, ſæpius verò Philiſtæi, ferro, flammis, direptionibus, vexauerunt. At vbi pœnitentiam egerunt, & errata ſuperioris ætatis melioris vitæ ſuſcepto propoſito correxerunt, nemo omnium inuentus eſt qui eis moleſtiam afferret. *Et habitaſtis confidenter.* Hoc eſt, non modò vos ab omni periculo tutos præſtitit, verumetiam terrore ac formidine liberauit. Quam itaque cauſam affertis, cur Reipub. ſtatum mutare cuperetis? Incurrebant ſcilicet hoſtes in nos vndique: at contra hoſtes veſtros ex omni parte ipſe compeſcuit. Verùm in perpetuo timore verſabamur, ne ex inſidiis accepta occaſione in nos irrumperent; cùm nemo eſſet, qui collocatis in montibus præſidiis, fines tueretur. At contra etiam timorem de veſtro pectore excuſſit, cùm illum ſyncerè atque ex animo coleretis. Quod beneficium, tanto à vobis maioris fieri debuit, quanto certius eſt, neminem, Deo excepto, inſitum animo paoorem detergere poſſe. Non illum arces præruptis montibus impoſitæ, non crebræ militum prætenturæ, non ſtationes agrariæ, à timido pectore defendunt: ſed ſola numinis præſentia, vt puta quæ ſola in perturbationes animi imperium obtinet.

Deus non tantùm ſuos periculo liberat, ſed etiam pauorem abſtergit.

Rex imperabit Noais.

Versvs 12.

Videntes autem quod Naas, rex filiorum Ammon, veniſſet aduerſum vos, dixiſtis mihi: Nequaquam, ſed rex imperabit nobis: cùm Dominus Deus veſter regnaret in vobis.

Matvm quamdam animæ paralyſin definire parabam, ſed, vt video, inſaniam magis cogor dicere: ſiquidem illa non tantùm conſtantiæ ac fortitudinis vires labefactat, ſed etiam in deteriora malis ipſis remedia facit eſſe præcipites. Naas, inquit Samuel, bellum vobis indixit, agris vaſtitatem, oppidis excidium, corporibus veſtris ſeruitutem minatus eſt. Iſtum nuntius metu vos perculit: quis enim horum quodlibet, ſi euenire poſſe cogitet, non extimeſcat? Itaque hominis furori remedium opportunè quærendum cenſuiſtis. At quod tandem præ cæteris eligendum putaſtis? Regem ſcilicet babere decreuiſtis. Atqui Patres veſtri, cùm in eoſdem ſcopulos impegiſſent, aliam omnioo viam ingreſſi ſunt. Nam cùm meminiſſent ſe Deum habere protectorem, qui à nemine vinci deludique poſſet: id quod erat veriſſimum ſuſpicati, ſuis ſceleribus offenſum, hoſtium furori annoere, eumdem gemitibus ac lacrymis, veraque pœnitentia placare ſtuduerunt. Nouerant ſiquidem numinis iram eſſe placabilem. Itaque cùm ad hunc modum ſtudioſè cum Deo egiſſent, nunquam ſpes eos fefellit: ſed ipſi quidem diuina clementia ab interitu reuocati ſunt, inimici autẽ eorum inſigni aliqua clade affecti, in poſterum quieuerũt. At vos contra, cùm maiorum veſtigiis inſiſtere deberetis, & paribus obſequiis Dei miſericordiam promereri, abiecta de Deo ſpe, hominem ſeruatorem accerſere maluiſtis. Quod veſtrum conſilium, vt Dei iniuriam volens prætercam, quo fundamento niti, aut qua ratione firmari potuerit, non video. Etenim, vt inde primùm incipiam, vnde ſtultitiæ huius origo manauit: fierine potuit vt in animum induceretis aliquãdo credere, poſſe eſſe quemquam, qui inuito Domino, quos ipſe hoſtes acciuiſſet, profligaret? Quod ſi prius neceſſariò vobis Deus placandus fuerat, vt quicunque eſſet à vobis electus, aduerſus hoſtes Dei opem auxiliumque impetraret: quare potius de rege inſtituendo me interpellaſtis, quàm vos ſcelerum publicè pœniteret? Nam neglecta pœnitentia, non erat rex vobis profuturus: peracta, nullo modo neceſſarius futurus. Quin potius eo pacto factum eſſet, vt duplici incommodo pariter le-

Pauor eſt genus quoddam inſania.

Arguitur Iſraelitarum vecordia in rege poſtulando.

Digitized by Google

Rax imperabit nobis.

uaremini: nimirum, externa tyrannide, &c, quæ non minus aliquando grauis & moleſta eſt, domeſtica dominatione.

Verùm demus boc veſtræ formidini, vt periculi præſentia conterriti, rationes iſtas animaduertere nequiueritis: quid cauſæ fuit, cur ab homine potius quàm à Deo ſalutē expeteretis? Num quòd Deo fortior futurus ſit creditus? Num helli gerendi peritior? aut denique veſtri ſtudioſior, cùm his omnibus nemo dignus ſir, qui cum Deo cooferatur? Neutiquam ſanè. Sed ducem, qui oculis cerni poſſet, optabatis. Nam Deum quidem nemo hactenus potuit intueri. At quæ tandem bæc inſania eſt, propterea vos regem petere, vt eſſet in quem reſpiceretis? Num enim alium quam hominem ſpectaturi fuiſtis, vultu quidem reliquis ſimilem, moribus autem difficilem ac grauem? Regia ſiquidem dignitas naturam nihil promouet, mores tantùm componit ad faſtum & ſuperbiam. Verum illud quidem: ſed tamen eum, qui nobis ob oculos verſatur, præſentem adeſſe conſpicimus: Dei autem præſentia nullo à nobis ſenſu percipitur. Ergone Deus vobis aliquando defuit? Num vocatus audire contempſit? Aut præſentiam ſuam auxilium præbendo non approbauit, vt vultum aliquem aſpectabilem neceſſarium vobis eſſe arbitraremini? Quod ſi vbique ſemper præſens ac dexter adfuit, eiuſque præſentiam maiores veſtri manifeſtis ſæpe indiciis deprehenderunt, quæ ratio eſſe potuit, cur tanquam in abſentis, aut etiam abdicati locum, vicarium ſufficeretis? Tametſi enim ex nulla rei indignitate, labes illius dignitati queat aſpergi, tanta tamen contumelia, ſiue, vt ita dicam, imperij abrogatio, quantum atrocitatis habeat nemo ſatis explicarit. Nam prius quidem regnabat apud vos Deus: at vos illo contempto & tanquam à ſede regni depulſo, alteri faſces & imperium tradidiſtis. Quod vbi contigerit, non aliter factum interpretantur homines, quàm quod ille truculentius imperium adminiſtrarit, aut certè imbellis & ad tuendam Rempublicam impar habeatur, vel denique iudicio ac prudentia careat, quibus poſſit ciues in officio continere. Horum quicquid dixeris, impius & excors habebere. Nam quid minus ſummæ bonitati conuenit quàm ferocitas atque ſæuitia? Quid ab infinita vi atqoe potentia remotius, quàm ſit imbecillitas atque ignauia? Poſtremò quid ſupremæ ſapientiæ iniurioſius obiici poteſt temeritate atque inſipientia? Horum quicquid affirmaueris, Deum ſimul negabis: neque enim Deus eſſe poteſt, niſi qui ſit optimus, potentiſſimus, atque ſapientiſſimus. Et tamen horum aliquod oportuit mente agitaretis, ô Iſraelitæ, cùm vos inſtituendi regis deſiderium caperet. Qoam enim aliam habere potuiſtis cauſam querelarum? Quare ne ab impietate quidem poteritis aliquando excuſari. Nam ſi Deum trucem & inhumanum inſimulaſtis, eſtis planè ingratiſſimi: ſi iniuſtum, iniquiſſimi: ſi imprudentem, ſtultiſſimi: ſi infirmum aut imbecillem, à fide alieniſſimi: denique ſi cùm bonorum direptiones, iniqua iudicia, vim & contumelias, quibus oppreſſi eſtis, conquerebamini, illa magis Dei ſocordiæ quàm flagitiis veſtris deputabatis, feciſtis quidem tum inſipientiſſimè; deinde verò cùm regem improbis hiſce cogitationibus occupati poſtulauiſtis, perſuaſi vllum hominem fore Deo meliorem, priorem illam inſaniam nefandiſſimo ſcelere cumulaſtis.

Cum regnaret Deus vester in vobis.

Cvm *regnaret Deus veſter in vobis.*] Hinc manifeſtè patet, quàm turpiter allucinentur, qui regnare non aliud eſſe ſtatuunt, quàm pro libidine imperare. Tametſi enim Deus nullo legis metu afficiatur, & ſuperiorem ſeipſo neminem recreatur, ſed liberrimam ex ſeipſo poteſtatem nactus, ſummo iure imperet: eundem tamen rectæ rationis ductum in omnibus ſequi neceſſe eſt. Quod cùm dico, non alienam legem Deo præſcribo, tanquam ex alterius arbitrio pendeat, aut aliunde regnandi exemplum accipiat: ſed quo ea ſit naturalis eius voluntatis propenſio atque conſtantia. Illud præterea meritò obſeruari debet, quod regem eſſe Deum, ipſi quidem nihil conferat, totum autem illud regnare quodcunque eſt, hominis eſt, in quem regnum obtinet. Nam quæ ſunt ad aliquid, cùm Deo tribuuntur ratione creaturarum, quæ ſubeſſe, aut regi, aut fieri, ſiue etiam conſeruari dicuntur, nihil quidem, quod reipſa ſit, Deo largiuntur: ſed eumdem rebus iis, ad quas refertur, impertiri aliquid ſignificant.

Regnare quid, & qua ratione Deo tribuatur.

Regnare igitur, ſi quidpiam eſſe volumus, non id denotat, Deum ex creaturis noua aliqua voluptate perfundi, vtilitate affici, vel etiam potentia atque autoritate augeri: ſed creaturas eius legibus in eo ſtatu contineri, qui ſit beatiſſimus. Enimuero nouum aliquid accidere Deo neutiquam poteſt, quippe res æterna cùm ſit, atque infinita: & tamen regnare accidit. Non enim ante regnat, quàm ſint, quibus imperet. Res porrò creatæ æternæ nullæ ſunt: quare & regnū illi cum tempore accidit. Regnum igitur cùm illi obtigit, nullum quidem ipſe emolumentum capit: ſed augentur ſubiecti ſelicitate omnium præſtantiſſima. Hoc reges æmulari decet, vt ſibi creditos quàm beatiſſimos efficiant, & non in Rempub. veluti meſſem paratam inuadant, diripiant, & ad ſuas priuatas vtilitates conferant. Verumtamen quandoquidem reges non ſunt dij, ſed homines, neceſſariis ſtipendiis fraudari non poſſunt.

Poſtremò dubitabit aliquis, quomodo verum eſſe poſſit, Iſraelitas regis Ammonitarum aduento perterritos, regem poſtulaſſe, cùm non niſi poſt vnum menſem à deſignatione regis Saul, Iabenſibus obſidione preſſis duras leges tuliſſe feratur: quo etiam tempore ab eodem, iam regem agente, Naas fuſus fugatuſque eſt. Reſpondendum videtur, non ſtatim primo impetu in Iabenſes irruiſſe, neque mox eoſdem ad deditionem fuiſſe compulſos. Ex quo etiam videri poſſit eorundem conſtantia irritatus, immitiorem ſe præbuiſſe. Chaldæus habet, *Cùm veniſſet ad terminos veſtros*, hoc eſt, cùm primùm tentaret irrumpere. Potuerunt etiam apparatum belli, delectúmque nouorum militum longè antè cognoſcere, & mentem conſiliumque Naas explorare; à quo cùm ſibi

bellum parari cladémque portendi intelligerent, tum vnà omnes pari conſenſu de rege ſibi præficiendo deliberaſſe.

Versvs 13.

Nunc ergo præſto eſt rex veſter, quem elegiſtis & petiſtis: Ecce dedit vobis Dominus regem.

Versvs 14.

Si timueritis Dominum & ſeruieritis ei, & audieritis vocem eius, & non exaſperaueritis os Domini, eritis & vos, & rex qui imperat vobis, ſequentes Dominum Deum veſtrum.

Vermilius.

NON ſuadet, inquit Vermilius, vt facta ſua reſcindant, & regem abiiciant. Quamuis enim id contra Dei voluntatem factum eſſet, tamen ſemel factum oportuit retineri. Idque Samuel antea monuerat: cùm volueritis, inquiens, liberari à rege, & clamaueritis ad Dominum, ille non exaudiet vos. Quare hoc tantùm nunc hortatur, vt vnà cum rege ſuo ſeruiant: Deo nihil alioqui fœliciter ſucceſſurum. Rex enim vos non poterit defendere contra iram Dei. At ſi Deum timueritis, ille vobis omnia fortunabit.

Timor Domini pro omni religione & pietate.

SI *timueritis Dominum.*] Vermilius: Timor Dei ponitur pro omni religione, & pietate. Quem enim veremur, illi credimus, illum veneramur, illum colimus. Ita Vermilius. Qui præterea notare potuit, antiquos fuiſſe in timore vocatos, quemadmodum pluribus locis docet Apoſtolus, & iis maximè, quibus priſcos illos legi obnoxios confert nobiſcum, qui

Priſci in timore vocati.

ſumus Euangelij gratiam cõſequuti. Ad Rom. cap. 8. *Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore: ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus Abba, pater.* Et iterum 2. ad Cor. cap. 1. *Non enim dedit nobis Deus ſpiritum timoris: ſed virtutis, & dilectionis, & ſobrietatis.* Quem timorem paucis explicat ad Hebræos cap. 10. *Irritam quis faciens legem Moyſi*, inquit, *ſine vlla miſeratione, duobus vel tribus teſtibus moritur.* Lex ipſa timotis pluribus exponitur Deuteron. cap. 17. neqoe tamen omni prorſus timore nobis interdicit, ſed eum ſæpe nobis commendat, qui eſt filiorum Dei: de quo mox fuſius.

De Timore, quod ſit multiplex; quæ ſpecies probetur; quod eius obiectum; quam vtilitatem afferat.

NON vnius generis Timor eſt, ſed multiplex nobis à ſanctis patribus traditur, prout ipſi ex Scripturę fontibus haurire potuerunt. S. Hilarius in Pſal. 127. Quantum, in-

Si timueritis Dominum. S. Hilarius. *Timor humanus & naturalis, & item Timor Domini.*

A quit, ad communem humanæ opinionis pertinet ſenſum, timor eſt humanæ imbecillitatis trepidatio: metuentis id perpeti, quod ſibi nolit accidere. Exiſtit autem & commouetur in nobis, de reatus conſcientia, de iure potioris, de impetu fortioris, de ægritudinis caſu, de feræ occurſu, & de omnis mali paſſione. Hic ergo timor non docetur: ſed ex naturæ infirmitate occurrit. Neque quid timendum ſit diſcimus: ſed terrorem ſuum illa ipſa nobis iniiciunt quæ timentur. At verò de timore Domini ita ſcriptum eſt: *Venite filij, audite me, timorem Domini docebo vos.* Diſcendus ergo Dei timor eſt, quia docetur. Non enim in terrore, ſed in ratione doctrinæ eſt. Neque ex trepidatione oatoræ: ſed præceptorum obſeruantia, & operibus vitæ innocentis, & cognitione veritatis, ineundus eſt. Nam ſi idcirco Deus

Pſal. 33.

B timendus eſt, quia plura fulminibus arſerint, tonitruo proſtrata ſint, terræ nunc motu conſiderint, nunc hiatu receptæ ſint: nullum fidei meritum in timore eſt, qui ex terrore accidentium commouetur. Nobis autem timor Domini omnis in amore eſt: motúmque eius dilectio perfecta conſummat. Dilectionis autem noſtræ in eum hoc proprium officium eſt: parere monitis, ſtatutis obtemperare, pollicitis confidere. Hæc S. Hilarius. Quem imitatus videtur S. Zeno Veronenſis Epiſcopus eius fermè æqualis, in ſermone de Timore. Timoris, inquit, fratres dilectiſſimi, vocabulum eſt vnum: ſed accedente ratione timor diſcernitur

S. Zeno Veronẽſis.

C à timore: ſiunt enim duo: vnus Dei, alter, qui naturæ ſit. Naturæ, in homine naſcitur: Dei autem & diſcitur & docetur: quia non in trepidatione: ſed in doctrinæ ratione conſiſtit: ſicut ſcriptum eſt. *Venite filij, audite me: timorem Dei docebo vos.* Naturalis ergo non diſcitur, ſed impulſu nobis hoſtiæ infirmitatis occurrit: quia non artis eſt timere quod metuas: metuis autem, quod tibi nolis accidere. Exiſtit quippe diuerſis ex modis, cùm aut exæſtuat aliquo reatu conſcientia: aut cùm hoſtilis imminens manus gladio ſalutem premit: aut cùm viantis itineri erectos in morſum ardentibus ſquammis, incenſus, tomidus, ſeſe anguis opponit: aut dorſa fugientis affectans cædem vicino fremitu ferina rabies onerare tentauerit: vel cùm amiſſis gubernaculis inter compugnantes fluctus, ac flatus, gemens parturit carnis naufra-

D gium. Inter hæc omnia deterior eſt conſcientiæ timor: quia, quæ diximus, & alia his ſimilia cum paſſibilitate ſui tranſeunt: timor conſcientiæ non deletur. Nunc videamus, intelligendom quemadmodum oobis ſit, Propheta quod ait, *Beati omnes qui timent Dominum.* Si omnes, qui timent Dominum, beati ſunt, non beatus eſt nullus: quia nulla gens eſt, nulla ſunt pecora, animantium denique nulla natura, quæ non timeat Deum. Cùm grauantur rumpentibus ſonis, concuſſis vndique cardinibus, cùm præter morem terrifico fragore intonans concrepat cælum, cùm inter cæcas, pinguibus conductas nubibus tenebras crebrę micantes curuis ignibus flammæ intercepti diei lumen incunctanter aſſimilant, cùm ardeut

Conſcientiæ timor.

plora fulminibus, cùm terra vel tremit, vel hiatu ſe recipit in ſe, nullus bic beatitudinis locus eſt, vbi non deuotionis, ſed neceſſitaris eſt, quod timetur. Itaque audiamus Scripturam, quid dicat: cuius iſta ſunt monita. *Et nunc Iſrael quid Dominus Deus tuus poſtulat à te, niſi vt timeas Dominum Deum tuum: & ambules in omnibus viis eius: & diligas eum: & cuſtodias præcepta eius ex toto corde tuo, & ex tota anima tua: & bene ſit tibi?* Videtiſne hunc timorem nobis neceſſarium, qui in Dei amore conſiſtit: qui voluntate ſua ſe patit: diuinæ legis agnitione cõſtruit decorem: ad omnia genera virtotum intrepidus pergit, præceptis omnibus fidelitet obremperat: inchoatus innocenter viuit: iuſtitiam percolit: ſine fide ſtudet timere, ne qoid B præter Deum, quem diligit, timeat. Hactenus S. Zeno: quem pluribus referre volui, ne ſancto Hilario commentario opos eſſet. Illi igitut duplicem timorem diſtinxerunt, oaturæ alterum, alterum Dei.

Hermes. *Altera timoris Dei ſpecies, altera diaboli.*

Hermes verò Apoſtoli diſcipulus lib. 2. Mandato 7. Dei quidem timorẽ laudar, diaboli autem deteſtatur & prohibet. Neque enim ille nobis timendus eſt, cùm, vt ille ait, omni virtute careat, ſitqoe omnium infirmiſſimus.

Clemens Alexand.

Quam metus diſtributionem Clemens quoque Alexandrinus Stromat. lib. 2. agnoſcit. Δέος, inqoit, eſt Dei metus. Sed etſi timor eſt affectio, vt volont aliqoi timorem eſſe affectio- C nem, non eſt quiuis metus affectio. Soperſtitio quidem, qoæ vocatur δεισιδαιμονία, eſt affectio, vt quæ ſit dæmonum metus, qui affectionibus ſuſque déque feruotur & agitanrur. Dei autem impatibilis metus eſt. Hæc Clemens.

S. Baſilius.

Geminum etiam illom timorem fuſius explicat S. Baſilius in Pſal. 33. quo loco ſicait: Quod ſanitate ſit opus, cuioſuis vel idiotæ fuerit dicere: Quomodo autem ſanitatem illam oporteat indipiſci, ſibique eam conciliare, ei propriè competit, qui medicinæ peritus eſt. Non enim quiois timor bonus eſt, aut ſalotaris. Eſt enim quidam hoſtilis timot, qoem Propheta deprecatur, ac petit, vt ne animæ inſeratur ſoæ, dicens: *A timore inimici eripe animam meam.*

Hoſtilis timor. Pſal. 63.

Hoſtilis enim hic timor nobis ingignit mortis timorem, atque vt toti contrahamur pauore ad faſtum perſonæ eminentis perſuadet. Quomodo ergo hæc metuens, martyrij tempore D poterit, vſque ad mortem adoerſus peccatum reſiſtere, & Domino, qui pro nobis mortuus eſt & reſurrexit, ſatisfacere? Et qui dæmonum imaginatione facilè couſternatur & expaueſcit, hoſtilem in ſe timorem habet. Omnino autem timor huiuſcemodi, perturbatio nimirum animæ, eſſe videtur, prognata ex infidelitate. Nam qui Deum vt adiutorem fortiſſimum credit ſibi adeſſe, nullius vim ſe inuadentis pertimeſcit, nec facilè commouetur: timor verò ſalutaris, & qui ſanctitatis operatorios eſt: timor item qui ſtudio acquiritur, non qui per affectionem imprimitur animæ, vis enarrem qualis ſit? Pergit deinceps de Dei timore dicere. Verùm nobis ille prios diſtinguendus eſt. Neque enim diſcrimine caret hæc quoque timoris affectio. Quot ſuot igitur, dicet aliquis,

Timor Domini multiplex.

A timores Domini? Reſpondet S. Salonius Epiſcopus, SS. Honorati, Eucherij Lugdunenſis, Cæſarij Arelarenſis atque Saluiani Arelatenſis Lirinenſium Monachorũ diſcipulus, ſuo quodam dialogo in Patabolas Salomonis, Duo ſunt, hoc eſt, *ſeruilis & ſanctus. Veranus.* Seruilis quare dicitur? *Salonius.* Quia veluti ſerui Domino ſeruimus timore gehennæ, ne ad tormenta ducamur. *Veran.* Sanctus timor quare dicitur? *Sal.* Quia ſicut bonus filius timet, ne vel in modico offendat oculos amantiſſimi patris; ſic & qui perfecti ſunt in Eccleſia, timent ne peccato offendant oculos Dei. *Veran.* Quis ex illis duobus ſapientior? *Salo.* Seruilis: quia quicunque ſapere incipit, hoc eſt, poſt pecca- B ta ſe cognoſcit erraſſe, primò, diuino timore corripitur ne ad tormenta trahatur. *Veran.* Timor verò ſanctus quid operator? *Salo.* Auget ſapientiam, quoniam perfecta charitas foras mittit timorem illom ſeruilem, *Timor* verò *ſanctus permanet in ſeculum ſeculi.* Hactenus S. Salonius.

S. Salonius. Biblioth. PP. Tomo 2. *Timor Domini ſeruilis & ſanctus.* 1 Ioann 4. Pſal 18.

Eamdem ſententiam confirmat S. Maximus Centutia 1. de Charitate cap. 81. & 82. Duplex eſt, inquit, timor Dei, quorum alter ex minis ſupplicij nobis ingeneratut, per quem tempetaotia & perſeuerantia, & in Deum ſpes & indolentia, deinceps quoque charitas ſecundum ordinem nobis innaſcuntur: alter verò ipſa cum charitate coniungitor, cautionem quan- C dam & merum cum pietate coniunctum in anima conſtituens, ne pet charitatis fiduciam, in contemptum Dei erumpat. Iam priorem metum eiicit ex anima perfecta charitas hanc poſſidente, ne poſthac ſupplicium pertimeſcat. Verùm alterum ſempet habet, vt dictum eſt, ſibi coniunctum. Ac priori quidem metui conuenit illud nimirum: *Timore Domini declinat omnis à malo:* &: *Principium ſapientiæ timor Domini.* Alteri verò illud quadrat, *Timor Domini purus permanens in ſeculum ſeculi:* Et illud, *Non eſt penuria timentibus eum.* Hæc S. Maximus. Dacrianos Abbas in ſuo ſpeculo Monachorum, Per timorem, inquit, liberalem metuimus peccare, ne benigniſſimum Dominum Deum noſtrum offendamus, eiuſque perdamus gratiam, & familiaritatis beneuolentiam. Per timorem ſeruilem formidamus malè agere, ne damnis, pœnis, & ſuppliciis afficiamor. Veruotamen D bonum eſt, nos vel per timorem ſeruilem à vitiis abſtinere: ita tamen vt ibi oon permaneamus, ſed inde ad timorem libetalem tranſeamus. Sic ille. Timorem igitur Domini alterum liberalem, ſanctum, & purum, illiberalem alterum atque ſeruilem eſſe conſtituunt.

Dacrianus Abbas. Tomo 5. Biblioth. PP.

At mox etiam ſeruilis Timor moltiplex à nobis deprehenditur. Quandoque enim ſic animam afficit, vt non ſolùm manum ab opere nefario abſtineat, verùm etiam ipſum male agendi propoſitum, quud nullo ſupplicij metu coerceri poteſt, commutet in melius. Aliàs vero peccandi licentiam tantiſper compeſcit, donec pœnæ metus imminet: at ſi eo pauore ſoluatur, tanquam per vim effracto carcere, ſic in omnem libidinem prorumpit. Quis enim dobitet, inquit Olympiodorus Monachus in 12. cap. Eccleſiaſtæ, ſi carnem à fornicatione compeſ-

Timor ſeruilis duplex, & quis probetur. Olympiodorus.

compeſcamus ſupplicij metu, non charitate iubentis; quin ſublato iudicij pœnarumque terrore, in fœdas libidines prolapſuti ſimus, cùm ſtupri deſiderium in pectore habeamus? Quod item de reliquis flagitiis, quæ nobis lege prohibētur, intelligendum eſt. Erit igitur is quoque ſeruilis metus à priore ſecernendus, qui mentem à libidine auocat, & ad officium traducit: & ille quidem vt inutilis, nec animæ ſordes eluens repudiandus eſt; hic verò, vt qui virtutis & innocentiæ ſtudium non parum promoueat, vltro accerſendus. Nam qui hunc quoque vt turpem & inutilem ablegant, mea quidem ſententia vehementer inſaniunt. Quotum olim principes extiterunt Valentinus & Baſilides, inſignes hæretici, noſtris verò temporibus Lutherus hæreticæ factionis alter coryphæus. Verùm hic quidem à pluribus dignam ſua temeritate reſponſionem tulit: illos verò Clemens Alexand. 2. Stromat. dementiæ ac vanitatis vehementer arguit.

Hæretici ſeruilem timorem repudiant.

Clemens Alexand.

Nam quod eum timorem, qui initium ſapientiæ dictus ſit, neſcio cuius ſapientiæ principis obſtupefactionem Euangelica myſteria audientis & admirantis interpretantur, nugas & mera figmenta eſſe oſtendit, cùm neque talis vnquam Princeps extiterit, qualem prædicant: neque ſi fuiſſet, illo digna eſſet huiuſmodi admiratio: ſiquidem non hæc minus ignorantiæ proderet, quàm ille infirmitatis: vtrumque autem ex æquo cum diuina perfectione pugnat. Deinde obſtupefactio admitti ne abſque timore quidem poteſt. Nam quid aliud obſtupefactionem eſſe volumus, vt idem ait, quàm timorem ex inſueta viſione ſeu phantaſia, vel propter inexpectatam viſionem, tanquam nuntium? Porrò quicunque timorem accuſant, vt hic quoque ait, legem inſectantur. Quòd ſi legem: clarum eſt quod illum quoque qui legem dedit. At certè, inquiunt, timor eſt à ratione aliena declinatio, & animi perturbatio. Quid tu dicis? & quomodo tibi amplius ſeruari poſſit hæc definitio, cùm præceptum mihi per rationem ſeu verbum datum ſit? Præceptum autem timorem pronuntiat, per diſciplinam, eum qui id ſuſcipit, parans vt corrigatur. Non eſt ergo timor à ratione alienus. Eſt itaque rationi conſentaneus. Quidni enim, cum adhortetur, *Non occides, non mœchaberis, non furaberis, non falſum dices teſtimonium*? Sed hi nomina aſtutè excogitant: εὐλάβειαν, id eſt cautionem, vocant legis timorem Philoſophi, quæ eſt conſentanea rationi declinatio. Hos Critolaus Phaſelites non ineptè vocauit ὀνοματομάχους id eſt, qui depugnant de nominibus. Pulchrum ergo, atque adeò pulcherrimum, iis, qui nos accuſant, præceptum apparuit, excogitata mutatione nominis. Cautio ergo eſſe rationi conſentanea oſtenditur, cùm ſit eius quod lædit, declinatio: ex qua oritur eorum, quæ præceſſerunt, peccatorum pœnitentia. Oſtendit iterum aliunde timorem eſſe bonum contra Marcioniſtas, eum dico timorem, qui ex lege ortus ſit. Nam cùm Deus timorem lege ſanxerit ad perdendam malitiam, non vtique malum malo pellere inſtituit, ſed potius contrarium contrario profligare. Malo autem non aliud magis quàm bonum contrarium eſt. Oportet igitur timorem eſſe bonum. Nam & bonos vtique fructus peperit, pœnitentiam, & ſpem, & conſtantiam in rebus aduerſis pro diuina lege perferendis, ac multorum denique fugam malorum, quæ nos poſtea attingemus. Nemo igitur eum timorem paruipendat, cùm & Deum authorem habeat, & ſit ille multarum virtutum opifex, innocentiæ vindex & aſſertor, malorum autem auerruncator potentiſſimus.

Non eſt timor à ratione alienus.

Timor bonus eſt.

Verùm, dicet aliquis, cùm mihi Deum timendum prædicas, iubeſne arbiter ferocitatis aliquid illi ineſſe? abſit. Quid igitur timeam? Deus terribilis idcirco prædicatur: non quòd peſtiferæ belluæ, aut crudelis hominis terrorem habeat, inquit Euagrius apud S. Ioann. Damaſcenum, Parallelorum lib. 1. capite 4. Deus enim lux eſt, via, veritas, & vita &c. Quid igitur eſt quamobrem lucem, aut vitam, aut veritatem, aut reſurrectionem perhorreſcamus? Hoc igitur perinde eſt, vt ſi quis in ſublimi quodam monte degat, atque ipſum metuere dicatur: non quòd montem ipſum timeat, ſed ne ab eo præceps ruat. Ad eundem quippe modum nos quoque Deum metuimus, illud videlicet metuentes, ne à luce, & vita, & veritate, & ſcientia excidamus. Et Clemens eodem lib. 2. Stromat. Dei, qui paſſione vacat, timor ab omni paſſione ac perturbatione immunis eſt. Neque enim quiſquam Deum ipſum timet: ſed ne Deo careat. Qui autem hoc timet, illud timet, ne in mala incidat. Qui porrò hūc caſum extimeſcit, ab interitu & perpeſſionibus alienum ſe eſſe cupit. Hæc Clemens.

S. Ioann. Damaſc.

Quid metuendum ſit, ſiue obiectum Timoris.

Clemens Alexand.

Qui ſtudioſè vtrumque quod timemus complexus eſt, Dei ſcilicet priuationem, & ſuppliciorum acerbitatem: pœnam damni, & pœnam ſenſus Theologi vocant. Quorum quanquam ipſa diuini numinis amotio quolibet cruciatu reipſa acerbior eſt, quoniam tamen aliter imperfectis videtur, vt qui iacturæ magnitudinem necdum percipiant: idcirco patres Scripturam ducem ſequuti, frequētiùs timorem in hominum mentibus gehennæ terrore excitare ſtuduerunt. Id quod cùm alij plures egregiè, tum præſertim SS. Baſilius & Chryſoſtomus pluribus locis præſtiterunt. Chryſoſtomus certè nonnuſquam de pauore gehennæ ad hunc modum diſſerit. Non tantam facultatem ſermo habet, quantam timor. Quid gehenna atrocius? At nihil eius timore conducibilius. Etenim gehennæ metus regni cœleſtis coronam nobis affert. Quemadmodum enim in militis ſemper armati domo, non prædo, non fur, non quiſpiam alius ex his qui eiuſmodi facinora aggrediuntur, propius apparere audeat: ſic timore animas obtinente, nullus turpis affectus facilè ad nos accedit, verùm omnes ſe proripiunt, ac fugam capeſſunt, timoris nimirum potentia, ac velut tyrannide, fuſi ac profligati. Nec verò hoc ſolùm lucri ex timore percipimus, ſed aliud quoque præterea, & quidem hoc longè maius ac præſtantius. Non enim tantùmodo vitioſos noſtros affectus propulſat: ſed etiā virtutibus omnibus facilè ad nos

S. Chryſoſtomus.

Exaggeratur Timoris obiectum.

A aditum apetit. Neque enim quicquam perinde, tum peccata delet, tum virtutem auget, ac florentem reddit, vt perpetua timoris natura. Ob idque fieri nequit, vt is cui metus minimè familiaris eſt, rectè atque ex virtute viuat, quẽadmodum cootra fieri non poteſt, vt qui in timore vitam traducit, à recto aberret. Hactenus S. Chryſoſt. apud S. Ioann. Damaſcen. Reſtat vt S. Baſiliũ pariter audiamos. Is igitur in Pſal. 33. huiuſmodi adhortatione vtitur. Siquando te ſenſeris ad vnũ aliquod cieri ac proſilire peccatum, mihi ad mentem reuoca formidabile illud, oec vlli mortalium tolerabile Chriſti iudicium, in quo quidem præſidet iudex io alto & ſublimi throno. Aſtrabit porrò creatura omnis prætrepida, & intremiſcens ad ipſum glorioſum B & illuſtrem aduentum. Eo ſinguli quique ſiſtẽtur, de his examinandi quæ quiſque geſſit in vita. Deinde eos qui multa perperàm in vita admiſerunt, hottendi quidam ac triſtes circunſtabunt angeli, ignem paratum contoentes, ignem exſpirãtes, propter propoſiti amarulentiã, vultum præferentes nocti aſſimilem, pro mœrore atque hominum odio. Subin conſpicient batathrum in imum patẽs, teoebras impermeabiles quidem illas, ignẽmque obſcurum, cauſticas quidem vires habentem, luce verò deſtitutum. Inde verminm innumerabilium genus venenolum ac carniuorum, eſitans quidem ſemper, nec tamen ſe exſatians, intolerabiles dolo- C res morſibos infligens. Poſtremò omnium duriſſimam pœnam, probrum illud & verecundiã ſempiternam. Hęc tu time, & eiuſmodi rimore eruditus quaſi fræno qoupiam abarce animam, & inhibe ad vitioſam concupiſcentiam propẽdentẽ. Hactenus S. Baſilius. Sed iam ſatis ſuperque pto ratione loci Timoris oaruta, & bonitas, obiectum quoque, & ſpecies explicata ſũt, quare ad vtilitates eius enarrandas accedamus.

S. Baſilius.

Timoris vtilitas admiranda.

In primis igitur oihil illo melius eſſe docer Eccleſiaſticus, nec ſanè iniuria. Siquidem *timor Domini*, vt idem ait, *beatam efficit animam, & beati omnes qui Deum timent*, à Dauide prædicantur. *Fontem* verò *vitæ* Salomon appellat Prouerb. 14. Eccleſiaſticus autem *Paradiſum benedictionis*. Quis porrò neget timorem Domini verè eſſe paradiſum dilectionis, cùm *nihil deſit*, vt Pſalmiſta canit, *timentibus eum*? Nam quod ad vitam quidem, quam degimus, attinet, *ſanitas* D *eſt*, ioquit Salomon in Prouerbiis, *vmbilico, oſſibus autem irrigatio*. *Cor*, etiam, ſi Eccleſiaſtico fidem adhibemus, *lætitia, gaudio, atque* omni delectatione perfundit: *vitam* præterea in longum producit, & diem profert, vt eſt in Prouerbiis. Quod ad futuram ſpectat, *bonæ ſpei autor* eſt, miſericordiam ſpondet, & lætitiam ſempiternam promittir, vt idem docer Eccleſiaſticus. Iam verò quanta ea felicitas eſt, inter tot pericula, quibus hic mundos coocotitur, eſſe ſecurum? At enim, vt Sirachides autor eſt, *Qui timet Dominum nihil timebit. Timenti enim Dominum*, vt idẽ ait c. 33. *non incurrent mala, ſed in tentatione Dominus eum liberabit*. Quapropter non immeritò Salomon in Prouerb. excelſi animi robur, timori Domini acceptum refert: Et *declinat*, addit ibidem c. 15. *per timorem Domini omnis à malo*. Nec

Eccleſiaſtici 1.
Prouerb. cap. 10.

A id mirum: ſiquidem, vt Daoid aſſetit, *Angelus Domini caſtrametatur in circuitu timentium eum, & eripit eos*. Imò idem ipſe Dominus excubat, & oculis obſeruat, & ſpeculatur, oe qua illis iniuria fiat. Dominus enim, vt is quoque ait, pro arce & præſidio eſt omnihus, qui eius timore percelluntur. Sed hoc quiſquam fortaſſis apod ſe repotet, generoſo atqoe excelſo animo indignum eſſe timere, ac proinde, tametſi tutus ſit ille metus, minimè tamen ad laudem & gloriam pertinete, cuius ſupra modum ſitibũdi ſumus. Verumtamen nihil eſt tam contrarium rationi & ſapientiæ quàm ea opinio. Nihil enim eſt timore Domini laudabilius, nihil ad parandam gloriam magnificentius. *Facultates & virtutes*, B inquit Eccleſiaſticus c. 40. *exaltant cor: & ſuper hæc timor Domini*. Attendis quomodo non tantùm regũ opibus, ſed etiam vittutibus, qoæ rerum humanarum præſtantiſſimæ habentur, excelſiorem prędicat timorẽ Domini? Deinceps, etiam eum qui verè & ex animo Deum timeat, quouis iudice potentia atque honote prædito maiorẽ facit. Mundi prætetea lucem ſuo ſplendore æquaturum ptonũtiat. Denique, *timor Domini*, inquit c. 1. *gloria & gloriatio eſt*. quod nõ eſt aliud, qoàm nullũ famæ decus cum eo eſſe conferendum, quin potius ipſum reliquis omnibus virtutibus lucem ſplendorémque afferre, quo ſi caꝫteant, tenebris inobſcurati atque inhorreſce- C re. Poſtremò, quam non laudem ſuperet, qoòd non ſolùm *initium & radix ſapientiæ* prædicatur, ſed etiam *plenitudo atque corona*? His enim titulis atque encomiis Eccleſiaſt. cap. 1. eum dignatus eſt. Reſtat igitur, vt Domini timorem, ſi fortè hactenus pectoribos noſtris minus conſtanter inhæſit, in poſterum altis radicibus defigamus, vt ex eo adoleſcente atq. creſcente ſuauiſſimos fructus colligamus. In quibus etiam illud quaſi præteriens obſeruabo, eos, qui Deum metuant, ſibi plurimùm parcere. Deum namque ſolo ſæpe metu contentus, probationẽ remittere, quæ alioquin ad eum excitandum adhiberetur: vti exemplo Abrahami probare poſſumus, qui præ timore Domini cùm filium immolare pararet, *Ne extendas*, inquit Angelus, *manum tuam ſuper puerum*. Quate hoc tandem? *Eò quòd timeas Dominum*. Geneſ. 22.

Timoris dignitas & gloria.

Sibi parcit, qui Deum metuit.

ET *ſeruieritis ei*.] S. Hilarius in hæc verba Pſal. D 127. *Beati omnes qui timent oominum, qui ambulant in viis eius*, &c. Quotieſcooque, ioquit, de timore Domini io Scripturis eſt ſermo, animaduertendum eſt, nunquam eum ſolitarium relinqui tanquam ſufficientẽ nobis ad conſummationẽ fidei: ſed ſubiici multa, aut anteponi, ex quibus timoris Domini ratio, & perfectio intelligatur. Vt cognoſcimus ex eo, quod pet Salomonẽ in Prouerbiis dictũ eſt: *Si enim ſapientiã inuoces, & intellectui des vocem tuam, & exquiras eam tãquam argentum, & tanquam theſauros inueſtiges eam: tunc intelliges Timorem Domini*. Videmus enim quãtis vſqoe ad timorem Domini gradibus peruentũ ſit. Antè enim inuocãda ſapientia, & tunc timor Domini eſt intelligẽdus.] Quę paſſim ſubiiciãtor appatet: eo vero loco habes, *Qui ambulant in viis eius*. In quæ verba idem S. Oſtẽdit, inquit, non ex trepidatione ooſtra, quia hæc timoris

S. Hilarius.

Timor Domini nunquam ſolitarius prædicatur in Scripturis.

Prouerb. 2.

autor eſt in terris: neq. ex terrore eius, qui terribilis ſit, beatos eſſe qui timeāt: ſed ex eo quod in viis Dei incedant. Timor enim, vt diximus, non in metu, ſed in obediētia eſt: & timoris teſtimonium eſt obſequela. Hæc ille. Porrò nihil aliud eſt ſeruire Domino, quàm quod ait Dauid, *Ambulare in viis eius*. Quod Salomoo Eccleſiaſtæ capite vltimo, eſſe docet obſeruare mandata eius. Deum enim time, & mandata eius obſerua: hoc eſt omnis homo.

Seruire Domino quid.

De latria & Dulia contra Caluinum; & quæ ſit ſignificatio & vſus earum vocum.

CÆTERVM עָבַד *bhabad*, quod hîc ſeruire eſt: obſequi, miniſtrare, operari, facere, interdū etiam ſacrificare ſignificat, & quidē pro diuina humanáque, ſeruitute in Scripturis paſſim nullo diſcrimine vſurpatur, ſed Grçcè legimus δουλεύειν, quo verbo frequennus humanam ſeruitutem deſignamus, quanquam in toto hoc lib. Græci interpretes ad vtrūlibet ea dictione conſtāter vſi sūt. Hîc certè *latriam* intelligi minimè dubium eſt. *Latriam* verò humanā ſeruitutem raro dixerunt: ſeruata eſt enim teligioni eios vōcis prærogatiua: ſic prorſos, vt Dei cultui duntaxat Eccleſiaſtica autoritate tribueretur. S. Auguſt. l. 10. de Ciuit. Dei c. 1. *Latriam*, inquit, noſtri vbicunque ſanctarum Scripturarū poſitum eſt, interpretati ſont ſeruitutē. Sed ea ſeruitus quæ debetur hominibus, ſecundum quam præcipit Apoſtolus, *Seruos dominis ſuis ſubditos eſſe debere*, alio nomine Græcè nuncupari ſolet. Latria verò ſecundū conſuetudinē qua loquuti ſunt, qui nobis diuina eloquia condiderunt, aut ſemper, aut tam freqoenter vt penè ſemper, ea dicitur ſeruitus, quæ pertinet ad colēdum Deum. Hæc S. Auguſt. Ex quibus apparet quàm imprudenter Caluinus ſcripſerit l. 1. Inſtit. c. 12. ſect. 2. in hunc finem inuentam eſſe *Latriæ & Duliæ*, quam appellant diſtinctiooem, quò impunè viderētur angelis & mortuis tranſcribi diuini bonores. Quem enim ſanctis cultum deferunt Papiſtæ, inquit, nihil reipſa differe à Dei cultu palàm eſt. Promiſcuè enim & Deum, & illos adorant: niſi quòd dum vrgētur, exceptione *latriæ & duliæ* euadūt. Verùm (vt hoc quoque omittamus) noo aliud tandem conſequeotur ſoa diſtinctione, quàm cultum ab ipſis vni Deo præſtari, aliis autem ſeruitium. λατρεία enim apud Grçcos valet, quantum apud Latinos cultus: δουλεία verò proptiè ſeruitutem ſonat. Et tamen in Scripturis confunditur aliquando hoc diſcrimen. Porrò vt demus eſſe perpetuom, nempe inquirendum eſt, quid vtrumque valeat. δουλεία quidem ſeruitus eſt, λατρεία cultus. Iam quui maius quiddam ſit ſeruire, quam colere nemo dubitar. Nam ei ſeruire durum eſſet ſæpenumero, quem colere non recuſares: ita iniqua eſſet diſtnbuno ſanctis aſſignare quod maios eſt, Deo quod minus eſt relinquere. At complores ex veteribus hac diſtinctione vſi ſunt. Quid tum, ſi omoes eam perſpiciunt, non modò impropriam eſſe, ſed penitus friuolam? Hactenus cenſor ille friuolus. Non potui hominem con-

S. Auguſtinus.

Ad Epheſ. 6.

Latria quid.

Ioannis Caluini mendaciū.

A gruentios appellare. Nam quid eo leuius aut magis nogatorium eſſe poſſit?

Complures, inquit, ex veteribus ea diſtinctiooe vſi ſunt, eamdem nunc quoque Catholici omnes vno ore comprobant, & tamē confidenter aſſerit, illam ab omnibus friuolam iudicari. Qui ſunt illi omnes? Nam oos certè vel numeri ſumus. Verùm ad ſingula teſpondeamus. In hunc finem ait inuentam eſſe *latriæ* ac *duliæ* diſtinctionē, quò impunè angelis & mortuis tranſctiberentur diuini honores. At contra docet S. Auguſt. ea mente ac conſilio fuiſſe repertam, vt eſſet ſingularis quædam dictio, qua cultus & honor ſoli Deo debitos priuatim deſignaretur. lib. 10. de Ciuitate Dei cap. 1. Pergit deinde Caluinus: Quem enim Sanctis cultum deſetunt Papiſtç, nihil reipſa differre à Dei cultu palàm eſt.] Ergo voce quidem differt Dei cultus à Sanctorum religione, teipſa tamē confunditur. Itáne tandem Caluine? Dic igitur nobis, quæ eſt res ipſa cultus, obiectum, an modus? Nam alterutrum eſſe neceſſe eſt: vtrum. aotem non vno diſcrimine in vtraque ſpecie ſeparatur. Nam *latriæ* quidem cultus vnum Deum ſpectat, *duliæ* verò circa res creatas verſatur: & illom quidem vt principium ac Dominum rerúmque potentem *latria* obſeruat, ſanctos verò & angelos ob eam cauſam quòd Dei amicitia floreant, & apud eumdem plurimùm poſſiot, & virtute meritiſqoe decorentur, *Duliæ* cultus loco poſteriore colit. Modus etiam colendi longè diuerſus eſt. Vtrumque copioſè explicat S. Auguſtinus lib. 8. cap. 27. de Ciuit. Dei, quo loco etiam hæc habet. Nec tamen nos eiſdem Martyribus templa, ſacerdotia, ſacra, & ſacrificia conſtituimus: quoniam non ipſi, ſed Deos eorum nobis eſt Deus. Honoramus ſanè memorias eorum tāquam ſanctorum hominum Dei, qui vſque ad mortem ſuorum corporum pro veritate certarunt, vt innoteſceret vera religio, falſis religionibus fictiſque conuictis: quod etiam ſi qui antea ſentiebant, timendo reprimebant. &c. in eandem ſententiam. Non ergo promiſcuè, vt mentitur Caluinus, Deum & ſanctos adoramus. Sed pergamus ad reliqua.

B

C

Non aliud, inquit, conſequētur ſoa diſtinctione, quàm cultum ab ipſis vni Deo præſtari, aliis autem ſeroitiū.] Hoc item falſum eſt. *Latria* enim autore Auguſt. ſeruitutem Deo debitam ſignificat. Nō igitur is cultus à ſeruitute & obſequio diſtinguendus eſt. At enim *latria*, inquir, apud Græcos valeat, quantū apud Latinos cultus: δουλεία verò propriè ſeruitutem ſonat.] Primùm, malè vim dictionis etymo infert. Non enim inde petenda ratio fuit, ſed ab vſu & cōſuetudine Eccleſiæ, quæ non paucas voces à prima ſignificatione ad aliam ſuo quodam iure trāſtulit. Deinde Valla docet, λατρείαν & δουλείαν idem eſſe, & vtrumque ſignificare ſeroitutē: quod ex Suida oſtendit, qui & ait, λατρείαν δουλείαν εἶναι ἐπὶ μισθῷ. Seruitutem eſſe mercenariam. Apud Xenophontem in 3. Cyripædiæ loquitur maritus: ἐγὼ μὲν, ὦ Κῦρε, κἂν τῆς ψυχῆς πριαίμην, ὥστε μήποτε λατρεῦσαι ταύτην. Hoc eſt, Ego verò Cyre vel anima redemetim, ne voqoam hæc ſeruiret. Tum vxor, ἑαυτῆς ψυχῆς ἂν πρίαιτο,

D

Confutatur Caluinus.

Latria duliaque diſcrimen exponitur.

S. Auguſtinus.

Malè ab etymologia argumentatur Caluinus. nam latria duliaque *idem ſignificant* Laurent. Valla. Xenophō.

ὥστε μὴ δουλεύειν, ſua ipſius anima emerit, ne ſeruiat. Quin & in ſacris literis λατρεύειν de ſeruitute dicitur, vt in Leuitico: *Omne opus ſeruile non facietis*, λατρευτόν. Et iterum: *De ſemine tuo non dabis ſeruire principi*, λατρεύειν. Non igitur alterum quidem horum ſeruire, alterum colere ſignificat, ſed vtrumque ſeruire pariter. Quod ſi non ipſam vocis etymologiam ſpectemus, ſed magis Eccleſiaſticæ conſuetudinis, vt par eſt, rationem ineamus: tum certè reperiemus, *latriam*, non quemuis cultum, religionem, pietatem, εὐσέβειαν: ſed θρησκείαν, θεοσέβειαν, & dignam Deo ſeruitutem ſignificare, quæ à Latinis vno vocabulo exprimi non poteſt. Vtrumlibet enim horum, inquit ibidem S. Auguſtinus, nos vno verbo enuntiare non poſſumus. Ac ſic demum concludit. Quæ itaque λατρεία Græcè nuncupatur, & Latinè interpretatur ſeruitus, ſed ea qua colimus Deum: vel quam illi θεοσέβειαν, nos verò non vno verbo exprimere, ſed Dei cultum poſſumus appellare: hanc ei tantùm Deo deberi dicimus, qui verus eſt Deus, facitque ſuos cultores Deos. Hactenus Auguſtinus. Ex his colliges, nullum non cultum Deo deberi, ſiue δουλείας voces, ſiue λατρείας, cùm vero λατρεία Deo defertur, altera hac voce exprimi, quantum à prima origine vtraque ſignificet, idque cùm vocis proprietate, tum vſu Eccleſiæ, ac Scripturarum autoritate. At cùm δουλεία transfertur ad cultum venerationemque Sanctorum, tum eius ſignificationem contrahi, & ſecundo loco conſiſtere, ne ſupra res creatas ſublime quippiam ac diuinum ſapere videatur.

Quæ dicitur latria ex vſu Eccleſiæ Latina vno verbo exprimi non poteſt.

ET *audieritis vocem eius, & non exaſperaueritis os Domini.*] Gradatio quædam eſt, ad imitationem humanorum actuum efficta. Nam primùm quidem eos, quibus obnoxij ſumus, reueremur: deinde, quæ ad illorum obſequium pertinent, & vulgò nota ſunt, ſedulò exequimur: poſtea, ſi quid noui imperare voluerint, attentam aurem præbemus. Poſtremò eorum voluntatem non diſcutimus, ſed vltro ac libenter paremus. Contra verò qui officium negligant, primò quidem dominos ſuos contemnunt, deinde famulari detrectant, mox ne vocem quidem eorum audiunt; denique quicquid illi dixerint, contrariis rationibus oppugnant. *Et non exaſperaueritis os eius. Obiurgare* Septuaginta interpretantur. *rebellare* Paraphr. Chald. *irritare* Montanus. Duæ ſunt, inquit Vermilius, interpretationes. Prior, ſi inobedientes fueritis verbo Domini. Altera ducitur ab amaritudine illa, quæ in hominum palato ſæpe naſcitur. Cùm enim ſe contemni vident, excitatur bilis, & os amarum redditur. Eſt ergo ἀνθρωποπάθεια: & quod accidit in hominibus, transfertur in Deum. Hæc Vermilius. De patribus eorum Dauid teſtatus eſt, proprius eorum Propheta, vt inquit Apoſtolus: *Generatio praua & exaſperans*. De filiis, cùm ſæpe alibi, tum frequentiſſima apud Ezechielem querimonia eſt, ac præſertim capitibus 2. 3. 12. 17. & 44. ex quibus planè intelliges, quid eo nomine deſignetur.

Optima ſeruiendi ratio.

Varia lectio.

Pſal. 77.

ERITIS *& vos, & rex veſter ſequentes Dominū*] Vermilius: Variè exponitur. vel ſic, Deus vos defendet, ſi iueritis poſt Dominum. vel, ſi obedieritis meis monitis, eritis poſt Dominum, hoc eſt, eritis tuti, florentes, incolumes, ibitis poſt Dominum, vt illi nolitis anteuertere. Nam qui ſequuntur hominum traditiones, & inuenta ſua, præcurrunt & quodammodo præſcribunt Domino. Felices autem illi ſunt, qui ſequuntur Dominum. Hæc Vermilius. Hoc etiam modo commodè exponi poſſe arbitror, vt ſit ſenſus: Hæc ſi obſeruaueritis, vtique Dominum ſequemini: & ſimul eodem argumento probabitis, non eo conſilio regem habere voluiſſe, vt à Deo deficeretis, ſed vnà cum rege veſtro in fide & obſequio Dei permanebitis: quo pacto beatam quoque veſtram Rempublicam efficietis.

Vermilius.

VERSVS 15.

Si autem non audieritis vocem Domini, ſed exaſperaueritis ſermonem eius, erit manus Domini ſuper vos, & ſuper patres veſtros.

VERMILIVS: Ducit argumentum in contrarium. Si non eritis Domini, eritis diaboli: ſi non ibitis poſt Deum, ibitis poſt תהו *thohou*, id eſt poſt inania & inutilia idola, quæ non proderunt, nec iuuabunt vos. *Super vos & ſuper patres veſtros.* Vel & vos punier & patres veſtros, id eſt, reges & principes, qui ſunt patres patriæ, vel, puniet vos, quia imitati eſtis patres & maiores veſtros, vt deficeretis à lege Dei. Vel affliget vos &, tradet in poteſtatem exterorū principum, quemadmodum afflixit & tradidit maiores veſtros. Vel, punientur patres in liberis: quia liberi partes quodammodo ſunt parentū. Alij ita exponunt, futurum, vt promiſſiones factæ patribus, locum habituræ non ſint in liberis. Deus autem promiſſiones ſuas vult eſſe certas, ita minas non vult eſſe irritas. Abducemini in captiuitatem ab hoſtibus. Hoc Deus in Deuteron. multis verbis minitatur. Hactenus Vermilius. Poſſunt etiam hîc patres verè patres eorum, ſenes quidem, adhuc tamen viuentes, intelligi. Hoc eſt, ne ætati quidem decrepitæ, & canis parentum veſtrorum parcet. Quod accidere ſolet in ſuprema calamitate, cùm ſcilicet vrbes per vim expugnatæ, militibus perdendæ ac diripiendæ permittuntur. Ad hunc modū deſcribit Virgilius Æneid. 2. Priamum crinibus à Pyrrho raptatū, extrema ætate miſerè occūbentem. Solet autem ſenilis ætatis, ac maximè parentum periculum, probos & ingenuos liberos ad miſericordiam commouere. Tanquam diceret: quod ſi fortè veſtrum, qui viribus valetis, rationem non habetis: at ſenum parentum vos miſereat, & Dei clemētiam veſtra illis obedientia conciliate. Poſtremò arbitror huic eſſe ſimile, quod alio in loco Saluator ait: *Vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus qui effuſus eſt ſuper terram, à ſanguine Abel iuſti vſque ad ſanguinem Zachariæ. Amen dico vobis, venient hæc omnia ſuper generationem iſtam.* Quod eſt, peribitis ſupplicio veſtris & parentum flagitiis debito. Quod nō perinde intelligendū iudico, quaſi filij rei citentur

Matthæi 23.

Qua ratione flagitia parentum poſteritatis pœnis luantur.

A pro patribus, aut parentum ſcelera filiorum pœnis luantur: ſed quòd ea animaduerſio quæ ſceleri à Deo deſtinata eſt, & ſuſpenſa emendationis expectatiooe diutius pependit, pertinaces filios tandem aliquando comprehendat. Quemadmodum enim non quiuis primus arietis impetus obſeſſæ vrbis munitionem diſiicit, non fluctus primo agmine ruens nauem euertit, ſed longa vtriuſque generis contentione ruuot, ſupremæ autem vi atque vltimæ ruina aſcribitur: ita nec Reipublicæ quidem, quum primum ciues peccauerint, funditus euelluntur, ſed datur poſteris reſipiſcendi locus: qui ſi facere neglexerint, tum demum Reipubl. excidio ſcelerum ſuorum pœnas dant: quæ tamen etiam parentum delictis tribuuntur, non quòd illi non ſuo, B vel parentum merito plectantur, ſed quòd diuturna correctionis expectatio quæ à parentibus cœpit, & in filiis fruſtrata eſt: id commeruerit ne in poſterum parcatur.

Hinc colliges: tametſi Deus nonnunquam ſanctiſſimos viros in arenam deſcēdere, & cum ferociſſimis hoſtibus in certamen venire, plagaſque ac vulnera accipere voluerit, maximam tamen partem calamitatum, quibus opprimimur, occaſione noſtrorum ſcelerum eſſe acceptam. Noſtra item culpa fieri, vt cùm poſt lapſum Dei, & Eccleſię clementiſſimam animaduerſionem repudiemus, bellorum periculis obiiciamur, hoſtiboſque dedamur: à quibus longè grauioribus ſuppliciis afficimur, quàm diuina clementia ſtatuerit, aut etiam requirat. Quod C cùm antea Samuel allatis in medium exemplis ſatis oſtenderit, nunc denique, ſi pergant inobedientes eſſe, manum Domini ſuper eos futuram denuntiat. Quod non ita eſt, tanquam Deus à ſua conſuetudine recedens, eos per ſe vlturus ſit: ſed quo modo etiam antea ſolitus erat, hoſtium furori atque libidini permiſſurus. Quorſum igitur, inquies, ea phraſi vtitur? Præcipuè duabus de cauſis. Altera, quo terrorem vehementius incuteret, deſperatione ſalutis, cùm ab eo ſe traditum iri intelligerent, ex cuius manibus eoadere non poſſent. Altera, quo doceret non vno genere pœnæ in eos animaduerſurum, ſed præter belli & ſeruituris incommoda, peſte quoque ac fame, feriſque obiectis eos eſſe perditurum. Etſi namque hoſtes, cùm ſpolia diripiunt; cùm greges atque armenta abigunt; ſupellectilem omnem comportant; ſuæ cupidita- D ti: cùm ferro cædunt, & in corpora ſæuiunt, iræ atque furori proprio indulgere videantur: & feræ item cùm prædam lacerant, & ſanguinem ſorbent, gulæ, ac ventri ſuopte ingenio inſeruiant: attamen hæc omnia *manus Domini* dicuntur, quoniam eorum ſęuitia ac rapacitate vtitur ad vlciſcendam ſuorum contumaciam. Quod cum pluribus Scripturæ teſtimoniis facilè probari queat, non arbitrabar eum mihi laborem ſubeundum: ſed cùm poſtea in Anaſtaſium Nicenum incidiſſem, qui plura in eam ſententiam ſtudioſè congeſſit, exſcribere ſtatui, vt ſi forte lector optaret, haberet in promptu ſyluam comparatam.

Quid ſignificet manus Domini.

I.

Anaſtaſij Niceni quæſtio decima ſexta in ſacram Scripturam, qua palàm fit, res aduerſas culpa noſtra accidere.

BENIGNVS quidem, inquit, & iuſtus iudex Deus, oobis peccantibus nos ſæpe tradit aduerſariis, non ad interitum, ſed ad caſtigatiooem & diſciplinam, vt per Hieremiam dicit Iſraëli: *Confidite popnli, in montmentum Iſraël venundati eſtis gentibus, non ad interitum, ſed propterea quod vos Deum ad iracundiam prouocaſtis, traditi eſtis aduerſariis, irritauiſtis enim Deum qui vos fecit.* Inimici autem, & iniqui, & impij, propriæ ſeruientes iniquitati, faciunt nobis grauia, & Deo minimè grata, pro quibus omnibus æternum referent ſupplicium. Traditus enim eſt Iſraël, vt dictum eſt, aduerſariis, vt ipſe parcè & benignè caſtigaretur: Aſſyrij autem illos tractarunt acerbè & inclementer. Audi quid dicat Deus per Zachariam Iſraël de Aſſyriis, *Æmulatus ſum Hieruſalem & Sion zelo magno, & ego iraſcor ira magna aduerſus eos qui vos inuadunt, propterea quod ego quidem parum iratus ſum, ipſi verò vos ſimul inuaſerunt ad malum.* Similiter aotē etiam per Eſaiam: *Iratus ſum,* inquit, *in populum meum filia Chaldæorum: polluerunt hereditatem meam, ego autem dedi ipſos in manum tuam, tu autem non dediſti eis miſericordiam: ſeniores grauaſti iugum vehementer, & dixiſti, in æternum ego tibi imperabo: non cogitauiſti hæc in* C *corde tuo, neque meminiſti nouiſſimorum: nunc autem veniet repente ſuper te interitus, & non cognoſces: foſſa, & cades in ipſam: & veniet ſuper te exitium, & non poterit eſſe munda.* Hic ergo diſcimus, quòd qui belligerantur & nos iniuria afficiunt, vltimum ſubibunt ſupplicium. Nos autem debemus ſcire, qund propter peccata noſtra ſæpe tradimur, vt dictū eſt, in manus iniquorum inimicorum, iuſto Dei iudicio. Dicit enim rurſus Eſaias de Iſraël: *Quis dedit in direptionem Iacob: & Iſraël iis qui ipſum ſpoliarunt? An non Deus cui ipſi peccauerunt, & noluerunt ambulare in viis eius, neque audire legem eius, & induxit in ipſos iram furoris ſui, & inualuit aduerſus ipſos bellum, & veluti circum circa fugientes, non cognouerunt vnuſquiſque ipſum neque intellexerunt.* Et rurſus: *An non poteſt manus Domini ſeruare: aut vnuſquiſque grauauit aurem ſuam, vt non exaudiret? Sed peccata noſtra ſeparant inter* D *nos & Deum, & propter peccata noſtra auertit faciem ſuam à nobis ne miſereatur, manus enim noſtræ ſunt pollutæ ſanguine, & digiti noſtri in peccatis, labia autem noſtra loquuta ſunt iniquitatem, & lingua noſtra meditata eſt iniuſtitiam. Non loquitur iuſta, nec iuſtum eſt iudicium.* Similiter Ezechiel quoque dicit in perſona Dei: *Ego tradam vos in gladium, & omnes cadetis in cæde, quoniam vocaui vos, & non me audiſtis: loquutus ſum, & aurem non præbuiſtis, & feciſtis malum coram me, & quæ nolebam elegiſtis.* Et rurſus: *Et cognoſcent omnes gentes quod propter peccata veſtra in captiuitatem abducti eſtis domus Iſraël: propterea quod me ſpreuerunt, auerti quoque faciem meam ab eis, & tradidi eos in manus inimicorum ſuorum, & ceciderunt omnes in gladio, ſecundum immunditias eorum feci ipſis.* Nihil ergo ex iis quæ

Baruch. 4.

Aduerſarij noſtri dum propria indulgent iracundia, acerbius nos quàm pro Dei voluntate tractant.

Zach. 8.

Eſa 47.

Eſa. 42.

Eſa. 54.

Ezech. 24.

A aſpera & grauia accidunt, iniuſtè in peccantes aduenit, ſed omnia iuſto Dei iudicio: & iniquitates nobis mala conciliant: *In ſignum enim*, inquit, *iniuſtis adueniunt*, à Domino enim ſunt iuſta omnia.
Rom. 3. Et, *Si noſtra*, inquit, *iniuſtitia, Dei iuſtitiam commendat, quid dicemus? Nunquid iniuſtus Deus, qui iram infert? Secundum hominem dico, abſit:* Eſt enim in noſtra poteſtate, & in libero noſtro arbitrio ſalus noſtra & interitus, vt ſcriptũ eſt;
Eccleſ. 15. *Deus ab initio fecit hominem, & dimiſit eum in manu conſilij ſui*: Et, *Ante hominem eſt vita & mors, & quod viſum ei fuerit dabitur ei.* Quamobrem Sapiens monet,
Sap. 1. *Ne mortem æmulemini in errore vitæ veſtræ, neque attrahatis exitium in operibus manuum veſtrarum; quia Deus mortem non fecit, neque delectatur in perditione viuorum*; Oſtendens noſtram euerſionem ſponte à nobis eligi. B Dicit rurſus: Impij manibus ac verbis eam acceerſierunt. Huius rei teſtis eſt, vt Theologicè dicam, qui erat lucifer proptet ſplendorem dictus, & factus tenebræ propter elationem: cuius cauſam magnus quoque admirans Eſaias, dicit miſerabilitet;
Eſa. 14. *Quomodo cecidit è cœlo lucifer, qui mane oriebatur; contritus autem fuit in terram qui vulnerabat omnes gentes.* Deinde inuehens in liberam & ſpontaneam eius auerſionem & amentiam, ſubiungit: *Tu autem dixiſti in corde tuo: Aſcẽdam, ſuper aſtra cœli, ponam ſedem meam, ſedebo ſupra montes excelſos, qui ſunt ad boream, aſcendam ſupra nubes, ero ſimilis altiſſimo.* Similiter oſtendens etiam iuſtum Dei de eo iudicium, ſubiungit: *Nunc autem ad inferos deſcendes, & in fundamenta terræ.* Vides quemadmodum iniquitatem loquutus eſt in altum; & cum ſe pronuntiaſſet apoſtatam & C deſertorem, cecidit iuſto Dei iudicio. Meritò ergo dicebat Sapiens: *Labia inſipientis ducunt eum ad mala; os autem eius audax, & mortem eius inuocat.* Sic ergo Adam & Eua, eius fraude & conſilio ſeducti, eùm eo morbo laboraſſent, quod Deo vellent eſſe æquales, & mandatum Dei eſſent tranſgreſſi; ceciderunt ex paradiſo, & facti ſunt heredes mortis. Vnde iuſtus iudex, Euę quidem
Gen. 2. dicit: *Multiplicans multiplicabo dolores & gemitus tuos; in doloribus paries filios tuos, & ad virum tuum conuerſio tua, & ipſe tui dominabitur.* Adæ autem: *Quoniam audiſti vocem vxoris tuæ, & comediſti de ligno è quo iuſſi tibi ne comederes, maledicta terra in operibus tuis; in doloribus eam coles omnibus diebus vitæ tuæ; ſpinas & tribulos producet tibi; & comedes ex herba agri; in ſudore vultus tui comedes panem,* D *donec reuertaris in terram de qua ſumptus es, & in cinerem reuerteris.*
Gen. 4. Similiter etiam dixit Cain propter cædem fratris ſui: *Cur hoc feciſti? Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra, & nunc tu exeeratus à terra, quæ aperuit os ſuum vt exciperet ſanguinem fratris tui ex manu tua; operare terram, & non adiiciet tibi dare virtutem ſuam; gemens & tremens eris ſuper terram.* Cæterùm de iis quoque qui inundatione ſunt obruti propter ſuas iniquitates,
Geneſ. 6. dicit ad Noë: *Tempus omnis hominis venit coram me, quoniam impleta eſt terra ab ipſius iniquitate; & ecce ego corrũpo ipſos & terram.* Ita etiam
Geneſ. 19. de Sodomitis qui fuerunt combuſti propter eorum peccata & nefaria ſcelera, dicit Abrahamo: *Clamor Sodomæ & Gomorrhæ multiplicatus eſt apud me, & peccata eorum magna valdè.* Et deinceps:

A *Dominus pluit ſuper Sodomam & Gomorrham, ignem & ſulphur à Domino ex cœlo, & euertit has ciuitates, & omnem regionem finitimam, & omnes qui habitabant in ciuitatibus.* Ita etiam qui graui corde erat Pharao, obrutus fuit cũ omni exercitu: & quicunque tentarunt, & ad iram prouocauerunt Dominum in ſtudiis ſuis, exoſi fuerunt, & abominabiles; & ſunt exterminati propter ſuas iniquitates, à Dei iudicio, qui *reddit vnicuique ſecundum opera ſua.* Et ideo legem ferens dicebat: *Si* Deut. 19. *quis accuſet proximum ſuum, quòd ei aliquam fecerit contritionem: oculus pro oculo, dens pro dente, prout accuſauerit hominem, ita dabitur ei.* Vnde etiam Propheta: *Quomodo feciſti*, inquit, *ita erit tibi: retributio tua retribuetur in caput tuum.* Dicit etiam lib. Iudic. *Perſequutus eſt Adonibezec, & amputauit* Iudic. 1. B *ei ſummitates manuum & pedum: dixit autem Adonibezec: Septuaginta reges amputatis manuum ac pedũ ſummitatibus, colligebant quæ erant ſub menſa: ſicut feci, ita reddidit mihi Deus.* Meritò ergo dicebat Sapiens: *Per quæ quis peccat, per illa etiam punitur.* Hactenus Anaſtaſius, longa ſatis demonſtratione vſus, qua planum faceret, res aduerſas quas patimur, vt plurimùm ea de cauſa nobis accidere, quòd vel in Deum impij, vel in homines ſæui ac contumelioſi extiterimus.

VERSVS 16.

Sed & nunc ſtate, & videte rem iſtam grandem, quam facturus eſt Dominus in conſpectu veſtro.

C VERMILIVS: Supereſt iam tertia pars orationis. Vermilius. Quoniam hæc verba tantùm erant, nec multùm erant motura pertinacem populum, adduntur etiam miracula, vt multitudo intelligeret, non eſſe iſta verba deliri ſenis, ſed magni prophetæ, & nuntij Dei, atque ita animo percelleretur. Hoc ſemper fuit ingenium Iudæorum, vt verbis non mouerentur. Itaque Paulus ait, *Iudæi ſigna petunt: gentes ſapientiam quærunt.* *Iudæi miraculorum ſtudioſi.* Ethnici ducebantur ratione, & philoſophia: Iudæi ſemper inhiabant ad portenta, quaſi non alioqui credituri. Erant iſti læti de victoria: placebant ſibi de rerum ſucceſſu: difficile illis erat perſuadere pœnitentiam. Itaque adhibendum erat miraculum. Ea enim eſt D infirmitas & peruerſitas humani ingenij, vt miraculis magis moueri velimus, quàm rationibus, aut verbo Dei. Maxima enim noſtri pars caro eſt. Itaque, quæ incurrunt in oculos, & cadunt ſub ſenſus, ſolent nos mouere maximè. At ſi eſſemus mens pura, magis doceremur rationibus. Itaque Paulus ait: *Signa data ſunt infidelibus.* Fideles autem magis mouentur prophetia. Neque verò certa eſt ratio miraculorum: poteſt enim nobis videri miraculum, quod miraculum non ſit: & ſuperare naturam, quod eam re vera non ſuperet. Poſſumus etiam falli de autore; vt quod à diabolo factum ſit, tribuamus Deo: quod ſcimus factum in lib Iob, & à magis Pharaonis, & aliquàndo factum iri ab Antichriſto. Et Deus in Deuter. præcipit, vt ſi quis ediderit miraculum, & velit populum abducere

Digitized by Google

à Deo, vt occidatur: Deum enim tentare populum, an veliot diſcedere à lege ſua. Quare ſoliciti eſſe non debemus, qoòd hodie oon eduntur miracula. Satis eſt fidem nobis eſſe traditam, & illis miraculis, quę olim contigerunt, confirmatam. Nam quæ olim edita ſunt, noo minus ad nos pertineot, qoàm ad illos pertinebant, qui tum viuebant. At ſi dicas ea te ooo vidiſſe, hoc erit omnem fidem Scripturarum in dobium reuocare. Methodus Samuelis eſt, primùm vt extorqueat à popolo teſtimonium de magiſtratu ſuo: tum vt doceat, Deum ſemper illis affuiſſe: tertiò, vt eos aliquo portento permoueret. Scopus autem miraculi erat, vt intelligerent Deum ſibi iratum eſſe, & ſe peccaſſe petendo tegem. Quod idem Ioſephus etiam teſtatur: Vt intelligatis, inquit, peccata veſtra, & Deum non probare mutatum ſtatum Reipublicæ. Hactenus Vermilius. A B

Nota quædam quibus falſa miracula reprehenduntur.

Porrò qood ait miracula fingi poſſe, & ſpecie veri incautos decipere, minimè dubium eſt. Nõ deſunt tamen probis ac ſapientibus argumenta, quibus ea quæ falſa ſunt, deptehendant. Nam falſa vt plurimùm in iis rebus eduntur, quę nullam vtilitatem cõferunt, aut ſcopum finemque habent minos boneſtum: neque qui iis fidem adhibent, meliores euadunt, aut certè ab iis autoribos fiũt, quorum mores & inſtituta parum probantur. Sempet enim aut artogantię tumot aliqois apparet, aut libidinis ardot exæſtuat, aut cupiditatis & auaritiæ flamma erumpit, quibos callidi veteratoris artes inſidiæque produntur. Denique, diabolus ſanctorum virotum conſpectum diutius ferre non ſuſtinet, ſed citò præſtigiæ illius euaneſcunt, & magotum vis omnis ae poteſtas ludibrio habetur. Sic olim Iannes & Mambre à Moyſe in Ægypto exploſi ſunt; ſic in Samaria Simon à Philippo; Hermogenes à Iacobo; Elymas à Paulo; Apollonius etiam Tyanęus, vt nonnullis viſum eſt, Epheſi à Ioanne Euangeliſta, prohibiti ſunt, ne rudes & imperitos in fraudem inducetent. C

Ad fidem faciendam miraculis opus eſſe, ſi quid noui afferas.

Quando neceſſaria miracula

Sed monet præterea Vermilius, ætatis noſtrę homines nihil miracula curare debere. Qua in re tametſi nõnullam excuſationem meretur, qoòd proptiam cauſam agat, quemadmodom olim vulpecula apud populares ſuos, admonens caudam contemnere quam ipſa perdidiſſet: illod tamen animaduertendum eſt, ploribus eo pacto illudi poſſe, quorum ſaloti potius conſulendum eſt quàm Vermilij pudori. Qui ſi nihil noui afferret præter receptam Euangelij fidem, & longiſſimo vſu confirmatam Eccleſię ſententiam, cur miracula poſceremus, nullam cauſam haberemus. Satis enim ſuperqoe ſoperioribus illa ſeculis probata ſunt. Sed cũ vetera quidem plurima reſcindat, noua aotem inſerere conetur, iuremerito eius autoritatis, quam ſibi arrogat, probationes exigendæ ſunt. Vis ſcire quæ noua afferat, quæ vetera teſcindat? Chriſtus Eucharisticum panem ſuum corpus eſſe aſſeruit; iſte panem eſſe docet qualis à piſtore cõficitur. Soluendi ligandique peccata poteſtatem Apoſtolis fecit; hanc iſte abrogat. Petrum fundamentum Eccleſiæ eſſe iuſſit, & eius fidem nullo vnquam tempore labefactandam ptonuntiauit: vtrumque Vermilius negat. Contra verò pleraque docet cum his pugnantia. Nam nouam fidem aſtruit, & vmbtatilem quãdam Sacramentorum effigiem, quam ad hunc diem nemo pręterea ſomniauit. At illa Scripturæ verbis nixa ſunt. Eſto, poſſint nonnulla Scripturæ verba in eum ſenſum contorqueri. At quæ hactenus Eccleſia credidit, ea quoqoe Scripturæ autoritate, & quidem manifeſtiſſima firmata ſunt. Deinde ſic ea ab Apoſtolotum temporibus complexa eſt, vt perpetua deinceps religione cõleret: quæ tu cùm tentes reuellere, vtiq; alia ratione vtendum eſt. Nam Scriptura quidem qoam tu pro clypeo opponis, ea quoque nobis pro ſcuto eſt. Quibus igitur argumentis probas, Eccleſiam quidem tot iam ſeculis Euangelij luce caruiſſe, te verò ſolum cum aſſeclis qoid verum, quid pium & ſanctum eſſet, damnata omni antiquitate diſpexiſſe? Neqoe enim hoc tibi perſuadeas, nos ſioe teſte, ſine fide credituros. D A B

Tria capita probationũ.

Tres ſunt omoino probarionom fontes, è quibus argumenta deriuare poſſis, ad erroris tui confirmatiooem: Scriptura, ratio, miraculom. De Scriptura iam diximus, nullum inde tibi certum argumentum erui poſſe. Quoniam & ſi queat ea arte tractata, qua ſoletis optima quæque corrũpere, errori veſtro fauere videri: ſemper tamen magis cũ Eccleſiaſtica doctrina conſentit. Ratiooi autem in his locus eſſe non poteſt. Quoniam quæ fidei ſunt propria, non ab aliqua ratione peodent, ſed ab inſtitutione diuina. Quod non ita dictum volo, quia Deus ſeipſo ſuperiorem rationem non habet; etſi namque nulli alienę regulæ addictus eſt, ſunt tamen omnia eius opera cum ſumma ratione coniuncta: ſed quia illæ ipſæ res, quæ à vobis in controuerſiam diſceptationemque vocantur, ſi per ſe ſpectentur, adiaphoræ & indifferentes ſunt, neutramque in partem ſuapte natura propendent. Itaq; ſiue eo modo fiant, quo vos ſtatuitis: ſiue potius altero, quem ad hũc diem Eccleſia ſuſcepit: ſi modò Deus ita ſanxerit, nulla rationi iniuria fiet. Potens eſt enim Deus vtrumlibet religionis & Sacramẽtorum vſum ſtatuere. Non ergo hoc quęritur, quid horom maximè probari poſſit à ratione alienum, quid maximè conſentaneum: ſed quid quæritur? Id quod potiſſimùm Deus inſtituerit. Quod cùm neque ſola Scripturæ autoritate oſteodere, neque ſola ratione inueſtigare valeas, vtique, ſi quid præter antiquam Eccleſiæ fidem recipiendum ſit, aliod præterea teſtimonium meritò requirimus. Id verò quod aliud eſſe dices præter miraculum? Nam homanũ quidem teſtimnniom ſatis momenti habere non poteſt, ad aſſerendam rerum diuinarum fidem. Caue autem putes, id quod perſuadere velle videtur Vermilius, noſtro demum tempore miraculorum ſcaturiginem eſſe exhauſtam: nam & in Europa plures adhoc ſancti viri miracula edunt, & qui vltimos orbis re- C D

ceſſus adeunt diſſeminandi Euangelij gratia, Indotum errores miraculis expugnant.

Versvs 17.

Nunquid non meſſis tritici eſt hodie? Inuocabo Dominum, & dabit voces & pluuias: & ſcietis & videbitis quia grande malum feceritis vobis in conſpectu Domini, petentes ſuper vos regem.

Columella. *De tempore meſſis.*

Messis *tritici.*] De meſſe Columella libro 2. de re Ruſtica, cap. 21. Cum matu- B ra inquit, fuerit ſeges, antequam torreatur vaporibus æſtiui ſideris, qui ſunt vaſtiſſimi per ortum caniculæ, celeriter demetatur. Nam diſpendioſa eſt cunctatio. Primùm quòd auibus prædam, cæteriſque animalibus præbet: deinde quòd grana, & ipſæ ſpicæ culmis arentibus & ariſtis celeriter decidunt. Si verò procellæ ventorum, aut turbines inceſſerint, maior pars ad terram defluit: propter quæ tecraſtinari non debet: ſed æqualiter flauentibus iam ſatis, ante, quam ex toto grana indureſcant, cùm tubicundum colotem traxerunt, meſſis facienda eſt, vt potius in area, & in acetuo, quàm in agro grandeſcant frumenta. Conſtat enim ſi tempeſtiuè deciſa ſint, poſtea capere incrementum. Hæc Columella. Nunc ad rem veniamus. C

Vermilius.

Inuſitatum erat, inquit Vermilius, & portentoſum in terra Chanaan, in meſſe triticea habere plouias. Meſſis autem triticea eſt in Pentecoſte. Et certè niſi fuiſſet inuſitatum, Samuei non dixiſſet, nunc eſt *meßis triticea*. Rab. Ben-Gerſon putat hoc poſſe exponi per comparationem, aut ſimilitudinem. Ac ſi diceretur: Nonne nunc ita ſudum & ſerenum eſt, ac ſi eſſet meſſis triticea? Sed ſimplicius multò eſt quod nos diximus. Sanctus Hieronymus etiam in Amos cap. 4. vbi ſctibitur: *Nonne tres menſes ſunt ad meſſem triticeam, & ego prohibui à vobis pluuias?* Ait, oon magnum eſſe in Palæſtina in meſſe triticea deſtitui pluuia. Et idem in 14. capot Hieremiæ ait, Palæſtinam magna pluuiarum penuria laborate: & pręſertim Hieroſolymis, vbi vnus tantùm eſt fonticulus Siloë. Et idem fatetur Ioſephus: *Dabo*, inqoit, *vobis pluuiam, qualem hoc anni tempore non vidiſtis.* Hactenus Vermilius. D

Inuſitata pluuia in Iudæa tempore meſſis triticea.

S. Hieron.

Athenæus.

Matron Poëta apud Athenæum, imbrem Iouis filium vocat; & Philonides medicus Græcos Iouem plouiæ largitorem ac moderatorem coluiſſe refert. Pauſanias in Arcadicis de Lycæo, ſiue Olympo monte, & agro loquens, hæc habet: Quod ſi forrè diuturna ſiccitate ſolum laboret, atque ex eo ſegetes & ſtirpes exareſcant, ibi Lycæi Iouis ſacerdos ad aquam fontis Hagno cum precatione conuerſus, riteque re diuina mactatis hoſtiis peracta, è quercu ramum non altè, ſed in ſummam aquam porricit: exiſtit repentè, mota aqua, arer halitus nebulæ perſimilis; neque ita multo poſt nubes inde attollitur; moxque nubium plurium acceſſiooe obducto cœlo, Arcadum fines optatis imbribus perfunduntur. Apollonius item apud Philoſtratum vitæ ſuæ libro 3. referens quæ notaſſet circa eum terræ tumulum, quem incolebant Indi Sapientes, gemina quoque illic dolia ſe vidiſſe narrat, vnum imbrium, altetum ventorum: & id quidem, quod dicitut eſſe imbrium, vbi nimia ſiccitate India premitur, ſi fuerit apertum, nebulas emittit, quæ vniuerſam terram humectant: ſin verò nimia fuerit pluuia, idem occluſum imbres cohibet, &c. Similia multa in medium afferri poſſent, quibus olim mortales infandi dæmones iudificari, & inſanæ ſuperſtitioni fidem quærere ſolebant. Noſtra ferè ætate narrat Pater Gaſparus ex Ordine Societatis Iesv, cùm in Iuſulam Ormutium veniſſet, ab incolis didiciſſe, non ita ptidem duo quædam collegia Brachmanum in certamen veniſſe de religionis præſtantia: quotum alterum cùm ſitientibus agris imbrem elicuiſſet, hanc legem alteri collegio dixit, vt in poſterum phanom ſuum verterent. Verùm exemplis non indigemus: ſatis enim expetientia compertum eſt, dæmones, & eorum opera qui carminibus vtuntor, nonnullam in meteora poteſtarem obtinere. Ita Deo viſum eſt, ne hæc eſſe magnum aliquid putaremus, aut læta admodum tempeſtate delectaremur, tanquam illud eſſer certum diuinæ beneuolentiæ argumentum.

Pluuia elicita ab infidelibus.

C Qood putat Ben-Gerſon Samuelem ſudo ac ſereno cœlo pluuiam eſſe pollicitum, non debet, opinor, in ſenſu, quod aiunt, compoſito exponi; alioqoin duplici miraculo opus fuit, vt alio tempore præter morem plueret, & nimbus cœli faciem nequicquam obnuberer. Nam pluuia certè cœlum caligine obducit. Hanc enim nubes parturiunt: quas certum eſt, vt docet Plinius, liquore egreſſo in ſublime, aut ex aëre coacto in liquorem gigni. Quarum denſitas corpuſque haud dubio coniectatur argumento, cùm ſolem obumbret, perſpicuum aliàs etiam vrinantibus in quamlibet profundam aquarum altitudinem.] Atqoe ideo Phalantus Spartanus dux eius coloniæ, quæ poſtea Tarentum occupauit, cùm oraculum Delphis editum eſſet, cùm ſub Æthra pluuiam animaduertiſſet, tunc ſe agri & vrbis compotem fore, D ſpem abiecit, quòd eſſe videretur αἰθρίαν, vt puro ſerenoque cœlo (quam Æthran Græci vocant) plueret. Quem tamen vxor vbertim lacrymans in ſubiectum viri capot, quod in eios ſinu depoſuerat (ea Æthra vocabatur) mox ad Tarenti expugnationem acceodit. Viſæ ſunt enim eius oraculi ambages oculorum imbre manifeſtò reſolui. Sed nos eiuſmodi perfugio non vtimur; quin potius vitro fatemur Deum inter medios imbres ſuum polo nitorem ſeruare poſſe. Id tamen vt faciat, vis quædam diuina rebus extra ordinem adhibenda eſt: quam cùm neque hiſtoriæ ſeries exigat, neque textus exprimat, fruſtra comminiſceremur.

Num ſereno cælo Samuel pluuias promiſerit.

Plin. Hiſt. Nat. lib. 2. cap 43.

Pauſan l. 10 in Phocicis.

Dabit *voces*.] Tonare ſereno cælo nonnunquam auditum eſt: non tamen neceſſe eſt,

ET DABIT VOCES ET PLVVIAS.

vt hic factum credamus. Etſi verò ſolùm ingens ille ſtrepitus attonitas aures offendiſſet, maximum tamen pauorem Iſraëlitis indere potuit: nam vis magna eſt in animos rerum vehementer perſonantium. Narrat Hegeſander apud Athenæum lib. 14. Samios, cùm Sybarin nauigarent, & ad regionem Siritin appuliſſent, euolaſſe perdices magno ſtrepitu, quo perterriti, & in fugam verſi, naues conſcenderint, & inde ſoluerint. Id ſi verum ſiet, horrendùm infremente tonitru quid futurum fuit? quid ſi fulgetræ coruſcaſſent? quid ſi fulmina, rupes, & ſaxa comminuiſſent? Tanta olim ex terrore Græcis religio inceſſit, vt fulguribus, procellis, ac tonitribus Arcades rem ſacram facerent. Accedebat huc ad augendam formidinẽ, quòd tonaret alieno tempore. Nam hyeme & æſtate rara fulmina, inquit Plinius, contrariis de cauſis, quoniam hyeme denſatus aer nubium craſſiore corio ſpiſſatur, omniſque terrarũ exhalatio rigens ac gelida quicquid accipit ignei vaporis extinguit: quæ ratio immunẽ Scythiam & circa rigentia à fulminum caſu præſtat, & è diuerſo nimius ardor, Ægyptum. Siquidem calidi ſiccique halitus terræ raras admodum, tenueſque & infirmas denſantur in nubes.] Ægyptũ ſtatim ab ortu ad Septentriones vergens Palæſtina excipit. Quare etiam ibi parcè tonat, æſtate nunquam: quo maius miraculum videri potuit. Itaque Phariſæos & Sadducæos ſimilis aliquando prodigij deſiderium cepit, cùm Matthæi 16. ſignum è cælo peterent. Cætera namque miracula, quæ Dominus ad hominum ſalutem in terris ederet, præ cæleſtibus portentis nulla viſa ſunt: & tamen, ſi quis fraudulentus interpres accedat, erunt hæc quoque calumniæ proxima. Quis enim neſciat cultores dæmonum eorundem dolis fulmen elicere? Extat, inquit Plinius, Annalium memoria, ſacris quibuſdam & precationibus vel cogi fulmina, vel impetrari. Vetus fama eſt Hetruriæ, impetratum Volſiniis & vrbe & agris depopulatis, ſubeunte monſtro, quod vocauere oltam; euocatum & à Porſena ſuo rege, & ante eum à Numa ſæpios hoc factitatum, in primo Annalium ſuorum tradidit L. Piſo grauis autor. Quod imitatus parum rite Tullus Hoſtilius, ictus fulmine eſt. Lucoſque, & aras, & ſacra habemus, inter quæ ſtatores, & tonantes, & feretrios, eliciũ quoque accepimus Iouem. Varia in hoc vitæ ſententia, & pro cuiuſlibet animo. Imperari naturæ, audacis eſt credere. Nec minus hebetis beneficiis abrogare vires, &c. Hæret in ancipiti Plinius; nos ea certa fide dæmonum præſtigiis damus. Quare etiam tonitrua, pluuiæ, & ignes, & cætera quæ cælo ſtrepunt aut manant, ſi fidem factura ſint, diuino inſtinctu, ac religioſo examine probari indigent.

Athenæus. *Ingens ſonus plurimum terrorem incutit.*

Pauſanias in Arcadicis.

Plinius Hiſt. Nat. lib. 2. cap. 52. *Vbi & quādo rara fulmina.*

Dæmonum arte fulmen elici. Libro 2. cap. 55.

A B C D

Versvs 18.

Et clamauit Samuel ad Dominum, & dedit Dominus voces & pluuias.

Qvid clamauerit, aut quibus verbis orauerit non traditur. Eſt autem Orphæi quædam eiuſmodi ad Deum oratio. Orpheus.

O rex cæli & inferni, mariſque & terræ,
Qui tonitribus concutis validam domum Olympi,
Quem dæmones horrent, & Deorum cœtus metuit,
Cui Parcæ quantumuis implacabiles obediunt,
Aeterne Anematerne, cuius ira omnia quatiuntur.
Qui agitas ventos, omniaque nubibus obducis,
Igneis turbinibus diffindens latum aëra. Tuus quidem eſt inter aſtra
Locus, qui immutabilibus præceptis monetur:
Tuo autem ſplendido ſolio aſtant laborioſi
Angeli, quibus curæ eſt quo mortalibus omnia perficiuntur.

Precatus eſt Samuel, inquit Vermilius, non ita prolixè. Non enim ita neceſſe erat. Satis eſt, ſi oretur certa fide & ardenti deſiderio. Statim impetrat pluuias, tonitrua, tempeſtates. Nec mirum. Habent enim ſancti claues cæli: aperiunt & claudunt vbi volunt. Elias effecit, ne per tres annos, & ſex menſes plueret. Nam pro ratione vitæ noſtræ Deus cælum etiã nobis temperat. Ad hanc ſimilitudinem Chriſtus dedit claues Eccleſiæ. Quemadmodum enim aperto cælo deſcendit in terram ros, pluuia, & mira fœcunditas, clauſo autem omnia ſitiunt & exareſcunt: ita aperto illo altero cælo deſcendit ad nos vita, pax, gratia, & infinita chariſmata Spiritus ſancti: Clauſo autem & obſerato, ieiuni, & miſeri, ſine gratia, ſine ſpiritu, ſine pace conſcientiæ deſtituimur. *Tonitrua.* Vetus interpres voces interpretatur. Sunt enim clamores Dei, quibus confirmantur ſermones prophetæ. Nam miracula & portenta nihil aliud ſunt, quàm clamores Dei. Diabolus, vt eſt ſimius Dei, ſemper fidem ſuis mendaciis huiuſmodi portentis conciliare voluit. Habebant Ethnici ſuum Iouem Elicium. Arnobius lib. 5. Contra gentes ait, Numam docuiſſe viam & artem quomodo pluuiæ cieri poſſent. Hæc Vermilius. Vermilius.

Non dubium quin קלות *choloth voces*, ſiue etiam *celeres*, pro tonitruo, fortè etiam fulgure Propheta poſuerit. Diſtinguitur autem tonitruum à fulgure & fulmine. Nam *tonitruum* quidem eſt vehemens ille ſonitus, qui in nubibus editur, incluſo intus ſpiritu ſiue exhalatione reluctante, ac foras erumpere contendente. *Fulgur*, eadem exhalatio adhuc in nube incluſa, ſed vi motus, aut certè per antiperiſtaſim incenſa atque inflammata. *Fulmen*, ignis ipſe per vim rupta nube magno impetu vibratus atque eiaculatus. Vtrum tamen ad maiorẽ terrorem incutiendum, fulgurum ignes permixti terrifico murmuri micuerint, in medio *De tonitruo.*

relinquo. Nulla fulmina decidiſſe probabilius iudico. Nec eoim eorum pernicies, ſed pœnitentia quærebatur. Porrò horrendi illius ſonitus nonnulla diſcrimina à Philoſophis obſeruata ſunt. Nam ſi expiratio oubem effringit vno ictu, fit crepitus, ſimilis ei, quem edit membrana, quæ ſpiritu intenta rumpitur, ſi diuerſis ictibus, alia tunc datur ſpecies multiplici crepitu reſonans: quod ſi non effringit, ſed intus rixatur, & ad latus declinat, oritur tumultuoſus quidam & obſcurior ſoous. Hoc genus tonitrui ad hunc modum deſcribit Seneca libro 2. Natur. Quæſt. cap. 30. Cuius graue exiſtit murmur, quale terrarum motum antecedit, clauſo vento & fremente. Nam cùm ſpiritus inter ſe clauſere nubes, in concauis partibus datum volutarus aër ſimilem agit mugitibus ſonum raucum, & æqualem, & continuum. Et huiuſmodi tonitrua venturi prænuntia imbris ſunt. Ita Seneca. Probabile eſt, ex eo genere eas voces fuiſſe, quas mox pluuia ſequuta eſt: nam nec minos cæteris ad terrorem faciunt, & ſi quidem vehementius immurmurent, terra horrore cõcutitur. Elegaanter Plinius de toto genere. Si in nube luctetur flatus aut vapor, tonitrua edi. Si erumpat ardens, fulmina. Si longiore tractu nitatur, fulgetras. His findi nubem, illis perrumpi. Et eſſe tonitrua impactorum ignium plagas. ideoqoe protinus coruſcare igneas oubium rimas. Poſſe & repulſu ſiderum depreſſum, qui à terra meauerit, ſpiritum nube cohibitum tonare, natura ſtrangulante ſonitũ, dum rixetur, edito fragore cum erumpat, vt in membrana ſpiritu intenta.

Seneca.

Plinius l. 2. Hiſt. c. 46.

E T *pluuias.*] Pluuiæ ſunt nubes in aquam ſolutæ. Prodigioſas fuiſſe non dixerim, quales nonnunquam effluxiſſe fama accepimus: ſanguineas, lacteas, ferreas, noonullis etiã quandoque animalibus permixtas, quæ ab antiquis portenta ſunt habitæ. Sed cùm ſint duæ pluuiæ ſpecies, imber & nimbus: & nimbus vehementior exiſtat.: nimbum potius fuiſſe coniicio. Nam & huios grandiores ſunt guttæ, & non abſque fragore præcipitaot. Æſtati etiam magis conuenit nimbus, quemadmodum & hyemi. Conſtipantur enim potiſſimùm maiores gottulæ frigoris vi, quod hyeme quidem regnat, æſtate autem furit, vndique à calore obſeſſus. Miſſæ ſunt autem pluuiæ, non tam vt eos ſua ſpecie perterrefacerent, quàm vt præter morem alieno tempore irruentes, iræ numinis admouerent: quæ terroris atque formidinis futura erat cauſa certiſſima. Totam hanc hiſtoriam ſuis verſibus expreſſiſſe videtur Adhelmus Epiſcopus, in ſuo libro de Laude Sanctorum, cùm illum imbrem & tempeſtatem deſcriberet, qoam à Deo S. Scholaſtica impetrauit, vt fratrem ſuum S. Benedictum à ſe abire parantem, detioeret, & cæleſtibus eius colloquiis diutius perfrueretur.

De pluuiis.

Mox igitur cælum, inquit, *nimboſo turbine totum,*
Et conuexa poli nigreſcunt æthere fumo.
Murmura vaſta tonant, flammis commixta coruſcis,
Et tremuit tellus magno tremebunda fragore.
Humida roriſluis humectant vellera guttis,
Irrigat & terram tenebroſis imbribus aer.
Complentur valles, & larga fluenta redundant.
Tunc manſit nolens, qui pridem ſponte negauit.

Adhelmus Epiſcop.

VERSVS 19.

Et timuit omnis populus nimis Dominum & Samuelem. Et dixit vniuerſus populus ad Samuelem: Ora pro ſeruis tuis ad Dominum Deum tuum, vt non moriamur. Addidimus enim vniuerſis peccatis noſtris malum, vt peteremus nobis regem.

ET *timuit omnis populus.*] S. Theophilus Antiochenus lib. 1. aduerſus Autolycum Gentilem. Mittit Deus fulmen, inquit, in terrorem mortalium, fulminiſque fragorem coruſcante fulgure prædicit, ne anima proſtrata & ſobito conſternata è mortali corpore eoolet. Fulguris è cælo deſcendentis magnitodinem ita contemperat, ne terram comburat. Nam ſi ſuo arbitrio feratur fulgur, orbis concremaretur: ſi tonitru ſuo impetu feratur, omnia quæ in orbe ſunt ſubuertentur. Hæc Theophilus. Quem Plinius ſic interpretatur Hiſt. Nat. lib. 2. cap. 56. Fulgetram prius cerni quàm tonitrum audiri, cum ſimul fiant, certum eſt. Nec mirum, quoniam lux ſonitu velocior. Ictum autem & ſonitum congruere, ita modulante natura. Sed ſonitum profecti eſſe fulminis, non illati, etiamnum ſpiritum ocyorem fulmine. Ideò quati prius omne & afflari, quã percuti. Nec quemquam tangi, qui prior viderit fulmen, aot tonitrua audierit. Vnum animal hominem non ſemper extinguit, cætera illico, hunc videlicet natura tribuente honorem, cùm tot belluæ viribus præſtent. Hæc Plinius. At Seneca ex Cecinna, qui de Hetruſca diſciplina ſcripſit, tria fulminum genera tradit: *Conſiliarium*, quod ſequitur poſt cogitatum negotium, ſiue, vt Marcellinus ait, ſuadet diſſuadérue aliquid fieri: *Autoritatis*, quod re perfecta euentum bonum malúmue ſignificat: *Status*, quod inopinatos opprimat. Cum oullo horum præſens locus ſatis congruit, in quo tonitruum à Samuele impetratum, reos quidem ſceleris arguit, non tamen pœnam denuntiat, ſed magis hortatur ad pœnitentiam.

S. Theoph.

De fulgetra quare præcedit.

Plinius.

Seneca.

Fulminum tria genera.

E T *dixit vniuerſus populus ad Samuelem.*] Vermilius, Iſraëlitæ permoti ſunt: quia Deus illis tetigerat cor. Quod niſi feciſſet, nihil miracula apud illos plus quàm verba valuiſſent. In lib. Num. Cùm terra Dathan & Abiron deglutiſſet, populus nihil commotus miraculo vehementius queri cæpit, Moſen & Aaron eos perdidiſſe. Phariſæi exclamant, Chriſtum *in nomine Beelzebub eiicere dæmonia*. Cùm Elias tanto tempore ſuſpendiſſet pluuiam, Achab nihilo factus eſt melior. Proſunt ergo huiuſmodi miracula, ſed nunquam niſi Deus intus

Vermilius.

Miracula indigent interna motione Dei.

in animo operetur. *Et timuit populus Dominum* A *& Samuelem.* Coniungunt Deum vnà cum Samuele. Summa eſt coniunctio Dei, cum miniſtro Eccleſiæ. Neque tamen hoc pacto, quicquam decedit de dignitare Dei. Ita alibi, populus dicitur *credidiſſe in Deum & in Moſen*: ita, *gladius Domini & Gedeonis.* ita, *Viſum eſt Spiritui ſancto, & nobis.* Trepidant timore, & ſe putant ſtatim eſſe morituros. Sed præſtiterat moueri verbis Dei. Illa enim ſunt vera fulmina, & vera tonitrua. Rab. Salomoo ait, Deum excitaſſe iſta touitrua, vt confutaret peruicaciã populi. Nam ſi tantæ erant vires Samuelis, vt poſſet cælum commouere, & tonittua deuocare, quomodo non potuit hoſtem profligare, & præeſſe Reipublicæ? *Addidimus peccatis noſtris*, &c. Non tantùm id coufitentur, B quod Samuel quærebat, ſe peccaſſe, quod petiiſſent regem, ſed etiam addunt multorum aliorum peccatorum confeſſionem. Hactenus Vermilius.

De metu, & eius varijs ſpeciebus.

Tertullian.

Formido pœnitentiæ inſtrumentum.

TARTVLLIANVS lib. de pœnitentia cap. 6. vocat formidinem pœnitentiæ inſtrumẽtum. Quem ceoſeas, inquit, digniorem, niſi emendatiorem? Quem emendatiorem niſi timidiorem, & idcirco vera pœnitentia functũ? Timuit euim adhuc delinquere, ne non mereretur accipere. (loquitur de venia intinctionis.) At ille præſumptor, cùm ſibi repromitteret, ſecurus ſcilicet, timere non potuit: ſic nec pœnitentiam impleuit, quia inſtrumento pœnitentiæ, id eſt metu caruit. Hæc Tertull. Nos de metu, quod ad rem attinet, ſatis iam antea diximus. Adhuc tamen nonnulla ex Scaligero addemus, quæ non videntur ſtudioſo lectori faſtidio futura. Is igitur exercitatione in Cardanum 312. diuerſas nobis timoris ſpecies ſiue notiones deſcripſit. *Metus* eſt demiſſio animi propter expectatiouem futuri mali, περὶ τὸ μένειν. amittitur enim conſtanria. Sic dicimus, abiicere conſilium. *Timor* eſt expectatio eorum ceoſuræ, qui in dignitate ſunt conſtituti. περὶ τὸ τιμᾶν, vode ἐπιτιμᾶν. Species ſiue norio, qua permouemur in eo affectu, dicitur obiurgatio. *Verecundia* eſt magna opinio reprehenſionis. Cùm væ, id eſt valdè remur, hoc eſt putamus ipſam rem. Abiecta altera vocali, ex diphthongo facta breuis eſt ſyllaba: ſicut in feneſtra, περὶ τὸ φαίνειν. Αἰσχύνην genus negat eſſe φόβου in 4. Topicorum Philoſophus. quia illa ſit ἐν τῷ λογιστικῷ: Metus autem ἐν τῷ θυμοειδεῖ. *Pudor* metaphorica vox eſt: ſicut auertitur ſenſus à putidis. Idem quod verecundia: ſed latius funditur. Quippe etiam cum meremur ipſam inferiorum reprehenſionem. *Pauor* eſt idem, quod *perculſio*: Græca origine πτοεῖν, vnde pauere. Sic percellere quoque percutere eſt. Græca item vox vetus κλόνον: cum animus quaſi verberatur imminentis mali opinione. Huius ſummum faſtigium eſſet *conſternatio*: A quoties ex perculſione concidimus, & ſpe & conſiliis abiectis: oiñ atrocior eſſet *exammatio.* Hoc enim eſt quod è priſco poëta recitat & Tullius. Mihi omnem ſapientiam ex animo expectorat, id eſt vim animi adimit. Topicorum 4. an ἔκπληξις eſt perculſio? Sic enim ſonat. At perculſio proſternit animum, aut ſaltem, vt ait Tullius verberat. Ἔκπληξις autem eſt θαυμασιότης ὑπερβάλλουσα. *Tremor*, *& horror* corporis affectus ſunt, ex affectibus animi pendentes. *Tremor* eſt motus ex contrariis motibus, ex Galeno. Græca tota vox, & factitia. Sic *horror* eſt aſperitas corporis, quam deſcripſit maximus poëtarum, illo verſu: Obſtupui, ſteteruntque comæ. Id propterea fit quod introrſum refugiunt ſpiritus, cutemque deſti- B tuunt. Ergo quæ ſubſidere poteſt pars, ea ſubſidet. Vbi pili radices agunt, propter materiæ denſitatem, ac tanquam fulcrum. iccirco fit inæqualitas. Ariſtoteles in ſexta ſectione iecit nobis fundamenta opinionis ooſtræ. Ibi φρίκην definit τοῦ μέλλοντος κακοῦ προσδοκίαν. Eſt item poſita in motu corporis *trepidatio*: cùm tremor ita nos occupat, vt etiam couſiſtere ne queamus. In ſecunda ſectione, οἱ ἀγωνιῶντες σκαίρουσι τοῖς ποσί. Hoc enim eſt pedare, & repedare, apud antiquos. Itaque non rectè inuenias aliquos agoniæ vocabulo vſos eſſe. *Formido* verò eſt à formis, hoc eſt à ſpectris. *Pauor* haud longè à ſtupore. *Stupor* autem hoc in genere C non eſt. Nam extra hunc ambitum exiſtit etiã in admiratione. Sic *ſtupor* duplex: alius in metu, vt eſt apud Poëram. Obſtupui: &, Frigidus Arcadibus coit in præcordia ſanguis. Eſt hic ſpirituum congelatio. Idem affectus cum trepidatione, ſed contrariis appendicibus, Namque in trepidatione fit impulſio, & inordinatus ſpirituum motus. In ſtupore quies ſiue marcor: omnino, vt ſignatius dicam, immobilitas. Nam quies naturalis res eſt. Impotentia moucndi, extra naturæ leges. Alius *ſtupor* eſt ſumma admiratio. Hic eſt coercio tantum ſpirituum: qui non progrediuntur ad vlteriorem intellectionem. *Terror* autem affectus eſt actiuus. Verbum enim ipſum tranſmittit in alium actiouem. At ſuperiorum affectuũ verha neutiquam talia ſunt: ſed neutropaſſiua: D Græca origo, τέρας. Terrent enim monſtra. Terrores verò in ſomnis vnde? A ſpeciebus in phantaſia. Vnde Ephialtes? aiunt: quia ponderis cuiuſpiam ſpecies occurrit phantaſiæ. Haud ita eſt. Laboratur enim tunc dorſo, muſculis, tendonibus: vt piſcator ille vel Theocriti, vel Oppiani. Non autem videbor premi aut ſuffocari: niſi captis pectoris muſculis aliquo vel humore, vel vapore, atque oppreſſis. Vnde & grauiorum morborum anteambulones ſunt incubi. Stupor autem ſi validius incumbat, & diuturnius inſideat, *ecſtaſis* dicitur à Græcis, à noſtratibus *exceſſus.* Eſt autem priuatio officiorum animæ ſentientis, mouentis, & intelligentis. Immoti manent, ac potius rigent: transfixi non ſentiuot. Neque verum eſt quod aiunt: ſi à prauis rebus moueatur, horrorem appellari. Motam mentem potius dicam, ſimul cum Ciceronianis. Horror autem

Scaliger.

Complures ſpecies timoris, & earundem nomina.

Αἰσχύνη metus eſt iuſtæ reprehenſionis.

Horrorem definit futuri mali expectationem.

Anxiis & ſolicitis pedes motu concutiuntur.

Digitized by Google

ad ecſtaſin haud vnquam pertingere poterit A ſua ſignificatione. Abſiſtit igitur anima ſuis à functiooibus perculſis ſpiritibus, ac receptis in intimos cordis ſinus. adeò vt apertis oculis nihil videant, oihil audiant. Hæc Scaliger.

Versvs 20.

Dixit autem Samuel ad populum: Nolite timere, vos feciſtis vniuerſum malum hoc: verumtamen nolite recedere à tergo Domini, ſed ſeruite Domino in omni corde veſtro.

Vermilius. Vermilivs: Supereſt iam vltima pars orationis Samoelis, quæ mihi videtur B ſingularem cõtinere conſolationem, & magno elaborata eſſe artificio Spiritus ſancti. Ea diuidi poteſt in quatuor capita. Primo enim loco cõſolatur Samuel populum, iubetque bono eſſe animo. Deinde addit cauſam, quòd Deus eos non ſit deſerturus, ſed habiturus pro populo ſuo. Tertiò docet edendos eſſe fructus pœnitentiæ. Poſtremò pollicetur operam ſuam, ſe illis ſemper & precibus & conſiliis adfuturum. Quod ad primum attinet, populus verſabatur in tanto timore, vt neſcirent quò ſe conuerterent. Ita prorſus eraot conſternati repentina tempeſtate. Fortaſſe etiam hiſtoria ea illis in mentem venit, quam audierant accidiſſe ſub Ioſue: cùm ab illo fuſi eſſent quioque reges, C plures ex hoſtibus grandine, quàm gladio cecidiſſe. Verebãtor ne ſibi qooque ſimile quippiam accideret. Sed eos Samuel mirificè conſolatut: Deus, inquit, vos non abiecit, ſed complectitur, & habet pro populo ſuo. Hoc eſt, Deum nolle mortem peccatoris: quod non niſi in electis locum habet. Non enim hæret Deus, & ſiſtit tantùm in ſuppliciis populi ſui: ſed id agit, vt abducantur ad pœnitentiã. Eſaias ait de Chriſto ſeruatore noſtro: *Baculum quaſſatum non confringet, & linum fumigans non extinguet.* Qui in ſuppliciis vtcunque intelligunt legem, & ſentiunt vim iræ Dei, ſunt calami quaſſati, & linũ fumans. Hos Deus non extinguet, aut franget. Hæc eſt miſericordia Dei. quandiu ſignificatio aliqua alicuius ſpei in oobis supereſt, nos noo deſerit. Magno quidem terrore cõ- D cutiuntur Iudæi: Deus tamen non patitur eos deſperare. *Ne timeatis.* Sed quomodo potuerũt non timere, cùm illis præſens mors & ira Dei impenderet? Nam affectus non ſunt in noſtra poteſtate. Quandiu cauſa exiſtit, neceſſe eſt vt effectus conſequatur. Quomodo ergo cauſa timoris tollitur? Non extenuat Samuel, aut mitigat peccata populi. Non ait, Vos quidem peccaſtis contra Deum, sed leuiter. Sed, *Vos*, inquit, *feciſtis vniuerſum hoc malum.* Voluit Samuel populũ agnoſcere, & intelligere peccatũ ſuum, vt intelligerent etiam miſericordiam & gratiam Dei. Vt enim nemo agit gratias medico, niſi liberatus à morbo quem nouerit: ita nemo attentè conſiderat miſericordiam Dei, niſi agnoſcat magnitudinẽ peccati ſoi. Neque verò ſua cauſa Deus vult ſibi à nobis gratias agi, ſed

Samuel populo non aſſentatur.

A noſtra. Noſtra autem cauſa gratias illi nõ agemus, oiſi penitus videamus miſeriam ooſtram. Itaque Plato ait, amorem eſſe filiũ πενίας ϗ πόρου, hoc eſt, inopiæ & copiæ. Hinc enim accenditur amor erga Deum, cùm & noſtram inopiam conſideramus, & eius abuodantiam & copiam. Non ergo imminuit Samoel populi peccatum. nec tamen vult eos timere. Quamobrem? quooiam nõ deſeret vos propter nomen ſuum magnum. Hactenus Vermilius.

Nolite *timere.*] Atqui prius timere iuſſerat. *Si timueritis*, inquiebat, *Dominum.* Et mox iterum iubebit. Quorſum igitur nunc timere vetat? In vtroque timore diſtinguẽda ſuot tum ipſa timotis ratio, tum cauſa timendi. Prius nãque Deum timere præcipit, hîc fortè mortẽ & B exitium, quæ illis videbantur à Deo parata eſſe. Præterea timorem illic iubet qui ſit cũ pietate ac ratione coniunctus; hic illũ prohibet, qoi deſperationẽ habeat comitem. Hic namque animũ deiicit, & à ſalutis cura prorſus auocat. Docet itaque minimè deſperandũ eſſe, etiamſi quis grauiter & ſępius in Deũ deliquerit: neq; à Deo eſſe tecedendom, ſicut Cain feciſſe ſcripturæ commemorant: ſed peccatũ primũ agnoſcendũ ac confitendũ: deinde venia ab eius miſericordia expectanda, quoniam ipſe indulgendo miſericordiam ſuam maximè commendat. Non ſtatim, inquit Tertullianos c. 7. de Pœnitentia, ſuccidendus ac ſubruendus deſperatione, ſi ſecundæ quis pœnitentiæ debitor fuerit: pigeat ſanè peccare rurſus, ſed turſos pœnitere non pi- C gcat; pigeat iterũ periclitari, ſed non iterũ liberari. Neminem pudeat. Iteratæ valetudinis, iteranda medicina eſt. Gratus in Deum extiteris, ſi quod tibi Dominus offert, oon recuſaueris. Offendiſti, ſed recoociliari adhoc potes. Habes cui ſatisfacias, & quidem volentem.] Quod probat mox cap. ſequenti. Id ſi dubitas, ait, euolue quæ Spiritus Eccleſiis dicat: Deſertam dilectionem Epheſiis impotat; ſtuprum & idolorhytorum eſum Thyatirenis exprobrat; Sardos non plenorũ operũ incuſat; Pergamenos docentes peruerſa reprehendit: Laodiceoos fidentes diuitiis obiurgat: & tamẽ omnes ad pœnitentiam commouet, ſub comminationibus quidem. Non comminaretur autẽ non pœnitenti, ſi nõ ignoſceret pœnitẽti.] D Pergit deinceps plures tum Scripturæ locos, tũ parabolas ac ſimilitudines Domini in eandẽ ſententiã referre. S. autem Chryſoſt. homil. ad populũ Antiochenum 80. pœnitentiæ ſtudium, ac diuinæ miſericordiæ in reos prolixitatem mirificè exaggerat atque amplificat, ita prorſos, vt à Nouatianis ſui temporis malè audiret. Etſi, inquit, pecces quotidie, quotidie pœnitentiam agas: quod in antiquis domibus facere ſolemus cũ fuerint puttefactæ, puttida ſubtrahimus, & ſupponere noua, & à cõtinua cura nunquã deſinimos. Si fueris antiquatus à peccato, per pœnitentiã te renoua. Num pœnitentem licet ſaluari? Et maximè. Totam vitam in peccatis abſumpſi, & ſi pœnitentiam egero, ſaluabor? Et maximè. Vnde conſtat? Ex Domini clementia. Ne tuæ confidas pœnitentiæ: tua namque pœnitẽtia tanta nequit peccata delere. Si ſula foret pœni-

Quem timorem Propheta imperet, aut vetet.

Denuo lapſis non denegatur ſpes veniæ.

Tertullian.

S. Chryſoſt.

A pœnitentia, iure timeres: ſed poſtquam cũ pœnitentia cõmiſcetur Dei miſericordia, confide, quoniã tuam vincit nequitiam: multũ enim eſt miſericors Deus, & tantũ clemens, vt neque filio pepercerit, vt ingratos ſeruos redimeret. Nec mihi dicas, nimium peccaui, & quomodo poſſum ſaluari? Tu non potes, tuus poteſt Dominus, & ita delet peccata, vt nec eorum remaneat veſtigium.

Quid ſit diſceſſio à Domino.

NOLITE *recedere à tergo Domini.*] Hortatur vt credãt Domino, hoc enim eſt eũ ſequi. Nã qui nõ credunt, reſiliunt à tergo Dei. Qui ſequuntur eum, ſunt in luce: qui relinquunt & fugiũt, ſunt in tenebris. Diſcedũt à Deo qui vocẽ eius non audiunt. Cùm Chriſtus multa diuinitus dixiſſet, de comedẽda carne ſua, & de ſanguine bibendo, Capernaitæ offenſi, cæperũt ita murmurare inter ſe, *Durus eſt hic ſermo*: & diſceſſerũt ab illo. Quare nõ credere verbis Domini eſt ab illo diſcedere. Sequimini Dominũ, inquit, & *ſeruite illi*. Idem eſt quod Chriſtus reſpondet in Euangelio, *Vade, & noli amplius peccare, ne quid tibi deterius cõtingat. Toto corde veſtro.* Aut ſecundum affirmationem intelligi poteſt, aut ſecundum negationem. Secundũ affirmationẽ: Dominum ex animo deinceps diligire, nõ quomodo ſoletis ore tenus, aut ſola periculi formidine coacti: ſed quomodo Deum decet ac Dominũ veſtrum, ſummo ſtudio atque amore diligẽter obſeruate, rebus omnibus eius cultum charitatemque præferte. Id quod cenſeri non debet ἀδύνατον, ſicut mentiuntur hæretici, neque vires ſuperare Chriſtiani hominis, ſi quidem ad eius ſtatum ampliſſimũ diuinæ gratiæ lumen pertinere arbitremur. Nam ſi Dei gratia inſtructi fuerimus, nihil non valebimus, in eo, vt inquit Apoſtolus, qui nos confortabit. Negatiuè quomodo accipiendum ſit, ſequenti verſu exponit.

Amor in Deum ex toto corde.

B

C

VERSVS 21.

Et nolite declinare poſt vana, quæ non proderunt vobis, neque eruent vos, quia vana ſunt.

Recens conuerſis diabolus acrius imminet.

POSTQVAM reſipuerimus, & iam gratiæ reconciliatio facta erit, tum demum ſedulò cauendũ eſt, ne in eandem peccati voraginẽ relabamur. Quemadmodũ enim hoſtes, cùm arx aliqua nuper recepta eſt, eam quam primũ aggredi ſtudent, quòd ſperent imparatam, ac necdum ſatis munitam minimo negotio iterũ expugnari poſſe: ita & dæmones iiſdem artibus recens conuerſos inuadunt, & priuſquam ſe ſatis confirmarint, incautos atq; ſecuros opprimunt. Sed enim, ait Tertullianus lib. de Pœnitentia c. 7. peruicaciſſimus hoſtis ille, nunquã malitiæ ſuæ otium facit. Atquin tunc maximè ſæuit, cũ hominem plenè ſentit liberatũ; tunc plurimũ accẽditur, dum extinguitur. Doleat & ingemiſcat neceſſe eſt, venia peccatorũ permiſſa, tot in homine mortis opera diruta, tot titulos dãnationis retrò ſuæ eraſos. Dolet, quod ipſum & angelos eius, Chriſti ſeruus ille peccator iudicaturus eſt. Itaque obſeruat, oppugnat, obſidet; ſi qua poſſit aut oculos concupiſcẽtia carnali ferire, aut animũ illecebris ſecularibus irretire, aut fidẽ terrenæ poteſtatis formidine euertere; aut à via certa peruerſis traditionibus detorquere: non ſcandalis, non tentationibus deficit. Hæc igitur venena eius prouidens Deus, clauſa licet innocẽtiæ ianua, & intinctionis ſera obſtructa, aliquid adhuc permiſit patere. Collocauit in veſtibulo pœnitentiam ſecundã, quę pulſantibus ſatisfaciat, &c. Quæ videntur ad publicam pœnitentiam referenda.

Tertullian.

A

Iacob. Pamelius.

Idolũ nihil aut vanum dicitur.

POST *vana, quia vana ſunt.*] Pamelius in c. 20. lib. de Idololatria Tertull. num. 154. Vanũ pro idolo, inquit, accipitur ab interprete B. Hieronymo 1. Reg. 12. *Nolite declinare*, &c. pro eo quod ex Græca 70. editione tranſtulit alter interpres: *Nõ declinetis poſt eos qui nihil ſunt, qui perficient nihil, & non eruent, quia nihil ſunt.* Et rurſum Actor. 14. *Annunciantes vobis ab his vanis conuerti ad Deum viuum.* Vbi Græcè eſt: ἀπὸ τούτων τῶν ματαίων. Eadem nempe vox quæ hic habetur. Et ipſe Tertullianus c. 20. de Idololatria, *Non ſumes*, inquit, *nomen Domini Dei tui in vano*, id eſt Idolo. Et 1. Ad Corinth. 8. *Non quod Idolũ ſit aliquid*; pro quo vertit noſter interpres, Scimus quia nihil idolũ in mundo: de quo etiã tractat latiſſimè B. Cyprianus lib. de Idolorum Vanitate. Hactenus Pamelius. Hebraicè legimus תהו *thohou*, quod ſic interpretatur Vermilius. Eſt vaſtitas aut ſolitudo. Chaldæus interpres reddidit *deſolationem*. R. Gerſon, *abyſſum, aut voraginem*. Sed ille reprehenditur ab Abenezra, quòd ea vox habeat ב radicale. R. Salomon & 70. ex effectis exponunt *admirationem*: quia mirari & horrere ſolemus loca deſerta & inania. 70. tranſtulerunt [illegible]. Huiuſmodi ſunt idola quæ proponũtur adorãda. Sunt enim vacua non ſolũ diuinitate, ſed etiã omni bono. Talia ſunt etiã omnia opera, quæ fiunt extra fidẽ. Deus enim fugit & horret ea: nec ea ſibi magis grata eſſe ait, quã ſi quis ſacrificaret canem. Talis etiã eſt potẽtia huius mundi: tale eſt præſidiũ viriũ humanarũ ſine Deo. Sunt enim iſta תהו *thohou* inania & caſſa & nihil proſunt. Hactenus Vermilius. Qui quod ad 70. attinet, oportet illud [illegible], ex aliis exẽplaribus auexerit quã quæ habemus præ manibus: ſic enim in noſtris hoc loco legimus, καὶ μὴ ἐκκλίνητε ὀπίσω τῶν μηδὲν ὄντων οἳ περανοῦσιν οὐδὲν, καὶ οἳ οὐκ ἐξελοῦνται, ὅτι οὐδέν εἰσιν. *Et non declinetis poſt eos qui nihil ſunt, qui perficient nihil; & qui non eruent, quoniã nihil ſunt.* Interpres autẽ paraphraſis Chaldaicæ. *Et nõ ſeruietis erroribus qui nõ ſunt quicquã, & non eſt in illis vtilitas: & nõ liberant, quia nihilũ illi.* Vatablus in Paraphraſi ita hunc locũ exponit: ad verbũ, *Et ne declinetis, quia poſt vanitatem, qui non proſunt, neque eruent, nam vanitas ſunt.* Similiter Arias apud Pagninũ. Quæ ſic explicat idẽ Vatablus. Nolite, inquã, recedere, ſub. à Domino Deo veſtro, quia tum declinaretis poſt vanitatẽ, hoc eſt, ſequeremini idola, ſiue Deos vanos, qui nõ proſunt, neque prodeſſe poſſunt, neq; eruũt de afflictione. Nam vani ſunt. Quidã vertũt, *Nolite declinare poſt vanitatẽ: quia ſunt hi qui nõ proſunt.* Vt ſit ordo dictionũ inuerſus. Alij vertunt, *Ne, inquã, recedite, nam ſequeremini poſt vanitatem.* Optima vulgatæ interpretationis ratio: hoc ſolũ præterea intelligendum eſt, vana illa, ab omnibus idola accipi.

Tertullian.

Varia lectio.

D

Idoli nomen in Scripturis quàm varium & multiplex, & ratio Etymologiæ.

Multiplex & varia Idoli appellatio. PORRO nomen ipſum תהו *thohu* deſolationem atque inanitatẽ propriè ſignificat. Solet autem pro idolo ſumi, quoniã horum cultu nulla poteſt eſſe maior pernicies; ope ac præſidio nihil incertius aut inanius. Plura ſunt autẽ Hebræis vocabula, quibus idola nõ tam nominant, quã execrantur. Eſaiæ 66. verſu 3. idolum אָוֶן *aven* quod eſt mendacium, labor, fatigatio, afflictio, luctus, iniquitas. Leuitici 26. verſ. 1. אֱלִילִים *elilim* ab אָלַל *alal* vanum eſſe, inutile, nihil. Ezechielis 22. verſu 3. גִּלּוּלִים *galulim* à
B גָּלוּל *gallul* ſordes. Et hæc vox גָּלַל *galal* reuoluere volutãdo, circuire. Item Eſaiæ 48. verſ. 5. עֹצֶב *hhotſeb* dolor, triſtitia à עָצַב *hhatſab* conturbare, dolore ac triſtitia afficere. Hoc verò tranſpoſitis literis fit בָּצַע *batſahh* ſauciare, vel etiam concupiſcere: vnde בֶּצַע *betſahh* auaritia. Nam ea quoque in idola refertur. עָמָל *hhamal* mendacium, à עָמַל *hhamal* laborare, fatigari, peruertere. Ieremiæ autem c. 49. ver. 15. Et 1. Reg. 15. ver. 13. תִּפְלֶצֶת *tifletſeth* terror, ſuperbia, à פָּלַץ *phalats* formidare, terreri. Vocantur etiam צִירִים *tſirim* à צוּר *tſour*, quod eſt coarctare anguſtiis. Et Ieremiæ 3. v. 24. בֹּשֶׁת *boſcheth* igno-
C minia, probrum, à בּוֹשׁ *boſch*, quod eſt, confuſus eſt, erubuit. Præterea Leuit. cap. 19. in plurali תָּעְבָּן *taghauan* à תָּעָה *tagha*, quod eſt errauit aut fornicatus eſt, vt errorem ſcortúmue ſignificet. Poſtremò etiam Deut. 4. v. 16. סֶמֶל *ſemel*, quod vocabulum ſine radice eſſe creditur, quia quocunque tandem nomine idolum denominetur: nullo melius exprimitur, quàm illo, quod nec radicem habet, nec ſignificationem. Quod in ſumma idolũ ita nihil ſit, vt nec radicẽ habeat; quia reuera non repræſentat, quod repręſentare putatur: nec ſignificationẽ habeat, quia in ſe reuera non eſt id, quod à ſuis cultoribus putatur eſſe. Quod ad vocẽ ipſam, *idolum*, attinet, Græca eſt, cuius etymologiam adhunc modũ tradit
Tertullian. Tertullian. de Idololatria c. 3. εἶδος Græcè formam ſonat; ab eo per diminutionẽ εἴδωλον de-
D ductũ, æquè apud nos formulã fecit. Igitur omnis forma vel formula idolũ ſe dici expoſcit. At
Fulgentius Carth. Fulgentius Epiſcopus Carthag. in ſua Mythologia, arbitratur εἴδωλον dici ἀπὸ τοῦ εἴδους τῆς ὀδύνης: à ſpecie quadam doloris, quaſi ἰδοδύνη, quòd conſtitutũ filij demortui ſimulacrũ patris dolorem repræſentaret, omneſq; domeſticos ad demortui filij memoriã celebrandam funeralibus ceremoniis commoueret. Conſule libri Sapientiæ caput 14.

Tertullian. QVÆ *non proderunt vobis.*] Tertullian. lib. de Idololatria c. 4. hæc citat ex lib. Henoch. Iuro vobis peccatores, quòd in diẽ ſanguinis perditionis pœnitentia parata eſt. Qui ſeruitis lapidibus, & qui imagines facitis aureas, & argenteas, & ligneas, & lapideas, & fictiles, & ſeruitis phãtaſmatibus, & dæmoniis, & ſpiritibus infamibus, & omnibus erroribus nõ ſecundũ ſcientiã, nullũ ab iis inuenietis auxiliũ. Eſaias verò: *Teſtes*
A ait, *vos eſtis, ſi eſt Deus abſque me. Et non erunt tunc qui fingunt & exſculpũt, omnes vani qui faciũt libita ſibi, quæ illis non proderunt.* Et deinceps tota illa pronũtiatio, qua in artifices, qua in cultores deteſtatur, cuius clauſula eſt: *Cognoſcite quod cinis cor illorũ, & errant, & nemo animã ſuam liberare poſſit.* Vbi æquè Dauid, *Et tales fiant*, inquit, *qui faciunt ea.* Hactenus Tertullianus. *Eſaias c. 44.* *Pſal. 113.*

VERSVS 22.

Et nõ derelinquet Dominus populũ ſuũ, propter nomen ſuum magnũ: quia iurauit Dominus facere vos ſibi populũ.

B VARMILIVS: Iſta cõſolatio pendet à fide: fides autem à verbo Dei. *Fides* enim, inquit Paulus, *ex auditu, auditus autẽ ex verbo Dei.* Dupliciter autem propoſitũ erat illis verbum Dei. *Vermilius.* *Deus promiſſa complet.* Primùm enim ſæpe occurrit, Deum velle tueri nomẽ ſuũ. Deinde peculiariter patefecerat hãc voluntatem ſuã Abrahamo, amplificaturum ſe eius poſteros, tanquã ſtellas cęli. R. Salomõ ait, Deum obſtrinxiſſe promiſſiones ſuas iureiurãdo. Et certè vox Hebraica tria ſignificat: vel *voluit*, vel *iurauit*, vel *incepit*. Et omnia iſta ſignificata ad ſententiã pulchrè conueniunt. Si legamus, *incepit*, hic erit ſenſus. Non tantum voluit Deus, aut iurauit, ſed etiã iam dudum incepit. Dedit vobis legem, dedit terrã, dedit victorias.
C Hæc vobis certa ſigna eſſe debent, Deum velle præſtare vobis illud fœdus, quod olim percuſſit cũ Abrahamo. Magna ſanè conſolatio. Atque hic vſus eſt prędeſtinationis: nõ vt ea abutamur ad licentiã carnis: ſed ne deſperemus in rebus afflictis. Peccauerãt illi quidẽ: ſed *promiſſio Dei*, inquit Paulus ad Rom. *firma eſt ſecundũ propoſitũ.* Quoniã autem omnes promiſſiones Dei cõcluduntur in Chriſto, in illo figẽda eſt radix omnis huius conſolationis. Cumque dicit, *propter nomẽ ſuum magnum*, excludit omne meritũ noſtrum. Nemo enim emere poteſt condonationẽ peccatorũ. Nõ cadit id in maieſtatẽ Dei. Quicquid Deus facit, gratis facit, tantũ propter nomẽ ſuũ. (De prima gratia, aut etiam de prædeſtinatione & electione Catholicè hæc intelligenda ſunt: alioquin enim negari nõ poteſt, quod Chriſtus
D aſſerit, colentibus vineã Domini denarium pro mercede dari, & vnũquemque pro ratione operũ ſuorum coronã ſuppliciúmve mereri. Eligit verò, vocat, & ad priſtinã gratiã reſtituit pro ſua ſola clemẽtia. Neque enim meritis ante adeptã gratiã locus eſſe poteſt.) Idem eſt Deus, & numen Dei. Deus magnus eſt. Itaque oportet nomẽ eius eſſe magnũ. Sed cur elegit nos? An fortè propter opera præuiſa? Minimè. Sed tantùm ex ſua miſericordia, & clementia. *Propter nomen ſuũ magnũ.* Rabbini id dictũ aiunt, quod peruolgata iam eſſet ea fama, Deũ velle augere & amplificare illũ populũ. quod niſi præſtitiſſet, dicturę erant omnes alię nationes, Deũ aut fidem ſuã fefelliſſe, aut non potuiſſe id efficere, quod promiſerat. Ita Moſes queritur apud Deum, *Dicent omnes finitimæ nationes te fraudulẽter eduxiſſe populum iſtum, vt perderes eum in deſerto.* Nomen autem Dei fortaſſe continet illa epitheta Dei, quæ Moſes deſcribit in Exodo: *Idem eſt Deus, & nomen Dei, propter quod ipſe nos tuetur.*

Dominus, Deus, clemens, miſericors, plenus miſerationis, & verax. Hæc propria ſunt epitheta diuinæ bonitatis, & exprimunt magnum nomen Dei. Rabbini per nomen intelligunt famã illã, quæ iã ad omnes finitimas nationes peruenerat, Deũ velle augere illũ popolũ: de qua ſupra diximus. Hæc Vermilius. Fortè etiã per nomen illud magnum ſaluatoris nomen intelligit, de quo ſcriptum eſt: *vt in nomine Ieſu omne genu flectatur cæleſtium, terreſtrium, & infernorũ.* Vt autem ex Hebræis naſci poſſet, is populus cõſeruandus fuit.

Tertullian. — *De iuramento.*

Qvia *iurauit Dominus.*] O beatos nos, inquit Tertullian. c. 4. de Pœnitentia, quorum cauſa Deus iorat. O miſerrimos ſi nec iuranti Domino credimus. Quod igitur Deus tantopere cõmendat, quod etiã humano more ſub deieratione teſtatur, ſumma vtiq; grauitate & aggredi & cuſtodire debemus; vt in aſſeueratione diuinæ gratiæ permanentes, in fructu quoque eius & emolumẽto proinde perſeuerare poſſimus. Hactenus Tertull. Portò iuſiurandũ aliud eſt aſſertoriũ, aliud promiſſotiũ. Illud adhibetur ad rerũ præteritarum præſentiúmue fidem ennfirmãdam: poſterius de futuris nos vetat eſſe ſolicitos. Et huius quidem propria eſt fides, alterius veritas. Ideirco enim teſtimooiũ noſtrum iuramento firmamus, vt per Sacramenti religionẽ tollatur nmnis mẽdacij ſuſpicio: promiſſiones, ne de iiſdem ambigere liceat. Veritatis enim ac fidei vindex habetur is, per quẽ iuramus, Deus: cui vtique dare verba nemo poteſt, nemo reſiſtere. Promiſſiones igitur Dei, quas ſeipſo teſte religioſa affirmatione conſtiiuxit, duabus tanquã firmiſſimis anchoris fide & veritate ſiſtuntur. Veritate, quoniã nihil non pręſens eſt Deo: fide, quoniam quæ pollicetur in rebus creatis olim futura ſunt. Neque verò ſic illius promiſſa fide & veritate deuinciũtur, vt aratrũ Gordij nodu illo famoſo: ſed fides, veritas, & promiſſio reipſa vnum & idem ſunt, quò certiorem ſpem habeamus. Verùm illud præterea obſeruandũ eſt, eas leges quas iurantibus tulit, ſibi quoque præſcribere; vt iuret ſcilicet oon modò per ſeipſum, verumetiam *in iudicio, iuſtitia, & veritate.* Itaque nihil temerè ſpondet, aut quod alienũ ſit ab æquitate. Vt enim ea præſtare ſummã ſapientiã dedecet, ita & promittere. Sed nos ipſi nobis impooimus, & pactiones in eorum gratiã iuratas, qui pietatem colerent, in noſtrũ fauorẽ trahere contendentes, querimur promiſſis ac receptis conditionibus non eſſe ſatisfactũ, cùm illæ nihil ad nos attineãt, vtpote, qui ab iiſdem toto vitæ genere abhorremus. *Nõ qui filij carnis, hi filij Dei,* aiebat Apoſtolus ad Rom. 9. *Nec qui filij Abrahæ, hi ſunt filij Abrahæ: ſed filij promiſſionis æſtimantur in ſemine.* De quo ſemine Ioan. 1. cap. 3. *Omnis qui natus eſt ex Deo, peccatũ non facit: quoniam ſemen ipſius in eo manet, & non poteſt peccare, quoniam ex Deo natus eſt.* Ex eo populo quantũ numerum ſuæ gloriæ Deus admouerit, & ſuũ eſſe perpetuis futuris tẽporibus iuſſerit, Apoc. c. 7. deſcriptũ inuenies. Cuius numeri rationẽ ſi ineas, & de reliqua ſumma quę ad calculos reuocari non poteſt, decidas: obſtupeſces tantam multitudinẽ tam magnificis pollicitationibus excidere potoiſſe. Itaque Samuel eùm populũ

Iurat Deus in iudicio, iuſtitia, & veritate.

A oominat, non iuſtos ſolùm, & eos qui ex præſcripto legis vitam inſtituunt, comprehendit: ſed promiſcuè omnes, quotquot intra prouinciæ ambitum vno imperio & gente continentur: inter quos neceſſe eſt plures etiã reperiri, qui, cùm cæteris negotiũ exhibeant, & publicã pacem ac tranquillitatem perturbent, non modò communibus ciuiũ priuilegiis ac commoditatibus priuentur, ſed etiã pœnis afficiantur: aut etiam, ſi moleſti eſſe pergant, protſus tollãtur. Neque verò quid cauſæ eſt, cur quiſquã ab ea lege populũ Domini excipiendũ potet, tanquam debeat ſolis ille iuſtis conſtare: cùm idẽ Dominus aſſerat, ſagenã Petri piſces bonos & malos vnà coucludere, & permixtum lolio frumentum in agro patrisfamilias adoleſcere, pa- B leas etiam ſimul cum tritico in area ſua congregari, virgines denique numero decẽ, quæ regni cælorum imaginem quandã præ ſe ferrent, partim quidem fatuas, partim verò ſapientes extitiſſe. Bonos à malis, iuſtos ab impiis ſola dies poſtrema ſecernet.

Versvs 23.

Abſit autem à me hoc peccatũ in Domino, vt ceſſem orare pro vobis, & docebo vos viam bonam & rectam.

Vermilius.

Vermilivs: Conſolatur Samuel populum, quòd quamuis contra voluntatẽ Dei mu- C taſſent ſtatum Reip. tamen Deus illis adfuturus eſſet etiã in Monarchia. Deum enim pluris nomen ſuũ facere, quàm illorũ peccatum: modò verum cultũ retineant, & pietatẽ. Non tamen illis omnem prorſus timorem eximit: ſed illum tantùm, qui coniunctus ſit cum deſperatione. Nam ſtatim póſtea hortatur, *vt ſeruiant Domino; & illũ timeant.* Deinde pollicetur de ſe, paucis quidẽ, ſed prolixè. Diſceſſerat qoidẽ à perſona ciuilis magiſtratus, non tamen à munere prophetæ. Itaque ait: *Abſit, vt non orem pro vobis, & doceam vos.* Iſta duo munera pertinent ad miniſteriũ Eccleſiæ: non conſecrare lagana, non excantare aquam, non tingere nolas: ſed orare, & docere populum [non poterat ſcelus aliis quã ſceleratis vocibus vti, tametſi in promptu haberet ex Scripturis *benedicere.* Nam multa qui- D dẽ quæ in vſus noſtros cedunt, Eccleſiaſtica benedictione muniuntur: incantantationibus autem in Eccleſia nullus locus eſt. Quæ autem lagana conſecrari memores, diuinare nõ poſſum, niſi tu fortè, homo religioſiſſime, profano nomine, λάγανον panẽ Eucbariſticũ voces. Quod quã ſit ab eo diuerſum qui in Catholica Eccleſia vſurpatur, nam de tua tu ipſe teſtimoniom feras: Acron te docebit. Nam lagana, inquit, ſunt quædam quaſi membranulæ ex farina & aqua, quæ in iure pingui coctæ, & caſeo, pipere, croco, cinnamoque conditæ in cibis dantur. Hæc ille. Quibus addit Dalechampius in Athenæi lib. 3. Deipnoſop. cap. 25. Paululùm mutaro oomine, laganum hodie ab Italis vocari *laſague.* Satis autem conſtat, ad auguſtiſſimũ Sacramentom purum & azymum panem apud nos adhiberi. Quòd ſi pro eulogiis & cibis accipias, non illa conſecrantur, ſed benedictione

De laganis.

Acron Horatij Inter.

Benedictiones Eccleſiaſtica.

A duntaxat moniuntur, ne qua fraus inimici delitescat. Quam benedictiooẽ ab Eccleſiaſticis viris impertitã admodum teoeremut: nec tamen per eos ſtat, quo minus etiã domeſticæ menſæ à pueris, vt fieri ſolet, benedicatur. Par denique ratio eſt aquę benedictę atque nolarũ, quas non alirer exorcizari, aot tingi intelligimus, quàm vi precum. Quæ cùm publicæ ſint, ac totius Eccleſiæ nomine à ſacerdote concipiantur, meritò arbitramut exauditas iri, cùm id Chriſtus ſit pollicitus.

Ar docendi & orandi ſtudio, vt ait, Eccleſiæ miniſteriũ circumſcribitur. Eſto. Hæc certè ad orationem pertineot. Tametſi præterea hoc B minimè verum eſt, his duobus officiis Eccleſiaſticæ functionis ſortem definiri. Sed ne hîc diotius immorer, hoc ſolùm à te petam: Paulus cũ inceſtum Corinthium Satanæ in interitũ carnis traderet, aut eidem poſtea coodonaret ac remitteret, docere tibi viſus eſt an orare? Nihil horum. Citò igitur agnoſce, prærer orandi ac docendi munus, remittendi quoque ac ligandi poteſtatem in Eccleſia eſſe.] Sequitur apud eundem. Ad doctrinam autem pertinet adminiſtratio Sacramentorum. Hoc tuis perſuade, vt non ſit vltra opus Miniſtris. Non minimùm negotiũ conſeceris: iam ſatis enim veſtris ſumptibus ac ſtipendiis Synagogæ grauantur. Sed ſcire velim, quid toties doceas in Sacramentis? Nam commenta veſtra, aſſiduitate ora- C tionis veſtræ, perfugarum animis dudum inhæſerunt: quare aliud nunc fingeodum eſt, quã vt ſatis nota doceantur, qoibus aures populariũ occalluerunt. An ſolus ignotas, quod paſſim aſſeritur,

Adminiſtratio Sacramentorum non pertinet ad munus docendi.

Occidit miſeros crambe repetita magiſtros?

Deinde neque panis neq; calicis exhibitio, quę miniſtri miniſtrare ac propinare ſoletis, doctrina eſt: neque veſtri ea auribus excipiũt, ſed ore & ſtomacho. Qui igitur fieri poteſt, vt ea ad doctrinã pertinere videantur? Poſtremò, quiuis doctus, etiamſi miniſter fieri exhorruerit, longè melius quàm pars maxima miniſtrorũ ſacramẽta populo præbere poſſet; qood nequaquã tamen, ne quid vobis lucelli depereat, admittitis. Prudẽtius itaque quod ſequitur. Orare, inqoit, D pro aliis, opus eſt ardentis charitatis: præſertim verò pro illis orate, à quibus læſus ſis. Amouet ſuſpicionẽ Samoel odij & irę, ne videatur malo animo aduerſus populũ, fulmina illa & tempeſtates precibus ſuis elicuiſſe. *Orabo pro vobis.* Hæc eſt vera charitas erga populum. Paſtores cũ acriter inſectantur, & reprehẽdunt vitia ſuorum, videri ſæpe poſſunt eos odiſſe. Atqui illi tom eos amant maximè. Ita Stephanus grauiſſimis verbis exprobrat populo duritiẽ ceruicis, & pertinaciam. Tamen cũ cęderetur, inter medios lapides moribundus orat pro illis. Moſes Iudæorũ peccata vehemẽter increpat: poſtea tamen orat Dominũ, ne eos protſus deleat. Et Seruator noſter in cruce, *Pater*, inquit, *ne ſtatuas illis hoc peccatum: quia neſciunt, quid faciant.* Sed dices, quid orandũ erat pro populo, cũ iam eſſent recepti in gratiam? Hoc videlicet, vt perſeuerarent, vt augerẽtur, ne vnquã deficerent. Ita nos quoque, quamuis iam ſimus in gratia apud

Orant ſancti pro aduerſariis ſuis.

A Deum, tamen oramus quotidie, *Remitte nobis debita noſtra.* Tanta verò eſt charitas Samuelis, vt putet graue peccatũ, non orare pro populo.

R. Chimhi ait Samuelem polliceri ſe oraturũ pro populo, quod eos iã videret eſſe cõuerſos. Quid ergo ſi conuerſi non fuiſſent, an pro eis non oraſſet? Ego melius ſic interpretor: Orarẽ quidem pro vobis, etiamſi cooverſi nõ eſſetis: nunc autẽ magis & vehementius orabo. Nam niſi oraſſet, deſtituiſſet vocatiooem ſuã. Quicquid autem accidat, oportet nos tueri ſtationẽ noſtram. At illi ſunt ingrati, & indigni. Eſto. At nos tamen officium noſtrũ deſerere non oportet. Hodie tamen multi, cùm habeant ampliſſi- B mos Epiſcopatus & Archiepiſcopatus, tamen nec orant, nec docent, neque ſe interim quicquã peccare putant. Admoniti officij ſui, reſpõdent ſe habere ſubſtitutos, & vicarios, qui iſta curent. Ita labor aliorũ eſt, prouentus ipſorum. Vtque eſt in lib. Iob, boues arant, & aſini paſcuntur. Sed ſi iſti perrexiſſent peccãdo, & ſibi in eo placuiſſent, quid illis preces aot conciones Samuelis profuiſſent? Nihil prorſus. Imò doctrina eos magis excæcaſſet, & iram Dei contra illos incẽdiſſet. Nam ita Domious ait apud Ieremiam. *Etiamſi Moſes*, &c. *orent me pro populo iſto, tamen non exaudiam.* Et apud Ezechiel. *Si Iob, Noe, & Daniel orent me, filios, & filias ſuas non liberabunt.* Magna quidem eſt vis precum: ſed ni- C hil poſſunt apud eos, qui peccant in Spiritum ſanctum. Hactenos Vermilius.

Non eſt deſerendum ſuum cuique munus propter ingratum animum populi.

An non igitur tandẽ vel hos ſatius fuerit derelinquere, oe ex peruerſis eorũ moribus aliqua turpitudinis labes nobis aſpergatur? Magna eſt ſiquidẽ corruptela malæ cõſuetudinis. Reſpõdeat S. Abbo Martyr epiſtola ſua ad Bernardũ Abbatem Bellilocenſem. Occurrit animo, inquit, quod mecũ familiariter loquutus es, dum Romam proficiſci decreuiſſes, conſolens vtrũ ſcilicet, relinqui deberet ſemel ſuſcepta cura paſtoralis regiminis: & oporteret dare libellum repudij fratribus & filiis, qui oobis aduerſantur in via Dei? Cui cũ ego reſpondiſſem, quod autoritate patrũ certum noueram, & creditis ouibus mortem præualere perſentiſcerẽ, te inſtructuoſum ſaltem tibi perſuadere nec auſus ſum D nec debui, exemplũ proponens Pauli Damaſcum fugientis, & beati Patris Benedicti Monachorum legiſlatoris. Denique in multis cauſis, occaſio ſe immergit, quæ difficultatẽ contrarię legis, bono exitu meliorẽ reddit. Quis enim non laudet curã paſtoralis regiminis, ſi proſit? quis rurſus non laudet, in ſe beneuolentiã paſtoris, ſi aliis non proſit? Solet nempe eſſe in pręceptis diuinis, quod & in antiquis reperitur edictis. Lex eſt. Si quis maſculus templũ Veneris fuerit ingreſſus, capite puniatur. Quidam iuuenis præteriens templũ Veneris, intus matrem cædi conſpexit: & introgreſſus eam eripuit. Accuſatur contra legem feciſſe. Dafendit ſe ille legi paruiſſe. Et inter diſſidentes ſi propugnatori matris lex illa nõ proſit, iuuat ex circunſtantiis occaſio pietatis. Idem eſt in noſtris Euangeliis, vbi præcipimur non ſolùm vxorem relinqoere, ſed etiã odiſſe, propoſito pręmio, quod qui hoc fecerit, centuplũ accipiet, & vitã æternam poſ-

Quando liceat paſtori ſuũ gregem deſerere.

Aymoinus in eius vita cap. 10 in bibliotheca Floriacenſi.

Aſſit autem a ms hoc peccatum, &c.

ſidebit. Ruſſos, qoi vxoře dimiſerit: nõ qoidem præmio, ſed eo ſupplicio dignus ſcribitur, quo mœchi dãnari præcipiuntur. Porrò & qui matrem eripuit, & qui vxorem dimiſit, vterque præiudicium patitur, ſi ſupplicio punitur: quoniam inde autori legis ſe placere putat, vnde offendiſſe prẹiudicatur. Quaptopter dilectiſſime, nõ bonum malo melius exiſtimes: ſed bonum, bono melius. Credas: & ex contrariis ſentẽriis, eam eligas, qua vitiis abrenunties, & moralibos virturum exercitiis creſcas. Denique dum Abbatis onus portare debeas, an debeas deponete adhibitas. Diſcterionem qua maximè opus habes, matrem vittutum aſſomas, & conſcendendo tribunal conſcientiæ, iudicio diſcute, quid vtilius honeſtioſve ſit animæ tuæ. Nã officium Abbatis implere, & lucrum animarum quærete honeſtiſſimum eſt: cui non impoſſibile eſt. Cui verò malitia ſubiectorum impoſſibile eſt, quid ſupereſt, niſi vt honeſtius potet, diuino parere oraculo, quo ſcriptũ eſt. *Fili miſerere animæ tuæ placens Deo?* Sanè & apud Ezechiel, ſpeculator clamans, & non auditus, animam ſuam liberat: & apud Benedictum patrem, paſtor ſpretus & contemptus abſoloitur, qui omnem curam exhibuit creditis ooibus. Hactenus S. Abbo Floriacenſis Monaſterij olim Abbas. S. Machotes, prout legitur in eius vita, quæ ab antiquo ſcriptore eidem Bibliothecæ inſerta eſt: cùm eſſet Epiſcopus, & infenſum ſibi populum diutius expertus eſſet, & nouis ſempet cõtumeliis exagitaretur, nec poſſet vllo beneficij genere improbæ gentis feritatem delinire: execratam à ſe terram deſeruit: quam mox vaſtitas ac ſterilitas populatæ ſunt. quæ non aliter quàm eiuſdem benedictione amoueri potuerunt. Quam ſic tandem rogatus reſtituit, vt tamen eorum curam vltra ſuſcipere detrectaret.

Eccleſ 30.

Vermilius.

Et *docebo vos viam bonam & rectam.*] Vermilius: Hoc alterũ eſt munus prophetę. Quod autem ait, ſe docturum viam rectam, intelligit ſe docturum viam Dominí. Nam hominom inuenta (ſi ab ea deflectant) inflexa, & curua ſunt. *Omnis* enim *homo mendax*. Sed cui eſt via illa bona? An carni? Non certè: nam illa ſemper reclamat, viam Domini incommodam, & anguſtam eſſe. Interiori verò homini bona eſt, qnia ducit ad ſalutem. Hoc pacto habet Samuel populum ſupplicem, & obnoxium, & ab epulis, & crapula traductum ad cognitionem Dei. Hinc animaduertere debemus, cui vno tempore perſuaderi nõ poteſt, illum alio tempore adduci poſſe. Qui non eſt hodie, cras magis aptus erit. Hoc paſtorum animos cõfirmare debet, ad ferendam populi pertinaciam. Egerat Samoel ante cum populo, ſemel, iterum, tertiò: at nihil profecerat. Nunc ait, & vincit. Hactenus Vermilius. Qoi attendens ad illud Apoſtoli, *Sentio aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ.* Et, *Spiritus militat aduerſus carnem, caro aduerſus ſpiritum.* Et, *Condelector legi ſecundum interiorem hominem:* pronuntiauit, idcirco viam Domini bonam hic appellari, qnòd animus virtutis illecebris, ſplendore, ac pulchritudine capiatur; licet alioquin carni moleſta ſit, quæ voluptates vittuti adoerſas conſectatur.

I.

Et docebo vos viam bonam et rectam.

Quæ ſit via illa recta & bona.

Sed hæc Vermilij interpretatio non videtur prophetæ mentem ſatis exprimere. Eò enim ſpectat Samuel, vt doceat, ſi quidem in animum induxerint ſoli Deo ſeruire, & ab omni ſoperſtitione abſtinere: ſe viam oſtenſurum, per quam non modò iuſtè & abſque Dei offenſione, ſed etiam cum ſumma vtilitate atque iucunditate incedant. Sic enim reſpondet tacitæ eorum obiectioni. Eſt quidem, vt apparet, via Domini bona & æqua, & pietatis atque officij regula certiſſima. Verùm illa nobis omnium gentium inuidiam conflauit: quam vt ſeruare poſſemus, reliquorum hominum fuit aſpernãda ſocietas. Neque enim vel cum iis matrimonij fœdere commiſceri, vel vllo teligionis cultu conuenire ſinit. Quapropter etiam omnes nobis aduerſi infenſique ſunt. Cùm verò fieri nequeat, vt ab omnibus perpetuò caueamus: hinc ſit ereberrimè, vt alij quidem tes noſtras diripiant, alij pecora noſtra inoadant, alij denique nos incautos opprimant & in ſeruitutẽ abducant. Proptetea igitur & regem noper impetrare ſtuduimus, vt eſſet qoi nos ab hoſtibus defenderet. Et quidem ſępius olim cùm ſperaremus reliquas gentes nobis conciliari poſſe, ſi earum ſtudia imitaremur, æmulari ſtatuimus. Verùm, vt experimento didicimus, noſquam deterius nobis conſultum eſt, quam vbi Dei noſtri leges contempſimus, vt aliarum gentium inſtituta ſequeremur. Qoocirca etiam hactenus nunquam ſatis turè egimus. Tu, ſi quod paras remedium huic tãtæ calamitati afferre, non modò viam rectam & iuſtam nos doceas, ſed etiam commodam atque bonam.

Quæ bonitas populi votis expeteretur.

Bonitatem autem hanc rerum copia, pace, ac tranquillitate metiuntur. Nam neque pax ſatis grata & accepta eſſe poterit, ſi deſit fructuom vbertas, neque diuitiæ & opes vſui eſſe, aut vllam commoditatem afferre, ſi hoſtiom libidini expoſitæ ſint atqne obnoxiæ. Itaque vtrumqoo ſuis votis amplectuntut & expetunt, vt deinceps ab omni iniuria & formidine liberi, ſoli Deo abſque omni ſuperſtitione vacent. His omnibus cùm Samuel ſatisfaceret, ea quæ traditurus erat, non ſolùm æqua fore prædicat, ſed etiam profutura. Neque verò par erat, vt à reliqoorum prophetarum conſoetudine diſcederet, qui omnes, cùm populum ad Dei cultum vocarent, multa ſemper terrena commoda, otium, atque abondantiam ſunt polliciti. Fauet præterea huic noſtræ ſententiæ vox ipſa טוב *tob*, quæ ſic bonum apnd Hebræos ſignificat, vt per eam poſſint tres illæ boni ſpecies quæ à philoſophis conſtituuntur, commodè intelligi. Nam & vtile pluribus Scripturæ locis, & pulcrum item, magnum & ſuaoe exponitur: honeſtum præterea, piom & æquum. Poteſt igitur etiam hoc loco ad vtilitatem commoditatemque, quam Samoel ex diuinæ legis obſeruatione ſpondet, aptè referri. Idcirco antem terrenæ fœlicitatis illecebris eos delinire parat, quod ſpiritualibus præmiis, vtpote cœleſtium rerum rudes & imperiti, minus afficerentur. Deinde, quod illa ab ipſo gentis exordio promiſſa eſſet, ac deinceps freqnentibus prophetarum oraculis confirmata. Poſtremò, ne vlla in poſterum

vel leuiſſima occaſio relinqueretur, quam A poſſent excuſationis loco prætexere, cùm ſe denuo ſuopte ingenio atque inſita gentis ſtultitia in eoſdem ſuperſtitionis laqueos induerent. Nam hac vice quidem, vt videri poſſet neceſſaria regis creatio, perniciem ſibi ab hoſte paratam, & metum diræ cladis obiiciebant.

VERSVS 24.

Igitur timete Dominum, & ſeruite ei in veritate, ex toto corde veſtro: vidiſtis enim magnifica, quæ in vobis B geſſerit.

Vermilius. *Seruitus.*

VERMILIVS: Quid ſit ſeruire, melius intelligemus ex natura ſeruitutis. Eſt autem ſeruitus in numero illarum rerum, quæ dicuntur πρός τι: quæ hoc ipſum quod ſunt, aliorum eſſe dicuntur. Quicquid ergo ſeruus aut eſt, aut valet, aut poteſt, id omne referre debet ad dominum. *In veritate.* Non ſimulatè, aut hypocriticè, ſed ita vt cor & verba conſentiant. *Ex toto corde veſtro.* Id non poteſt pleoè præſtari in hac vita. Aliquo tamen modo præſtatur à credentibus: nam qui credunt, & ſi legi non prorſus ſatisfaciant, tamen habent inchoatam obedientiam. *Qui diligit me*, inquit Chriſtus, *mandata mea ſeruat.* Quid ergo? An C qui diligit, non ſeruat mandata? Seruat quidem, ſed inchoata, vt dixi, & imperfecta obedientia. Requiritur à nobis *tota anima, & omnes vires.* Qoidni? Eas enim habemus à Deo. Quare iure optimo Deus eas à nobis repetit. At non poſſumus tantum præſtare, quantum requiritur. Eſto. Tamen conatus adhibendus eſt, & ſtudium. Atque hæc quidem regenerati præſtare poſſumus. Antea verò nihil in nobis, quod Deo placere poſſit: ſumus enim inimici Dei. Hactenus Vermilius.

In veritate adorare.

Arbitror etiam *in veritate* dixiſſe, vt idola excluderet. Neque enim in veritate adorari poſſunt, quæ falſa ſunt. *Pater* autem, filius inquit, *tales adoratores quærit, qui adorent eum in ſpiritu & veritate.* Quod idem antea aliis verbis expreſſerat, cùm diceret: *Vos adoratis, quod neſcitis: nos* D *adoramus quod ſcimus.* Ioan. 4. Veritatem igitur cùm Chriſtus opponat errori Samaritarum, qui falſos Deos colebant, & idolorum cultum vna cum diuino cultu permiſcebant; hic quoque videtur propheta à ſimili ſuperſtitione eos abſtertere velle. Neque enim funditus religionem patrum ſuorum aliquando aboleoerant: ſed cùm negligenter & perfunctotiè legis ceremonias obſeruarent, & frequentius ac libentius in fanis idolorum verſarentur, gentilium ſacrotum laſciuiam potiſſimùm deperibant. Monet itaque, ne quem alium poſthac diuino cultu ac religione digoentur.

Quomodo poſſis Deo ex toto corde ſeruire.

S. Thomas. *Qua ratione Deo ex toto corde ſeruire poſſimus.*

EX *toto corde veſtro.*] S. Thomas 2. 2. qu. 44. artic. 6. eadem docet, quæ hîc Vermilius, niſi fortè quid veneni illo fidei cortice lateat. Nam hæretica fides vbique ſuſpecta eſt. Ferè autem ad hunc modum interpretatur S. Thomas. Is perfectè alterius voluntati morem gerere atque obſequi dicitur, qui id, quod is, qui imperat, potiſſimùm animi intentione complectitur, labore ſuo atque induſtria effectum reddit; imperfectè verò, qui tametſi quod alter in votis habebat, & fieri deſtinabat, obtinere non potuerit: tamen ab ordine, quem ille præſcripſerat, ooo receſſit. Hoc verò etiam exemplo confirmat. Nam ductoris qoidem militum, ea mens eſt, atque propoſitum, vt miles hoſtem conficiat, ſibiq; victoriam paret. Quòd ſi miles qoidem ſtrenuè certet, victoriam tamẽ nequeat adipiſci: non propterea non paruiſſe credeodus eſt; quin potius præmio & corona dignus habebitur, vt qui virtutis ſpecimen ediderit, & non obſcuram egregiæ voluntatis ſignificationem dederit. Similiter igitur & de Chriſtiano milire ceoſendum eſt, quòd etiamſi perfectè cum Deo coniungi non poſſit (is autem eſt huius præcepti finis) tamen ſi ad eam rem eum conatum adhibuerit, quem diuina gratia cum naturæ viribos coniuncta ſuppeditat, legis reus haberi non poterit: qoin potius eius ſtudiom ac charitas, eo, quod deeſt, ſimul cum immenſa gloria cumulabitur. Hæc ille eodem articulo. At quarto eiuſdem quæſtionis, reſponſio ad 2. argumentum plurimùm conferet ad huius difficultatis enodationem. Nam cùm idem eſſe totum, quod perfectum, ab Ariſtotele ſibi obiecìſſet, id ſcilicet, cui nihil deeſſe intelligeretur: ſequi videbatur, omnem hominis actionem, quæ ad alium præter Deum ſcopum collimaret, letale peccatum futuram. Quod cùm abſurdum ſit, & à communi omnium ſenſu alienum, his ita reſpondit: Dupliciter intelligi poſſe, Deum ex toto corde amari. Vno quidem modo in actu, id eſt, ita vt nobis non ſolùm Deos maximè cordi ſit, ſed etiam ſolus & ſemper: altero, vt habitu duntaxat fieri intelligamus: qua ratione nuſquam licet homini in ſe admittere, quod cum Dei amore pugnet, non tamen protinus neceſſe eſt, vt circa eundem aſſidoè verſetur. Hic verò poſterior modus, viæ, vt aiunt, perfectio eſt: quam peccati venialis macula non quidem labefacit, cùm haud nitatur in contrarium: ſed vſum charitatis interpellat. Hactenus D. Thomas. A quo præterea diſcimus articulo ſequenti, corde voluntatem ſignificari: quæ primùm quidem tota ferri iubetur in Deum, propoſito ſcilicet atque intentione: deinde, cùm reliqua ſint tria principia humanarum actionum, mens, appetitus, & mouendi facultas, quæ ab eadem excitari ſolent, vt in actum erumpant: ea quoque iuber ad ſuum amorem conferri. Sic enim lex habet Deut. 6. & Matth. 22. *Ex tota mente, anima, & fortitudine*

Dupliciter intelligi poteſt, Deum ex toto corde amare.

Digitized by Google

diligendum eſſe Deum: quod eſt, intellectum à voluntate fidei eſſe ſubiiciendum; appetitum ex præſcripto legis moderandum, vires corporis, & earum vſum legitimis duntaxat operibus applicandum: ſic prorſus, vt oeque intellectus alienis à fide fidem adhibeat, oeque appetitus legis fines tranſiliat; neque opus vllum vis tentet aggredi, quod vetitum ſit: ſed ipſa quidem quodcunque munus impoſitum erit, nauiter obeat; cupiditas verò legis perpendiculo ac linea vti diſcat; intellectus etiam omnibus, quæ à Deo proponuntur, conſenſum accommodet. Eſtque hęc vera & germana legis interpretatio.

Neutra legis tabul. cum diuino amore pugnat.

Alioquin verò ſi in eo ſeoſu accipienda eſſet, quo noonulli hæretici accipiunt, ignauiæ ſuæ patrocinium quærentes, ex præcepti, quam fingunt, inſuperabili difficultate; vt ſcilicet omnis actus noſter tum animi tum corporis in vnum Dei amorem iuberetur impendi: ſecunda legis tabula, quæ proximo cauit, primę aduerſaretur. Neque enim poſthac vxor viro amanda eſſet, neque liberi fouendi, neque rei familiaris cura vlla ſuſcipienda: ſed nec cibo quidem ac potu corpus reficiendum, nec ſomno prorſus indulgendom: ea namque ſic animum à Dei cogitatione, & amoris vſu auocant, vt aut citò nobis pereundum ſit, ſt ſemper Deus cogitandus ſit: aut illud, quod totum in amore præcipitur, ſolo teous propoſito atq; habitu intelligendum. Id quod, vt credamus eſſe veriſſimum, non modò cootrariæ opinionis abſurditas cogit, ſed etiam reliquorum præceptorum obligatio: quæ non pauca pręſcribunt, in quæ non tantùm corporis robur inſumitur: verum etiam quibus mens & cogitatio atque adeò voluntas occupantur. Iubet Paolus, virum vxorem diligere, & quidem inſtar Chriſti, qui Eccleſiam peramanter amplectitur, quam ſedulò fouet, pro qua etiam vitam cum morte commutauit. Alio item loco ait: *Qui ſuorum, & maximè domeſticorum, curam non habet, eſt infideli deterior.* Iubet nos qooque erga miſeros doloris ſenſu affici; iuber ægrotis curam adhibere; vinctis adeſſe, eos qui veſtitu, aut alimentis careant, noſtris opibus recreare. Iam verò quid horum præſtari poteſt, ſi nõ animum aduortas? Mentem igitur abducent à diuini amoris cootemplatione. Sed num etiam à legis obſeruatione abdoceot? Quomodo verò abducere credenda ſunt, cùm ab eadem imperentur, niſi ſi forte, quiſpiam aotumet, Deum inter ſe pugnantia ordinaſſe?

Vidistis *enim magnifica.*] Hæc verba referri poſſunt, vel ad victotiam, quam paulo ante Dei beneficio reportauerant, ac ſi diceret: Sic enim de vobis Deus meritus eſt, neque cauſæ quidquam habetis, cur alium præter eum timeatis, aut reuereamini: vel, quod videtur veroſimilius, ad illa tonitrua & pluuias, quibus tum Deus voluntatis ſuæ manifeſtiſſimam ſignificationem dederat: ac ſi diceret: Neqoe enim quin à vobis hoc Deus requirat, & ſi quidem negetur, vlciſci paratus ſit, ignorare poteſtis; cùm euidentiſſimis argumentis palàm faciat.

Versvs 25.

Quod ſi perſeueraueritis in malitia: Et vos & rex veſter pariter peribitis.

Nvnc minas intentat, quod ſatis noſſet ingenium populi à pœnitentiæ labore procliue ad libidinem. Tantiſper enim dum metu quaterentur, in officio permanſuros ſperabat: at verebatur, ne poſtquã periculi magnitudo temporis lapſu, aut etiam pacis ignauia obliuioni tradita eſſet, illicò Dei quoque obliuiſcerentur, & pro ſua vereri cõſuetudine idola repeterent. Itaque terret eos etiam poſtfuturorum metu, ſi deinceps ad vomitum redeant, & in eodẽ luto volutentur. Si rectam ęquitatis ſemitam, inquit Leo Imperat. Conſtit. 61. mortales ingredi vellent, ſanè quam magna hinc cõmuoi vitæ, tum beatitudo, tum ſalus accederet. Noo enim auſteritatem prę ſe ferre legiſlatoribus opus eſſet, neqne vltrices leges in periculorum difficultates aliquos coniicerent. Nunc verò quanquam & commoda, & ſalutaris æquitatis via ſit, plerique tamen illam ingredi oolunt: ſed tanquam labotioſa atque aſpera ſit, miſeriaſq; viatorihus adferat, declinãt. Sont enim, ſunt, inquam, quibus peſſima quæque placent: quique ab æquitatis itinere deflectẽtes, ad iniqoitatis viam denſis ſpinis ſtratam (qua viatores in perditionis præcipitia aguntur) alacri auidoque animo ſe conferunt. Quorum etiam temerarium impetum veteres caſtigandum eſſe putantes, illum lege, tanquam fræno, inhibere conſtituerunt. Hæc ille.

Pœna comminatio, certiſſima legum cuſtodia eſt
Leo Imper.

Si *perſeuerauerítis in malitia.*] Si eodem iterum reuoluamini. Hoc eſt: ſi poſt errorẽ, ſi poſt impunitatem à Deo datam, ſi poſt non tantùm liberationem culpę, ſed etiam errati veniam impetratam, eadem denuò auſi fueritis, nullus iam patebit remiſſioni locus: ſed inexpiabili vltione populos cum principe corruet. Labimur enim ſępe vel per ignorantiam, vel propter animi imbecillitatem. At quando dedita opera, & deſtinato conſilio identidem peccamus, & in eo nobis placemus: tum culpa duplicatur, & malum in dies ingraueſcit. Graue namque eſt, eum, qui ſemper ab iniuria abſtinuerit, violare: grauius, qui etiam beneficio affecerit: at qui vtrumque cumulatè præſtiterit, non ſemel atque iterum, ſed perpetuò lædere, grauiſſimũ. Eſt portò quatenus erranti venia dari poſſit. Sed vbi quis laceſſendi neque modum neqoe finem facit vllũ, reſtat, vt in eum ſeueritatis exẽplum ſtatuatur, quò cæteri à ſimili pertinacia caueant. Semper igitur, quemadmodum malè affecto corpori recurrens morbus grauior incidit, & quæ conſanuiſſe videbatur, recrudeſcit in peius refricata cicatrix: ita & interpolato ſcelere redintegrata continuataque iniuria, animam vulnere longè pernicioſore conficit. Primò qoidem, ob debilitatam ex priore plaga virtutem ac fortitudinẽ: deinde quòd is, qui iniuſtè violatus eſt, ob deſpectionis pertinaciam, maiorem in modũ excandeſcit. In quam ſententiam Tertull. multa

Lapſus poſt pœnitentiã grauior.

Tertull.

A ſcripſit, lib. de Pœnitentia, c. 5. ex quibus pauca, quæ deſpicientiæ eius indignitatem oſtendunt, referemus. Ceterùm, inquit, non leuiter in Dominum peccat, qui cũ æmulo eius diabolo pœnitentia renuntiaſſet, & hoc nomine illum Domino ſubieciſſet, rurſus eundẽ regreſſu ſuo erigit, & exultationem eius ſeipſum facit, vt denuò Malus, recuperata præda ſua apud Dominum, gaudeat. Nonne, quod dicere quoque periculoſum eſt, ſed ad ædificationem proferendum eſt, diabolum Domino præponit? Comparationem enim videtur egiſſe, qui vtrumque cognouerit, & iudicatò pronuntiaſſe, eum meliorem, cuius ſe rurſus eſſe maluerit. Ita, qui per delictorum pœnitentiam inſtituerat Domino ſatisfacere, diabolo per aliam pœnitentiæ pœnitentiam ſatisfaciet, eritque tantò magis peroſus Deo, B quantò æmulo eius acceptus. Hactenus Tertullianus.

Et *vos & rex veſter pariter peribitis.*] Hîc intelligimus, inquit Vermilius, quod Paulus ait, *Stipendium peccati eſſe mortem. Peribitis*, inquit, Rex verò & propter peccatum ſuum peribit, & quia vos peccantes non puniuit. Ita Vermilius.

Tertullian. *Quæ cauſa cladis Iudæorum.*

At iam factum Tertull. in Apologetico cap. 21. his verbis teſtatur. Iudæis erat apud Deum gratia, vbi & inſignis iuſtitia, & fides originalium autorum, vnde illis & generis magnitudo, & regni ſublimitas floruit, & tanta felicitas, vt Dei vocibus quibus edocebantur, de promerendo Deo, & non offendendo præmonerentur. Sed quanta dereliquerint, fiducia patrum inflati ad declinandum, deriuantes à diſciplina in profanum modum; etſi ipſi non confiterentur, pro- C baret exitus hodiernus ipſorum. Diſperſi, palabundi, & cœli, & ſoli ſui extorres vagantur per orbem ſine homine, ſine Deo rege, quibus nec aduenarum iure terram patriam ſaltem veſtigio ſalutare conceditur. Cùm hæc illis ſanctę voces præminarẽtur, eadem ferè ſemper omnes ingerebant fore, vti ſub extimis curriculis ſeculi ex omni iam gente, & populo, & loco cultores ſibi adlegeret Deus multò fideliores, in quos gratiã transferret pleniorem quidem ob diſciplinę autoris capacitatem. Venit igitur qui ad reformãdam & illuminandam eam venturus à Deo pręnuntiabatur Chriſtus ille filius Dei. Hactenus Tertull. Porrò nec nos quidem Chriſtus à periculo ſimilis ruinę liberabit, niſi modum ſceleribus noſtris imponamus. Teſtis orientis Imperij clades famoſiſſima, & cæſus cum principe po- D pulus, & reliqua multitudo ſub iugum miſſa. Teſtis ipſa fides, quę multis iam locis ob deprauatos hominum mores exulat, & ob flagitioſiſſimam viuẽdi licentiam eclipſim paſſa eſt. Hoc igitur etiam nobis dictum putemus: *Si perſeuerauerітis in malitia, & vos, & rex veſter pariter peribitis.*

Tandem huic capiti, tanquam coronidis loco, Vermilius breuem tractatum ſubiicit de ſatisfactione, vt ait, Papiſtica, quam omnibus machinis expugnare contendit. Hunc nos primùm qualis eſt deſcribemus: deinde hominis inſaniam, mendacia, & ineptias, cùm validiſſimis Scripturæ teſtimoniis, ſanctorumq; Patrum autoritate, tum fortiſſimis rationibus refellemus.

Vermilij tractatus de ſatisfactione Papiſtica, & eiuſdem confutatio.

Vermilius.

SAMVEL videtur grauiter peccaſſe in leges Papiſtarum, qui abſoluat populum. Et quidem in illis aliquis dolor de peccato, eſt confeſſio, ſed vbi eſt ſatisfactio? Illi Pœnitentiam volunt eſſe Sacramentum: eius materiam, eſſe actionem pœnitentis: formam verò verba abſolutionis: ſed ea impura ſunt, & impia quæ interponuntur, merita Sanctorum, & B. Virginis. Et quod ad pœnitentiam attinet, volunt eſſe tres partes pœnitentiæ, contritionem, confeſſionem, & ſatisfactionem. Sed vnde iſta? Nimirùm quia volunt pœnitentiam pertinere ad iuſtitiam. Iuſtitia autem eſt multiplex: diſtribuẽs, commutans, quæ adhibetur commerciis, & vltrix. Cumque dicunt iuſtitiam, intelligunt vltricem: vt qui Deum affecerit iniuria, aliquid viciſſim patiatur. Si quæras, quid inter iſtam iuſtitiam & forenſem interſit, reſpondebunt, in hoc vtramque conuenire, vt ſit aliqua compenſatio pro peccato. Sed in ciuili iuſtitia ſatis eſſe vt aliquo modo ſatisfiat arbitrio iudicis, quamuis nulla intercedat reconciliatio: hîc autem neceſſariò requiritur, vt reconciliemur Deo. Itaque non tantùm faciendum eſſe, ſed ſponte faciendum, idque tãtum quantum Deo futurum ſit ſatis. Hinc iſti tres illas ſuas partes pœnitentiæ ſomniarunt.

Pœnitentia Papiſtica.

Iuſtitia vltrix.

C Primùm aiunt cõtritionem eſſe neceſſariam: quoniam qui agit pœnitentiam, non tantùm animo dolet, ſed etiam conſtitutum habet apud ſe, velle ſatisfacere Deo pro violata lege, quantum ille voluerit. Sed, quia colloqui non poteſt cum Deo, adeundum eſſe ſacerdotem, vt ab illo diſcat, quid, & quantum debeat reſtituere. Et in Cõcilio, quod habitum eſt ſub Eugenio Quarto, decernitur, ea, quæ ſacerdos debeat reſpondere, eſſe ieiunia, preces, eleemoſynas. Iſtis illi ſomniis vehementer fidunt. Sed quis tam cæcus eſt in ſacris litteris, qui iſta non videat, non tantùm vana eſſe, ſed etiam impia? Quis enim ſatisfacere Deo tantùm poteſt, quantùm ſit ſatis pro peccato? Aſconius ait, ſatisfacere, eſſe tantum facere, quantum homini irato ſatis ſit ad vindictam. Hîc iſti vſurpant ſibi officium D mediatoris noſtri Chriſti, qui ſolus pacificare nobis poteſt iratum patrem. Iam verò quomodo Confeſſionem ſuam probant ex ſacris litteris? Aut quomodo eſt ea pars pœnitentiæ, cum ſine ea ſit pœnitentia? Quid enim? An nulla erat in Eccleſia pœnitentia, antequam iſtorum confeſſio nata eſſet? Nectarius propter ſtuprũ confeſſionem ex Eccleſia Conſtantinopol. ſuſtulit: cùm tamen interim non tolleret pœnitentiam. Quod ſi confeſſio fuiſſet de iure diuino, nefas fuiſſet Nectario eam abrogare. Chryſoſtomus etiam qui Nectario ſucceſſit, ſæpiſſimè in Homeliis ſuis monet populum, vt ne conſeruo ſuo confiteantur peccata ſua, ſed ſoli Deo. At ſacerdotes monere debent, quemadmodum oporteat Deo ſatisfieri. Sed ex qua tripode hauriunt

Deo non poſſumus ſatisfacere pro peccato.

Pœnitentia poteſt eſſe, ſine confeſſione.

iſta Sacerdotes? Habent claues, inquient. Fateor. Verùm non in eo ſita eſt vis clauium. Tamen oportet, inquiunt, ſcienter agere. Audio. Sed ſi pendeam ab horum ſcientia, quãdo tandem poſſum eſſe animo pacato? Lutherus alicubi appellat hoc genus Confeſſionis, Negotium ambulans in tenebris. Certè, qui putat ſe iſtis ioepriis poſſe ſatisfacere iræ Dei, leuirer cogitat de peccato. Chriſtus non ita abſoluit peccatorem. *Fides tua*, inquit, *te ſaluum fecit. Vade, noli amplius peccare. Hodie mecum eris in paradiſo*. Et publicanus, *Deus propitius eſto mihi peccatori*. Petrus deflet peccatum ſuum, & Ambroſius air, lacrymas Petri video, ſatisfactionem non video. Cur illi non iſta potius citant, quàm ſua ſomnia?

De condonatione culpæ & pœna.

B Sed aiunt Deum ex ſua miſericordia velle remittere culpam, ex iuſtitia tamen velle ſupplicium ſumere de peccato. Ita enim peccatum Dauidis tranſtulit. Tamen ille peccatum ſuum noo tulit inultum. Iſtæ autem pœnæ poſſunt vel remitti, vel condonari. Itaque, inquiũt, claues datæ ſunt Eccleſiæ. Hìc multa dicunt: primùm, condonato peccato, tamen pœnas non ſemper cõdonari. Atque id quidem rectè dicunt. In proximo gradu addũt, eas pœnas poſſe mitigari. Id quoque non omnino malè. At quod hoc in clauium poteſtate, & Sacerdotum iudicio conſtituunt, id non eſt per gradus deſcendere, ſed præcipitare. Id enim Dei munus eſt, non Preſbyteri. Nec pœna ea eſt, quæ ita ſumitur, ſed diſciplina quædam, & caſtigatio. C Deus enim vult noſtram hebetudinem huiuſmodi ſtimulis exerceri: quæ & nobis correctione, & aliis exemplo proſint, & teſtentur Deum odiſſe peccata. At iſtæ ipſæ pœnæ, quæcunque ſunt, poſſunt precibus mitigari. Fateor. Sed, cur à vobis remittitur ad veſtras claues? Nam preces communes ſunt omnium. Vos autem claues ad vos ſolos retrahitis, eaſque poſtea pretio venditis. Et quomodo ſunt iſtæ partes pœnitentiæ, cum ea ſine iſtis partibus plena ſit? Nam ſi quis moribundus, etiam in extremo ſpiritu agat pœnitentiam, eum abſoloitis, cùm tamen ibi nulla ſit ſatisfactio.

Pœnitentia an ſit integra abſque ſatisfactione.

Sed eſt, inquies, ſatisfactio pars pœnitentiæ integralis. ita, vt homo ſine brachio, crure, homo quidem eſt, etſi integer non ſit: ita ſine ſatisfactione eſſe quidem pœnitentiam, ſed eam tamen non eſſe integram. Deinde, eum D qui ita moriatur, habere in animo & propoſito, vtque iſti loquuntur, io intentione, ſi vixerit, velle ſatisfacere. Quod aiunt, pœnitentiam eiuſmodi mutilam tantùm eſſe & inchoatam, pluris ſua ſacramenta faciunt, quàm Chriſti. Nam Chriſtus nuſquam exegit ſatisfactionem, vt neque Samuel hoc loco. Sed iſti purgatorium nobis pepeterunt, & indulgentias, res vix anicularum lucubratione ſatis dignas. Verùm hoc mihi reſpondeant, iſta quæ imponunt hominibus, bonæne ſint, an mala? Si mala, non poſſunt ſatisfacere. Si bona, debent ea facere, atque ita ne ſic quidem poſſunt ſatisfacere. Deinde, hoc ſcire velim, ſintne ea ex nobis, an ex Deo? Ex nobis non dicent. Si ſunt ex Deo, quomodo illi poſſu-

A mus ſatisfacere ex alieno? Ad hæc Scriptura vniuerſa vbique teſtatur, hominem iuſtificari, oon ex operibus, ſed ex fide. Sed iſti ita inſaniunt, vt plus illis ſuis operibus, cum imponuntur à Sacerdote, tribuant, quàm cùm imperantur à Deo. Nam in huiuſmodi operibus duplex, inquiunt, eſt bonitas: primùm, quòd natura ſua ſint bona, deinde quod pendeant à clauibus. Atque idcirco aiunt, eos, qui breues ſatisfactiones imponunt, malè conſulere confitentibus. Non enim æquè valere opera bona ſimplicia, atque ſi cum clauium virtute coniungantur. Hoc quid aliud eſt, quam idolum excitare, & ſibi plus tribuere quàm Deo? Sed ſatis oſtendunt ſe non legiſſe Scripturas. Nam Ioannes ait, *Scribo vobis filioli: quia deleta ſunt peccata veſtra propter ipſum. Et ille eſt propitiatio pro peccatis noſtris*. Et Eſaias: *Deus poſuit in eo peccata omnium noſtrum*. Et Petrus, *Portauit peccata noſtra in corpore ſuo ſuper lignum*. Et Eſaias rurſus, *Abſque argento redimemini*: Et rurſus, *Ego ſum, ego ſum, qui deleo iniquitates veſtras propter me*. Paulus etiam toties clamat, *Nos iuſtificatos eſſe gratia ſine operibus*. Samuel quoqoe hoc loco ait, Deum ſeruaturum eſſe populum ſuum *propter nomen ſuum*. Et Petrus in Actis ait, Omnes prophetas teſtimonium ferre Chriſto, quod quicunque credant in nomine eius, habituri ſint remiſſionem peccatorum. Deinde Deus dicitur oblioiſci peccatorum noſtrorum, ea poſt tergum abiicere, & proiicere in profundum mare. At iſti dicunt pœnam aliquam ſupereſſe, quæ remitti debeat virtute clauium. Sed Auguſtinus in Pſalmum 31. multò melius. Quid, inquit, eſt tegere peccatum, niſi nolle aduertere? Quid eſt nolle aduertere, niſi nolle animaduertere? Deinde Scipturæ appellant Chriſtum ἀντίλυτρον, & ἀπολύτρωσιν pro peccato. Atque hoc eſt remittere peccatum. Retinere aotem eſt illod inſcribere in ſilice, coniicere in ſaccum, colligare in faſciculum.

Satiſfactiones Papiſtæ aduerſantur Scripturis.

Deinde in veteri teſtamento ſacrificia quidem erant pro peccato: opera autem nulla pro peccato imponebantur. Sacrificia autem illa adumbrabant Chriſtum, & homines ad illum ſolum remittebant. Sed dicent hanc rationem ſatisfactionum ſemper fuiſſe in Eccleſia. Fateor. Et id vnde fuerit, paucis dicam. Primis illis temporibus, ſi quis Eccleſiam offendiſſet, & aliquod deſignaſſet ex illis peccatis, de quibus Paulus ait, *Qui talia faciunt, non habent partem in regno Dei*, is non antè recipiebatur ad communionem, & ſocietatem fidelium, quàm ſatisfeciſſet Eccleſiæ. Nam quia multi ſimulabant ſe reſipuiſſe, & falsò teſtabantur ſe odiſſe peccata, idcirco volebant, certa ſigna edi pœnitentiæ, preces, ieiunia, lacrymas, eleemoſynas: vt Eccleſia ſciret, eos ſyncerè atque ex animo agere. Interim fas erat illis intereſſe precibus, audire verbum Dei, & conciones. At cùm ad communionem peruentum eſſet, iubebantur exire foras. Poſt cùm fidem feciſſent ſuæ pœnitentiæ, recipiebantur ab Epiſcopo in gratiam, & admittebantur ad Euchariſtiam. Hæc fuit ratio ſatisfactionis apud patres. Apud

Satiſfactionum origo.

iſtos autem omnia contra fiunt. Illi neminem recipiebant in gratiam ſine ſignis pœnitentiæ. Iſti verò prius abſoluunt, poſt iubent ſatisfacere. Ita illa ſatisfactio nihil aliud erat, quàm approbatio ſui apud Eccleſiam. Specimen huius rei extat apud Paulum in 7. cap. poſterioris ad Corinth. Grauiter increpuerat eos Paulus, quod hominem inceſtum non excommunicaſſent, eam reprehenſionem ſequutus eſt magnus fructus. Itaque ſcribit ad eos, illam pœnitentiam ſibi non diſplicere: ſed ſe in illis animaduertiſſe ſedulitatem, zelum, timorem, ἀπολογίαν. Eam vocem noſtri reddiderunt ſatisfactionem. Approbat enim Paulus illorum ſtudium, & ait ſibi eſſe ſatisfactum. Ad huoc modum loquitur Auguſtinus 56. cap. ad Laurentium, & Cyprianus paſſim. Sed id offendit, quod Patres interdum aiunt, hoc pacto ſatisfieri Deo. Verùm illi, cùm hoc dicunt, non id volunt, compenſari hoc pacto, quantum peccatum ſit: ſed potius peccatorem ſe approbare Deo. Vt ſi quis offendat alium, & poſtea agnoſcat peccatum ſuum, & illi ſeſe offerat; alter dicet, ſibi eſſe ſatisfactum. Nihil aliud ſibi voluerunt patres, cum iſta ſcriberent. Ita Daniel iubet Nabuchadnezarum regem eleemoſynis redimere peccata ſua, hoc eſt, quod per vim eripuiſſet, reddere; vtque antea ſpoliauerat populum, ita nunc illis viciſſim benefacere.

Hactenus belluæ illius verba, quæ partim quidem mendaciis contexta ſunt, partim hæreſibus ſcatent, impoſtura verò atque calumnia omnem fidem ſuperant. Sic prorſus, vt in primo limine hæream, incertus quid primum aggrediar. Viſum eſt tamen minore negotio rem confici poſſe, ſi prius illum mendaciis, quibus tanquam armis Vulcaniis confidit, denudauero. Nam ſi veritatis telis pateat, impetum ferre non poterit: mox argumentationes eius velut inertes aranearum telas diſcindemus.

Confutatio ſuperioris tractatus Vermilij de ſatiſfactione.

Refellitur. Vermilij mendacium.

ORDIAMVR ab initio. Principio igitur ait, Samoelem populum abſoluere. Id verò mendacij quis non arguat? Nam primò quidem, veteres illi ſynagogæ adminiſtri nullam remittendi peccata poteſtatem acceperant: ſed ſacrificia duntaxat, quæ lege præſcripta erant, offerebant, eorum nomine, qui ſe reos profiterentur: abſolutionis autem beneficio neminem impertiebant. Deinde, etſi vel ea ratione abſoluere ſecundùm quandam analogiam dici poſſent, non tamen Samuel: non enim Sacerdos is fuit, ſed vnus de grege Leuitarum. At propheta fuit: prophetis autem videtur id muneris aliquando conceſſum fuiſſe, vt pœnitentes abſoluerent. Videtur enim Nathan Danidem regem è reis exemiſſe, cùm diceret 2. Reg. cap. 12. *Tranſlatum eſt peccatum tuum.* Eſto id factum aliquando fuerit: numeretur etiam Gad ex eiuſdem libri cap. 24. non

Samuel populum non abſoluit.

A debuit tamen, quod à nonnullis prophetis tanquam nunciis rariſſimè, & extra ordinem vſurpatum eſt, ſic in exemplum trahi, vt pariter omnes feciſſe credantur. Nam de his quidem, quid renuntiarint, Scriptura commemorat: at de Samuele, quod ad criminis abſolutionem attinet, altiſſimum ſeruat ſilentium. Quod ſi illorum exempla eatenus valerent, vt paria de Samuele ſentire liceret, non ſine ſatisfactione populum ſcelere ſoluiſſe probaremus: ſi quidem neuter eorum, quos in exemplum adduximus, id facere prætermiſit. Verùm hoc ſatis refutato mendacio ad aliud ſimiliter accedamus.

2. Vermilij mendacium.

Erit igitur illud ſecundum grauiſſimumque B mendacium, quod refellere aggrediemur, quo ſimplicium innocentiæ ſeu potius inſcitiæ perſuaſum eſſe voluit, vniuerſam Scripturam vbique teſtari, hominem iuſtificari non ex operibus, ſed ex fide. Vniuerſam enim inquit Scripturam, & quidem vbique. Audacter planè. Nam qui vniuerſam Scripturam aſſerit, nullam non partem complectitur: & qui vbique aliud aſſeuerari confirmat, nullum contrariæ ſententiæ locum relinquit. (Nam contrarias vtique ſententias opinatur, quarum putat alteram ab altera excludi: nos verò, etſi non admodum verbis, ſenſu tamen coniunctiſſimas.) Ergóne nihil reperietur in tota, quæ ampliſſi- C ma eſt, regione Scripturarum, quod videatur cum hoc effato pugnare? Quid ſi totidem penè verbis, immutato duntaxat ordine, contrarium aſſeri demonſtremus?

Exclamet Melicerta periſſe

frontem de rebus. Atqui Iacobus ait Epiſtolæ cap. 2. *Videtis quoniam ex operibus iuſtificatur homo: & non ex fide tantùm.* Hæc ille. Ex quibus Pſeudomartyr, architectus mendacij manifeſtè deprehenditur. Idque ad victoriam nobis ſufficere poterat, ſi non ex aliis pluribus Scripturæ locis trophæum mihi parare ſtatuiſſem.

Homo ex operibus iuſtificatur.

S. Cæſarius, Arelatenſis olim Archiepiſcopus, Homil. 38. modos duodecim deſcribit impetrandæ veniæ, in quibus, ne ſemel quidem fidei meminit. Et quidem, Prima eſt, inquit, remiſſio peccatorum, qua baptizamur in aqua, ſecundum illud quod ſcriptum eſt: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, non poteſt vide-* D *re regnum Dei.* Secunda remiſſio eſt charitatis affectus, vt eſt illud: *Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multùm.* Tertia remiſſio eſt eleemoſynarum fructus, ſecundùm hoc: *Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemoſyna extinguit peccatum.* Quarta remiſſio profuſio lacrymarum, Domino dicente: *Quia fleuit in conſpectu meo, & ambulauit coram me triſtis, non inducam malum in diebus eius.* Quinta remiſſio eſt criminum confeſſio, Pſalmiſta atteſtante: *Dixi, confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei.* Sexta remiſſio eſt afflictio cordis & corporis, Apoſtolo conſolante: *Dedi huiuſmodi hominem Satanæ, in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus fiat in die Domini noſtri Ieſu Chriſti.* Septima remiſſio eſt emendatio morum, hoc eſt abrenuntiatio vitiorum, Euangeliſta teſtante: *Iam ſanus factus es, noli vltra*

S. Cæſarius. Modi 12. impetrandæ veniæ.

Ioann. 3.

Lucæ 7.

Eccleſ. 3.

3. Reg. 21.

Pſalmo 31.

1. ad Cor. 5

Ioann. 5.

peccare: ne quid tibi deterius contingat. Octaua remiſſio eſt interceſſio Sanctorum, vt eſt illud: *Si quis infirmatur, inducat Presbyteros Eccleſiæ, & orent pro eo.* Et, *Multùm valet apud Dominum, oratio iuſti aſſidua.* Nona remiſſio eſt miſericordia, ſecundum hoc: *Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.* Decima remiſſio eſt ſalus aliorum, Iacobo Apoſtolo affirmante: *Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſaluabit animam eius à morte, & cooperiet multitudinem peccatorum.* Vndecima remiſſio eſt, indulgentia & noſtra remiſsio, veritate promittente: *Dimittite, & dimittetur vobis.* Duodecima remiſſio eſt, paſsio Martyrij, ſpes vnica ſalutis & indulgentiæ, etiam latroni cruento, reſpondente Domino: *Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiſo.* Hactenus S. Cæſarius: qui videri poteſt diuinitus afflatus, Vermilij dementiam longè antè damnaſſe. Verùm præter hæc omnia, illud quo tandem loco reponemus, quod ait Dominus, *Quorum remiſeritis peccata remittuntur eis?* Num etiam tum fide remitti contendet? qua fide? illiuſne qui veniam accipit? At certè Apoſtoli tum ſoluere non dicerentur, cùm illi quidem nihil conferrent, ſed ipſe potius ſua fide ſe laqueis expediret. An igitur Apoſtolorum? At nemo aliena fide redimitur. Oportet igitur, cùm ſit in vtriſque fides, ea authoritate, quæ in ſolis Apoſtolis reſidet, reum criminis abſolui.

Iacob. 5. Matth. 5. Iacobi 5. Lucæ 23.

3 Mendacium.

Tertium illius mendacium his verbis continetur: Quis enim ſatisfacere Deo tantum poteſt, quantũ ſit ſatis pro peccato?] Hanc enim videri vult eſſe noſtram de ſatisfactione ſententiam; tanquam arbitremur humanis operibus ex æquo Deo ſatisfieri poſſe. Quod tamen eſt falſiſsimum. Quid igitur docet Eccleſia? Iniuriam culpæ gratis à Deo condonari, virtute ſacramenti, Sacerdotis miniſterio: à Sacerdote pro accepta poteſtate, ſiue autoritate clauium, mulctam imponi, quantam pœnitenti vtilem fore iudicet. Vt enim amphiſbæna ſerpens duplici capite venenum ſpargit: ita & peccatum gemino vulnere hominem ſauciat. Nam & Deum afficit iniuria, cuius in contumeliam illud redundat: & eundem ipſum, qui ſcelero polluitur, turpitudine, quæ à libidine, petulantia, ſiue etiam audacia proficiſcitur, fœdat. Et quidem quod ad Dei iniuriam attinet, nulla ſatisfactione compenſari poteſt, neque vllo pretio eiuſdem gratia redimi: quare gratis condonatur, & remittitur. Sed turpificati animi deprauatio & fœditas, ſicuti finita eſt & certa, ita certis ac definitis pœnis vindicari poteſt. Illa porrò triplici genere continetur. Aut enim ſolo animo facinus ſuſcepimus: aut in luxu atque libidine bacchati ſumus: aut certè res alienas inuitis dominis attrectauimus. Quòd ſi igitur peccatum intra voluntatem ſteterit, pro mala cogitatione poterit bona cogitatio reponi, gula & voluptas arctiori ieiunio coërceri, furtum & rapina reſtitutione atque eleemoſynis multari. Non enim iam quæritur, vt Deo, quantum ſatis ſit, ob acceptam iniuriam reponatur: ſed vt, quod iuſtum eſt, malum ipſum quantum eſt, etiamſi nulla

Satisfieri poteſt pro peccato.

A Dei ratio habeatur, vindicetur. Nam ſi Deum à rebus noſtris animò abſtrahas, nec eius offenſam conſideres, ſolam autem rationem in iudicium aduoces, adhuc tamen ſceleris peccatum argues, & dignum ſupplicio pronuntiabis, non tamen immenſo illo atque infinito, cùm actionem ipſam, quæ in crimen vocatur, ſuis finibus circunſcriptam videas: ſed parem ſtatues delicto pœnam, eamque ſatis eſſe iubebis. Hæc igitur illa iuſtitia eſt, cui nos ſatisfactionem deſtinamus, quatenos debitas peccato pœnas exolui confidimus, haud aliter, quàm ſi primùm Deus indulſerit, & ſatisfaciendi ſtudium diligentiámque acceptam habere decreuerit, vti ſexcentis Scripturarum locis eſt pollicitus. Verùm paucis quæ dicenda

B fuerant, breuiter concludamus, atque illud in primis, ſi quis numen violauerit, quod ad culpam attinet, nullam è pacto talionem eſſe. Secundum hominem loquor, inquit Apoſtolus: Deinde, nullum opus ad ſatisfaciendum valere, niſi prius culpæ venia facta ſit: non enim antè gratia reſtituitur, quàm peccati labes deleta ſit, ſine gratia verò nihil Deo gratum acceptumve eſſe poteſt. Denique ſuſceptum pœnitentiæ laborem, non aliunde ad ſatisfactionem proficere, quàm ex diuina clementia: quæ poſtquam certas leges luendæ malitiæ dedit, iure vtique videmur ex legibus & promiſsis Deum poſſe conuenire. Quis enim iuſtum eſſe neget, ſi leges ſuas ſeruet, & promiſſa compleat? At quæris quo Scripturæ loco eas inſcriptas ha-

C beamus. Longum eſſet ire per ſingula, vnum demonſtraſſe ſufficiat. *Quorum*, inquit, *remiſeritis peccata, remittuntur eis*, &c. Et Paulus 2. ad Cor. 2. teſtatur, ſe accepta autoritate in perſona Chriſti inceſtuoſũ Satanæ tradidiſſe, & poſtea eidem reſipiſcenti condonaſſe, ne triſtitia abſorberetur.

Quartum expendamus, quo fingit, idcirco eum, quem delicti pœnitet, apud nos Sacerdotem adire, vt ab illo diſcat, quid, & quantùm debeat reſtituere. Sic ille. Qui reſtituere opinor poſuit, pro eo quod eſt ſatisfacere, ne homo diſertus ſæpius eandem vocem repeteret, minus tamen commodè. Nam *reſtituere* potius ad damnum pertinet, *ſatisfacere* ad iniuriam. Vnde & rerum dicitur fieri reſtitutio, ſatisfactio iniuriæ. Verùm nulla mihi cum illo de verbis controuerſia eſt, de re tantùm altercamur: quã-

D quam id quoque profuerit annotaſſe. Reſtitutio enim à Sacerdote doceri debet, ſi fortè is, qui ſibi furti conſcius eſt, hoc ignorare videatur: at ſatisfactio imperatur, & de Sacerdotis arbitrio pendet, non autem reſtitutio, quæ diuino iure præcepta eſt, nec valet ab homine relaxari. In hoc itaque bifariam mentitum eſſe apparet. Primùm, quòd peccatorem idcirco ad Sacerdotem allegari ſcribit, vt diſcat quî ſatisfaciat: non enim vt diſcat tantùm, Sacerdotis genibus aduoluitur: ſed magis vt ab eodem legem accipiat, cui ſponte obtemperet. Deinde, quòd Sacerdotem referat, ex ſententia Eccleſiæ Catholicæ docere, quanti Dei offenſa redimatur. Nẽ enim hoc tradit Eccleſia, neque opus eſt: ſed Dominum ligandi ſoluen-

4 Mendacium.

Imperandæ ſatisfactionis ratio ab autoritate pendet.

dique poteſtatem feciſſe, id quod negare non A poteſt. Vt verò Sacerdos poſſit iure agere, non vtique neceſſe eſt vt liqueat, aut exploret, quãtum ſupplicij ab vnoquoque diuina iuſtitia expetat: ſed ſatis eſt, ſi autoritate, qua pollet, vtatur, & culpam ſoluat, & pœnæ, cui volet, pro ſatisfactione ſubiiciat. Quę quoniam cùm grauior, & æquo proxima olim imponeretur, viſa eſt frigidiuſculos à pœnitentia poſſe deterrere, idcirco leues quidem nunc communi Eccleſiæ conſilio multæ irrogantur: ſed diuino examini, quod ad iuſtam pœnam attinet, relinquuntur, ne fortè iuſta ac ſeuera retentio ſiue ligatio, imbecilliorum ſaluti obſtet, aut eorundem pœnitentiam remoretur. Ex his intelliges, ſecus quàm fingit Vermilius, *ſatisfactionem* non eſſe B pœnæ Deo debitæ meritæque exæquationem, ſed mulctam à Sacerdote impoſitam, quam, fretus beneficio meritorum Chriſti, tantum valere iubet, quantum ſatis ſit ad exhauriendas peccatorum fæces, & ſcelerum vltionem reſtinguendam. Illud tamen hoc tempore, quoad minores Sacerdotes attinet, tantum valere iudicatur, quantum diuinæ iuſtitiæ videbitur: quoniam abſoluta illa etiam à pœnis liberandi facultas, ſolius Pontificis cognitioni iam olim ſeruata eſt, ne prolixior indulgentia proiectæ licentiæ frenos relaxaret.

5. Mendacium. Quintum mendacium eſt, cùm aſſerit, Nectarium Conſtantinop. Epiſcopum ſuo tempore confeſſionem abrogaſſe, & eiuſdem ſceleris labe Sanctiſſ. virum eius ſucceſſorem, Ioannem Chryſoſtomum aſpergit. Tametſi C enim par facinus in eundem Nectarium Socrates & Sozomenus conferunt, non tamen idcirco ficta pro veris obiicere debuit; cùm noſſet vtrumque fuiſſe hæreticum, & quidem ex ea ſecta, cui non aliter fauere poterant, quàm ſi pœnitentiæ detraherent. Erant enim ambo Nouatiani. Chryſoſtomum certè neuter eorum tanti criminis conſcium facit. Cæterùm hanc calumniam ſatis ſuperque refutauit Cardinalis Baronius Annal. Eccleſ. Tomo 1. ad Annum Chriſti 56. à Numero 26. & deinceps. Quare ad alia tranſeamus.

Socrates l. 6. cap. 19. Sozomenus l. 7. c. 16.

6. Mendacium. Sextum mendacium eſt, nos claues vendere, hoc eſt, peccatorum remiſſionem pretio D paciſci, quo nihil dici potuit impudentius. Nam & ſi quid emolumenti ad alendam vitam inde in tenuiores Sacerdotes redundet, pars tamen maxima eorum qui confeſsiones audiunt, nullo lucro augentur. Iam verò, qui, quod ſponte offertur, benignè ſuſcipiunt, qui magis quàm Apoſtoli reprehendendi ſunt, quos voluit Dominus eorum, quibus ſpiritualia impertirent, temporalibus commodis ſuſtentari? Nunquid qui Euangelio ſeruit, non debet de Euangelio viuere, vt inquit Apoſtolus? In antiqua lege ſcriptum erat: *Sacerdotes peccata populi comedent.* Sed enim ipſe idem Vermilius, & reliqua Miniſtrorum cohors, qua ſibi arte victum quæritant? Neque enim eorundem libidini ſatisfacere diutius potuit præda Eccleſiarum. Porrò ſatisfactio, ſi quando pecunia æſtimetur, mulcta non cedit in Sacerdotis commodum, ſed pauperibus erogatur, aut ad alios A pios vſus transfertur, quos vel ſacerdos decreuerit, vel pœnitens ſuo arbitratu elegerit. Quemadmodum igitur ſi quis Iudex ſontem pecunia multet, non propterea ſententiam vẽdere dicendus eſt, cùm nihil ex ea percipiat: ita ne Sacerdos quidem, cùm imperatæ erogationis nullam partem in ſe deriuet. Iam ſex mendacia, opinor, enumerauimus: ſed non intra eum numerum furor hominis ſtetit: adhuc ſeptimum ſpirat, ne Hydra leuius portentum haberetur, quæ totidem capitibus in Herculem fertur inuaſiſſe. Nos igitur etiam hoc poſtremum intentata face veritatis ſuffocemus.

Septimum mendacium ad hunc modum ſe habet. Quærit, quibus tandem operibus Deo ſatisfaciamus. Nam ſi mala ſint, nequaquam B fore vtilia arbitratur: ſi bona, noſtra minimè dicturos. Si ſunt ex Deo, quomodo illi poſſumus ſatisfacere ex alieno? Noſtra nos inquit minimè dicturos, ſi bona ſint. Cur tandem? An noſtrum quiſquam veretur ſuum caput dicere quod ceruice geſtat, tametſi illud, ſi naturam ſpectes, bonum ſit? An quiſquam ſuam voluntatem eſſe negat qua præditus eſt? Circa opus, inquis, & non circa naturam quæſtionis cardo verſatur. Quid tum? Num propterea motus ipſe, actio, & conatus qui à voluntate procedit, quia bonus eſt, non meus eſt? Eleemoſynam largior. Hanc voluntas mea imperat; manus porrigit, & quidem de meo. Quis neget meum eſſe? At ex Deo ſunt hæc omnia. Et propterea etiam mea ſunt: quia cum illius verè ſint, ea me C habere voluit, mihi illa donauit, atque ita mei iuris eſſe cœperunt. Nam ſi propter quod aliquid ex Deo eſt, cuiuſuis alterius eſſe negandum eſt: ne nos quidem noſtri eſſe poſſumus, quod tamen meritò eſſe dicimur abſque creatoris iniuria. Ius enim illius cùm infinitum ſit, & alterius planè ordinis: neque hominum iuri præiudicat, neque ab eodem circunſcribitur. At *Deus operatur noſtra in nobis*, vt docet Propheta. Eſto. Qua tandem ratione? Num ſine nobis? An potius voluntatem impellendo; intellectum inſtruendo, & reliquas animæ vires modo naturæ conuenienti ad actum deducendo? Id ſi verum eſt, quicquid inde operis D educet, mea actio erit, cùm ſit propriæ voluntatis motus, aut etiam alterius potentiæ quæ me contingit. Siue igitur Deus non alium quã naturalem impetum ad actionem adhibeat, ſiue diuiniore quadam ratione, collatæ gratiæ beneficio, actum ex me eliciat, ſemper opus meum erit, haud aliter quàm qui ab aliis trahuntur proprium ipſi curſum conficiunt. Porrò eo magis bona opera noſtra cenſeri debent, quo certius eſt abſque noſtra voluntate talia eſſe non poſſe.

7. Mendacium. Bona opera, noſtra eſſe poſſunt.

Quòd ſi iuris aliquid penes nos in opus proprium manet, eodem vti poſſumus, ac per illud præmium à Deo paciſci. Bona quædam me poſsidere Deus voluit, pecunia auxit, annona locupletauit, his me vti pro arbitrio, citra luxum tamen & arrogantiam permiſit. At poſtquam benefactorem meum offendi, & leges eius violaui, tametſi ille mihi conceſſam olim benedictionem non eripuit, fraudabo tamen

geuium

genium meum: alteri cõferam quod illi proſit: & voluntaria caſtigatione in meipſum animaduertam. Sic eum placabo, & eorum, quæ perperã admiſſa ſunt, pœnitentia atque dolore me affici probabo. Suot tameo illius bona qoæ largiris, inquit Vermil. quidni ſient? Sed hoc attende, ne mecum Deo conferas, ſed tantùm cũ homine. Nam pauperi, cuius in manũ me præbẽte, res mea data eſt, iuris in eam nihil fuit: ad me autem verè pertinebat, vel te iudice, ſi me cum eo cõpares: & tamen eam quæ mea eſſet, Dei amore incenſus egeno contuli, & tantundem de meo iure deceſſi. Nam cùm frui prius liceret, non vltra licebit: ſed in aliom poſſeſſioue trãſlata, ad eius arbitrium inſumetur. Atqui, dicet Vermilius, illa nihil ad Deum pertinent: non enim Deus, ſed homo beneficium accipit. Verum quidem eſt. Sed idem ipſe quid ait? nimirum, quæ ſois impertita foerint, tanquam in ſeipſum collata, ſic pariter habitorum, nec dũtaxat, verumetiam ſe remuoeraturum recepit. Cæterùm quod de anoona prius dictum eſt, idẽ quoque de animo, & tota ea potestate quam in corpus accepimus, intelligendum eſt. Nã corpori cum poſſis parcere, ſi potius caſtigare ſtudeas, ſi ieiuoio maceres, ſi cilicio conteras: & animus, cùm poſſit multarum rerũ ſtudio oblectari, & ex variis aucupari lætitiam: ſi reliqois valere iuſſis, totis viribus in Deom feratur, oon eſt dubium, quin tametſi Deum nullo pacto ditare queas, propriæ tameo libertati atque voluptati plurimùm detrahas: quod cùm diuini numinis cauſa facias, fieri oon poteſt, quin ab eo pœnarum, quas commeritus es, relaxationem conſequaris, maximè, ſi hæc tum moliare, poſtquam culpa ſoluta eſt, & gratia io priſtinum ſtatum reſtituta. Verumenimuero in exoluenda pœna, non tam quid Deo accedat ſpectandum eſt, quàm quid tibi decedat. Nam ne ſi ipſe quidem cumulatius vlciſcatur, emolumẽti quicquam ex ruioa percipiet: ſed homo tãtùm grauioribus incommodis afficietur: quæ leuari poſſe patiendi alacritate ac promptitudine minimè negandum eſt. Negat tameo Vermilius, &, quo magis veritatem labefactet, veteribus dolis nouas fraudes attexit.

8 Mendacium.

In veteri, inquit, teſtamento fuerunt quidẽ ſacrificia pro peccato, nulla tamen opera impoſita. Non legerat ſcilicet Exodi c.22. io quo is, qui bouem abegiſſet, quinqoe reſtituere cogitur, & ſimilia multa, quæ eodem capite à Deo inſtituta eſſe referuntur. At mulctæ illæ ad forenſem iuſtitiam ſpectant. Eſto. Certè Deom autorem habuerunt, & fuerũt ſupra rei ſubtractæ reſtitutionem, tãquam pœnæ loco, ſiue pro ſatis factione conſtitutæ. Sacerdotes tamẽ oollam talem mulctam dicebant. Quid tum? ne ſceleris quidem & iniuriarum quẽquam abſoluebant. Quanqoam quod attinet ad ſacrificia, quis nõ videt in eis mulctam fuiſſe impoſitam. Illa ſiquidem à Sacerdotibos offerebãtur, præbebantur autem ab iis, qui peccatum ſuũ agnoſcerent, in iis rebus, quæ nummis coëmontur. *Sacrificium* itaque *pro peccato*, qoà Chriſtum referens, culpæ ſolutionem præſignificabat: quà rei ſumptibus ſuppeditatũ, ſatisfactionis illius,

Non erat expers antiqua lex operum ſatisfactionis.

quæ à pœnitente exigitur, vmbrã præ ſe ferebat. Sed quid ego laboro, cùm leges ipſæ, quæ de ſacrificiis ſcriptæ ſunt, ſatisfactionem manifeſtè prædicent? Verba ipſa referam, ne cui fortè deinceps Vermilius imponat. Leuit. c.6. *Locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens: Anima quæ peccauerit, & contempto Domino negauerit proximo ſuo depoſitum,* &c. *Conuicta delicti, reddet omnia quæ per fraudem voluit obtinere, integra, & quintam inſuper partem Domino, cui damnum intulerat. Pro peccato autem ſuo offeret arietem immaculatum de grege, & dabit eum Sacerdoti, iuxta æſtimationem, menſurámque delicti: qui rogabit pro eo coram Domino, & dimittetur illi pro ſingulis quæ faciendo peccauit.* Iam verò illa ſacrificia, ſeu potius hoſtiæ ad ſacrificium, quæ à puerpera & leproſo iam muodatis præberi iubentur, quid niſi ſatisfactionis opera repræſentant? Nam pro peccato quidem illas offerre iubentur, Leuit. 12. & 14. Sic tamen, vt non prius offerant, quàm mundati purgatique ſint. Verùm de Scripturis hactenus.

9. Mendacium.

Poſt tentatas Scripturas, etiam io Patres Vermilius inuehitur, atque in primis S. Ambroſiũ, quem per ſummam iniuriam tollendæ ſatisfactionis autorẽ facit. Ambroſius, inquit, in Lucæ c.22. Lacrymas, ait, Petri video, ſatisfactionẽ non video. Cur igitur illi noo iſta potios citant quàm ſua ſomnia? At eo loco, lector, quid ipſũ nomen ſatisfactionis ſignificet, qoóve ſenſu accipi debeat, eodẽ S. Ambroſio interprete planè cognoſces, ſi reliqua, quæ ad eandem ſententiã pertinent, adiungamos. *Neſcio quid dicas.* Reſpõſio Petri eſt ex Euangelio, qoã ſic interpretatur Ambroſius. Hoc eſt, ſacrilegia veſtra neſcio. Sed nos excuſamus, Dominus ipſe non excuſauit. Et de Petro: maluit ipſe ſuũ accuſare peccatũ, vt iuſtificaretur fatendo, quàm grauaretur negãdo. *Iuſtus enim in principio accuſator eſt ſui,* & ideo fleuit. Ac deinceps, Petrus doluit, & fleoit, quia errauit vt homo. Non inuenio quid dixerit, inoenio quòd fleuerit. Lacrymas eius lego, ſatisfactionem non lego. Sed quod defendi nõ poteſt, ablui poteſt. Hæc S. Ambroſius. Ex quibus perſpicuum eſt, in qua ſignificatione eam vocem acceperit, nimirùm qua Latini nonnũquã vti ſolent, atque in primis Tullios, pro excuſatione ſiue purgatione; cùm ſcilicet id quod obiicitur, aut factũ negamus, aut ratione defendimus, aut interpretatione aliqua excuſamus. Cicero in Epiſtolis: Hîc tu me etiam inſimulas, nec ſatisfactionem meã accipis.] Nam cũ Petri reſponſio nũ ſatis apertè Chriſtum negaret, ſed eſſet nonnullis verborum ambagibus inuoluta, videbatur, vt idẽ facit Ambroſius, adhibita interpretatione poſſe excuſari. Noo tulit tamẽ Petrus, cùm ſciret ſibi com Deo rem eſſe, quem nihil eorum latere poſſet, quæ vel ſola mente agitaſſet: Sed fleuit, inquit, quæ defendere non potuit, & ſe reum confeſſus eſt. Nam lacrymas lego, ſatisfactionem non lego. Ad ſatisfactionem autem, quam Vermilius mendaciorum cuniculis ſubruere conatur, poſteriora illa pertinere videntur, quæ mox idem S. ſobiicit. Si in aliquo fortaſſe laberis: quia ſecretorum tuorum aſſiſtit teſtis: reſpicit vt recorderis, & fatearis errorem. Imitare Pe-

S. Ambroſ.

Prouerb. 18

Satisfactio quo ſenſu nonnunquã accipitur.

Satisfactionem docens Patres.

Petrum alibi dicentem tertiò: *Domine, tu ſcis quia diligo te.* Etenim quia tertiò negauerat, tertiò confitetur. Sed negauit iu nocte, confitetur in die. Hactenus S. Ambroſius, quem petere inſidiis, atque in ſuam ſententiam pertrahere fruſtrà tentauit Vermilius.

At pergit artifex callidus comparandarum calumoiarum, eriam iniuſtè vexare Cyprianum & Aoguſtinũ, doo firmiſſima noſtræ fidei propugnacula, nec eſt reuetitus, quos vindices noſſet Catholicæ veritatis, eoſdem perfidiæ ſuæ teſtes laudare. Fingit autem eos non aliam ſatiſfactionem admittere, quàm quæ Eccleſiæ ſatisfaciat, & hominẽ verè & ex animo reſipuiſſe palàm oſtendat; quæ verò ad ſupplicij viın deprecandam adhibeatur, nullam admittere. Hoc B porrò ea confidentia facit, ea arte tractat, vt qui eorundem patrum dictata non euoluerint, facilè perſuadeantur, in eam ſententiam aliquando conueniſſe. Tametſi nihil eſt quod tam à veritate diſcrepet quàm hæc Vermilij ſycophantia. Neque longa videtur opos apologia, vt eam ſuſpicionem à patribus dimoueamus: ſatis enim vno aur altero teſtimooio relstionẽ

S. Cyprian. Vermilij falſi coarguemus. Cyprianus enim Epiſt. 14. l. 3. Hæc, ioquir, qui ſubtrahit fratribus, decipit miſeros, vt qui poſſunt, agentes pœnitentiam vetam, Deo patri miſericordi precibua & operibus ſuis ſatisfacere, ſeducantur, vt magis pereant: & qoi erigere ſe poſſent, plos ca- C

c. 58. Eſaias. dant. Idem iterum l. de Opere & Eleemoſyua: cùm Eſaias peccata eis ſua exprobrari præcepiſſet, cúmque eorum facinora pleno indignationis impetu protuliſſet, dixiſſetque, eos, nec ſi orationibus, precibus, & ieiuniis vterentut, ſatisfacere pro delictis poſſe, nec ſi in cilicio & cinere voluerentur, irã Dei poſſe leoiṭe: in nouiſſima tamẽ parte demonſtrans, ſolis eleemoſynis Deum poſſe placari, &c. remedia propitiando Deo ipſius Dei verbis data ſunt: quid deberent facere peccãtes magiſteria diuina docuerunt, operationibus iuſtis Deo ſatisfieri, miſericordiæ meritis peccata purgari. Hactenus S. Cyptianus ſeipſom à calumnia vendica-

S. Auguſt. uit. Idem S. Auguſt. facit perquamegregiè homilia vltima inter 50. c. 5. his verbis: Non enim ſufficit mores in melius commutare, & à factis malis recedere, niſi etiam de his, quæ facta ſunt, ſatisfiat Deo per pœnitentiæ dolorem, per hu- D militatis gemitum, per contriti cordis ſacrificium, cooperantibus eleemoſynis. *Beati enim miſericordes, quoniam ipſorum miſerebitur Deus.* Et

Matt. 5. in Pſal. 50. Implora miſericordiam, ſed attende iuſtitiam. Miſericordia eſt, vt ignoſcat peccanti: iuſtitia eſt, vt puniat peccatom. Quid ergo? quæris miſericordiam, peccatum impuuitũ remanebit? Reſpondeat Dauid, reſpondeant lapſi, reſpondeant cum Dauid, vt miſericordiã mereantur ſicut Dauid, & dicant: non Domine, non erit impunitom peccatum meũ. Noui iuſtitiam eius, cuius quæro miſericordiam. Non impunitum erit, ſed ideo oolo, vt tu me punias, quia ego peccatum meũ punio. Hæc S. Auguſt.

Hactenus diſſipata mendaciotum phalange, quod erat totum robur Vermiliani exercitus, profligata iam hæc, & pene ad exitum adducta

A quæſtio eſt. Nam rationes certè, cùm ſuæ cauſæ non admodum fauere intelligeret, negligere maluit. Si quæ tamen vel quaſi pertranſiens in rem ipſam argumẽta comparaſſe videri voluit, ea nos quoque paucis refellemus. Nam hominis conuitia, probra, & contumelias, in quibus bacchatur, nil moror, vt pote quæ nebulonis quidem furorem produnt, nos autem minimè ſauciant. Pœnitentiam certè ſacramentum eſſe negat, & confeſſionẽ in eius partibus poſſe oomerari. Sed hæc quemadmodum verbo negat, ita & nos affirmamus. Probatinnes in aliud tẽpus differimus, quando ne ipſe quidẽ aliod oppugnationis genus intulit præter linguæ intẽperantiam. Satisfactionẽ autem his potiſſimùm B machinis aggreditur. Si pendeam, inquit, ab horum ſcientia, quando tandem poſſum eſſe animo pacato? Dudum huios argumenti fondamentum nullum eſſe oſtendimus, cùm quartum eius mendacium refutaremus. Non enim in hac parte pendet quiſquã à Sacerdotis ſcientia, ſed autoritate. Poſtea nonnulla exempla congerit, quibos docet Chriſtum Dominum cùm aliquibus delicti veniam feciſſet, nulli tamen ſatisfactionem præſcripſiſſe, ex quo ſequi videtur, ne nos quidem vllam imperate debere. Sed in hoc videtut homo non minimè malus allucinari, quod non attenderit, Deum nequaquam iiſdem legibus neceſſariò obſequi, C quibus nos obnoxios eſſe voluit: deinde, quod non negemos, ab Eccleſiæ præſulibus ſatisfactionem maxima ex parte condonari poſſe. Zachæi porrò inter tot exempla de induſtria non meminit, quòd is à Chriſto edoctus, ſatisfactio quantum momenti hsbeat ad promerendam gratiam, opes ſuas ex æquo cum pauperibus diuiſerit, & iis, qoos aliquando ſraode circuoueniſſet, in quadruplũ reſtituerit. Sed nec Bapriſtę quidem mentionem vllam intulit: quia cùm iuberet dignos pœnitẽtiæ ſructus produci, edicebat: vt ſi qui eſcis abundarent, eſurientes reficerent, nudis autem & qui veſte indigerent, alteram è duabus runicis darent: ſed cùm hæc Vermil. obſcurè tuliſſet, & aſtutè diſſimulaſſet, diſputationem ipſam facetiis ludit. Nam ſi mala, inquit, opera fuerint, ea ſcilicet quæ ſatisfactioni deſtinantut, non ſatisfaciẽt: ſi booa, debentur: ergo ne tum quidẽ ſatisfacient. Imò D quia debentur Vermili, idcirco, ſi ſoluantur, ſatisfacient. Debiti enim perſolutio, ſi iniuriam ſpectes, ſatisfactio eſt. Sed nec quælibet bona à nobis debentur, alioquin qooties cùm poſſumus nõ ieiunamus, aut oramus, aut cilicio corpus confricamus, grauiter peccaremus. Sed tum duntaxat debẽtur, cùm præcepta ſunt, aut neceſſitas poſtulat, vel etiam diuinæ iuſtitiæ ſeneritas exigit; quo tempore ſi fiant, quis neget debitionem exoluere? Pergit deinde: Hoc etiam ſcite velim, ſintoe ea ex oobis, an ex Deo? Sunt ab vtriſq; Vermili. Nam neque ſine Deo ieiuoare poſſumus, neque ille per ſe inediam tolerare. Nam neque Deus ieiunat, neque ſuũ corpus caſtigat, neque propriam carnẽ affligat, ſed vim mihi tribuit, ea vt velim & poſſim. Itaque cùm hæc qooque mea ſint, non cenſebor de alieno paciſci. Etſi verò totũ opus Dei eſſet,

Ioann. 21.

Reſpondetur ineptiſſimis Vermilij rationibus.

Debitorum bonorum perſolutio ſatisfactio eſt.

adhuc tamẽ ad ſatisfactionem abundè ſufficeret, ſua bona in autorem gratè refundere.

At negat præterea Vermilius, qualiacunque tandem ſint illa opera, plus valere cùm à Sacerdote imperantur, quàm ſi ſponte ſuſcipiantur. Ergóne obedientiæ rationem nullam inter virtutes habendam cenſes, quam fertur Chriſtus ab Apoſtolo dirißimæ morti prætuliſſe? Verùm, vt nihil obedientiæ ac demißioni animi tribuas, illud certè inficiari non potes, prout ligata aut ſoluta fuerint à nobis peccata, ita ſe habere. Igitur & leges ſiquas pœnitenti dixerimus, ratæ ac fixæ manebunt: & opera, ſi quæ imperauerimus, tantum obtinebunt, quantum valere iuſſerimus. Hæc enim ſunt peccatorum vincula & ſolutiones, quæ Deus in noſtra poteſtate eſſe voluit. Voluntaria autem, & quæ cuiuſque arbitrio fiunt, tametſi minimè dubiũ eſt, quin ſi ritè & ordine perficiantur, à Deo indulgentiam impetrent: quantam tamen obtineant, nulli hominum compertum eſt. Quicquid autem illud ſit, certum eſt, Sacerdotis accedentem ioßionem operis bonitati nihil officere, cùm per eam minimè ſtet, quo minus liberè exerceatur; quinimo hoc requirat, qòd magis prodeſſe poßit. Accedit verò ex Sacerdotis ordinatione ad operis comulum, quod ſi illud à iuſta ſatisfactione deficiat, autoritate tamen eius qui illud fieri conſtituit, & tãtundem

A relaxare potuit, opus in acceptum referatur. At deleuit, inquit, Chriſtus iniquitates noſtras, & peccata aſportauit, ſicut Scriptura teſtatur. Sed num propterea Vermili, pœnitentiam, tot Euãgeliſtarum Apoſtolorúmque præconiis commendatam, minus neceſſariam iudicas? imò docet eſſe neceſſariam. Quòd ſi *deleto*, vt ait Apoſtolus, *per Chriſtum delicti chirographo*, adhuc tamen pœnitentia exigitur, ne ſatisfactio quidem, quæ eam neceſſariò comitatur, repudianda erit. Tandem, cum ſeptimi capitis poſterioris ad Corinthios meminiſſet, inceſtuoſi illius, cuius occaſione ea quæ cõmemorat, ſcripta ſunt, ne verbum quidem vllum fecit: neque quid Paulus aut impoſuerit oneris, aut induſſerit, referre ſuſtinuit, ne quid ſuæ cauſæ officerent, quam inuentis ad libidinem mendaciis ac fraudibus ſtudet approbare. B

De ſatisfactione ſi quis plura deſideret, Bellarminum, & Coccium viros doctißimos, & de religione bene meritos adeat: nam deſiderium eius explere poterunt. Nobis ſatis fore viſum eſt, cùm Vermilius hanc quæſtionem præter rationem & ordinem mouiſſet, eiuſdem mendacia & cauillationes refellere, idque propterea fecimus, quod arbitraremur ab iis, qui controuerſias ad hunc diem tractatunt, cùm in hoc opus non incidiſſent, minimè fuiſſe refutata.

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

FILIVS vnius anni erat Saul cùm regnare cœpiſſet, duobus au-
tem annis regnauit ſuper Iſrael. 2 Et elegit ſibi Saul tria millia
de Iſrael: & erant cum Saul duo millia in Machmas, & in monte
Bethel: mille autem cum Ionatha in Gabaa Beniamin: porrò ce-
terum populum remiſit vnumquemque in tabernacula ſua. 3 Et
percuſſit Ionathas ſtationem Philiſthinorum, quæ erat in Gabaa.
Quod cùm audiſſent Philiſthiim, Saul cecinit buccina in omni
terra, dicens: Audiant Hebræi. 4 Et vniuerſus Iſrael audiuit huiuſcemodi famam:
Percuſſit Saul ſtationem Philiſthinorum: & erexit ſe Iſrael aduerſus Philiſthiim. Cla-
mauit ergo populus poſt Saul in Galgala. 5 Et Philiſthiim congregati ſunt ad præ-
liandum contra Iſrael, triginta millia curruum, & ſex millia equitum, & reliquum
vulgus, ſicut arena quæ eſt in littore maris plurima. Et aſcendentes caſtrametati ſunt
in Machmas ad Orientem Bethauen. 6. Quod cùm vidiſſent viri Iſrael ſe in arcto
poſitos, (afflictus enim erat populus) abſconderunt ſe in ſpeluncis, & in abditis, in
petris quoque, & in antris, & in ciſternis. 7 Hebræi autem tranſierunt Iordanem
in Terram Gad & Galaad. Cúmque adhuc eſſet Saul in Galgala, vniuerſus popu-
lus perterritus eſt, qui ſequebatur eum. 8 Et expectauit ſeptem diebus iuxta placi-
tum Samuelis, & non venit Samuel in Galgala, dilapſúſque eſt populus ab eo.
9 Ait ergo Saul: Afferte mihi holocauſtum, & pacifica. Et obtulit holocauſtum.
10 Cúmque compleſſet offerens holocauſtum, ecce Samuel veniebat: & egreſſus
eſt Saul obuiam ei vt ſalutaret eum. 11 Locutúſque eſt ad eum Samuel: Quid feci-
ſti? Reſpondit Saul: Quia vidi quòd populus dilaberetur à me, & tu non veneras
iuxta placitos dies, porrò Philiſthiim congregati fuerant in Machmas, 12 dixi:
Nunc deſcendent Philiſthiim ad me in Galgala, & faciem Domini non placaui.
Neceſſitate compulſus, obtuli holocauſtum. 13 Dixitque Samuel ad Saul: Stultè
egiſti, nec cuſtodiſti mandata Domini Dei tui, quæ præcepit tibi. Quod ſi non fe-
ciſſes, iam nunc præparaſſet Dominus regnum tuum ſuper Iſrael in ſempiternum,

14 ſed nequaquam regnum tuum vltra conſurget. Quæſiuit Dominus ſibi virum
iuxta cor ſuum : & præcepit ei Dominus vt eſſet dux ſuper populum ſuum, eo quòd
non ſeruaueris quæ præcepit Dominus. 15. Surrexit autem Samuel, & aſcendit de
Galgalis in Gabaa Beniamin. Et reliqui populi aſcenderunt poſt Saul obuiam popu-
lo, qui expugnabant eos venientes de Galgala in Gabaa, in colle Beniamin. Et re-
cenſuit Saul populum, qui inuenti fuerant cum eo, quaſi ſexcentos viros. 16 Et Saul
& Ionathas filius eius, populúſque qui inuentus fuerat cum eis, erat in Gabaa Ben-
iamin: porrò Philiſthiim conſederant in Machmas. 17 Et egreſſi ſunt ad prædan-
dum de caſtris Philiſthinorum tres cunei. Vnus cuneus pergebat contra viam Ephra
ad Terram Sual. 18 porrò alius ingrediebatur per viam Beth horon, tertius autem
verterat ſe ad iter termini imminentis valli Seboim contra deſertum. 19 Porrò faber
ferrarius non inueniebatur in omni Terra Iſrael. cauerant enim Philiſthiim, ne for-
tè facerent Hebræi gladium aut lanceam. 20 Deſcendebat ergo omnis Iſrael ad Phi-
liſthiim, vt exacueret vnuſquiſque vomerem ſuum, & ligonem & ſecurim & ſarcu-
lum. 21 Retuſæ itaque erant acies vomerum, & ligonum, & tridentum, & ſecu-
rium, vſque ad ſtimulum corrigendum. 22 Cùmque veniſſet dies prælij, non eſt
inuentus enſis & lancea in manu totius populi, qui erat cum Saule & Ionatha, exce-
pto Saul & Ionatha filio eius. 23 Egreſſa eſt autem ſtatio Philiſthiim, vt tranſcende-
ret in Machmas.

VERSVS I.

Filius vnius anni erat Saül cum regnare cœpiſſet: duobus autem annis regnauit ſuper Iſraël.

Caſſiodor. Cani à puero multi, nõ tamen prudentes. Strabo.

CASSIODORVS Senecam putat inde dici, quoniam, cui primùm cognomen hoc impoſitum fuit, canus ſit natus. Quod de Numa Pompilio traditur. Tyrrhenum autem, à qoo Tyrrhenia, eb ineunte pueritia incanuiſſe, Strabo, & alij fabuloſum putant: ego facilè verum eſſe crediderim. Nonnullos enim edmodùm pueros, canis megna ex parte reſperſos vidimus: prudentiam tamen, & reliquas animorum dotes, quæ ad trectanda Reipub. gubernacula requiruntur, pariter edoleuiſſe non vidimus; præſertim ea ætate, quæ hîc deſcribitur. Nam Semuëlem quidem à teneris vnguiculis,

Adoleſcentes non pauci virtute prudentiáque prediti.

Ioſepbum item Patriarcham, Danielem, Salomonem, & Ioſiam, prophetaſſe, iudicaſſe, atque adeò impereſſe legimus: adhuc tamen in cunis vagientem, atque inter ipſe crepundia balbutientem, regnum per ſe adminiſtraſſe non legimus. *Nemo*, eiebet Apoſtolos, *contemnat adoleſcentiam tuam.* Adoleſcentiam dixit, quæ, quanquem remeritatis atque imprudentiæ ſuſpecta eſt, multis tamen ſæpe locis profuit: pueritiam autem, ne nominandam quidem cenſuit, vt pote, quæ, cùm neque robore, neque prudentia polleat, gubernandæ Reipub. inutilis habenda ſit. Nam & alioqui ſcriptum nouerat: *Væ tibi terra, cuius rex puer eſt.* Cur tandem?

Eccleſiaſtæ c.10. v.16.

Quoniam, vt Salomon ait, *ſtultitia colligata eſt in corde pueri.* Octauij Cæſaris adoleſcentiam plurimùm commendee Cicero Philipp. 5. & dignam, quæ gerendis megiſtratibus edhiberetur, prædicat. Quid eſt enim, inquit, P. C. Cur eum quamprimum ampliſſimos honores cape-

Cicero.

A re cupiamos? Legibus enim annalibus cum grandiorem ætatem ad Conſulatum conſtituebant, adoleſcentiæ temeritatem verebantur. Oct. Cæſar ineunte ætate docuit ab excellenti eximiáque virtute, progreſſum ætatis expectari non oportere. Iteque maiores noſtri veteres illi edmodum antiqui, leges annales non babebant: quas multis poſt annis attulit embitio, vt gradus eſſent petitionis inter æqueles. Ita ſæpe magna indoles virtutis priuſquam Reipublicæ prodeſſe potuiſſet, extincta fuit. At verò apud antiqoos Rulli, Decij, Coruini, multíque alij, recentiore eutem memoria ſuperior Africanus. T. Flaminius, admodum adoleſcentes Conſules facti tantas res geſſerunt, vt po-

B puli Romeni imperium auxerint, nomen ornarint. Quid Mecedo Alexander? cùm ab ineunte ætare res maximas gerere cœpiſſet, nónne tertio & trigeſimo anno mortem obiit? quæ eſt ætas noſtris legibus decem ennis minor, quàm Conſularis. Ex quo iodicari poteſt, virtutis eſſe quàm ætatis curſum celeriorem. Hæc ille de Cæſare adoleſcente: quem Brutus, cùm Tullij ſententiam vehementer improbaret, contemptim puerum vocabat: indignum ratus, nec carere periculo, ſi is Rempub. capeſſeret. Itaqoe quod Saül hoc loco *filius vnius anni* fuiſſe dici- *D. de Verb. ſig.*

C tur, non ita accipiendum eſt, quomodo ſolent Iuriſconſulti ad l. 134. ff. de Verborum ſignificatione. Anniculus, inquit ibi Paulus, non ſtatim vt natus eſt, ſed trecenteſimo ſexageſimóque quinto die dicitur, incipiente planè, non exacto die: quie ennum ciuiliter, non ad momenta temporum, ſed ed dies numeramus. Neque enim credibile eſt, illico poſt annum primum, regni hebenas ſuſcepiſſe, cùm eo tempore, quo electus memoratur, reliquis omnibus ſuæ gentis ab humeris & ſurſum ſuperior extaret.

Petrus Vermilius ita hunc locum exponit. *Vermilius.* Oratio, inquit, eſt ambigua. Non enim potuit eſſe vnum tantùm annum netus. Iam enim res

Digitized by Google

R. Kimhi. 1. interpretatio Chald. Paraphr.

A præclaras cõfecerat. Rab. Kimhi putat dictum filium vnius anni, quod vnum tantum annum iam regnaſſet, antequam confirmaretur in Galgala. Quam ſententiã etiã ſequitur Ben. Gerſon. Nam poſt ſecũdum annum eius regni iſta acciderunt, quæ dicentur poſtea. Chaldæus interpres exponit id per metaphoram: quaſi deſit caph. ſimilitudinis. Erat ſimplex & innocens, tanquam puer vnius anni. Et addit, eum duos annos innocenter regnaſſe. Hanc ego ſententian non reprehendo: quanquam altera videtur ſimplicior. Hactenus Vermilius: quem mirum non eſt ita ſentire, cum Hebræa ſequutus, tam Græcam quàm Latinam tranſlationem videatur contempſiſſe, quæ verſu 1. cap. 11. eam in Galgalis confirmationem poſt menſem ab

S. Eucherius

B electione contigiſſe docet. Cuius errori dudum etiam fauit S. Eucherius Lugdunenſis ſimilibus, vt veriſimile eſt, codicibus vſus. Saul enim, inquit. cap. 12. Comment. in 1. Regum, vno anno poſteaquam electus fuit Rex, in domeſtica domo ſedens, diſſimulauit ſe eſſe Regem: reliquis duobus annis publicè iudicauit omnem Iſraëlem, tenens obedientiam cum humilitate: & hoc fuit antequam tranſgrederetur præceptum Domini in Amalecitas: reliquo tempore, quo vixit, & imperauit, tranſgreſſor mandati Domini extitit. Hæc S. Eucherius. Verùm nos qui ſacrorum Conciliorum autoritate freti, vulgarem editionem ſequimur, eam interpretationem probare non poſſumus.

2. interpretatio.

Melchior Canus hunc locum eſſe corruptum cenſet.

C Melchior Canus, quo faciliùs ea, quam fingit, difficultate ſe expediat, locum hunc in Biblijs noſtris eſſe corruptum aſſerit; & numerum viginti annorum ad vnum illum eſſe reſtituendum. li. 11. Locorum Theolog. cap. 5. ad argumentum duodecimum. At enim, inquit, ſi *filius vnius anni* Saul intelligitur, quaſi puer vnius anni innocens, qui neſciret inter dextram ſiniſtramque diſcernere, quonam pacto illud accipiemus, *Filius viginti & vnius anni erat Sedecias, cùm regnare cœpiſſet: & vndecim annis regnauit, &c. & fecit malum in conſpectu Domini*? Quid ſi hic etiam numerus ille viginti exſcribentium eſſet errore prætermiſſus? an non tibi videtur, ſi ita hic per incuriam negligentiamque feciſſent, falſis interpretantium expoſitionibus locum eſſe daturos? Rurſum, quale quæſo illud eſt, *Filius triginta annorum erat David, cùm regnare cœpiſſet, & quadraginta annis regnauit*, ſi filium

Ierem. 52.

D vnius anni innocentem interpretamur? In ſimili ergo dicendi forma, ſimilis ſit interpretatio. Sed ſimilis eſſe non poteſt, ſi *vnius anni filius* Saul eſſe dicatur. Quamobrem veriſimile eſt, autorem lib. Regum, filium eum viginti & vnius anni ſcripſiſſe: ſed ſcriptorum vitio maiorem numerum in Hebræis exemplaribus omiſſum. Quem deinceps errorem in Græca Latináque exemplaria, aut alij quidam, aut etiam interpretes transfuderunt. Hæc Canus: cuius mihi argumenta non ſatis digna viſa ſunt, quæ tot iam ſæculis comprobatæ editioni fidem abrogarent. Nam ſi ea ætate, quam Melchior comminiſcitur, Saul ad regnum vocatus eſt, & anni propriè intelligendi ſunt, duobus duntaxat annis imperium tenuit: quî igitur fieri po-

Refellitur 2. interpretatio.

A tuit, vt tot ipſe bella confecerit; & Ionathan filius eius, à principio regni Palæſtinorum præſidium expugnauerit, moxque ingentem exercitum, vno comite ſtipatus inuaſerit? Quod verò ait, ſimilium verborum ſimilem interpretationem eſſe debere, non ſatis diligenter & accuratè, quid diceret, conſiderauit: meminiſſe enim debuit, caſdem dictiones, ac pares loquẽdi formulas, ad diuerſa nonnunquam metaphoricῶs detorqueri. Id verò intelligi facilè poteſt ex ipſo orationis contextu, & rerum, quę in medium afferuntur, conditione atque natura. Nam ſi ea bellè quadrant, & conſuetum loquendi morem ſequuntur, propriè accipienda ſunt: ſin minùs conuenire noſcuntur, tum denique ad analogiam recurrendum eſt; vti hoc

B loco patet, maximè, cùm ſenſus ipſe analogicus apprimè cum rei veritate conſentiat: reliquis locis ſimilia verba propriè, atque vt hiſtoriam maximè decet, accipi nihil vetat. Sunt verò præter Canum etiam alij, qui idcirco eum numerum in noſtro texto requirunt, quòd putent militarem eius ætatem deſignari: quæ Numer. cap. 1. ab anno vigeſimo incipit, & idonea militiæ aſcribitur. Ea verò ætate propterea electum referri contendunt, quòd ad bellicos labores, & ad arma tractanda à populo poſtulatus eſſet: nec antè Deo placuiſſe eligi, ne ſi fortè iam aliquod ſui experimentum dediſſet, aut diuina opera humanæ virtuti tribuerent, aut eius robori diffiſi, meritò deſperare viderentur. Verùm hæc quoque opinio, tametſi nonnullis coniecturis niti videatur, omnino tamen conſtare

C non poteſt; cùm moriens Saul, Isboſeth filium ſuum quadragenarium ſuperſtitem reliquerit: qui cùm primogenitus vtique non eſſet, qua tandem ætate eum ſuſcepiſſe Saul dicẽdus erit, ſi poſt vigeſimum annum illicò ad regnũ euectus eſt?

3. interpretatio.

B. Petrus Dam. lib. 2. ad Albericum Card.

B. Petrus Damiani aliam iterum huius loci explicationem affert, quam idem mox confutat: ac veram ſynceramque ex D. Hieronymo depromit his verbis: Hoc nonnulli intelligi ſic arbitrantur, quia regi Saul in exordio regni ſui filius erat anniculus, qui teneram adhuc vnius anni vagiebat infantiam, ſcilicet Isboſeth, & hic duobus annis poſt mortem patris regnauit ſuper Iſrael. Sed quoniam hic à doctioribus viris ſenſus exploditur, à nobis etiam alius inquiratur: quod ita B. Hieronymus docet intelligi,

4. & verior interpr.

D quoniam ſic erat innocẽs, tanquam puer vnius anni cùm regnare cœpit, & duobus annis in eiuſdem innocentiæ ſimplicitate permanſit. Sed qui tunc erat ex humilitate filius, poſtmodum per ſuperbiam factus eſt ſeruus. Ad hunc modũ Petrus Damiani, & ab eo relatus S. Hieronymus. Cum quibus etiam idem ſentit S. Theodoretus Quæſt. in 1. Reg. num. 28. Symmachus, inquit, ſic edidit: *Filius vnius anni Saul, dum regnaret ipſe*. Hoc autem ſignificat, quàm tener eſſet eius animus, quãdo fuit rex electus. Illo autem non diu eſt vſus. Vnde ſubiunxit Hiſtoriographus, *Et duos annos regnauit ſuper Iſraelem*: nempè, cum ea ſimplicitate regnat duos annos. Deinde declinãs ad vitæ improbitatem, nudatus fuit diuina gratia. Vnde reliquum

S. Theodoretus.

Alexis Comicus.

tempus, quo perrexit regnare, reputatum eſt adminiſtrationis Samuelis. Hactenus ille Sanctus.

Vinum homini comparatur.

Ergo longè ſecus quàm docebat Alexis, Regi iſti contigit. Qui, cùm de hominis natura atque ingenio diſſereret, eundèm cum vino contulit: quod conſtat ſenio melius fieri, cùm iſte contra tempore deterior euaſerit.

Simillimus (aiebat ille) *homo vino natura*
Quodammodo eſt. Vinum enim nouum,
Item vir deferueat neceſſe eſt
Primùm, exoleſcat, & vini feruorē perdat, rurſum
Aſperum fiat: tum vbi ætate præterit quæ dico
Hæc omnia, exhauſitque ſuperiorem
Hanc amentiam extantem, aliquando
Potabile fiat, & rurſum reſtituatur;
Dulcéque cunctis in poſterum permaneat.

Excipiuntur ab hac regula plerique reges, qui cùm ſecūdis auſpicijs clemētiæ & manſuetudinis magiſtratū inierint; & nō mediocrem ſpem cōtinentiæ & æquitatis omniū animis iniecerint: deinde, neſcio qua arte dæmonis in feras commutati, optimatum quidem fortunis inuident, & virtutem inſectantur: humilioribus autem non ſecus quàm iumentis aut pecudibus, ad quæſtum & luxum abutuntur. Quid hoc eſſe dicam, inquit Fl. Vopiſcus in Aureliano, tam paucos bonos extitiſſe principes, cùm iam tot Cæſares fuerint? Nam ab Auguſto in Diocletianum Maximianumque principes, quæ ſeries purpuratorum ſit, index publicus tenet. Sed in his optimi, ipſe Auguſtus, Flauius Veſpaſianus, Titus, Cocceius Nerua, diuus Traianus, diuus Adrianus, Pius & Marcus Antonini, Seuerus Afer, Alexander Māmeæ, diuus Claudius, & diuus Aurelianus. Valerianus enim cum optimus fuerit, ab omnibus infelix apparuit. Vides quæſo quàm pauci ſint principes boni, & bene dictū ſit à quodam mimico ſcurra Claudij huius tēporibus, In vno annulo bonos principes poſſe perſcribi, atque depingi.] Quid ſi hos denuò Vopiſce ad calculos reuoces, & circumſpectis omnibus, rationibuſque ſubductis, maioris partis deceſſionē de ſumma facias? Sequitur: At contra, quæ ſeries malorum? Vt enim omittamus Vitellios, Caligulas, & Nerones, quis ferat Maximinos & Philippos, atq; illam inconditæ multitudinis fæcem? Tametſi Decios excerpere debeam, quorum & vita & mors veteribus comparanda eſt. Pergit deinde quærere, quibus corruptelarum illecebris egregia principum indoles, moreſve deprauentur.

Principes boni rari, mali plures. Fl. Vopiſc.

Corruptela principum.

Et quæritur quidē, inquit, quæ res malos principes faciat. Iam primùm nimia licentia, deinde rerum copia, amici præterea improbi, ſatellites deteſtandi, eunuchi auariſſimi, aulici vel ſtulti vel deteſtabiles: & quod negari nō poteſt, rerū publicarum ignorantia. Sed ego à patre meo audiui, Diocletianum principem iam priuatum dixiſſe, Nihil eſſe difficilius quàm bene imperare. Colligunt ſe quatuor vel quinque, atque vnum conſilium ad decipiendum imperatorem capiunt: dicunt quid probandum ſit. Imperator qui domi clauſus eſt, vera non nouit: cogitur hoc tantum ſcire, quod illi loquuntur: facit iudices, quos fieri non oportet, amouet à Repu- A blica quos debeat obtinere. Quid multa? vt Diocletianus ipſe dicebat, bonus, cautus, optimus venditur imperator. Hactenus Diocletianus apud Vopiſcum in Aurel.

Duobus autem annis regnauit. Quò hæc referenda ſunt tempora? Num igitur tot annis illios puerilem innocentiam, an potius imperij legitimam poteſtatem circunſcribemus? Nam & illi abrogatum à Samuele imperium poſtea legimus: ſi tamen ea abrogatio latæ fuit, vt aiunt, ſentētiæ, & non magis comminatoria ad terrendum adhibita. Longè enim priùs gratia excidit, quàm regno excideret. Neque enim ſic primam innocentiæ labem Deus vltus eſt, vt ipſi continuò imperium adimeret: ſed primùm ipſum ſolum imperium retinere eſt paſſus, po- B ſteris autem regno interdixit: deinde, vbi denuo grauiori ſcelere ſe contaminaoit, & Dei iuſſa aſpernatus eſt, ipſum etiam regio iure protinus priuauit, & ad alterum tranſlatam imperij dignitatem per Samuelem denuntiauit. Illud itaque duorum annorum ſpatium numerādum eſſe videtur, antequam vllam innocentiæ ſuæ maculam inureret: aut certè antequam ob crimen inobedientiæ à Deo abdicaretur. Tandiu enim legitimè imperaſſe credendus eſt, donec diuinis iuſſionibus paruit: deinceps verò retrolabi, & in peius ruere cœpiſſe, nec tā iure quàm facto regnum vſurpaſſe, diuini numinis patientia, qui eiuſdem tyrannide vti ſtatuerat, ad vindicandam populi ſui contumaciam. Vatablus in Ecphraſi: *Duobus annis*: Poſt quos ſcilicet pri- C uatus eſt quidem dignitate regia, manſit tamen apud eum adminiſtratio Reipublicæ pluribus.

Pueritia magis expers malitia, quàm virtutis ſtudioſa.

Cæterùm expertem potius malitiæ ætatem Scriptura notat in Saule, quàm virtutis ſtudioſam: & quæ malum magis ignoret quàm oderit, corrumpi facilem, & quæ leuiſſimis de cauſis in fraudē inducatur. Qoamuis enim ea ætas minimè cuiquam inuideat, aut perniciem moliatur: iniuriæ tamen ſupra modum impatiens eſt, nec facilè iram cohiber, aut ſuis cupiditatibus imperat: quin potius taota leuitate atq; inconſtātia fertur, vt minimis momētis in vtramlibet partem inclinet; nulli quidem rei conſtāter adhærens, mali tamen quàm boni tenacior. Nam cùm ijs animi perturbationibus quæ πάθη Græci vocant, tum primùm pueri percelli atq; agitari incipiant; rationis autem frenos, quibus regi poſſint, necdum receperint: mirum nō eſt, D ſi vel blanditijs deliniti, vel laceſſiti iniuria, ſuæ quidem libidini modum imponere nequeant, deteriora autem quæque improbo ſtudio affectent. Quemadmodum enim ſi nouus fons de montis radicibus erumpat, cuius aqua in ſubiectam vallē prolabatur; initio quidem innoxius fluit, vtpote qui modicis irrigationibus ſata potius & ſegetes recreet quàm corrumpat: at niſi citò in arctum collectus, per riuum decurrere doceatur, ſenſim creſcit inundatio, & alto gurgite omnia demergit: ad eundem modum puerilis ætas, cuius primùm conatus omnis eſt innocens, blādè arridet omnibus, neminem mordet: at niſi maturè intra rationis terminos cohibeatur, ira, cupiditate, atque libidine (ſiquidem voluntati facultas non deſit) cuncta velut

Google

Maledicta terra cuius rex puer eſt. Fl. Vopiſc.

flamma corripiet. Quapropter oon ſine ratione, Dei teſtimooio terra illa maledicta cenſetur, quæ regem puerom nacta eſt; cùm habeat in vno ſuo principe ſummam animi impotentiam cum ſumma imperij poteſtate coniunctam. Metius Falconius, Senaror Conſularis, cùm in Senatu Tacitum Imperatorem ſenem laudibus omaret, inde illum mirificè commendauit, qoòd, qui pueri Imperium acceperant, nullo non dedecore atque iniuria Rempub. affecerant. Enimvero, aiebat, ſi recolere velitis vetuſta illa prodigia, Nerones dico, & Heliogabalos, & Commodos, ſeu potius ſemper incommodos, certè non hominum magis vitia illa, quàm ætatum fuerunt. Dij auertant principes pueros, & patres patriæ dici impoberes: & quibus ad ſobſcribendum magiſtri literarij manus teneāt: quos ad cōſulatus dādos dulcia, & circuli, & quæcunque voluptas puerilis inoitet. Quæ malum ratio eſt habere imperatorem, qui famam curare non nouerit? qui quid ſit Reſpublica neſciat, nutritorem timeat, reſpiciat ad nutricem, manuum magiſtralium ictibus terroríque ſubiaceat: faciat eos conſules, duces, iudices, quorum vitas, merita, ætates, familias, geſta non norit. Et iterum poſt alia nonnulla ad eundem Imperatorem conuerſus his eum vocibus interpellat. Te Tacite Auguſte conuenio, petens, obſecrans, liberè pro communis patriæ legibus depoſcens, ne paruulos tuos, ſi te citius fata præuenerint, facias Romani hæredes imperij: ne ſic Rempub. Patreſque Cōſcriptos, populumque Romanum, vt villulam tuam, &c. Refert Fl. Vopiſcus in Tacito. Sed ad noſtra reuertamur. Propterea igitur Saul dicitur puer, cùm regnare cœpiſſet: nec qualiſcunque puer, ſed vnius anni; vt prætere deplorata Saulis improbitas, quæ nulla arte corrigi poſſet, oſtenderetur. Nam cùm duplici via, vt ego qoidem ſentio, vnuſquiſque à ſcelere, quod in ſe admiſerit, valeat reuocari, nimirum conſilio, aut animaduerſione: illa ætas neque pœnam fert, neque conſilium admittit. Nam in tenello corpore leuiſſimæ quæque offenſiones cauendæ ſunt: animus verò adhuc natoralibos ignorantiæ tenebris obſitus, rationum momenta non ponderat. Qua demom igitur ratione eum, qui ita affectus ſit, vt ad frugem bonam ſe recipiat, perſuadeas? *Stultitia*, inquit Scriptura, *colligata eſt in corde pueri, ſed virga diſciplinæ effugabit illam.* At hoc remedium iſtic tentari nequit, intra infantiæ annum tertium. Monita verò, cohortationes, promiſſa, minæ, quibus paſſim ſcriptura vtitur, animam conſilij rationiſque capacem deſiderant. Quare peſſima eſt taliter delinquentium conditio. Quod non ideò dicimus, quòd putemus infantes eo tempore poſſe delinquere, cùm arbitrio careant: ſed quia, cùm Saol arbitrij ſui poteſtate ad peccandum abuteretur, vt pote per ætatem iudicij volūtatiſque compos, in reliquis tamen poerilem ſortem ęquabat. Tandem, prę ter hæc omnia, etiam illi ætati ingrati animi vitium cum primis inhæret, quod ei ex defectu memoriæ adnaſcitur: cuius nō obſcura in Saule argumēta, tot iofanda ſcelera, quibus poſtrema

Duabus vijs ad officium quiſque reuocari poteſt.

I.

A ſua tēpora fœde maculaoit, prodiderūt. Verùm hęc poſteriùs, nunc quod ad rem magis attioet.

Saul *duobus annis ſuper Iſrael regnaſſe* dicitur. Atqui plures annos quàm duos regnauit. Super quibus igitur reliquo tempore regnauit, ſi duobus duntaxat annis ſuper Iſrael? Profectò vel illod regnare non fuit, vel ſuper Iſrael regnare non fuit. At enim hoc ipſum *Regnare* quid eſſe dicimus? Intimi libertorū ſeruorúmque, vt ait Tacitus li. 1. Hiſt. cùm Othoni ad inuadendum imperium animū accenderent, aulam Neronis, & luxus, adulteria, matrimonia, ceteráſque regnorum libidines oſtētabant; his illi animū explere Regnare eſſe dicebant: ſed alij potiùs ſeruire arbitrātur. Quid igitur Regnare eſt? Ho-

B minibus, opinor, quibus imperes, pro Deo eſſe. Nam & antiqoi, vti plures notarunt, ſicut deos Ioues, ita etiam reges vocabant. Tzetzes Chiliade 1. Hiſt. 19. τοὺς βασιλεῖς, &c. hoc eſt,

Reges olim omnes Ioues vocabant,
Tanquam aſtro Iouis, in leonis partibus
Per tempora currente, & bene poſito natalibus,
Efficiente reges, & qui coronas ferrent.

Regnare quid ſit. — Tacitus. — Ioan Tzetzes.

Sed fallitur Tzetzes, aut rudibus atque imperitis quęrit imponere: non enim ab horoſcopo, aut ſiderib. petita eſt denominationis ratio. Callimachus, ſicot eo antiquior, ita etiam lōgè verior antiquitatis interpres, priſca fide hanc cauſam reddit in Hymoo Iouis:

Callimach. Cyren.

Ἐκ δὲ Διὸς βασιλῆες· ἐπεὶ Διὸς οὐδὲν ἀνάκτων
θειότερον, τῷ καὶ, &c.

C *At ex Ioue ſunt Reges: quoniā Ioue nihil Regum*
Diuinius, ideòque tuum illis decreuiſti ordinem:
Dediſtique vt vrbes cuſtodiant. Túque ipſe præſides
Celſis in ciuitatibus, inſpector tā eorū qui legibus
Populum ſub iniquis, quam eorum qui contra gubernant.
Adieciſti quoque opulentiam ipſis, & quod ſatis eſt fortunarum.

Sed nec illi ſoli, quorum mentem potuit adulatio corrumpere, cùm eſſent veri numinis expertes: ſed etiam doctores & coryphæi noſtri; qoorum oratio longè abeſt ab aſſentationis ſuſpicione, reges ſuos Deos vocaoerūt. His enim verbis S. Gregorius Nazianz. Orat. 27. reges alloqoitur. Cognoſcite quantum id ſit, qood veſtræ fidei cōmiſſum eſt, quantúmque circa voa myſteriū. Orbis vniuerſus manoi veſtræ ſubie-

D ctus eſt, diademate paruo, atque exiguo panno rerentus. Supera ſolius Dei ſunt: infera autem, veſtra etiam ſunt. Subditis veſtris deos vos prębete: liceat enim audacius aliquid dicere. *Cor Regis in manu Dei eſt*, vt ex Scriptura audimus, ac credimus. Hîc imperium veſtrum ſit, non autem in auro, & in exercitibus. Hactenus S. Gregorius. Iam verò hoc non aliod eſt, quàm eoſdem quibus præſis, omni ope ac præſidio tueri, armis protegere, ſanctiſſimis legibus iuxta Dei mentem conſiliomqoe gubernare: hoc enim ſolum, vt reor, Regnare eſt. Quòd ſi is qui regia dignitate reliquis præeminet, & de bonis ſubditorum, reliquiſq; facultatibus ſommo iure ſtatuit, vitę quoq; & necis poteſtatē obtinet, ſecus ea authoritate, quàm fas eſt & decet, abutitur:

S. Greg. Nazianz. — Prouerb. 21.

tametſi ea autoritate polleat, quæ regia dicitur, ſuo tamen officio deeſſe, ac proinde nec propriè regnare credendus eſt. An verò eiuſmodi liceat ſolio deturbatum à populo, in ordinem redigere, vel obedientiam in his, quæ diuinis legibus non contradicunt, denegare, non videtur in dubium poſſe denegari; cùm dominis etiam dyſcolis nos parere Apoſtolus ex Dei mandato præceperit. Regnare autem, aut non regnare, non regem eſſe dicit, aut non eſſe: ſed bene aut malè eo munere defungi. Quanti enim eo munere defunguntur præpoſterè, qui tamen regis officium dignitatemque, ſiue, vt loquimur, ſtatum verè obtinent? Non enim culpa gerentis magiſtratum abolet: ſed illius ſola voluntas atque retractatio, qui, ſicut inſtituendi, ita & abrogandi poteſtatem habet. Neque tamen, etſi quiſpiam regnet: nam id quoq; à pluribus regnare dicitur, ſiquis ſummo iure imperet: ſuper Iſrael regnabit. Neque enim aliter quiſqoam ſuper bonos regnare putandus eſt, niſi qui legitimè imperat: *Iuſto* enim *non eſt lex poſita*, vt ait Apoſtolus. Quod non ſic intelligendum eſt, tanquam viri boni humanarum legum authoritatē reſpuant, aut iugum ſupremæ poteſtatis, quam Deus inſtituit, ferre recuſent: Sed quia ſi quid contrarium, aut repugnans diuinæ legi iubeatur, id norūt quo animi robore, & qua voluntatis conſtantia reijciendum ſit. Ex quo igitur cœpit Saul palàm Deo aduerſari, eiuſque ſanctiſſima decreta pro arbitrio ſuo contemnere, vitæ innocētium inſidias ſtruere, & in Chriſtos Domini ferocius graſſari, ab eo tempore etſi regia poteſtate vti nō deſijt, Scripturæ tamen regnare ſuper Iſrael deſijt. Scilicet hoc eſſe Regnare Scriptura intelligit, imperio ac poteſtate mortales inducere ad Dei legem obſeruandam. Nam legis præuaricatio, cùm illam homines contemnerent, nec poſſet leuibus remedijs conſilióve libido coerceri, creandorum regum occaſio fuit. Vetuſtiſſimi namque mortalium, inquit Tacitus Annal. li. 3. nulla adhuc mala libidine, ſiue probro, ſcelere, eóque ſine pœna aut coercitionibus agebant: neque præmijs opus erat, cùm honeſta ſuopte ingenio peterentur, & vbi nihil contra morem peterent, nihil per metum vetabantur. At poſtquam exui æqualitas, & pro modeſtia ac pudore, ambitio & vis incedebat; prouenere dominationes: multoſque apud populos, æternum manſere. &c. Ergo ea ratio fecit eſſe leges, & humanam quandam inter mortales iuſtitiam ſtatuit, quæ ad cœleſtem illam & diuinam viam muniret. Hæc enim, vt docet S. Ambroſius in caput 13. Epiſt. ad Rom. quaſi pædagogus eſt, quæ paruulos imbuit, vt poſſint potioris iuſtitiæ viam ſequi. Nemini enim poteſt imputari miſericordia, niſi habuerit iuſtitiam: quippe cùm niſi hæc fuerit obſeruata, illa cuſtodiri non poſſit. [Poſt quæ etiam illud addit, quod Tacitus videre non potuit. Vt ergo (Apoſtolus) ius & timorem legis naturalis confirmet, Deum auctorem eius teſtatur, & miniſtrantes eam Dei ordinationem habere. Ideo adiecit. *Quæ autem ſunt, à Deo ordinata ſunt. Itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt. Nam qui principantur, non ſunt terrori bonis operibus, ſed malis.* Vt nemo putet quaſi humana commenta contemnenda. Vident enim ius diuinū humanis auctoritatibus depotatum, &c. *Nam qui principantur*, &c. Principes hos reges dicit, qui propter corrigendam vitam, & prohibenda aduerſa creantur, Dei habentes imaginem, vt ſub vno ſint cæteri. Et iterum: Manifeſtum eſt ideo rectores datos, ne maluo fiat. *Dei enim miniſter eſt, vindex in irā in eum, qui malè agit.* Quoniam futurum iudicium Deus ſtatuit, & nullum perire vult: hoc in ſæculo rectores ordinauit, vt terrore interpoſito omnibus velut pædagogi ſint, erudientes illos quid ſeruent, ne in pœnam incidant futuri iudicij. Deinde rectè dicit ſubiectos eſſe debere *non ſolùm propter iram*, id eſt, vltionem præſentem (parit enim ira vindictam) ſed & propter futurum iudicium: quia ſi hic euaſerint, illic eos pœna expectat, vbi accuſante conſcientia ipſa punientur. Hactenus S. Ambroſius. Ex cuius commentario manifeſtè liquet, quod ſit Regis officium, quæ munia, quæ partes, à quibus ſi quis abſtinet, deprauato voluptatibus animo, tametſi rex eſt, non magis regnare dicitur, quàm canere fidibus Timotheus dum ſterteret, aut alijs occupationibus diſtineretur.

Qua ratione mali principes non dicantur regnare ſuper bonos.

Tacitus.

Ratio creandorū regum. S. Ambroſ.

ad Rom. 2.

Versvs 2.

Et elegit ſibi Saul tria millia de Iſrael: & erāt cum Saul duo millia in Machmas, & in monte Bethel: mille autem cum Ionatha in Gabaa Benjamin. Porrò cęterum populum remiſit vnumquemque in tabernacula ſua.

Elegit, & ſecum eſſe iuſſit, vt ſemper parati eſſent hoſtium repentinis populationibus occurrere. Neque enim aliter fines tueri, & hoſtium populationes prohibere potuiſſet. Nam cùm ſemper & vbique Philiſthæi Iſraelitarum quieti inuiderent, & opibus inſidiarentur: quauis data occaſione incautos & nihil tale opinantes inuadebant, & ijs quos reperiſſent, vel captis vel interemptis, prædas agebant. Neque enim aliter quàm videas aucupes aues obſeruare, ſiue illæ turmatim ad paſtum properēt, ſiue libero cœlo fruantur, vt ſecuras decipiant, & plagis ac retibus inuoluant: ipſi quoq; Philiſthæi tanquam diſpoſitis excubijs Iſraelitas ſpeculabantur, ſiue illi ruri operam darent, ſiue vineas excolerent, ſiue in aceruos ſegetes componerent & in horrea cōderent; hoc vnum ſtudentes vt interceptos perderent, aut certè ſpoliatos opibus ſuæ ſeruituti ſubijcerent. Huic igitur tanto malo cùm Saul remedium adhibere pararet, elegit nō paucos milites, qui dato ſigno quocunq; opus eſſet aduolarent, ſuóſque defenderent, hoſtium autem temeritatem caſtigarent. *Tria millia*, id eſt, ex ingenti hominum multitudine fortiſſimū ac promptiſſimū quēq; delegit, & in præſidio collocauit. Primùm quidem vt hoſtium populādi licētiam cōpeſcerēt,

Quare Saul milites circa ſe habere voluit.

Neceſſitas diſciplinæ militaris.

deinde vt bellicis artibus præter cæteros eruditi, ſi quando bellum ingrueret, ipſi duces populi forent, quem mos erat magno numero atque incondita multitudine vrgente periculo ad pugnam ruere: quo fiebat, vt plerique corporis robore præſtantes, bellorum antem inexperti, ſolo armorum ſtrepitu, aut etiã paucorum diſcrimine perterriti, initium fugæ facerent, ſuiſque turpiter victoriam eriperẽt. Id ne deinceps fieri contingeret, aut etiã turba minimè neceſſaria inutili labore fatigaretur, in qua plures quidem ex omni genere artium opifices, figuli, architecti, fabri, aurifices reperiri poterant, vt probabat olim quidam ex Spartiatis, miles verò

4 Reg. c. 25. ver. 19.

plerunqoe nullus: à Regibus noua lege conſtitutum eſt, vt delecti tyrones ac milites ab omni alio opere feriati, & ſtipendiis aucti, militaribus diſciplinis perpetuò excolerẽtur. Neque enim in prælus tantùm obtinent corporis vires, quantum animi fortitudo, & ordo ipſe ritè ſeruatus. Quis verò ordo ſeruandus ſit, quíue modus in acie tenendus, docet bellandi peritia. Pauorem autem qui animum frangit, & corpus quoqoe debilitat, conſuetudine dediſcimus: ſic vt in primis neceſſaria ſit cum hoſte pugnaturis armorum exercitatio. Vnumquemque autẽ eo munere occupari difficillimum eſt, niſi fortè apud nonnullos infelices Arabas, quibus eremi vaſtitas incolitor: qui ex rapto viuunt, agriculturæ autem ſicut & aliarum artium vſum ignorant. Propterea igitur delectus neceſſariò habendus eſt, & quidam ex omnibus in album militum referendi.

Vegetius.

Qui autem delectum acturus eſt, inquit Vegetius lib. 1. de Re militari cap. 6. vehementer intendat, vt ex vultu, ex oculis, ex omni conformatione membrorum eos eligat, qui implere valeant officia bellatorũ. Namque non tantũ in hominibus, ſed etiam in equis, & canibus virtus multis declaratur indiciis, ſicut doctiſſimorum hominum diſciplina cõprehenditur: quod etiã in apibus Mantuanus autor dicit eſſe ſeruandum:

Tyro quibus indiciis allegendus.

Apes.

Nam duo ſunt genera: hic melior, inſignis & ore
Et rutilus clarus ſquamis: ille horridus alter
Deſidia, latamque trahens inglorius aluum.

Sit ergo adoleſcens Martio operi deputandus, vigilantibus oculis, erecta ceruice, lato pectore, humeris muſculoſis, valentibus brachiis, digitis longioribus, ventre modicus, exilior cruribus, ſuris, & pedibus non ſuperflua carne diſtentis; ſed neruorum duritia collectis. Nam cùm hæc in tyrone ſigna deprehenderis, proceritatem non magnopere deſideres. Vtilius eſt enim fortes milites eſſe, quàm grandes. Hactenus Vegetius.

Quare autem tria tantùm millia elegit? Opinor quia is numerus ſufficere viſus eſt. Neque enim prædones illi fortuiti & repentini magno admodum numero cõcurrere poterant: magnũ autem exercitum congregari citò vicinis innoteſceret. Quot olim legiones Romanorũ tuerentur imperiũ, alibi diximus. Recenſet autem

Ioſephus.

copioſè Ioſephus lib. 2. Belli Iudaici cap. 16. ex Oratione Regis Agrippæ, qua Iudæos ab inſana pugnandi cum Romanis libidine ad officiũ reuocare conatus eſt. Autor ipſe nemini ignotus, illum conſulet cui per otium licebit. Ex eodem tantum deſcribam, quantum copiarum ad Galliæ noſtræ cuſtodiã à Romanis olim conſtitutũ ſit. Sic igitur ille. Veruntamen ſi aliquos magnæ cauſæ ad defectionem incitare deberẽt, Gallos potiſſimùm oporteret aſſurgere, quos videlicet tantis munimentis natura cinxiſſet: ab Orientali plaga Alpium montibus, à Septentrionali Rheno flumine, à meridie Pyrenæis montibus, ab Occidente verò Oceano. Sed tali munitione gaudentes, trecentis & quindecim gentibus numeroſi, fontes autem (vt ita dixerim) felicitatis domeſticæ habentes, omnibuſque bonis totũ penè orbem irrigantes, ferunt nihilominus vectigales eſſe Romanorum, ac felicitatem ſuam in eorum felicitate reponere: idque ſanè ipſum, non per animorũ mollitiem, neque propter ignobilitatem parentum: (quippe qui per octoginta annos pro libertate pugnauerunt) ſed Romanorum admirati ſunt horrueruntque cum virtute fortunam, qua illi ſæpe plura obtinuerunt quàm bellis. Denique ſub mille & ducẽtis militibus ſeruiunt, quibus penè plures habuerũt ciuitates. Hæc Ioſephus.

Quot olim militibus, Romani Gallias in officio continerent.

Thucydides.

Thucydides lib. 1. Belli Peloponneſiaci narrat Athenienſes in præſidiis & propugnaculis militum ſexdecim millia habuiſſe qui excubarent, præter tredecim millia grauis armaturæ, quibus conſtabat eorum exercitus. Saul tria dontaxat millia in armis habuit. Quòd ſi quis eius numeri myſticum ſenſum exploret, inueniet profectò, millenario numero Deum ſignificari; vt pote qui numeris omnibus abſolutus ſit: ternario autem perſonarum eundem numerũ. His autem potiſſimùm, ſeu potius vnico eodemque trium perſonarum præſidio omnis noſtra ſalus nititur æternumque conſtabit.

S. Hieron. Numerorum allegoria.

Et erant cum Saul duo millia.] Carnalem numerum binarium vocat Origenes & S. Hieronymus in Ezechielis cap. 43. Fouea, inquit, altaris, ſiue profundum & altitudo, pro qua in Hebraico ponitur Gab, de ſinu terræ vſque ad crepidinem nouiſſimam, vel vſque ad propitiatorium maximum, duobus cubitis, & latitudo eius cubiti vnius. Inferiora enim & profunda, & terræ cohærentia, duali numero, qui & in immundis animalibus poſitus eſt, continentur. Superiora autem, & ad crepidinem ſiue propitiatorium peruenientia, quod Theodotio ipſo Hebraico nomine appellauit azara, vnius cubiti habent latitudinem: vt dualis numerus tranſeat ad ſolitarium, & bonũ nuptiarum, quod inferius eſt, ad vnionis perueniat beatitudinem. Et iterum in caput vndecimum eiuſdem Prophetæ. Hi igitur viri qui cuncta ad ſenſus referunt, & habent duos principes, de quibus ſupra diximus, duali numero continentur: qui ſcindit vnitatem, & in ſecundæ diei numero non videtur à Domino, iuxta Hebraicam veritatem. Vnde & in arca Noë, bina & bina introducuntur immunda. Dominus autem ſciſſionem in vnum coartans, fecit vtrumque vnum, & ſoluit medium parietem, inimicitias in carne condemnans. Vnde & auguſtius quid loquitur atque ſublimius: *Ego & Pater*

vnum ſumus, vt à Iudaica dualitate in vnionem vos reuocet fidei Chriſtianæ. Denique Dominus patitur ſub duobus, Anna & Caipha, vt religioſis eorum ſciſſum monſtraret errorem. Hactenus S. Hieron. In hoc igitur Saul primũ Adam repræſentat, qui iuxta Apoſtolũ ſecundũ carnem natus eſt: Ionathas autẽ, cui millenaria ſiue perfecta vnitas contigit, ſecundum Adam, *qui ſecundũ Deum formatus eſt*: qui & Philiſthæorum propterea ſtationẽ percuſſiſſe memoratur.

I N *Machmas.*] *Humilitatem* ſiue *attrectatam* ſignificat, vt docet S. Hieronymus de Nominibus Hebraicis in lib. 1. Reg. Vtrumque carnis deſideriis bellè conuenit. Cæterũ quòd ad locum attinet, Machmas vſque hodie vicus grãdis oſtenditur, in finibus Æliæ, antiquum nomen retinens, nouẽ ab ea millibus diſtans iuxta villam Rama. Idem S. de locis Hebraicis. *Gabaa Beniamin.* Additur Beniamin, quia eſt etiam alia, vt apparet ex libro Ioſue.

C Æ T E R V M *populum remiſit vnumquemque in tabernacula ſua.* Non amplius populus conſultat de gerendo bello. Id enim vni iam regi curæ eſſe oportuit, mutato Reipub. ſtatu. Principes terræ ſic definit S. Hilarius in Pſal. 2. explicans hæc verba, *Et nunc, Reges, intelligite:* Quorum nunc in corpora humana, & in bellorum miniſteria, & in metu gentium, regnũ eſt. Regem autem à Iudice, ſub quo hactenus egerat Reſpublica Iudæorum, ad hunc modũ idem diſtinguit eodem loco: Differre verò Iudicem & Regem, ipſo vſu terrenæ conſuetudinis cognoſcimus, quia non idem ſit regnare quod iudicare: quia regum dominatio ſit, iudicum verò ſit modus æquitatis.] Poſtremò totũ hunc locum malignè ſatis interpretari videtur Vermilius, cùm id quod legitimè fieri potuiſſe concedit, maluit diuinando in deteriorem partem accipere. Referam tamen, quod alioquin eius commentarius nonnullam lucem totius capitis explanationi afferre queat. Hoc caput, inquit, ita diſtinguitur. Primo loco deſcribitur occaſio lapſus Saulis: deinde ratio lapſus: tertiò Samuelis obiurgatio, & Saulis qualis qualis defenſio. Poſtremò difficultas populi, quod pauci eſſent & inermes, cùm Palæſtini & innumeri eſſent, & ad pugnam inſtructi. Quod ad primũ attinet, elegerat Saul tria millia militum, quos ſemper haberet ad manum. Hoc non videtur alienum ab eius munere. Excitarat enim eum Deus ad liberandum populũ: qua in re opus erat milite. Ex eis mille tradit filio Ionathæ: duo millia retinet apud ſe. Hæc non malè videntur fieri. Sed Deus videt ea malo animo fieri. Nam cum milites dilaberentur, vt eos retineret, ſacrificare voluit, contra iuſſum Dei, quod plus fiduciæ in militibus poneret, quàm in Deo. Externa quidem res damnari non potuit: ſed Deus animum ipſum intuetur. Facit iſta Saul poſt duos annos, quam erat confirmatus rex. Quare videtur nihil nimium præcipitare. Id ſi ex prudentia fecerit, laudandus eſt: at ſi ex timore, aut deſperatione de promiſſis Dei, prorſus eſt vituperandum. Hæc Vermilius. Nos ex prudẽtia feciſſe credimus, & laudamus, cùm nullo vtique loco Scriptura reprehendat.

S. Hilarius.

Rex quid. Item regis & iudicis differentia.

Vermilius.

V E R S V S 3.

Et percuſſit Ionathas ſtationem Philiſthinorum, quę erat in Gabaa. Quòd cùm audiſſent Philiſthiim, Saul cecinit buccina in omni terra dicens: Audiant Hebræi.

QVomodo intelligendũ eſt, inquit ſanctus Theodoretus, *Percuſsit Ionathas ſtationem alienigenarum, quæ erat in collibus?* Reſpondet quæſt. 28. in lib. primum Reg. Alienigenæ victis Hebræis, collocarunt præſidia in locis munitioribus. ὑπόστημα ergo, nempe ſtationem vocauit hoc præſidium, quod funditus deleuit Ionathan. Hæc ſanctus Theodoretus. Quid mirum? Mille vt didicimus erant cum Ionathan. *Mille clypei*, inquit in Cantico, *omnis armatura fortium.* Et idem Sanctus in hæc verba Octaui cap. *Mille Salomoni.* Millenarius, inquit, numerus in Chriſto ſignificat perfectionem, cùm ſit vnitas abſoluta, eiuſque rationem non ſolùm vi, ſed etiam re in ſeipſo contineat. Ab vnitate enim incipit, & per vnitatem oſtenditur, & vnitatis effector eſt. Nam vnitatis nota mille & myrias indicantur. Hæc ille. א Aleph apud Hebræos vnum & mille valet: vnum, ſi vnico charactere pingatur: mille, ſi pluribus literis hoc modo אלף *aleph.* Millenarius autem numerus, ſeu potius vnitas, magis quàm quiduis aliud Deo & perfectioni cõuenit. Non enim ea vnitas inſtar puncti habenda eſt, imò magis totius atque vniuerſi. Tanto igitur diuinæ gratiæ præſidio circunſeptus Ionathas, præſidium Philiſthinorum expugnauit in Gabaa, hoc eſt in colle, ſupple Cariathiarim, vt notat Vatablus: Ibi erat arca Dei, quemadmodum intelligi poteſt ex 10. cap. ver. 5. vbi dicitur: *Poſtea venies in collem Dei, vbi eſt ſtatio Philiſthinorum.* In colle autem vicit. Neque enim, ſi ad ſuperiora contendamus, nec deſit cæptis animus, & dux virtutum humilitas, aduerſæ poteſtates diutius obſiſtere poterunt. *Dij montium, dij eorum* aiebant Syri: verè enim in illis Deus vincit & ſuperat, qui ardua quæque pro illius amore ſuſcipiunt, & ſpe ac voluntate ad cæleſtia rapiuntur. Dictio Hebraica נצב *netſib*, quam ſtationem vertit interpres noſter, ſtatuam, poſitionem, collocationem propriè ſignificat. Deinde etiam ita dicta ſunt caſtra, in quibus ſtant milites: & Præfecti, quorum maximè autoritate Reſpublica ſtat & conſeruatur. Sed de hoc ſæpius.

Cæterùm credibile eſt inquit Vermilius, id factum fuiſſe voluntate patris. Nam hominem priuatum non oportuit ſua autoritate bellum indicere. Cur autem id Saul ipſe non fecerit, cauſa non apparet. At in Græco ſcribitur ἠθετήκασιν οἱ δοῦλοι, quaſi Saul velit cauſam reücere in milites. Sed Palæſtini hunc prætextum non recipiunt: ſed ſtatim conclamant ad arma. Id Saul denuntiat, vt populus eſſet paratus. Duę cauſæ erant, cur hoc edictum proponeret:

S. Theod.

Millenarius perfectionem, & Deum denotas.

Vermilius.

A altera vt populus caueret ſibi ab hoſtibus: altera vt omnes ad certum locum conuenirent. Ad hunc modum Vermilius. Illud autem ex Septuag. Interpretibus ἠθέτησαν, οἱ δοῦλοι, id eſt *ſpreuerunt ſerui*: ſiue, vt nunc apud eoſdem Septuag. legimus, ἠθετήκασιν οἱ δοῦλοι *inobedientes fuerunt ſerui*, Aquila, vt ſcribit S. Theodoretus, expoſuit, *Audiant Hebræi*. Nec ille modò, ſed etiam reliqui omnes præter Septuaginta, atque adeò ipſe Vermilius. Septuag. legiſſe videntur עֲבָדִים *hhabadim*, quod ſeruos ſignificat, pro עִבְרִים *hhibrim*, ob ſimilitudinẽ ר & ד quemadmodum & Ionæ 1. עִבְרִי *hhibri Hebræus ego ſum*, verterunt δοῦλος κυρίου *ſeruus Domini*. Hoc verò Saul non excuſandi gratia edixit, vt fingit Vermilius, quòd ſcilicet Philiſthinorum impetum vereretur, & iram formidaret: ſed exprobrandi atque gloriandi, quoniam hi qui à Philiſthæis ad eum diem ſerui ſunt habiti, eorumdem iugum cœpiſſent excutere. Sic enim intelligendum eſt inquit S. Hieronym. in Traditionibus Hebrai. in lib. 1. Reg. *Quod cùm audiſſent Philiſthiim*, (hæc verba ſiue volens, ſiue imprudens, omiſit Vermilius in tranſlatione ſua, quæ tamen pariter cum reliquis vertit eius æmulus atque aſſecla Vatablus) ſubauditur, conturbati ſunt.

Varia lectio.

Traditiones Hebrai.

SAVL *cecinit buccina.*] Hæc buccina ſignum victoriæ & exultationis fuit, vt audirent & noſſent Hebræi, conturbatos & ſuperatos eſſe Philiſthæos. Propterea ſequitur: *Et vniuerſus Iſraël audiuit huiuſcemodi famam: Percuſſit Saul ſtationem Philiſthinorum. His rebus compertis confortatus eſt Iſrael propter hoc.* Hactenus S. Hieronymus. Buccinarũ duo fuiſſe genera refert Genebrardus in Pſal. 97. verſu 8. Erant quædam ductiles ſeu metallicæ & corneæ. Nam חֲצֹצְרָה *hatſotſera*, eſt tuba educto fuſóque argento, & alio metallo, quam deſcribit Ioſephus lib. 3. Antiq. Iudaic. cap. 15. At שׁוֹפָר *ſcophar*, quo nomine hoc loco Scriptura vtitur, è cornu. Sophoclis autem & Euripidis Scholiaſtæ tradiderunt, neque Græcos neque barbaros Troiani belli tempore tuba vſos fuiſſe. Sed contrarium probari poteſt ex eodem Euripide, & aliis poëtis. Verùm finxiſſe dici poſſent, niſi hoc certũ eſſet ex Scripturis. Nam Moſe iubente, ſeu potius Deo, Iſraëlitæ tubis vtebantur. Sed & modus ipſe euocandi ad bellum, aut etiã pæana canendi deſcribitur, Numer. 10. Qui nobis in primis notandus eſt, quo magis appareat eũ tubæ clangorem victoriam & triumphum, non autem pauorem metúmve præ ſe tuliſſe. Hebræi namque ab ipſa Scriptura edocti inter clangorem iobilumque diſtinguunt: & iubilum interpretantur vlulatum quemdam, vt refert Fagius in Onkelũ, & vocem in modũ tuſſis deprompram. Alij vocem fractam & interciſam; eò quòd verbum רוע *roa*, & frangere, & iubilare ſignificat: alij vertunt *taratantara*: erat quidam clangor qui nos hodie latet inquit Fagius. Verùm quicunque illi tandem modi fuerint, iſtic certè Scriptura eo verbo vtitur, qui eum tonum deſignat, quo iubentur in rebus proſperis & ſolemnitatibus lætitiam teſtari.

Genebrardus. *Buccina.*

Iubilus & clangor diſtinguuntur.

Santes Pagninus Numer. 10. verſ. 9. ad hunc modum explicat. *Et quando venietis ad bellum in terra veſtra contra hoſtem obſidentem vos, & taratantarizabitis in tubis.* Et verſ. 10. *Et in die lætitiæ veſtræ, & in ſolemnitatibus veſtris, & in capitibus menſium veſtrorum & clangetis in tubis.* Et priùs quidẽ Hebraicè legimus וַהֲרֵעֹתֶם *vaharehhothem* & *taratantarizabitis*: poſteriùs verò וּתְקַעְתֶּם *outhcahhthem* & *clangetis*. Quorum illud ad belli rationes pertinet, hoc verò hilaritatis ac lætitiæ argumentum eſt. Igitur qui clangor lætitiæ præſcribitur idem eſt, eademque dictione expreſſus, quo hic Saul buccina fertur ceciniſſe.

S. Pagnin.

B Iam verò buccinarum tubarumque vſus vnde ortum habuerit, ſapienter explicat Vegetius libro 3. de Re militari capite 5. Nam cùm, inquit, voce ſola inter præliorum tumultus regi multitudo non poſſit: & cùm pro neceſſitate rerum plura ex tempore iubenda, atque facienda ſint, antiquus omnium gentium vſus inuenit, quomodo quod ſolus dux vtile iudicaſſet, per ſigna totus agnoſceret & ſequeretur exercitus. Tria itaque genera conſtat eſſe ſignorum, vocalia, ſemiuocalia, & muta. Quorum vocalia & ſemiuocalia percipiuntur auribus: muta verò referuntur ad oculos. Vocalia dicuntur, quæ voce humana pronuntiantur, ſicut in vigiliis, vel in prælio pro ſigno dicitur, vt puta, Victoria, Palma, Virtus, Deus nobiſcum, Triumphus C Imperatoris, & alia quæcunque voluerit dare is, qui in exercitu habet maximam poteſtatem. Sciendum tamen eſt, iſta vocabula quotidie debere variari, ne ex vſu hoſtes ſignum agnoſcant, & exploratores inter noſtros verſentur impunè. Semiuocalia ſunt quæ per tubam, aut cornu, aut buccinam dantur. Tuba, quæ directa eſt, appellatur. Buccina, quæ in ſemetipſam æreo circulo flectitur. Cornu, quod ex vris agreſtibus, argento nexum, temperato arte ſpiritu, quem canentis flatus emittit, auditur. Nam indubitatis per hæc ſonis agnoſcit exercitus, vtrum ſtare, vel progredi, an certè regredi oporteat: vtrum longè perſequi fugientes, an receptui canere. Muta ſigna Aquilæ, Dracones, Vexilla, Flameolæ tufæ, pinnæ, &c. Vegetius ibidem.

Vegetius. Ratio vſus Buccinarũ.

D

VERSVS 4.

Et vniuerſus Iſrael audiuit huiuſcemodi famam: Percuſſit Saul ſtationem Philiſthinorum: & erexit ſe Iſraël aduerſus Philiſthiim. Clamauit ergo populus poſt Saul in Galgala.

XERXES apud Herodotum lib. 8. cùm primùm Athenis potitus eſſet, equitem quendam Suſa ad Aſtabanum mittit, nuntiatum res bene geſtas, ac præſentem ſtatum. Qui nuntius Suſa perlatus, tanta Perſas, qui relicti erãt, voluptate affecit, vt omnes vias myrto con-

Herodotus.

ET VNIVERSVS ISRAEL AVDIVIT FAMAM, &c.

Nuntij Perſarum.

ſtrauerint, & pet eas odores incenderint, & ipſi in ſacrificiis ac gaudiis verſarentur. Et addit Perſarum nuntiis nihil pernicius tranſcurrere in rebus humanis. Quod negotium hunc in modum ab iiſdem excogitatum eſt. Quot ex diebus tota via conſtat, totidem equos ac viros ferunt eſſe diſtinctos ad ſingulorum dierum iter faciendum, quos neque vis nimium, neque imber, oeque æſtus, neque nox diſtinet, quin propoſitum ſibi curſum celerrimè conficiaot. Quorum curſorum primus mandata tradit ſecundo, ſecuodus item tertio: & ita deinceps illa mandata io alium atque aliũ pertranſeunt, quemadmodum apud Græcos fax, quam Vulcano pet vices ferre curſores perſeuerant. Hanc equorum curſitationem Perſæ angareion appellant. Hactenus Herodotus. Non fuit opinor Sauli opus multis equis, vt ad omnem Iſraël expugnatæ ſtationis fama penettatet: erat enim anguſta tegio. Cæterùm apud antiquos olim euangelia dabantur baiulis horum nuntiorum, quod vel ipſe Dauid teſtari videtur lib. 2. cap. 4. ver. 10. de Iſmaelita illo loquens, qui Saulis necem nuntiabat: *Cui oportebat*, inquit, *pro nuntio mercedem dare, cùm ſe læta nuntiare putaret.* Extat etiam Gratian. Valent. ac Theodoſij Imppp. Conſtitutio, qua immodicam eiuſmodi munerũ exactionem prohibent. Quicquid, ioquiuot, noſtrorum vnquam nuntiari cœperit proſperorũ: vt bella ſi deſinunt; ſi oriuntur victoriæ faſtus; ſi honor datus fuerit regalium, vel conſulum, vel trabearũ, compoſitæve pacis erit offerenda tranquillitas; ſi ſacros vultus inhiantibus fortè populis inferimus, hoc ſine immodico pretio nuntiari excipive ſancimus. Actum eſſe iubeoius caſtiſſimum, indigentibus non numeratiis eſſe præbendum. Hæc vltima verba ſic corrigit Gothofredus Cod. Publicæ lætitiæ l. 1. Gerulum iubemus eſſe caſtiſſimum; indices nummarios eſſe prohibemus.] Quid ſi retineamus *indigentibus*, & eam eſſe mẽtem Impp. definiamus, vt euangelia nomine publicæ lætitiæ indigentibus tribuerentur, id eſt, in pauperum commodum cederent: quod gratiſſimum futurum Deo ad maiorem rerum tranquillitatem obtinendam piiſſimi principes arbitrarentur? Numerarij verò illi nuntij ſeu curſores eſſe potuerunt. Nam & apud Marcellinum li. 19. inueniuntur numerarij apparitionis magiſtri equitum. Inter apparitores autem magiſtratuum viatores à Cicerone receuſentur in Orat. Pro Cluentio. Quorum olim quidam, vt autor eſt Plinius lib. 18. cap. 3. aranti ſua quatuor iugera Cincinato Dictaturam attulit. Ex quo intelligi poteſt, quod fuerit eoruodem officium: tametſi ſubinde non vno munere functi ſunt. Imppp. demum adiiciunt: Iudices ſtatuimus eſſe ſolicitos, ne turpi colludio quæratur ex miſeris pretium gaudiorum.

Cod. Publicæ lætit. — *Gothofredus.* — *Amm. Marcell.* — *Plinius.*

Humilitatem nos docet Ionathas.

PERCVSSIT *Saul ſtationem Philiſthinorum.*] Imò petcuſſerat Ionathas: ſed filij egregium opus & gloria patri tribuitur. Alioquin enim & ſub patris auſpiciis militauerat, & erant patris copiæ, quibus eam victoriam parauerat: quinetiam totus ipſe patris fuit. Atquin nos multò magis nunc ſumus Dei, qui omniũ pater eſt, & ab illo habemus quicquid poſſidemus, & ſumus. *In illo* namque, vt ait Apoſtolus, *viuimus, mouemur, & ſumus.* Quomodo igitur non Dei eſt victoria, ſi quando de hoſte victoriam reportamus? Diſcamus humilitatem autore Ionatha. Nunquid indoluit, cùm audiret patri victoriam adſcribi, ſeque gloria priuari? Nuſquam ſe iniuria affectũ ſenſit. Ampliorem autem ea ratione laudem conſequutus eſt; vt non eum modò victorem Philiſthiim crederemus: ſed etiam laudis ac gloriæ, quæ ſolet eſſe inter cæteras cupiditates longè omnium acerrima. Nos itaque eius exemplo edocti, nihil nobis arrogare debemus: ſed totum diuinæ virtuti tribuere, quæ nos primùm ad pugnam ſuis armis inſtruit. Deinde etiam victoria coronat.

ET ERE XIT SE ISRAEL, &c.

ET *erexit ſe Iſraël aduerſus Philiſthiim.*] Sæpe leue momentum victoriam parit, & ſtupenda fit rerum inclinatio. Fama timidis animum addit, hoſtibus autem incutit formidinem. In vtramlibet partem magni momenti eſt, quicquid rumore diſſeminatum fuerit. Vinci poſſe approbat prima ſanguinis delibatio. Vnde quaſi auſpicium victoriæ ducitur, nec temerè creduntur diſſimiles fore principiis exitus. Spes autem, & opinio, & alacritas victoriã non tantùm præcedere, ſed etiam adiuuare ac promouere ſolent. Idem nobiſcum ſentit S. Hieronymus, qui hunc locum ita interpretatur: id eſt, *viriliter agere cœpit contra Philiſthæos.* Fauet etiam Chaldæus, cuius hæc eſt interpretatio: *Et concitatus eſt Iſraël aduerſus Philiſthæos.* Græci etiã magis apertè ϗ ἐβδελύξατο Ἰσραὴλ τοὺς ἀλλοφύλους. *Et contempſit Iſraël Philiſthiim.* Pagninus vertit: *Et abominatus eſt Iſraël Philiſthiim.* Vermilius & Vatalus maluerunt his verbis Palæſtinorum ob acceptam cladem bilem & ſtomachum exprimere. Sic enim tranſtulerunt: *Et etiam fœtuit Iſraël inter Peliſthim*: hoc eſt, quòd Palæſtini abhorrerent ab Iſraële tanquam à re malè olente & putida, q. d. oderant maximè Iſraëlitas. Ita Vatablus in Ecphraſi. Potuit autem huiuſmodi malus odor pro defectione metaphoricῶs accipi, ſicut antea in eodem ſenſu Iſraëlitæ exprobrauerant Moſi & Aaron: *Fœtere feciſtis odorem noſtrum coram Pharaone.* Hoc eſt, ſuſpectos nos rerum nouandarum & meditatæ defectionis reddidiſtis. Palæſtini enim, cũ ſua præſidia ab Iſraëlitis opprimi intelligerent, dubitare non poterant, quin de priſtina libertate vindicanda conſilium iniiſſent.

Varia tranſlatio.

CLAMAVIT *populus poſt Saul in Galgala.*] Idem paſſiuè Montanus exprimit, *Et acciti ſunt populus*, &c. Vermilius, Ibi orandus erat Deus, & cum Propheta de bello gerendo deliberandum. In decimo capite huius libri Samuel, cùm diſcederet domum ſuam, monuit Saulem, vt expectaret ſe in Gilgal *ſeptem dies*: *Et ego*, inquit, *veniam, & docebo te, quid fieri oporteat.* Hoc præceptum videtur fuiſſe generale: vt quotieſcunque aliquid negotij publici geſturus eſſet, toties aſcenderet in Gilgal, & audiret vocem Dei. Id enim Dominus præceperat in Deuteronomio. Et in Num.

In arduis Principes debent Sacerdotum conſulere.

Ioſue

Ioſue iubetur ſtare coram Eleazaro Sacerdote, vt interrogaret, & audiret vocem Domini. Generaliter ergo monet, vt quoties opus eſſet cõſilio, toties Saul ſe expectaret, vel ſeptem dies ſi eſſet opus. Quia fortaſſe Samoel tam procul abfuturus erat, vt intra ſeptem dies venire non poſſet. Perinde autẽ eſt, quod dicit, *Septem dies*, ac ſi dixiſſet, decem aut duodecim dies: vſus eſt finito tempore pro infinito. Senſus itaque eſt, tandiu oportuiſſe Saulem expectare, vt ſi Samuel eſſet in vltimis finibus, tamẽ poſſet accedere. Hactenus Vermilius. Cæterũ tametſi hoc verum eſt, Deum ſtatuiſſe Principem in arduis ac publicis negotiis Sacerdotem conſulere: attamen eo loco non tam videtur Samuel eius præcepti Saulem admonere voluiſſe, quã Dei iuſſu à principio regni eiuſdem fidei atqoe obe- B dientiæ experimeorum capere. Nam Samoel tametſi propheta erat, & Remp. adminiſtraoerat, non erat tamen Sacerdos, aut Eleazari ſortitus miniſterium, vt niſi is à Rege conſuleretur, legem violari conſtaret. Deinde Achias filios Achitob ſommum gerens ſacerdotium in exercitu aderat, & Ephod portabat: quod etſi ſequenti demom capite narratur, quandoqoidẽ tamen manebat idem exercitus, veriſimile eſt etiam priùs interfoiſſe. Sed neutrum ſcilicet Saul interrogauerat: vrget tamẽ maximè quod ſeipſum non expectaſſet. Quare etiam mihi videtur verior noſtra ſententia.

Versvs 5.

Et Philiſthiim congregati ſunt ad præliandum contra Iſraël, triginta mil la curruum, & ſex millia equitum, & reliquum vulgus, ſicut arena quæ eſt in littore maris plurima. Et aſcendentes caſtrametati ſunt in Machmas ad Orientem Bethauen.

Magno militum nomero gloriantur, qui Deo non confidunt: ſed quantulũ opis præter multitudo, ſi diuino præſidio careat, ex Dario & Xerxe potentiſſimis regibus docu- D mentum nos capere Deus voluit. *Sicut arena quæ eſt in littore maris plurima.*] Hoc eſt, tanto numero, vt percenſeri non poſſet. Loqoutio eſt hyperbolica, quam freqoenter Scripturæ vſurpant. S. Iſidorus Peloſiota lib. 2. ep. 99. Quoniam, inquit, Iudæus quidam, vt ad me ſcripſiſti, inſcitiæ plenus, diuinum Eoangeliſtam, quòd his verbis vſus ſit, *Ne ipſum quidem mundum capere poſſe arbitror eos qui ſcribendi ſunt libros*, hyperbolicæ orationis damnans, negotium tibi faceſſioit; operæ pretium eſt ex vetere teſtamento, qood ipſe quoque probat, ac diuinum exiſtimat, ea qoæ per hyperbolen dicta ſunt, in medium prodocere, vt ille intelligat, Euangeliſtam quoqoe veterem illam ſcripturam ſequentem, ea ſcripſiſſe, quę ſcripſit. Quidnam igitur ſcriptum ſit diſcamus. De Chananæis quidem vrbibus, *Vrbes muro cinctæ ſunt vſ-*

S. Iſidor. Peluſ. *Hyperbole Scripturis familiaris.* Ioan. 21.

A *que ad cœlum*: de terra aotem eorum dictum eſt, *Terram fluentem lacte & melle*. Denique de nauigantibos, *Aſcendunt vſque ad cælos, & deſcendunt vſque ad abyſſos.* Hæc igitur ille ruſticè ſapiens exponat, non ad allegoriam confugiens, nec uumeralem ſenſum afferre ſtudens, ſed res ipſas explicans. Quòd ſi non poteſt, (neceſſe eſt enim vel hæc hyperbolicè dicta eſſe fareatur, vel interpretatione opos habere) quid eſt, quamobrem extremæ inſcitiæ aduerſom ſe argumentum præbens, Euangeliſtã carpat, qui etiamſi hyperbolem adhibuiſſe videatur, eam tameu mitigauit, dum dixit, poto. Etenim illic quidem mera eſt hyperbole: hic autẽ temperata. Nec enim eam ſimpliciter dimiſit, ſed caſtigaoit ac leniuit. Porrò qui hyperbolas B caſtigat, duplicem rem facit. Nam & cupiditatem ſuam indicat, & veritatem attingit. Quin illud qooque probabile eſt, nec hyperbolicè qoidem hoc dictum eſſe.] Probat luculenta oratione, tum de operibos ante mundũ factis (Angelorum choros intelligit) nec enim alia illa ſigna definite in mundo feciſſe tradit: tum qood mundos id eſt auari, libinoſi, fures, doctrinam eius capere noo poſſint. Plura ibidem vir egregius commemorat, quibus ſententiam ſuam veram eſſe demonſtret: nobis hoc tempore ſatis fuerit ab eo didiciſſe ſacram Scripturam ab hyperbolico dicendi modo noo abhorrere.

Deut. 1. Exodi 3. Pſal. 106.

C Ingentem itaqoe exercitum collectũ atque eductũ fuiſſe certiſſimè tenendũ eſt, neque propterea hiſtoriæ fidem detrahere licet, quòd ea gens anguſtis finibus circũſcripta feratur: ſemper enim copioſo milite abundauit, & alioquin omnes edicto propoſito ad ſigna conuolabant. Illud longè incredibilius quod de Syracoſis narrat Diodorus lib. 3. Ex vnica inquit Siciliæ ciuitatum Syracuſis Dionyſius exercitum peditum centom viginti, equitũ duodecim millium confecit. Naues magnas partim triremes, partim quinqueremes ad quadringẽtas ex vno eduxit portu. Romani paulò ante Hannibalis tempora futuri belli præuidentes magoitudinẽ, cenſu in Italia tum ciuiũ tum ſociorũ, qui bello apti eſſent, habito, decies centena fermè millia hominũ deſcripſere. Ar Italia ne vni qoidem D Aſiæ prouinciæ hominũ numero comparanda eſt. Quæ ideo recenſuimus, ne quis ex hac quæ nonc eſt vrbiũ ſolitudine, priſcam illarũ gentiũ copiam expendat. Herodotus lib. 7. ingentem illom Xerxis exercitom deſcribens, cùm tentaret Græciam Perſarum Imperio adiicere, ſcribit, quingentas & viginti octo myriades, & tria millia docẽtos & viginti viros fuiſſe, quos Xerxes Darij duxit ad Sepiadem, & vſque ad Thermopylas. Hic vniuerſus copiarũ Xerxis numerus. Nam mulierum pinſentium, & pallacum, & eunuchorum nomerum, nemo pro comperto queat dicere. Hæc ille. Quinimo etiam miror qua ratione tantæ moltitodinis nomerum inire potuerint. Niſi fortè quæque gens, vt ſe primùm caſtris inferebat, copiarum ſuarum ſeriem numerumque deſcriptum exhibebat. Quod quia factum à nemine referri Herodotus autor eſt, alia ratione

Ingens exercitus. Diodorus Sicul. Herodotus

SICVT ARENA MARIS. *Modus numerandi ingentem multitudinem.*

vſos ipſe ſcribit qua numerus inueniretor. A Côntraxerunt,inquit,vnum in locum myriadē, quæ ſunt decem millia bominū: quam maximè poterant, circulū extrinſecus deſcripſerūt loco circunſcripto: emiſſaque illinc myriade, ſepem circundederunt, eatenus excitātes, vt vmbilico tenus pertingeret. Eam vbi fecere, aliam ſubinde atque aliā myriadem introduxerunt: dooec omnes connumerauerunt, conoumeratos autē nationatim digeſſerunt.] Hactenus Herodotus. At Philiſthiim cùm tantos progreſſus in Arithmetica non feciſſent, partem maximam exercitus innumeratam reliquerunt.

Ingentes exercitus mole propria obruuntur.

Cæterùm quod ad huioſmodi exercitus attinet, tametſi innomerabilis multitudinis opi- B nio plurimùm terroris afferat, quòd ea ſuperari nulla ratione poſſe videatur, tanquam magnū aliquod incendium quod nequeat extingui, aut aquæ vis immenſa quę à periclitantibus exhauriri non valeat: attamen ipſa ſibi ſæpenumero plus impedimenti præſtat quàm hoſtibus, &, cùm aliena manu non poſſit, propria mole opprimitur. Appianus. Lucullus, vt eſt apud Appianum in Parthicis, cùm ad Cyzicum contra Mithridatem caſtra poſuiſſet, & à quibuſdam ex transfugis intelligeret, Mithridati vſque ad trecenta virorum millia in exercitu adeſſe, commeatum partim à frumentariis, partim à mari ſubuectari, ad aſtantes dixiſſe fertur, ſtatim ſine pugna boſtes debellatum iri: & vt huius orationis re- C miniſcerentur, admouuit. Quod & factum eſt coacto Mithridate præ inopia receptui canere. Herodotus ibidem l.7. Quare non immeritò miratur Herodotus quî fieti potuerit, vt tanto illi Xerxis exercitui præſertim apud exteras nationes alimenta ſuppetereut, maximè, cùm plures fluuij & amnes ab illis copiis potando exhauſti eſſe ferantur. (Nam Liſſus epoto latice in Samothracia exaruit; Chidorus in Bottiæide; Onochonus in Theſſalia.) Nam ſubducta ratione comperio, inquit, ſi ſinguli quotidie ſingulas frumenti chœnicas, id eſt ſemodia, non amplius accepiſſent, abſumpta fuiſſe ſingulis diebus centum millia medimnotum, & trecentos ac quadraginta medimnos, qui ſinguli conſtant è ſenis modiis, haud annumerando mulieres eunuchoſque, & iumenta, atque canes. Hactenus Herodotus. D Similis tamen periculi ſuſpicio à Philiſthæis lougè abfuit; cùm non ita procul à ſuis ſedibus in boſtili ſolo verſarentur, vt non commodè commeatus in caſtra inferri poſſet. Sed eſt alia præterea ratio, quæ nimiam multitudinem perfundat & proterit, ipſa ſcilicet ordinū confuſio atque perturbatio, dum fremitus murmurantis turbæ prohibet, ne ducum imperia nomeri exaudiant. Deinde & ſi quid facto opus erit, quod maturè confici debeat, quomodo nō ante tempus rei gerendæ præterierit, quàm ad remotiſſimos iuſſa perueniant? Erat quidem Lacedęmonum diſciplina militaris admiranda. Nam cùm eſſent penè omnes in exercitu, paucis exceptis, duces ducum, ſi quid Rex fieri voluiſſet, citò ad poſtremos ordines penetrabat eius voluntatis Thucydides. ſignificatio. Nam ipſe quidem cū Tribunis ſua conſilia communicabat: illi Centurionibus indicabant: Centuriones dimidiæ Centuriæ prę- A fectis: rurſus iſti Decanis, Decani verò ſuæ Decuriæ: & ſic per omnem exercitum Regis imperium ociſſimè permeabat, vt docet Thucydides lib.5. Belli Peloponneſiaci. Verùm is ordo quoque in acie, ſi pluribus aut etiam diuerſarū gentium legionibus inſtructa ſit, ægrè ſeruari poterit, cùm turmas & cohortes non modico interuallo dirimi neceſſe ſit: in hac verò tanta innumerabilitate militum non poteſt nō confundi. Riſit itaque, nequicquam expauit Spartanus Dieneces, cùm audiſſet Xerxis copias præ multitudine ſagittarum quas emitterent, ſolem obducere, & ait: Ergo ſub vmbra cum illis non in ſole pugnabimus.

De curribus bellicis & falcatis, & qua ratione impediantur.

TRIGINTA MILLIA CVRRVVM.

TRIOINTA *millia curruum.*]. Parem numerum vix alias reperies. Alexander, cùm audiret in India Tabræſiotum & Gangaridarū Regem trans Gangem, currus bis mille poſſidere, credere vix poterat, niſi Poro affirmante, vt ſcribit Diodorus lib.17. Diodorus. Darius, autore Curtio lib. 4. cùm io Alexandrum pugnaret, ducentas falcatas quadrigas habuiſſe fertur. Curtius. *Numerus curruum.* Artaxer- C xes totidem cum Cyro Minote manum conſetens: Cyrus Minor viginri duntaxat habuit, Xenophon vt meminit Xenopbon lib.1. Expeditionis Cyri Minor. Perſæ quot currus in aciem oduxerint cum Alexandto Seuero prælium inituri, Lampridius memorat in eius vita. Lampridius. Cyrum Maiorem trecentis curribus vſum eſſe, quando cum omnibus Aſſyriotum copiis pro ſumma Imperij decertauit, narrat Xenopbon lib.6. Cyropædiæ. A quo etiam memoratur curruū forma atque inſtitutum mutaſſe. *Forma curruum.* Atenim, inquit, ſuperiorę tempore & Medi, & Syri, & Arabes, & Aſiatici omnes curribus ita vtebantur, vt nunc Cyreniaci. Viſum eſt autem Cyro, quòd minimè conſentaneum eſſet, quod in exercitu præſtantiſſimum eſſet: oam erant optimi quique iń curribus: id velitum vicem præbere, & D ad vincendum non multum habere momenti. Currus enim trecenti præbent pugnantes quidem trecentos, equis autem hi vtuntur mille ac ducentis. Aurigæ verò hi ſunt, vt veriſimile eſt, quibus optimares maximè fidem habent. Ii verò ſunt alij ad trecentos, qui nihil prorſus hoſti nocent. Hos igitur ſeſſiles currus ſuſtulit: pro his verò ad bellandum aptos parauit, & validis rotis, quo non facilè cōtererentur, & longis axibus: minus enim euertuntur lata omnia. Sellam verò fecit aurigis, ſicuti turrem, ex validis lignis. Harum verò currulium ſellarum altitudo eſt ad cubitos quinque, quo poſſint equi ab aurigis gubernari ſuper ſellas. Et aurigas loricis totos armauit exceptis oculis. Appoſuit etiam falces ferreas duarū vlnarū longitudine ad axes, ex altera atque altera rotarum parte, & alias infra ſub axem reſpiciētes in terrā, tanquā impetū in aduerſarios curribus facturi eſſent. Vt hoſce Cyrus tū parauit, ita etiā hoc tēpore

Digitized by Google

A vtuntur curribus, qui in Regis ſunt regione. Hæc Xenophon. Deſcribit autem & currum Abradatæ, qui quatuor temonibus inſtructus erat, & ab equis octo trahebatur: quem æmulatus Cyrus nouum genus curruum ſeu potius turrium temonibus octo coniugauit, & totidẽ paribus boũ agi curauit, in quibus ſingulis milites viginti collocauit. Hactenus Xenophon. Ex quibus apparet non parem vbique fuiſſe formam militarium curruum. Indorum vehicula bellica deſcribit Curtius lib. 9. Britannorum eſſeda Cæſar lib. 4. de Bello Gallico. Pori Regis currus ſenos vexiſſe milites autor eſt Curtius lib. 8. Quadrigæ falcatæ Perſarum plures vehebant. Currus Drepanici binos nonnunquam etiã ſingulares equis non curribus inſidentes; quorum varia genera & figuras proponit autor incertus libelli de Rebus bellicis, qui Notitiæ Imperij adiectos eſt.

Cæſar.

Liber de Rebus bellicis.

B Falcatis autem curribus Chananæos plurimùm vſos Scripturæ paſſim memoriæ prodiderunt: inter quos Rex Iabin nongentos habuiſſe memoratur Iudic. cap. 4. Hos verò ſemper Hebræi præter cætera formidarunt, ita vt ab iis laceſſendis præ metu abſtinerent, qui bis in præliis vterentur. Qualia verò huiuſmodi machinæ funera hoſtibus immittant, vel quas ſtrages turbatis ordinibus efficiant, deſcribit Xenophon occaſione Abradatæ in Ægyptios incurrentis. Currus, inquit, qua inuaſerant, cũ Ægyptij ſeparari non poſſent propter illos à quibus hinc atque illinc circundabantur, alios rectos temone equorum percutientes euertebant, alios verò cadentes figebant, & ipſos, & arma, & equos: quem autem falces corripuiſſent, omnia vi incidebant & arma & corpora. Ad hunc modum Xenophon lib. 7. Cyropædiæ. Curtius verò lib. 4. Ipſe, inquit, ante ſe falcatos currus habebat, quos ſigno vniuerſos in hoſtem effudit. Ruebant laxatis habenis aurigæ, quo plures nondum ſatis prouiſo impetu protererent. Alios ergo haſtæ multùm vltra temonem eminentes, alios ab vtroque latere demiſſæ falces lacerauere. Et iterum: Ducentæ falcatæ quadrigæ, vnicum illarum gentium auxilium, ſecutæ ſunt, ex ſummo temone haſtæ præfixæ ferro eminebant. Vtrinque à iugo ternos direxerant gladios, & inter radios rotarum plura ſpicula eminebant in aduerſum. Aliæ deinde falces ſummis rotarum orbibus hærebant, & aliæ in terram demiſſæ, quicquid obuiam concitatis equis fuiſſet, amputaturæ. Hactenus Curtius. Ne verò tantus ille impetus equis facilè vulneratis aut confoſſis euaneſceret, ferro toto corpore ſepti ſunt: quem ornatum ita deſcribit Xenophon lib. 6. Cyropædiæ. Armauerunt etiam equos frontalibus pectoralibuſque, & ſolos quidem equos femoralibus: eos verò equos qui erant ſub curribus, lateralibus. Ita vniuerſus exercitus ære fulgurabat, puniceoque florebat ornatu.

Vis & terror falcatorum curruum.

Neque tamen huic tanto malo remedium hominum induſtria non inuenit. Siquidem quæ primò magnum intulere terrorem, vt inquit Vegetius lib. 3. de Re militari cap. 24. poſtea fuere deriſui. Nam difficilè currus falcatus planum ſemper inuenit campum, & leui impedimento retinetur: vno afflicto aut vulnerato equo decipitur. Sed maximè hac Romanorum militum arte perierunt. Vbi ad pugnam ventum, repentè toto campo Romani tribulos abiecerunt; in quos currentes quadrigæ cùm incidiſſent, deletæ ſunt. Tribulus autem eſt quatuor palis confixum propugnaculum, quod quomodo abieceris, tribus radiis ſtat, & erecto quarto infeſtum eſt. His à Vegetio relatis, addere poſſumus quod de Alexandro narrat Curtius lib. 4. Præcepit, inquit, vt ſi falcatos currus cum fremitu barbari emitterent, ipſi laxatis ordinibus impetum occurrentium ſilentio exciperent; haud dubius ſine noxa tranſcurſuros, ſi nemo ſe opponeret: Sin autem ſine fremitu immiſiſſent, eos ipſi clamore terrerent, pauidoſque equos telis vtrinque ſuffoderent. Sylla quoque, vt Frontinus autor eſt lib. 2. Stratagematum cap. 3. aduerſus falcatas Archelai quadrigas Proſignanis, qui in ſecunda acie erant, imperauit, vt denſos numeroſóſque palos firmè in terram defigerent: intráque eos, appropinquantibus quadrigis ante ſignam noſtram aciem recepit, tum demum ſublato vniuerſorum clamore velites & leuem armaturam ingerere tela iuſſit: quibus factis quadrigæ hoſtium aut implicitæ palis, aut exterritæ clamore teliſque in ſuos conuerſæ ſunt, turbaueruntque Macedonum inſtructuram. Ad hunc modum Frontinus. Sed de curribus iam ſatis.

Vegetius.

Inuenta remedia contra vim curruum.

C

De Equitatu.

SEx *millia equitum.*] Cùm Mediam ex India Alexander repeteret, poſt Bagiſtamen, vt ſcribit Diodorus li. 17. regionem quandam ingreſſus eſt, quæ numeroſiſſimis equorũ armentis abũdabat. In hac enim CLX. equorũ agreſtiũ millia fuiſſe memorant: ſub Alexandri verò aduentũ ſexaginta duntaxat millia numerabãtur.] His primùm domitis, facile fuit equeſtres copias non modicas inſtruere. At Palæſtinos tali, & tam anguſta regione, tantũ equorũ numerũ in aciem educere potuiſſe, penè fidem vincit. Salomon, cùm peregrinis mercibus præter cõſuetudinem abundaret, tum etiam equus plurimos comparauit. Verùm hoc poſtea. Cæterùm cùm ſex millia equitũ numerantur, ſi habeatur ratio veteris inſtituti Gallorum, multa præterea millia intelligenda ſunt; quemadmodũ docet Pauſanias in Phocicis. Nomina, inquit, in hanc tertiam expeditionẽ (quam ſcilicet Brennus parabat in Græciam) dederunt, peditum centum & quinquaginta duo millia; equites vicies mille & quadringenti. Atque hæc quidem equitum manus tota ad pugnam idonea. Nam verior numerus fuere ſupra ſexaginta equitum millia, amplius mille & cc. Nam ſingulos equites famuli ſequebantur duo, in equis & ipſi, & equeſtrium artium maximè gnari. Ii prælantibus dominis in extrema acie conſiſtentes, ei erant vſui, vt ſi fortè equus eſſet amiſſus, ſtatim ſuum ſubmitterent: ſi vir concidiſſet, ſeruus in eius locum ſuccederet: quòd

Diodorus.

D

Pauſanias.

Equitatus Gallorum.

ſi vtrunque belli impetur euertiſſet, iam A præſto erat tertius, qui pro demortuis locum teneret. Iam verò ſi vulnera primarius ille accepiſſet, è ſecundariis alter ex acie illum ſubducebat, alter verò ſaocij vicē obibat. Hæc (vt inea fert opinio) apod Gallos ad imitationem Perſarum militia fuit inſtituta. Nam & illi ſelectos habebant milites decies mille, qoos Immortales vocabant. Tantum iotereſt, quod commiſſo demum prælio illi ſuccenturiant: Galli inter pugnandum integros, vel cæſis vel ſaucis ſupplemento eſſe iubent Hactenus Pauſanias. Huius conſuetudinis hactenus equites, quos Cataphractos vocant, aliquod veſtigium ſeruant. De Philiſthæis non auſim aſſerere.

Vtilitas equitatus. At Lyſias Orator prodidit Amazonas primas mortalium equo vſas fuiſſe, & gratia ro- B boris periclitãdi cùm aliã loca percurriſſe, tum Atticam etiam; in qua ægrè tandem vinci potuerint. Sed vereor ne illæ iuniores ſint, quàm Xenophon vt inuentum illud eiſdem tribui poſſit. Inuenti porrò vtilitatem paucis explicat Xenopbon lib. 2. Expedit. Cyri Minor. Nam ſi nobis, inquit, defuerit equitatus, proculdubio fiet; vt ſi hoſtes vicerimus, illos tamen aſſequi oeqoeamus: ſin victi fuerimus, noſtrûm euadet nemo. Et Cyrus Maior apud eundem lib. 4. Cyropædiæ, Perſas docet abſqoe equitatu parta victoria frui non poſſe. Nam armis quidem in acie ſtantes vinci poſſe: at fugientes uon poſſe capi. Deinde eos qui equis vehantur, perindo C vt velint pedites laceſſere, cùm tamen pariter offendi non poſſint. Mox enim vt ſua tela miſerint, extra teli iactum ab equis abripi: quo fit vt occaſione accepta non leuem iniuriam ioferant, ipſi nullo peoè incommodo afficiantur. Poſtremò equites pedibus cùm voluerint prælium inire queunt, pedites equitum alacritatē nullo pacto valeot æmulari. Cyri Regis orationem excipit Chryſantis Perſæ oratio, quæ tota pariter in explicandis equitum laodibus verſatur, quam ſic demum concludit, nihil ve æquè ſe mitari aſſerst, vt Hippocentauros, ſi fortè fuerint: quippe qui, vt ait, tum hominis vterentur ante rem conſultandi prudentia, & manuum artificio; tum haberent equi & velocitatem & vires. Quare & quod fugeret, capiebant; & quod expectaret vertebant in fugã. D Itaque etiam ipſe hæc omnia, ſi fiam eques, præſtare potero. Nam agenda quidem prouidebo mente humana; manibus verò me armabo; equo autem vehar, & adoerſarium equi robore proſternam: neque ſicot Hippocentaori vnica fruar oatura. Quare etiam hoc melius eſt, quàm Hippocentaurum eſſe natum. Hippocentauros enim arbitror multis carere bonis quæ ab hominibus ſunt inuenta, vt iis ſcilicet eſt vtendum: multis item carere voluptatibus equis innatis, quonã pacto iiſdem frui oportet. At ego ſi equitare didicero, cùm in equo fuero agam ſcilicet quæ Hippocentauri ſunt: cùm ex equo deſcendero, & cænabo & induar, & A me quieri dabo qoemadmodum alij homines. Quare quid aliud ſim futurus quã diuiſus Centaurus, ac rurſum compoſitus? Inſuper his etiã rebos Hippocentaurũ anteibo. Nam ille duobus proſpiciebat oculis, duabuſque auribus audiebat: at ego oculis quatuor coniectabo, & quatuor auribos præſentiam. Aiunt enim eqoũ manifeſtare hominibos multa quæ oculis proſpicit: ac multa ſignificare auribus, quæ antea oculis percipit. Hæc Chryſanta.

Ex his facilè intelligi poteſt, ad parandã victoriam quanrum momenti equitatus conferat: qoem tamen aliàs idem Xenophon contemnit, & multis verbis eleuat, dum is quidem copioſus aduerſariis adeſſet, Græci sutē prorſuseo carerent, ac propterea confirmandi eſ- B ſeot militum animi aduerſus equitum iactantiam. Quòd ſi quem, inquit, illud diffidentiorem reddit, quòd equitatom oos nullũ, boſtes *Equitatus contemnitur.* verò maximum habeant: is conſideret velim, decem equitum millia nihil eſſe plos, quàm homioum decem millia. Neqoe enim in prælio quiſquam equi morſu, vel calcibus vnqoam confectus eſt. Viri ſunt, mihi credite, viri, quorum opera in pugna geruntor omnia: ac nos qoidem vehiculo multò vtimur, quàm equites tutiore. Illi enim equis ſubniſi, & oos vna timeot, & ſimul ab illis ne excutiantur. At nos pedibus vadeotes, & ferimus cominos vehementius, & certius iidem attingimus quod vo- C lumus. Vna equites re præſtant, quòd io fuga certius eſt illis ſubſidiom. Verùm ad pugnam fortaſſe veſtrum quiſque paratiſſimus eſt. Hæc Xenophon. Deinde non pauca hominum arto inuenta ſunt, quibus equorum impetus arceretur. Macrinus Imperator, vt eſt apod Herodianum lib. 4. cùm Parthorum equites *Herodianus.* ægrè ſuſtineret, proiectis ſub arena tribolis ferreis eorundem vim fregit; vti iam ſupra à oobis relatum eſt cùm de ſcandalo ageremus. Phocenſes ad Hiampolim defoſſis vrnis fictilibus, & rerra ſuperaggeſta latentibus, Theſſalorum equites profligarunt. Nam cùm incauti in inſidias incurriſſent, equorum pedibus caſu debilitatis, viri prolapſi paſſim cæſi ſunt. Autor Pauſanias in Phocicis, ſtatim à princi- *Pauſanias.* pio libri decimi.

D A o *Orientem Bethauen.*] Ipſa eſt Bethel à Iacob ſic dicta Geneſ. 28. cùm priùs *Luza*, hoc eſt amygdalum vocaretur. Sed ex eo tempore, inquit S. Hieronymus lib. de Locis Hebraicis, *S. Hieronymus.* quo ibi ab Ieroboam filio Nabat vituli aurei fabricati ſunt, & à docem tribubus adorati, vocata eſt Bethauen, id eſt Domus Idoli, quæ ante vocabatut Domus Dei. Hoc ſi, vt verum admittimos, quod refert ex opinione Hebræorum S. Hieronymus, oportebit Samuelē prophetice futuro poſt nomine præſeutem locum deſignaſſe. Sunt tameo eodem S. Hieronymo teſte, qui Bethauen aliam eſſe à Bethel ciuitatem velint.

AFFLICTUS ENIM ERAT POPULUS.

Versus 6.

Quod cùm vidiſſent viri Iſrael ſe in arcto poſitos, (afflictus enim erat populus) abſconderũt ſe in ſpeluncis, & in abditis, in petris quoque, & in antris, & in ciſternis.

Vermilius. VERMILIVS: Hic deſcribitur populi timor. Ita enim extimuerunt, vt ſe in tres partes diuiderent, & alij ſe in rupes, & ſpineta conferrent: elij fogereat trans Iordanem: alij manerent apud Saulem, ſed ita tamen vt ab eo præ timore dilaberentur. Cauſe timoris videtur fuiſſe duplex: & quòd tanta eſſet multitudo hoſtium, & quòd ipſi eſſent exarmati à Palæſtinis. Hic videre potuit populus vanitatem conſilij ſui. Volebant habere principem, ſob qoo ſecurè ec tranquillè agerent. Atqui hoc nullus rex præſtare poteſt. Imò Propheta ait, *Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium ſuum.* Hactenus Vermilius. Darius, vt eſt epud Curtium lib. 3. cùm Alexander iuxta Syriæ & Ciliciæ anguſtos aditus moraretur, timorem retus, Et Hercle, inquit, terribilem, antea regem, & abſentia ſua ed vanam fiduciam elarum, poſteaquam aduentare ſe ſenſerit, cautum pro temerario factum, deliruiſſe iuter anguſtias. Saltus, ritu ignobilium ferarum, quæ ſtrepitu prætereuntium audito, ſyluarum letebris ſe occulunt. Iam etiem valetudinis ſimulatione (ob Cydni immerſionem ei contigerat) C fruſtrari ſuos milites: ſed non amplius ipſum eſſe paſſurum detrectare certamen. In illo ſpecu, in quem peuidi receſſiſſent, oppreſſurũ eſſe eunctantes. Hæc magnifiecntiùs iactata, quàm veriùs.] Sed nec de Saule quidem hoc iure dici potuit. Non enim hoſtem illé fugiebat, ſed illum omnes penè deſerebent. Itaque de illis meritò dici potuit, quod de alijs ſcriptum eſt: Alij præ metu imperium exequi non eudebant, alij fruſtrà exequebantur: quia, vbi partes labant, ſummaturbatur.] Quàm erant Hebræi Ichthyophagis illis diſſimiles, qui ab Agatharchide Gnidio ἀπαθεῖς, eſſe feruntur. Nam apod Diodotum lib. 3. vt ſitis, ita & metus, reliquarúmque perturbationum expertes eſſe commemoret. Nec peregrino aduenarum conſpectu moueri: ſed defixo in eos obtutu immotos D oculos citre vllam affectionem ſenſus, ac ſi nemo adſit retinere, imò nec ſtrictis, ait, impetiti gladijs ſubterfugiebãt, Cùm ſcilicet Simmias, Ptolemæi tertij regis familiaris, eorum regionem eius nomine exploreret: nec iniutiæ aut vulneris perpeſſione irritabantur. Nec vulgus malè tractarorum vicem indignabatur. Sed ſæpe liberis & vxotibus ente oculos mactatis, ceu nullo malo effecti, ſenſibus immotis perſiſtebent, nullum iræ eut miſericordiæ indiciũ præfetentes. Denique ſi vel atrociſſimis multiplicarentor malis, quieti permanebant, tigidis tantùm oculis intuenres quæ agerentur, nutúque capitum ſingula perſequentes. Sed ille hactenus apud Diodor.

Curtius.

Diodorus.

A IN *ſpeluncis, petris, ciſternis.*] *Petras* alij vertunt *Munitiones.* Celſis planè & præruptis rupibus nihil poteſt eſſe munitius. צריח *tſeribha* nomen maſculinum eſt, locum altum & eminentem, ædificium præruptum ſignificens: ſic dictum à צרח *tſarahh*, quod eſt, vociferatus eſt, ſiue exclamaoit: propteree quòd ſpeculatores ex locis ſimilibus contenta voce, ſi quid prodiret, admonerent. *Ciſternis* Hebraicè בורת *beroth*, plurale fœmininum à ſingulati maſculino בור *bor*, & proptiè fontem, puteum, ciſternam ſignificat: freqoenter tamen in Scripturis metephoricῶs vſurpatur pro fouea, carcere, ſepulchro. Hic non dubium eſt tot illis verbis quaſuis latebras deſignari. Eleganter Feſtus ciſternam denominat, quod ſit cis, id eſt, infra B terram locus ad colligẽdam aquam diſpoſitus. Meminit porrb Xenophon lib. 4. Expedit. Cyri Minor. cuiuſdam gentis circa fines Armeniæ quæ domos incolit, ciſternis admodum ſimiles. Hic, inquit, domus erant ſubterraneæ, quarum erant oſtia puteorum inſter, ab imo verò latè patebant, homines per ſcalas deſcendebant: intus oues, capræ, boues, gallinæ cum ſuis fœtibus alebãtur: pecore verò ipſe pabulo ſuſtentabantur. Repertum etiam ttiticum, ordeum, legumina, & vino pleniſſimi crareres. Conditi etiam calami erent, maiores alij, alij minores, prorſus enodes, quos qui ſitiens ore teneret, ac ſugeret, metum is bibere ſibi videretur, & qoidem vehementiſſimum, niſi equa perfunderẽtur, erat vel ſoeuiſſima potio, ſi quis eſſet ad eam comparatus. Hæc de illis Xeno- C phon. Curtius lib. 5. narrat Mardos Perſicam gentem ſpeluncis pro domicilijs atque arcibus vti. Plures aliæ nationes in antris & ſpelæis habitarunt, maxime in Aftica, etque inter illas ijdẽ illi Ichthyophagi de quihus antè fecimus mentionem. Verùm hic non de vulgaribus eut coofoetis gentis habitacolis agitur, ſed de ijſdem locis, prout eorum præſidio vſi ſunt edoerſus inimicotum vim etque violentiam. Troiani exciſo Ilio cùm in Sardiniam confugiſſent, Libyes infeſtis ſignis eos adorti ſunt. At illi cùm iuga monnum occupaſſent, obiecto vallo rupibus ac pręcipitijs ſeipſos tutati ſunt. Carthaginienſium etiam impetum Corſi in eadem inſule præruptíſque montibus eluſerunt. Quod item Hiſpenis Afríſque poſtea contigit, cùm ob prædæ contentiooem à Pœnis defe- D ciſſent, & ibidem montiom verticibus inſediſſent. Autor Pauſanias in Phocicis. Idem aliquando tentarunt Iudæi, cùm in Hadrianum arme mouiſſent: ſed randem malè ceſſit. Nam commeatu à Iulio Seuero probibiti, vt ſcribit Dion Caſſius in Hadriano, ſerò quidem, ſed tamen miſerè omnes paucis exceptis perierunt.

Feſtus.

Xenophon.

Populi habitantes in ſpeluncis, & præruptis montibus.

Curtius.

Pauſanias.

Dion. Caſſ.

Etſi verò nonnunquam eiuſmodi loca neceſſarijs alimentis referta ſunt, vr diutius obſidio tolerati poſſet, varijs tamen ſtratagematibus expugneta fuerunt. Galilæi, qui Herodis imperium ob generis obſcuritatem aſpernabantur, cùm ſe in ſpeluncas abdidiſſent ſeptas ſcopulis etque inacceſſis rupibus, quæ nec aſcendendo ſuperari poſſent, nec à ſommo vertice

Ioſephus.

Expugnatio ſpeluncarum.

gliſcẽdo penetrari: Herodes viã inuenit qua ſibi A aditũ ad eas pararet. Arcas ſuſpendit è ſummis montibus, quas compleuit armato milite haſtis præſertim falcatis, quibus ex antris in præceps rebelles traherentur. Has igitur cùm ad ſpecus admouiſſet, terrore, vi, fumo, flãmis ſe dedere, aut turpiter mori coacti sũt. Vide Ioſeph. li. 14. ca. 27. Antiq. Iudaic. Solertius ac minore cũ periculo Sertorius, vt eſt apud Plutarchum in eius vita, Characitanos vicit in Hiſpania. *Plutarchus.* Nam cùm ab illis irrideretur fiducia cauernarũ ſuarũ, quæ adiri non poſſent, obſeruato vento copioſum puluerem excitauit; qui cùm meatus omnes eorum obturaſſet, attonitos ac ſtupentes in deditionem accepit. Poſſunt igitur etiam ea loca in poteſtatem hoſtium venire, ſolius Dei præſidiũ B nullis hominum machinis expugnari poteſt, quo ſepti Hebræi Philiſthæorum minas contemnere debuerant. At contra Deo diffiſi, dumis & vepribus ſe committunt, ſpecus ſubterraneos ſubeunt, & rupium concaua latebráſque viles occupant: quo nihil dici poteſt abſurdius, & hominibus iudicio ac ratione præditis, & de Dei tutela atque patrocinio gloriantibus indignius.

Versvs 7.

Hebræi autem tranſierunt Iordanem in terram Gad & Galaad. Cúmq; adhuc eſſet Saul in Galgala, vniuerſus popu- C lus perterritus eſt, qui ſequebatur eum.

Apposite' Hebræi dicti ſunt, qui trans flumen abierunt. Tametſi enim Hebræi ab Heber filio Sale nomen & originem duxerunt, ipſum tamen verbum עָבַר Hhabar, vnde ea appellatio manauit, tranſire ac præterire ſignificat. *Hebræis vnde nomen.* Quamobrem id quod habemus Geneſ. 14. verſ. 13 *Et ecce vnus qui euaſerat nunciauit Abram Hebræo*, Septuaginta verterunt τῷ περάτῃ hoc eſt, *tranſitori*. Idcirco autem ita dictum volunt Abraham, quòd עֵבֶר, Hheber, id eſt, *trans* Euphratem in Meſopotamia habitaret. Porrò עָבַר Hhabar etiã euaneſcere ſignificat. Fugere nimirùm voluerũt conſpectum Palæſtinorum. Pixodoras Cendyenſis apud Herodotum li. 5. *Herodotus.* cùm Cares & Perſæ ſigna collaturi eſſent, Caribus autor erat, vt tranſmiſſo Mæandro flumen à tergo haberent; ita demum ſublata ſpe retrofugiendi animoſius cum hoſte congreſſuros. Verum ea ſententia tametſi optima non obtinuit. Quare etiam Perſæ victoria potiti ſunt Sed non eo animo Hebræi Iordanem traijciunt, vt conſtantius pugnam ineant: ſed vt tutius lateant.

De Iordane hæc Ioſephus lib. 3. de Bello Iudaico, cap. 18. *Ioſephus.* Iordanis fons Panium eſſe videtur: ſed reuera huc terra conditus fertur ex ea *Iordanis.* quæ dicitur Phiale. Hæc autem eſt, qua in Trachonitidem aſcenditur ad cxx. ſtadium à Cæſarea, ad dexteram non lõgè à via. Et propriè quidem ex rotunditate Phiala vocatur lacus, totæ ſpeciem præferens. Semper autem intra eius labra cohibetur vnda, nunquã deficiens vel exuberans. Cúmq; interim hoc eſſe Iordanis principium neſciretur, à Tetrarcha quondam Trachonitidis Philippo deprehenſum eſt. Is namque miſſis in Phialen paleis, inuenit eas apud Paniũ redditas, vnde antea fluuius naſci credebatur. Naturalis quidẽ pulchritudo Panij, regijs opibus & Agrippæ diuitijs magnificentius accurata eſt. Manifeſtum autem flumen Iordanis ex hoc antro incipiens, Semechonitis quidem lacus paludes ſecat cœnoſas: centum autem & viginti alijs præteritis ſtadijs, poſt oppidum Iuliada, Geneſar lacum medium tranſemenſus, deinde multã per ſolitudinem in Aſphaltitem lacũ exit. Hęc Ioſephus. S. autem Hieronymus B li. de locis Hebraic. Iordanis, inquit, fluuius diuidit Iudæam, Arabiam, & Aulonam: qui vſque ad mare mortuum fluẽs, poſt multos circuitus iuxta Iericho, mortuo commixtus mari, nomẽ amittit.] Pauſanias in Eliacis, Iordanẽ cum Alpheo & Nilo cõparat: quorum ille ex Arcadia ortus mare ſubiens in Siciliam pergit, & Arethuſæ fonti commiſcetur: Nilus ſupra Syenem paludem ingreſſus, atque ex ea tanquam è continẽti terra elapſus, per Æthiopiam inferiorem in Ægyptum decurrens, in mare quod ad Pharum eſt erumpit. Deinde de Iordane loquens, In Hebræorum finibus, inquit, amnem ipſe vidi Iordanem, qui ſtagnum Tiberiadem nuncupatum ſubit; ac deinde in alterum ſtagnum, cui mare mortuum nomen eſt, ingreſſus, in ea ipſa palude conſumptus euaneſcit. Hactenus C Pauſanias. Porrò fugientes is mihi fluuius accuſare viſus eſt, cùm ratibus aut vado tranſmittendus eſſet, qui olim conſcius diuini conſilij, cùm eos Deus in poſſeſſionem mitteret terræ promiſſæ, ceſſerat, & collectis aquis iter ſiccum præbuerat: nunc verò fugam exprobrat, & vndarum riparúmque manifeſto murmure diffidentiæ ac timiditatis increpat. Sed cùm eſſent exanimati metu, & pauoris ſtimulis vehementius incitati, audire diſſimolant, nec veterũ Dei beneficiorũ recordãtur. Quo non hoſte pauor infeſtior eſt? auditu ſolo ciuitates expugnat, arces concutit, prouincias vacuat, exercitus profligat, & ante iactam Martis aleam populos exilio damnat.

In *terram Gad & Galaad.*] Lege vndecimum caput libri Iudic. Numer. autem 32. ver. 33. *De-* D *dit Moyſes filijs Gad & Ruben, & dimidiæ tribui Manaſſe filij Ioſeph, regnum Sehon Regis Amorrhæi, & regnum Og Regis Baſan, & terram eorum cum vrbibus ſuis per circuitum.* *Terra Gad & Galaad.* Et verſu 39. *Porrò filij Machir, filij Manaſſe perrexerunt in Galaad, & vaſtauerunt eam interfecto Amorrhæo habitatore eius. Dedit ergo Moyſes terram Galaad Machir filio Manaſſe, qui habitauit in ea.* Porro, quod ad ſenſum attinet, ſi ſe abſcondit Iſrael, inquit S. Hieronymus in Tradit. Hebraic. in hunc locum, in *Trad. Heb.* præfatis locis, quid eſt quod ait: *Hebræi autem tranſierunt Iordanem?* abſconſis enim quibuſdam Iſraelitis, qui Saul ac populum, qui cum eo erat, reliquerant, quædam pars eorum, qui hîc Hebræi vocantur, timore perterriti defecerunt *Quare Hebræi tranſierunt Iordan.* à Saul, & à viris, qui cum eo erant, & deſcenderunt in caſtra Philiſthiim. Quem locum de

his intelligendum clarius & manifeſtius ſequentia demonſtrant, in eo loco vbi ait: *Sed & Hebræi, qui fuerant cum Philiſtim heri & nudiuſtertius, aſcenderántque cum eis in caſtris, reuerſi ſunt, vt eſſent cum Iſrael, qui erant cum Saul & Ionathan.* Hæc refert Sanctus ex commentis Hebræorum. Quæ mihi propterea minus fide digna cenſentur, quòd terra quidem Galaad ad Orientem Iudææ ſita eſt; Allophylorum autem regio Occidentalem partem occupat: vtraque autem medias habet prouincias, quas Iſraelitæ incolebant; ita vt fugere potius periculum voluerint, quàm ad hoſtes transfugere, cùm in contrariam partem contenderent. Sententiam noſtram confirmat Toſtatus in hunc locum. Sed hoc addit præterea, eam fugam ad eas dun- B taxat tribus pertinuiſſe, quæ in iiſdem regionibus ſedes haberent: quæ cùm primò Regis edicto excitæ ad ſigna conuolaſſent, mox vbi deſperarunt victoriam, receptui canentes ſe domum receperũt. Sic autem ſcribit: *Hebræi transierunt Iordanem.* Scilicet fugientes, erant autem iſti, qui ſpecialiter pertinebant ad duas tribos, & dimidiam, & non dicitur hîc *Hebræi autem;* quaſi illi qui latebant, vt dictum eſt, non eſſent Hebræi: omnes etiam tam qui latuerunt, quàm qui fugerunt, erant Hebræi, ſed dicitur, *Hebræi autem*, id eſt quidam de Hebræis, ſcilicet illi, qui erant de tribu Ruben, & Gad, & dimidia tribu Manaſſe: nam iſti habebant habitationem diſtantiorem à terra Philiſthinorum, quàm omnes alij Hebræi cùm habitarent ad Orientalem partem Iordanis in terra duorũ regum Amorrhæorum: iſti enim tranſierunt Iordanem, ſcilicet fugiendo, quia ſic recedebant à Philiſtinis: nam terra eorum eſt magis diſtans à terra Philiſthinorum quàm Galgala. Philiſthini enim ſunt Occidentales in terra Chanaan, habitantes prope mare. Ioſue ca. 15. Galgala autem eſt apud Iordanem à parte Occidentali, terra autem duarum tribuum, & dimidiæ eſt vltra Iordanem, ſcilicet à parte Orientali eius, ideo cùm fugerent ad eam, recedebant magis à terra Philiſthinorum. Iſti autem fugerunt, quia exiſtimabant, quòd Philiſthini non tranſirent Iordanem ad pugnandum, vel prædandum, qui autem erant citra Iordanem, ſcilicet ad partem Occidentalem eius, ſcientes quòd Philiſtini progreſſuri erant per terram illam, abſcondérunt ſe, quoniam, ſi apparerent, putabant ſe non euaſuros mortem. Hactenus Toſtatus.

Toſtatus. Qui fuerint ibi Hebræi.

VNIVERSVS *populus perterritus eſt.*] Non obſcura ratio eſt, ob quam populus perterritus eſt. Illi namque hoſtium nimia multitudo metum incuſſerat. Quanquam, ſi fidei memor eſſet, Dei promiſſis confidere debuit, & magno animo periculum adire. Nonnunquam verò etiam cauſa latet, & tamen pauore frangitur militum audacia. Incompertum terrorem exercitus *panicum* veteres dixerunt; qualem deſcribit Curtius Alexandri militibus olim contigiſſe, cùm in Darium mouere pararet: quæ cauſa fuit proferẽdi in alium diem certaminis. Alexandri, inquit, exercitum pauor, cuius cauſa non ſuberat, inuaſit: quippe lymphati trepidare cœperunt, omnium pectora occulto metu A percurrente. Cœli fulgor tempore æſtiuo ardenti ſimilis internitens, ignis præbuit ſpeciem, flammáſque ex Darij caſtris ſplendere velut illatas temerè præſidijs credebant. Quòd ſi perculſis Mazæus (doctor equitum in exercitu Darij) qui præſidebat itineri, ſuperueniſſet, ingens clades accipi potuit. Ille ſegnis in eo quem occupauerat tumulo ſedit, contentus non inceſſi. Alexander cognito pauore exercitus, ſignum vt conſiſterent dari, ipſos arma deponere, ac leuare corpora iubet: admonens, nullam ſubiti cauſam eſſe timoris, hoſtem procul ſtare. Tandem compotes ſui pariter arma & animos recepere, nec quicquam ex præſentibus tutius viſum eſt, quam eodem loco caſtra munire. Hactenus ille.

Terror panicus. Curtius.

I.

An fas ſit eum, qui fidem profeſſus ſit, mortis metu affici.

QVANDOQVIDEM horum Commentariorum nõ alium mihi finem propoſui, quàm vt Scripturarum autoritate, & ſanctorũ exemplis, primùm fidem moréſq; meos, deinde etiam aliorum componerem, & hîc, vt plerũq; aliàs, nonnulla occurrunt quæ videntur à recta ratione deflectere: idcirco ea quoq; nobis diſcutienda ſunt, vt ſi quidem in iis virtutes; quas amplectamur, obſeruare non poſſumus, ſaltem infirmas naturæ vires, aut etiam vitia agnoſcamus: Sic enim fiet, vt à vitiis quidem abſtineamus ſedulò, naturæ verò imbecillitati C ſubſidia comparemus. Hoc loco ſanè ſupra modum extimuiſſe feruntur Iſraelitæ; deinde etiã caſtris relictis, & Rege deſerto, ſe fugę commiſiſſe, quo tempore hoſtilis acies patriæ vim, faces, & arma intentabat: quod cùm facerẽt, non vno planè ſcelere ſeipſos obſtrinxiſſe videntur. Nam primùm quidem non abſq; numinis iniuria metu exhorruerunt, cùm eſſent eiuſdem præſidio freti, cui ſe fidẽ hoc pacto nõ habuiſſe teſtantur: deinde patriam, religionémque ſuam turpiter prodiderunt, pro quibus vltro diſcrimen capitis adire debuerant. Sed quoniam tamen neq; fuga nobis prorſus interdictum eſt, neq; metus omnis cenſetur à ratione alienus: idcirco primum de mortis formidine quæſtionem abſoluemus: poſtea, ſequẽti verſu, de fuga quid ſentiendum ſit, inueſtigare conabimur.

Quid profuerit quæ perperam geſta ſint, in Scripturis annotaſſe.

Nũc igitur quærimus, timor mortis quo loco D habẽdus ſit, & an vlla ſatis probabili ratione excuſari queat. Nã videtur plurimùm à fidei conſtantia abhorrere quã profeſſi ſumus, qua docemur morte potius aditũ ad vitã parari, quàm eandem extingui. Deinde, Chriſtus Dominus Matth. cap. 10. v. 28. mortem nos timere vetat. *Nolite*, inquit, *timere eos qui occidunt corpus.* Et Apoſt. 2. ad Timoth. 1. verſ. 7. *Non enim dedit nobis Deus ſpiritũ timoris, ſed virtutis, & dilectionis, & ſobrietatis.* Itaque, ſi Dei volũtati obtẽperemus, cui omnino parendum eſt: ſi diuino ſpiritu agamur, quem ducem ſequi neceſſe eſt: omnẽ ex animo pauorẽ excutiemus. Adhæc formidinẽ mortis idem Chriſtus Dominus imbecillitati fidei tribuit, & eandem in Apoſtolis accuſat, Matthæi 8. ver. 26. *Quid timidi eſtis, modicæ fidei?*

Teſtimonia ſacræ Scripturæ quæ metum mortis damnare videntur.

VNIVERSVS POPVLVS PERTERRITVS FVIT.

Et Petrus, cùm procellam in mari extimuiſſet, mox dubitauit, & mergi cœpit, & à Domino ſeuerè obiurgatus eſt. Vnde enim metus oriri poſſit niſi ex diffidentia? quinimo, ſi Tullium audiamus, metus non aliud eſt quàm diffidētia expectati mali. Quòd ſi formido leti non abſq; diffidētia eſt, ergo nec ſine fidei periculo vim timere poterimus. Quare non immeritò is, qui apud Ioannem in throno ſedet, & ſe α & ω, principium & finem prædicat, victoribúſque cœleſtia præmia repromittit, timidos & incredulos æternæ morti adiudicat. *Timidis autem*, inquit ver. 8. *& incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idololatris, & omnibus mendacibus, pars illorum erit in ſtagno ardenti & ſulphure: quod eſt mors ſecunda.* His omnibus teſtimonijs hoc confici videtur, Chriſtianum mortem non licere timere. Nonnulla præterea argumenta proferri poſſent, quæ priuatim Iudæos oppugnant, niſi iam antea ijſdem vſi eſſemus, cùm in Iabenſes animaduertemus ca. 11. Nam ſi in officio manerent, victoriam certò ſperare debuerant. Non enim ad crucem ferendam, ad plagas, & carceres, ſicut Apoſtoli, vocati erant: ſed ad res proſperas, & delitias ac voluptates cum pietate & iuſtitia participandas. Quamobrem nulla ratio timendi fuit, niſi aut pactum cum Deo fœdus reſcinderent, aut de diuina promiſſione ac fide dubitarent. Sed nos iam illa expendimus. Poſteriora hæc quæ nunc in medium afferimus, diligenter examinanda erunt, quam vim habeant ad mortis metum refellendum: prius tamen ad quæſtionem ipſam aggrediamur.

Apocal. 21.

Timor quid.

Principiò igitur, *timorem* nihil aliud eſſe animaduerto, quàm animi affectum, quo propter imminētia pericula perturbamur & affligimur. Perturbatio autem hæc bifariàm vitioſa eſſe poteſt: priore modo, cùm quis metuit tanquam malum, quod reuera malum non eſt: ſicuti videmus pueros, vmbras, & eos, qui intelligentia minimùm valent, medicos & medicinas, vbi ægrotant metuere. Huiuſmodi enim timor vitioſus ducitur, vt qui à iudicij defectu atque prauitate omnino proficiſcatur, & in S. literis damnatur. Hoc peccati genere impliciti ſunt, qui metuunt, ne quid ventri deſit, aut mundus hic cum ſuis carnalibus voluptatibus ſit relinquendus. Altero modo vitioſus timor eſt, quando quis quod verè malum eſt, timet, ſed non in eum finem, vel non eo, quo oportet modo. Hoc vitio laborant, qui timent pœnas legis violatoribus in ſacris literis propoſitas, ſua ipſorum commoda, non autem Dei gloriā reſpicientes: ſic Cain, ſic Iudas proditor diuinam iram & damnationem æternam timuerūt. Etſi enim timuerunt quod timendum erat, peccarunt tamen timentes abſque modo, & abſque fide. Diſtinctio hæc adeò clara eſt, mea quidem ſententia, vt quiuis facilè intelligere queat. Videndū porrò eſt, an mortis terror, qui cum vitio coniunctus ſit, ad prius à nobis dictū erratum, an verò ad poſterius referri debeat: id eſt, peccetúrne, quia quod malum reuera non eſt, malum eſſe putetur, an verò, quia timendi modus non ſeruetur.

In timore vitia duo.

Num mortis timor vitioſus ſit.

Equidem mortis metum vitioſum ex eo non æſtimo, quòd mors metuenda non ſit: hanc enim animātia cuncta naturæ inſtinctu magnopere exhorreſcunt: id quod non experiētia modò, ſed etiam naturalibus & efficacibus rationibus probare poſſem: ſed breuitatis cauſa ſolius ſacræ Scripturæ teſtimonijs contētus ero. Primò, homini mortē Deus propoſuit vt horrendam pœnam, ſi præcepta ſua non ſeruaſſet. Similiter & Moſes legem Dei nomine ferens, dicebat: Ecce propoſitam tibi mortem & vitā: vitam, ſi præcepta ſeruaueris, mortem ſi non ſeruaueris. Sanè niſi mors res mala & timenda eſſet, eam Deus non minaretur contumacibus. Quid multa? Paulus in 1. ad Corinthios mortē, hoſtem vltimum, per Chriſtum debellandum appellat. Idem in 2. ad Corinth. ſcribit: *Nollemus expoliari, ſed ſuperindui.* Veruntamē, inquis, contrariam ſententiam pluribus illis teſtimonijs, quæ ante protuliſti, Scriptura ſacra tueri atque aſſerere videtur. Hoc interim ſpatio dum ea fuſius explicem, reſpondeo, non poſſe hanc eſſe mentem ſenſumve Scripturæ, vt mortem omnino non timeamus, inde colligi poſſe, quòd non pauci viri ſanctiſſimi, qui diuinarum legum ſciētiam perfectiſſimè conſequuti ſunt, & eaſdem religioſiſſimè coluerunt, mortis tamen formidine non mediocriter affecti ſunt. Nam Helias, quem neſcio an veterum quiſquā pietatis ac religionis ſtudio ſuperarit, mortis terrore perculſus in ſolitudinem ſe recepit. De ſeipſo teſtatur Paulus quòd *foris pugnas, intus timores paſſus ſit.* Plures nō proferam, tametſi ſine magno labore fieri poſſet, quoniam nō videtur ea res in dubiū reuocari poſſe. Cæterùm veriſimile nō eſt ijſdē vitio verti debere, cùm nuſquā eos ſcriptura reprehēdat, & Paulus affirmet nil ſibi conſciū eſſe. Quod ſi quiſquā tamē naturæ cōmunis fragilitatē exaggerās, eoſdē in ſumma virtute labi potuiſſe aſſeueret, nō tamē poterit idē Chriſto Domino obijci, quē tamen Marcus cap. 14. verſu 33. imminente iam morte *pauere ac tædere cœpiſſe commemorat.* Nam quod nōnulli aiunt, non Chriſtum, ſed Eccleſiam in Chriſto mortem timuiſſe, ad allegoriam pertinet. Etenim ſi confitemur, quemadmodum verè res habet, illum pro nobis mortem, crucem, reliquáſque humanas ærumnas pertuliſſe, & non modò eius mortem, ſed mortis quoque horrorem ſaluti nobis fuiſſe (quanquā firmiter credā, & ab omnibus credendum ſit, omnia quę noſtri cauſa Chriſtus fecit, iuſtè, ſanctè, & honeſtè facta fuiſſe) ſi, inquam, mortē noſtri cauſa timuit reuera, ſicut ab Euangeliſtis traditur, timorem illum ſuapte natura vitioſum eſſe non eſt quòd dicamus, alioqui in Chriſtū minimè cadet. Neque in eo quicquam contra Patris voluntatem fecit Dominus noſter, tum quia Patris volūtas fuit, vt pro nobis non modò mortem oppeteret, verumetiā vt illam timeret: tum quia mortem naturali inſtinctu metuendo, Patris autem voluntatem ei decretum conſiderando, timorē iſtum ſuum & ſubijciebat, pręcepto illi ſatisfaciens, quod Deum tota anima, totíſque viribus amandum eſſe iubet. Proculdubio *timor* animi affectus eſt, & Dei opus, quod ad eius cultum tunc exigitur, quando voluntati & præcepto ipſius ſubijcitur.

VNIVERSVS POPVLVS, &c.

Geneſ. 2. 17
Deut. 30. 19

1 ad Cor. 15. 26.

2 ad Cor. 5. 4.

Sancti mortem timuerunt.

Chriſtus imminente morte pauere cœpit.

Mortis metus per ſe peccatum nõ eſt.
In quibus differant Chriſti, & aliorum hominum affectus.

A Dicet aliquis: Timor iſte quãquam in Chriſto vitioſus non fuit, in hominibus tamen vitioſos eſt. Non me latet, nonnulla diſcrimina inter Chriſti & noſtros affectus notari ſolere. Nam primùm quidem quoad obiecta, motus & affectiones Chriſti nunquam ad peccatum deflectebant, noſtri autem perſæpe. Deinde, vt dicit S. Auguſtinus, adhibebat cùm iudicabat adhibendos eſſe; nobis non accidit, erumpunt etiam nobis inuitis. Poſtremò, adeò ſunt in nobis eæ perturbationes quandoque validæ, vt rationem ipſam deturbent, fidémque impediant. Verùm non ita fuit in Chriſto: in quo non eæ affectiones eò proficiebant, vt alienarent voluntatem à recto, ſed vt per eas potius egregium nobis virtutis atque obedientiæ ſpecimen daret.

S. Hieron.

B Quamobrem ſanctus Hieronymus in Matthæi caput 26. Domini tiſtitiam ad propaſſionem, non autem ad paſſionem pertinuiſſe teſtatur. Inter *πάθος* autem, & *προπάθειαν*, id eſt, inter paſſionem & propaſſionem hoc intereſt, vt idem S. docet in eundem Matth. cap. 5. verſu 28 quòd paſſio reputatur in vitium: propaſſio, licet initij culpam habeat, tamen non tenetur in crimine: neque enim vnquam, vt idem concludit, paſſio in eius animo dominata eſt, quæ nobis ſæpenumerò imperat. Veruntamen, vt hoc interim interponamus, donec ad alia paratur reſponſio: propaſſio quoque in hominibus admittenda eſt: Quæ tametſi, vt inquit idem S. Hieronymus, animam titillet ſiue ad malum alliciat, quod Chriſto Domino conuenire non poteſt: nequaquam tamen rapit in affectum cordis, aut crimine maculat, donec voluntas conſenſum C accommodet. Quare nec quilibet metus animam ſcelere contaminat: quin potius, vt ad hunc ipſum reuertar, de quo dicere inſtitueram: Reſpondeo, *timorem mortis* per ſe naturáve ſua conſideratum, vitioſum nequaquam eſſe: neque enim à nobis requirit Deus vt affectione prorſus omni careamus, cùm has nobis ingenerauerit, nec vt obiectorum naturas immutemus, hoc eſt, quod natura ſua horrendum atque terribile eſt, placidum reddamus, vel quod aſperum & acerbum, dulce faciamus: verùm poſtulat vt à voluntate ſua iuſta ſanctaque propter hæc auelli nullo pacto patiamur. quinimo ea eſt Dei voluntas, vt ſi peccatum, æterna damnatio, & mors cum ſuis ſatellitibus omnibus, quæ ſunt vitæ huius calamitates, nobis D ob oculos ponantur, omnia hæc timeamus, nec aliter ea accipiamus, quàm natura ſua ſint comparata, quandoquidem malorum metus animis noſtris inſitus eſt. Si tamen metum conſideremus, quatenus non rarò per ignauiam noſtram à ratione diſcedens, ab officio nos auocat, & ad turpia præcipitat, tum verè eſt, vocarique debet peccatum: non quia metuimus, ſed quia non quantum, quomodo, & quem in finẽ debemus, metuimus. Hoc tamen non eſt peculiare & proprium metus mortis, cùm inſit etiam ſpei, gaudio, amori, & reliquis animi affectibus, qui tum omnes vitioſi ac deprauati eſſe cenſentur, cùm nec ſperamus, nec gaudemus, aut diligimus ſicut oportet, & diuina lex

A exigit. In Chriſto itaque metus peccatum non erat, in nobis autem non rarò peccatum eſt, non ſuopte ingenio, ſed vitio noſtro, cùm eius impetum regere ac moderari non nouimus: ſed velut excuſſo freno ferocem atque indomitum in ſcelera ferri permittimus. Sed dixerit rurſus quiſpiam: ſi res ita haberet, quomodo Chriſtus mortem optaſſet, dicens: *Deſiderio deſideraui hoc paſcha comedere vobiſcum*? Et Apoſtolus: *Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto*? Et iterum: *Mori mihi lucrum eſt*? Quomodo diuus Andreas ad ſupplicij locum eductus tam alacri animo dixiſſet: Salue crux pretioſa, ſuſcipe nunc diſcipulum, cùm prius ſuſtinueris magiſtrum? Manifeſtum enim eſt, hos omnes vel affectibus caruiſſe, vel quod malum erat, bonum iudicaſſe.

Luc 22.15.
Ad Philip. 1.23.
Quomodo pij mortem quam timent, optant

B Reſpondeo, mortem quidem per ſe malam eſſe: ideóque quatenus à nobis ſic accipitur, terrorem ſemper incutit. Verùm non rarò fit, vt cogitatio noſtra in morte non ſubſiſtat, ſed vlterius proſpiciens videat quod moriendo peccandi finem facimus, ad æternam vitam tranſimus, Eccleſiæ ædificationem promouemus, Euangelicæ veritati teſtimonium damus, quæ nemo non Chriſtianus vehementer appetit. Dum itaque talia tantáque bona contuemur, animus præ gaudio exſultat, timor autem, quẽ mors naturaliter incutit, cedit, & à gaudio illo magno ſic obruitur, vt tunc non ſic ſentiatur, ſicuti cùm mortem ipſam per ſe ſolam ſpectamus. Sæpenumero quoque Deus tantum fauoris ſpirituſque ſui Martyrum animis infundit, C vt timor, qui natura ſua moleſtus alioquin illis eſſet, ita debilitetur & mortificetur, vt nihil noceat. Doctrina hæc, niſi fallor, facilis eſt, manifeſta & clara, ideo propoſitam quæſtionem facilè ſoluit. Quapropter prior noſtræ ſupra poſitæ diſtinctionis pars vel membrum declaratum eſt, videlicet quòd non ideo quis peccet mortem metuendo, quia timeat quod timendum non eſt, nam mors per ſe horrenda eſt, crudelis & dura, animiſque noſtris Deus benedictus timoris affectum indidit, vt eo ad obiecta eiuſmodi excitato, prompti atque parati ſimus malis à nobis propulſandis, quatenus per Dei verbum licet.

Alterum timoris vitiũ.

Nunc ad alterum diuiſionis membrum veniamus, ad peccatum ſcilicet quod in mortis metu exiſtit, cùm quis timet non in eum finem, nec quo oportet modo. Vitioſus mortis metus D eſt, quod ad finem, ſi de ſalute noſtra duntaxat ſolliciti, Dei gloriam verbumque illius nihil curemus. Quis enim non videt longè turpiſſimum eſſe, ſi ſummum finem vtilitate noſtra metiamur, ſi res noſtras, non Ieſu Chriſti ſpectemus? Is potius finis ſtatuendus eſſet, vt cor noſtrum, mortis terrore perculſum, à peccato, quod mortis cauſa fuit, ſibi caueret, vt Dei iram & offenſionem vitaret, vt diuinam bonitatem confidenter pro liberatione deprecaretur, denique vt mundum hunc tot periculis nos inuoluentem ſperneret. Vt autem paucis abſoluam, timoris huius finis is potiſſimùm eſſe debet, vt ipſum Dei voluntati ſubiiciamus, quo illum affectibus animi noſtri omnibus amemus. Modus verò timoris mortis eſt, ne ſic

Quibus finibus timor coercendus.

percellamur, vt verbũm Dei deponamus, gloriamque illius negligamus. Ptoinde peccatur ſi præ metu veritatem quis abneger, ſi vocationem ſuam deſerat, ſi officio deſit. Timot autē qui naturaliter in nobis expergiſcitur, motte ſeſe offerente, vitioſus non eſt, modò Dei voluntati & præcepto ſubiiciatur, ſi fortè tuendi honoris illius cauſa moti oporteat. Quatenus igitur voluntati diuinæ repugnat, vitioſum eſſe concedo: & eum, qui affectum eiuſmodi ſuo impetu ferri abſque fræno ſiuerit, ſanctis præceptis repugnare non dubito. Secus autem ſi fides, & ſyncera charitas ei moderetur, vt cum aliis animi affectibus & motibus voluntati diuinæ ſubiiciatur & conquieſcat. Nec vehemens eius motus cum earum rerum cupiditatibus, quas vel habere, vel conſequi honeſtas vetat, comparari debet: hæ ſiquidem per ſe naturáve ſua ſeu legis interdicto vitioſæ ſunt. Rebus autem proſperis gaudere, aduetſis dolere, cùm non raro, imò perſæpe iuſtè fiant, vitioſi motus per ſe non ſuur, ſed tantùm quatenus vitio noſtro praui aliquid contrahuut, quemadmodum & virtutes nonnunquam corrumpuntut. Vitioſi etiam eſſent affectus eiuſmodi, ſi eouſque efferari pateremur, vt contra Dei voluntatem quippiam faceremus. Quin & illud addam, mortem ſimpliciter & per ſe conſideratam timēdam eſſe, ſed quatenus verbo Dei præcipitur, toto corde, tota anima, omnibúſque affectibus amplectendam. Tametſi autem à timote vt conſentiat non tequirimus (alienum enim à natura illius eſt) ab eo tamen poſtulamus vt cedat: quod ſi fecent, ipſe quoque, quoad eius facere poteſt, Deo paret. Vbi verò mors nobis præcipitur, neque hoc nomine in conſultationem venit, eius metus, modò iuſtos intra limites ſeſe contineat, iure damnari non poteſt. De his cùm abundè dictum ſit, & iam intelligi facilè poſſit quo loco habendus ſit Iſraëlitarum timor, qui præ metu, Dei, Regiſque ſui imperium contempſerunt, patriam religionemque prodiderunt, & de fide promiſſorum Dei dubitarunt, reſtat, vt teſtimonia initio propoſita, in quo ſenſu accipienda ſint, explicemus.

Declarantur teſtimonia initio quæſtionis propoſita.

Ad 1.

AD primum reſpondeo, *Mortis formidinem* conſtantiæ fidei non repugnare. Tametſi enim fides nos doceat, honeſta morte vitam quæri potius quàm amitti: non tamen docet vim mortis doloris acerbitate carere; qui ſatis eſt ad excitandum timorem. Quinimo is metus fidei potentiam plurimùm commendat, cùm ab ea, natura ſtupente, ſuperetur.

Ad 2.

Chriſtus verò apud Matth. cap. 10. verſ. 28. Quid ſibi velit, cùm ipſe vetat eos timere qui noſtra corporanecident, ſatis apertè declarat, cùm addit: *Sed eum potius timete, qui poteſt & corpus & animam perdere in gehennam.* Non enim quemlibet mortis corporeæ metum prohibet, tanquam nihil incommodi allatura ſit: ſed negat pariter vt gehennam timendam eſſe, aut ab homine ſimiliter ac Deo ſupplicium vereri oportete.

Ad 3. Spiritus timoris Domini, non ſpiritus timoris mortis à Spiritu ſancto infunditur.

Quod ſpectat ad tertium, teueta negat Apoſtolus 2. ad Timoth. cap. 1. verſu 7. *Spiritum timoris* à Spiritu ſancto nobis inditum eſſe, tanquam poſſit inter eius chariſmata, quibus Eccleſiam cumulauit, referri. Neque id nos aſſerimus: ſed eſſe quendam à natura inſitum qui periculi præſentia commoueatur, & ſuaptè natura bonum, ſi quis eo commodè vtatur, non negat. Quanquam etiam aliter reſpondete poſſumus, ſi verba eiuſdem Apoſtoli diligentius expendamus. *Non enim dedit nobis Deus*, inquit, *πνεῦμα δειλίας, ἀλλὰ δυνάμεως.* Tranſlatio ex Syriac. quam Eraſmus quoque ſequitur, *ſpiritum* habet *timiditatis, ſed potentiæ.* Reuera enim *δειλία*, vt notat Eſtius in eundem locum, timiditas eſt ſiue animi imbecillitas, cùm quis præ ignauia detrectat periculum. Qua voce etiam Ariſtoteles vtitur in Ethicis. Eidem Xenophon *ἀνδρείαν*, Apoſtolus autem hoc loco *δύναμιν* opponit, id eſt, virtutem, robur ac fortitudinem animi, quæ viros deceat. Tametſi verò eum ignauo & humili animo virtus eſſe non poſſit, timoris tamen imperum fortitudo non prorſus excludit, ſed regit ac frænat. Vnde nec ille penitus à ſeruis Dei alienus eſſe putandus eſt, aut etiam fidei contrarius.

Guliel. Eſtius.

Ad 6.

Qui verò Apocalypſ. c. 21. ver. 8. timiditatis damnantur, & quibus à Deo æterni ignis ac ſulphuris ſupplicium conſtituitur, hi ſunt, qui cùm eſſent ignauo ac puſillo animo, diuinas leges contempſerunt, ne vel tantillum laboris ferre cogerentur: aut etiam à fide defecerunt, pœnarum metu temerè perterriti.

Ad 4. & reliqua.

Apoſtolis certè Matthæi 8. verſ. 26. fidei imbecillitatem Dominus exprobrat, cùm procellæ furentis metu exanimati, eundem expergeſacerent. Sed quid in illis tum reprehendit? An quòd mortis pauore percellerentur, cùm in eos irrueret? Nequaquam: aberant enim à tali diſcrimine. An igitur potius idcirco eos timiditatis & puſillæ fidei redarguit, quòd ſe præſente, atque in eodem periculo verſante, elementorum minas formidarent? An quòd dormientem vndarum fragorem ne non exaudiret vererentur? An quòd niſi vigilantem tempeſtatem compeſcere poſſe non crederent? Horum quicquid dixeris, fidei imbecillitatem iure merito reprehendes: nihil tamē ad mortis metum pertinebit, cuius ſicut fides doloris ſenſum non extinguit, ita nec metum. Petrum verò quis non miretur, cùm eum Dominus iuſſiſſet per ſummos fluctus ſuſpenſo veſtigio ad ſe venire, & eundem præſentem cerneret, irruentis venti contumacia terreri potuiſſe? Idem de Iſraëlitis ſentiendum eſt, quos victoria certa manebat, ſi pugnam certa fide capeſſerent. Nec dubium quin vitioſus ſit ille timor, quicunque Dei promiſſa in dubium reuocat. Sed nuſquam hoc nobis Deus pollicitus eſt, ſe nos immunes à morte præſtaturum. Quare nec ſi mortem formidemus, imminutæ fidei accuſari poterimus; cùm illa mortem non doceat non nos eſſe ſubituros. In his quæ de timote mortis diſſeruimus, nonnulla ſunt Vermilij.

Digitized by Google

Versus 8.

Et expectauit ſeptem diebus iuxta placitum Samuëlis, & non venit Samuel in Galgala, dilapſúſque eſt populus ab eo.

Quare ſeptem dies iubetur Saul expectare.

LEGVNT Græci: ϗ διέλιπεν ἑπτὰ ἡμέρας τῷ μαρτυρίῳ ὡς εἶπεν σαμουὴλ, *Et diſtulit ſeptem dies teſtimonio, vt dixit Samuel.* Scilicet fidem ſuam & obedientiam probare ſtuduit. Qui autem Hebraicam veritatem ſequuntur, transferunt, *Iuxta Samuelis decretum.* Quippe is iuſſerat, tantiſper ſibi præſtolari, dum accepto à Deo certo nuntio adueniret. Bellè autem ſex dies iubet expectare, vt die ſeptima diuini numinis opem præſidiumque experirentur. Probis enim ac diligentibus dextrum numen adeſt; ignauos ac deſides ſuæ ſocordiæ relinquit. Quod vtique ſeptem dierum allegoria myſticè exprimitur. Nam operi quidem ſex diebus incumbere religio iubet, ſeptima autem ſoli Deo vacare. Cæterùm quod ait, *Iuxta placitum*, & deinceps: *Et tu non veneras iuxta placitos dies*, pugnare videntur cum Vermilij ſententia, qui antea nullum certum dierum numerum præſcriptum fuiſſe decernebat. *Et non venit Samuel in Galgala.* Non eſt intelligendum ante exactos ſeptem dies: ſed cùm iam illuxiſſet dies ſeptimus, & parte aliqua proceſſiſſet, necdum tamen venerat: venit nihilominus ante exactum diem.

Tacitus. Terror Panicus.

ET *dilapſus eſt populus ab eo.*] quacunque etiam leuiſſima occaſione timor incuſſus ſit, vix fugæ frenos ſatis validos addideris, vt impetum coerceas. Tacitus Annal. lib. 1. cap. 13. de exercitu Cecinnæ Legati ſermonem inſtituens, qui diuerſo itinere in expeditione Germanici aduerſus Germanos pugnauerat: Fortè, inquit, equus abruptis vinculis vagus, & clamore territus, quoſdam occurrentium obturbauit. Tanta inde conſternatio, irrupiſſe Germanos credentium, vt cuncti ruerent ad portas, quarum decumana maximè petebatur, auerſa hoſti, & fugiẽtibus tutior. Cecinna comperto vanam eſſe formidinem, cùm tamen neque autoritate, neque precibus, nec manu quidem obſiſtere, aut retinere militem quiret, proiectus in limine portæ, miſeratione demum, quia per corpus Legati eundum erat, clauſit viam. Simul tribuni & centuriones falſum pauorem docuerunt. Hæc Tacitus. At verò quo loco habiti ſint olim eiuſmodi deſertores, docetur Digeſt. de Re militari l. 5. Non omnes deſertores ſimiliter puniendi ſunt: ſed habetur & ordinis ſtipendiorum ratio, gradus militiæ, vel loci, muneris deſerti, & anteactæ vitæ. Sed & numeri, ſi ſolus, vel cum altero, vel cum pluribus deſeruit, aliúdve quid crimen deſertioni adiunxerit. Item temporis quo in deſertione fuerit, & eorum quæ poſtea geſta fuerint. Sed & ſi fuerit vltro reuerſus, non cum neceſſitudine: non enim eiuſdem ſortis. Sese offerens in inſulam deportabatur. Arrius Menander Digeſt. loco citato. Apud Albertum Krantzium in ſua Dania lib. 4. cap. 37. cùm S. Canutus, Danorum Rex, expeditionem pararet in Angliam, & iam in anchoris cum eo pars magna exercitus conſiſteret, interim dum eius frater Olauus, quem expectabat, per fraudem moras necteret, ſenſim vnuſquiſque miles domum repetit, & ab exercitu Princeps deſeritur. qua re conſternatus ipſe quoque rediens, concionem aduocat, & poſt alia hoc quoque conqueritur: Sibi poſt hominum memoriam irrogatam contumeliam, quæ nulli regum; quam etiam nulla poſſit æris magnitudo compenſare. Defectionis autores non facilè reperiendos, quando populariter ea ſit facta dilapſio. Impunè tantam rem tranſire, grauius ſibi morte videri. Si pergant ea in ſuos reges eſſe contumacia, omne Danicum nomen interiturum. Permouit triſtis regis oratio milites: igitur multæ nomine quicquid imponeret erogaturos.] Itaque ſingulis cùm pro ratione gradus & militiæ ſatis grandem pecuniæ ſummam indixiſſet, & illi ſoluturos ſe reciperent: ſtuduit ad officium potius erga Eccleſiam pœnæ condonatione excitare. Decimas Dani Sacerdotibus nondum ſoluerant. quæ res, cùm iuri videtur eſſe contraria, tum Sacerdotes cogebat, neceſſariis ſtipendiis deſtitutos, in rebus diuinis ſuam operam pretio locare. quod longè eſt ab inſtituto diuino, & ad Simonis ſectam proximè accedit. Statuit igitur religioſiſsimus princeps populo mulctam diſſoluere, ſi ſoluere decimas in animum induxiſſent. At illi renuerunt: & procerum dolo ac proditione in regem incitati, eundem per ſummum nefas interemerũt. Sic populi dilapſio ſancto regi perniciem attulit, non tamen eius conſcientiam vllo ſcelere maculauit. At Sauli, cùm præter inanem periculi formidinem nihil afferre poſſet militum defectio, præ animi ſeu potius fidei imbecillitate, interdicta ſibi tentare auſus eſt, & Deum grauiter offendit.

D. de Re militari. Milites deſertores quomodo olim habiti.

Dilapſus eſt populus ab eo.

Al. Krantz.

S. Canutus quomodo ſe geſſerit, cùm ab exercitu deſertus eſſet.

An peccarit populus hoſtem metu fugiens, & regem deſerens: Et an omnino perſequutionem fugere liceat.

POSTERIOR quæſtio dudum ſoluta eſt autoritate Domini, cuius hæc ſentẽtia eſt, Matthæi 10. verſ. 23. *Cùm perſequentur vos in iſta ciuitate, fugite in aliam.* Apologiam etiam de fuga ſua ſcripſit S. Athanaſius Alexand. Epiſcopus, denique reliqui omnes idem ſentiunt qui Domini verba interpretantur. Tertullianus tamen poſtquam ab Eccleſia deſciuiſſet, ſcripto ad Fabium libello, contrariam opinionem ſummis viribus perſuadere conatus eſt. Huius argumenta Vermilius, cùm aliquando timiditati ſuæ patrocinaretur, confutauit: ſed quoniam autoris memoria damnata eſt, & lectio prohibita, breuiter repetam quæ Tertullianicum illud acumen retundant.

Fugere perſequutionem licet.

Tertullianus igitur in hoc propoſito durius ſenſit, nec pio homini licere voluit, vt in per-

Digitized by Google

Confutatur Tertullianus qui nullo modo fugiendum cenſuit.

1. Argumen.

2. ad Cor. 5. 4.

ſequutione fugiat: cuius argumentationum nodi ita ſolui debent. Inquit primo, Bona eſt perſequutio, quare non fugiendum. Antecedens probat, quia à Deo: tum homines reddit humiliatos, probatos, & bene caſtigationis & diſciplinæ capaces. Nos conneaionem infirmam dicimus, quia bona ſecundum quid, & non ſimpliciter, quandoque iuſtè fugiuntur, cuiuſmodi eſt mors: ipſa enim eò dicitur bona, quòd ſine ea Chriſto nequeamus adiungi: de qua nihilominus Paulus pronuntiauit: Expoliari nolumus, ſed ſuperueſtiri. Atque in iſto bonorum genere, perſequutiones reponimus. Cùm verò ſumitur, homines ea meliores fieri, dicimus ſomi cauſam, quæ non eſt legitima cauſa tanquam ſit vera cauſa, ſiquidem perſe- B quutio magis occaſio eſt, quàm cauſa vt homines ad Deum redeant: nam ſi eis non accederet ſpiritus & gratia Chriſti, magis adducerentur illa homines ad blaſphemandum, atque in barathrum deſperationis inciderent: non enim perſequutiones, omnes bonos faciunt. Et ſi occaſiones quibus nobis conſulitur, nunquam declinandæ eſſent, hoc ego de peccatis inferrem, quæ ſunt pœnitentiæ incentiua. Addis eſt à Deo, ergo non fugienda: rurſus videre potes robur huius argumentationis, in eo quòd bellum, fames, peſtis, morbi, & huiuſmodi incommoda ſunt à Deo: quæ tamen ſi rationis & ſenſus induſtria declinamus, quis ibi nos accuſabit, quaſi diuinæ voluntati aduerſemur? Et qui perſequutionem euitat à Deo immiſſam, non ita euadit, vt nil aduerſi ea ea ſentiat. Mul- C ta fugiendo experitur incommoda, exilium, rerum penuriam: cognatis, amicis, & patrio ſolo deſtituitur fugiens: quæ adeò interdum grauiter fert, vt feliciores illos iudicet, qui in ipſa perſequutione occubuerint, aſſequuti triumphum Martyrij. Vt apud Virgilium:

O terque quaterque beati,
Queis ante ora patrum Troiæ ſub mœnibus altis
Contigit oppetere.

3. Reg. 17. 19.

De Helia quanta ſit paſſus in ipſa fuga, tradit Regum hiſtoria: & de Athanaſio Euſebius plurima refert.

Aliud Tertulliani argumentum.

Argumentatur præterea, ſtultè declinatur perſequutio, è qua non poteris elabi, ſi Deus te apprehendi voluerit. Concludit, is qui fugit, Deo quodammodo videtur inſultare, quòd eo ſit fortior, & ſe perſequentem valeat euitare. At nullus piorum adeò deſipit, vt contra vo- D luntatem Domini velit fugere, imò illius virtuti & voluntati fidit & innititur. Sciunt enim Sancti cecinisse Dauidem, *Quo ibo à ſpiritu tuo, & quo à facie tua fugiam?* &c. Adhæc, velocium non eſſe curſum, & fugam negari pedibus, niſi Dominus adſit, intelligunt. Dauid à Saule dum fugeret, gratias egit ſibi ceruorum à Deo pedes fuiſſe datos. Deo minimè inſultant, iniurij ſunt aut contumelioſi, qui fugiunt: ſed deflent, precantur, confiduot & humiliantur. Dauid fugiendo quot præclaros Pſalmos edidit? Deinde aliam proponit rationem: Qui fugit, de ſuo lapſu aut incertus eſt, aut certus ſi maneat: ſi certus eſt ſe negaturum eſſe, incaſſum fugit, cùm iam crimen perfidiæ quoad animum in- A currerit. Quod ſi dicas te incertum eſſe: cur non bene ſperas, & beue præſumis de gratia Dei? Reſpondemus, eos qui fugiunt, de Deo certos eſſe, de ſe verò, incertos: quando *in membris ſuis*, vt inquit Apoſtolus, *aliam legem ſentiant repugnantem legi mentis ſuæ*, de ſe quid poſſunt ſibi polliceri? Deum ſciũt adiuturum cùm in hoſtes inciderint, ſed modò ignoraot vtrum Deus velit eos ab illis capi: imò præſumunt ſecus eſſe, cùm ad fugiendum pateat eis aditus, quod nutu Dei fieri docet pietas, cùm Deus loquatur hominibus non ſolùm externis Scripturæ & Prophetarum verbis, ſed & facilitate & difficultate rerum & occaſionum: & tunc Deum planè aliquid velle agnoſcunt, quando ad id faciendum neceſſitas vrget, aut ſumma B facilitate aliquid ſuccedit: is enim rationibus, afflatu Spiritus intrinſecus, & verbis Sanctorum, nos de ſua voluntate admonere conſueuit.

Tertium argum.

Nec multum diſſimile adhuc profert dilemma, vt ſis in fide conſtans, vel in manu tua ſitum arbitraris, aut in manu Dei: Si poteſtatem tibi huius virtutis attribuis, cur non dutas, & à fuga abſtines, cùm id præſtare valeas quod cupis? Sed illud in Deo reponis: bene illi debuiſti fidere ac ſperare. Et hoc diluemus non difficulter: In Deo reponimus ſalutem noſtram, quî enim per nos ipſi conſtantes eſſe poſſumus, qui nec aliquid à nobis tanquam ex oobis valemus cogitare? Atque Deo vbi debemus, bene fidimus, illum inquam in tempore & in op- C portunitatibus adiuturum: ſed illi temerarium eſſet iſta præſcribere, vt ſcilicet hac hora velimus illum nobis omnino adeſſe, & nobis omnino meritò vitio verteretur, quaſi illum tentare auſi ſimus. Sed ab eadem cauſa, incommodum eſt, inquit, diuerſa affecta deriuari, quod vobis continget, ſi Deum autorem faciatis veſtræ fugæ: an ſine cootrouerſia is perſequutiones immittit: noo ergo veriſimile, ab eodem & fugam & perſequutionem prodire.

Quartum argum.

Vt verò fruſtra laborent argumenta, hinc videre pores, quòd falſo nituntur fundamento, eandem ſcilicet cauſam non ferre contraria, cùm ſol & liquefaciat & induret: coniunctio ſimiliter cùm ad vnitatem tum ad binarium conſtituendum facit. Deinde, quoad idem id forſan concederetur, quo autem ad diuerſa, vel ipſa intelligunt ſubſellia fieri poſſe, vt contra- D ria ea eodem capite profluant. Modò cùm Deus & perſequutionem excitat & fugam permittit, videmus non eoſdem à perſequutoribus apprehendi & euadere periculum: quare non idem conſtat ſubiectum, qui elabuntur cruciatus fugiũt. Verùm: memores eius quod diximus, etiam fugientes gladium perſequutionis, dicimus haud prorſus euitare, quin fugiendo multa patiantur: ideo dabimus & perſequutionem & fugam eoſdem reſpicere, ſed non eſſe contraria affirmamus, quando is qui fugit, perſequutionem eaperitur. Lex verò cõtrariorum eſt, vt ab eodem ſuſtineri nequeant: contraria ponimus, eſſe manere & non manere, aut perſequutionem pati & illam non pati: tunc quoad eandem, iſta noo ſimul proueniũt,

Perſequutio & fuga contraria non ſunt.

&

Digitized by Google

& incommodum allatum non habet locum.

Quintum argument.

Deducunt aduerſarij, ſi fuga concedatur, omnino ſequi Domini ſententias eſſe inter ſe pugnantes: Is enim dicit, *Non perdentem animam ſuam, verè illam perdere*: Et eum qui nomen ſuum *erubuerit coram hominibus, ſe velle eum erubeſcere coram Deo*. Nobis planè iſta conſonare noſtræ ſententiæ, imò ipſius Chriſti videntur, non pugnare. Non enim qui fugit animam ſuam pluris facit quàm Dei gloriam: imò vt illi commodius & cum maiori fructu inſeruiat, perſequutionem declinat, neque pudore ducitur, quòd nomen Domini erubeſcat, paratus illud teſtari ſanguine cùm oportuerit. Sed iſto pacto aiunt, Deus debilitatem & infirmitatem in ſuis foueret, qui illos roborare dicitur: qui enim fugiunt deiecto & humili animo redduntur. Hoc non eſt neceſſarium, vt ſequatur, cùm minimè ſit fortis viri, ſemper & quauis occaſione, omne ſuum robur profundere. Momenta expectat & occaſiones, imò ſæpe dicit: *Fortitudinem meam*, ô Deus, *ad te cuſtodiam*: illam tibi conſeruo, vt tibi obſequatur.

Matt 26.53.

Chriſtus, ſubdit, Auxilia Angelorum & gladij defenſionem recuſauit, tu quid fugis? Id pleno ore fatemur de Chriſto factum quod dicis, ſed quando ſciuit iam ſuam aduenisse horam, qui tamen aliàs (cùm tempus mortis non adeſſet) ſæpius fugit: id etiam noſter ſi de voluntate Domini eſſet certior, illam ſcilicet adeſſe ſibi horam aut diem, fuga non ſibi conſuleret.

Sextum argum.

Neque illud admittimus, quod rurſus infertur, Qui fugit, minimè orat vt Chriſtus, qui poſtulabat calicem à ſe auferri, interim tamen ſtabat: qui verò abit, ipſe ſibi conatur eripere calicem, neque expectat vt à Domino impetret. Quaſi fugiens, velit antevertere diuinam prouidentiam, cui non vult anteire, ſed illam ſequi ſtudet, & manum Domini ſe ducentem comitatur.

Septimum argum.
1. Ioan. 4.18

A fuga etiam deterrent, quòd *charitas foras mittat timorem*, vt Ioannes Apoſtolus teſtatur. Quod nō ita intelligitur, quaſi in homine, charitate prædito, nullus ſit timor, ſed eo non impellitur ad agendum quod agit: neque eis qui fugit, timore ad id incitatur, imò fortes (vt Ariſtoteles autor eſt) non ſunt ſine timore, ſed illi adeò moderantur, vt per eum nil turpe admittant. Timorem verò Dei, charitas non excludit, quoniam fugientes offendere timent, ſi illum manendo tentent: imò vbi maximè viget charitas, ibi maximè locum habet timor Dei.

1. Ioan 4.16

Quod etiam citant *animam ponendam* (apud Ioannem) *pro fratribus*, verum eſt: ſed quando illud eis vtile futurum videmus, & illā non ponere eos rationabiliter ſcandalizaret, aut ſi fugeremus, illi paſtorali cura deſtituerentur: ſed ſi iſta non occurrunt, non eſſet pro fratribus, ſed temerè animam ponere.

Illud tandem videtur eos nonnihil adiuuare, quòd Apoſtoli in ſuis Epiſtolis cùm ad Eccleſias ſcriberent, ac ſalubria præcepta nedum commemorarent, ſed inculcarent perpetuò auribus fidelium, nihil vnquam meminerunt huius præcepti, vt fugiamus. Sed quare id fecerint, iſtæ rationes aſſignari poſſunt, quia ea de re non poteſt aliquid abſolutè præcipi: oportet enim vt quiſque ſeipſum excutiat, & probet quando vtile aut neceſſarium eſſe duxerit, vt fugiat. Adhæc, quod natura omnibus inſeruit animantibus, non oportet hominibus ſedulò inculcare, cùm ſint ad ea per ſeipſos ſatis procliues. Dum verò non prohibent huiuſmodi ad vitam neceſſaria, permittere intelliguntur. Nec iſta argumentationis via eſt admodum efficax, nam multa interdum facere debemus, quæ illi non commemorant. Interdum parentibus non eſt obediendum, imò ſunt relinquendi, & magiſtratui nonnunquam non obtemperandum, & homines ſæpe interficiendi, quæ tamen Apoſtoli nunquam mandarunt vt fierent. Sed de poſteriori parte quæſtionis hactenus. Nam Tertulliano abundè ſatis factum videtur: reliqua minoris momenti ſunt, & ex præcedentibus ſatis commodè ſolui poſſunt.

I.

Altera pars quæſtionis explicatur, an peccarit populus fugiens, & quod peccatum illud fuerit.

Dvplex ratio videtur populum fugientem criminis abſoluere. Prior legis autoritas, altera timoris impotentia.

Legis decretum ſic habet, Deuteron. cap. 20. *Si exieris ad bellum contra hoſtes tuos, appropinquante iam prælio, duces per ſingulas turmas audiente exercitu proclamabunt: Quis eſt homo formidoloſus, & corde pauido? vadat, & revertatur in domum ſuam, ne pauere faciat corda fratrum ſuorum, ſicut ipſe timore perterritus eſt.* Legis ergo patrocinio defenduntur qui fugerint, nec poterunt ſceleris accuſari, cùm ingenti fuerint terrore perculſi.

Arbitramur fugientes grauiter peccaſſe

Contrariam tamen ſententiam magis amplectimur, vt putemus eos non leuiter deliquiſſe, cum patriam religionémque ſuam hoſtium libidini fugientes obiicerent.

Quod genus timidorum lege, à pugna eximi videntur.

Legis autem ratio & conſilium accuratè nobis inueſtiganda ſunt. מִי־הָאִישׁ הַיָּרֵא וְרַךְ *Mi haiſc haiare verach. Quis vir timidus, & mollis, tener* הַלֵּבָב *halebab corde?* Poſterius illud epithetum רַךְ *rak* originem ducit à verbo רָךְ *rach* ſiue רָכַךְ *rachath*, quo ſupra vtitur ver. 3. Non יֵרַךְ *ieracb* pertimeſcat cor veſtrum. Quod Targ. vertit, יִזוּעַ *sezo-nahh non moueatur*, vlla trepidatione ſcilicet: nam in quos metus inuaſerit, eoſdem tremore concutit. LXX. ἐκλυέσθω *diſſoluatur*. Ierem. 51. ἀσθενείτω *debilitetur*.

Quis רַכָּך rachax.

Itaque nomen inde deductum interpretes variè exponunt diuerſis in locis, mollem, tenerum, delicatum, miſericordem, imbecillem. רְכִיכָא *rakicha* Chaldæis butyrum eſt, quo nihil mollius. Hîc certè Chald. Paraph. *Contritum* vertit. Apud Græcos δειλὸς legitur.

Quis δειλὸς Ariſtoteles.

Δειλὸς qui ſit, paucis explicat Ariſtoteles de moribus lib. 3. cap. 10. ὁ δὲ τῷ φοβεῖσθαι ὑπερβάλλων, δειλός. Qui metuendo modū ſuperat, is ignauus timidúſq; nominatur, Καὶ γὰρ ἃ μὴ δεῖ, καὶ ὡς οὐ δεῖ, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα ἀκολουθεῖ αὐτῷ.

Nam & quæ metuenda non ſunt, & quemadmodum non ſuot, metuit: omniáque eiuſdem generis eum comitantur.] Sed illud nonnullis à natura ingeneratum eſt, aliis quandoqoe ex occaſione accidit. Vode Seneca lib. 4. de Beneficiis cap. 26. Dicitur timidus, inquit, propriè, natora etiam ad inanes ſonos pauidus. Et Seruius in hæc verba Virgilij, quibus, irrumpente Pyrrho in regiam Priami, matronarum trepidationem deſcribit,

Seneca.
Quis timidus.

Tum pauidæ tectis matres ingentibus errant,
Amplexæque tenent poſtes.

Pauidus, inquit, eſt ſemper timens, pauens ex cauſa: vt ſupra futiatus & futioſus. Modò pro pauentibus pauidas poſuit. Et in Eclogam 7. Pueros timidos Poeta vocat pro timentibus. Nam timidus eſt, qui ſemper timet: timens verò, qui ad tempus formidat ex cauſa. Aut reuera poeros timidos vocat, quia timor pueris naturaliter per ætatem eſt inſitus.] Timor igitur, cuius à ducibus ex legis præſcripto ratio habenda eſt, ad quam horum ſpeciem pertinet? Probabilius eſt, mea quidem ſententia, permanentem aliquam affectionem intelligi oportere, vt certius quiſque de ſe ſtatuat ſigna ſequi debeat, an pedem referre, quàm vt in ipſo pugnæ procinctu animi ſui periculum faciat, & aliorum frangat aodaciam. Nam & vbi meticuloſi diſceſſerint, tum iubentur duces reliquæ multitudinis habere delectum, & aciem ioſtruere. Quòd ſi is timor dici intelligarur qui à natura cordi iucubat, aut diuturna ægritudioe ſe in babitum induit, tum is mihi duplex occurrit, qui dignos excuſatione habeatur. Primus eſt, qui fit ex melancholia, & quem inducunt tenebræ: de qoo ſcripſit Hippocrates. Si timor & mœſtitia longo tempore perſeuerent, melancholicum eſt. Talis enim timor fit per melancholiam, eóſque nunquam deſerit qui melancholici ſont: adeò vt & virtutem deiiciat, & corpus mutet, animique deliquium pariat. Alter eſt qoem tribuit Ariſtoteles iis animantibus, quæ dilutiore ſunt ſanguine, qualis eſt ceruorum atque damarum. Sanguis enim qui dilotior eſt, & fibris caret, frigidior etiam eſt: is verò cum primis metui conuenit, quo totum corpus riget. Itaque ea animalia, inqoit Ariſtoteles, qoibus eiuſmodi temperamentum in corde habetur, metoendi affectioni ſunt opportuniora: aqua enim frigore congelaſcit. Quam ob cauſam etiam exanguia ſanguineis timidiora ſunt. Hactenus Ariſtoteles lib. 2. de Partibus Animalium, cap. 4. Quæ ſi ad homines transferas, erunt illi quoque pro rata portione ſanguinis, aot etiam qualitate, aliis alij timidiores: qui verò ſanguinis frigore excellent, horum quoque præ cæteris timiditas notati poterit. Quinimo idem Ariſtoteles in Phyſiognomonicis, eoſdem ex ipſo corporis habitu docuit poſſe deprehendi: ſic enim habet cap. 3. Δειλοῦ σημεῖα. Signa *Timidi.* Pili molles, corpore inclinatus, non erectus, quæ ſunt ſub vmbilico ſurſum tracta, circa faciem ſubcroceus, oculi imbecilles, & mobiles, & extrema corporis imbecilla, & crura parua, ma-

Duplex timor excuſatione dignus.
Gorrhæus verbo φίλος.
Ariſtoteles.
Signa Timidi.

A nus loogæ, & ſubtiles: lumbi autem parui & imbecilles, figura cootenſa in motibus: ſic habet Caſauboni editio, Græcè eſt σχῆμα συντονον ἐν ταῖς κινήσεσι. quod fortaſſis commodius verti poterat, ſatagenti ſimilis in omni actione: non vehemens, ſed ſupinus, & ſtupefactibilis: mos qui eſt in facie, ſic interpres Caſauboni, quod eſt, τὸ ἐπὶ τοῦ προσώπου oris habitus, mobilis, ſollicitus. Hactenus Ariſtoteles. De his igitur arbitror legem intelligendam eſſe, qui vel naturæ ipſius habitu, vel melancholiæ vitio, ſunt ad metum propenſiores: alioquin enim omnes ſe recipiendi licentiam acciperēt, cùm oec fortes quidem ſoleaot, vt autor eſt Ariſtoteles, obiectu periculi non terreri. Et Tullius 5. de Finibus. qui enim eſt, aut quotus B quiſque, cui mors cùm appropinquet, non, vt ait Ennius, Refugiat timido ſanguen, atque exalbeſcat metu? Sed rationis præſidio confirmanda naturæ imbecillitas: quæ vbi temperamenti vitio maior eſt, quàm vt conſilio iuuari poſſit, tum conſultius fuerit vt abſcedant, qui reliquis perniciem allaturi ſunt. Quòd ſi qui præterea, à prælio ſe ſubtraherent, legis priuilegio defendi poſſe non videotur, quales horum plurimos fuiſſe non dubito, qui non ita pridem Ammonitarum copias profligauerant & occiderant. Si quis tamen non modò timidos, ſed quoſlibet etiam timentes legis autoritate mitti autumet, propterea quòd nullo delectu propoſito, ſingulis de ſe iudicādi poteſtas facta ſit, at ducum ſaltem imperium expectare C debuerant: hoc enim lex iubet: qood cùm non fecerint, quis fugaces audeat à peccato excuſare?

Sunt etiam præterea, qoi velint, eam legem in iis tantùm bellis locum habuiſſe, quæ aduerſus exteras nationes ſuſcepta eſſent. Cùm verò patria ipſa io diſcrimen addocta eſſet, & hoſtium infeſtis ſignis peteretur, tum ſublatis vacationibus omnibus in acie ſtandum fuiſſe, & pro virili parte dimicandum. Tametſi enim Gedeoo & Machabæus eam legem in difficillimis Reipub. temporibus religioſè obſeruarint, attamen certum eſt, vbi ſumma neceſſitas vrgeat, nullom valere priuilegium: ſed naturalem æquitatem ſectandam eſſe, quæ ſiogulas partes ſempiterna ſui totius conſeruatione aſtringit. Verùm vt nullis præcedentium rationum laqueis eos irretitos teneamus, non vi- D deo tamen, quo pacto de fuga ſe nobis purgare poſsint, cùm Rex ipſe iuſſus eſſet tantiſper in Galgal Samueli præſtolari, dum is ad eum Dei mandata perferret. Ao ſolus deboit hoſte vicino? An non populus quoque obtemperare debuit? An ſine peccato potuit toties exploratam Prophetæ fidem in dubium reuocare? An fugam antè occupare, quàm de prælio quid futurum eſſet, & an omnino manus conſerendæ eſſent, Propheta renuntiaſſet? Primùm igitur Regis reliquerunt & abiecerunt obedientiam, cui lege regni ſubiecti erant: Deinde, cùm Prophetæ dicto audieotes nō eſſent, diuiois quoque præceptis minimè paruerūt. Adhæc fidei defuiſſe videtur. Cur enim fugerētne fortè neci darētur, inquis. Atqui aliud

Proponuntur aliæ rationes, quibus fugientes peccaſſe defenduntur.

A et certaminis aleā fugere, quod nonnullis diuina lex indulſit: aliud de Dei promiſsis ambigere, ſic vt ne quidē audire feras. Quid illud? quod genus criminis eſſe dicemus, quòd patriam naturali ac diuino iure commendatam, quam tueri periculo capitis debuerant: quòd religionem ſibi per angelos à Deo traditam, pro qua ſanguis fundendus fuerat, fugientes hoſtibus nefariè prodiderunt? Addam & militarem fiduciam eo tempore nonnibil ad fidei profeſſionem ſpectaſſe, cùm ſuas victorias quæque gens ſuis numinibus adſcriberet. Sacramentum verò militum non commemorabo, quòd dubitem, an tum imperari ſoleret ad obligandam militum fidem: ſed quod omnium ſemper fuerit ſententia, vt flagitioſum ac turpe duceretur ex acie fugere, reſtatur pœnarum atrocitas quibus in fugaces penè vbique animaduerſum eſt. Nam qui fugæ initium feciſſent, ſi fortè deprehenderentor, capitali ſupplicio puniti ſunt. Legionum decimum quemque ſæpe duces morti deſtinarunt. Reliqua multitudo non raró cum dedecore exautorata eſt. quæ cùm ita ſint, quis deinceps Iſraelitas à culpa liberet?

Ob iſtitur contra timoru vim ſuperari non poſſe. Itaque, dicet aliquis, ſiquidem in eorum poteſtate ſitum fuit vt manerent, liberari à culpa non poſſunt. Sed ſunt non pauci nec ignobiles autores, qui tantam vim formidini tribuant, vt *Ariſtoteles.* vires hominum ſuperare loquantur. Nam vbi timor vehemens hominem occuparit, mox calor ſuperiores partes deſerit, in ima viſcera conditur; vt docet Ariſtoteles Sect. 27. Problemat. 6. & ſequentibus. Inde vultus pallet, inde aluus ſoluitur, & bilis quoque deiicitur. Pauentem autem ſitis & algor excruciant, incuſſus tremor penè vocem ac manus eripit. *Timoris ſex ſpecies.* Nihil metus tyrannide impotentius. Neque enim vna ſpecies timoris eſt. Et quidem de ſegnitie, verecundia, atque erubeſcentia, in præſenti non loquimur: ſed eſt quædam admiratio quæ magnitudinem mali non capit, ſtupor qui inſolita calamitatis mole obruitur, agonia quæ corpus & animum eo vehementius torquet expectatione malorum, quo minus quæ futura ſint præuideri poſſunt. Horum quicquid immoderatius ſæuierit, non modò animi conſtantiam labefactat, ſed etiam conatum ipſum membrorum impedit. Quod vbi contigerit, quid vltrà ab homine expectes quàm vt fugiat? Neque enim eius ſe virtus vllo pacto exeret, cùm neceſſariis auxiliis de- *Timoris potentia explicatur.* ſtituta ſit. Actionis namque humanæ prima cauſa animus eſt, inſtrumentum nerui. Hos ſi calor deſerat, ille ratione priuetur, conſequens erit profectò vt ipſa quoque actio interpelletur. Non eſt facile, inquit Seneca, inter *Seneca Naturalium Quæſt. l. 6. c. 9.* magna non deſipere. Itaque leniſſima ferè ingenia in tantum venere formidinis, vt ſibi exciderent. Nemo quidem ſine aliqua iactura ſanitatis expauit, ſimiliſque furenti, quiſquis timet: ſed alios citò timor ſibi reddit, alios vehementius perturbat, & in dementiam transfert. Inde inter bella errauere lymphatici: nec vſquam plura exempla vaticinantium inuenies, quàm vbi formido mentes religione mixta percuſſit. Hæc Seneca. Nullus porrò ter-

A ror maior eſt, quàm qui ab armata multitudine incutitur. Timendorum, inquit idem Philoſophus Epiſt. 14. tria, ni fallor, genera ſunt. *Quid maximè terrorem incutiat.* Timetur inopia, timentur morbi, timentur quæ per vim potentioris eueniunt. Ex his omnibus nihil magis nos concutit, quàm quod ex aliena potentia impendet. Magno enim ſtrepitu & tumultu venit. Naturalia mala quæ retuli inopiæ atque morbi, ſilentio ſubeunt, nec oculis nec auribus quidquam terroris incutiunt: ingens alterius mali pompa eſt, ferrum circa ſe & ignes habet, & catenas, & turbam ferarum, quam in viſcera immittat humana. Cogita hoc loco carcerem, & cruces, & eculeos, & vncum; & adactum per medium hominem, qui per os emergat, ſtipitem, & di-

B ſtracta in diuerſum actis curribus membra, illam tunicam alimentis ignium & illitam & intextam, quicquid aliud, præter hæc, commenta ſæuitia eſt. Non eſt itaque mirum, ſi maximus huius rei timor eſt, cuius & varietas magna, & apparatus terribilis eſt. Hactenus Seneca forenſis carnificinæ ſupellectilem deſcribit: quæ ſi tantum terrorem hominum mentibus iniicit, vt ad innocentes etiam eius rei formido pertineat, inſtructa phalanx quid faciet, quæ totam hanc pompam, non ſemel repræſentat? quid armorum ſtrepitus, barritus militum, fremitus equorum? quid nouæ hominum ſpecies, ferro deformatæ, monſtris ſimiles? quid tot millia curruum torrentium inſtar incurrentium, rotarum impetu,

C & acie falcium, fulgur & tonitru cæli minas imitantium? Non videtur ars humana comminiſci poſſe quicquam terribilius, quo vehementior aut etiam par metus afferri poſſit. Itaque Nonnus Panopolita lib. 1. Dionyſiac. *Nonnus Poeta.* quo loco cum Typhoeo committit, φόβος, & Δῖμος hoc eſt timorem & metum, Neptuni *Metum & pauor Iouis ſatellites.* filios, Iouis tum docoit fuiſſe ſatellites, quibus miniſtris nihil non vinceret. Apud antiquos quid non timor? res diuina viſa eſt: tandem etiam nominis ſedem occupauit, & dignus habitus, cui reges & populi victimas cæderent, cui aras & templa ponerent, vota nuncuparent. Legimus apud Lacedæmonios, Ephoros non ita procul à ſuo tribunali Timo-

D ris ſacellum ſtatuiſſe. Pauorem quoque ſiue *Timor ab antiquos Deus habitus.* terrorem hoc eſt, τὸ Δῖμα, à Corinthiis cultum fuiſſe, ſcribit Pauſanias in Corinthiacis, *Pauſanias.* muliebri ſpecie, habitu ad terrorem maximè compoſito. Leonino vultu in ſcuto prætulit regum rex Agamemnon, vt idem autor eſt. Apud Liuium in primo, cùm commiſſo inter Romanos & Veientes prælio, nunciatum eſ- *T. Liuius.* ſet Tullo Hoſtilio regi, Albanos deſciſcere, palleréque & pauere Romanos ob eam rem videret, ipſe in re trepida, templum vouit Pauori & Pallori. Quæ tametſi indigna ſint quorum autoritate moueamur, cùm ſint illa dira ſuperſtitione polluta: ſatis tamen oſtendunt eam fuiſſe veterum de terrore opinionem, humanis illum viribus ſuperari non poſſe. Quod ſi verum eſt, non poterunt qui fugerint timore perterriti, abſque iniuria *Reſpondetur obiectioni.* in reos referri. Breuiter reſpondeo, cum

offerre, cùm non modo non eſſet neceſſarium, A ſed etiam lõgè commodius, vt ſacerdotom miniſterio vteretor? Nam ſi qua hoſtes interim irrumpereot, longè paratior futurus erat ad vim repellendam, quàm ſi accinctus ephod, aut alio quolibet ornatu ſacerdotali, ſacris ipſe proeurandis diſtineretur. Non eſt igitur veriſimile eundem ſacris operatum fuiſſe. Quòd ſi tãtum in ſe ſceleris admiſiſſet, & profanis manibos ſacra tractaſſet, non vtique Samuel diſſimulandum cenſuiſſet: nam leuius delictum ſatis acriter arguit. Nam quod præſcriptum tempus non exactè ſeruaſſet, ſtultitiæ damnauit atque inobedientiæ, & prolem eius ſpe regni potiundi abdicauit, profanæ ae ſacrilegæ temeritatis non meminit. Qua igitur eundem turpiſſimæ labis ſuſpicione aſpergamus? Rex Ozias, B cùm primùm ſapientet vitam inſtiruiſſet, & legis ceremonias religiosè coluiſſet, adolendi thymiamatis euodem eupido cepit: quod cùm inoitis ſacerdotibos tentaret, mox agente numine, cuius ipſe ſanctiones fiducia regiæ poteſtatis contempſerat, alhicantis lepræ deformi cruſta obductus eſt. Nec hactenus diuini numinis ira quieuit: ſed vrbem prærerea terremotu, ciues terrore quatefecit. Num igitur horum quidquam Sauli eontigit? Scriptura nõ memorat. Quomodo autem fieri poſſet, ſi pariter deliquiſſent, vt alter quidem horrendo ſupplicio, alter nullo plecteretur? nam prolis eius abdicatio, non illi ſacrilegio, ſed alteri inobedientiæ tribuitur. Contrarijs argumẽtis dudom occurrit Samoel, ca. 10. v. 9. *Et deſcendes ante me in Galgala, (ego quippe deſcendam ad te) vt offeras oblationẽ, & immoles victimas pacificas*: Nam cùm hæc diceret Samuel, ſi non putamus eundem præcepiſſe Sauli, vt per ſe victimas immolaret, ne hoc quidem fecit: ſed par vtrobique ſenſus *verborum intelligendus eſt, qui alijs etiam pluribus Scripturæ locis obtinet*. Hamilcar Charthaginẽſis, dum ipſe ſacris faciendis immoratur, ſui fogam rapiunt: quo comperto, in pyram ſe coniecit, ac pro Deo habitus eſt. Herodotus lib. 7.

Amos 1. Zach. 14.

VERSVS 10.

Cúmque compleſſet offerens holocauſtũ, ecce Samuel veniebat: & egreſſus eſt Saul obuiam ei, vt ſalutaret eum.

Hominum æquiore animo promiſſa differri patimur quàm Dei.

VIDES, quàm ſine ratiooe animũ deſpondeat humana leuitas & inconſtantia, cùm Deum auxilij ſponſorem habeat, qui promiſſis ſois deeſſe nõ poteſt. Homines quidem ſi quid pollicentur, ſatis abundè feciſſe credimus, ſi vel poſt diem cõſtitutum exoluant. Deus verò niſi ante præſtet quàm dies ad occaſum vergat, fidẽ fefelliſſe querimur. Qua in re in nos quidẽ indulgentiores ſomus, in Deum verò præter morem & æquum iniqoiores. Cuius quidem facti cauſa hæc eſſe videtur, qoòd homo, ſi tempori non reſpõderit, impeditus fuiſſe eredatur: quod eũm de Deo ne ſuſpicari quidẽ liceat, reſtat, vt voluntatis mutationem extimeſcamus. Atqui nihil minus nobis vereri licet. Neque enim maA gis volũtas eius vlli mutationi obnoxia eſt, neq; conatus vlla ratione impediri valet, omnẽ prorſus metum excutere debemus, diuiníſque pollicitationibus conſtanter inhærere.

ET *egreſſus eſt Saul obuiam ei, vt ſalutaret eum.*] Placandi gratia feciſſe Toſtatus opinatur, vt offenſum illius animum obſequio deliniret. Non dubium eſt pios reges maximũ ſemper honorẽ prophetis habuiſſe, qui ad eoſdem Dei mãdata perferrẽt. Eglon Rex Moab, tametſi eſſet à vera pietate alienus, & populum Domini ſeruitutis iugo opprimeret, vt primùm tamẽ Aod dicentẽ audiuit, *Verbũ Dei habeo ad te*, mox de throno ſorrexit, vt ait Scriptura Iudic. ca. 3. ver. 20. Nec minor fuit Chriſtianorum principum aduerſus religioſos Monachos, & Sacerdotes Domini B reuerentia, quos pręcipuo ſemper honore coluerunt. Ludouicus vndecimus, Francorũ Rex, S. Franciſcum de Paula, Ordinis mei fundatorẽ, genibus flexis excepit. At ſommos Sacerdotes & Epiſcopos quo cultu, quo honore Principes noſtri proſequoti ſunt, vno atq; altero exẽplo demõſtrabo. Flodoardus li. 2. Hiſt. Remẽſ. Eccleſ. ca. 19. Cùm Stephanus Papa, inqoit, qui Leoni ſucceſſerat, per legatos ſuos Ludooico Pio intimaſſet, qoòd libẽter eum videre vellet, in loco vbicunq; ei placuiſſet, audiens Rex magno repletus gaudio, iuſſit obuiam miſſos ſuos ire S^{to}. Põtifici, & ſeruitia præparare. Poſt qoos & ipſe perrexit: obuiarũtque ſibi in campo magno Remenſi, & deſcẽdit vterque ab eqoo ſuo. Et Princeps proſtrauit ſe in terram tertiò ante pedes tanti Pontificis: ſalutauerũtque ſe inuicẽ C magnificè, & amplexãtes ſe deoſculati ſunt, pacificè, perrexeruotque ad eccleſiam. Hæc ille. Et Krantzius Daniæ ſuæ lib. 3. eap. 38. Aduenientem Pontificem Carolus, cui poſtea Magno fuit eognomen, Pipini Regis filius adoleſcens, Francorum fines ingreſſum, à centeſimo lapide ad palatium vſqoe Ponticonem, vbi Pipinus erat, deduxit. Proceſſit tamen ad tertium lapidem Rex Pipinus: & equo deſcendens, Pootificiſque pedes oſculatus, illum terra incedens, & frænum Pontificis equi regens, ad cubiculum vſqoe deduxit. Hæc de Pipino, cùm de Luitprando Langobard. Rege Romam inuiſente penè eadem commemoraſſet, cap. 34. Ibi, inqoit, oboiam factus Pontifex, Regi ſe præbuit venerandum. Delapſus equo Rex ex more, Pontificem genibus nixis D conſalutauit.] Sed nonnullis forſitan etiam antiqoiora placebunt. Horum igitur etiam voluntati morem geram, & dignum, cui fides habeatur, teſtem laudabo. Is erit S. Sulpitius Seuerus Dialogo 3. cap. 6. Nam eodem ferè tempore, inquit, quo primùm Epiſcopatus Martino datus eſt, fuit neceſſitas adire comitatum. Valentinianus tum maior rerum potiebatur; is cùm Martinum ea petere cognouiſſet, quæ præſtare nolebat; iuſſit eum palatij foribus arceri, etenim ad animum illius immitem ac ſuperbum vxor acceſſerat Ariana, quæ totum illum à ſancto viro, ne ei debitam reuerentiam præſtaret, auerterat.] Itaque S. Martinus aditu probibetur. Verùm vbi, quod à ſoperbo Principe denegatum erat, à Deo impe-

Reges & Principes, Prophetas & Sacerdotes magno ſemper in honore habuerunt.

Flodoard.

Krantzius.

S. Sulpitius Seuerus.

Et egreſſus eſt Saul obuiam ei, &c.

Illuſtre exemplum.

A trauit, ab Angelo monitus denuò palatium petit. Et patent, inquit, limina, nullus obſiſtit: poſtremò vſque ad regem nemine prohibēte peruenit. Qui cùm venientem eminus videret, infrendēs cur fuiſſet admiſſus, nequaquam aſſurgere eſt dignatus aſtanti, donec regiam ſellam ignis operiret, ipſúmque regem ea parte corporis qua ſedebat, adflaret incendiū. Ita ſolio ſuo ſuperbus excutitur, & Martino inuitus aſſurgit: multúmque complexus, quē ſpernere ante decreuerat, virtutem ſenſiſſe diuinā emendatior fatebatur: nec expectatis Martini precibus, priùs omnia prǽſtitit, quàm rogaretur. Hactenus S. Seuerus.

Vermilius.

V T *ſalutaret eum.*] Vermilius: Saul honoris cauſa iuit obuiam aduenienti Samueli. B Sed hoc eſt ingenium hominom. Deferūt prophetis, & doctoribus id, quod illi non quærunt: quod autem illi maximè requirunt, id prorſus facere negligunt. Ex lectione Pattum videmus, illis concionantibus populum ſæpe acclamaſſe. At illi eiuſmodi clamores non ambiebant. Quod autem illi maximè inculcabant, vt obedirent legi Dei, & rectè, atque inculpatè viuerent, id populus, acſi nihil ad ſe pertineret, contēnebat. Chriſtus ait, Scribas, & Phariſǽos excitaſſe, & ornaſſe monumenta prophetarū; cùm tamen filij eſſent illorum, qui prophetas occiderant: & illi etiam patriſſarent, & prophetarum necem quǽrerent. Multi hodie Sanctorum memorias colunt religiosè, vt volunt videri, Ambroſij, Hieronymi, Chryſoſtomi, Thomæ Cantuarienſis, C qui, ſi nunc viuerent, inceſſarentur ab illis lapidibus, & fortè pro hæreticis comburerentur. Hactenus Vermilius paucis immutatis.

Præcipuus honor debetur ſacerdotibus.

Porrò, etſi, qui gradu aliquo Eccleſiæ Hierarchiæ cæteris præeminent, pompam faſtúmque ſectari minimè deceat; non tamen propterea non omni cultu legitimo obſeruādi ſunt. Cùm enim Dominus Scribarum Phariſæorúmque vitia carperet, abſolutè quidem hypocriſim operúmque iactantiam damnauit, & quod, cùm recta aliis præſcriberent, ipſi contra obliquè in omnibus verſarentur. At cùm de prærogatiua loci, & ſalutationibus ab ijs expetitis ageret, ambitum quidem notauit, rem ipſam inculpatam reliquit. Nam quibus potiori iure primas in omnibus deferemus, quàm Dei legatis? *Legatione* enim, vt inquit Apoſtolus, *pro Deo ad nos funguntur*: D gloriam tamen, hominúmque fauorem ac plauſum eoſdem ſitire & aucupare turpiſſimum eſt. Quòd ſi turpe eſt ſacerdotibus, eo honore, qui iure merito iiſdem tribuitur, eum aliqua ſenſus titillatione affici, quàm erit illud Laicis turpius, eundem ex contemptu negare? *Qui contemnunt me*, inquit, *erunt ignobiles*. Atqui is Deum profectò contemnit, qui eius Legatum pro nullo habet. *Qui vos ſpernit, me ſpernit: & qui me ſpernit, ſpernit eum qui miſit me.*

V E R S V S 11.

Loquutúſque eſt ad eum Samuel: Quid feciſti? Reſpondit Saul: Quia vidi quod populus dilaberetur à me, & tu non veneras iuxta placitos dies, porrò Philiſthiim congregati fuerant in Machmas.

V E R S V S 12.

Dixi: Nunc deſcendent Philiſthiim ad me in Galgala, & faciem Domini non placaui. Neceſſitate compulſus obtuli holocauſtum.

Curtius.

Metus aſſinis ſuperſtitioni.

A L E X A N D E R, inquit Curtius lib. 4. pugnam initurus cum Dario, non aliàs magis territus, ad vota & preces Ariſtandrum vocari iubet. Ille in candida veſte verbenas manu præferens, capite velato præibat preces Regis, Iouem, Mineruam, Victoriámque propitiātis. Tunc quidem ſacrificio rite perpetrato, reliquū noctis acquieturus, in tabernaculum rediit. Sed nec ſomnum capere, nec quietem pati poterat. Hǽc Curtius. Ingēs vtique cura eſſe debet, quæ victoriam in diem proximum parturit. Porrò ea ſolicitudo ob perturbationis magnitudinē, C ſuperſtitioni vicinior eſt, quàm ſynceræ tenax religionis: vota precéſque congeminat, & nihil quod profuturum ſperetur, intentatum relinquit. Multa autem perturbatis, & in ſummo periculo conſtitutis, ſecus videntur quàm ſe res habeat. Quo fit, vt niſi firma ac conſtanti fide velut ſacra anchora firmentur, in ſaxa ac ſcopulos à ſua puſillanimitate impellantur. Inde veri cultus obliti atque immemores, illicita quæque præ ſua formidine vſurpant atque amplectuntur; quemadmodum hoc loco feciſſe Saolem miramur. Nam quod neceſſitatem excuſat, præter rationem facit: cùm Samuel ante periculi tempus, priùs quidem venturus eſſet, tum autem etiam adueniſſet. Seneca ſcribit in Troade:

Neceſſitas plus poſſe quàm pietas ſolet.

D Et Simonides Ἀνάγκῃ δ᾽ οὐδὲ θεοὶ μάχονται. Contra neceſſitatem ne dij quidem pugnant. Item Laberios:

Neceſſitas (cuius curſus tranſuerſi impetum
Voluerunt multi effugere, pauci potuerunt)
Quò me detruſit penè extremis ſenſibus?

Verùm ea in rebus diuinis locum non obtinet: quin potius vita hæc, & iucundiſſimæ lucis vſura deſerenda eſt, quàm diuina lex vlla in parte violetur.

Q V I D *feciſti?*] Non moror, inquit Samuel, iſta: hoc reſpōde, an ea ſeruaueris, quæ præcepi? Sciebat enim eum ſacrificaſſe. *Quia vidi quòd populus dilaberetur à me.* Excuſat factum ſuum Saul, quantū poteſt. Sacrificaui quidem, inquit, non tamen quo Dei iuſſa contēnerem, ſed quia vidi dilabi populum. Nam & hoſtem nobis inſtare vidi, & te nōdum adueniſſe. Et periculum

Saulus vana ſui purgatio a ſua ſur.

erat, ne antequã litatum eſſet, cogeremur cum hoſte confligere. Hæc ille. Vera autem cauſa erat, quod plus fiduciæ in militibus ſuis collocaret, quàm in Deo. *Oratio* Saulis iudicialis eſt: ſtatus aſſumptioos ex cõparatione. Duplicem ait ſibi incubuiſſe neceſſitatem, Primùm, quòd milites diffugerent: deinde quòd hoſtis immineret. Ex altera parte videbat, aut ſacrificandum ante tempus, aut in periculum veniendũ. Hæc inrer ſe comparat, & longè potius eſſe putat, anticipare tempus, quàm Rempub. vocare in diſcrimen. Deinde vtitur tranſlatione: *Tu nõ veneras*, ait: quare ſi quid in hac re culpæ eſt, id omne transferendum eſt in te. Poſt addit purgationem. Si quid hîc à me perperam factum eſt, id ego, inquit, non ea cauſa feci, vt tua mandata violarem: ſed quia neceſſitas cogebar, vt ita facerem, ne ſine ſacrificio in hoſtem dimicarem. Neque ego id mea voluntate feci, ſed inuitus.

Ita legunt LXX.

Vim enim, inquit, mihi feci Hæc sũt artificia Rhetorum ab humanis ingeniis excogitata, & ad excuſandum peccatum. Impij enim homines toti in eo ſunt, ne peccaſſe videãtur: nec tantùm defendunt, ſed etiam interdum ornant peccata ſua, ac ſi non oportuerit aliter fieri. Ita hypocritæ adduci non poſſunt, vt ſeipſos accuſent. *Mulier*, inquit Adamus, *quã dediſti mihi, illa me decepit*: atque ita crimen confert in Deum. Et mulier: *Serpens*, inquit, *decepit me*. Et Cain: *Num cuſtos fratris mei ſum*? Sed iſta hominum quidem oculos fallere poſſunt, Deum autem, qui omnia videt, non poſſunt.

Herodot.

ET *tu non veneras iuxta placitos dies.*] Darius apud Herodot. li. 4. cùm Iſtrum traiiceret, Scythis bellum illaturus: Lorum Sexaginta nodis innodatum tradidit Ionum principibus, iubẽs, ſingulis diebus ſingulos ſoluerẽt. Quòd ſi intra id tempus non rediret, vela facerent in patriam ſuam permiſit. Sed ſi feciſſent, Darius perierat cum toto exercitu. At contra Saul, ſi ſeptẽ dies ſuſtinuiſſet, ſalua erãt omnia. Veruntamen iam dies ſeptimus illuxerat, cùm holocauſtum obtulit. Eſto: ſed non præterierat. Debuit autem imperatum tẽpos exactè atq; integrè obſeruare. Iulium Cæſarem immolantem Aruſpex

Suetonius.

Spurina monuerat, vt caueret periculum, quod non vltra Martias Idus proferretur. Is igitur cùm poſtea eodem die curiam introiret, Spurinam irridens, & vt falſum arguens, quòd ſine vlla noxa Idus Martiæ adeſſent, hoc ab Aruſpice reſponſum tulit, *Veniſſe quidem eas, ſed non præteriſſe*. Mox verò ibidem coniuratorum telis confoſſus eſt. Suetonius in Iulio cap. 81.

Exempla notanda Ioſephus.

Apud Ioſephum etiam hæc legi lib. 13. Antiquit. Iudaic. cap. 19. Illud maximè admiratu dignum eſt, quod Iudas quidem, cuius prædictiones nunquam fefellerunt, vaticinatus eſt. Is cùm videret Antigonum accedentem ad templum, apud diſcipulos, qui eum ob hanc ſcientiam affectabantur, exclamauit, Pœnitere ſe iam vitæ, quandoquidem eius vanitatem coarguet incolumis Antigonus, quem ea die apud Stratonis turrim moriturum prædixerat: quoniam locus ille abeſſet DC. ſtadiis, & diei pars maior exacta eſſet: atque ita periculum eſſe ne mentiatur ſuum oraculum. Ad hunc modum ſolicito nuntiatur Antigonum cæſum ad cellam ſubterraneam turris, quæ & ipſa Stratonis vocabatur, ſicut & illa maritima, quæ poſt Cæſarea nominata eſt: quæ ambiguitas vatem perturbauerat. Hactenus Ioſephus. Illud tamen notandum eſt, cùm Deus aliquid boni pollicetur, niſi fortè nos eius beneficiis indignos præſtiterimus, tum certò euenire quod prophetæ renuntiarint. Teſtatur hoc vtraque liberatio ex Ægypto & Babylone, teſtatur Eliſeus 4. Reg. cap. 7.

Deus ſtat promiſsis.

qui cùm enecta fame Samaria, & iam filiis auidis matrum faucibus abſorptis, ad necem quæreretur, *Cras*, inquit, *modius ſimilæ vno ſtatere erit, & duo modij hordei ſtatere vno, in porta Samariæ*. Quod cùm incredibile viſum eſſet, & ex Regis ducibus quidam reſpondiſſet: *Si Dominus fecerit etiam cataractas in cælo, nunquid poterit eſſe quod loqueris? Videbis, ait, & inde non comedes.* Quod & contigit. Nam die poſtera vrbis portæ præpoſitus, impetu multitudinis obtritus, in ipſo aditu interiit. At vbi minas & terrores iniici præceperit, & belli ac vaſtitatis metum inferri, tum ſæpenumero prophetia, aut nullum, aut non eodem tempore effectum ſortitur. Flectitur enim Deus facilè pœnitentia: quod non ſine ſtomacho probauit Ionas, & queſtus eſt, dum Niniuen ſtare videt, quam funditus euertendam prædixerat. Ionæ cap. 4. *Obſecro Domine, numquid non hoc eſt verbum meum, cùm adhuc eſſem in terra mea? Propter hoc præoccupaui vt fugerem in Tharſis. Scio enim quia tu Deus clemens, & miſericors es, patiens & multæ miſerationis, & ignoſcens ſuper malitia*, &c.

Toſtatus. Machmas. Topologia.

PORRÒ *Philiſthiim congregati fuerant in Machmas.*] Dicitur, quòd erant in *Machmas*, inquit Toſtatus, quia non multùm diſtat iſte locus à *Galgala*, quia *Machmas* eſt apud *Bethel*, vt ſupra declaratum eſt in litera. Bethel autem eſt circa Iericho & Galgalam, vt declaratum eſt Ioſue cap. 7. *Deſcendent Philiſthiim ad me in Galgala*. Dicitur *Deſcendent*, quia Galgala erat locus humilior quàm Machmas, quia Galgala eſt apud Iericho in valle magna, per quam tranſit Iordanis: cùm autem eatur de Galgala, & Iericho contra Bethel, eſt aſcenſus, vt patet Ioſue cap. 18. vbi ponitur, quod de Iericho contra Occidentem aſcenditur ad montana, & peruenitur in ſolitudinem Bethauen, & pertranſitur vſque in Bethel, ſed Philiſthiim erant circa Bethel, ſcilicet in Machmas, ergo eundo in Galgalam deſcendebant.

Varia tranſlatio.

Et faciẽ Domini non placaui. LXX. καὶ τοῦ προσώπου κυρίου οὐκ ἐδεήθην. *Et faciẽ Domini deprecatus nõ ſũ.* Targ. *Et ante Dominum non oraui.* Santes, & Vatablus *non oraui* pariter legunt. Sed quo genere orationis? Sacrificij ſcilicet. nam aut illud quoque oratio eſt, aut certè perpetua ſocietate cũ oratione coniunctum. Placandi verbo vti maluit Interpres noſter, quòd is ſit finis orationis. Tametſi enim ſacrificium pro peccato, eo potiſſimum conſilio inſtitutum ſit, vt delicti veniam deprecaretur, & obtineret: attamen etiam reliqua, atque in iis præcipuè pacifica, Dei be-

Placandi verbum cur ſacrificio tribuatur.

I.

Nihil leue ducendum quod Deus præceperit.

Saul, quantum in ipſo erat, petdidit populum. Id ne vnquam fieret, Deus in Deut. iuſſit, vt rex deſcriberet ſibi legē, neque ab illa aut ad dextram aut ad ſiniſtrā aberraret. Si quæras, quodnam hoc tam graue peccatum fuerit, ſacrificiū vna aut altera hotula anticipare, vt ea cauſa opottuerit Saulem regno exui, dicas tu mihi viciſſim, quidnam tanti pooderis fuerit in pomo, vt eius cauſa Adamum opottuerit exttudi è paradiſo? Præceptum Dei eſt, quod addit pondus: quod vbi acceſſerit, res quamuis leuiſſimæ, pluris ſunt, quàm vniuerſus orbis. Quid ergo feci, inquit, Saul? Hoc ipſum, inquit, Samuel, non obediſti mihi: uon tetinuiſti fiduciam erga Deum. Sed res, inquit, parua eſt. Cur ergo iu re parua non fuiſti fidelis? Nam qui fallit alium in te parùa, quid ille faceret in maiore? Certè Saul iam antè ſatis exploratam habebat fidem Samuelis, in aſinis, in regno, in pluuia, & tonitru, & prophetis. Et nunc putat eum uon ſtaturum promiſſis, & non adfuturū ad tempus? Dilabebantur quidem milites. Sed vbi erat illud quod Dominus promiſerat, *Vnus veſtrum perſequetur mille, & decem veſtrum decem millia?* Hîc primùm pateſit cor ipſum Saulis, & hypoctiſis, quam ipſe poſtea magis prodidit. Nam adeptus victoriam de Amalechitis, prædā vt iubebatur, noo conſumpſit, & regem Agag contra Domini mandatum reſeruauit, & in Datidem odio incredibili exarſit. Hinc videmus quod Apoſtolus ait, *Non eſſe faciendum malum vt eueniat bonum.* Nos id faciamus, quod iubemut. Eueutum committamus Deo. Illi curæ eſt de nobis. Hoc etiam annotandum eſt. Samuel non dubitat regem & principem ſuū appellare ſtultum. Sed dices, quamuis eſſet propheta, an non tamen reuereri debuit maieſtatem? Hîc adhibenda eſt diſtinctio. Aliter enim loqui ſolent prophetę, quatenus ſunt homines, aliter quatenus ſunt Legati Dei. Non erat ergo Samuel qui iſta dicebat, ſed Deus potius per os Samuelis. Hacteous Vermilius: qui quanto plus ſtudet delicti materiam minoris momenti oſtendere, eo maiorem Saulis impatientiam demonſtrat. Sed non intra banc ſtetit fortaſſe Saulis iniquitas. Maiora enim quæ poſteriùs ab eo commemorata ſunt, tentare auſus eſt; vti ſanctotum Patrum teſtimonio probare poſſumus. Verùm, *Impatientia* priùs, quæ, & quanta ſit, ex Tertulliano audiamus.

Quæ Saulis culpa culpa fuerit, ac primùm de impatientia.

Impatientia quantum malum ſit. Tertullian.

SVPERIORA commentario Saulem impatiētiæ damnauimus. Sed quanta ſit ea labes, quæ peſtis, quod venenum, nonnulli forſitan iguorant. Hos igitur Tertullianus, idoneus autor, docebit libro de Patientia, cap. 5. quo loco aſſerit: Quòd prima & ſola ſit matrix in omne delictum, defundens de ſuo fonte varias criminum venas. Et iterum, Compendio, inquit, dictum ſit, omne peccatum impatientiæ adſcribendum. Malum impatientia eſt boni. Nemo

A impudicus non impatiens pudicitiæ, & improbus probitatis, & impius pietatis, & inquietus quietis. Vt malus vnuſquiſque fiat, bonus perſeuerare nou poterit. Talis igitur excetra delictorum: cur non Dominum offendat improbatotem malorum? Annon ipſum quoque Iſraël per impatientiam ſemper in Deum deliquiſſe manifeſtum eſt? Exinde cùm oblitus brachij cæleſtis, quo Ægyptiis afflictationibus fuerat extractus, de Aaron ſibi Deos duces poſtulat, quum in idolum auri ſui collationes defundit: tam neceſſarias enim Moyſi cum Domino cōgredientis impatienter exceperat moras. Poſt Mannæ eſcatilem pluuiam, poſt petræ aquatilem ſequelam deſperant de Domino triduiſtim non ſuſtinendo. Nam hæc quoque illis im-
B patientia à Domiuo exprobratur. Ac ne ſingula peruagemur, nunquam non per impatientiam delinquendo perierunt. Hactenus de Impatientia Tettull. Qua tamen longè grauior eſt ſuperbia, maximè quæ in diuinis miniſteriis inconceſſa præſumit. Non enim hoc tantū Dei itam prouocauit, quod ſtatutum ſacrificio tempus præuertit: id enim quamuis ſuapte natura graue baberi debet ob iuſſionis coutemptum, leuius tamen videri poſſet: ſed eo maximè diuinum furotem concitauit, quòd profanus cū eſſet, & ſotte paternæ familiæ à ſacris tractandis alienus, ſacerdotale munus vſurpauit. Hoc enim aſſerere videtur S. Dionyſius Areopagita Epiſtola ad Demophilum Mouachum. Si quis, inquit, gentis præfecturam non ſibi à rege mā-
C datam attentaret, iure in eum animaduerteretur, quamuis æqua ſtatueret. Quid verò abſurdum Ozias fecit, cùm odotes Deo incendit? Quid Saul cùm ſacrum fecit? Quid verò tyranni dæmones verè de Ieſu, & Deo diſſerentes? Sed à diuinis ſctiptis uon prædicatur omnis, qui aliena appetit & vſurpat: & vnuſquiſque erit iu muneris ſui ordine, ſoluſque Poutifex in ſancta ſanctorum intrabit, & ſemel in anno, atque id in omni expiatione, quam Poutifex ex lege procurat. Sacerdotes quoque ſancta otnant ac tueantur: & Leuitæ non tangent ſancta, ne moriantur. Et furore exarſit Dominus in Ozam ob eius temeritatem: elephantiaque infecta eſt Maria, quæ legem latori legis ferre minimè dubitauit. In Sceuæ etiam filios dæ-
D monia inuaſere. *Non mittebam,* inquit, *eos, & ipſi currebant: & non loquebar ad eos, & ipſi prophetabant.* Et, *Impius qui immolat mihi vitulum, vt is qui occidit canem.* Atque vno nomine, non fert ea quæ contra legem ſunt, perfecta Dei iuſtitia. Et iterum ibidem: Quapropter nefas eſt, vt Scriptura ſancta loquitur, etiā quæ bona ſunt, non ex dignitate tractare, ſed vnuſquiſque ſibi debet attendere: nec maiora altioraque ſe intelligere, ſed de iis ſolis, quæ ipſi pro captu ſuo permiſſa ſunt cogitare. Hæc S. Dionyſius. Cuius ſententiæ fauet etiam ſanctus Ignatius Epiſtol ad Magneſianos. Ozias, inquit, leproſus factus eſt, qui contra ſacerdotes ſacerdotium auſus eſt arrogare. Saul etiam ſacrificare prēſumens, regali dignitate dehonoratus eſt, non expectans principem Sacerdotum Samuelem. Oportet ergo & nos reuereri potiores, &

Exodi 16.
Exodi 17.
Saul Sacerdotale munus vſurpauit.
S. Dionyſius Areop.
2. Paral. 26.
Marc. 3.
Nehem. 13.
Numer. 4.
2. Paral. 26.
Numer. 12.
Actor. 9.
Ierem. 23.
S Ignatius.

dignum eſt noo ſolùm vocari nos Chriſtianos, ſed etiam eſſe. Non enim dici, ſed eſſe facit beatos. Hæc ille Beatus. Sed hactenus de culpa Saulis, de qua iterum ſequeoti verſu. Nunc de animaduerſione quætete incipiamus.

Deo quiſquis paret, regnũ æternum adipiſcitur.

QVOD *ſi non feciſſes, iam nunc præparaſſet Dominus regnum tuum in æternum.* Qois enim dubitat, ſi quidem piè innocenterque vixiſſet, æternum regnum fuiſſe conſequuturũ? Sed regnũ, inquis, non quodlibet, ſed *ſuper Iſrael* ſtabiliendom fuiſſe pethibetur, ſi diuinæ iuſſioni obtemperaſſet. Hebraicè legimus, אֶל־יִשְׂרָאֵל *el Iſrael. El* porrò non modò *ſuper*, ſed etiam *in, cum, ſecus*, &c. ſignificat. Hic etiam Arias *Ad Iſrael* vertit. Quod ſpectat ad *Iſruel*, nonnulli ex veteribus hanc vocem ſignificare docuerunt. *Virum videntem Deum*, aut *mentem Deum videntem.* Sic tradidetunt Philo in lib. de Abraham, Origenes homil. 2. in Numer. Euſebius in lib. Nominum Hebraicorum. Sed hos reprehendit S. Hieronymus in Tradit. Hebtaicis in Geneſ. Nam ſi Iſtael ſignificaret vitum videntem Deum, prima litera ſcriberetur א *aleph*, & literis octo conſtaret hoc modo, אִישׁרָאָהאֵל *Iſrahael*, cùm tamen quinque tantũ habeat. Itaque, etſi noo parum eorum autoritate qui hoc traderent, ſe moueri potuiſſe S. Hieronymus indicet: magis tamen aſſerit Scripturæ, & Angelo, ſeu potios Deo, qui id nominis Iacob impoſuit, fidem adhibendam eſſe. Quæ eſt igitur eiuſdem interpretatio? *Non vocabitur nomen tuum*, inqoit, *Iacob, ſed princeps cum Deo, hoc eſt Iſraël. Quomodo enim ego princeps ſum, ſic & tu, qui mecum luctari potuiſti, princeps eris: ſi autem mecum pugnare potuiſti, quantò magis cum hominibus?* Tum nominis etymologia ducetut à שַׂר *Sar* principe, & אֵל *el* Deo. Vel certè à שָׂרָה *ſarah* dominatus eſt: cuius verbi futuro ſi addatur אל *el*, reddet vocem *Iſrael.* Et fortaſſis de Saule ſic exponi poſſet. *Præparaſſet Dominus regnum tuum, vt eſſes princeps Dei in æternum.* Idem S. Hieronymus non ſemel eandem dictionem Iſraël petit à יָשָׁר *iaſar*, qood eſt rectum eſſe; vt ſit εὐθύτατος θεοῦ, id eſt rectiſſimus Dei. In Oſee cap. 12. & Iſaiæ 44. quoniam directos ſit Iacob ab Angelo, & confortatus. Ita S. Hieronymus. Quid ſi dicamus, quooiam rectus permanſerit cùm luctaretor cum Angelo, nec terræ affligi, aut in ſolum deiici potuerit.

Nominis Iſrael explicatio.

S. Hieron.

Geneſ. 32.

Sententiam noſtram de regno Saulis æterno, illud etiam magis confirmabit, ſi יָשָׁר *iaſar* aduerbialiter interpretemur, vt ſit ſenſus: Si diuinis præceptiooibus, vti debueras, morem geſſiſſes: non hoc tantùm imperium quod temporale eſt, Deus tibi decreuiſſet, verùm etiam aliud æternum, vt rectè Deo in perpetuum regnares. Qoòd ſi magis placeat, totam hanc prophetæ ſententiam ad temporale regnum referri; tum nonnulla quidem occurret difficultas, propterea quòd dudum imperium familiæ Iudæ Iacob deſpondetat: ſed is nodus facilè hoc pacto ſolui poterit: qoòd tametſi reges, Iodæ ſatu orti, quibus Daoid, ſingulari diuinæ bonitatis beneficio auctus, ſua virtute præluxit, ſuæ gentis clauum regerent, diuiſo tamen in duas partes populo, aliud regnum emerſerit, quod Iſrael dictum ſit: quod poſteri Saul, ſi quidem ab hac culpa abſtinuiſſet, fuerant obtenturi. Nam & Isboſeth, Saulis filius, poſt cædem patris illud aliquanto tempore tenuit; & mox, poſt functum vita Salomooem, plures ex aliis tribubus adepti ſont, qoorum nullus ad Iudæ ſiue Dauidis ſortem pertinuit. quemadmodom igitur diuino decreto, ſtirpi Dauidicæ in ſuam gentem perpetuum imperium decretũ eſt: ita & poſteris Saul in reliquas tribus conſtitotum fuiſſet, niſi inobedientia ſua in Dei offenſionem incurriſſet. Porrò hæc noſtra interpretatio, tametſi non protſus à ratione aliena eſſe videatur: non committam tamen, vt aliorum expoſitiones credi poſſint à me neglectæ: ſed eas in mediom afferam, & earum ambages, quoad fieri à me poterit, ſtudioſè explicabo.

Alia interpretatio

Qua ratione intelligi poſsit, Deum, ſi Saul paruiſſet, eidem regnum Iſrael perpetuum decreturum, cùm diuina voluntas nihil noui ſtatuat, & dudum idem familiæ Iudæ Iacob eſſet pollicitus.

QVÆRIT inter Hebtæos R. Ben Gerſon, quomodo patatum eſſe potuerit Sauli regnum in æternum. Nonne enim Deus æterno conſilio decreuerat ſe daturum regnum tribui Iudæ, idqoe tanto antè per Iacobum prædixerat? Saul aotem ex ea tribu non erat. Quomodo ergo dari illi potuit regnum in perpetuũ? Vermilius: Hîc non poſſumus reſpondere, Deum quidem ita primùm decreuiſſe, ſed poſtea mutaſſe ſententiam. Deus enim non mutatur. Rab. Leui Ben-Gerſon putat עַד עוֹלָם *ghad ghelam*, quod hic *in ſempiternum* legimus, nõ ſignificare æternitatem, ſed certum aliquod ſpatium temporis: atque ita & Saulem regnare potuiſſe *ghadolam*, id eſt ad longum tempus, & poſtea Dauid illi ſuccedere. Sed hæc ſententia mihi non multùm probatur. Dauid enim iam noo tantùm natus, ſed etiam adultus erat; vt Saul ad longum tempus regnare non potuerit. Deum verò non mutari, omnes fatentur: ſed non omnes tamen eodem modo explicant. quidam enim aiunt, nos fingere, Deum aliquid prædeſtinare ab ætetoo, quod tamen poſtea exequatur. Id abſurdum eſt, inquiont, Deo enim omnia ſunt præſentia. Atqui nos non dicimus, Deum moueri ad tempus, ſed eius conſilia eſſe ab æterno. Sed hoc dicimus, cùm ad euentum peruenitur, illum nulla inſtituere noua conſilia. Paulus ait, ſe fuiſſe *electum ab vtero matris*: & nos *fuiſſe electos ante iactu fundamenta mundi.* Iſta in Deo quidem æterna ſunt: in rebus tamen ipſis longè antea prædeſtinata ſunt, quàm facta. At ſi volunt cauillari de prædeſtinatione, obiiciemus prædictiones, in quibus non poſſunt tergiuerſari. *Quum nihil egiſſent, aut boni, aut mali, vt ſecundum electionem propoſitum Dei maneret, dictum eſt, Iacob dilexi, Eſau autem odio*

R. Ben Gerſon.

Primus interpretatio refellitur.

Æterna conſilia rerum, quæ in tempore ſiunt.

NON FECISSES, &c.

habui. Ita de regno conſtituendo in tribu Iuda A multò antè prædictum eſt, quàm Dauid, qui primus ex ea tribu regnauit, naſceretur. Quomodo ergo dicit Samuel, *Deus conſtituiſſet regnũ tuum in æternum?* Eſt potentialis loquutio. Sed quæ eſt iſta potentia? Multæ etiam ſunt aliæ eiuſmodi loquendi formæ in ſacris literis. *Si cognouiſſent*, inquit Paulus, *nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent*. Atqui prædeſtinatum erat à principio, Chriſtum eſſe moriturum. Ita vulgò dicere ſolent, ſi Adamus non peccaſſet, Chriſtus non fuiſſet paſſus. Sed mittamus illa, & iſtam ſententiam, quam habemus in manibus, ex qua bene intellecta cætera omnia ſimilia intelligi poſſunt, expediamus.

Altera interpretatio.

Duæ cauſæ abdicationis Samuelis.

Primùm autem videamus, vtrum prædeſtinatio Dei de Dauide fuerit cauſa, cur Saul eiiceretur è regno. Eiectionis eius duæ mihi videntur fuiſſe cauſæ: altera irritans Deum, nimirum peccatum Saulis: altera autem voluntas Dei, ſed prouocata, atque irritata peccato. Vtri ergo harum cauſarum magis aſcribemus eiectionem? certè peccato. Par enim erat, vt qui malè ſe geſſiſſet, moueretur loco. Itaque Oſee ait, *Ex te malum tuum ô Iſrael*. Negare quidem non poſſumus, voluntatem Dei aliquo modo poſſe dici cauſam: vera autem & certa cauſa peccatum erat. Aliud etiam diſcrimen non paruum erit, ſi conferamus peccata noſtra ad ſupplicia: & bona opera noſtra ad mercedem. Nam peccata noſtra merentur ſupplicium: opera verò bona, ſi gratiam detrahas, mercedem non merentur. Cur ita? inquies. Quoniam eſt proportio inter peccatum & pœnam: at ea inter bona opera, quæ ſolis naturæ viribus fiunt, & mercedem, nulla eſt. *Non enim condignæ ſunt paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis*. Adhæc mala opera propriè ſunt à nobis: bona Dei beneficio conſequimur. Itaque mors æterna poſſet dici merces peccati: at contrà vita æterna non poteſt dici merces humanæ iuſtitiæ. Dicimus ergo, peccatum Saulis fuiſſe veram cauſam, cur exciderit è regno. Vt autem conſiſteret, bona opera, quæ per ſe faceret humanis viribus, nunquam potuiſſent eſſe cauſa. Sed iſtud conſiliũ, & decretum Dei, an imponebat Sauli neceſſitatem? Nulla erat in Deo neceſſitas eius rei abſoluta. Nam quod attinet ad interna principia peccandi, ea Saul habuit in ſeipſo: & quod fecit, volens, & ſua ſponte fecit. Decreuit quidem Deus regnum Dauidi, & tribui Iudæ, ita tamen, vt id Sauli iuſtè prius eriperetur. Et ſi Deus præuidebat Dauidem fore regem, præuidit etiam peccatum Saulis. Vidit itaque vtrumque, & hunc peccaturum, & alterum regnaturum. In hoc ordine nihil peccatur à Deo. Verum quidem eſt, potuiſſe Deum ita punire Saulem, vt illi non auferret regnum. Poſteros enim Dauidis, cùm iam facti eſſent idololatræ, puniuit multis modis: regnum tamen illis reliquit integrum. Sed erat in manu Dei, vt Saulem puniret, quo vellet ipſe modo. Non autem eadem conditione regnum Sauli datum erat, qua Dauidi. Nam cùm Ieroboam inuaderet Iudam cum octingẽtis millibus militum, Abia

A rex Iuda aſcendit in collem, & habuit orationẽ ad decem tribus. 2. Paral. cap. 13. *Audi Ieroboã, & omnis Iſraël. Num ignoratis quòd Dominus Deus Iſrael dederit regnum Dauid ſuper Iſrael in ſempiternum, ipſi & filiis eius in pactum ſalis?* Sal non putreſcit, aut corrumpitur: deinde adhibebatur etiam in ſacrificiis. Alterum ergo ſignificabat fœdus iſtud cum Dauide nunquam fore violandum: alterum, ictum illud fuiſſe quodammodo per ſacrificia, atque ita iam eſſe ſacroſanctum. Non ita pollicitus eſt regnum Sauli. Nam ſi promiſiſſet, id illi auferri non potuiſſet. Quamuis ergo Deus iſta de Saule, & Dauide decreuiſſet, tamen Saul ex propriis principiis, & ſua ſponte peccauit. Ad præſcientiã autem Dei ſi reſpicias, eſt quidem in ea aliqua neceſ- B ſitas, quam Scholæ dicunt infallibilitatem: ſed tantùm, vt aiunt, ex hypotheſi, quia Dei præſcientia non poteſt falli. Non tamen turbat Deus naturam rerum: ſed patitur, vt quicquid fit, naturaliter & ſponte fiat. Sed propius accedamus. *Conſtituiſſet regnum tuum in æternum.* Quomodo? Quia æterno decreto conſtituere potuiſſet, vt regnum eius poſteritati ſtaret in æternum. Atque ita iſta potentia ſita erit in decreto Dei. Deinde etiam quod ad Saulis naturam attinet, potuiſſet illi Deus conſtituere regnum in æternum: quod in aliis regibus videmus factum, quos Deus cùm peccaſſent, non deiecit. Hæc eſt igitur huius ſumma ſententiæ: C ſi nunc non peccaſſes, quod Deus quidem ab æterno præuidit, vim tamen voluntati tuæ non intulit: regnum tibi æterno decreto perpetuũ decernere potuiſſet. Nõ enim ob aliud crimen regno te deturbare ſtatuit. Hoc enim addendum videtur, vt ratio cõſequentiæ manifeſtior fiat. Hoc verò præterquam à propheta diuino numine afflato, certò renuntiari non potuit. Id tamen Samuel magis mihi dicere videtur: Manſiſſet tibi poſteriſque regnum tuum, nunquam abrogatum eſſet, ſed te è viuis abeunte filij ac nepotes tui imperium exciperent.

Dauidi regnum datũ in pactum ſalis.

Lyranus eandem ſententiam diuerſo modo explicat. Duo quædam conſiderari poſſe in iis quæ à Deo ordinari dicuntur, diuinam præſciẽtiam, & ſecundarum cauſarum diſpoſitionem. Diuina præſcientia nulli mutationi aut viciſſi- D tudini obnoxia eſt: nec pars vlla decreti, quod ſciuerit, vllo vnquam tempore reſcindi poteſt. Huius ergo Samuel, vt pote quæ immutabilis ſit, iſthîc non meminit. Sed eſt alia ratio diſpoſitionis cauſarum ſecundarum. Tametſi enim ex ijs non pendeat vis primi agentis, quoniam tamen ſingulorum Deus merita expendit, & frequenter etiam in hac vita benefacta beneficijs cumulat, ſcelera plectit: idcirco etiam quæ digna ſunt quæ ab eo ſtatuãtur, ſecundum præſentem rerum ſtatum, eadem à ſe ordinatum iri per prophetas renuntiat, etiamſi res aliter euentura ſit rerum ſtatu ſubinde mutato, quod ab æterno iuſtè decreuit & ſciuit. Sic Ionæ 3. Niniuitas excidij metu terreri voluit, quod erant maximis ſiris ſceleribus atque flagitiis commeriti, tametſi reſipiſcentibus, ac ſuperioris vitæ ſordes & maleficia cilicio, abſtinẽtia, & magna vi lacrymarum detergentibus, ab æterno par-

Lyrani interpretatio.

Digitized by Google

NON FECISSES, &c.

cere ſtatuiſſet. Sic Sauli, quod rationi diuiniſq; A iudiciis conſentaneum videbatur, vt, ſi quidem principis officio rite functus eſſet, eidem prorogaretur imperium, à Samuele explicari voluit: tametſi reuera quem ab æterno non obediturum cognouerar, eundem à regni negoriis remouendum iudicaſſet. Hoc eſt igitur quod ſe dicere Samuel intelligit: Si non peccaſſes, vtique dignus eras, qui etiam poſt hac regnares: at poſtquam Dei mandata contempſiſti, tum quoque teipſum tua culpa regno abdicaſti.

Toſtatus.

Sed iſta Lyrani reſpoonſio, inquit Toſtatus, licet vera ſit, tamen non multùm ſatisfacit quæſito, quia ſolùm declarar quomodo aliquæ diuinæ promiſſiones, vel prænuntiationes ſecundùm diuinam præſcientiam ſunt, & aliæ ſe- B cundùm merita noſtra: quando tamen ſunt duæ prænuntiationes, quæ ambæ ſunt ſecundùm diuinam præſcienriam, ſi videntur habere allquam contrarietatem, qnomodo ſtare poſſint non retigit. Hîc autem ſic eſt. Mox pluribus: poſtremò quæſtionem ſoluit hoc modo.

Alia interpretatio.

Si duæ ſint prophetiæ, & ambæ intelligantur ſecundùm fitmam præſcientiam, & habent aliquam coutrarietatem, non poſſunt ſtare, niſi fortè vna earum ſit conditionalis, quia tunc illa reſoluitor in prophetiam, quæ eſt ſecundùm merita rerum, & conditio illa nunquam aduenit: verbi gratia ſicut hîc, ſcilicet iſtæ duæ prophetiæ de regno tribus Iudæ, & de regno Saulis erant, ſecundùm firmam Dei præſcientiam: prima tamen eſt ſine conditione, ſecu- C oda conditionalis: Ideo prima neceſſariò ſtabit, ſecunda autem etiam neceſſariò ſtaret adueniente cooditione: ſed conditio nunquam aduenit: Nam ſi adueniret, neceſſe eſſet alteram prnphetiam eſſe falſam; & quia ſic erar hîc, ſcilicet quod Deus ſciebat, quòd Saul patraturus erat iſtam iniquitatem, dixit Samuel, qoòd ſi non feciſſet hoc, Deus confirmaſſet regnum eius in æternum: ſi tamen Saul peccaturus non fuiſſet, non eſſet hoc ei prænuntiatum abſolutè de perpetuitate regni Iudæ. Et hoc modò ſoloi poſſunt multæ aliæ difficultates, quæ ſoboriuntur ex apparenti contrarietate Scripturæ in prophetiis. Probat autē hanc Samuelis ſententiã, ex certa ae definita Dei præſcientia profectã eſſe, ac proinde neceſſariam. Nam D neceſſe erat, inquit, quòd ſi Saul manſiſſet in booitate, in qua à principio fuit, & filij eius ſequoti fuiſſent eandem viam, quòd regnum maneret in æternom in poſterirare eios; quia hîc non poteſt aliquid aliod ſubintelligi, cùm ipſe ſtatus meritorũ exprimatur, ſcilicet, *quod ſi non feciſſes*. Hæc Toſtatus ſolito lepore ae gratia: cuius doctrinæ hæc ſumma videtur poſſe colligi, vt Samuel dixerit, Deus quidem ab ætemo regnom tibi decreuerat, cuius ſententia reſcindi non poteſt: ſed cùm eſſet illa ea lege & conditione lata, vt innocentiam ſeruares: oportebat te, ſi quidem regni poteſtas & magnificentia placerent, eiuſdem mandatis religiosè parere. Quod ſi feciſſes, imperium & opes tibi deeſſe uon poterant: tum eoim decretum neceſſariò obtineret. At deinceps nihil horum ſperare poteris: nam regnum quod deſignarat obſequenti, idem non obtemperanti eripi voluit.

Alia interpretatio, more hominum hæc dicta.

Sed eſt alia ſolutio longè facilior, qoiſpiam ait, vt dicamus, iſta dici more hominum. Homines enim ſolent dicere, aliqoid fieri aut poſſe fieri, cùm apparet factum, aut videtur poſſe fieri. Ita enim Chriſtus loquitur, cùm ait, *Gaudete, & exultate, quoniam nomina veſtra ſcripta ſunt in cælis.* Ibi tamen erat interim Iudas: ibi erant ſeptuaginta Diſcipuli, qui poſtea à Chriſto diſceſſerunt. Quomodo ergo erant illorum omnium nomina ſcripta in cælis? Qooniam ita videbatur: & iam ex illis principiis habebant incboationem: tametſi reuera nonnulli ex iis inter prædeſtinatos, quorum certa ſalus eſt, ab æterno relati noo eſſent. Ita ſcribitur io Apocalypſi: *Tene locum tuum: ne alius accipiat coronam tuam.* Quomodo erat ea corona, quæ poſſet amitti? Quoniam ita eſſe hnminibus videbatur: & quoniam illi vtebantor illis externis mediis, qoibus peruenitur ad coronam. Corona enim, vel eſt ex prædeſtinatione, atqoe ea certa eſt, nec poteſt amitti: vel ex inchoatione ſiue præſenti iuſtitia, aur quod ita videatut: atque ea poteſt interuerti. De corona, quæ videator, Chriſtus ita loqoitur: *Et, qui non habet, etiam quod videtur habere, auferetur.* Non dicit, *quod habet*: ſed tantùm, *quod videtur habere*. De inchoatione autem ſcribitur ad Hebræos: *Qui ſemel illuminati ſunt, guſtaueruntque bonũ Dei verbũ,* &c. Illi, quod attinet ad hæc media, habere videntur coronam. At ſi excidant, *non poſſunt renouari*, inquit Paulus. Ita Sauli regnũ conſtitui potuiſſet in ęternum: quia habuit eam inchoationem, & ea media, quibus regnum retinere potuiſſet. Ita Iudæ ſubſtitotus eſt Matthias: Abeli Sethus: Iudæis Gentes. Ita Iob ait c. 34. *Deus contereret gentes multas, & fortes, & alias illis ſubſtituet.* Ita cùm Angeli cecidiſſent, homines ſucceſſerunt in eorum locum. Atqoe hæc eſt ſententia huius loci apud Ieremiam. *Si ego loquutus fuero malum de aliqua gente, & gens ea egerit pœnitentiam, ego quoque agam pœnitentiam de omni malo, quod cogitaueram facere.* Promiſſio facta Sauli de regno habuit conditionem: cui cùm ille oon ſtaret, regnum illi optimo iure eripitur.

Simplicior expoſitio.

Cæterùm, tametſi hæc omnia non parum conferoot ad intelligendam dioini decreri rationem, arbitror tamen Samuelem non de diuino decreto, ſed eius execurione eſſe loqootum, haud ſecus ac ſi diceret: Si imperata feciſſes, nec vllus te terror aut diſſidenria ab officio & obedientia reuocaſſet, Deus, qoi te primum regem deſignauit, & imperij tui fundamenta iecit, ſic ea nunc æterno robore confirmaſſet, vt in poſterum oulla vi aut conatu labefactari poſſent.

VERSVS

Versvs 14.

Sed nequaquam regnum tuum vltrà conſurget. Quæſiuit Dominus ſibi virum iuxta cor ſuum: & præcepit ei Dominus vt eſſet dux ſuper populum ſuum, eò quòd non ſeruaueris quæ præcepit Dominus.

Vermilius. VERMILIVS: Hic Samuel tantùm tegni priuationem comminatur, non autem æternam mortem. Fateor. Sed hoc mihi reſpōdeas, B iuſténe deiectos eſt Saul, an inioſtè? Iuſtè, inquies: Ergo propter peccatum. *Stipendium autē peccati mors.* Nam mottuos eſſe eos, qui peccāt, ex multis locis Scripturarū ſatis cōſtat. In Apocalypſi: *Nomen habes quòd viuas, & mortuus es.* Et Paulus ait de vidua laſciua, *viuens mortua eſt.* Sed Petrus etiam peccauit, non tamen deiectus eſt ab officio. Dauid quoque peccauit: non tamen exutus eſt regno. Quid tam ſeueriter in vnum Saulem ſtatuitur? Reſpōdeo, nos tantū externa videre poſſe: vim autem diuinā per omnia manare, & omnia habere ſub oculis. Eſt enim Deus *καρδιογνώστης*, & videt, ex infirmitaténe quippiā, an ex contemptu fiat. Vidit ergo Saulē primùm abiecisse fidē, & prophetæ monita contempſiſ- C ſe. Deinde Dauid agnooit peccatum ſuum, & apertè dixit, *Peccaui*: & Petrus *fleuit amarè.* Iſta de Saule non leguntut. Sed dices, Pœnitentia à nobis eſt, an à Deo? Certè à Deo. Ita enim Paulus ait, *Si fortè Deus det illis pœnitentiam.* Cor autem huic magis Deus det pœnitentiā quàm illi, non oportet nimiom diligeoter inquirere. *Cuius vult, miſeretur: & quem vult indurat.* Eius conſilium nullo noſtro conſilio poſſumus indagare. Promiſerat Deus Sauli regnū: ſed fuit illa promiſſio ex hypotheſi: vera tamen fuit: nam ad tempus retinuit ius regni. Deinde Deus regnū conſeruare voluit, etſi perſonam abieciſſet. At regnauit Saul poſtea. Fateor: Sed malè & infoliciter. Deus eſt longanimis: non ſtatim percutit, quem decreuit punire. Quandio aotē erat in regno, populū oportuit illi obtemperare. Po- D ſtea regnum eripitur filiis. Ergóne, inquies, filij luunt peccata patrum? Minimè. Habebāt enim ipſi ſatis peccatorum: vt meritò non poſſiot cōqueri. Et interdum Deus malorū patrum filios reliquit in regno, vt Ezechiam filiū Achaz, & Ioſiam filium Manaſſe. Sed Iſboſeth filius Saulis ſucceſſit patri. Verum. Sed non erat rex totius Iſrael: Dauid enim habebat magnam partē: Deinde etiam iofelicitet imperauit. Hîc videmus Saulem eadem arte perdidiſſe regnum, qoa illud ſeruare voluit. Ita admirabile eſt conſiliū Dei, & omnes noſtras rationes fruſtratur. R. Kimhi citat locum ex Deuteronomio, vbi rex iuhetur deſcribere legem, & eam obſeruare, & néve ad dexteram, néve ad ſiniſtram declinare; vt dio viuat, & filij eius poſt eom. Id à Saule non obſeruatur. Quare mirum non eſt ſi regnum eius ad filios noo tranſeat.

QVÆSIVIT *ſibi Dominus virum ſecundū cor ſuū.*] QVÆSIVIT SIBI DOMINVS, &c.

1\.

A Loquitur iſta Samuel de Dauide in ſpiritu prophetico. Noodom enim illum nouerat de facie: Cùm autem audimus, Deum inueniſſe virum ſecundū cor ſuū, non debemus intelligere, eom tum primùm inueniſſe. Nam ab omni æternitate eum nouerat, & viderat. Ita Paulus ait, *ſe electum fuiſſe ab vtero matris ſuæ*: qood idem etiam de Ieremia legitur. Neque enim Deus delectū habuit, quis ex omni mortaliū genere maximè eſſet idoneus ad regnum. Nam ſi quis eſt idoneus, id habet, non à ſeipſo, ſed à Deo. Nō enim inuenit Deus in nobis bonitatem, ſed facit. Eſt ergo *ἀνθρωποπάθεια*, in qoa ex antecedente intelligitur conſequens. Nam homines, poſtquam B quętendo inuenerūt aliquid, illud magni faciūt, retioeut, poſſident. Ita Deus, quoniam complexos eſt Dauidem, & eum Sauli prætulit, dicitur eum inoeniſſe. Ita in Pſalmo legimus, *Deum deſpexiſſe de cælo, vt videret, an eſſet intelligens, aut requirens Deum.* Certè non erat opus, vt Deus ſibi feneſtras in cęlo faceret, atqoe ita deſpiceret, quid ab hominibus gereretur. Sed ex eo quod ſolet antecedere in actionibus homanis, intelligi Dauid voluit conſequens. Abutitur autem præterito tempore ad ſignificandam rei certitudinem. *Secundum cor ſuum.*] S. Chryſo. in homilia de Daoide ait, eſſe hominem *ſecundum cor Dei*, eſſe facere, quod Deos velit: & fugere, quod Deus nolit, & prorſus ſe accommodare ad vo- C lontatem Dei. Id Deus non inuenit in Dauide, ſed fecit. Ille enim *aufert cor lapideum, & carneū inſerit: ille dat nobis, & velle, & perficere: noſtra ſufficientia ex Deo eſt. Ex nobis enim ne cogitare quidem quicquam poſſumus, tanquam ex nobis.*

Ἀνθρωποπάθεια.

Quid ſit eſſe ſecundum cor Dei.

Quomodo intelligendum ſit, Quærere ſibi Dominum virum ſecundum cor ſuum, & quis modus electionis iuſtorum.

LOCVS admonere videtur, vt de reprobatione malorum, & bonorū electione diſſeramus. Sed qnoniam Deus initio c. 16. Samuelē apertè docet Saulem à ſe abdicaſſe, & eundem hortatur in poſterū lugere deſinat; idcirco commodius nos facturos arbitramur, ſi eam tractatio- D nem, quod ad reprobos attinet, eodem transferamus. Nonc igitur de electione tantùm & gratia diſputabimus, eò qoòd Dominus virum ſibi quæſiuiſſe ſcribitur, *ſecundum cor ſuum.* Nam de malotum abdicatione etſi nonnolla cogamur interſerere, quæ ad explicationem tantæ difficultatis conferant, aliàs tameo, Deo volente, copioſius atque accuratius.

Quinque gradus electionis iuſtorum.

Primū igitur quintuplex gradus electionis iuſtorū diſtinguendus eſt, ſi tutò volumus ex propoſitę quęſtioois labyrintho emergere. Tametſi enim quæcunq; Dei ſont, ſiue potius Deus, ſicut æterna ſunt, ita ſint ſimul omnia; quoniā tamen Deus, vnus eſt, nō inſtar puncti, ſed totius, idcirco qood vnū eſt, nō niſi per partes ingenij noſtri mediocritas apprehēdit. Primus electionis gradus eſt, cū à Deo perſonę deſignatio fit ad capeſſendā beatitatē. Secundus eſt, cū iam deſignato ciui cæleſtis patrię, nō quilibet, ſed certus quidē modus ac definitus gratiæ deſtinatur.

Tertius, cùm certũ illud diuinæ gratiæ auxiliũ, A
congruens & aptum inſtituitur ad animũ electi
permouendum. Quartus, cùm idem efficax de-
cernitur. Ita vocant Theologi quod obtinet,
& ratum fixumque manet, nec fruſtrari poteſt.
Quatuor hæc prius mente ac cogitatione per-
cipi debẽt, quàm vllum reſpectũ habeas ad ele-
cti voluntatem. Nam ante Deus perſonã deſi-
gnat, & auxiliũ decernit, & illud cuiuſque inge-
nio accommodat, & vim illi atque efficaciã pa-
rat, quàm vlla ratio intelligi poſſit, ob quã crea-
ta voluntas digna diuinis muneribus cenſeatur.
Hactenus igitur omnia ab vno Deo pendent.
Quinto loco reſtat, vt executionis modus prę-
ſcribatur; vt vis indita gratiæ, effectũ reipſa ſor-
tiatur. Et hæc quoque electio tota Dei eſt, nec
vlla ex parte à creatura manat: adhuc enim ea B
conſtitutio ſeu prædeſtinatio omnem ſecundæ
Modus executionis gratia quæritur. cauſæ conatum præuertit. Sed iam quæritur de
illo modo, quid ſentiendũ ſit, per quem gratia,
id quod iuſſa eſt, indubitatè efficit; & quæ for-
ma illius habẽda ſit? Non enim pariter omnes
explicant, etiã qui Catholico nomine glorian-
tur: ſed videmus non paucos diuerſas interpre-
tandi rationes iniuiſſe. Quarum etſi nullã no-
ſtra autoritate damnamus, ſed ea, qua debemus
reuerentia, Catholicorum doctorum ſententias
amplectimur, ſingulas tamen referre neceſſariũ
non duximus: illam duntaxat commemorabo,
quę mihi communior viſa eſt vſu atque aſſidui-
tate Scholarum. Quam vbi quoad eius fieri po-
terit, breuiter expoſuero, tum, ſi quid ab ea diſ-
ſentiam, conabor exprimere. C

Communior interpretandi ratio. Cõplures igitur gratiæ, cuius nemo Catho-
licos aliũ quàm Deum autorem facit, efficiendi
vim quandã comitem annectunt, quã ſeparant
1. ab humanæ voluntatis conſenſione, & ita expli-
cant, vt non aliud intelligi velint, quàm gratiæ
ſuperadditam miram quandam συμπάθειαν ſiue
συμμετρίαν, cõcentum, aſſenſum, proportionem-
ve cum hominis ingenio, quo ſpõte raptus abſ-
que mora ruat in amplexos oblatæ gratiæ: quã
paribus illecebris comptã atque ornatam nun-
quam auerſaturus ſit, licet eidem liberè, & non
2. ex neceſſitate adhæreat. Additur his, ſuauiſſimã
illam harmoniã à ſolo Deo temperari; ac pro-
inde eius eſſe non modò gratiæ vim & efficaci-
3. tatẽ, ſed etiam eius in nobis effectionem. Illod
præterea docent, gratiã, quam dicunt *ſufficientẽ*, D
hoc vno diſcrimine ab *efficace* diſtingui, quòd
mirabili illa conuenientia careat: cuius abſentia
fiat, ne ſæpius oblata vnquam recipiatur, quòd
non quadret in mores hominis atque ingeniũ.
4. Vnde poſtremò ſequitur, ſi par gratia duobus
æquè diſpoſitis offeratur, ambo pariter acce-
pturos, aut contempturos.

Alia ratio interpretandi modum efficatis gratiæ. His ita explicatis, opportunè, mea quidẽ ſen-
tentia quid contra ſentiamus exponi poterit: nõ
tam vincẽdi ſtudio, quã vt veritas inueſtigetur,
hoc interim ſpatio, dum Eccleſia, ſi quandoque
vtile viſum erit, quid ſequendum, quidve re-
ſpuendũ ſit, preſcribat. Primùm igitur animo &
cogitatione complecti non valeo, qua tandem
ratione, addita illa conuenientia vtramq; gratiã
diſcriminet, ſic vt illa ſit *efficax* quæ homini cõ-
gruit; *inefficax*, tametſi *ſufficiens*, quę nõ cõgruit.

Deinde, quòd efficacitas gratiæ, ſeu potius exe- A
cutio eiuſdẽ efficacitatis, in cõcentu & propor-
tione accuratè ſeruata poſita ſit, tanquam Deus
exploret molles hominum aditus, & nõ potius
efficiat. Nam is modus, vt ego quidẽ ſentio, non
quaſi aliorum ſentẽtias exagitans, ſed rem exa-
minans momentoque ſuo ponderans, non eſt
formaliter & infallibiliter (vtar enim Scholæ ver- *Efficacem gratiam non facit vlla realis conuenientia, qua ſufficiẽti in pari gradu denegetur.*
bis ſignificantioribus quã diſertis) aliqua qoali-
tas aut realitas vlla alia quã ipſe hominis aſſen-
ſus, ad quem liberè à Deo eligitur, quicunque
electus eſt. Nam quòd nulla realis qualitas ſiue
diſpoſitio admittenda ſit, quæ ſic congruentem
voluntati hominis gratiam efficiat, vt eã aſper-
nari nunquam in animum inducat, quam ſolus 1.
Deus ſingulari beneuolentia præparet & offe-
B rat, pluribus argumentis oſtendi poſſe videtur.
Verumenimuerò, vt inde primùm exordiar,
quod aiunt, electum poſſe hanc gratiam cùm
offertur refutare, ſi velit; nec tamen vnquã re-
iecturũ, ſed ſemper & vbique vehementer am-
plecti, quotiẽs eius copia fiat: ſcire velim, quæ
ſit ea potentia, quæ etiam progreſſione ſynca-
tegorematica nonquã erumpat in actum? Nam
prorſus cõmentitia videtur & chimærica. Dein- 2.
de, ad vindicandam libertatem haud ſatis eſt,
ſi quis verbo tenus aſſerat, obiectam gratiam
vnumquemque arbitrio ſuo amplecti poſſe, aut
reſpuere: ſed cùm ea res non minimã difficulta-
tẽ pariat, validis rationibus confirmanda fuit.
Quod tamen illis lõgè ſecus accidit. Nam quo
C argumento rerum naturaliũ libertatem oppu-
gnant, eodem, ſi reflectas, expugnari poſſunt.
Quemadmodum enim quæ rationis expertia
ſunt, idcirco carere arbitrio colligũt, quod ſem-
per paribus obiectis pariter moueãtur: ita & de
homine ratiocinandum fuit, eundem priuari ar-
bitrio ab efficaci gratia, quòd ea obiecta nun-
quam non pariter afficiatur. Par vtrobique au-
toritas experientiæ viget: quinimò poſterior
multò maior habenda eſt, cũ rerum naturalium
experientia ſolo prętériti temporis vſu nitatur;
hic verò, qui ſunt eius ſententiæ, etiam futuri
grandi ſponſione vinciantur. Negant enim vel
ſi millies, & quod excurrit, efficax gratia offera-
tur, vllo tempore repudiatũ iri. Aut igitur natu-
ralia quoque arbitrio prædita cẽſenda ſunt, aut
homini etiam in hac parte libertas deneganda. 3.
D Adhæc, quæcunq; illa habilitas, vis & potentia,
quæ humanæ voluntati inſita eſt, vt ſiquidẽ lu-
beat gratiã efficacẽ refellere poſſit: poterit, aut
non poterit etiam virtute diuina ſeipſam reipſa
exerere. Si non poſſit, nulla eſt: omnia namque
diuino numini obtemperant. Si poſſit, ergo nõ
erit vlla conuenientiæ proprietas tam certa, vt
cùm ea decreta fuerit, credi debeat, hominem
nunquam repugnaturum: ſed erit præterea hoc
neceſſarium, vt cum actu contrario Deus non
concurrat. Quo voluntatis ſuæ decreto, certiſ-
ſimam efficacitatis gratiæ rationem potius cõ-
ſtituet, quàm ex eiuſdem cum homine συμμε-
τρία. Præterea, nouit Deus abſolutiſſima gra- 4.
tiæ proportione adhibita, voluntatem hominis
manere liberã: ita prorſus, vt eam optet, aut fa-
ſtidiat, pro animi ſui ſententia. Non ergo inde
nouit gratiam ſuam fruſtra offerri non poſſe,

quòd congruat; cùm eadem oblata adhuc volũtas incerta maneat, & libertatis iure potiatur. Aut igitur aliud inſtrumentum adhibendũ eſt, qoo gratia efficax euadat, quemadmodum faciunt, qui phyſicam motionem admouent: aut ſi minus placet, ne quam libertati vim faciat, aut certè minus expedita videatur eius explicatio: Et magis placet quædam conditionata, quã vocant, euentuum cognitio: non tamen ne tum quidem præuideri poterit, efficacem gratiã falli noo poſſe, propter eius conuenientiam, cũ adhuc voluntas fluctuet incerta quem portum capiat: ſed ſpectandus erit eiuſdem aſſenſus qui libertatis inconſtantiã ſiſtat, & gratiam gratam acceptámq; habeat. Hoc eſt porrò, vt ego quidem arbitror, id quod Samuel prædicat, *Deum ſibi quærere virum ſecundum cor ſuum.* Neque ta- B men propterea credeudum eſt, Deum idcirco quemquam eligere quòd aſſenſurũ præuiderit, quod nonnulli quondam hæretici docuerunt: quam enim vim aut emolumeotum diuino numini allaturus eſt noſter iſte conſenſus, ſub cõditiooe præuiſus futurus, vt propter il.ũ quemquam elegiſſe Deus videri poſſit? Eliu apud Iob cap. 35. *Suſpice cælũ & intuere, & contemplare æthera quòd altior te ſit. Si peccaueris, quid ei nocebis? Et ſi multiplicatæ fuerint iniquitates tuæ, quid facies contra eum? Porrò ſi iuſtè egeris, quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet? Hominis qui ſimilis tui eſt, nocebit impietas tua: & filium hominis adiuuabit iuſtitia.* Non ergo vtilitatis aut iuris vlla ratione, C noo naturali aliqua neceſſitate ad optandum, quod ita præuidet, Deus impellitur: ſed cùm ſit ipſe libertimus, nec vllo rerum creatarum auxilio indigeat, ſingulari ſuo beneficio, quem vult ad æternam gloriam, & gratiam ſponte amplectendam prædeſtinat. Noſſe autem quæ ſunt huiuſmodi etiã ſub conditione Deum colligimus, primùm, quòd excellens & admiranda voluntatis humanæ facultas, quantumlibet latens & abſtruſa, vim diuinæ ſcientiæ non exoperet. Deinde, quòd adhibitis omnibus quæ à Deo ad eam rem conferuntur, adhuc tamen, ſi Scripturis credimus, voluntas maneat libera: inde enim ſequitur, Deum velle & poſſe prænotione vti, ad ſtatuendam ſui propoſiti firmitatem, & electionis immutabilitatem. Quamuis ergo *gratiæ efficacitas* tota ex Deo pendeat, *formalis* tamen, D ſiue *quæ deeſſe non poteſt efficacitatis executio*, hominis conſenſu perficitur. *Formalem* dico ſiue *infallibilem*: non enim inficiari quod palàm eſt poſſumus, Deum gratiæ lenocinio vti, & blandis occaſionum illecebris hominẽ pellicere, vt aſſentiat: quæ ſi remoueat, electus conſenſum nequaquã accommodet: ſed negamus formalẽ rationem executionis in his ponendam eſſe, eò quòd natura ſua voluntatem noo determinent, nec ſemper ſequatur infallibiliter effectus.

Deum non eligit hominem ad efficacis gratiæ executionem, propter illius conſenſum ſub conditione præcognitũ.

Conditionata prænotio unde probari poſſe videatur.

Ex his ſequitur contingere poſſe, vt parem gratiam duo inter ſe pares non pariter accipiãt: ſed alter quidem contemptim abnuat, alter cupidè amplexetur. Quinetiam probabile eſt, eundem hoc aliqoando in ſe experiri, vt æqualem gratiam altero quidem tempore odio, altero fauore & amore proſequatur. Quod verò hic quidem aſſentiat, alter oblatæ gratiæ

Parem gratiam inter ſe pares non ſemper pariter accipiũt.

A refragetur, hic quidem diuinæ ſapientiæ atque bonitati acceptum referre debet, alter ſuæ contumaciæ aſcribat neceſſe eſt; cùm præter aſſenſum voluntatis ſuæ nihil ei defuerit: prior verò non aſſenſus fuiſſet, niſi à Deo electus ad aſſenſum fuiſſet.

Sequitur præterea, diſtinctionem *ſufficientis & efficacis gratiæ* à nobis probari non poſſe, ſi ratio tota diſcriminis inde petatur, quòd ad *efficacem* mirabilis quædam analogia ſiue proportio cum humanu ingenio accedat, quæ *ſufficiẽti* deſit: quin potius omnem gratiam quæ in adultos conferatur, mirè cum eorum ingenio quadrare & conuenire confidimus, ſiue illi conſenſum accommodent, ſiue denegent. Nam quo pacto ſufficiens videri poterit, ſi non congruat? B Si nullo vnquam tempore eam voluntas eligat, non ſi ſæpius & abſque numero, hoc eſt, infinitè offeratur, quo argumento probare poteris eam fuiſſe ſufficientem? Nam quæ ſunt ſua natura recondita, ea ferè duce experientia inueſtigamus. Aut igitur neganda eſt eſſe ſufficiẽs quę excitet, ſi toties offeratur, nec vnquam permoueat: aut voluntas arbitrij libertate ſpolianda. Accedit ad hæc, quòd ſi ea ſententia obtineret, Reprobi non immeritò viderentur deplorare ac conqueri poſſe ſuam ſortem miſerrimam, quã diuini numinis ope ac præſidio deſtituti, vitare nõ potuiſſent. Neq; enim illis iure obiici poterit, diuinam gratiam, cùm eius copia fieret, C amplecti noluiſſe. Quomodo enim amplecterentur quod nõ congrueret? Non eſt fauor qui non conueniat. Tametſi enim gratia, vbi cum ingenio cõgruit, plurimũ ad ſalutem conferat, ſi tamen diſcrepet, nullas ad eam rem opportunitates habere cenſenda eſt. *Induit Saul*, vt inquit Scriptura, *Dauidem veſtimentis ſuis, & impoſuit galeam æream ſuper caput eius, & veſtiuit eũ lorica. Accinctus ergo Dauid gladio eius ſuper veſtem ſuã, cœpit tentare ſi armatus poſſet incedere: non enim habebat conſuetudinem. Dixitque Dauid ad Saul: Non poſſum ſic incedere, quia non vſum habeo. Et depoſuit ea, &c.* Poëta quidam ait,

Quo mihi diuitiæ ſi non conceditur vti?

Quid Tantalo circũfuſum flumen, quid arborũ impendentiũ fructus proderit? Fame nihilominus cruciabitur miſer, ſi non ori admoueas. Nõ D debet cenſeri ad vſum oblatum eſſe, quod ab vſu noſtro abhorreat. Hæc igitur incommoda, quæ præcedentem ſententiam ſequi videntur, me ab ea deterruerunt: poſterior, cui me magis aſſentiri profeſſus ſum, his opinor difficultatibus caret. Neque enim quemquam Deus quaſi capite damnatũ æterna morte mulctabit, cuius in repudiãda gratia pertinax & obfirmatus animus manifeſtè nõ cõuincatur. Plores enim illis ante oculos ſtatuet, qui ſimili gratia, & congruente pariter, bene & ſapiẽter vſi, immortalẽ coronã adepti ſint. Quinetiã probabile eſt, non defuturũ aliquem, qui ſeipſo iudice intelligat, æqualẽ gratiã diuerſis tẽporibus ſeipſum recepiſſe & abnuiſſe. Sed nec illud prorſus à ratione alienũ videtur, ſi dicamus, ingentẽ illã damnatorũ turbã in tres claſſes poſſe diſtribui: Primã eorũ, qui æqualem & æqualiter conuenientem gratiã cũ ſanctis Apoſtolis & Patriarchis ſortiti

Refellitur diſcrimen illud efficacis & ſufficientis gratiæ, quod ducitur ex ratione analogiæ cum humano ingenio.

Non poteſt eſſe gratia ſufficiens quæ non congruit.

Poſterior illa interpretatio modi executionis efficacis gratiæ probabilior videtur.

Reprobi iudicandi in tres claſſes diſtribuuntur.

ſunt. Alreram eorũ quibus par gratia ſimilitet oblata eſt, vt præſtantiſſimis ſanctorũ ſecondũ Apoſtolos, & ſimiles ſupremi ordinis. Tertiam denique poſtremorum, qui perȩque à Deo ſunt habiti, vt poſtremus otdo beatorum. Ita enim triplex à nobis diuinæ gratiæ gradus conſtituetur: ſupremus, medius, & infimus: ſicut ſunt tres Hierarchiæ beatorum Angelorum. Et quidem, quod ad primum gradum attinet, ſi Angelos ſpectes, oon videtur in dubiũ vocati poſſe; cùm ordinis apex & coryphæus cotruerit: de hominibus non adeò certum eſt: in cæteris eſt magis veriſimile. De Reprobis primi ordinis ſententiam ferẽt omnium ordinum electi: hoc eſt, tam ij qui æquali gratia, quàm qui mediocri, aut etiam infima ad vitam vocati ſunt; quo maiore dedecore atque infamia inutantut. Secundi ordinis par erit ratio, vt is quoq; à ſecundo, & tertio ordine Beatorũ iudicetur. Tertius duntaxat à tertio; vt ab iis ſingulorum cauſa examinerur, qui æquali aut etiã inferiori gratiæ reſponderint, quam Reprobi contempſerunt. Sed de his iam ſaris ſuperque.

ET *præcepit ei Dominus, vt eſſet dux ſuper populũ,* &c. Nondum haboerat hoc DAVID in mandatis. Antè enim quàm ad eum Samuel mitteretor, oihil audierat de regoo. Verùm id ab æterno decretũ fuetat apod Deum, quamuis id nondũ indicaſſet. Solet enim Deus interdum res diu antè patefacere, quàm eueniant. Ita enim & de Cyro tege, & de Ioſia prædixit nominatim, longè anteqoam illi naſcerentur.

Exponitur breuiter Samuelis reprehenſio.

Nunc ne agamus coofusè, colligenda nobis ſunt breuiter capita reptehẽſionis. Primũ ergo Samuel Saolem appellauit ſtultum, quòd contempſiſſet mandatum Dei. Id apud bomines cordatos permagni momenti eſſe debet. Quid enim grauius eſſe poteſt, quàm deſtitui ea parte animi, quæ principatum in omnibus noſtris actionibus debet obtinere? Multi tamen ſunt, qui illud oihil curant. Deinde minatur amiſſionem dignitatis, & regni: quo malo homines ſoleot nonnihil commoueri. Verùm cùm Saul oec primo, nec altero capite tangeretur, addit Samuel tertium, Deum illi excitaſſe æmulum: id enim bomines vebementius vrit & mordet. His arietibus voluit Samuel Saulis animũ expugnare ad pœnitentiam. Sed nihil effecit. Ille enim putat has eſſe tantùm ſeniles fabolas. Itaque redit ad officia, & luſtrat exercitum. Ita hodie multi audiunt quidem cooclones: ſed oihil animo mouentur, quin ſtatim redeunt ad inſtitutum. Saul deſtitutus vera ſapientia, fortaſſe confidit ſacrificiis, cùm tamen nihilo eſſet melior. Ita hodie molti omnem fiduciam ſuã collocant in miſſæ ſacrificio: nulla tamen interim tanguntur peccatorum ſuorum cooſcientia. Populus cùm audiſſet tonitrua, & horribilem illam tempeſtatem, de qua ſupra docuimus, corruit ſupplex & agoouit peccatum ſuũ. Saul autẽ ita fortaſſe cogitauit: Si iſte ſenex adferret mihi aliquid conſilij in rebus ambiguis, audiri poſſet. Sed quid ſibi nunc vult iſta intempeſtiua reprehenſio? Itaque redit ad officia ciuilia.

Malis Deus in hoc mundo morales virtutes non aufert.

Deus abiicit quidem ſæpe homines malos: quibus tamen morales virtutes non aufert. Relinqoit enim illis actiones quaſdam externas, & ciuilem diſciplinam: vt de Cæſare & Pompeio, aliiſque Romanis Græciſque principibus viris legimus. Ex illis alij, antequam pugnarent, litare voluerunt: alij ſacrificia contempſerunt. Ita hic Saul minas Samuelis negligit. Sed cogitare debemus, vt vt Saul peccarit, tamen Deũ ſemper ſtare promiſſis ſuis. Non enim eſt inconſtans, aut mutabilis. Vult beneficiom ſuũ certum, & firmum eſſe. Neqoe mirum. Nam ſi Sacramenta magni momenti conferat per malus miniſtros, cur non etiam victoriam conferat per malum principem? Mali erant miniſtri, quos Paulus ait, *propter inuidiam* prædicaſſe Christum. Tamen addit, ſe ea de re gaudere, & gauiſurum.

Letaliter peccat quiſquis non ſacerdos ſacrificium offert.

EO *quòd non ſeruaueris quæ præcepit Dominus.*] Si quidem arbitremur Saulem holocauſtũ per ſe obtuliſſe, & qood ſacerdotum erat ſibi temerè arrogaſſe, dubitare non poſſumus, quin ſe letali ſcelere conſtrinxerit. Quid enim grauius in ſe admittere potuit, quàm vt bomo prophanus ordinem ſacrotum coerceret, in quibus ſi quid vel leuiter peccetur, totum in Dei contumeliam redundar? Quale autem futurum erat illud ſacrificium, quod neque Deũ placare poterat, neque fuerat illi aliquãdo placiturum? Idem nãque Deus quos voluit, quos probauit ſibi gratos futuros, voluntatis ſuæ decreto ſacerdotes inſtituit, per quos victimas atque oblationes noſtras acciperet: quos ſubinde etiam ſacris quibuſdam ritibus iuſſit inaugurari. Hoc decretum ſi quis contemnat, non iam ille rem Deo gratam iocundamque faciet, aut litabit, quin potius ſibi malum à Deo accerſet. Neque enim vlla quælibet hoſtia, ſi Chriſtum excipias, digna eſt quæ Dei nobis gratiam beneoolentiamque conciliet: ſed vbi ad eam acceſſit modus à Deo præſcriptus, tum illam prolixo fauore excipit. Iam enim neque rei pretio defert, oeque humanis artibus capitur, ſed ſuis inſtitutis colitur atque placatur. A qoibus ſi quis recedat, eundem proculdubio neceſſe eſt in grauem numinis offenſionẽ incurrere. Nam quæ Deus ſtatuerit, ea ab homine reuelli nunquam æquo animo feret. Deinde, iam olim ſeueriſſimis legibus ab eo cautum eſt, ne quis profanus rem ſacram faceret: & in vſom ſacrorum voam è pluribus tribum ſacrauerat, reliquis manus abſtinere iuſſis. Sed quæri poſſet,

---

An reuera non ſit regibus ſacrorum permiſſa poteſtas.

ASSERI videtur ea poteſtas omniũ pene gentium conſenſione, apud quas aut reges ipſi Sacerdotes eraot, aut certè religiones præſcribebaot. De Spartiatis teſtatur Herodotus lib. 6. De Romanis Dionyſ. Halicarnaſ. lib. a. De Ægyptiis & Perſis eadem ab omnibus commemorantur. De Hebræis Philo lib. De Profugis, idem videtur innuere, cùm ait: ϗ͂ ὅτι τὴν κεφαλὴν οὐδέποτε ἀπογυμνώσει, τὸ βασίλειον οὐκ

Herodotus. *Dionyſ. Halicar.* *Philo.*

Reges ſi deerint merè naturaliter, licet, inſtitutione ſacrorum præſides eſſent.

ἀποδιδόντος διάδημα, τὸ σύμβολον τῆς οὐκ αὐτοκράτορος μὲν, ὑπάρχου δὲ καὶ βασιλικῆς ἡγεμονίας. Quod autem capot eius (de ſummo Pontifice loquimur) perpetuò mitra tegitur, ſignificat diadema regiũ, inſigne poteſtatis noo ſummæ quidem, ſed proregiæ, alioquin mitificæ. Deinde, ea poteſtas vtilis & neceſſaria eſt in Republ. penes quem igitur erit ea potius quàm penes principem, io quem totius Reipub. poteſtas tranſlata eſt? Poſtremò hoc probat maniſeſtis argumentis Plato in Dialogo, qui ab eo Ciuilis ioſcribitur.

Plato.

Rex paſtor.

Nam cùm idem Regis officium ſit in adminiſtranda Repub. qui ſolet eſſe paſtoris in curando grege, eandem paſcere, hoc eſt, regere, tueri, rebuſque neceſſariis inſtruere debebit. Bona porrò, quibus Reſpub. indiget, non vnios generis ſunt, quemadmodum nec mala, quibus humana gens opprimitur, ab vno fonte manant: ſed alia quidem naturalia ſunt, quæ arte atque induſtria quæri, aut eriam hominom viribus depelli poſſunt: alia, quæ Deum autorem habent, & ſunt ipſa natura ſuperiora: quæ oon alirer quàm votis & religionibus procurari expiarive queont.

Duplex Reipub bonum, vtrumque rex curare debet.

Hæc porrò omnia quicũque Reipub. præeſt, ſedulò ac ſtudioſè curare debet, ſi Rempub. ſartam tectam ſeruare inſtituat. Neque enim ſatis oſſicio ſuo fecerit, aut Reipub. proſpexerit, ſi hoſtes duntaxat procul à finibus arceat, & rerum omnium, quæ ad vitam tuendam conferunt, copiam ſuppeditet; interim tamen religioue neglecta numinis ira corruat. Iram porrò numinis qua ratione princeps auerruncet niſi religione? Oportet igitur etiã illum religionis habere poteſtatem, non minùs quàm belli & pacis. Nam nec bellum quidem vtiliter geri, aot pacis artes commodè tractari, ſine diuino beneficio poſſunt. Quemadmodum igitur Princeps domi militiæque imperat, & vtrumqoe tempus belli & pacis ſummo iure exercet, ita & in templis obtinere debet, & ſacra, vt pacis artes caſtrorúmque munia imperio decretiſque ſuis ordinare. Religio pars quædam eſt boni publici: ars item militaris, & iuriſdictio; quæ ſimul omnia boni publici nomine continentur, ſeparatim per ſe conſtare noo poſſont, nec horum quicquam alterius carere præſidio. Qui igitur boni publici curam ſuſcepit, nullum horum à ſe alienum æſtimare debet. Quomodo igitur non ipſa quoque religio ex regis præſcripto adminiſtrabitur? Hæc ferè ſunt argumenta Platonis, quibus in illo opere vſus eſt. Quæ ſi vera ſunt, erit quidem Samuel magnopere vituperandus, qui hoc ipſum Regi in criminis loco obiiciat; Saul, qui piè ſuo iure vſus ſit, ab omni calumnia liberandus. Sed hoc verum eſſe non poteſt, cùm Samuel Dei authoritate fretus acerba illa ratione in Regem inoectus ſit.

Plato explicatur.

Quare ea mens Platonis intelligi debet, ſi religio humanis legibus ſanciretur, aut ſolo naturæ ductu atque inſtinctu per qoam ſe numen non obſcurè inſinuat, ſuſciperetur, eam regalis curæ partem nobiliſſimam eſſe futuram.

Religionis inſtitutio diuina, cuius à Deo antiſtites naſta eſt.

Verùm neque noſtra, neque prior illa Iudæorum, hominum induſtria, aut naturæ lege in mores recepta eſt, ſed à Deo per manus tradita: quam

I.

A ritibus, quibus voluit, inſtituit; autoritate, qua placuit, communiuit; ac tandem eius curam adminiſtrationémque quibus ipſi viſum eſt, perpetuo edicto mandauit.

Philo explicatur.

Philonis illud teſtimonium, niſi quis perperàm exponat, hæreticorum errori nequicquam fauet. Nam ſi de gentis imperio loquitur, nemo Pontifex eo nomine, quod ſacris præeſſet, gentis principatum obtinuit: tametſi, vbi Rex defuit, aut abeſſe regno coactus eſt, Pontifices Proreges ſint habiti. Sin potius de poteſtate ſacrorum, in his Pontificatum, non regnum Pontifex exercuit. Quòd ſi fortè quæritur quanta ſit ea poteſtas in ſuo genere, ſi comparetur cum alterius ſpeciei poreſtate, hoc eſt regia, reſpondet Philo: Non pati iure Pontificem ſacra &
B religiones tractare, vt Regem profana & ciuilia: ſed quemadmodum qui vicaria duntaxat iuriſdictione præditus eſt, regis mandata ſedulò exequitur, nihil ipſe præſcribit: ita & Iudæorum Pontifex, cùm eſſet Dei Vicarius, traditas leges ſeruare debuit, non ſuas proponere. At idem, inquis, de rege quoque dici potuit. Erras maximè. Tametſi enim is quoque legi diuinæ obnoxius fuit, erant tamen in ciuilibus negotiis pleraque omnia, quæ ad legis typos & vmbras nihil attioerent: ratio verò ipſa ſacrorum tota myſtica fuit. Itaque ſi vtriuſque poteſtatis in ſuo genere ſeruata analogia comparatio fiat, non regia Pontificis, ſed tanquam regis vicaria habẽda fuit. Nec veriſimile eſt Philonem aliter ſenſiſſe, quàm ex
C Scripturis didicerat. Aliis argumentis aliàs reſpondimus.

Pontifices noſtri regni cælorum claues receperunt.

S. Athanaſ.

Qood ad noſtros Pontifices attinet, maior illorum ratio habenda eſt, ex quo regni cælorum claues Chriſto tradente receperunt. Magnus ille Hoſius Cordubenſis Antiſtes, qui ſedis Apoſtolicæ legatione functus eſt, ad Nicenam primam Synodum, referente S. Athanaſio in Epiſtola Ad ſolitariam viram agentes, Conſtantinum Mag. Imperat. his verbis affatus eſt. Deſine quæſo Imperator, ne te miſceas rebus Eccleſiaſticis, neque nobis in hoc genere præcipe, ſed porius ea à nobis diſce. Tibi Deus imperium commiſit, nobis quæ ſunt Eccleſiæ concredidit.]

Franciſcus à Victoria.

Franciſcus à Victoria, inrer Scholaſticos Doctores non obſcuri nominis Theologus, cùm pluribus argumen-
D tis tota Relectione prima de Poteſtate Eccleſiæ, ſacram Pontificum aotoritatem aſſerit; tum etiam prætet cætera hæc habet eadem Relect. Sectione 2. Numero 10.

Solutio quæſtionis.

Regia poteſtas cõtinet omnem poreſtarem ciullem: hoc enim importat rex, vt ſit vnus ſupra omnes in Repub. Sed rex non habet autoritatem ad cultum, & ad actiones ſpirituales, ergo eſt alia poteſtas diſtincta à poteſtate ciuili. Antecedens patet, quia ad mandatum Domini fuit Saul ioſtitutus in regem 1. Reg. cap. 10. *Samuel ſcripſit legem regni, & ſcripſit in libro, & repoſuit coram Domino*, & tamen oon eſt ei data poteſtas Sacerdotalis: imò còm poſtea Saul in Galgala obtuliſſet holocauſtum propter abſentiam Samuelis: vindicata eſt ſeueriſſimè præſumprio, & dictum eſt ei: *Stultè egiſti, nec cuſtodiſti*

EO QVÒD NON SERVAVARIS, &c.

mandatum Domini quod præcepit tibi: Quod ſi non feciſſes, &c. Et in cap. Imperator. diſtinct. 96. Si Imperator Catholicus eſt, filius eſt, non præſul Eccleſiæ, quod ad religionem competit, diſcere ei conuenit, non docere, habet priuilegia poteſtatis ſuæ, quæ adminiſtrandis publicis legibus diuinitus conſequutus eſt, &c. Nam pluribus eam ſententiam confirmat, quæ apud eundem videri poſſunt.

A

Quomodo tametſi Saul non ſacrificarit, peccauit tamen grauiter non expectando tempus à Deo præſcriptum.

Quod ſi fortè Saulem non ſacra manu attrectaſſe, aut flammis adoleuiſſe dixerimus, ſed tantum præcipiti conſilio, tempori anteuertiſſe quod Samueli placuerat, tum quæri poterit, an huiuſmodi præcepti violatio reum mortalis culpæ conſtituat. Nam quod ſpectat ad regnum, quo eundem ſpoliatum iri Samuel perhibet, etiam abſque peccato eo priuari

B

potuit, cùm placitas conditiones non ſeruaſſet. Nam, quæ tum illi imperata ſunt cùm regnum deferretur, veluti quædam leges fundamentales ſeu potius pacta fuerant, quæ ſi ſeruaret, ipſe quoque regnum retineret: ſin violaret, eodem deiiceretur; ſic tamen, vt nulla præterea grauiore pœna multaretur. Nam in contractibus qui *innominati* vocantur, qualis eſt hic, *Do vt facias*: ſi quis non fecerit, iure dono priuatur: nullum verò præterea rerum ſuarum detrimentum ſubit. Igitur nec Saul quidem pœna alia quàm regni deiectione puniendus fuit. Quanquam ne quid diſſimulem, in eo fallit prædicta ſimilitudo, quod homini quidem liberum ſit cum altero paciſci, aut conditionem abnuere: at Deus ſi

C

quem cuiquam muneri deſtinarit, is eo munere ſe dignum præſtet neceſſe eſt. Non enim ſola pactæ mercedis ratione homo Deo obligatur, ſed etiam abſque mercede ſe totum Deo impendere debet, à quo ſolo vt eſſet accepit. Quare ne hac quidem ratione Saul à culpa excuſari poterit. Poſtremò, non nuda aliqua pactio, ſed verè præceptum fuit, cui obtemperare debuerat. At erat ea res leuiſſima. Imò grauiſſima. Cùm enim de Deo placando, de vincendis hoſtibus, & conſtituenda Republ. ageretur, grauiſſimum ſanè peccatum fuit prophetæ reſponſum non expectare. Et vt reliqua adhuc integra eſſent, certè iam Deum adire cœperat cùm Samuel aduenit, quod erat omnium maximum: eo namque propitio atque fauente reliqua proſperè ſuccederent.

D

Id verò perquàm arduum ac difficile fuit; cùm nullo ingenij acumine diſpici poſſit, qua Deus arte capiatur: quo magis decebat vel propter vnam illam rem prophetam operiri. Cætera præterea aggredi iam in animo ſtatuerat, impatiens moræ, & Samueli ſuccenſens, quòd opportunè non adueniret. Non igitur Saulem conemur abſoluere, quem propheta Dei nomine violatæ legis damnauit. Quæri tamen iterum poteſt

An quicquid à Deo, aut etiam ab alijs qui à Deo poteſtatem nacti ſunt, præcipitur, ſic hominem liget, vt letale crimen admittat quiſquis non fecerit.

Quæ ſequuntur ſunt doctiſſimi Caietani in 2. 2. quæſt. 186. art. 9.

Imperandi modus non ſemper præcepti vinculum denotat.

De modo loquendi, inquit Caietanus, puta quia lex vtitur imperatiuo modo, clare liquet, quod non inducit vinculum præcepti. Modus enim huiuſmodi, imperium Grammaticè denotat, non iuridicè. Quod nullum deinceps verbum inueniatur indocens vniuerſaliter vim præcepti, patet diſcurrendo per ſingula quæ afferuntur ad propoſitum.

Nulla vis verbi vniuerſaliter ligat.

Inhibentur ſiquidem & prohibentur mendacia omni iure, & ſimiliter debent & tenentur omnes homines omni iure non mentiri: & tamen mendacium conſtat non cadere ſub præcepto. Statuuntur, decernuntur, ac mandantur proculdubio multa ſine præcepti vinculo. Communia quidem eſſe ſtatuti, & decreti nomina, quotidie experimur: mandati verò nomen teſtatur Hieronymus à præcepto deficere.

Verbum Præcipio.

Et quod demum ipſum verbum *Præcipio*, non vniuerſaliter inducat præcepti vim, patet primò ex Euangelio: vbi dicitur, Dominum præcepiſſe curatis ne cui dicerent. Et conſtat quod non peccabant, ſed bene agebant publicando Chriſti miracula. Secundò ex Auguſtino in Regulæ principio dicente, *Hæc ſunt, quæ vt obſeruetis præcipimus in Monaſterio conſtituti.* Et tamen conſtat non omnia ſubiuncta eſſe ſub præcepto. Tertiò ex Ariſtotele in ſextum Ethicor. definiente, quod *Præcipere* ſignificat proprium prudentiæ actum, quem conſtat communem eſſe bonis operibus, ſiue ſint contraria venialibus, ſiue mortalibus: præcipimur enim & tacere, & non adulterari: illud veniali, hoc mortali opponitur. Quia igitur ambigua valdè eſt diſcretio iſta vniuerſalis, dicendum eſt id quod particulariter conſtat, aut rationabile videtur.

Quid conſtet in hac materia.

Conſtat igitur in primis, vt tactum eſt, quod quædam pœna, ſcilicet excommunicationis maioris, vim continet præcepti: ita quod quandocunque imponitur aut inhibetur aliquid ſub pœna excommunicationis latæ, ſiue non latæ ſententiæ, obligatur quis obedire, ſi vult peccatum mortale euadere: quia excommunicationis pœna tantæ indignationis eſt, vt non niſi propter mortale incurrat aut demereatur quis illam.

1.

Conſtat ſecundò, quòd cùm præcipitur aliquid in virtute ſanctæ obedientiæ, obligatio eſt ad mortale: quia compoſitio horum verborum ſolita eſt ſemper præcepti vim importare ex communi Eccleſiæ vſu.

2.

Conſtat tertiò, quòd ſiue in communi, ſiue in

3.

municipali iure, vocabulum aliqood ſecundum commonem ſenſum conſueuit firmiter repotari obligatiuum ad mortale, proculdubio vbicunque idem ponitur, habet vim huiuſmodi præcepti, vt in Regula Fratrum Minorum patet de vocabulo, *Teneantur*; vt habetur *in Clement. De verb. ſignific. Exiui de pa-*
4. *radiſo*. Et per oppoſitum conſtat quartò, quòd quocunqoe lex vtatur verbo, ſi communis ſenſus intellexit, non propter datam obligationem ad mortale, non eſt tale præceptum. Nec hoc alia eget probatione, quia per eandem rationem clarum eſt.

Quid rationi conſentaneum videatur.

Rationabile autem videtur, quod in iure inuenitur vocabolum *præcepti*, ibi ſit obligatio ad mortale, quia in dicta *Clement. Exiui de pa-*
1. *radiſo*, præſoppooitur præcepti vocabulum obligatiuum eſſe ad tale præceptum: ita quod hoc non continetur ibi tanquam aliquid peculiare illius Regulæ, ſcilicet Minorum, quæ ibi exponitur, ſed tanquam commune quod omnibus ſupponitur, vt patet intuenti. Dixi autem hoc eſſe rationale propter dictam autoritatem Iuris Canonici, & non dixi eſſe conſtans, aut neceſſarium, tum quia ex vi vocabuli, *Præcipere*, ſeu *Præceptum*, licet importet vim obligatiuam, non tamen ad mortale. Inter obligationem namque, ad mortale, & libertatem ad opera conſiliorum, mediat obligatio ad veniale: quoniam tenemur euitare venialia. Vnde quia præcepta, vt diſtinguuntur contra conſilia, non obligant neceſſariò ad mortale, ſed ad mortale vel veniale, conſequens eſt, vel ex ignorantia procedat, ex affirmatiua præceptum inferre peccatum mortale determinatè, vel ex negatiooe præcepti ad mortale inferre qood eſt de conſilio. Et quia hoc multos Scriptores latere videtur, ideo non eſt mirum, ſi minus quandoque ſcribitur. Et ne putes nouam me ingerere doctrinam, lege D. Thomam ſuperius in multis Quæſtionibus, ſcilicet, quando tractat de Præceptis Fidei, Spei, Charitatis, Prudentiæ, Iuſtitiæ, Fortitudinis, & Temperantiæ, & videbis multa ſub Pręcepto comprehendi, ad venialem tantum culpam obligantia: tum quia Auguſtinos in Regula ſic vſus eſt *præcepti* nomine, cùm dixit: Hęc ſunt quę vt obſeruetis *præcipimus* in Monaſterio conſtituti. Ex illo enim *præcepto* obligantur profeſſores illius Regulæ ad obſeruandum omnia ibidem mandata, ſed non mortaliter propterea peccant tranſgrediendo: quoniam verbom, *Præcipimus*, habet vim obligatiuam, ſed non determinatè ad mortale: & ideo non licet ex illo talem obligationem inferre.

2. De aliis autem allatis vocabulis, nihil vnioerſaliter video determinabile, niſi quod ex vi verborum vera apparent omnia, quę dubitando allata ſunt. Et omnimoda certitudo huius quæſtionis, qooad ius commune, diffinitionem autoritatiuam Apoſtolicę ſedis exigere videtur. Hacteous Caietanus.

VERSVS 15.

Surrexit autem Samuel, & deſcendit de Galgalis in Gabaa Beniamin. Et reliqui populi aſcenderunt poſt Saul obuiam populo, qui expugnabant eos venientes de Galgala in Gabaa, in colle Beniamin. Et recenſuit Saul populum, qui inuenti fuerant cum eo, quaſi ſexcentos viros.

VERSVS 16.

Et Saul & Ionathas filius eius, populúſque qui inuentus fuerat cum eis, erat in Gabaa Beniamin: porrò Philiſthiim conſederant in Machmas.

S. Gregor.

S. GREGORIVS lib. 5. Comment. in lib. 1. Reg. cap. 3. ita hunc locum iuxta litteram exponit. Poteſt & ſecundùm hiſtoricum ſenſum ſimplicius intelligi hoc quod dicitur: *Surrexit, & aſcendit*: quia videlicet in rege, quem arguerat, humilitatem pœnitentiæ, qua manere cogeretur, minimè cognouit. Idem tamen rex in miniſterio relinquitur, vt ipſa prophetæ ſeparatione corrigatur: quia plerunque quos prædicatoris verba non corrigunt, diuidi à prędicatorum familiaritate, vel à ſanctæ Eccleſię vnitate pertimeſcunt. Iuxta prędicatores duri ſunt, ſed ſeparati reſipiſcunt: vt qui obediendo peccauerunt, obedire Deo iam humiliter parant. Vnde & rex Saul non multò poſt demoliri Amalechitas pręcipitur: vt ſi mãdatum Domini eiuſdem cęde gentis perficeret, prioris inobedientię nexus enodaret. Separatus quidem à propheta, ea agere viſus eſt, vt ad agenda alia iuberetur. Hęc S. Gregorius. *Infrà ca. 15.*

Quare Samuel non duxerit in hoſtem.

Sed quare non potius rectà duxit in hoſtem? An Samuel quoque perterritus eſt, & metu exhorruit? An hoſtium conſpectum fugit, qood tantę multitudinis impetũ ſuſtineri poſſe diffideret? Veruntamẽ Deus Exod. c. 23. *Terrorẽ meũ*, inqoit, *mittam in præcurſum tuum, & occidam omnẽ populum, ad quẽ introieris, cunctorumque inimicorũ tuorum coram te terga vertam.* Verum illud quidẽ eſt hæc aliquando Deũ ſpopondiſſe, quem nũqoam promiſſi piguit: ſed ea lege atq; omine, ſi pręceptis morẽ gererẽt, & Deũ fide atq; amore cõplecterentur; cũ iis autẽ qui ſua iuſſa contẽnerẽt, aut de fide atque potentia malè ſentirẽt, nulla vnquam ei pactio fuit. Quin potius eos ſe hoſtium loco habiturum, & perditurum grauiter interminatus eſt. Quare cum Saul rem nefariam commiſiſſet, non abs re Samuel vereri potuit, ne Deos eiuſdẽ conatibus aduerſaretor potius quàm faueret: aot certè diuino inſtinctu afflatúq; cognooit, quod tametſi Deus nollet populũ ſuis hoſtib. dedere, idẽ tamẽ nollet reliquo populo, qui nõnullo adhuc nomero cum Saole remãſerat, victoriã concedere, ſed lõgè paucioribus, vni atque alteri, qui metu poſito & fidem

A clypei loco complexi, non hoſtium modò phalanges expectarent, ſed etiam inuaderent. Sic enim fieret, vt Saulem, qui prius expauerat, timoris pœniteret, & ad fidem illuſtrioribus exemplis erudiretur. Idque quo magis ad populi regiſque correctionem proficeret, intellexit, Deum velle Saulem eò pedem referre, quò hoſtes conuenerant, & ſua caſtra poſuerant, ne quid vlla ex parte ad victoriæ commendationem deeſſet. Nam propterea ex Galgalis in Gabaa Benjamin Samuel fertur ſe contuliſſe.

Toſtatus.

Aliam rationem affert Epiſcopus Abulenſis, quæ tametſi pluribus exemplis vera probari poſſit, non videtur tamen præſenti loco conuenire. Non rarò enim Deus, cùm eſſet populi ſcelere offenſus, eidem victoriam denegauit, quem tamen B hoſtium libidini non addixit: ſed fugam imperauit, quo ſuo periculo ſapientiores euaderent. Sic enim quandoque accidit cùm populus in Pharan commoraretur, vt Deum ſuo murmure laceſſeret: qua re ille offenſus eundem ſuos hoſtes fugere iuſſit, quo illi parceret, cùm prælianti opem denegare ſtatuiſſet. *Nolite aſcendere inquit Moyſes, non enim eſt Dominus vobiſcum: ne corruatis coram inimicis veſtris. Amalecites & Chananæus ante vos ſunt, quorum gladio corruetis, eò quòd nolueritis acquieſcere Domino, nec erit Dominus vobiſcum.* Numer. 14. Hîc autem non tantùm populo pepercit, ſed hoſtium exercitum cædibus deformatum in fugam vertit, & eorundem caſtra diripienda tradidit. C

Varia tranſlatio.

Et reliqui populi aſcenderunt poſt Saul obuiam populo, qui expugnabat illos: venientes ex Galgala in Gabaa Benjamin. Hæc verba pariter legit S. Gregorius, quæ Vulgata Editio conſtanter retinet, nec Sixtiani Correctores delenda cenſuerunt: Exemplaria tamen Hebraica, Chaldaica, & Græca Complutenſis & Regiæ Editionis non habent. Quis, qua ratione expunxerit me latet. Profectò verum non eſt antiquiora exemplaria his caruiſſe, vti fingit appendix ad marginem Gloſſæ Ordinariæ; cùm Lyranus ipſe & legerit & expoſuerit, & eodem multis ſæculis antiquior S. Gregorius. Græcè apud Septuaginta Interpret. editionis Aldinæ, καὶ τὸ κατάλειμμα τοῦ λαοῦ ἀνέβαινεν ὀπίσω τοῦ λαοῦ τοῦ πολεμιστοῦ. D Antuerpiana Laurentij Beyerlink, *Et reſiduum populi aſcendit poſt Saul in occurſum poſt populum bellatorem: ipſis aduenientibus è Galgalis in Gabaa Benjamin, & recenſuit Saul*, &c. Cum quo etiam Romana conſentit. quæ tamen non habet id, quod apud Aldum Samuelis iter aliò deflectere videtur, quàm quò Hebraica veritas monſtrat viam. Ibi enim legitur, abiiſſe Samuelem εἰς ὁδὸν αὐτοῦ in viam ſuam. Sed hactenus quod ad Literam attinet.

S. Gregor. Tropolog.

Nunc S. Gregorij Commentarium ſubijciam. Nonnulli, inquit, ſic in peccato corruunt, vt in nullo bono opere teneantur: nonnulli verò dum mala ſe perpetraſſe recolunt, agere bona inſtantius conantur. Agendo quippe bona, mala quæ relinquunt, operiunt: ne ab æterno iudice deſtecta iudicentur. Hoc nimirum ſi factum Saul in bonam partem deducimus, hoc inuenimus: quia A qui prius in ſacrificio, metuens prophetæ mandata contempſit, poſtea verò ad eos, quos metuerat, conterendos populi Dei aduerſarios feſtinauit. Quo in loco etiam hic notandum eſt, quia quem propheta deſeruit, ad experienda bella hoſtium de Galgalis aſcendit. Pleroſque etenim peccatores iuſta prædicatorũ ſeueritas proiicit, quos tamẽ diuina memoria non relinquit. Solatia & adhortationes rectorum propter culpas amittunt: ſed ſacras Scripturas conſulunt, propoſitum reſumunt, & qui inobediẽtiæ malo velut lapſi iacuerant, erecti per obediẽtiæ feruorem, ad occultorum hoſtium bella procedunt. Bene ergo *de Galgalis*, id eſt, de rotis venire memorantur: quia de ſanctis Scripturis accipiunt, vnde aduerſæ partis militiã comprimere fortiter poſſint. B Quia verò perditæ conuerſationis altitudinem recuperare vincẽdo ſatagunt, *in Gabaa Benjamin* aſcendere dicuntur. Quia item alij in latibulis ſe clauſerant, alij ad hoſtes confugerant, reliqui populi vocãtur, qui nullo ſunt timore perterriti, ſed cum rege ſuo ad locum feſtinant congreſſionis. Quod etiam nunc in Eccleſia videmus, quia videlicet plerique quaſi paruuli proficere per priuatæ ſtudiũ proponunt, plerique fortes in expoſitis quoque maligni hoſtis certaminibus audaces ſunt: vt apertè videant ſeculi blandimenta quæ appetant, ſed appetere viſa contemnunt. Hi quidem non in latibulis, ſed in aperti certaminis campo conſiſtunt, expoſiti ad prælium, fortes ad triumphum, C qui pugnare poſſunt, & nequeunt ſuperari. Vnde & per perfectum numerum deſignatur, cùm ſubditur:

Numeri ſexcentoſ. Tropolog.

ET recenſuit Saul populum, qui inuentus fuerat cũ eo, quaſi ſexcentos viros.] Septem quippe diebus hebdomada impletur, ſed vnus eorum ad operandum prohibitus eſt, ſex verò in boni operis ſtudio conceduntur. Cẽtenarius autem numerus ſummam continet numerorum. In ſexcentis ergo viris qui alij deſignantur, niſi qui opere & cordis deliberatione robuſti ſunt? Hactenus S. Gregorius.

Vermilius.

Vermilius: Recenſet, inquit, Saul milites, qui apud ipſum remanſerant. Nam alij dilapſi fuerant. Et mirum ex tribus millibus militum, quos antè conſcripſerat, ſolùm iam ſupereſſe ſexcentos. Imò legimus illum paulò D antea habuiſſe in exercitu contra Nahas trecenta triginta millia militum. Ex illa tanta multitudine vix iam habet trecentos ſuperſtites. Quid iſti ad tantum numerum Palæſtinorum? Illi enim habebant triginta curruum falcatorum, ſex millia equitum, & peditum numerum infinitum, tanquam arenam maris. Hîc Saul deſtituitur non ſolùm militibus, ſed etiam verbo Dei, in quo ſolo erat firma, & ſolida conſolatio.

Et Saul & Ionathas filius eius erant in Gabaa.] Idem Vermilius: Quidam putant eum voluiſſe ibi Samuelem, & prophetas conuenire. Ego autem eum puto, cùm ita eſſet perterrefactus, recepiſſe ſe eò, vt in locum munitum, vt inde poſſet hoſtem facilius reiicere: vel vt ex eo colle hoſtium caſtra, quæ in vicina planitie erant poſita, oculis luſtraret. Huc uſque Vermilius.

Digitized by Google

Et reliqui populi aſcenderunt, &c.

Samuelis conſilium.

Tandem hic opinor ſenſus eſt, Samuëlem, A poſtquam iam ſatis Saulem verbis increpaſſet, & facti ſui dementiam exprobraſſet, confuſum eum atque turbatum, neque iam præ pudore ac metu vel hiſcere audentem, verbis quidem, quid facto opus eſſet, tanquam de Deo malè meritum docere noluiſſe, contendere tamen eò voluiſſe, quò ſi pœnitentia doctus ſequeretur, nihilominus victoriam reportaret. Par nãque fuit, vt qui inobedientia ſanctiſſimum Prophetam à ſe alienarat, amplioti cultu atque obſeruantia placare niteretur. Quod ſi feciſſet; ne fortè delictum ſuum emendari poſſe deſperaret, in eum locum eidem præire voluit, vnde ad eum venienti, errorémque ſuum corrigenti, victoriæ palma, quæ inobedientiæ negata erat, pœnitentiæ nomine reſtitueretur. B Et hæc quidem videtur fuiſſe Samuëlis mens atque conſilium.

Saulis mens atque conſilium.

Ratio autem Saulis ea erat, primùm, ne à Samuële quantumuis licet irato atque auerſante abeſſet: quoniam in illo certiſſimum rebus ſuis præſidium collocatum eſſe intelligebat. Deinde, quòd non aliunde quàm ab eo, diuini numinis ſententiam explorare poſſet. Nouerat præterea mite ac clemens eius ingenium, nec precibus atque obſequiis deliniri poſſe deſperabat. Denique, quod certò crederet, Palæſtinorum olim domitorem, atque miraculorum patratorem, Dei autem amicum & ſeruum fideliſſimum, quocunque loco conſiſteret perire non poſſe. C Propterea igitur in quãcunque partem pergeret, eius veſtigiis inſiſtere placuit: quòd ſperaret eo præſente, ſe ſuumque populum ſaluum atque incolumem permanſurum. Erat præterea is locus Saulis patria: inde oriundus erat, & illic ante ſuſceptũ imperium ſedes habebat. Eſt autem in primis tuẽda patria, quã nobis chariſſimam natura ſociauit. Locus porrò ille Machmas, quem poſt regnum cœperat incolere, nuper ab hoſte præreptus fuerat. At contra Gabaa, & omnis ille collis à Ionatha tutus atque defenſus erat, cæſo etiam Philiſthinorum præſidio. Poſtremò eo loco eum adeſſe oportuit. Philiſthiim namque illac irrumpere decreuerant, atque adeò in proxima valle caſtra poſuerant, citò medium vadum tranſituri niſi prohiberentur. D Interim tamen dum è Galgalis in Gabaa commigrarent, multas in itinere difficultates ſunt paſſi, inſidiantibus paſſim Philiſthæis, & in metu perculſos ferociter inuadentibus. Poſtquam in eum collem ægrè euaſerunt, tum luſtrato exercitu, ſexcenti duntaxat reliqui inuenti ſunt, cum quibus eum collem tenere ſtatuit, atque inde conſilia motúſque hoſtium ſpeculari, & ſi quam rei gerendæ occaſionem darent, ſedulò arripere.

Morum regula.

Hinc certè, quoad mores attinet, diſcere poſſumus, quæ ſuperbia ac temeritate penè collapſa ſint, humilitate atque pœnitentia licet aliquanto moleſtius ſarciri poſſe, atque in integrum reſtitui. Id quod ſuo more copioſè atque ornatè S. Gregorius ſupra proſequutus eſt.

VERSVS 17.

Et egreſſi ſunt ad prædandum de caſtris Philiſthinorum tres cunei. Vnus cuneus pergebat contra viam Ephra ad Terram Sual.

VERSVS 18.

Porrò alius ingrediebatur per viam Bethhoron. Tertius autem verterat ſe ad iter termini imminentis valli Seboim contra deſertum.

ET *egreſſus eſt vaſtator in tribus principiis ſiue capitibus*. Hebraic. Chaldaic. Græcáque conſentiunt, niſi quod Græci *ex agro* legunt non caſtris. Cæterùm idem ſenſus eſt, qui etiam Vulgatæ Editionis. Cuneus militum intelligitur, inquit Vermilius, qui vaſtarent terram. Rab. Kimhi milites interpretatur, qui gerebant haſtas, & lanceas, fortaſſe equites leuis armaturæ. *In tribus capitibus*. Interea Palæſtini emittunt tres turmas, quæ vaſtent & populentur agros Iſraelitarum. Dimiſerunt autem vires ſuas, C quòd viderent Iſraelitas & paucos eſſe, & imparatos. Sic enim ſe putant poſſe eos facilè obruere. Sed longè aliud eſt conſilium Dei. Is omnino defendere vult populum ſuum, quamuis rex grauiter peccauiſſet: neque enim erat ea conditionalis, qua fidem dederat, ſe ſemper adfuturum populo ſuo. *Quid enim*, inquit Paulus, *ſi quidam ex illis peccauerunt? Num illorum incredulitas fruſtrabitur fidem Dei? minimè. Eſt enim Deus verax.* Hîc videmus, deſperatam propemodum fuiſſe conditionem Iſraelitarum. Paruus erat numerus militum, Saul deſertus, Samuel nihil iuuit, hoſtium multitudo infinita, & incredibilis ferocia. Deus tamen declarare volt, victoriam non eſſe ſitam in humano robore. Quid enim iſta poſſunt ſine Deo? Præclarus D videtur eſſe artifex, qui cudere poſſit gladium ſine incude, aut malleo: & egregius medicus, qui curare poſſit morbum ſine pharmaco. Deus nihil eget huiuſmodi inſtrumentis, aut opportunitatibus ad victoriam. *Virtus mea*, inquit, *in infirmitate tua perficitur*.

Vermilius.

Quorundam iniquitas circa cæteros Dei fidem non euacuat.

ET *egreſſi ſunt ad prædandum*.] In omni expeditione, inquit Vegetius lib. 3. de Re militari cap. 3. vnum eſt, & maximum conſilium, vt tibi ſufficiat victus, hoſtes frangat inopia. Sæpius enim penuria, quàm pugna conſumit exercitum, & ferro ſæuior fames eſt. Deinde reliquis caſibus poteſt in tempore ſubueniri, pabulatio & annona in neceſſitate remedium nõ habent, niſi antè condantur. Hæc Vegetius. Itaque quoties bellum ſuſcipitur, prima hæc ſunt tanquam militiæ rudimenta, ab his velut initiis bellum auſpicari ſolent. Prædas agere, agros populari, prædiis vaſtitatem afferre, fruges, ſi quæ reperiantur, diripere, reliquas igni

Vegetius.

Sæpius penuria quàm pugna conſumit exercitum.

A ahſumere, virium propagines ſuccidere, inſtrumentum omne ruſticum incendio perdere, pecora atque armenta abigere, hæc ferè ſunt getendorum exordia bellorum. His namque artibus fieri poſſe putant, vt hoſtes neceſsitate compulſi, quæ omnia vincit & ſuperat: vltro ſeipſos vaſtatorum poteſtati permittant. Neque enim quiſquam niſi corpore vegeto, atque virihus integris, certaminis laborem tolerare poteſt. Annonæ autem copia ſi deſit,& reliqua quæ ad tuendam vitam neceſſaria ſunt, quis non cootinuò tobore ac lacertis deſtituatur? Nam illa ſine multo ſanguine & ſpiritu vigere nequeunt, quæ ab alimentis proficiſcuntur. Deinde, quis ignohilis vulgi gemitum, & impuberum puerorum complorationem æquis B auribus accipiat, quibus, niſi ahundè ſuppetant omnia, fruſtrà ſilentiom induxeris, vrbes miſero eiulatu complehunt? Sic igitur ſæpios egeſtate atque inopia, quàm ferro atque impete dehellatum eſt. Fahius Maximus, vt auror

Frontinus. Frontinus lih. 3. Stratag. cap. 4. hoc ſtratagemate vſus, Campanos in deditionem accepit. Nam prius quidem vaſtatis eorum agris, ne quid eis ad fiduciam ohſidionis ſupereſſet, receſsit ſementis tempore, vt frumentum quod reliquum habebant, in ſationes conferrent: reuerſus deinde renata protriuit, & ad famem redactis potitus eſt. Hoc igitur etiam Philiſthæi facere aggrediuntur: qui cùm plurimo milite ahundarent, tribus modicis exercitibus ad eam rem miſsis, ſimul pluribus locis prædas agere C ſtatuerunt, quo maiori formidine atque luctu totam prouinciam complerent.

ET *vnus cuneus pergebat.*] Hebraicè אחד וראש *veharoſc echad & caput vnum.* Græcè *καὶ ἀρχὴ ἡ μία principium vnum.* Editio Antuerpiana Laurentij, & Romana Regia cum Vulgata

Cuneus militaris. conſentit, & *cuneum* interpretatur. quanquam

Fungerus. talis peditum glohus, videtur eſſe Græcis *πύξις*

Toſtatus. *συνασπισμὸς & στῖφος* in primis Ariſtidi; vt notat Fungerus in Etymolog. Triling. Eſt autem cuneus, vt Toſtato placuit, hellicus apparatus. Communior illa definitio quàm vt rem exprimere poſſit. Elegantius S. Iſidorus, Cuneus, inquit,

S. Iſidorus. eſt collecta in vnum militum multitudo. Vnde propter quod in vnum coit, & ipſa coitio in vnum, cuneus eſt nominatus, quaſi counеus, eò quòd in vnum omnes cogantur. Hactenus

Vegetius. ille. Vegetius lib. 3. *cuneum* peditum multitu- D dinem vocari dicit, quæ iuncta cum acie primùm anguſtior: deinde latior procedat, & aduerſariorum ordines rumpat: quod à pluribus in vnum locum tela mittantur: Quam rem, inquit, milites nominant *caput porcinum.* Typum eius habes apud Ælianum lib. de inſtruendis aciebus. Nec illud porrò negligendum, facto cuneo perrupiſſe veteres medios hoſtes, vt eſt

Cæſar. videre apud Cæſarem lib. 6. cùm milites caſtris excluſi facto cuneo, & duce Trehonio mediam hoſtium aciem perruperunt. Apud Virgilium Æneidos 12. dare cuneum, eſt ſe in cunei formam componere. Non arbitror tamen, hic tam propriè ex vſu artis militaris cuneum interpretandum eſſe, vt non idem etiam pro turma equeſtri accipi poſſit.

A PER *viam.*] Nihil oberit, opinor, diuerſa, quæ ad viam ſpectant, iſtic nomina referre. Via eſt, inquit Ælius Gallus *ff. de Verb. Signif. l.* 157. ſiue ſemita, ſiue iter ſit. *Lib. 2. Inſtitut. titul. 3. de ſeruitutibus ruſticorum prædiorum* iura ſunt hæc: Iter, actus, via, aquæductus. *Iter* eſt ius eundi, amhulandi, & equitandi hominis, non etiam iumentum agendi, vel vehiculum. *Actus* eſt ius agendi vel iumentum vel vehiculum. Ita qui habet iter, actum non habet: qui actum habet, & iter habet, eóque vti poteſt etiam ſine iumento. *Via* eſt ius agendi, eundi, & ambulandi: nam & iter & actum via in ſe continet. Item apud S. Iſidorum 15. 16. Orbita orbis rota, veſtigium currus. Callis eſt iter anguſtum ferarum inter montes, callo pecudum B perduratum. Semita eſt ſemis itineris. His tamen Iuriſperitorum ſcrupulis non admodum mouentur hiſtorici, quo minus pro arbitrio promiſcuè, ac ſine diſcrimine his vocibus vtantur.

Ius Ciuile.

Nomina ad viam pertinentia.

S. Iſidorus.

CONTRA *viam Ephra ad terram Sual.*] *Ephra* ciuitas fuit in tribu Manaſſe, cis Iordanem ſita, quam prius quidem Ioas, pater Ierobaal, incoluit: deinde verò ab eius filio Gedeone mirum in modum nobilitata, cuius etiam regia fuit. Iudic. 6. atque 7. capitibus. *In terram Sual.* Is lib. 1. Paralip. cap. 7. verſ. 36. recenſetur inter principes cognationum tribus Aſer, cui ſors obtigerat proxima tribui Manaſſe, ad partem Septentrionalem verſus Occidentem. De quo longè antè Iacob cecinit, cùm filiis ſuis benedi- C ceret Gen. c. 49. *Aſer, pinguis panis eius, & præbebit delitias regibus.* Quo elogio ſoli illius vbertas & diuitiæ ſatis prædicantur, ſicut & illo altero Moſis, quod legitur Deuteron. cap. 33. vt non ſine ſpe prædæ eam regionem elegiſſe videantur Philiſthæi quam inuaderent. E Machmas autem ad eam pergentihus Ephrà tranſeundum fuit, quæ poſita erat in finibus Manaſſe.

Ephra.

Terra Sual.

SECVNDVS *autem cuneus ingrediebatur per viam Beth-heron.*] *Bethoron* non vna fuit. Altera namque ſuperior, inferior altera nominatur. Vtraque tribui Ephraim pro termino fuit: Inferior quidem ad Occidentem non procul à mari, altera ad Orientalem plagam Iordani vicinior; vti colligere licet ex topographia ſortis Ephraim, quam nobis Ioſue deſcripſit Commentariorum ſuorum cap. 16. Harum altera poſtmodũ Leuitis filiis Caath à filiis Ephraim D conceſſa eſt, eiuſdem lih. cap. 21. Vtramque autem, quod ſatis mirari non poſſum, ædificaſſe fertur Sara filia Ephraim 1. Paral. cap. 7. Quo tempore, certè dubium eſſe non poteſt quin eodem, quo illa viuebat: quo tempore necdum filij Iſrael terræ Chanaan deſponſam hæreditatem adierant, ſed erant adhuc ſub Pharaonis poteſtate conſtituti. Apparet tamen ex ſerie narrationis, eadem tempeſtate nonnullos ex filiis Iſrael, ac præcipuè filios Ephraim, non aliquid in iis partibus moliri, terramque Gethæorum non expectato Dei imperio vſucapere voluiſſe: quæ res vt erat temerè ſuſcepta, ita etiam infeliciter ceſſit. Nam ij à Gethæis oppreſsi ſunt, & internecione deleti. Sic prorſus, vt idem Ephraim, qui antea fœcunda prole glo.

Bethoron.

Sara filia Ephraim vrbium conditrix.

SECVNDVS AVTEM CVNEVS PER VIAM BETHORON.

riabatur, diutius in luctu atque orbitate iaceret. Fieri ergo poteſt, vt illi, priuſquam Gethæorum ferro occumberent, quos auſi fuerant bello laceſſere, ac patriis ſedibus deturbare: nonnullam eius terræ partem occuparint, in qua duo illa oppidula Sara ſoror eorum excitauerit, quæ placuerit eodem nomine Bethoron appellari, addita duntaxat, qua diſtingui poſſent, ſuperioris atque inferioris denominatione. Scripturæ teſtimonium aſcribam, ne cui fortè fabulas narrare videar. Igitur lib. 1. Paral. c. 7. à v. 20. *Filij autem Ephraim: Suthala, Bared filius eius, Thabath filius eius, Elada filius eius, Thabath filius eius, huius filius Zebad, & huius filius Suthala, & huius filius Ezer & Elad: occiderũt autẽ eos viri Geth indigenæ, quia deſcenderant vt inuaderent poſſeſſiones eorum. Luxit igitur Ephraim pater eorum multis diebus, & venerunt fratres eius vt conſolarentur eum. Ingreſſúſque eſt ad vxorem ſuam: quæ concepit & peperit filium, & vocauit nomen eius Beria, eò quòd in malis domus eius ortus eſſet: filia autem eius fuit Sara, quæ ædificauit Bethoron inferiorem & ſuperiorem, & Ozenſara. Porrò filius eius*, &c. Quæ legere poteris vſque ad ortum Ioſue, vt probes non prorſus inanem eſſe noſtram coniecturam. Vtramque Bethoron Salomon poſtea auxit, & muris, portis, vectibus atque ſeris communiuit. 2. Paral. cap. 8. Ambæ porrò hæ ciuitates, ſi Philiſthæos ſpectes, ſitumque caſtrorum, vergebat ad Septentrionem: ſic tamen, vt altera Occaſum, altera Orientem reſpiceret, & longa ſatis locorum intercapedine diſiungerentur. Vtram verò cuneus ille peteret, Scriptura non ſignificauit.

Varia tranſlatio.

Tertius ad iter termini imminentis valli Seboim contra deſertum. Romana Editio lxx. Interpr. legit: *Et principium vnum ſpectans viam Gabae vergentem ad Ge Sabim*. Nobilius Flaminius ibidem in Notis ſuis: In aliis additur τὴν ἔρημον, *deſertum*. Symmachus, κατὰ τὴν ὁδὸν τοῦ ὁρίου τοῦ κατακύπτοντος κατὰ τὴν φάραγγα τὴν σεβωὶμ εἰς τὴν ἔρημον, *ad iter termini imminentis valli Seboim contra deſertum*. (Sic enim Vulgata) Theodotio, ὁδὸν τοῦ ὁρίου τοῦ ἐπιβλέποντος ἐν τῇ κοιλάδι τῶν δορκάδων, *viam termini proſpicientis in vallem caprearum*. Alius interpres, καὶ ἡ κεφαλὴ ἡ μία ἔκλινεν ὁδὸν τοῦ ἐπιβλέποντος ἐπὶ φάραγγα τῶν ὑαινῶν, *& caput vnum declinabat in viam proſpicientis in conuallem hyænarũ*. Theod. Quæſt. 29. ſcribit Aquilam pro γαβαὰ τὴν ἐν σεβωὶν, dixiſſe γῆν τὴν ἐν τῇ κοιλάδι τῶν δορκάδων, *terram, quæ in valle caprearum*. Hæc Flaminius. Hebraici Interp. magis ad Vulgatam Latin. accedunt. *Termini*. Terminum pro regione poſuit, vt interpretatur Vatablus: quanquam propriè terminum fuiſſe negari non poteſt, ſi erat deſerto contermina. *Seboim* Geneſ. 10. numeratur inter eas vrbes, quæ de cœlo tactæ ſunt, & in cinerem pelagúſque ſolutæ. Altera fuit in tribu Beniamin, de qua hîc ſermo eſt: quam reduces filij Beniamin inſtauraſſe, ac denuò incoluiſſe poſt captiuitatem Babylonicam referuntur. Eſdræ 2. cap. 11. ver. 34. Hæc è regione deſerti ſita fuiſſe deſcribitur. Chaldæum Paraphraſten miror, qui hanc alio nomine Aphghaia vocat. Fortè ſuo tempore eo nomine innotuit. Aquila, vt autor eſt S. Theodoretus *Seboim*, *vallem caprearum* vertit. Ea interpretatione S. Gregorius vſus eſt. At Vatablus in Ecphraſi, *baſiliscorum* ſiue *regulorum*. Toſtatus: Aliqui dicunt, quod Seboim eſt nomen commune apud Hebræos ſignificans *pictores*, & dicunt, quod quædam *vallis* vocabatur *vallis pictorum*, & contra eam iuit vnus cuneus prædantium, ſed primus ſenſus melior eſt. Hæc Toſtatus. Qui Seboim male interpretatur pro parte aliqua regionis Pentapoleos.

Nobilius Flaminius.

Seboim.

TERTIVS AVTEM TERMINI.

Senſus moralis.

Tribus his itineribus inuadere in poſſeſſiones Iſraelitarum Philiſthæi cœperunt. Typus eſt quidam diaboli, nobiſcum bellum gerentis: totidem namque tentationibus in nos incurrere ſolet, concupiſcentiæ oculorum, concupiſcentiæ carnis, & ſuperbiæ vitæ. Aut certè tribus his machinis virtutes opéſque noſtras corrumpere atque auertere nititur, ſermone, cogitatione, & opere. Sunt enim, quos, vt probroſo aliquo facinore conſcientiam maculent, impellere non poteſt: at linguam præcipitat, & maledicendi ſtudio inficit. Quòd ſi qui ſunt qui à conuitiis & maledicto abhorreant, bonorum ſaltem ſtudet innocentiam ſcelerata cogitatione labefacere. Vbi obtinet, tribus his viis graſſatur, hominúmque præcipua bona, virtutes diripit. Verùm hæc abundè tibi ſuppeditabit S. Gregorius lib. 5. Comment. in 1. Reg. cap. 3.

VERSVS 19.

Porrò Faber ferrarius non inueniebatur in omni terra Iſrael. Cauerant enim Philiſthiim, ne fortè facerent Hebræi gladium, aut lanceam.

Vermilius

VERMILIVS: Cauſam reddit, cur populus tum ita inermis fuerit. Palæſtini enim illis tyrannicè imperauerant. Hoc Rabbini aiunt, non ſub Saule rege contigiſſe, ſed ſub extremum tempus Samuelis, cùm populus conuerſus fuiſſet ad idola. Tyrannis, quoniam timent ſibi, ſemper ſtudio eſt omnibus modis exarmare populum. Id hodie vbique ferè videmus fieri. Ita olim Dionyſius Tyrannus fecit, cùm Siciliam obtineret. Ita Nabuchodonoſor cùm obtinuiſſet Iudæam, omnes artifices & incloſores auexit. Hæc Vermilius. Nerua Traianus, cùm Decebalum Dacorum regem prælio ſuperaſſet, & is per legatos polliceretur ſe ad quaſcunque pacis conditiones venturum, & quæ imperata forent, haut grauatè facturum: Traianus, inquam, arma & bellica inſtrumenta, machinas prætereа, eorumque artifices ſibi tradi poſtulauit. Dion Caſſius in eodem. Germanorum Regulis Probus Imperator, cùm ad eius pedes iacerent, primùm obſides imperauit, qui ſtatim dati ſunt: deinde frumentum, poſtremò etiam vaccas, atque oues. Dicitur iuſſiſſe his acrius, vt gladiis non vterentur, Romana in expectaturi defenſionẽ, ſi eſſent ab aliquibus vindicandi. Flauius Vopiſcus in Probo. Facti rationem reddit Cyrus

Ferro domitos ferro exuimus.

Dion Caſſ. Fla Vopiſc.

Xenophon.

apud Xenophontem Cyropæd. lib. 7. Scientiæ enim militaris meditationiſque hi omnino participes faciundi non ſunt, quos & operarios noſtros, & tributarios volumus poſſidere: ſed eos debemos hiſce exercitationibus præſtare, non ignari Deos hominibus demonſtraſſe hæc libertatis felicitatiſque inſtrumenta. Et quemadmodum illis arma abſtulimus, ita nos ipſos oportet ſine armis nunquam eſſe: cùm benè nouerimus, quibus arma ſunt ſemper proximè, hiſce ſecundiſſima etiam eſſe quæcunque velint. Hæc Cyrus.

Herodot.

Coi apod Herodorum lib. 5. Crœſus, cùm vereretur ne Sardium defectione prouocatus eaſdem eacinderet, id conſilij dediſſe fertur; vt Lydos potius armis exueret, & voloptaribus deditos, alienos efficeret à rebus bellicis. Quanquam enim Rex Cyre, inquit, prudenter tu rectéque dixeris, moderaberis tamen furori, neque patieris antiquam hanc ciuitatem ita euerti. Modò hæc impera, ne videlicet aliquando viribus aucti, vel defectionem meditari auſint, vel moleſti eſſe poſſint. Interdices illis ne arma bellica poſſideant, iubebiſque vt ſupra tunicam pallium geſtent, cothurnos induant. Adhæc iiſdem citharam cantuſque indulgebis, denique cauponari, liberos inſtituere; & moa comperies, ô Rex, viros in mulieres degeneraſſe, nihilque metuendum vt rebelles vnquam à te deſciſcant. Hæc Crœſus. Victis vbique ſolent arma eripi, idque videtur ab illis exigi, tanquam proditæ atque abdicatæ libertatis publica confeſſio. Quapropter etiam generoſis animis duriſſima ſemper conditio viſa eſt, & nonnunquam etiam ipſa morte minus toleranda.

Qui arma tradunt, corporum ius amittit.

Iterum apud Xenophontem in Cyri Minoris expeditione, cùm Phalyne nomine Artaaerxis à Græcis arma tradi peteret poſt Cyrum deuictum atque obtruncatum, reſpondit idem Xenophon: Atqui ô Phalyne vt vides, nihil boni præter arma & virtutem reliquum eſt. Ac arma quidem quandiu obtinemus, nobis arbitramur virtutem vſui eſſe poſſe: illa ſimulac tradiderimus, ipſorum etiam corporum nos ius omne amiſſuros. Noli igitur, obſecro te, putare, nos ea quæ ſola poſſidemus bona, cuiquam udituros: quin his ipſis de reliquis bonis pugnabimus. Et Clearchus quoque reſpondit: Arbitrari nos, ſi nos ſibi amicos eſſe velit, moltò ei fore vtiliores amicos, arma ſi retinuerimus, quàm ſi ea cuiquam tradiderimus: ſin bellum fuerit gerendum, non eſſe difficile exiſtimare, quanto magis conducat arma retinere, qoàm aliis tradere. Hæc illi. Igitor

Faber.

FABER *ferrarius non inueniebatur.*] Græcis pariter *τέκτων σιδήρου artifex ferri.* Hebræi ſimpliciter leguot, חרש *vebharaſc, faber*, artifex; itaq. ſubaudiendum eſt, *ferri*, vt Varablus admonet. Dictus eſt aorem Hebræis *faber* ab arando metaphoricè, vt notat Marinus Bria. in Arca Noë, quod ſicut arator terram, ſic artifea aliam quamuis materiam quodammodo aret, & in eam operetur, vel ab eacogitãdo, à חרש *hhereſc*. Nonnunquam etiam ad ſapientes transfertur. Vſu communi quemlibet artificem denotat, artis genus intelligitur ea reliqua ſenteotia.

A Chaldæus Paraphr. *Artificem* vertit, *arma facientem*. Refert Pauſanias in Laconicis, Theodorum Samium primum omnium ferri fundendi rationem escogitaſſe, ac inde ſtatuas conflaſſe At per Chalybes, inquit Ammianus Marcellinus, erutom ac domitum primitus ferrum eſt. Dactylos Idæos ferrum primò excudere adortos, ſcribit Bibliotheces decimo ſeptimo Diodorum, ab deorum matre artem doctos eiuſmodi. Hæc ſunt figmenta Græcorum. Quis prior æris & ferri vſum docuerit tradit liber Gen. cap. 4. ver. 22. *Sella quoque (Lamech vxor altera) genuit Tubalcain, qui fuit malleator & faber in cuncta opera æris & ferri.*

Pauſanias.

Quis primus ferri vſum inuenerit.

Ferrum Sapientiæ ſymholum fuiſſe apud Hebræos Fungerus habet in Etymol. Triling. à B ferendo Latinè, vel feriendo nomen mutuatum eſt. Fertur enim in agrum colendi gratia, aliáque eo feriuntur. De ferro Plinius lib. 34. Sunt eius plures differentiæ, idque notandum eſt: quod molle eſt & plumbo vicinom, rotarum & clauorum vſibus accommodari, quod fragile eſt, conuenire terræ culturæ. Sciendum eſt præterea, ex temperaturis metalli eius aliam vocari Chalybdicam, aliam Sinopicam, quandam etiam Lydiam. Noſtro tempore Damaſcena reliquis præfertur. Laconicam etiam veteres laudarunt. Sed ea his Laconica, Sinopica, Chalybdica, ſtructuris congruebat præcipuè. Laconica etiam limis terebriſque, item chara- C cteribus ac lithurgicis. Lydia limas emittebat præſtantes, gladios item & nouaculas quæ xyria dicunt, ayſteras. Nonnulla horum refert Cælius lib. 18. cap. 4. lect. Antiq. ex Poliorceticis Daimachi. Celtiberi, inqoit Diodoros Siculus lib. 6. Rer. Aotiq. cap. 9. ferrum ſuo more ad conficienda arma præparant. Nam ferreas laminas in terram abſcondentes, ibi tandiu eſſe ſinunt, quoad debiliore parte ferrugine abſumpta, validior ſuperſit. Ex eo tum enſes fortiſſimos, tum cætera ad belli vſum arma oeceſſaria componunt. Hoc pacto fabricatis adeò ceduor omnia, vt neque ſcutum neqoe galea, neque quid aliud illis ohſiſtat. Hæc Diodorus. Aurum quandoque Lacnnes, Indi ferrum ſua regione exegerunt. Oleo ferrum ma- D ximè ſplendeſcit. Rubiginem non ſentiet, ſi ceruſſa & gypſo & liquida pice perungatur.

Ferri plures differentiæ.

Ferri temperatura plures.

Cælius Rhodig.

Diodorus.

Cauerant enim Philiſthiim, ne fortè Hebræi facerent gladium, aut lanceam.] Ius armorum faciendorum ad regem pertinet, & quicunque aliis ſummo iure imperant. Semper licuit legitimis principibus ahſque tyrannidis ſuſpicione, de iis ſtatuere, ne nimia licentia cudendorum aot etiam gerendorum armorum, ſeditionibus, aut etiam priuatorum iniuriis ac cædibos fomenta miniſtret. Eatat Iuſtiniani Nouella Conſtitutio in Authent. numero 85. quæ qoarto cap. hæc habet. Vt autem palàm fiant quæ à nobis prohibita ſunt, à priuatis & aliis quibuſdam, citra eos qui in ſacris noſtris Fabricenſibus referuntur, fieri, aut priuatis vendi arma; & hoc per præſentem legem ſignificare curauimus. Prohibemus enim priuatos operari & emere arcus, & ſagittas, & ſparhas, & enſes, qoæ vocare ſolent ſemiſpathia, & quæ vocantur zabę,

Ius armorum faciendorum ad principem ſpectat.

Iuſtin Nouell.

&

FABER FERRARIVS NON MVNIABATVR.

& contos, & qoolibet modo vel figura factas A lanceas, & quæ apud Iſauros nominantut monocopia (Scrimger, monocontia,) & appellatos ſitinnos ſeu miſſilia: inſupet & aſpidas, ſiue ſeuta & galeas, ſeo caſſides: Non enim iſta alij cuidam inſtruere ſinimus, præter eos qui deputati ſunt in ſacris noſtris Fabricenſibus. Solos autem fieri à priuatis, & priuatis vendi permittimus cultellos minores, quibus nullus in prælijs vtitur. Hactenus Imp. Iuſtinianus. Apud nos, vt opinot, armorum fabricatio nemini interdicta eſt: ſed ea tormenta bellica ferre, quæ ſtatim incenſo puluere ſulphureo eminus perniciem creant, idcirco tempore pacis ſeuerè prohibitum eſt, ne ſcelcſtis & perditis hominibus occaſio detur perdendi quos velint, aut etiam ſylueſtres feras, quas ſuæ venationi ſeruari princeps imperat. B

S. Gregor. Tropologia.

Nunc quod ſpectat ad mores. Hæc profectò omnia inquit S. Gregorius l. 5. c. 3. deſcribuntut, vt modus ſubſequoturæ victoriæ inſinuetur. Armati quippe ab inermibus victi ſunt, vt totum quod vincitur omnipotentis Dei laudibus tribuatur. Nos autem ſi more noſtro ſpiritualiter iſta proſequimor, myſterijs vacua non inueniemus. Quid ergo quod dicitur, *Faber ferrarius non inueniebatur in Iſrael?* Niſi quia ad ſpiritualia bella non per ſeculares litetas, ſed per diuinas inſtruimur. Faber quippe ferrarioa io Iſrael non, quia fideles Domini videntes arte ſecularis ſcientiæ contra malignos ſpiritus nequaquam præliantur. Fabri namque arte adiuti vincerent, ſi ſecularis eloquentiæ iacolis, C occultis hoſtibus præualerent. Quæ profectò ſecularium librotum eruditio, & ſi per ſemetipſam ad ſpiritualem Sanctorũ conflictum non prodeſt, ſi diuinæ Scripturæ nõ coniungitur, eiuſdẽ Scripturæ ſcientia ſubtilius eruditur. Ad hoc quidem tantùm liberales artes diſcendæ ſunt, vt per inſtructionem illarum diuina eloquia ſubtilius intelligantur. A nonnullorum cordibus diſcendi deſiderium maligni ſpiritus tollunt: vt & ſecularia neſciant, & ad ſublimitatem ſpiritalium non pertingant. Bene ergo dicitur: *Cauerant Philiſthiim ne fortè facerent Hebræi gladium, aut lanceam.* Aperrè quidem dæmones ſciunt, quia dum ſecularibus literis inſtruimur, in ſpiritualibus adiuuamur. Cùm ergo nos ea diſcere diſſuadent, quid aliud quàm ne lanceam, aut gladium faciamus præcaoent? Hactenus ſecundum Tropolog. S. Gregor. D

Narrat Dion Caſſius in Hadriano Iudæos cum ferre non poſſent mutatam templi religionem & Gentes ſecum paritet nullo diſcrimine Ieroſolymam Æliam dictam incolere, clam arma paraſſe & clandeſtinis conuentibus in antris & ſpecubus actis, mox Romanis negotium faceſſere cœpiſſe.

VERSVS 20.

Deſcendebat ergo omnis Iſraël ad Philiſthiim, vt exacueret vnuſquiſque vomerem ſuum, & ligonem, & ſecurim, & ſarculum.

VERSVS 21.

Retuſæ itaque erant acies vomerum ligonum, & tridentum, & ſecurium, vſque ad ſtimulum corrigendum.

MIRIFICE variant interpretes, ſed in re, vt mihi quidem videtur nullius penè momenti. Quid enim refert, ſi hoc vel illo nomine ruſticum inſtrumentum appellemus? Et fortaſſis non erant antiquiora illa noſtris admodum ſimilia. Senſum tamen prętereà mutant in nonnullis, atque inter cæteros Septuaginta anni tempeſtatem deſignaſſe videntur. Quare ne quis fortè diuerſas tranſlationes deſideret, eas hoc loco deſcribam.

Varia tranſlatio, Pagnini & Ariæ.

Pagnini tranſlatio 20. *Deſcendebántque omnis Iſrael ad Peliſtim, vt acueret vnuſquiſque vomerem ſuum, & ligonem ſuum, & ſecurim ſuam, & ſarculum ſuum.* (*Foſſorium* pro ſarculo maluit Arias.) 21. *Et erat lima* (habens) *ora vomeribus, & ligonibus & tridentibus, & ſecuribus, & ad acuendum ſtimulum.* (*& ad ſtatuendum ſtimulum* vertit Arias).

Vatabli.

Cum Pagnino conſentit Vatablus, prætetquam in editione Salmãticenſi, in qua ſic legimos. 20. *Quin omnes Iſraelitæ deſcenderunt ad Paleſthinos, quiſque ſcilicet ad reficiendum cultrum ſuum aratri, vomerem ſuum, ſecurim ſuam, & ſarculum ſuum foſſorium: 21. Quandoquidem acies cultrorum aratri, vomerum, furcarum tridentium, & ſecurium obtuſæ erant: & ad reficiendum ſtimulum.* In duabus alijs Editionibus quas ante ocolos habebam, Antuerpiana, & Commeliniana, omnia conſentiebant cum Pagnino.

Chald. Paraphr.

Latina interpretatio Paraphr. Chaldaicæ: 20. *Et deſcenderunt omnis Iſrael ad terram Peliſthæorum ad acuendum vir ſtimulum ſuum, & paxillum iugi ſui, & ſecurim ſuam, & ferramenta ſua.* 21. *Et fuit* D *eis lima ad acuendum in ea fracturam omnis vaſis ferri ad fabrilia, & ad paxillum iugerũ, & ad inſtrumentum fullonum cui tres dentes, & ad ſecures, & ad ſtabilimentum ſtimuli.*

Septuag.

Nunc ad Septuag. qooque ſtylum vertamus.

Editionis Regiæ.

Apud Montanum in editione Regia. 20. Καὶ κατέβαινον πᾶς Ἰσραὴλ εἰς γῆν ἀλλοφύλων χαλκεύειν ἕκαστος τὸ θέριστρον αὐτοῦ, καὶ τὸ σκεῦος, καὶ ἕκαστος τὴν ἀξίνην αὐτοῦ, καὶ τὸ δρέπανον αὐτοῦ. 21. Καὶ ἦν ὁ τρυγητὸς ἕτοιμος τοῦ θερίζειν. τὰ δὲ σκεύη ἦν τρεῖς σίκλοι εἰς τὸν ὀδόντα, καὶ τῇ ἀξίνῃ, καὶ τῷ δρεπάνῳ, καὶ τῷ κατορθῶσαι τὸ βούκεντρον ὑπόστασις ἦν ἡ αὐτή. 20. *Et deſcendebat omnis Iſrael in terram Philiſthiim vt fabricaret quilibet falcem ſuam & inſtrumentum ſuum, & vnuſquiſque ſecurim ſuam & falcem ſuam.* 21. *Et erat vindemia parata ad metendum, in inſtrumenta*

DESCENDEBAT ERGO OMNIS ISRAEL, &c.

Antuerpianæ Laurentij.

autem erant tres ſicli in dentem, & ſecuri & falci, & ad corrigendum ſtimulum boum ſubſtantia erat eadem. Altera tranſlatio Septuag. Antuerp. Laurentij ſic habet 20. *Et deſcendebant vniuerſus Iſrael ad terram alienigenarum, fabricari vnuſquiſque meſſorium ſuum, & vas ſuum, & vnuſquiſque ſecurim ſuam, & marram ſuam, 21. Et erat vindemia parata ad metendum: vaſa autem erant, tres ſicli in dentem, & ſecuri, & falci ſubſtantia erat eadem.* Aldina editio cum Regia conuenit, niſi quod verſu 21. Habet τὰ δὲ σκεύη ἦν τρεῖς σίκλοι εἰς τὸν ὀδόντα. Et initio 20. καὶ κατέβαινον, &c. Complutenſis eadem habet quæ Regia. Romanam Antuerpiana Laurentij expreſſit: quare nihil eſt cur actum agamus. Addam duntaxat partem adnotationis Nobilij Flaminij. *Meſſorium.*] θέριστρον, quod alij, δρεπάνην, & interpretantur *falcem. Vindemia.*] Sic etiam Complutenſis τρυγητός. Sed fortaſſe hoc loco ſignificat inſtrumentum aliquod cæteris inſtrumentis agricolarum acuendis idoneum. Schol. ἐγένετο ὁ τρυγητὸς ἕτοιμος τοῦ θερίζειν ἐν τοῖς ἀρότροις καὶ τοῖς ξίφεσι καὶ ταῖς τριόδουσι, καὶ ταῖς ἀξίναις, καὶ τῷ στηρίσαντος (ex Hebræo colligi poteſt legendũ στηρίσαι τὸ) βούκεντρον. *Et erat lima, ora* (ſupplendum, *habens*, vt etiam in Hebræo) *aratris, & ligonibus, & tridentibus & ſecuribus, & ad firmandum ſtimulum.* Quæ valdè reſpondent Hebræo, & Chaldæo. *Vaſa autem erant tres ſicli in dentem.*] εἰς δὲ τὰ σκεύη, In vaſa autem, &c. Quæ ſupra ex Regia, niſi quod legit Flaminius τῷ δρεπάνῳ & ſecuri. Nam dicitur eadem ſignificatione ἡ δρεπάνη, ὁ δρέπανος, τὸ δρέπανον: ſed neſcio an τῷ δρεπάνῳ mendum credi debeat Typographi. ὑπόστασις etiam à Nobilio *facultas* redditur. Theodoretus (quantum refert Scholiaſtes: nam apud ipſum q. 30. etiam in codicibus manuſcriptis aliqua deſunt.) ὕννιν Symmachus quidem interpretatus eſt τὴν ὕνιν, vomerem. Aquila autem τὸ ἄροτρον, aratrum. Siclum autem vocarunt στατῆρα, ſtaterem. Siclus autem qui accipitur in pondere, trahebat ſemipondus, in argento autem viginti obolos. Hactenus de variis tranſlationibus.

Aldinæ.

Complutenſis

Romanæ:

Nobilius Flamin.

Vindemia quid hoc loco ſignificet.

V T *exacueret vnuſquiſque vomerem ſuum.*] Inſtrumenta hæc ſunt ruſtica quibus terra exercetur, & fertilis atque abundans efficitur. Veteres Terram Telluris nomine inter cætera ſua numina conſecrarunt. Cuius ſymbolicam effigiem argutè interpretatur Varro libro 16. Rerum diuinarum. Quod tympana, inquit, habeat, ſignificari eſſe orbem: quod turres in capite, oppida: quod ſedes fingantur circa eam, cum omnia moueantur ipſam non moueri: quod Gallos huic Deæ, vt ſeruirent, fecerunt, ſignificat eos qui ſemine indigeant, terram ſequi oportere, in ea quippe omnia reperiri: quod ſe apud eam iactant, præcipitur qui terram colunt, ne ſedeant, ſemper enim eſſe quod agant. Cymbalorum ſonitus, ferramentorum iactandorum, ac manuum, & eius rei crepitus in colendo, quid ſignificat. Ferramenta illa ideo erant ex ære, quod eam antiqui colebant ære, antequam ferrum eſſet inuentum. Leonem adiungunt ſolutum ac manſuetum, vt oſtendant eſſe nullum genus terræ tam remotum, ac vehementer ferum, quod non ſubigi, colique conueniat. Huius rei manifeſtum argumentum præbebit Caius Furius Creſinus ex Varrone. Nam cùm è ſeruitute liberatus in paruo admodum agello largiores multò fructus perciperet, quam ex ampliſſimis vicinitas, inuidia magna erat, ceu fruges alienas pelliceret veneficiis. Quamobrem à Spurio Albino Curuli die dicta, metuens damnationem, cum in ſuffragium tribus oporteret ire, inſtrumentum ruſticum omne in forum attulit, & adduxit filiam validam, atque bene curatam, ac veſtitam, ferramenta egregiè facta, graues ligones, vomeres ponderoſos, boues ſaturas. Poſtea dixit; veneficia mea, Quirites, hæc ſunt, nec poſſum vobis oſtendere, aut in forum adducere lucubrationes meas, vigiliáſque & ſudores. Tum omnium ſententiis abſolutus eſt. Plinius lib. 18. cap. 6. ex Varrone.

Dea Telluris ſymbolica interpretatio.

Varro.

VT EXACVERET VNVSQVISQVE, &c.

Ruſtica ſupellectilis vtilitas.

Plinius.

Igitur Philiſthæi arandi colendique poteſtatem Iſraëlitis faciebant, quòd agricultura futura illis eſſet vtilis & neceſſaria. Hebræi namque iiſdem tributa pendebant, eorumque laboribus Palæſtini fruebantur. Arma verò tractare prohibebant, ne quando depellere à ſe iugum ſeruitutis contenderent. Quare agricolas quidem plurimos Saul in regno ſuo inuenit, milites autem pauciſſimos: licet tum potius milites habere quàm aratores expediret. Erat enim vndique hoſtibus circunſeptus, qui regni ſui opibus & felicitati inſidiari nunquam deſinebant. Omphis qui & Taxiles, rex in India, vt Curtius refert libro octauo, quærenti Alexandro, plures agricultores haberet, an milites: cum duobus regibus bellanti ſibi, maiore militum quàm agreſtium manu opus eſſe reſpondit. Idem quoque Saul meritò dicere potuiſſet, ſed hoſtium tamen artibus atque inſidiis factum fuerat, vt ruris quidem cultoribus abundaret, milite autem prorſus deſtitueretur. Rationes etiã Cyrus adinuenit apud Xenophont. libro quinto Cyropæd. quibus hoſti perſuaderet vtriſque vtile eſſe, ſiue qui laceſſerent, ſiue qui ſe tuerentur, liberam arandi licentiam agricolis impertiri. Etenim, inquit, qui ſuperior exiſtet, is demum fructus percipiet: victus autem nullo inde damno afficietur, quin potius ob præſentem rerum copiam mitiorem victoris animum continget experiri. Quamobrem etiam eo autore cum Babyloniis fœdera percuſſa ſunt, vt operantibus pax eſſet, armatis verò bellum. Philiſthæi igitur cùm cuperent Iſraelitas agris colendis plurimùm occupari, quod ex eo non mediocris vtilitas ad eos reditura eſſet, illi autem abſque multiplici ſupellectile ferrea eos exercere non poſſent, vererentur autem ne ſi ea per ſe cuderent, ſimul etiam arma fabricarent, quibus ad vindicandam libertatem inſtruerentur: Statuerunt, vt pulſis ex omni eorum regione fabris ferrariis, à ſuis fabricẽſibus quæ neceſſaria eſſent pretio compararẽt,

Agriculturam Iſraelitis exercere permittebãt Palæſtini, armorum vſu interdicebant.

Curtius.

Xenophon.

Parcendum belli tempore agricolis.

Retvsæ itaqve erant acies vomervm.

retuſas quoque vomerum acies, atque adeò A ſtimulum ipſum corrigendum acuendumque ipſis traderent, atque ab iis quibus opus eſſet acciperent, alio ferri opere atque commercio protſus abſtinerent. Sic fieri poſſe ſperabant, Primùm, vt Hebræi armis nudati quieſcerent. Deinde, cùm ad eos erebrò ventitarent, ſi quid noui molirentur explorarent. Poſtremò, vt eo commercio ſui quoque opifices diteſcerent, & in dies opibus augerentur: qoibus nihil excogitari potuit ad continendos in officio Hebræos efficacius, ſi qua arte omnipotenis Dei virtus eludi poſſet.

Retvsæ *itaque erant acies vomerum.*] Non vna eſt lectio huius loci, vt ſupra vidimus. Nam Septuag. legunt ad hunc modum. *Et erat* B *vindemia parata ad metendum.* Quibus verbis videntur tempus pugnæ deſignare voluiſſe. Flaminius tamen ipſam Græcam dictionem genus aliquod inſtrumenti ruſtici ſuſpicatur innuere. Deinde ſequitur: *In inſtrumenta autem erant tres ſicli in dentem, & ſecuri, & falci, & ad corrigendum boum ſtimulum ſubſtantia erat eadem.* Scilicet erat illud ſtatutum à Philiſthæis pretium, vt hanc quoque iniuriam paterentur, nec liceret pro ſuo quemque arbitrio mercari. Poſſumus etiam aliter interpretari, ſtatuiſſe Philiſthæos hoc pondus ferri ſingulis hiſce inſtrumentis, quæ magis ad vim faciendam parata videntur, tridenti, ſecuri, falci, ſtimulo, ne ſi C fortè validiora eſſent, iiſdem ad bellum abuterentur, aut certè, ſi ferri copia inde ſuppeteret, ab bellicos vſus transferrent. S. Theodoretus ad hunc modum: Cùm Hebræos viciſſent alienigenæ, vniuerſum ferrum acceperunt, & prohibuerunt ne poſſiderent aliud. Quamobrem apud eos fiebant agri colendi inſtrumenta. *Dentem* autem Symmachus quidem interpretatus eſt *aratrum. Siclum* autem vocauit *ſtaterem.* In pondere autem *ſiclus*, vt accepimus, erat ponderis ſemunciæ. In pecunia autem erat viginti obolorum. Hæc ille. Chaldæus Paraphr. quem imitari maluerunt qui noſtra ætate in vertendis Hebraicis elaborarunt, ita legit: *Et fuit eis lima ad acuendum in ea fracturam omnis vaſis ferri ad fabrilia*, &c. Nam *limam* tranſtulit, quam nonnulli verbum ex verbo exprimentes, legunt, *multam oribus* ſine inſtrumētum multas habens inciſuras. Ac demum hic ſenſus eſt, vt D autor Vatablus, lima duntaxat his vti licuiſſe, qui quacunque occaſione Palæſtinorum opera vti noluiſſet. At Vulgata Editio, quæ lōgè præſtat cæteris, & teſtimoniū habet à Spiritu ſancto proferente ex ore Eccleſiæ ſententiam, retuſas vomerum acies aliorumque inſtrumētorum vſque ad ſtimuli cuſpidem fuiſſe prædicat. Vermilius vtramque verborum ſignificationē agnoſcit. Nam horum verborum, inquit, duplex eſt interpretatio. Prima quaſi retuſa fuerint inſtrumenta ruſtica. Nam ea in pace acuere ſolebant apud Palæſtinos. Nam poſtquam Ionathas præſidium Palæſtinorum expugnaſſet, id eis amplius non licebat. Itaque inſtrumēta iam omnia erant retuſa. Rabb. Kimhi & Salomon intelligunt *limam*: cuius etymologiam ductam putāt à ſpecie oris. Vt enim in eo labra eminent, & concauitas ſubſidit: ita in lima partes ſunt aliæ extantes, aliæ ſubſidentes. Atque ita ſententia erit: Etſi Iſraelitis non fuerint fabri, tamen eos habuiſſe limas, ad quas inſtrumenta ſua exacuerent. Hæc Vermilius. Nos priorem ſenſum amplectimur: magis enim cū Vulgata Editione conuenit, & facit ad mentem Prophetæ, qui ex ea periſtaſi conceſſam à Deo victoriā ſtuduit amplificare. Idem eſt enim ac ſi diceret: Non modò arma deerant prælium inituris, verùm etiam inſtrumenti ruſtici, quo iam ſolo vti poterant, acies erant retuſæ. Quo pacto manifeſtum eſt, eius victoriæ laudem humanæ virtuti nequaquam tribuendam eſſe, ſed potius diuinæ, quæ ſola potuit inermes & paucos pluribus atque armatis ſuperiores efficere.

Obiectio. Vermilius.

At dices, inquit Vermilius, quomodo potuit populus carere armis, cùm non ita pridē victoriam præclarā reportaſſent ab Ammonitis? Reſpondent Rabbini, quia illud bellum geſtum eſt trans Iordanem. Ibi arma adhuc fuiſſe, quòd Palæſtini nōdum eò peruaſiſſent, cùm reliquis Iſraëlitis relicta fuiſſent tantùm inſtrumenta ruſtica. Kimhi putat illis ſuperfuiſſe arma vetera, quamuis cùm ſublati eſſent fabri, pauca fuerint, quòd non potuerint habere noua. Rab. Ben Gerſon ait, in terra Iſrael nihil eſſe ferri: vt mirum non fuerit, eos non potuiſſe habere arma ſublatis fabris. Id mihi mirum videtur. Nam Deus in Deuteronomio pollicetur, ſe daturum populo ſuo terram, *cuius lapides eſſent ferrū.* Et in Benedictionibus, promittit tribui Aſer terram abundantem ferro. quomodo ergo iſti pugnare potuerunt? Certè baculis, fuſtibus, fundis, ſudibus. Ita enim pugnare ſæpe ſolebāt veteres. Debbora in Cātico ſuo ait, *Quadraginta millia militum non habuiſſe gladium, aut ſcutum.* Samgar legitur occidiſſe ſexcentos viros ſtimulo, quo aguntur boues. Et in Beniamin fuerunt funditores, qui pilum etiam attingerēt, nec aberrarent. Et in Paralip. legimus viros illos preſtantes, qui acceſſerunt ad Dauidem, vſos fuiſſe arcubus, & fundis, vt & dextrorſum & ſiniſtrorſum ferirent. Et in 2. Melachim c. 3. legimus, funditores circundediſſe, & percuſſiſſe ciuitatem. Dauid etiam funda ſtrauit Goliathū. His ergo inſtrumentis vtendum erat: quanquā hoc ſacræ literæ commemorant vt graue incōmodum. Sed Deus hoc pacto teſtatum voluit vim ſuam. Quod autem Iudæi narrant, glādios duos oblatos fuiſſe Sauli, & Ionathæ ab Angelo, nihil aliud eſt quàm fabula. Hactenus Vermilius. Caſſiodorus lib. 1. cap. 30. Inter ipſos, inquit, aduerſarios, vt ſcitis, non erant prius armata certamina: ſed pugnis ſe, quamuis feruida, laceſſebat intentio. Vnde & pugna nomē accepit. Poſtea Belus ferreum gladium primoa producit, à quo & bellū placuit nominari. Sed tandem etiam ad allegoriam conuertamur, in qua mirus artifex S. Gregor. reliqois ſcriptoribus gratia atque ingenij felicitate præluxit.

Quomodo ſine armis pugnare potuerint.

Caſſiodor. Vnde pugna nomen.

Descendebat *Iſrael ad Philiſthiim, vt exacueret*, &c. Ad Philiſthæos deſcendimus, inquit S. Gregorius, quando ad diſcendos ſeculares libros animū inclinamus. Et deſcenſus dicitur, quia Chriſtiana ſimplicitas in alto eſt. Sed

S Gregor. *Allegoria.*

S Theod.

Siclus moneta & pōdus.

quid eſt quod ſeculares literæ dicuntur in plano eſſe, modus verò dicendi ſublimis? Quia cùm cœleſtia nulla narrent, & miro dicendi ordine quæ proponuntur explicant, & narrando ſublimantur, & carnalia docendo deponuntur. Quem profectò dicendi ſiue intelligendi modum qui ſcire appetit, deſcēdat ad Philiſthiim, vomerem, & ligonem acuat, vt ad ſecularium etiam carnalia audienda deponatur, qui eorum eloquentia inſtrui penitus nititur. Hanc quippe ſecularem ſciẽntiam omnipotens Deus in plano antè poſuit, vt nobis aſcendendi gradum faceret, qui nos ad diuinæ Scripturæ altitudinem leuare debuiſſet. Idcirco eam præmittere voluit, vt in ipſa nos inſtrueret ad ſpiritualia trāſire. Vnde & Moyſes, qui nobis diuinorum eloquiorum principia edidit, non prius diuina didicit, ſed vt capere vel exprimere diuina poſſet, in omni Ægyptiorum ſcientia rudem animum informauit. Eſaias etiam Prophetis aliis eloquentior extitit: quia nec vt Ieremias Anathotites, nec vt Amos armentarius, ſed nobiliter inſtructus atque vrbanus fuit. Paulus quoque vas electionis antè ad Gamalielis pedes inſtruitur, quàm rapiatur in Paradiſum, vel ad cæli tertij altitudinem ſubleuetur. Et ideò fortaſſe per doctrinam aliis Apoſtolis excellit: quia futurus in cœleſtibus, terrena prius ſtudioſus didicit. Hactenus S. Gregor. qui deinceps ruralium horum inſtrumētorum, vt ait, proprietates ſpiritualiter exquirit.

Actor. 4.

Actor. 22.

Versvs 22.

Cumque veniſſet dies prælij, non eſt inuentus enſis & lancea in manu totius populi, qui erant cum Saule & Ionatha, excepto Saul & Ionatha, filio eius.

Conon. Terror armorum ad parādam victoriam efficaciſſimus.

Atqvi, quantum poſſit vel ſolus armorū terror ad obtinendam victoriā, docet Conon Narratione 37. apud Photium autor 186. Nam cùm Thebis futuris, in Græcia Cadmus ſedē quæreret, Bœotis, inquit, pugna concurrentibus, victi primùm Phœnices, per inſidias mox ac ſtratagemata, & inuſitatum armorū aſpectum, ſuperiores euaſerunt: Neque enim galea & ſcutum fuerant vnquam Græcis ad eam diem cognita. Itaque fugientibus cunctis, qui cladi ſuperfuerāt: Cadmus regione potitus eſt. Et iterum: Bœotorū interim animis ob armorum illum, & inſidiarum metum hęc opinio inſedit, cū armis ipſis viros illos è terra extitiſſe, vt inde etiā Spartas, velut ex eo ipſo loco ſatos, nominarint. Hæc Conon. E diuerſo qui armis inſtructi nō eſſent, vt plurimùm hoſtibus ludibrio fuere. Germanicus apud Tacitū Annal. l. 2. c. 2. cū Germanos animaduerteret neq. galeis neque loricis tegi, quæ ad depellēdos ictus corpori circundantur, milites ſuos admonuit, eos cōtemni oportere. Et docuit, inter alia quibus in procinctu pugnæ militū animos acuebat, dēſarent ictus, ora mucronibus quærerent: non loricam Germano, non galeā, ne ſcuta quidem ferro, neruóque firmata, ſed viminū textus, vel tenues & fucatas colore tabulas. Primam vtcūque aciem haſtatam, cæteris præuſta aut breuia tela. Iam corpus vt viſu toruum, & ad breuē impetum validum, ſic nulla vulnerum patientia. Sine pudore flagitij, ſine cura ducum abire, fugere: pauidos aduerſis, inter ſecunda non diuini non humani iuris memores. Hactenus apud Tacitum. Erulos verò bellandi peritia, multorumque ſtrage exercituū notiſſimos, cùm fiducia virium nudi in prælium deſcendere auſi eſſent, à Langobardis fuſos fugatóſque Paulus Diacon. memorat l. 1. De geſtis Lāgobard. c. 13.

Tacitus.

Paulus Diaconus.

Non eſt inuentus enſis & lancea. Narrat Curtius l. 3. in exercitu Darij aduerſus Alexandrū, cùm eſſent Deruices quadraginta millia peditū, armatis pluribus quidem hæſiſſe haſtas ferro præfixas: quoſdam autem lignum igne duraſſe. De quo genere teli intelligēdus eſt Poëta cùm ait, *ſudibuſq. præuſtis.* Quod ſi enſes deerant & haſtæ, quāto minus ſcutis, loricis, galeis, ocreis inſtructi erant, quibus corpus à telis defenditur? Apparet vtique neque prece, neq. pretio, Hebræos à fabricenſibus Palæſtinorū vlla arma impetrare potuiſſe. Sanxerant quippe Palæſtini capitis periculo, ne qua Hebræis armorum copia fieret: atque hoc ſedulò & accuratè ab illis obſeruatum fuerat. Dodeſchalchus in c. 8. l. 4. Vegetij De re militari, Romani, inquit, optimam nauarunt operam, ne ad hoſtes ſuos arma cuiuſcuimodi, aut ferrū per mercatores transferretur. Quod docemur ex Conſt. Imp. Martiani ad Aulum, vel ſecundum membranas noſtras, ad Conſtantianum Præfect. Prætorio, quæ ſic habet: Nemo alienigenis barbaris cuiuſcunque gentis, ad hanc vrbem ſacratiſſimā ſub legationis ſpecie, vel ſub quocunq. alio colore venientibus, aut in diuerſis aliis ciuitatibus vel locis, loricas, ſcuta, & arcus, ſagittas, & ſpathas, & gladios, vel alterius cuiuſconque generis arma audeat venundare: nulla prorſus iiſdem tela, nihil penitus ferri, vel facti, vel adhuc infecti, ab aliquo diſtrahatur. Pernicioſum namque Romano Imperio, & proditioni proximū eſt, barbaros (quos indigere conuenit telis) eos, vt validiores reddantur, inſtruere. Si quis autē aliquod armorum genus quarumcunque nationū barbaris alienigenis, contra pietatis noſtræ interdicta vbicunq. vendiderit, bona eius vniuerſa protinus fiſco addici, ipſum quoque capitalē pœnam ſubire decernimus. Hactenus Imp. *Cod. quæ res exportari non debent. l. vltima.* Huic Conſtitutioni illud ab Eccleſia additum eſt, vt qui arma ad hoſtes noſtræ fidei deferūt, ſolenni formula *bullæ*, quam vocant *in Cœna Domini*, procul à fidelium cōſortio anathemate pellantur. Plurimum ille mali Chriſtianæ Reipub. intulit, qui primus tormentorum bellicorum vſum Turcas edocuit. Sæpe etiam olim, vel vno teſte Herodiano l. 3. Romani transfugæ vſum armorū artemque fabricandi tranſtulerunt ad barbaros, maximo cum rei Romanæ detrimento. Quare dudum legibus deciſum eſt, vt cuiuſque opera, dolo malo, hoſtes noſtri cōmeatu, armis, telis, equis, pecunia, aliáve qua re adiuti erūt, tanquā maieſtatis reos puniendos eſſe: *l. 4. ff ad legē Iuliam maieſtatis.* Sic igitur olim, ſicut nunc quoque

Curtius.

Dodeſchalchus.

Martiani imper. Conſtitutio.

Quæ arma exteris vendere prohibita.

de armotum tranſuectione ſtatutum eſt: nec proculdubio iniuria. Arma ſiquidem hoſtibus magnum terrorem iniiciunt, ciuibus, vt quidam ait, vires animumque miniſtrant. Nam ferrum quidem cum illo corpus ſeptum atq; munitum fuerit, negat vulneri locum, ac vinci prohibet: at quod manus vibrant, mox aduerſarijs perniciem creat.

Arma ſine diuino præſidio nulla ſunt.

Neque tamen etiamſi quis exercitus armis inſtructiſſimus fuerit, propterea palmam auferet, niſi ſimul adſit robur animi, fortis dextera, & periculorum contemptus, & quod his quoque maius eſt, diuini numinis fauor atque præſidium. Alioquin enim omnis ille apparatus oneri potius ſuis eſſe ſolet, quàm terrori hoſtibus: quorum alacritas his maximè prouocatur, prædam ſibi eſſe paratam, non aduerſarijs propugnaculum exiſtimātes. Oſtēdebat aliquādo

Macrobius.

Antiochus, vt eſt apud Macrobium lib. 2. Saturnal. in campo copias ingentes, quas bellum Populo Romano facturus comparauerat: conuertebátque exercitum inſignibus argenteis & aureis florentem. Inducebat etiam currus cum falcibus, & elephantos cum turribus, equitatúmque frænis & ephippiis, monilibus ac phaleris præfulgentem. Atque ibi Rex contemplatione tanti, ac tam ornati exercitus gloriabundus, Annibalem aſpicit: Et putáſne, inquit, ſatis eſſe Romanis hæc omnia? Tunc Pœnus eludens ignauiam imbelliámq; militum eius pretioſè armatorum, Planè, inquit, ſatis eſſe credo Romanis hæc, etſi auariſſimi ſint. Nihil prorſus neque tam lepidè, neque tam acerbè dici potest. Rex de numero exercitus ſui, ac de exiſtimanda æquiparatione quæſiuerat, reſpondit Annibal de præda. Ille igitur cùm eſſet belli dux præſtantiſſimus, virtutis militum potius quàm armorum rationem habēdam eſſe ſignificabat. Dauid verò, qui longè omnes bellica gloria ſuperauit, diuino potius nomini atque auxilio confidendum eſſe pronuntiauit. *Hi*, inquit, *in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Dei noſtri magnificabimur.*

Pſal. 19.

EXCEPTO *Saul & Ionatha filio eius.*] Poſtremò hîc quoque notandum eſt, quantum poſſit vel vnius ducis virtus in ſeruando exercitu. Vnus Saul cum filio enſem habuit: & tamen omnis exercitus ſuperauit. Ad eundem modum boni paſtoris pietas & innocentia ſæpe totum gregem, licet infirma conſcientia laborantem, & varijs criminibus maculatum, calamitati eripuit, victorémque cupiditatum ſuarum, à quibus antea victus trahebatur, ſuo ſtudio ac labore, cura atque ſolicitudine præſtitit. Nonne vnus Moyſes, cùm reliquus populus peccaſſet, Dei quidem iram ab eo auertit, priſtinam autem gratiam reſtituit? Nonne vnus Samuel, cùm reliqui idololatriæ ſcelere tenerentur obſtricti, ac propterea Philiſthæis in vltionem violati numinis traditi eſſent, autor fuit primùm reparandæ religionis, deinde etiam libertatis vindicandæ? Quid de Gedeone referam? Quid Samgar commemorem? quid denique Mathathiam filióſque eius, quorum virtus in teterrima Reipub. caligine diráque procella, ipſo ſole clarior enituit? Hi cùm difficil-

Vnius ducis virtus quantum poſsit.

A limis Reipub. temporibus religionem gentemque ſuam tuendas ſuſcepiſſent, tantùm inuicto animi robore & fidei firmitate valuerūt, vt ſuis quidem animum adderent ad propugnandum pro patria; religionem autem inſtaurarent, hoſtes verò peſſimè habitos à ſuis finibus excedere, & ad pacis conditiones rogandas deſcendere compellerent. Hoc igitur Deus Saulis exemplo nos docere voluit, ſpem victoriæ nuſquam abiiciendam eſſe, ſi modo in acie Dei viuentis, & caſtris Eccleſiæ maneamus, & eum ſequamur quem Deus vnxerit, & is enſe munitus ſit: quod, vt inquit Apoſtolus, eſt verbum Dei. Licet enim plura nos ignorare contingat, tamen hæreſum monſtra domabimus. *Labia namque ſacerdotis ſcientiam cuſtodiunt, & legem ex eius ore*
B *requiremus: Angelus enim Domini eſt.*

VERSVS 23.

Egreſſa eſt autem ſtatio Philiſthiim, vt tranſcenderet in Machmas.

PARAPHR. Chal. *Et exiuit dux Philiſthæorum ad vadum Machmas.* Vadum ſcilicet vtramque aciem ſeparabat. Pagninus: *Et egreſſus eſt Præfectus Peliſtim, vt trāſiret vltra Machmas.* Vatablus & Arias *ad tranſitum Machmas.* Tum primùm igitur Palæſtini caſtra mouere cœperunt, & ad Hebræos propius accedere: Et tunc, vt ſcribit Curtius lib. 4. vniuerſa futuri diſcri-
C minis facies in oculis erat, armis inſignib. equi virique ſplendebant, & omnia intentiore cura præparari apud hoſtem ſolicitudine prætorum agmina ſua interloquentium oſtendebatur; ac pleraq; inania, ſicut fremitus hominum, equorum hinnitus, armorum internitentium fulgor, ſolicitam expectatione mentem turbauerant. Ad hunc modum Curtius. Quid ſi & Xenophontis quoque deſcriptionem paulò ampliorem attexamus? Is enim lib. 1. Cyri Minoris expeditionis, Erat, inquit, iam meridies, neque hoſtes conſpici adhuc poterant. Atenim cùm iam adueſperaſceret, pulueris veluti globus conuolui cœptus, in modum albicantis nebulæ: atque is paulatim per totum campum, mutato iam in atrum colore, ſe diffudit. Cùm verò propius acceſſiſſent, æris primò ſplendor
D micare, deinde ſpicula, ac ipſi etiam militum ordines cerni potuerunt. Erant in læuo hoſtilis aciei cornu equites albis loricis tecti, quibus Tiſſaphernes imperare dicebatur. His proximi erat Cetrati: ſuccedebat grauis armatura, ſcutis cratitiis ad imos vſque pedes protecta: Ægyptios eſſe hos aiebant. Inde equites & ſagittarij, atque hi omnes pergentes deſcripti ſingillatim, quadratis agminibus, ac ex omni parte plenis procedebant. Præibant currus, magnis ſinguli interuallis, qui falcati appellantur: falces his ex dolabris ad imos currus in obliquum affixæ prominebant, terram deorſum ſpectantes, quò facilè in quæcunque incidiſſent, diuiderēt, &c. Nam pluribus Artaxerxis copias deſcribit.

Primus hoſtilis aciei conſpectus deſcribitur.

Curtius.

Xenophon

Cæterùm hîc ſtationem exercitum intelligo, non cohortē aliquam, quæ præſidij cauſa miſſa

ſit ad vadum Machmas occupandum. *Statio* autem idcirco totus exercitus dicitur, quod aliquãto tempore prius in Machmas conſediſſet, tanquam diceret: quæ hactenus caſtra ſtatiua extiterant, tum cœpiſſe moueri. *Stationis* nomẽ ſats iamplam ſignificationem habet, pluribuſq; rebus ſolet accommodati. Gothofredus *in l. 15. ff. de iniuriis & famoſis libellis*, varias huius vocis acceptiones commemorat. Eſt locus, inquit, Statio, in quem quis muneris ſui cauſa ſe ſiſtit. Gellius 13. cap. 13. refert Romæ fuiſſe ſtationes ius dicentium & reſpondentium. Eſt igitur ſtatio locus, in quem quis frequenter conuenit audiendi, vel confabulandi, vel reſidendi cauſa. Adde & orandi. Quo ſenſu Tertullianus in lib. De oratione, & Ammianus lib. 28. in fine, ſtationis nomine intelligunt loca, in quibus Chriſtiani ſtantes Dominico die Dominum adorabant: nec enim tunc temporis Deum, vt inquit idem Tertullianus, de geniculis adorabant. Inde etiam ſtationarij dicuntur *in l. 6. C. de dignitatibus*, qui mercium viliſſimarum apo-

Statio dicitur exercitus.

Stationis multiplex ſignificatio.

Gothofre.

Gellius.

Tertull.

A thecas ſecum deferẽtes, certis in locis aliquandiu conſiſtunc emptores operientes. Eodem modo ſtationes Tabellionum *Nouell. 44. cap. 2.* Et ſtationes fiſci, *l. 1. Cod. de compenſat. l. 1. Cod ne fiſcus*. Portus etiam ſtatio dicitur, *l. 59. ff. de verbor. ſignif.* Et à poeta nobili portus importunus dictus eſt *Statio maleſida carinis*. Caſtra igitur etiam ſtatio militum dicetur, & ſtatiua caſtra: & hoc loco, cùm milites caſtris exirẽnt, ſtatio egredi metonymicως dicta eſt. Hanc noſtram ſententiam manifeſtè probant LXX. Interpretes, quorum eſt iſta tranſlatio: *Et egreſſus eſt de ſtatione Philiſtiim trans Machmas.*

Quærunt vada Philiſthæi: hoc eſt, dæmones inuadendi in nos occaſiones quærunt. Vadum eſt, ſpecioſæ mulieris forma oculis obiecta; vadum, vlciſcendæ poteſtas iniuriæ; vadum eſt B ad omne ſcelus, & quidem patens, & apertum, fallendi ſpes atque occultandæ fiducia nequitiæ: his namque mens aliis inacceſſa modis capitur, & in fraudem inducitur.

CAPVT DECIMVMQVARTVM.

ET accidit quadam die vt diceret Ionathas filius Saul ad ado-
leſcẽtem armigerum ſuum: Veni, & tranſeamus ad ſtationem Phi-
liſthinorum, quæ eſt trans locum illum. Parri autem ſuo hoc
ipſum non indicauit. 2. Porrò Saul morabatur in extrema
parte Gabaa ſub malogranato, quæ erat in Magron: & erat
populus cum eo quaſi ſexcentorum virorum. 3. Et Achias
filius Achitob fratris Ichabod filii Phinees, qui ortus fuerat ex
Heli ſacerdote Domini in Silo, portabat ephod. Sed & populus ignorabat quò
iſſet Ionathas. 4. Erant aurem inter aſcenſus, per quos nitebatur Ionathas
tranſire ad ſtationem Philiſthinorum, eminentes petræ ex vtraque parte, & quaſi
in modum dentium ſcopuli hinc & inde prærupti, nomen vni Boſes, & nomen
alreri Sene: 5. vnus ſcopulus prominens ad Aquilonem ex aduerſo Machmas,
& alter ad Meridiem contra Gabaa. 6. Dixit autem Ionathas ad adoleſcentem
armigerum ſuum: Veni, tranſeamus ad ſtationem incircumciſorum horum, ſi
fortè faciat Dominus pro nobis: quia non eſt Domino difficile ſaluare vel in
multis, vel in paucis. 7. Dixítque ei armiger ſuus: Fac omnia quæ placent
animo tuo: perge quò cupis, & ero tecum vbicumque volueris. 8. Et ait Io-
nathas: Ecce nos tranſimus ad viros iſtos. Cúmque apparuerimus eis, 9. ſi
taliter locuti fuerint ad nos, manete donec veniamus ad vos: ſtemus in loco no-
ſtro, nec aſcendamus ad eos. 10. Si autem dixerint: Aſcendite ad nos: aſcenda-
mus, quia tradidit eos Dominus in manibus noſtris, hoc erit nobis ſignum.
11. Apparuit igitur vterque ſtationi Philiſthinorum: dixerúntque Philiſthiim:
En Hebræi egrediuntur de cauernis, in quibus abſconditi fuerant. 12. Et lo-
cuti ſunt viri de ſtatione ad Ionatham, & ad armigerum eius, dixerúntque:
Aſcendite ad nos, & oſtendemus vobis rem. Et ait Ionathas ad armigerum
ſuum: Aſcendamus, ſequere me: tradidit enim Dominus eos in manus Iſrael.
13. Aſcendit autem Ionathas manibus & pedibus reptans, & armiger eius poſt
eum. Itaque alii cadebant ante Ionatham, alios armiger eius interficiebat ſequens
eum. 14. Et facta eſt plaga prima, qua percuſſit Ionathas, & armiger eius,
quaſi viginti virorum in media parre iugeri, quam par boum in die arare conſue-
uit. 15. Et factum eſt miraculum in caſtris, per agros: ſed & omnis populus
ſtationis eorum, qui ierant ad prædandum, obſtupuit, & conrurbata eſt terra,
& accidit quaſi miraculum à Deo. 16. Et reſpexerunt ſpeculatores Saul, qui

Digitized by Google

erant in Gabaa Beniamin , & ecce multitudo proſtrata , & huc illúcque diffu-
giens. 17. Et ait Saul populo, qui erat cum eo: Requirite, & videte quis abierit
ex nobis. Cúmque requiſiſſent, reperrum eſt non adeſſe Ionatham, & armigerum
eius. 18. Et ait Saul ad Achiam: Applica arcam Dei. (Erat enim ibi arca Dei in
die illa cum filiis Iſrael.) 19. Cúmque loqueretur Saul ad ſacerdotem, tumul-
tus magnus exortus eſt in caſtris Philiſthinorum : creſcebárque paulatim, & cla-
riùs reſonabat. Et ait Saul ad ſacerdotem: Contrahe manum tuam. 20. Con-
clamauit ergo Saul, & omnis populus, qui erat cum eo, & venerunt vſque ad lo-
cum certaminis: & ecce verſus fuerat gladius vniuſcuiuſque ad proximum ſuum,
& cædes magna nimis. 21. Sed & Hebræi qui fuerant cum Philiſthiim heri &
nudiuſtertius, aſcenderántque cum eis in caſtris, reuerſi ſunt vt eſſent cum Iſrael,
qui erant cum Saul & Ionatha. 22. Omnes quoque Iſraelitæ, qui ſe abſconde-
rant in monte Ephraim, audientes quòd fugiſſent Philiſthæi, ſociauerunt ſe cum
ſuis in prælio. Et erant cum Saul, quaſi decem millia virorum. 23. Et ſaluauit
Dominus in die illa Iſrael. pugna autem peruenit vſque ad Bethauen. 24. Et
viri Iſrael ſociati ſunt ſibi in die illa: adiurauit autem Saul populum, dicens: Ma-
ledictus vir, qui comederit panem vſque ad veſperam, donec vlciſcar de inimicis
meis. Et non manducauit vniuerſus populus panem: 25. omnéque terræ vul-
gus venit in ſaltum, in quo erat mel ſuper faciem agri. 26. Ingreſſus eſt itaque
populus ſaltum, & apparuit fluens mel, nullúſque applicuit manum ad os ſuum.
timebat enim populus iuramentum. 27 Porrò Ionathas non audierat cùm ad-
iuraret pater eius populum : extenditque ſummitatem virgæ, quam habebat in
manu, & intinxit in fauum mellis: & conuertit manum ſuam ad os ſuum, & illumi-
nati ſunt oculi eius 28. Reſpondéníque vnus de populo, ait: Iureiurando con-
ſtrinxit pater tuus populum, dicens: Maledictus vir, qui comederit panem hodie.
(defecerat autem populus) 29. Dixitque Ionathas: Turbauit pater meus terram:
vidiſtis ipſi quia illuminati ſunt oculi mei, eo quòd guſtauerim paululum de melle
iſto: 30. quanto magis ſi comediſſet populus de præda inimicorum ſuorum,
quam reperit? nónne maior plaga facta fuiſſet in Philiſthiim? 31. Percuſſerunt
ergo in die illa Philiſthæos à Machmis vſque in Aialon. Defatigatus eſt autem
populus nimis: 32. & verſus ad prædam tulit oues, & boues, & vitulos, & ma-
ctauerunt in terra: comeditque populus cum ſanguine. 33. Nunciauerunt autem
Sauli dicentes quòd populus peccaſſet Domino, comedens cum ſanguine. Qui
ait: Præuaricati eſtis: voluite ad me iam nunc ſaxum grande. 34. Et dixit Saul:
Diſpergimini in vulgus, & dicite eis vt adducat ad me vnuſquiſque bouem ſuum
& arietem, & occidite ſuper iſtud, & veſcimini, & non peccabitis Domino come-
dentes cum ſanguine. Adduxit itaque omnis populus vnuſquiſque bouem in manu
ſua vſque ad noctem: & occiderunt ibi. 35. Ædificauit autem Saul altare Do-
mino; túncque primum cœpit ædificare altare Domino. 36. Et dixit Saul: Irrua-
mus ſuper Philiſthæos nocte, & vaſtemus eos vſquedum illuceſcat manè, nec relin-
quamus ex eis virum. Dixítque populus: Omne quod bonum videtur in oculis tuis,
fac. Et ait ſacerdos: Accedamus huc ad Deum. 37 Et conſuluit Saul Dominum:
Num perſequar Philiſthiim? ſi trades eos in manus Iſrael? Et non reſpondit ei in die
illa. 38. Dixítque Saul: Applicate huc vniuerſos angulos populi: & ſcitote, &
videte per quem acciderit peccatum hoc hodie. 39. Viuit Dominus ſaluator Iſrael,
quia ſi per Ionatham filium meum factum eſt, abſque retractatione morietur.
Ad quod nullus contradixit ei de omni populo: 40. Et ait ad vniuerſum Iſrael:
Separamini vos in partem vnam, & ego cum Ionatha filio meo ero in parte altera.
Reſponditque populus ad Saul: Quod bonum videtur in oculis tuis, fac. 41 Et dixit
Saul ad Dominũ Deum Iſrael: Domine Deus Iſrael da indicium: quid eſt quòd non
reſponderis ſeruo tuo hodie? Si in me, aut in Ionatha filio meo eſt iniquitas hæc, da
oſtenſionem: aut ſi hæc iniquitas eſt in populo tuo, da ſanctitatem. Et deprehenſus eſt
Ionathas & Saul, populus autem exiuit. 42. Et ait Saul: Mittite ſortem inter me, &
inter Ionatham filium meum. Et captus eſt Ionathas. 43. Dixit autem Saul ad Iona-
tham: Indica mihi quid feceris. Et indicauit ei Ionathas, & ait: Guſtans guſtaui in
ſummitate virgæ, quæ erat in manu mea, paululum mellis, & ecce ego morior. 44. Et
ait Saul: Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, quia morte morieris Ionatha. 45. Di-
xítque populus ad Saul: Ergóne Ionathas morietur, qui fecit ſalutem hanc magnam in

Iſrael? hoc nefas eſt: viuit Dominus, ſi ceciderit capillus de capite eius in terram, quia
cum Deo operatus eſt hodie. Liberauit ergo populus Ionatham, vt non moreretur.
46. Receſsitque Saul, nec perſecutus eſt Philiſthiim: porrò Philiſthiim abierunt in
loca ſua. 47 Et Saul, confirmato regno ſuper Iſrael, pugnabat per circuitũ aduerſum
omnes inimicos eius, contra Moab, & filios Ammon, & Edom, & reges Soba, & Phili-
ſthæos: & quocumq; ſe verterat, ſuperabat. 48. Congregatóque exercitu, percuſſit
Amalec, & eruit Iſrael de manu vaſtatorum eius. 49. Fuerunt autem filij Saul, Iona-
thas & Ieſſui, & Melchiſua: & nomina duarũ filiarum eius, nomen primogenitæ Me-
rob, & nomen minoris Michol. 50. Et nomen vxoris Saul, Achinoam filia Achimaas:
& nomen principis militiæ eius Abner, filius Ner, patruelis Saul. 51. Porrò Cis fuit
pater Saul, & Ner pater Abner, filius Abiel. 52 Erat autem bellum potens aduerſum
Philiſthæos omnibus diebus Saul. Nã quemcumque viderat Saul virum fortem, &
aptum ad prælium, ſociabat eum ſibi.

VERSVS I.

Et accidit quadã die vt diceret Ionathas filius Saul ad adoleſcẽtem armigerum ſuum: Veni, & trãſeamus ad ſtationem Philiſthinorũ, quæ eſt trans locũ illũ. Patri autẽ ſuo hoc ipſum nõ indicauit.

HOc caput diuidi poteſt in tres partes: quarũ in prima agitur de prælio à Ionatha concitato: in altera de expeditione Saulis, & profligatione Palæſtinorũ: in tertia de liberatione Ionathæ, cùm patris iuſſa violaſſet.

Tranſlationes huius loci ferè conueniunt, & ſi quid eſt diſcriminis, vtique leuioris momenti eſſe videtur: quàm vt à nobis notari neceſſe ſit: faciam tamen quandoquidem nonnullos velle intelligo. Igitur *Adoleſcentem armigerum ſuum* B Chald. Paraph. interpretatur *puerum portantem arma ſua*. Pagninus *armigerum* ſcripſerat cum Volgata, Arias apud eundem *ferentem vaſa ſua* maluit. *Tranſeamus*. Vatabli Editio Salmantic. *Penetrabimus*. In aliis editionibus cum Vulgata conſentit. *Ad ſtationem*. Pagninus *ad præfectum*, Arias *ſtationem* reſtituit. Vatablus *præſidium* vertit, & addit in Ecphraſi: Vox Hebræa ſignificat congregationem militum fortiſſimorum & armatorum egregiè collocatorum in prima acie, vt excipiant impetus. *Trans locum illum*. Chald. Paraphr. *illic vltra*. Arias apud Pagninum *à tranſitu iſto*. Vatablus Salmantic. *è regione huius [loci.]* & in Ecphraſi: *in latere illo*: (remoto ſcilicet:) C Græca Complutenſis, *τῷ παιδαρίῳ τῷ αἴροντι τὰ σκεύη αὐτοῦ*. puero ferenti arma eius. *καὶ διαβῶμεν εἰς τὴν ὑπόστασιν. & tranſeamus in ſtationem*. Regia pariter conſentit. Aldina, *εἰς μεσσὰβ*. reliqua cõſonant. Antuerpiana Laurentij, & Romana, *Ad Meſſab*. Ibi Flaminius in Notis. Complut. *εἰς τὴν ὑπόστασιν, Ad ſtationem*, quod habet Vulgata, & eſt interpretatio illius dictionis Hebraicæ. Eadem varietas eſt paulo poſt, vbi etiam Theodoretus habet *ὑπόστασιν*.] Iam ſupra eandem vocem Matſab מצב Vatablus expoſuit. Nos textum ipſum exponamus.

Varia tranſlationes.

DIXIT *Ionathas ad adoleſcentem armigerum ſuum.*] Armiger eſt qui lanceam, ſcutum, galeámque ferens, armatum equitem ſequitur, peditem præcedit. Tales fuere apud antiquos ſummi viri Patroclus quidẽ Achillis, & Acha-

Armiger.

A tes Æneæ, Saulis autem Dauid. Porrò armigeri ætatẽ deſignauit opiſor, non tam vt animi leuitatẽ ac temeritatẽ exprobraret, quàm vt miraculi magnitudinẽ cõmendaret. Etenim tã egregium facinus tam feliciter confectum, proculdubio duorum adoleſcẽtium (nam nec ipſe Ionathas admodum ætate prouectus erat) prudẽtiam ſuperauit. Quanquam enim illi ætati audacia, promptitudo, atq; alacritas non deſit, ipſa tamen deeſt maturioris ætatis comes prudẽtia: ſine qua nullus magni momenti cœptus perfici poteſt. Arma hic Hebraicè כלים *chelim*. Hinc Latinum *Cala* vt Scaligero placet, id eſt fuſtis: & *Calones*, ſerui qui militum inſtrumẽta bellica lignea ferebant, vel ipſis ligna & alia neceſſaria miniſtrabant. *τὰ σκεύη* Græci vertunt, id eſt vaſa: nam hoc ipſa vox Hebraica propriè ſignificat: arma tamẽ etiam in Scripturis ſæpiſſimè. Non B ſunt tamen pares habẽdi gregariorum militum calones cum ducũ armigeris, tametſi ipſi quoque vaſa belli ferrẽt, ſed quæ pugnãti domino in acie neceſſaria eſſent. Arma, inquit Feſtus, propriè ab armis dicuntur, id eſt humeris depẽdentia, vt ſcutũ, gladius, pugio, ſica, & ea quibus propè prçliarur, ſicut tela quib. procul. Eſt autẽ armus cõmiſſura brachiorũ ab humeris. Scuta propriè olim arma dicta foiſſe vult Scaliger in Varronem; vt Tarpeia virgo necata fuit armis Sabinorum, i. ſcutis, quòd in armo gererentur. Et fortaſſis tales erant apud antiquos armigeri, quales nunc vocantur à nobis ſecundæ claſſis nobiles, qui ſcutiferorum nomine gloriantur.

Arma.

Scaliger in Varronem.

VENI, *& tranſeamus ad ſtationem Philiſt.*] Oratio adhortãtis eſt, non iubentis. Neq, enim inuitus eò ducendus fuit, ſed exploranda prius illius animi fortitudo atq; cõſtantia, ne citò territus ad primũ hoſtiũ conſpectũ pedẽ referret. *Tranſeamus*. Hoc eſt, Vltrò nos aggrediamur. Profectò non abſq; numinis inſtinctu id cepiſſe conſilij Ionathan veriſimile eſt, vt hoſtem inuaderet. Nam quæ tanta viri audacia fingi poteſt, vt ſolus vno comite, in hoſtium ſtationem irrũperet? Ne Hercules quidem, ait ille, contra duos. Nec verò ſperauit, vt in ſequẽtib. audies, ſõno vinoq; ſepultos opprimere: aut nocte ſilẽti, & tenebrarũ beneficio fallere vindices: ſed in vigiles excubias incurrit, & ipſis cernẽtibus atque prouocantibus palàm & clara luce adortus eſt. O factum ſingulare, & dignum quod ſeculorum omniũ memoria ac laude celebretur.

Ionathæ animi magnitudo planè diuina.

Nam alios quidem tum Hebræos tum aliarum gentium duces & milites, cùm ab aduerſariis vrgerentur, plutibus obſtitiſſe hiſtoriæ prodiderunt. Suum Coclitem Romani iactant, Hebræi 2. Reg. cap. 23. ſuum Samma prædicant, de quo ibidem legimus, quòd reliquis in fugam verſis ſolus in agro ſteterit, eumque tutatus ſit, & complures Palæſtinorum neci dederit, & fecerit Dominus ſalutem magnam in die illa. At qui ſolus, vel vno ſtipatus comite, palã & abſque inſidiis, clam verò ſuis ita vt ne auxilium quidem vllum periclitanti afferri poſſet, hoſtiles copias ad certamen comparatas in ipſa ſtatinne caſtrorum laceſſiuerit, vix vnquam teperies. Hinc verò apparet quàm ſit infirma hominum virtus, quamque nullo negotio, ſi Deus adiuuet, hoſtiles impetus cohiberi poſſint. Duo ſiquidem, aut etiam vnus, ad victoriã ſufficiunt: nec vllus quantumuis licet numeroſus exercitus, vel vni cuipiam obſiſtere poteſt, quem Deus ſuo fauore proſequatut. Hebræi metu perculſi, antra & cuniculos paulò ante ſubierant, & de ſuis viribus diffiſi ſolis inaceſſis rupibus ſuam ſalutem cõmiſerant: miles terrore attonitus regem & caſtra deſeruerat, pars etiam infeſta ſigna ſequebatut: quis non modò iam de victoria, ſed etiam de totius Reipub. ſalute deſperaret? En tamen vt vnus Ionathas, cùm in confertiſſimas hoſtium phalanges impetum feciſſet, tanto eas ſtupore affecit, tanta formidine milites de rationis ſtatu deturbauit, vt vertigine atqoe furore correpti, alter alterius enſe caderet, ac penè omnes mutuis vulneribus confoderentur.

Cæterùm, vt etiam notat Vermilius, pulchra antitheſis obſeruari poteſt inter Saulem & Ionathan. Saul fractus eſt & debilitatus metu, cùm omnem Iudæam videret à Palæſtinis deuaſtari, tamen nõ eſt auſus ſe opponere. Contrà autem Ionathas non multitudine militum, ſed promiſſione Dei fretus, vno tantùm armigero comitatus iuit in hoſtem. Hinc apparet & vis fidei, & debilitas diffidentiæ. Videri autem poſſe Ionathas temerè feciſſe, qui vno comitatus milite tot hoſtium millibus ſe obiecerit. Deinde etiam loca ipſa erant non tam ſtudio & opere, quàm natura ipſa & ſitu munita. Videri ergo poſſet Ionathas facinus tentare ſupra naturam. Quanquam nihil ille temerè aot inconſideratè facit. Nitebatur enim promiſſionibus Dei, quas audierat à Deo populo ſuo datas in Deuteronomio: fore, vt ſi timerent Dominũ, *vnus ex ipſis perſequeretur mille, & duo decem millia*: quo loco ſciebat numerum finitum poſitũ eſſe pro infinito. Nam Palæſtini habebant triginta millia curruum, & pedites inſtar arenæ. Deum tamen ille non dubitauit quemuis numerum, quantumuis magnum delere poſſe. Adhæc in Deuteronomio, ſi magnus videretur eſſe numerus hoſtium, ſacerdos iubebatur denuntiare populo, *ne quid timerẽt*. Quòd ſi à Saule factum non fuerit, tamen veriſimile eſt Ionathan de ea re cogitaſſe. Poſtremò meminerat Deum promiſiſſe Iſraëlitis, ſi timerent ſe, *hoſtes venturos per vnam viam, & per ſeptem vias fugituros*, perterritos videlicet & conſternatos, vt ſolet fieri, cùm acie diſſipata, quiſque ſibi ſine duce conſulit. Huc acceſſerat peculiaris promiſſio, fore vt populus ſub Saule rege liberaretur à Palæſtinis. Cùm ergo non ſuis viribus Ionathas fiſus ſit, ſed Deum vocantem ſit ſequutus, non poteſt videri temerè feciſſe. Virtus enim ea eſt, non temeritas, ſequi vocationem ſuam, & promiſſionem Dei.

Vis fidei, & debilitas diffidentiæ.

PATRI *autem ſuo non indicauit.*] Quare non indicauit? Aut quia verebatur, vt cenſet Toſtatus, ne pater temeritati tribueret, & à cœpto reuocaret, vel ſaltem plures egregij facinoris ſocios adderet, quæ res miraculi magnitudinẽ imminueret: Aut quia tametſi à Deo ſe incitari intelligeret, necdum tamen ſatis comperetat quis pugnæ euentus futurus eſſet. Quare cùm adhuc dubius & incerta ſpe penderet, rem patri aperire noluit; ne ſi fortè non ſuccederet, temerarius audiret, & pudore ſuffunderetur. Ego propterea ſuos cœptus cum patre non communicaſſe arbitror, quod ad captandum omen ex ipſo hoſtium ſermone incitaretur, quod quale futurum eſſet, certò non nouerat. Vt primùm autem illud accepit, & ſimul oblata eſt rei gerendæ occaſio, quod comperiſſet, non locus, non tempus, non ardor, non præceps ratio ſiuit ad patrem referre. Sed quoniam Vermilius optimi iuuenis exemplo abuti voluit ad perdendam Eccleſiam, idcirco nobis opus erit ad verberandum os illud ferreum, & reprimendam hominis impudentiam, in his paulo diutius immorari.

Toſtatus.

An peccarit Ionathas inconſulto patre cum hoſte dimicans: Et, An eius exemplum hæreticorum temeritati atque audacia faueat, qui inconſulto ſummo Pontifice in Eccleſiam irrumpunt, reformandi, vt quidem videri volunt, atque euangelizandi gratia.

VERMILIVS: Sed cur, inquies, Ionathas patrem ſuum antè non conſuluit? Quoniam erat inſtinctus & incitatio Dei. Qui autem à Deo ad aliquid faciendum commouentur, non debent aliorum ſententias expectare. Quare vehementer errant Papiſtę, cùm dicunt in inſtauranda Eccleſia expectandum eſſe generale Concilium. Nam ſi certi ſumus de voluntate Dei, non debemus multum curare, quid homines ſentiant, aut velint. Si Ionathas expectare voluiſſet iudicium patris, nihil feciſſet. Et noſtri homines ſi rem ad Concilia Epiſcoporum, & Principum referre voluiſſent, nunquã veram religionem inſtauraſſent. Ita Chriſtus reſpondit cuidam detrectanti vocationem, *ſine mortuos ſepelire mortuos ſuos.* Tu certus es de vocatione tua: illos mitte: *tu me ſequere.* Gedeon cùm primùm intelligeret voluntatem Dei, nõ conſuluit patrem, ſed ſtatim occidit taurum, & idolum Baalis euertit. Sed dices, non licet militi iniuſſu Imperatoris pugnare in hoſtem. Nam ob eam cauſam Torquatus filium ſuum plexit

Vermilij temeraria ratiocinatio.

PATRI AVTEM SVO NON INOICAVIT.

capite. Fateot equidem eam eſſe diſciplinam caſtrenſem. Verùm hoc ſtratagema non humanum fuit, ſed diuinom. Itaque Ionathas non debuit ordinaria, & vſitata ratione agere. Hactenus Vermilius.

Apoſtolus contrariam Vermilio ſententiam probauit & docuit.

Huius ego viri impudeotiam ſatis mirari non poſſum, qui neget in iis, quæ ad religionẽ pertinent, ſanctæ matris Eccleſiæ, quam ſolet in Concilio generali proferre ſententiam expectandam: nam ſempet Apoſtolus ex contrario ſenſit, & cum hoc errore ſtylo, moribuſq; ſuis pugnauit. Ad Galat. 2. cap. *Aſcendi autem*, inquit, *ſecundum renelationem: & contuli cum illis Euangelium quod prædico in Gentibus, ſeorſum autem iis qui videbantur aliquid eſſe: ne fortè in vacuum currerem aut cucurriſſem.* Superiori etiam capite præſentiſſimum aduerſus hæc venena nouitatis antidotum parat, cùm ait verſu 9. *Sicut prædiximus & nunc iterum dico: Si quis vobis euangelizauerit prater id quod accepiſtis, anathema ſit.* Cuius dicti rationem reddit ſanè luculentam 2. ad Corinth. ca. 11. Quo loco Vermilij affectarumque eius artes & fraudulentum ingenium graphicè deſcribit. *Eiuſmodi enim*, inquit, *Pſeudoapoſtoli ſunt operarij ſubdoli, transfigurantes ſe in Apoſtolos Chriſti. Et non mirum: ipſe enim ſatanas transfigurat ſe in angelum lucis.* Quæ cùm ſæpius, vt teſtatur fidelibus inculcatet, idem quoque reipſa exemploque comprobauit. Nam cùm Antiochiæ plures cum eo & Barnaba de ſoluẽdis à lege Gentibus minimè conoenirent, Eccleſiæ iudicium experiuit, & perreſit Ieroſolymam, vt coacto Apoſtolorum Presbyterorumque concilio, eorũ autoritate quæſtionis nodũ diſſoluetet. Illuc cùm ipſe veniſſet: *Conuenerunt*, inquit Lucas Actor. 15. *Apoſtoli & Seniores videre de verbo hoc*, neque horum qoiſquã Concilij cenſuram repudiauit: non Pettus, qui viſis ac portentis incitatus primitias Gentium Chriſto conſecraoerat; non Paulus, ab ipſo Deo in cæli ſchola ſupta naturam diuina myſteria edoctus, & cui, vt ipſe ait, in hac parte nemo mortalium quicquam contulerat: non Ioannes, qui in pectus Domini perquàm familiariter iocubuerat, & de patris theſauro verbi ſapientiam potauerat: non alius quiſquam è ſoblimi choro Apoſtolorum, quos Spiritus S. palàm ac manifeſtè afflauerat, & omnia docuerat, quemadmodom ita facturum dudum veritas ipſa ſpopooderat: quin potius ſimul omnia conferentes, cõmuni conſilio decreuerunt, diceotes: *Viſum eſt Spiritui ſancto, & nobis*, &c. Hæc cùm ita ſint, Vermili, quæ tandem demenria illa tua eſt, nõ modò generalis Concilij ſeotẽtiam expectare oolle, ſed etiam docere aſpernandam? Neque enim ſe nouos Apoſtolos olim miſſurum Chriſtos repromiſit; neque recentius aliud teſtamentũ condeudum prædixit; neque Chriſto tanquam exoleto alterum ſoffectum iri, qui *noua* iterum, vt quondam de ſe teſtatus eſt, *faciat omnia*. Neque verò ſi id foturum eſſet, ſine teſte ſine probatiooe eum te eſſe credetemus. Inſtinctu dæmonis, non nominis afflato correptus, ea tentare auſus es, quæ nemo ſapiens vnquam probaoit.

Atqui ſi certi ſumus, inquit, de voluntate

A Dei, non multùm cutate dehemus quid homines ſentiant aut velint. Quid ſi abs te quæram quo argumento deptehenderis? Nam plures, vt experientia probat, cùm ſe certos eſſe putarent, decepti ſunt. Deinde, vt tu certus ſis, certè nihil proficies, niſi me quoque certum teddideris. Hoc verò qua ratiooe efficies, ſi neq; tu quemadmodum Apoſtoli ſolebant, miracula edas, neque commuoi Eccleſiæ ſuffragio nitaris, vti faciunt qui in Eccleſia Catholica populum erudiendum ſuſcipiunt? Vtar inquis, verbi Dei teſtimonio. Bene eſt. Vt tamen hoc tibi credam, diuinum eſſe ſermonẽ quem prædicas, dic quo indicio explorem. Oportet igitut, aut iis operibus quæ ſupra naturam ſunt, & ſolum Deum autorem hsbent, omnem mihi ſcrupulum eximas; B aut certè Catholicæ Eccleſiæ autoritate fretus ſis: quam ſolum neque falli neque fallete, vt pote quæ inuicta Petri fide nixa ſit, ab ipſo Chriſto didicimus. Vetumenimuerò operæ pretium erit audire, qoibus tandem exemplis errorem ſuum confirmet. Cuidam ait detrectanti vocationem ſuam Chriſtus reſpondit, *Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos.* Quàm ſit hæc hiſtoria ad propoſitum nemo non videt. Nam qua de re agebatur? Chriſtus hominem ad ſo vocauit, vt ſe ſequeretur impetauit. Ille ſe facturum mox annuit: vnum tantùm otabat, ſe veliceret ſuprema parentibos officia perſoluere. Negat Chriſtus ſe permiſſurum, iubetque potius ſibi opetam det, & in Euangeliom nauiter incumbat. *Sepeliant*, inquit, *mortui ſuos mortuos.* C Quid hoc ad inoouandę religionis temeritatem pertinet? Quid veſtrum conatum iuuat? Num ille conſilium à patre quæſiturus redire cupiebat? Num pater illius, œcumenicæ Synodi vicem gerebat? Num fottè qui Chriſtum præſentem habebat, quem ex operibus verè Dei filium agnoſcebat, an eidem fides adhibenda eſſet quemquam conſulendum putabat? Deinde vt ambigeret, num relicto patre Chriſto ſe comitem adiungeret, vt eum tamen doctrinæ Chriſti cenſorem adhiberet non poſtulauit. Poſtremò, quid Chriſtus reſpondeat, attende. *Sine*, inqoit, *mortuos ſepelire mortuos ſuos.* Túne igitut Eccleſiam Chriſti ſponſam mortuam cenſes, quam Chriſtus ſoo corpore paſcit, cui ſua morte vitam immortalem parauit? Viuit D illa, nec intetim dom Chriſtus corpore peregrinatut, ſeu potius corporis oculis laret, quicquam in domo ſponſi abſque dominæ imperio geritur. Siue enim nos Dei ſeruos, ſiue potios chariſſimos filios appellandos cenſueris, vtroſque par eſt eum honorem Chriſti patris ac Domini noſtri ſponſæ habere, vt nihil qood ad familiæ œconomiam ſpectet, abſqoe eiuſdem cõſcientia fiat. Itaque, ſi qua noua difficultas occurrat, ſi qua parte diſciplina labet, aut fides ipſa deprauari videatur, ipſa primùm monenda eſt, & quod ſtatuerit omni ſtodio ac diligentia procurandum. Quanquam quod ad morum cotruptelas attinet, dudum illas ſanctiſſimis legibus reſecandas curauit, quæ nobis ſequendæ ſunt, ac pro certa regula habeodæ. Quod ſi etiã fidei recèns aliquis error inſidias ſtruat, ſola eſt Eccleſia quæ ſponſi mentem perſpicuè nouit,

PATRI AVTEM SVO NON INDICAVIT.

Diſſoluitur argumentũ quod petitur à vocatione ſpeciali & occulta.

Explicatur teſtimonium ex Euangelio prolatũ.

reſque illius omnes exploratas habet: ſola, cuius fidei detrahere in rebus fidei nunquam licet. Quare etiam præ omnibus nobis audienda eſt, ſiue potios in illa Chriſtus, cuius illa claues poſſidet, vt cæli myſteria pandat.

Gedeonis factum diſcutitur.

At Gedeon, inquit præterea, cùm eſſet ab Angelo admonitus, inconſulto patre Baalis aram euertit. Quid igitur opus eſt Eccleſiæ cõſilio, cùm à Deo prouocamur ad religionem inſtaurandam? Túne ergo nullam teropotum rationem habendam cenſes? Túne Synagogam pariter cum Eccleſia miſcebis? Et lex illa vetus, quæ *ad perfectum adduxit nihil*, vt inquit Apoſtolus, æquo iure cum Euangelica certabit? Dic ſi quo loco legiſti, *Aaron non deficiet fides tua*: aut etiam illud, *Tibi dabo claues regni cælorum*, &, *Quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cælis*, &c. Dic ſicubi de Synagoga te legiſſe memineris, Portę inferi non præualebunt aduerſus eam. Deinde, quid Gedeon? In ædem Baal impetum fecit: tu verò irrumpis in Eccleſiam; veterum inſtituta condemnas; Apoſtolorum traditiones conuellis; Eccleſiæ leges abrogas; cedò nunc qua tibi aditum ad eam patefeceris, qua ingreſſus ſis. Nam ſi portâ in Eccleſiam introiſti, neceſſe eſt eam tibi Petrus aperuerit, qui claues à Chriſto accepit. Quòd ſi eius negas ſententiam expectandam, nec ille tibi ſacra limina reſerauit: ſed cùm irrumperes, ipſas fores effregiſti. Quod ſi fieri poteſt, non enim aduerſus Eccleſiam portæ inferi præualent: conſequens eſt, vt Chriſtus loquitur, aliunde aſcenderis. Iam verò qui huiuſmodi eſt, non paſtor, ſed fur & latro eſt: qui non venit niſi vt furetur, & mactet, & perdat. Quis igitur à te ſibi magnopere cauendum non exiſtimet, tametſi ſyncetæ religionis inſtauratorem ac vindicem teipſum prædices? Deinde, illud erat obſcurum ſcilicet, an cuilibet legem recipienti idolorum aræ, luci, ac delubra euertenda forent, etiamſi ab angelo excitatus non eſſet. Poſtremò, quî patrem conſuleret Gedeon, cùm is fortè pariter ſuperſtitioni ſtuderet? Porrò Catholici, quanquam eum honorem, quem Deus iuſſit, patri ac matri habendum ſtatuant, ſanguinis tamen cultum à fidei religione ſecernunt: & parentes quidem rei familiari ac domeſticis curis præſidere docent, Eccleſiarum verò præſules, atque in his præcipuè ſummũ Pontificem, quem Chriſti filij ideo ſuum patrem agnoſcũt, quòd eius vices gerat in terris: Eccleſiæ adminiſtrationi præeſſe, & nauiculæ Petri clauum regere decernunt. Sed iam tandem

Exemplum Ionathæ hæreticorum ſacrilegã temeritatem non fouet.

Ad Ionathan reuertamur. Quid habet eius factum commune cum religione? Hoc quippe oſtendere Vermilius debuerat, vt animaduertendi in nos cauſam aliquã probabilem nactus eſſe videretur. Qoid enim Ionathas? An ille ſacrorum leges irritas eſſe iuſſit? An ſacerdotibus autoritatem detraxit? Sacramentorum numerum imminuit? Sed quid ab eo extra ordinem tentatum eſt, quod ſpectet ad religionem? Nihil penitus. Sed hoc quodcunque eſt quod ipſe fecit, ad belli rationem pertinuit. Neque tamen ſatis conſtat, hoc ipſum quod inſcio patre profectus eſt, laudare debeam an vituperare. Tametſi enim illius fidem atque animi celſitudinem nemo ſatis prædicare poſſit, nihil tamen cogit pariter de eiuſdem clandeſtina profectione ſentire. Veruntamen duabus rationibus à culpa excuſari poſſe videtur. Prima eſt, quòd cùm eſſet à patre dux patris exercitus inſtitutus, in pleriſque ſumma poteſtate vteretur. Nam & prius inconſulto patre præſidium Philiſthinorum expugnauerat, nec tamen in vllam reprehenſionem incidit: & modò cùm iterum clam eodem in hoſtes irruiſſet, nuſquam, quod tantum facinus auſus eſſet, vel verbo tenus à patre correptus eſt: quo argumento probare poſſumus, nil eum contra leges moremque caſtrorum feciſſe. Hanc olim ſummam in Rep. poteſtatem Romani ſuis Conſulibus hac formula ſanciebant: Videant ne quid Reſpub. detrimenti capiat. Talem igitur poteſtatem atque imperium cùm Ionathas à patre accepiſſet, vt quod è re eſſe videretur, pro virili ſua parte perageret; quod eo ignorante hoſtes laceſſiuit, nihil in patrem legéſve caſtrorum peccauit. Altera ratio eſt, quod videatur à Deo ad clandeſtinam hanc expeditionem miſſus extra ordinem. Nam cœptum illius non vno miraculo comprobrauit. Quòd ſi vel vnum feciſſet Vermilius, cùm primùm Eccleſiæ perniciem moliri cœpit, erroris ſui plures fautores habuiſſet. Neque tamen propterea, vt verum fatear, non vereor ne accuſari meritò poſſit, quòd minimè conſcio patre rem tantam aggreſſus eſt. Nam quod forſitan extimuit, ne formidine periculi ab eo impediretur, non ſatis digna excuſatio eſt quæ eum à culpa liberet; cùm idem non ita multò poſt Dauidi vix dum ex ephebis egreſſo, inermi ac rerum bellicarum imperito, ſingulari certamine cum gigante experiri permiſerit. Hoc igitur ſecum reputare debuit, eundem qui ſibi eam mentem atque alacritatem inſpiraſſet, patris quoque voluntatem eodem inflexurum. Itaque etiam poſtea ob eam incuriam in aliud crimen labi permiſſus eſt, ne bono alioquin operi ſi quid delicti admiſtum eſſet, legitima cenſura deeſſet. Si hoc non placet, alius eſto iudex controuerſiæ: nam ego quidem huic tantæ quæſtioni me imparem eſſe ſentio: magis tamen ad eam ſententiam accedo, vt credatur deliquiſſe.

Non ſatis conſtat an Ionathas peccarit, cùm in hoſtem clam ſuo patre irruerit.

VERSVS 2.

Porrò Saul morabatur in extrema parte Gabaa, ſub malogranato, quæ erat in Magron: & erat populus cum eo quaſi ſexcentorum virorum.

Varia lectio.

IN *Migron*.] Complut. & Regia, *In agro Gabaa*. Vatablus editionis Salmantic. *Sub Rimon quæ eſt in Migron*. Romana, *Et Saul ſedebat ſuper ſummitatem collis, ſub malogranato*, &c. Quod habet Aldina, ἐκάθητο ἐν τῷ βουνῷ ὑπ' ἄκρον τοῦ βουνοῦ ὑπὸ τὴν ῥοάν, &c. In colle in ſummo collis. Complut. breuius, ἐπάνω τοῦ βουνοῦ.

I N *extrema parte Gabaa ſub malogranato.*] In ſummo collis vertice. In iugum montis ſe receperat Saul, quia cùm paucis ſtipatos eſſet, temerarium & audax videbatur in campum deſcendere: itaque locum natora monitiſſimom occupat. *Gabaa* autem, non tantùm nomen commune eſt collibos & terræ tumulis, ſed etiam huius loci proprium.

Arbores nobiles.

S V B *malogranato.*] Plures nobiles arbores Scriptura commemorat, à quibus nonnulla loca denominata ſunt. Suprà cap. 10. meminit *quercus Tabor.* Infrà cap. 17. *vallis terebinthi*, quæ ab ea arbore nomen accepit. Hoc loco eadem ratione *mali punica* fit mentio, ad deſignandum locum. Iudic. 4. *palma* illa celebratur, qua famoſa Debbora, cùm eſſet iuris antiſtes, & populi cauſas cognoſceret, pro tribunali vſa eſt. B Et ſexto cap. quercus altera Ioas patris Gedeon in Ephra, ſub qua Angelus ſediſſe perhiberur, cùm primùm Gedeonem ſalutaret.

Varro. *Mirabiles quædam arbores.*

Varroni alia ratio fuit celebrandi nonnullas arbores, qoas commemorat. lib. 1. De re ruſtica, cap 7. Cretæ, inquit, ad Cortyniam dicitur platanus eſſe, quæ folia hyeme non amittat. Itemque in Cypro, vt Theophraſtus ait, vna item Sybari, qui nunc Thurij dicuntur, quercus ſimili eſſe natura, quæ eſt in oppidi conſpectu. Item cootià atque apud nos fieri ad Elephantinem, vt neque ficus neque vites folia amittãt. Propter eandem cauſam multa ſunt bifera, vt vites apud mare Smyrnæ, malus bifera, vt in agro Conſentino. C Hactenus Varro.

Pauſanias. *Arbores vetuſtate nobiles.*

Nonnullarum etiam arborum antiquitatem prædicat Pauſanias in Arcadicis. Quod ſi ex Græcorum monumentis, inquit, vetuſtiſſimas arbores adhuc ſuperſtites & vegetas percenſere velimus, antiquiſſima omnium vitex eſt, quæ apud Samios ad Iunonis extat. Ei vetuſtate proxima quercus Dodonæa: olea deinde in Athenarum arce, & quæ Deli adhuc extat palma. Nam tertium vioacitatis locum lauro ſuæ iure fortaſſis Syrij tribuerint. Præter has platanus Caphyienſis, quam Menelaida vocant, quòd eam ſeuiſſe feratur Menelaus, eſt omniũ veterrima. Hucuſque Pauſanias.

Malus punica.

Punicam hanc arborem ſola vt arbitror proceritas, aut vetuſtas, vel etiam loci ſitus præter eius ſpeciei conſuetudinem, commendabat. D Non eoim malus punica admodum procera eſt, & citiſſimè ſeneſcit, vt autor eſt Plinius, quanquam ex radicibus repullulet: nec temerè, vt idem ſcribit lib. 16. cap. 18. in montibus viſæ ſunt, prunos, punicæ, oleaſtri, ioglans, morus, ſambuci. Tales igitor, ſicubi repertæ ſint, ſolent nomina locis imponere.

Plinius.

Malum punicam Plinius ad hunc modum deſcribit, Hiſt. Natural. li. 13. cap. 19. Circa Carthaginem punicum malum cognomen ſibi vindicat. Aliqui granatum appellant. Diuiſit & in genera, Apyrenon vocando, cui lignoſus nucleus abeſt. Sed candidior ei natura, & blandiores ſunt acini, minúſqoe amari, diſtincti membranis. Alia ſtructura eorum quædam, vt in fauis. Communes nucleos habentium qoinque ſpecies, dulcia, acria, mixta, acida, vinoſa. Samia & Ægyptia diſtinguũtur, Erithrocomis, & glaucocomis. Corticis maior vſus ex acerbis ad perficienda coria. Flos balauſtium vocatur, & medicinis idoneus, & tingẽdis veſtibus, quarũ color inde nomen accepit. Hæc Plinius. Pluribus etiam Dioſcorides naturales eius vires ac facultates perſequutus eſt lib. 1. cap. 127. & in eundem Matthiolus medicus. Allegoriam S. Gregorius lib. 5. Commeut. in 1. Reg. cap. 4.

Quod autem hîc dicitur, Saul caſtra habuiſſe ſub malogranato, ſic explicat Chald. Paraphr. *In finibus collis planitiei granati, quæ eſt in Migron.* Neque enim veriſimile eſt Saulem cum ſexcentis ſuis militibus ſub vna arbore contineri potuiſſe, ſed io eo ſenſu accipiendum eſt, quòd per cliuum montis ſparſi, in circumuicino loco conſiſterent. Quanquam enim mira quædam de Indicis arboribus Hiſtorici noſtrorum temporum referant, tam latè in omnem partem ſuos ramos diffundere, vt noo incommodè mediocris quidam exercitus in vmbra vnius arboris caſtrametari poſſit, nihil tamen nos cogit hoc loco parta de Saulis caſtrametatione ſentire; cùm phraſis ipſa, & figura ſermonis, à communi dicendi modo minimè abhorreat.

Indica ficus deſcriptio quæ ſuos ramos effundit & porrigit latiſſimè. *Scaliger.*

Interim tamen animi gratia, Indicæ ficus vaſtitatem atque magnitudinem ex Plinio, ſeu potius Scaligero deſcribam. De arborum vaſtitate aliquid Theophraſtus, non pauca Plinius, inquit Scaliger, veluti cùm in ſextodecimo narrat Indicæ ficus magnitudinem, ex illius 4. aut ex Ooeſicrito deſcriptam, cuius verba ne ſint in C quæſtione, appoſui tibi. Ficus exilia poma habet. Ipſa ſe ſerens ſemper, vaſtis diffunditur ramis. Quorum pondera adeò in terram curuantur, vt annuo ſpatio infigantur, nouamque ſibi propaginem faciant circa parentem in orbes, quodam opere topiario. Intra eam ſepem æſtiuant paſtores, opacam pariter, & munitam vallo arboris: decora ſpecie ſubterintuenti, procúlve, fornicato ambitu. Superiores eiuſdẽ rami in excelſum emicant, ſyluoſa multitudine, vaſto matris corpore; vt ſexaginta paſſuum pleræque orbem colligant: vmbræ verò bina ſtadia operiant. Foliorum latitudo peltæ effigiẽ Amazonicæ habet. Ea cauſa fructum integena creſcere prohibet. Rarus eſt nec fabæ magnitudinem excedens. Sed per folia ſolibus coctus prædulci ſapore, digno miraculo arboris. D Gignitur circa Aceſinem maximè amnem.

Magron.

I N *Magron.* Apud Eſaiam Dominus cap. 10. *Et erit in die illa: auferetur onus eius de humero tuo, & iugum eius de collo tuo, & computreſcet iugum à facie olei. Veniet in Aiath, tranſibit in Magron: apud Machmas commendabit vaſa ſua. Tranſierunt curſim, Gabaa ſedes noſtra: obſtupuit Rama, Gabaath Saulis fugit. Hinni voce tua filia Callim, attendit Laiſa, paupercula Anatoth.* Loca ſunt & vrbes tribus Beniamin. Magron non aliàs mentionem fieri memini. Hebræi, inquit Toſtatus, intelligunt, quod in valle vrbis Gabaa erat aliquis locus ſic dictus.

Toſtatus. *Intra an extra vrbem Saul caſtrametatus ſit.*

S A V L *morabatur in extrema parte Gabaa.*] Toſtatos: Poteſt hoc intelligi dupliciter: vno modo, quòd Saul moraretur intra vrbem in extremitate eius, ſcilicet in aliquo loco eminentiſſimo, & fortè in excelſo Gabaa. Nam intra vrbem erat collis magnus, de quo deſcendebãt

propbetæ,

Prophetæ, cum Saul introiuit in illam, vt dictum eſt ſupra cap. 10. Et erat ibi ad ſpeculandum ſi fortè quis veniret de acie Philiſthiim. Sed dicetur, quod non ſtat, quia dicitur hic, quod erat Saul in agro Gabaa: ergo non erat intra vrbem. Reſpondetur, quod poſſet dici intra vrbem Gabaa eſſe aliquam partem terræ habitatoribus carentem, & in illa eſſe agros, in quibus tunc manebat Saul. Vel poteſt dici, quod erat in eſtrema parte Gabaa, id eſt in extrema parte vallis Gabaa: Nam ille, qui eſt in territorio alicuius loci, dicitur eſſe in loco illo: ſic patet Ioſue cap 5. ſcil. *Cùm autem eſſet Ioſue in agro vrbis Iericho*, &c. & ibi dicitur in Hebræo, *Cùm eſſet Ioſue in vrbe Iericho*: conſtat tamen, quod tunc non erat intra eam: ſic ergo, quanquam eſſe Saul extra B vrbem Gabaa, dum tamen eſſe circa illam, diceretur eſſe in ea. Erat autem tunc Saol in loco iſto, quia cùm videret Philiſthinos eſſe plurimos, ſe autem ſolùm habere ſexcentos viros, non poterat obuiare eis: præcipuè, quia Samuel noluerat conſulere Dominum pro eo. Sedebat ergo Saul in Gabaa videns terræ ſuæ deſolationem, & impotentiam ſuam, expectans ſi quando Deus miſereretur. Deus autē videns afflictionem populi, dedit in corde Ionathæ, vt faceret hæc. *Sub malogranato.* Hinc veriſimilius putat Toſtatus Saulem caſtra locaſſe extra vrbem: non enim ſi in oppido manſiſſet, tabernaculum poſuiſſet ſub arbore, ſed ſub tecto potius & in ædibus ſe continuiſſet. C

An non plures ſexcenti fuerint.

Et *erat populus quaſi ſexcentorum virorum.*] Iterum idem Toſtatus. Sciendum, inquit, quod Rab. Dauid Kimhi dicit, quod erant mille ſexcenti viri cum Saule, & Ionatha, nam vult, quòd cum Ionatha erant mille, vt patet præcedenti cap. cum Saule autem relicti fuerant ſexcenti, & qoando litera nominat hîc ſexcentos, dicit intelligendum aſſe de illis, qui manſerant cum Saule: vult quoque qood Saul & Ionathas non eſſent nunc in eodem loco, quia præcedenti capite dicitur, quod Saul erat in Bethel: Ionathas autem erat in Gabaa. *Sed* hoc non ſtat, quia iſtud futrà principio antequam bellum eſſet contra Philiſthinos, cùm tamen Ionathas percuſſit ſtationem Philiſthinorum in Gabaa, totos populus clamauit poſt Saulem in Galgala præcedenti D cap. & tunc quoque cum reliquis Ionathas deſcendit in Galgala, & poſtea ex ipſo loco, Saul, & Ionathas deſcenderont in Gabaa cum ſexcentis viris, & ibi ſimul manebant, vt patet præcedenti cap. ſcil. *Et Saul, & Ionathas filius eius, & populus qui inuentus fuerat cum eis, erat in Gabaa Beniamin.* Item eodem cap. dicitur. *Cùm veniſſet dies belli, non eſt inuentus enſis, aut lancea in manu totius populi, qui erat cum Saule, & Ionatha*: ergo ſimul erant in Gabaa. Item patet infrà in litera, quia cùm vidit Saul turbatam aciem Philiſthinorum, dixit: *Requirite & videte, quis abierit ex nobis: cumque requiſiſſent repertum eſt non adeſſe Ionathan, & armigerum eius*: ergo ante hoe cum viris Saulis erat

Idem Toſtatus.

A Ionathas, alioquin non dicerent eum abeſſe. Quod autem dicebat Kimhi, quòd erant mille ſexcenti viri cum Ionatha & Saule, etiam falſum eſt, quia hoc præſupponit, quod eſſent diuiſi locis, ſed ſimul erant, vt probatum extat. Totus autem populus computatus fuit ſexcentorum virorum, vt patet præcedenti cap. ſcil. *Et recenſuit Saul populum, qui inuenti fuerant cum eo quaſi ſexcentos viros.* Reſpondit Kimhi, quòd hoc fuit antequam congregaretur militia Ionathæ ad militiam Saulis: nam de toto populo, qui erat cum Saule ſolùm relicti fuerant ſexcenti, ſed veniente Ionatha fuerunt mille ſexcenti. Sed dicendum, quod non ſtat, quia etiam coniuncto vtroque eſercitu erant ſoli ſexcenti viri, quia præced. B cap. dicitur: *Non eſt inuentus enſis aut lancea in manu totius populi, qui erat cum Saule & Ionatha*, & ſic erat iam totus populus: poſt hoc autem infrà in litera dicitur, quòd ſolum erant ſexcenti viri, vt patet hîc. Ergo tam cum Saule, quàm cum Ionatha erant ſolùm ſexcenti. Quòd autem inducit Kimhi ex præcedenti cap. potius probat contra ipſum, quia ibi dicitur quod Saul erat in Bethel, & Ionathas in Gabaa: ſed præcedenti cap. dicitur quomodo poſtea venit Saul in Gabaa, ergo ſaltem iam ibi eſſent ſimol: ante hoc tamen ſimul fuerunt, vt dictum eſt. Hactenus Epiſcopus Abulenſis; qui ſi tam ornatè quàm copioſè ſcripſiſſet, ſine dubio inter ſummos oratores numerari meruiſſet. C

Versvs 3.

Et Achias filius Achitob fratris Ichabod filij Phinees, qui ortus fuerat ex Heli Sacerdote Domini in Silò, portabat Ephod. Sed & populus ignorabat quò iſſet Ionathas.

Varia tranſlatio.

Fratris *Ichabod*, *Iocabed* habent Græci omnes quos legerim. Aldina editio *ἰωαβὼδ*: reliquæ *ἰωχαβὴδ*. *Ex Heli Sacerdote Domini.* Cum Vulgata conſentiunt Septuaginta interpretes, Pagninus, & Vatablus in editione D Antuerpiana Laurentij, vt Sacerdotis appellationem Heli tribuant. Sed apud alios Achiam Sacerdotem Domini cooſtanter nominant. Aldina editio, *υἱοῦ ἠλεὶ ἱερεὺς τοῦ θεοῦ*. Complutenſis *ἱερεὺς τοῦ κυρίου*. Hanc imitatur Regia. Paraphr. Chald. *Sacerdos miniſtrans coram Domino in Silo veſtitus ephoda*, quod Græci omnes cum Vulgata *αἴρων ἐφοὺδ portans ephod.* Pagninus etiam apud ſe, *Sacerdos Domini*: cum quo idem ſentit Arias. Vatablus in editione Salmantic. *Et Abias filius Achitob frater Ichabod filij Pinhas, filij Eli, erat Sacerdos Domini in Silò, ferebátque ephod.* Sed huius editionis textus cum Ecphraſi non conſentit: ibi enim, *Sacerdotis*, id eſt, qui fuerat

Sacerdos. Hebraicè כֹּהֵן יְהוָה בְּשִׁלֹה *Chohen Iehouah beſchiloh. Sacerdos Domini in Siloh.* Arbitror nihilominus Vulgatæ potius adhærendum eſſe. Neque enim ad eum diem Arca, aut etiam tabernaculum in Siloth remanſerant, vt Achias ibidem miniſtraſſe diceretur: ſed ea dudum in alia loca aſportata erant, poſt cladem acceptam in Aphec, ſuprà cap. 4. Et ſolus Heli ex ea ſtirpe ſummi ſacerdotis officio in Silò functus fuerat. Quare hic Sacerdos in Siloh, & non eius nepos, deſignari credendus eſt.

Vermilius: Cùm Saul eſſet prorſus perculſus metu, credibile eſt Sacerdotem illi adfuiſſe non multò fidei melioris, quàm ipſe fuit. Hîc obſeruandum eſt, Phinees filium Heli, quem ſcimus fuiſſe occiſum, cùm arca caperetur, habuiſſe duos filios, Ichabod & Achitob, & Achitob fuiſſe maiorem natu. Nam alter frater Ichabod erat poſthumus. Itaque Achias Achitobi filius habuit ſummum ſacerdotium. *Geſtabat Ephod.* Hoc eſt, Sūmus Sacerdos erat. totum enim ſacerdotium deſcribitur à parte. erant enim alia præterea multa Sacerdotis ornamenta. Hinc apparet execrationem illam Domini nondum perueniſſe in poſteritatem Heli: erant enim adhuc eius poſteri in Sacerdotio. Hæc Vermilius.

Sacerdotes quare olim in caſtris.

Sacerdotes, Augures, Aruſpices, in caſtris olim duces habuiſſe memoriæ proditum eſt. Etenim antequam prælium committerent, ſacra facere, dijs vota nuncupare, & quæ numina crederentur aduerſa, placare mos fuit. Sic Audaciæ & Pauori ſacra facta à Scipione conſtat ex Appiano lib. De Bello Punico. De Alexandro ſuprà ex Curtio retuli. Lacedæmonios duces prælium inituros ſacra Muſis perſoluiſſe ſcribit Plutarchus in Lycurgo. Myſios equum immolaſſe Florus teſtatur. Illi, inquit, ſtatim ante aciem immolato equo concepere votum. Propterea igitur adeſſe Sacerdotes oportuit, & cum illis Aruſpices, nisi fortè ex totum illi inſpiciendorum ſcientiam callerent. Sic illi fecerunt, quibus olim Satan diuini cultus æmulus excæcatis impoſuit. Apud Hebræos foris extra tabernaculum Deo litare non licuit: ſed erant alia ob quę ſacerdotes neceſſarij haberentur in caſtris. Ipſi enim clangebant tubis, & erant à Deo inſtituti rubicines. Præterea eorundem officium erat militibus ſua oratione animum addere, cohortari, ad ſpem victoriæ erigere, Deique præſens auxilium polliceri: poſtremò Dominum conſulere, quod ſoli Pontifici datum fuit. Is enim ſolus ephod illud mirabile, auro textum, variis autem coloribus diſtinctum, lapillis etiam pretioſiſſimis ornatum, in quo *Doctrina & Veritas* inſertæ erant, aureis catenis vinctū portabat, & Domini voluntatem certis quibuſdam argumentis explorabat, quæ nemo alius deprehendere valuit. Quanquam quod dixi, Hebræis interdictum fuiſſe ne extra tabernaculum rem ſacram facerent, vix eo tempore obtinuit: cùm ab eo tempore quo arca capta eſt, & à priore tabernaculo ſeparata, vſque ad templi ædificationem, populus, vt ait Scriptura, incenſum adoleret in Excel-

A ſis, & ibidem communiter hoſtias immolarent. Quinetiam poſt templum ædificatum, idem in expeditionibus bellicis & peregrina militia vſurpatum fuiſſe, indicare videtur Ioſephus lib. 15. Antiquit. Iudaic. cap. 8. cùm ait, Herodem iam accenſis Iudæorum animis non mediocriter ad pugnam, ſacris de more peractis, properè duxiſſe eos vltra Iordanem contra Arabas: Hanc enim orationem, vti ex eiuſdem ſerie textúque hiſtoriæ colligimus, in caſtris habuit: tametſi nihil affirmo. poſſet enim, cùm ſingulare illud exemplum ſit, vel Ioſephus aliter exponi, vel Herodes licentia temporum, vt pleraque alia, ſic etiam hoc feciſſe videri. Hoc noſtro tempore, poſtquam illud omne abrogatum atque antiquatum eſt,

Ioſephus.

B quod ex veteri lege ad Euangelij prognoſticon attinuit: plures etiam cauſæ Sacerdotum præſentiam in caſtris requirunt. Primùm, vt in dubijs, quæ multa in bello occurrunt, quid facto opus ſit doceant, neque exercitum ſacrilegio aut ſuperſtitione pollui ſinant. Deinde, vt milites officij ſui admoneant, pericula fortiter adeunda, mortem contemnendam eſſe prædicent, de victoria ſollicitos eſſe vetent. Verumenimuerò & ſi quo in iuſto bello contingat oppetere, eos nihilominus fore victores; cælum fœlicius virtutis præmium adepturi, quàm ſi terram omnem poſſideant. Tandem, non, vt illi veteres, oraculum de pugnæ exitu interrogent, ſed vt poteſtate ſibi à Deo permiſſa, condonatis ſuperioris vitæ delictis,

Quamobrem ſacerdotes in caſtris verſentur.

C victoriam aduerſus mundum, carnem, & diabolum pœnitentibus largiantur.

Toſtatus.

Pontifices è familia Heli.

Dubitat Epiſcopus Abulenſis, an iſte Achias fuerit ſummus Sacerdos, & in medio relinquit. Accedit tamen magis ad eam opinionē, vt credat, eū patris ſenis officio functum fuiſſe; cùm is iam per ætatem in caſtra ſe conferre non potuiſſet. exemplum ſequutus Phinees, qui ſuprà c. 4. arcam deduxiſſe fertur in caſtra patris loco. Hinc etiam colligit, quot Pontifices ex Heli familia ſacris præfuerint. Nam primus Heli eam dignitatem adeptus eſt vnà cum gentis principatu. Huic ſucceſſit Phinees: non quod in demortui locum ſuffectus fuerit: prior enim violentą morte oppreſſus eſt: ſed quod adhuc ſuperſtitis vicarius extiterit, & caligantis partes

D ſuſceperit. Tertius ab eo numeratur Achitob filius Phinees, qui aui Pontificatu hæreditario iure potitus eſt, ante annos ferè viginti duos. Sic enim ratiocinatur Toſtatus, Samuęl annis viginti imperauit, & iam fermè duobus annis Saul regnauerat, cùm à Philiſthæis in Gabaa obſeſſus eſt. Annos igitur duos & viginti Achitob Pontificątum tenuerat, cùm eius vice filius Sauli in caſtris adeſſet. Et tamen tum ſenem putat fuiſſe Achitob, cuius pater non ita pridem iuuenis habitus, aui munus obierat, & in aciem deſcenderat. Achiam dubitat an quarto loco recenſeat. Si cui ita viſum erit, Achimelech filium Achitob, cuius mentio fit infrà cap. 21. & 22. iubet quinto loco numerari. Cuius filius Abiathar ſextus Pontificatum obtinuit Dauidis tempore: ſed hunc Salomon lib. 3. Reg. cap. 2. Sacerdotio ſe abdicare

Digitized by Google

coëgit: ſin minus, eius certè dignitatis ſpem poſteris eius eripuit, & Sadoc impenſius fauit, ad quem, cùm eſſet ex Eleazari ſtirpe oriundus, ſacrorum præfectura tanquam iure poſtliminij redire viſa eſt.

Sed & populus ignorabat quò iſſet Ionathas. Hebraicè, כי *Chi*. Græcè, ὅτι *quòd*, *quia abiiſſet Ionathas.* Non modò enim patrem cælauerat, ſed reliquum etiam exercitum latere voluit. Neminem conſcium habuit, ne quis moram aut impedimentum cæptis ſuis afferret.

VERSVS 4.

Erant autem inter aſcenſus, per quos nitebatur Ionathas tranſire ad ſtationem Philiſthinorum, eminentes petræ ex vtraque parte, & quaſi in modum dentium ſcopuli hinc & inde prærupti, nomen vni Boſes, & nomen alteri Sene:

VERSVS 5.

Vnus ſcopulus prominens ad aquilonem exaduerſo Machmas, & alter ad meridiem contra Gabaa.

Variæ tranſlationes.

TRANSLATIONES omne haod vbique conſentiunt. Paraphr. Chald. *Et inter vada quæ quæſiuit Ionathan ad tranſeundum ſuper ſtationem Peliſthæorum, dens petra à tranſitu hinc, & Dens petræ à tranſitu hinc: & nomen vnius Lubricatio, & nomen alterius Conculcatio. Dens vnus reſpiciens ab aquilone contra Michmas, & alter à meridie contra Gibghatha.* Conſentit ferè cum Vulgata Pagninus: apud quem Arias in margine nomen *Boſes*, lutum: *Sene*, tubum interpretatur. & verſu 5. *Dentis*, inquit, *vnius ſtatio ab Aquilone.* Cætera conſentiunt. Varablus edit. Salmantic. *Erat autem inter tranſitus, vbi Ionathan conabatur penetrare ad præſidium Paleſthinorum, prærupta petra in tranſitu hinc*, & cætera. In Ecphraſi: Hebraiſmus, *Dens petræ*, id eſt, acutus ſcopulus, duæ petræ prominentes, promootoria quæ more dentium canum prominebant & excurrebant. Apud Septuaginta leges, Καὶ ἀναμέσον τῆς διαβάσεως *& in medio tranſitus.* In reliquis editiones non multùm conoeniunt. In Complutenſ. & Regia ἀκρωτήριον πέτρας ἐντεῦθεν *eminens pars lapidis hinc.* quod iterum totidem verbis repetitur. Io Aldina ἀνὰ μέσον diſtinguuntut: Et deinde non legitur ἀκρωτήριον, ſed καὶ ὀδοὺς πέτρας ἐκ τοῦ πέραν τούτου, quod pariter tepetitur. Vbi ſi nullam litera eclipſim paſſa eſt, nec ὀδοὺς legi debeat, quod deotem ſignificat: arbitrot his vias notari, qoibus præruptus ille locus ſuperari poſſet. Nominis quidem genus nullo articulo demonſtratur, & ὁ ὁδὸς Seruio, atque Vegetio inſidias & ſubſeſſas ſignificat: communiot tamen eſt τῆς ὁδοῦ interpretatio, vt pro via ſumatut; vti fecit Romana verſu proximè ſequenti. Verſum 5. Complutenſ. & Regia ita legunt: τὸ ἀκρωτήριον τὸ ἀπὸ βορρᾶ ἐχόμενον τῆς Μαχμας, & cætera. *Scopulus qui ab Aquilone adhærens Machmas*, & cætera. Aldina verò, ἡ ὁδὸς ἡ μία ἀπὸ βορρᾶ ἐρχομένῳ Μαχμας. καὶ ἡ ὁδὸς ἡ ἄλλη ἀπὸ νότου ἐρχομένῳ γαβεε. quod bellè videtur exprimere Romana editio: *Via vna ab Aquilone venienti Machmas: & via altera ab Auſtro venienti Gabae.* Cuius tamen videtur interpres Græcè ὁδοὺς legiſſe in præcedenti verſu, nam dentem petræ ibidem expoſuit. vbi etiam hæc notat Flaminius. *Dens.*] Ita Hebræus & Chaldæus. Complutenſ. ἀκρωτήριον, eminentia, cacumen. Item Scholiaſt. cùm haberet ἀκρωτήριον καὶ ἀκρωτήριον, hæc addit, Quinimò hæc in Hexaplo ſunt notata aſteriſco, quippe quæ ex Theodotione ſunt appoſita. Hæc Nobilius. ἀκρωτήριον & ἀκρωτήριον pro eodem vſurpari poterunt, nam faſtigium vtrumque ſignificat: priore etiam, quod per ω ſcribitur, Plutarchus pro roſtris vtitur. — Nobilius Flamin.

Vermilius: Ex hac topographia, & abruptis atque inacceſſis ſcopulis, illuſtrior apparet virtus & fortitudo Ionathæ. Imò Ioſephus ait, locum fuiſſe ita natura munitum, vt Palæſtini ſecuri rerum ſuarom eum negligentius aſſeruarent. R. Kimhi ait, Palæſtinos haboiſſe caſtra in Machmas, Hebræos autem in Gabaa. inter aurem iſtos duos colles fuiſſe vallem: Palæſthinos verò vt Hebræos vehementius premerent, præſidiom in media valle poſuiſſe: & de eo hoc loco fieri mentionem. *Inter aſcenſus.*] *Aſcenſus* quid ſit explicat Apoſtolos ad Epheſ. 6. Sancto Gregorio teſte. *Non enim eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principes & poteſtates, aduerſus ſpiritualia nequitiæ in cæleſtibus.* Et quia ad expugnandos malignos ſpiritus à peccatorum cordibus plures difficultates obuiant, inquit idem ſanctos Gregorius Expoſit. libro quinto capite quarto, *petræ inter aſcenſus* eſſe memorantur. Quid enim per iſtas duas petras, videlicet *Boſes & Sene*, niſi concupiſcentia & peccatum deſignatur? *Boſes* quippe *in primatu* dicitur, *Sene ſol* ſiue *auditio.* Bene aotem concupiſcentiæ ptimatus nomen conoenit, quia ipſa prior mentem occupat, quàm ſe mens peccato ſubſternat. *Solis* etiam nomine rectè peccati delectatio figuratur: qoia à veritatis intuitu meotis oculos claodit, & ad vanitatem aperit. Vnde & in primis hominibus à ſeductore ſpiritu per ſerpentem dicitor: *In quacunque die comederitis de ligno, quod eſt in medio paradiſi, aperientur oculi veſtri*, & cætera. Bene item petræ nominantur: qoia iniquorum mentibus iſta duo conueniunt, vt iam redire prædicatotes ad ſe facilè non admittant. Sed & dicuntut *Scopuli*: quia hinc inde, videlicet tam mente quàm corpore præruptum retinent vſum prauitatis. Dum enim nulla mo-

Ioſephus lib. 6. Iudaic. Antiquit. cap. 7.

S. Gregor. Senſus moralis huius loci.

Geneſ. 3.

Et quaſi in modum dentium, &c.

rum, nulla operum integritate ſolidantur, in modum ſcopuli, hinc & inde prærupti ſunt. Et quia dicitur *in modum dentium*, quid datur intelligi, niſi qood ſæpe videmus, quia qui prædicatorum hortamenta deſpiciunt, eorum vitam mordere detractionibus conantur? Sed de iiſdem ſubditur: *Vnus prominens ad Aquilonem, ex aduerſo Machmas, & alter ad Meridiem, contra Gabaa.* Ad Aquilonem primus ſcopulus prominet, alter ad meridiem: quia per concupiſcentiam ferooc charitatis extinguitur, & per peccatum ardor concupiſcentiæ augmentatur. Mens enim reprobæ dum concupiſcentiæ ſubditur, charitate ſpoliatur, & dum peccare non metuit, acriora in ſe valdè peccandi deſideria accendit. B Sed primos ſcopulus *ex aduerſo Machmas* ſitus, alter *contra Gabaa* prominere perhibetur. *Machmas*, vt iam ſatis diximus, homilitas, *Gabaa* collis interpretatur. Ex aduerſo vtique concupiſcentia humilitatem habet, blandimentum verò peccati cæleſtem conuerſationem. & cætera, quæ apud S. Gregorium tuipſe legere poteris.

Versvs 6.

Dixit autem Ionathas ad adoleſcentem armigerum ſuum: Veni, tranſeamus ad ſtationem incircunciſorum C horum, ſi fortè faciat Dominus pro nobis: quia non eſt Domino difficile ſaluare, vel in multis, vel in paucis.

Diverſa translationes.

Stationem, ὑπόστασιν ſuo more Complutenſ. & Regia, imò & Arias apod Pagninum. Pagninus *præfectum*, Chaldæus *ducem Præputiatorum*, Vatablos Salmantic. *præſidium*. Aldina & Romana Hebraicam vocem retinet *Meſſab*, quam ſopra interpretati ſumus. *Si fortè faciat Dominus pro nobis.* Pagoinos illud *ſi* non agnoſcit. *Fortè*, inqoit, *faciet Dominus ſalutem per nos.* Arias ad verbom, D *Forte faciet Dominus nobis.* Vatablus Salmantic. cum Vulgata facit: aliæ eius editiones cum Pagnino conſentiunt, niſi qood *Domini* nomen Hebraicum *Iehouach* retinuit. Complutenſ. & Regia ad Vulgatam accedunt. Aldina & Romana εἰ duntaxat *ſi*, non ἴσως *forte* habent: legit tamen Theodoretus, vt etiam Nobilius notauit. Chaldæus, *Forte faciet nobis Dominus ſignum. Quoniam non eſt Domino difficile ſaluare in multis vel in paucis.*] Vatablos: *Seruare in multitudine aut paucitate.* Et io Ecphraſi, Hebraiſmus eſt, inquit, *Non eſt prohibitio* (id eſt, *difficile*) *Domino vt ſeruet cum multo, aut cum pauco*, quaſi dicat, tam poreſt defendere cum paucis hoſtibus, quàm cum mulris. Pagninus: *Quia eſt non eſt Domino prohibitio ſeruandi cum multis vel paucis.* Ariæ *Reſtrictio* magis pla- A cuit. Septuag. ὅτι οὐκ ἔστι τῷ κυρίῳ συνεχόμενον σώζειν ἐν πολλοῖς ἢ ἐν ὀλίγοις. Complutenſ. & Regia, *Quia non eſt Domino continentia.* Romana, & Antuerpiana Laurentij, *Quia non eſt Domino reſtrictum ſaluare in multis vel in paucis.* Sed de litera hactenus. Nunc denique ſenſum inueſtigemus.

Tranſeamus ad ſtationem, &c.

Contemnit incircunciſos Ionathas.

Transeamvs *ad ſtationem incircunciſorum horum.*] Incircunciſos Ionathas contemnendos putat, ſint licet illi multis partibus ſoperiores. Primùm, quòd cùm incircunciſi ſint, ac proinde nec peccati vinculis exoluti, infirmos ac debiles eſſe oporteat, & viribus cedere, tametſi oumero vincant. Deinde, quòd cùm ſint veri ouminis hoſtes, idem proculdubio infenſum experturi ſint. Tertiò, qoòd B cùm vis omnis atqoe animi fortitudo à Deo proficiſcatur, probabile ſit, eundem aduerſatüs ſuis contra eos præſertim qui ſibi ſtudeant, minimè fauiturum. Denique, quòd veriſimile videatur, cùm nullum illi fœdus cum incircūciſis intercedat, circuociſos contra tueri ac ſeruare pepigerit, mox illos licet innumeros profligaturum, hos verò victoriæ ac triomphi compotes effecturum. Circunciſionis inſtitutionem habes Geneſ. cap 17. Ex qoo manifeſtè patet, impoſuiſſe Gentibos Diodorum Siculum lib. 1. & 2. Biblioth. cùm ſcriberet, eum morem ab Ægyptiis ad Iudæos aliaſque nationes manaſſe, & eoſdem Iudæos vnà cum C Colchis Ægyptias colonias eſſe, quæ iode eam conſuetudinem acceperint. Tametſi enim aliquando filij Iſraël Ægyptum incoloerint, non eſt tamen ritus circuncidendi profectus ab Ægyptiis, ſed ab eorundem parente Abrahamo, qui & religioois huius, aotore Deo, & totios generis princeps extitit.

Circunciſio unde. *Diodor. Sicul.*

Toſtatus. *Incircunciſos Philiſthæos vocat Ionathas ex contemptu.*

Epiſcopos Abulenſis: Dixit hîc Ionathas, *Ad ſtationem incircunciſorum*, ad ſignificandum opprobrium: nam hoſtes ex odio inuicem conuitiantur ſibi. Ionathas aotem credebat nullum maius conoitium dici poſſe contra Philiſthinos, quàm quòd incircunciſi erant. Nam Hebræi habebant circoncifiooem pro maximo cultu religionis: cùm circunciſio ſit præcipua cæremoniarum veteris Teſtamenti: ipſa enim eſt, quæ primò ſopet qoemlibet D Iudæum fit, ipſa qooque aote omnes cæremonias Hebræis data eſt. Nam omnes legales cæremoniæ per Moyſen datæ ſunt, circunciſio autem ipſi Abrahæ quaſi qoadringentis 30. annis ante cæteras cæremonias, vt patet ad Galat. cap. 3. Ipſa quoqoe circunciſio eſt ſignacolom, qoo ſolo certiſſimè diſtinguitur gens Hebræorum ab aliis gentibos, vt patet Geneſ. cap. 18. & ad Rom. 4. Cùm ergo maximam laudem Hebræi penes ſe haberent, quòd circunciſi eſſent: maximom vituperiom potabant eſſe in Gentibos, quòd non eſſent circunciſi, & hoc tanqoam peſſimom exprobrabant eis: ſic enim Dauid quando maledixit Goliæ ait: *Quis enim eſt hic Philiſthæus incircunciſus, qui exprobrauit acies Dei viuentis?* vt infra capite 17. Et iterum: *Quis*

eſt iſte incircumciſus, qui auſus eſt maledicere exercitus Dei?

Non caret emphaſi, inquit Vermilius, quòd eos appellat *incircumciſos*: intelligit enim abiectos, exoſos, & alienos à fœdere Dei. Itaque eos faciliùs vinci ac ſoperari poſſe ab illis qui Deum timerent. Non tamen exiſtimare debemus, omnes eos ex Gentibus, qui circuncisi non eſſent, alienos fuiſſe à Deo. Hîc enim ex ſigno intelligimus rem ſignificatam. Ad hunc modum Vermilius. Iam verò quæ eſt illa res ſignificata? Quod ad mores ſpectat Deuteronom. capite 10. ver. 16. Deus ipſe, Deus explicat. *Circuncidite igitur præputium cordis veſtri, & ceruicem veſtram ne induretis amplius.* Quem locum ita vertit Fagius ex Onkelo, *Auferatis ergo ſtultitiam cordis veſtri, & ceruicem veſtram ne induretis amplius.* Vatablus item Laurentij, *Et auferetis inſipientiam cordis veſtri.* Editio Salmant. nihil à Vulgata diſcrepat. Fagius pluribus expouit. OnKelus, inquit Fagius, pulchrè ſenſum expreſſit, quid ſit *circumcidere præputium cordis*, vt habet Hebraiſmus, nempe remouere inſipientiam, cæcitatem, duritiem, & impietatem cordis. Quaſi dicat, Tollite velum & operimentum quo impeditor cor veſtrum, & mens, ne videat. Curate vt videat cor veſtrum, & cernat res agendas vobis. (hæc totidem verbis reperies in Ecphraſi Vatabli Edit. Salmant.) Hunc ſenſum qooque expreſſerunt Septuag. qui teddiderunt, *Circuncidetis σκληροκαρδίαν ὑμῶν duritiem cordis veſtri.* Cordis igitur præputium durities eſt, ac cæcitas, qua cor impeditur, ne verom perſpiciat. Vt enim apud nos per Baptiſmum demonſtratur, & fit, animi potius quàm corporis expiatio: ſic Hebræorum Circunciſio docebat reſecandam eſſe corporis duritiem ac cæcitatem: amouendam ex animo pellem ac caliginem, qua mens obſcuratur, ex qua error fœdiſſimus conſequitur, diuinitatis ignoratio: quæ omnes tanqoam genitrix parit impietates, ſcelera atque calamitates. Cùm enim homo, Deo adiunctus non fuerit, qui omnis decoris ac virtutis idea, ac ſeminarium eſt, eum neceſſe eſt omnis humanitatis, iuſtitiæ, probitatis expertem eſſe, nec magis inter homines quàm belluam eſſe connumerandum. Sunt ergo magis intuenda quæ per ritus & cæremonias ſignificantur, quàm ipſæ cæremoniæ, quæ tum inſita vi, ſeu qood aiunt, ex opere operato hominem è reis eximere, gratumque Deo facere non poterant: ſed erant futurorum ſigna Iudæis, maiorumqoe rerom repræſentatio. Eadem quæ hic Moſes de circunciſione cordis docet, & Prophetæ docent. Sic enim legimus apud Prophetam Ieremiam cap. 4. Quoniam *ſic dicit Dominus ad viros Iuda & habitatores Ieruſalem: Nouate vobis nouale, & nolite ſeminare in ſpinas. Circumcidimini Domino, & auferte præputia cordis veſtri, viri Iuda, & habitatores Ieruſalem, ne fortè egrediatur ſicut ignis furor meus, & accendatur, & non ſit qui extinguat, propter malitiam ſtudiorum veſtrorum.* Ad hunc modum & S. Apoſtolus Circunciſionem explicat ad Roman. vbi inquit: *Non enim qui in manifeſto, Iudæus eſt: neque quæ in manifeſto, in carne, eſt circumciſio: ſed qui in abſcondito, Iudæus eſt: & circumciſio cordis in ſpiritu, non littera: cuius laus non ex hominibus, ſed ex Deo eſt.* Hactenus Fagius in 10. caput Deuteronom. Onkel. Paraphr. Chald. nonnullis tamen in melios commutatis, ne quid autoris inſipientiam redolerent.

Circumciſionis tropologia.

Fagius. Cordis circunciſio.

Cordis præputium.

Quæ Iudæorum Rabbini de Circumciſione tradiderint, ex Galatino & Fagio.

COMPLVRA Fagius quæ ſpectent ad Circumciſionem, de Rabbinorum fontibus dicam, an lacunis? hauſit: nos pauca huc ex eiuſdem Comment. in Deuteron. cap. 10. transferemus. Primùm, inquit, ſentiunt Hebræi Circunciſionem à Deo fuiſſe inſtitutam, ad debilitandum membrum generationis, & ad debilitandam vim ſerpentis (hoc eſt Sathanæ) ad impuriſſima quæque hominem impellentis. (Sic opinor nominant peccati, quem dicunt, fomitem, & cõcupiſcentiæ tyrannidem:) Quibus nimirum innuere volunt, per Circumciſionem, non quidem externam, ſed per internam, quæ fit gratia & virtute diuina per Spiritum ſanctũ, cuius externa ſignum eſt, repurgari quodammodo & ſanctificari, vitiatam hominis naturam, quæ per membrum genitale, in quo Circumciſio fiebat, ſignificabatur. Atque ita etiam debilitari ac reprimi quoque vim Sathanæ, cuius opera ac ſtudio, primùm integritas naturæ humanæ infecta, vitiata, ac corrupta fuit: quique adhuc hodie homines, indefeſſo conatu ad turpiſſima quæque ſollicitat atque inſtigat. Ergo tenent & Hebræi, humanam naturam malitia antiqui ſerpentis deprauatam fuiſſe. Dicunt enim Sathanam virus quoddam in Euam fudiſſe, vnde corrupti ac vitiati fuerint, quicunque poſtea ex Eua prognati fuerunt, atque ex illa originem traxerunt. Quod planè virus nihil aliud erat, quàm conſilium & ſuggeſtio illa diabolica contra apertum verbum Dei, & præceptum illius: cui vbi Eua acquieuit, totam poſteritatem humanam peccato obnoxiam, atque ita omnes mortales Sathanæ mancipia effecit. His adſtipulatur & Paraphraſis Chaldaica in ſeptimum caput Eccleſiaſtis, ſuper hunc locum. *Solummodo hoc inueni, quod fecerit Deus hominem rectum, & ipſe ſe infinitis miſcuerit quæſtionibus.* Ibi Paraphraſis ſic habet: *Solummodò ecce hoc inueni, quod Dominus fecit hominem primum fortem coram eo & iuſtum, ſerpens autem & Eua, ipſi ſeducti comederunt de fructibus arboris, cuius fructus qui edunt, ſapientes fiunt: vt cognoſcant inter bonum & malum. Atque ita cauſati ſunt ſuper ſe diem mortis, & ſuper om-*

Rationes inſtituendæ Circunciſionis.

nes habitatores terræ. Et ipſi deſiderauerunt inuenire quæſtiones multas, vt introducerent plagam ſuper omnes habitatores terræ. Hactenus Paraphraſ. In huius rei memoriam Iudæi quoties circunciduntinfantes ſuos, reſectum præputium mox in vaſculum puluere refertum, quod aliquis ex adſtantibus manu tenet, coniiciunt: repræſentantes quodammodo ac reuocantes in memoriam hac cærimonia, miſeriam illam ac calamitatem generis humani per ſathanæ nequitiam cauſatam, cui tanquam cibum ſuum edendum abſciſſum præputium tradunt, iuxta illud Geneſ. 3. *Puluerem comedes omnibus diebus vitæ tuæ*, & cæt.

Circuncifio ſignum fœderis.

Secundò de Circunciſione non malè tenent Hebræi, eſſe ſignum & cærimoniam, qua tam adulti quàm & infantes in fœdus Dei recipiuntur. Quod teſtatur iſta benedictio, quam dicunt cum circunciduntur pueri ipſorum. Benedictus ſit Dominus Deus noſter, qui ſanctificauit nos præceptis ſuis, & præcepit nobis vt ingredi faciamus (puerum hunc) in fœdus Abrahami patris noſtri. Atque hæc dicit pater infantis circuncidendi, poſt quæ reſpondet Eccleſia hunc in modum. Quemadmodum feciſti eum ingredi in fœdus, ſic quoque ingredi eum facias in legem, in matrimonium, & in opera bona, & cæt.

Contemptus Circunciſionis olim exitialis.

Tertiò tenent contemptores Circunciſionis, omniumque aliorum ſacramentorum Dei, non habere partem in futuro ſæculo: id quod Hebraicè ſic efferunt, Qui irritum facit fœdus Abrahami patris noſtri, is non habet partem in futuro ſeculo. Idem quoque pronuntiant de eo qui contemnit cœtus Eccleſiaſticos. Atque hanc ſententiam ſtabiliunt eo quod dicit Scriptura. *Maſculus cuius præputij caro circunciſa non fuerit, delebitur anima illa de populo ſuo, quia pactum meum irritum fecit.* Super hæc verba Hebræi ita ſcribunt. Exterminium animarum habet ſe tanquam ramus ſucciſus de radice, de qua vitam habet, eò quod non reuertitur ad faſciculum vitæ. Atqui ſic legitur apud Rab. piæ memoriæ in lib. Siphri. Nihil aliud ſignificat vocabulum כרת *charath*, quàm ceſſationem, ſiue defectionem, ſiue abſciſionem: eſtque pœna eius quaſi redditio rationis. Quia enim ipſe irritum fecit fœdus altiſſimi à quo deuolant animæ, iuxta id quod dicitur, *fœdus meum diſſoluit*, idcirco & anima eius non reuertatur ad originem ſuam. Hactenus Hebræi. Ex quibus animaduertere licet, illos excidium ſiue exterminium animæ, de quo hîc agitur, non tam de corporis quàm de animi excidio intelligere. Hinc olim mos & conſtitutio fuit in Iſrael, vt ſi parentes circunciſionem infantium ſuorum negligerent, ac planè intermitterent, tunc בית דין *bet din*, id eſt, magiſtratus, accipiebat puerum iſtum, & curabat eum circuncidi. quare nec hodie Chriſtianus Magiſtratus malefacit, qui cogit parentes (Chriſtianos) baptizare infantes ſuos, quos videt ea in re quoque negligentes eſſe; nihil enim noui, aut tyrannicum eſt hoc.

Quartò, quod infans octo dierum circunci- A di præcipitur, hoc factum eſſe dicunt propter Sabbathum, vt hinc puero neſcio quid roboris accederet, quo Circunciſionem facilius ſuſtineret; dicunt enim quod Sabbathum robur det omnibus rebus, quæ in mundo ſunt. Sed hoc nonnihil Iudaicum eſt, niſi ſic dictum accipias, quòd à Sabbatho, hoc eſt, à vero Dei cultu omnia pendeant, vt ſcilicet verbum Dei audiamus, illi credamus, vitam ad normam eius inſtituamus, atque à peccatis, voluptatibus, maliſque operibus feriemur. Sed melius fortè noſtri Scriptores ſentiunt, qui per octauam diem, vitam futuri ſeculi adumbratam intelligunt: in qua demum plenè & perfectè circunciſi erimus ab omni labe peccatorum: quàm diu enim hic ſumus, ſemper eſt quod circuncidamus, & B repurgemus in noſtra corrupta natura. Plures deinceps alias conditiones Circunciſionis Fagius recenſet, quas nos omittendas breuitatis gratia duximus. Ex ſequentibus tamen nonnihil præterea ſubiiciam, quod partim ex Hebræis, partim ex Galatino collegit.

Quare Circunciſio fieret octauo die.

Tempore Meſſiæ noua lex & ſpiritalis Circunciſio.

Notandum eſt, inquit, veteres Hebræos in ea fuiſſe ſententia, quòd tempore Meſſiæ Circunciſio ſpiritualiter, non carnaliter amplius fieri debeat. Nam in Expoſitione Cantici Canticorum, ſuper hunc locum cap. 2. *Ecce enim hyems tranſiit, tempus putationis aduenit*, & cæt. ita legitur: Aduenit enim tempus vt redimatur Iſrael. Aduenit tempus, vt amputetur præputium, de quo dictum eſt Deuteron. 30. cap. *Et circuncidet Dominus Deus tuus cor tuum: & cor ſe-* C *minis tui, ad diligendum Dominum Deum tuum.* Et lex conuertetur ad nouitatem, & renouabitur Iſraël, ſicut dictum eſt Ieremiæ 31. *Et ſcindam cum domo Iſrael, & cum domo Iuda pactum nouum*, id eſt, legem nouam. Hactenus traditio, inquit Fagius: in qua duo valdè notanda manifeſtè patent. Primum quidem eſt: quod Circumciſio tempore Meſſiæ ſpiritualiter fieri debebat: quod per illud Deuter. probat, *Et circuncidet Dominus Deus tuus cor tuum & cor ſeminis tui*: quod non poteſt niſi ſpiritualiter intelligi; cùm ad literam nullatenus de corde aliquid ſine morte auferri poſſit. Alterum verò eſt, quod lex ad ad nouitatem conuerti debebat, propter legem ſcilicet nouam, quam Meſſias daturus erat. Ad cuius probationem illud Ieremiæ inducit. *Et* D *ſcindam cum domo Iſrael, & cum domo Iuda fœdus nouum*, vbi per *fœdus* veteres Thalmudiſtæ legem intelligunt. Hæc omnia ex Fagio & Galatino.

Qui ſoliaut, minimo numero exercitus copioſos vicerint.

VANI, *tranſeamus ad ſtationem*, & cæt.] Samſonis memor fuiſſe videtur, qui Iudic. cap. 15. ſolus in aciem hoſtium irruens, mille viros peremit. Hunc plures deinde, tametſi non æquis viribus, æmulati ſunt. Nam infra lib. 2. Reg. cap. 23. & 1. Paral. cap. 11. Eleazarus, reliquis in fugam verſis, ſolus fertur victoris exercitus impetum ſuſtinuiſſe, atque fregiſſe: & alter quidam è numero *fortium Dauid* cum trecentis manu conflixiſſe ac viciſſe. Tres item alij, cùm fortè Dauid optaſſet eius aquæ quæ erat in Bethlehem ſibi copiam fieri, per medias hoſtiũ cohortes irruperunt, & hauſtam galea ad eum

A retulerunt. Veruntamen quod ad nouiſſimum hoc eaemplum attinet, non ſaris conſtat, vitio an laudi dare debeamus. Tametſi enim horum ſtupenda quædam aodacia, ſioe animi celſitudo contemptrix periculi prædicetur, non liquet tamen an ſatis prudenter hoc loco diuino munete vſi ſint: moa ſiquidem ex reſponſione Dauid eundem apparet voti ſui, quod illi nimium temerè expleuiſſent, pœnituiſſe. Nam acceptam aquam ebibere ooloit *ſed libauit eam Domino dicens: Propitius ſit Dominus ne faciam hoc: num ſanguinem hominum iſtorum, qui profecti ſunt, & animarum periculũ bibam?* At ſine dubio priores nullo non genere laudis digni ſuot, qui oon tam periculum temerè adierunt, quàm intentatum fortiter depulerunt. B Samſon verò viribus, quod nulli præterea fortaſsis mortalium contigit, ſupra humanam fidem à Deo donatus eſt, & ad perniciem Palæſtinorum diuina quadam numinis concitatione eacitatus. Qood ſi non quoque de Ionatha aſſerete liceat, noo video qoo tandem pacto temeritatis atque audaciæ abſolui poſſit. Neqoe anim Ionathas illatã vim neceſſariò à ſe depolit: ſed cùm abeſſet à periculo, vltrò diſcrimini ſa obiecit, è quo ſe nouerat prꝫterquã diuina virtute nõ poſſe eripi. Quod profectò non longè abeſt à ſcelere: nã tentare Deũ vtiqoe nefas eſt, & plerunq. ceſſit infeliciter. *Non tentabis*, ait Scriptura, *Dominum Deum tuum.* Exo. 16. & 17. Matt. 4. C Iã verò Deũ tentare, quid eſt, niſi vim eius diuinam aut fidẽ in iis eatra ordinem experiri velle, quæ alia ratione vitare poſſumus? Itaque ſi Ionathan à culpa eacuſare volumus, neceſſe eſt aſſeramus diuina impulſione rem tantam ab eo tentatam fuiſſe. Nec verò deſunt argumenta, qoæ hoc ita credi debere perſuadeant. Eapauerat enim reliquus exercitus, & imminens calamitas totius gentis vires ſuperare videbatur. Accedebat numinis terror, qoo nihil eſſe potuit ad deiiciendos animos potentius; cùm neque regis holocauſtum gratum habuiſſet, neqoe voluiſſet opem ſuam de more oraculo polliceri. Vode ergo Ionathæ tantum robur animi accedere potuit, vt has omoes difficultates cõtemneret, niſi Deus illi cootuliſſet? Deinde aut mentis alienationi tribuendum eſt, quod Ionathas auſus eſt, aut temeritati, aut denique diuinæ virtuti. D Sed illa priora nullo fundamento nituntur. Nam qui mente captus eſt, caret ratione: temetarius & præceps, eadem non vtitur. Horum neutrum qoadrat in Ionathan, vt eiuſdem oratio manifeſtè conuincit. Reliquũ eſt igitur, vt ſuſceptum ab eo facinus in Deum referamus. Accedit ad hæc, quod omen quoque, quod ad coofirmandum animum armigeri ſui expetierat, ſicot præſcripſerat, ita mox euenit. Ex qoo patet dioino inſtinctu illud ſibi prꝫſtituiſſe. Præterea, vt primùm omine accepto in eos irruit, illi animos deſponderunt, ſeque mutuis vulneribus confecerunt. Poſttemò, etiã manifeſto miraculo Ionathæ victoriam Deus cõſignauit. Quis igitur deinceps dubitet, qood Ionathas præter hominum opinionem aggreſſus eſt, Deo aotore feciſſe? Contrà tamen obiicitur, quod ex eiuſdem oratione mox ſequitur.

Deum tentare nefas eſt.

Diuino inſtinctu Ionathas in caſtra hoſtiũ irruit.

A *Si fortè faciat Dominus pro nobis.*] Nam ſi is ambigat, quis noſtrum aſſeueret? Quinimò certò videtur affirmari poſſe, temerario furore potius atque audacia inſtinctum fuiſſe, quàm inſtinctu diuino afflatuqoe concitatum, vt tam inſolenter aoderet. Nam ſi Deus hanc illi mentem conſiliumque inſpiraſſet, hoc illũ ignorare non eſſet paſſus. Deus enim *lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt vllæ*: ac proinde quibus adeſt, hos qooque ſuo lumine impertit, & ab his diſcutit ignotantiæ caliginem. Id quod neceſſariò quodammodo facit. Tametſi enim Deus nulli legi obnoaios eſt, ea qoo tamen nonnullas ſcripſit, vtiqoe credendum eſt eas velle ſeruari. Quod ſi aliter nonnunquam ſtatuat, id manifeſtò B conſter neceſſe eſt, priuſquam legis vinculo nos abſoluamus. Nam qui dubitanter aliquid aggreditur, is ſcilicet veretur, ne fortè Deo, quod facere ſtatuit, diſpliceat. Interim tamen nihil facit, niſi quod facere decreuit. Decernere autem atque aggredi quod ingratum Deo fore ſuſpiceris, tametſi ea opinionis errore hoc contingat, non poterit tamen eiuſmodi voluntas atque animi propoſitum à ſcelere excuſari. Debes enim conſtanter velle Deo nullo pacto refragari, & antè mortem oppetere quàm vt vlli rei conſentias, quam autumes eiuſdem animum poſſe offendere. Ex his verò quæ dudũ ab eo decreta ſunt, non modo quꝫ- C libet dubitandi ratio naſcitur, ſed certa ſcientia eſſe ſolet: quam niſi manifeſtæ reuelationi cettiſque indiciis cedere par non eſt. Vetat lex ne tentes Dominum. Id verò tentare eſt, quod eius virtutis periculum facere: quod tum fit, cum nulla vrgente neceſſitate vis eum præter naturæ ordinem, vis ac potentię ſuæ ſpecimen edere. Tentare igitur ac periclitari Deũ nefas eſt, idque comouni lege receptum eſt. Sed non erit habenda periclitatio, ſi occaſione imbecillitatis ooſtræ abuti voluerit ad demonſtrandam ſuam potentiam. Hanc tamen eius voluntatem vt in animum inducas credere, non incertis probationibus moueri debes. Nam donec anceps & dubius hæres, vehementer erras, ſi à communi iure deſciſcas. Quare qui tentat inconceſſa, aut de diuina voluntate certus eſſe debet, aut non leue flagitium in ſe admittit. Quod cum facere Iona- D thas ex ſoa ipſius oratione arguatur, videndom eſt, quo pacto crimen ab eo, ſi fortè æquum eſt, remooeamus.

Non licet ea aggredi quibus verearis Deum offendere.

Tentare Deum quid ſit.

Quæritur an Ionathas de Dei præſidio ac voluntate dubitarit.

HÆc quidem Ionathas, *ſi fortè faciat Deus pro nobis*: ſed oon dubitanter & timidè, aut ancipiti cogitatione diſtractos iſta pronuntiat: ſiquidem ſe à Deo inſtigari ſenſerat, & citò populum periculo liberatum iri. Sed an hac via, aut tempore id futurum eſſet, fortè dubitabat: de ſalute tamen populi moa futura non ambigebat. Certè ex ipſius verbis nolla ſatis manifeſta dubitatio deprehendi poteſt.

Nam *fortè* illud, quo maximè incertus animi pependiſſe conuincitur, non vno modo exponi poteſt. Tria verò potiſſimùm ſignificare videtur. Nam ſi quid caſu, & fortè fortuna accidat, etiam poſtquam acciderit, & iam ex hypotheſi neceſſarium haberi debet, fortè tamen accidiſſe aut eueniſſe dicimus. Virgil. Eclog. 7.

Fortè non vno modo exponi poteſt.

Fortè ſub arguta conſederat ilice Daphnis.

Verùm in eo ſenſu in Scripturis אולי *oulai* vſurpatum non inuenio: ſed penè vbique vice fungitur Aduerbij dubitandi, addita ferè ſemper ab Interprete noſtro altera harum Coniunctionum, *ſi*, *ne*, aut *niſi*; quemadmodum hoc loco, *Si fortè faciat Deus pro nobis*. Geneſ. 3. *Ne fortè moriamur*. Et 1. Regum cap. 9. verſu 6. *Ne fortè dimiſerit pater meus aſinas, & ſolicitus ſit pro nobis*. Et Eſther 4. *Niſi fortè rex auream virgulam extenderit*. Et Daniel 6. *Non inueniemus ei quicquam niſi fortè in lege ſua.* His duabus ſignificationibus tertiam idcirco addere poſſe videor, quòd videam rebus etiam certiſſimis adiungi. Quale eſt illud Ioannis 5. verſu 46. *Si crederetis Moyſi, crederetis forſitan & mihi: de me enim ille ſcripſit*. Et item illud eiuſdem cap. 8. verſu 19. *Si me ſciretis, forſitan & patrem meum ſciretis*. Nam in his duabus ſententijs nullus dubitationi locus eſſe poteſt. Nam quod ad poſteriorem attinet, *Philippe qui videt me, videt & patrem meum*, inquit Chriſtus: *non credis quia ego in patre, & pater in me eſt? Ego & pater vnũ ſumus*. Priori autem ſua ratio adiuncta eſt, *Ille de me ſcripſit*. Fieri igitur non poteſt, quin ſi illi credatis, mihi quoq; fidem habeatis. Sed nec illud quidem incertum aut ambiguum eſſe arbitror, quod Dominus Samaritanæ mulieri reſpondit: *Si ſcires donum Dei, & quis eſt qui dicit da mihi bibere, tu petiſſes forſitan ab eo.* Ioann. 4. Nam de perditiſſimis & ſceleratiſſimis Iudæis ſcriptum eſt, quòd *Si Dominum gloriæ cognouiſſent, nunquam crucifixiſſent*. Nec puto etiam tum hæſiſſe Danielem, cùm 4. cap. his verbis Nabuchodonoſor regem alloqueretur, *Forſitan ignoſcet delictis tuis*. Nõ enim dubitabat, ſi verè eum & ex animo pœniteret, *Eleemoſynis & miſericordijs pauperum* regis ſceleribus pœnam debitam redimi poſſe. Sed nec Petrum quidem dubitaſſe crediderim, cùm Actor. 8. acri ſatis obiurgatione Simonis Magi impietatem percelleret, & adderet, quo magis eum facti pœniteret, & ad ſaniorem mentem rediret, *Si fortè remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui*. Neq; enim vereri potuit, ne fortè genus aliquod peccati Chriſti ſanguine deleri non poſſet. Sapientes virgines fatuis atque inſipientibus oleum dare recuſantes, reſponderunt: *Ne fortè non ſufficiat nobis & vobis*. Chriſtus Dominus cùm perſuadere vellet, tantiſper dum in via ſumus cum aduerſario in gratiam eſſe redeundum, id quod monebat hac ratione confirmauit: *Ne fortè tradat te iudici, & iudex tortoribus*. Quid horum in dubium reuocari poteſt? quid non certiſſimè atque exploratiſſimè conſtare dicemus? Alia eſt igitur huius vocis ſignificatio, quàm quę incertum caſum aut animi anxietatem ſolicitudinemve denotet.

Fortè etiam de rebus neceſſariis dicitur.

Scriptura ſanè pleriſque in locis hominum A conſuetudinem imitari videtur, vt ea, quę quoquo modo pendere ex voluntatis arbitrio iudicemus, haud aliter quàm contingenter euentura pronunciet, etiamſi nonnulla ex his certò, quamuis liberè: nonnulla etiam ne liberè quidem aut cõtingenter effectum ſortiantur. Quis enim, ſi hominem ſpectes, liberè & contingenter, & non potius neceſſariò futurum putet vt Patrẽ nouerit, qui ex hypotheſi Filium agnoſcat? Niſi fortè quis malit in his, quæ minimè dubia ſunt, affirmandi potius quàm dubitandi vim & proprietatem obtinere. Nam ironicũs vbique interpretari non licet. Quòd ſi cui ea interpretatio magis arrideat, non carebit argumentis ab eadem hiſtoria quæ ſuam ſentẽtiam confirment. Nam primò quidem ſi periculi B magnitudinem cum Ionathæ alacritate conferas, videbitur de Dei auxilio fuiſſe ſecutus. Neque enim ſi de victoria incertus fuiſſet, quod nullo negotio vitare poterat, tãtum diſcrimen vltrò adiiſſet. Deinde, illud *Si*, quod Interpres explicandi gratia reliquis attexuit, exemplaria Hebraica non agnoſcunt. Quare etiam nonnulli abſolutè tranſtulerunt, atque in primis Chaldæus Paraphr. *Fortè faciet nobis Dominus ſignum*. Illud verò *fortè* ſi per ſe ſpectetur, iam minus negotij nobis faceſſet, cùm non vno modo explicari poſſit. Addam præterea etiam illud *fortè* nõnullas Græcas editiones Septuag. Interpr. reſpuere, quo minus vrgere quemquam credatur, cùm eius ſignificatio nonnullis interpretibus ad huius loci explanationem mi- C nimè neceſſaria viſa ſit. Quartò, verba ipſa Ionathæ quæ hoc verſu continentur, quibus diuinam potentiam prædicat, ſatis oſtẽdunt, quàm ſine dubio eiuſdem beneuolentiæ confiderit. Poſtremò, quod obiici poterat, tanquam in re dubia voluiſſe omine confirmari, hoc magis ſententiam noſtram approbat, cùm illud ipſe præſcriberet afflatu prorſus diuino, quo metum potius armigero ſuo eximeret, quàm vt de cœptu certior redderetur. Nam qui ſcire potuit Philiſthæos ad primum conſpectum ita loquuturos? Videri igitur poteſt, eum, qui futurum omen prius edocuiſſet, felicem quoque pugnæ exitum antè demonſtraſſe. Et hæc quidem hactenus ſatis mihi probabilia videntur. Quandoquidem tamen nõnullos lego in contrariam abiiſſe ſententiam, horum quoque ra- D tiones explicabo, atque in primis Toſtatum ſuis verbis referam.

Scriptura in in pleriſque vulgatum loquendi morem ſequitur.

Fortè nonnunquam affirmandi vim habet, quod hic probatur.

Explicat Toſtatus, quomodo Ionathas, tametſi diuino impetu ferretur in hoſtes, non tamen id clarè perſpexerit, ſed petierit omine confirmari.

DICET aliquis, inquit Epiſcopus Abulenſis, quòd Ionathas non egit hoc motus à Deo, quia tunc certiſſimus eſſet, quòd Deus traderet Philiſthinos in manu eius, & non poneret ſibi ſignum ad ſciendum an Deus tradidiſſet Philiſthinos in manu eius, vel non, poſuit tamen, nam dixit ad armigerum ſuum, *Ecce nos*

Toſtatus.

tranſibimus ad viros iſtos, cùmque apparuerimus eis, ſi taliter loquuti fuerint ad nos, Manete donec tranſeamus ad vos, ſtemus in loco noſtro, nec aſcendamus ad eos, ſi autem dixerint aſcendite ad nos, aſcendamus, quia tradidit eos Dominus in manibus noſtris. Ergo neſciebat Ionathas an Deus traditurus eſſet Philiſthinos in manu eius, & conſequenter non mouebatur à Deo. Ad hoc reſpondetur, quod Ionathas motus fuit à Deo ad faciendum hæc, vt dictum fuit. Moueri tamen à Deo multipliciter eſt. Nam interdum mouetur aliquis in parte intellectiua, ſcilicet quãdo Deus dat ei ſpiritum propheriæ, per quem reuelantur incognita, vel ſi det ſpiritum ſcientiæ aut ſapientiæ, aut cuiuſcunque alterius cognitionis: nam non ſolùm Deus poteſt infundere ſpiritum propheticum intellectui noſtro, ſed etiam quemcunque alium habitum intellectus, vel actualem cognitionem, vt declaratum eſt ſupra cap. 10. Poteſt etiam moueri homo à Deo in parte volitiua, vt Deus moueat voluntatem alicuius ad aliquid diligendum, vel aliquid facere volendum. Iſte quoque motus eſt ſicut in intellectu. Et quia omnis motus, quem Deus in anima noſtra cauſat, vocatur ſpiritus Dei, ponuntur multiplices ſpiritus Dei in anima noſtra, quidam ex parte intellectus, & quidam ex parte voluntatis, vt patet Iſaiæ cap. 11. ſcilicet, *Et requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini, ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis, & replebit eum ſpiritus timoris Domini.* Hi enim ſunt ſeptem ſpiritus, quorum quatuor pertinent ad intellectum, ſcilicet, Spiritus ſcientiæ, ſapientiæ, intellectus, conſilij: tres tenent ſe ex parte voluntatis, vel affectus, ſcilicet, Spiritus pietatis, & fortitudinis, & timoris. Cùm ergo per omnes hos ſpiritus homo à Deo moueatur, poterat Ionathas moueri à Deo ad pugnandum contra Philiſthinos per modum voluntatis, vel per modum intellectus. Si per modum intellectus, eſt ſenſus, quod Deus reuelaoit Ionathæ modo prophetico, quòd iret contra Philiſthinos, ſicut reuelauit Samueli, quod Saul deberet ire cõtra Amalecitas ſequenti cap. Si per modum voluntatis, eſt ſenſus, quòd Deus inclinaret Ionathan dando ei deſiderium magnum eundi contra aciem Philiſthinorum, dando quoque magnam animoſitatem, vt non formidaret eorum multitudinem, & tamen nihil moueretur ex parte intellectus, ſcilicet non reuelando, quòd iret, vel non iret. Quod autem talis motus fiat à Deo interdum, patet ſupra cap. 11. Cùm Saul audiuit verba virorum Iabes de ſuperbia Ammonitarum: nam dicitur, quòd *inſiliit in eum ſpiritus Domini, & iratus eſt furor eius nimis: aſſumenſque vtrumque bouem concidit in fruſta, & miſit in omnes terminos Iſrael*, & ſic Deus nihil loquutus fuit ibi Sauli, ſed immiſit ei quoddam robur, & animoſitatem, vt non formidaret Ammonitas, & iuberet Iſraëlitis ſub interminatione venire ad bellum.

Mouetur intellectus, mouetur nonnunquã & voluntas à Deo.

Nunc igitur conſiderandum eſt, quòd quanquam vterque motus iſtorum fit à Deo: ſemper tamen ſunt manifeſtiores motus ex parte intellectus, quàm ex parte voluntatis, ſcilicet, qoòd certius nobis indicant an à Deo moueamur, vel non: Nam cũ alicui reuelatur à Deo, quòd faciat tale, vel tale, non poteſt dubitare, quin illud à Deo fit, quia impreſſiones propheticæ ſunt nimis fortes, & manifeſtatiuæ eius, à quo ſunt. Cùm autem Deus mouet aliquem ex parte voluntatis, ſcilicet inclinando eum ad aliquid, quanquam credat ſe aliqualiter à Deo moueri, tamen non eſt hoc ſibi penitus manifeſtum: ita autem de Ionatha dicendum eſt, quod ipſe fuit à Deo motus per modum voluntatis, ſcilicet nulla reuelatione facta, vel præcepto, quod iret ad caſtra Philiſthinorum, ſed dedit ei Deus magnum deſiderium ad eundũ illuc, maius quidem quàm inſurgeret per aliquam humanã affectionem: dedit quoque ei magnam animoſitatem, vt nõ formidaret Philiſthinos. Quia tamen Dei motus per modum voluntatis non ſunt penitus manifeſti, vt ſupra dictum eſt, non conſtabat plenè Ionathæ an Deus eum moueret ad hoc, ideo voluit habere ſignum manifeſtatiuum. Et iſtud accepit, vt infra dicetur. Hactenus Abulenſis.

Cùm mouetur voluntas non omnis dubitatio tollitur.

Diſtinguitur Miraculorum fides ab ea, qua traditam à Deo doctrinam, & ab Eccleſia ad credendum propoſitam, non dubitanter complectitur.

SANCTVS Gregorius Magnus Epiſcopo Abulenſi multis ſeculis antiquior, cùm hũc locum ſuo more ad mores transferret, etiam illud *fortè* dubitandi aduerbium eſſe voluit. Etenim, inquit, quia flagitioſorum conuerſio facilis non eſt, dicit: *Si forte faciat Deus pro nobis. Si fortè* dicit, quia de plena criminoſorum ſalute adhuc plenius non præſumit. Ita S. Gregor. At qui dubius eſt, iam fidẽ negauit. Semper enim eſt cum firmo ac ſtabili mentis aſſenſu coniuncta. Quî igitur factum dicemus, vt Deus tantam victoriam Ionathæ perduelli atque à fide apoſtatæ concederet? Videtur ſiquidem inter eos, quos læſæ fidei damnamus, meritò referendus. In fidem verò peccaſſe non leue ſcelus eſt: illa namque labefactata tota religio corruat neceſſe eſt. Nam neque ſpes, neque charitas, quibus tanquam firmiſſimis columnis Chriſtianæ profeſſionis celſitudo innititur, ſubrupto fidei fundamento ſtare vltra poterunt; neque religionis vllus cultus Deo gratus atque acceptus eſt futurus; cùm *ſine fide*, vt inquit Apoſtolus, *impoſſibile ſit placere Deo*. Verùm illi, qui noſtro tempore Caluini iudicium in deprauanda religione ſequuti ſunt, triplicẽ fidem diſtinguunt. Vnam hiſtoricam, alteram miraculorum, tertiam denique iuſtificantem. Hiſtoricam, qua credimus omnia, quæ à Deo dicta ſunt, vera eſſe: miraculorum, qua credimus nihil eſſe, quod à Deo fieri non poſſit; Iuſtificantem & Chriſtianam, qua credimus meritis Chriſti remiſſa nobis eſſe peccata. Has tres in nobis fides (fides enim iſti, tanquam in lyra, non tanquam in religione fidem

S. Gregori

Obiicitur contra innocentiam Ionathæ.

Triplex fides hæreticorum.

Digitized by Google

faciunt) tribus in Deo proprietatibus reſpondere, hiſtoricam veritati; Miraculorum potentiæ; Iuſtificantem bonitati, non omni, ſed illi propriè, qua, cùm adhuc peccatores eſſemus, vt ait S. Paulus, *Chriſtus pro nobis mortuus eſt*: Nos nec prima, nec ſecunda, ſed ſola tertia iuſtificari. Ad hunc modum explicat triceps illud monſtrum Caluinicæ ſuperſtitionis Maldonatus in 9. cap. Matth. quo nullum hactenus portentum infeſtius ad humani generis perniciem erupit. Eundem autorem ſequutus Beccanus ex eadem familia Tractatu 4. c. 2. quæſt. 8. de Caluinica Iuſtificat. Notat ſectatores Caluini duplicem conſtituere promiſſionum fidem: vnam generalem, qua generatim credimus promiſſam eſſe remiſſionem peccatorum iis omnibus, qui in Chriſtum credunt: Alteram ſpecialem, qua vnuſquiſque in particulari promiſſionem illam ſibi applicat, credendo, certoque ſtatuendo, omnia peccata propter Chriſti meritum ſibi eſſe remiſſa. Hanc ſpecialem, propriè eſſe illam, qua iuſtificamur. Videndus Caluinus lib. 3. Inſtitut. cap. 2. per multos paragraphos. Hac ſi nobis vti fidei diſtinctione licuiſſet, dudum omnem ex animo ſcrupulum expuliſſemus. Nam cùm is ſcopulus in quem impegiſſe Ionathan *fortè* illud arguit, illi præſertim fidei inſidietur quæ miraculorum opifex eſt, ſatis dixiſſe fuiſſet, nihil eam ad mores iuſtitiamque pertinere. Verùm ambo illi veræ germanæque fidei fortiſſimi defenſores, triplicem illum non fidei, ſed ſuperſtitionis cerberũ argumentorum ſuorum iaculis dudum confecerunt. Quibus ſua arma ſibi habere ſinentes, telo vno contenti, quo illi minimè vſi ſunt, nos quoque hanc multorum capitum belluam expugnabimus.

Maldonatus. *Beccanus.* *Duplex fides promiſſionum Dei iuxta Caluiniſtas.* *Caluinus.*

Credidit *Abraham Deo*, inquit Scriptura, Geneſ. 15. & ad Rom. 4. *& reputatum eſt illi ad iuſtitiam.* Abrahæ iuſtificationem audis, eamque ex fide. At qua fide? vtique iuſtificante: neque enim alia iuſtificaret, quàm quæ ea vi atque energia prædita eſſet. Num igitur vllo genere diſcriminis diſtincta ea fuit ab ea, quæ miracula hiſtoriamque complectitur? Quid enim ea fide, qua iuſtificatus eſt Abraham, credidit? Nempe futurum ſemen ſuum inſtar ſtellarum cæli. Atqui illud opinor ad hiſtoriam pertinet, licet illa longè antè prænuntiata ſit. Nam quicquid Deo autore creditur, quod pertinet ad rerum temporúmve ſeriem, ſiue adhuc futurum ſit, ſiue iam præterierit, illud totum fidei hiſtoricæ tribuitur. Hoc verò etiam præter cætera, quod ſecundum leges definitionis ab eis traditæ inter ea, quæ à Deo dicta ſunt, meritò refertur. Ex quo ſequitur, vt eam fidem, cuius beneficio Abraham iuſtitiam adeptus eſt, hiſtoricam fuiſſe dicamus. Iam verò, vt ad eam quoque fidem accedamus, quæ miraculorum eſſe dicitur, quid credidit? rem planè ſtupendam & miraculo plenam, quam ex Apoſtolo audies. *Non conſiderauit*, inquit, *corpus ſuum emortuum, cùm iam ferè centum eſſet annorum, & emortuam vuluam Saræ. In repromiſſione etiam Dei non hæſitauit diffidentia, ſed confortatus eſt fide, dans gloriam Deo: pleniſſimè ſciens quia quæcunque promiſit, potens eſt & facere. Ideo & reputatum eſt illi ad iuſtitiam.* Hactenus Apoſtolus. Credidit igitur Abraham effœtis viribus, & confecto corpore, Sara quoque ſterili & iam exacta ætate ad pariendum minimè idonea, ſe poſſe prolem ſuſcipere. Quod cùm naturæ vi atque potentia effici nullo modo poſſet; quod natura negabat, Dei tamen beneuolentia ſe conſequi poſſe eiuſdem autoritate perſuaſus eſt. Quæ fides, ſi quæ fortè miraculis priuatim debetur, proculdubio in ea ſpecie numeranda eſt. Et tamen per hanc eandem fidem iuſtitiæ laudem Abrahæ partam paratámque teſtatur Apoſtolus. Vnde manifeſtè colligitur, Miraculorum fidem atque hiſtoricam eandem eſſe fidem cum Iuſtificante.

Fides qua iuſtificatus eſt Abraham, eadem miraculorũ & hiſtoriæ.

Neque tamen propterea confutandi ſunt à nobis ſancti Patres, aut pariter cum hæreticis ſenſiſſe credendi, cùm fidem Dogmaticam ab ea, quæ Miraculorum eſt, ſecreuerunt. Non enim perinde illi intellexerunt, vt nunc hæretici: qui fidem miraculorum velut alteram fidem definierunt, & non quemadmodum Patres admirabilem quandam energiam eductam, vt ita loquar, de potentia vnius & eiuſdem fidei. quam quia ſolus Deus rarò ac ſingulari beneficio elicere ſolet à Chriſtiana fide, quæ omnium Dei filiorum communis mater eſt, & huius quoque ſtirps & origo eſt, ſapienter diſtinguendam cenſuerunt. Sic enim S. Hieronymus in cap. 12. Epiſtol. 1. ad Corinth. in hæc verba Apoſtoli, *Alteri fides in eodem ſpiritu.* Fides, inquit, prodigia faciendi, quæ montes trãſferat. Abuſiuè enim rem pro effectu poſuit. Quem ſequutus Primaſius Epiſcopus Vticenſis præcedentibus etiam hoc addidit. Hic fides non ſolùm ad credendum, ſed etiam ad prodigia, vt ignis caderet. Ex quo apparet, S. Hieronymum miraculorum fidem, cum ea, qua Chriſtiani ſumus, & in album filiorum Dei adſcribimur, tanquam effectum cum ſua cauſa conferre. Qui effectus, quoniam neque phyſicè erumpit, neque fidei merito neceſſariò debetur, vt pote qui ad aliorum vtilitatem magis ſpectat quàm ad propriæ virtutis incrementum: idcirco etiam minus frequenter confertur: collatus verò adhuc fidei nomine deſignatur duplici ratione. Primùm, quòd ad robur & fidei firmamentum impeodatur. Deinde, quòd manet ab omnipotẽtia Dei, cui fides innititur. Inter vtramque autem gratiam quantum diſcriminis interſit, ex eo facilè perſpici poteſt, quòd Chriſtiana fides ſit quidam virtutis habitus, animis noſtris à Deo iuſitus, cuius hæc ratio eſt, vt niſi aliunde noſtra culpa deleatur, conſtanter inhæreat. At verò admiranda illa vis, qua miracula fiunt, nullo tempore animis noſtris inſidet, vti fides: ſed eſt eadem diuina virtus, quæ ad nutum hominis, quem ipſa mouet, cùm ita Deo viſum fuerit, nonnulla præter rerum ordinem vimque naturæ parit. Itaque præclarè eundem locum Apoſtoli interpretatur S. Chryſoſtomus Orat. 29. in cap. 12. Epiſt. 1. ad Corinth. Fidem, ait, non eandem dicit quæ eſt dogmatum, ſed eam quæ eſt ſignorum. De qua dicit, *Si habeatis fidem tanquam*

Qua ratione PP fidem Dogmaticam à fide Miraculorum diſtinguant. S. Hieron. Primaſius. Chryſoſt. Matth. 17.

Digitized by Google

granũ ſinapis, dicetis huic monti, tranſi hinc, & trãſibit. De ea quoque rogabant Apoſtoli dicẽtes, *Adde nobis fidem.* Hæc enim eſt mater ſignorũ. Cum quo in eandem ſententiam conuenit etiã Theodoretus. Fidem hic, inquit, non hanc dicit communem, ſed illam de qua paulò poſt dicit: *Etſi habuero omnem fidem, ita vt montes transferam.* Quibus etiã adſtipulatur Euthymius, & Theophylactus, & vtroque antiquior S. Cyrillus Ieroſolymitanus Catecheſi 5. Illîc duplex fidei genus conſtituit: Alteram, qua Deo credimus, & iis, quæ ab eo reuelata ſunt, & per Eccleſiam propoſita, conſenſum accõmodamus, eamque Dogmaticam idem S. aſſignat. De hac ſcriptũ eſt Ioann. 5. *Qui verba mea audit, & credit ei, qui me miſit, habet vitam æternam.* Alteram, qua non tantùm dogmatibus aſſentimus, ſed etiam id, quod fieri petimus, efficiendum à Deo credimus; quam fiduciam etiã appellamus: de qua dictum eſt Lucæ 17. *Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis.* Et Iacob 1. Poſtulet in fide nihil hęſitans. Hæc fides complectitur primam, & ſuperaddit ei. Non enim ſolùm credit Chriſtum conferre poſſe quæ deſiderantur, quod ad fidẽ dogmaticam ſpectat: ſed etiam ea quæ in votis habentur, tum pro ſua clementia eſſe reipſa cõceſſurum. Et quidem hanc S. Cyrilli doctrinã probat in primis Toletus in caput 5. Lucæ Annot. 36. Argumenta autem quibus hanc traditionem oppugnare nititur Maldonatus in c. 17. Matth. tam nullius mihi momenti viſa ſunt, vt cùm aliò properem, mihi refutanda non duxerim. Is verò tametſi cùm PP. veſtigiis inſiſtit, ſe mihi plerunque mirabilem exhibeat, & ſemper doctiſſimus ſit habitus, abſit tamen vt tantùm cuiuſquam autoritate mouear, vt nõ eiuſdem opinione veterum Patrum ſententiam antiquiorem habeam.

S. Theod. — S. Cyrillus Hieroſol. — Fiducia qua fides. — Toletus.

A B C

Defenditur Ionathæ innocentia: & Matthæi locus explicatur ex eiuſdem Euangelij capite decimo ſeptimo.

SAD his iam pro virili noſtra vtcunque explicatis, tempus eſt, vt ad Ionathan reuertamur. Huius igitur quæcunque tandẽ fuerit illa dubitatio, nihil eam fidem læſit aut violauit, quam diuinis promiſſionibus atque inſtitutis habere debuit. Hanc enim, quantũ eo tempore opus fuit, ſatis diſertis verbis expreſſit, cùm ſe credere profeſſus eſt, Deum ad parandam victoriam militum numero non indigere. Sed ſi qua dubitatio fortè fuit quæ ſuſpenſum eius animum ſollicitaret, ea tota ad fidem miraculorum pertinuit: quæ eſt, vt ante dicebam, non vna ratione à priore ſeiuncta. Quod ſi concedimus, eamque à Deo non cuilibet ſed cũ pauciſſimis communicari, quibus autem denegatur nullam propterea ſynceræ fidei iacturam pati, reliquum eſt, vt Ionathan violatæ fidei ſuſpicione liberemus. Quod cùm factum erit, illud deinceps nobis reſpondendum video, quî tandem factum ſit, vt, cùm Diſcipuli non parũ difficultatis paſſi eſſent in expellendo Lunatico quodam dæmone ita vt infecto negotio ab eo diſcederent, Chriſtus Dominus incredulitatis eos arguerit, & dæmonis contumaciam eorundem infidelitati tribuerit, ſi quidem ea res, vt ſentire videmur, reprehenſione caret? Hanc difficultatem ita ſoluit Maldonatus, vt iure increpitos idcirco arguat, quòd Diſcipulos Domini imminutæ primæ fidei inſimulet, & eiuſdem ſceleris reos conſtituat cum patre adoleſcentis, qui ſic de Chriſti diuinitate ac potentia dubitauit, vt diceret, *Si quid potes adiuua nos*: & tamen idem paulò ante iubet, Apoſtolos magnam habuiſſe fidem credamus; quæ neſcio an cuiquam ſatis conſtare videantur. Sed vt ſibi conſtet, neque ſecum pugnare iudicetur, poſtquã tamen ſanctorum Patrum ſententiam recentiorum opinionibus anteponendam duximus, ea nobis defenſione interdiximus. Itaque alia nobis ratio ineunda eſt. Vrget enim doctus ille Maldonatus, Diſcipulos ob miraculorum fidem, etſi maximà deeſſet, corripi nõ debuiſſe; cùm ſit illa Dei donum, quod ab eiuſdem voluntate pendet: quodq; non cuilibet optanti, ſed paucis à ſe delectis impertit, idq; nonnunquam nulla meritorũ habita ratione. His ergo reſpõdemus, quòd tametſi ea fides inter ea ſpiritus chariſmata numeretur, quæ à Theologis gratiæ gratis datæ nuncupantur, quæque ad aliorum potius vtilitatem quàm ad propriam iuſtificationem conferuntur: tamen ſi quis ea vtatur præpoſtere, aut etiam ex animi imbecillitate amittat, quanquam fidei Chriſtianæ deſertor haberi non poſſit, Deum tamen grauiter offendit. Neque enim Deus æquo animo fert ſua munera negligi, aut fruſtrà perire: ſed quod contulerit, velut depoſitũ repetit, & ſortem cum fœnore pariter exigit. Hoc ille nos docet, qui ab eodem in parabolã inductus eſt: qui cùm à ſeruis rationes repoſceret, etiã vſuras creditorum talentorũ ſibi exhiberi voluit; eum verò, qui in cogẽdo fœnore negligẽtius ſe habuerat, vehemẽter obiurgatũ pœnę ſubiecit.

At ſuo munere fortaſſis egregiè functi erant Apoſtoli, ita vt meritò reprehendi nõ poſſent. Primùm enim eam à Chriſto poteſtatẽ acceperãt, vt morbos curarẽt, dęmones expellerent. Deinde tam fæliciter hactenus ea vſi fuerant, vt etiam apud Magiſtrum iactabundi gloriarentur ſibi dæmonia ſubiici. Poſtremò in dæmonem contumacem inciderunt, qui videbatur eorum imperium contemnere. Quid igitur tum illi, quid agere debebant? nempe vehementius inſtare, & orationi incumbere, ieiunium præterea adhibere, & eius ſubſidio vti: neque enim aliter genus quoddam dæmoniorum extruditur. Hoc ſcilicet illi tum experiri ac tentare debuerant. Sed quid fecerunt? Primùm quidem ratione ſuffundi, deinde etiam animum deſpondere cæperunt. Poſtremò cedere, ſeque victos fateri. Horum obſecro quid non acri obiurgatione dignum fuit? Tametſi enim nemini vitio dari queat, quòd fidem miraculorum non habeat, priuſquam illam à Deo acceperit: vbi tamen illam accepit, ſi ſe tantæ poteſtatis prærogatiua præ ſua hæſitatione aut diffidentia priuauerit,

Ionathas à calumnia vindicatus. — Matth 17. Marc. 9. — Defectus fidei miraculorum quare arguatur in Apoſtolis. — In quo culpandi Apoſtoli.

D

Digitized by Google

non video quî valeat à peccato excuſari. Vnde A enim omnes, vt inquit Apoſtolus, iræ filij naſcimur? An non ideo quod ſine originali iuſtitia naſcimur? Au verò peccatum eſſe cenſes originalem iuſtitiam nō habere, cùm nemo eam humanis viribus adipiſci poſſit? Nequaquam ſanè illa priuatio peccatum haberetur, niſi prius eā nobis Deus cōtuliſſet. Sola rei creditę amiſſio, & neglecta depoſiti cuſtodia, reos nos conſtituit. Quod de Diſcipulis Domini pariter in hac parte ſentiendum eſt. At dices, ſi fidem illam Diſcipulis Dominus contuliſſet, neutiquā dubitaſſent. Imò credentis animus nonnunquam ancipiti cogitatione diſtrahitur, atque ab humana infirmitate huc & illuc impellitur: quòd ſi in deteriorem partem vergat, tum verò iam iam nō dubitatio, ſed alio nomine vitium illud B deſignatur. Neque verò dubitaſſe tantùm Apoſtolos crediderim, quanquam, vt opinor, Ionathas dubitauit: ſed inſperata difficultate perculſos, animum deſpundiſſe.

Explicatur quid ſit cogitatio, quid dubitatio, ſuſpicio, opinio, fides; atque iterum Ionathæ innocentia aſſeritur.

VERVM quo facilius ſuperiora intelligantur, & quantum quiſque ex precedentibus deliquerit, liquido cōſtare poſſit, nonnulli nobis animorum noſtrorū motus cum S. Thoma explicandi ſunt: quibus perſpectis, de ſin- C gulis iudicium conſtantius feremus. Credere igitur, quod fidei eſt proprium, perinde eſt, autore D. Thoma, atque aliquid animo & cogitatione cōplecti. *Cogitationē* autem, ſi quis propriè definire ſtudeat, eam eſſe inueniet intellectus quandam conſiderationem, quæ cum inquiſitione coniuncta eſt, donec perfectè quid, clarè, ac euidenter perſpiciatur. Verùm non quodlibet cogitare credere eſt, nec quælibet cogitatio fides: ſed cùm ea ſit multiplex, alio atque alio nomine nuncupatur. Et quidem, cùm ea tam adhuc inelaborata atque imperfecta eſt, vt neutram in partem propendeat, *dubitatio* vocatur: quæ ſicut fidem non promouet, ita nec illam oppugnat. At incipit oppugnare *ſuſpicio*, quæ magis in alteram partem inclinat, & ab ea deflectere incipit, tametſi nōnullis ad- D huc ſignis ab aſſenſu deterreatur. Opinio verò alteri iam parti adhæret, non tamen abſque metu, ne quid fortè lateat quod nos in errorem inducat. At *fides*, licet in pari cum dubitatione, ſuſpicione, atque opinione, obſcuritate verſetur, tantum tamen diuinæ autoritati tribuit, vt nec ſcrupulus tenuiſſimus reſidere aliquis videatur. Vnde etiam Chriſtiana credulitas, quāquam tenebris obſita, quod illi cum ſuſpicione atque opinione commune eſt: cum ſcientiæ tamen perſpicuitate atque intelligentia, quæ naturali lumine colluſtrantur, de aſſenſionis firmitate contendit. Cuius quidem cōtrarium, (ſi fontem ſpectes è quo manat) reperiri nullum poterit: at in humanis actibus, cùm à veritate aberrant, pleraque reperies, quæ illam ve-

S. Tho. 2. 2. quæſt. 2. art. 1.

Credere quid.

Cogitatio explicatur.

Dubitatio.

Suſpicio.

Opinio.

Fides.

Fides à quibus oppugnetur.

hementer impugnent. Et primùm quidem *hæreſis*, quæ eiuſdem conſtantiam ſua pertinacia æmulatur. Deinde *infidelitas*, quæ illam à fundamentis euertere conatur. Ad hæc *opinio*, quæ cùm in contrariam partem ſe dederit, inuitum licet ac reluctantem animum ab ea auocat. Poſtremò *ſuſpicio*, quæ vbi locum inuenit, tametſi fidei arcem deiicere prorſus non valeat, eius tamen conſtantiam magnopere labefactat. *Dubitatio* ſi præit, quod nobis facere viſa eſt, nuſquā receptæ fidei officiet.

At verò harum omnium machina quæ præ cæteris Apoſtolorum fidem, quam miraculorum fuiſſe diximus, cōcuſſerit, id ſcilicet in ambiguo eſt. Incredulitatem certè Chriſtus eam vocauit. Verum id nominis, cùm in hæreſim opinionem atque infidelitatem quadret, & ſuſpicioni quoque tribui quodammodo queat, nihil inde certi elici poterit. Fuiſſe tamen hæreſim, aut infidelitatē, idcirco negare poſſumus, quòd illa incredulitas, quocunque tandem nomine cenſeatur, fidem dogmaticam non oppugnabat. Neque verò illud quemquam mouere debet, quod Chriſtus τὴν ἀπιστίαν dixerit; ſiquidem & mox ipſum donum πίστιν nuncupauit, cui eam incredulitatem tanqoam ex aduerſo opponere voluit. Cùm igitur Apoſtolos Domini neque à fide defeciſſe, neque in hæreſim lapſos fuiſſe ſuſpicari liceat, ſed nec ſtudio quidem alienæ opinionis in cōtrariam ſententiam abiiſſe, ſic arbitror, contumacia dæmonis attonitos, quod leuiſſimum in eo genere eſſe potuit, variis ſuſpicionibus duntaxat à conſtantia fidei, quam in abarcendo dæmone præſeferre debuerant, deſciuiſſe. Nam cùm nihil tale antea experti eſſent, neque tam inſperatæ difficultatis cauſa appareret, animis perturbati atque confuſi, ab expugnando dæmone ceſſauerunt, quo tempore vrgere vehementius atq; inſtare debuerant. Quibus autem modis Chriſtos poſtea docuit. Ex quo coniicere licet, non aliud eorum peccatum fuiſſe, quàm quòd animis antè defecerint, quàm remedia omnia adhiberent. Cùm enim ad primam eorum vocem dæmon iſte fugam minimè capeſſeret, ſuſpicati ſunt ſibi minus virium collatum eſſe, quàm quod ad omnes dęmones eiiciendos ſufficeret; ac proinde Magiſtrum conſulendum, eiuſque opem implorandam. Qua ſuſpicione non ſemel in benigniſſimum præceptorem ac Dominum peccabant. Nam & verba eius, quibus illis eam poteſtatem mandauerat, cùm eſſene clariſſima, præ ſua puſillanimitate in deteriorem ſenſum detorquebant, nec ſatis dignè poſt tot accepta pignora beneficiorum, de eiuſdem bonitate ſentiebant; cùm vererentur ne fortè impares cum hoſte potentiori commiſiſſet. Dein deſcādali occaſiones ſerebant, cùm ex eo dicturi eſſent plurimi, etiamſi per ſe quoſlibet dæmones eiiceret, eam tamen poteſtatem cum diſcipulis communicare non poſſe. Poſtremò, etiam propter eorum ignauiam eiuſdem Domini virtus & poteſtas in dubium vocabatur, vt hic manifeſtè patet. Nam cùm primùm energumeni pater alacriter ad eius Diſcipulos acceſſiſſet, ſimul vt ſpem ſuam decipi animaduertit,

Culpa quæ videatur fuiſſe Apoſtolorum.

uertit, conſternatus animo etiam Domino dicere A auſus eſt: *Si quid potes adiuua nos.* Propter hæc igitur Dominus diſcipulorum ſuorum incredulitatem notauit: & ne quid ſimile in poſterum fieri contingeret, quid facto opus eſſet, admonuit, & oratione atque ieiunio cuiuſlibet dæmonis peruicaciam frangi atque domari poſſe.

Dubitatio ſuſpicione leuior, & ſine culpa in iis quæ noſſe non obligamur.

Dubitatio verò etiam ſuſpicione leuior eſt. Cùm enim à mera ignoratione proficiſcatur, ſic animum ſuſpenſum detinet, vt tamen non audeat de veritate præiudicare. Quare etiam, vt opinor, ſi in eo cognitionis genere verſetur quę vires noſtras ſuperet, nec à nobis neceſſariò noſcenda ſit, nulli prorſus culpæ ſubiacebit. B Iam verò quis eiuſmodi eſſe neget eam, quæ vocatur miraculorum fidem, cùm nil tale dogmatica fide præſcribatur, vt hoc aut illud præter rerum ordinē ſeriemque cauſarū diuino beneficio euenturum credamus? Nam quod fieri à Deo in hominum gratiam miracula poſſint, nec deneget quoties expediat, eadem illa fide, quam profeſſi ſumus cùm Chriſto nomen dedimus, credere obligamur. Sed quod hoc vel illo tempore fiant, minimè: cùm ne id quidem, niſi Deus renuntiet, ſcire poſſimus an expediat. Inde adeò factum eſt, vt nonnulli Sanctorum, qui ea fide ſiue dote præditi erant, cùm ſperarent ſe poſſe dæmones expellere, non potuerint; vti Magno Antonio nonnunquam C accidit: contrà verò cùm vererentur ad id opus aggredi, nullo negotio quod quærebatur præſtiterint. Hoc enim de S. Auguſtino in ipſa penè vitæ periodo conſtituto legimus. Neque enim ſemper eorum mentes tanta luminis copia perfudit, vt diuinæ prouidentiæ arcana penetrarent: ſed cùm eſſent diuini numinis ſtudioſiſſimi, & proximum quemque ſingulari beneuolentia complecterentur, omnibus quidem benefacere vehementer optabant; ſed cùm pro hominum temporúmve conditione quid vtile, quid nocens futurum eſſet, non ſatis intelligerent: prout variè ſe affectos ipſi ſentiebant, ita promptius aut cunctantius ſuas preces offerebant. Rogabant autem impenſius, vt præ his quæ votis expeterēt, diuina potius voluntas & prouidentia obtine- D ret. Itaque miraculorū quidē fides illis aderat: ſed cùm ea alia ſit à dono prophetiæ, nec ſimul vtroque omnes potirentur, vota ſua diuino iudicio permittebant; perſuaſi in primis nuſquam quicquam denegatum iri quod peterent, niſi quod inutile vel nociturum eſſet, aut diuinæ prouidentiæ legibus repugnaret; quo modo impetrare minimè cupiebant.

Miraculorū fides non omnem dubitationem excludit.

Hinc tandem perſpicuum eſt, quo pacto ea quæ dicitur miraculorum fides, non omnem dubitationem excludat: quin potius eam neceſſariò admittit, niſi fortè ad eam prærogatiuam accedat etiam prophetia. Ex quo proinde etiam ſequitur eam ſine crimine eſſe, ſi quidem Sanctos culpa vacare iudicemus, cùm prophetandi munere carent. Si cui tamen à Deo ſua voluntas manifeſtata ſit, & ad rem peragendam delegata idonea poteſtas, vti prius quidem Moyſi, Apoſtolis autem poſtea factum legimus: is, ſi quod imperatum eſt, in dubium reuocet, vehementer errat; præſertim verò ſi iuſſio ipſa minimè obſcura eſt, nec vllis verborum ambagibus adumbrata. Quamobrem etiam iure merito Dominus verbis quidem in ſuos diſcipulos, reapſe autem in Moyſen animaduertit: cùm illis quidem fiducia cōgreſſis cum dæmone, Moyſi autem etiam animus ad aquas contradictionis defeciſſet.

Concluſio pro Ionatha.

Ionathæ verò cùm nihil tale prius contigiſſet, neque nuntium de cælo accepiſſet, ſi quid dubitauit cùm occulto inſtinctu ad audendum tantum facinus excitaretur, abſque omni culpa accidit. Siquidem, quod neceſſario confiteri oportuit, hoc palàm profeſſus eſt, Deum vincere omnia: quod autem inueſtigare non potuit, an tum Deus mirando aliquo facinore populum liberare ſtatuiſſet, de eo dubitare maluit, quàm temerè proferre ſententiam. At quod inuicti animi pariter ac fidei omnibus argumentum eſſe debuit, hoc præſtitit, vt ſe totum Deo committeret, neque periculi magnitudine terreretur. Sicque, vt mihi quidem videtur, propoſitæ quæſtionis nodus diſſolutus eſt.

Veruntamen, inquis, adhuc ea difficultas vrget nos, quæ ab initio obiecta eſt: non licuiſſe eum incomperta aggredi, quæ manifeſta lex fieri prohiberet. Reſpondeo, donec in hac ſalebra hæſit Ionathæ animus, nihil eum tentaſſe, ſed ſtuduiſſe tantum, vt quid Deus fieri decerneret, inueſtigaret: Poſtquam autem diuinitus omine confirmatus eſſet, tum omiſſo timore in hoſtes irruiſſe.

Obiectionis ſolutio.

Non militum numero ſed numinis præſidio victoria comparatur.

QVIA *non eſt Domino difficile ſaluare, vel in multis, vel in paucis.*] Eadem Iudas Machabæus repetit 1. Machab cap 3. Etenim *facile eſt*, ait, *concludi multos in manu paucorum, & non eſt differentia in conſpectu Dei cæli liberare in multis, vel in paucis, quoniam non in multitudine exercitus eſt in victoria belli, ſed de cælo eſt fortitudo.* Hoc verò ne Gentes quidem à fide alienæ penitus ignorarunt. Nam apud Xenophontem lib. 3. Expedit. Cyri Minoris hæc legimus. Id planè omnibus perſpicuum eſt, non numero aut corporum robore victoriam cōparari, ſed vtri in hoſtem, dis vtique iuuantibus, animo firmiore impreſſionem fecerint, eos eſſe quorum illi impetum ſuſtinere non poſſint.] Quas acies, quóſve exercitus, qui duces parua manu profligarint commemorat Alexand. ab Alexand. Genial. Dierum lib. 6. capite 25.

Xenophon

Alexand. ab Alex.

Tomyris Scytharum regina, ob vnigeniti filij necem acerbo dolore atque ira percita, exigua manu ingentes Cyri copias fudit, & ducenta Perſarum millia vna acie trucidauit, tanta cæde, vt ne nuntius quidem luctuoſæ cladis callidis ſupereſſet. Miltiades dux Athenienſium, cùm non plures quam decem millia Athenienſes eduxiſſet, in campis Marathoniis Perſarum centum & decem millia, & quod excurrit, miſerè afflixit cæſo penè toto exercitu. Plura apud eundem diuerſarū gentiū exempla legere poteris, quæ his noſtris Comment. oneri eſſe poſſent. Sampſon etiā, Samgar, & Gedeonem, exempla his longè illuſtriora, ex lib. Iud.

Herodot.

A petere potetis. Artabanus apud Herodot. lib. 7. Vides, ait, vt prægrandia animalia fulmine Deus ferit, nec ſinit inſoleſcere, parua verò nihil lædit. Vides vt magna ſemper ædificia magnaſque arbores, huiuſmodi fulminum tela percutiunt. Gaudet enim Deus eminentiſſima quæque deprimere. Vnde & iogens exercitus ab exiguo profligatur, quoties Deus his quibus inuidet, (veræ pietatis is expers fuit) aut metum incutit, aut tonitruum. Propterea quidam ſecus ac dignitas ſua poſtulabat, in calamitatem inciderunt, quia Deus neminem alium quàm ſeipſum ſinit magnificè de ſe ſentire. Hactenus Artabanus apud Herodot. Nunc illam Ionathæ ſententiam paulò fuſius explicemus.

Deo cuncta ex æquo poſſibilia eſſe probatur.

Diceret armiger, inquit Toſtatus, facinus audax & temerarium videri, ſi vnus & alter B tantam hanc multitudinem tentent laceſſere. Reſpondet igitur Ionathas, negari non poſſe, ſi tantum audeant humana virtute freti: at cùm diuina vi atque potentia nixi ſint, temeritatis accuſari non poſſe. Deo namque cuncta ex æquo factu facilia eſſe. Quod probari pluribus argumentis euidentiſſimè poteſt. Quorum nonnulla copioſè ſatis Toſtatus explicuit: ego, quæ ex eius theſauro magis ad rem pertinere viſa ſunt, in pauca conferam. Et primùm quidē illud obſeruabo, vnde agendi labor & difficultas oriatur. Non enim aliunde manat quàm ex cauſæ efficientis imbecillitate, & eius materiæ, quæ ab ea afficitur, nōnulla repugnantia. Nam C cùm vnaquæque cauſa certo fine ac modo vires intentas habeat, & vnaquæque item materia ſingulari quadam ratione affecta ſit, inde fit, vt non peræquè commode inter ſe conueniāt: ſed vincenda primum eſt omnis antipathia, vt tanquam mutuo complexu vtriuſque cauſæ effectus enaſcatur. Quod quia virtus efficientis continuò non efficit, ſed quod obſiſtit pro modulo energiæ atque efficacitatis ſuæ ſenſim molitur expugnare, idcirco in eo difficultatem creditur pati. In hoc igitur omnis agendi difficultas poſita eſt, quòd vis quidem cauſæ finita eſt, materia verò nulli per ſe ſatis diſpoſita. Et inde quoque pariter accidit, vt maiorem minorémve difficultatem experiamur, perinde vt vis agentis potentior eſt, & materia ipſa nonnulla iam proportione commodius diſpoſita. D Quòd ſi cauſa vlla detur efficiens, cuius vires immenſæ ſint, & ſubiecta item materia in qua nulla mora ſit, tum effectus abſque vlla difficultate prodibit. Eſt autem Deus eiuſmodi. Eſt enim quædam eius poteſtatis immenſitas, quā nulli fines circunſcribunt: vnde nec laborem vllum aut moram in agendo ſuſtinet. Sed nec materia quidem impedimento eſt. Nam prout eiuſdem analogia, proportio, ſiue comparatio ad rationem agentis propius remotiuſque accedit, ita maiores minoréſq; difficultates affert. At hic fingi nulla comparatio poteſt, ergo ne difficultas quidem. Quòd ſi nuſquam Deus in vllam difficultatem incurrit, fruſtra quæritur maiori minorine difficultate quicquam faciat. Quare effatum illud Ionathæ, Deo peræque facile eſſe paucis victoriam vt multis largiri, cum veritate manifeſtè conſentit.

A Vnde poſtremò ſequitur, vt Toſtatus colligit, miracolum miraculo maius haberi non poſſe. Nam cùm diuinæ virtutis miraculom opus ſit, hæc par vbique eſt, nec vſquam diſſimili materiæ obedientia non fruitur. Quare nec miracula quidem inæqualia eſſe poterunt. Nos tamen, cùm vtilitatem ſpectemus, perinde vt quodque miraculū maiores commoditates parit, ita illud alteri præferimus: ſunt tamen reapſe cuncta inter ſe paria ſecundum omnem modum. Quid ſi formicam & elephantū Deus miraculosè edat, & nos quanta ſit vtriuſque vtilitas quærere omittamus, an tum quoque elephantum formica corporis mole æquipatabit. Eſt quidem diuina vis immenſa, vir optime, & infinita quædam materiæ obremperatio, B ſemper ad nutum parata eſt, neç vnquam Dei imperiū recuſans: ſed cùm is liberrima omniū poteſtare fruatur, quales vult, tales eſſe ſuas actiones iubet: boc eſt, plerunque inæquales: quæ in ſubiecta materia eſſe, & recipi iudicantur. Quare dubium eſſe non poteſt, quin miraculum miraculo maius dicendum ſit: non quia Deus ſeipſo potentior qoandoqoe euadat, ſed quia cùm ſit ipſe liber, ex præſcripto voluntatis ſuæ maiorem vim actioni, quæ extra ipſum eſt, conſert. Quod ſi operoſa illa Toſtari ratiocinatio quicquam concluderer, diuerſi illi ordines Angelorum, quorum ſiogulos natura & ſpecie diſtingui S. Thomas autor eſt, reipſa C inæqoales haberi noo poſſent. Sed nec ſpecies quidem poſt hæc numerorum inſtar ſecernerentur, aut vllum earum diſcrimen admittendum eſſet: ne vno quidem gradu Angeli nos præcederent; cùm eadem vis & potentia, quæ miraculorum eſt artifex, hoc eſt immenſa & ſupra naturæ vim, ad creationem animarum angelorumque adhibeatur.

Non ſunt miracula inter ſe æqualia.

Verum eſt igitur non eſſe Deo miraculum miracolo factu difficilius. Sed non eſt verum, miraculum miraculo maius haberi non poſſe. Quædam enim, vt docent Theologi, ſunt tantùm miracula ſecundum modom; vt cùm Deus amaras aquas in deſerto potabiles fecit. Quædam etiam ſecundum rem, vt cùm aquas è duro ſilice elicuit. Nonnulla etiam in iis poſita ſunt, quæ naturæ ordinem ſuperant; qualis D eſt iuſtificatio impij; ſed nos aliò properamus.

Versvs 7.

Dixitque ei armiger ſuus: Fac omnia quę placent animo tuo: perge quò cupis; & ero tecum vbicunque volueris.

Variæ tranſlationes.

Varias primùm tranſlationes proferam, vt quibus id curæ eſt, myſticos ſenſus ac reconditos rimari, & inueſtigare, earum rerum ſyluam parem. Pagninos igitur ita legit: *Dixitque ei armiger ſuus* (Arias, *ferens vaſa*) *fac omne quod eſt in corde tuo: diuerte tibi; Ecce ſum tecum ſecundum cor tuum. Eſt* tollit Arias, & loco, *ſum, ego* ſubſtituit. Vatablus in edit. Salmant.

Fac quicquid eſt in corde tuo; indulge tibi, en adſum tibi pro voto tuo. Et in Ecphraſi, *Indulge tibi.* Hebraiſmus, *declina*, id eſt, perge quò voles. Paraphraſis Chald. *Fac omne quod in corde tuo. Proſpice tibi: ecce ego tecum vt voluntas tua.* Septuag. Intetpretum edit. Compluten. & Regia, Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ αἴρων τὰ σκεύη αὐτοῦ, ποίει πᾶν ὃ ἂν ἡ καρδία σου θελήσῃ, ἔγκλινον σεαυτόν, ἰδοὺ ἐγὼ μετὰ σοῦ εἰμί. ὡς ἡ καρδία σου ἡ καρδία μου. *Et dixit ei gerens arma eius: Fac omne quod cor tuum voluerit: inclina teipſum, ecce ego tecum ſum: ſicut cor tuum cor meum.* Romana & Antuerp. Laurentij, *Et dixit ei ille, qui portabat vaſa eius: Fac omne, quodcunque cor tuum inclinauerit: ecce ego tecum: ſicut cor tuum, cor meum.* His ad amuſſim reſpondet Aldina Græca ποίει πᾶν ὃ ἐὰν ἡ καρδία σου ἐκκλίνῃ. Reliqua cum prioribus conſentiunt. Ad tem veniamus.

Toſtatus.

Pars pro toto. Nam actiones ſuppoſitorũ ſunt.

Qvæ *placent animo tuo.*] Toſtatus: Id eſt, quæ placent tibi. Nam iſtæ affectiones non denominant animam, vel partes compoſiti, ſed ipſum compoſitum, iuxta Ariſtotelem 1. de Anima. Qui dicit animam triſtari, dicit eam texere, & ædificare, quaſi dicat, ſicut non dicimus, quod anima texit, vel ædificat, ita non debemus dicere, quod anima gaudet, vel triſtatur ſed homo. Scriptura tamen vtitur iſto modo loquendi vulgari ſæpe in veteri teſtamento, vbi eſt loquutio ruſticior, aliquando etiam eſt in nouo, vt patet ad Galat. cap. 5. Scilicet *ſpiritu ambulate, & deſideria carnis non perficietis: caro enim concupiſcit aduerſus ſpiritum, ſpiritus aduerſus carnem.* Neuter tamen horum aliquid concupiſcit contra alterum, ſed intelligendum, vt declarauimus Deuteron. cap. 12.

Toſtatus.

Perge *quò cupis, & ero tecum vbicunque volueris.*] Iterum idem Toſtatus: Animoſus enim iuuenis erat iſte, qui non formidabat totam aciem Philiſthinorum, cùm non immutatus fuiſſet ipſe à Deo, ſed ſolus Ionathas. Ex amore tamen nimio, faciebat enim Ionatham, ſicut animum ſuum; ideo gratiſſimum erat ſibi eum quocunque euntem comitari, etiam in mortem certiſſimam: eſt enim dilectio fortior omni paſſione, ipſamque mortem contemnit. Sic patet Cantic. cap. 8. ſcilicet, *Fortis eſt, vt mors dilectio, dura ſicut infernus æmulatio, lampades eius, lampades ignis atque flammarum, aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam.* Hoc autem omni amori vero proprium eſt, ſiue amor honeſtus, ſiue libidinoſus ſit. Hæc Toſtatus: cum quo mihi non conuenit de Ionathæ armigero, cùm ante illum pariter vt ante Ionathan, Philiſthæi non ſine miraculo corruerint. Arbitror vtrumque diuino afflatu fuiſſe correptos: hunc quidem, vt prior excitaret: alterum, vt mox aſſentiretur. Sed nos hæc poſtea.

Non eſt libidinis æmulatio dura ſicut infernus, ſed ſola Dei dilectio.

Interim mihi non parum dolet, quod is autor, ea, quæ de diuina charitate Scriptura autore Spiritu ſancto magnificè prædicat, doceat in libidinem quoque poſſe quadrare; cùm manifeſtè ex eo errotis conuinci poſſit, quòd dura eius æmulatio ſicut infernus affirmetur, cùm A reuera ne coniugalis quidem amor, cùm fuerit vehementiſſimus, ſi cum inferorum violentia comparetur, ſe tueri poſſit. Citò enim quæcunque voluntatis in alterum propenſio, loci genio deletur, & tormentorum vi æterna obliuione inducitur, ſeu potius in acerbum odiũ furoremque commutatur. *Certus ſum*, inquit Apoſtolus ad Rom. 8. *quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes*, &c. *neque creatura alia poterit nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro. A charitate Dei* dixit, nõ qualibet alia. Denique, hac ſola incenſus dicere auſus eſt: *Optabam ego anathema eſſe pro fratribus meis.* Et Moyſes, *Aut dimitte illis hanc noxam, aut dele me de libro quem* B *ſcripſiſti.* Libidinis contrà quæ ſit inconſtantia quis non videt? verùm vt careamus exemplis eius leuitatis, eritne illa ſuo ſubiecto fortior, id eſt, corde, quod morte reſoluitur? Quòd ſi quis obiiciat, inferni nomine ſepulchrum poſſe intelligi ex vi dictionis Hebraicæ, vtatur igitur verbis ad ſuum illum ſenſum appoſitis, & non nos decipiat orationis amphibolia.

Laudatur armiger Ionathæ.

Habet, inquit alter, Ionathas armigerum pari fide. Is nihil detrectat heri iuſſa, ſed reſpondet ſe libenter eſſe ſequuturum. Solent autem ſerui ſæpe ridere conata dominorum ſuorum, ſi quid eos videant tentare ſine ratione: vt ille C ſeruus apud Ariſtophanem.

Ὡς ἀργαλέον, inquit, πρᾶγμά ἐστ' ὦ Ζεῦ καὶ θεοί
Δοῦλον γενέσθαι παραφρονοῦντος δεσπότου.
Quemadmodum difficilis res eſt, ô Iupiter diique,
Seruum fieri ſtulti aut deſipientis domini.

Vt autem probandi non ſunt ſerui, qui ſemper aſſentantur heris ſuis: ita laude ſua fraudandi non ſunt, qui illis animo alacri & forti parent cùm nihil vident ab illis fieri contra voluntatem Dei. Fuit ergo iſte ſeruus ſpectatæ fidei. Imò Ioſephus ait eum dixiſſe: Ego ſequar te etiam cum vitæ meæ periculo. Hic elucet vis fidei, quæ vincit mundum. Ionathas contemnit omnia humana præſidia, quibus iuuari potuiſſet. Ita Gedeon cum vno ſeruo deſcendit ad caſtra Madianitarum. Hæc ille. In ſequentibus cap. 26. Cùm dixiſſet Dauid, *Quis deſcendet mecum ad Saul in caſtra?* *reſpondit Abiſai: Ego deſcendam tecum.* Et lib. D 2. Reg. cap. 15. Ethai iterum ad Dauid: *Viuit Dominus, & viuit dominus meus rex: quoniam in quocunque loco fueris domine mi rex, ſiue in morte, ſiue in vita, ibi erit ſeruus tuus.* S. Thomas Apoſtolus, cùm iterum Dominus ire pararet in Ieruſalem, reliquis cunctantibus præ formidine, *Eamus*, inquit, *& cum illo moriamur.* Ruth quoque Moabitis Hiſtor. ſuæ 1. cap. ſocrui ſuæ reditum ad ſuos perſuadenti, his verbis ſilentium impoſuit: *Hæc mihi faciat Dominus, & hæc addat, ſi non ſola mors me & te ſeparauerit.* Quid Petrus item Chriſto pollicitus ſit, omnes meminimus. Verùm iſtum promiſſis non ſtetit: quæ ſtatim poſt acceptum Spiritum ſanctum cumulatè compleuit.

Vtrum qui alterius viuit obnoxius imperio, parere in omnibus teneatur, etiam cum vita periculum adeundum eſt: an magis eum deceat iubentis rationes ad lancem expendere.

Duabus rationibus ſuperiori parere non tenemur.

APOSTOLVS in 3. cap. Epiſtolæ ad Coloſſ. *Serui*, inquit, *obedite per omnia Dominis* carnalibus. Duo ſunt tamen quæ ſubiectum ab ea obligatione abſoluant: Alrerum ſuperioris poteſtatis autoritas. Actut. 5. *Obedire enim oportet Deo magis quã hominibus*. Et ſi quid iubeat quod pugnet cum lege diuina, minimè parendum eſt. B Alrerum rei ipſius quæ præcipitur, natura atq; conditio, quæ ſubeſſe hominis imperiu nõ poteſt. At quæ tandem illa eſſe poteſt? Statim audies. Primùm igitur qoæcunque ad naturam proaimè referunrur, vt ſunt matrimunij fugiẽdi poteſtas, aut ſuſcipiendæ prolis arbitrium, ipſa denique corpuris neceſſaria educatio, à nemine impediri puſſunt. Natura enim nos pates genuit, nulluque diſcrimine ſeipſam cum omnibus cummunicauit. Deinde, mutus ipſi animorum, & quæcunque in intimis pecturis receſſibus arque adytis conſcientiæ geruntur, ea quuque legum humanarũ vinculis ſuluta ſunt.

Quæ humanarum legũ vinculis ſoluta ſunt.

Seneca.

Quamobrem egregiè Seneca lib. 3. de Beneficiis cap. 20. Errat, inquit, ſi qois exiſtimat ſer- C uitutem in torũ huminem deſcendere. Pars enim melior eacepta eſt. Corpora obnoxia ſunt & adſcripta dominis, mens quidem eſt ſui iuris.] His tot eacuſationibus vti poteſt, quicunque alrerius imperio ſubiacet, ne pet umnia obtempetet. Præter quæ etiam illud notandũ eſt, eas duntaxat actiones alienæ voluntati ſubiici, quæ ad eum finem diriguntur, ob cuius conſequutionem alter quidem in alrerũ poteſtatein nactus eſt, alter eiuſdem voluntati addictus. Miles enim, in his quæ ad bellum ſpectãt, ſuu doci motem gerat upurtet: & ſeruus irem dominu, quantum cultus eius cotporis vtilitáſve requiret: filius denique ſuu parenti, quoad neceſſe ſit ad diſciplinam vitæ, remqoe familiarem tuendam. In aliis verò quæ ad prupuſirũ finem nihil attinenr, ſi dicto quoque audientes D fuerint, laudari obedientia magis poterit quàm iuſtè eaigi. S. Thumas 2. 2. quæſt. 104. art. 5. ad tertium, triplicis obedientiæ meminit: debitæ, petfectæ, ac demum eius quæ cum imprudentia cuniuncta eſt. Illam vucat debitam ſiue ſufficientem, qoæ debita obſequia præſtat, nec legitimis præceptionibus refragatur. Perfectam, qoæ in iis omnibus quæ bona ſont, nulla iuris habita ratione volens obſequitur. Imprudentem, quæ nullo diſcrimine etiam illicita ad alterius arbitrium exequitur.

S. Thomas.

Triplex obedientia.

Prima ſpecies nihil habet in ſe difficultatis. In reliquis duo quædam nobis examinanda ſunt. Primùm, an ſubiectus rectoris aut domini imperata diſcotere teneatur, ne quid fortè contra ius & æquum peccet. Non arbitrur. Neque enim tutũ eſſet vnumqoemque ſui ſuperiuris arbitrum cenſoremque conſtituere, cũ plures quidem iudicio atque prudentia careãt,

Quare ſuperiorum rationes diſcutere non teneamur.

A nemo opinione ſui. Deinde nullum ſecretum tegi poſſet, cùm ſingulorum rationes reddere cogerentur; cùm tamen ſilentio in tebus grauiſſimis nihil vtilius, nihil magis neceſſariũ eſſe queat. Si tamen præceptum ipſum à manifeſta loce ſceleris arguatur, reſpuendum atque cuntemnendum eſt; vti ſapienter feciſſe prubantur Saulis ſatellites, cùm eo inſtante atque perurgente, Sacerdotum ſanguine manus ſuas polluere recuſarunt. Contra verò grauiſſimè deliquetunt, qui parentes regis Ioas imperio, Sanctiſſ. Sacerdotem ac prophetam Zachariã in ipſo templo lapidaront. Sed nec ille quidem poer ſacerdotis à culpa eacuſari poterit, qui huius lib. cap. 2. contra leges motémque ſacrotũ, antè carnes è cacabu rapiebat, quàm adeps iuxta ritum incenderetut, quantumuis licet domini iuſſu ac voluntate ſe feciſſe defendat: nonquam enim licoit ad arbitrium huminis diuinas leges violare. At ſi tes ubſcura ſit, nec ſatis liqueat quam in partem intetptetari debeamus, omnino parendũ eſt. Tametſi enim ſi quid probabiliter ſuſpicemur mali, modeſtè liceat eum qui præſit officij commonefacere, tamen ſi velle pergat, decet obtemperemus. Quo nomine Ioab excuſari à me poſſe videtur quod populum nomerauerit, præſertim cùm antea ſtuduerit regem ab ea ſententia deducere. Etſi namque populi numerum noſſe velle iactantiꝗ gratia, non leue peccatum ſit, potuit tamen etiam alia ratione fieri; vt cùm primum cenſua à Muyſe eſt habitus. Item, quod Vriam iuſſu regis periculo obiecerit. Quanquam enim nullum eius crimen deprehenderat, attamen cùm regis libidinem ne ſuſpicione quidẽ attigiſſet, huc ſibi perſuadere putuit, non ſine graui aliqua ratiune tam ſanctum regem, necem eius eapetere. Quod pariter de illis quoque ſentiendum eſt, qui Saulis ſigna ſequoti ſunt, cùm Dauidis latebras inueſtigaret, inioſtéque perniciẽ moliretur. Potuerunt enim non pauci ex hia qui Dauidis prudentiam ſuſpectam habebant, aut certè non ſatis expluratam, regis qoerelis & confictis criminationibus fidem adhibere: quod tuto idcirco ſe facere crediderunt, quod à rege non liceat iudicata retractare; quamois is eſſet ab omni ſcelere alieniſſimus. At Doeg Idumeus nullam veniam meretur, qui, vt regis gratiam iniret, inſontes accuſauit, eoſdemque poſtea mactauit. Verùm hæc de prima quæſtiune dicta ſufficiant.

In manifeſtè malis parendum non eſt.

Alterum eſt quud quætere inſtituimus, an ſi quid eiuſmodi quud facere liceat, nec vllo iure prohibeatur, præter conſuetudinem cum graui periculo iubeatur, etiam tum morem gerere upus ſit? Quemadmodum, verbi gratia, res enim exemplis manifeſtior fiet: ſi quis pater aut dominus alieno locu vel tempore obſequium ſibi præſtari contendat, vnde obſequenti manifeſtũ diſcrimẽ impendat, an parere teneatur? Si quis belli dua abſq; manifeſta neceſſitate eo militem adigat, vbi perire neceſſe ſit, an tum quoque nefas ſit detrectare imperium? Iudith cùm ſtatuiſſet Holophernem inſidiis opprimere, Abram quandam è grege ancillarum in periculi ſo-

Vtrum in periculoſis parendum ſit.

cietatem aſſumpſit: num igitur illam ſequi oportuit? Ionathas cùm ſolus clam patre, & reliquo populo, in caſtra Philiſthæorum irrumpere decreuiſſet, armigerum comitem optauit: num igitur illi quoque diſcrimen neceſſariò ſubeundum fuit? Abraham cum fidei & obedientiæ ſpecimen ederet, nati iugulum enſe petiit: quod exemplum licet inuitus Iephthe poſtea imitatus eſt: num igitur natis vltro mors oppetenda fuit? Reuera ſi quid tale humana temeritate ſuſcipiatur, non puto quenquam officio defuturum, etiamſi imperium recuſet. Ea namque videntur natutali iure illicita, quæ naturæ vires ſuperant: nec ſupra facultatem quiſquam obligari poteſt. Quod ſi à Deo inſpirata ſint, & eo autore ſuſcepta, quis audeat retragari? nemo, vtique nemo. Verùm, vt ita eſſe deprehendi queat, ſcilicet hîc opus, hîc labor eſt. Ego ſic arbitror, ſi quidem alia argumenta deſint, Deum occulto inſtinctu quos opus erit excitaturum; quemadmodum hoc loco feciſſe credendus eſt, cùm Ionathæ armigerum ſimili animi robore confirmauit. At plerunque qui hæc aggrediũtur, ex reliqua vita notari poſſunt quantum fidei mereantur. Quare in primis laudãdus eſt B. frater noſter Paulus, cuius corpus ad poſteritatis memoriam etiamnum poſt exactos centum & viginti annos integrum perſeuerat. Hic enim cùm B. Pater noſter S. Franciſcus de Paula in Siciliam traiicere pararet, iuſſus ab eodem ſuper extẽto pallio mari ſe committere, promptè obſequutus eſt, atque vnà cum illo Scyllam Charibdimque famoſa naufragiis loca fide ſuperauit. Tanto hîc certè laude dignior quanto ille alter S. Remundi comes è familia Prædicatorum vituperatione: qui cùm viri ſanctitatem compertam exploratámque haberet, eundem è Maiorica altera Balearium per medium pelagus Barcinonam petentem, præ animi puſillanimitate comitari non ſuſtinuit.

Versvs 8.

Et ait Ionathas: Ecce nos tranſimus ad viros iſtos. Cúmque apparuerimus eis.

Versvs 9.

Si taliter loquuti fuerint ad nos, Manete donec veniamus ad vos: ſtemus in loco noſtro, nec aſcendamus ad eos.

Versvs 10.

Si autem dixerint: Aſcendite ad nos: aſcendamus, quia tradidit eos Dominus in manibus noſtris: hoc erit nobis ſignum.

Pavca variant interpretes, quæ hîc notamus. In Verſu octauo, *Cumque apparuerimus eis*. Reliqui ferè ſola coniunctione cum præcedentibus copulant. Pagninus, *Et manifeſtabimus nos eis*. Vatablus Salmant. *Reuelabimurque eis*. Complut. & Regia, Rom. Aldina, & Antuerpi. Laurent. *Et voluemur aut deuoluemur ad eos*. Græcè καὶ κατακυλισθησόμεθα πρὸς αὐτούς. Verſu 9. *Manete*. Pagninus *expectate*. Arias *ſilete*. Paraphra. Chald. *moramini*. Vatablus, *conſiſtite*. Complut. & Reg. *ſtate ibi*. στῆτε ἐκεῖ. Aldina ἀπόστητε: quomodo legit etiam S. Theodoret. Quare Romana, & Antuerp. Laurentij habent *recedite illuc*. *Donec veniamus ad vos*. Pagninus, *donec attingamus vos*. Chaldæus, *vſqueque appropinquemus nos ad vos*. Complutenſis & Reg. ἕως ἂν ἐγγίσωμεν ὑμῖν. *donec appropinquemus vobis*. Aldina ἕως ἀναγγείλωμεν ὑμῖν. Quod interpretantur Rom. & Antuerp. Laur. *donec annunciemus vobis*. *Stemus in loco noſtro*. Arias apud Pagninum, *Stemus ſubter nos*. LXX. καὶ στησόμεθα ἐφ' ἑαυτοῖς. *Et ſtemus apud noſmetipſos*, vt Compl. & Regia. Romana, & Aotuerp. Laurent. *ſuper nos ipſos*. Reliqua conſentiunt.

Prudentia Ionathæ.

Etſi verò prompto atqoe alacri animo videbatut armiger in partem periculi venturus, admonendus tamen fuit, & docendus, non modò quid facto opus eſſet, ſed etiam quantum cautionis adhibendum; ne, ſi quid temerè adoriretur, ipſi ſibi malum accerſerent. Inde manifeſtè patet quàm non modò fortis, ſed etiam ſapiens eſſet Ionarhas. Nam cùm ingentem exercitum populi ſoi metu expauiſſe, & fuga euanuiſſe conſpiceret: & Prophetam inſuper minas intentantem, Regem diſcriminis horrore perculſum, victoriam deſperaram audiret, non, quod veriſimile erat adoleſcentem facturum, animum deſpondit; quin potius, vel vno ſtipatus comite, hoſtium præſidium aggreſſus eſt, & ſingulari audacia in ſtationem irruens, militum ſtragem edidit. Quod cùm ab eo præter ſpem tentari videretur, quantis rationum momentis eius armiger inductus ſit, attende. Nam primùm qoidem non in omnem ſimul exercitum impetum ſe daturos oſtendit, ſed in partem aliquam copiarum inuaſuros, quæ trãs rupem vicinam in ſtatione eſſet. Id quod eo conſilio fecit, quoniam, etſi animus non deeſſet ad debellandum omnem exercitum, probabile tamen eſſet, omnem ſuum conatum tantæ multitudinis ruina oppreſſum iri. At cohortem vnam & alteram non peræque difficilè expugnari poſſe, cuius clades reliquis metum incuteret, ſuis excuteret. Deinde, quàm non temerè hoc ſentiat, probat argumento longè firmiſſimo. Nam ſi quidem ſuis viribus coofideret, de ſucceſſu pugnæ timeri poſſe: at ſe nunc Deo autore atque adiutore niti; idque non vno modo confirmat. Sunt enim primùm illi, in quos incurrimus, ſacræ Circumciſionis expertes: quos proinde probabile eſt Deum infeſtum habituros, quos repugnante nemini vnquam victoria contigit. Deinde legẽ eius oppugnant, & qoæ ſtatuir cõuellere moliuntur: quod neutiquam illis impunè cedet. Noo enim Deus aut fauere malis poteſt, aut cedere. At nos contra ſempiterno fœdere cum Deo cõiuncti ſumus, & populum eius aduerſus impiorũ inſolentiam defendimus: ex quo videtur colligi, eiuſdem fauorem ac præſidium nobis deeſſe non poſſe. Quòd ſi ita eſt, ergo omnis ex animo metus exigendus eſt: quoniam is omnia poteſt, nec militum numero, aut etiam robore indiget ad par-

Quibus rationibus armigerum ſuum Ionathas confirmet.

dam victoriam:ſed quibus vult eam impertit. A Poſtremò, ne fortè armiget: tametſi iam ſatis ſuperq; de cauſæ æquitate admonitus eſt, & de Dei ſumma vi atq; potentia certior factus, adhuc tamen de Dei voluntate ambigeret, ſtatuit fidem eius etiam in hac parte ſtabilire. At qua tandem ratione hoc præſtitit? Non enim arte aliqua, aut humana induſtria numinis voluntas explorari poteſt: ſed opus eſt diuini autoritate teſtimonij. *Omnis ſiquidem homo mendax*: & mẽdaci nuſquam tutò creditur. Solus Deus, cùm ſit ipſa veritas, certò de ſe teſtari poteſt. Quare etiã plures olim modos inſtituerat, quibus voluntatis ſuæ mortalibus ſignificationem daret: & quidem tum præſens Ephod aderat, quo Sacerdos vti conſueuerat ad inueſtigãdum rerum ſucceſſum: ſed, cùm prodi ſua cõſilia nollet Ionathas, aliunde ſibi oraculum accerſiit, quo tamen vſos veterum nõnullos acceperat. Decreuit enim, quicquid hoſtes primũ loquuti eſſẽt, tanquam ex ore Dei reſpõſum accipere. Quod bene an malè fecerit, & an nobis quoque imitari liceat, nunc deniq; inueſtigandum eſt. Sed prior quidem Vermilius ſuam ſententiam proferat: deinde nos, ſi quid addendum erit, ſubiiciemus.

Vermilij Commẽtarius de Omine, *& quãdo & quibus de cauſis ſigna ad firmandam fidem expetere liceat. Item quarum rerum eſſe queat diuinatio.*

IONATHAS quò magis animo confirmaretur, cõſtituit ſibi ſignum à Domino. Hebræi hoc ſignum ita interpretantur: ſi dixiſſent, Accedamus ad vos, id futurum fuiſſe ſignum animi fortis & parati ad dimicãdum. Contrà verò ſi dixiſſent, Accedite ad nos, id futurum fuiſſe ſignum, eos iam fractos eſſe & debilitatos. Et R. Ben Gerſon ait, initium perſecutionis eſſe à victoribus. Sed hæc tantum eſt coniectura: interdum enim contrà accidit. Non eſt hoc nouum genus intelligendi voluntatem Dei. Ita enim in li. Geneſ. Eliezer ſeruus Abraham apud ſe conſtituit: *Puella, quæ mihi dixerit, bibito tu, deinde camelis tuis dabo bibere, ea eſt, quam Dominus decreuit vxorem herili meo filio*. Palæſtini quoque, vti ſupra legimus, apud ſe decreuerunt, ſi arca à feris, & indomitis vaccis rectà ad Iudæos veheretur, illud malum à Deo fuiſſe immiſſum, ſin minus, caſu, & fortuitò cõtigiſſe. Hoc eſt ſignũ petere, vt fides confirmetur. At quæ fides? non quidem de lege Moſaica, aut veritate prophetarũ. Nam ea iam antea ſatis fuerat cõfirmata. Sed eſt interdum fides quædam particularis de re aliqua, quæ non ſit expreſſa in lege Dei. Hîc ſæpe opus eſt cõfirmatione ſignorum. Id videmus in hiſtoria Gedeonis contigiſſe. Non enim dubitabat ille, populũ aſſerendum eſſe in libertatẽ. Se autẽ fore illum liberatorẽ, id verò neſciebat. Itaq; confirmãdus erat miraculo. Venturũ eſſe Meſſiã, ſatis erat perſuaſum omnibus. Mariam autẽ fore eius matrẽ, id Deus ſeorſim non promiſerat. Quare adhibendum erat ſignum, *Ecce Elizabeth cognata tua*, &c. Valẽt ergo

Ominum obſeruatio in Scriptur.

Fides ſignis confirmari indiget, maximè rerum particularium.

A miracula ad confirmandam fidem, modò generalem, modò particularem.

Neq; verò putare quiſquã debet, Ionathan, cùm ſibi ſigna cõſtitueret, tẽtaſſe Deum. Nam tẽtare Deũ eſt de eius potẽtia, ſapientia & volũtate periculũ facere, idq; cùm non ſit neceſſe. Ibi duob. modis peccatur: Primùm quia deeſt fides: deinde, quia curioſè fit, cùm id nec neceſſitas, nec vtilitas vlla poſtulet. Auguſt. in Confeſſ. li. ca. 35. Cum ſigna, inquit, flagitãtur non ad ſalutem, ſed ad experientiam deſiderantur, Deus tẽtatur. Et de vera Religione c. 38. Nihil, inquit, erat, cur Chriſtus deberet ſe præcipitare de tẽplo, niſi cauſa experientiæ. At id fuiſſet tẽtare Deum. Sed hæc nõ conueniũt in Ionathã. Primùm enim non deerat illi fides: deinde neB ceſſitate, & magna vtilitate inducebatur, vt Dei volũtatem intelligeret. Credidit Ionathas omnia regi, & gubernari potentia Dei: & impiorũ etiam hominũ linguas ab eo ad loquendũ incitari. (Non tamen ad malè loquẽdum:) Itaque ſequitur Palæſtinorũ voces, & oraculum editũ à Deo. Neque enim Dei gubernatio tantùm ad electos pertinet: impiorum enim etiam hominum affectus, & dicta, & facta (quę Deum neutiquam autorem habẽt, ſi mala ſunt:) ab eo tamen dirigũtur, vt eius gloriæ inſeruiant. Impij quidem erant Ægyptij, & Iudæis infenſi, Deus tamen illorum beneuolẽtiam Iudæis conciliauit, vt migrantibus ex Ægypto, & vaſa argentea aureáque accommodarent. Deus inflexit cor Abſalonis, ne audiret conſilium callidiſſimum C Achitophelis. Deus commouit Roboamum, ne ſeniorum & prudentium virorum conſilijs auſcultaret. Nam, vt ait Salomon, *Cor Regis eſt in manu Dei*. Denique omnes noſtri affectus, cogitationes, ſermones in eius poteſtate ſiti ſunt. Id niſi Ionathas ſibi perſuaſiſſet, quomodo ex iſtorum vocibus ſignum petere, aut captare potuiſſet? Alij quidem neſciunt, quo Deus velit hominum ſermones, & facta dirigere: id autem Ionathas diuinitus intellexit.

Non eſt iſta ea diuinatio, quæ in ſacris literis prohibetur: in quibus ita præcipitur, *Ne ſint inter vos diuini*. Hieronymus ait, vocẽ diuinationis in ſacris literis ſemper accipi in deteriorem partem. Quoniam enim homines nimis auidè ſcire cupiunt res futuras, multæ illis ſæpe offeruntur impoſturę. Verùm cùm futura pendent D ex cauſis certis, & neceſſarijs, non pertinent ad eam diuinationẽ, quæ intelligitur. Nam defectus Lunæ & Solis, & traiectio, & oppoſitio, & concurſus ſiderum in multos annos ex certis cauſis certò prædici poſſunt. Res etiã quę ἐπὶ τὸ πλεῖςον ſolent euenire, poſſunt ex cauſis probabilibus præuideri; vt mors, aut morbus à medico. Contingẽtes verò quæ dicũtur ὁπότερ᾽ ἔτυχεν, & in vtramque partem æquè propendent, non præuidẽtur, niſi à ſolo Deo. Ille enim ſolus ſcit, in quem euentum quidque debeat inclinare. Quare, qui harum rerum notitiam venditat, committit ſacrilegium: qualia multa diabolus docuit Ethnicos ex extis, ex garritu, ex aſpectu, aut paſtu auium: vnde erant Aruſpices, Augures, Auſpices, Pullarij. Erant præterea apud illos ab eodem præceptore coniectiones ſom-

Quid ſit tentare Deum.

S. Auguſt.

Quæ diuinatio habenda ſit illicita, quæ item licita.

S. Hieron.

St taliter loqvvti, &c.

Cicero.

niotum, ſortes, vaticinationes, oracula. Cicero in lib. de Diuinatione, hæc omnia reuocat ad duo capita. Alia enim eſſe ait naturalia: alia artificioſa. Et artificioſa quidem eſſe, cùm ex certis rebus animaduerſis, & notatis ſcientia conſtituitur, vt in extis, auſpiciis, auguriis. Naturalia verò, quæ hominibus quietis, & otioſis accidunt: vt vatibus, furioſis, ſomniantibus. Hæc omnia vitioſa ſunt: quia, quod eſt Dei, tribuitur hominibus.

Quid ſit Omen. Festus.

Sed ne longius diſcedamus ab inſtituto, hæc pars diuinationis, quam ſequutus eſt Ionathas, ea eſt, quam appellant *Omen*. Omen autem Feſtus ait dici, quaſi *oremen*. eſt enim prædictio, quæ excidit ex ore humano cum aliquo furore. Ita cùm Romani deliberarent de relinquenda ciuitate, & ſignifer fixo vexillo in medio foro dixiſſet, Hîc optimè habebimus, vox ea accepta eſt pro omine. Ita Ionathas ab omine, hoc eſt ex verbis, quæ Palæſtinis temere exciderāt, colligit, Deum eos ſibi dediſſe in poteſtatem. Et Ethnici quidem cùm ita facerent, damnādi erant: Ionathas autem non erat. Ionathas enim inſtinctum habuit à Deo: illi non habebant.

Quæſtionis ſolutio.

Ita Gedeon ſequutus eſt omen, cùm pugnaret contra Madianitas. Nos autem nec Ionathan, nec Gedeonē debemus imitari, niſi certò ſciamus, nos eodem ſpiritu, & inſtinctu commoueri. Nam ſi humanis rationibus aut artibus volumus futura cōtingentia prædicere, iure ac meritò reprehendemur. Hîc vtilis erit recordatio eorum, quę aliàs à nobis dicta ſunt de ſyllogiſmo expoſitorio. Quòd ſi exempla conueniant cum lege communi, debent eſſe nobis calcaria ad imitādum. Sin minus, potius admiranda nobis ſunt, quàm imitanda. Hæc cautio adhibenda eſt in exēplis. Hactenus Vermilius.

Quid ſit Omen, *& an illud obſeruare liceat. Plura eius generis exempla.*

S. Theod.

VERMILII de Ionatha ſententiam confirmat S. Theodoretus quæſt. 31. in lib. 1. Regum. Signa, inquit, non dedit ſymbolicè, ſed vt fidelis, volens noſſe Dei voluntatem, vt ſi ab ipſis quidem eſſent vocati, in eos irruerēt tanquam Deo apertè opem ferente. Hoc enim dixit, *Et aſcendemus, quoniam tradidit eos Dominus in manus noſtras.* Et iterum, hæc verba ſunt, ait, animæ quæ in Deo confidit.] Ominationum porrò complura genera ab autoribus recenſentur. Nam alia quidem à cuiuſque rei nomine proprio petuntur, alia à verbis temerè prolatis, nonnulla etiam omina in iis rebus obſeruantur, quę ruri domíve aut in itinere quandoque contingunt. Vnde etiam ex iis quædam dicuntur ἐνόδια, ſeu itineraria; quædam οἰκοσκοπικὰ, id eſt domeſtica; alia παλμικὰ, ſeu vibratoria. Ominis itinerarij illud exemplum eſſe poteſt quod narrat Glycas Annal. parte 3. Auguſtus cùm ad Actium Epiri promontorium nauale præliū commiſſurus eſſet, proximè ſuperiori nocte in hominem incidit qui aſinum ageret cuius cùm nomen interrogaſſet. Mihi quidem, inquit ille, nomen eſt Eu-

Ominum plura genera.

Glycas.

I.

A tyches, hoc eſt, felix; Aſino verò Nicon, hoc eſt victor. Auguſtus reſponſum duxit pro omine; pugnam victoria ſequuta eſt. Domeſticum omen habitum eſt cum aliàs frequenter, tum ſi fortè incendia nominarentur, aut certè vnà omnes abſque probabili ratione conticeſcerent. παλμικὸν omen illud eſt cuius alicubi vetus poëta meminit.

Garrula quid totis reſonas mihi noctibus auris?
Neſcio quem dicis nunc meminiſſe mei.

Meminit etiam Pauſanias in Achaicis, olim nonnullis in locis omen captatum fuiſſe & acceptum pro oraculo. Pharæ, inquit, Achæorum eſt oppidum. In ea vrbe oraculum fuit Mercurij Agoræi ſiue forenſis. Qui Deum conſulunt, vbi quod ex vſu fuit, interrogarit, aurem ſimulacro admouet; inde è foro abiens aures manibus premit.
B Vbi è foro exceſſit, amota manu quam primum excepit vocem, eam ſibi oraculi loco ducit. Talis etiam apud Ægyptios in Serapidis fano celebratur oraculi religio. Hæc Pauſanias. Denique plures ominum ſpecies numerantur. Sed nos omiſſis cæteris, eorum duntaxat rationem habemus, quorum vox humana temerè prolata fertur eſſe principium. Id genus diſertiſſimè explicat Cicero li. 1. de diuinatione his verbis. Neq; ſolùm deorum voces Pythagoræi obſeruarunt, ſed etiam hominum, quæ vocant omina. Quæ maiores noſtri, quia valere cenſebant, idcirco omnibus rebus agēdis, quod bonum, fauſtum, felix, fortunatumque eſſet, præfabantur: rebúſq; diuinis, quæ publicè fierent, vt fauerent linguis, imperabatur: inque
C feriis imperādis, vt litibus & iurgiis ſe abſtinerent. Itémque in luſtranda colonia, ab eo, qui eam deduceret. Et cùm Imperator exercitum, cenſor populum luſtraret, bonis ominibus, qui hoſtias ducerent, eligebantur. Quod idem in delectu Conſules obſeruant, vt primus miles fiat bono omine.] Et poſt pauca, Atq; ego exēpla omnium nota proferam. L. Paulus Conſul iterum, cùm ei, bellum vt cum rege Perſe gereret, obtigiſſet: vt ea ipſa die domum ad veſperum redijt, filiolam ſuam Tertiam, quæ tum erat admodum parua, oſculans animaduertit triſticulam. Quid eſt, inquit, mea Tertia, quid triſtis es? Mi pater, inquit, Perſa periit. Tum ille arctius puellam complexus, Accipio omen, inquit, mea filia. Erat autem mortua catella eo nomine. Hactenus Cicero. Porrò hoc vnum
D ex profanis inſtituto noſtro ſufficiat. Quòd ſi quis plura eiuſmodi deſiderat, apud eundem Tullium affatim reperiet. At ſacris, quæ iam antea in medium à Vermilio allata ſunt, nonnulla ab Epiſcopo Vulturarienſi adduntur, Colloquio 2. in vaticiniis: quæ an omina dici mereantur, vehementer ambigo. Nam quod Caiphas edixit, expedire, vnum hominē morti dari, ne reliqua gens periret, teſte ſancto Ioann. cap. 11. ad prophetiā magis quàm ad omen pertinuit. Sed nec quiſquam præterea omen eſſe interpretatus eſt: ſed cùm reliquis vtilis ſententia viſa eſſet, & fauere eorundem nequitiæ, communi omnium conſenſu obtinuit. Deinceps verò diſcipulis, & eorum ſucceſſoribus, qui eandem orationem diligen-

Cicero.

Omen, quid ſit.

Maiolus.

SI TALITER LOQVVTI, &c.

tius examinarunt, & Spiritus ſancti mentem conſiliúmque perſcrutati ſunt, non omen, ſed prophetia dicta eſt: nec ſanè aliter dici debuit, niſi ſi fortè quæcunque olim veteres redemptionis humanæ myſteria ſuis vocibus adumbrarunt, profano nomine omina placeat dici. Elogium verò illud damnationis, quod in Dominicæ crucis titulum Pilatus iuſſit inſcribi, *Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum*, tametſi Iudæorum Pontifices & Phariſęi non mediocriter auerſati ſunt, nõ video tamen quid cũ homine poſſit habere cõmune. Nam Pilatus quidẽ nullum in eo omẽ ominatus eſt. Pontifices ſibi dedecori atq; infamię potius eſſe duxerũt. Pauci, quos pudebat tam atrocis ignominię, & innocentis animę miſerebat, maximum inde dolorem hauſerunt: reliquis ea res ludibrio fuit. Diſcipuli verò, & quicunque prius Chriſto nomẽ dederant, tum eo magis territi atque proſtrati ſunt, quàm vt ad ſpẽ regni tanquã lęto omine excitarentur. Deniq; nullum tale omen, quale comminiſcitur, effectum ſortitum eſt. Non enim Iudæorum regnum Dominus adeptus eſt, qui ad hunc diẽ proprijs ſedibus eiecti ſine rege agunt, & reliquarum gentium regibus parent, ſed potius Gentium, à quibus eius maieſtas religioſè colitur & obſeruatur. Quî tandẽ igitur omen eſſe potuit? At locus alius eſt, qui mihi videtur in Scripturis omen apertè prędicare. Verùm Syris ea obſeruatio tribuitur 3. Reg. cap. 20. verſ. 33. Sic enim legimus, Syros poſtquam ingenti ſuorum ſtrage edita ſalutem deſperaſſent, & Regis ſui nomine Regẽ Iſrael obſecraſſent, vt eundem ſaluum eſſe vellet: & ille reſpondiſſet, *Si adhuc viuit (Benadab) frater meus eſt*, Syros, inquam, hęc verba accepiſſe pro omine: quod nec illos feſellit: victoris enim clementia mox ille ſeruatus eſt. Quæ verba tametſi nonnulli interpretes non ita proprie auguratos eſſe interpretati ſunt, ſatis tamen ex ſequentibus, quę ſpecies augurij hic intelligenda ſit, manifeſtum eſt. Nam proximè ſequitur, *Et rapuerunt verbum ex ore eius*. Quod cùm ſit augurandi gratia, omen eſt. Hebraicè legimus וְהָאֲנָשִׁים יְנַחֲשׁוּ *vehaanaſim ienabbaſon. Et viri ominati ſunt*. Septuaginta καὶ οἱ ἄνδρες οἰωνίσαντο, quod æquè valet. Chaldaicus Paraphr. נַחִשׁוּ *nebbiſon* ab eadem radice: cuius ſignificatio, & etymologia, neutiquã in dubiũ reuocari poteſt, quando non ſolùm Vulgatus interpres cũ Græcis & Paraph. Chaldæo, ſed etiã Hebraica veritas ita expoſuit, *rapere verbum ex ore alicuius tanquã futuri ſucceſſus prognoſticon*. Tametſi nõ ignoramus, quemadmodum apud Latinos omen ita & apud Hebręos נחש *nabbas* ad aliarũ quoque rerum obſeruationem eſſe trãſlatam. Nam & Ioſeph Geneſ. 44. finxit ſe coram fratribus ex ſcypho argenteo pręter cæteros prudenter ominari. Sed iam ſatis de nomine, & res quoque ipſa abunde explicata eſt: nunc potius quęramus,

Nominis Hebraici interpretatio.

An liceat omina obſeruare, & veterum exempla imitari.

NEGAT Vermilius. Inde ſententiam eius probari poſſe puto, primùm ex Scripturis, quoniã laudatur Iacob quod ab ominibus captandis abſtineat. Num. 23. verſ. 23. Non eſt inquit Balaam, נחש *nabbas omen, ominum obſeruatio, augurium* vertit interpres noſter: nam & omen augurij quoddam genus eſt: *in Iacob, nec diuinatio in Iſrael*. Deinde ex natura rei. Nõ enim omina vllam à natura pręſagiẽdi vim obtinent. Quod ſi quibus aliquando ceſſerunt feliciter, hoc tamen paucioribus cõtigiſſe Dei beneficio Scripturæ memorãt, quàm vel ipſa prophetia. Quare, quemadmodum nemo idcirco futurorum ſcientiam profitetur, quòd probare poſſit prophetas aliquãdo extitiſſe qui futura prænoſcerent, norũt enim omnes præter exẽpli autoritatẽ opus eſſe afflatu diuino: ita ne ominibus quidem captandis vacare, aut certò credere debet, niſi qui fretus inſtinctu diuino, horũ Deum autorem habeat. Quàm multi verò ſunt ex eorum numero, qui quondam ſapientia ac pietate illuſtres fuerunt, qui viſis ac ſomniis nocturnis ea, quæ poſt ventura eſſent, præſenſerunt? non tamen idcirco, niſi fortè decipi ac ſeduci ſtudemus, ſomniis noſtris fidẽ habebimus. Nõ enim ſomniũ per ſe futuri indicium eſt, ſed illud ſolũ, quod à Deo immittitur, quẽadmodum olim S. Monica S. Augu. mater in ſe vna diuerſis tẽporibus variè experta eſt. Etenim S. Auguſt. li. 6. Confeſſion. cap. 13. hanc de illa narrat hiſtoriam. Cùm ſanè, inquit, & rogatu meo, & deſiderio ſuo, forti clamore cordis abs te deprecaretur quotidie, vt ei per viſum oſtenderes aliquid de futuro matrimonio, nũquam voluiſti: & videbat quædam vana & phãtaſtica, quò cogebat impetus de hac re ſatagẽtis humani ſpiritus, & narrabat mihi, non cum fiducia qua ſolebat, cùm tu demonſtrares ei, ſed contemnens ea. Dicebat enim diſcernere ſe neſcio quo ſapore, quem verbis explicare non poterat, quid intereſſet inter reuelantem te, & animam ſuam ſomniãtem. Hactenus S. Auguſt. Igitur quemadmodum de prophetia & inſomniis, ita erit & de ominibus philoſophãdum: tam poſſe nos in his veterum exempla æmulari, quàm in aliis futurarum rerum præſenſionibus, quæ omnes à ſolo Deo proficiſci credendæ ſunt: qui ſicut in reliquis Eccleſiæ ſuæ nuſquam defuit, ita & per omina ſuos cùm opus eſt cõmonere ſolet. Teſtatur hoc de ſeipſo S. Augu. cùm adhuc variis curarũ æſtibus exagitatus, ſpiritum ſalutis parturiret. li. 9. Confeſſ. ca. 12. Ego ſub quadam fici arbore ſtraui me, inquit, neſcio quo modo, & dimiſi habenas lacrymis, & proruperũt flumina oculorũ meorum acceptabile ſacrificiũ tuum. Et poſt nonnulla. Et ecce audio vocem de vicina domo cum cantu dicentis, & crebrò repetentis quaſi pueri an puellæ, neſcio: Tolle lege, Tolle lege. Statimque mutato vultu intentiſſimus cogitare cœpi, vtrumnam ſolerent pueri in aliquo genere ludendi cantare tale aliquid, nec occurrebat omnino audiuiſſe me vſpiam. Repreſſóque impetu lacrymarum ſurrexi, nihil aliud interpretans diuinitus mihi iuberi, niſi vt aperirem codicem, & legerem quod primum caput inueniſſem. Audieram enim de Antonio, quòd ex Euangelica lectione, cui fortè ſuperuenerat, admonitus fuerit tanquam ſibi diceretur quod legebatur:

Ominum obſeruatio.

S. Auguſt.

Somniorum diuinorum & humanorum ſapor diuerſus eſt.

Omen S. Auguſt. oblatum.

Matth 19. *Vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælis, & veni, ſequere me:* & tali oraculo confeſtim ad te eſſe conuerſum. Itaque concitus redij ad eum locum, vbi ſedebat Alipius. Ibi enim poſueram codicem Apoſtoli cùm inde ſurrexeram. Arripui, aperui, & legi in ſilentio capitulum, quò primùm coniecti ſunt oculi mei. Rom. 13. *Nō in comeſſationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitiis, non in contentione & æmulatione, ſed induite Dominum Ieſum Chriſtum, & carnis prouidentiam ne feceritis in concupiſcentiis.* Nec vltra volui legere, nec opus erat. Statim quippe cum fine huiuſce ſententię quaſi luce ſecuritatis infuſa cordi meo, omnes dubitationis tenebræ diffugerunt. Hactenus S. Auguſtinus: qui hiſce fauſtiſſimis ominibus (ſi tamen etiam hoc omen dici poteſt, quod diuinitus inculcatum eſt:) cum ſumma matris voluptate vitam in melius commutare cœpit, & cæteris quoque exemplo eſſe ad omne virtutis ſtudium ſeriò amplectendum. Sed & comes eius Alipius accepto quoque omine ex ſequentibus verbis, quæ ſunt eiuſmodi: Pluris exempla. *Infirmum autem in fide aſſumite:* ſe pari ſtudio cum illo coniunxit. Quid de S. Ambroſio referam? quem cùm Probus vrbis Præfectus Mediolanum cum poteſtate mitteret, Vade, ait, non vt Iudex, ſed vt Epiſcopus? Sed & cùm iterum puer in alma æde de pace & concordia diſputantem, Ambroſium Epiſcopum inclamaſſet, Clerus populuſque accepto omine, & Imperatoris accedente ſuffragio, inuitum licet & detrectātem onus ſubire coēgit. Addam etiam quid Clodoueo noſtro aliquando contigerit. Nam is cùm bellum moueret aduerſus Allaricum Gothorum regem, Turones miſit ad S. Martini ſepulcbrum, iuſſitque internuntios diligenter obſeruare quicquid primum baſilicam ingreſſis occurriſſet, ex quo futuræ rei coniecturam capere poſſent. Adhuc illis ædem ſacram ſubeuntibus, ea vox ex concentu Monachorum ad aures perlata eſt, *Tu omine ad prælium virtute me accinxiſti.* Quo, velut omine felicitatem portendere contenti, ad Regem redierūt. Qui mirificè confirmatus, in hoſtem inuaſit: & victum profligatumque Auxitana prouincia, & non contemnenda parte Aquitaniæ exegit.

Omnia ex verbis Scripturæ. Cæterùm, apud maiores noſtros frequentior ea conſuetudo fuit, vt ex ſacris Scripturæ verbis omen caperent, quæ prima occurriſſent librum aperientibus, quàm ex cuiuſquam voce hominis temerè prolata. Vnum atque alterum de multis exempla ſubiiciam, quæ poſtquam retulero, tum cætera pariter diſcutiam. Primum illud erit, quod de ſeipſo narrat S. Gregorius Turonenſis lib. 5. Hiſtoriæ Francorum, S. Gregor. Turon. cap. 49. ad hunc modum. Cùm Plato Archidiaconus, inquit, & Gallienus vincti abrepti eſſent à Leudaſte, vt contra Epiſcopum ſuum (eundem S. Gregorium) falsò teſtarentur Reginæ crimen impegiſſe; Hæc ego audiens, inquit, mœſtus turbatúſque, ingreſſus Oratoriū, Dauidici carminis ſumo librum, vt ſcilicet apertus aliquem conſolationis verſiculum daret. In quo ita repertum: *Eduxit eos in ſpe, & non* A *timuerunt, & inimicos eorum operuit mare.* Interea ingreſſi in fluuium nauis quæ Leudaſtem vehebat, demergitur. Nandi tamen peritus euaſit, alia naui incolumi, quæ vinctos tranſmittebat. Eadem tamen calumnia in Leudaſtem reuoluta eſt, aliis à periculo liberatis. Alterum habet idem autor lib. 4. eiuſdem Hiſtoriæ Francor. cap. 16. quo loco hæc ſcripſit. Chramnus cùm rebellaſſet in patrem, in caſtrum Diuionenſe peruenit, ibique cùm die dominico adueniſſet, quid geſtum fuerit dicam. Erat ibi tunc S. Tetricus Epiſcopus, cuius in ſuperiore libello memoriam fecimus, poſitis Clerici tribus libris ſuper altarium, id eſt prophetiæ, Apoſtoli, atque euangeliorum, orauerunt ad Dominum, vt Chramno quid eueniret, oſtenderet, aut ſi B ei felicitas ſuccederet, aut certè ſi regnare poſſet, diuina potentia declararet, ſimulque vnam habentes conniuentiam, & vnuſquiſque in libro quod primum aperiebat, hoc ad Miſſas etiam legeret. Aperto ergo primùm omnium Prophetarum libro, reperiunt: *Auferam materiam eius, & erit in deſolationem: pro eo quod debuit facere vuam, fecit autem labruſcam.* Reſeratóque Apoſtoli libro: *Ipſi enim diligenter ſcitis, fratres, quia dies Domini ſicut fur in nocte, ita veniet, cùm dixerint pax & ſecuritas, tunc repentinus illis ſuperueniet interitus: ſicut dolores parturientis, & non effugient.* Dominus autem per euangelium ait: C *Qui non audit verba mea, adſimilabitur viro ſtulto, qui ædificauit domum ſuam ſuper arenam: deſcendit pluuia, aduenerunt flumina, flauerunt venti, & irruerunt in domum illā, & cecidit, & facta eſt ruina eius magna.* Tandem Chramnus miſerè periit, iuſſu patris cum vxore & liberis combuſtus, vt idem docet cap. 20. His duobus exemplis, à S. Gregor. Tur. in medium allatis, tertium aliud addam ex Alberto Krantzio, quo nihil Albertus Krantz. hactenus legi in eo genere mirabilius. Nam Hildebrandus, quem nunc denique in Sanctorum numerum relatum, ſub S. Gregorij ſeptimi nomine religioſè colimus: cùm adhuc puer eſſet, & ſub patris cura ageret, fabrilignarij filius, digeſtis temerè incertum ordinem ſarmentis hanc orationem manifeſtis characteribus expreſſiſſe viſus eſt: *Dominabor à mari* D *ad mare.* quod cùm vir prudens fortè conſpicatus eſſet, & puerum expertem literarum comperiſſet, non leue quid aut mediocre puero portendere omen arbitratus, eiuſdem parenti autor fuit, vt literis imbuendum curaret. In quibus cum non mediocres profectus feciſſet, ab Imperatore poſtea Cancellarius aſcitus eſt. Verùm idem poſtea ſomnio territus, quod ſibi viſus eſſet filium ſuum cornibus conterere, Hildebrandum in vincula coniicit: è quibus tamen eripitur Imperatricis miſericordia. Inde clàm monaſterium Cluniacenſe petit: vbi primum ſubdiaconus, mox Prior, deindè Cardinalis S. R. E. poſtremò ſummus Pontifex effectus, omini de ſe viſus eſt cumulatè reſpondiſſe. Hæc Krantzius libro quarto Metropol. capite 19. & 29. Fabulam tamen vocat Krantzius, quod miratur Simon Maiolus in vaticiniis abſque ratione feciſſe. Sum-

pſit Krantzius ex Annalibus Henrici Tertij A Imperatoris.

Confirmatur iterum ſuperior ſententia de omnibus, quòd non liceat ea obſeruare, ex Ioan. Franciſci Pici Mirandul. libro ſexto de Rerum prænotione, capite quinto.

IVVAT me prius quàm ad Pici rationes explicandas accedam, Hectoris verba referre, quibus apud Homerum Polydamantem augurij metu pugnam detrectantem, grauiter obiurgat, B nullum omen eo melius eſſe dictitans, quàm ſi Dei iuſſis obtemperes, & patriam, quam uobis ipſe plurimùm commendat, ſummo conatu defendas.

Omen haberi debet optimum, ſi Deo pareas.

At tibi, inquit, *Dij mentem turbarunt, ſpernere qui me*
Conſilia ac promiſſa iubes Iouis altitonantis;
Tu verò me præpetibus parere iubéſque
Auguriis, quæ ſperno equidem, quia vana videntur,
Seu dextra ſpectentur aues, Phaetontis ad ortum,
Siue ſiniſtra petant obituri limina ſolis:
Conſilio magni Iouis at nos fidere oportet,
Quem penes eſt hominum diuumque æterna poteſtas:
Optimum id auſpicium eſt, patriam pugnando tueri. C

An igitur etiam tale aliquid exprobrare potuit ſuus armiger Ionathæ? abſit. Non enim ex temerè prolatis omen ille captabat: ſed tanquam ex condicto poſt orationem, quam eſſe auditam non dubitabat, Dei ſententiam præſcriptis verbis expectabat. Non igitur armiger Ionathæ magis id vitio dare potuit, quàm priùs Phara puer Gedeoni Iud. 7. aut alius quilibet ſeruo Abrahæ; quorum alter, inquit Picus, audito inimici ſomnio, ſe ad bellum accinxit, alter Abrahæ nurum futuram intellexit: hic enim orauerat, petieratque ſibi futuram Iſaaci vxorem verbis indicari: quam vt quæreret, Abrahami mandata, & dati iuſiurandi religio perurgebant; eáque verba veluti ad ſui inſtructionem à diuina prouidentia præordinata deſumpſit. Ille verò iam de ineundo prælio inſtructus D ab Angelo, qui etiam victoriam ampliſſimam ſpoponderat, inimicis aduerſa quæ ſibi videbantur ſomnia recitantibus, ad eos aggrediendos animatus eſt, ad quod prius fuerat diuinitus edoctus, vt in caſtra pergeret ad eorum obſeruanda verba, quo ſecurior ad inuadendos hoſtes deſcenderet. Potuere enim huiuſmodi verba à Deo, cui omnia ſubſunt, & iuſtiſſimè quidem ominari, vt per ea inſtruerentur, qui ſibi non iniuſtum exhibent famulatum, quem dæmon iniquus conatur peruertere: cùm enim protenduntur vlterius verba, quàm exigat, aut naturæ, aut diuinæ prouidentiæ ordo: ſuperſtitioſa prodeunt omina, cùm aliàs, tum nomine diuinationis & augurij nobis interdicta: quæ

Pici verba hæc ſunt.

A cum aliis etiam à natura exploduntur, cùm nec effectus (vti diximus) nec cauſa eſſe poſſint futurorum, nec ſimul ab eadem naturali cauſa cum futuris produci, quorum nullo pacto ſigna indiciáve ſunt, aut iure meritóque haberi poſſunt. Hæc Picus. Negat itaque ſuperiora exempla ad omina pertinere. Et reuera factum illud Gedeonis non video quî poſſit in eam claſſem referri. Angeli iuſſu hoſtium caſtra explorator ingreditur, audit militis ſomnium, & ab alio quoque triſtem eius interpretationem, &, quod veriſimile eſt, horum quoque trepidationem animaduertit: inde confirmatur animo, & ſuis victoriam, quam Angelus erat pollicitus, certò repromittit. quid horum ad omnis ſuperſtitionẽ attinet? niſi ſi forrè eidem vitio vertimus, quod profani hominis ſomnio credidit. Sed hoc primùm imperante Angelo fecit, deinde alia eſt ominis, alia ſomniorum obſeruatio. Nullum itaque omen hîc reperiemus. Sed neque Eliezer omen captabat, cùm Geneſ. 24. Deum precabatur, vt virginem, quam herili filio ſponſam deſtinarat, præſcriptis à ſe vocibus iuberet vti: ſed Deum ipſum rogabat, manifeſtam ſibi voluntatis ſuæ ſignificationem dare, cui crederet, non incerta ominis coniectura, ſed orationis autoritate, quæ vbi ſyncerè fit, nihil non à Deo conſequitur.

Examen eorum omi[n]um quæ proferuntur ex Scripturis.

De Ionatha idem mihi dicendum videtur: tametſi eiuſdem Picus non meminit, nec Scriptura prius illum oraſſe commemoret. Nam cùm victoriæ ſpem in Dei miſericordia collocet, C quem prædicat hominum viribus longè eſſe ſuperiorem: nec difficilius paucis quàm pluribus victoriam largiri, idque ſuum armigerum meminiſſe iubeat, vt audeat eius ope ac præſidio fretus rem difficillimam aggredi: veriſimile non eſt, fortiſſimum ac ſapientiſsimum iuuenem eidem ſuas ſpes minimè commendaſſe, ex cuius nutu pendere intelligeret. Non eſt autem neceſſe, vt ſemper omnia, quæ factum circunſtant, ſingillatim Scriptura explicet: multa namque poſſunt iudicio ac ratione inueſtigari: & alioquin eam eſſe Scripturæ conſuetudinem pluribus exemplis probari poſſet. Vnde poſtremò ſequitur, nuſquam ominum obſeruationem Scripturæ patrocinio defendi.

De Ionatha.

Adhæc cogitandum eſt, inquit Picus, in huiuſcemodi ſuperſtitionibus poſſe quemlibet paulò exercitatum in quodcunque maluerit ſi- D gnificatum ſignum ipſum conuertere, ex varia videlicet conſideratione rerum ipſarum quæ pro ſignis offeruntur, ad portendenda futura: Namque ſi Aſtrologicæ incubueris vanitati, & ab aliis cultoribus euariare volueris, in fato decernendo, præſto erunt pugnantes autorum contradictoriæque ſententiæ, vt ſi illa ad illud ducat: & ad aliud alia vergat, qua malueris vti poſſis, vel ad perniciem (ſi tibi id cordi fuerit) comminandam, vel ſi pleniora marſupia ſonuerint, ad promittendam felicitatem. Ita in Chiromantia variæ lineæ. In Geomantia figurarum diuerſitas imperitæ ſuperſtitioni ſuppetias ferunt. Ita in ipſis *Ominibus* euenit, quod multis probari poſſet, illud ſit ſatis, quod nunc ſuccurrit apud Maronem in 3. Æneidos lib.

Hæc ſunt verba Ioan. Pici.

Digitized by Google

Illud inquã *omen*, quod inter alterutram partem Anchiſes interpretatus eſt, cùm quatuor illos aſpexit equos candore niuali: ob id enim quòd in belli opere equorum vſus inquit:

Bellum ô terra hoſpita portas:

Bello armantur equi, bella hæc armenta minantur.

Ob id item quòd curru iunguntur, & concordi iugo trahunt, *Spes eſt pacis*, ait. Ita in reliquis omnibus conſpici datur, quæ in vtrumque latus ſuperſtitionis vergi poſſunt à ſuis cultoribus: refelluntur autem magnopere tripartita illa ratione, qua & aduerſus alia ſuperſtitioſa ſigna, & aduerſus ipſa *omina* paulò ante vſi ſumus.

Tribus rationibus ominis vanitas demonſtratur. Pici verba.

Quæ ſunt igitur illæ, Pice, rationes? Hæ nimirum, Quoniam ſi *omen* vtile aut obſeruatione dignum iudicatur, harum alteram cauſam eſſe oportet: Quòd *omen* euentus origo habeatur; ſin minus, ſaltem indicium: quòd indicium aut à natura eſſe debet, aut habere Deum principium. Nam ſigna inſtituere quæ res futuras demonſtrent, hominum vires ingeniúmque ſuperat. Atqui nihil horum ſatis probabili fundamento nititur. Nam quod *omen* futuræ rei cauſſa efficiens eſſe non poſſit, Picus apertè demonſtrat his verbis. Neque enim, inquit, aut boni, aut mali euentus cauſſa eſſe poteſt humana vox, inconſultò prolata, niſi fortè ad bella, ad cædes: ſi vel ab inſano quopiam, vel ſceleſto, qui populis & exercitibus etiam præſit effuſa fuerit. At pro *omine* huiuſmodi vox quo pacto ſumetur? quam ideo non portendere id cuius eſſet cauſa poſſet aduerti, niſi quia per eam excitarentur duntaxat animi ad bella, vel inferenda, vel referenda, ad cædes & vaſtitates perpetrandas: ad pacem etiamnum vel ineundam, vel firmandam. Hæc Picus. Miror autem, ſi non huic ſolertiſſimi ſcriptoris orationi pars aliqua deſit, quæ reſtituta maiorem lucis copiam afferret. Cæterùm hæc mens illius eſt, quantum ego capio, negari quidem non poſſe multarum ſæpe turbarum, aut etiam cõciliandæ pacis humanum ſermonem autorem eſſe, & cauſam, quod aiunt, efficientem moraliter, ſed non phyſicè. Non enim quæcunque poſtea accidunt, ſermonis vi aut efficacitate producuntur: ſed manant aliis ex cauſis, quæ veræ ſunt cauſæ rerum effectarum: excitatæ autem orationis vi idcirco cenſentur, quòd hominum mentes, quæ verborum ſenſum penetrant, aut etiam ſimplicem vocis accentum notant, iis variè afficiantur, & ad res nouas moliendas incitentur. Efficiens tamen ratio futurorum vox eſſe non poteſt. quoniam ſi qua eius vis & potentia eſt, tota in ſignificatione poſita eſt, phyſice nihil parit. Quòd ſi magis ſoni, aut etiam icti aëris quàm etymologiæ, ratio habeatur, nõ tamen illa plus efficiẽt quàm porrigantur. Deinde, quæ cõditiones à natura concuſſũ aëre conſequuntur, rerũ, quæ euenient, inſtrumentales cauſæ cenſendæ ſunt: quæ quàm ſint exiles & paucæ, nemo non videt. Quis igitur putet earum potentia inſtructas acies ferro & calybe expugnari poſſe? Non poterit igitur *omen* cauſa victoriæ cladiſve haberi.

Omen non poteſt eſſe cauſa efficiens phyſica rerum futurarum.

Itaque ſignum potius futurorum, inquit, A Picus, omen & eſſe & haberi debere contendunt. At quæſo quod ſignum haberi potuit, vt gratia exempli, Lucius Paulus aduerſus Perſam Macedoniæ regem, bellum proſperè geſturus eſſet, quia filiolæ mortua eſſet catella, quæ ſcilicet iam perierat & non erat, quid potuit eſſe cauſæ bellandi feliciter, quomodo effectus eius prælij illo modo potuit exiſtimari, cùm cauſam præcedere effectum oporteat, mors autem prælium diu præceſſerit?] Sic argumentatur Picus: Signa rerum futurarum vel à natura ſunt, vel certe pendent ex inſtitutione diuina: ars humana nihil tale cõminiſcitur. At quæ à natura ſunt, vel earum rerũ cauſæ eſſe debẽt quas referunt, vel effectus. Nã effectus quidẽ cauſarũ ſunt imagines, à quibus proficiſcuntur. B cauſæ, quoad valent, ſeipſas produnt in effectis, vnde non immeritò futuros euentus ex cauſis coniicimus, & cauſas eſſe colligimus ex effectis. At *omen* futuræ rei neque cauſa, neque effectus eſſe poteſt. Nam quod ad cauſam attinet, manifeſtis ante rationibus probauimus. Effectus verò qua tandem ratione intelligi queat, cùm rem ante denuntiet quàm eſſe incipiat? Ergo rei futuræ neque cauſa, neque effectus, *omen* eſſe poteſt.

Omen non eſſe ſignum rei futuræ.

Sed quia tametſi hæc ratio admodum valida eſt, non tamen omnem difficultatem exorbet, ſed adhuc reliquus aliquis ſcrupulus reſidere videtur, idcirco mox tacitæ obiectioni occurrit. Dices, inquit, ab eadem cauſa fluxere, & ſecundus belli ſucceſſus, & catellæ mors. quænã, C oro, eſt illa cauſa, profer ſi potes, adduc in medium: Cœlúmne? At illud mortis pariter & vitæ cauſa eſt, & vniuerſalis adeò, vt non diſtinguat effectus, vt diffuſe declaratum eſt. An ſuperiorem fortaſſe aliam excogitaueris, & in dæmonem, vel in Deum contuleris? quippe cùm inferiorem aliam quæ & mortis catellæ, & felicis pugnæ communis ſit, inuenire cauſam non poſſis. Si dæmoni acceptum id referes, reſiſtam equidem, prælia feliciter geſta non ei tribuens, ſed Deo, qui olim *exercituum Deus* vocari voluit, qui itidem Romanis conceſsit imperium longè latéque propagatum; ſed & catellæ mors ab eodem peruenit, ſine cuius voluntate nec paſſer in terram cadit, vt Euangelicis præceptis inſtruimur, cuiúſque benigna lar- D gitas, quod & in Pſalmo ſcriptum eſt, *coruorum filios paſcit*. Quòd ſi minus Chriſtianè ſapiens, earum rerum autorem dęmonem contenderis, multa opponere poſſum, quibus proſternaris. Sed illud in primis diſſoluas, quo pacto ita mors catellæ, ſignum potuit eſſe pugnæ felicis, vt ex mortua ſcilicet Perſa deuincendus Perſes portenderetur? quid catella cum homine? quid rex cum beſtia? quid mors cum vita, cum victoria conueniunt? Hactenus Picus. Poſt hæc accedit ad poſtremam partẽ difficultatis, & negat id quod vocant *omen*, rei futuræ ſignum eſſe inſtitutum autoritate diuina.

Ominis nulla certa cauſa aſſignari poteſt.

At forte, ait, non illud inquies re intelligere, ſed in diuinam pariter prouidentiam vtrumque te referre, quibuſcunque id ſecundis & intermediis cauſis perpetretur. Si hoc ſentis, non perperam ſentis: nulla tamẽ ob id acceſsio

Diuina prouidentia non eſt cauſa ominis.

Si taliter loqvvti, &c.

facta eſt, quibus tua confirmentur, infirmentur autem magis; cùm diuina prouidentia non illorum ſolùm, ſed omnium quæ fuere, quæ ſunt, quæ erunt, cauſa pariter ſit: peculiaris autem & proprij nihil dicis. Namque hoc ipſum ad illud ſignificandum ordinaſſe Deum, probari à te neceſſarium eſſet, ni ſecundam aliquam cauſam inueheres, cui hoc eſſet muneris delegatum. Tantum autem abeſt, vt hoc poſſis, vt etiam, ſi ſacras literas perlegeris, vbique vanas iſtiuſmodi ſuperſtitiones damnatas intelligas. Hactenus Picus, cuius mens & ratio ex eiuſdem verbis ſatis manifeſtè patet: quare nunc ad alia tranſeamus.

Versvs 11.

Apparuit igitur vterque ſtationi Philiſthinorum: dixerúntque Philiſthiim: En Hebræi egrediuntur de cauernis, in quibus abſconditi fuerant.

Versvs 12.

Et locuti ſunt viri de ſtatione ad Ionatham, & ad armigerum eius, dixeruntque: Aſcendite ad nos, & oſtendemus vobis rem. Et ait Ionathas ad armigerum ſuum: Aſcendamus, ſequere me: tradidit enim Dominus eos in manus Iſraël.

Versvs 13.

Aſcendit autem Ionathas manibus & pedibus reptans, & armiger eius poſt eum. Itaque alij cadebant ante Ionatham, & alios armiger eius interficiebat, ſequens eum.

Vario tranſlationes.

In nonnullis diſſident Interpretes. Pagninus ſic legit verſum 13. *Et aſcendit Ionathan* (Arias *ſuper*) *manib. ſuis, &* (Arias *ſuper*) *pedibus ſuis, & armiger eius poſt eum.* Arias, *ferens vaſa eius: & ceciderunt coram* (Arias *ad facies*) *Ionathan, & armigero eius interficiente poſt eum.* Vatablus Salmant. *quique coram Ionathan ceciderunt, hos armiger eius trucidabat poſt eum.* Chaldæus. *Et aſcendit Ionathan ſuper manus ſuas & ſuper pedes ſuos, & ferens arma eius poſt eum: & ceciderunt debiliſati ante Ionathan, & ferentem arma eius occidentem poſt eum.* Complutenſ. & Regia Septuag. Interpr. *Et aſcendit Ionathas per manus ſuas & per pedes ſuos, & gerens arma eius poſt eum, & viderunt Philiſthiim contra faciem Ionathan, & percuſſit in eis, & gerens arma eius porrigebat poſt eum.* ἐπεδίδου ὀπίσω αὐτοῦ. Romana editio, & Antuerp. Laurent. *& procedebat poſt eum.* Aldina ad Complut. *accedit.*

Iſtos, inquiunt Palæſtini, tandem è cauernis vel deſperatio, vel fames expellit. *Aſcendite ad* A *nos, & oſtendemus* vobis דָּבָר *dabar* ῥῆμα *verbum, rem,* id quod quæritis. Id dicunt, quia illi videbantur explorare, & aliquid quærere. *Venite,* inquiunt, *& oſtendemus vobis rem* eam quã quæritis. His verbis auditis, quaſi accepto *omine,* Ionathas colligit animum. *Aſcendamus,* inquit: *tradidit enim nobis Deus Palæſtinos in manum noſtram.* Palæſtini freti præſidio ſuo, non dubitant admittere hoſtes, quaſi eos ſtatim pro ſuo arbitrio occiſuri. Quanquam Ioſephus ait, Ionatham his auditis ſe ſubduxiſſe, & alia via, qua nemo eum venturum potuiſſet ſuſpicari, penetraſſe in rupem. atque inde eſſe id, quod in textu legimus, eum manibus & pedibus cõnixum aſcendiſſe. Oportuit eum manibus & pedibus niti: ita erat difficilis aſcenſus. Id autẽ B apparet ex eo, quod alter ſcopulus appellatur *Boſes,* hoc eſt, *lubricus.* Alij autem interpretantur *manibus & pedibus,* pro magno ſtudio. id enim ſignificat ſæpe ea ſententia, *manibus & pedibus.* Palæſtini pro ſua audacia hoc loquuntur. Ea tamen Deus eò dirigit, vt Ionathas intelligeret quid oporteret fieri. Hic nobis offertur duplex genus ſecuritatis. Palæſtini viribus ſuis fidebant, & præſidio: Ionathas autem promiſſione, & verbo Dei. Itaque Ionathas, quia Deo nitebatur, ſuperat: illi, quia fiduciam ſuam ponebant in humanis viribus, ſuperantur. Xerxes apud Herodotum lib. 7. cùm audiſſet Sardia veniſſe Græcorum exploratores, & à ſuis deprehenſos, tortos ad ſupplicium trahi, C damnata ducum ſententia à morte reuocauit. Iuſſit etiam iiſdem omnes ſuas copias & apparatum belli explicari, Græcos ſpetans ſtupore atque admiratione potentiæ ſuæ perterritos, propriam libertatem prodituros. quod tamen longè ſecus accidit. Felicius ceſſit Scipioni, cùm pariter in Africa Annibalis exploratores ab eo eſſent habiti, vti ſcribit Appianus.

Aſcandite ad nos et oſtendemvs.

Fallax hominum fiducia.

Herodot.

Ascende *poſt me.*] Ionathas vult ipſe præcedere, & primus eſſe ad pericula: vnde apparet eius animi magnitudo, & conſtantia. Non fecit quod Thraſonici quidam imperatores ſolent: qui cauent ſibi poſt principia, & iactant, id olim Pyrrhum factitaſſe. *Et ceciderunt ante Ionatham.*] Quidam putant eos ad ſolum conſpectum Ionathæ cecidiſſe. D Targum autem ait, Ionatham eos tantùm ſtrauiſſe, occidendos autem armigero ſuo reliquiſſe.

Ego ſum, Chriſtus ait: & ceciderunt retrorſum.

Manibvs *& pedibus reptans.*] Heſiodus Operæ & Diei lib. 1.

Malitiam quidem cumulatim etiam capere
Facile eſt: breuis quippe via eſt, adeóque proxima.
Ante virtutem verò ſudorem Dij poſuerunt
Immortales: longa verò atque ardua via eſt ad ipſam,
Primúmque aſpera. Vbi verò ad ſummum ventum fuerit,
Facilis deinceps eſt, quantumuis difficilis fuerit.

Facilis ad malum via: virtus manibus & pedibus quæritur.

Ad literam. Cùm Chalybes, Taochi, & Phaſiani montis verticem occupaſſent qua Græcis tranſeundum fuit, Xenophon in concilio hanc orationem habuit. Hic quidem mons, qui in conſpectu eſt, quantum cerni poteſt, nihil minus quàm ſtadia lx. excurrit. Homines verò qui iter noſtrum obſeruant, nuſpiam præterquam

Xenophon.

Aſcendite ad nos, &c.

A quam circa hanc ipſam viam apparent. Satius igitur, opinor, fuerit experiri, ſi quam deſertam montis partem clàm, & quaſi furtim præripere, atque occupare poſſimus, quam ſimul & com loci difficultate, & paratis ad pugnandum hominibus certamen ſuſcipere. Eſt enim facilius multò in aduerſa eniti, modò pugnandum non ſit, quàm per plana iter facere, vrgentibus omni ex parte hoſtibus. Præterea noctu quæ ante pedes ſunt, ſi pugnandum non ſit, multò Hercule melius cernuntur, quam interdiu ſi in pugnam ſit incumbendum. Iam ſalebroſa via, ſine pugna multò eſt æquior pedibus, quàm plana ſi capita feriantur. Hactenus Xenophon lib. 4. Cyri Minoris Expedit. Inde verò terror maximus hoſtibus incutitur; ita B vt ſæpe præcipites in fugam ruant ad primom conſpectum, nec paucitatem eorum attendant, qui ad montis ſupercilium emerſerint.

Versvs 14.

Et facta eſt plaga prima, qua percuſſit Ionathas & armiger eius, quaſi viginti virorum, in media parte iugeri, quam par boum in die arare non ſueuit.

Variæ tranſlationes.

Vatablvs: *Fuit hæc prima ſtrages, in qua Ionathan vnà cum armigero ſuo percuſſit circiter viginti viros, idque fermè in dimidio iugeri in agro.* Et interpretatur in Ecphraſi, *iugeri*: Hebraiſmus, paris boum, id eſt, in tantillo ſpatio quanta eſt pars media ſulci ducti à pari boum per integrum iugerom terræ. quaſi dicat, breuiſſimo ſpatio interfecerunt viginti. Pagninus & Arias cum eodem conſentiunt. Chaldæus interpretator *ſpatium dimidiæ ambulationis iugi boum in agro.* At LXX. poſteriorem hanc partem verſiculi longè aliter interpretati ſunt, in C eóque editiones noſtræ cum ſancto Theodoreto conueniunt. *ὡς εἴκοσι ἄνδρας ἐν βολίσι, καὶ ἐν πετροβόλοις, καὶ ἐν κόχλαξι τοῦ πεδίου, quaſi viginti viros in iaculis, & lapidum iactu, & ſilicibus campi.*

Quoniam verò hæc Græcorum ioterpretatio plurimùm abhorrere videtur à veritate Hebraica, paocis admonebo, ſi quis diligen- D tius exploret, eam quoque poſſe defendi. Sic enim Hebraicè legimus, כְּבַחֲצִי מַעֲנָה צֶמֶד שָׂדֶה *kebabhatſi maghanah tſemed ſadeh.* Hæc verò ſic quoque verti poſſunt non incommodè: *Quaſi iaculis in oppreſſione onerum campi.* Iam verò quæ ſunt campi onera, niſi ſaxa & ſilices? quæ illa oppreſſio, niſi lapidatio? Scilicet cùm reptando cliuns ſuperandus eſſet, & plures alioqoin conficiendi eſſent, quinetiam in toto exercitu non plures quàm duo enſes reperti eſſent, probabile eſt neceſſariis armis deſtitutos, obuiis quibuſque telis vſos fuiſſe. Hæc porro tela ſunt, qoæ inter inacceſſas rupes potiſſimùm terra miniſtrat. חֵץ *hhets* ſagitta eſt, ſiue ſpiculum, diuidens quod tangit, à radice חָצַץ *hhatſats*

Et facta eſt plaga prima, &c.

A *diſcidit, dimidiauit*: vel חָצָה *hhatſah* quod idem ſignificat. מַעֲנָה *ghanah* etiam opprimi ſignificat. צֶמֶד *tſemed* onus, ſicut & iugum. שָׂדֶה *ſcadeh* cũ puncto dextro, ſagittam, ſpiculatorem: cum ſiniſtro, vt hoc loco agrum, terram.

R. Kimhi. Varro. Iugerum quid, & alia terræ menſura.

Hebraica vox צֶמֶד *tſemed* ſignificat copulam duorum animalium ad iugum vnum. Hic certè boum intelligitur. Iugerum autem eſt, quantum iogum boum vno die exarare poteſt. Kimhi exponit, *paruo ſpatio.* Varro lib. 1. de Re ruſtica cap. 10. Modos, inquit, quibus metirentur rura, alius alios conſtituit. Nam in Hiſpania vlteriore metiuntur iugis; in Campania verſibus: apud nos in agro Romano ac Latioo iugeris. Iugum vocant, qood iuncti bo- B ues vno die exarare poſſiot. Verſum dicont ceotum pedes quoquo verſum quadratum. Iugerom quod quadratos duos actus habeat. Actus quadratus, qui & latus eſt pedes cxx. & longus totidẽ. Is modus acnua Latinè vocatur. Iugeri pars minima dicitur ſcrupulũ, id eſt decem pedes in longitodinem, & latitudinẽ quadratũ. Ab hoc priocipio menſores nonnunquã dicunt in ſubſiciuum eſſe vnciam agri, aut ſextantem, aut quid aliod, cùm ad iugerum peruenerunt. Id habet ſcrupula cclxxxviii. quantum as. Antiquus noſter ante bellum Punicum pẽdebat bina iugera, quod à Romulo primũ diuiſa ferebantur viritim: quæ qood hæredẽ ſequerentur, hærediũ appellarunt. Hæc poſtea à centũ centuria dicta. Centuria eſt quadrata in omnes quatuor partes, vt habeat latera lõga pedũ C ∞ ∞ CD. Hæ porrò quatuor centuriç coniunctæ, vt ſint in vtramque partem binæ, appellãtur in agris diuiſis viritim publicè ſaltus. Hactenus Varro. Quo facilius intelligas ſciendum eſt vnciam habere xxiv. ſcrupula, & ex 12. vnciis, quæ aſſem conficiunt, ſummam illã confici patet. Legendus Petrus Victorios in hunc locum. Cùm autem cẽturiam loquitur, intelligit de duplicata, ſeqoutus conſuetudinem loquendi ſui tẽporis. vt docet idem Victorius. Prateio *iugerum* mẽſura agreſtis, quç eſt in longitudinẽ pedũ 240. in latitudinẽ 120. Gloſſæ vocant Aruipendium, & πλέθρον interpretatur. S. Gregor. Turonenſ. nonnunquam arpennem vocat. Allegoriam S. Greg. Magnus diligenter inueſtigauit.

Scrupulum quid.

Varia. Petrus Victor.

Prateius.

D

Versvs 15.

Et factum eſt miraculum in caſtris, per agros: ſed & omnis populus ſtationis eorum, qui ierant ad prædandum, obſtupuit, & conturbata eſt terra: & accidit quaſi miraculum à Deo.

Variæ tranſlationes.

Varias primùm trãſlationes afferamus. Pagninus: *Et fuit pauor in caſtris, in agro, & in omni populo: Præfectus & vaſtator* (Arias, *ſtatio & corruptor*) *expauerunt etiam ipſi, & commota eſt terra, & fuit in pauore grandi.* Arias, *& fuit in trepidationem Dei.* Vatablus Salm. *factus eſt autem pauor in caſtris, tum in agro tum in omni populo qui erat in præſidio, quin & hi qui graſſa-*

bantur territi ſunt, terráque ipſa tremuit, & incidit A *pauor Dei.* Dicitur autē *pauor Dei* phraſi Hebraica, qui magnus, aut certè qui eſt à Deo immiſſus. Chaldæus: *Et turbata eſt terra, & fuit in turbationem ab ante Dominum.* LXX. καὶ ἐγένετο ἔκστασις ἐν τῇ παρεμβολῇ, *Et factus eſt ſtupor in caſtris,* &c. Et pro eo quod legimus, *& qui prædabantur,* Græci habent καὶ οἱ διαφθείροντες ἐξέστησαν καὶ αὐτοί, *& qui occidunt, obſtupuerunt & ipſi.* Stuporem quoque illom Domino acceptum ferunt. καὶ ἐγένετο ἔκστασις παρὰ κυρίου, *Et factus eſt ſtupor à Domino.* Hæc editio Complut. & Reg. Plura habet Aldina. Nam poſt hæc, *& qui occidunt*, aut certè *vaſtabant* vt habet Romana, *obſtupuerunt & ipſi*, ſequitur apud Aldum καὶ οὐκ ἤθελον ποιεῖν. quod interptetatur Romana. & Antuerp. Laur. *& ipſi* B *nolebant facere.* Hoc eſt, notat Flaminius, nolebant labotem ſubire, vel πολεμεῖν, hoc eſt, pugnare.

Timor iſte, inquit Vermilius, peruaſit pet vniuerſa caſtra Palæſtinorū. Itaque appellatut *timor Dei*: quod quidam referunt ad magnitudinem. Ita enim in ſcripturis dicuntur *cedri Dei, montes, caſtra Dei.* Verùm hanc interpretationem R. Ben-Gerſon non probat: putat enim potius ſignificari cauſam efficientem, quòd Deus eam trepidatiunem Palæſtinis iniecilſet. Sic Pataphr. Chaldaicus, *Erat*, inquit, *pauor à facie Domini.* Cui ſententiæ ſubſcribit etiam Kimhi. *Commotáque eſt terra.*] Poteſt fieri vt terra C terræmotu tremuerit. quanquam Kimhi id exponit metaphoricè pro magno tumultu. Hactenus Vermilius.

Varia tranſlatio. Quare miraculū verterit Interpres noſter, & quid ſit miraculum. Nonnulli *pauorem*, *ſtuporem* alij, Græci *ecſtaſim* tranſtulerunt. Vulgatus Interpres *miraculum* dicere maluit: non modò quia is pauor à nulla cauſa natorali proficiſcebatur, ſed erat totus à Deo: ſed etiam quia mentis alienatio, ira, furor, rabies, ſic præter expectationem eos corripuerunt, vt ſeſe mutuis ictibus confoderent. Deinde etiam terra mouit, & pleraque alia cōſequuta ſunt, quæ non ſatis vna timoris ſignificatione deſignantut. Dictio aotem miraculi maxima quæque comprehendit. Eſt autem miraculum quod ſolo Deo autore fieri poteſt, & ab eo fit præter conſuetum ordinem, in quo naturæ vim ac facultatem omnē ſuperat: idque poteſt D tribus modis intelligi. Primò quantum ad ſubſtantiam facti, vt docet S. Th. 1. p. quæſt. 105. art. 8. quemadmodum ſi duo corpora ſimul ponātur, aut ſol conuerſo curſu retrocedat in Oriētem, aut corpus humanum cæleſti gloria afficiatur: horum enim natura nihil præſtare poteſt, quæ meritò habentut miraculorum præſtantiſſima. Deinde ratione ſubiecti, vti ſi mortuo vita in integrum reſtituatūr, aut cæco videndi vis ac facultas conferatur. Nam vitam quidē, aut etiam viſum tribuere naturæ eſt, ſed non iis qui iam vita functi ſunt, aut oculis capti. Quæ autē ſunt huiuſmodi, ſecundum locum in miraculis obrinent. Eſt autem præterea rertia quædam ſpecies miraculorum diſtincta à ſuperioribus, cùm ſcilicet & ſi quid à natura effici poſſit, & id, cui accidit, ad hoc à natura inſtitutum ſit, tamē otdo ipſe, & modus efficiendi, quem natura præſcribit, minimè ſeruatur; quemadmodum

S. Thom. Triplex differentia miraculorum.

A ſi nulla curatione adhibita ſolo Dei nutu cōfeſtim æger conualeſcat: hoc enim ars & narura ignorāt. Purrò eius generis fuiſſe illum caſtrotum tumultum manifeſtum eſt. Pauor nāque naturalis quædam petturbatio eſt, quæ hominibus incuri ſolet: & terra quoq. nonnullis cauſis obnuxia eſt, quæ cùm inciderint illam commouent: ſed non ita repentè ac ſine cauſa. Poſtremò, quòd vnus & alrer ingentes hoſtium copias fuderint, quis non rem miraculo dignā, & Deo autore patratam exiſtimet? Sic enim legimus, inquit Saluianus lib. 7. De Gubernatione Dei, quòd ſi quando euidenter intelligi Deus voluit, magna opera à ſe patrari, aut per paucos aut per infirmos acta tes eſt; ne opus cæleſtis dexteræ virtoti aſſignaretur humanæ. B Ideo ſiquidem & dux Siſara, quem Hebræus tremebat exetcitus, à muliere proſtratus eſt: & Abimelech ciuitatum expugnatorem fœminæ manus percutit, & ferratæ Aſſyriorum acies vidua opitulante ceciderunt. Et ne de ſolis fœminis tantùm loquar, Benadab regem Syriæ, cui præter innumera populi ſui millia, triginta & duo reges, exercitúſque eiuſdem numeri ſeruiebant, nonne ideo à paucis principum pediſequis Dominus vinci voluit, vt qui eſſet autor talis victoriæ noſceretut? Contra Madianitas quoque, qui, vt liber Iudicum refert, inſtar locuſtarum cuncta compleuerant, Gedeon iubetur pugnare cum paucis: non quia plures C in exercitu non haberet, ſed vetatur multos ad bellum ducere, ne multitudo ſibi poſſit aliquid de victoria vindicate. Vnde cùm triginta armatorum millia congregaſſet, ſic ad eum Dominus loquutus eſt: *Multus eſt tecum populus, nec tradetur Madian in manu eius.* Et quid poſtea? Homini aduerſum innumera barbarorum millia pugnaturo trecentos tantùm viros reliquit. In eam quippe exiguitatem redigi agmen militum iuſſit, vt ſibi de patrato diuinitus belli opere paucitas vſurpare nihil poſſet. Denique, cur hoc Dominus ita faceret ipſe euidentiſsimè declarauit, dicens: *Ne glorietur contra me Iſrael, & dicat: Meis viribus liberatus ſum.* Hactenus Saluianus.

Quale hic miraculum.

Saluian. Ratio miraculorum.

Iud 4.
Iud 9.
Iudith.
3 Reg. 20.
Iud 7.

Et populus obſtupuit, & conturbata eſt terra. Pagninus cum aliis pleriſque, *Et commota eſt terra,* D nempe caſtrorum. Hoc eſt, terræmotu caſtra concuſſa ſunt. *Et obſtupuit.* S. Ioannes Damaſcenus Orthodoxæ fidei lib. 2. capite 15. Metus genera ſunt ſex: Segnities, Pudor, verecundia, Stupor, Terror, Angor. *Segnities*, ſiue cunctatio, aut tarditas, eſt metus impendentis actionis. *Pudor*, metus ex vituperationis expectatione ſuſceptos: optimúſque eſt hic affectus. *Verecundia*, metus ob admiſſum dedecus: ac ne hic quidem affectus extra ſpem ſalutis eſt. *Stupor*, metus ex ingenti aliqua rei ſpecie animo oblata (plerumque ſenſuum alienationem inducens.) *Terror*, metus ex noua aliqua & inſueta rei ſpecie contractus. *Angor* denique, metus, ne vota noſtra infeliciter cedant. tum enim angore afficimur, cùm metuimus, ne quod aggreſsi ſumus, ex ſentētia minimè cadat. Igitur quid ſit ſtupor Bearus ille nos docuit. Sed nunquid Palæſtinis ſpecies ali-

S. Ioan. Damaſc. Metus ſex genera.

SED ET OMNIS POPVLVS OBSTVPVIT.

Diod. Sicul.

quaformidoloſa obiecta eſt? Mirabile quippiã, inquit Diodorus Siculus l. 4. c. 4. in ea quæ eſt circa Syrtes Libya, cootingit. Nam quandoque, & maximè quieto à ventis rempore, apparent in aëre diuerſorum animantium formæ: quarum quædam quieſcunt, quædam mouentur. Et hæc aliquando fugiunt, aliquando inſequuntur: ſed omoes magnitudine eximia ſtuporem timorémqoe inſciis præbent. Nam quæ homines ioſequuntur, comprehenſum frigido circundant contactu. Externi quidem, vt pote eius rei inſueti, exterrentur: ab incolis ex aſſuetudine ſpernuntur. Hæc Diodorus: qui cauſas deinceps explicat hotũ ſpectrorum. At Sapiens c. 17. de Ægyptiis loquens quos Deus non vno modo afflixit, inter cætera, *Perſonæ*, inquit, *triſtes illis apparentes pauorem illis præſtabant*. Et item, *Apparebat illis ſubitaneus ignis, timore plenus: & timore perculſi illius, quæ non videbatur, faciei, æſtimabant deteriora eſſe quæ videbantur*. Item, *Trãſitu animalium & ſerpentium ſibilatione commoti, tremebundi peribant*. Et iterum: *Cùm ſit enim timida nequitia, dat teſtimonium condemnationis: ſemper enim præſumit ſæua, perturbata conſcientia. Nihil eſt enim timor niſi proditio cogitationis auxiliorum. Et dum ab intus minor eſt expectatio, maiorem computat inſcientiam eius cauſæ, de qua tormentum præſtat*. Sed & poſteriora hæc quoque turbare potuerunt, quæ Sapiens commemorat, cùm verſarentur in ſaltu & montibus. *Siue ſpiritus ſibilans, aut inter ſpiſſos arborum ramos auium ſonus ſuauis, aut vis aquæ decurrentis nimiùm, aut ſonus validus præcipitatarum petrarum, aut ludentium animalium curſus inuiſus, aut mugientium valida beſtiarum vox, aut reſonans de altiſſimis montibus Echo; deficientes faciebant illos præ timore*. Hactenus Sapiens. Tot machinis & artibus, & pluribus aliis, quas nec oratione complecti, nec mẽte cõprehendere poſſumus, hoſtibus ſuis Deus terrorem infert: quas non dubium eſt ad perdẽdos fugandóſque Palæſtinos adhibuiſſe. Sed nihil ſic eos permouit vt terręmotus. Eſt enim, cùm terra tremit, inexpugnabilis cauſa timendi. Quid enim, inquit Seneca lib. Natural. Quæſtionum, cuiquam ſatis tutum videri poteſt, ſi mundus ipſe concotitur, & partes eius ſolidiſſimæ labant? Si qood immobile eſt in illo, fixumque, vt cuncta in ſe iotenta ſuſtinear, fluctuat? Si quod proprium habet terra perdidit ſtare, vbi tandem reſideot metus noſtri? quam latebram proſpicimus, ſi orbis ipſe ruinas agitet? A tempeſtate nos vendicant portos: nimborum vim tecta propellunt: aduerſus touitrua, & minas cæli ſubterraneæ domus, in peſtilentia mutare ſedes licet: ſed hoc malum ineuitabile. Hæc Seneca. Itaqne Græcis fuiſſe antiquiſſimi moris Cælius refert lib. 1. cap. 19. vbi terram mooiſſe nuntiatum foret, conclamare vaſa, ceu ingrueus malum inde coniectarent.

Terræmotus maximum terrorem infert.

Seneca.

B

C

D

Et conturbata eſt terra. Vatablus: *Et terra ipſa tremuit*. Nõ vnum eſt terræmotuum genus, ſed varium ac multiplex. Variè enim terra quatitur, vt inquit Plinius, & mira eduntur opera, alibi proſtratis mœnibus, alibi hiatu profundo hauſtis, alibi egeſtis molibus, alibi emiſſis am-

Plinius.

Varia terræmotuum genera.

S. Ioann. Damaſcen.

ET CONTVRBATA EST TERRA.

A nibus, nonnunquam etiam ignibus calidiſve fontibus, alibi auerſo flumioum curſo. Sex ſpecies enumerat S. Ioan. Damaſc. in Phyſicis c. 16. *Epiclintas*, inquit vocant, qui ad angulos acutos terram tranſuerſim quatiunt: *Braſtas*, eos qui ad angulos rectos eam ſurſum deorſumq; iactant: *Chaſmatias*, qui efficiunt vt terra in caua ſubſidat: *Rhectas*, id eſt effractores, qui hiatus aperiunt, ac terrã perrumpunt: *Heſtas*, id eſt impulſores, qui vno impetu eam ſubuertunt: *Palmatias*, hoc eſt vibratores, qui per reciprocas vihrationes, atqoe in vtramq. partem inclinationes, id quod mouerint, ſemper eriguot. *Myceta*, etiam venti exiſtunt, qui terram cũ mugitu quatiunt. Pauciores Ammian. enumerat ex Ariſtotelis autoritate. Fiunt, inquit, terrarum B motus modis quatuor. Siquidem aut *Palmatiæ* ſunt, qui humum moleſtius ſuſcitantes, ſurſum propellunt immaniſſimas moles, vt cùm in Aſia emerſit Delos: aut *Siſmatiæ*, id eſt σεισματίας, qui limes ruenres & obliqui vrbes ac montes quoque deooluunt in planũ: quo argumento Siſmatiã Spartani ſepulchrum dixere, in quo Ephebi iacchant, gymnaſij ruina ex terræmotu eliſi. Aut *Chaſmatiæ*, qui motu grandiore patefactis ſubitò voratrinis, terrarum partes abſorbent. Sunt poſtremò qoi de mugitus ratione vocantur μυκητίας, & ſonitu audiuntur minaci, quum diſſolutis elemeota compagibus vltrò aſſiliunt vel relabuntur, conſidentibus terris. Tonc enim velut taurinum erumpere boatum fremitúſque ac fragores terrenos, neceſſum C propè eſt. Hactenus Marcellinus ex Ariſtotelis lib. de mundo. De hoc poſtremo genere Virg.

Ammian.

Sub pedibus mugire ſolum, & iuga celſa moueri.

Virgil.

Et Plin. Natural. hiſt l. 2. c. 82. Præcedit verò comitaturque terribilis ſonus, alias murmur ſimilius mugitibus aut clamori humano, armorúmve pulſantiũ fragori, pro qualitate materiæ excipientis, formáque vel cauernarũ vel cuniculi, per quem meat exilius graſſante in anguſto, eodẽ rauco in recuruis reſultante, in duris feruente, in humidis fluctuante & ſtagnãte.] Terreſtre touitru, poſitum inuenio, inquit Cælios l. 30. c. 27. pro terribili, tetro ac metuendi horroris, ſicuti in illo Græcanico, κλόνουσι χθονίας βροντάς, id eſt hymnis concinite terreſtria tonitrua. Vetus ſiquidem irroborauit opinio, D quicquid viſatur formidabile ac graue, eſſe ex terra progenitum. Ita Cælius.

Terreſtre quoddam tonitru terræmotum comitantur. Plin.

Cælius.

Porrò terræmotũ certa quædam dioinitus rerũ miracula præcedunt, inquit Pauſanias in Achaicis: perpetui imbres, diuturnæ ſiccitates, tepidæ hyemes, æſtate anni, ſolis orbis vel caligine obductus, vel incenſus rutilo, vel ſubatro colore: fontes exiccati: venrorum turbines arbores radicitus euellẽtes, ignes longo flammarum tractu per cælum diſcurrẽtes, ſiderũ etiam non antè conſpectæ formæ. Denſiores prætereà ab ima terra habitus erumpunt, quibus omnibus prodigiis homines præmonitos eſſe Deus vult, priuſquam in tantam calamitatem incurrant. Horum nõnulla hic quoque maturũ exitũ Philiſthæis portendere potuerunt. Quæ vero tũ accidant, cũ illa peſtis irruit, deſcribit Ammian. Marcel. l. 17. Primo lucis exortu, concreti nu-

Pauſanias.

Miracula quædam rerum terræmotum præcedunt.

Terræmotus deſcriptio.

biom globi nigrantium lætam paulò antè cœli ſpeciem confuderunt, & amandato ſolis ſplendore, nec cõtigua nec appoſita cernebantur, ita oculorum obtutu præſtricto, humo inuolutus craſſę caliginis ſqualor inſedit. oein velut numine ſummo fatales contorquente manubias, vẽtóſque ab ipſis excitante cardinibus, magnitudo furentium incubuit procellarum: cuius impetu pulſorum auditus eſt mõtium gemitus, & eliſi litoris fragor aqueus, cùm typhones atque preſteres cum horrifico tremore terrarum, &c. Lege Caſſium in Traiano, & Plinium l. 6. Epi. 20. Veruntamen iſtic neque flammarum globos in Palæſtinos incurriſſe, neque diuturnam noctem caſtris incubuiſſe, neque quemquã ruinarũ mole oppreſſum fuiſſe, facilè probari poteſt. Illi namq; mutuis vulneribus cecidiſſe feruntur, & ruri caſtra poſuerant, & ſpeculatores exaudito fremitu, ſi quæ caligo diutius ſtationi inſediſſet, iacentes ac proſtratos cernere non potuiſſent. Sed quæcunque ad terrorem incutiendum neceſſaria fuerint, ea tum adhibita fuiſſe nequaquam dubito.

Cauſa efficientes terræmotuum. S. Ioan. Damaſc.

Terræmotuũ cauſas efficientes cùm alij plores diligenter perſcrutati ſunt, tum præ cæteris accuratiſſimè deſcripſit S. Ioan. Damaſc. eodẽ c. 15. Phyſicor. Meminit inter ea maris, venti, ignium ſubterraneorum, imbrium quoque exhalationumque quæ terra clauſæ dum erumpendi aditum quærunt, terræ viſcera horrendum in modum concutiunt. Lucretius, quæ viſa ſunt nobis probabiliora, ſeu potius ad rem quam tractamus magis accommodata, paucis expediet. Poſt alias igitur cauſas explicatas denique hæc addit l. 6.

Lucretius.

Eſt hæc eiuſdem quoque magni cauſa tremoris.
Ventus vbi, atq. animæ ſubito vis maxima quædã,
Aut extrinſecus, aut ipſa à tellure coorta
In loca ſe caua terrai coniecit, ibique
Speluncas inter magnas fremit antè tumultu:
Verſabundáque portatur poſt incita cùm vis
Exagitata foras erumpitur, & ſimul artam
Diſſindens terram magnum concinnat hiatum:
In Tyria Sidone quod accidit, & fuit Ægis
In Peloponneſo. quas exitus hinc animai.
Diſturbant vrbes, & terræmotus obortus,
Multaque præterea ceciderunt mœnia magnis
Motibus in terris. & multæ per mare peſſum
Subſedere ſuis pariter cum ciuibus vrbes.

Poſt hæc nonnulla ſubiicit, quæ ad illum terrorem, qui Palæſtinis incuſſus eſt, magis pertinere videntur.

Cauſa tremoris eadem quæ terræmotus.

Quod niſi prorumpit, tamen impetus ipſe animai,
Et fera vis venti per crebra foramina terræ
Diſpertitur, vt horror: & incutit inde tremorem,
Frigus vti noſtros penitus cum venit in artus,
Concutit inuitos cogens tremere atque moueri.
Ancipiti trepidant igitur terrore per vrbes.

Hæc Lucretius. Qui videtur præter eam formidinem, quam hominũ animis inicit vnos quilibet ex ſonis illis, qui terræmotum comitãtur: mugitus, murmur, clamor, vlulatus, fragor, fremitus, aliam præterea agnoſcere, quæ ab ipſa exhalatione ortum habeat. Illa ſiquidẽ crebris, vt ait, terræ foraminibus erumpens ſeſe in corpora noſtra inſinuat, eoſque horrore ac tremore afficit. Nec id adeò mirum, cùm ne aues quidem tum impauidæ ſedeant, inquit Plinius, cum terræmotus futurus eſt. Tanti verò ſtuporis in brutis animantibus ante ipſum ruinæ fragorem, aut etiam pulſationis tumultũ, quæ alia cauſa eſſe queat, quàm eadem ipſa quæ terram tremefactura eſt exhalatio, exilibus rimis ſenſim expirans tenuiſſimo anhelito? Eadem igitur poſtquam diducto hiatu copioſior emittitur, non modò auiculas terret, ſed etiam hominum conſtantiam labefactat.

Timoris ſeu ſtupor Palæſtinorum.

Itaque mirari poſthac deſinam vehementem illum Palæſtinorum ſtuporem. Quis enim ad terræ trepidationem non expaueſcat? quis cùm mugire ſolum ſub pedibus, caſumque minari ſentiat, non contremiſcat? Quod ſi ad has terrorum machinas, horrifica quædam vis exhalationis accedat, quæ totũ corpus frigore ac metu perfundat, quis periculum non exhorreſcat? Sed nõ tantũ diſcriminis formidine ac metu Palęſtini penè exanimati ſunt, ſed etiã mẽte capti, & in furorẽ acti. Quod itẽ de Ageſipolidis regis Spartanorũ militibus narrat Pauſanias in Laconicis, cùm is terra mouente, contra Lacedæmoniorũ conſuetudinẽ, Argos oppugnare inſtitiſſet. Nam plures in exercitu de cælo tacti, nõnulli lymphati euaſerunt, donec idem ipſe territus inde caſtra moueret. Cuius ego rei naturalem aliquam cauſam ab ipſo terræmotu peti poſſe arbitror. Legimus enim pleriſque locis quędam ſpiracula eſſe, ſiue, vt quidam dicere malunt, Charoneas ſcrobes, letalem ſpiritum exhalantes, quę brutis hominibúſq; breui interitũ afferant. Legimus & nonnullos fatidicos ſpecus, quorum exhalatione temulenti futura pręcinont, vt Delphis olim famoſiſſimo Gentiũ oraculo. Legimus & antra quędã, quæ qui ſubierint, hauſto anhelitu, bacchantur & furũt. Et hos igitur vis quædã expirãtis animę abſtraxit à ſenſu mẽtis, & vecordes ac furioſos in mutuam perniciem concitauit. Tametſi diuinum nomẽ his minimè indiguit, vt Palæſtinis mentẽ eriperet, atque inter ſe cõmitteret. Nam cùm ſexcentis aliis modis, tũ vel hoc vno facilè poſſet, ſi dęmonibus, quos illi ſuperſtitioſè colebãt, ſua vti malitia permitteret. Quid ſi igitur dęmones in Palęſtinos immiſſos, vt ſubinde in porcos, à Chriſto dicamos, vt eos perderent? Cùm ſit enim diabolus ſcelerum artifex, & omniũ incentor malorom, tum præcipuè cædibus delectatur. Sed cùm ferantur caſtra mouiſſe, moxque eoſdẽ ſtupore attonitos furore præcipites alterũ alteri necẽ viciſſim conſciuiſſe, veriſimile eſt Deũ eaſdem naturales cauſas ad eã rẽ præter naturæ ordinem adhibuiſſe. Nã quod repentè ac ſubitò, nulliſque præcurrentibus indiciis terræmotus ingruerit, id quidẽ miraculũ fuit: ſtupor autẽ, furor, & amentia quæ ſubinde eos corripuerĩt, manaſſe ab iiſdẽ cauſis potuerunt: quanquã furoris ipſius magnitudo atque atrocitas ad tantam cladẽ, ſeu potius internecionẽ tanti exercitus, maiorẽ vim poſtulare videatur, quàm quæ ſimilibus terrę expirationib. tribui poſſit. Propterea igitur etiã opera atque afflatu malorum dæmonum, Deo ita permittẽte, factum eſt, vt in ſeipſos ſeditioſè ſæuirent.

Pauſanias.

Inſania & rabies ex terræmotu naſcitur.

In terramotu ignorabāt Gentes, cui Deo ſupplicarent.

Cæterùm in tanta trepidatione, quem Deum, quamvè deam implorarent, Gentes ignorabant. Olim Romani vbi terram moueri ſenſerant, renunciatumvè erat: ferias eius rei cauſæ edicto imperabant: ſed Dei nomen, ita vti ſolet, cui ſeruari ferias oporteret, ſtatuere & edicere quieſcebant; ne alium pro alio nominando, falſa religione, inquit Gellius lib. 2. cap. 28. populum alligarent. Eas ferias ſi quis polluiſſet, piaculóque ob hanc rem remotus eſſet: hoſtiam ſi Deo, ſi deæ, immolabat. Idque ex decretis Pontificum obſeruatum eſſe, M. Varro dicit: Quoniam & qua vi, & per quem deorum, dearumvè terra tremeret, incertum eſſet. At nobis dudum compertum eſt à Deo compeſci & inhiberi poſſe.

Chriſtianorum oratio in terræmotu. *Otto Phriſing.*

B Anno Imperij Theodoſij (Iunioris) trigeſimo terræmotus horribilis Conſtantinopoli fuit, inquit Otto Phriſingenſis lib. 4. Chronic. cap. 26. Ob eam cauſam, ἅγιος ὁ θεός, ἅγιος ἰσχυρός, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς, hoc eſt, Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus & immortalis miſerere nobis, dum à populo cum Proclo Epiſcopo ſuo cœleſti commonitione caneretur, terræmotus ceſſauit. Vnde ab Imperatore, eiúſque ſorore Pulcheria, vt per totum orbem canticum hoc cantaretur, præceptum eſt. Hæc Otto.

VERSVS 16.

Et reſpexerunt ſpeculatores Saul, qui erant in Gabaa Beniamin, & ecce multitudo proſtrata, & huc illúcque diffugiens.

Tranſlationes.

VARIIT Pagninos: *Et ecce multitudo* (Arias, *tumultus*) *diſſoluebatur, & abibat, & frangebatur.* Arias *& quaſſari.* Reliqui ferè conſentiunt, niſi quòd proſtratam manifeſtè fuiſſe multitudinem non explicant: ſed ita intelligendum eſſe docet ſequens verſus 20.

Tantus erat tumultus in caſtris Palæſtinorum, vt eum ſpeculatores Saulis animaduerterent, quos ille in Gabaa collocarat. Captarat enim locum editum, & eminentem, vnde ſpeculatores Palæſtinorum exercitum deſpicerent, & quid ab illis ageretur explorarent. Speculatores ergo nunciant curriculo iſta ad Saulem. Ita Vermilios.

Speculatores vnde dicti, & quodnam eorum officiũ. *Feſtus.* *Varro.*

Speculatores. Feſtus lib. 5. de verb. ſignif. *Speculator* ab exploratore hoc diſtat, quòd ſpeculator hoſtilia ſilentio perſpicit: Explorator parata clamore cognoſcit. Ab antiquo porrò verbo Specio, *Speculator* Varroni deriuatus; quem mittimus ante, vt reſpiciat quæ volumus lib. 5. de lingua Latina. Alij à ſpecula dictum volunt eadem origine. Eſt autem ſpecula locus editus & eminentior, ſiue turris, ſiue mons, ſiue aliud quid, vnde longè videre aliquid ac ſpeculari ſolent. Liuius lib. 31. Multas & locis altis poſitas turres habet Hiſpa-

Liuius.

A nia, quibus & ſpeculis & propognaculis aduerſus latrones vtuntur. Malè igitur quidam Spiculatores; etſi enim armati incederent, & ſupplicijs ſumendis operam darent, non tamenà ſpeculis denominati ſunt. Argumento eſſe poteſt præter antiquiſſimorum ſcriptorum autoritatem, id quod ex Plutarcho in Galba notauit Cuiacius lib. 7. Obſeruat. cap. 33. Teſſerarij & Optionis nomine ſignificari eos, qui Nuntiorum & ὀπτήρων, id eſt *Speculatorum* miniſterio fonguntur. De his Vegetius lib. 3. De Re militari cap. 8. Et quoniam impoſſibile videbatur in ſpeculis per totam noctem vigilantes ſingulos permanere, ideò in quatuor partes ad clepſydram ſunt diuiſæ vigiliæ, vt non amplius quàm tribus horis nocturnis neceſſe ſit vigilare. A Tubicine omnes vigiliæ committuntur. Et finitis horis à Cornicine reuocantur. Idoneos tamen Tribuni & probatiſſimos eligunt, qui vigilias circumeant, & renuntient, ſi qua emerſerit culpa, quos circuitores aut circitores appellabant. Plura ibidem Vegetius. Quod illi excurrere ſolerent, ſi quid nuntiandum eſſet, teſtatur Liuius lib. 31. eóſque Speculatores, Hemerodromos à Græcis vocatos refert, Græca voce vſus, vt cenſet Turnebus in Aduerſariis, quòd iſtiuſmodi Speculatores Romani non haberent.

Cuiacius. *Vegetius.*

Inter ſpeculatores primas tulit oculorum acie, is, quem Plinius memorat 7. Hiſtor. cap. 21. Cicero, inquit, fuiſſe tradit qui peruideret c. xxxv. mill. paſſuum. Huic & nomen

Plinius. *Mira acies oculorum.*

C M. Varro reddidit Strabonem vocatum. Solitum autem Punico bello à Lilybæo Siciliæ promontorio, exeunte claſſe Carthaginis portu, etiam numerum nauium dicere. Sed hoc præter vim ſolitam conſuetudinémq; videndi. Alioquin enim horizon quem ſibi vniuſcuiuſque circunſcribit aſpectus, vltra trecentos & ſexaginta ſtadios longitudinem intra ſe continere non poterit. Centum enim & octoginta ſtadios non excedit acies contra videntis, vt ſcribit Macrobius lib. 1. in Somnium Scipionis: ſed viſus cùm ad hoc ſpatium venerit, acceſſu deficiens, in rotunditatem recurrendo curuatur. Atque ita fit, vt hic omnerus ex vtraque parte geminatus, trecentorum

Horizon, ſeu terminus finiens oculorum aſpectum. *Macrob.*

D ſexaginta ſtadiorum ſpacium quod intra horizontem ſuum, efficiat: ſempérque quantum ex huius ſpatij parte poſtera procedendo dimiſeris: tantum tibi de interiore ſumetur: & ideo horizon ſemper quantacunque locorum tranſgreſſione mutatur. Hunc autem quem diximus admittit aſpectum, aut in terris æqua planities, aut pelagi tranquilla libertas, quæ nullam oculis obijcit offenſam. Nec te moueat, quod ſæpe in longiſſimo poſitum montem videmus: aut quod ipſa cœli ſuperna ſuſpicimus. Aliod eſt enim cùm ſe oculis ingerit altitudo: aliud cùm per planum ſe porrigit & extenditur intuitus, in quo ſolo horizontis circus efficitur. Hæc ibi Macrobius. Quæ iterum repetit lib. 7. Saturnal. ſed addit præterea: in omni horizontis orbe, ipſe qui intuetur, centron. Et quia diximus quatum à centro

Digitized by Google

A aciesvſque ad partem orbis extenditur, ſine dubio in horizonte διάμετρος orbis trecentorum ſexaginta ſtadiorum eſt: & ſi vlterius qui intuetur acceſſerit, ſeu retrorſum receſſerit, ſimilem circa ſe orbem videbit. Et iterum:

Ratio ad videndum neceſſaria.

Trinum, ait, eſt officium, quod viſum complet ad dignoſcendam figuram: ſenſus, ratio, memoria. Senſus rem viſam rationi refundit. Illa quid viſum ſit recordatur. Adeo autem in tuendo neceſſarium eſt rationis officium, vt ſæpe in vno videndi ſenſu, etiam alium ſenſum memoria ſuggerente ratio deprehendat. Nam ſi ignis appareat, ſcit eum & ante tactum ratio calere. Si nix ſit illa quæ viſa eſt, intelligit in ipſa ratio etiam tactus rigorem. Hac ceſſante, viſus inefficax eſt, adeò, vt quòd remus in aqua fractus videtur, vel quod turris eminus viſa cùm ſit anguloſa, rotunda exiſtimatur, B faciat rationis negligentia: quæ ſi ſe intenderit, agnoſcit in turre angulos, & in remo integritatem. Hæc idcirco fuſius retuli, vt facilius intelligeres, quo pacto Palæſtini perturbata ratione, cùm forrè hoſtes ſe petere crederent, ſeipſos trucidarunt. Sed iam

Ad Saulis ſpeculatores reuertamur. Quàm meritò de his tum dici potuit: quod olim Eſaias de poſtfuturis vaticinatus eſt? *Quàm pulchri ſuper montes pedes annuntiantis & prædicantis pacem; annuntiantis bonum, prædicantis ſalutem, dicentis Sion: Regnabit Deus tuus! vox ſpeculatorum tuorum: leuauerunt vocem, ſimul laudabunt: quia oculo ad oculum videbunt cum conuerterit Dominus Sion.* Atqui iſta de SS. Apoſtolis S. Paulus interpretatus eſt ad Rom. 10. C Verùm illi tanquam horum figuræ & antytypa fuerunt, qui Ionathæ victoriam autore Deo renuntiarunt, ſicut poſteriores Chriſti. Speculatorum autem munus & officium deſcribit Ezechiel ex ore Domini cap. 33. his verbis: *Fili hominis loquere ad filios populi tui, & dices ad eos: Terra cùm induxero ſuper eam gladium, & tulerit populus terræ virum vnum de nouiſſimis ſuis, & conſtituerit eum ſuper ſe ſpeculatorem: & ille viderit gladium venientem ſuper terram, & cecinerit buccina, & annuntiauerit populo: audiens autem quiſquis ille eſt, ſonitum buccinæ: & non ſe obſeruauerit, veneritque gladius, & tulerit eum: ſanguis ipſius ſuper caput eius erit. Sonum buccinæ audiuit, & non ſe obſeruauit, ſanguis eius in ipſo erit: ſi autem ſe cuſtodierit, animam ſuam ſaluabit. Quod ſi ſpeculator viderit gladium venientem, & non inſonuerit buccina:* D *& populus ſe non cuſtodierit, veneritque gladius, & tulerit de eis animam: ille quidem in iniquitate ſua captus eſt, ſanguinem autem eius de manu ſpeculatoris requiram.* Hactenus de ſpeculatoribus Saul, ſiue qui in turribus & ſpeculis ponuntur vt ciues periculi admoneant, ſi quam fraudem hoſtes moliantur. Deinceps de aliis loquitur quos Chriſtus ipſe in caſtris ſuis excubias exercere iuſſit, dæmonéſque obſeruare, ne quam ſtruant in nos fallaciam. *Et tu fili hominis ſpeculatorem dedi te domui Iſrael: audiens ergo ex ore meo ſermonem, annuntiabis eis ex me. Si me dicente ad impium: impie, morte morieris: non fueris loquutus vt ſe cuſtodiat*

Eſa 52. ver 7.

Allegoria.

Senſus moralis.

A *impius à via ſua: ipſe impius in iniquitate ſua morietur, ſanguinem autem eius de manu tua requiram. Si autem annuntiante te ad impium vt à viis conuertatur, non fuerit conuerſus à via ſua: ipſe in iniquitate ſua morietur: porrò tu animam tuam liberaſti.* Hactenus Ezechiel: qui penè eadem prædixerat cap. 3. At verò qua ſeueritate, quibus ſuppliciis in eorum contumaciam, qui ſpeculatores ſuos audire contempſerint, Deus animaduerſurus ſit, idem ipſe denuntiat apud Ieremiam cap. 6. *Et conſtitui,* inquit, *ſpeculatores ſuper vos. Audite vocem tubæ. Et dixerunt non audiemus. Ideo audite Gentes, & cognoſce congregatio, quanta ego faciam eis. Audi terra: Ecce ego adducam mala ſuper populum iſtum, fructum cogitationum eius: quia verba mea non audierunt,* &c. Malorum etiam præ- B dicatorum vitia, & luxum, & corruptelas graphicè depingit. Eſaiæ cap. 56. *Speculatores eius cæci omnes, neſcierunt vniuerſi: canes muti non valentes latrare, videntes vana, dormientes, & amantes ſomnia. Et canes impudentiſſimi neſcierunt ſaturitatem.* Hæc ibi, & plura, quibus in mores nonnullorum perditiſſimos iuſtè ac ſeuerè inuehitur. Quæ tanto impenſius reformidare, imò & cauere deberemus, quanto ex nobis maius periculum etiam aliis imminet. Neque enim malè viuendo ſolis nobis perire licet, ſed etiam reliquum populum in eoſdem laqueos ſempiternæ calamitatis inducimus; ſicut eodem loco Dominus teſtatur: *Omnes beſtiæ agri venite,* inquit, *ad deuorandum, vniuerſæ beſtiæ ſaltus.*

C Porrò etſi hæc ſufficere poterant, non prætermittam tamen quin huc quoque S. Gregorij interpretationem adiungam: quoniam illa ſatis apertè declarat, quo loco ſummum Pontificem habendum cenſuerit, quo item reliquos Eccleſiarum præſules, atque in primis quem locum in Eccleſia ſpeculatores noſtri obtineant manifeſtè deſcribit. Pugnam Ionathæ ſpeculatores, inquit, aſpiciunt: quia ſummi pontifices, non ſolùm ſubditorum facta diſcutiunt, ſed doctrinam prælatorum. Iſtos quidem explorant, ſi bene agant: illos autem an rectè doceant. Sæpe conuerſionem aliorum audiunt, ſed ne ſint bene eruditi pertimeſcunt. Quid enim eſt aliud, quòd quis abierit quæritur: niſi quia qui ad prædicandum mittitur talis eſſet debet, vt onus miniſterij ei ſecurè imponatur, vt mens mittentis nulla dubitatione D fluctuet, quòd rectè doceat, & doctrinæ verba operibus oſtendat. Et quia innumeri ſunt eccleſiarum præſules, à ſpeculatoribus Ionathas aſpicitur: quia ſummum culmen vniuerſalis Eccleſiæ, ſic per orbem prædicatores ordinat, vt circa ſe miniſtros habeat, per quos illorum doctrinam diſcutiat, & opera diligenter inquirat. Sed qui ſummi culminis miniſterio & legatione funguntur in alta vitæ & ſcientiæ ſede ſublimãtur. Vnde & bene iidem ſpeculatores in Gabaa Beniamin eſſe memorantur. Gabaa quidem Beniamin collis filij dextræ nuncupatur. In colle quidem filii dextræ ſunt, qui iam per ſublimem vitam, & per altam ſcientiam ad conformationem vidẽtur pertingere Redem-

S. Greg.

Quis Ionathas, & qui item ſpeculat. in Eccleſia habendi ſint.

ptoris. Hi nimirum victorum acta de ſublimi conſpiciunt: quia bonorum vitam probare, & malos diſcurere, ex vitæ merentur celſitudine, & ſummæ ſcientiæ perfecta eruditione. Hactenus S. Gregorius. Cuius verba ſi accuratè perpendas, non erit difficile æſtimare, quantum autoritatis ſummo illi, vt ait, culmini tribuat, motum doctrinęque cenſuram, atque in omnes orbis partes prædicatores mittendi poteſtatem faciens.

Allegor.

Et *ecce multitudo proſtrata, & huc illucque diffugiens.*] Dic ſi quo loco nunc idola conſiſtant? Ad ſpectandam potius Domini victoriam quam ad vincendum miſſi videri poſſint Apoſtoli, cùm tam breui tempore in remotiſſimis orbis partibus, inter gentes penè innumeras, ſua trophæa ſtatuerint. Petrus in 1. ſua Epiſt. quot populis gratiam pacémque impertiat, audi. *Electis,* inquit, *aduenis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Aſiæ, & Bythiniæ.* Túne igitur tot populos tam citò ſuperare potuiſti? Contigit potius vt à Chriſto victos ſpectaret. Quid de Paulo referam qui plus omnibus in ea parte laborauit, quas non ille gentes Græcas, Barbaras, Scythicas, Iudæorum ſubegit? ſi tamen feciſſe credendum eſt. Omnem enim fidē ſuperat rerum geſtarum magnitudo. Certè Chriſtus eadem hæc aliquando eos docuit, Ioann. 4. *In hoc enim eſt verbum verum: quia alius eſt qui ſeminat, & alius qui metit. Ego miſi vos metere quod non laboraſtis: alij laborauerunt, & vos in labores eorum introiſtis.* Quare eos meſſores aut ſpeculatores potius dixerim, quàm bellatores. Ionathas autem ille, qui ſolus hoſtem perdere potuit, is eſt æterni regis filius: cuius armiger eadem eſt illa natura humana, quæ nuſquam ab eo diſceſſit: ſed ſimul cum illo hoſtium cuneos penetrauit & fudit.

Versvs 17.

Et ait Saul populo, qui erat cum eo: Requirite, & videte quis abierit ex nobis. Cúmque requiſiſſent, repertum eſt non adeſſe Ionatham, & armigerum eius.

Reqvirite. Alij, *recenſete*; alij *numerate* eodem ſenſu. Saul accepto tam læto nuncio, cùm ne ſuſpicione quidem attingere poſſet tantæ ſtragis autorem, iubet luſtrari exercitum, ne fortè quiſpiam caſtris eruperit, & in hoſtes temerè inuaſerit. Necdum enim ſatis diuinam opem auxiliúmque adeſſe intelligebat. Sed cùm Ionatham abeſſe comperiſſet, conſcius eius virtutis atque animi, tum certò apud ſe ſtatuit eum eſſe qui hanc Philiſthæis cladem intuliſſet. Interim tamen de eius ſalute ſolicitus audet Deum conſulere, quem non ita pridem grauiter offenderat. Sanè tum manifeſtè perſpicere potuit, quo cōſilio Deus Samuelis aduentum prius in ſeptimum diem comperendinari voluiſſet, populúmq; metu diffluere,

I.

A quod ſcilicet paucis ſtatuiſſet eam victoriam concedere, regémq; docere, non multitudine ſibi, ſed pietate, fide, religione, atq; obedientia eſſe vincendum, quibus virtutibus nullæ hoſtiū phalanges, nullæ curruum machinæ pares eſſe poſſent. His etiam regem populo Deus commendare ſtudebat admiratione rerū geſtarum.

Cæterùm quantum ad leges militiæ attinet, in bello qui rem à duce prohibitam fecit, aut mandata non ſeruauit, capite punitur, etiamſi rem bene geſſerit. Sed qui agmen exceſſit ex cauſa, vel fuſtibus cæditur, vel mutare militiam ſolet. Necnon etſi vallum quis tranſcendat, aut per murum caſtra ingrediatur, capite punitur. Si verò quis foſſam tranſiluit, militia eiicitur, *ff. de Re militari l. 3. Modeſtinus.* Quid de Io-

B natha ſentiendum eſſet prius diximus.

Versvs 18.

Et ait Saul ad Achiam: Applica arcam Dei: (Erat enim ibi arca Dei in die illa cum filiis Iſrael.)

Variæ translationes.

Hebraizantes conſentiunt cum Chaldęo Paraph. Septuaginta diſſentiūt. Nam Complut. Regia, Aldina, ita legunt καὶ εἶπεν Σαοὺλ τῷ Ἀχιά, προσάγαγε τὸ ἐφούδ, ὅτι ἦν ὁ κιβωτὸς τοῦ θεοῦ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐνώπιον Ἰσραήλ. *Et dixit Saul Achiæ; Applica ephoud, quoniam erat arca Dei in die illa coram Iſrael.* Romana editio, &

C Antuerpiana Laurentij, *Et dixit Saul ad Achia: Applica ephud, quoniam ipſe tulit ephud in die illa coram Iſrael.* Quo loco Nobilius Flaminius *Ephud quoniam ipſe tulit ephud.*] Theodoretus etiam ibidem ſolius veſtis Sacerdotalis mentionem facit. In aliis codicibus eſt, τὸ ἐφούδ, ὅτι ἦν ὁ κιβωτὸς τοῦ θεοῦ, *ephud:* quoniam erat arca Dei. Vulgata etiam priore loco habet, *Arcam Dei,* ſine mentione *Ephud.* Hæc notauit Flamin. Reuera apud Hebr. vtrobiq; eſt אֲרוֹן הָאֱלֹהִים *adon haelohim arca Dei.* אפוד *ephod* nulla fit mētio.

Vermilius.

Saul antea fractus metu, & inops cōſilij, nunc demum incipit, inquit Vermilius, ſe colligere. Iubet Ahiam applicare arcam. Hæc indicant Samuelem non adfuiſſe, aut certè Saulem eum conſulere noluiſſe. Maluit Saul adhibere iſtum ſacrificulum, (ſic cōtemptim nebulo qualem-

D cunque Dei Sacerdotem vocat,) qui pro ipſius nutu & arbitrio aut conſuleret Dominum, aut deſiſteret. Nam Samuelem vt nimis ſeuerum & rigidum non potuit ferre. Saul igitur iubet Sacerdotem conſulere Dominum. Atqui id antè factum oportebat, cùm deſtitueretur conſilio. Ille verò nunc iubet Dominum conſuli, cùm eſſet eundum in hoſtem. Tamen ſi externam actionem ſpectes, videtur non malè facere. Nam in lib. Numer. Ioſue, ſi quid eſſet magni momenti aggreſſurus, iubebatur ſtare coram Eleazaro Sacerdote, & Domini voluntatem exquirere. Variis autem rationibus Dominus ſolebat patefacere voluntatem ſuam: interdum per ſomnia, interdum per ſortes, interdum per prophetas, interdum per ſigna & omina, interdum per

Variis modis voluntatem ſuam Deus olim patefaciebat.

Digitized by Google

angelum, interdum voce aliqua diuinitus demiſſa de cœlo. Ordinaria verò ratio erat per *Vrim & Thumim*. Hanc varietatem Deus permiſit populo, ne ſi deſtituti fuiſſent oraculis, eo prætextu dilaberentur ad dæmonas, & à Deo deficerent. Nam diabolus, vt ſemper eſt ſimus Dei, ipſe quoque excogitauit auguria, auſpicia, ſomnia, oracula, ſortes, vaticinia. Magnum autem diſcrimen erat inter Dei reſponſa, & idolorum. Illa enim tantùm humana coniectura nitebantur, aut pacto aliquo cum diabolo: Iſta verò tantùm pendebant ab inſtinctu Dei.

APPLICA *arcam Dei.*] Septuaginta habent, *Applica ephod.* Omnes, inquit idem Vermilius, intelligunt hoc loco *Vrim & Thumim.* Quis autem hic modus reſpondendi fuerit, non ſatis poſſumus apertè dicere. Nam interpretes ipſi inter ſe non conueniunt. Vox ipſa indicat lapides in pectorali Sacerdotis. *Vrim* ſignificat eos oportuiſſe claros eſſe ac lucidos: *Thumim* autem perfectos & integros. Quidam putant Sacerdotem indutum pectorali, & omni apparatu pontificio oportuiſſe ſtare ante oraculum, & captare reſponſum, ex propitiatorio. Itaque per ſynecdochen *Vrim & Thumim* poſitum putant pro omnibus ornamentis Sacerdotum. Alij putant in illis lapidibus characteres quoſdam luculentius effulſiſſe, ex quibus voluntas Domini poſſet colligi. Sed vtrumlibet fuerit non multum refert. Hîc apparet arcam hoc tempore fuiſſe in caſtris. Quomodo autem huc peruenerit, non ſatis apparet. Quidam putant eam ex Chariathiarim tranſlatam fuiſſe in Galgala, vt de hoc bello Dominus facilius conſuleretur à Samuel. Cùm autem Samuel diſceſſiſſet, Achiam Sacerdotem adduxiſſe arcam in caſtra, & ſequutum fuiſſe Saulem. Fieri etiam poteſt, vt, cùm Samuel non adeſſet, Saul eam iuſſerit adferri. Videri enim volebat ſtudioſus legis, & nihil facturus iniuſſu Domini. Non eſt autem veriſimile, arcam Domini conſtitiſſe in Galgala. Remanſit enim in Chariathiarim vſq; ad tempora Dauidis. Fuiſſe eam nunc in caſtris, ſatis declarat quod habetur in textu, *Erat arca Domini cum filiis Iſrael.* Hactenus Vermilius. Qui tametſi breui compendio verborum multa complexus eſſe videatur, tamen, quoniam ex his quæ ab eo ſcripta ſunt, quæ fuerit cùm veterum tum etiam recentiorum de ea re ſententia, non ſatis intelligi poteſt, plurium ex Fagio interpretationes referemus; ne quis fortè eas deſideret, cùm ab eo autore petere non poſſit.

Explicatur quid ſit interrogare per Vrim & Thumim, *ſiue applicare Ephod.*

Fagius in cap. 28. Exod.

EST igitur quidam, inquit, hac noſtra tempeſtate ſcriptor non malus, qui in hunc locum ita ſcribit. Vrim & Thumim nec fuerunt ſculptura nominis tetragrammati, nec fuerunt alij lapides, duodecim illis gemmis ſuperadditi, ſed fuerunt vt puto, illæ ipſa duodecim gemmæ, quæ commemoratæ ſunt, quemadmodum ſupra cap. 25. vocantur. וְאַבְנֵי מִלֻּאִים *veabne milluim*, id eſt, *& lapides plenitudinum*, quòd ipſis impleatur pectorale, & quòd in vſum pectoralis conſecrati fuerint, ita nunc vocantur *Vrim*, propterea quòd velut ignis, in pectore ſummi Sacerdotis, (vt eſt natura tot ſimul coniunctarum gemmarum) ſplenduerint, ac perſpicuam lucem de ſe proiecerint. אוּר *Vr* enim ignem ſignificant. Vocantur & *Thummim*, propterea quòd fuerint perfecti & integri, nec vllo vitio notati. Nam תֹּם *Tham* perfectionem & integritatem ſignificat. Tametſi enim quidam ex Hebræis interpretibus conſtanter affirment *Vrim & Thummim* aliud fuiſſe quàm duodecim gemmas, tamen Scriptura ipſa cap. 39. huius libri perſpicuè indicat, per *Vrim & Thummim* nihil aliud ſignificari, quàm duodecim gemmas. Cùm enim in eo loco commemoraſſet Scriptura Moſen mandato Dei obſequutum eſſe, ac poſuiſſe duodecim gemmas in pectorali, iuxta verbum Domini, ne gry quidem additur de *Vrim & Thummim*, quod certè haudquaquam omiſſum eſſet, ſi *Vrim & Thummim* aliud quàm duodecim gemmæ fuiſſent, præſertim cùm alia longè minora & abiectiora, diligentiſſimè & magna ſollicitudine, iuxta præceptum Dei confecta eſſe recenſeantur. Adhæc cùm Moſes magna religione in deſcribenda ſacrarum veſtium materia & forma verſetur, quo ſingula perſpicuè tradat, profectò paulò pluribus deſcripſiſſet *Vrim & Thummim*, ſi aliud quàm duodecim lapides per ea intellexiſſet. Nam quod dicitur: *Pones* אֶל חֹשֶׁן הַמִּשְׁפָּט אֶת הָאוּרִים וְאֶת הַתֻּמִּים *Et hoſchen hammiſchpat eth haurim veeth hathummim, in hoſchen (rationali) iudicij Vrim & Thummim, vt ſint ſuper pectus Aaronis*, non iubet aliquid noui ſuperaddere aut adiicere gemmis, ſed eſt ἀνακεφαλαίωσις, repetitio aut inculcatio eorum, quæ prius mandata erant, vt quod minimè prætereundum aut negligendum erat, bis aut ter inculcaretur. *Portabit*, inquit, *Aaron nomina filiorum Iſrael in hoſchen iudicij, quando ingredietur Sanctum, pro memoriali coram Domino ſemper.* Atque adeò ne tu Moſe exiſtimes exigui momenti eſſe, ac oſcitanter facias quod præcipio, iterum repeto, inculco & dico. Ponas in Hoſchen iudicij Vrim & Thummim, hoc eſt, duodecim ſplendidas & integras gemmas, habentes duodecim nomina filiorum Iſrael inſculpta, vt ſint ſuper pectus Aaronis, quando ingredietur coram Domino, & geſtabit iudicium filiorum Iſrael ſuper pectus ſuum, in conſpectu Domini ſemper. Ex hoc etiam loco vides, quam ob cauſam *hoſchen* dicatur *hoſchen iudicij*. Alij quidem ſentiunt ſic dictum, quòd per *Vrim ac Thummim* fiat iudicium ac demonſtratio, num negotium, de quo oraculum quæritur, ſit faciendum vel non.

Vrim & Thummim quæ eſſent.

Exod. c. 28. ver. 30.

Quare rationale iudicij.

Alij, quòd geſtatio *boſchen* ſit propitiatio diuini iudicij & ſupplicij, quod pro iniquitatibus ferendum eſſet. Sed quia *miſchpat* (vel melius, vt legit vulg. *maſphat*) non iudicium tantùm, verùm etiam ius & ſtatutum ſignificat, & iubentur nomina duodecim tribuum in gemmas inſculpi, vt Aaron portet ea pro memoriali ſuper pectus ſuum coram Domino, manifeſtum eſt, pectorale ideo *boſchen iudicij vocari*, vt hac ceremonia ſignificetur, ſingulas tribus Iſraël ſuum habere ius in omnibus promiſſionibus Dei, quæ ad Abrahã, Iſaac, & Iacob dictæ ſunt, videlicet, quòd ſingulæ tribus ſint de numero populi Dei, & quòd ad vnamquamque tribum pertineat ſuum hæreditatis ius, in terra Chanaan, in regno & ſacerdotio, quæcunque Patriarchis promiſſa ſunt. Ille hactenus à Fagio relatus. Sed qui pedibus eat in eius ſententiam, ex Hebræis opinor habet fermè neminem. Plerique enim eorum *Vrim & Thummim* aliud eſſe volunt ab ipſo *rationali*, licet in illud medium, conſtabat enim duplici textu, inderetur.

Ioſephus. *Quomodo per* Ephod *veritas agnoſceretur.*

Quanquam Ioſephus, vt verum fateat, prius illam lib. 3. Antiquit. Iudaic. cap. 12. docuiſſe videatur; ſic enim ſcribit. Ex lapillis quos Pontifex in humeris geſtabat (ſardonyches erant, quarum naturam nulli non notam, narrare ſuperuacuum puto) micabat alter quoties litatum eſſet, is qui dextrum humerum occupabat, tantumque fulgorem emittebat, vt procul etiam intuentibus conſpiceretur; idque præter naturam ſuam, & conſuetudinem: quod certè admirationem meretur apud omnes, niſi ſi qui ex contemptu religionis, ſapientiæ opinionem aucupantur. Sed mirabilius eſt quod nunc dicturus ſum: per duodecim gemmas, quas in pectore Pontifex inſutas *Eſſeni* geſtant, in bello victoriam Deus prænuntiare ſolebat. Nam priuſquam exercitus ſe moueret, tantus fulgor ex eis emicabat, vt toti populo facilè innoteſceret, adeſſe Deum, opemque & auxilium ſuum inuocãtibus eſſe allaturum. Quapropter Græci, quotquot à noſtra religione non abhorrent, cùm hoc miraculum pro compertiſſimo habeant, ita vt negari non poſſit, *Eſſena* vocant λογεῖον, hoc eſt *oraculum*. Deſiit autem tam *Eſſen* quàm Sardonyx fulgorem emittere, annis ducentis antequã hæc commentaremur; irato Deo, propter legum ſuarum violationẽ. Hæc Ioſephus. At in contrariam partem abiit Suidas, qui hæc refert ex incerto autore. *Ephod*, inquit, nomen eſt Hebræum, quod ſi interpreteris, ſignificat manifeſtationem, aut redemptionem. (Vides autem eum autorem ex quo Suidas hæc ſumpſit Hebraicæ linguæ ignarum fuiſſe. *Ephod* enim longè aliud ſignificat. Siquidem אפד *aphad* Hebræis cingere eſt, & אפוד *ephod* à cingendo dictum. Sed fortaſſis pro *ephod* dicere voluit *boſchen*.) erat autem forma eius textura palmaris, vario artificio inſtar pectoralis, ex aureis filis confecta. Ac in medio habebat quaſi ſtellam omnino auream. Ex vtraque autem parte duos ſmaragdos, in quorum vnoquoque ſculpta erant ſex nomina, videlicet duodecim nomina tribuum Iſraël. Porrò inter ſmaragdos continebat lapidem adamantem.

Suidas. Ephod, *quid ſignificet.*

Ephod *deſcriptio, & vſus.*

A Cùm ergo Sacerdos ſciſcitaturus erat de re quadam oraculum à Deo, ligabat *ephod* in ſuperhumerali ad medium pectoris, & ſubiiciebat manus ſuas ſub ipſum, quas cùm retraheret, deprehendebat eos quaſi colore quodam infectos. Petebat autem à Deo reſponſum, defixis in *ephod* oculis. Itaque ſi Deus annuebat ad id quod petebatur, confeſtim micabat lapis adamas. Si autem negabat, nihil ad priſtinum & proprium lapidis fulgorem accedebat. Quòd ſi Deus voluit populum obiicere gladio, lapis reddebatur cruentus. Si autem imminebat mors, lapis fiebat niger. Hactenus Suidas, cui nonnulli ex noſtris, cùm non haberent quid potius ſentirent, ſubſcribendum putarũt.
B Hebræi illum fulgorẽ ex diuini nominis Scriptura, quæ lapillis ſuppoſita eſſet, naſci voluerunt. Magiſter noſter Salomon, inquit Dauid Kimhi in Radicibus, *vrim & thummim* exponit eſſe Scripturã שם המפרש *ſchem hamphoras*, quæ erat in duplicatura pectoralis, per quam (Sacerdos) illuſtrabat & abſoluebat verba ſua: ſed non certum eſt an hoc verum ſit, ſubdit idem Kimhi. Nos ad priorem ſententiam magis accedimus, quam Ioſephus, & ille item alter à Fagio relatus, docuerunt: vtramque tamen accuratius huius libri ca. 23. expendemus, primis fermè verſibus.

Cæterùm quod ad præſentem locum attinet, C tametſi LXX. Interpt. autoritatem ſuſpicio, quos magis arbitror Saulis mentem ſpectaſſe quàm verba, negari tamen non poteſt, præſentem arcam affuiſſe, quam iubetur ſacerdos ad conſulendum Dominum adhibere. Sed nunquid ea tum fuit neceſſaria? Reſpondet Toſtatus quæſt. 11. in hunc locum, non vno modo ſummum Sacerdotem os Domini interrogaſſe. Nonnunquam in ipſo Sanctuario; idque ſemel in anno, in die Propitiationis, Leuitic. cap. 16. Quo loco probabile cenſet Toſtatus Deũ fuiſſe loquutũ. Nam propterea vetuit, ne hoc interim ſpatio dum Pontifex cum Deo verſaretur, quiſquam ad primam partem Tabernaculi accederet: quod alio tempore minoribus Sacerdotibus licuit. Illic igitur, ſi viſum eſſet, Sacerdos Dominum coram arca ſciſcitabatur, & ille de Propitiatorio reſpondebat. Quod cùm experiri ſæpius in anno ius faſque non eſſet, D ſi qua fortè præter id tempus neceſſitas vrſit, ſacra veſte indutus, & rationale adhibens, quocunque loco ſors tuliſſet, incomperto illo modo quem ſupra deſcripſimus, Domini voluntatem explorabat. Quod cùm fieret nequaquam arcæ præſentia opus fuit, vt patet infra cap. 23. Si tamen adeſſet, vti nunc aderat, viſa eſt negligi non poſſe.

Non vno modo Deus conſulebatur à ſummo Pontifice. Toſtatus.

E R A T *enim ibi arca Dei.*] Atqui nullo antè præſidio fuerat: quin potius eadem in hoſtium manus venit. Veruntamen eadem, cùm admota eſſet ad muros Iericho, ingenti ruina corruerunt. Ioſue cap. 6. Et Moyſes, quoties caſtra mouenda eſſent, eandem præire legionibus curabat, dicens Numer. cap. 10. *Surge Domine, & diſſipentur inimici tui, & fugiant qui oderunt te à facie tua.* Deinde, cùm prius capta eſt, maiorem hoſtibus ſtragem edidit. Ex his

concludebant Iſraëlitæ, non arcę vitio, aut virium imbecillitati, acceptam olim cladem tribuendam eſſe, ſed gentis ſceleri, & ſacerdotum deteſtandis flagitiis. Sperabant itaque fide ac pœnitentia id conſequi poſſe, ne virtus & potentia tanti pignoris à Deo impediretur. Miranda porrò eſt Hæreticorum tarditas, vel potius impudentia, qui rem negent tot veterum monumentis teſtatam, ſacris nimirum pignoribus præſidium rebus afflictis quæri oportere, cùm ne id quidem gentes ignorarint, quæ veræ fidei expertes fuerunt: tametſi hic quoque, vt in pleriſque aliis, naturæ inſtinctu, rationiſque ductu ſuperſtitioſè vſi ſint. Et quoniam hoc iam antea cap. 4. probare conatus ſum, cùm veteris, tum nouę legis pluribus exemplis in medium adductis: pauca duntaxat hoc tempore de Romanorum hiſtoria delibabo.

Erat *enim ibi arca Dei.* Sic aquila defixa erat in caſtris Romanorum, aut etiam plures, ſua cuique legioni: quę non euellebantur, aut loco tollebantur, niſi in aciem deſcenderent vniuerſæ legiones. Animaduertit ea Dione Cocceio Iunius in lib. 3. cap. 2. Animaduerſorum, non illam militare ſignum, ſed fanulum quoddam fuiſſe, aureum aquilæ ſimulachrum effigiatum habens, haſtæ præpilatæ ſuffixum. Cocceij verba latinè reddit Iunius in hũc modum. In omni exercitu per delectum conſcripto, apud Romanos collocatur Aquila (id erat fani exigui nomen, in quo aurea iacebat aquila) quæ non mouetur ex hybernis, niſi totus prodeat exercitus. Fanum illud paruæ ſuffixum haſtæ aquilifer portat, cuius inferior cuſpis acuminata erat, vt humi depangi poſſet. Certè Cæſar à ſignis militaribus aquilas diſcriminat, vbi inquit de pugna cum Pompeio cõmiſſa: Signa militaria ex prælio ad Cæſarem ſunt relata centum octoginta, & aquilæ nouẽ. Hæc & plura Iunius; quibus ſignificari putat Romanas aquilas aliquid amplius quàm ſigna fuiſſe, & potuit fieri vt ob tuendi ſtudium penè numinum loco à militibus haberi viderentur. Proiectas certè in hoſtium phalanges aquilas ſumma religione recipere ſtuduerunt: quo pacto non ſemel deſperatam victoriam aduerſariorum manibus extorſerunt. Sic annotat Godéſcalchus in Vegetij lib. 2. cap. 6. allatis in medium pluribus exemplis. Negari vtique nõ poteſt, quod de Ægyptiis aſſerit Diodorus Siculus lib. 2. eas animalium formas, quas prima expeditione exercitui prætuliſſent, victores conſecraſſe religioſéque coluiſſe. Alexandri tabernaculo eundem honorem pene tributum diuerim etiam poſt mortem quo tempore in caſtris Macedonum erigi non deſũt, autoribus eodem Diodoro & Plutarcho. Accedere potuit aquilis ad augendam ſuperſtitionem quòd iis primùm in acie Iupiter vſus feratur, & à Troianis deinceps ad Romanos ad tutanda ſigna euolarint. Numina legionum vocat Tacitus Annal. 2. & alibi bellorum deos. Idem Annal. 15. Agmina, inquit, legionum ſtetere fulgentibus aquilis ſigniſque, ac ſimulacris deûm in modum templi. Hæc vereor ne caſtrenſem illam religionem ab aquilis ad ſolas deûm aut etiam Imperatorum imagines transferant. Nam Vegetius quoque ibidem adorãda ſigna ab aquilis ſeiungere videtur. Hæc enim ſuſcipit, inquit, aquilam (de prima cohorte cuiuſque legionis loquitur) quod præcipuum ſignum in Romano eſt ſemper exercitu, & totius legionis inſigne. Hæc imagines Impp. hoc eſt, diuina & præſentia ſigna veneratur. In cõtrarium tamen obijci poteſt quod ſcribit Suetonius cap. 14. vitæ C. Caligulæ. Arthabanum regem Parthorum, Tyberij olim contemptorem, imperante Caligula tranſmiſſo Euphrate aquilas, & ſigna Romana, Cæſarumque imagines adoraſſe. Verùm hæc vtcunque ſe habeant, non dubium eſt, quin illi veteres tametſi à fide alieni præſenti numine in caſtris ſibi opus eſſe crediderint: ſigna verò deorũ, maximè quæ conſecrata eſſent, diuino tanquã numine fœta cenſebant. Itaque nonnulli ea ſuis exercitibus inferebant; alij quæcunque dicata eſſent, præſidio pariter futura opinati ſunt; quòd eſſent veluti quædam pignora deorum fidei, quæ neutiquam poſſent contemnere. Hanc opinionem ſecuti Romani, veluti numinibus ipſis parcentes, dicatas aquilas præferre maluerunt. Nam Marium dicaſſe aquilam in ſecundo ſuo conſulatu Plinius teſtis eſt, lib. 10. Natur. Hiſt. cap. 4.

Hadrianus Iunius. — *Deorum ſimulacra in caſtris Romanorum.* — *Dion Cocceius.* — *Godeſcalchus.* — *Tacitus.* — *Vegetius.* — *Suetonius.* — *Plinius.*

Versus 19.

Cumque loqueretur Saul ad Sacerdotem, tumultus magnus exortus eſt in caſtris Philiſthinorum: creſcebatque paulatim, & clarius reſonabat. Et ait Saul ad Sacerdotem: Contrahe manum tuam.

Interpretes, eodem ſenſu, variè tumultum, & fremitum furentis exercitus deſcribunt. Pagninus: *Et fuit, adhuc loquebatur Saul ad Sacerdotem, & multitudo* (turbam mauult Arias) *in caſtris Peliſtim, & ibat eundo, & multiplicabatur. Dixitque Saul ad Sacerdotem: Recollige manum tuã.* Septuaginta ἦχος habent pro *tumultu.* nomen hoc in latina tranſlatione LXX. Interp. Complut. & Regia conſeruarunt: Romana & Antuerp. Laurent. ſonum interpretantur. Hebraicè legimus, וְהֶהָמוֹן *vehehamon.* המם verbũ *hiphil* actiuum ſignificat propriè *tumultuauit, fremuit.* Tumultus etymon docet Cicero Philipp. 8. his verbis. Poteſt enim eſſe bellum ſine tumultu, tumultus eſſe ſine bello non poteſt. Quid eſt enim *tumultus*, niſi perturbatio tanta, vt maior timor oriatur? vnde etiam nomen ductum eſt tumultus. *Tumultum* denique plus eſſe docet quàm bellum. *Contrahe manum tuam.* LXX. συνάγαγε τὰς χεῖράς σου. Alij quoque Interpretes conſentiunt, præter vnum Chaldæum Paraphr. qui legit *affer ephoda.* Vatablus: *Factumque eſt, loquente adhuc Saule cum Sacerdote, vt tumultus qui erat in caſtris Paleſthinorum, augeſceret, increſceretque vehementer.* Dicebatque ergo

Varia tranſlationes. — *Quid tumultus.*

Saul ad ſacerdotem, Reduc manus tuas. His addit in Ecphraſi, *Retrahe*, quaſi dicat, ſine illic *ephod*, noli illud capere: non enim eſt mihi otiũ conſulendi Dominum. Schindlerus in Pentagl. verbo אָסַף *aſaph* אֱסֹף יָדֶךָ *eſiph iadecha* *Collige manum tuam.* Ne amplius intuearis *vrim & thummim.* Itaque

Toſtatus. Toſtatus ſic interpretatur: Cùm prius quidem nonnulla ſtrages in parte exercitus à Ionatha eſſet edita, ſpeculatores tem oculis diſpexiſſe, moxque Sauli renũtiaſſe: at nunc poſtquam totis caſtris atrocius ſæuit ſeditio, inconditum clamorem pereuntis multitudinis ad aures vſque Saulis militumque eius penetraſſe; quo perturbatus oraculum miſſum facit, & B præcipiti conſilio arma corripi imperat. *Contrahe manum tuam*, id eſt, inquit Toſtatus, ceſſa iam ab hoe. Eſt enim iſte modus loquendi, ſcilicet *contrahere manum*, id eſt colligere, pro diuertere velociter ad alios actus. Et eſt ſententia, ceſſa iam ab hoe, quia non eſt tempus manendi, eonſulendi Dominum. Dicet aliquis (apud eundem Toſtatum) quare Saul non expectarit? *Quare Saul non expectauit donec reſponderetur.* Reſpondendum eſt, quod Saul à principio volebat conſulere Dominum, & intendebat expectare quouſque reciperet reſponſum pro filio ſoo, & pro ſtatu ſuo contra hoſtes. Nunc autem videns, quod oriretur magnus clamor inter Philiſthinos, videnſque filium ſuum eſſe inter eos, credidit iſtum clamorem in illius C exitium: non ſuſtinuit ergo expectare reſponſum Domini, ſiue de proſpero, ſiue de aduerſo, quia etiamſi aduerſum ſibi euenturum eſſet, non formidabat illud ſubire pro filio, & hoc modo non oportebat expectare diuinum reſpooſum, quia ſiue de proſpero, ſiue de aduerſo reſponderetur, nihilominus Saul iturus erat ad liberandum filium ſuum. Hactenus Epiſcopus Abulenſ.

CVMQVE *loqueretur Saul ad Sacerdotem.*] Quid loquutus ſit cum Sacerdote, hiſtoria non docet, inquit Vermilius. *Vermilius. Mali principis exemplum.* Aliqui ita exponunt, dũ loqueretur, id eſt, dum præciperet ſacerdoti, vt eonſuleret Dominum: alij verò, dum proponeret illi capita interrogationum Dum iſta loquitur Saul, interueniunt exploratores, & nuntiant tumultum. Statim Saul re intellecta D conclamat ad arma. Hîc eius hypocriſis, & ſimulatio apertè proditor. Antea præ ſe tulit, ſe ſine conſilio Dei nihil ſacturum. At hic ſatis declarat, quanti Dei voluntatem faciat. *Retrahe*, inqoit, *manum tuam.* Quaſi diceret: Satis iam ſcio quid ſit agendum: nil opus eſt, vt Deum conſulas. Ita hodie multi principes, quandiu enmmodum eſt, & è re ipſorum, videri volunt fautores religionis. At vbi res bene, & ex ſententia ſucceſſit, ſtatim incipiunt & Miniſtros, & Miniſterium cootemnere. (Queritur Vermilius nonnullos Principes qui hæreſim (hanc ille religionem vocat) prius amplexi erant, quo plures defectionis ſuæ fautores inuenirent: fo-

A uent enim Miniſtri perduellium ſeditioſos conatus mirificè, & ſunt mirabiles architecti factionum: rebus deinde ad pacem compoſitis mox eandem negligere cœpiſſe. Quod illi quidem meritò faciunt: quanquam non negarim ſimilem expoſtulationem fieri poſſe cum nonnullis transfugis & fidei deſertoribus, qui fidem primò ſimulant, deinde vbi rebus ſuis maturè conſultum vident, eidem nuntium mittunt.) Ioſephus tamen putat, Saulem accepiſſe hoc tempore reſponſum à Deo, & Palæſtinos eſſe profligandos, & victoriam fore Iudæorum. Hæc Vermilius. *Ioſephus.*

Ioſephi ſententiam cõfirmat ſanctus Theodoretus 31. quæſt. in l. Reg. *S. Theod.* B Hæc Saul, inquit, eminus conſpicatus, cùm per veſtem ſacerdotalem didiciſſet victoriam, ipſe quoque impetum fecit in alienigenas.] Illud verò *Contrahe manum tuam*, prouerbialiter dictum videtur pro eo quod eſt, at matura: feſtinato enim opus eſt: vrgemur periculi præſentia. Cùm igitur prius iuſſiſſet, vt quidam legunt, *Accedere fac arcam Dei*, ſiue eam ad nos admoue, nunc diſcriminis formidine permotus inſtat acrius, & dum ſe ſacerdos componit ad eaptandum oraculum, moras ægre fert, inſtat autem quamprimùm ephod induat. Ita enim vertit Chaldæus, *Affer ephod*, pro eo quod nos *Manum contrahe* legimus; vt accepto reſ- C ponſo in hoſtes inuadat, ſi ita numini viſum fuerit. Et hæc probabilis mihi ſententia viſa eſt. Nam & continuò in hoſtium caſtra irruit. Certè Chaldaica dictio קָרֵיב *Karef* non videtur eommodè in alium ſenſum poſſe torqueri. At Hebraica אֱסֹף *eſeph* ſi non ab אָסַף *aſaph*, ſed à יָסַף *iaſaph* ſumatur, cum qoo illi magna ſignificationis eognatio eſt, tum Chaldæus cum Hebræo fortè nonnullo modo conciliari poterit. *Examen vocis Hebraica.* Alij tamen metu perculſum malunt, cùm hoſtis impetum vereretur, à conſulendo Deo deſtitiſſe; ex ipſo tumultuantis exercitus conſpectu iudicium facturum, quam in partem properandum eſſet: hoſtiſne laceſſendus, an potius ſuga capeſſenda. Vtraque acies pari penè formidine afficiebatur, ſed inani quidem Hebræi, & citra periculum, Palæſtini autem D vera & ruinæ proxima. Habet neſcio quid ſimile Xenophon lib. 2. Expedit. Cyri Minor. *Xenophon* Regem conſtabat, inquit, exercitus noſtri acceſſu perterrefactum: cuius rei eerta poſtridie argumenta extiterunt. Verùm & Græcis timor & trepidatio inceſſit, taliſque in caſtris fremitus fuit, qualis cùm ſubitus terror inciderit, exiſtere eonſueuit. Verùm illi terrori Græcorum Clearchus citò remedium attulit, erat enim panicus, & ſine vlla probabili ratione: at Palæſtinos Deus ipſe exagitabat. Clearchus imperato ſilentio, ac per præconem oblato præmio, ſi quis eum indicarit, qui aſinum in media caſtra egiſſet, eo ſtratagemate militem compeſcuit. *Stratagema.*

Digitized by Google

VERSVS 20.

Conclamauit ergo Saul, & omnis populus qui erat cum eo, & venerunt vſque ad locum certaminis: & ecce verſus fuerat gladius vniuſcuiuſque ad proximum ſuum, & cædes magna nimis.

Varia tranſlationes.

PAGNINVS: *Et congregatus* (Arias, *accitus*) *eſt Saul, & omnis populus qui ſecum, & venerunt vſque ad prælium: & ecce erat gladius viri in proximum ſuũ. Contritio magna valdè.* LXX. *Et aſcẽdit Saul*, &c. Conturbationem, contritionem, confuſiooem interpretãtur, reliqua cõueniunt. Vatablus Salmant. *Clamore itaque conuocatus eſt Saul, & omnis populus qui cum eo erat, veneruntque in prælium, & ecce gladius cuiuſque ſtringebatur in proximum ſuum, eratque tumultus valdè magnus.*

Barritus militum. Herodian.

CONCLAMAVIT *Saul & omnis populus.*] Actiue noſter Interpres barritum militum intellexit, quem edere ſolent cùm pugna ineunda eſt. Herodianus lib. 4. de Parthis loquens, poſt Antonini necem in Romanos inuadentibus, Vt autem, inquit, ſolem Barbari de more propitiarunt, confeſtim ediro ingenti clamore concurrunt in Romanos, iiſque adequitantes ſagittas ingerunt. Cæſar 8. Belli Gall. Magnus vtrinque clamor oriebatur, ita vt quiſque poterat maximè inſignis, quo notior teſtatiorque eius eſſet virtus. Huius clamoris rationem reddit idem Cæſar lib. 3. De Bello Ciuili. Neque fruſtra, inquit, inſtitutum eſt, vt ſigna vndique concinerent, clamoremque vniuerſi tollerent; quibus rebus & hoſtes terreri, & ſuos incitari exiſtimarunt. Quo verò tempore is clamor debeat attolli, docet Vegetius lib. 3. De Re militari. cap. 18. Clamor autem (quem barritom vocant) prius non debet attolli, quàm acies vtraque ſe iunxerit. Imperitorum enim, vel ignauorum eſt, vociferari de longè; cùm hoſtes magis terreantur, ſi cum telorum ictu clamoris horror acceſſerit. Ita Vegetius.

Cæſar. Vegetius.

Ioſephus. Mutua cædes exercitus ex furore diuinitus immiſſo.

VERSVS *fuerat gladius vniuſcuiuſque ad proximum ſuum.*] Ioſephus id factum putat, quod exercitus eſſet conſcriptus ex diuerſis nationibus: Nam cùm ſeipſos mutuò non agnoſcerẽt, putabant ſocios ſuos eſſe Hebræos. Idem ſentit in hunc locum S. Theodoretus. Præterea verò Deus potuit, vt notat Vermilius, illis *ἀορασίαν* iniicere, vt ea non cernerent, quæ eſſent in oculis. Ita enim Madianitas excæcauit ſub Gedeone. Idem Iudæorũ hoſtibos accidit ſub Ioſaphat rege. Narrat item Pauſanias in Atticis, cùm olim Perſæ, vexato excurſionibus agro Megarico, ſe Thebas ad Mardonium ducem ſuum reciperent, obortis repentè Dianæ numine tenebris, (nam Græci olim accepta à Deo beneficia falſis numinibus accepta ferebant) per errorem viarum ad montanam eos regionis partem deflexiſſe: ibi obiecta hoſtilis agminis ſpecie, ſagittas miſiſſe; ad quarũ ictus cùm proxima ſaxa tanquã gemitus imaginem redderent, homines eſſe qui ex vulneribus gemerent opinantes, non ante iaculari deſiiſſe, quàm ſagittas omnes profudiſſent. Cùm verò illuxiſſet, Megarenſes armatos contra inermes impetu facto magnam eius agminis partem trucidaſſe. Sed illud exemplum longè horribilius, cùm idem Brenni exercitus cladem commemorat in Phocicis. Num tum etiam Galli diuino agente numine, cùm illi ſacrilegiũ tentarent, & vim pararent afferre falſo quidẽ, attamen credito numini, cæſi ac fugati ſunt. Primùm, inquit, terra, quantum ſoli Gallorum acies occupauerat, ingenti motu ad multas horas contremuit: crebra deinde tonitrua & fulmina Gallos non ſolùm acriter exterruerũt, ſed ad exaudienda quæ dabantur à ducibus ſigna, hebetato aurium ſenſu, propè attonitos reddiderunt. Viſæ præterea in eo coorgere Heroum ſpecies, &c. Addit præterea ſæuiſſimum frigus, ſaxa ingentia & montis crepidines, ſpontè è monte Parnaſſo auulſas, in Barbaros corruiſſe. Terror denique panicus inceſſit. Quare arreptis armis, & inter ſe facto agminis diſſidio, viciſſim & occidebant alij alios, & occidebantur; cùm neque per tenebras & amentiam illam, patriam linguam intelligerent, neque vultus inter ſe, neque ſcutorum ſigna poſſent agnoſcere: ſed contrariis ordinibus vtrinque per cæci illius erroris vecordiam, Græci eſſe, qui contra pugnarẽt, viderentur, & Græca eſſe arma putarent; quin & Græcam eſſe vocẽ crederent, quam homines mitterent. Furorque hic diuinitus immiſſus effecit, vt maxima Barbarorum multitudo mutuis vulneribus caderet. Hactenus Pauſanias. Iuo Carnotenſis in Chronico, in Carolo rege, meminit, quòd cùm Saxones recrudeſcente defectione in Carolum denuò rebellaſſent, Heresburgum caſtrum inuaſerint, & ad id expugnandum machinas inſtruxerint: quas dum moliuntur muris admouere, en ſubitò mirabile viſu! bini ab illis flammarum globi ſcutorum imaginem referentes conſpiciuntur, qui Eccleſiæ tectis penſiles imminebant. Hoc illi portento perterriti, confertim fugam arripiunt: & dum quiſque, quem proximum nactus fuiſſet certat præuertere, ſeſe mutuis vulneribus confodiunt.

Pauſanias. Clades Brennicoprarum. Iuo Carnotenſis.

Hìc, inquit Vermilius, habemus certam regulam, hoſtes & perſequutores Dei eſſe aliquando excæcandos, & in eum furorem & amentiam coniiciendos, vt in ſeipſos velint ſæuire. Vtitur quidem Deus ad tempus illorũ opera ad caſtigandum populum ſuum: poſtea tamẽ eos æterno exitio mactat, & perdit. Deus promiſerat Abraham, ſe eſſe maledictuũ maledicentibus eum. Ea promiſſa iam perficit. Iudæi quidem indigni erant, qui eo beneficio afficerentur. Nam rex erat aperte inobediẽs. Populus diffiſus Deo confugerat ad antra. Atqui Deus iuſſerat, vt ſibi vni fideret, & omne robur ſuum in ſe ſolo collocaret: ſe illi non defuturum. Fugere itaque nihil aliud erat, quàm Dei promiſſis diffidere, & eum mendacem facere. Quare hic non populi merita ſpectanda ſunt, ſed fides & promiſſio Dei. Quanquam & Ionathæ fides nobis quoque ſpectanda eſt.

Fides denegari nihil poteſt.

Is enim

Is enim, vt apparet, fidem erga Deum non abiecerat. Itaque fortè etiam propter illius fidem data eſt populo victoria: neque enim fidei quicquam à Deo negari poteſt; vt idem pluribus locis teſtatur, & frequentia exempla demõſtrant. Idem enim Deus autor eſt virtutis, & premij: fidei, & coronę. Fidem enim quam ipſe contulerit dignis pro merito triũphis coronare ſolet; vt probari poſſit quod ait Apoſtolus ad Hebræos, *Sancti per fidẽ vicerũt regna, operati ſunt iuſtitiam*, nõ minus verũ eſſe quàm quod ſequitur, *adepti ſunt repromiſſiones*. Nam ſi fide impiorum tyrannidem Sancti non vicerunt, neque iuſtitiam caſtè coluerunt: ne promiſſiones quidem, quæ fidei ac iuſtitiæ debentur, conſequuti ſunt. Quòd ſi negari non poteſt quin ſempiterna eos præmia maneant, ne illud quidem ambigi poterit, quin ad ea quæ diuino beneficio præmia tulerunt, iuſtitiæ ac fidei meritis ſibi viam aditumque pararint.

Locus certaminis fuit *Machmas*, vt ſupra dictum eſt: nam ibidem Palæſtini ſua caſtra locauerant: & deinceps dicitur, *Percuſſerunt in die illa Philiſthæos à Machmas vſque in Abialon.*

VERSVS 21.

Sed & Hebræi qui fuerant cum Phiſiſthiim heri & nudiuſtertius aſcenderantque cum eis in caſtris, reuerſi ſunt vt eſſent cum Iſrael, qui erant cum Saul & Ionatha.

Varia translationes. IN paucis diſſentiunt interpretes. *Hebræi.* וְהָעִבְרִים *vehabhibrim*. LXX. *οἱ δοῦλοι & ſerui.* Supra cap. 13. *Audiant Hebræi*. Septuaginta iterum δοῦλοι & cap. 17. *Hebræi Saulis* habent verſu 8. quo loco nos *ſerui Saulis* legimus. Ex quo apparet eandem dictionem vtrumque ſignificare poſſe. Schol. ex Symmacho etiam cap. 13. ſic vertit *οἱ ἐκ τοῦ πέραν. qui trans flumẽ*. Nam eadem vox quoque *tranſitorem*, *& transflumalem* ſignificat. Chaldæus cum Vulgata conſentit, Pag. Vatablus. Vna eſt dictio quam videtur vulgata omiſiſſe, סָבִיב *ſabib per circuitum* vertit Pagninus, *circum* Arias: Ex Vatablo commodè ſatis intelligetur. *Porrò*, inquit, *Ebræi qui cum Paleſthinis, nempe qui heri & nudiuſtertius vndequaque aſcenderant cum eis in caſtra, & hi etiam [reuertebantur] vt eſſent cum Iſraelitis qui fuerunt cum Saule & Ionathan.* Sic habet editio Salmant. At Antuerpiana Laurentij ita legit, *Et qui aſcenderant cum eis in caſtra, erant per circuitum, & etiam ipſi conuerſi ſunt vt eſſent cum Iſraele, qui erat cum Saule & Ionathan.* Ecphraſis eiuſdem interpretatur: *Fuerant pro Paleſthinis heri & nudiuſtertius* (&) *qui aſcenderant cum illis in exercitu*, (*erant*) *in circuitu, & etiam ipſi* (*conuerſi ſunt*) *vt eſſent cum Iſraele qui erant, &c.* id eſt, qui Paleſthinis prius fauebant, & qui cum ipſis aſcenderãt, vt pugnarent cõtra fratres ſuos, erãt in circuitu, hoc eſt, ſubduxerãt ſe à reliquo exercitu non pugnantes, & tandem relictis Paleſthinis ſequuti ſunt Saulẽ & Ionathan. Hæc Vatablus. Nos ſingula diſcutiamus.

Varia translatio. HEBRÆI *qui fuerant cum Philiſthiim.*] Qui

A fuerint Hebræi iſti qui cum Palæſtinis aſcenderant, ſatis compertum non habeo. Sunt qui transfugas fuiſſe velint. Chaldæus tamen & Arias apud Pagninum, præpoſitionem illam *cum* non agnoſcunt: ſed ſimpliciter Philiſthæis legunt acquiſitiuè poſitum, tanquam eſſent nonnulli Hebræi, quos iure belli captos apud ſe detinerent. Septuaginta etiam idem manifeſtius loquuntur. Sic enim habent, *Καὶ οἱ δοῦλοι οἱ ὄντες χθὲς καὶ τρίτης μετὰ τῶν ἀλλοφύλων & ſerui exiſtentes heri & nudiuſtertius cum Philiſthiim.* In quem ſenſum etiam dictionem illam, quæ apud Hebræos ſequitur, סָבִיב *ſabib circum* ſiue *per circuitum* accepit Vermilius. Sic enim interpretatur. Acceſſerunt illi quoque, qui à Palæſtinis coacti fuerant impedimenta portare. Itaque in textu ita deſcribuntur, qui erant in circuitu. Impedimenta enim ſolent caſtris eſſe pro vallo. Non erant iſti transfugæ, ſed ſerui Palæſtinorum, fortè ex illis ciuitatibus quas ſibi Palæſtini ſubegerant. Itaque aſcribitur *Heri & nudiuſtertius.*] Tales opinor erãt inter Iſraelitas Gabaonitæ, quibus cũ ea lege fœdus ictũ eſt, vt *in vſus vniuerſæ multitudinis aquas & ligna comportarent.* Ioſue cap. 9. Toſtatus quæſt. 16. in hunc locum, docet, Antiquos, ſi fortè prouinciam aliquam bello in poteſtatem redegiſſent, nobiliſſimos gẽtis è proprijs ſedibus ad ſe trãsferre conſueſſe, ne fortè iugũ populus os autoribus excuteret. Hoc feciſſe Babylonios Scri-

Qui fuerint Hebræi iſti. 1. Opinio. Vermilius. *2. Toſtatus.*

C ptura memorat, & Romanos eorundem rerum monumenta geſtarum. Sic Ioſephus, inquit, dux & ſcriptor nobiliſſimus exciſa Ieroſolyma Romam tranſlatus eſt: & de ſeipſo teſtatur Terentius Poëta Comicus, *Terentius.*

Natus in excelſis tectis Carthaginis altæ,
Romanis ducibus bellica præda fui.

Itaque hi quoque potuerũt eſſe fortiſſimi Iudęorũ, quos à ſua patria abductos ſecũ habitare iuſſerant: quorũ nunc opera vti decreuerant ad reliquorũ libertatem opprimendã. Magis tamẽ opinatur Hebræos iſtos, fabros armorumq; artifices fuiſſe, quos Palæſtini edixerant vt tota Iudæa excederent, & in ſuã regionem commigrarent. Illi itaque in numeros relati, caſtra ſequebantur, ſeu res manu gerenda eſſet opportuni futuri, ſeu potius arma fabricãda aut belli-
D cæ machinæ inſtaurandæ forent. Nonnulli etiã 3.
peregrinos fuiſſe exiſtimant de gente Iudæorũ, qui apud Palæſtinos ſibi domicilũ ſtatuiſſent. Nã peregrinos coactos fuiſſe pugnare in ciues & cõtribules ſuos, nõ eſt mirum. Dauid enim cùm eſſet exul apud Achis, cõpellebatur pugnare in Saulem, ni Palæſtinorum proceres obſtitiſſent. Potuerunt etiã nonnulli ex Hebræis 4.
ſub ducibus Palæſtinis ſtipendia mereri, cũ gẽtili militia & domeſtica ſibi prorſus interdictũ ſcirent. Nec id grauatè tuliſſe Palæſtinos veriſimile eſt, cũ ſperarent eo pacto eorũ animos ſibi cõciliari poſſe, & hoſtiũ robur ſenſim exhauriri. Sic Xerxes cũ libertatẽ Gręcię pararet eripere, auxiliaribus Græcorũ Ionumque copijs exercitũ ſuum ſtuduit cõfirmari. Sperabat enim donis ac pollicitis allectos, non inutilem operam in expugnandis ſuis nauare poſſe. Primi verò omniũ, inquit in Pauſanias in Meſſenicis, *Pauſanias.*

A Lacedæmonij ex omni antiquitatis memoria hoſtem dicuntur muneribus ſollicitaſſe, & venalem feciſſe belli euentum. Id potius in animum induxerim credere, noo mercede conductos, ſed terrore inductos illos ex Hebræis edicto propoſito ad ſigna Palæſtinorum concurriſſe, qui cùm loca Palæſtinis finitima incolerent, ante oppreſſi ſunt, quàm aut fugæ preſidio ſe tueri, aut armis poſſent. Quales fortaſſe olim Theſſali, quorum hæc eſt apud Herodotum lib. 7. oratio. Viri Græci, Olympiacum ingreſſum cuſtoditi expedit, vt Theſſaliæ pariter atq; omni Græciæ ſit belli tutamen. Nos equidem ad cuſtodiẽdum præparati ſumus, ſed vos quoque debetis multum illuc mittere copiarum: quas niſi mittatis, ſcitote nos pactionem inituros eſſe cum Perſa. Neque enim decet nos adeò ante cæteram Græciam poſitos, pro vobis ſolos occumbere: Quibus ferre opem ſi recuſatis, nullam poteſtis iniungere neceſſitatem. Nulla namque fortior neceſſitas eſt quàm imbecillitatis. Hæc Theſſali. Græci verò communi decreto ſanxerãt: Quicunqua Græci ſeſe dediđiſſent Perſæ, non adacti neceſſitate, eorum decimum quemque rebus bene conſtitutis, ſe Deo qui Delphis eſt deuoturos: ita apud Græcos iuſiurandum habebat. Apud quos nonnullam fortaſſis Hebræi iſti excuſationem mererentur, tametſi, vt vim fratribus ſuis afferrent, aut conatum impiorum adiuuarent, impelli nulla vi debuerunt. Chaldæus eam vocem quam *in circuitu* exponit Vermilius, *circum circa* interpretatur, perinde ac ſi Philiſthũm inſidias aut defectionem veriti, illos diuerſis locis in exercitu ſparſiſſent. Vatablus ſic explicat, tanquã illi idcirco in circuitu caſtrorum aut potius locis circumuiciniis verſarentur, quòd ſe pugnæ ſubduxiſſent, ne cogerentur manus cum fratribus conſerere.

Herodotus.

Probabilius eſt ex vnoquoque genere fuiſſe non paucos. Nam & nonnulli metu ad eos transfugerant, & plures etiam apud illos ſeruitutem ſeruierant, & tum multi in illis ciuitatibus morabantur, quas Philiſthæi prius occuparant: quos veriſimile eſt iuſſos eſſe caſtra ſequi, ne ſi relinquerentur, aliquid à tergo periculi immineret.

Hæc videtur melior ſententia.

RAVARSI *ſunt vt eſſent cum Iſrael.*] Romani olim traosfugas, tametſi ſua ſponte redirent, minimè recipiebant, quin potius diuerſis ſuppliciis afficiebant. *D. ad legem Corneliam de Sicariis & Venef.* Transfugas licet vbicunque inoẽti fuerint, quaſi hoſtes interficere. *L. 3. §. 6.* In quẽ locum Gothofred. Hinc dicuntur iure belli recipi. *l. 51. ff. de adquir. rer.* Et Q. Curtius 8. Transfugã iure belli perſequimur. Inuenti etiã capite poniuntur *l. 7. ff. de re militari*, vel viui exuruntur, *l. 8. §. 2. ff. de pœnis.* Aut furcis ſuſpenduntur, *l. 38. §. 1. ff. de pœnis.* Transfugis dextras præcidit Fabius Maximus teſte Frontino 4. *στρατηγημα.* 2. Valer. 2. Claudius Flaccus. Vide Appianum in Annibale. Cæſar, Vide Hircium 8. Comment. Africanus ſuperior ciues fugitiuos crucibus affixit: ſocios ſecuri percuſſit. Poſterior verò Africaous beſtiis & elephantis obiecit. 2. Valer. 2. Florus lib. 51.

Transfugæ reduces olim peſſimè habiti.

Ius Ciuile.

Gothofred.

Romæ primùm verberati, ſecuti percuſſi, & de ſaxo Tarpeio præcipitati. Liuius 3. Seneca 1. de Ira. 16. Vide Petrum Fabrum 1. Semeſt. 18. Fugientibus ad Barbaros pes etiam amputatur *ff. de fugitiuis.* Eiſdem ius poſtliminij denegatum eſt, *l. 19. §. ff. 4. de captiuis.* Hactenus Gothofredus.

Hanc pœnarum acerbitatẽ poſtea maiori ex parte ſuſtulit atque imminuit Leo Imperator *Conſtitutione 67. de iis qui ad hoſtes tranſeunt, ſuaque ſponte reuertuntur.* Integram deſcribam, quoniam ea mihi docta & elegans, & æquitate plena viſa eſt. Simul nimia auſteritas, inquit Imperator, & ſeueritas, ſimul immoderata lenitas & clementia, ex æquo vtraque quod vtile eſt B interuertunt. Etenim & qui ſupra modũ præfractus eſt, & qui lenitatem grauitate miſcere nequit, vterque ſiue alicui vni, ſiue familiæ, ſiue ciuitati præſit, quibus præfectus eſt, neceſſe eſt, cum illorum detrimento res adminiſtret. Oportet enim vt qui rectè præfuturus eſt, quemadmodum temperata ſalubriaque loca æquabiliter mixtas habent aëris qualitates: ita & ipſe affectionum commiſtione ad rerũ adminiſtrandarum vtilitatem attemperata, ſe moderatum præbeat, & neque moroſitate grauis atque intolerabilis ſit, neque indecora lenitate deſpicabilis, & ad gubernandum ineptus fiat. Quod autem de aëre dicimus, hoc certè & in C legibus ſeruari omnino conuenit. Nam oportet leges, quum reuera reipublicæ principes ſint, quam dixi contemperaturam conſeruare, neque ad ſeueritatem lenitatémve ſupra modum reſpicere: ſiquidem qui ipſarum rationem agnoſcunt, incolumes futuri erunt. Atque hæc quidem reſpectu præfatæ illius legis, quæ aduerſus eos qui ad hoſtes transfugerent, lata eſt, à nobis dicuntur. Vult autem illa, vti transfuga, ſi quando pœnitudine ductus, redeundo ad ſuos cõmiſſum delictum obliterare velit, beſtiis deuorandus obiiciatur, aut in furcam tollatur. Quod ſanè mihi reipublicæ magnopere nocumento eſſe, magnamque rationum ad ſalutem iter monſtrantium contrarietatem gignere videtur. Neceſſitatem enim transfugis inducit, ne vnquam recordentur ſuorum, neque reuertendi in patriam concipiant deſiderium. Nullus eſt enim omnium, D qui cum ſe iſtiuſmodi pœna excipiendum ſciat, inter hoſtes viuere, quàm tam acerbam in patria mortem ſubire, non malit. Quapropter rigidam hanc ſeueritatem, vt ne iniquitatem dicam (nam eum qui deliquit, deindeque ſua ſponte ad medendum delicto reſipiſcit, tam acerbè puniri, quomodo non eſt iniquum?) ex iuſtiſſimis legibus profligamus, ac iubemus, vt ſi quis transfuga in patriam recurrat, quum ſemel duntaxat transfugerit, veniam conſequatur: ſi iterum id fecerit, in triennalem ſeruitutem diuendatur: ſi verò tertiò transfugerit, reuerſus in perpetuam ac æternam ſeruitutem addicatur. Tam incerti enim conſilij homo, tamque inconſtans, qui libertate fruatur indignus eſt. Cæterùm ſi transfuga non vltro redierit; ſed ab aliis comprehenſus in patriam retractus ſit, morte tum

Cõſtitutio Leonis Imperat.

Populorum rectoribus clementia ac ſeueritate opus eſt.

Superiorum legũ atrocitas carpitur & mitigatur.

Digitized by Google

illum, tanquam hoſtem puniri, neque iniuſtũ, neque crudele fuerit: præſertim verò, ſi antè ciuili ſangoine manus contaminauerit. Hactenus Imperat.

Quare Saul transfugis pepercerit.

His igitur Saul, & aliis pluribus rationibus inductus, transfugis Hebręis ad ſuos vltrò conuolantibus facilè culpam coodonauit: Quoniã tametſi in acie ſteriſſent contra fratres ſuos, neminem tamen ferro violauerant. Deinde, quòd neceſſitas ipſa vim iuſtitiæ ac legibus videretur afferre: ſiquidem illorum opera tum Saul magnopere indigebat. Adhæc hoſtili ſanguine ſuum ſcelus expiauerãt. Poſtremò Deus ipſe viſus eſt eorundem ſaluti cõſulere voluiſſe: non enim eos ſiuit fraterna cæde pollui: ſed B priuſquam nocumenti quidquam intuliſſent, reconciliata gratia maximas vtilitates pepererũt. Qui tamen ſi eo animo in prælium deſcenderant, vt iniuſtis hoſtium cæptis fauerent, & fratribus ac coottribulibus ſuis vitam libertatemque eriperent, dubitari non poteſt quin horrendũ flagitioſè cõſtrinxerint. Neque eoim quemquam aliquando licuit, eum, qui malè ageret, opera conſilióve ſuo adiuuare. Nam ſi, qui priuati ſceleris conſcius eſt, reus conſtituitur, quanto magis qui publici? Atqui non ſolùm conſcius, ſed etiam criminis particeps habendus eſt, qui alienum facinus ſuo ſtudio ac conatu promouet Quare ne hi quidem immunes à ſcelere credi putuerunt, tametſi vim po- C tentiamqoe ad id impellentium excuſarent. Neque enim ſatis digna poterit eſſe excuſatio, ſi nos metu ac formidine coactus Dei legem violaſſe dixerimus. Primùm enim certò credere debemus, etiamſi ob diuini numinis cultum & reuerentiam potentiorum hominum odia ſuſcipiamus, Deum tamen illis fore viribus ſuperiorem. Deinde etſi aliquando diſcrimen capitis ſubeundum ſit, vt legis diuinę ſanctitas inuiolata perſeueret, meritò nos facere debere, cũ ab ipſo lucis huius vſuram accepimus, pro eiuſdem arbitrio ac voluntate reſtituendam.

Secundi Paralip. cap. 19. Occurrens Iehu filius Hanani Videns Regi Ioſaphat, dixit: Impio prębes auxilium, & his qui oderunt Dominum amicitia iungeris, & D idcirco iram quidem Domini merebaris, &c. *Hinc quæritur, an non licuerit olim Hebræis Palæſtinorum caſtra ſequi; nunc verò etiam nobis hæreticorum partes adiuuare.*

Tertullian.

Ea eſt manipularium ſiue gregariorum militum.

QVÆREBAT aliquando Tertullianus lib. de Idololatria cap. 19. Licetétne Chriſtianũ hominem Romanam militiã profiteri. Nunc, aiebat, de iſto quæritur, an fidelis ad militiam conuerti poſſit, & an militia ad fidem admitti etiam caligata, vel inferior quæque, cui non ſit neceſſitas immolationũ, vel capitalium iudiciorum. (Reſpondet) Non conuenit ſacramẽto diuino & humano, ſigno Chriſti & ſigno diabuli, caſtris lucis & caſtris tenebrarum: non A poteſt vna anima duobus deberi, Deo & Cæſari. Et iterum: Nullus habitus licitus eſt apud nos illicito actui adſcriptus. Reprobat igitur ſub Ethnicis Imperat. obire militiam, & arguit partim ex ſignis, partim etiam ex ſacramento; deinde etiam ex ſtudiorum repugnãtia & contrarietate. Num vexilla, inquit, ſequeris, & tueberis Martis effigie depicta inſignia? Num vt te ſacramento aſtringas, iurabis per nomen falſorum deorum? Non poteſt vna anima duobus deberi, Deo & Cæſari. Hæc Tertullianus.

Romana olim militia Chriſtianis illicita. Tertull. autore.

Quæ de Romana vetere militia intelligenda ſunt, quo tempore Imperatores Chriſti fidem, quam non ſuſceperant, oppugnabant. Nam ſi B hominis imperium cum diuinis legibus conſentiat, iam non duo, ſed vnus, hoc eſt, ſolus Deus regnare credendus eſt; quemadmodum huc tempore poſt exactam infidelium ſuperſtitionem, dicere & ſentire ſolemus. Sed nec ipſa quidem ſigna deinceps verenda ſunt, cùm dudum Conſtantinus labarum, quod fuit vexillorũ auguſtiſſimum, in crucem commutarit. Sacramentum verò quod nunc à militibus præſtatur, cuilibet Chriſtiano iurandum in primis ac ſumma fide præſtandum eſt. Iuramenti ſolenoem formulam refert Vegetius lib. 2. cap. 5. his verbis. Iurant autẽ per Deum, & per Chriſtum, & per Spiritum Sanctum, & per Maieſtatem Imperatoris, quæ ſecundum Deum geC neri humano diligenda eſt & colenda. Nam Imperatori, cùm Auguſti nomen accepit, tanquã præſenti & corporali Deo fidelis eſt præſtanda deuotio, & impendendus peruigil famulatus. Deo enim vel priuatus, vel militans ſeruit, cùm fideliter eum diligit, qui Deo regnat autore. Hæc Vegetius.

Vegetius. Sacramentũ militum Chriſtianorum.

Porrò mirum videri poſſet ſi Tertullianus, qui tantopere Romanam militiam auerſatus eſt, tamque ſeuerè in Chriſtianum militẽ ethnico Imperat. merentem animaduertit, probaret Catholicos milites hæreticorũ caſtra ſequentes, ſola ſtipendiorum, aut etiam nulla cupiditate, ſed ſola bellandi libidine. Primum enim longè deterior eſt hæretici conditio quàm infidelis. Tametſi enim vtrique hoc vitiũ commune eſt, vt fide careant: tamen hæreticus fuD ror eamdem acrius oppugnat, vtpote quẽ præterea voluntarius error agat præcipitem. Deinde legitima erat Romanorũ poteſtas; & Apoſtolus docet regibus ac ducibus obediendum eſſe, *non ſolùm propter iram, ſed etiam propter conſcientiam.* Ad hæc iuſta vt plurimùm bello reperebant, cùm ipſi, aut eorum ſocij à Barbaris bello laceſſiti eſſent: aut certè emergentẽ quorundã tyrannidẽ in ipſo ſuo ortu opprimebant. Præterea non pauci viri armis ac pietate inſignes, quos etiã laudibus ornat Euangeliũ, Romanis militauerant: quos nec aliquãdo Ioannes Baptiſta corripuit, nec Petrus caſtris interdixit. Verumtamen ex quo improba Gentiliũ ſedulitas cœpit aperte graſſari in Chriſtianos, & de induſtria munera omnia & officia militaria non modò ſuperſtitionibus contaminarũt, ſed etiam his indiciis fidem aut negari aut aſſeri voluerunt, tum denique planè exitialis facta eſt Chriſtianis eorum militia.

Hæreticus furor Gentilium infidelitate nocentior eſt.

Nec minore periculo arbitror Hebræos in Palæſtinorum caſtra ſeſe conferre potuiſſe. At enim ipſi quoque inſtitutam à Deo religionem oppugnabant: deinde aliena inuadebant, perque vim ac ſummam iniuriam Dei populum ſeruitutis iugo opprimebant. Videant iſti quid de ſe ſtatuant, qui primùm quidem hæreticorum ſigna ſequuntur, diabolo in Dei nomine fidem obligantes, & in eius verba iurantes. Deinde etiam præter hæreſim nonnunquam aut perduellium, aut eorum qui aliena inuaſerunt, & iniuſtè detinent, aut legitimis ſuis dominis ac regibus fidem negarunt, partes fouent. Ad hæc qui fidei cultum, & omnem religionis memoriam in ſubactis prouinciis abolent. Poſtremò, qui Catholicos diris pro pietate ſupplicijs excarnificant. Nam ſi nulla ratione Christo & fidei bellum inferre licet, quo tandem iure quáve iniuria in perniciem iurarunt Chriſti & fidei? Si nemo Chriſtianus dicendus eſt qui Chriſtianam religionem oppugnet, videant qua fronte, quo ore, qua impudentia Catholicum nomen iactitent & in eo glorientur.

Prima ratio que videtur eos excuſare, qui hæreticos armis iuuant.

Duæ ſunt, quantum coniectura aſſequor, præcipuæ rationes, quibus hunc ſuum errorem Principes ac ſummi magiſtratus fulcire conãtur. Nam de caligata militia, vt vocat Tertull. ſeparatim commodius ſententiam feremus. Prima eſt, tranquillitas, vt dicũt, ſtatus proprij, quam tum commodiſſimè tueri poſſis, ſi his quos ſuſpectos habes, domi bellum alas. Nam hac ratione & tibi negotium faceſſere velle deſinent, & ſi maximè velint ac conentur, exhauſtis tamen viribus nihil aut parum nocebunt. Hoc verò ſi non aliter poſſis, tum certè vel rabies hæreticorum fouenda erit in legitimos ſuos principes & Eccleſiam ſæuientium: &, vt pax & tranquillitas rebus tuis firmetur, fidei detrimẽto ſancienda, Chriſtuſque exturbãdus. Hoc ſcilicet illi docent, qui Chriſtum idolum, Euangelium fabulam eſſe ſentiunt, tametſi aliter nonnunquam loquuntur. Quod ſi ne minimum quidem malum faciendum eſt, vt bonũ quodcunque adipiſcaris, quanto minus tam nefandum atque execrabile facinus ſuſcipiendum eſt, vt tantillum bonũ aſſequaris, temporalem ac momentaneam tranquillitatem? Non enim illa vnquam cõparari poterit cum Chriſti pace ac fidei incolumitate, quam rebus omnibus anteponẽdam diuina autoritate didicimus. Non eſt honeſtum ſecernendũ ab vtili in Reip. procuratione. Vt enim vtilitatis aliquid conferant fomenta alienæ calamitatis, certè honeſtati congruere non poſſunt. In ſcelera enim animaduertere licet, & ſontes opibus ac facultatibus exarmare, ne pro voto cæcæ cupiditatis ſuæ noceant; attamen priuſquam indigno aliquo facinore pectoris virus prodiderint, nefas eſt in ſuſpectos infeſtis ſignis inferri. Verùm, vt cum ratione etiam ea cautio adhiberi queat, ſitque honeſtum alienis incommodis propriæ ſecuritati proſpicere, num ideo licebit Chriſtum indignis modis mulctare? Num tu vt conſeruũ vlciſcaris, audebis cõmunem Dominum propria domo extrudere? Quid tibi Chriſtus nocuit? Quid in te Chriſti ſponſa Eccleſia pec- A cauit? Num fides aliquando tuis commodis inſidias ſtruere viſa eſt? Num religio, quæ diuini humanique iuris patrona eſt, tua iura violare? Quid innocens poſteritas, quã ſi Deus ſiuerit æterna erroris caligine demergis? Cuius ſunt hi tituli, quos aboles? Hæc crucis trophæa, quæ deiicis? Hæc tẽpla, in quæ prædones immittis? Cuius ſpõſæ hæ virgines, quas impuris canibus proſtituis? Cuius hæc ſacra, quæ porcis conculcanda proiicis? Quæ religio, quam perpetuo exilio damnas? Audes, ne parcas hoſti, Chriſto violentas manus afferre? Quæ laceſſitus iniuria non debes in reum proprio ac iuſto dolori indulgere, hæccine tu audebis in Chriſtum immerentem ob alienum ſcelus vſurpare? ſed iam alteram etiam rationem, quæ excuſationis loco B prætexitur, diſcutiamus.

Altera quoque ratio diſcutitur.

Quid ſi, inquis, inſidiis appetitos, & ſcelere violatus, & legitimis poſſeſſionibus exturbatus, non tam faueo alienæ nequitiæ quã proprio ac iuſto dolori? Maior difficultas exoritur. Nam ſi alienis armis fas eſt Principi proprias iniurias perſequi, quare mihi non liceat eum, qui prædonem meũ vlciſcatur, quamuis aliena mente atque cõſilio auxiliaribus copiis adiuuare? Neque verò hîc locũ habere poteſt diuina illa ſanctio, quæ prohibet inimicis parem referre: Eo enim decreto non de publicis, ſed de priuatorũ vltionibus cautũ eſt. *Princeps* autẽ *non ſine cauſa*, vt ait Apoſtolus, *gladiũ portat: Dei enim miniſter eſt & vindex in iram*, lege quidem in ciues agere C permiſſus, armis in exteros. Vteris ergo hæreticorũ armis, tanquam parato ad vindictã inſtrumẽto. Veruntamen vt fas ſit alieno ſcelere abuti ad iuſtam vltionem, nefas tamen eſt ad religionis interitũ. Neque hoc molior, inquies: ſed præter intẽtionem ac votum accidit. Atqui res ipſa te reum conuincit. Vrbes expugnas, quas, cùm victor obtines, Catholicis quidẽ alumnis eripis, hæreticis autem feris dicam, an hominibus? poſſidendas tradis. Et præcones quidẽ veritatis, ſummique Dei ſacerdotes expellis; Prędicantes autem ſiue Miniſtros, & falſorũ aſſertores dogmatũ, deluſæ plebis ceruicibus imponis. Eccleſias diuino cultui conſecratas aut per ſummã iniuriã ſolo æquas, aut quod lõgè deterius eſt, ereptas Chriſto, Satanæ adſcribis. Quid D cõmemorem extinctũ Sacramentorum vſum? Eccleſiæ obedientiam denegatã? Baſilicas Sanctorũ ſacrilegio pollutas? ludibrio habitam eorumdem memoriam? quis extinxit? quis violauit? quis ludibrio habuit? Tu nimirum, qui Chriſtiano ſanguine machæram infeciſti, vt hęreticis aditum ad tantam impietatem parares.

Alieno ſcelere vti non licet ad religionis interitum.

Diſcutiuntur rationes gregariorum militum.

Verùm alia regum & principũ, alia gregariorum militũ conditio eſt. Et in his quidem nonnullos inuenias, qui militiam profeſſi, vltro conuolent ad ſigna diabolica, ſola pugnandi libidine, aut certè ſtudio bellicas artes addiſcendi, quarũ maior eſt exercitatio in caſtris diabolo militantibus, vt pote rei illi gratiſſimę, qui ſemper humanum ſanguinem ſitit. Apage ſceleratum tyrocinium, auſpicari militiam à Chriſti iniuria, & ſceleribus ac maleficiis erudiri. Aſt ego, dicet alius, ſola ſtipendiorum gratia ineſcatus apud eos merere decreui.

Digitized by Google

Num tantillum lucri inuidebis mihi, dum alij duces egeſtate atque inopia ſuos milites conficiunt? Audi obſecro. Trigiota argenteis Iudas Chriſtum vendidit, & prodidit, tu verò etiam enecas: & quæris, an per me liceat? Ego verò, quidam ait, etiam imperio ac iuſſu nomen dare coactus ſum, cui refragari non potui. Quale tu mihi periculum narras? offenſionis principis. Quid ſi etiam capitis diſcrimen ſubiturus ſis, non eligeres *obedire Deo magis quàm hominibus?* Qood non eo conſilio dico, quo ſuadeam Principis ſecretam mentem & latentia conſilia contemnere, aut de eiuſdem factis temerè iudicare. Latent enim ſæpe rerum gerendarum rationes, nec eas in publicum ſemper efferre licet. Veruntamen ſi te contra Chriſtum fidémque duci perſpexeris, B memento te nulla lege Principis cogi poſſe ad illius fidei perniciem, quam dudum inſtar Martyrum contra illius edicta, ſi opus ſit, aſſerere ſanguinis profuſione iuraſti. Non enim contra ſe Principes Deus ſua autoritate armauit: nec voquam licuit hominis edictum diuinæ legi præferre. Eadem qoæſtio denuò recurrit ad caput 29. illîc, ſi Deus dederit, eam diligentius excutiemus.

VERSVS 22.

Omnes quoque Iſraelitæ qui ſe abſconderant in monte Ephraim, audientes C quod fugiſſent Philiſthæi, ſociauerunt ſe cum ſuis in prælio. Et erant cum Saul, quaſi decem millia virorum.

VERSVS 23.

Et ſaluauit Dominus in die illa Iſrael. Pugna autem peruenit vſque ad Bethauen.

CONSENTIVNT Ioterpretes, niſi quod Aldina editio Græca LXX. Interpretum, & Latina eorundem interpretatio Romana, & Antuerpiana Laurentij, *Bamoh* legunt non *Bethauen*, & *tranſiiſſe* non tantùm *perueniſſe* ſcribūt. καὶ ὁ πόλεμος διῆλθε τὴν Βαμώθ.

D Illi qui prius in antris & ſpecubos præ nimio pauore delituerant, poſtquam hoſtes terga vertiſſe animaduertunt, animos recipiunt, & fugientes animosè perſequuntur. Semper is populus, quanto timidior atque ad fugiendum promptior extitit cùm à fronte hoſtis vrgeret, tanto ad perſequendum fugientes acriorem ſe ac vehementiorem pręſtitit. Nihil verò mirandum mihi videbitur, aiebat aliquando Xenophon lib. 3. expedit. Cyri Minoris, cùm iam in procinctu caſtra moturus eſſet, ſi quemadmodum ignaui canes prætereuntes inſectantur, ac mordent aſſequuti, perſequentes verò fugiunt: ſic hoſtes abeuntes nos inſequantur. Neq; tamen tam illis hoc vitio verto: Nam & præclari duces & milites egregij non pauci ab eis orti ſunt: quàm diuinæ clemētiæ acceptum refero:

Xenoph.

A quæ cùm animaduerteret eam gentem pace ac ſecuritate facilè efferri, & ſuperſtitione inſoleſcere, metu in officio cootinere voluit, & periculorum formidine percellere. Sic enim fiebat, vt, cum ſuę virtuti victoriam arrogare oon poſſent, Deum vnicum ſuæ ſalutis autorē impenſius colerent ac venerarentur. At contra Lacedæmoniorum inſtitutum fuit, hoſti nuſquam cedere; fugientem, vt ſcribit Pauſanias in Meſſenicis, cupidius non inſequi.

Deus populum in officio metu continere voluit.

Et ſaluauit Dominus in die illa Iſrael.] Hîc homines impij obiiciunt, inquit Vermilius, nos callidè ſolere euadere. Nam ſi Deus ſeuerius agat, tum, inquiunt, dicitis eum punire peccata: ſin mitius, eum dicitis ſeruare fidem & miſericordiam. Ita qoicquid accidat, aliquid habere B vultis, quod dicatis. Sed ipſi quoque an non ita ſe gerūt erga liberos ſuos? Nōne interdum peccantes puniunt, interdum verò peccantibus indulgent? Si hoc illi faciunt, quanto magis id faciat Deus? Nam certè ſi Deus perpetuò puniret, nimis crudelis videretur: at ſi ſemper omnia condonaret, nimis remiſſus. Volunt iſti Deum ſibi ſatisfacere. Ipſi verò nihil penſi habent, qoemadmodum ſatisfaciant Deo.

Vermilius.

Dominus.] Fagius in Exodi caput 6. poſt nonnullas alias auguſtiſſimi illius nominis יהוה *Iehouah* interpretatiooes addit denique: Mihi videtur omnium ſimpliciſſima ſentētia eorum, qui ad hunc modum explicant: quaſi Deus hoc ſenſu hæc verba ad Moſen dixerit. Omnipotentem quidem me eſſe omnibus declaraui, & C mihi abundè eſſe diuitiarum, vt illos diuites redderem. At in nomine meo Adonai non fui cognitus illis. Id eſt, verùm opere nō compleui quod illis ſum pollicitus. Quaſi dicat, Promittentem quidem me illis terram Chananæorum audierunt, & crediderunt: ſed opere promiſſa complentem non viderunt, qoemadmodum tu viſurus es. Tibi igitur in nomine meo Adonai cognitus ero. Id eſt, videbis me id facere quod nomē meum ſooat, nempe veracem eſſe in promiſſionibus meis, firmum, conſtantem, conſiſtentem, &c. Hoc nomen iuxta elementa & puncta *Iehouah* quidem ſonat, à Iudæis verò veteri quadā religione *Adonai* profertur. Quo nomine proprie naturam ac ſubſtantiam Dei ineffabilem ſignificari volunt. Et deducunt à verbo הוה, quod eſſe & exiſtere ſignificat. Hinc D Deus יהוה *Iehouah* dictus, nō tantùm inde quod à ſeipſo æternos exiſtat: ſed & quòd omnibus creaturis ſuū eſſe largiatur, iuxta illud in Actis 17. *In ipſo ſumus, viuimus, & mouemur.* Imò veritatem diuioarū promiſſionum, quas fidelibus ſuis factas, infallibiliter præſtat, hoc nomine Dei ſignificari maximè contendunt. Hactenus Fagius. Igitur hoc loco maximè cōuenit. Multa præterea myſteria eruūt Hebræi ex nomine יהוה *Adonai* ſiue quatuor literarum, quod vocant Græci tetragrammaton, ſed illa videntur mihi non abſurda, quòd dicunt, hoc ſacrum nomen compoſitum eſſe ex literis ה,ו,ה, quæ eſſe & ſubſiſtere ſignificant, ad denotandum quòd Deus à ſeipſo ab æterno exiſtit, omnibuſque creaturis ſuum eſſe largitur. Eædem literæ, & flatus literæ dicuntur ab Hebręis, ad indicandū

Fagius.

Explicatio nominis יהוה Iehouah.

I.

BBbb iij

qoòd ipſe ſolus eſt, qui ſpiritum & flatum omnia viuificantem ſuppeditat. Similiter & quietis literæ ab iiſdem denominantur, ad innuendum, quòd in ipſo ſolo vera & ſolida quies, id eſt, æterna felicitas & beatitudo conſiſtit, ac cõquieſcit. Ipſe enim eſt α. & ω. principium & finis. Et in 28. capur Exodi, hoc item nomen myſterium Trinitatis continet, vt veteres Iudæi, qui Chriſtum præceſſerunt, & dixerunt in ſuis Traditionibus. Nam per י. Iod intelligitur Pater, qui eſt principium & origo omnium rerum. Per ה. *he* Filius, per quē omnia quæ facta ſunt, eſſe cœperunt. Per ו. *vaf*, quæ eſt cõiunctio copulatiua, intelligitur Spiritus ſanctus, qui eſt amor & nexus vtriuſque, qui ab vtroque procedit. Geminatur autē ה. *he* propter duplicem naturam, quæ eſt in Chriſto. Per primum ה. natura diuina intelligitur: per ה. poſtremum, B natura humana.

VERSVS 24.

Et viri Iſrael ſociati ſunt ſibi in die illa: adiurauit autem Saul populum, dicens, Maledictus vir, qui comederit panē vſq; ad veſperam, donec vlciſcar de inimicis meis. Et non manducauit vniuerſus populus panem:

Varia translationes.

DVO ſunt in quibus reliquę tranſlationes à Vulgata diſſentiũt. Nã primùm quidem נִגַּשׂ *nigas*, quod *ſociati ſunt* editio vulg. interpre- C tatur, Pagninus vertit, *Et coarctatus erat*. Et nomeri quidem rationem non habemus: illud enim diſcrimē minoris momenti eſt: ſed ſignificatio ipſa longè diuerſa eſt à præcedēti. Arias: *& exigebatur*. Chaldæus, *& anguſtiatus erat*. Vatablus Salmantic. ſic legit: *Coactis eodem die Iſraelitis, auſus eſt Saul populũ iuramento adſtringere hiſce verbis, Quicunque panem comederit vſque ad veſperam, donec vltionem ſumpſero de inimicis meis, ſit execratus. populus itaque vniuerſus non guſtauit panem.* In Ecphraſi, Viri autem Iſrael coarctati fuerunt (vel afflicti, ſubaudi, fame) eo tempore: nam adiurauerat Saul populum dicendo, &c. Poteſt hoc factum eſſe quum irent in locum certaminis de Gabaa Beniamin. Nam hoc Ionathas non audiuit. Alij aiunt hoc dixiſſe Saulem inter perſeqoendum. Hæc Vatablus. Se- D ptuaginta vbique ſibi conſentiunt: diſceduot autem longius à Vulgata editione, ſed non à propoſito, & pleraque etiã explicationis gratia paraphraſticωs addidiſſe vidētur. καὶ ἦν ὁ πόλεμος διεσπαρμένος εἰς ὅλην τὴν πόλιν ἐν τῷ ὄρει Ἐφραΐμ. Καὶ Σαοὺλ ἠγνόησεν ἄγνοιαν μεγάλην ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, καὶ ἀρᾶται τῷ λαῷ λέγων, ἐπικατάρατος ὁ ἄνθρωπος ὃς φάγεται ἄρτον ἕως ἑσπέρας, καὶ ἐκδικήσω εἰς τὸν ἐχθρόν μου. *Et fuit bellum ſparſum in tota ciuitate in monte Ephraim. Et Saul ignorauit ignorantiam magnam in die illa: & maledicit populo dicens: Maledictus homo qui comederit panem vſque ad veſperam, & vlciſcar me de inimico meo.* Hæc Septuag. quos non ambigo linguam Hebraicam perfectè calluiſſe. Nunc tamen ſi eos conſulas, qui

A eandem docent hoc tempore, fieri vix poterit vt eum ſenſum hinc elicias. Dicetur forſan explicare voluiſſe id quod erat conſequens, vt ſi quidem paſſim fugientes inſeqoi vellent, Hebræi quoq; palãtes tota illa regione ſpargerentur. Reliquorũ tametſi diuerſas interpretationes, eadem dictio, ſi punctum tollas, admittit. נָגַשׂ *nagas* enim cum puncto dextro *acceſſit*, appropinquauit, attigit ſignificat. Ex quo elegãter Vulgatus Interp. ſcripſit: *Et viri Iſrael ſociati ſunt ſibi in die illa*. Quod cùm ſatis exprimerēt Græci Interpr. hoc referēdo quæ nos aoteà legimus verſo 22. foiſſe cum Saul & Ionatha virorum decem millia, ne ſimul idem repetere cogerentur, iidem mox quid fecerint explicant, Palæſtinos totis campis & montibus fuſos ſparſóſque premere ac cædere cœpiſſe. Reliqui anguſtia- B tos Hebræos, coarctatos, exactos, coactos exponũt, quæ bellè cõueniunt ſi נָגַשׁ *nagaſch*. cum puncto legas in ſiniſtro cornu. Nam hoc verbũ cùm alia ſignificata exprimit, tum hoc ipſum quod faciunt reges cùm munera ciuibus imponunt, & angarias imperant, aut tributa iubent conferri. Itaque nulla horum interpretatio aſpernanda videtur, autoritatem tamen Vulgati Interpr. magis ſeqoimor.

Alia difficultas eſt in voce *donec*. Ioterpr. Parap. Chald. *quoad*. Vatablus item *donec* Pagninus *vt* vertit, quod retinet Arias. Septuag. ad verbum magis exprimunt καὶ *& ἐκδικήσω vlciſcar*. וְנִקַּמְתִּי *venikamthi & vlciſcar me*. Quanquam hoc loco vna eſt ſententia harũ omniũ dictio- C num; vt ſcilicet ab interimēdis hoſtibus nemo occaſione prandij auocaretur, donec lux ipſa diei deficeret. Quærit tamen Toſtatus, Quid ſi Saul nõ ſe vlciſceretur, an populus ieiunus permaneret? & reſpondet, quòd Saul non ea lege ieiunium indixerat, vt non niſi poſt vltionem perfectam ſolueretur: ſed qoòd non ſolueretor ante veſperam, vt hoc interim ſpatio maiorem hoſtium ſtragem ederet.

An Saul peccarit cùm populum adiuraret, & ieiunium ad veſperam vſque defatigato populo indiceret.

QVIO ſenſerint LXX. Ioterpretes habes in eorũ interpretatione. *Saul ignorauit*, inqoiũt *ignorantiam magnam*. Nonnulli tamen eom defendũt: quare locus iſte oonnulla diſquiſitione D opus habet: illam aggredimur.

Maledicere quid.

De adiuratione poſtea. Nunc quid ſit *maledicere*, quandoquidem ea dictio ſæpius recurrit, ſemel explicãdum eſt, ne oos toties remoretur. *Maledicere*, malum dicere eſt, ſi non modò literarum ſonum, ſed etiam etymõ quærimus. Verum *dicere*, triplici ſenſu effertur. Nam & imperare ſignificat, & aliquid efferre de alio, & latētem cordis ſententiam aperire. Si relationi malum adiungas, erit detractio: ſi voto cordis, erit imprecatio: ſi iuſſioni aut imperanti dictioni dicetur cõdemnatio. Tot modis accipitur in hoc eodem lib. *Quis eſt iſte Philiſthæus*, inquit Dauid cap. 17. verſ. 26. *incircumciſus, qui auſus eſt maledicere exercitui Dei viuentis?* Quæ autē erat illa ma-

Plura S. th 2. 2. qu. 76.

Maledictio triplex.

A ledictio? verſu 10. eiuſdẽ cap. *Ego exprobraui*, ait Goliath, *agminibus Iſrael hodie, date mihi virũ, & ineat mecum ſingulare certamen*. Inſultabat ſcilicet & exprobrabat puſillanimitatem militibus regis Saul. At cùm denuò eiuſdem capitis verſu 43. maledicit Dauid in diis ſuis, nimirum tum male precari intelligendus eſt, & diris eum deuouere. Hîc verò maledictio ad capitalem ſententiam refertur: nec poſſet quiſquam, ſi cætera conuenirent, hanc malè precandi rationem temeritatis arguere, cùm liceat iudici in eum, qui legis imperium detrectet, lege animaduertere. maledictio enim illa ferè ad pœnam temporalẽ ſpectat. Verùm ſi lex illa quam tulit à ratione aliena erit, maledictio quoq; ſiue ſãctio quę legi annexa eſt, futura eſt reprehenſioni obnoxia.

B Satis autem, vt arbitror, compertum eſt quid Saul edixerit: ſed qua mente aut conſilio id fecerit, ſiue quem ſibi ſcopum ſtatuerit, & iure an iniuria tam ſeuerè ieiuniũ indixerit, nõ perinde manifeſtum eſt: ſiquidem non parum diſcrepãt interpretum ſententiæ. Et quidem quo animo illud tam arduum ac difficile ieiuniũ decreuerit, non omnes vno modo interpretantur. Ioſephus huius edicti cauſam fuiſſe ait, quòd Saul nimis inſolenter & immodeſtè ferret victoriã: & vellet explere animum ſuum cæde hoſtium. Sic enim ait: *donec vlciſcar me de inimicis meis*. Hoc igitur ſi præ ſuperbia potius quàm iuſtitiæ ſtudio expetiuerit, nemo iure laudauerit. At potuit edicti alia ratio eſſe, vt ſcilicet populum à præda & epulis auerteret: ne dum his indulgẽt, C interea hoſtes elaberentur, aut receptis animis ſua caſtra repetẽtes ſecuros & incautos opprimerent. S. Ambroſ. lib. 1. Officior. ca. 39. Nihil tam contrarium fortitudini, quàm lucro vinci. Frequenter pulſis hoſtibus, inclinata in fugam aduerſariorum acie, dum exuuiis cæſorum capitur præliator, inter ipſos quos ſtrauit miſerãdus occubuit: & triumphis ſuis deiectæ legiones dum ſpoliis occupantur, hoſtem in ſe reuocarunt qui fugerat. Ad hunc modum S. Ambr. Quod cùm pluribus exemplis oſtendi poſſit, ſæpe enim veteres eo ſtratagemate vſi ſint, vt obiecta præda Barbaros in fraudem inducerẽt: vno tamen contẽtus ero. Narrat enim Diodorus Siculus lib. 17. Biblioth. Amyntam Macedonem, qui Darij partes fouebat, & Peluſio recepto ſecundo certamine Ægyptios ad Memphim vicerat, dum ſolutis ordinibus miles præ- D dæ inhiat, mox eruptione ab oppidanis facta, ducem cum toto exercitu internecione fuiſſe deletum.] Quòd ſi ſimilẽ caſum Saul veritus, præda & cibo ad veſperam vſque interdixit, nihil alienũ feciſſe videbitur ab officio boni ducis. Vermilius tamen, etſi hoc conſilij cœpiſſet, Saulem, inſipientię damnat. Sic enim ait, Quaſi verò ea victoria conſtiterit humanis viribus. Certè Deus dare potuiſſet victoriam etiã pranſis. Non debuit pluris facere cædem hoſtium, quàm ſalutem ſuorum. Ita Vermilius: qui odio ieiunij potius quàm quod vlla ratione duceretur, ita ſenſiſſe videtur. Cæterùm vituperationem eius nihil moror, laudat enim Saulem S. Ambroſ. Tertia ratio afferri poteſt, quòd eo ieiunio ſtuduerit, maiorem ſibi militibuſq; ſuis

Quæ fuerit mens Saulis variè exponunt interpretes.
1. interpretatio.
Ioſephus.
2
S. Ambroſ.
Diod. Sicu.
3.

A diuini numinis fauorẽ conciliare. Dudum enim nouerat exemplo veterum his maximè artibus Deum capi. Verùm huc quoq; Vermilius inuehitur, & religioſum opus ſuperſtitionem vocat. Poteſt etiã fieri, inquit, vt acceſſerit aliqua ſuperſtitio: quaſi voluerit ieiunio, & inedia militum mereri victoriam. Et iterum: At ſi hoc ieiunium voluerit eſſe religioſum, magis etiam reprehendi debuit, vt importunum & intempeſtiuum. Hæc Vermilius. At Vermilio lõgè melior S. Ambroſius Sermone 25. de Quadrageſ. Bonus planè rex, ait, qui hoſtes ſuos non tam armis, quàm deuotione vincebat, & plus dimicabat religione, quàm telis. Et paulò poſt. Vnde intelligimus quod Saul hoſtes non tam virtute militum, quàm militum abſtinentia ſupe- B rabat.] Attendis Lector, quantùm hæreticus furor diſtet ab afflatu Dei. Duas poſteriores edicti cauſas prudentes & pias fuiſſe arbitramur, eáſq; laude dignas. Nonnulla tamen iterum nobis diſcutienda ſunt, priuſquam tutò ſententiam ferre poſſimus.

Verumenimuero fieri poteſt, vt quis bono animo opus aliquod incœptet, quod per imprudẽtiam deinceps aut temeritatem corrumpat. Quis negat Iephthe, quo tẽpore cum fortiſſimo hoſtium exercitu ſigna collaturus erat, & adhuc anceps pugnæ exitus incerta ſpe pendebat, religioſo animo votum nũcupaſſe? quod tamen dum vincendi ſtudio ardet animus, nec ſatis attendit, quid ſpondeat, per ſummam imprudentiam parricidio fœdauit. Quis neget vi- C rum illum Iuda, qui paulò antè Dei legatione functus fuerat ad Ieroboam regẽ Iſrael, & eundem grauiter ac ſeuerè obiurgauerat, ac minitantem ſtupendo miraculo terruerat, iamq; repudiato omni potu ac cibo cæptum carpebat iter, cùm idem ab itinere reuocatus eſt, & à fallaci propheta deluſus, ſimplici animo cibum ſumpſiſſe? qui tamen mox idcirco ſoluti ieiunij pœnas dedit, quod per imprudentiã non conſideraſſet, doctrina magis quàm cibo impiorum eſſe abſtinendum. Erit igitur & hic pariter de Saulis edicto ſentiẽdum. Tametſi enim nequaquã, vt Ioſephus diuinabat, animi elatione, aut ſuperſtitione aliqua, vt calumniatur Vermilius: ſed religioſè potius illud ſciuerit: tamen multa illi in mentem venire debuerant, quæ cum illũ temere ac impetu animi præcipitem præteriſ- D ſent, præter æquum & rationẽ religione populum alligauit. Etenim populus ipſe iam fame & ſiti confectus fatiſcebat, & erat reliquus labor non modicus: curſus ad inſequendos hoſtes neceſſarius, armorum dura tractatio, cædendi mactandiq; operoſa cõtentio, ſudor deinde & puluis tãta fugientiũ ac terram proterentiũ multitudine collectus, vires plurimùm labefactabãt. Deniq; etiã hoc meminiſſe debuit, fieri nõ poſſe, vt in tanto numero plures non eſſent, qui præ corporis imbecillitate tam diuturnam inediam tolerare nõ poſſent: quos ſi quis neceſſario alimento priuaret, immanis potius quàm religioſus haberetur. Atqui nihil horum Saul curauit, aut vidit: ſed cùm nullius rationem habuiſſet, omnes pariter inextricabili anathematis vinculo conſtrinxit, quo nihil ſtultius aut

Multa piè cœpta perversè consummantur.
Temeritatis & imprudentia Saul damnatur.

imprudentius dici fingíve potuit, vt docet S. Ioann. Chryſoſtomus Homilia 14. ad Populum Antiochenum. Cuius etiam ſeutentiam cõfirmat ſanctus Theodoretus in buuc locum, quemadmodum & S. Gregorius: qui omnes temeritatis atque imprudentiæ regem ioſimulant. ad quos accedunt etiam Septuag. Interpretes, vt ſupra vidimus. Quorum omnium me veſtigiis inhærere æquum eſt, cùm ſim nulla patte cum his conferendus.

Explicatur S. Ambr. & oſtenditur idem factum in Scripturis diuerſa ratione laudari & vituperari.

Veruntamen, inquies, non tantum omni criminis ſuſpicione eum abſoluit S. Ambroſius, ſed etiam miris laudibus in cœlum tollit. Ne huius quidem autoritatem mihi contemnendam cenſeo, ſed facilè mens eius ſic explicari poteſt; vt zelũ tegis ac religionis ſtudium ipſe probarit, reliqui factum improbarint, quod multa inconſiderantia deprauarit. Quod ne cui mirum, aut etiam nouum videri queat, exemplum ex Scripturis proferam. Iacob, cùm duo filij eius Simeou & Leui captata clam ſe occaſione in Sichimitas irruiſſent, atque in ea vrbe cædibus & latrocinijs bacchati oppidum diripuiſſent, vehementer ira percitus, tum quidem quod geſtum erat ſua ſententia damnauit, at poſtea cùm moriturus reliquis filiis fauſta ac læta in poſterum precaretur, ambobus iſtis maledixit. Contrà verò Iudith, cùm eſſet ſapiens, & virtutum laude floreret, tanquam egregium facinus perpetraſſent, & Deo autore ac duce feciſſent, ſic illa apud eundem ſuo præconio celebrauit. *Domine*, inquit, cap. 9. *Deus patris mei Simeon, qui dediſti illi gladium in defenſionem alienigenarum, qui violatores extiterunt in coinquinatione ſua, & denudauerunt femur virginis in confuſionem: & dediſti mulieres eorum in prædam, & filias eorum in captiuitatem, & omnem prædam in diuiſionem ſeruis tuis, qui zelauerunt zelum tuum: ſubueni quæſo te Domine Deus meus mihi viduæ*, &c. Ad hunc modum Iudith. Ergóne auſa eſt, dicet aliquis, quod ille tanto antè tempore condemnauerat, approbare, & tanquam facta litis in integrum teſtitutione, non modò nouam, ſed etiam contrariam ſententiam ferre, de quo non præiudicium ſed planè iudicium factum eſſe conſtaret? Abſit, vt quiſqoam ita eſſe exiſtimet, aut pugnare inter ſe Scripturas opinetur. Sed diuerſa prorſus ratione horum alter idem factum vituperat, altera commendat. Quanquam ſi ſenſum verborum biſtoriámque diligentius examinemus, neuter hoc facinus maledicto inſectatus eſt: nec immeritò. Quid enim Sichimitæ non commeruerãt? Nobilis virgo iam qoidem matura thalamo, ſed quæ necdum virum experta erat, cùm iure hoſpitij ad viſendas mulieres regionis acceſſiſſet, inuita vi rapta eſt, ſibi, parentibus, fratribus, & per ſummam iniuriam delibato flore pudoris, totam familiam luctu ac dedecore deformauit. Quid hac contumelia fingi atrocius poteſt? quid iuſtius vindicari? Quod igitur ſcelerati homines digno ſupplicio affecti ſint, quod meritas pœnas dederint, Iacob accuſare iure non potuit: quare nec tota illa tatione, qua in eos inuehitur, vſquam facti iniquitatem exprobrat. Quid igitur illud eſt, quod in criminis

A loco eis obiicit? furorem atqoe indignationem, quibus ad vlciſcendam ſororis ignominiam præcipites acti ſunt. Erant namque illa, cum iuſtæ moderationis habenas excuſſiſſent, ab officio boui viri aliena. Quæ cùm Iudith in laude ponere ac glorioſiùs prędicare videtur, non fauorem ipſum, quem Iacob maledicto proſcindit, ſua prædicatione efferre credenda eſt, ſed plectendi criminis ſtudium, & cum paucis vincendi felicitatem: quod quia eſt cum virtute atque pietate coniunctum, nuſquam Iacob durius appellauit.

Vſque ad veſperam.] Nihil hoc pertinet ad ritum ieiunij, ſed quòd nocte appetẽte receptui canendum eſſet, eius temporis meminit.

Et *non manducauit vniuerſus populus panem.*]

Refellitur Vermilij calumnia.

B Ieiunium hoc, inqoit Vermilius, neque ſerium neque voluntarium erat, vt Deus iuſſerat. Populus verebatur edictum, & abſtinebat à cibo. Interim tamen populi modeſtiã laudat. Quare verò non etiam ieiunium? Quoniam illud nou à populi voluntate profectum erat, ſed metu Principis ſeruabatur. At ille primùm quidem Hebræis imponit, cùm negat ſponte inediam toleraſſe. Neque enim quiſquam Regis edicto interceſſit: ſed pari animo boſtes inſequuti ſunt, cùm incredibili quadam voluptate afficerentur ex inſperata victoria, & defectiouis ſuæ labem hoſtium ſanguine delere cupetent. Nam qoòd poſtea ob laboris magnitudinem nonnihil imperati ieiunij tæduerit, probabiliter quidem dici poteſt, probari tamen certò non poteſt. Deinde uon quiuis difficultatis ſen-

In laborioſis, cùm imperantur, non tam voluntatis ſtudiũ, quàm obedientia deſideratur.

C ſus, aut quælibet de labore conqueſtio, voluntaris demutationem arguit: ſed ea duntaxat quę præ impatientia opus refugit atque auerſatur. Quòd ſi quis legis reuerentiam labori atque moleſtiæ prætulerit, licet ille ea importunitate liberari quam primùm deſideret, nequaquam tamen operis merito fraudabitur. Neque enim voluntarij ratio in eo conſiſtit, vt nullam in agendo difficultatem experiamur, aut teſtemur: ſed, vt quod ſemel placuerit, conſtanter exequamur. Sed & illud prætereanotandum eſt, circa hæc, quæ ab alio præcipiũtur, vt ipſa operis executio voluntaria cenſeatur, uon tam requiri, vt quod præceptum eſt lubentes amplectamur, quàm vt ei qui præcipit etiam contra voluntatis noſtræ ſentẽtiam parere ſtatuamus.

D Denique in his quæ labore conſtant, & nõ ſine graui moleſtia tolerantur, cùm à Deo vel homine impoſita fuerint, non tam voluntatis votum quàm voluntaria patientia requiritur. Poſtremò ſi ieiunium iſtud idcirco minus Vermilio probatur, quòd à Rege præſcriptum ſit, non arbitrio populi ſuſceptum, igitur vel hoc vno nomine Ionas iure ſuccenſuerit, quòd Deus par olim Niniuitarum ieiunium gratum acceptúmque babuerit, irámqoe remiſerit. Nam quod illud ſimili modo indictum fuerit, Scripturarum teſtimonio probare poſſumus. Sic enim illæ teferunt Ionæ cap. 3. *Et clamauit, & dixit in Niniue ex ore Regis & Principum eius dicens: Homines, & iumenta, & boues, & pecora non guſtent quicqoam: nec paſcantur, & aquam non bibant*, &c. Audis, Vermili, ieiunium quod Rex

præcepit, non populus elegit? Et tamen Deo placuiſſe certum eſt, quem ſic placauit, vt ſupplicium & animaduerſionem qua in eos vſurus erat, condonaret. Quomodo igitur non temerè cenſeas eam abſtinentiam neque ſeriam neque voluntariam extitiſſe, nec qualem Deus poſtulat, cùm eius merito diuina ira mitigetur & quieſcat?

VERSVS 25.

Omnéque terræ vulgus venit in ſaltum, in quo erat mel ſuper faciem agri.

Varia tranſlationes. PAGNINVS: *Et omnis populus terræ* (Arias *& omnis terra*) *venerunt in ſiluam; eratque mel in ſuperficie* (Arias, *ſuper facies*) *agri.* Paraphr. Chald. *Et omnes incolæ terræ intrauerunt in ſiluam, & fuit mel ſuper facies agri.* Miles prius ex acie fugerat, nunc quilibet hoſtem à tergo premit. Septuag. Edition. Complut. & Reg. Καὶ πᾶσα ἡ γῆ ἦλθεν εἰς δρυμόν. καὶ ὁ δρυμὸς ἦν μελισσῶνος κατὰ πρόσωπον τοῦ ἀγροῦ. *Et omnis terra venit in ſaltum: & ſaltus erat apiarij ſuper faciem agri.* Aldina editio. Καὶ πᾶσα ἡ γῆ ἠρίστα. καὶ ἰδοὺ δρυμὸς ἦν μελισσῶνος κατὰ, &c. Roma. Et Antuerp. Laurentij, *Et vniuerſa terra prandebat. Et Iaal ſilua erat apiarij ad faciem agri.* Vnde huc irrepſerit illud *prandebat* me fugit: tametſi enim ampliſſima eſt ſignificatio verbi בוא *bo*, ſiue בָּא *ba*, quod *venit* ſignificat, non memini tamen vllo loco io ea ſignificatione vſurpari. Hîc verò etiam hiſtoriæ ſeries repugnat. Nam prius quidem narrat ieiunium à Rege indictum fuiſſe, & populum ab omni eſca abſtinuiſſe: ſic enim לֶחֶם *lehem* Vatablus interpretatur more Iudæorum: ſubinde verò etiam mel obuium non attigiſſe confirmat, edicti formidine. Quid verò tam abſurdum fingi poteſt, quàm quod hic legitur, *Et non guſtauit populus panem, & omnis terra prandebat*? Hoc verò etiam vno eodemque verſiculo concludit Antuerp. Laurent. editio. Ad rem veniamus.

Saltus. *In ſaltum.* Saltus locus eſt incultus propter ſiluas, inquit Varro, aut id genus, vbi pecus paſci poſſit. De ſaltu ad hunc modum ſcribit

Feſtus. Feſtus: Saltum Caius Ælius lib. 2. Significationum, quæ ad Ius Ciuile pertinent, ita definit, Saltus eſt vbi ſilua & paſtiones ſunt, quarum cauſa caſæ quoque: ſi qua particula in eo ſaltu paſtorum, aut cuſtodum cauſa aratur, ea res non peremit nomen ſaltus, nō magis quàm fundi, qui eſt in agro culto, & eius cauſa habet ædificium, ſi qua particula in eo habet ſiluam.

Cæſar. Cæſar 6. Belli Gallici. Atque ille latebris, aut ſiluis, aut ſaltibus ſe eriperet, & noctu occultaret. Vide plura de hac voce apud Vallam Elegant. lib. 5. cap. 106. & lib. 4. cap. 57. dicuntur & ſaltus venatibus apti Ouidio Epiſt. 5.

In quo erat mel ſuper faciem agri. Igitur ad literam dederat illis Deus *terram lacte ac melle manantem.* Et erat mel illud cuique expoſitum, ſiue vt aiunt primi occupantis, vt pote quod

Iuſtinianus Imp. nullius iuris eſſet præ cæteris; ſicut docet Iuſtinianus, *Inſtit lib. 2. tit. 1. De Rerum diuiſion.*

A Apium, inquit, fera natura eſt. Itaque apes, quæ in arbore tua conſederint, à te alueo includantur, non magis tuæ intelliguntur eſſe, quàm volucres, quæ in arbore tua nidum fecerint. Ideóque ſi alius eas incluſerit: is earum dominus erit. Fauos quoque ſi quos effecerint, eximere quilibet poteſt. Planè integra re, ſi præuideris ingredientem fundum tuum, poteris eom iure prohibere ne ingrediatur. Examen quoque quod ex alueo tuo euolauerit, euſque intelligitur eſſe tuum, donec in conſpectu tuo eſt, nec difficilis perſequutio eius, alioquin occupantis fit. Hactenus Imperat. Ergo potuerunt Hebræi eo melle liberè vti, ni lex abſtinentiæ vetaret. Porrò venit hoc ex aëre ſi Plinio credimus lib. 11. cap. 12. & maxi- *Apum fera natura eſt.* *Mellis origo* *Plinius.*

B mè ſiderum exortu, præcipuéque ipſo Syrio explendeſcente fit, nec omnino prius Vergiliarum exortu, ſublucanis temporibus. Itaque cum prima aurora folia arborum melle roſcida inueniuntur. Ac ſi qui matutino ſub dio fuere, vnctas liquore veſtes, capillúmque concretum ſentiunt. Sed ſiue ille eſt cæli ſudor, ſiue quædam ſiderum ſaliua, ſiue purgantis ſe aëris ſuccus, certè non abſque apum labore atque induſtria colligitur. Sunt tamen qui ſentiant non aliunde mel gigni, quàm ex eo vapore, ex quo ros conficitur, ſi cum eo ſubtiles quædam terræ particulæ commiſceantur, & humidum aqueum non nimis diſſoluatur. Inde enim naſcitur ſuccus quidam prædulcis, qui herbis, foliis, & floſculis primùm adhæreſcens, deinde

C hauſtus ab apibus, & in vtriculos congeſtus, adhæc florum ſucco permixtus, & in alueis maceratus atque elaboratus, mellis ſibi nomen & gratiam vendicat. Nam quod apes mel ipſæ nō conficiant, ſed aliunde collectum importent, duplici argumento Ariſtoteles concludit. Nā primùm vno aut altero die cellas melle repletas inueniunt apiarij. Item, Autumno mel ſibi detractum non reparant, cùm tamen illo etiam tempore flores ſuppetant: quod facturæ videntur, vel ab ipſa egeſtate coactæ, ſi mel è floribus ipſæ conficerent. Illud verò cum primis admiratione dignum eſt, quod Eudoxus Cnidius apud Apollonium refert, In Africa quandam gentem eſſe, quæ ſupra Syrtes & Carthaginem incolat, Gyzanterea vocatur, quæ hanc *Homines quidā mellis opifices.*

D exerceat artem, vt flores iſtis in locis colligat, melque ea copia, & qualitate ex iis conficiat, vt apum æquet mellificium. Narrat item Philoſtratus Apollonij vitæ lib. 2. cap. 3. Indos mel legere in palmis, quo etiam veſcuntur. Herodotus lib. 4. de Zygantibus agens, Ibi, inquit, magnam vim mellis apes conficiont, ſed multò plus opifices viri facere dicuntur. Et item lib. 7. meminit vrbis Callatibum in Lydia, in qua ſunt opifices mellis è myrica & tritico conficiendi. *Philoſtrat.* *Herodotus*

Iam verò quale fuerit hoc ſilueſtre mel quo populus abſtinuit, Baptiſta autem in deſerto paſtus eſt, aut quo ſapore præditum, non ſatis conſtat. Plinius triplex diſtinguit mellis genus lib. 11. cap. 14. & 16. Vernum, quod etiam anthiuum dicitur: æſtiuum, quod item ὡραῖον & ſylueſtre ſiue ericæum ab erica frutice, quam *Plinius.* *Triplex mellis genus.*

IN QVO ERAT MEL SVPER, &c.

Mel ſilueſtre

A & giſarum nominant, folia habens tamarici ſimilia: quod poſt primos Autumni imbres conuehitur, cùm erice ſola floret in ſiluis. Et priora quidem genera celebrantur: at poſtremum hoc ſilueſtrem & minimè gratum ſaporem refert. Quanquam nec vllum genus mellis ſatis per ſe dulce eſſe nonnulli ex effectis coniiciunt. Etenim omnium conſenſu, vt ait Iulian. Apoſtat. Epiſt. ad Sarapionem, bilem procreat, & humores in contrarium ſaporem conuertit: quæ res magis ipſum natura amarum eſſe demonſtrat. Nunquam enim in amarum mutaretur, niſi id illi fuiſſet ab initio, & quo in diuerſum commigrauit. Propterea igitur Homerus mel flauum vocat, veritus ne imprudens dulce id appellet. Et Hippocrates ait mel dulce ſenſu, odore amarum eſſe. Verùm hæc Medicis examinanda relinquimus: Tantum quod ad illud ſilueſtre attinet, oculos intendamus. Ebionæi igitur cum Euangelio quodam ſecũdum Matthæum vterentur imperfecto illo atque corrupto, mel illud quo Ioannes alebatur in eremo ad hunc modum interpretati ſunt: *Et cibus eius mel ſilueſtre, cuius ſapor erat ipſius mannæ, velut encris, hoc eſt aquoſa dulcedo in oleo.* Verùm hanc lectionem ita confutat S. Epiphanius aduerſus Ebionæos hæreſ. 30. vt exprobret Euangelij veritatem ab illis mendacio eſſe infectam: ſiquidem pro *acridis*, id eſt locuſtæ voce, *encrida* cõmutarunt, vt melli aquoſam olei dulcedinem tribuerent. Nos ita cum S. Epiphanio legimus ἡ δὲ τροφὴ αὐτοῦ ἦν ἀκρίδες καὶ μέλι ἄγριον, *Eſca autem eius erat locuſtæ & mel ſilueſtre.* apud Matth. cap. 3. Et S. Iſidorus Peluſiota mel illud non modo carere dulcedine aſſerit, ſed etiam amariſſimum eſſe. lib. 1. Epiſtol. 5. & 132. eiuſdem lib. Non enim eſt, inquit, herba mel ſilueſtre, (quod nonnulli tum affirmabant) ſed mel mõtanum, quod ab agreſtibus apibus conficitur, ſumméque amarum eſt, & guſtatui omni infeſtum atque inimicum.] Huius mellis non modicam copiam etiam nunc in Arabia inueniri docet Bernardus Rauvvolfius parte ſecunda Nauigationis, quod vt quiſquam eſſe poſſit, butyro opus eſſe docet, cibumque eſſe pertenuem. Nec tamen arbitror quodlibet mel ſilueſtre amarum eſſe: ſæpe enim contrarium in ſiluis experti ſumus: ſed illud duntaxat quod ex amaro frutice & floribus colligitur, vti in Sardinia vſu venit: quo loco apes melleum rorem ex abſynthio ſugunt. Quibus autem regionibus flores grato ſapore etiam deſerta occupant, ibi quoque mel dulciſſimum naſci non aliter quàm in alueis domeſticis, æſtiuo præſertim ac verno tempore certum eſt: quale fuiſſe illud autumo, quod in ſumma virgula Ionathas delibauit: alioquin enim non ægrè tuliſſet eiuſdem eſu populo fuiſſe interdictum.

Iulian. *Mel negatur eſſe dulce.* S Epiphan. *Mel ſilueſtre amarum.* S. Iſidorus. Peluſ. Bernard. Rau.

VERSVS 26.

Ingreſſúſque eſt itaque populus ſaltum, & apparuit fluens mel, nullúſque applicuit manum ad os ſuum. Timebat enim populus iuramentum.

SILVAM habet pro *ſaltu* Pagninus. *decurrebat mel.* Arias, *& ecce ambulatio mellis.* Vatablus, *fluxus mellis. Reuerebatur populus iuramentum ſine execrationem* Vatabl. *Fluxum* quoque *mellis* habet Paraph. Chald. *In ſaltum.* Græci εἰς τὸ μελισσῶνα *in apiarium. Iuramentum Domini*
B legunt Septuag. *fluens mel.* καὶ ἰδοὺ διεπορεύετο μέλι *Et ecce fluebat mel.* Hæc Complut. & Reg. Aldina verò καὶ ἰδοὺ ἐπορεύετο λαλῶν: quæ Romana & Antuerp. Laurent. ſic interpretantur, *& ibat dicens.* Fortaſſis quiſque proximum quemque iuramenti admonuit, ne mel attingeret.

Fluens mel. Cælius Rhodig. lect. Antiq. lib. 23. cap. 35. In Cappadocia, inquit, obſeruatum prioribus eſt, ſine vllis fauis confici ab apibus mella. Feruntur verò ea craſſitudine, qua oleũ. Apud Trapezuntem in Ponto defluere ex buxo eadem accepimus, odore grauia, & quæ bene valentes ἐκφρονας faciant, ac amentiam concinnent. In Media item ab arboribus mella
C ſtillare, ſicuti cecinit Euripides in Bacchis. Apud Citheronem dulces à ramis guttas manare: verùm & in Thracia mel item arboreum ſuppetere proditum ſcio. Sicuti in Micono apes haberi nullas, & ſi inferantur, emori. Arbores item melliſluas Hyrcaniæ, in pagis qui Fortunati dicantur, celebrat hiſtoria. Verùm & Diodoro beſtiola eſt volucris ἀνθρηδὼν nomine, eodem tractu, ape minor, nec multò tamen: in ſaxorum aut arborum cauitatibus fauos conſtruit, ac melli ſuccum concinnat perſimilem.

Cæl Rhod. *Mel fluens.* Diodor. Sicul. l. 17.

Fluens mel. In omni melle, inquit Plinius, quod per ſe fluxit, vt muſtum oleúmque, appellatúrque acœton ἄκοιτον, quod ſine retrimento ſit ſedimẽtóve: maximè laudabile eſt. Quod concreſcit autem, hoc minimè laudatur. Thymoſum non coit, & tactu pertenuia fila mittit,
D quod primum grauitatis argumentum eſt. Abrumpi ſtatim & reſilire guttas vilitatis indicium habetur. Hæc Plinius. Miror itaque quî fiat, vt cum antiquis olei quidem ſupremam partẽ, vini autem mediam, mellis verò infimam laudemus, quum ſit pars illa mellis concretior, ſupera liquidior ac defæcatior.

Plin. l. 11. 15.

Et ecce, vel *apparuit.* Tentationis occaſio ad probandam obedientiam, & augendum abſtinentiæ meritum comparata. *Mel* Hebraicè דבש *debaſch.* Metaphoricẽs autem ſumitur, vt notat Fungerus in Etymologico Trilingui, pro omni dape dulci, pro cibo ſapido & dapſili. Cognationem habet cum טפש *tapaſch*, adipoſus fuit. Hinc daps, δαψιλής, dapſilis, largus, δαψίλεια largitas, liberalitas. Nam dapes ſunt magnifici & opipari apparatus, melle conditi ſeu dulcorati. Hactenus Fung.

IN QVO ERAT MALSVPER FACIEM, &c.

Timebat enim populus iuramentum. Clearehum A dicere ſolitum aiunt, Imperatorem hoſte ipſo formidoloſiorem militi eſſe oportere: neque enim aliter aut vigilias obiturum, aut amicis temperanter vſurum, aut abſque tergiuerſatione in hoſtem iturum. Fuit ille dux Græcorum qui cum Cyro Minore militauerant. *Timebat* igitur *populus iuramentum* Regis. Iuramentum enim, vt docet Apoſtolus ad Hebræos 6. *ad cõfirmationem ordinatur.* Quoniam enim vacillat humana fides, & incerta pendet ſpes promiſſorum ob humani ingenij leuitatẽ, idcirco Deus teſtis adhibetur, vt & tutò præteritis atque preſentibus credere poſſimus, & futura abſque angore & ſollicitudine expectare. Itaque ad humanos actus ſpectat iuramentum. Nam quę ratione inueſtigari poſſunt, iuramento non indi- B gent: ſicut neque quæ naturali neceſſitate proditura ſunt: ſed quæ pendent aut à fide, aut cõſtantia mobilitatis noſtræ. Quoniam igitur flecti potuit miſericordia, aut victoriæ lenocinio deliniri, aut vtilitate aliqua diſſuaderi, aut propinquitatis vinculis impediri, ne minas compleret: & id ſibi quiſque polliceri potuit, ac proinde etiam imperium minus revereri: eapropter fulmẽ interminationis ſuæ inuiolabili ſacramento confirmat. Quod etiam noſtris tẽporibus piè æmulatus eſt Henricus Quartus Francorum Rex, cùm ſingularia certamina procul amandaret, Deum Omnipotentem cõteſtans ſe nulli parciturum qui edictum violaſſet. Quod ſanè ad horam noſtrorum hominum inſaniam compeſcuit: donec mox iterum eius C miſerando caſu tanquam auulſis repagulis, idem furor recrudeſcere & in dies debacchari cœpit ferocius. Sed denuò ſaluberrima ſeueritatis remedia Ludouicus decimus tertius, quẽ Deus nobis ſeruet incolumẽ, maturè adhibuit.

Xenophõ. lib. 12. Exped. Cyri Min.

Miles imperatorem timeat.

Iuramentum humanæ leuitatis & inconſtantiæ remedium eſt.

Cæterum non video quã ob cauſam id genus iuramenti quiſquã meritò accuſet. Cuius enim potius autoritate ſuum decretum firmaret, quàm illius, à quo poteſtatẽ accepit? Sex quædam autem iuramentum præſtat, quæ ad religionem in primis attinent. Nam primò Deum ſuperiorem agnoſcit. Apoſtolus enim ad Hebræos ſexto ait, quod *homines per maiorem ſui iurant.* Deinde eundem veracem, & conſtanti fide præditum profitetur, à qua deficere nõ poſſit. Tertiò etiam rerum omnium ſcientem, & arcanorum conſcium, & quem nihil lateat aſſeuerat: quod ad diuinæ Maieſtatis commen- D dationem confert. Quartò humanæ fidei vindicem, & veritatis inter homines patronum & aſſertorem commendat: qua laude nulla maior ab homine poteſt expectari. Denique dilectionem & amorem in Deum commendat. Addi etiam poſtremò poſſet debitum honorem exhibere Deo. Dicit enim S. Hieronym. ſuper Matthæi cap. 5. quòd qui iurat, aut veneratur, aut diligit eum, per quem iurat. Et Philoſophus quoque in 1. Metaphyſ. c. 3. quod iuramentum eſt honorabiliſſimum quod religionis eſt; vt docet S. Thomas 2. 2. quæſt. 89. art. 4.

Iuramẽtum quid præſtet.

S Hieron. Ariſtoteles. S Thomas.

VERSVS 27.

Porrò Ionathas non audierat cùm adiuraret pater eius populum: extendítque ſummitatem virgæ, quam habebat in manu, & intinxit in fauum mellis: & conuertit manum ſuam ad os ſuum, & illuminati ſunt oculi eius.

NIHIL magni momenti notari poteſt in tranſlationibus. Vatablus dũtaxat vertit, *& clariores redditi ſunt oculi eius. Virgam, ſceptrum* B Græci, *Extenſionem* Arias: quicquid eiuſmodi habere potuit in manibus. *Fauum, nidum mellis* vocat Paraphr. Chald.

Ionathas non audierat. Factum Ionathæ duplici nomine, inquit Vermilius, poteſt excuſari: Primùm quia neceſſitate naturæ impellebatur: Lex autem naturæ aliis eſt omnibus decretis & legibus præferenda: Deinde quia patris edictum ignorabat. Ignoratio autem duplex eſt, vt vulgò loqui ſolent, Iuris, & Facti. Non ignorauit Ionathas factum ſuum, ſed iuſſum patris. Quanquam ius etiam eſt duplex: alterum commune: quod neminem neſcire oportet: alterum extraordinarium, & ad tempus edictum, quod niſi denuntiatum ſciri ab omnibus non poteſt. Itaque ſcribitur in Authenticis, quædam de- C creta ante certum tempus vim ſuam non obtinere. quare hoc edictum Saulis tenere non potuit Ionatham. Ignoratio autem communis iuris etſi nõ excuſat in totum, tamen facit peccatum videri leuius. Itaque Petrus ait in Actis, *Scio fratres, vos iſta per ignorantiam feciſſe.* Et Paulus, *Ignouit mihi Dominus, quia ignorans feci.* Non quòd ea ignorantia prorſus excuſaret culpam, ſed quòd non eſſet peccatum in Spiritum ſanctum, quo agnita veritas malitioſè impugnatur. Hactenus Vermilius.

Vermilius. Ionathas excuſatur.

Ignoratio duplex.

Ius duplex.

Cùm adiuraret pater eius populum. Prius quidem Regis edictum execrationem vocauerat: deinde iuſiurandum nominauit: poſtremò hoc loco adiurationem appellat. Enimuerò illa lex his tanquam tribus anchoris, execratione, iuramento, atque obteſtatione diuini nominis mox peritura firmabatur. De prioribus iam ſu- D pra dictum eſt: nunc de adiuratione dicendum erit.

Adiurare quid ſit, & quam vim illud habeat.

ANIMADVERTE in primis *adiurare*, non perinde eſſe atque aliquem ad iurandum prouocare; quemadmodum ſcilicet olim Saül Dauidem interpellauit, cap. 24. *Iura mihi*, inquit, *in Domino quòd non deleas ſemen meum poſt me.* Et cap. 30. puer Ægyptius, *Iura mihi per Deum quòd non occidas me*: ſed eſſe, inſtar illius vinculi, quod quis iureiurando induit, alium

douium hirundinibus, ſic mel Ionathæ viſum reſtituiſſe credendum eſt? Sed quomodo ſi cæcus erat, tantam ſtragem edidit? Tametſi reperiũtur cæci qui olim in aciem prodierint. Nam & Ioannes Boemus rex, & Ziſkas, nonnullíque alij ad pugnam deſcendiſſe feruntur. Andabatas autẽ clauſis oculis olim pugnaſſe hiſtoriæ produnt. Veruntamen, quod ſpectat ad Ionatham, nulla prius cæcitatis mentio facta eſt. Eo minuerò eundem oculis captum non fuiſſe, neque viſum recepiſſe, plura ea ipſo textu argumenta demonſtrant. Primùm enim quomodo per ſaltum ingredi potuiſſet, & hoſtem inſequi? Deinde quî potuiſſet, cùm cædes facienda eſſet, hoſtẽ à ciue dignoſcere? Præterea *apparuit fluens mel*, inquit Scriptura: at ſi cæcus fuiſſet, quî potuiſſet illud aduertere, aut in fauum ſcipionẽ, quem tum fortè manu gerebat, tam certò demergere? Adhæc non videtur illuminationem qualiſcunque cæcitatis ſuæ, melli tribuere, potius quàm alteri cuilibet cibo, ait enim: *Quanto magis ſi populus guſtaſſet de præda inimicorum ſuorum quàm reperit.* Quintò, dicitur is populus, qui tum aderat, eius illuminationis ſenſum aliquẽ percepiſſe. Id verò beneficium cùm oculis cõfertur, ab eo quidem qui recipit, citò deprehenditur, alios verò ea mutatio vt plurimùm latet, niſi quod fortè vitium albugo aut ſquamæ externis organi partibus adhæſerit: quod cùm eluitur manifeſtè patet. Sextò, non oculis, ſed ori mel ipſum admouit. Septimò, populi vicem dolere videtur, quem pater ſimili beneficio intempeſtiua illa lege priuauerat. Atqui veriſimile non eſt, Saülem, cùm delectum haberet, cæcos milites conſcripſiſſe. Octauò, etiam ea effectu probari poteſt, quem futurum fuiſſe ratiocinatur, niſi paterna lex obſtitiſſet. Quem tandem? vt plures ex Philiſthęis cæderentur. At oculis, quamlibet acie valeant, nemini vita eripitur, niſi fortè de genere baſiliſcorum fuiſſe credimus, quos ferunt oculis intermere. Nonò, etiam ratione probatur, qua populum excuſat, quòd hoſtem acrius inſequi non valeat. quid enim ait? *Defecerat*, inquit, *populus.* Ventri igitur, non oculis, Ionathas queritur remedium denegari, & totius corporis vires refici, non oculis lumen accendi deſiderat. Poſtremò, cùm Ionathas ob mellis hauſtum in ſummum vitæ periculum incidiſſet, negaret populus quemquam damnari oportere, cuius actum Deus miraculo comprobaſſet. at ne huius quidem populus meminit, cùm ob partam victoriam eidem indulgendum cenſeret. His omnibus in eam ſententiam adducor, vt credam eum minimè cæcum fuiſſe: quod ſi cæcus non fuerat, ne illuminari quidem potuit.

Non fuit cæcus Ionathas.

Verùm non vno genere oculi in Scripturis aperiri, colluſtrariue dicuntur. Nam Tobiæ quidem, quem calida hirundinum ſtercora cæcauerant, detracta albugine Dei beneficio oculi aperti ſunt, & cœli conſpectu recreatus eſt. At primis parentibus noſtris, cùm nulla prius eos caligo obſcuraſſet, ſed limpidiſſimo lumine fruerentur, violata abſtinentiæ lege Satanæ maleficio oculi aperti ſunt, ſeque nudos erubuerunt: quod vtique à priore illa illumina-

A tionis ſpecie longè diuerſum eſt, & admiſſi ſceleris conſcientiã cum rubore coniunctam potius, quàm lucis aliquod incrementum ſignificat. Hac igitur etiam ratione credideram Ionathæ oculos dici poſſe fuiſſe illuminatos, quoniam etſi cùm mel in ſumma cuſpide libaret, patris edictum ignorabat, attamen eueſtigio latæ legis admonitus eſt, continuóque indoluit. Arbitrabar etiam more Scripturarum coniunctionem copulatiuam &, à qua ſequens verſus incipit, iſtic cauſatiuæ vim habere, & ὕστερον πρότερον eius illuminationis cauſam reddi, eam ſcilicet, quòd patris horrendam execrationem audiſſet: ſed obſtat quod mox ſubiicit: ampliorem futuram fuiſſe victoriam, ſi per patris edictum reliquos pariter illuminari

B licuiſſet. Tandem igitur certum eſt, neutro horum modorum Ionatham illuſtratum fuiſſe. Quo ergo modo?

Quomodo intelligendum ſit illuminatos fuiſſe oculos Ionathæ.

Vermilivs ſic explicat: Ionathas erat excæcatus quodammodo inedia. Itaque poſtquam aliquid comediſſet, recepit lumen. Qui confecti ſunt fame, inepti redduntur ad res gerendas. Animus enim exercet vires ſuas per inſtrumenta corporis. ea autem mouentur ſpiritu. At ſpiritus vt affligitur, & debilitatur inedia, ita cibis reficitur. Quod hîc ſcribitur de oculis Ionathæ, idem intelligendum eſt de toto corpore. *Panis*, inquit Dauid, *cõfirmat cor hominis*,

Vermilij interpretatio.

C hoc eſt omnes partes corporis. Hęc Vermilius.

At Merſenus noſter, qui nunc egregium molitur opus in Geneſim, & quem mihi, cùm eiuſdem Regulæ profeſſio, tum ſtudiorum ſocietas, morum candor, & præcellẽs ingenium plurimùm commendarunt: cùm à me, quid de hac illuminatione ſentiret, interrogatus eſſet, haud dubium eſt, inquit, quin labor improbus, & immodicæ vigiliæ oculorum aciem perſtringant. de labore patet ex Ariſt. ſect. 31. Problem. q. 14. De vigilia hi feruntur verſus,

Allia, vina, venus, puluis, ventus, faba, fumus,
Iſta nocent oculis, ſed vigilare magis.

De flatu ſect. 5. Problem. quæſt. 35. De fumo ſect. 31. Problem. quæſt. 22. hæc enim aut perturbant aut repercutiunt, aut diſſoluũt, aut fuſ-

Ariſtoteles

D cant, aut diſgregant, aut hebetant, aut obſcurant, aut conſumunt, aut corrumpunt oculorũ humorem. At verò hæc eſt natura mellis, præcipuè æſtiui, quod ideo vocatur horæum, teſte Plinio l. 12. c. 14. hiſt. Nat. mel ὡραῖον, vt oculis & vlceribus commodè medeatur: quod & de quolibet melle ſub exortum ſideris cuiuſcunque nobilis, aut cæleſtis arcus, ſi non imber ſequatur, ſed ros tepeſcat, ab eodẽ aſſeritur. Solis radiis, inquit eodem loco, medicamenta, non mella, gignũtur, oculis, hulceribus, interniſque viſceribus dona cæleſtia. Quod ſi ſeruetur hoc ſirio exoriente, caſúque congruat in eundem diem, vt ſæpe, Veneris, aut Iouis, Mercuriive exortus, nõ alia ſuauitas, viſque mortalium malis à morte vocandis, quàm diuini nectaris, fiat. Hactenus Plinius. Vtique tanta mel virtute pollet, vt multa ex alexipharmacis & amuletis

Mellis vis medica.
Plinius.

Oribaſius.

ex eo conficiantur, qoalia ſunt ὀξύγλυκυ, ὑδρόμελι, ὀμφακόμελι, μελίκρατον, in quibus μελίκρατον priocipem locum obtinet. Oribaſius verò inter ea quæ ſuperfluum homorem ex oculis eliciunt, lib. 2. cap. 31. mel nomerat. & lib. 3. in collyriis ad ſuffuſiones oculorúmque claritatem mel Atticum. Iam omitto mel ἀνθινὸν, ἐαρινόν, δροσόμελι & ἀερόμελι, Mannam Galenus ita vocat, & multa alia, de quibus multa dici poſſent: de quibus multa dici poſſent: de quibus Plioius, Ariſtoteles, Matthiolus coniuli poſſunt; addo vnicum Dioſcoridem lib. 2. cap. 75. qui mel oculorum caliginem diſcutere confirmat. In hoc autem omnes medici conueniunt, quòd mel abſtergendi vim habeat. Ratio verò cur mihi conueniens & aptum oculis videatur, hæc eſt: quòd cùm oculi corpus diaphanum & maximè aereum poſtulent, quod illis pro medio ſit ad ſpectandum, mel aotem, quemadmodum & ros, natura aerea prædita ſint, vt pote de genere Meteororum, conſequens eſt, vt generaliter & ſuapte natura oculis proſit. Verùm idcirco hæc omoia ſilentio prætermittenda cenſeo, quòd ad diſſoluendam quæſtionem videri poſſint parum conferre. Nam quod Ionathas non caruerit prorſus lumine oculorum, ſatis, vt opinor, compertum eſt. Attamen cùm non parum defatigatus eſſet, ob laborioſiſſimum diuturnúmque certamen, deficiebat animo; & cùm ad illud quoque inedia accederet, oculis caligo & tenebræ ſuffundebantur: ſed delibato melle recreatus eſt, & diſcuſſa obſcuratione viſum recepiſſe viſus eſt. Hactenus P. Merſenus. Hoc ſentire videtur, non aliam fuiſſe illam cæcitatem, quàm languorem oculorum nimia defatigatione conniuentium, penè ad eundem modum, quo fieri ſolet, ſi quando præter conſuetudinem vigilamus, aut famem toleramus: reſpiraſſe autem deguſtato modico melle, ita vt nouam alacritatem oculis præ ſe ferret. quod alus pariter coonceſſum iri affirmat Ionathas, ſi pariter aliquid cibi ſumpſiſſent, ita vt grauior plaga hoſtibus infligi potuiſſet: quod dolet edicto patris fuiſſe prohibitum.

P. Merſeni ſententia de cæcitate Ionathæ.

Hanc chariſſimi capitis ſententiam ego quoque libens amplector. Confirmat eam Pſalmographi autoritas, cum ait Pſal. 82. ver. 10. *Oculi mei languerunt præ inopia.* Nam videtur quod quærimus de ſeipſo interpretari, quòd tanta fuerit cibi penuria atque egeſtate confectus, vt oculi eius languerent, atque deficerent. Quod admodum loquendi attinet, arbitror parœmialem eſſe: oec tantùm ſinecdochicòs partem pro toto poni, id eſt, oculom pro toto poni, id eſt, oculũ pro toto corpore, ſed etiam ſuſpicor tale aliquod prouerbiũ tum in vſu apud Iudęos fuiſſe, vt cùm hominẽ reparatis viribus emergentem atque effloreſcentem ſignificare vellent, oculis illuminatum dicerent. *Lucernam* ſępius in Euangelio hominem virtute præditum Chriſtus vocauit. Huius autem extingui eſt, aot etiam accendi. Et quidem Ioann. Baptiſta, cùm ab Euangeliſta cognomine ſuo Lucerna dictus eſſet, cap. 5. Euang. ſui, *Lucere atque ardere* ab eodem prædicatur. At contra inſipientium virgi-

Illuminari oculos videtur apud Hebræos in Prouerbio fuiſſe.

A num Lampades extinguebãtur. Matthęi 5. *Non accendunt*, inquit Chriſtus, *Lucernam, vt eam ſub modio recondant.* Quæ ſit autem lucerna corporis noſtri idem Dominus apertè declarat, cap. 6. cùm ait: *Lucerna corporis tui eſt oculus tuus.* Apud antiquiores etiam Locernã ſæpius pro cuiuſque ſtatu poſitã inuenio. Prouerb. 13. *Lucerna impiorum extinguetur.* Dauid contrà iuſti cauſam agens, Pſal. 17. *Quoniã tu illuminas*, inquit, *Lucernam meam Domine.* Non ſemel etiã Lucerna Dauidi promittitur, quę Ieroſolymis perpetuò locetur. 4. Reg. 8. 2. Paral. 21. Secũdi autem Reg. c. 14. Sapiens illa Thecuitis qoæ regem exorauit, vt ſceleratum filium ab exilio reuocaret, ſpem poſteritatis, vnicam ſuam ſobolem, ſcintillam vocat. Ex his omnibus hoc tandem coniicio, B qoòd quemadmodum eius qui peſſum iret, extingui lucerna communi prouerbio dicebatur: ita & eius qui poſt lapſum vires repararet, aut graui aliquo dolore, ærumna, labore, defatigatione leuaretur, oculi aperiri illuſtrarique dicerẽtur. Quæ mea cõiectura ſi cui fortè diſplicet, per me licet aliorũ interpretatiooes ſequatur.

De Melle Plinius l. 11. c. 14. & 16. Ariſt. l. 5. de Hiſt. Animal. c. 19. Apud Matthiolum iouenies quo loco Dioſcoridem notauimus. His addam paoca ex Atheneo l. 2. Deipnoſoph. c. 7. Narrat Democritum Abderiten, cùm ob tędium ſenectutis inedia ſibi mortem conſciſcere decreuiſſet, inſtantibus feſtis diebus Theſmophoriis ro- C gatum fuiſſe à mulieribus domeſticis, ne per id tempus celebritatis moreretur, annuentem iuſſiſſe vas mellis ſibi propius admoueri, cuius odore atque halitu in multos dies vitam protogarit, aſportato mox interiiſſe. Idem autẽ percunctanti, qua ratione ſaous vitam degeret, reſponderat: ſi corporis interiora melle rigaret, exteriora oleo. Pythagoricorum nutrimentum panẽ cum melle fuiſſe Ariſtoxenus ſcribit, addirqoe, morbum ounquam ſenſuros, qui pranſuri quotidie eo cibo veſcantur. Lycus ſcripſit ideo longæuos eſſe Corſos, (habitant ij vicinã inſulam Sardiniæ) quòd melle apud eos abundantiſſimo nunqoam non vtantur. Hæc Athenæus. Addam iterum & aliud ex Xenophonte, vt qui allegoriis & myſticis ſenſibus inueſtigãdis delectantor, paratam ſibi materiam inue- D niant. Xenopbon igitur l. 4. Expedit. Cyri Minor. Poſtquam, inquit, Græci eo monte, qui acceſſum probibebant, Colchos depuliſſent, in pagos deſcenderunt commeatu refertiſſimos: vbi vſitata quidem cætera, ſed quod miraculo fuit, apum fuerunt multa aluearia, fauis refertiſſima: ex iis quicunque ediſſent, ſtatim mente commouebantur, iidémqoe & vomebant, & excernebãt, neque ſtare quiſquam omnino poterat. Ac qui minus ederant, temulentis ſimillimi reddebantur: qui plus aliquãto, furentibus: multi etiam moribundis. Tam multi autẽ iacebant, vt ab hoſtibus fuſi viderentur: quæ res effecerat, vt planè omnes animum deſponderẽt. At poſtero die eadem ferè hora, qua fuerant eo calamitatis genere affecti, reſipiſcere cœperunt. Tertio, deiode, ac quarto, vt hi ſolent qui medicamentum potarint, ſe erexerunt. Hactenus Xenophon. In Heraclia Ponti, vbi

Athenæus.

Mellis vtilitas.

Xenophon.

Mellis miranda natura.

A aconitum naſcitur, mel inuenitur, quod qui edunt bibúntve, non ſecus affliƈtantur, quàm qui aconitum hauſerint. Itaque mente abalienantur, ac ſudore diffluunt, vt teſtatur Dioſcorides lib. 2. cap. 7. & lib. 6. cap. 8. Idcirco mel illud μαινόμενον diƈtum eſt ab inſania, quam gignit. In Sardinia mel item amarum eſt, quod apes melleum rorem ex abſynthio colligant. Plinius lib. 21. cap. 13. quo loco de mellibus venenatis.

Dioſcorides.
Mel μαινόμενον.
Plinius.

Versvs 28.

Reſpondenſque vnus de populo, ait: Iureiurando conſtrinxit pater tuus populum, dicens: Malediƈtus vir, qui comederit panem hodie. (defecerat autem populus.)

B

Accipe hoc loco facetum Thomæ Mori Epigramma, quo ludit eiuſmodi ſerum monitorem.

Seruus monitor.
Thomas Morus.

Admonuit populum noſter cùm fortè Sacerdos,
Proxima quos faſtos afferat hebdomada.
Martyris Andreæ magnum & memorabile feſtum eſt,
Scitis, ait, charus quàm fuit ille Deo.
Squalida laſciuam macerent ieiunia carnem,
Hoc ſuetum eſt, ſanƈtis hoc inſtituere patres.
Præmoneo ergo omnes, in Martyris huius honorem,
Quod ieiunari debuit, inquit, heri.

C

Milites, inquit Vermilius, qui admonent Ionatham, reƈtè faciunt. Magni enim momenti eſt diſciplina caſtrenſis. Ille, cùm audiſſet, abſtinuit quidem: tamen faƈtum patris improbauit. Hæc ille.

Famis incommoda.

Defecarat *enim populus.*] Famis primò ſtimulus eſt acerrimus: deinde virium lapſus mox ſequitur: poſtremò, nimia quadam artuom membrorúmque laſſitudine etiam anima ipſa fatiſcit. Eſt enim duplex famis genus, ſeu potius vna quidem eſt fames, ſed alio atque alio modo ventriculum & reliquas partes corporis torquet, & cruciat. Has quidem ariditate ac virium prolapſione; illum autem ſtimulo quodam ſummom dolorem ciente, qui dicitur cibi appetentia. Vtrumque deſcribam ex Gorthæi Definit. Medic. verbo ὄρεξις.

Gorthæus.

Quoniam, inquit, cute tenus vnumquodque animal in ambientem aerem digeritur, accidit, vt membra quæ ſubea ſunt, prima vacuentur, quorum ingenita vis ex proximis ſibi alimentum trahit, id ſcilicet quod vacuatur reficiens: deinde rurſus illa, ex iis quæ ſibi ſunt proxima, ſicque quæ in tertio loco per continuum, veluti in choro quopiam tranſlatione celerrimè facta, ad venas, quæ ad ventriculum pertinent, vacuatio peruenit. Hæ verò natæ ſunt ex ventriculo nutrimentum trahere, perinde vt ſtirpium radices. Eſt enim hoc opus naturale, non animale. Et eſt ea appetentia ſingulis corporis partibus inſita, citra ſenſum na-

D

Duplex fames: & vnde vtraque oriatur.

I.

A turaliter, ob alimenti penuriam. Altera eſt appetentia deſiderium cibi & potus, quo ventriculus exugi ſe ſentiens, tenetur. Et eſt ea animalis appetentia, quæ ſolis ſenſu præditis contingit, vt alimentum appetant. Fit autem is penuriæ ſenſus, cùm venæ ex ipſo ventriculo veluti emulgentes ſugentéſque, alimentum trahunt: non ferens enim eum ſuƈtum ventriculus, ſed veluti diuulſus, offenſæ eius medelam cibum deſiderat. Quippe venæ hoc paƈto nulla cum ventriculi moleſtia, ad obieƈtos cibos conuertuntur, atque ex iis reliƈto ventriculo, nutrimentum trahunt. Ad hanc autem appetentiam quinque ſymptomata concurrunt, ordine quodam ſeſe ſequentia. Ac primum quiB dem vacuatio eſt, ſiue alimenti penuria: ſecundum exinanitarum partium appetentia illa naturalis, de qua modò diximus: Tertium ventriculi ſuƈtus faƈtus à venis: Quartum eius ſenſus: Quintum verò & vltimum appetentia eius animalis. Cæterùm eam ventriculi eſſe, non etiam aliarum partium, quæ ſine moleſtiæ ſenſu diſſipari, adimíque ſibi alimentum patiuntur: ac præſertim oris eius, quod reliquis partibus, propter neruorum, quibus præditum eſt, magnitudinem, eximia vi ſentiendi antecellit.

Ad famem quinque ſymptomata concurrunt.

Habet verò præter famem λειποψυχία, ſeu animi defeƈtio plures alias cauſas, quas Theophraſtus commemorat Traƈtatu de animi defeƈtione. Cùm ſit enim animi defeƈtio, priuatio, aut refrigeratio caloris innati in locis, quæ reſpirationi ſeruiunt, quæcunque eum calorem expugnant, λειποψυχίαν pariunt. At verò C non vno modo is calor imminui extinguíve poteſt. Poſſunt enim ea ſubduci, quibus à natura inſitus eſt; vt ſanguis, & innata humiditas: quibus ſubduƈtis tanquam eruto fundamento corruat neceſſe eſt; quemadmodum iis accidere ſolet, qui ſanguinis fluxu, aut ventris profluuio laborant. Mœror præterea, & voluptas, eundem calorem humore nonnunquam ſuffocant. Siquidem voluptas laxato corpore, dolor adſtriƈto atque denſato, humoris copiam effundunt: qui poſtquam pulmonis ſedem occuparit, animo deficimus. Frigus item, ſi ſe in viſcera induerit, refrigerato aut etiam extinƈto calore labimur, aut occidimus. Æſtus denique & labor, præcipitem illum virium lapſum generant, ſi affatim tolerentur. ab his enim vehementior calor naſcitur, qui confeſtim inuadens, & naturalem calorem diſſoluens, id efficit, vt tanquam interclusa anima ſtatim nos omnis motus deficiat.

Plures cauſæ defeƈtionis animi.

D Porrò ſi quis hęc ad mores transferre voluerit, non erit opinor magni negotij. Eſt enim charitas calor quidam animæ, non ille à natura inſitus, ſed à Deo infuſus, quo ſolo deficiente nos vires ſpirituales deſtituunt. Voluptas verò, ægritudo, & labor, & nimia rei familiaris cura, ac ſolicitudo, quo nihil in toto orbe frigidius: ſimultas, liuor, odium, cæleſtis item alimenti inopia, rerum autem huius mondi incenſa cupiditas, hæc ſunt quæ animæ noſtræ perniciem creant, vimque omnem ſurripiunt.

Tropologia.

Dixitque Ionathas: &c.

Versvs 29.

Dixitque Ionathas: Turbauit pater meus terram: vidiſtis ipſi quia illuminati ſunt oculi mei, eò quòd guſtauerim paululum de melle iſto:

Versvs 30.

Quanto magis ſi comediſſet populus de præda inimicorum ſuorum, quam reperit? Nonne maior plaga facta fuiſſet in Philiſthijm?

Ignorantia iuris, & facti. Quæ excuſet.

Ius ciuile.

QVi nihil nouit, nihil peccat, inquit Menander. ὁ μηδὲν εἰδὼς, οὐδὲν ἐξαμαρτάνει. Et quidem non erat ignorantia hæc qualis filiorum Heli, qui proprij muneris legitimos ritus ignorabant, quæ minimè excuſari potuit: ſed videtur eiuſmodi fuiſſe, vt vinci non poſſet. *D. de iuris & facti ignorantia.* 9. Paulus. Regula eſt, iuris quidem ignorantiam cuique nocere: facti verò ignorantiam non nocere. Et videtur Neratius *ibidem.* 2. rationem exprimere. Cùm ius, inquit, finitum & poſſit eſſe, & debeat: facti interpretatio pleruoque etiam prudentiſſimos fallat: vel vt ait alter quiſpiam: Patet quidem ius & propoſitum cuique eſt, at facta recondita. Cæterùm qualis ignorantia ſiue facti, ſiue iuris, obeſſe aut prodeſſe debeat, Vlpianus *ibidem.* 6. Nec ſupina ignorantia ferenda eſt factum ignorantis, vt nec ſcrupuloſa inquiſitio exigenda. Scientia enim hoc modo æſtimanda eſt: vt neque negligentia craſſa, aut nimia ſecuritas, ſatis expedita ſit, neque delatoria curioſitas exigatur. Et Paulus ſuperiore loco. Sed facti ignorantia ita demum cuique non nocet, ſi non ei ſumma negligentia obiiciatur. Quid enim ſi omnes in ciuitate ſciant, quod ille ſolus ignorat? Et rectè Labeo definit, ſcientiam neque curioſiſſimi, neque negligentiſſimi hominis accipiendam: verùm eius, qui eam rem diligenter inquirendo, notam habere poſſit. Sed iuris ignorantiam non prodeſſe, Labeo ita accipiendum exiſtimat, ſi Iuriſconſulti copiam haberet, vel ſua prudentia inſtructus ſit, vt cui facile ſit ſcire, ei detrimento ſit iuris ignorantia, quod rarò accipiendum eſt. Cuiacius 15. Obſeruat. 39. Hoc autem, inquit, ita accipiendum eſt, quaſi diceret, parcendum eſſe ruſticitati & imperitiæ: ſed hoc fieri perrarò, id eſt, certis caſibus. Non exigimus, vt omnes Iuriſconſultorum artificium didicerint, ſiue, vt omnes patresfamilias, Magonis vel Caſſij libros euoluerint: ſed communem eorum, quæ in legibus continentur, intelligentiam in omnibus exigimus. Hæc oportet ſcire, inquit Ariſtoteles, καὶ μὴ χαλεπά ἐστι, & non difficilia ſunt. Sed nunc ad Ionatham ſtylum conuertamos. Quid potuit ab eodem facilios inueſtigari quàm paternæ legis agnitio, ſi vel vnum aliquem virum de tot millibus interrogaſſet? Verùm tamen animaduertendum eſt, nihil eo difficilios excogitari poſſe, quàm vt inexperta atque inſperata, cùm opus eſt, ſuſpiceris, aut etiam vltro ad eius rei inquiſitionem te conferas, cuius nulla ſit antè oborta ſuſpicio. Nec enim ipſum, vt ita dicam, primom aduerte, primum deliberare, quod ad foturum examen requiritur, & quaſi mentem pungit, vellicat, excitat, admouet, eſt in poteſtate hominis, vt docet eruditus Theologus Franciſcus à Victoria Relect. vltima. Debent enim obiecta mouere potentiam, aut certè alicunde quolibet modo moueri. Quare putamus, vti prius cenſuimos, eo crimine Ionatham abſoluendum, tametſi nonnullis probabile viſum ſit, eundem Ionatham, cùm reliqui abſtinerent, quos labor & inedia confecerat, in ſuſpicionem aliquam interdicti cibi venire, atque adeò ſciſcitari ac quærere rationem debuiſſe.

Cuiacius.

Inueſtigatio rei etiam facillima, impoſſibilis

habenda eſt, donec eius nulla ſubeſt ſuſpicio.

Franciſcus à Victoria.

Vermilius calumniatur.

Tvrbavit *pater meus terram.*] Perdidit milites fame, vt non poſſint hoſtē perſequi. Si hoc licuit Ionathæ in edicto patris, cur idem nobis, inquit Vermilius, non liceat in decretis Epiſcoporũ? Ea enim perdunt, fatigant, & affligũt miſerum populum, cogúntque eum eadem ſubire ac pati, quæ olim perpeſſi ſunt Iudæi. Edictum Saülis primũ obfuit ſuis, deinde hoſtibus profuit, vt facilius fugerent: poſtremò, effecit, vt violaretur & contemneretur mandatũ Dei, vt populus ſanguine vnà cum carnibus veſceretur. Ita hodie hominum decreta primùm perdunt corpus hominum, & valetodinem: Deinde numero obruunt conſciẽtias: poſtremò, efficiunt vt homines auidius indulgeant crapulæ, & contemnãt leges Dei. Hactenus Vermilius, ſatis intempeſtiuè, ac præter rationem, ſanctorum Patrum decreta, & Apoſtolicas Traditiones clanculùm mordens, dum ſtudet Epiſcopis ex ſua autoritate parare inuidiam. Verùm nihil eo facilius eſſe poteſt, quàm vt in eundem ſua argumenta retorqueamus. Nam ſi Ionathæ nõ licuit in edicto patris, cur idẽ nobis liceat in decretis Epiſcoporũ? Nam quod non licuerit, vel reipſo iudice probare poſsũ. Nam cùm indicio ſortium, Deo, vt credere fas eſt, prodente, reus renuntiatus ſit, peccaſſe omnino fatendum eſt. At quod fuerit aliud eius peccatũ, quàm quòd patris edictum parum verecundè arguerit, non facilè inuenies. Soluerat ille quidem ieiunium, quod à patre indictũ fuit: verùm, vt ais, cùm ipſa legis ignoratio nuper eo abſẽte promulgatę, tum ipſius decreti iniquitas, aut etiã ſuperſtitio, ſic enim loqueris: tum denique naturæ neceſſitas, quę nullis hominum legibus cedit, eundem è reis eximebant. Reſtat igitur, vt vel inocens à Deo temerè proditus ſit, quod dicere nefas eſt: aut ſi nocens habendus ſit, idcirco habeatur quòd patris interdicto obtrectauerit. Dudum hoc ipſum Ioſephus annotauit, quod tametſi admonitus deinceps abſtinuerit, patris tamen imperium vituperauerit. At illud quam temerè factum, Regis ac patris conſiliũ in fèrenda lege palàm ac publice arguere? Nam ſi clanculùm Regi detrahere nõ licet, quõ tandẽ liceat publice? Prouerb. 24. verſ. 21. *Time Dominũ, fili mi, & regem: & cum detractoribus non commiſcearis.*

Refellitur Vermilij calumnia.

Quod fuerit peccatum Ionathæ.

A Et iterum Eccleſiaſtæ cap. 10. verſ. 20. *In cogitatione tua regi ne detrahas, & in ſecreto cubiculi tui ne maledixeris diuiti: quia & aues cœli portabunt vocem tuam, & qui habet pennas annuntiabit ſententiam.* Patris verò vel matris turpitudinem qui retexerit, Deo iubente morte plectitur. Cham etiam alter filiorum Noë, cùm patrem nudum riſiſſet, æternæ ſeruituti cum tota poſteritate addictus eſt. Menander etiam Poëta ait,

Menander.

Νόμιζε σαυτῷ τοὺς γονεῖς εἶναι θεούς.
Arbitrare parentes tibi quoſdam eſſe Deos.

Deinde non tantum patris edictum carpit, ſed etiam in populi perniciem illud propoſitum fuiſſe oſtendit: quo genere reprehenſionis nihil ad concitandam ſeditionem, aut defe-
B ctionem eſt efficacius. Sua lege, inquit, ciues quidem fame enecat; hoſtibus autem dat fugiendi licentiam. Quis igitur poſthæc (alius quiſpiam concludet) eum pro rege habeat & colat, qui ſubiectis interitum parat, hoſtium ſaluti proſpiciat? Hæc cùm diceret Ionathas ſi culpa vacauit, nulla debetur regibus reuerentia. Præterea, cùm allatis in medium argumentis interdictum illud oppugnare nititur, ne tum quidem immunis eſt à crimine. Videtur enim ieiunij vim & efficacitatem in dubiũ reuocare. Videtur etiam obedientiæ velle detrahere, quæ Scriptura teſte parere ſolita eſt victorias. Denique, videtur inſolentia, atque animi elatione perturbatus, tantæ victorię cauſam non agnoſcere. Non enim populi virtute conſtitit eo die victoria, aut eiuſdem viribus
C hoſtes dare terga coacti ſunt, ſed Dei ope atque auxilio. Ex his omnibus manifeſtè patet, quàm præpoſterè Ionathas patris edictum calumniatus ſit.

Quæ verò ſint decreta illa Epiſcoporum, tam fera, támque immania, quæ toti populo perniciem afferant, ſigillatim non deſignauit Vermilius: ſed nec potuit. Neque enim hactenus quemquam Eccleſiaſtica lege iugulatum nouimus, aut legimus. At contrà frequenter legimus, & vidimus, & multis ſæpe lacrymis defleuimus, noſtra patrúmque noſtrorum ætate, tota penè Europa, infinitam populi vim ac multitudinem, nullo ſexus, ætatis, aut etiam dignitatis diſcrimine, inſanis Vermilij alio-
D rúmque hæreticorum concionibus eſſe interemptam; cùm iidem ipſi Verbi, vt aiunt, Miniſtri auctores eſſent cædis faciendæ, atque adeò armis inſtructi in acie ſtarent, aut paſſim in oppidis opus vrgerent. Verùm hæc miſſa faciamus, quæ nihil ad propoſitum faciunt, ſed hominis tantùm produnt inſaniam, & ad Ionatham potius reuertamur: Dicet enim aliquis, idem Saulis edictum, quod nunc defendimus, temeritatis atque imprudentiæ nos ſuprà damnaſſe. Damnauimus, nec placitam ſententiam reuocamus. Non enim ieiunium damnauimus, non fidem, nõ animi magnitudinem, non iuſiurandum, non execrationem, non adiurationem, nõ ipſam deniq; legem: ſed cùm hæc omnia legitimè fieri potuiſſe cõcederemus, & facta probaremus, obſeruabamus tamẽ aliunde in deteriorẽ partẽ potuiſſe cõuenerit, cùm tam

Diuerſa ratione Saulis edictum laudamus & vituperamus.

A ardua lege atq; difficili propoſita, nullum exceptioni locum reliquiſſet. Alia præterea nõnulla cenſura notauimus, quorum Ionathas nihil vſquam reprehendit: ſed in ieiunium duntaxat inuectus eſt, & patris in eo religionem ac pietatẽ inſectatus, dolens ab eo partem victoriæ ac gloriæ ſuæ delibatam fuiſſe; cùm is potius ſua culpa victoriæ curſum abrumperet, quem imperata à rege inedia eatenus promouerat. Sic enim docet S. Ambr. Serm. 25. de Quadrageſ. Ieremiæ 4. *Iurabis, viuit Dominus, in veritate, in iudicio, & iuſtitia.* Quod exponens S. Hieronymus 22. *quæſt. 2. cap. animaduertendum*; dicit: Animaduertẽdum eſt, quòd iuſiurandum hos habet comites, ſcilicet, veritatem, iudicium, & iuſtitiam. S. Thomas 2. 2. quæſt. 89. art. 3. Iura-
B mẽtum, inquit, non eſt bonum, niſi ei qui bene vtitur iuramento. Ad bonum autem vſum iuramenti duo requirũtur. Primò quidem quòd aliquis non leuiter, ſed ex neceſſaria cauſa, & diſcretè iuret. Et quantum ad hoc requiritur iudicium, ſcilicet diſcretionis, ex parte iurantis. Secundò, quantum ad id quod per iuramentum confirmatur, vt ſcilicet neque ſit falſum, neque ſit aliquid illicitum. Et quantum ad hoc requiritur veritas, per quam aliquis iuramento cõfirmat quod verum eſt: & iuſtitia, per quam confirmat quod licitum eſt. Iudicio autem caret iuramentum incautum: veritate autem iuramentum mendax: iuſtitia autem iuramentum iniquum ſiue illicitum. Hactenus S. Thomas. De iuſtitia & veritate iam ſuprà diximus: neque enim ſimulatè Saul iurauit, aut aliquid
C edicto ſuo propoſuit, quod à vera pietate abhorreat. De iudicio etiam manifeſtum eſt, quoniam multæ ac graues cauſæ fuerunt, quæ eundem ad iurãdum compulerunt. Primùm enim populus ab epulis arcendus erat, ne gulæ deditus, & incumbens poculis, vino cibóque refertus, quorum copiam in caſtris hoſtium paratam repererant, hoſtes à tergo vrgere negligerent. Quod ſi cõtingeret, duo quædam mala inde euenire poſſe ſentiebat. Primùm quòd de hoſtibus ſupplicium nõ ſumeretur: quod cùm illi populo in primis neceſſariũ erat, ad deterrendam eorum audaciam, tum maximè diuina lege præcipiebatur. Erãt enim ſcelerum eorum tanquam inſtituti à Deo vindices, & diuinæ iu-
D ſtitiæ miniſtri. Alterum, quòd ſi Palæſtinis ad colligendos animos, & belli reliquias, tempus & otium daretur, fortaſſis diſcuſſo pauore certamen repeterent, & incautos, aut etiam Dei præſidio deſtitutos ob gulę intemperãtiam opprimerent: quod non rarò eueniſſe hiſtoriæ teſtantur. Præterea, illud quoque in fauorem Saulis dici poteſt, Deum idcirco eam mentem Sauli immiſiſſe, vt agnoſceret ieiunus ac penè deficiens populus, non propriis viribus, ſed ſolius Dei virtuti partam victoriam acceptam referre debere. Quid ſi etiam hoc addam, Deum eo conſilio feciſſe, vt ieiunium commendaret, cuius vim maximè in præliis ſpiritualibus experimur. *Omnia ſiquidem in figura contingebant illis, & erant*, vt inquit Apoſtolus, *vmbræ futurorum.*

S. Ambroſ.

S. Hieron.

Veritas, iudicium, & iuſtitia, neceſſaria iuſiurandi comites.

S. Thomas.

Saulis iuramentum excuditur.

VERSVS 31.

Percuſſerunt ergo in die illa Philiſthæos à Machmis vſque in Aialon. Defatigatus eſt autem populus nimis.

NIMIS מְאֹד *meod* valdè, vehementer. Magna clade Paleſtini afficiuntur. Prius in Machmis caſtra locauerant: nunc cæduntur fugientes vſque ad vallem Aialon. Fuit illa in tribu Dan, vt patet Ioſue 19. De hac dicitur Ioſue cap. 10. *Sol contra Gabaon ne mouearis, & Luna contra vallem Aialon*. Fuit ſcilicet tum luna imminens valli Aialon, cum ſol ſtare ab Hebræorum duce iuſſus eſt. Vrbs ibidem ſita, data fuit Leuitis filiis Caath, Ioſue 21. quo loco etiam inter ciuitates refugij ſeu aſyla numeratur. *Planitiem Aialon* vocat Paraph. Chaldæos. Græci Interpretes amplificandæ victoriæ gratia interpretari videntur, plures tandem in *Aialon* occubuiſſe, quàm prius in *Machmis* occiſi eſſent. Καὶ ἐπάταξεν ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐκ τῶν ἀλλοφύλων πλείους ἢ ἐν Μαχμάς. *Et percuſſerunt in die illa plures de Philiſthæis quàm in Machmas.* Ita legunt Aldina, Complut. & Regia. Romana & Antuerp. Laurentij πλείους non agnoſcunt, ſed abſolute legunt, *& percuſſit* (populus) *de alienigenis in Machmas. Aialon* LXX. non meminerunt.

Aialon.

Varia tranſlationes.

Defatigatuſque eſt populus nimis.] Labor enim duplex incumbebat: primùm, pugnandi, & inſequendi: deinde ferendi famem. Poſteà, cùm aduesperaſſet, prædæ cupidius indulſerunt. Porrò Theophraſti liber de laſſitudine nonnulla habet, quæ ad hunc locum pertinent. Deſcendētium, inquit Theophraſtus, de loco ſoblimi femora maximè laſſantur, aſcendentium contra tibię. Ratio autem eſt huiuſmodi: Quoniam qui ad ſuperiora nititur, corpus attollere cogitur. Id enim graue eſt: cui autem onus incumbit, fatigetur neceſſe eſt. Ea verò tibia eſt: quæ cum pars corporis extrema ſit, exilis & in longum fuſa, ægrè fulcit reliqui corporis molem. E diuerſo, cùm præcipiti via per decliuia ferimur, tum femur operoſiùs laborat. Corpus enim ſuo pondere ruit, ac deorſum rapitur: id verò femur baiulat, inclinatúmque ſuſtinet, ac proinde etiam citius rigeſcit. Et iterum: Æquales viæ magis defatigant, quàm inæquales: nimius enim motus parit laſſitudinem. Nimius autem eſt, qui continuus, & vous: inæquales verò nonnihil ſua viciſſitudine, & varietate, atque commutatione, conferunt ad quietem: quod contra accidit in æqualibus. Etenim corporis habitudo eadem vbique manet, & per motus membrorum, nec vſquam gradum ſiſtimus, quocirca etiam citiùs tædio ac languore flacceſcimus. At quæ partes membrórum laſſitudine potiſſimùm ingraueſcāt, non ſatis compertum eſt, niſi fortè ſimul omnes, vno ventre excepto, aut etiam capite, defatigari concedimus. Nam quod docuit Epigenes, venas & neruos duntaxat ea affectione vexari, non ſit mihi

Theoph.

Cauſſa laſſitudinis.

Venter non defatigatur,

A verìſimile. Quî fieri enim poteſt vt iis partibus, quibus & motus peragitur, & ſentitur dolor, is languor non tribuatur? Languent articuli flexúſque membrorum, genua labant, humeri cruciantur, & tota dorſi compages velut eliſa confractáque dolet, quæ membra certè non vnis venis neruíſque conſtant. Aiunt igitur & carnes, & vniuerſum corpus delaſſari. Nam & oſſium laſſitudines ὀσάγρας nominant. Quòd ſi oſſa, vtique & muſculi, & fibræ, & cutis. Sed difficilior eſt cauſæ diſquiſitio. Sunt qui à motu proficiſci volunt: quod ſi ita eſt, quorſum igitur qui diutius ſedent, aut recubant, ſe feſſos conqueruntur? Reſpondent durioris ſtrati contumacia premi. At ſunt qui ſtertunt in molli culcitra, nec tamen ab ea ſunt immunes. Iam verò illos qui excubant, tametſi B neque in duris inſideant, neque admodum labore exerceantur, frangi tamen debilitaríque manifeſtum eſt. Quibus etiam addere poſſis, eos omnes qui crapulæ ſtudent, & cibo diſtenduntur. Deinde quid cauſæ eſſe dicam, cur flātibus Auſtris magnopere defatigemur? Quid, quod ne his quidem vrgētibus, aut vlla ex præcedentibus cauſis, nonnumquam vires concidūt? quod cùm accidit arbitrātur medici morbi imminentis eſſe prognoſticon. Igitur neque laboris motus, neque loci aſperitas, neque Auſtri anhelitus, non comeſſationes aut vigiliæ illum membris torporem accerſunt: ſed erit alia quædam huius imbecillitatis occaſio. Quæ tandem? Corporis ſcilicet quædam colliquefactio, quæ ab his fontibus manat, quæ quo- C cunque membro ſe infuderit, vires neruóſque diſſoluit. Vires autem vbi ceſſerint, tum laſſitudo locum occupat. Crapula autem humorem noxium augeri, vigiliis item quæ alimenti concoctionem impediunt, dubitare nemo poteſt. Corpus verò ſi qua parte læſum fuerit ſtrati inclementia, naturæ conſilio eódem humores confluunt. Auſter etiam laxato per æſtū corpore, fundit vbertim humores. Sed nihil ſic artuū robur eneruat, vt immodica corporis exercitatio. Hæc enim, quæ ſingillatim prius iam dictis cauſis tribuimus, ſimul omnia complectitur. Accedit ad hæc ſudor, qui laborem conſequitur: qui, poſtquam ad vmbram relaxari ac remitti contentio cœperit, toto corpore copioſior erumpit, ipſúmque ſtatim mollit ac liquefacit. Solis enim feruor, cùm ab eo incaleſcimus, ſua ſiccitate ſudorem exorbet. D Contentio autem ipſa membrorum, atq; anhelitus retētio, totius corporis poros atque meatus claudit, ne ſudor manet: quos cùm remiſſio, & vmbra patefecerit, tum commotus humor ſcatet vndique, ſimúlq; vires omnibus corporis partibus effluunt. Quæ cùm ita ſint, & hæc omnia ſimul incōmoda, aut certè plura ex ipſis, populum vehementer affligerent, mirum videri non debet, ſi feſſi laſsiq; referuntur. Nam & labor, & curſus, & ipſe loci ſitus, partim quidē præaltis rupibus aſſurgens, partim concauis vallibus dehiſcens, totius corporis vehemens agitatio, atq; inedia, gaudiū item, quies, & vmbra, & quę naſcuntur ex his, calor nimius, ſanguis exhauſtus, humor areſcens, reſerata pororū via, ſudor

Vnde populi defatigatio.

A exuperans, reſpirãdi non mediocris difficultas, ipſa deniq; cordis dilatatio, ac totius corporis liquefactio, pari impetu in eum inuaſerant, & eundem grauiter apprimebaot.

VERSVS 32.

Et verſus ad prædam tulit oues, & boues, & vitulos, & mactauerunt in terra: comeditque populus cum ſanguine.

Variæ tranſlationes.

ET *diuertit* S. Pagninus, cum interpr. Romana LXX. Interpt. Aliæ tamen eorundem Septuag. habent, *καὶ ἤσθιον & irruit*. Sequitur eandem interpt. Vatabl. in edit. Cõplut. Arias apud Pagninũ, *Et fecit populus ad ſpolium*. Chal. Paraphraſt. *Et reſpexit populus ad prædam. In terra*: B humi. *Comedítque populus cum ſanguine. σὺν τῷ αἵματι, cum ſanguine.* Arias apud Pagninum, *ſuper ſanguine*: quod etiam obſeruat interpres Paraphraſis Chaldaicæ. Hebraicè עַל־הַדָּם *ghal hadam*. Vatablus, *Comeditque populus cum ſanguine ipſo*. In Ecphraſi: Iugulabant enim humi boues, & ita caro ebibebat expreſſum ſanguinem. Vel, populus non expectabat quòd ſaoguis fluxiſſet, quod verius videtur. Alij, *comedit iuxta ſanguinem*, vt idololatræ: quod erat prohibitum. Alij, noodum ſanguis effuſus erat. Oſtendit quanta fame preſſi eſſent. Hæc, quæ paucis Vatablus propoſuit, Abulenſis tractat copioſiſſimè, quem videre poteris. Nos more noſtro interpretemur.

Diphilus.

Comeditque populus cum ſanguine. Diphilus Comicus, C

In ventrem inuehitur.

Præclarè aureus multa dixit Euripides,
Vincit me neceſſitas, miſérque meus
Venter. Miſerius enim nihil eſt
Ventre: in quem primum omnia conijcias,
At non in aliud vas. In pera feras
Panes, at non inſculentum, aut diſperdes:
In ſportam liba inijcies, at non lentem:
In lagenam vinum, at non carabum: *Piſcis genus.*
In hunc dijs inimicum inferas
Omnia, ſecum nulla ratione conſentientia.
Nec adiungo reliqua, quia vbique
Propter hunc miſerum omnia hæc fiunt.

ET *mactauerunt, comédítque populus.*] Facetè Pythagoreorum placita ridet Alexis Comicus, quibus ab animato dentẽ abſtinere iubebãtur. D

Alexis ridet Pythagoreos & docet nihil animati comedi.

Qui primus dixit, nullum ſapientem
Animato quoquam veſci, ſapiens is erat.
Ego enim nunc redeo è foro nullo empto
Animato. Piſces coemi mortuos
Magnos: carunculas agni ad veſcendum pingues
Non viuẽtes. Non enim fiat. Quid aliud? Profectò
Deceptiunculam perſpicuam conſectaui: Horum ſi (emptorum)
Monſtrarit quis aut voce vllũ, aut animo præditũ,
Me iniquum eſſe confitebor, & legem violare.

Comeditque populus cum ſanguine.] Oportuit pecudes ſuſpẽdere, vt ſanguis efflueret, inquit, Vermilius. Iſti autem obliti mandati Dei, ſanguinem vnà cum carnibus comederunt. Deus vetuit, nõ ſolùm in lege, ſed etiam ante legem, ne ſanguis comederetur. Eius mãdati variæ numerantur cauſæ: Primùm, vt populus aſſueſce- A ret abſtinere à ſæuitia, nec rueret præceps ad homicidia. Eſt enim ſpecies aliqua crudelitatis occidere pecudem. Itaque Deus ait in Geneſi, 9. cap. *Requiram ſanguinem eorum à beſtiis, & ab ipſis, ſi ſeipſos interfecerint.* Altera cauſa eſt, quia ſanguis eſt anima, & expiãdæ animæ cauſa eum oportuit fundi, & ſacrificari. Referebat enim ille ſanguis pecorum, & quodammodo ponebat ante oculos ſanguinẽ Chriſti, qui erat fundendus in cruce. At quomodo? inquies. Paulus enim ait, ſanguinem hircorum aut taurorum non potuiſſe abolere peccata, aut tranquillare conſcientiam: ſed ſcite debemus nihil eſſe vſitatius in Scripturis, quàm vt, quod eſt rei, tribuatur ſymbolis. Sanguis Chriſti ſolus expiabat peccata: id repræſentabatur in ſacrificiis B pecorum. Tertia cauſa erat, vt Deus in omnibus rebus extorqueret populi obedientiam. Dedit illis vſum vini. Tameo tribus primis annis vſum vini profanum eſſe iuſſit, deinde offerri, & à populo liberè vſurpari. Arbores circuncidebantur, & fructus primorum annorum abiiciebantur. Dedit veſtes: ſed addi voluit fimbriam. Primogenita voluit aut ſacrificari ſibi, aut redimi. Ex carnibus ſepoſuit ſibi ſanguinem, & adipẽ. Ita in aliis omnibus rebus Deus agnoſci voluit beneficium ſuum, & ſibi gratias agi. Nunc ſublatæ quidem ſunt illæ vmbræ: res tamen ipſæ manent, vt memores ſimus beneficiorum Dei, & illi agamus gratias, omniáque ad nominis eius gloriam referamus. Lex iſta de fundendo ſanguine repetitur quidem ſæpe in ſacris literis: lata autem eſt poſt diluuium. C Itaque erant qui putarent eam eſſe legem naturæ. At ſi ita eſſet, nunquam potuiſſet remoueri. Legi enim naturæ non minus tenemur, quàm decalogo. Fuit quidem hoc inſtitutum ſub natura, ſed fuit tantùm ceremonia: eóque poſtea ſublata eſt. Apoſtoli quidem eam renouarunt: ſed tantùm vt inſtitutum ciuile pro conditione illorum temporum, non vt ceremoniam neceſſariam. Nam Iudæi ex mandato Domini abhorrebant à ſanguine: Itaque niſi gentes etiam ſe à ſanguine temperaſſent, illorum conſuetudinem non tuliſſeot. Manſit ea conſuetudo diu poſtea in Eccleſia, vt apparet ex hiſtoria de Blandina & Attalo. Euſebius enim ait, Biblidem, cùm in tormentis iuberetur fateri, Chriſtianos ſolitos veſci humano D ſanguine, reſpondiſſe: Quomodo poſſumus veſci humano ſanguine, cùm à brutorum etiam ſanguine abſtineamus? Durauit hoc inſtitutum vſque ad ętatem Irenæi, Tertulliani, Origeois. Imò, vt verum fatear, neſcimus quo tempore deſierit. Hactenus Vermilius.

Quare Deus prohibuerit veſci ſanguine.

Chriſtianis etiam ab initio ſanguinis interdictum fuit.

Canones Apoſtol.

Ad idem inſtitutũ pertinet, quod legimus in Canon. Apoſt. 62. Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aut omnino quicunq; ex ſacerdotali conſortio, comederit carnes in ſanguine animę eius, aut à beſtiis abreptum, aut ſuffocatum: deponitor. Hoc enim lex prohibuit. Sio verò laicus fuerit à communione excluditor. Loca Scripturę, præter id quod iam ex lib. Geneſ. io medium adductum eſt, quæ eam ceremoniam commendant, hęc ſunt: Leuit. cap. 7. Deuteron. cap. 22. Actor. cap. 15.

Digitized by Google

Tertullian.

A Tertullianos verò Apolog. cap. 9. cùm infanticidij immanitatem, & humani cruoris delibationem, bina ſcelerum portenta, quæ rum Gentes Chriſtianis aotore diabolo obiiciebant, à noſtra religione depellere contenderet, præter alia hoc etiam addidit. Erubeſcat error veſter Chriſtianis, qui ne animaliom quidem ſanguinem in epulis eſculentis habemus, qui propterea quoque ſuffocatis & morticinis abſtinemus, ne quo modo ſanguine contaminemur, vel intra viſcera ſepulto. Denique inter tentamenta Chriſtianorum botulos etiam cruore diſtentos admouetis, certiſſimi ſcilicet, illicitum eſſe penes illos, per quod exorbitare eos vultis. Porrò quale eſt, vt qoos ſanguinem pecoris horrere confiditis, hnmano inhiare credatis? B niſi fortè ſuauiorem eum experti. Hactenus Tertullian. In eundem locum videndus Pamelius. Nobis (inqoit Octauius apud Minutium) homicidium nec videre fas eſt, nee audire; tantúmque ab humano ſanguine caoemus, vt nec edulium, pecorum ſanguinem in cibis nouerimos. Porrò, vt ibidem apod Tertullian. Rhenanus adnotat, non ita dio eſt, quod Chriſtiani veſcimur ſuffocato & morticina carne. Nam Betanus (ſiue Beda) Preshytet, & Hrabanus in Pœnitentiario, ſed & quotquot de hac te ſopra cccc. annos ſcripſerunt, certum pœnitentiæ tempus præſcribunt, ſi quis Apoſtolicam hanc legem fuerit præuaricatus, quæ in Actis extat ca. 15. Hactenus ex Pamelio. C

Botulis ſanguine diſtentis Chriſtianorum fidē olim Gentes explorabant.

Minutij Octauius.

Iacobus Pamel.

Euantus Abbas.

Nec verò Chriſtiani aliquando defuerunt, qui interdictum illud de non guſtando ſanguine, neceſſariò atque perpetuò ſeruandum eſſe cenſuerint. Scripſit Enantus Abbas Epiſtolam *contra eos, qui ſanguinem animalium immundum eſſe iudicant, & carnem mundam eſſe dicunt.* Nonnullos enim ſuo tempore emarſiſſe teſtatur in quibuſdam, vt ait, Cæſar-Auguſtæ partibus, qui, eùm more Iudæorum occidentem literam ſequerentur, & ſpiritum, qui vitæ autor eſt, negligerent, ſanguinis illuuie animam hominis ſordeſcere contenderent. Deſcriptam illam inuenies apud Henricum Caniſium Tom. 5. Antiquæ lectionis: ſed quo tempore ab aotore ſcripta ſit, teperire non potui. Chriſtophorus Brouoerus in Notis ſuis, illum Euantium D Fortunati eſſe iudicat, cuius meminit lib. 3. Epiſt. ad Euphronium. Fuit ille Viennenſis Epiſcopus, qnem S. Gregorius lib. 8. cap. 39. diem ſuum obiiſſe ſcribit anno vndecimo regni Childeberti Aoſtraſiorum, & eundem ceu ſanctum celebrat S. Ado in Temporum lib. ætate 6. Eadem ex Brouuero repetunt Caniſius, & Anton. Poſſeuinus in Apparatu, quæ tamen probare non poſſum. Nam & Euantus autoritate vtitot Paſtoralis S. Gregorij, qni certè eo maior eſſe non debuit: & ea conſuetudo abſtinendi à ſanguine, ad poſteriores etiam manauit, quam tamen tum fuiſſe ſublatam aſſetere videtur. Cæterùm quocumque tempore Euantus ille claruerit,

Chriſtoph. Brouuerus.

A breuiter quidem, ſed eruditè eum errorem confutauit: quod prius etiam factum à S. Auguſtino contra Fauſtum Manichæom, & à S. Hieronymo contra Donatianom fuiſſe commemorat. Et ridet id genus hominum qui carnes vorent, & ſanguinem, quo caro alitur, cane peius & angue vitent. Nam ridiculum eſt, inquit, carnes mundas, quas Deus creauit, vſque ad nauſeam deuorare, & ſanguinem illarum carnium, quaſi immundom reſpuere. Quaſi Deus carnem creauerit immundam, & ſanguinem carnium, qui vtique ootrimentum & ſalus carnis eſt, fecerit immundum. Apoſtolus ad Titum 1. 15. *Omnia munda mundis. Coinquinatis autem & infidelibus nihil eſt mundum.* Et in alio item loco B idem Apoſtolns ait: *Omnis creatura Dei bona, & nihil reijciendum, quod cum gratiarum actione percipitur.* Et Saluator in Euangelio ait: *Nihil eſt introiens in hominem, quod poſſit coinquinare eum; quia omne quod in os intrat in ventrem vadit, & in ſeceſſum emittitur, nec hæc coinquinant hominem, ſed quæ de corde procedunt: de corde enim procedunt adulteria, homicidia, & his ſimilia.* Quamobrem igitur Apoſtoli Chriſtianis ſanguine interdixerunt? Hæc, inquit Euantus, cauſa fuit, ne credentes qui tum ex circuncisione & Gentibus congregabantur, propter diſcretionem ciborum à ſe inuicem ſcinderentur. Ideo lacte nutriebantur, non ſolido cibo. Quibus & poſtea ſcribebat, dicens: *Non potui loqui vobis quaſi ſpiritualibus,* C *ſed quaſi carnalibus, tanquam paruulis in Christo. Lac vobis potum dedi, non eſcam: nondum enim poteratis.* Et iterum: Quod ſi forte obiiciunt, iſta in Canonibus haberi. Nee ego me iſta fateor ignorare. Sed in antiquis Canonibus iſta teperiuntur, quando Eccleſia ex circumciſione & præputio ad fidem congregabatur, quando adhuc nō ſolido cibo, ſed lacte. Nunc verò Eccleſia Dei ſolido cibo fide roborata conſiſtit, vt viriliter contra impetus hæreticorum pugnet, noo in infantium mollirie eneruata ſuccumbat. Et iterum: Errant igitor neſcientes, neque intelligentes præcepta priſca magis mores hominum demonſtrare, quàm in natura ſeruare. Poſtremò concludit: In nomine Chriſti frontis & fidei Chriſtianæ effecti, & ſanguinem comedendum D Chriſtianos apertè docemus, & à ſanguinis operibus declinare omnes hortamur. Negat igitur hæc, prout verba ſonant, ita negligenda eſſe, ſed ad componendos mores ſubtili interpretatione transferri oportere. Moralem ſenſum interdictorum legis antiqoæ cùm alij plures è priſcis patribus inueſtigarunt, tum præter cæteros antiqous ſanè ſcriptor Nouatianus, cuius Epiſtola, quæ de Cibis Iudaicis ad populum in fide perſtantem ſcripta eſt, ad calcem operum Tertoll. aſcribitur. Item Theodorus Abucara, & Arethas in Opuſculis Tomo 4. Bibliothecæ SS. Patrū, quæſt. 39. Euantus item in ſua Epiſtola non paoca explicat, & admonet S. Gregorij librum Paſtoralis eſſe legendum.

Confutatur error eorum, qui ſanguinem immundum eſſe putauerunt.

2. ad Timo. 4. 4.

Matth. 15. 17.

Quare ſanguis Chriſtianis olim prohibitum.

1. ad Cor. 3.

Senſus Moralis.

Comeditque populus cum ſanguine. Calumniatur Vermilius.

Exabrogatione, ſeu potius deſuetudine le- A gis huius mentitur Vermilius Catholicos colligere, Eccleſiam eſſe ſupra Scripturas, eandemque ſoluere poſſe mandata Dei: Neque enim Doctorum noſtrorum quiſquam aliquando ſomniauit, illud vnquam fuiſſe in Eccleſia diuinæ inſtitutionis potius quàm Eccleſiaſticæ: aut ſi quæ Deus abſolutè præcepiſſet, ea poſſe ab Eccleſia reſcindi. Sed nihil mirum ſi calumniæ & mendacio tantopere ſtudet Vermilius, nouit enim nullis præterea modis nefandæ ſectæ ruinas ſe fulcire poſſe.

Iudæi quidē prohibiti; nos contrà iuſſi ſumus bibere ſanguinem.

Illud poſtremò memoriæ mandare decet, quod mox adducit Vermilius. Annotarunt quidam ex Patribus, inquit, magnum diſcrimen inter nos & veteres. Illos enim vetitos fuiſſe, nos iuberi bibere ſanguinem: quod neſcio qua- B re moneat cautè eſſe legendū, cùm hoc disertè ſatis Chriſtus præcipiat. At enim ne videretur ſine ratione deſipere, etiam cauſam adiungit. Si enim diceremus, inquit, corporaliter à nobis comedi, aut bibi ſanguinem Chriſti, eſſet inhumanum & horrendum. Hæc ille. Quis neget? immanius opinor fingi nihil poteſt, quàm vt oris rictus humano ſanguine tingamus. Verùm iſtud admonere quid opus eſt? An fuit vllum aliquando tempus cùm Sacerdotes Chriſti ſanguinem ſanguinea ſpecie propinarent? Vinum ſemper, mutata licet natura, conſeruata tamen qualitate exhibitum eſt. Alioquin verò Sacramentum non eſſet, niſi quæ præbetur C gratia externo ſigno tegeretur. Iraque nō corporaliter, ſi modum ſpectes, vt præclarè docet S. Auguſtinus iis verbis, quæ in reprobum ſenſum detorquere conatus eſt: ſed ſpiritualiter Chriſti ſanguis ſorberi præcipitur: Quoniam etſi idem reipſa, quantum ad naturam attinet, fidelium ore hauriatur; non tamen corporaliter, aut iiſdem naturæ pigmentis ornatum, quibus ſanguis humanus oculis aut cuilibet ſenſui ſubiicitur. Quinimò Paulus, loquit, affirmat, eandem fuiſſe veterum eſcam & noſtram. Hæccine eſt illa noui Euangelij fides tam impudenter in Apoſtolum illudere? Etenim cùm eandem eſcam manducaſſe, & eundem potum bibiſſe antiquiſſimos illos Iſraëlitas Apoſtolus oſtendit, illos quidem omnes inter ſe comparat, qui ex Ægypto egreſſi in vaſtiſſima ſolitu- D dine manna quidem è nubibus, aquis autem de rupe paſti atque potati ſunt: Nobiſcum verò eoſdem nullo modo confert, niſi quatenus futurorū imaginem quādam eos adumbraſſe dicit; quam cum pluribus verbis explanaret, ne Euchariſtię quidem meminit. Neque ſi quiſquam paulò attentius Apoſtoli verba conſideret, eidē quod dicimus obſcurū eſſe poterit. Sic enim ait: *Cùm omnes eundē potum bibiſſent, nō proptereà tamē omnes pariter Deo placuiſſe, imò plures cū ſe diuerſis ſceleribus obſtrinxiſſent miſerè periſſe.* Spiritalē autē idcirco eum potum vocat, & petrā Chriſtū, quoniam illa Chriſti & eius ſanguinis, qui aberant, typum figuramq; præferebāt, quemadmodum & Sacramenta Chriſti corporis & ſanguinis, eadem ſpiritaliter exhibere aſſerimus: quoniam etſi præſentia ſint, ex quo tamen oculos latent, aliena ſpecie repræſentāt.

S. Auguſt. de Doctrina Chriſtiana lib. 3. cap 16.

Explicatur Apoſtolus.

Apoſtolus 1 ad Cor. cap 10.

Versus 33.

Nuntiauerunt autem Sauli dicentes, quòd populus peccaſſet Domino, comedens cum ſanguine. Qui ait: Præuaricati eſtis: voluite ad me iam nunc ſaxum grande.

Versus 34.

Et dixit Saul: Diſpergimini in vulgus, & dicite eis, vt adducat ad me vnuſquiſque bouem ſuum & arietem, occidite ſuper iſtud, & veſcimini, & non peccabitis Domino comedentes cum ſanguine. Adduxit itaque omnis populus vnuſquiſque bouem in manu ſua vſque ad noctem: & occiderunt ibi.

Versus 35.

Ædificauit autem Saul altare Domino; tuncque primùm cœpit ædificare altare Domino.

Variæ tranſlationes.

C Versus 33. poſtrema pars nonnullam difficultatem patitur. Non enim pariter omnes hæc verba interpretantur: *Qui ait; Præuaricati eſtis: voluite ad me iam nunc ſaxum grande.* Veruntamen Paraphr. Chald. Pagninus, & Vatablus cum Vulgata conſentiunt. Septuaginta etiam editionis Complutenſis, & Regiæ. Sic enim ſcribunt: *καὶ εἶπε Σαοὺλ, ἠμάρτετε. κυλίσατέ δή μοι ἐνταῦθα λίθον μέγαν. Et dixit Saul: Peccauiſtis. Voluite iam mihi hic ſaxum grande.* Aldina tamen editio diuerſè legit: *καὶ εἶπε Σαοὺλ. ἐν Γεθθὴμ κυλίσατέ μοι λίθον ἐνταῦθα μέγαν.* Quod Romana & Antuerpiana Laurentij ſic exponunt: *Et dixit Saul: De Getthæm, voluite mihi lapidem huc magnum.* Quo loco Nobilius Flaminius *De Getthæm notat*: Dictio Hebræa accepta D eſt pro loci nomine, quæ poteſt etiam ſignificare *ἡμάρτετε, peccaſtis*, quod habet Complut. Hæc Nobilius. Quem miror nomē vllum loci hoc loco ſuſpicari potuiſſe. Hebraicè ſcriptum eſt בגדתם *begadthem, Præuaricati eſtis.* Verſu 34. *vſque ad noctem.* alij de nocte, noctu.

Nuntiauerunt autem Sauli. Vermilius: Benefecerunt, qui hoc regi indicarunt. Deferendum enim eſt ad magiſtratum, ſi quid peccetur publicè. Ea in re populus debet iuuare principē: alioqui peccata non poſſunt puniri. *Qui ait: Præuaricati eſtis.* Facit Saul officium ſuum, cùm reprehendit populum. Si quid publicè peccetur in caſtris, ſequitur ſæpe magna clades: vt apparet in hiſtoria Achan, in bello contra Beniamitas de vxore Leuitæ, & in Machabæis, de illis qui ſub veſtibus ſuis occultauerant anathemata. Rectè ergo Saul hoc populi factum reprehendit. Hactenus Vermilius.

QVI AIT: PRÆVARICATI ESTIS.

Quod fuerit illud peccatum, etſi ſuperiori explicatione ſatis apertè demõſtratum eſt, quæ ſola videtur vera & germana expoſitio: tamen quoniam aliter Hebræis viſum eſt apud S. Hieronymum in Tradit. Hebraicis eorum quoque ſententias referam: quas ſi quis amplecti maluerit, non admodum repugnabo; cum nihil à fide alienum, aut probatis moribus contrariũ contineant; & id quod de altari verſu trigeſimo quinto ſubiicitur, eorundem opinioni magnopere faueat. Illi igitur ad hunc modum. Non fecit populus irritũ iuramentum, quo eos Saul adiurauerat, dicens: *Maledictus vir, qui comederit panem vſque ad veſperam, donec vlciſcar me de inimicis meis*: quia victoria iam potiti erant: ſed peccaſſe Domino, & cum ſanguine comediſſe dicuntur, quia contra legis præceptũ antequã ſacrificium veſpertinum perageretur, comederunt. Sic itaque vſus erat, vt, quando homicidium ab eis, aut in ſuis, aut in exteris fiebat, vt non comederent antequam ſacrificiũ veſpertinum pro eis fieret. Aliter peccaſſe Domino, & comediſſe cum ſanguine dicuntur: quia, mactatis victimis, non obtulerunt ad ſanctuarium ſacerdotibus iuxta legis præceptum adipem & ſanguinem, cùm videlicet ſanctuarium ſecum haberẽt. Quando locus ſanctuarij procul erat, iubetur ſanguis victimarum in terram fundi, de iis videlicet victimis, quas ad ſuos vſus præparabant. Quando verò ſanctuariũ præſens erat, ſanguis hoſtiarum ſuper altare Domini iubetur fundi, ſicut eſt illud in lib. Deuteronomij: *Sanguinem hoſtiarum tuarum fundes in altari: carnibus autem ipſe veſceris*: quod præfatus tamen non fecit populus: peccaſſe idcirco dicitur Domino, & cum ſanguine comediſſe.

Traditiones Hebraicæ. *Peccatum populi iuxta opinionem Hebræorũ.*

Deuter. 12.

VOLVITA *ad me nunc ſaxum grande.*] Iubet aduolui lapidem, in quo pecudes mactarentur, ne populus veſceretur ſanguine. Id autem iubet ſe coram inſpectante fieri, ne qua fraus legi fieret. Magnus erat iſte labor populo, præſertim famelico. Erat enim magnus numerus militum. Quamuis enim ab initio fuiſſent tantùm ſexcenti, tamen poſtea affluxerunt ad decem millia, quemadmodum Græci codices teſtantur, & Ioſephus. Iam quantus erat ille labor vt quiſque quoque ſeorſim adferret pecudem ſuam. Nolebat ſcilicet Deus eos efferri atque inſoleſcere ea victoria, quam ne ſperare quidẽ prius auſi erant, cùm eius auxilio minimè confiderent. Itaque lætitiæ magnitudinem non leui moleſtia temperauit.

EXTRVXIT *quoque Saul altare Domino.*] Vermilius: vt gratias ageret Deo. Per ſynecdochen intelligitur, facta fuiſſe ſacrificia. Iſta quidem laudanda ſunt in Saule, quanquam ſine fide & vera pœnitentia nihil iuuant. *Populus iſte*, inquit Eſaias, *labiis me honorat: cor autem illorum longè eſt à me.* Habent tantùm ſpeciem aliquam pietatis. Hęc Vermilius. *Tuncque primùm cœpit ædificare altare Domino.*] S. Hieronymus in Tradit. Hebraic. Hebræus non habet *primùm*. Quærendum itaque, cùm antea legatur ædificaſſe altare, quãdo à Samuele increpatus eſt, cur hîc dicatur: *Tunc cœpit ædificare altare Domino.* Ædificaſſe itaque antea legitur altare: ſed quia inobedienter illud ædificauit, non Domino ædificaſſe intelligitur. Hîc autem quia obedienter & rectè illud ædificauit, Domino ædificaſſe perhibetur. Hactenus ex Traditionibus. Ego ſic arbitror, non aliud fuiſſe hoc altare ab illo ſaxo grandi de quo ſuperius dictum eſt, quod iubente rege milites quidem aduoluerunt, ſacerdos autem victimarum ſanguine tinxit, & conſecrauit. Neque verò ſuper illo mactari tot pecudes tantillo tẽpore potuiſſe credibile eſt, præſertim cùm vnaquæque ſuſpendi diutius in eo debuerit, donec ſanguis emanaret: ſed cùm iuxta eum lapidem ſinguli ouem aut bouem iugularent, ſacerdotes acceptum ſanguinem de more fundebant; ille verò ab altaris crepidine ſorbebatur, aut etiam incenſo igne in altari cremabatur. Quod ni fieret citò ſanguine mergerentur.

Tradition. Hebraic.

ET NON PECCABITIS DOMINO.

Cæterùm Saul in populum nihil grauius ſtatuit, quàm vt eundem à peccato in poſterum prohiberet. Atqui Deus eam legẽ capitali ſupplicio ſanxerat, Leuitici 7. Multitudini tamen pœna ab homine condonari ſolet; à paucis repeti, ſicut aliàs probauimus. Leo Imperator, quo tempore ea ceremonia in Græcia ſenſim aboleri incipiebat, populi contrario vſu, acerbiſſimam ſanctionem edidit, qua priuatorum licentiam compeſceret, & botulis ac diſtentis ſanguine farciminibus prorſus interdiceret. Nonnulla ex eius Conſtitutione referam, quæ habetur inter Conſtitutiones Imperatorias, numero 58. vt noueris quibus ille rationibus adductus ſit ad eam legem ferẽdam. Simul olim, inquit, Legiſlatori Moſi ſanguine veſcendum non eſſe mandauit Deus, ſimul ab iſtiuſmodi cibo abſtinere debere à præconibus gratiæ eſt conſtitutum. Et quanquam tum veteris, tum nouæ gratiæ tempore illa res vilis habita ſit, & nefaria: eo tamen contumaciæ, imò vecordiæ homines proceſſere, vt neutri legi aurẽ præſtẽt morigeram. At contrà alij lucri, alij gulæ cauſa, ſumma cum impudentia mandatum contemnunt, in eſcámque, qua veſci vetitum eſt, ſanguinem conuertunt. Perlatum enim ad aures noſtras eſt, quod inteſtinis tanquam tunicis illum infarctum: velut conſuetum aliquem cibum ventri præbeant. Quod tolerari non debere, Imperatoria noſtra Maieſtas rata, neque tam impio ſoli gulæ inhiantium hominum inuento, nunc præcepta diuina, nunc Reipub. noſtræ honeſtatem dedecore affici ſuſtinens, iubet, ne quis id ſcelus, neque ad ſuum vſum, neque vt emptores deteſtando cibo contaminentur, vllo modo exercere audeat. At ſciat, quicunque dehinc diuinum mandatum contemnere, ſanguinemque in cibum conuertere (ſiue vendat, ſiue emat) deprehenſus fuerit, ſe bonorum publicationi ſubiiciendum, & vbi acerbũ in modum flagris cæſus, ac cute tenus fœdè tonſus fuerit, perpetuo patriæ exilio multandum eſſe. Hactenus Imperator.

Leonis Imperatoris Conſtitutio contra eos qui ſanguine veſcerentur.

Versus 36.

Et dixit Saul: Irruamus ſuper Philiſthæos nocte, & vaſtemus eos vſque dum illuceſcat manè, nec relinquamus ex eis virũ. Dixitque populus: Omne quod bonum videtur in oculis tuis, fac. Et ait Sacerdos: Accedamus huc ad Deum.

Varia tranſlationes.

PAGNINVS: *Deſcendamus poſt Peliſtim noctu, & deprædemur eos*, &c. Parapht. Chaldæus illud *vaſtemus* ſeu *deprædemur* interpretatur *& occidemus & non relinquemus in eis hominem. Accedamus huc ad Deum.* Chaldæus, *Accedemus & rogabimus in dicto Domini*, ſcilicet, ſacerdos admonuit, vt notat Vatablus in Ecphraſi, prius conſulendum eſſe Dominum. LXX. cum Vulgata editione conſentiunt.

Vermilius.

Proponit Saul conſiliũ militare, inquit Vermilius, *perſequamur*, ait, *Palæſtinos noctu*, ne fugiant. Conſilium quidem eſt prudens & bonũ: & ad eam rem populus ſe præbet ſatis obſequentem. Reſpondent enim: *Quicquid bonũ eſt in oculis tuis, fac*. Laudandus eſt populus, qui ita morem gerat regi ſuo. Rurſus autem vitupe- C randus, quòd ita temere Dei iuſſa cõtempſerit, & ſanguinem comederit. Nam vt hoſtem perſequerentur, fortaſsè inducebantur, aut ſtudio vltionis, aut cupiditate prædæ. Hæc ille.

Vegetius. *Superuentus & ſubſeſſa in quo diſſerant.*

IRRVAMVS *nocte.*] Vegetius lib. 3. de Re militari cap. 8 Noctis, inquit, obſcuritas, neceſſitas ſomni, paſcentium equorum diſperſio, occaſionem ſuperuentibus præſtant. *Superuentũ à ſubſeſſa* hoc modo diſtinguit idem Vegetius, eius libri cap. 6. Subſeſſas occultius collocant, vel aperto marte impetum faciunt. Subſeſſa igitur occultè, fraudulenter collocatur. Superuentus vis aperta eſt, impetu & aperto marte infertur; ita tamen vt imparatos opprimat. Marius Victor quem S. Hieronymi præceptorem fuiſſe ferunt lib. 3.

Marius Victor.

Curatque vt prima quietis
Nocte ſuperueniat, cùm iam languentia corda
Irrigat, & feſſos dulcis ſopor illigat artus.

Q. Curtius. *Nocte ſuperueniendum numero ſuperioribus.*

Parmenio, inter Alexandri duces peritiſſimus artium belli, cùm ingentem Darij exercitum, campoſque vaſtiſſimos oculis circumſpiceret, apud Curtium lib. 4. furto, non prælio opus eſſe cenſebat: intempeſta nocte opprimi poſſe hoſtes, diſcordes moribus, linguis: ad hęc ſomno & improuiſo periculo territos, quando in nocturna trepidatione coituros? At interdiu primùm terribiles occurſuras facies Scytharũ Bactrianorumque: hirta illis ora, & intonſas comas eſſe, prætereà eximiam vaſtorũ magnitudinem corporum. Vanis & inanibus militem magis quàm iuſtis formidinis cauſis moueri. Deinde, tantam multitudinẽ circunfundi paucioribus poſſe. Non in Ciliciæ anguſtiis & inuiis callibus, ſed in aperta & lata planitie dimicandum fore. Itaque nocturno ſuperuẽtu opus

IRRVAMVS SVPER EOS NOCTE.

A eſſe dicebat. Iudæis etiam, tametſi victoribus, adhuc tamen neceſſarius videbatur, ne ſcilicet hoſtes beneficio noctis elaberentur: ne cùm plures eo die euaſiſſent, inſequentium paucitas interdiu illis contemptui eſſet, & reſumptis armis in eos irruerent: ne repentinus pauor qui eos fugere compulerat, ſtatim excuteretur, ſed potius ad eum augendum frigidus tenebrarum horror accederet. Nec milites quanquã diurno labore confecti nocturnam expeditionem detrectant: erant enim aliquatenus iam cibo recreati. Sed ſacerdos maturè admonuit, Deum prius eſſe conſulendum.

Vermilius. *In rebus grauibus Domini conſilium expectandum eſt.*

Accedamus, inquit, *huc ad Deum.*] Oportebat, B inquit Vermilius, antequam res aliqua magni momenti ſuſciperetur, cõſuli Dominum. Eius mandati ita oblitus erat Saul, vt eum retrahi oportuerit à Sacerdote, ſatis ſibi ſapere videbatur: nihil opus eſſe conſilio Domini. Malè ceſſit, cùm Ioſue fœdus percuſſiſſet cum Gabaonitis iniuſſu Domini: cúmque coiuiſſet ſocietatem cum Ægyptiis, vt Eſaias ait, non interrogato ore Domini.] Narrat idem Curtius, quem ſuprà memoraui lib. 9. quòd cùm peruentum eſſet ad oppidum Oxydracarum in India, in quod plerique cõfugerant, haud maiore fiducia mœnium, quàm armorum, iam admouebat rex, cùm vates monere eum cœpit, ne committeret, aut certè differret obſidionẽ: vitæ eius periculum oſtendi. Rex Alexander Demophoonta (is namque vates erat) intuens; Si quis, inquit, arti tuæ intentum, & exta ſpectantem ſic interpellet, non dubium quin incommodus ac moleſtus tibi videri poſſit. Et cùm ille ita prorſus futurum reſpõdiſſet: Cenſéſne, inquit, tantas res, non pecudum fibras, ante oculos habenti, vllum eſſe maius impedimentum, quàm vatem ſuperſtitione captum? Nec diutius quàm reſpondit moratus, admoueri iubet ſcalas: cunctantibuſque cæteris, euadit in murum, vbi iuxta ſui vatis denuntiationẽ de vita periclitatus eſt. Atenim etiam Deus cultores dæmonum prophetas nonnunquam vera loqui iuſſit, quæ ad præſcriptũ à Deo rerũ ordinem pertinerent, cùm ſe Deum in rebus grauiſſimis conſulere arbitrarentur.

Curtius.

Fl. Vopiſc.

D Conqueritur apud Flauium Vopiſcũ Vlpius Syllanus, quum erumpentibus Marcomannis cenſuiſſet conſulenda Sibyllæ decreta, vtendũ Apollinis beneficiis, recuſaſſe quoſdam, & cum ingenti calumnia recuſaſſe, cùm adulãdo dicerent, tantam principis eſſe virtutẽ, vt opus non ſit Deos conſuli, proinde quaſi & ipſe vir magnus non Deos colat, nõ de Diis immortalibus ſperet. Quid plura? Audiuimus, inquit, litteras quibus rogauit opem Deorum, quæ nunquam cuiquam turpis eſt, vt vir fortiſſimus adiuuetur. Literas Aureliani Imperatoris, quarũ Syllanus meminit, quibus oraculorum opem efflagitat, refert Vopiſcus in eodem: in quibus præter cætera hæc quoque legimus: Neque enim indecorũ eſt Dijs iuuantibus vincere: ſic apud maiores noſtros multa finita ſunt bella, ſic cœpta.

Verſus 37.

Et conſuluit Saul Dominum: Num perſequar Philiſthiim? Si trades eos in manus Iſrael? Et non reſpondit ei in die illa.

ET non reſpondit ei in die illa. Paraphr. Chaldæus: *Et non accepit orationem ſuam in die illo.*

Et *conſuluit Saul Dominum.*] Saul incitatus à Sacerdote tandem interrogat Dominũ. Idque vel conſuetudini, vel admonitioni Sacerdotis, vel exiſtimationi ſuæ magis videtur dare, quàm pietati, aut fidei, inquit Vermilius. Species quidem externa actionis præclara videtur, & religioſa: res tamen ipſa Deo non placet. Ita multi hodie communicant cum aliis, precantur, faciunt eleemoſynas, non ex animo aut vera fide, ſed tantùm ex conſuetudine. Philoſophi etiam veteres, quamuis religionem prorſus riderent & contemnerent, eamque comparatam putarent tantùm ad continendum populum in officio, tamen interim videri volebant ſtudioſi pietatis. Hodie quoque multi ſunt cùm Romę tum alibi Sacerdotia obtinentes, Epicurei, & ἄθεοι, qui cùm nec Deum credant eſſe vllum, nec religionem curent, tamen populum adigere velint ad ceremonias, & cultum ſacrorum, tantùm vt dignitatem & autoritatem ſuam retineant. Potuit Vermilius, ſi ita animo affectus fuiſſet, benignius mentem Saulis interpretari. Etenim cùm is nulla ope humana partam, ſed diuinitus conceſſam victoriam cerneret, non dubitabat belli reliquias ſibi eſſe profligandas: ſed cùm videret populum labore fractum, verebatur, ne moleſtè ferret poſt diurnum agonem, iterum nocte ad curſum ſudoremque cõpelli. Itaque nihil eo inuito aggredi voluit: ſed cùm in medium attuliſſet id quod vtilius fore videbatur, adhortabatur maturius in hoſtem inuadere; ne quis effugeret. Quod illi vltro conſenſerunt. Sacerdos quod res periculo plena appareret, tam paucos eoſque defatigatos maximam hominum multitudinem de ſua ſalute deſperantem laceſſere atque prouocare, Deum prius conſuli oportere admonuit. Cuius conſilio Saul libenter acquieuit, optimum eſſe ratus, ſi Deus ſuam ſententiam de perdendis hoſtibus, quam placere eidem non dubitabat, oraculo confirmaſſet. Sic enim populũ maiore animo atque audacia in hoſtem incurſurum, & obruturum confidebat. Verùm *trahit ſua quemque voluptas.* Vermilius ſumma quadam maledicendi voluptate trahitur, & in deteriorem vbique partem abripitur.

Et *non reſpondit ei in die illa.*] Vermilius: Erat enim offenſus Sauli & populo. Ita enim homines eos, quibus irati ſunt, auerſari ſolent. Sed cui iraſcebatur Deus? Ionathanne? Non eſt veriſimile. Illum enim partim ignorantia, partim neceſſitas excuſabat. Nam cùm audiſſet

A de patris edicto, vt Ioſephus ait, ſtatim abſtinuit. Sed iudicium fecit de facto patris, eumq; dixit edicto ſuo turbaſſe terram. Et fortaſſe dices, illum id malo animo feciſſe, nec ſatis reueritum fuiſſe autoritatem patris. Equidem quo ille animo id fecerit, neſcio. Nec nimiùm onerandi ſunt Patres, præſertim vbi eos Scripturæ Sacræ non accuſant. Probabilius eſt, Deum iratum fuiſſe Sauli, qui ſua temeritate feciſſet, vt populos ſanguinem comederet. Deinde etiam neglexit legem Dei. Erat enim capitale, ſi quis comediſſet ſanguinem. Verùm hoc ille flagitium ſatis habuit vno verbo reprehendere: ſui autem edicti violatorem omnino voluit morte perſequi. Non eſt leuis pœna, ſi Deus rogatus, & inuocatus non reſpondeat. Hæc maledictio
B hodie in Turcas, & Iudæos incidit. Illi enim Alcoranum ſuum tantùm habent, ſed verbum diaboli: Iudæi autem nec verbum habent, nec prophetam, nec oraculum. Poſtquam enim verum verbum vitæ ſuſtuliſſent in crucem, Deus illis ſuſtulit verbum ſuum. Satius autem multò eſt habere Deum loquentem, cum minis & increpationibus, quàm tacẽtem, & omnia proſpera. Sed hoc diabolus maximè curat, vt populo eripiatur verbum Dei: deinde omnia miſceantur varia interpretatione, ne quis, quid dicatur poſſit intelligere. Quemadmodum hoc tempore factum videmus inſidiis hæreticorũ, qui dum in vulgus ſacras literas ſpargunt ſuo
C quiſque infectas idiomate, huc euaſerunt, vt dum quæritur quæ ſit ſyncera expoſitio, à pleriſque eorum ſectatoribus de tota Scriptura ambigatur. Id Dominus futurũ minatur apud Amos Prophetam. *Mittam illis,* inquit, *famem & ſitim, non panis & vini, ſed audiendi verbi Dei.* Ex altera parte ſumma eſt benedictio, cùm Deus loquitur, & auditur à populo: quod ſemper & vbique in Eccleſia Catholica videmus fieri, vt ab Apoſtolorum temporibus Euangelium in ea nunquã non inſonuerit. Poſtquam autem verbum Dei ereptum eſt, homines miſeri conferunt ſe ad Aruſpices, ad Magos, & Ariolos. Ita Gentes cùm nihil audiſſent de vero Deo, contulerunt ſe ad Philoſophos, eoſque qui aliqua ciuili, & humana prudentia excellebant.

Ars diabolica in Scripturis adulterandis.

D Sed dices: Iudæi, ſi quid erant magni ſuſcepturi, potuerunt petere reſponſum à Deo: nos hodie non poſſumus. An igitur ea cauſa minus Deo chari ſumus, quàm illi? Scio multos hac de re ſolere conqueri: quaſi noſtra deterior ſit conditio, quàm Iudæorum. Sed hîc oportet diſtinguere. Nam qui conſulit Dominum, id facit, vt vel de rectitudine rei, vel de ſucceſſu reddatur certior. Quod ad rectitudinem rei attinet, turpíſne ea, an honeſta ſit, Deo placeátne an diſpliceat, ſatis docemur ex prophetis, ex lege, ex Euangelio, vt id iam neſcire non poſſimus. Quod autem attinet ad euentum, non mirum ſi nunc eiuſmodi oraculis careamus. Alia enim longè nobis promiſſa data ſunt, alia Iudæis. Illis enim Deus pollicitus eſt politiam certam, idque certo in loco poſitam, vſque ad Chriſti aduentum duraturam. Nunc autẽ Deus Euãgelio ſuo nec ciuitatẽ aliquam certam, nec regnum

Quare nunc oracula Christiani non conſulant.

Et non reſpondit ei in die illa.

ET NON RESPONDIT EI IN DIE ILLA.

regnum conſtituit. Itaque Deus Iudæis dabat A ſæpe oracula,& quid ſuſciperent,& quē ſucceſſum eſſent habituri:& quãuis vndique infinitos haberent hoſtes,tamen illis Remp.ſuam vſque ad Chriſti aduentum cõſeruauit. Deinde Iudæi rudes adhuc erant, & imperiti rerum ciuilium, vt pote ſerui homines educti ex Ægypto. Itaque opus illis fuit eiuſmodi auxilio Dei. Poſtremò religio illorum erat adhuc recens & noua,necdum ſatis confirmata, vt eam neceſſe fuerit ſignis, & miraculis comprobari. Nunc autem regnum Chriſti propagatum eſt in immenſum, nec poteſt vna, aut altera republica contineri. Deinde principes Chriſtiani ſatis iam periti ſunt rerum ciuilium. Poſtremò religio noſtra ſatis nobis iam olim eſt confirmata. Pro- B miſit quidem Deus,Eccleſiam nunquã penitus defituram vſque ad reditũ Chriſti. Sed nullum illi præſcripſit certum locum, quin ſi alicunde fortè exulet,hoſpitiũ inuentura ſit alibi. Quare etiamſi non habeamus oracula, non tamen id argumentum eſt, Deum nos hodie minoris facere, quàm olim Iudæos fecerit. Satis nobis eſt, ſi confidamus promiſſionibus Dei, ſi nos rectè geramus, illum nobis non defuturum.

Sed vt ad Saulem redeamus, interrogationis duo ſunt capita. Primùm, an oporteat perſequi Palæſtinos: Deinde, an Deus ſit illos in ſuam poteſtatem traditurus. Facit hoc,vt dixi, Saul,non pietatis, ſed exiſtimationis ſuæ cauſa, ne videretur reiicere ſacerdotem. Sanctus Chryſoſtomus in homil. 14. ad Populum Antiochenum interpretatur hoc ſilentium Dei in C meliorem partem: quaſi eo Deus ſignificare voluerit beneuolentiam ſuam erga Hebræos. Non enim, inquit, terræ motibus, aut fulminibus voluit illorum animos percellere, ſed leui tantùm indignatione oſtendere, ſe illis eſſe iratum. Hactenus Vermilius pauciſſimis immutatis. De Ionatha quæ eſſet noſtra ſententia, antea diximus, & mox iterum dicemus. Vermilij interpretationem tametſi à noſtra diuerſam ponere volui, quod non videatur cum fide pugnare; vt lectori liberum eſſet vtramlibet ſequi.

VERSVS 38.

Dixitque Saul: Applicate huc vniuerſos angulos populi: & ſcitote, & videte, per quem acciderit peccatum hoc hodie.

Variæ tranſlationes.

PAGNINVS: *Accedite huc omnes anguli populi. Videte in quo,&c.* Vatablus: *Adeſte huc omnes anguli populi, cognoſcite, & videte per quem hodie hoc peccatum commiſſum ſit.* In Ecphraſi: *Anguli*, id eſt,principes. Nam quod ſunt anguli in domo, idem principes in populo. *Per quem*: Hebraiſmus,in qua,id eſt,qua re. Paraph. Chaldæus: *Accedite huc omnia capita populi, & cognoſcite, & videte, in quo fuit culpa hæc hodie.* Septuaginta pariter interpretantur *πάσας τὰς γωνίας omnes angulos. ἐν τίνι per quem.* S. Hieronymus in Tradit. Hebraic. principes etiam intelligit,quia his adhærent populi. Et hi quoque anguli videntur dici Iudic. 20. verſ. 2. *Omneſque Anguli populorũ, & cuncta tribus Iſrael in Eccleſiam populi Dei conuenerunt, quadringenta millia peditum pugnatorum.* פִּנּוֹת כָּל־הָעָם *pinnoth cal hagham. Anguli omnis populi.* Quibus verbis Scriptura denuò hic vtitur פִּנּוֹת הָעָם *pinnoth hagham, anguli populi.* Hebraica vox ſonat pinnas & angulos domorum: Kimhi tamen transferri ait ad principes, quoniam ſunt in repub. quod anguli in ædibus.

Anguli populo qui dicantur.

Saul exquirit cauſam huius ſilentij, quaſi ipſe nihil commiſiſſet mali. Hoc ideo ſtudium reprehendi non poteſt. Principes enim iubentur auferre malum de medio populo. Ita Ioſue fecit in hiſtoria de Acham: ita Moſes,cùm occideret idololatras: ita Phinees, cùm ſcortum Madianitidem interfecit. Sed Saulem oportuit primùm in ſeipſum inquirere. Quo tubarum modulo & clangore principes conuocarentur, habes Numer. cap. 10. verſ. 4. *Si ſemel clangueris, venient ad te principes, & capita multitudinis Iſrael.* Idcirco autem principes iubet adeſſe, vt communicato cum eis conſilio, ſinguli deinceps in propriam tribum inquirerent. *Scitote*, inquit, *& videte.* Simplicior ſenſus erit ſi intelligamus, Saulem iuſſiſſe omnes ad ſe conuenire, nec quemquam excuſare voluiſſe; ne forte reus, dum innocentes ſortiuntur, euaderet.

VIVIT DOMINVS SALVATOR ISRAEL.

VERSVS 39.

Viuit Dominus Saluator Iſraël, quia ſi per Ionatham filium meum factũ eſt, abſque retractatione morietur. Ad quod nullus contradixit ei de omni populo.

VERSVS 40.

Et ait ad vniuerſum Iſraël: Separamini vos in partem vnam,& ego cum Ionatha filio meo ero in parte altera. Reſponditque populus ad Saul: Quod bonum videtur in oculis tuis, fac.

D VIVIT *Dominus.* Septuag. *ζῇ κύριος.* Paraph. Chald. *Permanens Dominus*, eodem ſenſu. Dominum teſtatur quem fallere non liceat, quoniam viuit. *Quia ſi per Ionatham filium meum factum eſt.* Pagninus, Paraphraſt. Chaldæus, *Quia ſi eſt iſtud in Ionathan filio meo.* Edicti ſæuitiam exaggerat dictionis atrocitas. Quid ſi facinus in eo hæſerit etiam abſque culpa,vt planè contigit? Abſque retractatione morietur. Explicatio eſt Phraſis Hebraicæ qua nõ rarò Scriptura vtitur, מוֹת יָמוּת *moth iamouth moriendo morietur*; vti vertit hoc loco Pagninus: & Græcæ *θανάτῳ ἀποθανεῖται morte morietur*; vt ſcribunt LXX. Porrò Septuag. id quod legimus, *Quia ſi in Ionathan filio meo eſt iſtud*, ſic exponunt: *ὅτι ἐὰν ἀποκριθῇ κατὰ Ἰωνάθαν τοῦ υἱοῦ μου, quia ſi non reſponderit contra Ionathã filiũ meũ.*

Variæ tranſlat.

VIVIT DOMINVS SALVATOR ISRAEL.

Hoc eſt, ſi ſortes Ionathan reum prodiderint. Sortes enim à Deo temperari nouerat. verſu 40. *Separamini vos in partem vnam, & ego cum Ionatha, &c.* לְעֵבֶר *legheber.* Pagninus, & Vatabl. *in latere vno.* Chald. & Arias *in tranſitu vno.* Vulgatus æquè proprie *in parte* interpretatus eſt. Conſentiunt LXX. Editionis Complut. & Regiæ *vos eritis εἰς ἓν μέρος, in partem vnam.* Sed longè diuerſa eſt Aldina, quæ ſic habet: *ὑμεῖς ἔσεσθε εἰς δουλείαν. Et ego & Ionathan filius meus, ἐσόμεθα εἰς δούλους δουλείας.* tamen vtrobique legiſſe videntur autores Romanæ editionis, quæ ſic Latinè interpretatur: *Vos eritis in ſeruitutem: & ego & Ionathas filius meus erimus in ſeruitutem.* Quem ſenſum hæc habeant diuinare non poſſum, cùm Hebræa commodè exponi potuerint. Dictiones Hebraicæ, inquit Flaminius, quæ ſignificant ſeruitutem, & partem, ſiue tranſitum, valdè ſimiles ſunt. Ad explicationem veniamus.

Saul, inquit Vermilius, vt captare poſſit laudem ſeueri principis, interponit iuſiurandū, quamuis Ionathas ipſe ſit in culpa, eum ipſum eſſe moriturum. Videri vult, pluris facere gloriam Dei, quàm omnes ſtorgas naturales. Eſt ea ſpecies quædam Heroicæ virtutis, qualem legimus fuiſſe in Bruto: qualem etiam erga nos Deus Pater declarauit, cùm noſtra cauſa filium ſuum traderet. Hæc Vermilius.

Quàm temere Saul iuret.

Animaduerte autem quàm ille ſedulò ſe in laqueos induat, Deum viuentem obteſtatur quo nullum iuramentum concipi potuit religioſius. Deinde ex graui cauſa, vt puta Deum infenſum expertus, triſtiſſimum difficillimumq; ſortis exitum exaggerat, ne quid imprudenter feciſſe videretur. Poſtremò etiam populi conſenſum extorquet, ne quis vlla ratione intercedere poſſit. Et hæc omnia inſtigante diabolo diligenter obſeruat, cùm neque ipſe, neque populus iuramentum ſeruaturi eſſent. Cæterùm magna erat ea temeritas, inquit Vermilius, tam facile velle occidere. Multa quidem crimina capite plectebantur: at ex non potuiſſet pro ſua libidine omnia facere capitalia. Erat ergo hoc impotentis animi. Videri volebat ſanctus princeps. Quare quod Deus non reſponderet, noluit putari factum culpa ſua. Nimirum acer eſt in alios: de ſe autem nihil cogitat. Adhæc, quę iuſtitia erat iſta, condemnare peccatū incognitum? Potuiſſet enim eſſe immunditia aliqua legalis, quæ non eſſet punienda capite.

S. Ioann. Chryſoſt.

Chryſoſtomus in ea homilia quam ſuprà citauimus, ait, diabolum neſuiſſe hanc catenam peccatorum, vt aliud ab alio tanquam anſulæ traherentur. Primum enim proponitur temerarium edictum; deinde ſanguis comeditur; poſt Saul iurat ſemel, iterum, tertiò: quartò etiam iurat populus. Poſtremò diabolus id conatur, vt homines inter ſe committantur, & ſtorgæ naturales violentur. Quemadmodum enim Chriſtus ait, *Pater prodet filium, & patrem filius, & inimici hominis domeſtici eius:* ita etiam diabolus inter ſuos ſerit diſſidia. Sed hoc Deus facit propter veram religionem & pietatem: diabolus autem propter ſuperſtitionem. Ita ſanctus Hieronymus piè ſuadet, ſi pater obſtabit, ne Chriſtum ſequaris, calcato patre ad ſignum crucis euola. Summum genus pietatis eſt, hac in re eſſe crudelem. Contrà Phariſæi impiè ſolebant ita inſtituere filios, vt monerent patres: *Munus quodcunque erit ex me, tibi proderit.* Temerè etiam Iepthe oblitus affectus paterni immolauit filiam ſuam. Tale quiddam hic quoque diabolus molitur, vt pater occidat filium ſuum: ſed Deus obſtitit ne fieret.

AD QVOD NVLLVS CONTRADIXIT EI.

A u *quod nullus contradixit ei de omni populo.*] Pagninus, *Et non reſpondit ei*, &c. Sic habent & reliqui Interpretes. Nemo igitur ex populo reſpondet Sauli. Omnes enim erant ſoliciti de ſe. Erant ſibi conſcij alicuius peccati ſui. Sed quomodo, inquies, non proditur Ionathas vel ab aliis, qui eum viderant comedere, vel etiam à ſeipſo? Reſpondeo, quia ipſe non putauit eſſe peccatum, quod feciſſet per ignorantiam: populus autem non putauit illud factum fuiſſe tanti, vt ea cauſa Deus noluerit reſpondere. Vel fortaſſe, populus, cùm videret ſupplicium proponi capitale, miſericordia mouebatur, ne iuuenem bonum & innocentem proderet. Et certè nemo debet prodere ſalutem eius, quem ſciat eſſe innocentem, quamuis adiuratione, & quæſtionibus adigatur. Ionathas autem ſe noluit ipſum prodere: quòd quamuis ſibi eſſet conſcius alicuius culpæ, tamen non putaret id crimen eſſe capitale. S. Chryſoſtomus arguit Saulem ſtultitiæ. Nam ſi tacuiſſet, inquit, ſupplicium capitis, potuiſſet factum multò facilius reſciſcere. Hęc Vermilius.

Quod quiſque iuris in alterum ſtatuerit eo vtatur.

Ius Ciuile.

Separamini in partem vnam, & ego & Ionathas, &c. Saul ne ſeipſum quidem vult eximere, aut ſibi parcere. Sortes ſeorſim poni iubet. *Libri* 2. *Digeſt.* Titulus ſecundus talis eſt: Quod quiſque iuris in alterum ſtatuerit, vt ipſe eodem iure vtatur. *Et ibidem* Vlpianus *l.* 1. Hoc edictum ſummam æquitatem, & ſine cuiuſquam indignatione iuſta præſcribit. Quis enim aſpernabitur idem ius ſibi dici, quod ipſe aliis dixit, vel dici effecit? §. 1. Qui magiſtratum poteſtatémve habebit, ſi quid in alienum noui iuris ſtatuerit: ipſe, quandoque aduerſario poſtulante, eodem iure vti debet. Et paulò poſt: Scilicet, vt quod ipſe in alterius perſona æquum eſſe credidiſſet, id in ipſius quoque perſona valere patiatur.

Albert. Krantz.

Rex ſerno à ſe decreto ſe ſubiicit.

De Canuto Magno Daniæ rege, & Soenonis filio, qui regnis quinque præfuit, narrat hæc Krantzius libro quarto Daniæ ſuæ cap. 28. Tulit legem de ſingulis rebus, omniaque præuidit quæ ab optimo legumlatore ſunt prouidenda. Et quum inter alia homicidio quoque pœnam decreuiſſet, accidit, vt ipſe ſuæ legis præuaricator occiſo milite inueniretur. Quumque factum maieſtatis reuerentia tueri potuiſſet, militari ſe animaduerſioni ſubſtrauit. Illi concione lachrymantes egreſſi, deliberatione inita, triſtem de rege ſententiam ferre vt minus

honeſtum, ita parum vtile peruiderunt: non ignari, ſine eo eſſe ſe vacuũ ſine ſpiritu corpus. Igitur in tam ardua re ſententiis dubij, proprio regem arbitrio mulctandum ſubiecere, ex reo iudicem ſtatuentes: ſatis graues eum delicti pœnas dediſſe arbitrati, qui ſe in tanto fortunæ faſtigio, tam ſuppliciter abiicere ſuſtinuiſſet. Rex culpam ære redimendam conſtituit. Quumque aliàs homicidij crimen quadragenis numini talentis expiari ſoleret, ipſe ſibi trecenta taleota mulctæ nomine indixit. Huic ſummæ nouem auri talenta adiunxit. Totius verò pecuniæ partem ſactis primam, alteram militibus, tertiam interfecto ſanguine coniunctis adiudicauit. Egit humanum iudicem, reum liberalem, atque optimum ſuarum legũ confirmatorem. Hæc Krantzius. Quam nun laudem mereatur iſte Canutus? At truculentior fuit ille Thuriorum legiſlator Charondas, qui cùm legem tuliſſet, ne quis armatus prodiret in concionem, & aliquando per imprudentiam eò veniſſet accinctus gladio, obiicientibus æmulis, Leges quas condidiſti nobis, Charonda, primus præuaricari adortus es, mox eodem ſibi vitam eripuit. Diodorus Sicul. lib. 12.

Diodorus Sicul.

An verò leges Ciuiles legiſlatores obligent, & maxime reges, quærit Franciſcus à Victoria Relect. 3. de Poteſtate Ciuili, numero 21. Videtur, inquit, aliquibus quod non, cùm ſint ſupra totam Rempublicam, & nullus poſſit obligari, niſi à ſuperiori, ſed certius & probabilius eſt, quòd obligentur. Quod probatur primò, quia huiuſmodi Legiſlator facit iniuriam Reipub. & reliquis ciuibus, ſi cùm ipſe ſit pars Reipublicæ, non habeat partem oneris: iuxta perſonam tamen & ſuam qualitatem, & dignitatem. Sed iſta obligatio eſt indirecta, ideò aliter probatur: Nam eamdem vim habent latæ leges à rege, ac ſi ferrentur à tota Republica, vt ſupra declaratum eſt. Sed leges latæ à Republica obligant omnes: ergo etiam ſi ferantur à rege, obligant ipſum regem. Et confirmatur, Quia in Ariſtocratico principatu Senatuſconſulta obligant ipſos ſenatores autores ipſorum, & in popolari regimine plebiſcita obligant ipſum populum: ergo ſimiliter leges regiæ obligant ipſum regem: & licet ſit voluntarium regi condere legem, tamen non eſt in voluntate ſua non obligari aut obligari, ſicut in pactis: liberè enim quiſque paciſcitur, pactis tamen tenetur. Hactenus Franciſcus à Victoria: qui tamen non intelligit populum à rege poſſe pœnas ex lege repetere, hoc enim regiæ dignitati plurimùm derogaret, & toti Reipub. magnopere officeret.

Franciſcus à Victoria.

Reges ſuis legibus tenentur.

Quia ſi per Ionatham filium meum, &c. Valentinianus & Marcianus Auguſti *Cod. de Legibus. l.* 10. Omnes legibus regantur, etiamſi ad diuinam domum pertineant. Sic illi domum familiámque principis nuncupatunt. Atqui princeps legibus ſolutus eſt, inquit Vlpianus *ff. de Legibus. l.* 31. Pœnariis ſupple, Gothofredus ait. Auguſta tamen legibus ſoluta non eſt: ſed principes eadem illi priuilegia tribuunt quæ ipſi habent. *ff. de iure fiſci.*

Legibus reguntur etiam qui ad familiam principis pertinent.

A *l.* 6. *Et Cod. de quadriennij præſcriptione l.* 3. Filij in poteſtate parentum ſunt. Fertur Philippus 2. Hiſpaniarum Rex filium ſuum primogenitum; regni hæredem, ob periculum fidei neci dediſſe. In eadem Hiſpania olim tempore S. Gregorij Magni, Leuigildus Gothorum rex cùm Ariana febre laboraret, S. Herminigildum item filium ſuum, cùm fidem Catholicam, quam à S. Leandro didicerat, abnegare nollet, nec paternæ voluntati obſequi, odio Chriſtianæ religionis ſæuè crudeliterque peremit.

B

VERSVS 41.

Et dixit Saul ad Dominum Deum Iſraël: Domine Deus Iſraël da indicium: quid eſt quod non reſponderis ſeruo tuo hodie? Si in me, aut in Ionatha filio meo, eſt iniquitas hæc, da oſtenſionem: aut ſi hæc iniquitas eſt in populo tuo, da ſanctitatem. Et deprehenſus eſt Ionathas & Saul, populus autem exiuit.

C

PAGNINVS: *Et dixit Saul ad Dominum Deum Iſrael: Da perfectionem.* Arias *integritatem*. Hebraice legimus תָמִים *thamim.* Vatablus: *Decerne integritatem. Et deprehenſus eſt Ionathan atque Saul, populus verò euaſit.* Idem in Ephraſi. *Da perfectionem*, id eſt, ſortem veram. Chaldæus Paraphraſtes, *Fac venire ſortem pro rei veritate*, id eſt fac ſors cadat ſuper peccatorem. *Et populus egreſſus eſt*, id eſt, abſolutus eſt à ſortibus. Oſtendit Dominus per ſortes, peccatum admiſſum non pertinere ad populum. Hæc Vatablus. Interpres Paraphr. Chald. *Et dixit Saul ante Dominum Deum Iſrael: venire fac eum in veri-*

D *tate. Et comprehenſus eſt Ionathas.* Quod ſic intelligere poſſumus: cùm miſſæ eſſent ſortes in ſinum, & iam educendæ eſſent, venire, inquit, fac eum, qui vere reus eſt. Eius nomine inſcripta ſors occurrat, & extrahatur, qui ſceleris autor extitit. LXX. apud Compluтenſes. Καὶ εἶπε Σαοὺλ, κύριε ὁ θεὸς Ἰσραὴλ δὸς δήλους. Καὶ κατακληροῦται Σαοὺλ, &c. *Et dixit Saul: Domine Deus Iſraël da manifeſtationes. Et ſorte comprehenditur Saul & Ionathan: & exiuit populus.* Ab hac longe diuerſa eſt Aldina editio, apud quam hæc legimus: Καὶ εἶπε Σαοὺλ. Κύριε ὁ θεὸς Ἰσραὴλ. τί ὅτι οὐκ ἀπεκρίθης τῷ δούλῳ σου σήμερον εἰ ἐν ἐμοὶ ἢ ἐν Ἰωνάθαν τῷ υἱῷ μου ἡ ἀδικία. Κύριε ὁ θεὸς Ἰσραὴλ. δὸς δήλους. Καὶ ἐὰν τάδε εἴπῃς δὸς δὴ τῷ λαῷ σου Ἰσραὴλ, δὸς δὴ ὁσιότητα. Καὶ κατεκληρώθη, &c. Editio Romana ſic interpretatur. *Et dixit Saul: Domine Deus Iſrael, Quid, quod nõ reſpõdiſti ſeruo tuo hodie? Si in me vel*

Varia tranſlationes.

in Ionathan filio meo iniuſtitia; Domine Deus Iſrael A *da manifeſtationes. Et ſi hæc dixerit*, τάδε εἴπῃ legit Romana: Aldina, τάδε εἴπῃς Et ſi hæc dixeris, *da nunc populo tuo Iſrael, da nunc ſanctitatem. Et ſorte capitur Ionathan*, &c. Idem opinor ſenſus eſt. Cæterùm, vt annotat Flaminius, in Græcis codicibus apparet coagmentatio quædam variarum interpretationum.

Vermilius. *Quos Deus nonnunquam audit male precantes.* Saul precatur Deum, inquit Vermilius, vt clarè & perſpicuè reſpondeat. Sed prorſus precatur ſine omni fide. Sed dices: Cur ergo ita orans auditus eſt? Reſpondeo: Deus non audiuit illum, ſed id potius fecit, quod putauit eſſe muneris ſui. Dei enim ſolius eſt temperare ſortes. Et quamuis nos falſi & mali ſumus, tamen bene & verè reſpondet. Cùm Ionas eſ- B ſet in naui, & nautæ idololatræ ducerent ſortes, Deus illis patefecit voluntatem ſuam: non quòd illos audiret, ſed quòd ſciret ſortes ad ſuum munus pertinere. Hæretici noſtrorum temporum nonnulla raro inedia ſe macerant, & inſanis vocibus vtriuſque ſexus promiſcuè perſtrepunt, Deóque, vt aiunt, ſupplicant. Si qua deinde proditio, aut inſidiæ pro voto ſuccesserint, non debemus putare, Deum illos audiſſe, ſed noſtra peccata vecordiamque pro ſua conſuetudine vltum eſſe. Quare argumentum, quod colligitur ex euentu, elumbe ac vanum eſt. Eſt enim à non cauſa, vt à cauſa.

S i *in me aut in Ionatha, da oſtenſionem: ſi in populo, da ſanctitatem.* Hæc verba cùm non ba- C berentur in Hebræo, aut etiã Paraphr. Chald. Interpres noſter exemplum fortè ſequutus Septuag. Interpr. addidit, explicationis gratia. Habet illa S. Gregorius, & iuxta morem S. Gregor. ſuũ tractat tropologicè. Indicium, inquit, Dei petimus, quando nobis abſcondita reuelari flagitamus. Sed quærendum eſt, quid ſibi vult tanta verborum diuerſitas? Nam in ſe & filio *oſtenſionem* dari petit, ſi in populo eſt iniquitas, *ſanctitatem*. Quod tamen dici breuiter poteſt, quia electi doctores ſciunt propriam Tropolog. fortitudinem, ſciunt populi ſubiecti infirmitatem. Pro ſe ergo ſolam oſtenſionem culpæ petunt: quia auſteritate pœnitentiæ hanc ſolã inſequi ſciunt. Pro populo autem ſanctitatem quærunt: quia culpas ſubditorum non ſolùm ſcire appetunt, ſed quos inueniunt praua agere, rogant ad veniam par lamenta peruenire. D Quid eſt enim dicere, *Da ſanctitatem*: niſi, Sanctifica, quos demonſtras? Mihi occulta eorum detegis, ſed detegendo nihil agitur: ſi quod oſtendis, gratiam refundendo, non operis. Hactenus S. Gregorius.

Et *deprehenſus eſt Ionathas & Saul, populus autem exiuit.*] Populus cùm videret ſe eſſe liberarum ſortibus, nec eſſe in noxa, non dubito, inquit Vermilius, quin magnam ceperit animo lætitiam. Iam ergo culpa hæret inter Saulem aut Ionatham. Quamois autem Saul videatur intrepidè agere, ac fortiter, tamen haud dubiè animo grauiter commouetur. Atque hic eſt fructus temerè ſuſceptorum, vt & aliis, & ſæpe autoribus ipſis ſint moleſta. Ne autẽ Saul oſtenderet, quantùm animo perturbaretur, A obſtabat partim iuſiurandum, partim pudor. Ionathas non prodit ſeipſum: quod nec Achã, nec Ionas in naui fecit. Ionathas verò ſi non agnoſcebat peccatum ſuum, poteſt excuſari quòd ſe non patefecerit. Sin erat conſcius ſibi criminis, non debet laudari. Non eſt enim eximiæ charitatis, alios conicere vel in timorem tua cauſa, vel in periculum. Et certè quamuis Ionathas fuerit vir ſanctus, tamen homo fuit, nec prorſus erat immunis ab omni vitio. Videtur enim hîc non ſatis confiſus eſſe Deo, qui eum paulò antea è tanto periculo liberauerat. Sed ita ſomus eùm deſtituimur à Deo, & nobis ipſis relinquimur. Quanquam ſciri vix poteſt, quo animo Ionathas iſta fecerit.

Versvs 42.

Et ait Saul: Mittite ſortem inter me, & inter Ionatham filium. Et captus eſt Ionathas.

Romana Editio LXX. Interpr. ita legit. *Et dixit Saul: Iacite inter me, & inter Ionathan filium meum: quemcunque ſorte ceperit Dominus; moriatur. Et dixit populus ad Saul: Non eſt verbum hoc. Et prænaluit Saul populo: & iaciunt inter eum, & inter Ionathan filium eius: & ſorte capitur Ionathan. Iacite.* Nobil. Flaminius, ſic Hebræus: alij addunt κλῆρον, *ſortem. Quemcumque.*] Scholion, hęc vſque ad illud, (& ſorte capitur) in ſola editione Theodotionis ſunt poſita; quã- obrem ſunt ea aſteriſco notata, tanquã poſita in vna, aut ſecunda coniugatione ipſorum LXX. non tamen in Hebræo.] Ex quibus Scholiaſtis verbis, inquit Flaminius, & aliis huiuſmodi, quæ alibi afferentur, colligi poteſt plures fuiſſe editiones, quæ nomen LXX. retinerent, & interdum quidem in eodem codice poſitas, & quaſi coniugatas, vnam tamen altera puriorem. Hactenus Flaminius. Romanam editionem Antuerpiana Laurentij æmulatur. Græca ex Aldo ſubiciam: Καὶ εἶπε Σαοὺλ βάλλετε κλῆρον ἀνὰ μέσον ἐμοῦ, καὶ ἀνὰ μέσον Ιωνάθαν τοῦ υἱοῦ μου· ὃν κατακληρώσηται κύριος, ἀποθανέτω. καὶ εἶπεν ὁ λαὸς πρὸς Σαοὺλ. οὐκ ἔστι τὸ ῥῆμα τοῦτο, καὶ κατεκράτησε Σαοὺλ τοῦ λαοῦ, καὶ βάλλουσι κλήρους ἀνὰ μέσον αὐτοῦ, καὶ ἀνὰ μέσον Ιωνάθαν τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. καὶ κατακληροῦνται Ιωνάθαν. Eadem fermè Complut. & Reg. Hîc tamen in fine κατακληροῦται numero ſingulari legunt, & abeſt ea intercesſio quæ hîc populo tribuitur, & quod dicitur Saul, contempta intercesſione, quod ſtatuerat obtinuiſſe, vt fieret; vt ſcilicet ipſe cum filio triſtiſſimam ſortem experiretur. Pagninus, Arias, & Varia tranſlationes. Nobilius Flamin. Vatablus, cum Vulgata conſentiunt, niſi quod Arias, & Vatablus, ſortem expungunt, & legunt ſimpliciter *Protuite*; ſed tamen eodem ſenſu. Nam Vatablus in Ecphraſi admonet ſupplendum eſſe, *ſortem*.

Digitized by Google

Vermilius.

Quare Ionathas potius quàm Saul ſortibus proditus ſit cum minus nocens fuiſſe videatur.

A Et *captus eſt Ionathas.*] Quid hoc eſt? inquit Vermilius. Saul grauiter peccauerat, & prætéritur; Ionathas, qui leuiſſimè deliquerat, deprehenditur. An hoc eſt temperare ſortes? Sed reipſa notatur: quamuis ſortibus declaretur erratum Ionathæ. Cur autem Ionathas deſignaretur nominatim, multæ potuerunt eſſe cauſæ. Primùm enim Deus hoc pacto voluit conſulere dignitati regiæ. Nam ſi Saulem ſortes reum prodidiſſent, populus contempſiſſet eum, & fortaſſe ab illo defeciſſet. Nam à principio turbulẽti quidam filij Belial cœperũt eius imperium reſpuere. Quòd ſi nũc vidiſſent eum ſuo peccato alienaſſe à ſe Deum, dixiſſent electionem eam fuiſſe fraudulentam, & contra voluntatem Dei. Alij hoc ita putant accidiſſe, B vt Saul magis affligeretur. Quis enim ſumpſiſſet de illo ſupplicium ſi peccaſſet? reliquiſſent eum iudicio Dei, & tantùm eum iuſſiſſent agere pœnitentiam. Cùm autem deprehenſus fuiſſet Ionathas, neceſſe eſt illi vehementer arſiſſe viſcera. Adhæc, etſi Ionathas peccarit tantùm ignorantia, tamen illud ipſum oportuit expiari. Erant enim ſacrificia pro ignoratione: Et fortaſſe, quamuis non peccauerit comedendo, tamen in eo grauiter offendit, quòd ita inſolenter reprehendit edictum patris. Principum enim edicta, quamuis videantur grauia, tamen non ſunt publicè reſciodenda. Alij putant Deum hoc pacto conſtituere voluiſſe diſciplinam caſtrenſem: Itaque eum notaſſe, qui aliquo modo ſe excuſare potuiſſet: vt alij cogitarent, quid de ipſis futurũ eſſet, ſi data opera C peccauiſſent. Rab. Agaom, id putat factum, vt & Reip. & Ionathæ conſuleretur. Alij enim dixiſſent, illum potuiſſe impunè violare edictum patris: at ſi quiuis è populo idem feciſſet, non ita fuiſſe abiturum. Eiuſmodi autem murmura populi Deo non placent. Deinde, non omnes qui eum viderunt comedentem, ſciebant eum ignarum, & imprudentem edicti comedere. Deus ergo voluit iuſtificare Ionatham, vt omnes intelligerent, quo animo id feciſſet. Hactenus Vermilius.

Quæ ſit diuina ſors; & an à Deo proditus credi debeat Ionathas.

Serarius.

Legimus poſthumos Serarij Commentarius in lib. Regum, quos ſi vir ille tantus pro voto abſoluiſſet, in pleriſque difficultatibus magna nos moleſtia liberaſſet: ſed voluntate Dei contigit vt antè ad præmium raperetur quàm opus abſolueret. Is ex hoc loco Ionatham ſceleris reum conſtituit, quod cùm *diuina ſors* eſſet adhibita, innocentem vtique non prodidiſſet. At contrà Merſenus noſter, qui Ionathæ patrocinium apud me ſuſcepit, cùm innocentem probaſſet, negat eam *ſortem* fuiſſe *diuinam*. Diuinam enim ſortem inſonti atque innoxio periculum creare non potuiſſe. Duobus potiſſimùm argumentis nititur. Nam primùm quidem ſorte experiri Saulem Deus non præceperat, quemadmodum prius cùm Ioſue cap. 7. Achan Hierichuntini anathematis violatorem deprehendit. Deinde ne tum quidem diuina ſors eſt habita: quod ſi crederetur, populus eam reueritus nequaquam auſus eſſet Ionatham abſoluere, quem diuino iudicio damnatum nõ ambigeret. Sed vereor ne æquiuoco laboremus. Nam quæ ſit *diuina ſors*, fortè non omnes eodem modo accipiunt. Nam ſortes quidem à Deo temperari Salomon autor eſt, Prouerb. 16. *Sortes*, inquit, *mittuntur in ſinum; ſed à Domino temperantur*. Et hic quidem nullas excepit. Sed num omnes præterea diuinæ dicendæ ſint non ſatis conſtat. Nam cùm Serarius *diuinam* hanc *ſortem* præ aliis nonnullis æſtimare videatur, & Merſenus item noſter neget eam fuiſſe *diuinam*, apparet vtrumque genus B aliud ſortis aliquod agnouiſſe. Sed quæ diuina dicenda ſit neuter explicuit. Num igitur quæ à Deo temperatur, & regitur? temperantur omnes. An quæ à Deo præcipitur? Sed rara eſt huiuſmodi. An quæ inſtinctu diuino obtruditur? ſed hoc animaduertere difficillimum eſt. An quæ veritatem certò manifeſtat? Sed hoc poſterius eſt: & fieri caſu nonnumquam potius ſuſpicabimur, quàm quòd ea ſors vllam præſagiendi vim habuerit. Igitur diuinam ſortem definire non admodum facile eſt. Arbitror tamen apud antiquos (nam ab Eccleſia ſors omnis diuinatoria exulat,) diuinas ſortes non alias fuiſſe, quàm quæ Deo iubente, aut à prophetis, vel ſacerdotibus, quos probabile eſſet Deum auditurum, religioſè mitterentur. Et C quidem hæ tantùm ex omnibus certam atque indubitatam veritatem prodebant. Talis Ioſue cap. 7. Talis Samuel 1. Regum cap. 9. reliquas humanas, aut alio quolibet nomine dicere poſſumus: non quia à Deo pariter non regantur, ſed quia incerto fine. Quandoque enim etiam occulta pandunt, aliàs impios ac de Deo malè meritos in fraudem inducunt, & digna vltione proſequuntur. Nautarum ſortes ſic Deus temperauit, vt Ionas deprehenderetur. Amanis calculos ſic in vrna commiſcuit, vt is potiſſimùm menſis exiret, non qui cædi faciendæ Iudæorum opportuniſſimus eſſet, ſed impediẽdæ potius & cohibendæ.

Quæ ſit diuina ſors.

Diuinã ſortem Saulem non adhibuiſſe.

Probatur diuinam ſortẽ non fuiſſe, qua Ionatham prodidit.

Quo in genere ſors illa à Saule tentata numeranda ſit, paucis inueſtigemus. Apparet ſanè non fuiſſe *diuinam ſortem*, vti doctè Merſenus D noſter ſentiebat. Primùm enim diuino iuſſu ea ſortitio non eſt imperata. Deinde eo remedio opus non fuit, cùm ſatis noſſet ſe non ita pridem in diuinam offenſionem incurriſſe. Adhæc, quòd populus quoque legem violaſſet. Hæc cùm neſcire non poſſet, pœnitentia ac piaculo non ſortitione opus eſſe intelligere debuit. Præterea, cùm paulò antea grauiter atque acerbè à Samuele fuiſſet increpitus, ab eodem reſponſum non metuerat. Quintò, cùm oraculum conſuluiſſet obmutuit. Cùm igitur illum nec ſuum facinus latere poſſet, & Deum reſpondere nolle iam bis expertus eſſet, quî tandem auſus eſt veritatem ſortè velle extorquere? Vis afferri Deo nulla poteſt. Huius fauorem ſi ſorti detrahas, ſolus caſus relinquitur: quo nihil eſſe poteſt inconſtantius. Igitur

ex eo veritas non elicietur. Quanta eſt igitur ea temeritas, Deo minimè propitio & annuẽte, ſorte cuiuſquam ſalutem periclitari? Sed Deus ſortes non deſerit. Verùm illud quidem eſt: illas enim diſponit; ſic tamen vt ſceleſtis nonnunquam ſuppliciũ magis irroget, quàm quod quæritur aperiat. Sicut hoc loco Sauli vſu eueniſſe non dubium eſt, cùm chariſſimus idémq; fortiſſimus filius in plagas à patre diſpoſitas incidit. Denique, quòd ne tum quidem populus ſatis illi ſorti fidẽ habuerit, patet: quoniam ſupplicio interceſſit, quod vtique auſus non eſſet teſte atque accuſatore Deo. Poſtremò, idẽ Saul, cùm iterum poſtea oraculum obmutuiſſet, pertæſus vanitatis ſortium, maluit Pythoniſſam cõſulere infrà cap. 28. quod nõ feciſſet, ſi ſorte ſe certi quidquam explorare poſſe credidiſſet. Erit etiam illud non leue argumẽtum, quod petitur ab innocentia Ionathæ: quoniam etſi non prorſus culpa vacabat, illius tamen qualecũque illud crimen ſiue temeraria expoſtulatio, non debuit fieri tanti, vt quærentibus ad necem dederetur. Prius enim Saul ſe gladio animaduerſurũ iurauit, quàm funderet preces, & ſorte experiretur. Illud verò quod nonnulli aiunt, Deum permittere voluiſſe ad ſanciẽdam militarem diſciplinam, potius contra eam pugnat, & ſoluit: non enim plexus eſt Ionathas, ſed intercedẽte populo liberatus. Ionathę verò innocentiam illud periculum minimè expurgauit. Non enim immunis à crimine populi ſuffragijs declaratus eſt, cùm regem iniuſtitiæ inſimulare nemo auderet: ſed priuilegio virtutis, reique præclarè geſtæ gratia, pœnæ exemptus.

Suetonius.

Et *captus eſt Ionathas.*] Quàm ſæuus dolor patris animum illico perculit? Quantamlibet enim animi conſtantiam vultu ſimulet, ore geſtúque preferat, inteſtinus tamen miſerum cor mœror edit. Narrat Suetonius in Octauio cap. 13. patrem & filium pro vita rogantes, Octauiũ ſortiri, vel dimicari iuſſiſſe, vt alterutri concederetur: ac ſpectaſſe vtrumque morientem, cùm patre, qui ſe obtulerat, occiſo, filius quoque voluntaria occubuiſſet nece.

Versvs 43.

Dixit autem Saul ad Ionatham: Indica mihi quid feceris. Et indicauit ei Ionathas, & ait: Guſtans guſtaui in ſummitate virgæ, quæ erat in manu mea, paululum mellis, & ecce ego morior.

Ionath. cād.

Indsca *mihi quid feceris.*] Quaſi nolit eum condemnare niſi confeſſum. Hîc operæpretium eſt conſiderare candorem Ionathæ. Simpliciter confitetur factũ. Non excuſat aut ignorantiam, aut neceſſitatẽ ſuam, aut vtilitatẽ facti, quòd ſenſiſſet ſibi reſtitutas vires: non accuſat temeritatem patris, nõ iactat virtutes bellicas, non prouocat ad populum. Et tamen, *En ego moriar?* inquit. Cuius, inquit, S. Chryſoſt. cor non

A flexiſſet huiuſmodi oratio? patrem tamen non flexit. Saul ipſe cùm tranſgreſſus fuiſſet legem, tamen excuſauit factum ſuum, & ita excuſauit, vt videri vellet rectè feciſſe. Ita omnes ingenioſi ſumos ad excuſationes, ſi quid peccauimus. Alij culpam reijciunt, cùm accuſantur, in præſcientiam, aut prędeſtinationem Dei, alij in aliud: nemo autem eſt, qui velit ſeipſum fateri reum. *Mulier*, inquit Adam, *quam dediſti mihi, hæc me decepit.* At hoc erat culpam reiicere in Deũ. Longè verò aliter agit Ionathas.

Tullius.

Error Stoicorũ, omnia peccata eſſe æqualia.

Gvstans *guſtaui paululum mellis.*] Parua, inquis, eſt res: at magna culpa: peccatur enim ſemper ex inſcitia, vel ex incontinentia. In quo peccatur, id poteſt aliud alio maius eſſe, aut minus, ipſum quidẽ illud peccare, quoquũ te vertas,
B teris, vnum eſt: ſiquidem eſt peccare, tanquam tranſire lineas: quod cùm feceris, culpa commiſſa eſt: quàm longè progrediare, cùm ſemel tranſieris, ad augendam tranſeundi culpam nihil pertinet. Peccare certè licet nemini. Quod autem non licet, id hoc vno tenetur, ſi arguitur non licere. Id ſi nec maius, nec minus vnquam fieri poteſt: (quoniam in eo eſt peccatum, ſi nõ licuit, quod ſemper vnum, & idem eſt.) quæ ex eo peccata naſcantur, æqualia ſint oportet. Quicquid non oportet, ſcelus eſſe: quicquid nõ licet, nefas putare debemus. Etiámne in minimis rebus? etiam: ſiquidem rerum modum fingere nõ poſſumus, animorum tenere poſſumus. Cùm quicquid peccatur, perturbatione peccetur rationis, atque ordinis, perturbata autem ratione ſemel, & ordine, nihil poſſit addi,
C quo magis peccari poſſe videatur. Ad hunc modum Tullius 3. Paradox. Cuius rationes de Stoicorum fontibus deriuatas, nullas eſſe oſtẽdit S. Thomas 1. 2. quæſt. 73. art. 2. Error verò eorum ex eo potiſſimùm capite manat, quòd peccati naturam in eo eſſe totam voluerunt, ſi quis à recta ratione deficeret. Nam priuatio, cùm nihil ſit, intendi aut remitti nequit. At notare præterea debuerant, id genus duplex eſſe poſſe. Nonnunquã enim res aliqua, ſic eo quod aliquãdo habuit, orbatur, vt nihil eius ſuperſit. Et hoc quidẽ modo priuari, omnibus ex æquo contingit. Tam enim verè Hectoris corpus, ſimulac efflauit animam, mortuũ dicitur, quàm Patrocli, qui aliquot ante diebus eiuſdẽ ferro occubuerat. Neque enim morti ſuperſtes eſt
D aliqua pars animę, quę imminui valeat, aut etiã augeri. At quorum oculis caligo incidit, non omnes pariter cæcutiunt: neque qui aduerſa valetudine conflictantur, ſimiliter omnes laborant, ſed eſt alius alio calamitoſior. Quemadmodum enim in fidibus, & ſi qui Terpandrum, aut etiam Amphionem pulſandi peritia æquare non valeant, nonnullum tamen concentum eliciunt, alius alio ſuauiorem pro cuiuſque artis induſtria: ita & in corporis harmonia, nonnulli quidem optimè ſe habent, cum quibus ægroti conferri non poſſunt. Ipſi tamen omnes parte aliqua valetudinis vtcunque perfruuntur, qua ſublata protinus conciderent. Eſt autem vitium morbus animæ, valetudo virtus: eo habitu qui priuantur, peccare dicuntur. Sed nemo omnium, dum viuit, eo prorſus deſti-

S. Thom.

Priuari contingit dupliciter.

tuitur: quod manifeſtè patet perditiſſimorum hominum res geſtas intuenti. Semper enim, etiam cùm peccant, apparet ordo aliquis à ratione præſcriptus, quem ipſi natura duce obſeruant: qui ſi præcidatur, actionem omnem & motum cum voluntatis tum animi interrumpi neceſſe eſt. Igitur perinde vt quiſque ab eo longius abſcedit, eo etiam grauius peccare cenſetur: leuius, qui non ita procul. Longius autem recedere videntur qui rationis ordinem oppugnant, quam qui eundem non aſsequuntur. Quapropter improbi qui certa voluntate, & de induſtria ſcelere ſe polluunt, delinquunt multò flagitioſius, quàm qui metu aut etiam cupiditate labuntur: vtriſque autem ſceleratius, qui contumaci atque obfirmato animo maleficiis ſtudent: leuiſſimè omnium qui per ignorantiam impingunt, ſi quidem ab ea voluntas abhorreat.

An leuitas materiæ à peccatis excuſet; Et quæ ſit eius habenda ratio in præceptis, votis, & iuramentis promiſſoriis.

VERVM quandoquidem ea excuſatione Ionathas non eſt vſus, ſed leuitatis materiæ, etiam in leui materia præceptum quantum momenti habeat videamus. Nam ſimile quiddam reſpondere olim potuit Adamus cùm à Deo incuſaretur, Quid enim magni feci? pomum comedi. Tantine erit apud te ex arbore fructum aliquem delibaſse, vt propterea morti C addictum, & paradiſi delicijs ſpoliatum, me abdices? Sic prima fronte dicere potuiſse videtur. At ſi autem his quoque, quæ à nobis referuntur, ſtudioſè accommodes, ea tranſgreſſio quantum ſceleris in ſe habuerit, ex Tertulliano audies. In hac enim lege Adæ data, (Tertullian.) inquit, omnia præcepta condita recognoſcimus, quæ poſtea pullulauerunt data per Moyſen, id eſt, *Diliges Dominum Deum tuum de toto corde tuo, & ex tota anima tua.* Et, *Diliges proximum tibi tanquam te.* Et, *Non occides, non mœchaberis, non fraudaueris, falſum teſtimonium non dices. Honora patrem tuum & matrem, & alienum non concupiſces.* Primordialis lex eſt enim data Adæ & Euæ in paradiſo, quaſi matrix omnium præceptorum Dei. Denique ſi Dominum Deum ſuum dilexiſſent, contra præceptum D eius non feciſſent: ſi proximum diligerent, id eſt ſemetipſos, perſuaſioni ſerpentis non credidiſſent, atque ita in ſemetipſos homicidium non commiſiſſent, excidendo de immortalitate, faciendo contra Dei præceptum. A furto quoque abſtinuiſſent, & de fructu arboris clàm non deguſtaſſent, nec à conſpectu Domini Dei noſtri noſtri ſub arbore deliteſcere geſtiſſent. Nec falſum aſſeueranti diabolo participes efficerentur, credendo ei quod ſimiles Deo eſſent futuri. Atque ita nec Deum offendiſſent vt patrem, qui eos de limo terræ quaſi ex vtero matris figurauerat. Si alienum non concupiſſent, de fructu illicito non guſtaſſent. Igitur hac generali & pri-

Adami peccatum in re leui nō leue fuiſſe.

I.

A mordiali Dei lege, quam in arboris fructu obſeruari Deus ſanxerat, omnia præcepta legis poſterioris ſpecialiter indita fuiſse cognoſcimus, quæ ſuis temporibus edita germinauerunt. Hæc Tertull. lib. Aduerſus Iudæos, cap. 2. Quibus apertiſſimè demonſtrat, quanta in re leuiſſima præcepta temerata ſint: quæ tamen omnia ab eo in Adamum congeſta, in Ionatham quadrare non poſſunt. Ille namque ignarus præcepti, nihil contra Dei patríſque voluntatem aut proximo debitam charitatem moliri ſtuduit: ſed quidquid tãdem imperatum eſſet, tametſi graue & incommodum videretur, paratus fuit obſeruare; vti, cùm primùm reſciuit, continuò probauit, quod reliquum fuit à melle abſtinens. Quod tametſi verum eſt, nec putem in dubium poſſe reuocari, B adhuc tamen ex illius verbis quærendum occurrit:

An ſi is quoque paterni conſcius interdicti paululum illud mellis delibaſſet, etiam tum venia dignus haberetur?

MODICVM, inquiunt, pro nullo reputatur. Item, De minimis non curat prætor. Ergo ne huius quidem exigui cibi ratio habẽda fuit. Verùm aliter ſenſiſſe priſcos olim Monachos, Orientis lumina, teſtatur Ioannes Caſſianus lib. 4. de Institut. Renuntiant. cap. 20. & lib. 5. cap. 40. quibus locis minima quæque C tanta religione ab ijſdem obſeruata fuiſſe commemorat, vt duo quidam pueri, ſacræ paleſtræ tyrunculi, cùm in vaſta ſolitudine à via aberraſsent, & ficus ad alterum deferendas geſtarent, inedia mori maluerint, quàm non conceſſum cibum attingere. Alter verò cùm lentis tria granula, quæ hominis diligentiam fortè effugerant, iacentia reliquiſset, tanquam ſacri neglector peculij, publica pœnitentia incuriæ maculam iuſsos ſit eluere. His etiam addere poteram, non ita modicum eum cibum videri poſse, cuius beneficio vires Ionathæ recreatæ ſint, ni mallem in propoſita quæſtione ſoluẽda ſeriò & accuratè verſari.

(Ioan. Caſſ.) *In rebus minimis antiquorum Monachorum religio & obſeruantia.*

Hanc igitur ſic tractat Caietanus Comment. in art. 7. quæſt. 89. a. 2. S. Thomæ, vt neget id, (Caietan.) quod vulgò aſseritur, minimum pro nullo reputari, de iuramento promiſsorio verum eſse D poſse. Iuramentum enim etiam in minimis obligat. Sed an peccet letaliter qui eiuſmodi violat, ſunt qui dicant, ſunt etiam qui negent, & velint tantùm venialiter peccare: nam & in præceptis hoc verum eſt. Qui enim minimum quid aufert alieni, tametſi furtum ex ſuo genere peccatum mortale eſt, tamen propter imperfectionem actus, & detrimenti leuitatem, qua is, cuius res auertitur, minimè offenditur, mortaliter non peccat. Et id quidem admittendum eſse cùm de præceptis agitur, nemo it inficias: at iuramenti aliam rationem habendam eſse docet Caietanus. Argumẽtum ab illo axiomate petitum hoc pacto diſsoluit. Minimum relatiuè nonnumquam dici, vt pars

In iuramẽtis locũ non habet materia leuitas.

gvstavi, &c.

modica alicuius totius: aliquando abſolutè, vt aliquod modicum totum. Qui minimum quid ex aliquo toto præterit, ſiue in præceptis, ſiue in votis, aut iuramentis, non peccat niſi venialiter, vt qui rem minimam furatur. Qui totius pſalterij, ad quod recitandum totum voto ſe obſtrinxerat, verſiculum præterit; qui ex centum aureis, quos iuramento interpoſito dare pollicitus erat, aſſem vnum exemit, nequaquam ptopterea rei ſunt mortis æternæ: Minimum enim pro nihilo habebitur. At ſi modicum illud, ſit totum quod iuramentum præſtare debet, letali ſcelere ſe obſtringit, qui promiſſum fallit: tum enim verè etiam in re minima reus teoetur violatæ fidei, quam Deo deuinxerat.

Præcepti, voti, & iuramentis non eandem eſſe rationem.

Ad illud verò quod pro ſimili de præceptorum obſeruantia aſſerebatur, reſpondemus, inquit Caietaous, non modicum diſcrimen eſſe. Prætepta enim naturæ & Dei, ex ſe non ſunt determinata vniuerſaliter ad minimas res, ſed ad genera rerum, vt patet diſcurrendo per præcepta charitatis, teligionis, iuſtitiæ, fortitudinis, temperantiæ. Et propterea in eis, modicum in ſe, etiamſi ſeorſim fiat, pro nihilo reputatur, vt patet de accipiente alienum pom .m. Sed præcepta de votis, & iuramentis ſeruandis, quia à nobis voto vel iuramento determinantur, res etiam paroæ in ſe, ideo obligant ad minimas eleemoſynę, liberalitatis, charitatis, aliarúmque virtutum actiones, quando ſeorſim & per ſe ſunt promiſſæ. Noſtra namque determinatio ad hoc minimum, vt quoddam totum, ſubſternit diuini præcepti vinculo hoc minimum, ac ſi præceptum de hoc minimo factum eſſet. Hactenus Caietanus. Cuius etiam videtur hæc eſſe ſententia: Si quid minimum à Deo lege præſcriptum eſset, abſq; letali vulnere prætermitti non poſse. Edixit aliquando Deus Exodi 30. cap. *Animam ſuam vnuſquiſque dimidio ſiclo redimito. Diues non addet ad dimidium ſicli, & pauper nihil minuet. Siclus autem viginti obolos habet.* Leuis hæc ſumma eſt. Fiet etiam leuior, & minotis æſtimari poterit, ſi de pretio quiſquam mediam tantùm partem decidat. Fraus quinque obolis æſtimabitur: æſtimetur vel duobus. Nom igitur ille oobis venia dignus habebitur, qui minimam partem de pretio detraxit? quod ipſum totum non adeò magni momenti eſt, vt propterea cuiquam æternæ vitæ periculum ſubeundum ſit, ſi qua ratio habeatur leuitatis materię. Non arbitror qoemquam, eum, qui eiuſmodi ſcelus admiſerit, auſurum æternæ mortis reatu abſoluere. Non enim tam ſpectanda eſt imperatæ rei leuitas, quàm Dei imperantis mens atque propoſitum, quem iuuat etiam in re leuiſſima experimentum oostri capere, fidémque periclitari.

In nonnullis etiam præcepti leuitatis materia rationem non haberi.

Gregor. de Valentia.

Contrà tamen ſentit Gregotius de Valentia in eandem partem S. Thomę, diſput. 6. quęſt. 6. puncto 4. Putat, inquit, Caietanus tranſgreſſionem voti, prætermittendo plenè deliberatè totalem voti materiam, eſse mortale, non obſtante leuitate materię. Cęterùm contraria ſentẽtia verior eſt. Itaq; aſſerimus, quãdo id, quod

A præter mittitur eſt leue; ſiue id totalis materia ſit, ſiue partialis, non eſſe mortale. Ita Soius li. 7. de Iuſtitia, quæſt. 2. art. 1. & Nauarrus in Manuali cap. 12. numero 40. Probatur ptimò, nam quamuis quicquid ad religionem pertinet, habeat ex ea parte quandam excellẽtiam magnã: non tamen propterea omnia, quæ ad religionẽ pertinent, ſunt æqualis neceſſitatis in latitudine religionis, & in ordine ad bonum commune: & proinde non eſt tam ſtricta obligatio ad omnia. Secũdò, nam votum non habet maiorem vim obligandi, quàm lex lata à Superiore: ſed ſi eſſet aliqua lex de dicenda ſemel aut iterum ſalotatiooe Angelica, varbi gratia in honorem Dei & B. Virginis, illam prærei mittere non eſſet mortale. Ergo nec ſi de ea re ſit factum votum. Hæc Gtegotius. Sed, vt quod B ſentio eloquar, non videtur iſtud argumentum probabile, cum non ſine magno diſcrimine lex & votum inter ſe compatẽtur: ego item, & Superior. Nam lex non ſolet oiſi de neceſſariis ad publicam vtilitatem conſtitui. Et ſi pro ſcopo, priuatũ etiam emolumẽtum ſpirituale habeat, attamen plus obligare nõ poteſt, quàm pateat Superioris poteſtas & iuriſdictio: quæ non cẽſetur plus poſſe quàm cõmunis aut priuata ſalus, incrementũ, aut tuitio requirant. Vnde nec pari iure in quamlibet actiooẽ meam Superiot animaduertere poteſt, ſed cùm in plurimis obtemperare ex officio tenear, in nonnullis tamẽ vti mea libertare nihil prohibet. At poſſum ego meo iuri cedere, & libertati nũtium remittere: quam vt primùm voti nexibus conſttinxero, C reum me violatæ fidei conſtituo, niſi quod ſum pollicitus reipſa exequar. Itaq; non video quãobrem Superior quiſquam aliquoties Salutationem Angelicam, aut orationem Dominicã recitandam lege decernat: Nam neque inde ſalus neceſſariò pendet, neq; allegari poteſt magnopere ad profectũ virtutis pertinere. Quamquã enim oratio inter ea media, quæ perfectionem promouẽt, principem locum obtineat: nõ tamen alię iniungẽdę ſunt, quàm quas ipſa Regula præſcribit: quæ ſatis abũdè legiſlatori ſufficere viſæ ſunt. Quòd ſi noua quędam neceſſitas oriatur, cui nouis remediis occurrẽdum ſit: aut certè pro grauibus delictis leues eiuſmodi pœnitẽtiæ imponãtur, & Superiores ſumma ſe poteſtate vti intelligant, Eũ ego canonẽ precũ quamuis breuiſſimarũ minimè contẽpſerim; vt D potè, cùm pro graui vulnere facile remediũ ex indulgẽtia adhibeatur: nec leue pretiũ putandum ſit, qood alterius ordinis cẽſeatur, & toto ſuo genere naturæ vires ſuperet. Talis eſt enim oratio, quę cũ fide roboratur, plus ſola etiã breuiſſima poreſt, quàm reliqua ſimul omnia obtineant. Ergóne cùm in nullo ære alieno eſſes, ſi pro mille nũmis aureis perſoluendis quæ debebas, ex pacto reciperes quinquies Salutationem Angelicam recitandam, & illud deinde tãquam leue omitteres, arbitrareris à letali culpa te eſſe immunem? Reliquum eſt, vt talis lex vel gratis, vel pro re non magni momenti ſanciatur. Quud ſi contingat, vel nullatenus obligabit, vel certè ad venialem culpam tantùm; vti Regulares ipſæ conſtitutiones docent.

Lex & votũ male inter ſe conferuntur.

Minima pro grauibus impoſita non minimum obligant.

Quare mea quidem ſententia, inconcuſſa manet Caietani ſententia. Addamus his, & quæcunque iuramento aut voto digna cenſetur materia, leuem haberi non poſſe. Nec verò eſt. Quomodo enim leuis momenti eſſe queat oratio, ſiue eleemoſyna, qua cælum redimitur? At qua tandem redimitur? Nempe etiam breuiſſima. Nam quæ breuior oratio eſſe poteſt, ea, qua Publicanus ſalutem promeruit? *Deus*, ait, *parce mihi peccatori*. Et Chriſtus de largitione in pauperes loquens, *Dico vobis*, inquit, *quicunque dederit vobis calicem aquæ, non perdet mercedem ſuam*. Tanti æſtimat diuina ſapientia, quæ nos leuia, ac penè nullius momenti eſſe ducimus.

Ignorantia, non materiæ leuitas patrocinatur Ionathæ.

Ex quo ſequitur, vt ad Ionatham tandem aliquando recurrat oratio: cùm rex iuraſſet intercedente nemine, ſeque voti reum cum toto populo conſtituiſſet, eximi Ionatham è reo nullo modo potuiſſe, ſi materiæ duntaxat exiguitas ſuffragaretur. Enimuerò, tum ſic intellecta eſt ea comminatio cum execratione & iuſiurando facta, vt prorſus quouis cibo etiam tantillo interdiceret. Vnde & Ionatham continuò vnuſquiſpiam è populo interdicti admonuit, & nemo præterea ſimile quidquam tentare auſus eſt: ipſe etiam Ionathas audita lege patris confeſtim expauit. *Turbauit*, inquit, *pater meus terram*. Itaque ſola legis ignorantia patrocinatur Ionathæ, quem aliàs mortis reum ſceleris conſcientia argueret. Hac defenſione Adamus pater noſter cùm ſe tueri non poſſet, ob leuem pomi guſtum mortis ſentẽtiam cum tota poſteritate accepit. Cuius errorem, cùm vir Dei, ex Iudæa in Bethel à Deo allegatus, imitatus eſſet, ipſe quoque ob cœnulam Leoni obiectus eſt. Quidam præterea, cùm Moſis legiſlatoris tempore per diem Sabbathi paucula ligna colligeret, propter exiguum faſciculum lapidibus obrutus eſt. Semei etiam, Dauidis olim obtrectator maledicentiſſimus, cùm legem à Salomone accepiſſet, ne deinceps pedem vrbe efferret, ſeruum perfugam imprudens conſequutus, haud aliter quàm proprio ſanguine breuem eruptionem expiauit. Plura etiam, ſi quis animum attenderit, ex ipſo Scripturarum theſauro eruet: quæ nos idcirco omittimus, ne faſtidioſo lectori nauſeam pariamus.

Leuia quædam, vt videntur, ſeuerè puniuntur.

VERSVS 44.

Et ait Saül: Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, quia morte morieris Ionatha.

Vermilius.

Σύμμαχος addunt Septuaginta, *Quia morte morieris hodie*. Vatablus in Ecphraſi: *Hæc mihi faciat Deus*. id eſt, hoc & hoc mihi eueniat, niſi moriaris. Vel, hæc, imò etiam multò maiora faciat mihi Deus, &c. quaſi dicat, Diſperream ego niſi moriaris. Subaudi, quandoquidem ita ſtatui.

Saül, vt erat temerarius, tertiò iurat, inquit Vermilius, moriturum omnino eſſe Ionatham. *Sic faciat mihi Deus*.] Quaſi diceret, hoc mihi contingat, niſi Ionathas moriatur. Atque ita eſt imprecantis formula: poteſt tamen etiam eſſe precantis ſibi bona: ac ſi dicat: Ita viuam, & regnum incolume obtineam, vt hoc faciam. Videtur ad iurandum fuiſſe ſatis procliuis. Sed ferè fit, vt qui multum iuret, incidat interdum in periurium. Audiuit iam Saül crimen: ſed quomodo id videri potuit capitale? Erat enim peccatum tantùm ignorantiæ. Vnde enim ille reſciſcere potuiſſet, quod pater decreuiſſet? Erat enim illud edictum non tantùm inuſitatum, ſed etiam nouũ. Saül tamen cùm iuraſſet, vtrinque tenebatur, vel vt iuſiurandum violaret, vel, vt eſſet carnifex filij ſui. Feciſſet potius id, quod legimus feciſſe Zaleucum: qui cùm legem tuliſſet, adultero effodiendum eſſe vtrumque oculum, & filium ſuum ſciret in illud crimen incidiſſe, potius quàm vt lex illa reſcinderetur, alterum ſibi oculum effodit, alterum filio. Multò iuſtius Saül ita feciſſet, qui cauſam dediſſet crimini. Iudas reſpondit de Thamar, *Iuſtior eſt quàm ego*. Non enim idcirco Deus notauit Ionatham, vt moreretur. Poſtremò, cùm Saül potuerit parcere & Agag, & illis qui comederant ſanguinem, cur non potuit ignoſcere etiam filio ſuo? Hoc planè eſt humanum ingenium, quod hodie nimiùm etiam videmus obſeruari à multis, vt ſua decreta magnificent, Dei autem leges & mandata contemnant. Si quis hodie in Anglia auſit liberè loqui contra Laicalem Magnæ Britanniæ papatum, contra regiæ ſuperſtitionis chimæram, contra triticeæ cœnæ vanitatem, contra Miniſtrorum tyrannidem, contra prophanorum ſacrilegia Pontificum, ſtatim expetitur ad necem, & læſæ maieſtatis arceſſitur. At ſi quis ſit blaſphemus in Deum, ſcortetur, fœneretur, ne digito quidem vno attingitur. Hæc prorſus erat doctrina Phariſæorum. *Si quis*, inquiebant, *iuret per templum, nihil eſt: at ſi quis iuret per altare, obſtringitur. Et qui iurat per altare, nihil eſt: at qui iurat per aurum quod eſt in altare, tenetur*. Ita minima maxima facimus, & maxima nihili. Saül iurat, ſe filium Ionatham daturum neci. Quid ita? Cur potius non agit cum Prophetis? Cur non deliberat cum Sacerdotibus? Cur non conſulit Dominum? Non oportuit eum ex ſuo tantùm capite, filium ſuum damnare capitis. Ita iam malè conſultus Iephte fecerat, cuius exemplo Saülem oportuiſſet ſapere. Voluit videri ſeuerè agere, nec accipere perſonam, ſed in filium etiam ſuum animaduerſurus. Sed ita ſæpe fit, vt ſummum ius, ſit ſumma iniuria. Fuit Saül & ambitioſus, vt apparet: & magnus hypocrita. Ambitionis erat, quòd ſuis decretis nimiùm tribueret. Hypocrita autem erat, quòd vellet videri ſtudioſus legis Dei, quam reipſa prorſus contempſit. At potuit obtendere, obſtringi ſe iureiurando. Verùm hoc nihil eſt. Nam in turpi voto mutandum eſt decretum. Iuſiurandum eſſe debet calcar ad honeſta, non incitamentum ad turpia. Bis ergo peccat Saül in vna re: & quia temerè iurauit, & quia, quod temere iurarat, ita ſtultè vult

Zaleuci factum inſigne.

Ingenium hominum in tuendis proprijs decretis.

Digitized by Google

perſoluere. Hactenus Vermilius: qui cum S. Chryſoſtomo vehementem illum Saulis imperum temeritatis atque iniuſtitiæ arguit: quē tamen nonnulli alij miris laudibus in cœlum ferunt. Nam Ioſephus in primis Saulem eo nomine mirificè commendat, quòd iuſiurandi religionem, & ſtirpi, & naturæ, & omnibus amoris inuitamentis antepoſuerit. S. item Ambroſius Sermon. 25. qui eſt de Quadrageſima, Videre, inquit, quanta apud Saul regem fuerit religionis obſeruantia, qui offenſum Deum optauit etiam parricidio mitigare.] Verùm hi zelum quidem & factum, quod cæteris exemplo eſſe poſſet, qui verè & ex animo pietatem colerent, quale apparebat, tale etiam expoſuerunt: quod nemo eſt qui non cuilibet gloriæ ducat, & commendatione dignum exiſtimet. At ſuperiores autores cum eiuſmodi impetum à diuerſa ratione proficiſci poſſe intelligerent, mentem potius inſpiciendā, quam facti rationem habendā eſſe cenſuerunt. Quod cùm feciſſent, & delapſum ad hæc Saulem per imprudentiam potius quàm religionem comperiſſent, id quod potuit eſſe laudabile ſi ſyncerè ac religioſè fieret, cùm factum eſſet imprudentiſſimè, immanitatis atque ſtultitiæ condemnarunt. Virtus quidem heroica eſt, & omni humana laude ſuperior, quæ philotecniam ſeu prolis amorem religionis deſiderio vincit. Eſt enim vna quædam communis omnium lex, vt ait Euripides, & diuinitus inſtitutum; vt videlicet nullum non animal natum ex ſe fœtum amet. Et Themiſtius Philoſophus lib. de moderatione affectuum, Liberorum, inquit, amor cælitus naturæ alligatus eſt, & planè ab aurea illa infractáque catena pendet, quam natura perpetuò contexens, & obeuntibus naſcentia coniungens, ne in nihilum relabatur, ſibi cauet. Quamobrem etiam philoſophus propter philotecniam non erubeſcit, vt neq; propter philoſophiam & philologiam. Hanc igitur pietatis ergò contemnere, perfectæ cuiuſdam virtutis eſt: quæ quantò diuinior haberi debet, cùm ab ipſa numinis reuerentia naſcitur: tantò non iam virtus, ſed belluina quædam feritas cenſenda eſt, ſi quis ferat, nulla ſatis probabili iuris violentia coactus, in propria viſcera ſæuire. Laudat Merouēū, gentis olim noſtræ principem, Forcatius lib. 5. Imperij & Philoſoph. Gallor. quòd hærede carere maluerit, quàm impudicum filium, & multorum criminum reum abſoluere. Erat enim Gelaor Merouei filius in patrem contumax, in ciues procax, in omnes ſuperbus & iniurius: pudicis matronis vim intulerat, patres & maritos terruerat, ceciderat fœderatos & amicos Frāci nominis laceſſiuerat. Igitur perditiſſimum adoleſcētem ſupplicio pater eximere noluit. Cúmque ex amicis quiſpiam obiiceret Lucium Gellium Cenſorem Rom. filio nouercam ſollicitanti ac præterea parricidium meditanti, &

Ioſephus.

S. Ambroſ. Saulis factū S. Ambroſius laudat S. Chryſ. mentem damnat.

Philotecnia ſeu prolis amor à natura eſt inſitus.

Apud Stobæū ſerm. 81.

Forcatius.

Paterna ſeueritas.

A propemodum conuicto, ignouiſſe, & in reatu conſtitutum abſolui diligentiſſimè procuraſſe, reſpondit: Ille boni patris functus eſt officio, ego boni ducis: qui debellare hoſtes didici, & ſocios honorifice tractare, eorumque vleiſci iniurias.] Hunc igitur nos quoque non mediocri laude ornandum ducimus. Sed tamen laudabilior videtur Trebellius, qui primus Chriſtiani nominis Bulganæ rex fuit: (ea olim dicta eſt Macedonia.) Nam cùm vitæ Monaſticæ deſiderio teneretur, filio Chriſtiana pietate imbuto regnum per manus tradidit. At ille mox vt rerum potitus eſt, prô nefas! in auitam ſuperſtitionem relabitur. Quod vbi Trebellius comperit, reſumpto regni gubernaculo, impium filium luminibus priuat: & tutela
B regni in minorem filium tranſlata, iterum ſe in ordinem redigit. Autor Sabellicus lib. 3. Filium etiam potatorem ac voracem, & in parentes contumacem, diuina lex iubebat à parentibus accuſari, & lapidibus obrui. Non igitur in filium animaduertere velle, per ſe quidem ſcelus eſt, quin potius laudem meretur, ſi iure fiat: ſed iniuria, aut per calumniam feciſſe, parricidium eſt; quo nihil fingi poteſt immanius. Neque ſemper verum eſt, quod apud Diodorum lib. 5. cap. 3. Phineus Thraciæ rex ait, nullum patrem de filiis ſponte ſupplicium ſumere, niſi amorem in liberos paternum magnitudo ſcelerum ſuperaret. Idem enim duos innocentes
C filios, nouercæ inſidiis appetitos, atrociſſimo ſupplicio perditurus erat, niſi Argonautæ miſeris ſublato patre opem tuliſſent.

Morte *morieris Ionatha.*] Tametſi iam ſatis ſupra expoſuimus, quid ſibi velit hæc phraſis Hebraica, quoniam tamen hoc tempore in Philonem incidi, qui ſuo more, hoc eſt myſtice eam explicat in ſuo lib. de Profugis; idcirco eius quoque interpretationem his adiiciam, licet in Ionatham minus proprie quadrare videatur, quàm in eos qui ſponte cædem fecerint: de quibus ibidem Philo ſermonem inſtituit. Cùm ſcirem, inquit, leges nullo vti verbo ſuperuacaneo, qualia per nimiam loquacitatem excidunt: hæſitaui intra meipſum, cur homicidam voluntarium non modo mori pronunciet, ſed *morte mori.* Quid enim aliud mo-
D riētes quàm mors enecat? Adita igitur muliere ſapiēte, cui nomen *Diſceptatio*, deſij quærere. Ea reſpondit, malos etiamſi ad extremum pertingant ſenium, eſſe mortuos, quòd virtuti non viuant. Probos verò etiamſi diſiungantur à corpore, ſortitos immortalitatem in perpetuum viuere. Sententiam hanc confirmabat per oracula, & cæt. Alibi quoque legitur. *Hæc eſt tua vita & longæuitas, Dominum Deum tuum diligere.* Egregia vitæ immortalis definitio, Dei dilectione amoréque incorporeo corripi. Plura habet ibidem Philo digna quæ legantur.

Sabellicus.

Diodorus Sicul.

Philo. Quid ſit morte mori.

Versvs 45.

Dixitque populus ad Saül: Ergóne Ionathas morietur, qui fecit ſalutem hanc magnam in Iſrael? hoc nefas eſt: Viuit Dominus, ſi ceciderit capillus de capite eius in terram, quia cum Deo operatus eſt hodie. Liberauit ergo populus Ionatham, vt non moreretur.

Varia tranſlationes. NEFAS *eſt*. Pagninus, *Abſit. Liberauit ergo populus Ionatham*. Pagninus, *& redemerunt populus Ionatham. Quia cum Deo operatus eſt hodie.* Paraphr. Chald. *Quia ante Dominum manifeſtum quòd in ignorantia fecit hodie. Nefas eſt: viuit Dominus.* LXX. edit. Complut. & Regiæ, ἵλεως, ζῆ κύριος. *Propitius, viuit Dominus, ſi ceciderit de capillo capitis eius in terram*, ὅτι ἵλεως Θεοῦ ἐποίησεν ἐν τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ. Καὶ προσηύξατο ὁ λαὸς περὶ Ἰωναθὰν ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, καὶ οὐκ ἀπέθανε. *Quia miſericordiam Dei fecit in die hac. Et orauit populus pro Ionathan in die illa, & non eſt mortuus.* Aldina cõſentit. Notat Flaminius legi poſſe *miſericordia Dei fecit in die hac.* quanquam non repudiat *miſericordiam*. Romana & Autuerpiana Laurent. legunt, *quia populus Dei fecit diem hanc*. Nullo ſenſu, vt arbitror: niſi fortè ſic intelligant, victoriæ præmium ſalutem Ionathæ ſe petere, quoniam in ea paranda ſummopere omnes laborauerant. Facilis error fuit, vt pro ἵλεως, ὁ λαὸς legeretur. populus, pro eo quod miſericordiam ſignificat.

Vermilius. Vermilius: Populus multò rectius, & prudentius iudicat ipſo rege. Opponunt ſe, & iurant, Ionatham non eſſe moriturum. Nituntur autem duabus rationibus. Primùm, quòd feciſſet ſalutem in Iſraël: indignum autem eſſe, illi pro tanto beneficio hanc gratiam reponere. Altera ratio erat, quòd Deus fuiſſet cum eo, aut ille cum Deo: hoc eſt, quod Deus ei illud facinus egregiè fortunaſſet. Ac ſi dicerent: Si Deus illum ita amet, nos certè non debemus odiſſe. Sunt iſta argumenta non ſatis firma, ſi excutiantur, ſed tantùm popularia. Poteſt enim fieri, vt qui profuerit Reipubl. poſtea tamen dignus ſit, qui afficiatur ſupplicio. Et ſæpe mali & ſcelerati milites ſatis fortunatè pugnant in hoſtem. Probabilior fuiſſet excuſatio, ſi dixiſſent, illum ignoraſſe edictum patris, aut neceſſitate adductum comediſſe. Neceſſitas enim non tenetur legibus. Iurant, illum ne vnum quidem capillum capitis perditurum: hoc eſt, ne minimam quidem partem corporis illi perituram. Ita Chriſtus eodem ſenſu ait, *omnes capillos capitis noſtri numeratos eſſe. Nam cum Deo fecit hodie.*] Deus illi adfuit in pugna contra Palæſtinos. Victoria enim non imperatori aut militi tribuenda eſt, ſed Deo. Nam illi miniſtri tantùm ſunt Dei: & quicquid ab illis efficitur, Deus facit. Hactenus Vermilius.

ERGONE IONATHAS MORIETVR. Tria nobis diſcutienda ſunt, quæ à populo

A in fauorem Ionathæ proferuntur, ob quæ minimè paſſus ſit eum interimi. Primum eſt, quòd nefas ſit. Alterum, quòd populo ſalutis autor fuerit. Tertium denique, quòd non abſque numine rem tantam perfeciſſe videatur. *Tribus rationibus populus Ionatham defendit.* *Nefarium quid dicatur.* Nefarium autem ſiue illicitum illud dicitur, quod per ſe malum eſt, vel quod vergit in deteriorem exitum. Per ſe malum eſt, in necem cuiuſquam iniuſtam iurare: & qui eiuſmodi iuſiurandum concipit, iurando peccat, & ſi ſeruauerit, etiam grauius peccabit. Illud verò cẽſetur in deteriorem exitum vergere, quod alteri bono, & quidem maiori, impedimentum præſtat: aut certè tale aliquid parturit, quod admittere nefas ſit. Tale fuit, quod Herodi in die natalis ſui contigit, tale, quod nunc Sauli, ſi

B populo credimus. Quare autem nefas id fuit? An quia Ionathas innocens haberi debuit? At contra ſorte ducta per ſingulos nocens repertus eſt: & obmuteſcens oraculum Dei offenſionem prodidit. Quid enim fecerat? admonitus delicti mox eum non pœnituit, quod etiam ignorantem facere decuit. Patris edictum accuſauit, & imprudentiæ redarguit: melli deguſtato oculorum ſuorum illuminationem tribuit, & non dedit gloriam Deo. Cùm inquireretur, non antè quàm deprehenſus eſſet, confeſſus eſt: ſed latere volens, factum occuluit. Ipſum deinde imminuit, ac pro nihilo peccatum ſuum duxit, nec ideo diuinam iram ſe, cõmeritum eſſe agnoſcere voluit: ſed ait verſu 43. *Guſtans guſtaui paululum mellis, ſumne propterea reus mortis?* Sic enim legit Chald. Paraphr.

C Vatablus in ſua Ecphraſi. Denique quis eum excuſet, quem accuſat Deus? Sed contra, primùm quidem, vt notat Serarius, Ionatham facti pœnituit, & culpam ingenuè faſſus eſt, vti colligere licet ex tranſlatione Chaldaica. *Ionatham violati ieiunij pœnituit.* Nam vbi nos habemus, *Et ecce morior*, illa expoſuit: *mortis obnoxius ſum*. Et Prudentius in Pſychomachia,

Si pœnitet, inquit, non nocet error.

Deinde Ionatham in exemplum adducit:

Pœnituit Ionatham ieiunia ſobria dulci
Commaculaſſe fauo ſumpto, mellisque ſapore,
Heu, malè guſtato, regis dum blanda voluptas
Oblectat iuuenem, iurataque ſacra reſoluit.
Sed quia pœnituit, nec ſors lachrymabilis illa eſt,
Nec tingit patrias ſententia ſæua ſecures.

D Adhæc, non potuit præceps illa mellis delibatio eſſe graue peccatum, mea quidem ſententia: innocentiam enim illius ignorantia ſartam tectam conſeruauit: aut certe delictum minus videri fecit, quàm vt morte plecteretur. Quare nefas fuit eumdem neci dare. Atqui, dices, Deus qui ſortes temperat, eum permiſit nigro lapillo notari. Dudum eam obiectionem ſoluimus. quòd ſi cui necdum ſatisfactum eſt, vnã *Quare Deus Ionatham ſorte capi permiſerit.* prætereà rationem adiungam. Cùm enim vellet Deus initio naſcentis imperij regiam maieſtatem aſſerere, & regum edictis populum obſequentem parare, ſeueritate opus fuit. Non potuit autem grauius exemplum ſtatuere, quã primogeniti regis periculo, quo cæteri diſcerent morem gerere ſedulò deſperatione veniæ, & mandatis principum ſtudioſe obſequi. Sic

olim colligentem duo ligna, cùm res minimi momenti videretur, decreuit à populo lapidari. Sic guſtato modico pomo principem generis noſtri Adamum morti addixit. quanquam, vt prius etiam monuimus, nihil illi videantur habere commune cum Ionatha, qui ignorans fecit. quamobrem etiam Dominus, vt veriſimile eſt, eam mentem populo indidit, vt eum ſupplicio eriperet.

Num veteribus beneficiis poſteriora delicta donanda ſint.

Addunt ſecundò Ionatham, ſuæ Reipublicæ ſummo in diſcrimine verſanti ſalutem attuliſſe. Fore itaque ingrati animi vitium, ſi tantæ victoriæ autorem obtruncari, & tanquam hoſtium votis immolari ſinant. quamobrem meritò, vt ſibi quidem videntur, ab ea cæde abhorrent, & eamdem prohibituri ſunt. Ergóne dicet aliquis delicta beneficiis compenſanda ſunt, &, vt quiſqoe beneficium in Rempub. contulerit, eundem impune peccare licebit? Vtique negari non poteſt, beneficiorum memoriam tantùm ſæpe apud homines potuiſſe, vt grauiſſimorum criminum pœnam abolerent. Veruntamen etiam ſæpe iudicatum eſt, nullam horum habendam eſſe rationem, tum maximè, cùm ex indulgentia periculum aliquod viſum eſt imminere. Horatium illum Tergeminum, qui ſuo periculo & ſanguine Romanam libertatem aſſeruit, imperiúmque in Albanos produxit, cùm ob ſororis cædem, intempeſtiuè deſponſi nece conquerentis, à Duumuiris Capitalibus capitis damnatus eſſet, populus Romanus ad quem prouocarat, ob recētis beneficij magnitudinem eumdem abſoluit. Contrà, Manlius Capitolinus, cùm is quoque ſeruatæ Reipublicæ gloria floreret, & veniſſet in ſuſpicionem affectatæ tyrannidis, decreto ſenatus de rupe Tarpeia deiectus eſt. Plus enim tum valuit apud eos futuri metus, quàm meritorum recordatio: quæ mutata in deterius voluntate pariter deleta eſt. Verùm homines ſuo quandoque more vſi ſint, nunc certè de Deo agitur, & quædam eius iniuria proponitur vindicanda. Hanc igitur num idcirco nobis remittere licebit, quòd à reo vtilitate aliqua affecti ſimus? Nemo princeps in delegato à ſe iudice hoc ipſum ferendum putabit, vt veniam delicti faciat iis, à quibus beneficio aliquo auctus ſit. Summa namque iniuria eſt, ſi illatam principi iniuriam, quam vlciſci debeas, ob priuatum emolumentum negligas. Quomodo igitur non grauiter populus offendit, cùm Ionatham, qui in Deum peccarat, propterea ſupplicio eripuit, quòd non mediocri diſcrimine ab illo prius liberatus eſſet? Accedit ad hæc, quòd ſi quo beneficio populus affectus fuerat, Deo, non Ionathæ acceptum referri debuit. At enim, vt docet S. Iacobus Apoſtolus cap. 1. *Omne datum optimum, & omne donum perfectum, deſurſum eſt; deſcendens à patre luminum.* Ita prorſus, vt cùm Dei quidem beneficium proprium cenſeri debeat, culpa Ionathæ, Deo, non Ionathæ gratia referenda ſit. Quod ſi ita eſt, quæ fingi potuit culpæ cum beneficio comparatio? Non ergo licuit populo Ionatham ſupplicio eripere. Quid igitur reſpondemus? Tria reſponderi poſſe videntur.

Deus nonnunquam delictis indulget ratione præcedentium meritorum.

A Primùm, quòd apud Deum quoque vigeat recordatio meritorum, ita vt, poſteriori nonnunquam vulnere offenſus, iram remittat, & nouam gratiam paret. Teſtem laudabo Iehu Prophetam, filium Hanani videntis, qui regem Ioſaphat his olim verbis interpellaſſe ſcribitur, 2. Paralip. cap. 19. *Impio præbes auxilium, & his qui oderunt Dominum amicitia iungeris, & idcirco iram quidem Domini merebaris: ſed bona opera inuenta ſunt in te, & cætera.* Secundò quod indulgendi quoque poteſtatem iis hominibus Deus indulſerit, quos iuſſit populos regere, iuſtitiamque ſuam adminiſtrare. Sicut nonnullis exemplis Sanctorum principum, atque in primis Dauidis, probari poteſt. Poſtremò, quòd cùm ea vltio ad populi potiſſimùm vtilitatem B ſpectaret, vt pote futura exemplum delinquere volentibus, iam ſatis edocta plebs Ionathæ periculo, quod ſupererat ſupplicij, remittere potuerit. Nam voluntati Dei hoc pacto ſatis abundè fiebat.

Tertia ratio ob quam liberandus videatur Ionathas.

Denique tertiam rationem afferunt, *Quia cum Deo operatus eſt.* Quis enim auſit in eum animaduertere, quem ſibi Deus præſtantiſſimæ victoriæ conſortem fecit? Verùm Deus illum poſtea per ſortes à ſe abiudicauit, qui veteris iuſtitiæ nuſquam meminit, vt idem per Ezechielem teſtatur, ſi diuinum illum florem præpoſtera labe quiſpiam contaminet. De ſorte iam ſupra reſpondimus, diuinam nobis non fuiſſe videri. Quod ſi non placeat, hanc populi mentem fuiſſe arbitror, vt quanquam Ionathas ſoluti ieiunij reus teneretur, tamen ob egregiū C ſeu potius diuinum facinus eidem pœna condonetur. Nec aut ſorti, aut oraculi ſilentio fidem abrogandam eſſe: ſed ea clementia vtendum, qua per Deum rerum potentibus vti ſēper licuit, & licebit. Nec idcirco credendū eſſe, neceſſariò Ionatham ad ſupplicium poſtulari, quòd oraculum quidem ſileat, ſors autem ſontem prodiderit: ſed vt anathematis periculum agnoſcatur, & cæteri tanti viri periculo edocti, in poſterum ab eo religioſius caueāt. Septuag. ita hæc verba transferunt: *Quia fecit miſericordiam Dei in die hac.* Quaſi dicerent: Nos quidē omnes cùm digni morte eſſemus, Ionathas diuina miſericordia vſus, tanto nos diſcrimine liberauit: nos quoque igitur, poſtquam is in periculum incidit, diuinæ miſericordiæ beneficio eundem tueri, & ſeruare debemus. Paraphraſtes Chaldæus, *Quia ante Dominum manifeſtum, quòd in ignorantia fecit hodie.* Quę ratio optima eſt: & ſi in ipſo textu Vulgatæ editionis haberetur, ſola ſufficeret.

Ius Ciuile. Delicti veniam ſola ſuprema poteſtas facit. S. Thomas.

D *Liberauit ergo populus Ionatham.* Fac æquū fuiſſe: quo tamen iure populus potuit rege contradicente, penes quem ſumma poteſtas erat? *Digeſt. De Conſtitutionibus principum l.* 1. Quod principi placuit legis habet vigorem: vt pote cùm lege regia, quæ de imperio eius lata eſt, populus ei, & in eum omne ſuum imperium & poteſtatem conferat. Vlpianus. S. Thomas 2. 2. quæſt. 67. art. 4. ſupremæ poteſtatis eſſe docet remiſſionis beneficium impertiri. Non enim poteſt inferior, niſi fortè donatus priuilegio, à pœnis, quas ſuperior magiſtratus ſtatuerit, reum abſoluere:

ſoluere, ſed is ſolus qui sūma poteſtate Remp. A adminiſtrat. Hoc ne Saul facere poſſet, ſacramento cauerat. Sed populum tamen reos appellaſſe, cùm apud Romanos, tum apud alias pleraſque nationes, vt Macedonas, & Lacedæmonios, hiſtoriæ memorant. Apud Hebræos verò, vnum hoc & ſingulare exemplum eſt: ſi tamen cuiquam credibile videatur, Ionatham à patre ad populum prouocaſſe. Nonnulli ita opinantur, quòd, ſi quid Princeps in publicam perniciem moliatur, populus videatur reſumpto imperio, nefarios Principis conatus poſſe retundere, & ſuæ ſaluri proſpicere: In extrema namq; neceſſitate tuēdi ſe ios naturale recurrere, quod prius in Regem tranſmiſerat. Sed hoc loco nulla talis difficultas occurrit. Reſponderi igitur tertiò poterit, tametſi in ſolum B regem totius reipublicæ poteſtas collata eſſet, ſubiectorum tamen neminem impiæ principis volūtati parere debuiſſe. Quòd cùm eiuſdem Saulis ſatellites prudēter intelligerēt, & ſi maximè iuberet, in ſacerdotes Domini inoadere noloerūt. Quod pariter hîc accidiſſe licet ſuſpicari. Nam cùm omoes Ionathæ innocētiam ac pietatem compertam haberent, nemo omnium inuentus eſt, qui vellet eidem manos afferre. Quod cùm obtinere Saul non poſſet, & alioquin indignum facinus videretur, ſi rex, & pater, carnificis officio fungeretur, optantibus cunctis Ionathas liber abire permiſſus eſt. Sed his omnib. potior videtur Merſeni noſtri ſententia: qui populū cenſet, non vi, ſed precibus, Ionatham patris manibus extorſiſſe. Primùm, quoniam & ſi hoc apertè Scriptura non loquitur, veriſimile tamē eſt, multa tū dicta factáq; C eſſe, quæ literis mandata non ſint. Tert. aduerſus Marcionem l. 2. c. 20. Secundò, quoniam hoc Ioſephi verba quodammodo teſtārur, qui Antiquit. l. 6. c. 6. populū pro eios ſalute vota feciſſe commemorat. Fauet præterea phraſis Hebraica, וַיִּפְדּוּ הָעָם *vaiſdou hagham. Et redemerunt populus.* Votis ſcilicet & precibus, non vi eripuerūt. פָּדָה *phada* certè redimere in Scripturis pretio, ſanguine, commutatione ſignificat. פדיו *phidi* apud Matthæum 6. λύτρον ſignificat. *Quam dabit homo* פדיו λύτρον *commutationem*, redemptionis pretium, *pro anima ſua?* Sept. deniq; multò manifeſtios, καὶ προσηύξατο ὁ λαὸς περὶ Ἰωναθάν. *Et adorauit populus pro Ionatha, & non eſt mortuus*: id eſt, liberationem eius à Saule, vel D Deo, ſupplices impetrarunt. Præterea, vbi nos habemus *viuit Dominus*, cùm eamdem iuriſiurandi formam ſolennibos verbis à populo factam Septuaginta interpretes Græcè exprimerent, ſic interpretati ſunt: ἵλεως ζῇ κύριος, *propitius viuit Dominus.* Id eſt, quoniam miſericors eſt Dominos, donabit nobis vitam Ionathæ: propterea enim viuit miſericors, vt peccātium miſereatur. Tandem, vt veriſimile eſt, non admodùm grauatè Saol exorari ſe paſſus eſt. Sed enim, vt ait Statius,

Prolis amor crudelia vincit Pectora.

Et filius à φίλος dictus eſt, ſiue ab amore: pluſqoe parētes liberorom periculo quàm proprio terrentur, vt docet *l. Iſti. ff. Quod metus cauſa.* Et diuinus quidam nexus patrem cum filio copu-

Nonnullorū perniculoſa ſententia.

Probabilis reſponſio.

Tertull.
Ioſeph.

Imperatum eſſe non extortum à patre Ionath.

פדיו *phada quid ſignificat.*
lxx. Interp.

Patrū amor & indulgentia in liberos.
Ius Ciuile.

I.

A lat, *Cod. de adoptionibus. l. cum adoptiuis.* qui ſolui & violari difficile poteſt. Daoid Amnoni, licet ille vim virgini & ſorori intuliſſet, pepercit. Iacob primogeniti ſui inceſtum flagitium ægrè licet, tamen patienter tulit. Quid de Abſalone dicam, cuius impetum cùm pater fugeret, adhuc tamen eiuſdē incolumitati ſtodebat? Tāta verò paternæ charitatis ſemper conſtantia habita eſt, vt ne tum quidē cùm apud iudices accuſatores agerent, videri potuerint filiorū perniciem quærere. Deſertorem, inquit Macer, *ff. de re militari. l.* 13 §. 6. qui à patre ſuo fuerat oblatus, in deteriorē militiam Diuus Pius dari iuſſit: ne videatur, inquit, pater ad ſupplicium obtuliſſe. Vnde colligit Alciatus, patrem offerentem filium nocentem iudici, non præſumi B eum offerre ſummo ſupplicio afficiendum. l. Præſump. 4. & refert Clarus 5. Sentent. quæſt. 60. §. vlt. verſ. Solet. Eo caſu filium non eſſe à iudice capitali ſupplicio puniēdum: idq; etiam ita iodicatum ab Imperatore in filio læſę maieſtatis reo, ſe tamen vidiſſe nunquā tale ἐθισμα vſu obſeruatum. Ex his omnibus colligo, populum iure in animum indocere potuiſſe, tametſi quid in gratiam Ionathæ per vim agere videretur, & regis imperiū detrectare, attamen eam cōtumaciam regi minimè ingratam futuram: neq; propterea ſuo iuri aut maieſtati ab illis derogarū eſſe, fore interpretatorum. Hæc portò quamuis propoſitæ quæſtioni facere ſatis videantur, addā tamen Vermilij Commentarium, vt ſi cui ſententia noſtra minus probabitur, habeat quam eligat. Sic igitur ille legit.

Et redemit populus Ionatham. Verbum Hebrai- C cum, inquit Vermilius, פָּדָה *phadah*, non omnes exponunt eodem modo. Alij reddiderunt *impetrationem*, qòd populus ſupplex precibus à Saule impetraſſet vitam: Alij *redemptionem*: ac ſi populus ita dixiſſet, Peccauit quidem Ionathas, ſed diſpiciamus aliquid, quo eius vita poſſit à Deo redimi. Ioſephus ait, populū vota & preces feciſſe Deo, vt Ionathas liberaretur. Quod ſi verū eſt, populus non poteſt accuſari ſeditionis. At ſi iſta ſeditioſè fecerint, quaſi Ionatham regi per vim erepturi, nullo modo poſſunt excuſari. In Repub. enim omnia debēt ordine, & ſine tumultu fieri. Sed quicquid eſt, Deus potuit abuti etiam peccato populi ad efficiendum quod volebat. Quamuis enim illi peccarent, Deus tamē ſequutos eſt inſtitotum D ſuum vt Ionatham liberaret. Hîc populus videre potuit, quàm durum eſſe habere regem. Id enim niſi accidiſſet, potuiſſent ipſi ſuis ſuffragiis Ionatham liberare. Nunc in caoſa ioſtiſſima, tamen eos oportuit regi eſſe ſupplices, aut incurrere in grauius crimen concitati ciuilis belli. Saul cedit ſtudio populi. Fuit hæc ciuilis & laodabilis prudentia. Quod autem ſua ſtultiria rem penè ad ciuilem ſeditionem perduxerit, temeritas ſumma fuit. Nam ſi popolos voluiſſet eſſe pertinax, res potuiſſet venire ad arma. Quanquam non eſt credibile, Ionatham fuiſſe eo animo, vt voluerit arma ſumere contra patrem. Sed Chryſoſtomus ait, ſpectandum eſſe, non quid acciderit, ſed quid accidere potuerit. Hæc Vermilius.

Non eſſetus pater, etiam cùm accuſat, filij mortem quærit.

Vermilius.

EEee

Refellitur Vermilij interpretatio.

Viuit Dominus, si ceciderit, &c. Iurant per vitam Domini, inquit Vermilios: ac ſi dicerent: Tam certò, quàm certum eſt Deum viuere. Huiuſmodi interpretationem probare non poſſum. Non enim ſolus iſte populus præcipiti quadam cæcitate hac iurandi formula vſus eſt, ſed etiam Dauid, & alij plures ex ſanctis Patribus, quos nefas ſit tantæ inſimulare blaſphemiæ. Non enim iuſiurandum eſt in eo ſenſu acceptum, ſed ſumma quædam diuini numinis irreuerentia. Mentitur enim, & contumelia Deum afficit, quiſquis humanæ fidei qualemcunque cõſtantiam cum eius vitæ certitudine comparat. At potuit religioſius exponi, ac ſi dicerent: Deum qui viuit, ac proinde iuramentorum vindex & aſſertor eſt, teſtem aduocamus, nos Ionathã vel minima ſui corporis parte lædi non eſſe paſſurus. Pergit Vermil. Hîc opponitur ioſiurandum iureiurandu: vtrinque enim iuratum eſt: & ſacramenta ſunt planè contraria. Annotauit Chryſ. eſſe hæc artificia diaboli, vt homines reddat perplexos, & ambiguos, vt neſciãt, quò ſe debeant vertere. Nam ſi Ionathas affectus fuiſſet ſupplicio, neceſſe erat, periurum eſſe populum: ſin non fuiſſet, irritum foret iuſiurandum Saulis. Vtrumque enim non potuit conſiſtere. De quolibet enim, vt aiunt, dicitur, aut eſſe, aut non eſſe. Simile adfert S. Chryſoſt. de pueris inter ſe ludentibus, & in diuerſum trahentibus funem. Nam ſi rumpatur funis, vt ſæpe fit, qui fortiſſimè trahunt, vtrinque grauiſſimè cadunt. Non enim alterutram tantùm partem cadere neceſſe eſt, ſed vtramque. Ita hîc, ſi Saul erat periurus, qui violaſſet iuſiurandum, populus etiam periurus erat, qui illum impulit ad periurium. Hactenus Vermilius. Reliqua eſt vna quæſtio.

S. Chryſ. Diaboli artes notantur.

An potuerit Saul iuſiurandi vinculum, quo ſe deuinxerat, abſque peccato diſſoluere, & num propterea periurus ſit habendus.

AD primam partem quæſtionis reſpondendum videtur, quòd cùm lex illa & iuſiurãdum temeritatis plena fuerint, iure merito reſcindi potuerint. Tertullianus Apol. c. 4. Si lex tua errauit, puto ab homine concepta eſt. Neque enim de cœlo ruit. Miramini hominem aut errare potuiſſe in lege condenda, aut reſipuiſſe in reprobanda? Nonne & ipſius Lycurgi leges à Lacedæmoniis emendatæ, tantùm auctori ſuo doloris incuſſerunt, vt in ſeceſſu inedia de ſeipſo iudicaret. Nonne & vos quotidie experimentis illuminantibus tenebras antiquitatis, totam illam veterem & ſqualentem ſiluam legum nouis principalium reſcriptorum & edictorum ſecuribus truncatis & ceditis? Nonne vaniſſimas Papias leges, quæ antè liberos iubent ſuſcipi, quàm Iuliæ matrimonium contrahi, poſt tantæ auctoritatis ſenectutem, heri Seuerus cõſtantiſſimus principum excluſit? Sed & iudicatos in partes ſecari à creditoribus leges erant: cõſenſu tamen publico crudelitas poſtea eraſa eſt; & in pudoris notam capitis pœna conuerſa eſt, bonorum adhibita proſcriptione, ſuffundere maluit hominis ſanguinem quàm effundere. Hactenus Tertull. Semper igitur apud omnes laudabile fuit, male poſitas leges tollere, & abrogare: quod idem quoque de iuſiurando ſentiendum eſt, ſi quando ad legem confirmandam fuerit adhibitum. Neque enim illud legis naturam immutare poteſt, neque imprudentiæ fauere debet. Secũdò, quia ſine ſcelere obſeruari non poterat: fuiſſet enim innocens iniuſtè opprimendus. Accedebat ad hæc pertimeſcenda populi defectio, ac totius Reipublicæ periculoſa perturbatio, cuius ſalus atque incolumitas quibuſlibet hominum legibus longè præferenda eſt.

Tertull. Leges praua reſcindenda ſunt.

Ergone, dices, violato fidei ſacramento periurus erit habendus? Non videtur. Primò, quia tanti criminis illum Scriptura non accuſat. Secundò, quia cùm iuraſſet ex animo, verè quoque & ex animo quod iurarat, ſtuduit perficere. Hoc verò ſatis eſt ad liberandam fidem. Neque enim quiſquam aliquid amplius ſe iurare intelligendus eſt, quàm valeat efficere. Quod ſi, cùm poſſet & vellet, aliunde tamẽ ne promiſſa compleret prohibitus eſt, tum culpa vacabit, nec iure poterit falſæ fidei inſimulari. Tertiò, quia credibile eſt, cùm Ionatham ſe interfecturum iuraret, ignoraſſe eiuſdem innocentiam. Etenim cùm is à patre rogatus eſſet quid feciſſet, factum quidem confeſſus eſt, ignorantiam autem ſuam tacuit. Quæ cùm patrem lateret, & is interpretaretur contemptu factum, aut contumacia, excanduit, & iurauit, quod iniuratum vellet, ſi rem perfectè noſſet. Hoc verò, quamuis temeritatis argui poſſit, ad iuriſiurandi tamen religionẽ nihil attinet. Neque enim quiſquam præter mentem atque intentionem ſuam eo ſe obligat, quantumlibet verba proferat, quæ ab alio in diuerſum ſenſum exponi queant. Poſtremò, quia iuramẽta aut per ſe mala ſunt, & hæc iure ipſo irrita atque nulla habentur: aut ambigua, qualia ſunt quæ pendent à caſu ancipiti, nec ſatis liquet vtiliane futura ſint, an noxia: Et in his quid ſequendum ſit ſtatuit Epiſcopus. Aut denique vtilia atque honeſta apparẽt, quæ tametſi ſuaptè natura diſpenſatione non indigent, attamen ſi maioris boni ſpes oſtendatur, à ſummo Pontifice, qui Chriſti in terris vices gerit, commutari, relaxarive poſſunt.

Quare Saul, dum Ionathæ parcit, non ſit habendus periurus.

Verumenimuerò, dicet aliquis, priſci illi Moſaicæ legis ſacerdotes ligandi ſoluendique poteſtatem non acceperant. Eſto. Videbatur tamẽ populus pro Deo eſſe in his, quę ad Reip. iuſtitiæque adminiſtrationem ſpectarẽt. Vnde ſi quando è republica eſſe videretur, legis præſcriptæ, quoad iudicia, ſeueritatem imminuere, populus imminuebat. Sic Iudic. cap. 21. reliquus populus filios Beniamin, cùm puellas in Siloh choreas agentes rapuiſſent, parentibus iniuriam apud eos expoſtulantibus, à reatu abſoluerunt. Sic quoque ſeipſos à ſacramẽti religione. Cùm enim Deum prius obteſtati eſſent, eorum nemini filias ſuas locaturos nuptiis, eaſdem tamen vt raperent poſtea au-

Qualibet ſumma poteſtas pro Deo eſt in his qua ad Rempub. pertinent.

tores fuerunt, nec obſtiterunt. In Machabæorum libris, ſi quis eos laceſſeret ipſo die ſabbathi, prælium inire ſtatuerunt. Iudicum 11. Iepthe meretricis filium ſuæ Reipub. principem præfecerunt. Quòd ſi vſpiam aliàs generalia populi conſeoſus ſacramenti oexu quemqnam exoluere potuit, hîc certè omnes in eandem voluntatem conſpiratunt. Sed erat tum exautoratus populus, & antiquata priſtinæ Reipublicæ forma: rex Dei nuru, populi voto, & Samuelis inunctione conſecratus, imperij habenas moderabatur. Ergo & ipſe poruit eiuſdem ſummæ autoritatis priuilegio vti. Cuius olim beneficio Iacob primogenitum ſuũ Ruben; Iudas Thamar nutom ſuam, capitali pœnæ exemerunt. Dauid quoque Abſaloni legis gratiam fecit: & filio Thecuitidis, conficto illi parricidæ, veniam pollicitus eſt. Sed multa certior aut magis legitima iuriſiurandi excuſatio afferri poreſt, quàm perficiendi operis denegata poteſtas.

Vermilij quedam diſputatio de legibus Eccleſiaſticis, & eiuſdem errorum confutatio.

Hoc loco Vermilius diſputationem quandam de legibus Eccleſiaſticis attexit. Qua ratione motus ipſe dicet. Huius pottò quoniam non omnes partes adeò malæ ſunt, vt puta maiori ex patte ab autoribus Catholicis deſumptæ, idcirco eam deſcribendam duximus: reliqua, in quibus lapſus eſt, & veritatem malis artibus oppugnat, cenſura notabimus. Hinc igitut initium auſpicatur.

Vermilius. Quoniam in hac biſtoria explicanda ſæpe incidit mentio de temerario illo edicto Saulis, qua in re laudata eſt obedientia populi, qui illi obtemperauit: & quoniam Papiſtæ ex hoc loco, (ſic ille nebulo contemprim Catholicos vocat) ſæpe conantur ſtabilire ſua decreta, & contendere, parem eſſe oportere vim & Eccleſiaſticarum legum, & Ciuiliom, operæpretium eſſe duxi, paocis expendere, quantum illotum argumentum valeat. Id autem fieri non poteſt, niſi doceamus, quid diſcriminis ſit, inter Ciuilia decreta, & Eccleſiaſtica.

Diſtributio eorum quæ tractanda ſunt. Quod vt intelligamus, tria nobis conſiderãda ſunt. Primùm, liceatne Epiſcopis & viris Eccleſiaſticis eiuſmodi leges, aut decreta promulgare. Deinde, ſi liceat, qualia eſſe oporteat. Tertiò, quam vim habeant ad obſtingendam conſcientiam. Hæc Vermilius.

Serarias. *Notatur ex hoc loco quanta ſit hæreticorum prauitas.* Ad id quod air, Catholicos ex hoc loco vim decretorum Eccleſiaſticorum colligere, accipe Serarij è Societate Ieſu adnotationem. Ex his, inquit, colliges, quanta hæreticorum ſit prauitas, qui Eccleſiæ matris leges cùm ſciant, non modò non ſeruant; ſed etiam irrident: cùm populo iſti tam laſſo, verſ. 28. & 31. tanta fuerit religio; vt ne obuium quidem mel guſtarit; & quidem etiam eùm eius vim & efficacitatem deprædicaret Ionathas, verſ. 29. Nam *illuminatos eſſe oculos*, non eſt, prout Geneſ. 3. licet ita V. Bedæ videatur, ſed vires reſtitutas eſſe, vt ait S. Gregorius, Angelomus, & res ipſa monſtrat. Vide Conſtantinopolitani populi præclarum in Niceph. l. 17. c. 32. exemplum. Si, ait, S. Ambr. Serm. citaro 25. de Quadrageſ. ignorans Ionathas iodictum à patre ieiunium quia reſoluerit, morti addicitur: qui ſciens indictum à Chriſto ieiunium ſoluerit, quid meretur? Ergo, fratres, ſtatutum nobis cuſtodiamus obſeruatione ieiunium, vt hoſtes noſtros ſpirituales carnaléſque vincamus: non declinemus ad fauum, qui eſt voluptas. Hactenus cũ S. Ambroſio Serarius. Vbi notare poteris S. Ambroſium inſtituta Eccleſiaſtica, quale eſt illud Quadrageſimalis ieiunij, Chriſto tribuere, fretus eiuſdem teſtimonio, quod ait: *Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit.* Dehinc proſequitur inſtitutum ſuum Vermilius.

S. Ambroſ.

Vtrum condendarum legum penes Eccleſiam ſit vlla poteſtas.

Magiſtratibus obedire iubemur, etiam propter conſcientiam. QVOD ad primum attinet, ſcimus omnes pios obſtriugi, vt obediant principibus, & magiſtratibus, idque, vt Paulus ait, *propter conſcientiam.* Petrus & Paulus iubent ſeruos obtemperare dominis ſuis, etiam dyſcolis. Chriſtus ipſe ſoluit tributa, & vectigalia, nec vnquam aduerſatus eſt legibus. Iubemur obedire parentibus. Magiſtratus autem eſt parentis loco: vt in quem parentes noſtri omnem ſuam vim, & autoritatem contulerunt. Salomon in Prouerbiis ait, *Deum timete, & regem honorate: & ne te admiſceas hominibus ſeditioſis: prope eſt enim illorum interitus.* Quanquam in legibus Cioilibus, quædam ad neceſſitatem ciuitatis pertinent: quædam tantùm ad decotum. Neceſſitatis eſt, vt animaduettatut in ſontes: decori verò, vt, quod Romaois legibus cauebatur, ne mattonæ licetet nubere intra rempus luctus. Deinde cooſilium etiam eius ſpectandum eſt, qui tulir legem. Quædam enim vult rigidè atque omnino obſeruari: quædam autem tanquam incitamenta, & admonitiones quaſdam eſſe. Poſtremò ex iſtis leuioribus decretis videndum eſt, ne qoid per contemptum violetur. Summa eſt, vt homines, quoniam non ſibi nati ſunt, ſed Reipubl. omni cura ſtudeant parere legibus.

Argumenta pro parte contraria. Quidam autem putant Epiſcopos non poſſe ferre leges: idque vt dicant, iactant ſe moueri non patuis aut obſcuris rationibus. Ptimùm enim quærũt, vnde habeant eam poteſtatem. Loquor autẽ hic de Epiſcopis, quatenus ſunt miniſtri verbi, non quatenus ſunt ciuiles principes: nam eius rei alia eſt conſideratio. Poteſtatem illam non habent à Chriſto. Ille enim nec leges rulit, nec Apoſtolis ſuis talia mandata vnquam dedit. Quare ſi Epiſcopi, ita mittuntur à Chriſto, vt ipſe mittebatur à patre, non poſſunt rogare leges. Deinde oportet, vt, qui ſcribont leges, habeant dominium. At Petrus monet Epiſcopos *ne dominetur in cleros.* Adhæc, qui ſcribit leges, oportet, vt habeat ius coercendi, vt eſt *in Pandectis, de legibus*

& Senatuſconſultis, ex Demoſthene. Ille enim ait legem eſſe ἐπανόρθωμα τῶν ἁμαρτημάτων καὶ ἑκουσίων καὶ ἀκουσίων, emendationem delictorum voluntariorum & inuoluntariorum. At Eccleſia non haber gladiom, aut ius coëtcendi. Prætetea, vbi eſt lex, ibi neceſſe eſt, vt ſequatur ttanſgreſſio: ea eſt infirmitas naturæ noſtræ. At Paulus noluit *cuiquam inijcere laqueum.* Et Iacobus ait in 4. *Vnus eſt legiſlator, qui poteſt ſeruare & perdere.* Et Eſaiæ 33. *Tu es rex noſter, tu es iudex noſter, tu es legiſlator noſter.*

Vera ſententia.

At canones longè aliter ſtatuunt. Imò cùm agunt de illis, qui poſſint rogare leges, primum locum dant Papæ: ſecundum Concilijs & Epiſcopis: tertiũ Imperatoribus. Et in hanc ſententiam deſcendunt Scholaſtici: vt S. Thomas in 2. 2. de ieiuniis ait, Eccleſiam poſſe decernere, quo tẽpore, & quo modo ſit ieiunandum.

S. Thomas.

Quemadmodum enim, inquit, Ciuiles magiſtratus ea, quæ confusè & obſcurè adũbrantur in lege naturę, poſſũt declarare & aſtringere: ita Eccleſia poteſt definire ac determinare ea, quæ confusè tradita ſunt in ſacris literis.

Oſtienſis.

Et Oſtienſis de vi Conſtitutionum ait, Eiuſmodi decreta tanti eſſe oportere, vt qui ea contemnat, debeat excommunicari. Et in hiſtoriis legimus, Victorem voluiſſe excommunicare omnem Orientem non alia de cauſa, quàm quòd paſcha non colcret Romano ritu. Quanquam ea res Irenæi conſiliis aliquãtulum repreſſa eſt. Quandoquidem Vermilius eam hiſtoriam ita commemorat, vt ſancto Martyri arrogantiæ & temeritatis notam ſtudeat inutere, hæretici hominis calumniam idoneo teſte refellam.

Nicolaus Primus.
S. Victor Papa defenditur.

Nicolaus 1. in Epiſtola ad Michaelem Græcum Imperat. Quid autem mirum, inquit, ſi nobis pro Eccleſiaſtica correctione laborãtibus manom nõ datis, ſed & duritiæ redatguitis? Cùm videamus Victorem Papam & Martyrem, qui ideo verè Victor eſt, quia Martyr, pro Eccleſiaſtica traditione penè à totius Eccleſiæ præſulibus pertinaciæ redargutum, quãdoquidem Eccleſia tota nunc cum illo ſapit, & quod fecit laude prædicat dignum. Hæc de S. Victore Primo Nicolaus Primus. Vermilius.

Confutatio argumentorum pro parte cõtraria.

Rationes autem quæ adducuntur in contrarium, potant ſe poſſe facilè diſſoluere. Nam quod dicitur, Epiſcopos non accepiſſe à Chriſto autoritatem ferendi leges, reſpondent, id nihil eſſe. Leges enim aiunt pertinere ad doctrinam. Eſt enim lex, vt Cicero ait, præceptio rerũ honeſtarum, & depulſio turpium. Quare cùm Eccleſia habeat autoritatem docendi, habet etiam, inquiunt, autoritatem ferendi leges. (Imò ad iuriſdictionem pertinere aſſerũt. Lex enim, vt melius Ariſtoteles lib. 10. Ethic. cap. 9. eſt ſermo ab aliqua prudentia ac mente profectus, vim habens cogendi. Id verò quàm Eccleſiæ conueniat, ſatis declarat Apoſtolus 2. ad Corinthios cap. 10. *In promptu*, inquit, *habentes vlciſci omnem inobedientiam, cùm impleta fuerit veſtra obedientia.*) Et quamuis Petrus dicat, Epiſcopum nõ oportere dominari, tamen eum oportere præſidere in Eccleſia, & habere ius clauium. Quodque dicitur, Eccleſiam non habere ius coercendi, falſum eſſe. Eccleſiam

A enim poſſe ligare, ſoluere, excommunicare. Et quod Paulus ait, ſe nolle cuiquam iniicere laqueum, id cum priuatim ſcribere de virginibus, quòd caſtitas non ſit communiter data omnibus. Infirmum autem eſſe argumentum, ſi quis ita colligat: Non licet legem ferre de virginitate, ergo nulla de re licet. Et quod Eſaias ait, *Tu es legiſlator, & rex noſter*, id de vltimo iudicio, & de æterna damnatione verum eſſe, aut per αὐτοματίαν, quòd quicquid ſit, fit ab illo. Nam alioqui eadem ratione tolleretur omnis Ciuilis magiſtratus. Sed ſintne iſtæ leges, necne, quoniam non multùm ad rem facit, nolo rixari.

Eccleſia leges ſcribere poteſt.

Poſitum ergo ſit, licere Eccleſiæ ſcribere B ſibi aut canones, aut leges, aut decreta, aut ſanctiones, aut quocunque ea velis nomine appellari. Eſt enim Eccleſia cœtus, & regi debet verbo Dei, præſertim quod attinet ad ſalutem ipſius, & cultum Dei. Sed ſunt alia, quæ tantùm pertinent ad externam diſciplinam. Vt enim populi ſocietas contineatur, opus eſt quibuſdam externis vinculis. Ita Apoſtolos decreuit mulieres oportere orare tecto capite, viros aperto: & Apoſtoli in Actis, vt à ſanguine, ſuffocato, & idolothytis abſtineretur. Et ſemper in Conciliis, poſtquam de dogmatis actum eſſet, agi cœptum eſt de diſciplina. Denique omnes Patres ita cenſuerunt; vt Tertullianus, Origenes, Baſilius, Auguſtinus, Hieronymus. Iſtarum legum finis eſſe debet ædi- C ficatio, & εὐταξία. Quoniam autem neceſſariæ non ſunt, pro temporum & locorum ratione mutari poſſunt: vt in Baptiſmo de trina immerſione, de clinicorũ aſperſione, de tempore Paſchatis & Pentecoſte, quibus maximè temporibus ſolebant dare baptiſmum. De Euchariſtia quo loco, quo tempore, quo modo, ſtantes, aut ſedentes, manè, an veſperi oporteret communicare. Niſi hæc fuerint conſtituta, nulla vnquam erit tranquillitas Eccleſiæ. Alius enim hoc tempore vult audire concionem, alius alio: alius hoc loco, alius alio. Licet ergo ſtatuere eiuſmodi decreta, modò id fiat cum pace Eccleſiæ. Alij ita ratiocinantur, Populus eſt indoctus & rudis: ergo tenendus eſt D ceremoniis. Sed hoc diſcrimen eſt inter nos, & veteres: illi plurimas habuerunt ceremonias: nos, vt Auguſtinus ait, pauciſſimas. Et Chriſtus ait, Deum habiturum populum, à quo inuocetur in ſpiritu, & veritate. Eſſe tamen oportere aliqua, quæ faciant ad ordinem, & decorum Paulus docet ad Corinth. Hic tamen ordo non eſt ſitus in ſuperflua pompa veſtium, cantuum, in campanarum, & organorum nimio ſtrepitu: ſed qui ad modeſtiam & grauitatem faciat, qui remoueat laſciuiam, confuſionem, & barbariem, & pietatis ſtudium accendat.

Quales eſſe debeant Eccleſiæ leges.

IAM vt intelligamus, cuiuſmodi eſſe debent huiuſmodi leges, meminiſſe debemus alias

eſſe, quæ ad dogmata pertineant, alias, quæ ad res agendas. Ad dogmata nihil putari debet neceſſarium, niſi quod ex ſacris literis aut expreſsè, aut perſpicua, & ſolida ratione colligatur: quale eſt de baptiſmo infantium, & de homouſio. Nam Deus in Deuteronomio diſertè mandauit: ne quid ad eius legem adderetur. (Miror ſanè, quamobrem Vermilius receptiſſimam doctrinam tam alieno teſtimonio confirmare ſtuduerit, cùm propriis abũdaret. Nam vbi lex ea fertur Deuteron. cap. 4. de doctrina non agitur, quæ creſcere & augeri debebat in dies ſcriptis, & concionibos ſequentium prophetarum: ſed de præceptis ceremonialibus, & iudicialibus. Teſtantur hoc verba quæ præcedunt. *Audi Iſrael præcepta atque iudicia.* Et cap. 12. iterum reperitur & inculcatur: *Quod præcipio tibi, hoc tantùm facito Domino, non addas quicquam, neque minuas.* Et, *Hæc ſunt præcepta atque iudicia*, &c. Ratio autem quare immutari quidquam in iis rebus à populo vetuit, ea eſt, quòd cùm eſſent adumbrationes quædam myſticæ, & typi futurorum, multa portenderent, quæ ipſi necdum ſatis manifeſtè intelligerẽt. Quare autem Scripturæ, certiſſimum Chriſtianæ fidei oraculum habeantur, duæ poſſunt eſſe cauſæ, ratio & autoritas. Vtramque nobis exhibet Apoſtolus vnico verſu 1. ad Corinth. cap. 2. *Quis enim hominum ſcit quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis, qui in ipſo eſt? Ita & quæ Dei ſunt, nemo cognouit niſi Spiritus Dei.* Frustra igitur aliunde è Democriti puteo veritatem haurire tentaueris. Scripturę tamen Eccleſia interprete indigent: quoniam illa quidem, ſi Chriſto credimus, eundem ſpiritum accepit: animales autem multi reperiuntur, qui, quæ ſunt ſpiritus, non percipiant. Itaque penes illam eſt Scripturarum iudicium: & ſemper olim cùm ſummus Pontifex, tum Concilia œcumenica, de quaque re, quæ in dubium vocaretur, quid certò tenendum eſſet, autore Spiritu ſancto & Scripturis docentibus decreuerunt. Quod cùm Vermilius dicere oblitus ſit, tu ipſe decernito, vitióne memoriæ, ac peruerſitati mentis potius tribuendum ſit.) Sequitur apud Vermilium.

Alia iterum diuiſio legũ Eccleſiaſtic.

Rurſus ea, quæ ad res agendas pertinent, bifariam diſtinguũtur. Alia enim ſunt neceſſaria, & ad ſalutem faciunt: qualia nulla putari debent, niſi tradita in ſacris literis: alia ſua natura D adiaphora, quibus aut bene, aut malè vti poſſumus Ad hoc ſolum membrum hæc omnis pertinet diſpoſitio. In hoc genere primum cauendum eſt, ne quid putetur facere ad cultum Dei; quia diuinos cultus non ab hominum voluntate pendet, ſed à conſilio Dei. (Addidiſſe enim ad cultum Dei, ſuperſtitio & idololatria eſt. Non enim de modo cultus loquitur, cùm mox probet ceremonias, ſi quæ ſapienter ab Eccleſia inſtituãtur, ſed de religione ipſa ſeu cultu interno, quo Deum amplectimur: quem ſyncerum eſſe iubet, qualem Scripturæ præſcribunt. Quo in genere plurimùm à ſcopo aberrabant inter Iudæos quidem Sadducæi, inter Chriſtianos Audiani ſiue Anthropomorphytæ, cùm Deum humana ſpecie fin-

Latria cultui nihil additur, præter id, quod à Scripturis accepimus.

A gerent, & colerent. Item Phariſæi, qui Deum externo quodam ſanctitatis fuco ac pompa delectari cenſebant, & eundem votis à vera pietate abhorrentibus venerabantur. Quæ omnia ſpectant ad idololatriam, cùm Deo indigna eſſe noſcantur, nec ad illum poſſe referri, quem natura caſtiſſimum, moribus ſanctiſſimum Scripturæ prædicant.) Itaque Chriſtus apud Matthæum ait ex Eſaia, *Fruſtrà me colunt docentes doctrinas, præcepta hominum.* Manere enim debet Dei cultus ſimplex, & purus. Itaque Deus apud Eſaiam ait, *Se immiſſurum eſſe furorem, & inſaniam illis, à quibus colatur præceptis hominum.* Et certè ita videmus vſu venire, vt qui toti ſint in hoc, tradantur, quodammodo in reprobum ſenſum, efficiantur deliri, inſaniãt, & ne ea quidem B videant, quæ ſunt clariſſima. Paulus ad Coloſſenſes ait, *Si mortui eſtis cum Chriſto, quid quaſi viuentes adhuc decretis tenemini?* Et ad Galatas, *State in ea libertate, in qua Chriſtus vos liberauit.* Itaque ad Coloſſenſes prorſus damnat omnem ἐθελοθρησκείαν, & cultum voluntarium. Habent iſta quidem ſpeciem ſanctitatis & ſapientiæ. Species autem ea ſita eſt in ſuperſtitione, in humilitate, in ἀφειδίᾳ, in neglectu corporis, & in reuelatione Angelorum: re autem vera ſunt impia, vt Chriſtus ait apud Matthæum.

Notat Apoſt. nõnullas hæreſes & ſui temporis, & quæ proximè ſequuta sũt, de quibus SS. Irenæus, Epiph. Theodoret. Philaſtrius.

Iam verò ſi iſta neque neceſſaria ſint, neq; ad cultum Dei pertinent, poſſunt mutari, nec neceſſe eſt in omnibus eccleſiis eadem eſſe. In his rebus, inquit Hieronymus, abundet quæuis prouincia in ſenſu ſuo. Et S. Ambroſius quem- C admodum citatur ab Auguſtino ad Ianuarium, Si non vultis errare, facite, inquit, quod ego ſoleo. Ego enim ad quamcunque Eccleſiam venio, ad eius ceremonias me accommodo. Neque certè Eccleſia ea libertate priuari debet, quam illi Chriſtus voluit ſemper eſſe integram. Non tamen iſta eò dico, quo velim ceremonias in Eccleſia quotidie innouari. Nihil enim ſine magno conſilio, & graui deliberatione aut mutari debet, aut antiquari. Deinde videndum eſt, ne iſtæ ceremoniæ excreſcant in immenſum, atque ita omnia obruant. Auguſtinus in Epiſt. 119. ad Ianuarium, ait, ſuo tempore tantum fuiſſe numerum obſeruationum, vt Iudæorum conditio multò tolerabilior videretur, quàm Chriſtianorum. Omnia, inquit, ſunt plena præſumptionibus, vt grauius iam D peccare videatur, qui per octauas ſuas pedibus nudis terram premat, quàm qui mentem vino obruat. Et quid tandem iſta proſunt? Certè malos nihilo facient meliores: tantùm enim valent ad εὐταξίαν, vti diximus. Quanquam multa huius generis excogitata ſunt ad ſordes & quæſtum. Nam his artibus impinguantur quorumdam culinæ. Sæpe etiam fit, vt his minutiis homines abducantur à vero cultu Dei. Id Chriſtus reprehendit in Phariſæis, quòd propter ſuas traditiones contemnerent præcepta Dei. Quare tollenda ſunt huiuſmodi inuenta, & decreta hominum, quoties incipiunt lædere pietatem aduerſus Deum. Ita enim Ezechias ſuſtulit ſerpentem æneum, quamuis erectum à Moſe, cùm populus ſemel cœpiſſet eum adorare pro Deo. Ferendæ

Ceremoniæ vt plurimùm ſunt ex inſtitutione hominum.

Digitized by Google

ergo ſunt ceremoniæ, quamdiu ad εὐταξίαν faciunt, & ad vſum aliquem Eccleſiæ, aut ſacrorum cultum, & ſtudium deuotionis conferunt: vbi autem nullus erit amplius illarum vſus, ſine omni dubitatione tollendæ ſunt.

Leges Eccleſiaſticæ quam vim obtineant.

IAM de tertia parte videamus, quæ maximè ad noſtrum inſtitutum pertinet, quam vim huiuſmodi decreta habere debeant ad obſtringendas conſcientias; quidque inter iſta interſit, & decreta Ciuilia. Primùm ea non obſtringunt, ſi remoueatur contemptus, & ſcandalum, ne aut tumore animi, aut de induſtria bene conſtituta reſcindamus, aut turbemus communem pacem Eccleſiæ. His obſeruatis, nihil obligatur conſcientia. Exempli cauſa: Apoſtoli decreuerunt, vt Gentes conuerſæ ad Chriſtum abſtinerent à præfocato, à ſanguine, & ab idolothyto. Qua in re illi nihil aliud ſpectabant, quàm pacem Eccleſiæ. Aliter enim nunquam potuiſſet Iudæis cum Ethnicis conuenire. Si quis ſalua communi pace illa comediſſet, nihil peccaſſet in conſcientiam. Nam alioqui Petrus ait, *Quid tentatis Deum volentes imponere iugum*, &c. Et Paulus ad Coloſſenſ. *Nemo*, inquit, *vos iudicet in cibo & potu.* Quòd ſi non debemus iudicari à fratre noſtro, multò minùs debemus à nobis ipſis. Et Chriſtus ait, *Quod intrat per os non coinquinat hominem:* atque ita defendit diſcipulos, cùm comediſſent illotis manibus, cúmque ſpicas manibus in itinere confricarent. Idem probat Paulus in Epiſtola ad Corinth. *Quicquid*, inquiens, *vobis appoſitum fuerit, manducate, nihil inte rogantes. At ſi quis tibi indicauerit, cibum illum eſſe immolatitium, noli comedere propter conſcientiam, non tuam, ſed eius, qui tibi indicauit.* Longè autem alia ratio eſt præceptis ciuilibus. Iubemur enim *obedire non tantùm propter iram, ſed etiam propter conſcientiam*, conſcientiam, inquam, non alienam, ſed noſtram. Magnum ergo eſt diſcrimen inter Eccleſiaſtica decreta, & politica. Quare neceſſe eſt, illa minus obſtringere conſcientias. Nam in Eccleſiaſticis ſpectanda eſt εὐταξία: in politicis autem parendum eſt, quamuis tu eam εὐταξίαν non videas.

Male ratiocinatur Vermilius.

Ex his apparet, infirmum eſſe illorum argumentum, qui ex iſto facto Saulis probare volunt leges Eccleſiaſticas. Hactenus Vermilius.

Vermilius confutatur.

In his Vermilius non parum à ſanctis Patribus diſſentit. Obſeruare nimirum debuerat, leges omnes Eccleſiaſticas non vno genere contineri, ſicut nec Ciuiles. Quædam enim ita rogantur ob imminens aliquod periculum, vt non aliàs valere intelligantur. Quemadmodum verbi gratia, ſi quo tempore lues in aliena prouincia graſſatur, Magiſtratus vetet quemquam ex illa regione hoſpitio excipi, & quiſquam citra contemptum, & abſq; cuiuſquam offenſione, eum inde excipiat, quem certò nouit ab omni contagione immunem, non peccat. Idque exemplum ad amuſſim quadrat alteri exemplo de idolothytis, quo antea Vermilius vſus eſt. Aliæ ſunt, quæ feruntur

Alia legum Eccleſiaſt. diſtinctio.

A ad vitandum aliud periculum: quod quia frequens & incertum eſt, tanquam perpetuum habetur. Et iſtæ poſtquam latæ ſunt, vigere perpetuò creduntur, donec eas diuturna deſuetudo, aut Magiſtratus autoritas abrogarit. Quale eſt ciuile illud decretum, Ne quis hoſtibus arma diuendat, aut ferrum, & armamenta nauium exportet. Item Eccleſiaſtica illa ſanctio, qua clandeſtina matrimonia irrita eſſe iubentur. Hæc ſi quis in ſe admittat, etiam abſque contemptu, ſola libidine aut lucri cupiditate victus, tamen à peccato excuſari non poterit. Sunt tamen qui ita ſentiant, cùm violatori legis pœna decreta eſt, conſcientiam non obſtringi, nec culpæ virus extimeſcendum eſſe. Sed hoc non vſquequaque verum eſſe exiſtimo. Inuenio enim quemdam

An lex non obliget ad culpam, quoties pœna addita eſt.

B legis epilogum his verbis contextum. Qui verò ante tempus, (quod ipſe definiuit) ſponſalia confecerint, humanæ diuinæque iræ ſe obnoxios reddent. Fiſcus namque propter præſentis iuſſionis contemptum, per rerum domeſticarum Secretarium poſitam ex ſtipulatione in inſtrumentis pœnam ab ipſorum ſingulis integram exiget. Credimus verò etiam ipſum Deum aduerſus hos (Tabelliones intelligit ſicut prius) inſurrecturum, quòd inter iuuenes nequitiam palàm & deſtinatò introducere non erubuerint. Ad hunc modum Imperator. Contemptum autem illum de quo loquitur, non contumaciæ intelligit, qui morte plectendus eſſet: ſed incuriæ, qui ſemper delicti comes habetur, & idem cum eo

Alexius Comnenus in conſtit. Imp. 3.

C eſt.

Tertiò, nonnunquam leges ſunt veluti quædam remedia, ſeu potius mulctæ ob nonnulla crimina, quæ palàm admiſimus: aut eas præuaricationes, quas veriſimile eſt nos frequenter committere, ob humani ingenij compertam inconſtantiam. Exempli cauſa, ſi quod oppidum à rege defeciſſet, & ſe hoſtium poteſtati permiſiſſet, deinde, vbi receptum eſſet, legem rex ferret, qua ciues quidem merito ſupplicio liberarentur, tolerabilem autem mulctam per ſingulos annos pendere iuberentur: qui legi fraudem feciſſet, non contemptim, ſed oneris duntaxat vitandi gratia, nihilominus peccati reus haberetur. Talis autem eſt ab Eccleſia inſtituta Quadrageſimalis ieiunij obſeruatio, quæ etiam ad ſecundam ſpeciem pertinere potuit. Nonnulla porro ſanctorum Patrum teſtimonia pro hac ſententia

Lex Eccleſ. etiam citra contemptum nonnunquam ad culpam obligat.

D proferam, ne quis me temerè iactare putet, Vermilium alienam ab antiquis ſententiam ſequi. S. Baſilius Orat. 2. de Ieiunio. Vide, ne propter paruam eduliorum voluptatem damnum incurras, & teipſum criminis deſertoris reũ ſtatuas. S. Ambroſius Serm 25. Non leue peccatum eſt, indictam fidelibus Quadrageſimam violare, & ieiunia conſecrata ventris voracitate diſſoluere. S. Hieronymus in Epiſtola ad Marcellam De erroribus Montani. Nos vnã Quadrageſimam ſecundum traditionem Apoſtolorum tempore nobis congruo ieiunamus. Non quòd & per totum annum, excepta Pentecoſte, ieiunare non li-

S. Baſilius.

S. Ambroſ.

S. Hierony.

Libera-vit ergo popvlvs Ionath. S Auguſt.

ceat: ſed quòd aliud ſit neceſſitate, aliud voluntate munus. S. Auguſtinus Serm. 26. De tempore. Aliis diebus ieiunare remedium eſt, aut præmium; in Quadrageſima non ieiunare peccatum eſt.

Quare ſi quis præterea Scripturarum teſtimonia deſideret, primùm obſeruet, quæcunque argumenta Vermilius adduxit ad ſanciendam Politicam poteſtatem, eadem ad Eccleſiaſticam quoque confirmandam valere. Deinde, priuatim locum illum Pauli cap. decimotertio ad Romanos quo docet *non tantùm propter iram ſed etiam propter conſcientiam ſublimioribus poteſtatibus* parendum eſſe, æquè Politicis magiſtratibus, Eccleſiaſticis æqoè conuenire. Fatetur Caluinus lib. 4. Inſtitut. ca. 10. §. 5. Poſtremò, ne in ſingulis immorer, & in alienam meſſem falcem immittam, idem Apoſtolus ad Hebræos 13. *Obedite*, inquit, *præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis: ipſi enim peruigilant, tanquam pro animabus veſtris rationem reddituri. Igitur de animæ periculo agitur; & tamen negamus ad conſcientiam pertinere.*

Versvs 46.

Receſſitque Saul, nec perſequutus eſt Philiſthiim: porrò Philiſthiim abierunt in loca ſua.

Versvs 47.

Et Saul, confirmato regno ſuper Iſrael, pugnabat per circuitum aduerſum omnes inimicos eius, contra Moab, & filios Ammon, & Edom, & reges Soba, & Philiſthæos: & quocunque ſe verterat, ſuperabat.

Variæ translationes.

Versvs 46. Pagninus: *Et aſcendit Saul de poſt Peliſtim, & Peliſtim abierunt in locum ſuum.* Vatablus Salmant. *Aſcendit autem Saul poſteaquam inſequutus eſſet Paleſtinos, abieruntque*, &c. In Ecphraſi, Hebraiſmus, inquit, à tergo Palæſtinorum, id eſt, retulit pedem à perſequendis Palæſthinis. Reliqui conſentiunt.

Verſus 47. Pagninus: *Et Saul cepit regnum ſuper Iſrael: & pugnauit*, &c. *Et ad quacunque ſe vertebat, viriliter agebat.* Arias, *Et in omnibus, quæ reſpiciebat, condemnabat.* Scilicet, illud meritò de ſe prædicare potuit: Veni, vidi, vici. Vatablus: *Porrò Saul nactus regnum Iſrael, bella geſſit aduerſus omnes hoſtes ſuos circum circa, contra Moab*, &c. *Et in omni ad quod ſe vertebat, præfractè agebat.* In Ecphraſi: *Nactus regnum*: vendicans ſibi. vel, vſurpans ſibi. Aut vt alij, confirmatus in regnum. *Superabat*, ſubaudi inimicos ſuos. Chaldæus Paraphraſtes, *perdebat*, tanquam noxios ſcilicet. Alij, *terrebat*, *perterrefaciebat*. Ita Vatablus. Chaldæi Paraphr. interpretatio Latina in editione Regia: *Et Saul proſperatus eſt in regno ſuper Iſrael, & iniuit bellum circum circa cum omnibus autoribus inimicitiarum eius in Moab, & in filios*, &c. *& in omni loco quocunque reſpiciebat, ſubiugabat.* Septuag. Complutenſis editionis & Regiæ καὶ Σαοὺλ κατακληροῦται τοῦ βασιλεύειν ἐπὶ Ἰσραήλ. Καὶ ἐπολέμει κύκλῳ πάντας τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ εἰς τὴν Μωάβ, &c. *Et Saul ſortitus eſt vt regnaret ſuper Iſrael. Et oppugnabat in circuitu omnes inimicos eius, contra Moab*, &c. οὗ ἂν ἐπέβλεψεν ἐσώζετο. *Quocunque aſpiciebat ſaluabatur.* Aldina editio nonnihil variat, & habet aliquid amplius. Καὶ Σαοὺλ ἔλαχε τὸ βασιλεύειν ἐπὶ Ἰσραήλ. Καὶ ἐπολέμει κυκλόθεν πάντας τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ, &c. Io quibus auget hoſtium numerum, Καὶ εἰς τὴν Βαιθώρ. Tandem, οὗ ἂν ἐστρέφετο ἐσώζετο. *Et Saul ſorte cæpit regnare ſuper Iſrael. Et oppugnabat in circuitu omnes inimicos ſuos in Moab*, &c. *& in Betheor*, &c. *Quocunque ſe vertebat, ſaluabatur.* Romana editio etiam his omnibus auctior eſt, ſic enim habet: Καὶ Σαοὺλ ἔλαχε τὸ βασιλεύειν, κατακληροῦται ἔργον ἐπὶ Ἰσραήλ. *Et Saul ſorte cepit regnare, ſorte capit opus ſuper Iſrael.* Quo loco Flaminius, Apparet in noſtra duas eſſe admiſtas interpretationes. Et quod vna inquit, *regnare*, altera, *opus*, non valdè diſcrepant. Et in Hebræo dictiones iſta ſignificantes ſunt valdè ſimiles. Et S. Paulus 1. Tim. 3. Epiſcopatum *opus* appellat. Hæc Flam. Editionem Rom. Antuerp. Laurent. imitatur.

Contra Moab, &c.

Vermilius: Saul deſtitit perſequi Palæſtinos pro eo quidem tempore. Nam poſtea eos denuò perſequutus eſt. Interpretes aiunt eum noluiſſe longius perſequi Palæſtinos, vel quòd Deus nihil reſpondiſſet, vel quòd putaret factum Ionathæ impediturum ſucceſſum, vel quòd illi iam in arces & præſidia ſua euaſiſſent. *Confirmato regno.*] Cùm enim res bene ſuccederent, populus illi libenter paruit. *Et pugnauit per circuitum.*] Hęc eſt epitome eorum, quos Saul omni regni ſui tempore profligauit. Sunt autem nationes numero ſex. Iſta breuiter tantùm indicantur, quia hiſtoria iam properat ad res geſtas Dauidis. Ea enim omnia ferè, quæ ſequuntur, referuntur aliquo modo ad Dauidem. Hoc tantùm addendum eſt: Saulem non delegiſſe ſibi iſtos hoſtes in quos pugnaret: ſed eos ab initio fuiſſe inimicos nominis Iſraelitici. Itaque eos Saul perſequutus eſt, & aſſeruit populum ſuum in libertatem. Noluit fines propagare. Satis habuit, quod poſſet hoſtem reiicere & tueri ſua. Hic finis eſſe debet ſuſcipiendi belli, vt cùm ſupplicium ſumptum ſit de impiis, & pax ſit ſemel cōſtituta, id putemus eſſe ſatis. *Superabat.* Vermilius legit, *viriliter agebat.* In Hebræo eſt, יַרְשִׁיעַ *iarſchiagh* ſignificat autem רָשַׁע *raſchagh.* Impium eſſe: & in piel eſt condemnare aliquem impietatis, vt habetur Deuteroo. cap. 25: *Iuſtificabis iuſtum, & condemnabis impium.* Hac ergo periphraſi deſcribitur victoria, quaſi illa profligatione ſatis declararit eos eſſe impios. Ie autem fecit, quòd ipſi illum prouocaſſent. Nam alioquî Deus vetuit illis inferri bellum. Hactenus Vermilius. Schindlerus exponit *& commouebat*, ſiue perturbabat, proterebat.

Vermilius.

Finis belli is eſſe debet.

Moab.

CONTRA *Moab.*] Nomen illud vrbem & prouinciam ſignificat, vt author eſt S. Hieronymus. Eſt & nomen primogeniti Loth, à quo ea regio denominata eſt. Præcipuas eius vrbes enumerat Ieremias cap. 48. Helon, Iaſa, Mephaath, Dibon, Nabo, Deblathaim, Cariathaim, Carioth, Bethgamul, Bethmaon, & alias nonnullas: præcipua item loca regionis. quorum etiam ex parte meminit Eſaias cap. 15. & 16. Moabitæ cum Ammonitis Orientis partes occupabant, ſicut Philiſthæi Occidentis.

Idumæa.

Idumæa ad Meridiem ſita eſt. Idolum Chamos gens illa colebat. Ammonitæ Melchom. In Idumæa celebrantur præcipuè Boſra, & Theman, cuius cùm ſapientia prædicetur in Scripturis, apparet iam indè à temporibus S. Patriarchæ Iob, & Ieremiæ prophetæ fuiſſe non ignobilem academiam. Idumæa porrò fuit regio Eſau, fratris Iacob: quæ ex eo, quòd ipſe Edom vocabatur, nomen accepit. Eſt autem circa vrbem Petram, quæ nunc dicitur Gabalene, inquit S. Hieronymus, lib. de Locis Hebraicis.

Soba.

Soba regio Allophylorum S. Hieronymo, vel certè vicinior Damaſco Syriæ, pars altera Hemath, quam tenuiſſe duos reges tempore Dauidis legimus. 1. Paralip. cap. 18. quo loco narratur Adarezer fuiſſe rex Soba, regionis Hemath, & Thoo item rex Hemath, qui eiuſdem Adarezer inimicus fuiſſe ſcribitur. Regni Soba hæ præcipuæ vrbes commemorantur, 1. Paralip. cap. 18. Thebath, & Chun. Et 2. Regum cap. 8. Bete, & Beroth. Porrò eam prouinciam opulentam fuiſſe apparet, cùm ob æris, aliarumque rerum vim maximam inde aſportatam, tum ob pharetras, & arma aurea, quibus Adarezer regis ſatellites vti conſueuerant. Abundauit etiam ea regio curribus, & equitibus fortiſſimis. Videtúrque eodem capite ſitus eius regionis indicari, cùm narratur Dauid eam gentem ſub iugum miſiſſe, quo tempore imperij ſui fines ad Euphratem proferebat. Igitur ea magis ad Septentrionem vergebat. Serarius opinatur Soba eandem eſſe, quæ à Plinio Sophene dicitur: quam tradit eam partem eſſe Syriæ, qua Taurum tranſit, lib. 5. cap. 12. & lib. 6. cap. 9. vicinam Armeniæ facit ab Oriente, & mediam eam conſtituit inter eamdem Armeniam, & Ceraunios montes.

Plinius.

Sed non videtur Saul tam longè excurriſſe. Ariſtagoras Mileſius, cùm multis argumentis apud Herodotum cap. 5. ſuadere Lacedæmoniis conaretur, vt regem Perſarum bello laceſſerent, atque in primis de vrbe Suſa prædicaret, Hic pecuniarum theſauri ſunt, hanc ſi vrbem animosè ceperitis, iam cum Ioue de diuitiis licet certetis: & interpellatus à Cleomene quot diebus iter ad regem confici poſſet, reſpondiſſet, opus eſſe trimeſtri ſpatio, mox ab eo reſponſum tulit: Hoſpes Mileſie, abſcede è Sparta ante ſolem occidentem: non enim Lacedæmonios trimeſtri itinere ab Ionio mari abduces.

Herodot.

Moralis ſenſus huius loci traditur à S. Gregorio in eundem locum. Is porrò eſt. Saul deſtitit ab inſequendis Philiſthæis, poſtquam filius eius. Ionathas violati ieiunij, ipſe autem non ſeruati iuſiurandi rei deprehenſi ſunt. Decet enim vnumquemque, vt monet Chriſtus Dominus, prius trabem ex oculo ſuo depellere, quàm ad eximendam ex fratris oculo feſtucam accedat. Prius *amarè fleuit* Petrus, & Paulus inedia maceratus eſt, quàm vterque Gentium vitia erroréſque expugnaret. *Peccatori enim dixit Deus*, inquit Dauid, *quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum? Tu verò odiſti diſciplinam.* Hoc interim ſpatio dum prædicatores præ pudore & ſceleris conſcientia ſilent, proprias ſedes Philiſthæi repetunt, & denuò occupant. Hi ſunt, inquit, qui per nequitiam, in qua ſunt ante conſtitutionem mundi præcogniti, locum in ſe malignis ſpiritibus parauerunt. At citò confirmatur regnum ſuper Iſrael. Non enim ſolùm, quod acceptum eſt damni, pœnitentia ſarcit: ſed etiam nouis acceſſibus, id quod fuit antè virtutis, amplificat.

Tropol. S. Greg.

Per circuitum.] 1. Petri 5. *Aduerſarius veſter Diabolus, tanquam leo rugiens, circuit quærens quem deuoret.* Vbique ſtruit inſidias, nulla non parte obſeruandus eſt. Sed, vt rectius inquit S. Gregorius, hunc circuitum demonſtremus, hunc dum dæmones ad læta pertrahunt, ei quaſi ad dexteram inſidias ponunt. Illum, dum per aduerſa deiiciunt, quaſi à læua parte conſtringunt. Nos dum ad præterita oblectamenta inuitant, quaſi à retro præcipitant. Illis quaſi ab anteriori parte obuiant, quia ſæpe infirmorum mentibus diſtrictæ conuerſationis, & vitæ longitudinem, quaſi conſulendo monſtrant. Ab antè enim veniunt, quia proficiſci ad cœlum animas non permittunt.

Contra Moab, filios Ammon, Edom, Soba, Philiſthiim.] In quibus profectò aduerſariis quia inſidiæ oppoſitæ quinque corporalibus ſenſibus deſignantur, aptè per quinarium numerum exprimuntur. Deinde ſingulorum fraudes graphicè deſcribit: nos ſumma duntaxat capita referemus. *Moab*, inquit, ex patre interpretatur, *Ammon* populus mœroris, *Edom* rufus. *Suba* incenſa ſiue conuertens, *Philiſthæus* poculo cadens. Quid verò his nominibus niſi gradus peſſimè exprimitur? *Per Moab* concupiſcentia carnis exprimitur; *per Ammon*, frequens vſus malæ operationis; *per Edom*, peccati ardens deſiderium; *per Suba*, , vaſtatio & combuſtio virtutum; *per Philiſthæos*, obliuio cœleſtium. Eumdem conſule.

Quinque aduerſarij.

Quocumque ſe vertebat, ſuperabat.] Semper ſuis præſens & dexter adeſt Chriſtus, nec pugnantibus denegat triumphum: ſed prius quiſque animo deficit, quàm victoria deficiat. *Non enim*, aiebat, *vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis.* Huius ope & auxilio freti, quem non obtinebimus?

VERSVS 48.

Congregatóque exercitu, percuſſit Amalec, & eruit Iſraël de manu vaſtatorum eius.

Varia tranſlat.

CHALDÆVS Paraph. *Et congregauit exercitum.* LXX. *ἐποίησεν δύναμιν*. Editio Complut. & Reg. *Et fecit exercitum.* Pagninus, *Congregauit*: Vatablus, *parauit exercitum.* Hebraicè וַיַּעַשׂ חָיִל *vaiaghas hhail.* Arias apud Pagninum, *Et fecit virtutem.* Romana & Antuerp. Laurent. *Et fecit virtutem, & percuſsit Amalec, & eruit Iſrael de manibus conculcantium eum.*

S. Gregor.

De Amalecitis cap. ſequenti dicendum erit. Populum lambentem exponit S. Gregorius, & ad fornicationis ſpiritum refert: quem non aliter quàm congregato exercitu debellari poſſe ait, abſtinentiæ, humilitatis, orationum frequentium, optimatum cogitationum, ſtudij Scripturarum, & ſanctorum virorum exemplorum. Neque enim ab vno aut altero milite vinci poteſt.

VERSVS 49.

Fuerunt autem filij Saul, Ionathas, & Ieſſui, & Melchiſua: & nomina duarum filiarum eius, nomen primogenitæ Merob, & nomen minoris Michol.

VERSVS 50.

Et nomen vxoris Saul, Achinoam filia Achimaas: Et nomen principis militiæ eius Abner filius Ner, patruelis Saul.

VERSVS 51.

Porrò Cis fuit pater Saul, & Ner pater Abner, filius Abiel.

Vtilis nobis ad ſpem futurorum malorum proſperitas. Filij Saul.

VERMILIVS: Deus, vt apparet, cumulauit Saulem multis beneficiis. Eſt enim beneficus etiam erga impios. *Facit* enim *ſolem ſuũ lucere ſuper bonos & malos: & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos.* Impinguat enim eos, tanquam victimas, antequam pereant, vt & ipſius conſiliis inſeruiant, & nobis proſint. Ex eo autem nos ita debemus ſtatuere; ſi Deus ita liberalis eſt, etiã erga eos, quos decreuit perdere, quid nobis faciet, quos ante omnem æternitatem elegit, atque adoptauit ſibi filios? Hæc Vermilius. Cæterùm Saulis genealogia deſcribitur, cuius filij duplici ſorte nati ſunt. Tres hîc numerantur ex domina vxore ſuſcepti, *Ionathas*, *Ieſſui*, qui cap. 31. & 1. Paralip. 8. *Abinadab* dicitur, tertius *Melchiſua.* 1. Paralip. 8. Quartus adiicitur *Isbaal*, quem volunt eſſe *Isboſeth*: qui poſt pa-

A tris interitum regni gubernacula ſuſcepit, & duobus annis tenuit. Hîc verò omittitur, fortaſſe, quòd non eſſet aptus ad bellum: aut quod ij tantùm recenſerentur, qui cum patre ceciderunt. Fertur autem, cùm pater occumberet, annum quadrageſimum attigiſſe. 2. Reg. cap. 2. *Reſpha* item, concubina Saul, duos illi filios peperit: *Armoni*, & *Mephiboſeth* alterum à filio Ionathæ, lib. 2. Regum, cap. 21.

Amici neceſſarij regibus. *Xenophon*

Et nomen principis militiæ eius Abner, filius Ner, patruelis Saul. Editio Romana LXX. Interp. *propinqui Saul.* Pagninus, *patrui Saul.* Cyrus ille Magnus apud Xenophontem lib. 8. Cyropæd. Non eſt, inquit, aureum hoc ſceptrum, Cam- B byſes, quod regnũ ſeruet, ſed amici multi ſceptrum ſunt regibus veriſſimum, maximéque tutum. Verùm, ne putes homines naſci natura fidos: omnibus enim iidem fidi apparerent, quemadmodum etiam alia quæ natura gignuntur, omnibus apparent eadem: ſed fidos vnuſquiſque ſibi faciat oportet, quorum comparatio nullo modo fit vi, ſed beneficentia potius.

Quibus præfectura permittenda ſint.

Itaque ſi alios quoſdam tentabis regni conuſtodes efficere, nuſquam aliunde prius incipe, quàm ab eo, qui ex eodem loco natus eſt. Quare & homines ciues, alienis præferendi ſunt: & qui vnà ſunt aliti, iis, qui contubernales non ſunt. Qui autem ex eodem ſemine ſunt orti, & aliti ab eadem matre, & in eadem domo adole- C uerunt, & eoſdem parentes amant, & eandem matrem eundémque patrem appellant, quomodi hi minus ſunt omnibus propinquitate præferendi? Nolite igitur, quæ dij immortales bona dictant in familiaritate fratribus, inania vnquam facere, ſed ad hæc continuò parate alia amicitiæ opera, & ita ſemper inſuperabilis vobis inuicem futura eſt charitas. Qui fratri prouidet, ſeipſum curat. Cui enim alij, cui frater eſt magnus, adeò bonum ſit vt fratri? Quis alius honorabit virum qui magnus ſit viribus, ita vt frater? Quemnam timebit quiſquam iniuria afficere, ſi frater ſit magnus, vt fratrem? Nemo igitur te celerius huic obſequatur, neque alacrius adſit. Nemini enim magis propria ſunt huius neque bona neque mala, quàm tibi. Cogita hæc præterea: Cui gratificeris vnde ma- D iora conſequi ſperes, quàm huic? Cui etiam ſi auxilium feras, valentiorem ſocium belli recipias? Quem præterea turpius eſt non amare, quàm fratrem? Quem omnium pulchrius anteponere, quàm fratrem? Solus quidem, ô Cambyſes, frater eſt, qui ſi priores habet partes apud fratrem, neque inuidia venit ab aliis. Hactenus Cyrus moriens: quæ tametſi in gratiam fratris Cambyſis dicta ſunt, nihil tamen vetat, ad alios quoque conſanguineos iuxta cuiuſque gradus analogiam proferre. Hîc certè Saul ſanguine ſibi coniunctiſſimum ſuis copiis præfecit. Sunt tamen qui hoc putant haud vacare periculo. Nam omnibus naturæ affectibus potentior eſt imperandi cupiditas: & ſi iuris vnquam ſanctitas violanda eſt, regnandi maximè cauſa violanda eſt.

Allegoria. *S. Gregor.*

Ad Allegoriam conuertamur. Rex prædicator dicitur, inquit S. Gregorius: quia celſitudinem tenet ordinis, & dignitatem magnæ cõ-

uerſationis. Rex item dicitur: quia ſummam tenet celſitudinis, & vigorem autoritatis. Is tres filios, ſeu potius virtutes habet. Habet *Ionatham*, qui *columbæ donum* dicitur: *Ieſui*, *planities ſiue deſiderium meum*, & *Melchiſua*, *rex meus ſalus*. Quia enim præcellentia dona Spiritus Sancti doctores habent, *columbæ donum* rectè nominantur. Quia item inter dona ſublimia humiles ſunt, *planities* dicuntur. Quia pro ſubditis ſibi fidelibus ardenter æterna poſtulant, *deſiderium meum* eſſe perhibentur. *Salus* etiam dicitur, vt eius integritate ægritudo populi depelli poſſe ſentiatur. Huius quoque duæ filiæ eſſe feruntur: primogenita *Merob*, id eſt, *de multitudine*. Ea eſt illud vitæ genus, quod in actione conſiſtit. Altera *Michol*: *ex omnibus*, contemplationi ſcilicet dedita, præ cuius dulcedine ab omnibus ſe abſtinet. Vtriuſque *Saul* pater eſt, & vtramque alere atque fouere prædicator debet. Vxorem *Achinoam bonam voluntatem* interpretatur. *Abner*, filius Ner exercitus princeps, qui *lucerna* Hebræis eſt, pro eo ſumit, ac ſi dicat: *Lucerna pedibus meis verbum tuum*. *Is filius Abiel*. Eſt autem *Abiel* Hebraicè *Pater meus Deus*. Dei enim eſt virtus omnis atque prudentia. *Ne dixeris igitur, Labia noſtra à nobis ſunt, quis noſter Dominus eſt?*

VERSVS 52.

Erat autem bellū potens aduerſum Philiſthæos omnibus diebus Saul. Nam quemcumque viderat Saul virum fortem, & aptum ad prælium, ſociabat eum ſibi.

Deus voluit ſuos perpetuis bellis exerceri.

ERAT *bellum potens aduerſum Philiſthæos*. Rationem huius rei habes Iudic. cap. 3. *Hæ ſunt gentes, quas Dominus dereliquit, vt erudiret in eis Iſraelem, & omnes qui non nouerant bella Chananæorum: vt poſtea diſcerent filij eorum certare cum hoſtibus, & habere conſuetudinem præliandi: Quinque Satrapas Philiſthinorum, omnemque Chananæum, & Sidonium, atque Heuæum, qui habitabat in monte Libano, & de monte Baal Hermon vſque ad introitum Emath*. Addit præterea etiam rationem moralem. *Dimiſit que eos, vt in ipſis experiretur Iſraelem, vtrum audiret mandata Domini quæ præceperat patribus eorum per manum Moyſi, an non*.

Ratio redditur.

Idcirco autem Saulis tempore tam diu certatū eſt, quòd æquis vtrinque viribus anceps fortuna nutaret. Nam Palæſtinorum vires frangere Saul omnino non potuit, quin potius tandem ab illis oppreſſus eſt. Poſtquam igitur cladem aliquam ab eo accepiſſent, & profligato nonnunquam exercitu aliquantiſper ſe continuiſſent, mox reparatis viribus vehementius laceſſebant. Perfectam victoriam Deus Sauli non concedebat, quoniam idem perfectè Deū non colebat, neque mandata eius, vt par erat, obſeruabat. Parcebat tamen interim Deus populo: & cùm ab hoſtibus acrius vrgeretur, atque illi potiundæ ſpe victoriæ ferocius inſoleſcerent; populus autem ſuus calamitatis magnitudine attonitus, ingemiſceret, ſubinde quidem hoſtiū impetum retundebat, ſuos autem victores præſtabat, tantiſper dum illi ad ſuum vomitum reuerterentur, & repetitis flagitiis iram Dei denuò prouocarent. Nouerat Deus ingenium populi ſui, quod citò rebus proſperis efferretur, aduerſis deficeret: itaque perpetua quadā malorum honorúmque viciſſitudine conſeruandum eſſe, ne prorſus interiret. Ac proinde ſic Deus ſemper populum ſuum habuit, quomodo rex quidam ſapiens ſe ſuóſque haberi optauit. Teſtatur hoc eiuſdem Epiſtola apud Herodotum, lib. 3. quam amico ſcripſit, cùm res eius ſecundas ſuſpectas haberet. Amaſis Polycrati ita inquit: Mihi quidem, feliciter agi cum viro amico meo & hoſpite, audire voluptati eſt: tamen tuæ magnæ proſperitates mihi non placent, qui intelligo quàm inuidum nomen ſit. Quod ad me attinet, malim tum meas ipſius, tum eorum qui mihi curæ ſunt, res nunc proſperè ire, & per varias fortunæ vices æuum traducere, quàm in omnibus mihi proſperè cedere. Tu itaque mihi obtemperando, hoc aduerſus proſperitates agito: diſpice quid tibi eſt quod plurimi facias, quodque amiſſum tibi maximè doleret. Id vbi inueneris, ita abiicito, vt nunquam ad homines veniat. Quòd ſi proſpera tua deinceps non variabuntur, aduerſis medeate tu tibi ſubinde eo modo quem tibi ſubieci. Hactenus Amaſis rex Ægypti. Qui cum audiſſet Polycratem ſmaragdum ſignatoriam, quam parens eius conſiliis in pelagus abiecerat, in piſce recepiſſe, territus præſentis fortunæ benignitate, miſſo Samum caduceatore dixit, ſe ius cum illo hoſpitij ſoluere. Nec Amaſim fefellit opinio. Nam tandem Polycrates in crucem actus eſt. His artibus populus Hebræorum non indiguit. Semper enim illis Palæſtini moleſtias affatim ſuppeditarunt. Nobis quoque hoſtes non deſunt, qui ſemper & vbique negotium exhibeāt. *Caro enim*, vt inquit Apoſtolus, *concupiſcit aduerſus ſpiritum, ſpiritus aduerſus carnem*: & deinde, *mundus ipſe totus in maligno poſitus eſt*. Sed & Satan, *quaſi leo veſtigat quem deuoret*. Hos nunquam ſic frangimus, vt inſidiari deſinant. Fruemur tamen tanquam perpetua victoria, ſi Chriſti caſtra ſequi, eiuſq; nos armis tueri voluerimus. Humanis autem auſpiciis ſpiritales nequitiæ vinci non poſſunt: obedientia, charitate, atque animi demiſſione, non humana prudentia aut animi robore ſuperantur.

Felicitas nimia ſuſpecta Herodot.

Moralis ſenſus.

Nam quemcumque viderat Saul, &c. Vermilius: Deſcripſit ſibi exercitum, non ex quibuſuis militibus, ſed ex fortiſſimis. Si quem vidiſſet virū robuſtum, & bellicoſum, eum adiungebat ſibi oblato ſtipendio, vt eſſet inſtructus ad omnem vſum Reipub. Dominus quidem dedit victoriam: ſed ad eam rem vſus eſt his inſtrumentis. Ioſephus ait, eum non tantùm pedites habuiſſe: ſed etiam equites. His ille viribus nimium fortaſſe confiſus eſt. Plurimùm tamen promouit ſtatum Reip. quamuis eſſet vir impius, & hypocrita. Ita Deus ſæpe promouet Euangeliū per miniſtros malos. *Multi*, inquit Paulus

Vermilius.

A ad Philippenſ. *docent Chriſtam non ſyacerè: tamen in hoc gaudeo, & gaudebo.* Tanta eſt bonitas Dei, vt ex malis elicere poſſit aliquid booi. Hactenus ille.

QVEMCVNQVE *virum fortem, & aptum ad prælium,* &c.] Prudentiùs quàm Ægyptij, atque Lacedæmonij, apud quos, inquit Herodotus lib. 6. præcones, & tibicines & coqui, in paterna officia ſuccedunt: & coquus è coquo, & tibicen ex tibicine, & præco ex præcone gignitur. Neque vlli propter vocalitatem alus inſidiantes ſeipſos ingerunt, ſed in paterno opere perſeuerant. Hæc de illis Herodotus. qui prius lib. 2. hæc de Ægyptiis tradiderat. Sunt au-

Herodotus. Illy parentû opificiis destinati.

B tem in Ægypto ſeptem hominum genera, quorum alij ſunt ſacerdotes, alij qui pugnatores appellantur, alij boum paſtores, alij ſubulci, alij inſtitores, alij interpretes, alij gubernatores nauales: tot ſunt Ægyptiorum genera, à ſuo quæque artificio appellata: ſed pugnatores vocantur Calaſiries, & Hermotybies, quibus nulli artificio operam date licet, ſed ſolũ rei militari, filio diſcenti à patre: ſicut nec aliorũ quemquam à paterna officina ad arma tractanda accedere. Militantibus diſtribuitur pars agri publici, immunis, & eximia: & præterea, cùm circa regem funguntur ſatellitum munere, accipiunt viritim panis toſti pondo quinas mnas, carnis bubulæ binas, vini ſextarios quaternos.

Septem hominum genera apud Ægyptios.

C Hactenus ex Herodoto. Noſtra etiam conſuetudo ab ea ratione plurimùm diſcrepat. Apud nos ſiquidem militares gradus pretio comparari dicuntur. Quare mirari deſino, ſi tantopere à maiorum noſtrorum gloria deficimus, cùm ſimus eorum virtutis degeneres. Illi remotiſſimis prouinciis imperabant, regna & imperia, miſſis ſub iugum nationibus, conſtituebant; nos ægrè domeſticos parietes nõ tam armis, quàm parùm honeſtis pro noſtra dignitate & religione fœderibus propugnamus. Saul longè ſapientius, *quemcunque virum fortem & aptum ad prælium vidiſſet, ſociabat ſibi.* Non tantũ corporis robore præſtantes, aut etiam fortes animo, ſed etiam aptos Saol eligebat. Solertia in bellis valere plurimùm ſolet.

Tropolog. S. Gregor.

D Hæc cùm tropologicè ad Dei miniſtros trãsferret. S. Gregorius, fortes eſſe dixit, qni volũtate præſtarent; aptos, quos ſcientia diuinarũ rerum callentes efficeret: vtromqoe autem in illis requirebat. Nam quid prodetit ſcientia, ſi mores ab officio diſcrepent? Quis enim illi fidem adhibeat, quem vitæ inſtitutum, & tota ratio ſtudiorũ, arguat ſibi ſe minimè credere? Quòd ſi quis egregia quidem voluntate præditus ſit, & animo ad res benè gerendas comparato, muneris autem ſui partes ignoret, quis non meritò lugeat eum populo de ſua ſalute periclitanti indignè præfici? S. Gregorius Na-

S Gregor. Nazianz.

A zianzenus, cùm exitialem illam dementiam in nonnullis Eccleſiæ præſidibus, qui neophytos inſtituerent, reprehenderet, his verbis vſus eſt. Non enim eò audaciæ progrediar, vt omues accuſem: iniquè enim facerem. Verùm nauticam legem laudo, quæ gubernatori futuro primùm remos tradit, deinde ad proram eos collocat: ſicque prioribus muneribus ipſi commiſſis, tandem eum poſt diuturnam remigationem, ac ventorũ obſeruationem, ad gubernacula conſtituit. Eadem rei militaris eſt ratio: miles primùm, deinde centurio, tum imperator. Hic optimus ordo eſt, iiſque, qui ſubſunt, in primis conducibilis. Quàm præclarè nobiſ-

B cum ageretur, ſi idem rerum noſtrarum ſtatus eſſet! Nunc autem periculum eſt, ne ordo omnium ſanctiſſimus, omoium maximè ſit ridiculus. Non enim virtute magis, quàm maleficio & ſcelere, ſacerdotium paratur: nec digniorum, ſed potentiorum, throni ſunt. Samuël inter prophetas, ille, inquam, futura proſpiciens: ſed & Saül, vilis ille & reiectitius. Roboam Salomonis filius inter reges: ſed & Ieroboam, ſeruus & apoſtata. Cúmque nec medici, nec pictoris nomen quiſquam obtineat, niſi prius morborum naturas conſiderarit, aut multos colores miſcuerit, variaſque formas penicillo expreſſerit: Antiſtes contrà facilè inuenitur, non elaboratus, ſed recens, quã-

C tùm ad dignitatem, ſimul ſatus & editus; quemadmodum Poëtæ gigantes finxerunt. Vno die ſanctos fingimus, eoſque ſapientes & eruditos eſſe iubemus, qui nihil didicerunt, nec ad ſacerdotium quicquam priùs contulerunt, præter velle.] Hactenus vir ille ſanctus. Qui ſi non modò viros, diſciplinis Eccleſiaſticis non ita pridem imbutos, Eccleſiaſticis præfecturis ornari intelligeret, ſed etiam pueros, necdum fari ſcientes, ad pompã & luxum nobilium familiarum, Eccleſiæ ceruicibus imponi conſpiceret, quibus tandem verbis? qua orationis acerbitate in mores noſtros inueheretur? Acceſſit ad hæc tertium quoddam monſtri genus, quod cùm accidit, nunquam non Eccleſiæ perniciem exitiúmque portendit. Quod tandem illud? Homines quidam, quos

D ita voco, non quia homines eſſe rear, ſed quia humana ſpecie feras mentiuntur: toti ſeculo dediti profaniſqoe Reipublicæ negotiis aut etiam forenſibus rixis occupati, Eccleſiæ, cui ſeruire atqoe ancillari detrectant, & gubernacula torquent, & opes diripiunt. Qua peſte non tantùm Eccleſiæ, ſed etiam toti Reipublicæ nihil eſſe poteſt nocentius. Cœpit tamen es iam labes regum pietate nonnihil abſtergi. Faciat Deus Opt Max. ne deinceps impiorum hominũ ſacrilegis cupiditatibus ſuccumbant.

Benedictio, & claritas, & ſapientia, honor, virtus, & fortitudo Deo noſtro in ſecula ſeculorum. Amen.

F I N I S.

Digitized by Google

INDEX LOCORVM
SCRIPTVRAE SACRAE,
TOTO HOC OPERE ILLVSTRATORVM.

EX VETERI TESTAMENTO.

GENESIS.

cap.1.v.1. *In principio creauit Deus cælum & terram.* 566.& 567
v.4. *Vidit Deus lucem quod eſſet bona.* 1086
ca.2.v.7. *Inſpirauit in faciẽ eius ſpiraculũ vitæ.* 32
Ibid. *Et factus eſt homo in animam viuentem.*
v.17. *In quacũque die comederis ex eo, morte morieris.* 387
cap.3.v.5. *In quacunque die comederitis ex ligno paradiſi, aperientur oculi veſtri.* 1614
v.12.&13. *Mulier quam dediſti mihi ſociã, dedit mihi de ligno, & comedi: quæ ait, ſerpens decepit me.* 1551
v.14. *Puluerem comedes cunctis diebus vitæ tuæ.* 1619
v.16. *Mulieri quoque dixit, ſub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui.* 251.& 253
ca.4.v.5. *Factum eſt veſpere & mane dies vnus.* 1356
v.9. *Dixit Dominus ad Cain, vbi eſt Abel frater tuus? reſpõdit, neſcio. Nũquid cuſtos fratris mei ſum ego?* 1551
v.19. *Mathuſael genuit Lamech, qui accepit duas vxores: nomen vni Ada, & nomen alteri Sella.* 81
v.22. *Sella quoque genuit Tubalcain, qui fuit malleator in cuncta opera æris & ferri.* 1584
cap.5.v.1. *Hic eſt liber generationis hominum.* 411
v.29. *Vocauitque nomen eius Noe, dicens: iſte conſolabitur nos, &c.* 239
ca.6.v.6. *Pœnituit Deum feciſſe hominem.* 1220
c.10.v.9. *Erat Nemrod robuſtus venator corã Domino.* 470
v.13. *At vero Meſraim genuit Ludim, & Anamim, & Laabim, & Nephtuim, & Phetruſim, & Chaſluim de quibus egreſſi ſunt Philiſthiim.* 575
c.14.v.13. *Ecce vnus qui euaſerat nuntiauit Abrã Hebræo.* 1523
v.18. *Melchiſedech rex Salem & ſacerdos Dei ſummi.* 609
c.15.v.2. *Dixitque Abram: Domine Deus quid dabis mihi? Ego vadam vaſtus & euerſus.* 442
ca.16.v.2. *Ingredere ad ancillã meã, ſi forte ædificer ex ea.* 442
c.17.v.14. *Maſculus cuius præputiĩ caro circumciſa non fuerit, peribit anima illa de populo ſuo.* 1619
v.18. *Dixitque Abraham ad Deum, vtinam Iſmael viuat coram te.* 470
c.18.v.7. *Filius vaccæ tener & bonus.* 1086
v.11. *Deſierant Saræ fieri muliebria.* 1259
v.12. *Sara riſit occulte, dicens: Num ego poſtquam ſenui, voluptati operam dabo?* 228
c.19.v.13. *Miſit nos Dominus vt perdamus habitatores loci huius.* 403
c.20.v.15. *Ait Abimelech, terra coram vobis eſt, vbicunque tibi placuerit habita.* 471
c.21.v.15. & 16. *Abiecit Agar puerum ſubter vnam arborem, dixit enim, non videbo mortem pueri. Exaudiuit autem Dominus vocem eius.* 339
c.22.v.12. *Ne extendas manum tuam ſuper puerũ, nunc cognoui quod timeas Dominum.* 1444
v.17. *Poſſidebit ſemen tuũ portas inimicorũ ſuorum.* 1142
c.23.v.12. *Adorauit Abraham coram populo terræ.* 96
ca.24.v.1. *Erat autẽ Abrahã ſenex dierumque multorum.* 339
v.61. *Rebecca & puellæ eius aſcenſis camelis ſecutæ ſunt virum.* 1119
Puella cui dixero inclina hydriam, &c. & illa dixerit Bibe, &c. ipſa eſt quam præparauit Dominus filio domini mei. 389.1119.1643.& 1652 v.14.
Eſau vero duxit vxores Iudith filiam Beeri Hethæi, & Baſemath, &c. Quæ ambæ offenderant animum Iſaac & Rebeccæ. 1105 c.26.v.34
Hœdi pingues ſiue boni. 1086 c.27.v.9.
Acceſſit Iacob & oſculatus eſt patrẽ, ſtatimq. vt ſenſit veſtimentorũ eius fragrantiã, benedixit ei. 1013 v.27.
Surgens Iacob mane erigebat lapidem in titulum, fundens oleum deſuper. 862 c.28.v.18.
Cernens Rachel quod infœcunda eſſet, dixit marito ſuo da mihi liberos alioquin moriar: cui iratus reſpondit Iacob. Num pro Deo ſum qui priuauit te fructu ventris tui? 117.& 1.8 c.30.v.1. & 2.
Rachel cõcepit & peperit filium, dicens: Abſtulit Dominus opprobrium meum. 125 v.23.
Reſpondebit mihi cras iuſtitia mea. 1351 v.33.
Nequaquam vltra appellaberis Iacob, ſed Iſrael erit nomen tuum. 170.& 1555 c.32.v.28.
Progrediẽs Iacob adorauit Eſau pronus in terram ſepties. 96 ca.33.v.3.
Ingreſſi Hemor & Sichem portas vrbis locuti ſunt ad populum. 989 c.34.v.20
Bethel primum Luza vocabatur. 1871 c.35.v.6.
Eodem tẽpore mortua eſt Debora nutrix Rebeccæ, & ſepulta eſt ad radices Bethel ſubter quercum. 1220 v.18.
Mortua eſt Rachel, & ſepulta in via quæ ducit ad Ephratam, hæc eſt Bethlehem. 1209 v.19.
Iſrael autem diligebat Ioſeph ſuper omnes filios ſuos, eo quod in ſenectute genuiſſet eum. 1388 ca.37.v.3.
Fratres meos quæro, indica mihi vbi paſcãt greges. 992 v.16.
Tu eris ſuper domum meam, & ad oris tui imperium cunctus populus obediet. 1203.& 1204 c.41.v.40
Non eſt in noſtra conſciẽtia quis poſuerit eam in marſupiis noſtris. 905 c.43.v.22
Scyphus quem furati eſtis, ipſe eſt in quo Dominus meus augurari ſolet. 1647 c.44.v.5.
Non vobis durum videatur quod vendidiſtis me in his regionibus, pro ſalute enim veſtra miſit me Deus ante vos in Aegyptum. 1215 c.45.v.5.
Emit Ioſeph omnẽ terrã Aegypti, vendẽtibus ſingulis poſſeſsiones ſuas, ſubiecitque eam Pharaoni. 1019 c.47.v.21
Faciat tibi Deus ſicut Ephraim & ſicut Manaſſe. 62 c.48.v.20
Simeon & Leui fratres in conſilium eorũ non veniat anima mea. 1695 c.49.v.5.
Maledictus furor eorũ, quia pertinax: & indignatio, quia dura: occiderũt virũ in furore ſuo. 1333.& 1334 v.6.&7.
Ligans ad vineã pullum ſuum, & ad vitem, ô fili mi, aſinam ſuam. 1090 v.11.
Iſſachar aſinus fortis accubans inter terminos. 1090. & 1092. v.14.
Aſer pinguis panis eius, & præbebit delicias regibus. 1580 v.20.
Omnipotens benedicet tibi benedictionibus cœli deſuper, benedictionibus abyſſi iacentis deorſum, benedictionibus vberum & vuluæ. 61 v.25.
Adiurauit me pater meus dicens in terra Chanaan ſepelies me. 1703 ca.50.v.5.

FFff

EXODVS.

ca.1.v.19. Non ſunt Hebrææ ſicut Ægyptiæ mulieres, ipſæ enim obſtetricandi habent ſcientiam, & priuſquam veniamus ad eas pariunt. 1259

v.21. Et quia timuerunt obſtetrices Deum, ædificauit illis domos. 442

ca.2.v.2. Cõcepit & peperit filiũ, & videns eũ elegantẽ. 1086

ca.3.v.5. Solue calceamenta de pedibus tuis, locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt. 142

v.8. Educam filios Iſrael de terra illa in terram bonam & ſpatioſam, in terram quæ fluit lacte & melle. 60

v.13. Deus Hebræorum miſit nos ad te. 596.& 1271

v.14. Ego ſum qui ſum. 25.127.284.& 1271

ca.5.v.21. Fœtere feciſtis odorem noſtrũ coram Pharaone. 1512

ca.6.v.3. Ego Dominus qui apparui Abraham, Iſaac, & Iacob: & nomen meũ Adonai non indicaui eis. 1690

c.8.v.10. Conſtitue mihi quando deprecer: Dominum pro te qui reſpondit cras. 1351.1352

c.10.v.10 Narres filiis ac nepotibus tuis quæ tibi Deus in Ægypto fecerit. 10

ca.12.v.2. Menſis iſte vobis principium menſium, primus erit in menſibus anni. 817

v.7. Vnuſquiſq; per familias & domos agnũ immolet, & vtrũque poſtẽ cũ limine hoſtiæ ſanguine tingat. 100

c.13.v.13. Primogenitum aſini mutabis oue. 1090

c.14.v.15. Dixit Dominus ad Moyſem, quid clamas ad me. 187

ca.17.v.9. Cras ſtabo in vertice collis, habens virgam auream in manu mea. 1351

v.12. Sumentes lapidem, poſuerũt ſubter Moyſen, in quo ſtetit. 860

c.19.v.15. Eſtote parati in diem tertium, & ne appropinquetis vxoribus veſtris. 227

c.20.v.4. Nõ facies tibi ſculptile, neque omnẽ ſimilitudinẽ. 732

v.7. Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vano. 1466

v.23.& 25 Sume tibi aromata prima myrrhæ & electæ 500 ſiclos, & cinnamomi 250 ſiclos, calami ſimiliter 250 caſiæ autẽ 500 ſiclos in põdere ſanctuarij, &c. 1178

Faciesq; vnctionis oleum ſanctum, &c. 1179

v.32. Caro hominis non vngetur ex eo. 1179

c.22.v.30. De bobus & ouibus ſeptem diebus ſint cum matre ſua, die octaua reddes illos mihi. 249

c.23.v.1. Non ſuſcipies vocem mendacij. 1403

v.3. Pauperis quoque non miſereberis in iudicio. 1054

v.8. Non accipies munera quæ excæcant etiam prudentes, & ſubuertunt verba iuſtorum. 943.& 1403

v.4.& 5. Si occurreris aſino erranti reduc eum. 1090

v.19. Non coques hædum in lacte matris ſuæ. 249

v.25. Si confregeris ſtatuas tuas & idola, benedicã panibus tuis, &c. nec erit in te ſterilis. 152

c.24.v.14 Si quid natum fuerit quæſtionis, referetis ad Elohim. 567.

c.25.v.22. Loquar tibi ſuper propitiatoriũ, inter duo Cherubim. 558

v.28. Duos quoque Cherubim aureos facies. 558

c.27.v.20 Præcipe filiis Iſrael vt afferant tibi oleum de arboribus oliuarum, piloque contuſum, vt ardeat ſemper lucerna in tabernaculo. 1176

c.28.v.30 Pones autẽ in rationali iudicij doctrinã & veritatẽ, quæ erunt in pectore Aaron quando ingredietur coram Domino, & geſtabit iudicium filiorũ Iſrael in pectore ſuo. 1672

c.30.v.12. Quãdo tuleris ſummã filiorũ Iſrael, iuxta numerũ dabũt ſinguli pretium pro animabus ſuis Domino: hoc autem dabit omnis qui tranſit ad nomen dimidiũ ſicli. diues non addet & pauper non minuet. 1034

v.34. Sume tibi aromata ſtacten, & onycha, & galbanum boni odoris, & thus lucidiſſimum. 419

Fac nobis Deos qui nos præcedant. 1061.& 562 ca.32.v.1.

Sedit populus manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere. 140 v.6.

Vlulatus pugnæ auditur in caſtris. Et paulò poſt. Non eſt clamor adhortantium ad pugnam, ſed vocem cantantium ego audio. 560 c.32.v.17.

Vnuſquiſque veſtrũ gladiũ ad latus teneat, & trãſite à porta in portã, & flectite per circuitũ caſtrorũ, & occidat vnuſquiſq; proximũ & fratrẽ ſuũ. Et poſtea impleuiſtis hodie manus veſtras Domino. 1335 v.27.

Et nunc ſi dimittis dimitte: ſin autem dele me de libro tuo quem ſcripſiſti. 385.1138.1658 v.32.

NVMERI.

SAnctificaui mihi, quicquid primum naſcitur in Iſrael, ab homine vſque ad pecus, &c. 1034 ca.3.v.13. & 14.

Tolle filios Caath de medio Leuitarũ, à 30. anno & ſupra, vſq. ad 50. vt ſtẽt in tabernaculo fœderis. 88 ca.4.v.2.

Nouacula non aſcendet ſuper caput eius. 166 ca.6.v.5.

Locutuſque eſt Dominus ad Moyſem, dicẽs, ſic benedices filiis Iſrael. Benedicat te Dominus, & cuſtodiat te, conuertat Dominus vultũ ſuum ad te. 351 v.22.

Si ſemel clangueris venient ad te principes, & capita multitudinis Iſrael. 1730 c.10.v.4.

Si exieritis ad bellum è terra veſtra contra hoſtem obſidentem vos, taratantarizabitis tubis. 1150 v.9.& 10.

Cum eleuaretur arca dicebat Moyſes: Surge Domine, & diſſipentur inimici tui: cũ autem deponeretur, dicebat: Reuertere Domine ad millia Iſraelis. 562 v.35.

Congrega mihi 70. viros, quos tu noſti, quod ſenes populi ſint. 339.953.& 107. c.11.v.16.

Cumque quieuiſſet in eis ſpiritus, prophetauerunt, nec vltra ceſſauerunt. 1267 v.25.

Si fuerit vobiſcũ propheta Domini, in viſione cognoſcam ab eo, vel per ſomnium loquar ad illum. 1117 c.12.v.6.

Tentauerunt me ecce iam per decem vices. 975 c.14.v.22.

Offeret, quicunque immolauerit, decimam partem ephi conſperſam oleo. 1176 ca.15.v.4.

Tu ſcis, quod nec aſellum quidem vnquam acceperim ab eis. 1019.& 1401 c.16.v.15.

Locutuſq; eſt Dominus ad Moyſem, fac ſerpentẽ æneũ pro ſigno: qui percuſſus aſpexerit eum viuet. 781 ca.21.v.8.

Liber bellorum Domini. 10 v.14.

Cernens aſina angelum ſtantem. 1090 c.22.v.23.

Aperuit Dominus os aſinæ, & locuta eſt. 1267 v.28.

Nõ eſt augurium in Iacob, nec diuinatio in Iſrael. 2648 c.23.v.23.

Dixit Balaã filius Behor, dixit homo cuius obturatus eſt oculus, dixit auditor ſermonum Dei. 1117 c.24.v.15. & 16.

Ecce do ei pacem fœderis mei. 209 c.25.v.12.

Dixit Moyſes ad iudices Iſrael, occidat vnuſquiſque proximos ſuos qui initiati ſunt Beelphegor. 1335 v.5.

Hoſtes vos ſentiant Madianitæ & percutite eos. 1335 c.27.v.17.

Tolle Ioſue fil. Nun, qui ſtabit coram Eleazaro ſacerdote, qui conſulet pro eo Dominum. 443 v.19.

LEVITICVS.

ANima cum obtulerit oblationem Domino, fundet ſuper eam oleum. 1176 ca.2.v.1.

Et offerent de hoſtiis pacificorum in oblationem Domino, adipem qui operit vitalia, & quicquid pinguedinis eſt intrinſecus. 331 cap.3.v.3.

Si ſacerdos qui vnctus eſt delinquere faciens populum. 343 ca.4.v.3.

Hæc eſt lex hoſtiæ ſacrificiorum quæ offertur Domino, ſi pro gratiarũ actione oblata fuerit. 1377.1378 ca.7.v.11. & 12.

Die ac nocte manebitis in tabernaculo Domini, obſeruantes cuſtodias, ne moriamini. 695 ca.8.v.25.

c. 9. v. 22. *Et extendens manum ad populum, benedixit ei.* 1134

c. 10. v. 1. *Arreptis Nadab & Abiu thuribulis, obtulerunt Domino ignem alienum, & egreſſus ignis à Domino deuorauit eos.* 694

v. 9. *Vinum & ſiceram non bibetis, tu & filij tui poſt te, ſi quando ingrediemini tabernaculum, vel aſcendetis ad altare.* 203

v. 19. *Cur non comediſtis hoſtiam pro peccato in loco ſancto: Reſpondit Aaron; mihi accidit quod vides. Quomodo potui comedere eam, & placere Domino in ceremoniis, mente lugubri.* 141

c. 11. v. 44. *Sancti eſtote, quoniam & ego ſanctus ſum.* 281

c. 19. v. 23. *Quando ingreſſi fueritis terram, & plantaueritis in ea ligna pomifera, auferetis præputia eorum.* 249

c. 26. v. 1. & 2. *Ego Dominus Deus veſter, non facietis vobis idolum aut ſculptile, nec titulos erigetis, nec inſignem lapidem ponetis in terra veſtra, vt adoretis eum.* 862

v. 37. *Si ambulaueritis aduerſum me, faciem contra eos ponam.* 310

ca. 27. v. 2. *Homo qui votum fecerit, & ſpoponderit Deo animam ſuam, ſub æſtimatione dabit pretium: ſi fuerit maſculus, à 20. anno vſque ad 60. dabit 50. ſiclos argenti, &c.* 162

v. 28. *Omne quod Domino conſecratur, ſiue homo fuerit, ſiue animal, non vendetur, nec redimi poterit: quicquid ſemel fuerit conſecratum, ſanctum ſanctorum erit Domino.* 453

DEVTERONOMIVM.

ca. 1. v. 17. *NOn accipietis perſonam cuiuſquam, quia Dei iudicium eſt.* 1364

ca. 4. v. 6. *Hæc eſt ſapientia & intellectus coram populis, vt audientes vniuerſa præcepta hæc, dicant. En populus intelligens, gens magna.* 1554

ca. 6. v. 4. *Audi Iſraël, Deus tuus, Deus vnus eſt.* 41

v. 5. *Diliges Dominũ Deũ tuũ, ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua.* 821. 822. & 1477

c. 7. v. 14. *Non erit apud te ſterilis vtriuſque ſexus, tam in hominibus, quam in gregibus tuis.* 126

ca. 8. v. 5. *Sicut erudit filium ſuum homo, ſic Dominus Deus erudiuit te.* 565

v. 19. *Dominus Deus introducet te in terram, cuius lapides ferrum ſunt.* 1590

v. 10. *Cum comederis & ſatiatus fueris, benedicas Domino Deo tuo.* 1132

c. 10. v. 26. *Circuncidite præputium cordis veſtri, & ceruicem veſtram ne induretis amplius.* 1617

c. 11. v. 10. *Terra ad quã ingrederis poſſidendã, non eſt ſicut terra Aegypti de qua exiſti, vbi iacto ſemine, in hortorũ morem, aquæ ducuntur irrigua: ſed montuoſa eſt & campeſtris, de cœlo expectans pluuias, &c.* 60

ca. 12. v. 2. *Subuertite omnia loca in quibus coluerũt gentes Deos ſuos, ſuper montes excelſos & colles, & ſubter omne lignum frondoſum.* 1125

v. 18. *Comedes ea coram Domino Deo tuo, & lætaberis, & reficieris.* 141

ca. 13. v. 1. *Si ſurrexerit in medio tui Propheta, aut qui ſe ſomniũ vidiſſe dicat, & prædixerit ſignũ, & euenerit quod locutus eſt: dixerit autem tibi, eamus & ſequamur Deos alienos, non audies illum, &c.* 440

v. 18. & 21. *Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorũ ſimilẽ tui: qui autem verba quæ loquetur audire noluerit, ego vltor exiſtam: quod ſi tacita cogitatione reſponderis, quomodo poſſum intelligere? &c. Hoc habebis ſignum, quod in nomine Domini Propheta ille prædixerit, & nõ euenerit, hoc Dominus nõ eſt locutus.* 440. & 473.

Tentat vos Dominus Deus veſter. 394 ca. 15. v. 3.

Non accipies munera quæ excæcant oculos ſapientum, & mutant verba iuſtorum. 943. & 1403 c. 16. v. 19.

Si difficile & ambiguum apud te iudicium eſſe perſpexeris, inter ſanguinẽ & ſanguinẽ, cauſã & cauſam, leprã & non lepram, & iudicũ verba variari: ſurge & aſcende ad locũ quem elegerit Dominus Deus tuus, & venies ad Sacerdotes Leuitici generis, & quæres ab eis iudicij veritatem. 609 ca. 17. v. 8.

Cum ingreſſus fueris terrã, &c. & dixeris: Conſtituã mihi regem ſicut, &c. Eum conſtitues, quem Dominus elegerit de medio fratrum tuorũ: cumque fuerit conſtitutus, non multiplicabit ſibi equos, non, &c. 961. 968. 990. 1053. 1281. & 1295. v. 14.

Poſtquam ſederit rex in ſolio regni ſui, deſcribet ſibi Deuteronomium legis in volumine, exemplar accipiens à Sacerdotibus Leuiticæ tribus. 991 v. 18.

Appropinquante iam prælio, ſtabit ſacerdos ante aciẽ, & ſic loquetur ad pop. Audi Iſrael, vos hodie contra inimicos veſtros pugnatis. 1292 c. 20. v. 2.

Si habuerit homo duas vxores, vnam dilectam, & alteram odioſam. 82. & 340. c. 21. v. 15.

Cum ædificaueris domum nouam, facies murum tecti per circuitum. 1161 c. 22. v. 8.

Si puellam virginem deſponderit vir, & inuenerit eam aliquis in ciuitate, & concubuerit cum ea. 1119 v. 23.

Non intrabit Eunuchus amputatis aut attritis teſticulis, in Eccleſiam Domini. 1090 ca. 23. v. 1.

Nõ trades ſeruũ qui ad te cõfugerit domino ſuo. 1368 v. 15.

Et adorato Domino Deo tuo epulaberis, in omnibus bonis quæ dederit tibi. 1122 c. 26. v. 11.

Ne ſit inter vos radix germinans fel & amaritudinem. 140 c. 29. v. 18.

Circuncidet Dominus Deus cor tuum, & cor ſeminis tui. 1620 ca. 30. v. 6.

Mandatum hoc quod ego præcipio tibi hodie, non eſt ſupra te, &c. 821 v. 11.

Conuenientibus multis ex Iſrael, vt appareãt in cõſpectu Domini Dei tui, in loco quẽ elegerit Dominus, leges verba corã omni Iſrael, audientibus eis. 1295 c. 31. v. 11.

Ego occidam & ego viuere faciam, percutiam & ego ſanabo. 294 c. 32. v. 39.

Hi cuſtodierunt eloquium tuum, & pactũ tuum ſeruauerunt, iudicia tua ô Iacob, &c. 468 ca. 33. v. 9.

De benedictione Domini terra eius, de pomis cœli, & rore atque abyſſo ſubiacente, de pomis fructuum ſolis ac lunæ, de vertice antiquorum montium, de pomis collium æternorum. 61 v. 13.

Ferrum & æs calceamentum eius. 1590 v. 24.

IOSVE.

REſponderunt vniuerſi, & dixerunt: omnia quæcunque præceperis nobis, faciemus: ſicut obediuimus in cunctis Moyſi, ita obediemus & tibi. 1140 ca. 1. v. 16. & 17.

Dixit Ioſue ad pop. ſanctificamini, cras enim faciet Deus inter vos mirabilia. 1331 ca. 3. v. 5.

Cum fugerent Reges Amorrhæorũ à facie Iſrael, miſit ſuper eos Dominus lapides magnos de cœlo vſque Azecha, & mortui ſunt plures lapidibus grãdinis, quam quos percuſſerant gladio filij Iſrael. 311 c. 10. v. 11.

Libanus qui ceſſit in poſſeſſionem filiis Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manaſſe. 1307 ca. 13. v. 5.

Vocauit Ioſue omnem Iſraelem, maioreſque natu, ac Principes & Duces. 953 c. 23. v. 2.

Nunc ergo timete Dominũ, & ſeruite ei corde perfecto, atque veriſſimo, & auferte Deos, &c. 1415 c. 24. v. 14

Et accepit Ioſue lapidem magnum, & ſtatuit eum illic. v. 27.

Index Locorum

IVDICES.

ca.1. v. 4. PErcuſſerunt in Bezech 11. millia virorum. 1346
v.7. Dixit Adonibezech, ſicut feci, ita reddidit mihi Deus. 740. 1346. 1472
ca. 3. v. 15. Aod filius Gera, filius Iemini. 1090
ca. 6. v. 15. Reſpondens Gedeon ait. Obſecro Domine, in quo liberabo Iſrael, ecce familia mea infima eſt in Manaſſe, & ego minimus in domo patris mei. 1149
v. 19. Tulit Gedeon omnia ſub quercu, & obtulit Deo. 1125
v. 32. Ex illa die vocatus eſt Gedeon Ierobaal, eo quod, &c. 239
cap. 7. v. 2. Multus tecum eſt pop. nec tradetur Madian in manu tua, ne glorietur contra me Iſrael. 1660
v. 11. Deſcendit Gedeon, ipſe & Phara puer eius in partem caſtrorum. 1638
v. 15. Cum audiſſet Gedeon ſomnium & interpretationem ait. Surgite, tradidit enim Dominus in manus noſtras caſtra Madian. 1651
v. 19. Ingreſſuſque eſt Gedeon incipientibus tenebris noctis mediæ 1356. & 1357
v. 20. Clamauerunt gladius Domini & Gedeonis. 1461. & 1603
v. 34. Qui formidoloſus & timidus eſt reuertatur, reuerſique ſunt ex populo. 1346. & 1347
ca. 8. v. 23. Ego non dominabor vobis, ſed dominabitur veſtri Dominus. 972. 877
ca. 9. v. 8. Ierunt ligna vt vngerent ſuper ſe regem, dixeruntque oliuæ Impera nobis: quæ reſpondit. Nunquid poſſum deſerere pinguedinem meam? Similiter & ficus reſpondit, &c. 1286
v. 15. Stetit Ioathan in vertice montis, & ait. Dixerunt ligna ad Rhamnum: veni & impera nobis quæ reſpondit eis, &c. 1071
ca. 11. v. 11. Aſcenderũt filij Iſrael ad Dominũ in Maſpha. 1270
c. 15. v. 16. Arripiens Samſon mandibulam aſini, interfecit in ea mille viros. 1090.
c. 16. v. 24 Tradidit Deus noſter inimicum noſtrum Samſon in manus noſtras, quod videns pop. laudabat Deum ſuum. 712
c. 17. v. 10. Dixit Michas ad Leuitam, eſto mihi parens, ac ſacerdos. 514. & 594
c. 18. v. 19. Veni nobiſcum, vt habeamus te patrem, ac ſacerdotem. 514 & 594
ca. 19. v. 1. Fuit quidam vir Leuites, habitans in latere montis Ephraim, qui accepit vxorẽ de Bethlehẽ Iuda. 73
v. 16. Homines autem regionis erant filij Iemini. 1090
v. 22. Venerunt viri ciuitatis illius, filij Belial, id eſt abſque iugo. 205
ca. 20. v. 2. Omneſque anguli populorũ & cuncta tribus Iſrael in Eccleſiam populi Dei conuenerunt. 1730
ca. 21. v. 5. Grandi iuramento ſe cõſtrinxerant filij Iſraël cum eſſent in Maſpha, interfici eos qui deſuiſſent. 1002

RVTH.

ca. 1. v. 17. HAec mihi faciat Deus, & hæc addat, ſi non ſola mors me & te ſeparauerit. 1638
v. 20. Non vocetis me Noemi hoc eſt pulchram, ſed vocate me Mara, id eſt amaram, quia amaritudine valdè repleuit me omnipotens. 147
ca. 4. v. 1. Boos aſcendit ad portam. 1142

PRIMVS REGVM.

cap. 2. v. 1. EXaltatum eſt cornu meum in Deo meo. 314
v. 18. Samuel miniſtrabat ante faciem Domini, puer accinctus ephod lineo. 329
Tunicam paruam faciebat ei mater ſua, quam afferebat ſtatutis diebus, aſcendens cum viro ſuo, vt immolaret hoſtiam ſolemnem. 117 v. 19.
Si autem in Dominum peccauerit, quis orabit pro eo? 385 v. 25.
Vt tabeſcere faciam, & marceſcere oculos tuos, & animam tuam. 436 v. 32.
Suſcitabo mihi ſacerdotem fidelem, & ambulabit coram Chriſto meo. 1386
Quare percuſſit nos Dominus hodie corã Philiſthiim? 524 cap. 4. v. 3.
Tulerunt Philiſthiim arcam Dei, & intulerunt eam in templum Dagon. 625 cap. 5. v. 2.
Erat autem ibi lapis magnus, & conciderunt ligna plauſtri, vaccaſque impoſuerunt ſuper ea holocauſtum Domino. 853 c. 6. v. 14.
Et conuenerunt in Maſphat, hauſeruntque aquam, & effuderunt in conſpectu Domini. 329 ca. 7. v. 6.
Reuertebatur in Ramatha, ibi ædificauit altare Domino. 1135 v. vltimo.
Non te abiecerunt, ſed me. 1071 ca. 8. v. 7.
Neque enim comeſturus eſt pop. donec ille veniat, quia ipſe benedicet hoſtiæ. 329 ca. 9. v. 13.
Poſtea venies ad collem Dei, vbi eſt ſtatio Philiſthinorum. 1508 ca. 10. v. 5.
Septem diebus expectabis me, donec veniam ad te, & oſtendam tibi quid facias. 1512. 1317 v. 8.
Samuel ſcripſit legem regni, & repoſuit eam coram Domino in libro. 1570 v. 25.
Et inſiliuit ſpiritus Domini in Saul, cum audiſſet verba hæc, &c. 1625 ca. 11. v. 6.
Loquimini de me coram Domino, & corã Chriſto eius; num bouẽ cuiuſquã tulerim, aut aſinũ. 443. & 1019 ca. 12. v. 3.
Quicunque non fuerit ſecutus Saul & Samuel, ſic fiet bobus eius. 1002 v. 7.
Samuel concidit Agag in fruſta coram Domino in Galgalis. 1335 c. 15. v. 33.
Imple cornu tuum oleo & veni ad Iſai Bethleemitem. 1174 ca. 16. v. 1.
Homo videt ea quæ parent, Dominus autem intuetur cor. 249 v. 7.
Stet Dauid in conſpectu meo, inuenit enim gratiam in oculis meis. 1600 v. 22.
Philiſthæus hic incircunciſus. 1616. & 1692 c. 17 v. 26. & 36.
Dixit Dauid ad Saul: Non poſſum ſic incidere, quia non vſum habeo. 1570 v. 39.
Maledixit Philiſthæus Dauid in diis ſuis. 1693 v. 43.
Quis ego ſum, aut quæ vita mea, aut quæ cognatio mea in Iſrael, vt fiam gener regis? 1149 c. 18. v. 18.
Qui cum vidiſſent cuneum prophetarum vaticinantium, & Samuelem ſtantem ſuper eos, factus eſt etiam ſpiritus Dei in illis. 1242 c. 19. v. 20
Si requiſierit me pater tuus reſpondebis ei, Rogauit me Dauid vt iret celeriter in Bethlehem, quia victima ſolemnes ibi ſunt vniuerſis contribulibus ſuis. 1122 c. 20. v. 6.
Surrexit Ionathas à menſa in ira furoris. 140 v. 34.
Propitius ſit mihi Dominus, vt non mittam manum meam in Chriſtum Domini. 1059 c. 24. v. 7.
Ait Dauid quis aſcendet mecum ad Saul in caſtra, dixitque Abiſai, ego deſcendam tecum. 1638 c. 26. v. 6.
Irati ſunt aduerſus regem principes Philiſthiim, & dixit Achis ad Dauid, viuit Dominus quia bonus es tu in conſpectu meo, ſed Satrapis non places. 989. c. 29. v. 5. 6. & 7.

SECVNDVS REGVM.

c.4.v.10. VIVIT Dominus, quoniam eum qui nunciauerat mihi mortem Saul, occidi in Siceleg, cui oportebat mercedem dare pro nuntio. 1511
c.5.v.4. Filius 30. ann. erat Dauid cum regnare cœpiſſet, & 40. ann. regnauit. 1497
c.6.v.14. Porro Dauid erat accinctus ephod lineo. 853
c.8.v.8. Filij Dauid erant ſacerdotes. 2
c.11.v.5. Reuerſa eſt in domum ſuam, & ait concepi. 223
v.11. Arca Dei Iſrael & Iuda habitant ſub papilionibus, & Dominus meus Ioab, & ſerui Domini mei ſuper faciem terræ manent, & ego comedam & bibam cum vxore mea 546. & 1010
c.12.v.13. Peccaui Domino: & ait Nathan, Dominus quoque tranſtulit peccatum tuum. 840. & 1483
c.14.v.14. Quaſi aquæ dilabimur in terram 25
c.15.v.5. Sed & cum accederet homo ad Abſalom vt ſalutaret eum, extendebat manum ſuam & apprehendens oſculabatur eum. 1223
v.21. Viuit Dominus, quoniam in quocumque loco fueris Domine mi rex, ſiue in vita, ſiue in morte, ibi ero. 1638 1223
c.16.v.10. Dimitte, Dominus enim præcepit ei vt malediceret Dauid. 406
c.19.v.23. Ait Rex Semei, non morieris, iurauitque ei. 1368
c.20.v.9. Dixit Ioab ad Amaſam, Salue mi frater, & tenuit manu dextera mentũ Amaſæ, quaſi oſculans eum. 1222
c.23.v.17. Num ſanguinem hominum iſtorum qui profecti ſunt, & animarum periculum bibam? 1621
c.24.v.1. Furor Domini commouit Dauid, vt numeraret Iſrael. 402
v.24 Emit Dauid aream & boues argenti ſiclis. 50. 1019

TERTIVS REGVM.

c.1.v.5. ADonias fecit ſibi currus, & equites, & 50. viros qui currerent ante eum 1005
c.3.v.2. Attamen adhuc pop. immolabat in excelſis: nondum enim ædificatum erat templum nomini Domini. 1124. & 1125
v.8.& 9. Seruus tuus in medio pop. eſt quẽ elegiſti: dabis ergo ei cor docile vt iudicare poſſit. 1069. & 1206
c.4.v.5. Zabud filius Nathan, amicus Dauid, ſacerdos. 2
c.9.v.22. De filiis autem Iſrael, non conſtituit Salomon ſeruire quemquam, ſed erant viri bellatores, &c. 1005. & 1090
c.11.v.5. Colebat Salomon Aſtarten Deam Sidoniorum. 825
c.14.v.3. Dixit Ieroboam vxori ſuæ, Tolle in manu tua decem panes, & cruſtulam & vas mellis, & vade ad virum Dei. 1114
c.16.v.14. Poſuerunt Aſam ſuper lectum ſuum, plenum aromatibus, & vnguentis meretriciis, quæ erant pigmentariorum arte confecta, & combuſſerunt ſuper eum ambitione nimia. 1013
c.17.v.14. Hydria farinæ non deficiet, & lecythus olei non minuetur. 1174. 1175
c.18.v.21. Quouſque claudicatis in duas partes? 822
v.27. Illudebat illis Elias dicens. Clamate voce maiore; Deus enim veſter aut in diuerſorio eſt, aut in itinere, vel certe dormit. 184
v.32. Ædificauit Elias altare Domino, & compoſuit ligna: diuiſitque per membra bouem. 853
Elias aſcendit in verticem Carmeli, & dixit ad puerum ſuum. Aſcende & proſpice contra mare, & reuertere ſeptem vicibus. 853 v.42
Ecce Angelus Domini tetigit Eliam, & dixit illi. Surge, qui reſpexit, & ecce ad caput ſuum ſubcinericius panis, & vas aquæ. 841 c.19.v.5. & 6.
Dij montium, ſunt dij eorum. 1508 c.20.v.23.
Quia dimiſiſti virum dignum morte, erit anima tua pro anima illius. 1364 v.42
Si adhuc viuit Benadab frater meus eſt, & rapuerunt verbum ex ore eius. 1647 v.33.
Cum audiſſet Achab ſermones iſtos, ieiunauit & dormiuit in ſacco, & dixit Dominus ad Eliam. Nonne vidiſti Achab humiliatũ coram me, &c. quia ergo fleuit coram me, &c. 842. & 1484 c.21.v.28.

QVARTVS REGVM.

AScendit Elias per turbinem in cœlum: Elizæus autem clamabat; Pater mi, Pater mi. 514 c.2.v.11.
Elizæus locutus eſt ad vnum de filiis Prophetarum. Tolle lenticulam olei in manu tua, & vade in Ramoth Galaad, vt vngas ibi Iehu in regem. 1174. c.4.v.1. & 2.
Ait Naaman Syrus ad Elizæum. Obſecro vt accipiat benedictionem à ſeruo tuo; qui reſpondit non accipiam. 1114 c.5.v.15.
Nonne cor meum in præſenti erat, quando homo reuerſus eſt in occurſum tui? 306 v.26.
Dixerunt filij Prophetarum ad Elizæum. Ecce locus in quo habitamus coram te, anguſtus eſt nobis. Eamus vſque Iordanem, & ædificemus ibi nobis locum ad habitandum. 1227 c.6.v.1.
Quid venit ad te inſanus iſte. 499 c.9.v.11.
Ieſabel depinxit ſtibio oculos ſuos. 1015 v.30.
Produxit filium regis Ioiada ſacerdos, & poſuit ſuper eum diadema in teſtimonium, &c. & plaudentes manu dixerunt. Viuat Rex. 1289. 1290 c.11.v.12.
Nolite amplius accipere pecuniam iuxta ordinem veſtrum. 446 c.12.v.7.
Pecuniam vero pro delicto, non inferebant in templũ Domini, quia ſacerdotum erat. 446 v.16.
Porro Ioas filius Ioachas tulit vrbes de manu Benadab filij Hazael quas tulerat de manu Ioachaz patris ſui iure prælij. 865 c.13.v.15.
Gentes quas tranſtuliſti ignorant legitima Dei terræ, & immiſit in eos Dominus leones, & ecce interficiunt eos. 324 c.17.v.26.
Et vnaquæque gens fabricata eſt Deum ſuum, poſuitque eos in fanis. 324 v.29.
Itaque poſt eum non fuit ſimilis illi Rex de cunctis regibus Iuda: ſed neq; in his qui ante eum fuerũt. 53 c.18.v.5.
Nolite audire Ezechiam dicentem, Dominus liberabit vos: nunquid liberauerunt dij gentium terram ſuam? 714 v.30.
Audiui preces tuas & vidi lachrymas tuas. 152 c.20.v.5.
Oſtẽdit Ezechias legatis Baladan domum aromatum, vnguenta quoque & domum vaſorum. 1013 v.13.
Benedixit Naboth Deo & regi. 496 c.21.v.13.
Excelſa quoque quæ erant in Ieruſalem ad dexteram montis offenſionis. 825 c.23.v.13.
Similis illi non fuit ante eum Rex, qui reuerteretur ad Dominum in omni corde ſuo, & in tota anima ſua, neque poſt eum ſurrexit ſimilis illi. 825. v.25.

PRIMVS PARALIPOMENON.

c.7.v.14. Filia eius fuit Sara, quæ ædificauit Bethoron, ſuperiorem, & inferiorem. 1581
v.36 Filij autē Supha, Sut, Harnapher, & Sual. 1580.
ca.8.v.33. Ner autem genuit Cis. 1125
c.12.v.20. Transfugerunt ad David de Manaſſe Ednas, & Ieſibud principes Chiliadum. 1006
c.15.v.27. Cantores, & Chonenias princeps prophetiæ inter cantores. 1242
ca.25.v.1. Filios Aſaph, & Heman, & Idithun, qui prophetarunt in citharis, & pſalteriis, & cimbalis. 1242. & 1261.
v.5. & 6. Et paulo poſt ſex ſub manu patris ſui Idithun, qui in cithara prophetabat ſuper confitentes & laudantes Dominum.
c.29.v.23. Sedit Salomon ſuper ſolium regni ſui, & paruit ei omnis Iſrael: ſed & vniuerſi principes dederunt manum, & ſubiecti fuerunt ipſi. 1140
v.29 Geſta autē Dauidis Regis priora & poſteriora ſcripta ſunt in libro Samuelis videntis, & in libro Nathā prophetæ, atque in volumine Gad videntis. 3

SECVNDVS PARALIPOMENON.

cap.1.v.3. Abiit cum vniuerſa multitudine in excelſum Gabaon. 1125
v.11. Vt iudicare poſsis populum meum. 1206
cap.8.v.5. Extruxitque Salomon Bethoron ſuperiorem & Bethoron inferiorem. 1581
cap.9.v.8. Sit Dominus Deus benedictus, qui voluit te ordinare ſuper ſolium ſuum. 1206
c.13.v.4.5 Audi Ieroboam & omnis Iſrael. &c. 1558.
cap.15.v.2 Si dereliqueritis Dominū, derelinquet vos. 393
ca.19.v.2. Cui occurrit Iehu videns & ait ad eum: Impio præbes auxilium, & his qui oderunt Dominum amicitia iungeris. 1685
v.6. Non hominis exercetis iudicium, ſed Domini. 1364
c.30.v.17. Immolabant Leuitæ Phaſe, his qui non occurrerant ſanctificari Domino. 100
ca.31.v.10. Ex quo afferri cœperunt primitiæ in domo Domini, comedimus, & ſaturati ſumus, & remanſerunt plurima, eo quod benedixerit Dominus pop. ſuo. 446
v.17. Sacerdotibus autē per familias, & Leuitis à 20. anno & ſupra, per ordines & turmas ſuas. 446

ESDRÆ PRIMVS.

cap.1.v.7. Vaſa templi Domini quæ tulerat Nabuchodonoſor, & poſuerat ea in templo Dei ſui. 625
ca.2.v.61. Et de filijs ſacerdotum filij Hobia, filij Accos, filij Berzellai. 73
v.62 Hi quæſierunt ſcripturam genealogiæ ſuæ, & non inuenerunt, & eiecti ſunt de ſacerdotio. 75

ESDRÆ SECVNDVS.

ca.11.v.34. Hadid, Seboim, & Neballath. 1581

TOBIAS.

ca 5.v.23. Cumque profecti eſſent, cœpit mater eius flere, & dicere, &c. 1108. & 1109
cap.9.v.4 Scis ipſe quoniam numerat pater meus dies, & ſi tardauero vna die plus, contriſtatur anima eius. 1108. 1109.
ca.10.v.4. Flebat igitur mater eius, atque dicebat, heu heu me fili mi, &c. 1108. 1109
cap.11.v.5. Anna ſedebat ſecus viā, quotidie, in ſupercilio mōtis, vnde reſpicere poterat de longinquo. 1108. & 1109
v.7 Dixit Raphael ad Tobiam, vbi introieris domum tuā, accede ad patrem tuum, & oſculare eum. 1212
v.13. Tunc ſumens Tobias de felle piſcis, liniuit oculos patris ſui. 1100
cap.12.v.8 Bona eſt oratio, cum ieiunio, & eleemoſyna. 197

IVDITH.

Tunc Eliacim ſacerdos magnus dixit ad populū, ſcitote quia exaudiet Dominus orationes veſtras, ſi manentes permanſeritis in orationibus, & ieiuniis. 1100 ca.4.v.11.
Poſuiſtis vos tempus miſerationis Domini, aut in arbitrium veſtrum diem conſtituiſtis ei? 1101. & 1315 ca.8.v.13.
Domine Deus patris mei Simeon qui dediſti ei gladium, &c. 1695 cap.9.v.2.
Et certe adiurauit me Raguel, cuius adiuramentum ſpernere non poſſum. 1703 v.5.
Denique hoc ordinant, vt ſancta Dei ſui quæ præcepit non contingi in frumento, vino, & oleo hæc cogitauerunt impendere. Igitur quoniam hæc faciunt in perditionem dabuntur. 1187. & 1188 ca.11.v.11. ca.13.v.6.
Stetitque Iudith ante lectum orans cum lachrymis, & labiorum motu in ſilentio dicens, &c. 189
Filij puellarum compunxerunt eos, & ſicut pueros fugientes occiderunt eos. 1119 c.16.v.14

IOB.

Vir erat in terra Hus. 46 cap.1.v.1.
Dominus dedit, Dominus abſtulit. 402. & 1214 v.21.
Ecce qui ſeruiunt ei non ſunt ſtabiles, & in Angelis ſuis reperit prauitatem: quanto magis qui habitant domos luteas. 279 c.4.v.19.
Si iuſtificare me voluero, prauum me Deus comprobabit. 169 c.9.v.20
Non iuſtificabitur homo compoſitus Deo. 279 v.6
Sub quo curuantur qui portant orbem. 984 v.13
Scias quia nihil impium fecerim. 1406 ca.10.v.7.
Excelſior cœlo eſt, & quid facies? profundior inferno, & vnde cognoſces? longior terra menſura eius, & latior mari. 50 cap.11.v.8.
Interroga iumenta & docebunt te: volatilia cœli, & indicabunt tibi: & narrabunt piſces maris. 34 ca.12.v.7.
Homo fugit velut vmbra, & nunquam in eodē ſtatu permanet. 25 ca.14.v.2.
Cōſtituiſti terminos eius qui præteriri nō poterūt. 1212 v.15.
Congregatio hypocritæ ſterilis, & ignis deuorabit tabernacula eorū qui munera libenter accipiunt. 941 ca.15.v.34
Circa cardines cœli perambulat, nec noſtra conſiderat. 1210 c.22.v.14.
Nolo multa fortitudine contendat aduerſum me, nec magnitudinis ſuæ mole me premat. 1406 ca.23.v.6.
Tranſibunt ab aquis niuium ad calorem nimium. 29 c.24.v.19.
Non enim reprehendit me cor meum in omni vita mea. 1407 ca.27.v.6.
Sapientia vbi inuenitur, & quis eſt locus intelligētiæ? neſcit homo pretiū eius, nec inuenitur in terra ſuauiter viuentium, Deus intelligit locum eius. 1090. & 1108. c.28.v.12. 13. & 23.
Quando lauabam pedes meos butyro. 1015 ca.29.v.6.
Clamo ad te, & non exaudis me: ſto, & non reſpicis me: mutatus es mihi in crudelem. 218 c.30.v.20
Appendat me in ſtatera iuſta, & ſciat Deus ſimplicitatem meam. 1407 ca.31.v.6.
Si cōtempſi ſubire iudicium cum ſeruo meo, & ancilla mea, cum diſceptarent aduerſum me. 1397 v.13. & 14
Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi. 941 c.34.v.30
Deus conteret innumerabiles, & ſtare faciet alios pro eis. 1560 v.24
Si peccaueris, quid ei nocebis: Porro ſi iuſte egeris, quid donabis ei? 1411. & 1565 ca.35.v.7.
Struthio duratur ad filios ſuos, quaſi non ſint ſui. 351 c.39.v.19.
Cor eius indurabitur tanquam lapis, & ſtringetur quaſi malleatoris incus. 1083 c.41.v.15.

PSALMI.

Pſalm.1. Beatus vir qui non abiit in conſilio impiorum, &
Ve.1.&2. in via peccatorum non ſtetit. 257
pſal.2.v.3. Dirumpamus vincula eorum. 318
v.12 Oſculamini filium. 1202
pſal.4.v.5 Iraſcimini, & nolite peccare. 1335.& 1335
pſal.5.v.5. Non Deus volens iniquitatem tu es. Et odiſti omnes
& 7. qui operantur iniquitatem. 390.& 399
pſ.9.v.10. Adiutor in opportunitatibus. 717
pſ.12.v.3. Dominus de cœlo proſpexit ſuper filios hominum, ut
videat ſi eſt intelligens. 1562
pſ.14.v.4. Timentes Dominum glorificat. 430
pſ.15.v.10 Non derelinques animam meam in inferno. 296
pſ.17.v.13 Præ fulgore in conſpectu eius nubes trãſierunt, grãdo,
& carbones ignis, &c. fulgura multiplicauit, &
conturbauit eos. 312
pſ.18.v.1. Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius
annuntiat firmamentum. 39
pſ.19.v.9. Hi in curribus, & hi in equis: nos autem in nomine
Domini Dei noſtri inuocabimus. 1593
pſ.25.v.8. Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habita-
tionis gloriæ tuæ. 706.95
pſal.31.v.5 Dixi: confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Do-
mino. 1484
v.9. Nolite fieri ſicut equus, & mulus quibus non eſt in-
tellectus. 31
pſ.33.v.8. Caſtrametatur Angelus Domini in circuitu timentiũ
eum. 1444
v.16. Oculi Domini ſuper iuſtos, &c. 1076
pſ.39.v.8. In capite libri ſcriptum eſt de me. 994
& 9 In te inimicos noſtros ventilabimus cornu. 276
pſ.43.v.6 Poſuiſti me in parabolam gentibus, commotionem ca-
v.15. pitis in populis. 1266
p.46.v.1. Omnes gentes plaudite manibus, iubilate Deo in voce
exultationis. 560
p.49.v.12 Meus eſt orbis terræ, & plenitudo eius. 63
v.23. Sacrificium laudis honorificabit me. 430
pſ.50.v.5. Tibi ſoli peccaui. 849
p.54.v.23. Iacta ſuper Dominum curã tuam, & ipſe te enutriet.
1213.& 1218.
pſ.68.v.12 Factus ſum illis in parabolam. 1266
v.18. Fortitudinem meam ad te cuſtodiam. 1357
pſ.64.v.1. Te decet hymnus Deus in Sion. 191
p.68.v.37 Appone iniquitatem, ſuper iniquitatem eorum: quo-
&38. niam quem tu percuſſiſti, perſecuti ſunt. 122.123
pſ.71.v.1. Deus iudicium tuum regi da. 1069
pſ.72.v.1. Quam bonus Iſrael Deus, rectis corde. 116
v.25 Quid enim mihi eſt in cœlo, & à te quid volui ſuper
terram? 48
pſ.73.v.9. Signa noſtra non vidimus.
pſ.75.v.1. Notus in Iudæa Deus. 59
v.13. Terribili, & ei qui aufert ſpiritum principum. 750
pſ.76.v.4 Renuit conſolari anima mea, memor fui Dei & dele-
ctatus ſum. 148
pſ.77.v.8 Ne fiant ſicut patres eorum, generatio praua & exaſpe-
rans. 1447
v.65 Et excitatus eſt tanquam dormiens Dominus, tan-
quam potens crapulatus à vino. 717
pſ.79.v.2. Qui ſedes ſuper Cherubim. 557
p.80.v.14 Si populus meus audiſſet me. 405
v.16. Tempus eorum erit in ſæcula 29
pſ.81.v.1. Deus ſtetit in Synagoga Deorum, in medio autẽ deos
diiudicat. 95
v.13. Et dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum. 403.
404.& 405.
p.82.v.10 Oculi mei languerunt præ inopia. 1707
Ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus Deo- pſ.83.v.8
rum in Sion. 522
Quis plantauit aurem non audiet, aut qui finxit ocu- pſ.93.v.9.
lum non conſiderat. 195
Si introibunt in requiem meam. 504 p.94.v.11.
Omnes dij gentium dæmonia. 567 p.95.v.5.
Moyſes & Aaron in ſacerdotibus eius, & Samuel in- pſ.98.v.6,
ter eos qui inuocant nomen eius. 853.854
Adorate in monte ſancto eius. 96 v.9.
Sicut paſſer ſolitarius in tecto. 1161 pſ.101.v.8
Cinerem tanquam panem manducabam. 841 v.10.
Tu autem idem ipſe es. 48 v.28
Miniſtri eius qui facitis voluntatem eius. 1215 p.102.v.21
Aperiente te manum tuam, &c. 390 p.103.v.28
Mutauerunt gloriam ſuam in ſimilitudinem vituli p.105.v.20
comedentis fœnum. 705
Exurge gloria, exurge pſalterium, & cithara, exur- p.107.v.3.
gam diluculo. 226
Epiſcopatum eius accipiat alter. 994 p.108.v.8
Suſcitans à terra inopem, & de ſtercore, &c. 1150 p.112.v.7.
Qui habitare facit ſterilem in domo, &c. 113 p.113.v.1.
In exitu Iſrael de Ægypto, domus Iacob, &c. 1292. & 2.
Montes exultauerunt ut arietes, &c. 96 v.4.
Cœlũ cœli Domino: terrã autem dedit filiis hom. 476 v.13
Omnis homo mendax. 10 p.115.v.2
Omnia ſeruiunt tibi. 91 p.118.v.91
Septies in die laudem dixi tibi 308.292. v.164
Qui ſeminant in lachrymis, in exultatione metẽt. 225 p.125.v.5.
Beati omnes qui timent Dominũ, &c. 1444.& 1445 p.127.v.1.
A cuſtodia matutina vſque ad noctem, ſperet Iſraël p.126.v.7
in Domino. 1357.1359.1257.
Donec inueniam locum Domino. 752 pſ.131.v.3.
Surge Domine in requiem tuam, &c. ibid. 752 v.6.
Adorate in loco vbi ſteterunt pedes eius. 96 v.7.
Omnia quæcũque voluit Dominus, fecit. 389.& 400 p.134.v.6.
Quo ibo à ſpiritu tuo, & quo à facie tua fugiam. 1535. p.138.v.7
Si aſcendero in cœlum, tu illic es. 309.& 1215 v.8.
Dirigatur oratio mea, ſicut incenſum, &c. 151 pſal.140.
Non intres in iudicium cum ſeruo tuo. 169 p.142.v.2
Mittit cryſtallum ſuam ſicut buccellas, &c. 1083. p.147.v.17
Laudate Deum in tympano, & choro. 1239.& 1243. p.150.v.4

PROVERBIA.

Clamans & reuiſitis, &c. 399.& 578 ca.1.v.24.
Si ſapientiam inuocaueris, & inclinaueris cor ca.2.v.3.
tuum prudentiæ, &c. 1444 & 4.
Glorificaberis ab ea cum eam fueris amplexatus. 430 ca.4.v.8.
Per me reges regnant, &c. 1206 c.8.v.15.16
Quando ponebat fundamenta terræ, cum eo, &c. 301 v.29
Sapientia ædificauit ſibi domum, &c. 291 ca.9.v.1.
Timor Domini eſt fons vitæ. 1443 c.14.v.27.
Per timorẽ Domini declinat omnis à malo 1443 c.15.v.27.
Deus omnia propter ipſum operatus eſt, impium quo- ca.16.v.4.
que in diem malum. 401.& 1219
Cor hominis diſponit viam ſuam: &c. 1221 v.9.
Sortes mittuntur in ſinum: ſed à Domino, &c. 1738 v.33.
Iuſtus in principio ſermonis accuſator eſt ſui. 1490 c.18.v.17.
Multæ cogitationes in corde viri: &c. 1215 c.19.v.21.
Gloria ſenum canities. 338.& 1388 c.20.v.29
Cor regis in manu Domini eſt, quocumque voluerit ca.21.v.1.
inclinabit illud. 402.1121.& 1502.16
Stultitia eſt alligata collo pueri, &c. 1495.& 1501 c.22.v.15.

ECCLESIASTES.

Tempus tacendi, & tempus loquendi. 322 cap.3.v.7.
Mundum tradidit diſputationi eorum. 301 v.11.
Fecit Deus hominem rectum, ipſe autem ſe infinitis
miſcuit quæſtionibus. 1618.1619 c.7.v.30.

c.8.v.12. Peccator centies facit malum, & per patientiam ſuſtentatur. 578
c.10.v.16. Væ tibi terra, cuius Rex puer eſt. 1495
c.12.v.21. Verba ſapientum ſtimuli, & quaſi claui in altum defixi. 376

CANTICVM CANTICORVM.

c.8.v.6.& 7. FOrtis eſt vt mors dilectio, dura ſicut infernus æmulatio: Lampades eius lampades ignis atque flammarum: Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, &c. 1637

SAPIENTIA.

c.1.v.3. DEus mortem non fecit. 388.389.& 1451
c.4.v.9. Cani autem ſunt ſenſus hominis. 338
c.5.v.15.& 16. Spes impij tanquam lanugo eſt quæ à vento tollitur &c. Iuſti autem in perpetuum viuent. 27
c.6.v.4. Præbete aures vos qui continetis multitudines, quoniam data eſt à Domino poteſtas vobis, qui interrogabit opera veſtra, & cogitationes veſtras ſcrutabitur. 1206
v.65. Præoccupat eos qui ſe concupiſcunt, vt ſe illis prior oſtendat. 821
c.7.v.2. Decem menſiũ ſpatio in corpore defixus ſum. 233.234
c.8.v.1. Attingit à fine vſque ad finem fortiter, diſponitque omnia ſuauiter. 1212.& 1214
c.11.v.17. Vt ſcirẽ quia per quæ quis peccat, per hæc & punitur.
c.17.v.18. Erant Ægyptij catena tenebrarum omnes alligati. 1308

ECCLESIASTICVS.

c.1.v.11. TImor Domini gloria, & gloriatio, & lætitia, & corona exultationis. 1444
v.12 Timor Domini delectabit cor, & dabit lætitiam, & gaudium in longitudinem dierum. 1443
v.20. Plenitudo ſapientiæ eſt timere Deum. 1444
v.22. Corona ſapientiæ timor Domini, replens pacem, & ſalutis fructum. ibidem
v.25 Radix ſapientiæ eſt timere Deum. ibidem
c.3.v.33. Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemoſyna reſiſtit peccatis. 1484
c.5.v.4. Melius eſt non vouere, quam poſt votum promiſſa non reddere. 262
c.11.v.14. Bona & mala, vita & mors, paupertas & honeſtas à Deo ſunt.
c.20.v.31. Xenia & dona excæcant oculos iudicum. 943
c.27.v.12. Stultus vt luna mutatur. 47
c.30.v.24. Miſerere animæ tuæ placens Deo. 1473
c.33.v.1. Timenti Dominum non occurrent mala, ſed in tentatione Deus eum liberabit. 1443
c.34.v.16. Qui timet Dominum, nihil trepidabit, & non pauebit. 1443
v.17. Timentis Dominum beata eſt anima eius. 1443
c.35.v.21. Oratio humiliantis ſe nubes penetrabit, & non diſcedet donec altiſſimus aſpiciat. 217
c.40.v.16 Facultates & virtutes exaltant cor: & ſuper hæc timor Domini. 1444
v.28 Timor Domini, ſicut paradiſus benedictionis. 1443
c.43.v.9. Multa dicemus, & deficiemus verbis, conſummatio autem ſermonum ipſe eſt: Gloriantes ad quid valebimus, ipſe enim omnipotens ſuper omnia ſua. 35
c.44.v.11. Cum ſemine eorum permanent bona. 76
v.20 Non eſt inuentus ſimilis illi. 53
c.45.v.21. Dedit Dominus Aaron in præceptis ſuis poteſtatem, in teſtamentis iudiciorum docere Iacob teſtimonia ſua, & in lege ſua lucem dare Iſrael. 418
Simon Oniæ filius in aſcenſu altaris ſancti gloriam dedit ſanctitatis amictum, 418 c.50.v.12.

ISAIAS.

COgnouit aſinus præſepe domini ſui. 1090 c.1.v.3.
Principes tui infideles, ſocij furum. 943 v.23
Princeps eſto noſter: Reſpondebit & dicet non ſum medicus, &c. 984 ca.3.v.7.
Et erit pro ſuaui odore fœtor. 1014 v.24
Apprehendent ſeptem mulieres virum vnum in die illa, dicentes, Panem noſtrũ comedemus, &c. 125 cap 4.v.1.
Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum & eleuatum, &c. 318 cap.6.v.1.
Et requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini: ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis, & replebit eum ſpiritus timoris Domini. 1625 cap.11.v.2
Et figã Eliacim ſeruũ meũ paxillum in loco fideli. 1139 c.21.v.23.
Ego faciam opus alienum. 387.389 c.28.v.21.
Qui excutit manus ſuas ab omni munere: iſte in excelſis habitabit. 948.950 c.33.v.16.
Tu es Deus ſolus omnium regnorum terræ. 1206 c.37.v.16.
Diſpone domui tuæ, quia morieris tu & nõ viues. 400 c.38.v.1.
Et de filijs tuis qui exibunt de te, quos genueris, tollẽt, & erunt eunuchi in palatio regis Babylonis. 1045 c.39.v.7.
Annuntiate quæ ventura ſunt, & dicemus quia Dij eſtis vos. 440 c.41.v.13
Baculum quaſſatum non confringet, & linum fumigans non extinguet. 1463 c.42.v.3.
Effundam aquam ſuper ſitientem & fluenta ſuper aridam. 1311 c.44.v.3.
Conſilium meum ſtabit, & omnis voluntas mea fiet. 1215.& 1218 c.46.v.1.
Iratus ſum ſuper pop. meũ filia Chaldæorum, polluerũt hæreditatem meam, ego autẽ dedi eos in manu tua, tu autem non dediſti eis miſericordiam. 1450 c.47.v.6.
Ecce non eſt abbreuiata manus Domini, vt ſaluare nequeat. 1450 c.59.v.1.
Spiritus Domini ſuper me, eo quod vnxerit me. 1194 c.6.v.1.
An ego qui alios parere facio ipſe non pariam, dicit Dominus. 117 c.66.v.9.

IEREMIAS.

NOli dicere, Puer ſum ego. 489 cap.1.v.7.
Nolite confidere in verbis mendacij: dicentes, Templum Domini, Templum Domini eſt. 558 c.7.v.4. & 6.
Tu ergo noli orare pro populo. 386 v.16.
Nunquid qui cadit non reſurget? Attendi & auſcultaui, nemo quod bonum eſt loquitur. 510 c.8.v.4. & 6.
Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua. 311 c.9.v.23.
Si pœnitentiam egerit gens iſta à malo ſuo. 429 c.18.v.10.
Audi verbum Domini Rex Iuda, qui ſedes ſuper ſolium Dauid. 1069 ca.12.v.2.
Galaad tu mihi caput Libani. 1307 v.6
Ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis. 387 c.19.v.11.
Propterea quod obediſtis præcepto Ionadab patris veſtri: hæc dicit Dominus non deficiet de ſtirpe Ionadab filij Rechab. 175 c.35.v.19.
Baruch legit in libro verba Ieremiæ in domo Domini, in gazophylacio Gamariæ. 1152 c.36.v.10.
Audiuit autem Abdemelck Æthiops, vir Eunuchus 1036 ca.38.v.7.
Filius 20. & vnius anni erat Sedecias cum regnare cœpiſſet, & vndecim annis regnauit. 1497 ca.52.v.1.

THRENI.

cap.2.v.8. *COgitauit Deus vt diſſiperderet murum filiæ Sion.* 886

cap.5.v.21 *Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur.* 86. & 822

BARVCH.

cap.3.v.1. & 2. *DOmine omnipotens, Deus Iſrael, anima in anguſtiis, & ſpiritus anxius clamat ad te audi Domine & miſerere.* 386

v.22. *Sapientia non eſt audita in terra Chanaan, nec viſa in Theman, & cætera, ſed qui ſcit vniuerſa nouit eam.* 1095

cap.4.v.6 *Venundati eſtis gentibus, non in perditionem, & cæt.* 1450

cap.5.v.1. *Exue te Ieruſalem ſtola luctus & vexationis tuæ.* 386

EZECHIEL.

cap.1.v.19 *NOn reuertebantur cum ambularent: ſed vnumquodque ante faciem ſuam ibat.* 793

cap.3.v.17 *Fili hominis ſpeculatorem dedi te domui Iſrael.* 56

c.13.v.18. *Væ his qui conſuunt puluillos ſub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia ſub capite vniuerſæ ætatis ad capiendas animas.* 376

c.14.v.20 *Si fuerint tres viri iſti in ciuitate vna Noë, Daniel, & Iob, filium & filiam non liberabunt, &c.* 514. 1391. & 1472

cap.18.v.3 *Quid eſt quod parabolam iſtam vertitis in prouerbium?* 1265

v.20. *Anima quæ peccauerit, ipſa morietur.* 1392

Ibidem. *Filius non portabit iniquitatem patris.* 74

v.35. *Dico ego, dicit Dominus, nolo mortem peccatoris, ſed vt magis conuertatur & viuat.* 387. 388. 389

c.21.v.27. *Principes eius in medio eius, quaſi lupi rapientes prædam.* 1027. & 1035

c.34.v.2. *Væ paſtoribus Iſrael qui paſcebant ſemetipſos: nonne greges paſcuntur à paſtoribus, & cætera.* 1027. & 1138

c.37.v.24. *Et rex vnus erit ſuper eos, & paſtor vnus erit omnium eorum.* 40

c.44.v.10. *Sacerdotes caput ſuum non radent.* 166

c.45.v.8. *De terra erit Regi poſſeßio in Iſrael, & non depopulabuntur vltra principes populum meum.* 1019. 1027

DANIEL.

ca.2.v.8. *SI ergo ſomnium non indicaueritis mihi, vna eſt de vobis ſententia quod mittemini in fornacem ignis.* 1146

c.6.v.15. *Scito rex quia lex Medorum atque Perſarum eſt, quam præuaricari non licet.* 489

c.10.v.2. *In diebus illis, ego Daniel eram lugens per tres hebdomadas: caro & vinum non introierunt in os meum, oleo vnctus non ſum, donec conſummarentur tres hebdomades.* 841

v.11. *Daniel vir deſideriorum intellige verba mea.* 1147

c.14.v.32. *Coxerat pulmentum Habacuc, & ibat in campum vt ferret meſſoribus: Dixitque ei Angelus Domini, fer prandium quod habes, in Babylonem, Danieli.* 841

OSEAS.

QVia tu ſcientiam repuliſti: repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi. 322 c. 4. v. 6.

Quia bona erat vmbra eius. 1086 v.13.

Ipſi regnauerunt, & non ex me: principes extiterunt, & non cognoui. 1077. & 1290 c. 8. v. 4.

Ego viſionem multiplicaui, & in manibus Prophetarum aſſimilatus ſum. 4 c.12.v.10.

Videte Regem veſtrum: defendat nunc vos, & ciuitates veſtras: & reſpicite ad iudicem veſtrum, cui dixiſtis. Da nobis regem: Dabo illis regem in furore meo, & cæt. 1078 c.13.v.10. & 11.

IOEL.

SCindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra. 589 c.2.v.13.

Prophetabunt filij veſtri, & filiæ veſtræ. 273 v.28.

Conuertimini ad me in toto corde veſtro, & reddã vobis annos quos comedit locuſta, & bruchus, & rubigo, & eruca. 897 v.25.

AMOS.

EGo prohibui à vobis imbrem, cum tres menſes ſupereſſent vſque ad meſſem. 1455 c. 4. v. 7.

Non ſum Propheta, & non ſum filius Prophetæ. 1143 c.7.v.14.

IONAS.

DIxit ad eos Ionas, Hebræus ego ſum. 1509 c. 1. c. 9.

Et clamauit, & dixit in Niniue ex ore regis & principum eius dicens: Homines, & iumenta, & boues, & pecora non guſtent quicquam: nec paſcantur, & aquam non bibant. 1697 c. 3. v. 7.

Nunquid non hoc eſt verbum meum, cum adhuc eſſem in terra mea? 1551 c. 4. v. 2.

MICHÆAS.

SAcerdotes loquuntur in pretio, & Prophetæ reſpondent in mercede. 1113 c. 3. v. 11.

HABACVC.

DEus ab Auſtro veniet. 569 c. 3. v. 3.

SOPHONIAS.

VIſitabo eos qui ſaltant vltra limen. 737 c.1. v. 9.

ZACHARIAS.

COnuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. 822 c. 1. v. 3.

Si Dominus ego ſum, vbi eſt timor meus? 520 v.6.

Cum clamauerint ad me, non exaudiam eos. 506 c. 7. v. 13.

Quemadmodum cogitaui Deus facere malum, &c. Ita & nunc cogitat vobis benefacere. 877. c.8. v. 14.

Veritatem & iudicium pacis, iudicate in portis veſtris. v.16.

Ecce Rex tuus venit tibi, aſcendens ſuper pullum filium aſinæ. 1090 c. 7. v. 13.

cap.11.v.2. *Vlulate abies, quia cecidit cedrus.* 596

MALACHIAS.

cap.1.v.7. *Dicitis in quo deſpeximus te? ſi offeratis cæcum ad immolandum nonne malum eſt?* 1142
cap.2.v.7. *Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem de ore eius requirent.* 322
cap.3.v.6. *Ego Deus, & non mutor.* 48.1215

PRIMVS MACHABÆORVM.

cap.3.v.18 *Facile eſt concludi multos in manu paucorum: & non eſt differentia in conſpectu Dei cœli liberare in multis & in paucis.* 1634
v.56. *Et dixit his qui ædificabant domos, & ſponſabant vxores, &c. vt redirent in domum ſuam.* 1346
ca.4.v.30. *Benedictus es Saluator Iſrael, qui contriuiſti impetũ potentis in manu ſerui tui Dauid, & tradidiſti caſtra alienigenarum in manu Ionathæ filij Saul, &c.* 854
ca.14.v.41 & ſequẽtibus. *Iudæi conſenſerunt Simonem eſſe ducem ſuum, & vt cura eſſet illi pro ſanctis, & vt conſtitueret præpoſitos ſuper opera eorum, & ſuper regionem, & ſuper arma & ſuper præſidia.* 992

SECVNDVS MACHABÆORVM.

c.7.v.27. *Fili miſerere mei quæ tibi lac triennio dedi.* 255
c.15.v.32. *Oſtenſum eſt caput Nicanoris, & manus nefaria quam extenderat contra domum ſanctam.* 740

EX NOVO TESTAMENTO.

MATTHÆVS.

cap.2.v.6. *Et tu Beth-lehem terra Iuda.* 1209
c.3.v.4. *Eſca eius erant locuſtæ & mel ſylueſtre.* 1699
c.5.v.17. *Non veni legem ſoluere ſed adimplere.* 188
v.28. *Omnis qui viderit mulierem ad cõcupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.*
c.6.v.9. & 10. *Pater noſter, &c. fiat voluntas tua.* 519
Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. 822
v.24. v.28 *Conſiderate lilia agri, quia non laborant, neque nent.* 1150
v.33. *Quærite primum regnum Dei, & iuſtitiam eius: & hæc omnia adiicientur vobis.* 159.160.1552
v.7. *Orantes nolite multum loqui.* 183
c.7.v.6. *Nolite ſanctum dare canibus.* 694
v.5. *Hypocrita eiice primum trabem de oculo tuo.* 499
c.8.v.8. *Domine non ſum dignus vt intres ſub tectum meum.* 804
v.22. *Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos.* 1605
c.10.v.8. *Gratis accepiſtis, gratis date.* 921. & 1113
v.23. *Cum vos perſequentur in vna ciuitate, fugite in aliam.* 1530
v.27 *Quod in aure auditis prædicate ſuper tecta.* 1161
v.28. *Nolite timere eos qui occidunt corpus.* 1526. & 1531
c.11.v.11. *Inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta.* 54
v.30 *Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue.* 319
c.12.v.2. & 3. *Non legiſtis quid fecerit Dauid cum eſuriret, ingreſſus domum Domini panes propoſitionis comedit, quibus non licuit niſi ſacerdotibus veſci.* 9
v.32 *Quicunque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum ſanctum, non remittetur neque in hoc ſæculo, neque in futuro.* 509.382
Bonum vero ſemen hi ſunt filij regni. 1246 c.13.v.38.
Fruſtra colunt me. 187 c.15.v.9.
Phariſæi audito hoc verbo ſcandalizati ſunt: qui reſpondit eis, ſinite illos, cæci ſunt. 616 v.12.
Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. 344.682.683.688 c.16.v.18.
Dixerunt diſcipuli ad Ieſum, quare nos non potuimus eiicere dæmonium hoc? Dixit illis Ieſus, propter incredulitatem veſtram. Amen quippe dico vobis ſi habueritis fidem ſicut granum ſinapis, dicetis monti huic, tranſi hinc illuc, & tranſibit. 1630. & 1628 c.16.v.19. & 20.
Dixit Ieſus Petro, vt autem non ſcandalizemus eos, vade ad mare, & cæt. & da eis pro me & te. 612. & 613. v.27.
Neceſſe eſt vt veniant ſcandala, væ autem illi per quem ſcandalum venerit. 379.1216 c.18.v.7.
Si peccauerit in te frater tuus vade & corripe eum inter te & ipſum ſolum, &c. 374.637.643 v.15.
Amen dico vobis, Quæcunque ligaueritis ſuper terram erunt ligata & in cœlis. 643 v.18.
Non legiſtis quia qui fecit hominem ab initio, maſculum & fœminam fecit eos. 82 c.19.v.4
Moyſes ad duritiam cordis veſtri permiſit vobis dimittere vxores veſtras: ab initio autem non fuit ſic. 83 v.8.
Sunt Eunuchi qui de vtero matris ſic nati ſunt, & ſunt qui ab hominibus facti ſunt, & ſunt Eunuchi qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cœlorum. 1036.1040 v.12.
An non licet mihi quod volo facere. 392 c.20.v.15.
An poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum. 974 v.22.
Vt adimpleretur quod dictum eſt per Prophetam dicentem, dicite filiæ Sion, Ecce rex tuus venit tibi manſuetus, ipſe ſedens ſuper aſinam, & ſuper pullum filium ſubiugalis. 1090 c.21.v.4. & 5.
Eiiciebat Ieſus omnes ementes & vendentes de templo. 911 v.12.
Amice quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem. 112 c.22.v.12
Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo. 609.614.678 v.21.
Vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus qui effuſus eſt ſuper terram, à ſanguine Abel iuſti, vſque ad ſanguinem Zachariæ filij Barachiæ. 1448 c.23.v.35.
Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti. 116 v.37.
Qui perſeuerauerit vſque in finem hic ſaluus erit. 312 c.24.v.13.
Vbi fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ. 1382 v.28.
Quandiu feciſtis vni de fratribus meis minimis, mihi feciſtis. 8 c.25.v.40
Iudas accedens ad Ieſum dixit, Aue Rabbi, & oſculatus eſt eum. 1222 c.26.v.49
Tu dixiſti, veruntamen videbitis amodo filium hominis ſedentem à dextris virtutis Dei. 515 v.64.

MARCVS.

Sabbathum propter hominem factum eſt, non homo propter ſabbathum. 577 c.2.v.27.

cap.3.v.22 *In principe dæmoniorum eiicit dæmonia.* 1263
c. 4. v. 33. *Cœpit Ieſus pauere, & tædere.* 1328
cap.5.v.9. *Legio mihi nomen eſt.* 63
c.6.v.48. *Circa quartam vigiliam noctis, venit ſuper eos, ambulans ſupra mare.*
v.3. *Vnde huic hæc omnia? & quæ eſt ſapientia quæ data eſt illi & virtutes tales, &c.* 1263
v.4. *Nemo Propheta ſine honore eſt niſi in patria ſua.* ibidem.
c.11.v.24. *Amen dico vobis, Quicquid orantes petitis, credite quia accipietis & fiet vobis.* 266
ca.14.v.13 *Occurret vobis homo lagenam aquæ baiulans.* 1215
v.26 *Et hymno dicto, exierunt in montem oliuarum.* 1241
ca.16.v.15. *Euntes in mundum prædicate.* 1063

LVCAS.

c. 1. v. 5. *FVit in diebus Herodis regis, ſacerdos, nomine Zacharias.* 46
v.8. *Cum ſacerdotio fungeretur in ordine vicis ſuæ, ante Deum.* 695
v.23. *Et factum eſt vt impleti ſunt dies officij eius.* ibid.
v.36 *Et ecce Elizabeth cognata tua, & ipſa concepit filium in ſenectute ſua.* 1643
v.38. *Ecce ancilla Domini.* 1150
v.61. *Et dicebant ad illam: quia nemo eſt in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine.* 240
v.69 *Erexit nobis Dominus cornu ſalutis.* 314
c. 2. v. 23. *Omne primogenitum adaperiens vuluam, ſanctum Domino vocabitur.* 228. & 281
c. 3.v.14. *Neminem concutiatis, nemini calumniam faciatis, contenti eſtote ſtipendiis veſtris.* 1035
ca.4.v.34. *Quid tibi & nobis Ieſu, veniſti perdere nos.* 747
c. 5. v. 8. *Exi à me Domine, quia homo peccator ſum.* 804
v.22. *Quid cogitatis nequam in cordibus veſtris.* 188. & 190
c.7.v. 4. *Dignus eſt vt hoc illi præſtes.* 1100
v.47 *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* 1484
c. 8. v. 6. *Aliud cecidit ſupra petram, & natum aruit, quia non habebat humorem.* 1083
v.9. *Semen eſt verbum Dei.* 1246
ca.9.v.13. *Neſciebatis, quia in his quæ patris mei ſunt oportet me eſſe.* 1269
v.26. *Qui erubuerit me coram hominibus: & filius hominis erubeſcet eum coram Angelis Dei.* 1357
c.10.v.16. *Qui vos audit me audit: & qui vos ſpernit me ſpernit.* 51. & 1549
v.20. *Gaudete, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis.* 1560
c.11.v. 9. *Quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis.* 823 1101
c.12.v.38. *Et ſi venerit in ſecunda vigilia, & ſi in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit beati ſũt ſerui illi.* 1359.1257
c.14.v.33. *Qui non renuntiauerit omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.* 48
c.17.v.10. *Cum feceritis omnia quæ præcepta ſunt vobis, dicite ſerui inutiles ſumus &c.* 1411
c.18.v.1. *Oportet ſemper orare, & nunquam deficere.* 184
v.12. *Ieiuno bis in Sabbatho.* 840
v.13. *Deus propitius eſto mihi peccatori.* ibidem
v.19. *Nemo bonus niſi ſolus Deus.* 331
c.19.v.26. *Habenti dabitur, & abundabit: qui autem non habet, & quod habet auferetur ab eo.* 217. & 1360
c.22.v.17. *Et accepto calice gratias egit, & dixit, Accipite & diuidite inter vos: dico enim vobis, quod non bibam de generatione vitis, &c.* 1133
Hoc eſt corpus meum quod pro vobis datur. 1381 v.19.
Oraui pro te Petre, vt non deficiat fides tua. 616 v. 32.
Ecce duo gladij hic, & Dominus dixit eis, ſatis eſt. 612. & 615 v.38.
Ieſus autem dicebat, Pater dimitte illis, non enim ſciunt quid faciunt. 1471 c.23.v.34.
Et ecce vir nomine Ioſeph, ab Arimathæa ciuitate Iudææ. 36 v.50.
Accepit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat eis. 1138 c.24.v.30
Oportebat Chriſtum pati, & reſurgere à mortuis tertia die. 1218 v.46.
Eleuatis manibus ſuis benedixit eis. 1158 v.50.

IOANNES.

OMnia per ipſum facta ſunt. 391 c. 1. v. 3.
Vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti. 116 v.14.
Lex per Moyſen data eſt. 110 v.17.
Propheta es tu? Reſpondit, non. 1143 v. 21.
Ecce agnus Dei. 306 v.29.
Et ego neſciebam eum. 486 v.33.
Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt videre regnum Dei. 1484 cap.3.v.5.
Erat Ioannes baptizans in Ænon, quia aquæ multæ erant illic. 1090 v.23.
Venit Ieſus in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar: erat autem ibi fons Iacob. 57 c.4.v.5.& 6.
Pater tales adoratores quærit, qui adorent eum in ſpiritu & veritate. 1473 v.23.
Ego ſum panis viuus qui de cœlo deſcendi: ſi quis mãducauerit ex hoc pane viuet in æternum: Et panis quem ego dabo caro mea eſt pro mundi vita. 107. 108 c. 6. v. 51.
Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet & ego in eo. 1382 v.56.
Multi audientes ex diſcipulis dixerunt, Durus eſt hic ſermo. Dixit ergo Ieſus ad duodecim, Nunquid & vos vultis abire? 1465 v. 60. & 67.
Nonne ego vos duodecim elegi. 1280 v. 70.
Quomodo hic litteras ſcit cum non didicerit? 1263 c. 7. v. 15.
In peccato veſtro moriemini. 309 c.8. v. 21. & 24.
Si filij Abrahæ eſtis opera Abrahæ facite. 1392 v.39.
Semen Abrahæ ſumus, nemini vnquam ſeruiuimus. 318. & 1140 v 33.
Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis. 1138 c.10.v.11.
Ego & pater vnum ſumus. 41. & 1306 v.30.
Nonne duodecim ſunt horæ diei. 1318 c. 11. v. 9.
Eamus & nos, & moriamur cum illo. 1638 v.16.
Hoc autem Cayphas à ſemetipſo non dixit, ſed cum eſſet Pontifex anni illius, prophetauit quod Ieſus moriturus eſſet pro gente. 1260 v.51.
Qui odit animam ſuam propter me, in vitam æternam cuſtodit eam. 356. & 1357 c.12.v.25.
Creditis in Deum, & in me credite: in domo patris mei manſiones multæ ſunt. 55.1382 c.14. v. 2.
Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit: & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. 732 v.23.
Sine me nihil poteſtis facere. 821 c.15.v. 5.
Mulier cum parit, triſtitiam habet: cum autem pepererit, iam non meminit preſſuræ, quia natus eſt homo in mundum. 602.603 c.16.v.21.
Hæc in prouerbiis locutus ſum vobis, venit hora, v.25.

cum iam non in prouerbiis loquar vobis. 1265
c.17.v.11. *Pater ſancte, cuſtodi eos in nomine tuo quos dediſti mihi, vt ſint vnum, ſicut & nos.* 23.48.49
v.20. *Nec pro iſtis ſolis rogo, ſed etiam pro credentibus per ſermonem iſtorum, vt omnes vnum ſint, &c.* 48
c.18.v.11. *Dixit Ieſus Petro, mitte gladium tuum in vaginam.* 615
c.19.v.39. *Venit autem & Nicodemus qui venerat ad Ieſum nocte primum, ferens mixturã myrrhæ, & aloes, quaſi libras centum. Acceperunt ergo corpus Ieſu, & ligauerunt illud linteis cum aromatibus, ſicut mos eſt, &c.* 1013
c.20.v.23. *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis.* 345. 1485 1486
c.21.v.17. *Dixit Ieſus Petro, Paſce oues meas.* 992.1093.344
v.25. *Multa alia ſigna fecit Ieſus, quæ ſi ſcriberentur, nec ipſum arbitror mundum capere poſſe.* 1513

ACTA APOSTOLORVM.

c.1.v.26. E*T dederunt ſortes eis: Et cecidit ſors ſuper Matthiam.* 1277.1278.1279
c.4.v.27. *Conuenerunt enim vere in ciuitate iſta aduerſus ſanctum puerum tuum Ieſum, facere quæ manus tua & conſilium tuum decreuerunt fieri.* 1214
v.32 *Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna.* 48
v.34. *Quotquot poſſeſſores agrorum erant, vendentes afferebant pretia eorum ad pedes Apoſtolorum.* 453
c.5.v.29. *Obedire oportet Deo magis quam hominibus.* 1639
c.7.v.51. *Dura ceruice, & incircuncifis cordibus, vos ſemper Spiritui ſancto reſtitiſtis.* 776
v.60 *Poſitis genibus clamauit voce magna dicens, ne ſtatuas illis hoc peccatum.* 1471
c.8.v.27. *Et ecce vir Æthiops Eunuchus potens Candacis reginæ Æthiopum.* 1036
c.9.v.4. *Saule Saule quid me perſequeris?* 8.967
c.13.v.20. *Poſt hæc dedit Iudices vſque ad Samuelem Prophetam: exinde poſtulauerunt regem, & dedit eis Saul, filium Cis, de tribu Beniamin, annis* 40.813
c.14.v.14. *Annuntiantes vobis ab his vanis conuerti ad Deum viuum.* 1466
v.15. *Deus in præteritis generationibus dimiſit gentes ingredi vias ſuas.* 405
c.15.v.6. *Conuenerunt Apoſtoli & ſeniores videre de verbo hoc.* 1603
v.28. *Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis.* 1461.1603
c.17.v.28 *In ipſo viuimus, mouemur & ſumus.* 391
c.20.v.23 *Argentum & aurum nullius concupiui ſicut ipſi ſcitis.* 1401
v.37. *Procumbentes ſuper collum Pauli oſculabantur eum.* 1222
c.42.v.17 *Eleemoſynas in gentem meam facturus veni, & oblationes, & vota.* 175

AD ROMANOS.

c.1.v.23. M*Vtauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in ſimilitudinem volucrum, & quadrupedum, & ſerpentium.* 714
v.28 *Tradidit eos Deus in reprobum ſenſum, vt faciant ea quæ non conueniunt.* 403.404
c.2.v.2. *Credita ſunt illis eloquia Dei.* 291
v.4. *An diuitias patientiæ eius, & longanimitatis contemnis?* 578
v.5. *Secundum autem duritiam tuam, &c. theſauriſas tibi iram in die iræ.* 590
Teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum, & inter ſe inuicem cogitationum accuſantium & defendentium. 590 v.15.
Propter vos nomen meum blaſphematur. 712 v.24
Si autem iniquitas noſtra iuſtitiam Dei commendat, quid dicemus? Nunquid iniuſtus eſt Deus. 1451 c.3.v.5.
Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. 1627 c.4.v.3.
Abraham non eſt infirmatus in fide, nec conſiderauit corpus ſuum emortuum, cum fere 100. eſſet annorum, ſed confortatus eſt in fide dans gloriam Deo. 430.1627 v.19
Stipendium peccati mors. 1561 c.6.v.23.
Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ. 48.& 824 c.7.v.23.
Qui in carne ſunt, Deo placere non poſſunt. 229 c.8.v.8.
Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis. 1437 v.15.
Nos quid oremus, ſicut oportet, neſcimus, ſed ſpiritus adiuuat infirmitatem noſtram. 160 v.26.
Vanitati creatura ſubiecta eſt non volens. 1130.1131 v.20
Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonũ. 475 v.28.
Certus ſum enim quia neque mors, neque, &c. poterit me ſeparare à charitate Dei, &c. 1938 v.38.
Optabam ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis. 1638 c.9.v.3.
Non eſt volentis, neque currentis, ſed Dei miſerentis. 1137 v.16
Voluntati eius quis reſiſtit? 400 v.19.
An non habet poteſtatem figulus luti, ex eadem maſſa, facere aliud quidem vas in honorem, aliud autem in contumeliam? 401 v.21.
In hoc ipſum excitaui te, vt oſtendam in te virtutem meam. 1072 v.17.
Domine altaria tua deſtruxerunt, prophetas tuos occiderunt, & relictus ſum ego ſolus, & quærunt animam meam. 9 c.11.v.2.
Quis prior dedit illi, & retribuetur ei? 1411 v.35.
Exhibite corpora veſtra hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placentem, rationabile obſequium veſtrum. 99.& 52 c.12.v.1.
Quicunque ſine lege peccauerunt, ſine lege peribunt. 1411 v.13.
Gentes quæ legem non habent naturaliter ea quæ legis ſunt faciunt. 1416 v.14
Gaudete cum gaudentibus, flete cum flentibus. 120 v.15.
Non eſt poteſtas niſi à Deo: quæ autem ſunt à Deo, ordinata ſunt. 1277 c.13.v.1.
Quæ à Deo ſunt, ordinata ſunt: Itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit: qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt: nam qui principes ſunt, non ſunt timori bonis operibus, ſed malis. 1503.1504 v.2.& 3.
Time poteſtatem, non enim ſine cauſa gladium portat: Dei quippe miniſter eſt, vindex in iram, ei qui male operatur. Ideo neceſſitate ſubditi eſtote: non ſolum propter iram, ſed etiam propter conſcientiam. 610.1206.1290.1299.1504.1686.& 1688 v.4.& 5.
Miniſtri Dei ſunt, qui tributa exigunt à vobis, in hoc ipſum ſeruientes. 1296.1297 v.6.
Reddite ergo omnibus debita, cui tributum tributum: cui vectigal, vectigal: cui honorem, honorem. 1297. 1298 v.7.

AD

AD CORINTHIOS PRIMA.

c. 1. v. 22. *IVdæi ſigna petunt.* 1452
cap. 3. v. 7. *Neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus.* 407
v. 15. *Si cuius opus arſerit detrimentum patietur, ſic tamen quaſi per ignem.* 1392
c. 4. v. 4. *Nihil mihi conſcius ſum.* 824
v. 13. *Tanquam purgamenta huius mundi facti ſumus, omnium peripſema vſque adhuc.* 300. & 301
v. 15. *In Chriſto Ieſu per Euangelium ego vos genui.* 514
cap. 5. v. 3. *Ego abſens corpore, præſens autem ſpiritu.* 306
v. 4. *Congregatis vobis, & meo ſpiritu.* ibidem.
cap. 6. v. 3. *Neſcitis quia Angelos iudicabimus: quanto magis ſecularia.* 1255
ca. 7. v. 2. *Vnuſquiſque ſuam vxorem habeat, & vnaquaque ſuum virum habeat.* 83
v. 3. *Vxori vir debitum reddat: ſimiliter & vxor viro.* 695
v. 5. *Nolite fraudare inuicem, niſi ex conſenſu, ad tempus, vt vacetis orationi.* 695. 227. 229
v. 7. *Volo autem omnes homines eſſe ſicut & meipſum.* 229
v. 9. *Melius eſt nubere quàm vri.* 1042
v. 37. & 38. *Nam qui ſtatuit in corde ſuo firmus non habens neceſſitatem, poteſtatem autem habens ſuæ voluntatis, & hoc iudicauit in corde ſuo ſeruare virginem ſuam, &c.* 178. 179
ca. 8. v. 4. *Scimus quia nihil eſt idolum in mundo.* 1466
c. 9. v. 5. & 6. *Nunquid non habemus poteſtatem mulierem ſororem noſtram circumducendi.* 695
v. 7. *Quis militat ſuis ſtipendiis vnquam.* 1010. 1030. 1114. 1400
v. 13. *Neſcitis quoniam qui in ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt edunt.* 1114. & 1891
c. 10. v. 1. *Nolo vos ignorare fratres, quia patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, &c.* 107
ca. 11. v. 5. *Mulier prophetans aut orans aperto capite, ignominia afficit caput ſuum.* 273
v. 14. *Natura ipſa docet vos, quod vir ſi comam nutriat, ignominia eſt illi: mulier verò ſi comam nutriat, gloria eſt illi.* 168
v. 19. *Oportet hæreſes eſſe.* 1216
v. 21. *Alius quidem eſurit, alius autem ebrius eſt.* 193
v. 32. *Dum iudicamur à Domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur.* 795
v. 27. *Qui manducat & bibit indignè, reus eſt corporis & ſanguinis Domini.* 112
ca. 12. v. 4. & 29. *Diuiſiones gratiarum ſunt, idem autem ſpiritus. Nũquid omnes Apoſtoli? nũquid omnes prophetæ?* 54
v. 9. *Alteri fides in eodem ſpiritu.* 1628
c. 13. v. 1. *Si linguis hominum loquar & Angelorum.* 1239
v. 3. *Si expendero in cibos pauperum omnes facultates meas, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodeſt.* 505
c. 14. v. 13. *Nam qui prophetat, hominibus loquitur ad exhortationem, & conſolationem.* 1241. 1261
v. 14. *Si orem lingua, mens mea ſine fructu eſt.* 183
v. 15. *Maior eſt qui prophetat, quàm qui loquitur linguis.* 1242
v. 22. *Linguæ in ſignum ſunt non fidelibus, ſed infidelibus.* 1452
v. 34. *Mulieres in Eccleſiis taceant.* 273
c. 15. v. 10. *Non autem ego ſed gratia Dei mecum.* 1137
v. 29. *Nouiſſima inimica deſtruetur mors.* 1528
v. 36. & 37 *Stulte tu quod ſeminas, non viuificatur niſi mortuum fuerit: & quod ſeminas, non corpus quod futurum eſt ſeminas.*
I.
Alia claritas ſolis, alia claritas lunæ, alia claritas ſtellarum, ſtella enim à ſtella differt in claritate. 55. 80 v. 41.
Omnia veſtra in charitate fiant. 55 ca. 16. v. 14

AD CORINTHIOS SECVNDA.

LAc vobis potum dedi, non eſcam: nondum enim poteratis. 249 cap. 3. v. 2.
Non quod ſufficientes ſimus cogitare aliquid ex nobis, tanquam à nobis: ſed omnis ſufficientia noſtra ex Deo eſt. 389 v. 5.
Nolumus exſpoliari, ſed ſuperindui. 1528 ca. 5. v. 4.
Prouidemus bona, non ſolùm coram Deo: ſed etiam coram hominibus. 378 ca. 8. v. 31.
Hilarem datorem diligit Deus. 249 c. 9. v. 7.
Vtinam ſuſtineretis modicum quid inſipientiæ meæ. 1383 c. 11. v. 1.
Virtus in infirmitate perficitur. 1538 c. 12. v. 9.
Timeo ne cùm iterum venero humiliet me Deus apud vos. 510 v. 12.
Deus pacis. 209 v. 12.

AD GALATAS.

SI quis euangelizauerit vobis præter id quod accepiſtis, anathema ſit. 1603 c. 1. v. 9.
Cùm autem placuit ei qui me ſegregauit ab vtero matris meæ. 1562 v. 15.
Aſcendi ſecundum reuelationem, & contuli cum illis Euangelium, quod prædico in gentibus. 1603 c. 2. v. 2.
Miſit Deus filium ſuum factum ex muliere. 697 c. 4. v. 4.
Num inimicus factus ſum vobis, verum dicens. 499 v. 11.
Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum: ſpiritus autem aduerſus carnem. 1637 c. 5. v. 17.
Si præoccupatus fuerit frater in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, inſtruite huiuſmodi in ſpiritu lenitatis. 374 c. 6. v. 1.

AD EPHESIOS.

IPſe eſt pax noſtra. 209 c. 2. v. 14.
Omnis fornicator non habet hæreditatem in regno Chriſti & Dei. 695 ca. 5. v. 5.
Viri diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea: vt illam ſanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, &c. 115. & 116 v. 25
Nemo vnquam carnem ſuam odio habuit, ſed nutrit ac fouet eam. 116 v. 28.
Verumtamen & vos ſinguli, vnuſquiſque vxorem ſuam ſicut ſe diligat: vxor autem timeat virum ſuum. 115. & 116 v. 33.
Pro quo legatione fungor. 1549 c. 6. v. 20.

AD PHILIPPENSES.

VObis donatum eſt pro Chriſto, non ſolùm vt in illũ credatis: verumetiam pro illo patiamini. 389 ca. 1. v. 29.
Quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus ſum propter Chriſtum detrimenta, & reputo vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciam. 300 cap. 3. v. 8.
Tanta paſſi eſtis ſine cauſa, ſi tamen ſine cauſa. 866 v. 4.
Gaudete in Domino ſemper. 275 cap. 4. v. 1.
In omni oratione, cum gratiarum actione, petitiones veſtræ innoteſcant apud Deum. 271 v. 9.

v.7. *Pax Dei quæ exſuperat omnem ſenſum.* 209

AD COLOSSENSES.

ca.3. v.3. *Mortui eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo.* 294
v.17 *Omne quodcunque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini noſtri Ieſu Christi facite.* 52.
v.19. *Viri diligite vxores veſtras, & nolite amari eſſe ad illas.* 146

AD THESSALONICENSES PRIMA.

ca.4.v.3. *Hæc eſt voluntas Dei, ſanctificatio veſtra.* 217
ca.5.v.18. *Sine intermiſſione orate.* 269
v.27. *Adiuro vos per Dominum vt legatur epiſtola hæc omnibus ſanctis fratribus.* 1703

AD THESSALONICENSES SECVNDA.

ca.3.v.15. *Nolite quaſi inimicum exiſtimare, ſed corripite vt fratrem.* 374

AD TIMOTHEVM PRIMA.

cap.1.v.4. *Vt denuntiares quibuſdam, ne intenderent fabulis & genealogiis interminatis, quæ quæſtiones præſtant magis quàm ædificationem Dei quæ eſt in fide.* 74
ca.2.v.1. *Obſecro primum fieri orationes, obſecrationes, gratiarum actiones, &c. pro regibus, pro principibus, &c.* 271.1138.11,9
v.8. *Volo viros orare in omni loco, leuantes manus puras in oratione.* 152
v.26 *Ne quando Deus det illis pœnitentiam, & reſipiſcant à diaboli laqueis.* 389
cap.3.v.2. *Oportet Epiſcopum, irreprehenſibilem eſſe, vnius vxoris virum, ſuæ domus bene præpoſitum, filios habentem ſubditos in omni caſtitate.* 85.229.361
v.7. *Oportet illum & teſtimonium habere bonum ab his qui foris ſunt.* 376
cap.4.v.3. *Scientes cibos creatos eſſe à Deo, vt eum gratiarum actione percipiantur.* 1130
v.4. *Omnis creatura Dei bona eſt, & nihil reiiciendum quod cum gratiarum actione percipitur, ſanctificatur enim per verbum Dei & orationem.* 1130. & tribus ſequentibus, & 1720
v.12. *Nemo adoleſcentiam tuam cõtemnat.* 338.489.1495
v.13. *Attende lectioni, & exhortationi doctrinæ, & ſemper permane in his.* 323
v.14. *Noli negligere gratiam quæ eſt in te, quæ data eſt tibi per prophetiam, cum impoſitione manuum Presbyterij.* 338
ca.5.v.6. *Vidua quæ in delitiis eſt, viuens mortua eſt.* 1561
v.17. *Qui bene præſunt Presbyteri, duplici honore digni ſunt.* 891.1112
v.20. *Publicè peccantes, coram omnibus argue, vt & cæteri timorem habeant.* 646

AD TIMOTHEVM SECVNDA.

ca.2.v.4. *Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſæcularibus.* 1254.1255

AD TITVM.

Si quis ſine crimine eſt. 343 ca.1.v.6.
Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil mundum. 229.1720 v.15.
Seruos obedire Dominis carnalibus. 1445 ca.2.v.9.

AD HEBRÆOS.

Omnia portat verbo virtutis ſuæ. 1212 cap.1.v.3.
Omnis ſacerdos ab hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in iis quæ ſunt ad Deum. 418 cap.5.v.1.
Impoſsibile eſt eos qui ſemel illuminati ſunt, &c. rurſus renouari ad pœnitentiam. 508 c.6.v.4.
Homines enim per maiorem ſui iurant: & omnis cõtrouerſiæ eorum finis ad confirmationem eſt iuramentum. 1801 v.16.
Sine vlla contradictione, quod minus eſt à meliore benedicitur. 1204 ca.7.v.7.
Plures facti ſunt ſacerdotes, ideo quod morte prohiberentur permanere. 75 v.23.
Vide exemplar quod tibi in monte monſtratum eſt. 96 ca.8.v.5.
Vmbram habens lex futurorum, non ipſam rerum imaginem. 1382 c.10.v.1.
Voluntariè peccantibus nobis poſt acceptam notitiam, iam non relinquitur pro peccatis hoſtia. 509 v.26.
Fide Abraham demoratus eſt in terra promiſſionis, tanquam in aliena. 1145 ca.11.v.9.
Fide Iacob adorauit faſtigium virgæ Ioſeph. 96 v.21.
Fide Moyſes natus occultatus eſt menſibus tribus, eo quod vidiſſent eum elegantem. 1086 v.23.

EPISTOLA IACOBI.

Deus intentator malorũ eſt, ipſe autem neminem tentat, vnuſquiſque verò tentatur, &c. 393 ca.1.v.13.
Omne datum optimum, &c. deſurſum eſt deſcendens à Patre luminum, apud quem non eſt tranſmutatio nec viciſſitudinis obumbratio. 531.1215 v.16.
Eſtote factores verbi, & non auditores tantum: ſi quis enim auditor eſt verbi, & non factor, hic comparabitur viro, &c. 793 v.22.
Quod ſi zelum amarum habetis. 146 ca.3.v.14.
Petitis & non accipitis, eo quod malè petatis. 214 ca.4.v.3.
Triſtatur aliquis veſtrum, oret. 225 ca.5.v.13.

EPISTOLA PETRI PRIMA.

Vos autem genus electum, regale ſacerdotium, &c. vt virtutes annuncietis eius qui de tenebris vos vocauit, &c. 64. & 444 ca.2.v.9.
Expectabant Dei patientiam in diebus Noe. 578 ca.3.v.20.
Paſcite qui in vobis eſt gregem Dei. 382 cap.5.v.2.
Ipſi eſt cura de vobis. 1212.1213. & 1218. v.7.
Salutate inuicem in oſculo ſancto. 1221 v.14.

EPISTOLA IOANNIS PRIMA.

Tres ſunt qui teſtimonium dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus: & hi tres vnũ ſunt. 41 cap.3.v.7.
Qui odit fratrem ſuum, homicida eſt. 969 v.15.
Debemus pro fratribus animas ponere. 1357 v.16.
Chariſsimi ſi reprehenderit nos cor noſtrum, maior eſt Deus corde noſtro, & nouit omnia: ſi autem non reprehenderit nos cor noſtrum, &c. 1105 v.20. & ſeqq.

c.4.v.13. *In hoc cognoſcimus quia in illo manemus, & ipſe in nobis: quia de ſpiritu ſuo dedit nobis.* 49
v.18. *Charitas foras mittit timorem.* 1357
c.5.v.14. *Hæc eſt fiducia quam habemus, quia quodcunque petierimus ſecundum voluntatem eius.* 217
v.16. *Audit nos. Eſt peccatum ad mortem, non pro illo dico, vt roget quis.* 509

IOANNIS SECVNDA.

v.10.&11. N*Ec aue ei dixeritis; qui enim dicit illi Aue, communicat operibus eius malignis.* 1155

IOANNIS TERTIA.

v.4. M*Aiorem hanc non habeo gratiam, quàm vt videam filios meos in veritate ambulantes.* 360

APOCALYPSIS.

A*B eo qui eſt, qui erat, & qui venturus eſt.* 1271 cap.1.v.4.
Odiſti facta Nicolaitarũ, quæ & ego odi. 695 ca.2.v.6.
Et ſcient omnes Eccleſiæ, quia ego ſum ſcrutator renis & cordis. 190 v.23.
Nomen habes quod viuas, & mortuus es. 1561 cap.3.v.1.
Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. v.11.
Tempus non erit amplius. 29 c.10.v.6.
Quorum nomina ſcripta ſunt in libro vitæ agni, qui occiſus eſt ab origine mundi. 1381 ca.13.v.8.
Timidis autem & incredulis, &c. pars illorum erit in ſtagno ardenti & ſulphure. 1527.& 1532 c.21.v.8.
Qui audit, dicat veni. 322 c.22.v.17.

EPISTOLA B. IVDÆ.

I*Ncrepet te Deus.* 496 v.9.

FINIS.

INDEX
RERVM MEMORABILIVM
QVÆ IN HOC TOMO CONTINENTVR.

A.

Ab Hæbræorum menſis. 758
Abbatem intruſum ferre nolunt pij Monachi quin exulare præeligunt. 676
Abdicatio debet eſſe libera. 907 c.
Abiathar cum Sadoch æqualem Sacerdotij dignitate ſortitus. 448
Abiathar quomodo Sacerdotio caruit. 462
Abiathar à Salomone ſacerdotio ſe abdicare coactus eſt, ſpe ſucceſſionis poſteris erepta. 1612.1613
Ablactationis legitimum tempus. 255
Ablactatio duplex. 256
Ablactatio à pueritia in quâ conuiuium fiebat, & pueri primùm menſæ paternæ adhibebantur. 256.257
Abraham pietatis ſtudio nobilitate adeptus eſt. 433
Abſolutionem ab excommunicatione plures Sancti denegarunt etiam vitæ periculo. 658
Abſtinentia orationis & ſacrificij comes. 197.198
Abſtinentia vini in voto Annæ continebatur. 162.c.
Abuſus ſacrarum peregrinationum. 89.b.
Acclamationes in Regum inauguratione 1289
Acclamari ſolitum Patribus concionantibus. 1290
Achias an fuerit ſummus ſacerdos, necne. 1612
Achitob quomodo & quandiu Pontificatum obtinuit. 1612
Aciei inſtructio. 1355
Acies quid & quo ordine inſtruenda. 536
In acie quæ obſeruanda. ibidem.
Ex acie fugientes ignominia notati. 594
Actionum corporis & animæ indiuiſa ſocietas. 1886
Actionum perſonalium iudicium Eccleſiæ à Deo tributum eſt. 644
Actuum humanorum diſtributio. 1254
Adagium vnde dictum. 1266
Adami peccatum in re leui non leue fuit. 1741
Adar Hebræorum menſis. 758
Adoleſcentes virtute præditi, ſenes moribus, exempla. 1495
Adoleſcentiæ etymologia Hebraica. 1393
Adhortatio ducum qualis eſſe debeat. 572
Adiurationem ſuperioris contemnere non licet. 515
Adiutorij lapis. 537
Admonitiones piis hominibus vtiles. 413
impiis contra. ibidem.
Adorare in veritate. 1475.
Adorare principes quomodo liceat. 89.b
Adorare vnde dictum. 91.a.
Adorare creaturas quomodo poſſimus. 95.c. & ſeqq.
Adorandum prius quàm ſacrificandum. 90.a.
Adorandi quomodo Sancti. 94.c. & ſeqq.
Adoratio quid ſit 89 6. veri Dei. 91.c.
Adorationis explicatio. 91.c.
Adorationis quintuplex genus. 91. b. ſeptem modi. 94.d. & ſeq.
Ædes ſacræ ſunt Eccleſiaſtici non humani iuris. 676
Ædificare domum, id eſt, poſteritatem dare. 442
Ægypti deſcriptio. 1272
Ægyptus populoſa & numerus vrbium eius. ibid.
Apud Ægyptios vrbium ſtatus tripertitus erat. 1109.d.
Ægyptiorum mores. 1273
Ægyptiacæ ſeruitutis atrocitas. 1273
Aer purus multùm confert ad ſanitatem 61. ad cor vſque penetrat. ibid. confert ad virtutes comparandas. ibid.
Ærarium & fiſcus qui differant. 620
Æs, collectæ ſpecies, in quo conſiſtat. 1034. b.
Ætas hominis longiſſima. 605
Ætas Beatæ Virginis. 606
Ætas hominis non eſt ſimilis arborum fructibus. 1389
Ætates hominis. 467
Ætates Leuitarum iuxta Scripturam. 467
earumdem Ætatum Tropologica interpretatio. 468
Ætas puerilis qua ratione tractanda. 469
Ætatis vnius ſpatium quot annis definiatur. 1308.
Æternitas. 779
Afflatus varij. 1260

Afflictionibus ſuos Deus ad virtutem inſtituit 118.b.cur ſæpius viſitet. 13t
Afflictionis vtilitas. 1429
Afflictum affligere non licet. 122.c
Iugo agaparum,& earundem cultus,& obſeruantia,loca,tempora,& cauſa. vide, Conuiuia.
Dictionis, ἀγαθός, id eſt bonus,variæ acceptiones. 1086.c.d
Agonothetæ qui. 539
Agricolarum induſtria duriſſima. 1010
Agricultura Iſraelitis permiſſa, non autem vſus armorum. 1588
Agricolis parcendum tempore belli. 1588
Agricultura digna olim habita vitis principibus. 1327
Agricultura vnde cœpta contemni. 1328
Agriculturæ quæſtus dignus Principe. 1329
Agriculturæ voluptas Principe digna. 1330
in Agro ſeu territorio loci alicuius qui eſt in illo loco dicitur eſſe. 1609
Aialon vallis & eiuſdem nominis vrbs. 1715
Alacritatem quibus indiciis milites teſtarentur. 571
Alienari dici non debet qood Deo & Eccleſiæ confertur. 620
Alienari non poſſe patrimonium publicum. 620
Alienare poſſunt hæreditarij principes. 62t
Allodia immunia quæ. 1002
Altàre quid differt ab Ara. 419
An liceret Samuëli altare erigere vbi arca Dei non erat. 874.e
Althuſius principem lege ciuili ſolutum eſſe non putat. 997
Amaro animo quinam dicantur eſſe. 146.147
Amarns ſcriptura reprobat. 146.d
Ambitio intempeſtiua Senum notatur. 1389
Ambitionis Senum rationes. 1390
S. Ambroſij ad Epiſcopatum aſſumēdi omen. 1649
Amicis quatenus indulgendum. 501
Amor coniugum perpetuus debet eſſe. 114
Amor imprudens citò euaneſcit. ibid.
Amor in Deum ſummus intenſiuè eſſe debet. 825
Amor ſummus. 823
Amoris manifeſtiſſimum argumentum opus. 823.
Amor Dei ex toto corde quomodo intelligatur. 1476
Amorem quænam concilient. 1326
Amori ſolo honeſto, nō autem libidinoſo,cōuenit illud Cantici,dura ſicut infernus æmulatio. 1637
Animatis abſtinebant Pythagoræi. t717
Ammonitarum odium in Iſraelitas. 1310
Ammonitæ qui eſſent. t306
Amyntas ad Alexandrum adduxit Macedoniæ principem liberos adultos ad cuſtodiam corporis. 1000
Anathemata in gratiarū actionem poſita. 766
Ancilla etiam intelligitur ſub nomine ſerui. 1047.b
Ancillarum miniſteria. ib.b.c
Nomen, Ancilla, vnde. ib.e
Eius tum promptitudo, tum fidelitas quænam eſſe debeat ex Hebraica, & Græca appellatione oſtenditur. ibid.c.d
Angeli ſunt exercitus. 97. a. differunt ſpecie 55.b.
Angelus adeſt S.Chryſoſtomo cōtra vim Imperatricis. 645
Angli ſimul cum hæreſi odium in religioſos ſuſcipiuot. 971
Angli à maioribus ſuis degeneres. 971
Anglicanę conſuetudines prę quibus mortem elegit S.Thomas Cantuarienſis. 648
Anglicanarum conſuetudinum aſſertor Vvillelmus rex ſententiam damnationis accepit. 652.
Anglicanas cōſuetudines damnat S. Thomas; & earum obſeruatores fautoreſque anathematizat. 652
Ani prominentia,genus morbi quale. 738.e. 749.
Ani proiectio morbi genus. 739
Ani aurei quare quinario numero à Philiſthinis conflicti. 767
Anorum à Palæſtinis oblatorum allegoria. 767.
Anima vel animus in ſcripturis ſæpe pro toto compoſito. 1637
Anima quieti non obnoxia. 81
Anima iuſti ſedes eſt ſapientiæ. 810
Animæ vetuſtas peccatum eſt. 780
Animæ negligimus dum corpori remedia deeſſe,non patimur. 750
Animæ paſſiones ſi rationis freno regantur,ad virtutis ſtudium non ſunt inutiles. 147
Animæ teſtimonium. 745.& ſeq.
Animæ naturalis ſenſus Dei fauorem iuſtitiāque prædicat. 746
Animalia minima ingentes ſæpè exercitus & regiones debellarunt. 741.& ſeq.
Animalium reſtitutio quanto fieri debeat, & quando non. 1089.a.b
Animalium rationis expertium finis. 1344
Animalia bruta qua ratione pœnæ ſubiiciantur. 1344
Animatum nihil comedi docet Comicus Alexis ridens Pythagoræos. 1717
Annam cur ebriam ſuſpicatus eſt Heli. 193.
Annæ patientia 200. c. temperantia. 202.b.
Annæ modeſtia in excuſando. 205. c. fides. 212. c.
Anna cur oblationis filij tempus diſtulerit. 248.
Anna quomodo oraſſe intelligatur. 269
Anna prima Elcanæ vxor 84 d. ſignificat gratiam 85.b.quare ob ſterilitatem angebatur. 123.c.& ſeq. comederit-ne in Silo.141.b.votum ſuum quibus verbis nuncuparit 155.d. filium poſtulauit non ad ſuum commodum aut voluptates.160.a.182.c. quomodo potuerit Samuelem vouere, cùm ignoraret vtrum foret idoneus, ad miniſterium tabernaculi,cùm etiam Leuitæ ſine voto tenerentur miniſtrare coram Domino 161. a.

& ſeq. cur voce clara non orauerit. 190.a
Annæ laudes 84. d. mira patientia. 127.d. Oratio breuis. 157. b. Voto etiam vini abſtinentiam contineri. 162. c. Votum Caluini legibus conſtare non poteſt. 175. c. Voto teneri videtur Samuel. 175.d.
Annæ filium ſuum vouere quomodo licuerit ſecundum Vermilij ſententiam. 173. d. Filium dare ante orationem cur Deus noluerit. 187.c
Annam non magis præcepto quàm voto Samuelem obligare potuiſſe. 174.c. quare æſtimauerit Heli temulentam. 192.a
S. Annonis factum defenditur. 640
Annus tum ſolaris, tum lunaris, quanto tempore peragatur: & vnde id colligi debeat. 871. b.
Annus vnde dictus. ibid.c
Anni Biſſextilis primus inuentor Iulius Cæſar. ibid.
Annus rotæ comparatur. 231. cur Hebraice שנה dicatur. Anni variæ notationes nominis. 232
Annus Lunaris eſt qui ad rationem Lunaris motus dirigitur. 815
Annus ciuilis eſt quem ſibi quæque ciuitas aut populus conſtituit. 816
Anni certa menſura tradi non poteſt. 815
Anni viginti quorum ſcriptura meminit videntur interregno tribuendi. 813
Annus ciuilis Hebræorum. 816
S. Anſelmi notabile dictum. 651
S. Anſelmi pugna contra conſuetudines Anglicanas. 650.& ſeq.
Antiqui ob quam rationem longæuam vitam expeterent. 438
Antiquiſſimus fuit Eccleſiæ mos notare annos ex die paſſionis Domini. 812
Antiquitas pſalterij. 1231
Antiquitas in pleriſque vanitatis & mendacij, rea probari poteſt. 778
ἀυτοδίδακτοι. 1259
ἀσθένεια in Philiſthæos & Madianitas à Deo iuſte immiſſa. 1679
ἀνθρηδὼν, beſtiola volucris mel conficiens tanquam apis. 1700
ἄνθρωπος, contemplatorem ſignificat. 30
huiuſmodi Etymologia multiplex. 31
Apolloniatarum ouium deſcriptio. 437
Apollonius Tyaneus Bardanis regis munera contempſit. 1398.1399
Apoſtoli circa fidem miraculorum Chriſti quomodo culpandi. 1630.1632
Apoſtolos mulieres ſorores circumduxiſſe quomodo intelligendum. 696
Apoſtolus concentum pſalmorum gladium ſpiritus vocat. 1236
Appellatio quid ſit. 897.d
Appellationis duplex genus. ibid.c
Species. ibi. d
Cauſa. ibi.
Appendices, ſeu προσαρτήματα quid. 43.44
Apum multiplex ſacrificium. 1704
Æquatio familiæ, puellaris olim labor erat. 1120. a.
Aquæ dulces vnde manent. ibid.b,c
quomodo aquæ à montium faſtigiis manare poſſint. ibid.d
Aquæ effuſæ variæ interpretationes. 835
Aquæ luſtrales veteris & noui teſtamenti. 836.
Ara quid differt ab altari. 419
Arbores melliſluæ. 1700
Arbores nobiles. 1607
Arca capta, vtraque gens, Philiſthina ſcilicet & Iſrael erudiri potuit. 757
Arca 7. menſibus retenta. 757
Arca capta quid doceat. 577
Arca gloria Dei quo ſenſu dicta ſit. 706
Arcæ cum Euchariſtia comparatio. 706
Arcæ allegoria. 543
Arcam circumferre an licuerit Iſraelitis. 544.
Arca deferri ſolebat ad caſtra. 546
Arca qua ratione Sacrameotum dici poteſt. 552.
Arcæ captæ fructus. 743
Arcus Symbolicôs pro viribus. 288
Arcubus potentiam Perſæ demonſtrant. 288.
Arcubus confidebant Orientales. 288
ad Arcæ captæ mentionem quare Heli corruerit. 597
Argentum auro commodius ad vitam humanam iocatur Iulianus. 1116.b,c
vtrumque cur olim Baleares inſulæ, & Lacedæmonij repudiabant. ibid.d
Argumenta Cunetij quibus Eccleſiaſticam Iuriſdictionem impugnauit, recenſentur. 47. & ſeq. 612.
Arietes regni Peruani gratuito poſſidentibus, famulantur. 1399.1400
Arimathea que ciuitas. 56. b
inter Ariolos, & Prophetas quęnam ſit differentia. 1113.c,d
Arithmetica in domo ſpirituali reperitur. 50.d.
Ariſtocratia probatur. 1293
Ariſtocratiam laudat prę Monarchia Thomas Morus. 976
Ariſtoctaticum regimen Philiſthinorum. 747.
Ariſtocraticus principatus. vide, Rex,
qui Arma tradunt corporum ius amittunt. 1583.
Arma quænam prohibentur exteris vendi. 1592.
Armorum cudendorum ius ad principem ſpectat. 1584
Armorum terror ad victoriam efficaciſſimus. 1592.
Arma ſine diuino pręſidio nulla. 1593
Arma Hebraicè quomodo. 1600
Armenorum error circa tempus partus Dominici. 233

Armeni ad curſum camelis vtebantur inter equites, 1093.
Armenti nomen. 1326
Armentum; quid. 780
Armigeti Ionathæ erga dominum ſuum laudatur ſpectata fides & amor. 1637 & 1638.
Armus cur Sauli ſeruatus in conuiuio Samuelis. 1159.c,d.
Articuli fidei Iudæorum. 604
אָשָׁם Aſcham Hebraicæ vocis vſus & ſignificatio expenditur. 766
Aſinis antiqui vtebantur ad publicum curſum. 1093.a
id Iulianus ſuſtulit. ibid.
in Aſinis coemendis, quo ſint ſemini quærendum eſt. 1093.b
Aſini ingentis pretij. ibid.b,c
Aſini corno inſignes in India. ibid.
Aſininorum huiuſmodi cornuum mirabiles virtutes. ibi.c
Pręclara multa de Aſinis in Scripturis Sacris. 1090.a,b,c.
& in prophanis. 1091.a,b
Aſious ſapientis eſt ſymbolum. ibidem c, d.
& præcipuè fortirudinis. 1091. b,c,d
Aſini victoriarum authores. ibi.c,d
Aſini cur primùm ab Ægyptiis odio habiti. ibid.d.
Aſini nomen plurimis inditum abſque ignominia. 1092.a,b
Animaliom nomina principes aquilonarij adſciſeebant. ibid.
Aſinus plurima ad corporum vtilitatem confert. ibid. c
Aſinus ſub magiſtro Ammonio, Origenis, & Porphyrij condiſcipulus. 1091.a
Aſtaroth. 823
Aſtarte à quibuſdam Chriſtianis culta. 825.
Atrium molierum. 1295
Auaritia in ſapiente periculoſiſſima. 1399
Auaritiæ mira deſcriptio. 915
Auaritia procacium vitiorum regina. 915.
Auaritia Iudicum quantas parit iniquitates. 916.
Auaritia ſacerdotum quàm turpia & exitioſa. 765.
Audaciæ & Timori ſacra fecit Scipio. 1611.
Auguſtini, cùm eſſet in conuerſionis ſuę procinctu, ſomnia & omina. 1648
S. Auguſtinum falſo ſuſpectum reddit Vermilius. 1575
S. Auguſtinns ait Donatiſtas cogendos eſſe in Eccleſiam. 810
Auentinus arguitur falſi in referenda motte ſancti Brunonis Herbipolenſis. 603.
S. Auguſtinos ait punicam linguam aſſinem fuiſſe Hebraicæ. 823
Aulicarum mores. 1169.d
Aurium ſordes morituris dulceſcunt. 598.
Authoris auus quàm ex voto mortem obiecit. 601
nulla Authoritas in Eccleſia præter ordinariam. 412
Authoritas regum Franciæ ante Pharamonem. 990
Axioma politicum. 975
Azotij vnde noſſe potuerunt Deum cladis ſuæ authorem. 745
Azotus. 709

B

BAal ſignificat Dominum. 823
Bajoariorum rex. 367
apud Batauos olim quomodo reges initiarentur. vide, Reges.
Baleares inſolæ olim aurum & argentum repudiabant, & quare. 1116.d
Βασιλειῶν, ſiue βασιλικῶν, dicendine ſunt libri Regum, an potius βασιλειῶν. 2
Bannus & Heribannus. 1342
de Baptiſmi neceſſitate. 553
Barbarotum mos in congregando exercitu. 1341.
Barritus militum. 1679
Beatus quis Solonis iodicio. 601
Beatus ante obirum nemo. 601
Beatæ Virginis ætas. 606
Belial qoàm multiplicis ſignificationis. 1300.
Belial quid ſignificet. 206.d
Belial filij qui. 318
Bella qoænam rex iuſtè agere poteſt. vide Rex.
Belli inferendi aliquando author eſt Deus, etiam ſi victoriam non largiatur. 530.
Belli reliquię diſſipandę. 1360
Bello Deus vtitur ad confirmandum Saulis regnum. 1360
Bellica virtus Reges maximè commendat, 1301.
Bellorum rationes. 1306
Bello capti apud antiqoos ſeruire cogebantur, apud nos pretio redimuntur. 572.
Bellum nonnunquam indicebatur ſublatis vacationibus. 1341
Benedicere in ſcripturis nonnonquam pro maledicere. 496
Benedictio menſæ apud Iudæos. 1127. b. 1128. a. 1132. d.
error Vermilij circa Benedictionem aquæ luſtralis, & ciborum, confutatur. 1130.d. ad 1132. d.
Benedictio Eccleſiaſtica quid ſit. 1132. a

ſine Benedictione cibum ſumere peccatum eſſe dicunt Iudæi. 1133.a
variæ benedictiones epulares Hebræorum. ibi. b.c.d.
Modus benedicendi, eleuatis manibus, apud eos in vſu fuit. ibi.d
Benedictionis duplex genus. 1134.b.e
Benedictioni aderat ſignum crucis, etiam primis Eccleſiæ temporibus. ibi.b.c.d
Benedictiones Eccleſiaſticæ. 1471
Benedictionis multiplex vſus. 354
Benedicendi ritus à Deo imperatus. 355
Benedictiooes Pelagiani reprobabant. 355
Benedictiones maximæ quales. 61.e
Beneficia Eccleſiaſtica Symmachus Papa primus inſtituit. 1113.a.b
Beneficiorum magnitudo auget ingrati animi vitium. 417
Beneficij rationem auget priſtinæ calamitatis conſideratio. ibidem
Beneficia Eccleſiaſtica à quibuſdam vēduntur, non ſacerdotia. 418
Beneficium indignis collatum eripitur. 428
S.Bernardi encomium. 689
Bethel, Bethaue, Luza idem. 1520
Bethchar quis ſit locus. 535
Bethſames. 785
Bethſamitarum plaga. 754
Bezech quis locus. 1346
Bezech myſterium. ibidem
Bethſamitarum curioſitas emendanda erat, eùm ob temeritatem plexi ſunt, non autem arca abdicanda. 804
Blaſphemiæ crimen eſt Deum difficilem ac moroſum ſuſpicari. 804
Bobus olim aliqui vtebantur ad publicum curſum. 1093.a
Bobus iunctis Carolus Magnus iter faciebat. ibid.
Bodini temeritas & imperitia. 983
Bodinus arguitur. 627
Bodinus item arguitur. 630
Bombycij mutationes. 44
Boni & mali ex bona ſcola prodeunt. 408
Boni iudicis conditiones quatuor. 1403. 1404.
Boni & mali à quibus honore afficiuntur. 431.
Bonum verum in quo conſiſtit. 432
de Bonis Eccleſiaſticis quid ſenſerint noſtri maiores. 581
Bonitas quæ expectatur à populis. 1474
Bonorum conſpicuus malos arguit. 471
Bonorum preces exaudire pollicitus eſt Deus. 217
Bonorum ſpiritualium duplex genus. 217
Bonorum malorumue ſocietas quantum momenti habeat. 913
Bonum ſimpliciter. 531
Bonum ſecundum quid. 532
Bonum virum rotundum eſſe ait Horatius. 1086. d. quadratus item dici poteſt. 1087.a,b,c,d
Bos aratorius oe pignori caperetur aut ſtaretur olim cautum eſt. 1340
Bos aratorius curſui publico ne ſeruiret prohibitum. 1340
Boum ſectio à Saüle facta. 1340
Boum variæ diſtinctiones. 780
Bos commendatur. 781
Boum multa. 1343
Brachium ſacerdotium denotat. 434
Briſſonius doctiſſimos Præſes tabulis teſtamentariis S. Remigij ſuas formulas illuſtrauit. 993
Broderus filius à patre Danorum rege mortis ſupplicio quomodo eripitur. 293
Bruta animalia quam ob cauſam pœnæ ſubiiciantur. 1344
Buccina ex metallo vel cornu. 1509
Bulla Martini ſuper veteri Galliarum conſuetudine de tuenda poſſeſſione beneficij. 673.

C

Caath filius Leui 73. filiorum eius officium. ibid.
Cæci poſſunt eſſe iudices. 479
Cæci qui olim in aciem prodierint. 1705
Cæremoniarum multitudinis ratio. 324
Cæſaries. Vide Coma.
Cęſares quomodo olim initiabantur. Vide, Reges.
Calamitas ſegetum. 741
Calamitates extraordinariæ iram Dei portendunt. 748.
Deos Calamitates denuntiat antequam eueniant. 414
Calamitatis conſideratio auget beneficiorum rationem.
Contemptum Dei adducit abundantia. 416.
Calamitates publicæ quam cauſam habeant. 777.
Calamitates à Deo immittuntur. 491
Calamitatum publicarum remedia. 777
Caligare quid. 478
Caligo oculorum cœcitatem cordis indicat. 479.
qualis primus ille Calix, de quo Luc. 22. 1130. c,1133.b.
Caloris multiplex differentia. 1338
Caloris iræ & amoris differentia. 1339
Calomnia Vermilij in ſedem Apoſtolicam & Euchariſtiam. 543
Calumnia quid. 1398
S. Caoutus quid fecerit militibus deficientibus, 1534.
Candelabri lucernæ ſeptem, ſeptem referunt dona Spiritus ſancti. 483
Cādelabri aurei cum ſancto Spiritu allegorica comparatio. 483
Candelabrum cur lucernæ in templo impoſita erant quale erat. 483
Canere in Eccleſia cur vetentur mulieres. 193.
Cani à poero multi non tamen prudētes. 1495
Cani à pueritia. 1386.& ſeq.

de Canitie. 1387.& ſeq.
Canities quid ſit. 1388
Canities ad laudem ſenectutis pertinet. 1388
Canones pœnitentiales veteris Eccleſiæ. 770
Canticorum Annæ & Mariæ comparatio. 272
Cantores olim virtutis ſtudioſi. 1242
Capilli vnde naſcantur. 168
Capillis pilis ſeu villis abundant quæ ad perniciem hominum natæ eſſe videntur. 168
Capitalia iudicia noui Teſtamenti ſacerdotes exercere non poſſunt. 610
Capitatio, capitalis illatio quid. 1034. c. Eiuſdem exempla. ibid. & d. Earum imponendarum ratio ex imminentis periculi magnitudine ſumenda eſt. ibid. d
de Cappa ſancti Martini. 550
Cappellani vnde dicti. 551
Capſæ quid & vnde. 781
Caput porcinum verbum militare pro cuneo. 1580.
Cacabus. 325
Carceres ſoluti hebdomada magna. 1364
Cariathiarim quæ eſt Cariathbaal ciuitas ſaltuum. 806
Carnibus elixis veteres vtebantur. 325
Carnis infirmitas cælibatui præiudicare non debet. 696
Carnes elixæ an aſſæ præſtent. 316
Caroli 8. Franciæ Rex S. Franciſci de Paula precibus hoſtes ſuperauit in Fornuenſi prælio. 851
S. Carolus Mediol. Archiepiſcopus laudatur. 872. d
Carolus 5. & 8. Francorum Reges Iuſtitiæ officia mercari vetuerunt. 927
Carolus 7. primus Regum Franciæ tributum impoſuit. 1029
Carolus Caluus imperator vnctione delibutus eſt. 1192. e
Caroli quinti vnctionis imperatoriæ deſcriptio. ibid. e. d. 1193. a. b
Carſamarios. v. Eunuchus.
Caſleu Hebræorum menſis. 758
Caſtitatis ſtudio Origenes, & alij ſeipſos exeuerunt. 1043. b
Caſtra quid. 533
de Caſtrorum forma, antiquitate & vſu 534
Caſtra quot modis muniri poſſunt. 534
Caſtrenſis oratio. 1347
Cauſa deficiendi non efficiendi in peccato quærenda eſt. 392
Cauſæ veræ peccati in nobis ſunt. 393. 394
Cauſas cognoſcere pietatis ergo ad laudem pertinet Eccleſiæ. 632
Cauſas cognouerunt viri ſanctiſſimi. 6,2
Cayphæ vaticinium prophetia non omen eſt. 1646.
Cecidiſſe retrorſum res eſt mali ominis. 599
Cedentis vota quis excipere valeat. 907. d
Ceremonia pulueris ac ſciſſæ veſtis in luctu. 588
eiuſdem Ceremoniæ tropologia. 589
Ceremonias Eccleſiæ Reges præſcribere non poſſunt. 659
Celebs vita vt in bonis haberi poſſit religione conſecranda eſt. 182
Celibas Galliæ principatum obtinens à ciuibus ſuis interfectus. 990
Cenſores, apud Romanos, murra, & vnguentis delinebantur. 1190. b
Ceruæ cur abſque cornibus, de hac re faceta fabula. 120
Ceruicis deſcriptio. 599
Cibi ſumendi quatuor fuere antiquis tempora. 1126. b
Cœnæ tempus, & vnde ita vocata eſt. ibid. c.
Cœnabant Romani cum amicis, ſumpto prandio ſeorſim. ibid. Prandium pro cœna veteres accepere. ibid. c. d
Cicadarum mares beati, fœminis nihil vocis ineſt. 119
Ciconiæ ruinæ præſagium. 598
Circulus figura eſt inter cæteras maximè vna. 1084. a. à numero ſenario maximè diuiditur. ibid.
Circitores. 1357
Chanaan ob paternam irreuerentiam à patre Noë addictus. 1047. a
Character Sacramentorum. 809
Characteres, aut nomina, ſuapte vi, aut Dei inſtitutione, præter Sacramentalia, vim nullam habent ad patranda miracula. 1183. a. ad 1185. b
Charitas excuſat potius quàm cogat ad principatum ſuſcipiendum. 1286
Charitas abſentes copulat. 315
Charitatem naturalem diuina lex numquam damnauit, ſed ordinauit. 786
Carolus Magnus quanta Apoſtolica authoritate fultus fuerit. 584
Chelidonium hirundinibus cæſis viſum reſtituit. 1705
Cherubim in Scripturis quid ſignificent. 552
de Cherubim gentilium figmenta. 554
Cherubim ſignificatio ambigua. 556
ſuper Cherubim ſedere quid ſit. 557
de Cherubim Arcæ allegoria. 517
Chilpericus Galliæ Rex punitus ob tributum iniquè impoſitum. 1060. a
Chriſtiani nominis laus & encomium. 1396. 1397.
Chriſtiani ſeruare tenentur leges Eccleſiaſticas. 992
Chriſtianum deceatne vultu immutari. 220
Chriſtianum triſtitia quæ deceat. 221
Chriſtianus Chriſtiani omnes quo pacto dicantur eſſe Sacerdotes. 98. d
Chriſtianorum actiones in quibus hæret lethalis culpa Eccleſia diiudicat. 643
Chriſtianus laicus Eccleſiaſtico & ciuili foro ſubiectus eſt. 644
Chriſtianorum ſub Turcarum poteſtate ſeruitus & conditio duriſſima. 1001
Chriſtianorum antelucani Conuentus. 718
Chriſtianis olim initio ſanguis prohibitus, & quare. 1718. 1720
Chriſtianorum fidem gentiles olim explorabant botulis ſanguine diſtentis. 1719
Chriſtus finis librorum Regum. 8
Chriſtianorum militum Sacramentum. 1686
Chriſtianis olim illicita Romana militia. 1686

multo magis iiſdem pro hæreticis pugnare prohibitum 1868. & ſequentibus.
Chriſti ſequacium leges. 1349
Chriſti fides ſaltem implicita ante eius aduentum Iudæis neceſſaria fuit. 505
Chriſti mors qua ratione in veteribus ſacrificiis foit adumbrata. 506
Chriſti aduentus quomodo colligi potuit à veteribus. 506
In Chriſti nomine veteres orarunt. 507
Chriſto conuentio nulla cum Belial.] 275
Chriſtus quare oleo viſibili vnctus non fuit. 1199. a. b.
Chriſtiani chriſmate olim inungebātur. ib. c. d
Chriſtus Chriſti quis. 314
Chriſti caro eſt panis Euchariſticus. 563
circa Chriſti Domini pactū terror Armeniorum. 233
Chriſtus de ſtercore erectus ſoliū gloriæ tenet. 300.
Chriſti corpus in pluribus locis ſimul. 303
Chriſti & aliorum hominum affectus differunt. 1530
Chriſtus fuit agnoſcendus in Prophetis. 473
Chronologia turbata eſt 14. & ſequentibus.
S. Chryſoſtomi celebre dictum. 677
S. Chryſoſtomus ſatisfacere cogit Paulacium repetundarum accuſatum. 645
S. Chryſoſtomo adeſt Angelus contra vim Imperatricis. 645
S. Chryſoſtomus ait menſam noſtram aquilarum eſſe non graculorum. 796
Circuncifionis tropologia. 1617
Circuncifionis inſtituendæ rationes. 1618
Circunciſio ſignum fœderis. 1619. eius contemptus apud Hebræos exitialis habitus. ibid. Cur fieret 8. die 1620. ea tempore Meſſiæ non carnaliter, ſed ſpiritualiter implenda. 1620
Circunciſi quod eſſent maximæ laudi ducebant Hebræi. 1616
Circunciſio ſignaculū diſtinctiuum Hebræorum ab aliis gentibus. 1616
Citharæ vſus in conuiuiis. 1236. 1237
Citharæ & pſalterij differentia.
Citharæ genus multiplex. 1237
Citharæ repertor & inuentor. 1237
Clades diuinitus factæ Deo ſcilicet per monſtra quædam & oſtenta pugnante. 1680
Clades eſt iuſtis pro corona, reſipiſcentibus veniam impetrat, pertinaces vlciſcitur. 576
Cladis acceptæ nuntius principem adire debet. 591
Clamor militum in acie quando & ad quid neceſſarius. 1679
R. P. Claudij Saraceni memorandus obitus. 603.
Claues à Chriſto, ſæculi poteſtatibus non ſunt datæ. 660
Clemens quis. 1367
Clementia Principum propria ſicut priuatorum manſuetudo. 1367
Clementiam vbi, & quando Reges Iudæorum exercere poterant ex Vermilij ſententia. 1367.
Clementiæ definitio. 1368
Clementia Dei maxima. 1431. 1432
Clementia Principis decus & præſidium. 1363
Clementiam debent pop. rectores ſeueritate miſcere. 1684
Clericatus regni ſpem adimere creditus. 615
Clerici vxores dimittebant priuſquam ordinarentur. 697. & ſeq.
Clerici quare radantur. 166
Clericis negotium faceſſentium cauſas cognoſcere poteſt Eccleſia. 644
Clericos à ſolis Pontificibus Deus ordinari voluit. 655
Clodouei victotis omen. 1649
Clodoueus Regum Francorum primus Chriſtianus, primus etiam inunctus fuit. ibid. Vide Regem.
Clotildis Reginæ oratio adiens ſepulchrum B. Martini. 859
Cœlibatus Sacerdotum. 692. 693. & ſeq.
Cœlibatus ab Apoſtolis inſtitutus. 693
Cœna pura Iudæorum. 859
Cogitatio explicatur. 1631
Cognitio Dei duplex, ſimplicis intelligentiæ & viſionis. 157
Collectarum extraordinariarum cauſæ quæ, 1033. d. Species. 1034. a. d.
Collegia antiquiſſima pro puerorum educatione. 264
Collegia olim in Monaſteriis. 265
Columbæ ad ſolem colores variantis deſcriptio. 44
Comam alicuius primus tondens olim pater ſpiritalis efficiebatur 1664. Variis modis olim tondebant antiqui. 164. Quare Monachi & clerici non nutriant. 166.
Comas ſuas quanti fecerint Lydi. ibid.
Coma prolixa regiæ ſtirpis inſigne apud Francos. 165. Ptolixa homines amicis ſpecioſiores, inimicis verò terribiliores dedit. 166. Protenſa ſignum ſeruitutis & effœminati animi. 167. Reſecta ſignum principatus & poteſtatis. ibid. Protenſa Nazaræorum legis antiquot velamen ſignificabat. 167
Comitia Hebræorum. 828
Commentum Vermilij de auguſtiſſimo Euchariſtiæ Sacramento refellitur. 1221
Comparatio lepida & elegans. 1314
Communio Chriſtianorum an ſolo ſigno differat à communione priſcorum patrum. 105. d. & ſeq.
Concentus pſalmorum ab Apoſtolo gladius ſpiritus vocatur. 1236
Conceptus ſigna quæ. 255
Conciliis quantum Imperatores detulerint. 665.
Concubina à meretrice differt. 1016. à pellice etiam. 1016
Concubinæ quænam permiſſæ, quæve prohibitæ. 1016
Concubina quid ſit. 85. e.
Concubinæ pulchritudo non ipſa mulier diligitur. 83. e.
Concubinam habere coniugatis apud Romanos non licuit. 83. c.
Concubinarum genus duplex. 1016

Digitized by Google

Concupiſcentia tropologicè intelligitur per petram Boſes, id eſt primatus. 1614
Conditiones quatuor iuſti iudicia. 1403. 1404
Confeſſio peccatorum, & ſacra communio eam procedere debent. 1193.c
Confeſſio delicti. 1429. 1430
Confidentes nimium in miſericordia Dei culpabiles ſunt. 520
Congiatiæ populo largiri ſolita. 1303
Coniector primũ inquirit quid quæratur: propheta verò indicat. 1145.a. & 1146. a. b. c.d.
Coniugum amor debet eſſe perpetuus. 114.d
Coniuratio quid. 1341
Connubia deorum gentilium. 824
Connubio etiam honorabili præferenda continentia. 230
Contad, & Carl. quid ſignificent. 237
Conſcientia quid ſit. 904.c. ad 905.b
Conſcientiam Græci συνείδησιν quare nominant. 904. d
Conſcientia Hebræo nomine לב *leb* vocatur, id eſt cor; & quare. ibid.
Conſcientia qua ratione dicatur bona. ibid. 905. b. & qua ratione vera. ibid. d. ad 907.b
Conſcientia bona non alia eſt à vera. ibid.c
Cooſcieotia quomodo aſſumenda. 906.d
Conſilium res diuina eſt. 1110.b
Conſolatio miſerorum eſt habere pares. 1066. c. d.
Conſtantia Sanctorum Epiſcoporum in retinenda dignitate. 964
Conſtantini Magni pietas. 1313
Conſuetudines Anglicanæ. 648. & ſeq.
quibus Conſultorib. vtendum ſit. 1164.d
Contemnendus nemo eſt. 1153.d
Contemplatio tribus animæ motibus definitur. 34. 35. 36
Contemplationi ſeruiunt artes & ſcientiæ. 35.
Contemplatio magnam voluptatem affert. 36
Contemplatio & actio ſunt duo ſcopuli montis religionis. 64. d. quæ cum actione neceſſaria ſociatur pluris eſt habenda 66. c. actioni præſtat. ibid.
Contemplationẽ deſerere vt vacetur actioni neceſſariæ & vtiliſſimæ laudabile eſt. ibid.
Contemptus munerum. 1398
Continentia nuptiis præſtat. 80.d
Contingens quid dicatur. 1209
Contingentiæ fundamentum duplex. 1209
Cootingentia libertatis quomodo ſtet cum immotabilitate prouidentię Dei. 1217. 1218
Contrahentium vitia poſſunt Epiſcopi cognoſcere. 644
Conuerſio non fit niſi pręcedat vocatio. 487
Conuentio & promiſſio. 1413
ritus Conuiuiorum, ſeu agaparum quę inter priorum temporum Chriſtianos ſtruebantur. 1128. a. Earundem ſtatuta, loca, & tempora. ibid. b. & 1130. b. Cauſæ earundem. 1128. c. d.
Conoiuia publica in natalitiis Sanctorũ quando & quare agitari cœpta. ibid. d. & 1129. a. b. 1130. a. b. Et pauperibus in exequiis, & funeribus. 1129. c.d. Item in dedicationibus Eccleſiarum. ibid. Quomodo in conuiuiis tranſigendum ſit, & cum quibus. 1166. a.
ordo Conuiuarum inter Hebræos, Spartiatas, & Romanos. 1153. d. 1154. a. b. c. Quinam apud Romanos in conuiuiis iis dicebantur ſummi, medij, & imi. 1154. b.
Conuiuarum legitimus numerus quiſnã eſſe debeat. ibid. b.c.
Conuiuia apud veteres ſacra erãt. 1157. b. In illis non ſerui, ſed ingenui miniſtrabant. ibid. In iiſdẽ ſua cuique pars diſtribuebatur. 1158. b. c. d. à quonam. ibid. c.d
Conuiuia dicta αἰ σίτοι, ἀπὸ τῆς ἰσότητος, id eſt, ab æqualitate. ibid. d.
Conuiuij diribitor dicebatur ciborum diſtributor. ibid. c
cœnæ ſacræ apud Spartiatas duplex genus fuit. ibid. c. virtutis, & dignitatis, in conuiuiis etiã olim ratio habebatur. 1159. d. 1160. a cõparatio inter conuiuia priorum Chriſtianorum, & ethnicorum. 1160. b. c. d
Conuiuium olim cur à Chriſtianis ἀγάπη dicebatur. ibid. c. In Creta erant duo cœnacula deſtinata conuiuiis. ib. d. In ſacris Iudæorũ cõuiuiis nullus cõfabulationi dabatur locus 1127. b. Aliquot eorum circunſtantiæ notandæ. ibid. c. Ritus eorum, ritibus Conuiuiorum Romanorum perſimiles. 1127. c. In maioribus Iudæorum feſtis duplex cœna præbebatur. ibid. c.d
Conuiuium fuere factum Saüli à Samuele epulę illę, quę ſacrificium dicuntur, & quare. 1122. a. ad 1123. c.
Conuiuia antiquorum rarò ſine ſacrificiis, & è conuerſo. 1123. b. & 1124. d
Conuiuiorum finis generatio, amicitiæ vel confirmatio erat. 1123. b. c. d.
item aliæ Conuiuiorum legalium. 1124. a.
epulæ Conuiuarum multitudine inſignia. ibid. a. b. Tres collegium repræſentant. ibid. c.
Conuiuium, conuiuia ſacra in fanis gentilium. 104. d.
Conuiuiorum præſides olim habitæ. 103. b
in Conuiuiis optima pars eminentioribus apponebatur. 103. b.
in Conoiuiis inimici reconciliabantur. 105. b
Copiæ mediocres immodicis vtiliores. 1349
Coquere caloris operatio non frigoris. 481
Coquinariæ artis laus, & præſtantia. 1157. c.d. 1158. a. b.
vocis Coram varia & moltiplex explicatio. 470
Cor linguam habet. 190. b.
Cor & cerebrum victimæ cur Deus olim non requirebat. 102. a.
Cordis maior facundia quàm oris. 187. c.
Cordis oratio præſtantior oratione vocali. ib. & 190. b.
Cordis mutatio intelligenda. 1257
Corde magno timidiſſimi. 1287
Corda hominum qua ratione Deus promoueat. 1299
Cordis præputium. 1617
Cordis circunciſio. 1617
ex familia Cornelia oriundi aſini vocati ſunt. 1092. a.

Digitized by Google

Correctio fraterna quid. 374
Correctione fraterna quomodo vtendum. 376
A correptione fraterna cur abſtineamus. 499. & 500
Cornu ſalutis quid. 314
Corporis pulchritudo ſeu ſpecies, quibus conſtet. vide Species. Digna eſt imperio. ibid.
Corpori inuſta macula cùm ſcelus abeſt nihil ad infamiam pertinet. 1312
Corporis & animæ indiuiſa ſocietas actionum. 188
pro captiui Corporis redemptione quid antiquitus ſoluebatur. 572
Corpus in cineres ſolutum vix vncias quinas facit. 24
Corpus animalium quare fluuius dicitur. 25.
Cramni rebellionis infœlix exitus captato ex Scriptura omine confirmatus. 1650
Craſtini commendatio. 1351
Creaturas adorare quomodo poſſimus. 95. c. & ſeq.
Creatura ſubmitti debet Deo. 518
Creſcere quomodo oporteat. 521
Crinem exectum miſiſſe ſeruitutis & fidei ſymbolum fuit. 633
Crucis ſignum pedibus conculcari vetant impij. 738
Crux militibus in acie prælata. 550
Crux Domini cornu iuſtorum. 270
Crudelis quis. 1366
Crudelitas Xerxis in Pithium. 1002
Crudelitas noxia Principi. 1361
Cuiacius referens ad leges tantum caducarias id quod dicimus principem legibus ſolutum eſſe, refellitur. 998
Cultus imaginum qualis. 724
Cultus Dei & Martyrum quàm diuerſus. 730
Cultus Dei prima ratio eſt quæ haberi debet in inſtauranda republica. 823
Cunerius imperitia ſua Eccleſiaſticis argumenta ſuppeditat. 615
Cupiditas omnium malorum eſca. 1147. b. c
Curioſitas noſtra malum, ſi quod inſtat non ſunt ignoremus. 513
Curioſitas periculoſa Palæſtinorum & Bethſamitarum. 795
Curioſitas eſt nimium ſtudium cognoſcendi res interdictas & parergas. 797
Curioſitas quando menſuram excedit vocatur concupiſcentia oculorum. 799
Curioſitatis ratio triplex i. circa finem, obiectum & modum. 799. & 800
Curioſitas duplex ſenſus & animi. 799
Curruum bellicorum vſus 1515. ingens numerus. ibid.
Curruum falcatorum vis. 1517. contra currus falcatos remedia inuenta. 1517
ad publicum Curſum olim aſinis aliqui, camelis inter equites Armenij, alij bobus vtebantur. 1093. a.
Cuſtodia corporis principi neceſſaria. 1009
S. Cypriani de hæreticis iudicium. 563

D

DÆmonia nullum habent nomen ſingulatim. 722
Dæmones vana & inania rapiunt ad ſe, cùm in ſuperſtitionem deducuntur per conſecrationis obligamentum. 722
Dæmon inſidiatur nobis præcipuè circà dies feſtos, & dum oramus, & cùm aliquid bonũ opus aggredi volumus. 128. & ſeq.
Dęmon quibus artibus religionem oppugnat. 850
Dæmon quæ in corde patent non nouit, ſed ſapienter coniicit. 1145. Deus ſolus ea nouit. ibid.
Dagon quare ante arcam deciderit. 719
Dagonis hiſtoria tropologicè exponitur. 719.
Dagonis nomen vnde, & quæ huius Idoli figura. 74
Dagon quale numen pluribus diſputatur. 714. & ſeq.
Dagonis limen. 377. & 378
Dagonis trunci myſtica expoſitio. 712
Debaſch דְּבַשׁ & טַפְשׁ *tapaſch* cognatio. 1700
Debiti naturalis origo. 1412
Debiti duplex ratio. ibid.
Debitum iuſtitiæ ex Dei miſericordia naſcitur. 1412. 1413
Decimas decimatum ſuarum Leuitæ ſacerdotibus offerebant. 97
Decimæ poſſunt exigi à regibus vrgente temporum infœlicitate. 1024. 1025
de Deditione num intra certum diem liceat paciſci. 1315. & ſeq.
Defectionis animi cauſæ. 1710
Democratia laudatur. 1292
Democratiæ triplex onus. 1072. Illic Monarchia liberat. ibid.
Denarij numeri perfectio & dignitas. 139
Dauid an Semei Ioab, Abſalonem, &c. abſoluere potuerit. 1368
Denarius diurnus quid. 116
Deſertorum pœna. 740
Delicti confeſſio. 1429. 1430
Democratia fons aliarum gubernationum. 982
Detrahendi libido expleri non poteſt. 127
Dei clementia in nos & Iſraëlitas. 1431. 1432
Deus non tantùm ſuos periculo liberat, ſed etiam timorem abſtergit. 1433
Deus qua ratione deſeri poſſit. 1430
Deus ſolo amore nobiſcum iungi poteſt. 1431
Deus in promiſſis verax. 1414
Deus non poteſt propriè dici cauſa peccati. 393
Deus ad actionem phyſicam peccati concurrit. 391
Deus quomodo poteſt dici author peccati. 392
Deus peccantibus aufert gratiam, non peccaturis. 392
Deus non ſine cauſa collatam gratiam ſubducit aut imminuit. 392

Deus malitiam non inſtillat. 394
Deus ſapientet malis vtitur ad bonum. 395
Deus non vult mortem peccatotum. 387
Deus mottem non fecit. 388
Deus quomodo fecit mortem. 389
Deus abſque cauſa noo infert malum. 389
Deus peccata regit,& quo fine. 396
Deus dici poteſt elicere actum malitiæ quæ in corde latet, & qoa ratione. 396
Deus noluit homines confirmare in gratia, & quare. 398
Deus diuerſa ratione noluit & voluit populo regem dare. 976
Deus in bonis & malis regibus regnat. 973
Deus colitur aut contemnitur io perſooa magiſtratus aut prophetæ. 967
Deorum gentilium connubia. 824
Deus quætit pœnitentem non eloquentem. 840
Deo ſoli peccat rex & populus. 848
Diſcipuli Prophetatum Scribæ vocati. 1227
Deus eſt finis hominis 77. eſt ptæſeotiſſimum omnium malorum remedium. 148
Dei cognitio duplex, ſimplicis intelligentiæ & viſionis, vide Cognitio Dei.
Deus pœna talionis boſtes ſuos vlciſcitur. 739
Dei propria quæ dicantur,& quæ hominum. 476
Deus ſoli comparatur,cui luminis ſui effuſio non officit. 476
Deus peculiari ratione incolit ea loca quorum poſſeſſionem adeptus eſt. 477
Deus Pater per oraculum tabernacoli deſignatur. 483
Deus Filius per menſam tabernaculi deſignatur. 483
Deus Spiritus ſanctus per Candelabtom. 483
Deum recordati aut obliuiſci quid ſit. 228
Deo inuitus nemo dedicandos. 249
donis ſuis Deos anteponendus. 277
Deus ſolus Sanctus naturâ & efficientia. 278
Dei ſanctitas parem noo habet. 278
Dei eſſe proprium. 284
Deus cur fortis dictus ab Anna. 284
Dei potentiæ conſideratio. 284
Deus petra cur dictus. 285
Deus quomodo omnia eminenter continet, ſimile. 285
Deus ſcientiarum Dominus. 287
Deo nihil poteſt obſiſtere. 289
Deus mortificat & viuificat. 293
Deum neſcire, eſt negligere. 319
Deo fœneratur quis? 357
Deus & Dei nomen idem. 1468
Deus non ira facile placatur. 383
Dei manos quid. 1449.
Dei amot ex toto corde non eſt quid ἀδύνατον. 1465. 1476
Deus promiſſa complet. 1468

Deus quomodo iuret in iudicio & iuſtitia & veritate. 1469
Dei amori, neutra legis tabula conttaria. 1477
Deo ex toto ſeruire quomodo poſsis. 1476
Deo qui paret regnum ætetnum adipiſcitur. 1556.
Deo omnia negotia commendanda, maximè verò pugna bellica. 1553
Deus ſtat ptomiſſis. 1552
Deo quæ reproba ſuot, regi qoæ optima offeruntur. 1147. 1148.
Dei ptopria eſſe cenſentur quæ in Eccleſiam collata ſunt. 624
Dens iuratæ fidei aſſertor & vindex. 610
Dei ſolius eſſe eſt ſemper eſſe. 25
Deus à ſeipſo verè eſt, & qoomodo. 26
Deus à ſeipſo tantùm perfectè comprehenditur. 36
Dei imago vbique impreſſa eſt. 38
Deum omnia prædicant. 39
Deus reges eſſe voluit, & qua ratione. 962
Dens quoſnam ad honotes, & dignitates eligere ſoleat. Vide, Eligere.
Deus quandoque regnare facit hypocritam, propter peccata populi ſui. 911.b.c.d.
Deus patienter nobiſcum agit. 488
Deus neminem immeritò punit. 492
Deus non eſt ab æterno Dominus,ſed ex tempote. ● 517
Deus non ſemper fuit iudex. 517
Deus non tefertur ad creaturas. 518
Deo ſubmitti debet creatura. 518
Deus quicquid agit eſt bonum. 510
Deus qua ratione hominū corda permoueat. 1299
Dei eſt robur tribuete. 1312
Deus non eſt tentandus. 1315
Deo digna imago nulla conſtitui poteſt. 555
Deus vnus. 565
Deus qua ratione cum hominibus conuerſetur,& ab hominibus intelligatur. 565
Deo noua conſecranda. 779
Dei præſentia diabolum deiicit. 719
Deo actiones noſtræ omnes inſeruiunt. Vide Prouidentia Dei.
Deus quærentibus ſe obuiam venit: imò primum profectionis articulum præueoit. 1135
Dei ridere quid ſit. 1139
Deus quàm benignè ſuis autem tribuat. 1076.
Deus aute Reges quomodo regnare dicebatur. 1373
Rationes 20. cur Deus non ſtatim det quod dare decreuit. 1097. vſque ad 1101.
Deus vnus,ſed non ſiogularis. 568
Deus non poteſt pluraliter efferti pto vero Deo. 569
contta Deum oiti temeritas eſt. 570
Dei nomen tetragrammaton,& eius myſteria. 1270. & ſeq.
Deus vtitur quibuſlibet iuſtitiæ ſuæ miniſtris. 527
Deus qua ratiooe malos ad malom inferendum incitet 527

Deus ſe tandem vlciſcitur. 717
Deus dat vim legibus. 1345
Deus ſolus vnus eſt, quomodo & cur. 41. quidnî, &c. ibid.
Dei præſidium nobis ſemper neceſſarium. 1149
Deo autorem qui remp. capeſſit bono animo eſſe deber. 1250
Deus luci comparatur. 1256
Deus etiam ſi belli inferendi authot ſit, non tamen ſemper victoriam largitur. 530.
Deus ſolus bonus. 521
Deo oblata cumulata eſſe oportet. 781
Dei iuſtitia & fauor naturali ſenſu agooſcitur. 746
Dei ira extraotdinariis calamitatibus portenditur. 748
Dei iuſtiria neminem palpat. 749
de Deo ſuperſtitioſæ ethnicorum opiniones. 769
Deus clamorem laborantibus indidit. 1417
Dei iuſtitia diſtributiua. 1411
Deus qua ratione debitot conſtituatur. 1414
Dei ius infinitam nullam exeeptionem patitur. 1415
Deus quomodo dicatur anr negetur patiens. 578
Deo qui ſacta vſurparent diræ execrationes in eos. 587
Deus quare ſacris sebus minimè parcat. 596
Dei præſentiæ multùm veteres tribuerunt. 705.
Deus gloria noſtra. 705
Dei præſentia vrbibus ptæſidio fuga ruinæ. 709. & ſeq.
Dei opera non ſunt iudicanda. 744
Dei vultus duplex. 744
Deus calamitates denunciat antequam eoeniant. 414
Deus ſententiam reuocat, ſed non mutat. 419.
Dei promiſſionum duplex genus. 429
Deus cur honote afficiendus. 430
Deus ſuo ſemper tempore promiſſa completurne. 444
Deus pœna talionis in contemptores ſuæ maieſtatis animaduertit. 445
Dei mira perſpicacitas. 537
Dei iuſtum iudicium. 537
Dei placandi certiſſima ratio. 543
non deflectere ad dextram vel ſiniſtram quid ſit. 545
Deus non aſpernatur oblationes voluntarias. 546
Deus nobis ante oeceſſitatis tempora eſt colendus. 548
Deo & hominibus placere debemus. 471
Deorum nonnullos apud veteres [illegible] 715
Deorum ſimulacra ab etbnicis in caſtris habitant. 549
vtrum Deos pto vero Deo dicere valeamus. 566
Dextra quæ, quæ ſiniſtra nobis cauenda. 787
Diabolus primo quoque tempore occupandus. 719
Diabolus recens conuerſis imminet. 1465
Diabolus nobiſcum bellum gereotis typus 1582
Diaboli verè pœnitentes variis modis laceſſit. 850
Digamia crimen horrendum. 81
Digamus primus Lamech fuit. ibid.
Digami cuiuſdam Miniſtri faeeta hiſtoria. 83.
Diei etymon. 1354
Diei varia definitio. 1354
Dies numerandi varia ratio. 1355
Diei noctiſqne partitio apud Antiquos ſimplicior. 1359
Diei partium nomina apud Hebræos. 1359
Dignitatum Eccleſ. inueſtitura, electio, &c. ad quos pertineat. 669
Dignitates Eccleſiaſticas à Principibus conferri viri Sanctiſſimi non permiſerunt. 675. & ſeq.
Dignitates Eccleſiaſticæ ſunt præmia meritotum. 890. d. 891. a. b. c. d
Digni electio, omiſſo digniore, vtrùm valeat. vide, electio.
Diligentia commendatur. 718
Diligentibus Deum omnia cooperantem in bonum. 1121. d
Deus vocatur Dominus Sabbaoth, quòd actiones noſtræ inſeruiant illi, quaſi milites Imperatori. ibid.
Deus vnà cum miniſtris ſuis operatur, & facere dicitur quæ pet ipſos facit. 1189. a. b.
Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. 475
Diluculum quid. 718
Dimenſio eſt pedibus facta à Budæo. 535
Diræ & execrationes in iniquos iudices. 958
Diſcrimen inter promiſſionem & conuentionem. 1413. 1414
Diſtributor ille dicebatur qui in conuiuiis partes diſtribuebar. Vide Conuiuium.
Diuerſorio ſimile eſt cor peccatoris. 43
Diuinæ indulgentiæ, & ſeueritatis Eccleſiaſticæ ratio diuerſa. 437
Diuinæ perſonæ tres res ſunt. 568
Diuinatio quæ licita, & quæ illicita. 1644
Diuinarum rerum iactura & profanatio. 704
Diuinis vſibus quæ ſemel mancipata ſunt, non debent vltra humanis obſequiis deſeruire. 792
Diuitiarum copia contemptum Dei adducit. 426
Docti à Deo per ſe. 1159
Doctrina & veritas in rationali. 423

Doctrinam nullam patimur noſtris auribus infundi, quam non ante Romana fides prægustauerit. 679

Doctoris & Prophetæ in Eccleſia primitiua diſcrimen. 1261

Dolor fletu leuatur. 133. vocem eripit. 189

Dominatus quid ſit, & in quo conſiſtat. 1140. 1141.

S. Dominicus loricatus. 772

quænam feræ è Domini proprij dominio excidunt, cùm primùm in libertatem naturalem ſeſe receperint, & quæ non. 1089

Domini lances in caſtris pro præſidio habitæ. 550.

Dominum eſſe cum aliquo quid ſit. 522

Dominus corporum qua ratione princeps dicatur. 2003

Domum ædificare quid eſt. vide Ædificare.

in Domo ſpirituali geometrica & arithmetica proportio repetitur. 50

Dona Spiritus ſancti per ſeptem lucernas candelabri deſignantur. 483

Dona Spiritus ſancti quare numero ſeptem. 484

Donorum Spiritus ſancti vſus & poteſtas. 484

Donaria templis offerri ſolita. 775

Doni & muneris differentia. 427. 940. 941. 942

Drachma & didrachma quantùm valeat. 1115

Ducum adhortatiu qualis eſſe debeat. 572

Duities ingens malum. 1083

Duces quinam eligendi. 1164

E

EBRIETAS delet Dei imaginem. 197 c

Ebrietatis remedia varia. 198. d. 199. a. b.

Ebrius priuatim, at publicè non debet orare. 199. c

Thraces inebriabantur ſemine quodam. 202. b.

Ebrij ex vino antrorſum, ex zytho retrorſum cur corruant. 204. c

Ebrietas filias Belial facit. 207. h

Ebriam cur Heli Annam æſtimarit. 192 a

Ebriorum turpitudo atque proteruia. 192. b

Ebriis ſimiles minimè correpti aliquando viſi ſunt. 192. c

Eccleſia diiudicat actiones Chriſtianorum in quibus hæret lethalis culpa. 643

Eccleſia flagelli ius habet etſi non gladij. 647

Eccleſiæ poteſtatem in caſtigando quoſlibet agnouiſſe. 647

Eccleſiæ defenſionem iurant Reges Chriſtiani. 629

Eccleſiæ laudi eſt cauſas pietatis ergo cognuſcere. 632

Eccleſia non iudicat de feudis niſi forte priuilegio aut conſuetudine. 637

Eccleſia quemlibet de quolibet peccato mortali corripit. 637

Eccleſiæ ne ſi vituli quidem præficiantur à recto fidei tramite errare poterunt. 787

Eccleſiæ ædificandæ muri ciuitatis conceſſi. 627

Eccleſiaſticis iudicibus abrogari non poteſt imperium, nec id pertinet ad capita Maieſtatis. 627

Eccleſiæ ſupremam poteſtatem in Petri ſucceſſore reſidere probatur. 682. & ſeq.

Eccleſiam conſuetudine atque præſcriptione iuriſdictionem olim in Francia obtinuiſſe probatur. 618. & ſeq.

Eccleſia habet ſuas lites & controuerſias quas ſola poteſt dirimere. 640. & ſeq.

Eccleſiæ Iuriſdictio. v. Iuriſdictio.

in Eccleſia nulla authoritas præter ordinaria. 412

Eccleſiis ac templis quæ ſanctitas tribui poteſt. 477

Eccleſiæ magiſter pro oculo eſt. 480

Eccleſiarum atria violantium, hiſtoria tragica. 371

Eccleſiarum atria nonnunquam conſecrata. 372

Eccleſiarum atriorũ nomine quid olim comprehenſum. 372

Eccleſiaſtica iudicia Imperatorum vires excedunt.

Eccleſiam eſſe inſtitutam docet Scriptura traditionibus non Scripturis. 545

extra Eccleſiam nulla ſalus. 53. a

in Eccleſiam liberalitate regni opes non immuni. 626

Eccleſiæ tradendi ſuas res formula vetus. 582

Eccleſia Chriſti eſt non Petri, non Regum, aut cuiuſlibet hominis. 464

Eccleſiaſticæ ſeueritatis, & indulgentię diuinæ ratio diuerſa. 437

Eccleſiaſticarum dignitatũm inueſtitura, electio, &c. citra Eccleſiæ priuilegium & conſenſum non poſſunt à Principibus vſurpari. 669

pro Eccleſiaſticis ordinationibus quid perſoluere iubent Imperatores. 456

Eccleſiaſtica beneficia à quibuſdam venduntur, non autem ſacerdotia. 418

Eccleſiaſticos iudices potius quàm prophanos populus voluit experiri, & quare. 618

Eccleſiaſticæ traditiones à priuatis abrogari ſine ſacrilegio non poſſunt. 544

de Eccleſiaſticis bonis quid ſenſerint noſtri maiores. 581

Eccleſiaſticos viros maximè decet hoſpitalitas. 1144. c. d.

Eccleſiaſticas res poſſidere an liceat laicis. 584. 586

Eccleſiaſticas res qui inuaduit, nec in bello fortes, nec in fide ſtabiles exiſtunt. 585

Eccleſiaſtica bona vſurpantibus quàm malè cedat. 586

qui Eccleſiaſticas res à regibus peterent, quàm diris execrationibus maiores noſtri deuouerint. 582
Eccleſiaſticæ ſporulæ, ſeu diuiſiones. 1112. b. ad 1113. b. à quo primùm in beneficia commutatæ. 1113.a.b.
Eccleſiaſtica Iuriſdictio. v. Iuriſdictio.
Eccleſiaſtici Eccleſiam ſuam appellare non debent. 464
de Eccleſiaſticis rebus ſtatuta Imperatorum quàm vim habere debent. 456
Eccleſiaſticorum iuriſdictione fiſci iura non imminui, & quàm temerarium id aſſerere. 625
Echo quid ſit. 561
Educatio liberorum difficilis. 62. b
Educationi liberorum maximè prouidendum. ibid.
Eiulantes homines feræque os in cœlum attollunt, & quæ eius rei ratio. 754
Elcana optimo loco natus, quare. 62. d. Erat de tribu Leui. 73. a. Cur duas vxores habuerit. 84. d. quare Phenennam duxerit. 85. a. Ad quem diem feſtum aſcenderit. 101. b.
Elcanæ laus maxima ex eo colligitur quod de illo dicatur, Fuit vir vnus. 55. c. Cum religioſa vita allegorica comparatio, 63. a. Genealogia deſcribitur. 72. c. Genealogia quare deſcribatur. 74. b. Maternum genus. 73. b. Quatuor progenitoribus quid ſignificetur. 76. d. Sacrificium quale. 101. d.
Elcanæ fecit Dominus ſicut Ephraim & Manaſſe. 62. a.
Elcanas religioſos dici poſſe. 63. d.
Electio præſulis vnius arbitrio poteſt committi. 672
ad Magiſtratuum Electionem, mentis, & corporis dotium conſiderationi oratio iungenda eſt. 1085. c. d
Electionem digni, omiſſo digniore, in multis valere non poſſe. 894. d. ad 897. b.
Electionis diuinæ quæ cauſa. 417
decretum de digniori Eligendo obligat, etiã in foro exteriori. 893
Eligentes dignum, omiſſo digniori, peccant mortaliter. 892. a. 893. d. 898. d. & in ſequentibus paſſim. Et pœnis variis eligentes obnoxios facit 898. d. ad 907. b. Periurij crimen incurrunt, qui minùs idoneum eligunt: aut certè nulla eſt electio. 903. d. ad 904. d.
in Eligendo præfectos, præſentis iuſtitiæ, induſtriæ, & laboris Deus potiſſimùm rationem habet. 910. c. d. & 911. a
Eligit tamen aliquando hypocritas, propter peccata populi ſui. ibid. b. c. d
Electio digni vtrum valeat, omiſſo digniore. 892. d.
Electio, modus parandi imperij legitimus. 1290.
Electionem digni, decretum Clementis de electione, non reſcindit. 897. a. b.
ab Electione digni, omiſſo digniore, appellatio non valet. 897. c. d. & 898. a. b. c
ab Electione, ipſo iure valida appellari non poteſt. 898. a. b.
Electionis iuſtorum quinque gradus. 1562
Electum ad aliquam dignitatem quid agere deceat ſi indignum ſe reputet. 1284
Electione humana oblatum Principatum recuſare licet. 1285
Eligi optimus quiſque debet in ſuperiorẽ à religioſis. 889. c. d
Legem ferri poſſe, quæ huiuſmodi electionem abroget. 893. a. b. c. d. 897
Eligendi ſummi Pontificis ius non eſt apud Cæſarem. 671
Eligendi cleri poteſtas non eſt penes populũ. 672
Elohim in Scripturis appellati iudices. 567
Elohim quando in Scripturis ſumitur pro vero Deo. 567
Elohim cuius numeri. 560
Elohim interpretatur à D. Epiphanio Deus ſemper. 25
Elohim nominis Dei interpretatio. 383
Elenchus eorũ quo iubent Imperatores Epiſcopos & Clericos pro Cathedraticis & Iſagogicis, nec non & ordinationibus perſoluere. 455
Elul Hebr. menſis. 758
Ephod deſcribitur. 421
Ephod lapides quomodo nominentur. 421
Ephod ſacerdotis ſummi allegoria. 423
Ephod duplex. 545
Ephod quid ſignificet. 1671. Eius deſcriptio & vſus ibid. Quomodo per illud veritas agnoſceretur. ibid.
Ephraim mons & terra benedicitur. 61. d. 37
Enos nomen hominis. 410
Enos ſperantem ſignificat. 410
Enos propter ſpem maximè laudatur. 411
Ens vnum. 565
Enthroniaſtica cur ab Archipræſule Senonenſi & eius ſuffragantibus Senonenſi Archidiacono pro inſtallatione ſua perſoluuntur. 458
Epiſcopatus ſuſceptam adminiſtrationem deponi poſſe. 1248
Epiſcopalium viſitationum leges. 873. a. b. c.
Epiſcoporum inſtitutio non eſt ciuilis. 627.
Epiſcopi magnis ſolicitudinibus implicantur. 67. d.
Epiſcopi gregem ſibi commiſſum etiam vitæ periculo ſeruare debent. 68. b.
Epiſcopi officium. 67. c.
Epiſcopi perfectio zonæ torridæ comparatur. 67. b.
Epiſcopi notantur, vel potius calumniis impetuntur à Vermilio. 872. c. d
Epiſcopus quid debeat Regi. 653
Epiſcopis non poſſunt præcipere Reges abſoluere quenquam, aut excommunicare. 654
Epiſcopos humano iure inſtitui ſemper viſum eſt ab Apoſtolorum exemplo alienum. 675

Epiſcopi negant ſe de iuribus Eccleſiæ, de Epiſcopatu ſi qualis, apud prophanum iudicem non eſt dirimenda. 673
Epiſcopi mores cuius ſit iudicare. 673
Epiſcopis quãtum in iudicijs Imperatores tribuerint 617
Epiſcoporum & Sacerdotum cœlibatus. 692. 693. & ſeq.
Epiſcopi ordinãdi ſuas vxores in monaſterium dimittebant. 697. & ſeq.
Epiſcopi ſæculariom cauſas audire ſoliti. 613.
Epiſcopis iuriſdicendi licentiam non tam olim indulſerunt, quàm non eripuerunt. 624.
Epiſcopi & Monachi Proreges inſtituti. 638. & ſeqq.
Epuli ſacri locus ſacer. 104. e.
de Equitatu. 1518. 1519. 1520
Equitatus Gallorum vetus. 1518.
Equitatus vtilitas. 1516.
Equitatus auctores Amazones. 1519
Errores antiquorum Philoſophorum malè de diuina prouidentia ſentientium refutantur. 1212. 1213.
Errores aliorum de eadem prouidentia malè ſentientium coofunduntur. 1211. 1212.
Eſſe Deo ſolo attribuitur. 284.
Eſſe Dominum com aliquo quid ſit. 522.
Ethnicorum ſuperſtitioſæ de Deo opiniones. 769.
Euangelij ſodere nulli ſe populo Deus præ cæteris addixit. 707.
Euangelij ſigna. 743.
Euchariſtia aquilarum cibus nõ gracculorum. 796.
Euchariſtiæ & victimæ pacificæ collatio. 1380.
de Euchariſtia Vermilij error coufutatur. ibidem.
de Euchariſtia quoad rem pertinet D. Thomæ ſententia. 1381
Euchariſtici ſacrificij modũ explicat D. Thomas. 1381.
Euchariſtiæ & arcæ comparatio. 706
de Euchariſtiæ neceſſitate. 555
Euchariſtiæ præſidio Satyrus frater D. Ambroſij frenum euaſit. 553
in Euchariſtiam inuehitur Vermilius. 543
Euchariſtiam circumferre an nobis liceat. 544.
Euchariſticus panis eſt Chriſti caro. 563
in Eugenium 4. probra & maledicta vnde profecta. 685
Eunuchi quinam dicantur, variæ ſententiæ. 1035. d.
Eunuchos fieri lege vetabatur. 1040. a.
iſti ab Eccleſia arcebantur. 1043. d
non tamen qui humana violentia tales facti fuiſſent. ibidem
quid ſit in lege, ingredi Eccleſiã, & arceri ab Eccleſia. ibidem
Eunuchorum non poſſunt eſſe legitima connubia. 1040. d.
illis filios adoptare licet. 1042. d.

I.

eorum vox cur acutior aliorum voce. 1042. a. b.
Origenes & alij ſeipſos Eunuchos fecerunt. 1043. b.
Solis Eunuchis regnum cœlorum patere dicebant Valeſij hæretici. ibid. c.
vide. Virilium amputatio.
Euocatio quid. 1342
εὐθανασίαν, quàm exiſtimauerint, & ſibi quoque optauerint viri illuſtres. 602
Regium examen ſubituros. 641
Excelſa quidnam olim erant, & quibus in illis res ſacra fiebat. 1124. d
potius à Deo tolerata, quàm prohibita. ibid. & 1125. a. b. 1135. d.
pro interdictis haberi cœperunt, templo extructo. ibidem
quare gentes excelſa loca delegerunt ad res ſacras. ibid. c
Excommunicatio imperari vetariue humano iure non poteſt. 657. & ſeqq.
Excommunicatione abſoluere plures Sancti denegarunt vitæ periculo. 658. & ſeqq.
Execrabilis quis dicatur. 1182. c
Execratio parentum quam vim habeat. 583.
Exercituum Dominus, cur Deos vocetur. 97. a.
Exercitus Dei ſunt Angeli. ibid.
Exercitus ingentes. 1514
Exercitus congregandi ratio apud barbaros. 1341.
Exercitus recenſitionis leges. 1346
Exercitus nocturna profectio. 1354
Exercitus in plaricto conſtituti deſcriptio. 590.
Elixa an aſſa præſtent. 326
in Expeditionibus ſuſcipiendis quatuor quædam ſpectanda ſunt. 1250
Extaſes. 749
Ezechias multa addidit ad libros Regum 13. Eſdras etiam. ibidem

F

FAceta hiſtoria hęreticorũ Rupellanorum. 670.
Factum Xerxis regis atrox & immane. 1002
Faciendum nobis eſt quod poſſumus. 548
Facultas diſcedendi ab armis ſub regibos Hebræorum negabatur. 1002
Facultates naturales animę ad virtutem vtiles, & qua ratione. 1334
Falſariorum pœna. 740
Fames duplex, & vnde vtraque oriator. 1709
Famis incommoda. 1709
ad Famem quinque ſymptomata concurrunt. 1710.
Fama paſtoribus & prædicatoribus neceſſaria. 376.
Fama Hebraicè quomodo dicatur. 376. definitio. 377
Fama ſui qui pręſunt ſedulo curanda. 377
duo faciunt familiam, vel etiam vnus, & quomodo. 1124. e

Famulis aliqui, tãquam pecudibus abutuntur. 1060.d.
Fantaſma quid. 512
Flati & fortunę diſcrimen. 785
Fame Deus punit peccatores. 290
Fatui, cur in aula principum. 500
Fauus quid. 1704
Felicitas nimia ſuſpecta. 1772
Ferentarij qui dicti. 536
Ferri vſus primus. 1584
Ferri plures differentiæ, temperaturæ. 1584
Feſtis diebus in veteri lege pluſculùm genio indulgebatur. 193.b,c
ad diẽ Feſtum aſcendi multis de cauſis Deus volebat. 87.a. quibuſdam tamen rationibus mulieres excuſari poterant. 88.b
ad quem diem Feſtũ aſcenderit Elcana cum vxoribus ſuis. 101.b
Feſtis diebus veſte elegantiori vtebantur Hebræi. 112.c
in maioribus Iudæorum Feſtis cœna duplex ſtruebatur. vide, Cœna.
conuiuia publica in Feſtis Sanctorum agitari, quando & cur cœpta. Vide, Conuiuia.
item in Funeribus. ibid.
Fœminis vini potus & ebrietas dedecent. 195. 196.d.
Fœminæ antiquiores quid biberent. 196.b
Fœtus in vtero formatio. 233
Fidei elementa parentes ſuos doceant. 249
Fideles non alii Principibus quàm qui ſacerdotum præceptis obtemperant. 662
Fideles ſibi exiſtimarunt Reges Francorum qui ſacerdotibus parerent. 663
de Fide non iudicant Principes. 665
Res Fidei Principum ſecularium iudicio aut examini committere inutile eſt atque periculoſum. 669
in cauſa fidei vel Eccleſiaſtici alicuius ordinis quis debeat iudicare. 673
Fides Chriſti ſalutem implicita ante eius aduentum Iudæis neceſſaria fuit. 505
Fidelem eſſe magnæ laudi ducitur. 442
ſola Fides vera eſt ſapientia. 1554
Fidei vis, diffidentiæ debilitas. 1601
Fidei magnitudo non pendet à rerum euidentia. 211.a
Fidei quæ futura ſunt fieri pręſentia, non poſſunt niſi forte typicè. 111.c
Fides Samuelis. 137.c
Fides certa ſæculi poteſtatibus non eſt à Chriſto promiſſa. 660
Fidei ıratæ aſſertor & vindex Deus. 630
Fidei & ſeruitutis ſymbolum fuit exectum crinem tradidiſſe. 633
Fidem triplicem hæretici diſtinguunt. 1626
Fidem hæretici in religione faciunt ſicut fides in lyra. 1626
Fidem promiſſionum diuidunt iidem hæretici in generalem & ſpecialem. 1627
confutantur hæ diuiſiones. 1627.1628
Forte præter cõmunem intellectum pluribus modis exponi poteſt. 1623. etiam de rebus neceſſariis dicitur. ibid.
nonnunquam affirmandi vim habet. 1624
Fidem miraculorũ à fide dogmatica PP. quomodo diſtinguant. 1628
Fidei defectus quare, & quatenus à Chriſto arguatur in Apoſtolis. 1630
Fides quid. 1631. à quibus actibus oppugnetur. 1631.
Fides miraculorum non omen dubitationem excludit. 1633
Fides ſignis confirmari indiget maximè rerum particularium. 1643
Furor diuinitus immiſſus mutuæ cædis Philiſthinorum cauſa. 1679
Fidei denegari nihil poteſt. 1681
Fiducia. vide, Oratio.
Fiducia quid; & quatenus à fide diſtinguatur, 1629.
Figura pſalterij. 1228
Filij parentum ſenectutis ſolatium. 160
Filios ret vendere olim licuit patribus. 177
Filiis parentum gratia Deus parcit, & quibus 1392.
Filiorum ſcelus cur Petri tribuatur. 426
Filij Dauid ſacerdotes dicti quo ſenſu. 2
Filiorum in parentes pietas laudabilis, & bonæ indolis argumentum. 1108. c.d. & 1109.a.b
Filiorum legitimorum probatio. 316.317
Filius à φίλος dictus, ſiue ab amore. 1753
Filij degeneres optimorum parentum. 956. 957.
Filij prophetarum pręcurſores extiterunt. 1227
Filij contumaces ex lege lapidibus obruebantur. 407
Filios bonos poteſt generare pater malus. 74.c.
Filij non portant iniquitatem patrum. 74.d
Filij vnicum ſunt ſolatium à mala muliere procedens. 85.a
Filios multos ſuſcepiſſe apud omnes gentes ſemper fuit honorificum. 125.a
Filios ſancti viri non liberant. 1391
Filiorum negligens educatio grauiter arguitur. 1089.b,c,d
Filiorum ſcelus in patrem par pœna ſecuta eſt. 634.
Filios quæ non deſiderant & nolunt, an poſſint operam dare liberis. 137
Filios multos habere cur deſiderabãt Hebræi. 124.
Filij nobilium ſacerdotũ apud veteres regum cultui obſequioque deputati erant. 1000. 1001.
Finis hominis eſt poſſeſſio Dei. 77
Finis regiæ poteſtatis. 1027
Fiſcus & ærarium ad fori militiæque impenſas tolerandas regibus attributa ſunt. 929.930
Fiſci iuribus antiquior eſt iuriſdictio Eccleſiaſtica. 623
Fiſci iura Eccleſiaſticorum iuriſdictione non imminui, & quàm ſit abſurdum id aſſerere. 625
Fiſci iura pręſcribi poſſunt ab ęquali. 619
Fiſcus & ęrarium qui differant. 620
Flere quid ſit. 152
Focaria quo munere apud veteres fungebatur.
Focarię à veteribus dicebãtur concubinę. 1015

Focariæ militum amicę. 1016
Focarię à foro dictę. ibid.
Focariæ, culinarię, villicæ & lanificę. 1016. 1017.
Fœcunditas pro portento habita. 115
Fœnerator fure deterior habitus. 1329
Fœtę quę dicantur. 780
Fontes miræ virtutis, quorum alter fœcunditatem, alter ſterilitatem parit. 117
Fontes vnde oriantur. v. Aqua.
Fori corruptela. 1170.d.1171.a
Forma reipub. Hebręorum. 960
Formido pœnitentię inſtrumentum. 1461
Fortitudinis duplex ratio. 1334
Fortitudinem an calor aliquis iuuet. 1337. & ſeq.
Fortitudo qualis, & vnde in feris & libidinoſis. 1338.
Duplex fortitudinis ſpecies. 1091.b.c
Fortitudo noſtra Chriſtus. 290
Fortuna quo pacto dici valeat. 1094.c.d
illius euentus miri. ibid.
Fortunę & fati diſcrimen. 785
Fraus, noxa, mulcta qui differant. 1348
S. Franciſci de Paula precibus Carolus 8. vnà cũ exercitu è graui diſcrimine liberatus eſt. 851.
Illuſtriſſimus Cardinalis Franciſcus de Rupefocaldi laudatur. 872.d
Francorum Regum vnctio. vide Reges.
Francorum vexillum erat *Oriſlambe*. 550
Francorum gens à primordio ſanctarum reliquiarum cultrix. 551.
Francorum Regum ius quale. 621.& ſeq.
Francorum origo. 20
Fugę obnoxij qui magis ſint. 538
Fuga turpis habenda. 538
Fugere militem inhibitum. 539
Fugere gladiatores prohibitum erat. 540
Fugiendum non minus eſt contra inimicos ſpirituales quàm carnales. 540
Fuga quibus bene cedit. 541
Fuga apud quos honeſta cenſeatur. 541
Fugiendum quando nobis eſt. 541
Fugæ præſidium quærere ſtultorum eſt. 541
Fugientes ex acie ignominia notati. 594
contra fugam militum remedium. 594
Fugacium reprehenſio. 1347
in fugaces inuehitur Thom. Morus. 538
Fugientis & deficientis populi quale peccatum. 1558
Fugitiuorum pœna. 740
Fulmina coli, & quando rara. 1457
dæmonum arte elici. 1457
Fulminum 3. genera. 1460
Fulmen cur fulgetra præcedat. 1460
Furor cadit in Sapientem. 1332
Furor qualis Saülem arripuerit. 1332
Furoris & iræ differentia. 1332
Furoris ſpecies. 1333
Furor equo comparatur. 1336
Furor. vide, Ira.
Furum Dea erat Lauerna. 189

G

Gad libris Regum adiecit quæ poſt obitum Samuëlis ſunt conſecuta. 3. & 13.
Galgala quis locus. 1377
Galli tempore Cæſaris bellum inituri omnes puberes armatos conuenire cogebant. 1001.
Galliæ regum nobilitas. vide, Rex.
Galliarum conſuetudini de clericis ad tribunalia Regia prouocantibus ſitne derogatum per bullam Martini V. 614
Gallorum & Germanorum principum authoritas ante Pharamonem. 989
Gaudendi ratio certiſſima. 1352
Gaudendum in Domino. 245
Gaudium & exultatio. 276
Gener quis. 692
Gentiles & ſcutarij vnde dicti. 1002. 1003.
Gentes cur excelſa loca delegerunt ad res ſacras. vide, Excelſa.
Gentes famelici ſaturari panibus. 291
Gentes hoſtium idola diripiebant. 595
Genealogia Elcanæ deſcribitur. 72. deſcribitur ad ſanctorum commendationem 74.
Genealogias damnans Apoſtolus explicatur. 74.
Generis ignobilitatem virtus & modeſtia commendant. 1301
Germani olim reges ex nobilitate, duces ex virtute ſumebant. 990
apud Germanos olim quomodo reges initiabantur. vide, Reges.
Gethæis reſpondentibus quare cæteri acquieuerint. 748
Gethæus Rex. 748
Giezi factum non videtur ad ſimoniam pertinere gladiatoribus, qood indictum erat propter fugam ſupplicium. 540
Gloriandum non eſt. 286.& 287
Gratia per Annam ſignificata. 85
noſtris operibus præferenda. 139.
ſine gratia præueniente reſipiſcere non poſſumus. 85
ſine gratia opus bonum perſeueranter agere non poſſumus. 86
Gratiæ Deo agendæ poſt ſumptum cibum multis de cauſis. 149
Gratia præueniens, & quæ ipſam comitantur, puellis æquiparantur. 1121 a,b
cum ea debet corporari voluntatis conſenſus. ibid.b
Gratiarum actionis fructus & cauſæ. 1379.
Gratiarum actio pro liberata ciuitate. 1561.
Gratiæ vſus mercedem de condigno meretur. 410.

Gratiæ habitus tantum contentiore ſtudio incrementum capit,licet inde Phyſicè non augeatur. ibidem
Gradus Eccleſiaſtici ſunt præmia meritorum. 890.d.891.a.b.c.d.
Gratia pluuiæ confertur. 1458
Gratiç efficacia explicatur. 1563. quæſtio de gratiç efficacia cum libero arbitrio conſenſu enodatur diſertiſſimè, à 1562. ad 1566
Gratia diuina conſenſum voluntatis exigit. 489.
Gratia quid. 501
Gratiam iuſtificantem non conferebant ſacrificia antiqua ex opere operato. 505
Iudæi gratiarum actiones poſt cibum reddebant.vide,Menſa.
Gratias gratis datas ſine ſuperbiæ ſuſpicione, fateri poſſumus.Cur verò D. Ioannes Bapt. ſe prophetam negauit. 1143.b,c,d.
Gratiarum actio poſt cœnam vnde.
Græci in rebus ſeriis ſæpè modum dorium adhibuerunt. 1232
apud Græcos vrbium ſtatus tripertitus erat. 1109.d.
Græci fœdè mutilati pię pudore exilium & latebras patrię prętulerunt. 1321
Gregem decem oues faciunt. vide,oues.
S. Gregorius Turonenſis de innocentia quorundam Epiſcoporum,captato ex ſcriptura omine certior factus. 1649
Gulę vitium. 329.330.
Gulę vituperium. 335.336
Gulæ ſeruientes inſtrumenta ſunt diaboli & non Spiritus ſancti. 473

H

HEbręi cur ſic dicti. 1523. vocis, עבר heber ſignificatio. 1523
Hebræi & Orientales vnguentorum ſtudioſi. 1013.
Hebręorum clamor. 1417
Hebręorum paralogiſmus. 542
Hebræorum Reſpubl. primum Ariſtocratica, deinde Monarchica. 6.& 7.
Hebræorum comitia. 828
Hebræorum menſes. v. Menſes.
Hæmorrhoides. 738
Hebræorum prima politia. 1291.& ſeq.
Hæreditarij Principes iniuſſu populi ſua iura transferunt. 620
Hæreditarium in Regum Francorum cum electione permiſtum eſt. 621.& ſeqq.
Hęreticorum typus Phariſęi. 428
Hæreditas Ioſeph benedicitur. 61
Hæretici auctores concubinarum. 368
Hæres idem quod dominus. 1207
Hæreditas propria poſſeſſio eſt. 1207
Hæreditas Domini quæ. 1207
Hæretici noſtri temporis religioſos & Monachos ſummo odio proſequuntur. 970
Hæretici Sanctorum PP. facta diiudicant. 1369.
Hæretici exemplis Sanctorum non mouentur. 1369.
Hæreticorum Rupellanorum faceta hiſtoria. 970.
Hæretici arcam ſcripturarum pone ſequentes intra Bethſames. i. Eccleſiæ terminos non ingrediuntur. 788
de Hæreticis ſancti Cypriani iudicium. 563
Heli an filios vices ſuas obtinere permiſerit. 97. cur dicantur ſacerdotes Domini,cùm tamen non eſſent.98. cur Aunam æſtimarit temulentem. 192
Heli filiorum ſcelus quomodo non potuit expiari. 507.510
Heli an ex pertinacia reſponderit, *Dominus eſt, faciat quod bonum eſt in oculis ſuis.*
Heli quomodo caligauerat. 478
Heli vnde intellexit quod Samuel vocabatur à Domino. 488
Heli filiorum malitiam arguebat bonitas Samuelis. 471
Heli cur dicatur iacuiſſe die quadam in ſuo loco & non nocte. 475
Heli cur dicatur iacuiſſe in loco ſuo, Samuel verò in templo. 476
Heli cur comminatur Deus poſteris euentura. 436.
Heli mors cur non prænunciata. 441
Heli poſteri quomodo venturi ſint ad offerendum nummum argenteum & tortam panis. 447.& 448.
Heli poſteri an ſimonia inficiendi prædicentur. 449
Heli poſteri vtrum legitimè vſum ſacerdotij redimere potuerint. 451
Heli poſteri ſimoniæ crimen effugere non potuerunt. 459.& 461
Heli poſteri vtrum ſacerdotio exciderint. 461.
Heli familia quot pontifices habuerit,& quo ordine illi ſibi ſucceſſerint. 1612.1613
Quis fuerit durus ille nuncius miſſus ad Heli. 412.& 413.
vtrum Heli in ſenectute dono Prophetiæ caruerit. 413
Heli ob peccatum filiorum admonetur. 713.
quæ Heli crimina obiiciuntur. 417
Heli eligitur ad Sacerdotium ſummum præ cæteris. 417.& 418
Heli reprehenditur. 519
Heli offert ſe ad pœnam potius quàm emendationem,quod ſummæ dementiæ eſt.520
Heli nimium confidens de Dei miſericordia. 520.
Heli puſillus nimium in filios iudicis animum induere non ſuſtinuit. 521
Heli quomodo iudex fuerit. 12
Heli ad arcæ captæ mentionem quare corruerit. 597
Heli familiæ quo tempore ablatum ſit ſacerdotium. 434
Heli miſeria. 602
Heliocaminus quid ſit. 1161.c
Henrici 4.Francorum regis votum. 602
Henrici 2.Angliæ Regis iuramentum & inauguratio. 654

Henricus I V. Francorum Rex numquam Sacramentariorum hæreſim probauit. 636
Henricus 8. Anglorum rex eo anno quo poſſeſſiones Eccleſiæ vſurpauit, rei nummariæ pecunia coactus decimam partem poſſeſſionum totius Angliæ extorſit. 1025
S. Hieronymi de prima ſede ſententia. 687
Hildebrandus ex fabri lignarij filio Pontifex. 1650. hic cùm ſub patris cura ageret, digeſtis temere in certum ordinem ſarmentis, hanc orationem expreſſit, *Dominabor à mari vſque ad mare.* 1650
Hiſtoria faceta cuiuſdam miniſtri digami. 83. militis cuiuſdam petineunda, qui dùm fruſta carnis maxima cupit & tentat accipere defraudatur. 104
Hiſtoriæ ſacræ Commentaria ſunt Prophetarum. 9
Hiſtoriæ leges ſeruantur in libris Regum. 10
Holocauſti ſola pellis ſeruabatur. 258
Holocauſtum integrũ flãmis adolebatur. 1122. b. ex hœdo fiebat ſacrificium pro peccatis obliuionis. ibid.
Homo diuinæ prouidentiæ ſubiicitur. 1213
Hominum propria quomodo quædam dicantur. 476
Hominis ætas non eſt ſimilis arborum fructibus. 1389
in Homine qui confidit maledictus. 1521
Homo diuinæ vnitatis imago eſt. 42
Homo quatenus vnus ſit. 42.43
Homo animal ſociabile. 499
Homo difficile reprehendit alios, cùm omnibus placere ſtudet. 499
Hominis ætates. 467
Homines Deo & hominibus placere debent. 471
Homo poteſt Deum ex toto corde diligere. 820. & 821
Homines pij optarunt in hoc ſeculo debitas pœnas luere. 520
in Homine infernus. 296
humanæ imbecillitatis exempla. 298
Homo vino comparatur. 1499
Homo quomodo poſſit aſſimilari Deo. 51. quomodo poſſit vocari Deus. 95
Homines æquales eſſe ſecundum naturam. 181
Homo in quibuſnam alteri homini ſubſit. ibid. humanæ poteſtatis amplitudo. 181
Homini manus ad quid datæ. 434
humanarum opum fragilitas. 597
Hominum corda qua ratione Deus permoueat. 1299
Homini relatus ſeptenarius quàm multa contineat myſteria. 1319
Hominis ætas longiſsima. 605
Homines improbi in ſuos indulgentiores. 501
in Homines imperium, res omnium eſt difficillima. vide, Imperium.
in homine tria conſideranda. 770
Hominum non Angelorum nobis exempla proponuntur, vt nulla nobis excuſatio ſit. 29
Homo Hebraicè dictus אנש à נש eſt, quippe qui eius imago eſt qui ſe ens nominauit. 30
Homo planta cœleſtis. 31
Hominum triplex genus. 31
Homines non natura inter ſe differunt, ſed vitiis & virtutibus. 31
Homo à conditoris ſui contemplatione non excuſatur. 32
Homo quare poſtremo loco creatus ſit. 32
Homo ab ipſa origine ad contemplationem inſtitutus. 33
Hominem vtroque ſexo creatum mentitus eſt Venetus. 44
Humanæ figuræ ratio explicatur. 32
qua re Honor cõparetur, ac ſeruetur. 1160. c. d.
Honorare Deum quid. 430
quot modis Deus honoratur. ibid.
à quibus honore afficiantur boni & mali. 431
Honores, ſeu gradus Eccleſiaſtici ſunt præmia meritorum. 890. d. 891. a. b. c. d.
ad Honores Deus quoſnam euehere ſoleat. vide, Eligera.
Honos Imperatori leuiores labores efficit. 1329
Horarum notitia neceſſaria ad hiſtoriæ ſacræ cognitionem. 1359
Horas veteres ignorarunt. 1358
Horæ æquales quæ. 1358
Horarum inæqualitas vnde. 1358
Horizon circunſcribens oculorum aſpectum quo vſque protendatur. 1666
Horologium. 1358
Hoſpitalitas viros Eccleſiaſticos præcipuè decet. 1144. c. d.
Hoſpitatio, vna ex ſpeciebus, quid. pag. 1034. e.
Hoſpitantis nomen delere, crimen eſt. ib.
Hoſtes olim peregrini dicti. 527
Hoſtia pro peccato ſacerdotis prorſus comburebatur. 385
Hoſtilis timor. 1439
Hoſtiæ pacificæ plures appellationes. 1377
Hoſtium laus maxima. 744
Hoſtis contemptus quantum noceat. 1357
Hottomanus 8. fundamentales leges quibus reges Galliæ alligantur enumerat. 993. 994. 995
S. Hugo Lincolnienſis Epiſcopus ab Henrico 2. rege Anglorum laudatur. 1105
S. Hugonis Lincolnienſis conſtantia in propugnanda Eccleſiæ libertate. 646
Humanæ vitæ menſura. 592
Humilitas Sãctorum cum illis quid magni accidit. 1149. c. d.
Dauidis & Saulis humilitas in quo diſtincta. 1151. d.
Humilitas, & modeſtia cœleſtis doctrinæ indicat, ſuperbia verò dæmoniacæ. 1154. d.
Hyæna modo mas eſt, modo fœmina. 44

I

IAbes Galaad qui locus. 1307
Iar Hebræorum menſis. 758
Ichabod vnde dictus. 703
Idololatria vexationis Ægyptiacæ cauſa. 1415

Idola quanta Religione ab Ethnicis aſſeruata. 704. & ſeq.
Idola hoſtium diripiebant gentes. 595
Idololatria omnia crimina complectitur. 717
de Idolis & imaginibus diſputatio. 723
Idumæa. 1767
Ieiunium aſſumitur principaliter ad tria. 837
Ieiunij laus ex S. Auguſtioo. 837
Ieiunij ſoluendi legitimum tempus. 844
Ieiunium noſtri remporis probatur. 839
nin; nomen Dei & eius myſteria. 1270
Ientaculi tempus, & quare ἄειστν ſit dictum, vel ῥᾶσον, vel ἀκροτισμόν. 1126.b.
Ieſuitæ laudantur. 1254
Ignoratio duplex. 1702. 1711. quæ excuſet. 1711
Imaginum ſcopus. 733
Imagines Chriſtianotum non ſunt lege prohibitæ. 731
Imaginum cultus defenditur. ibidem.
Illarum vſus ex lege Moyſis probatur. 731. fructus & vſus ratio. 732
Imagines probantur. 862. 863
Imperatores olim Epiſcopos adeuntes oſculari coofueuerant. 1204
Imperatores quantum Oecumenicis Concilus detulerint. 665
Imperatorem quo habitu mori deceat. 602
Imperatot hoſte ipſo formidoloſior militi eſſe deber. 1701
Imperatores errare poſſunt in fide & motibus. 616
Imperatotiæ leges non ſunt habendæ pro oraculis in his quæ ad Eccleſiam pertinent, nec illæ decreueruot vtramque iuriſdictionem non poſſe ſubiecto coniungi. 616. & ſeqq.
Imperatores quantum in iudiciis Epiſcopis tribuerunt. 617
Imperatori audete aliquid in rebus Eccleſiaſticis non licet. 677
Imperator bonus intra Eccleſiam non ſupra Eccleſiam. 678
Imperatores quæ iubeant perſoluere pro ordinationibus. 455
Imperatorum leges de Eccleſiaſticis rebus quam vim habent. 456
Imperia prima quatuor quibus artibos parata. 1290
Imperare eſt aliorum vtilitati conſulere. v. Princeps.
Improbi homines in ſuos ſunt indulgentiores. 502
Incenſum adolere Regibus uon licuit. 419
Incircunciſos quare contemnat Ionathas pulchræ rationes afferuntur. 1616
Incircunciſos vocat Ionathas Philiſthæos, & Dauid Goliam ex contemptu. 1616
Incircunciſum eſſe, maximum vituperium apud Hebræos, & conuitij loco ſumptum. 1616. quæ huius vocis emphaſis. 1617
Vnde incōſtantia noſtra in expectandis Dei beneficiis. 1103. a. vſque ad 1108. b. eiuſdem inconſtantiæ noſtræ rationes refellūtur. ibi.
Increpationes piis hominibus vtiles. 413
Incuruatio prægnantium. 699
Indignis collatum beneficium eripitur. 428
Indifferentes res à Deo petere quomodo liceat. 159.a
Indulgentiæ diuinæ, & ſeueritatis Eccleſiaſticæ ratio diuerſa. 437
Ingrati animi vitium auget beneficiorum magnitudo. 417
Ingratitudinis vitium quid. ibid.
Inimicis malè precari nefas. 182.c.
Iniuria illata concitat iram. 146.a.
Iniuſti ſæpiſſimè fame pereont, iuſti ex aduerſo. 445
Innocentia quorundam Epiſcoporum captato ex Scriptura omine confirmata. 1649. 1650
Inſilire Domini ſpiritum quid ſit. 1245
Inſinuatiua perhibentur. 457
Intellectus quomodo & quotupliciter moueatur à Deo. 1625
Interdicta vt ipſa perſonalia ſunt. 644
Inueſtitura Eccleſiaſticarum dignitatum ſi citra priuilegium & Eccleſiæ conſenſum à Principibus ſecularibus vſurpetur, Eccleſiaſticam iuriſdictionem violant. 669
Inueſtitura ſintne hęreſis. 669. & ſeqq.
Inueſtituræ emptio ad ſimoniæ crimen reducitur. 453
Inuidia cordis humani tinea. 438
Inuidia vnde naſcatur. 435
Ioannes de Stampis. 606
Ioannis Eleemoſynarij mira circa gregem diligentia. 144.a
Ionathas cæcus non fuit. 1705
Ionathæ oculos illuminatos eſſe quomodo intelligendum ſit. 1706
Ionathæ quod peccatum fuerit. 1712. & ſequētibus.
Ionathæ diuino inſtinctu caſtra hoſtium irrupit. 1621
Ionathas temerè nimis imperium patris arguit 1712 1713
Ionathæ innocentia obiectionibus impetitur. 1626
Ioſeph hæreditas cum ipſo benedicitur. 61.d.
Ioſue Michaëlem Archangelum adorat. 737
Iræ tres ſpecies. 146.b. 1333
Ira neruus eſt animæ. 1334
Ira calorem bilemque toto corpore accendit. 146.a.
Iram concitat illata iniuria. 146.a.
Iratus ſepe vindictam appetit. 147.b.
Ira ſępe culpa vacat. 147.c.
Iſaac Angelus Imperator. 697
Iſaiæ locus explicatur, *Nuntiate nobis quæ futura ſunt*, & c.c. 41. 446
Iſraelitæ quid vociferati ſunt. 560
Iſraelitæ à principio vſi ſunt ſignis & vexillis. 555
Iſraelitarum in Palęſtinæ bellum vnde ortum. 556
Iſraelitarum obliuio. 1426
Illorum vecordia in rege poſtulando arguitur. 1434
Iſraelitarum ſtragis cauſa. 547
Iudaicus Imperator qualis fuerit. 456
Iudæi quibus modis præparentur ad mortem. 60
Iudęorum articuli fidei. 604

Iudęorum curandi & proſeqoendi funeris ratio. 605

Iudæorum gens ſacrorum pignorum fiducia in ſpem recuperandæ libertatis ſemper credita eſt excitari. 763

Iudæis cum gentibus in ſacrificij ratione communicare non licuit, tamen pro eiſdem offerre. 792

Iudæi aliquoties petiere regis dominio leuari, ſed fruſtra. 1057.c.d.1059.b

Iudæorum conuiuia. v. Conuiuia.

Iudæi aſinarij vocati. 1092. c.

Iudæorum conſuetudo dimittendi vnum in paſchate vinctum defenditur. 1376

Iudæis neceſſaria Chriſti fides ſaltem implicita ante eius aduentum. 505

Iudæis ſabbatho ieiunare nefas fuit. 838

Iudæorum ieiunia. 839.840

Iudæorum cœna pura. 839

Iudices poſſunt eſſe cæci. 478

Iudices Eccleſiaſticos potios quàm prophanos populus olim volebat experiri, & quare. 618

Iudices apud Athenas magiſtratum abdicantes rei geſtæ rationem reddebant. 1395

Iudices quare Elohim dicuntur. 567

Iudicia capitalia exercere noui teſtamenti Sacerdotes non poſſunt. 610

Iudicia humana exercere liceat, necne Sacerdotibus. 612 & ſeq.

Iudicum ſportulæ, quæ Galli vocant, *les Eſpices*. 1111. d. vnde ſic ab illis vocatæ. 1112.

Iudicium Dei iuſtum. 537

Iudicium populis dicere reges maximè decet. Vide, Rex.

Iudicium à domo Dei incipit. 598

Iudicum poteſtas apud Hebræos quæ. 7

Iudex religionis prætextu ab officio excuſari non poteſt. 511

Iugatio quid ſit. 1034.b.

Iugerum quid. 1618

Ioſephus dux & ſcriptor nobiliſſimus excisa Hieroſolyma Romam tranſlatus. 1682

Iuliani Cardinalis qui Concilio Baſileenſi præſedit retractatio & pœnitentia. 686

qui Iuniores appellabantur. 409

Iunior, ob virtutem aliquando ſeni præfertur. 489

Iuuenes qua ratione tractandi. 469

Iuuenes optimis indigent rectoribus. 62.b

Iuuenes ſi non rectè inſtituãtur, quamuis acutiſſimo & optimo polleant ingenio ſæpe deprauantur. 62.c.

Iuuenum eruditio difficillima. 62 b.

Iurans aut veneratur aut diligit per quem iurat. 1701

Iuramentum ſex actus religionis continet. 1701

Iuramentum humanæ leuitatis & inconſtantiæ remedium eſt. 1701

Iuramenti comites neceſſariæ quæ. 1714

Iuramentum Saulis excutitur. 1714

Iuramenti, voti & præcepti nõ eandem eſſe rationem. 1473

Iuramenta regis Francorum cùm inauguratur. 629

Iuramentum. v. Sacramentum, Fides.

Iuramentum quam vim habeat. 630

Iuramenti nexus à Principe ſolui non poteſt. 631

Iura fiſci præſcribi poſſunt ab æquali. 619

Ius & authoritas Fraucorum Regis ante Pharamonem. 984.990

Ius regis apod Græcos. 988

Ius duplex. 1702

Ius Cæſaris eſſe non poteſt templum Dei. 678

Ius comitiorum penes ſummos magiſtratus. 827

Ius regum qui electione, & qui hæreditario iure imperium ſortiuntur, non eſt idem. 620

Ius extremæ prouocationis non pertinet ad capita Maieſtatis. 627

Iuriſdicendi licentia Eccleſiaſticis à Rege conceſſa. 623

Iuriſdictio Eccleſiaſtica fiſci iuribus antiquior. 623

Ioriſdictionem Eccleſiaſticam quare negent aliqui. 611

Iuriſdictio Eccleſiaſtica duplex. 638

Iuriſdictio ſpiritualis Eccleſiæ quàm latè pateat. 642 & ſeq.

Iuriſdictio Eccleſiaſtica Principum temporali iuriſdictioni non officit. 642. & ſeq.

Iuriſdictioni Eccleſiaſticæ nullus non obnoxius. 642

Iuriſdictio Eccleſiaſtica ſæculari non præiudicat. 644

Iuriſdictioni Eccleſiaſticæ vis affertur, ſi eam Principes ſuis legibus conſtituere velint. 659

Iuriſdictionis Eccleſ. ſumma eſt penes humanum Pontificem. 679

Iuriſdictio Eccleſiaſtica humana non eſt, neque à populis in Clerum collata. 673

Iuriſdictionem conſuetudine atque præſcriptione Eccleſiam olim in Francia obtinuiſſe probatur. 618. & ſeq.

Iuriſdictio Eccleſiaſtica quæ complectatur. 647

Argumenta quibus Eccleſiaſticam Iuriſdictionem impugnauit Cunerius. 612. & ſeq.

Iuris lator definitionis ſuæ terminis, niſi velit non includitur. 415

Iuſti vltrò ſpontéque rectè agunt. 428

Iuſti homines optarunt in hoc ſeculo debitas pœnas luere. 520

Iuſtitia Dei diſtributiua. 1411.1412

Iuſtitia humana, ioſtitiæ cœleſtis imago eſt. 1410

Iuſtitia legalis & externa. 506

Iuſtitia Dei neminem palpat. 749

Iuſtus nunquam non liber, impius nunquam non ſeruus. 574

Iuſtis clades eſt pro corona. 576

Iuſtus quis verè habendus. 1403

Iuſti quare vt plurimum præ cæteris affligantur. 131.a.

Iuſtos afflictionibus ad virtutem inſtituit. 118.b.

Idola quanta Religione ab Ethnicis aſſeruata. 704.& ſeq.
Idola hoſtium diripiebant gentes. 595
Idololatria omnia crimina complectitur. 717
de Idolis & imaginibus diſputatio. 723
Idumæa. 1767
Ieiunium aſſumitur principaliter ad tria. 837
Ieiunij laus ex S. Auguſtino. 837
Ieiunij ſoluendi legitimum tempus. 844
Ieiunium noſtri temporis probatur. 839
יהוה nomen Dei & eius myſteria. 1270
Ientaculi tempus, & quare ἄριστον ſit dictum, vel ῥᾶστον, vel ἀκρατισμόν. 1126.b.
Ieſuitæ laudantur. 1254
Ignoratio duplex. 1702. 1711. quæ excuſet. 1711
Imaginum ſcopus. 733
Imagines Christianorum non ſunt lege prohibitæ. 731
Imaginum cultus defenditur. ibidem.
Illarum vſus ex lege Moyſis probatur. 731. fructus & vſus ratio. 732
Imagines probantur. 862.863
Imperatores olim Epiſcopos adeuntes oſculari conſueuerant. 1204
Imperatores quantum Oecumenicis Concilijs detulerint. 665
Imperatorem quo habitu mori deceat. 602
Imperator hoſte ipſo formidoloſior militi eſſe debet. 1701
Imperatores errare poſſunt in fide & moribus. 616
Imperatoriæ leges non ſunt habendæ pro oraculis in his quæ ad Eccleſiam pertinent, nec illæ decreuerunt vtramque iuriſdictionem non poſſe ſubiecto coniungi. 616. & ſeqq.
Imperatores quantum in iudicijs Epiſcopis tribuerunt. 617
Imperatori audere aliquid in rebus Eccleſiaſticis non licet. 677
Imperator bonus intra Eccleſiam non ſupra Eccleſiam. 678
Imperatores quæ iubeant perſoluere pro ordinationibus. 455
Imperatorum leges de Eccleſiaſticis rebus quam vim habent. 456
Imperia prima quatuor quibus artibus parata. 1290
Imperare eſt aliorum vtilitati conſulere. v. Princeps.
Improbi homines in ſuos ſunt indulgentiores. 502
Incenſum adolere Regibus non licuit. 419
Incircunciſos quare contemnat Ionathas pulchræ rationes afferuntur. 1616
Incircunciſos vocat Ionathas Philiſthæos, & Dauid Goliam ex contemptu. 1616
Incircunciſum eſſe, maximum vituperium apud Hebræos, & conuitij loco ſumptum. 1616. quæ huius vocis emphaſis. 1617
Vnde incōſtantia noſtra in expectandis Dei beneficiis. 1103. a. vſque ad 1108. b. eiuſdem inconſtantiæ noſtræ rationes refelluntur. ibi.
Increpationes pijs hominibus vtiles. 413
Incuruatio prægnantium. 699
Indignis collatum beneficium eripitur. 428
Indifferentes res à Deo petere quomodo liceat. 159.a
Indulgentiæ diuinæ, & ſeueritatis Eccleſiaſticæ ratio diuerſa. 437
Ingrati animi vitium auget beneficiorum magnitudo. 417
Ingratitudinis virium quid. ibid.
Inimicis malè precari nefas. 182.c.
Iniuria illata concitat iram. 146.a.
Iniuſti ſæpiſſimè fame pereunt, iuſti ex aduerſo. 445
Innocentia quorundam Epiſcoporum captato ex Scriptura omine confirmata. 1649.1650
Inſilire Domini ſpiritum quid ſit. 1245
Inſinuatina perhibentur. 457
Intellectus quomodo & quotupliciter moueatur à Deo. 1625
Interdicta vl ipſa perſonalia ſunt. 644
Inueſtitura Eccleſiaſticarum dignitatum ſi citra priuilegium & Eccleſiæ conſenſum à Principibus ſecularibus vſurpetur, Eccleſiaſticam iuriſdictionem violant. 669
Inueſtitura ſintne hæreſis. 669.& ſeqq.
Inueſtituræ emptio ad ſimoniæ crimen reducitur. 453
Inuidia cordis humani tinea. 438
Inuidia vnde naſcatur. 435
Ioannes de Stampis. 606
Ioannis Eleemoſynarij mira circa gregem diligentia. 144.a
Ionathas cæcus non fuit. 1705
Ionathæ oculos illuminatos eſſe quomodo intelligendum ſit. 1706
Ionathæ quod peccatum fuerit. 1712.& ſequētibus.
Ionathæ diuino inſtinctu caſtra hoſtium irrupit. 1621
Ionathas temerè nimis imperium patris arguit 1712.1713
Ionathæ innocentia obiectionibus impetitur. 1626
Ioſeph hæreditas cum ipſo benedicitur. 61.d.
Ioſue Michaëlem Archangelum adorat. 737
Iræ tres ſpecies. 146.b.1333
Ira neruus eſt animæ. 1334
Ira calorem bilemque toto corpore accendit. 146.a.
Iram concitat illata iniuria. 146.a.
Iratus ſepe vindictam appetit. 147.b.
Ira ſępe culpa vacat. 147.c.
Iſaac Angelus Imperator. 697
Iſaiæ locus explicatur, *Nuntiate nobis quæ futura ſunt*, & c.c. 41. 440
Iſraelitæ quid vociferati ſunt. 560
Iſraelitæ à principio vſi ſunt ſignis & vexillis. 555
Iſraelitarum in Palęſtinæ bellum vnde ortum. 556
Iſraelitarum obliuio. 1426
Illorum vecordia in rege poſtulando arguitur. 1434
Iſraelitarum ſtragis cauſa. 547
Iudaicus Imperator qualis fuerit. 456
Iudæi quibus modis præparentur ad mortem. 60
Iudęorum articuli fidei. 604

Iudęorum curandi & proſequendi funeris ratio. 605

Iudæorum gens ſacrorum pignorum fiducia in ſpem recuperandæ libertatis ſemper credita eſt excitari. 765

Iudæis eum gentibus in ſacrificij ratione communicare non licuit, tamen pro eiſdem offerre. 792

Iudæi aliquoties petiere regis dominio leuari, ſed fruſtra. 1057.c.d.1059.b

Iudæorum conuiuia. v. Conuiuia.

Iudæi aſinarij vocati. 1092. e.

Iudæorum conſuetudo dimittendi vnum in paſchate vinctum defenditur. 1376

Iudæis neceſſaria Chriſti fides ſaltem implicita ante eius aduentum. 505

Iudæis ſabbatho ieiunare nefas fuit. 838

Iudæorum ieiunia. 839.840

Iudæorum cœna pura. 839

Iudices poſſunt eſſe cæci. 478

Iudices Eccleſiaſticos potius quàm prophanos populus olim volebat experiri, & quare. 618

Iudices apud Athenas magiſtratum abdicantes rei geſtæ rationem reddebant. 1395

Iudices quare Elohim dicuntur. 567

Iudicia capitalia exercere noui teſtamenti Sacerdotes non poſſunt. 610

Iudicia humana exercere liceat, necne Sacerdotibus. 612 & ſeq.

Iudicum ſportulæ, quæ Galli vocant, *les Eſpices*. 1111. d. vnde ſic ab illis vocatæ. 1112.

Iudicium Dei iuſtum. 537

Iudicium populis dicere reges maximè decet. Vide, Rex.

Iodicium à domo Dei incipit. 598

Iudicum poteſtas apud Hebræos quæ. 7

Iudex religionis prætextu ab officio excuſari non poteſt. 511

Iugatio quid ſit. 1034.h.

Iugerum quid. 1618

Ioſephus dux & ſcriptor nobiliſſimus exciſa Hieroſolyma Romam tranſlatus. 1682

Iuliani Cardinalis qui Concilio Baſileenſi præſedit retractatio & pœnitentia. 686

qui Iuniores appellabantur. 409

Iunior, ob virtutem aliquando ſeni præfertur. 489

Iuuenes qua ratione tractandi. 469

Iuuenes optimis indigent rectoribus. 62.b

Iuuenes ſi non rectè inſtituātur, quamuis acutiſſimo & optimo polleant ingenio ſæpe deprauantur. 62.c.

Iouenum eruditio difficillima. 62 b.

Iurans aut veneratur aut diligit per quem iurat. 1701

Iuramentum ſex actus religionis continet. 1701

Iuramentum humanæ leuitatis & inconſtantiæ remedium eſt. 1701

Iorament comites neceſſariæ quæ. 1714

Iuramentum Saulis excutitur. 1714

Iuramenti, voti & præcepti nō eandem eſſe rationem. 1473

Iuramenta regis Fraocorum cùm inauguratur. 629

Iuramentum. v. Sacramentum, Fides.

Iuramentum quam vim habeat. 630

Iuramenti nexus à Principe ſolui non poteſt. 631

Iura fiſci præſcribi poſſunt ab æquali. 619

Ius & authoritas Francorum Regis ante Pharamonem. 984.990

Ius regis apud Græcos. 988

Ius duplex. 1702

Ius Cæſaris eſſe non poteſt templum Dei. 678

Ius comitiorum penes ſummos magiſtratus. 817

Ius regum qui electione, & qui hæreditario iure imperium ſortiuntur, non eſt idem. 620

Ius extremæ prouocationis non pertinet ad capita Maieſtatis. 627

Iuriſdicendi licentia Eccleſiaſticis à Rege conceſſa. 623

Iuriſdictio Eccleſiaſtica fiſci iuribus antiquior. 623

Iuriſdictionem Eccleſiaſticam quare negent aliqui. 611

Iuriſdictio Eccleſiaſtica duplex. 638

Iuriſdictio ſpiritualis Eccleſiæ quàm latè pateat. 642 & ſeq.

Iuriſdictio Eccleſiaſtica Principum temporali iuriſdictioni non officit. 642. & ſeq.

Iuriſdictioni Eccleſiaſticæ nullus noo obnoxius. 642

Iuriſdictio Eccleſiaſtica ſæculari non præiudicat. 644

Iuriſdictioni Eccleſiaſticæ vis affertur, ſi eam Principes ſuis legibus conſtituere velint. 659

Iuriſdictionis Eccleſ. ſumma eſt penes humanum Pontificem. 679

Iuriſdictio Eccleſiaſtica humana non eſt, neque à populis in Clerum collata. 673

Iuriſdictionem conſuetudine atque præſcriptione Eccleſiam olim in Francia obtinuiſſe probatur. 618.& ſeq.

Iuriſdictio Eccleſiaſtica quæ complectatur. 647

Argumenta quibus Eccleſiaſticam Iuriſdictionem impugnauit Cunerius. 612.& ſeq.

Iuris lator definitionis ſuæ termiois, oiſi velit non includitur. 415

Iuſti vltrò ſpontéque rectè agunt. 428

Iuſti homines optarunt in hoc ſeculo debitas pœnas luere. 520

Iuſtitia Dei diſtributiua. 1411.1412

Iuſtitia humaoa, iuſtitiæ cœleſtis imago eſt. 1410

Iuſtitia legalis & externa. 506

Iuſtitia Dei neminem palpat. 749

Iuſtus nunquam oon liber, impius nunquam non ſeruus. 574

Iuſtis clades eſt pro corona. 576

Iuſtus quis verè habendus. 1403

Iuſti quare vt plurimum præ cæteris affligantur. 131.a.

Iuſtos afflictionibus ad virtutem inſtituit. 118.b.

L.

לילה à qua radice. 699
Labor agricolarum. 1010
Lacrymæ quibus modis eliciantor. 152. c. leuant dolorem. 133. c. lacrymarum virtutes. 152. a. cauſæ plores. 152. b. duplex genus. 152. d. materia quæ. 554. a.
Lachrymæ Iſraëlitarum damnantur. 1320
Lachrymas qoi damnant. 1321
Lachrymari an liceat. 1321. & ſeqq.
Lachrymæ Iſraelitarum cootra Vermilium defenduntur. 1325
Lachrymæ Iſraelitarum an ex miſericordia. 1325 & ſeq.
Lacte Soſtratus vitam exegit. 256
Lætitia multiplex. 790
Laganum quid. 1470. & qoomodo accipiendum. ibid.
Laicus Chriſtianus vtrique foro ſubiectus. 644
Lamech primus fuit digamus. 81. a. quantum peccauerit duas vxores ſimul ducendo. 81. e.
Lanæ opus mulieri conuenit. 349
Lapis grandis quid allegoricè ſ. 791
Lapidi cur reducta arca inſederit. 791
Lapis auxiliator. 860
Lapides rationalis qui & quales. 1673
Laſſitudinis cauſæ. 1715
de Latria contra Calu. 1445. latria Hebraicè עבד, latria quid? latriam malè Caluinus definit, 1445. latriæ duliæque diſcrimen 1446. latria vno verbo exprimi non poteſt. 1447
Lauerna furum dea. 189. c.
Laus Monarchiæ. 959. 960
Laus Chriſtiani nominis. 1397
Lex regni quæ eſſet. 1295
Legem Dei deſcribere iubentur reges epud Iudæos magiſtratum ineuntes. 1294
Legis exemplar reges à Sacerdotibus accipiebant. 1294
Legem Dei reges præcipois anni diebus populum docebant. 1295
Lex regni quæ eſſet. 1295
Legum anima Doctor & magiſtratus. 1295
Leges humanæ in conſcientia obligant. 1298
Lex quid. 1298
Legem in alium latam ſubeat qui tulit. 1732
Legibus ſuis tenentur reges. 1733
Legibus reguntor etiam qui ad familiam principis pertinent. 1733. 1734
Lex & votum malè inter ſe conferuntur. 1744
Legibus teoentur principes. 987
Legibus vim Deus dat. 1345
Leges recenſitionis exercitus. 1346
Legum huius recenſitionis rationes. 1347
Legem in delectu habendo Saül obſeruauit. 1348
Legibus cautas pœnas an relaxare liceat. 1363. & ſeq.
Legum diuiſio in humanas & diuinas, & qoid iuris io vtriſque 1365
Leges diuinas Theologi ioterpretantur, non tollont. 1365
Leges humanæ interpretari, & cætera poſſunt. 1365
Leges diuinæ diſtinguontur. 1373
Lex diuina de puoiendis ſootibus expenditur. 1373
Leges diuinæ non abrogandæ. 1374
Leges iudiciales in manu Regum ſunt. 1373
Leges ſuffragatorum primi & ſecundi generis. 936. 937
Legis eiuſdem copioſior explicatio. 822 823
Legis explanatio quæ iubet Deum toto corde diligi. 821. 822
Lex quæ Deuter. 17. habetur de regibos explicatur. 961
Lex Salica. 667
Lex & ſacerdotium doo maxima Dei beoeficia. 1420. 1421
Lex regni quæ habetur Deuter. c. 17. 990. 991
Lex ſummi principatus ex. 14. c. 1. Macha. 991. 992
Leges Eccleſiaſticæ à Chriſtianis debent ſeruari. 992
Legibus dioinis Reges aſtriguntur. 992
Legibus fundamentalibus etiam aſtriguntur. 993
Leges fuodamentales 8. ab Ottomano coumerantur, quibus Reges Francorum alligantor. 993. 994. 995
Lex regia apod Romanos. 986. 987. apud Græcos. 988. barbaros. 989. 990. Hebræos. 990. 991
Λειποψυχίας ſeu defectionis animi cauſæ. 1710
Lenonom pœna. 740
Leo tertius Pont. Max. aduocato Carolo Magno vitam ſuam excuti, atque examinari procurauit. 1402
Leuitas materiæ an à peccatis excuſet. 1741. & ſeqq.
Leuitæ miniſteria, & ordo. 264
Legionem quantus oumerus faciat. 1114
Legi ſemper coniungitur pœna, etſi non exprimatur. vide Pœna.
Lex quoddam velut exemplar eſt principis voluntatis. 901
Lex omnis homana in foro exteriori obligat. 902.
Lenticula quid, & vnde dicta. 1173
Leuitarum ætates iuxta Scripturam. 467 earundem ætatũ tropologica interpretatio. 468
Leuitis rem habere cum vxoribus non licuit, donec in tabernaculo deſeruirent. 695
Leuitarum tonſuça quam imitata videtur Eccleſia. 636
Leuitæ iudiciis præerant. ibid.
Leuitæ erant in ſingulis vrbibus 56. d. quare erant io ſingulis vrbibos. 57. a. decimarum ſuarum decimas ſacerdotibus offerebãt. 97. a. non redimebantur quamuis eſſent primogeniti. 161. c. voueri potuerunt. 161. d. tonderi debebant. 163. b.
Leuitarum functio perpetua non erat. 88. c. maſculorum præcipuè ratio habebatur in eorum tribu. 158. d.
Liber Regum primus, dictos Samuel, & Regnorum I.

Libros

Libros Regum quatuor patres agnouerunt. 1.
Libri titulum Hebræi magis ab auctore ſumũt quàm à materia. 2.
Libri Regum hiſtoriæ fides ab auctore commendatur. 5.
Liber primus Regum quo ordine, loco, & dignitate apud Hebræos habeatur. 3
Librorum Regum finis & ſcopos. 6.7.&8
Librum hunc Regum putat Hieronymus eum eſſe qui olim dictus eſt Liber iuſtorum. 13
Liberi plurimùm impedimenti præſtant ad perfectionem anhelanti. 702
Liberi. vide Filius.
Liberorum procreatio præuiâ oratione à coniugibus auſpicandâ. 228
Libertas quid ſit. 1050.& 1051
Libertas quid. 574
Libertas triplex. 574
Libertas Euangelica quid. 574
Libertatem oſtendere Chriſtianis non licet. v. Seruus.
Libertas cum regia ſubiectione optimè conuenit. v. Rex.
Libertas arbitrij aſtruitur. 1061
Libertatis cõtingentia quomodo ſtet cum immutabilitate prouidentiæ. 1217. 1218
Libidini ſeruientes inſtrumenta ſunt diaboli. 473
Libra, collectæ ſpecies, qoid. 1034
Liturgia quid. 468
Loci ſacri prophanatio. 361
Locis religioſis & piis Sathan præſertim inſidiatur. 1226
Locus Dei quis. 752
Loci diſtantia verbis confunduntur. 561
Locus natalis laudes hominum & beſtiarum amplificat. 57.c.
Locus natalis arbores, fructus, & plantæ ſæpiſſimè commendat. 57. c. ad hominum mores confert. 58.b.
Log menſura quantùm continebat. 1178
Lucernam hominem virtute præditum Chriſtus vocat. 1707
Lucerna dictus Ioannes Baptiſta. 1707
Lucerna Dauidi promittitur quo ſenſo. 1708
Ludouici Pij reſcriptum. 626
S. Ludouicus rex Franciæ numerum cuſtodum auxit. 1010
Lunæ facies diuerſę variis vocabulis apud Gręcos diſtinguuntur, & quibus. 759
Loſcitio quid. 478
Luxus Indiæ Regum. 1015
Lyræ vis præcipua ad permouendos animos. 1237.1238

M

MAgiſtratus ciuiles num ſortiri liceat, & quibus conditionibus. 1281
Magiſtratu multi ſe abdicarunt propter laboris magnitudinem. 1284
Magiſtri nomen vnde dictum. 1428
Magiſteria dignitas apud Romanos. 1428
Magiſter Eccleſiæ pro oculo eſt. 480
Magiſtratus ſolis Catholicis permiſſi. 919
Magiſtratus quinam conſtituendi. 881. b. ad 882.c.
Magiſtratus ordinarij tribus modis inſtitui ſolent. 884.c.
Magiſtratus inferiores neceſſarij. 885.c.d. optimis ciuibus cõferendi ſunt. ib.d. ad 888.d
Mala non prorſus omni bono carent. 1429
Malorum triplex genus quæ miſericordia cõmouent. 1323. & ſeq.
Mali à quibus honore afficiantur. 431
Malorum virtus poſterorum vitiis non patrocinatur. 334
Malorum auctor non eſt Deus. 295
Malos ad malum inferendum qua ratione incitet Deus. 527
Malos arguit bonorum conſpectus. 471
Mali quare ſemper pauidi. 590
Malis vita conceditur ad amplificandam eorum miſeriam. 436
Mali cor non omnes in hac vita puniuntur. 495
Malum non ſolùm non probandum, ſed etiam reprimendum eſt. 499
Malus punica. 1607. eius ſpecies. ibidem.
Mallus, Mannire & Mãnen quid ſignificẽt. 232
Manus homini ad quid datæ. 434
Manus artificioſiſſima. 434
Manus corpori reſpondet ſicut ratio mẽti. 434
Manus vnde dicta. 434
Maſculorum præcipuè ratio habebatur in tribu Leuitica. 158.d.
Maſpha qui locus. 1270
Manobia templis inferri ſolita. 625
Muri ciuitatis ædificandæ Eccleſiæ cõceſſi. 627
Margarita Iudæus. 604.& 605
Marcſuan Hebræorum menſis. 758
Matres fœtus ſuos lacte proprio alant, variæ rationes. 253
Mater filium non alens praua dicitur. 255
ad Matrem quandiu infans alitur, vir accedero noo debet. 255
Matrimonialiũ tabularũ vetus formula. 136.b
Matrimonium eſt ſacramẽtum. 79.d. Chriſtianorum excellit matrimonia Iudæorũ & Paganorum. 79.d.
Matrimonij laus. 79.d. fœlicitas. 80. a.
Matrimonij opus Deo acceptum. 228
Matrimonia Eunochorum legitima non ſunt: ſterilium è contrà. 1040. d. ad fi.
Maximinus ſæuitia contemptum ſui tollere parans peſsimè ſibi conſuluit. 1304
Meditationi opportunum tempus matutinũ. 227
Memoriæ & ventris comparatio. 1427
Memoriæ cuſtos fideliſsima ſtudium & beneuolentia. 1426
Michaël Archangelus à Ioſue adorat. 737
Menſes in 4. hebdomadas ab Hebræis primùm diuiſi. 759
Menſis in ſuas partes diſtributio apud Græcos. 760
Menſa ſignificatur nomine Hebraico שֻׁלְחָן, quod pro altari ponitur, & metonymicè pro conuiuio. 1123.b.
Menſę conſecratæ in fanis gentilium ad ſolemnes epulas. 104. d.
in iis Menſis ceſſabant inimicitiæ. 105.b.
Menſes Hebræorum vnde dicti, quot, &c. 757 ſeq.
Menſis nomen apud Hebræos & Græcos. 757

Menſis apud Romanos diſtributio. 76t
Menſura humanæ vitę. 592
Mentiri nunquam licet. t352
pro ratiooe Meritorum erit præmiorum modus. 410
ad Meritum quæ reqoirantur. 1095. a. ad finem. Temporalia bona oon cadunt ſub meritum. 26t
Meſſis tempus. 1455
Metendi triplex modus. 788
Metus affinis ſuperſtitioni. 15t1
Militem fugere inhibitum. 539
Milites in acie crucem tulerunt. 550
Milites quibus indiciis alacritatem teſtarentur. 572
contra fugam militum remedium. 594
caput porcinum vocabulum militare. 1579
Milites deſertores quo loco habiti. 1533
Militaris diſciplinæ neceſsitas. 1505
Militaris cuneus. 1579
Militiæ genus triplex. 1341
Militia legitima. 1341
Militare ſoli nobiles cõpellũtur in Gallia. 1342
Militum qui ad diem condictum non conueniſſent excuſationes apud Romanos. 1342
Minimorũ quatuor vota quatuor Elcanæ progenitoribus ſignificantur. 78. e.
Miniſtri fides quibus partibus conſtet. 442
Miniſtri cuiuſdam digami faceta hiſtoria. 83. d.
Miniſterium ſacrum quid. 429
Miniſtrantibus to tabernaculo vinum hibere tion licuit. 159. d
Miniſtrum qualem Deus ex voto cooptet. 469
Miniſtrare Domino qoid ſit. 469
Miniſterij ſacerdotalis maieſtas. 418
Miracula vera & falſa quomodo diſcernantur. 1453
Miraculorum ſtudioſi Iudæi. 1452
Miracula neceſſaria quando. t453
Miſericordia cõmoueri num liceat. 1321. & ſeq.
Miſericordia quid ſit. t323
Miſericordia à quibus malis præcipuè excitetur. 1323
Miſericotdia virtus habenda, & quidem Deo bominihoſqoe digna. 1324 & ſeqq.
Miſericordia eum ſpe coniuncta eſt. 1325
ex Miſericordia nom fleuerint Iſraelitæ. t325. & ſeq.
Miſericordia & iuſtitia eadem dictione ab Hebræis exprimuntur. 1410
Miſericordiæ diuinæ ſumma vis. 1428
in Miſericordia Dei nimiom confidentes culpabiles ſunt. 520
Miſſa pro conſtituto tempore olim aſſignabatur. 233
Miſſilia ſpargi ſolita in Regom vnctione. t303
Mna quid ſit. 573
Melech, idem Rex, qoid propriè ſignificet. 1074 d.
Monachi quare radantur. 166. d.
Monachi exulara malont quàm pati intruſum Abbatem. 976
Monarchia præſtantiſſima, generaliſſima, vbique neceſſaria. 688
Monaſteria virorũ mulieribus interdicta. 364
S. Monicæ ſomnia & omina. 1648
Miraculorum triplex differentia. 1659
Monomachia edicto prohibita. 63t
Monachi & Epiſcopi Proreges inſtituti. 638 & ſeqq.
in Monte Ephraim erat ſchola Prophetarum. t022
Mons Ephraim benedictus. 61. d.
Montis Ephraim laus. 61. & 62
Montium ſitus vallibus præferendus. 61. a.
Morbos nouos & nunquam auditos aliquando immittit Deus. 739
ad Motum probitatem vel prauitatem multum confert locus natalis. 58. e.
Mors Chriſti qua ratione in veteribus ſacrificiis fuit adumbrata. 506
Morientis ſupremus habitus. 601
Mors repentina, optima habita. 602
Mortem ſubitaneam qui taodem optare liceat. 602
Mors quæ videtur humano ſenſu terribilis bonorum ſaluti, aot etiam gloriæ non præiudicat. 603. Iudæi quibus modis præparentur ad mortem. 604. Quare ſummi Pontifices noſtri cito moriantur. 607. Qoare non item Reges aliique Pontifices. ib.
Mortis reus ter admotus patibulo, eodem die ter liberator. 293
Mortis timor quo loco habendos. 1526. ſcripturæ non videntur damnare mortis timorem. 1526
Mortis timor an vitioſus. 1527
Mortem Sancti & Sanctus Saoctorum Chriſtus timuit. 1528
Mortis metos nõ eſt per ſe peccatum 1526. pij quomodo mortem quam timent optaot. t53.
Mortui qui verè dicantur. 595
Morientos aurium ſordes dulceſcont. 598
Moyſes natus annos cẽtum viginti oculos vegetos omneſque corporis ſenſus integros habuit. 479
Mulier etiam virgo dicitur. 697
Mulieres à conceptu ad partom male ſe ſe habent. 700
Mulierum prægnantium ſymptomata. 700
Mulieres felici ac maſculo partu gaudeot. 702
Mulieris ſapientis laus. 35t
Mulieres qoæ obſeruabant ad oſtia tabernaculi. 36t
Mulier cur viro ſubſit. 251
Mulierum conſortia religioſis fugienda. 365
Mulieres prophetides paucæ, fatidicę multę. 274
Mundus duobus principaliter regitur. 656
Mundus deſignatur per thymiama. 419
Mundus ſeneſcit. 593
Mundum confuſionem vocant Hebræi. 301. eius varia nomina. ib.
Munera Regibus offerri ſolita priuſquam tributa inſtituerentur. t302
Muneris & doni differentia. 427
Munera à Regibus exhiberi ſolita. 1503
Muneris multiplex ſignificatio. t304
Munus triplex ab obſequio, à manu, & à lingua. 449
in muneribus dandis tria attendenda, totidem

in accipiendis. 450
Murium ſtrages per agros. 741.& ſeq.
Muſicæ modi varij. 1232
Muſica in ſacris officiis adhibenda ſit, necnè. 1262
Muruum quid. 262

N

NAas Ammonites quo tempore pognare cœperit. 1305
Naas cur Iſraelitis bellum indixerit. 1307
Naas immiris animus arguitur. 1308
Naas Iſraelitis cur potiſſimum oculos violare voluerit. 1310
Naas cur Iabenſibus 7. dies conceſſerit. 1316
Nahhas נחש huius Hebrææ vocis vis & ioterpretatio. 1647
Nathan ea libris Regum adiunxit quæ poſt mortem Samuelis acciderunt. 3. & 13.
Naturæ beneficia tributorum iniquitate exareſcunt. 1032
Naſamones quo habitu morientem conſtituant. 601
Nemo Propheta in patria ſua. 1263
Nemo poteſt abſque ope diuina cor ſuum præparare Deo. 825
Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. 960
Neceſſitas ex hypotheſi & abſoluta prouidentia qualis. 1216.1217
Neceſſitas principem excuſat, ſi coactus tributum imperat. 1030
Neceſſitas duplex. 1216
Nicolai Papæ Epiſtola explicatur. 632
Nicolaitarum hæreſis circa cœlibatum. 695
Nili commoda. 1272
Niſan menſis Hebræorum. 758
Nobilitas natiua quid. 431
Nobilitas propria quid. ibid.
Nobilitas datiua quid. ibid.
Nobilitas vera & germana quid. 432
Nobiles qui. 432
Nobiles ſoli prudentes & iuſti. 433
Nobiles ſoli in Gallia militare compelluntur. 1342
Nobilium exemptiones ferendæ non ſunt. vide, Tributum.
Noxa, fraus multa qui differant. 1343
Noctes olim Galli numerabant. 232. & alij populi. ibid.
Noctis dieique ſimplicior partitio apud antiquos. 1359
Noctis dieique partiũ nomina apud Hebræos & Romanos. 1359
Nominis Chriſtiani encomium ex S. Theophilo & Iuſtioo. 1396.1397
Nulla nomina, nec vlli characteres, ſuapte vi, aut Dei inſtitutione, præter ſacramentalia, valent ad parranda miracula. 1185.a. ad 1185.b
Nomen aſini plurimis ioditum abſque ignominia. vide, Aſinus. 1092.b
parentum nomina Troglodytæ liberis non imponont: ſed alicuius animalis. ibid.
vox Nomen vnde deducta. 235
Nominis impoſitio, aut ſaltem immutatio in baptiſmate. 235
I.
de ratione nominum imponendorum plura. à 237. ad 241
Nomen rationis res eſt oon naturæ. 240
Nomina pueris imponenda quæ? 240
Nomina Sanctorum imponenda Chriſtianis ex Conc. Niceni præcepto. 241
Nomina Religioſis cur commutentur. 241
Nominum mutationem irrideuti Vermilio reſpondetur. 241
Nomen qui Pontifices primum mutarint, & cur? 244
Nonni vnde dicti. 514
Numerorum nouenarij, denarij, & tricenarij myſteria. 1155.c. ad 1157.b.
Numerorum allegoria. 1506
Numerus millenarius quid ſignificet. 1508
Numerus ſexcenteſimus quid portendat. 1576
Numerus quaternarius laudatur. 418
Numinis placandi certiſſima ratio. 543
Numinis præſentia vibibus præſidio fuga ruinæ. 709.& ſeq.
Nummi nomine quid intelligatur. 446
Nurus Heli quot menſes vterum geſſerit. 699
Nurus Heli an partu fuerit extincta. 702
Nurus Heli miſeria. 702. & ſeq.
Nurus. 698

O

OBediendum ſuperioribus in iis quæ non repugnant legi Dei. 89.d.
Obedire ſuperiori non tenemur duabus rationibus. 1639
Obedientia exactiſſima à Deo exigitur. 1551
Obedientia triplex aſſignatur à D. Thoma, & deſcribitur vnaquæque. 1639. in rebus maniſeſte malis obediendum non eſt. 1640
Obediendumne ſit in rebus licitis, ſi cum euidenti periculo ſint coniunctæ. 1640.1641.
Oblationes voluntarias non aſpernatur Deus. 546
Obligatio quam vim habeat. 630
pro peccatis ex obliuione contractis, ſacrificium ex hœdo offerebatur. 1121.b.
Obliuio multorum vitiorum mater. 1423
Obliuio quid. 1422
Obliuio deteſtanda. 1423
Obliuio Iſraelitarum. 1426
Obliuionis tres cauſæ. 1425.1426
Obliuio periculoſior reliquis animi perturbationibus. 1424
Oblatio quid. 1251
Obolum, & nummus, & pondus olim erat. 1115.c.
Obſeruatio legis vtrum ſit iuſtificationis cauſa. 430
Occaſio leuiter non prætereunda. 1135. b c. d
Oculorum mira acies. 1666
Oculi quibus rebus debilitentur. 1706
Oculos Ionathæ illuminatos quomodo intelligendum ſit. 1705. & tribus ſeqoentibus.
Oculis medetur mel præcipuè æſtiuum. 1706
Oculos illuminari apud Hebræos Prouerbium fuit. 1707
Oculos aperiri & illuminari nõ vno modo dici-

tur aut intelligitur in ſcripturis.1705. &1706
Oehus Perſatũ Rex aſious u ominatur. 1092.a.
Oculorum caligo cæcitatem cordis indicat. 479
Oculos Iſraelitis cur potiſſimum Naas violare voluerit. 1310
Oculos dextros cur Iſraelitis violare voluerit, ad litteram, allegoricè, & tropologicè explicatur. 1310.1311.
Oculus quare homini ſublimes. 790
Odorum vſus. ibi.d.
Odorũ beneficio fluxiones diſcutiuntur.1178.a cerebri nubeculas diſſoluunt. ibi.
Odores cur oleo commiſcentur. ibid.b.
Odorum duæ ſpecies. ib.c.
Oleo ſancto Reges vngebantur. 1179.b.
ſed non ſemper, ex ſententia Toſtati, quæ refellitur. ibid.b.c.d.1180. a.b.c.d.
Oleum, quo multi reges priuatim vncti ſunt, non erat aliud à ſacro. 1179.d.1180.a.b.c.
Oleum naturale, & impermixtum, ex quo, Deo mandante, ad vnctionem ſacram adhibitum eſt, à ſacro diſtingui non debuit. 1188. b.c.d. capitale ſupplicium illi decretum, à quo oleum ſacrum vulgari vſu profanaretur. 1189.b.
Olei ſacræ multæ ſpecies in Eccleſia Catholica. 1199.d.ad finem.
Olei conſecratio. 1201.
Oleum ab vnguento diſtinguitur. 1012
ſolus Dauid, & reges de domo Dauid vncti fiere oleo vnctionis. 1174.a.
Oleum vnctionibus cõtinebatur vaſculo corneo. ibi.
Olei duplex genus in ſcripturis. 1176.c.d.
Olei communis ſpecies variæ.ib.d.& 1177.a.b
Oleum, ſeu vnguentum, quod oleo, & aliis compoſitum erat. 1177.b.
Omen quid ſit. 1646. eius etymon & notatio nominis. 1645
Omen non poteſt eſſe cauſa efficiens rerum phyſicarum. ibid.
Omen non eſt ſignum rei futuræ. 1654
Ominum plura genera. 1645. eorum obſeruatio in ſcripturis. 1643 &1647
Omina obſeruare an liceat in vtramque partem diſcutitur. 1647.1648
per Omina nonnunquam cùm neceſſe eſt ſuos commonere ſolet Deus. 1648
huius rei exemplum in D. Auguſtino & B. Monica eius matre. 1648. 1649. in D. item Ambroſio, & rege noſtro Clodouæo, & pluribus aliis. 1649 .& 1650
Omina plerunque à maioribus noſtris ex verbis ſcripturæ ſacræ captata exempla Clodouęi & aliorum latè. 1648.1649
Ominis vanitas tribus rationibus demonſtratur ex Pico. 1953
Ominis cauſa non eſt diuina prouidentia. ibidem.
Omnia diſtributiuam Dei iuſtitiam prædicant. 1411
Omnia ſubſunt prouidentiæ Dei. 1212
Omnia à Deo mouẽtur, & quomodo. 394.395
de Operum bonorum vi. 504
Opera bona noſtra eſſe poſſunt. 1488
Opera, & opus in quo differant. 1049.c.d
Opus aliquando ponitur pro diuitiis, & transfertur aliquando ad omnes propè res, quæ ad vſum, & miniſterium hominis cedunt. ibid.d.
Ophni & Phinees ſacerdotes Domini erant profeſſione non merito. 98.c.
Opinio quid. 1631
Opinio Vermilij refutatur, qui ipſummet Samuelem ſacris operatum arbitratur. 852
Oppidum vnde dicitur. 1160. d.
Opum humanorum fragilitas. 597
Oracula quare deſierint. 721
Oraculum quod in ſomnis contingit quid. 512
Oratio caſtrenſis. 1347
in Oratione, cur perſeuerantia opus eſt.1097.b vſque ad 1101.d.
in Oratione non diffidendum, ſi ſua Deus beneficia procraſtinet.1103.a. vſque ad 1108.b. quare differt eã exaudire. 1097. b. vſque ad 1101.d.
quę iuſtitia ad Orationis effectum requiratur. 1105.a.b.c.d.
quęnam in Oratione petenda ſunt, & in quibus minimè dubitandum. 1106.a.b.c.d.
Orationis ſeniorum ſummę capita. 959
Oratio ſeniorum abſurdiſſima. 961. 962
Oratio non eſt adhibenda vbi ad oppoſitum Dei voluntatem obfirmatam eſſe certò ſcitur. 1078.b
Orationes bonorum, & malorum diuerſa ratione Deus exaudit. 1139.c.d.
Orate in omni loco licet. 152.c. coram Domino quinam dicantur. 182. d. multum an ſit vtile. 183. d. cur Deum oremus cùm ſit immutabilis. 154.c.
Orantis animus, voce & geſtu ad deuotionẽ nonnunquam excitatur. 191. a.
Oratio intempeſta nocte omnium voluptatum maxima.70.d. breuis & frequens debet eſſe. 157.b.
vt Orationi vacetur ſobrietas, & alia ſunt ſeruanda. 17.b. 150.a.
ante Orationem examinanda conſcientia.71.b
Orantibus quies neceſſarius eſt. 71.c.
Orationes quomodo ſacrificiis ſint potiores. 93.a.
Orationi Deus nihil denegat, cùm veras lacrymas comites habet. 152.a.
Orantibus fides neceſſaria. ibid.
Orationem anteactæ vitæ integritas, aut futuræ votum commendat. 155.b.
Orationis fructus triplex. 183.b.
Orationem conſequens animi ſecuritas, non eſt ſemper ſignum rei impetratæ. 212. 213
Orationem an ſemper ſequatur effectus. 213. 214.215
quomodo oratio non ſemper poſtulata obtineat, ſimile. 215
ſtatim poſt Orationem Deo gratiæ referendæ, ex Eccleſiæ vſu. 215
Orationis comes debet eſſe prudentia. 216
Orationes quomodo ſemper exaudiat Deus, & maximè horum qui ſapientiam ab eo poſtulant. 218.219

Oratio triſtitiæ amuletum. 225
dies & opus ab Oratione inchoanda. 226. 227.
Orationi tempus opportunum, matutinum. 226.
Orandus Deus etſi paratus ſit vtilia conferre, ſimile. 261
Orationis nomine quid cenſendum. 270
Orare quid ſit. 271
Orationis genus Euchariſticon. 272
in Oratione εὐχαρισία. 272
Orando Anna vaticinatur. 272
Oracula verſibus edita. 274
Origo prima peccati. 397
Origo naturalis debiti. 1412
Ordinariorum militum multiplex iniuria. 1008.
pro Ordinationibus quæ iubeant Imperatores perſoluere. 455
Origenes caſtitatis ſtudio ſeipſum execuit. 1043.b.
Orientales populi vnguentorum ſtudioſi. 1013.
Oriflambe erat Francorum vexillum. 550
Oſcilla vnde dicta. 24
Oſcillorum luſus ad quid inſtitutus. 24
Oſculum quid ſit. 1202
Oſculum pacis in diuinis officiis. 1205
Oſculum Epiſcoporum Reges & Imperatores olim expetebant. 1204.1205
Otium nocet mulieri. 350
Ouis Maſc. generis. 1343
Ouium multa. 1343
Ouium Apolloniatatum deſcriptio. 437

P

PAcificorum ſacrificium pacificæ hoſtiæ. 1377.& ſeq.
Palæſtinorum bellum in Iſraelitas vnde ortum. 526
Palæſtinorum & Bethſamitarum perniciosa curioſitas. 795
Papa poteſt admoneri, non iudicari. 416
Papę cur citò moriantur. 607.& ſeq.
Parabola quid. 1266
Paralogiſmus Hebrçorum. 542
Paralogiſmus vitioſus. 542
Parentum flagitia poſteritatis pœnis luuntur. 1448.
Parentibus quæ debeamus, & quæ religioſe negare poſſumus. 1269
Parentum gratia quibus filiis Deus parcat. 1392.
Parentes elementa fidei ſuos doceant. 249
Parentum execratio ac deuotio quam vim habeat. 583
Parentibus, non eſt tribuenda parentum negligentia.
Parochus, & parœcia vnde dicta. 1144. c. d. 1145.a.
Parochi olim dicebantur, qui ſalem, & ligna præbebant. 1144.c
Partus dolores deſcribuntur. 700
Partum tredecim menſibus, vel etiam vndecim geſtatum narrant hiſtoriæ. 214
Paſtori gregem deſerere, an & quomodo liceat. 1472
ars Paſtoritia apud antiquos celebris. 1093.d
Patientiæ exemplar eximium Anna. 200. & 201.
Patienter nobiſcum agit Deus. 488
Patientia Annæ maxima. 127.d
an ſemper Patrem liceat in filios clementem eſſe. 501
Patrum in filios amor à natura inſitus. 1747
Patrum in filios ſeueritas. 1747.1748
Patri cur tribuatur filiorum ſcelus. 426
Patria poteſtas quanta fuerit apud Romanos. 176.c.
Patriæ poteſtati à poſteris derogatum eſt. 177.
Pater non excuſatur à peccato etſi liberorum cauſa fecerit. 492
Paternæ irreuerentiæ cauſa, Chanaan à patre Noë ſeruituti addictus eſt. 1047.a
Patriarcharum vita antiquis pro lege fuit. 1416.
Patrimonium publicum alienari non poteſt. 620.
Patrui autoritas in fratris filios. 1269
Panis varia genera. 1017
Panis nomen commune omnibus edulis. 1018.
Panis Euchariſticus eſt vera Chriſti caro. 563.
Panis transſubſtantiatio in Euchariſtia defenditur. 1247
Panis nomine quid intelligatur. 446
B. Paulus à Paterno ordinis Minimorum, mare Siculum, cum B. Franciſco de Paula, ſuper pallium eiuſdem, iuſſus tranſmiſit. 1641
huius beati viri corpus poſt 120. annos incorruptum aſſeruatur in noſtro Conuentu Paulano. 1641
Eiuſdem in re difficili & perniculoſa cæca obedientia. 1641
Pauor quid. 1432
Pauor Dei, hoc eſt magnus. Hebraiſmus. 1659.
Paoor Dei, hoc eſt à Deo immiſſus. ibidem.
Pauperes ſpiritus afflicti terræ dicuntur. 301
Paupertate Euangelica hoſtes vincimus, pulchra tropologia. 1585
Peccata in cœlum clamantia. 1417.1418
Peccantium genus duplex. 388
Sacrificium pro peccatis obliuionis quidnam erat. vide, Sacrificium.
Peccati vulnere lactamur, remedijs affligimur. 803.
Peccati delectatio ſolis nomine ſeu petræ ſerie figuratur, & cor. 1614
Peccatorum mentes bene petræ & ſcopuli præcipuè in morem dentium præfixi dicuntur. 1614.1615
Peccata eſſe æqualia Stoicorum error. 1740
Peccata cauſa ſunt malorum fortunæ. 1450. 1451.
Deo non poſſumus ſatiſfacere pro peccato. 1480.
Peccata à Dei prouidentia reguntur. 1215

Peccatum filiorum Heli quomodo non potuit expiari. 507
Peccatum quodlibet pœnitentia deleri poteſt. 508.509.
Peccarores omnes Deus vult conuerti. 509. 510.
Peccatum quid. 591
Peccati vera cauſa. 593.594
Peccati origo. 597.598
Peccatum Adami. 401.402.403
Peccatum aliquando pœnam & ſupplicium ſignificat. 504
Peccati odium quantum ſuſcipiendum ſit. 1345.
Peccatum non ſolùm non probandum, ſed etiam reprimendum. 499
Peccatorinum licere cùm arguitur Heli reſponſione vti: *Dominus eſt, faciat quod bonum eſt in oculis ſuis.* 519
Peccatoris cor ſimile eſt diuerſorio. 43
Peccatores mortui dicuntur. 595
Pectinis tropologia. 173.b
Pecunia quę offerebatur duplex. 446
Pecuniariæ mulctam pœnitentiæ nomine ſine comitio imponere poteſt Eccleſia. 645
Pedum inunctio. 1014
Pecus eſt qui cœlum non curat. 51
Penoria ſæpius quàm pugna conſumit exercitum. 1578
Peregrinis cœnaculum erat in Creta. 1160. d.
Peregrinationum ſacrarum abuſus. 89.b
Periпſema & catharma quid differunt. 300.
Perſarum reges qoomodo olim initiabantur. vide, Reges.
Perſequutionem fugere licet. 1534
Perſeuerantia quãtum nobis neceſſaria. 1097. b. ad 1108 a.
Perſonæ diuinæ tres res ſunt. 568
Perſpicacitas Dei mira. 537
Pauus pulchrè deſcribitur à Tertulliano. 45
Pax tecum, ſalutandi formula. 210.c
post bellum diuturnum, pax dulcior eſt. 865. c.
Pio principe dominante, reſpublicæ inſtaurantur. ibid.d
Phada פדה Hebraicæ vocis ſignificatio. 1753.
Phariſæi hæreticorum typus. 428
Pharnaci pro diademate, ſcirpus latior datus eſt. 1189.d
Phenenna conuerſionem ſignificat. 85.b
Phenennam cur duxerit Elcana. 84.d
Philippi Valeſij dictum de nobilitate regum Francorum. 1150.c.d
Philiſtiim qua libertate præditi. 575
Philiſtiim vnde orti. 576
Philiſthinorum ſtultitia arguitur. 720
Philiſthini quare in poſterioribus percuſſi. 739.
Philiſtini qui? 1515
Philoſophia ſapientiæ debet ancillari. 1245.
Philoſophia veterum inhumana. 1323
Phinees adhuc ſuperſtitis patris vicarius extitit in ſacerdotio. 1612
Phyſiognomia quid ſit. 185.a
Phyſiognomones quinam dicti. 185.b
Pici Mirandulæ ſententia de ominibus. 1651.
Pietas & religio certiſſimum reip. præſidium. 864.
Pietatis robur quid ſit. 1166.a
Pietas in parentes laudabilis, & bonæ indolis argumentum. 1108.c.d. & 1109.a,b
à Pietate reliquæ virtutes ſplendorem accipiunt. 432
Pij homines optarunt in hoc ſæculo debitas pœnas luere. 520
Piſces à gentilibus culti. 714
Placandi numinis certiſſima ratio. 543
Placere qui omnibus ſtudent ægrè alios corripiunt. 499
Planctus exercitus deſcribitur. 590
Pluuia inoſitata tempore meſſis. 1454.
Iouis dicitur filia, elicita ab infidelibus. 1455.
Pluuiæ, & ventorum dolia duo apud Indos ex Apollonio. 1456
an & quomodo id ſit verum. 1456
Pluuia ſereno cœlo impoſſibilia. 1456
Pluuiæ duæ ſpecies imber & nimbus. 1459
Pœna cur non omnibus infligitur in hac vita. 495.
Pœna talionis Deus in contemptores ſuæ maieſtatis animaduertit. 448
Pœnæ populis infliguntur diuinitus ad pœnitentiam. 1463
Pœnæ comminatio firma legum cuſtodia. 1478.
Pœnitentia lapſis opus eſt. 1464
lapſus poſt pœnitentiam grauior. 1478
Pœnitentia poteſt eſſe ſine confeſſione. 1480.
Pœnæ & culpæ condonatio. 1481
Pœnitentia an ſit integra abſque ſatisfactione. 1481.
Pœnæ Sacerdotum. 502
Pœnas iuſtas à legibus impoſitas, an liceat relaxare diſputatur. 1363. & ſeqq.
Pœnitenti virtutes, & merita reſtituuntur. 687.a,b,c,d.866.c.d.
ſed non ſemper pari menſura. 687.c,d
Pœnitentia remedium certiſſimum. 808
Pœnitentia tarda. 578
Pœnitentia vana Philiſtinorum. 769
Pœnitentię iniunctę tempus in tres partes diſtribuebatur. 770
Politia prima Hebræorum. 1291
Polygamia apud pleraſque nationes obtinuit. 80. c.
Hæbræis permiſſa fuit. ibid.
quare olim permiſſa nũc verò minimè apud Chriſtianos illicita. 82.b
duplex. 82.d
quę polygamiæ ſpecies nunc permittatur. ibidem.
Pontifex à ſacris abſtinuit ob ſomnum venereum. 494

Pontifex inaugurari abſq; Ephod oon potuit. 410.
Pontificem ambulare coram Chriſto Domini quid ſit. 443
An liceat ſummum Pontificem arguere. 414.
ſummus Pontifex cœlo tantùm debet ſuam innocentiam. 415
Popularis ſtatos laudatur. 1292
Populi habitantes in ſpeluncis. 1522
Populi ingenium eſt vt tempori ſeruiat. 1361.
Populi aduerſus infeſtos reges, Deus preces exaudit. 1060.a,b
Populus ſæpeoumero impetrata reſpuit. 1298.
Populus hæredi principis nouas leges ſcribere non poteſt. 995
Populum decem perſonæ faciunt. 1124.c
Porta frequenter pro loco iudicij vſurpatur. 1142.a,b.
Porta Caluariæ erat porta iudicij. ibi.b
Portarum nomina nouem ciuitatis Ieruſalem. ibid.c,d.
Poſſeſſiones Eccleſię donare, aut de eis diſponere non poteſt vlla ſæcularia poteſtas. 677.
Potentia Optimatum probatur. 1293
Poteſtas nulla niſi à Deo, & qua ratione. 1290.
Poteſtas duplex inter Chriſtianos. 642
Poteſtas ſumma & abſoluta eſt in Democratia, quam in Monatchia & Ariſtocratia vix reperire eſt. 982
Potus varia genera. 103.c.204. per totam.
Præceptum Dei nullum eſt leue. 1553
Præcepta ſiue Dei, ſiue hominum an ſemper obligent ad peccatum mortale. 1572
Pręcepti vocabolo conſilium intelligitur. 1572.
Præcepti, voti & iuramenti non eadem ratio. 1743.
Præcepta diuina triplici genere continentur. 1373.
Præcepta iudicialia in manu Regum ſunt. 1373.
Præceptor neceſſarius eſt ad iuuenum inſtitutionem. 61.b
Preces ſine fide otioſæ. 505
Prædictiones Satanæ obſcuræ. 441
Prædeſtinatis admonitio neceſſaria. 500
Prædicatoribus & Paſtoribus fama neceſſaria. 376.
Prædicatori vitio dari non poteſt, ſi quid perſuaſerit. 1061.d.ad 1063.d
nec mercede caret, ſed maiori dignus eſt. 1063.d.ad fin.
Præputiom cordis. 1617
Præſcriptionis noſtræ conditiones. 929
Præſens Tempus. V. Tempus præſens.
Prandium vnde dictum. 1118.b
eiuſdem proprium tempus. ibi.c
cur ἄριστον vocatum ſit. ibid.
illud Romani ſeorſim ſumebant. ibid.
Prandium pro cœna veteres accepere. ibid. c, d.
Presbyteri nomen qoid importet. 338
Princeps legibus diuinis ſolutus non eſt, nec etiam iure gentium. 992
Princeps legibus fundamentalibus aſtringitur 993. lege ciuili ſolutus eſt. 998. cootra Paulum Buſium. ibid.
Principes boni rari, mali plures. 1499
Principum corruptela. ibid.
maledicta terra cuius princeps puer eſt. 1501.
Principatus parandi modi legitimi atque illegitimi. 1290
Princeps tributum iniuſtè extortum reſtituere tenetur. 1035.b
Exemplum. ibid.& ſeq.
Principis teterrimi votum. 595
Principes ſanctuarij duo diuina authoritate à Dauide conſtituti. 448
Principium totius dimidium. 468
in Principum aula cur fatui. 500
Principem ſomnculoſum eſſe non decet. 1167.c.d 1168.a.b.
Principi tria obſeruanda pacis tempore. 1168. b. ad 1171. b.
Principes ab Eccleſia excommonicari. 656.
Principes in cauſa fidei iudices eſſe non poſſunt. 665
Principatum ſuſcipere qui ſunt veriti. 1282
Principatum humana electione oblatum num recuſare liceat. 1285
Principatum ſuſcipere charitas non cogit. 1286.
Principatus recuſandi legitimæ rationes. 1286.
Principes dicti anguli populorum, & cur. 1729.
Principi vtilis clementia. 1361
Principum indulgentia in obtrectatores ſuos. 1362.
Principis decus & præſidium clementia. 1363.
Principibus viris ratio digna olim habita eſt agricultura. 1327
Principe dignam voluptatem habet vita ruſtica. 1327.& ſeq.
Principe num digna ruſticatio. 1329
Principe dignus agriculturæ quæſtus. 1329
Principe digna voluptas in agricultura. 1330.
Principes. V. Reges.
Priſci in timore vocati. 1437
Priuari contingit dupliciter. 1740
Prolis cura imprimis habenda. 359
Probra duplicis generis. 1312
Promiſſio & conuentio. 1413
Promiſſa Dei veriſſima. 1414
Promiſſionum Dei duplex genus. 429
Prophanum quid. 369
Propolis quid. 1704
Propheta verus vtrum à falſo dignoſci poſſit ſemper ab euentu. 440
Prophetæ de temporalibus non interrogandi, ſed de religione, &c. 1110.c.

inter Prophetas & ariolos quænam ſit differentia. 1113.c.d
Prophetis num liceret aliquid accipere. 1113.b. ad 1115. a.
ſupplicium Prophetarum mercedem accipiẽtium. 1114.c.d
cur olim dicebantur Videntes. 1117.a.b
& cur Hebraicè dicitur, נביא ibid.b
Prophetarum viſiones ſæpiùs vel noctu, vel in ſomnis fiebant. 1117.d
& quomodo. 1118.c
Prophetiarum quinque genera. ib.b,c,d
Prophetia quid. 1261
Prophetæ & doctoris in Eccleſia primitiua diſcrimen. 1261
coniector primùm inquirit, quod Propheta ſtatim iudicat. 1145.d.1146.a,b,c
Prophetiæ ſeptem genera. 1240
Prophetare quid, & quot modis accipitur. 1239.1241.1242.
Prophetæ apud Iudæos, vnctionibus initiabantur. vide, Vnctio.
Prophetia Saulis. V. Saul.
Prophetare quomodo Anna dicatur. 273
Prophetare publicè mulieribus an liceat. 273
Prophetides mulieres paucæ. 274
Prophetiam Samuel reuocauit. 472
in Prophetis omnibus Chriſtus fuit agnoſcendus. 473
Prophetiæ quatuor genera. 474
Prophetia Samuelis. V. Samuel.
Prophetæ ſuorum temporum hiſtorias ſcripſerunt. 3.& 4
Prophetia quantum ab hiſtoria diſcrepet. 3. & 4.
Prophetandi ratio duplex. 4
Propheta quiſpiam dicitur tribus modis. 4
Παρεργήματα ſiue appendices anniui quid. 43
omnia noſtra dicta, facta, conſilia à Dei prouidentia pendent. 1110.a,b.1111.d
quæ fortuita vocamus ad prouidentiam Dei pertinent. 1094.c.d
Omnia noſtra diuinæ prouidentiæ ſeruiunt. 1136.c.d.1137.a.b.1272.a,b.
Prouidentiæ diuinæ homo ſubiicitur. 1213
Prouidentia diuina non eſt cauſa ominis. 1654. 1655.
Prouidentiæ definitio. 1211
Prouidentiæ Dei omnia ſubſunt. 1212
Prouidentia diuina malis etiam dominatur. 1213.
Prouidentia diuina regit etiam quæ videntur neceſſaria, libera quæque & fortuita. 1214. 1215.
Prouidentia Dei mutari non poteſt. 1215. 1216.
Prouidẽtiæ neceſſitas ex hypotheſi & abſoluta quæ. 1216
Prouidentię immutabilitas quomodo patiatur liberæ voluntatis contingentiam. 1217. 1218.
Prudentię actus. 1572
Pſalterij & lyræ differentia. 1229
Pſalterij & citharæ diſcrimen. 1229
Pſalterij antiquitas. 1231
Pſeudoprophetæ quandoque vera diuinant. 440.
Pſylli qui dicti. 570
Puella variis modis accipitur. 1119.b,c,d
quare נער vocetur. 1120.a
Puer trifariam dicitur. 324
Pueri ſacerdotes apud multas gentes. 336
Pueritia & ſenectus non tam ætate quàm moribus penſanda. 337
Pueri puellæque inueſtes olim in Sacris miniſtrabant. 345
Pueritia magis expers malitia quàm virtutis ſtudioſa. 1500
ſtultitia pueri collo alligata. 1501
Pugnę nomen vnde. 1590
Pulueris ac ſciſſæ veſtis ceremonia in luctu. 588.
Pulueris ac ſciſſę veſtis tropologia. 589
Purpura apud Romanos inſigne eſt regiæ poteſtatis aſſumptæ. 1137.c
Princeps tutor eſt populi, dux, paſtor, & pater patriæ. ibid.d.ad 1139.b
boni principis officium deſcribitur. 1138.b.c.d
cur vocatur dominus. 1140.a
quo ſenſu principi ſubiectus, eiuſdem ſeruus dicitur. ibi.
principatus Mooarchiæ ſpecies. ibid.d
Punit Deus neminem immeritò. 492
Pythagoræos ridet Comicus Alexis ab animatis abſtinentes, docens nihil animatum comedi. 1717
Pythagoræorum cibus, mel. 2708

Q

QVATERNARIVS numerus laudatur. 411
Quadrigarum excurſatores & præcurſatores. 1005
Quies religioſis & meditantibus neceſſarius. 71.
Quiete locus maximè gaudens. ibid.

R

RACHAK quid. 1538
Ramathaim locus natalis Elcanæ. 55.d
Ratio certa electionis ſiogulorum reddi non poteſt. 399
Ratiocinatio Vermilij ineptiſſima ad Euchariſtiæ oppugnationem refutatur. 1247
Rationale quid ſit. 412
in Rationali cur veritas & doctrina. 423
Rationalis allegoria. 4[illegible]
Regibus ſubiici, ſeruitus non eſt: ſed maxima libertas. 1052.a.b. vſque ad finem capitis.
verum ius regis in quo conſiſtat. 1053. a, b, c, d.
cur libertas cum regio imperio retineri dicatur. 1053.d
liberior eſt conditio ciuium ſub regali principatu, quàm ſub Ariſtocratico, & democratico. 1054.b,c,d
quæ officiorum ratio ciues regum ſeruos conſtituat. 1056.a,b
Regibus fideles habendi illi ſoli qui ſacerdotum præceptis parent. 662

Regi quid debeat Epiſcopus. 653
Regis officium. 653
Reges non poſſunt præcipere Epiſcopis abſoluere quemquam aut excommunicare. 653
Reges Eccleſiæ ſunt filij non præſules. 655
Reges ab Eccleſiæ præſulibus excummunicati. 656
Regni ordinum iudicio de Eccleſia non poſſe pronuntiari. 657
Reges ſacros ritus atque ceremonias Eccleſiæ præſcribere non poſſunt. 659
Regum priorum pietas. 660
Regum decreta approbari poſſunt ab Eccleſia, vt ſuam ab ea autoritatem deriuent. 660. & ſeq.
Regium examen ſe negant Epiſcopi ſubituros quoad iura Eccleſiæ. 641
Reges Eccleſiæ iudicio ſe ſubiciunt. 663
Regiam dignitatem vincit Sacerdotalis. 664
variè initiabantur Reges apud antiquos. 1189. d.
Regum Romanorum quæ olim erant inſignia. 1190. a
ex antiqois Regibus nulli, præter Hebræos, vnctione initiabantur. ibid. b.
Reges Francorum omnes à Clodouæo inuncti ſuot. ibid. b. c.
ad aliarum nationum Reges, ab eo, hic vnctionis ritus tranſiit. ibid. c. ad 1192. a.
Rex Fraocorum quibus in membris, ac corporis partibus inungatur. 1193. b.
contra vnctionem Regum agit Vermilius, & confutatur. Vide, Vnctio.
Reges cur non tam cito moriantur ac ſummi Pontifices. 607
Reges qui hæreditario iure ſuccedunt alienare poſſunt. 619
Regum electiuorum & hæreditariorum non idem ius. 620
Regum Francorum ius. 621. & ſeq.
Reges prophetas eſſe decet. 1258
Regni ſecreta non ſunt manifeſtanda. 1269
Regis eligendi mos. 1175
in Reges primos Deus grauiter animaduertit. ibid.
quodnam inter Reges & iudices Iſraëlit. diſcrimen erat. 1061. b. c.
ius Regis duplex à Deo inſtitutum. 1065. a. b.
in Reges vlciſci populis nefas eſt, eóſve coërcere. ibid. ad 1066. c.
Reges à principio inſtituti, vt iudiciis præeſſent. 1067. a. b. Id eos maximè decet. ibid. c. ad 1071. b. Sæpe à recto tramite deuiant. ibid. d.
Regius principatus triplici democratiæ onere leuat. 1072. b. c. d.
Regem quænam bella facere cõueniat. 1073. c
Rex debet virtutis exemplo præire. 1074. a. b. c. Quare Hebraicè Melech dicatur. ib. d. Cur Græcè Βασιλεὺς; & Germanicè Coning. 1075. b. c. d. Dictionis (Rex) etymologia ex lingua Cimbrica. ibid. & 1075. a. b. Nec quicquam malè, aut iniquè agendi, aut contra religionem, regibus conceſſum eſt. 1076. a. b.
quomodo Reges dicantur eſſe à Deo, & non eſſe. 1077. b. ad 1078. b.
Regi prudentia magis opus eſt, quàm corporis robore. 1081. d. & 1082. a. b. c. d.
Species corporis regibus magnam dignitatem, & maieſtatem conciliat. Vide, Species corporis.
Regi multa præter attributam poſſeſſionem conceduntur ne tributis indigeat. 1029
Reges & Imperatores Epiſcopos adeuntes oſculari olim conſueuerant. 1204
Regna principum hæreditas eſt Domini. 1207.
Reges Deo authore regnant. 1206
Regna Dei ſunt omnia. 1206
Regis cor in manu Dei. 1502
Regum creandorum ratio. 1503
Reges mali quomodo ſuper iuſtos non regnare dicantur. 1503
Regis officium quid. 1504
Rex quid, eiuſque à Iudice diſcrepantia. 1507
Reges Deus eſſe voluit, & qua ratione. 962
Regum inſtituendorum prima ratio. 962
Regis in iudicando mira benignitas. 963
Regem petere non fuit per ſe malum. 965
Regis imperium Dei imperium non excludit. 972.
Regibus malo quomodo parendum. 973
Regnat Deus in bonis & malis regibus. 973
Rex quid ſit, & eius variæ appellationes. 983. 984.
Regis poteſtas apud Romanos. 984. 986. 987. apud Græcos 988 apud barbaros. 989. 990.
Regis munia apud Romanos. 985
Regum antiquorum pietas à calumnia vindicatur. 626. & ſeq.
Regis Francorum iuramenta cùm inungitur Chriſmate, & regni inſulas recipit. 629
Reges quare Chriſti appellati. 1396
Regis & tyranni diſcrimen. 1397
Regiam poteſtatem, ac regis nomen apud Iudęos vnctio conferebat. ibid. d. apud Romanos, purpura. ibid.
Rex non ſibi creatur ſed populo, Vide, Princeps.
Rex populi ſui, tyrannus commodũ ſuum ſpectat. 1199. a.
Rex à propheta cur paxillus vocatur. ibid.
A Daniele confertur cum arbore frugifera, cui cibus pro omnibus erat. ibid.
de Regni lege. 1294. & ſeq.
Reges apud Iudæos magiſtratum ineuntes iubentur legem Dei deſcribere. 1294
Reges legis exemplar à ſacerdotibus accipiebant. 1294
Reges precipuis anni diebus populum docebant legem Dei. 1295
Regni lex quę eſſet. 1295. & ſeq.
Regum inſtituendorum ratio ex parte Dei. 1296.
Regibus parendum propter conſcientiam. 1297.
Reges virtus bellica maximè commendat. 1301.
Regibus munera offerri ſolita priuſquam tributa inſtituerentur. 1302

Regis ius. 1149
Regum defectus notantur. 872.b.c.
boni Regis officia quædam. 1144.a.b.1159.c.
Regi optima, Deo quæ magis reproba ſunt offeruntur. 1147.d.1148.a.b.
Regis vxor, & mater regiis honoribus, alij commodis gaudent. 1148.c.d.1149.a.b.
cur Regina ſola ex regis familia coronetur. 1148.d.
Reges ſæpe ab infima ſorte excitati ſunt. 1150.a.b. Hoc de Francorum regibus dici non poteſt. ibid.c. Sententia Sidoniorum, qua reges nobilitate eſſe debeant. 1150.d.ad 1151.d. Triginta nouem quæſita Ptolemæi regis ad 70. Interpretes, de optima regnandi ratione. à p. 1162.c.ad 1167.c.
Regum lenticula olei vnctorum regnum non fuit diuturnum. 1174.a.1176.a.b.1189.c. Dauid, & reges de domo eius tantùm vncti fuere oleo vnctionis ſeu ſancto. 1174.a
Reges Iudæorum vngebantur oleo ſancto. Vide, Oleum.
Regalia decreta ſacra ſunt. Vide, Decreta, & Sacra.
Regalis vnctionis ratio. 1185.d.1186.a.b.c. 1194.c.1198.b.c.
Reges inter ſacras perſonas numerantur. 1185.d. Item religioſi. 1185.c.d.
Regnare quid. 1502
Regni opes liberalitate in Eccleſiam non imminui. 626
Regum cura circa populum. 1331
Regum Indiæ luxus. 1015
Regnare aliquando hypocritas Deus facit, propter peccata populi ſui. Vide, Eligere.
Rex curare debet duplex Reip. bonum. 1569.
Regis auctoritas quæ. 1570 nulla ad cultum & actiones ſpirituales. ibid.
Reip. ſtatus quomodo non mutandus. 1059.b.
Reip. ſtatus optimus. 1291
Reipub. adminiſtratio in duobus conſiſtit. 1255.
Religio ſolemnis Regis Sacramenti contra Bodinum defenditur. 630
Religio pertinet ad categoriam qualitatis. 545.
Religioſi quatenus in Conſilium à Principibus adhibendi. 1256
Religioſi tenentur eligere optimum quemque in ſuperiorem. 889.c.ad 892.d.
Religioſæ vitæ cum Elcana & monte Ephraim comparatio. 63.a.64.a.
Religio à Deo inſtituta ſuos à Deo Sacerdotes nacta eſt. 1569
Religioſorum opera & ſtudium in iuuandis principibus à calumnia vindicatur. 1253
Religioſi cur nomen mutent. 242
Religioſi etiam in iis quæ ad remp. pertinent Principum conſcientiam dirigere poſſunt. 1255.
Religioſus Dei poſſeſſio eſt. 63.b.
Religioſi & Monachi differentia & ſimilitudo. 63.b.
Religioſi non ſe debent implicare negotiis. 67.a.
Religioſorum profeſſio. 63.b. Actio ſecularium actionibus præſtantior. 65.a. Actio quantis virtutibus fulgeat. 66.a. Status tranquilliſſimus. 67.b.69.c. Perfectior vita quàm ſecularium. 68 d. Status zonæ temperatæ comparatur. 67.b. Honeſtiſſimæ voluptates. 70.b. Summa voluptas eſt oratio intempeſta nocte. 70.d.
Religioſos Elcanas dici poſſe. 63.d.
Reliquiæ Sanctorum in caſtris præſidij loco. 551.
S. Remigius multa cura rebus Eccleſiaſticis cauit. 624
Repetundarum accuſatum Paulacium ſatisfacere cogit ſanctus Chryſoſtomus. 645
Reprobi iudicandi in tres claſſes diſtribuuntur. 1567
Reſcriptum Ludouici Pij. 626
Reſignatio quid ſit. 907.c.d.
Reſignantis voluntas principem non obligat. ibid. d.
Reſignare nõ tenetur abſolutè deſignare meliorem, 908.a.b.
Reſignatio à Samuele filiis ſuis facta, recta, & iuſta fuit. ibid.b.c.d
Reſtituendi poteſtas non pertinet ad capita Maieſtatis. 628
Reſtitutio animalium. v. Animaliũ reſtitutio.
Reſurrectio aſſeritur. 295.305.307.313
Retrorſum cecidiſſe res eſt mali ominis. 599
ſanctus Rigobertus Archiepiſcopus Remenſis Sacerdotij vexationem pretio redemit. 460.
Riſus quomodo fit. 277.
à Riſu Iſaac dictus. 277.
Ritus legitimi ſanctificationis. 807
Ratio temporum vnde ducta apud Hebræos. 811.
Ratio numerandi annos apud Chriſtianos. 812.
Ratio intercalandi an. apud Hebræos. 818
Remedium certiſſimum pœnitentia. 848
Ritus imprecandi hoſtibus apud gentiles. 854.
Ritus ſalutandi varij. 1222
Romanum Imperium non pro merito profanæ religioſitatis incrementum accepit. 713.
Sanctus Romualdus patrem ſuum Sergium monachum factum ad mẽtem redire cogit. 502.
Rotunda figura. V. Bonus vir.
Ruſtica vita laudatur. 1327
Ruſticatio an digna Principe. 1329

S

SABATH Hebræorum menſis. 759
Sacerdotio concedendum ſi grauamur. 201.a.b.
Sacerdotum contemptus vnde. 761. & ſeq.
Sacerdotum corruptela quanta. 363
Sacerdos infamia laborans ſe purget. 378
Sacerdotes, Leuitæ & alij ſacris ritibus initia-

ti. 1185.c. Item monachi, ac religioſi, quemadmodum & Nazaræi. ibid. c. d. Item reges. Ibid. d. & 1186. a. b. c. Quænam res ſacræ dicātur. 1186. d. Rerum ſacrarum duæ ſunt ſpecies: ſcilicet benedictarum ritu, aut ſolo vſu. ibid. ad 1188. b.
Sacerdotum mali mores, populo pernicioſi. 341.
Sacerdotis peccatum cum totius populi peccato adæquatur. 342
Sacerdotes ſioe crimioe ſint, licet non ſine peccato. 343
Sacerdotes vnctionis initiabantur. Vide. Vnctio.
Sacerdoris eſt pacem date. 209. b. c. d.
Sacerdotes præ aliis amici Dei. ibid.
à Sacerdotiorum redemptione Gentiles abhorruerunt. 463
Sacerdotibus in conuiuiis imperata modeſtia. 364.
Sacerdotibus ſæcularibus pluſquam religioſis vitanda mulierum conſortia. 365
Sacrum quid. 369
Sacerdotem Rex in arduis debet conſulere. 1512.
Sacerdotes vnctione, muneris ſui edocentur. 1194. c.
Sacerdotum erat legem deſcribere. 442
Sacerdotes vtriuſque iuris dicendi poteſtatem olim adepti ſunt. 609
Sacerdotes noui Teſtamenti capitalia iudicia exercere non poſſunt. 610. Humana iudicia exercere fas ſit, necne. 612. & ſeq. A tributis immunes. 616. Sunt Regum & Principum Patres ac Magiſtri. 652. Noo ſunt imperij miniſtri, ſed Eccleſiaſticarum rerum iudices. 659
Sacerdotibus rem cum vxoribus habere illicitum. 229
Sacerdotium in Scripturis ſignificatur per brachium. 434
Sacerdotes ſummo in honore habiti à Magnatibus; varia exempla. 1548
Sacerdotibus præcipuos honor deletur. 1549
ob Sacerdotij vſurpationem Saul peccat & punitur. 1554
Sacerdotij vſurpati vindictæ. 1554
Sacerdorium regno prius & magis neceſſarium. 418
Sacerdotum vtrum vendatur in Eccleſia. 418
Sacerdotalis miniſterij maieſtas. 418
Sacerdotalium veſtium Allegoria. 422
Sacerdos quomodo traditur ambulare coram Rege. 443
Sacerdntem reum læſæ Maieſtatis Salomon ſecedere iubet. 444
Sacerdotes qui participes erant oblationibus. 447.
Sacerdotij vicaria functio pretio non redimenda. 452
Sacerdorij emolumenta vtrum emi poſſint. 452.
vtrum ei qui Sacerdotium ſuſcipit liceat aliquid offerre pro introitų ſuo, & cui liceat. 454.
pro Sacerdotum ordinationibus quid iubent Imperatores perſoluere. 455
Sacerdotij vexationem vtrum liceat redimere. 459
Sacerdotis nomen non meretur qui peccatis implicatur. 99 b.
Sacerdntis ſummi ſolius tria præcipua officia ſeu munera. 98 a.
Sacerdotes quo ſenſu Chriſtiani omnes dicautur. 98. d.
Sacerdotes rectè olim excubabant pro templi foribus. 143. b.
Sacerdotes olim apud Gentiles in caſtris, & quæ eorum ibi munia. 1611
Sacerdotes apud Hebræos ad quid neceſſarij erant in caſtris. 1611. Item ad quid apud Chriſtianos. 1611
Sacerdotium & lex duo maxima Dei beneficia. 1420
Sacerdotes occiſi in bello. 579
Sacerdotem ſi ferro abſtioeret in bello violare nefas. 579
Sacerdotes an militare liceret: aut ſaltem eorumdem facultatibus ad bellicos ſumptus abuti. 580
Sacerdotes plus prece quàm ferro iuuare poſſunt. 581
Sacerdotum officia in caſtris. 584
noo Sacerdotio, ſed malis Sacerdotibus detrahendum. 346
Sacerdotium nouum præſtat veteri. 317
Sacerdotum minorum officia quæ. 310
Sacerdotes miniſtrautes à mulieribus abſtinebant. 320
Sacerdos indoctus ſcandalum publicum. 323.
Sacerdotes in caſtris plures. 154
Sacerdotes cui potiſſimum ſtudio incumbant. 323.
Sacerdotes pueri, pleriſque gentibus. 136
Sacerdotes honoris gratia patres olim dicti. 514.
Sacerdotum vita turpis peſtis maximæ. 493
Sacerdotes indignè tractantes myſteria puniuntur. 494.
Sacerdntes num licere pœna ſubiicere. 501
Sacerdotum vtriuſque legis non eadem ratio. 503.
Sacramentorum adminiſtratio non eſt concionatoria. 1471
Sacrificij quod מנחה dicebatur ritus. 258
Sacramentis non obeſt miniſtrantis iniquitas. 345.
Sacrificiorum genera duo. 1251
Sacrificare in agro num Bethſamitis licuerit. 792.
Sacrificium pro Gentibus offerre licuit Iudęis, non tamen in eo cum eis communicare. 792
Sacrificia placare dicuntur. 1552
Sacrificium offerens cùm non ſit Sacerdos, peccat lethaliter. 1569
Sacramentum Chriſtianorum militum. 1686
Sacrificij partes quæ Sacerdotibus cedant: allegoria. 326
Sacramenta militiæ. 1002

Sacramenti religio principem ligat. 996
Sacramenta indignis noecent, dignos beneficiis cumulant. 745
Sacramenta vidiſſe non ſufficit. 792
Sacramenta vtriuſqoe teſtamenti verè ſacra ſunt. 1182. d.
Sacramenta reoerenter adminiſtranda. 801
Deus operatur cum miniſtris ſois in Sacramentis. 118. a.b.
Sacramentorum vis à Vermilio abrogatur, & accipienubos pignora tantum eſſe dicit Dei promiſſionum. 1194. b. Sibi ſtatim hac in re contradicit. ibid.
Sacramentorum formæ à Chriſto traditæ mutati non debent. 545
Sacri epitheton quàm multis tribuatur. 1181. a.b.c.
Sacri etymologia apud Hebræos. ibid.d.
Sacra diſtinguuntur in perſonas, actiones, & res diuino cultui deſtinatas. ibid.
Sanctum & ſacrum, idem ſunt. Iuriſconſulti tamen negant. ibid.
Sacræ perſonæ quænam dicantur. 1182. b. e. 1185. b. Chriſtiani omnes ſacri poſſunt vocari. 1185. c. quæ actiones. c d. & 1186. e.d.
Sacra ſunt illa, in quibus Deus habitat. 1182. e.
à Sacris abſtiuuit Pontifex ob ſomnium venereum. 494
Sactorum poteſtas an teuera regibus permiſſa. 1569
Sacrificium Pacificorum. 1377. & ſeq.
Sacrificium Pacificorum, & huius nominis ratio. 1378
de Sacrificiorum antiquitate. 504
Sacrificia non proſunt abſque fide & gratia. 504.
Sacrificia antiqua ex opere operato gratiam iuſtificantem non conferebant. 505
in Sacrificiis veteribus qoomodo mors Chriſto fuerit adumbrata. 506
Sacrificium debet præueniri oratione. 90. a. Orationes antecellit. 90. b. 92. d. Preces ratas facit. 90. d. Quodnam genus orationis ſit. ibid. Vnde dicatur. 91. d. Elcanæ qualenam fuerit. 101. d. Laudis qualenam fuerit. 101. d. Laudis qualenam erat, & qua de cauſa offerebatur. 102 d.
Sacrificij pacifici reliquias in diem tertium ſupereſſe nefas erat, & quare. 102. c.
in Sacrificio qoare cor & cerebrum hoſtiæ non requirebat Deus. 102. a.
Sacrificia antiquorum patrum typica fuerunt Sacrificij à Chriſto in cruce oblati. 93. b
Sacrificiis quomodo preces ſint potiores. 93. a.
Sacrilegij crimen maxima dignom eſt pœna. 1187. d. 1188. a. 1189. b.
de Sacrilegio plura. 369. & ſeqq.
Sacrilegium in veſtibulis admitti. 371
Sadoch in locum Abiatharis, ex ſamilia Eleazari à Salomone ſuffectus. 1613
Sæculum Hebraicè עוֹלָם 250
Sæculum quid ſit. ibid.
Sæculum Leuitarum. ibid.
Sæcula imaginaria. 719
Sæuitiæ mater impietas. 1309
Sagittarij ferentarij olim dicti. 36
in pactum Salis cur Dauidis regnum datum dicatur. 1558
Salis vectigal dutiſſimum. 1031
Salomō cur Chriſti Dominus appelletur. 442
Saltus quid ſit. 1697
Saluianus ait monachorum contemptum calamitatis publicæ cauſam eſſe. 968
Salutandi variæ formulæ. 210. c. d.
Salutandi ritus varij. 1222
Salutandi mos apud Hebræos. 1222
Salui quando ſperanda. 1350
Salutantium oſculum. 1222
vtrum Samuëli aorora vel nocte Deus apparoetit. 480
Samuel factum eſt oraculum noctu. 480
Samüel filios ſuos, Deo inconſulto, iudices non conſtituit. 909. d.
Samüelis nomen quid ſignificet, eiuſque etymon. 236
Samuelis fides. Vide, Fides.
Samuel quid populo explicauerit, an ius regis, an quod euenturum ſub regibus, &c. 1293
Samuel vbi repoſuetit legem regni. 1294
Samuelis oratio, & eius argumentum. 1385
Samuel qoare ſeipſom laudet. 1585
Samuel occurrit tacitis populi cogitationibus. 1385
Samuelis oratio. 1386
Samüel, ſecundum Rabbinos, præfuit populo tredecim annis. 868. a. Fuit iuxta eoſdem, iudex extraordinatius: Saül verò ordinarius, ſed improbator. b. e.
Samuelis commendatio. ibid. d. vſque ad 871. b. Accoſatur à Vermilio, quòd filios ſuos iudices, Deo inconſulto, fecerit. 876. a. vſque ad 878. a. Ab authore illius innocentia aſſeritur. 878. a. vſque ad 885. c.
Samuel ob ſenectutem à populo contemnitur. 967
Samuel quonam tempore oblatus. 259
Samuël quo tempore remp. adminiſtrauit. 1392.
Samuel tria maxima Dei beneficia populo exprobrat. 1409. 1410.
Samuel Prophetiam reoocauit. 472
Samuelem cur ferat Scriptura nocte miniſtraſſe cùm ſomno ſopitus eſſet. 475
Samuel cur dicatur iacuiſſe in templo, & Heli in loco ſuo. 476
qua ratione Deo Samoel placuit. 409
qoomodo Samuel proficiebat & creſcebat. 409
Samuelis vitæ tempus in tres partes diſtribuitur. 1394
Samuelis familia vſque ad Chriſtum durauit. 434
Samuel non ob ſcelus filiorum reprehenditur, ſed blandè à Deo conſolatur. 965. 966. 967.
Samuel miniſtraſſe coram Heli dicitur, id eſt, Heli rectore. 471
Samuelis bonitas filiorum Heli malitiā arguebat. 471

Samoel in qua tabernaculi parte cubabat. 483
Samuel ab adoleſcentia vaticinari cœpit. 1395
Samuel non ante purgare ſe voluit quàm rex electus eſſet. 1395
Samuel dictus liber primus Regum ab authore. 2. cur & Samuelis prophetia 3. & 13.
Samuel dictus Sacerdos quo ſenſu. 2
Samuel ſeipſum laudat,& qua ratione. 1433
Samuelis prompta obedientia vnde deprompta. 486
Samuel quando necdum ſciuiſſe Dominum dicitur. 487. Cur vocatur ad terriam vicem. 488. Cur ſe Dei ſeruum appellat. 490. Cur vocatus à Domino in reſponſione ſua nomen Iehouah non expreſſerit. ibid. Vtrum conſuluerit Iſraëlitis bellum aduerſus Palæſtinos gerere. 524
Samuelis nomen vbique prædicatum. 522
Samuel à prophetis originem duxit. 56. b. Erat de ſtirpe Leuitica,non tamen ſacerdotali oriundus. 73. a. Videtur voto parentum teneri potuiſſe ſex rationibus. 175. d.
Samuelem quomodo potuerit Anna vouere Domino. 161. a. 173. d. ex ſent. Vermilij.
Samuelem non magis præcepto matris quàm voto teneri potuiſſe. 174. c.
Samuel à populo iniuriam accipit. 967
Samuel iterum à Deo conſolatur. 974
Samueli ſenectus obiicitur. 955
Sancti humiliantur cum illis quid magni accidit. 1149. c. d.
Sanctitas ſolius Dei eſt. 278. Quibus conſtet. 279.
Deus Sanctitas eſt. 279
Sanctus idem quod colendus. 278
Sanctus id eſt ſegregatus. 281
Sanctitatis definitio. 279
Sanctitas quid. 280
Sanctitas naturæ diuinæ ſingularem dignitatem importet. 281
Sanctitas omnis virtus. 281
Sancti qui dicantur? 281
Sanctum à ſanguinibus. 281
Sanctum idem quod ſanum. 281
Sanctitas caſtitatis præcipua. 282
Sanctum à ſanguine hoſtiæ. 282
Sanctitas Deo quæ nobis commendet. 283
Sanctitas habitum conſtantiæ induit. 283
Sancti viri filios impios non liberant. 1191
Sancti viri ſe à muneribus immunes prædicarunt. 1401
Sancti orant pro aduerſariis. 1471
Sancti aliquando ſeipſos commendant. 1406
Sancti non oſtentant victores ſuas. 1405
Sanctorum reliquiæ in caſtris præſidij loco. 581
Sanctos & quomodo de vnoquoque dicatur, *Non eſt inuentus ſimilis illi.* 53. b.
Sancti differunt inter ſe meritis. 55. b. Quomodo adorandi. 94. c.
in Sanctis Deus inhabitat. 94. d
Sanctorum PP. facta hæretici diiudicant. 1369
Sanctuarij duo principes diuina authoritate à Dauide conſtituti. 448
Sanctitas quæ Eccleſiis ac Templis tribui poteſt. 477
Sanguine quare Deus veſci prohibuerit. 1718
Sanguine interdictum fuit Chriſtianis etiam ab initio. 1718. 1719
Sanguine diſtentis botulis Chriſtianos ad ſupplicem gentiles potabant. 1719
Sanguinem immundum eſſe qui putauerunt confutantur. 1720
Sanguis olim Chriſtianis cur prohibitus. 1720.
Sapientia luci comparata inuenitur prior. 1257
Sapientiæ quis fructus. 1105. c.
Sapiens munera contemnit. 1398
Sara filia Ephraim vrbium conditrix. 1580
Sathan piis locis præſertim inſidiator. 1226
Satanæ prædictiones obſcuræ. 441
Satisfactio Catholica aſſeueratur contra Vermilium. 1483
Satisfactionum origo. 1482
Satisfieri poteſt pro peccato. 1485
imperandæ ſatisfactionis ratio ab auctoritate pendet. 1486
Satisfactio in veteri lege. 1489
Satisfactionem docent Patres. 1490
Satisfactio ex eo quod à Sacerdote imperata ſit non eſt deterior. 1493
Satisfactio. 770
Satrapæ nomen & dignitas. 747
Saul quare ingentem exercitum eduxerit. 1350.
Saul vbi loſtrauerit exercitum. 1350
Saulem quis furor arripuerit. 1332
Saul quo tempore domum redierit. 1326
Saulis in eadem re factum S. Ambroſ. laudat: mentem verò ſanctus Chryſoſt. damnat. 1747
Saul excuſatus à Vermilio, ſed falsò, eiuſque rationes refelluntur. 1370
Saul quantis rationibus indulſerit explicatur. 1371.
Saulem nulla vlciſcendi ratio ad ſomendum de reis ſupplicium vrſit. 1372
Saulem in Galgala conſtitutum eſſe Regem quo ſenſu intelligendum. 1377
Saul cur à corporis proceritate,non autem à virtute laudatus fuerit. 1288
num Saul inter Prophetas vſus huius prouerbij. 1266
Saul vnctus non fuit oleo vnctionis, ſed balſamo. 1174. a.
Saul quo pacto afflatus. 1260
Saulis hiſtoria vt parabola dici poteſt. 1266
Saulis hiſtoria ad parœmiam accedit. 1266
Saul à prophetando num aliquando deſierit. 1267.
Saulis prophetia qualis, & quod eius diſcrimen à cæteris prophetiis. 1267

Saul quomodo filius vnius anni dicatur. 1496. vſque ad 1498.
Saul verius dicitur filius vnius anni ob innocentiam & ſimplicitatem. 1498
Saul cur milites habuerit curaſſe. 1504
Saul cur iuſſus ſeptem dies expectare. 1533
Saulem per ſe ſacrificium non obtuliſſe eſt probabilius. 1544
Saulis vana ſatisfactio diſcutitur. 1552
Saul Sacerdotium affectauit. 1554
ſi Saul paruiſſet regnum ſibi fore perpetuum quomodo intelligendum. 1556. & ſeq.
Saulis abdicationis duæ cauſæ. 1557
Saul cur ita grauiter multatus à Deo. 1561
Saul quo habitu domum regreſſus fuerit. 1299.
Saul an ſorte electus fuerit. 1275
Saul legem obſeruauit in delectu habendo. 1348
Saulis extemporalis prophetia quid tropologicè & allegoricè ſignificet. 1267
Saul cur ignouerit ſeditioſis. 1362
Saul an iure potuerit ſeditioſos immunes à ſupplicio præſtare. 1363. & ſeq.
nominis Saul etymologia. 1086.a.b.
Saul vbi ſe abſconderit. 1283
Sauli licueritne ſe abſcondere. 1283
Saulis iuramentum excutitur. 1714
Saul temerè iurat. 1732
Scamnis priuandi mos olim in Eccleſia. 1342
Scandalum quid. 380. Multiplex & quando noua peccati ſpecies. 380.
Scandali vera ſpecies. 381
Scelera quæ in cœlum clamorem tollere dicuntur. 1418
Scelus filiorum cur Patri tribuatur. 426
Scintillam ſuam vocat filium ſuum Thecuitis. 1708
Scopuli Ionathæ quibus nominibus dicti, & quid tropologicè ſignificent. 1614. 1656.
Scribæ frequentes cum filiis Prophetarum. 1227. 1228.
Scripturis hyperbole familiaris. 1513
Scriptura cur malè geſta referant. 1526
Scriptura in pleriſque vulgatum loquendi morem ſequitur. 1624
Scrupulum quid. 1658
Seboim. 1581. Eſt inter vrbes de cœlo tactas. ibid.
Seboim ideſt vallis caprarum. 1582
Secreta regnorum effutienda non ſunt. 1269
Sedes prima à nemine iudicatur. 435
Sedulitatis religioſæ exemplum. 485
Senarius numerus maximè vnitatem diuidit. 1084. a. b. c. d.
Senectus non inepta ad cœleſtia chariſmata. 413.
Senes vnde dicti. 955
Senectutis laus & honores. 954. 955
Senectutis tria tempora. 956
Senes obliuioſi. 878.b.c.
Senectutis multa incommoda. ibid. d. & 879. a.b.c.
Senes ſenſu, & iudicio integri opem ſuam reipublicæ denegare non debent. 880.a.b.
Senes imperatores. ibid.b.
Senioris appellatio quibus olim tributa. 951
Seniorum nomen ſpecies atque poteſtas. 951.
Senibus quibuſdam conceditur vacatio à publicis negotiis, & quare. 878. b. ad 88. a.
Senibus præcipuè inſidiatur dæmon. 358
Seniores in Monaſteriis qui. 338
qui Seniores dicebantur. 409
Senis nomine in hoc verſu ne ſit ſenex in domo tua, doctrina & ſapientia præditus intelligitur. 435
Senum ambitio notatur. 1389. Eius rationes redduntur. 1390
Septem dies quibus Samuel Saulem iubet expectare. qui & quales. 1251
Septenarij virtutes & poteſtates. 1251. & ſeq.
Septenarius quare potiſſimum Samueli placuerit. 1253
Septenarius numerus, abſolutus. 292
Septenarius numerus & plures eius allegoriæ. 1316. & ſeqq.
Septem anni tempora. 1318
Septenarius numerus in multis hominibus vtilis. 1319
Septem dies cur Naas Iabenſibus conceſſerit. 1316
Septem tantum dies cur Iabenſes petierint. 1319
Septuaginta Interpretum quanta authoritas. 15. Credendi non ſunt diſſentire ab Hebræis 15. Illorum mentem capere quàm ſit difficile. 15
Sermo Domini quis in Scripturis dicitur pretioſus. 471
Seruituti nimiæ, ſeu immoderatæ populum ſuum Deus non addixit. 1141.d.
Seruitutis iugum duriſſimum. 1001
Seruitutis Ægyptiacæ atrocitas. 1275
Seruus vocatur Hebraicè עֶבֶד à perpetuo motu, quo huc illucque diſcurrit. 1120. a.
Seruus improbus, index improbitatis domini. 333
Seruorum apud Hebræos duplex genus: eorumque vel dimittendorum, vel retinendorum leges. 1046. b. c.
Seruus, & ſeruitus quid. ibid. d.
Serui quàm ſint iure ciuili, & iure gentium. ibid.
Serui pecudum loco habiti. 1047. a. & 1051. a
Serui nominis, etiam ancilla intelligitur. 1047. b. Eorum variæ ſpecies. ibid. d. & 1048. a. Eorundem varia officia. 1048. b. Varia item æſtimatio. ibid. c. d.
Seruorum operæ fabriles, & officiales ſiue obſequiales in quo conſiſtat: earumque ſpecies. ibid. d. & 1049. a.
Serui dominis acquirunt, non ſibi. 1048. c. d. 1049. a. b. Vide, Famulus, &, Rex.
Seruituti ſe ſubiicere Iſraëlitis permiſſum fuit: Chriſtianis verò tum ab Apoſtolo, tum à iure ciuili prohibitum. 1051. d. c. d.
dictionis, Seruus, vſus eſt multiplex. 1054. d. & 1055. a. b. c.

Seruos qui nou curat peior infideli. 1477
Seruus quid. 1475
Siceræ nomine quid intelligitur. 203. c.
Siclus ſanctuarij, & communis quantum valebat. 1115. a. b. c. 1178. c.
Siclus vnde dicitur. 1115. d.
Siclus quid. 451
Sicyoniorum tribus aſinalis dicta. 1092. b.
Signa nonnunquam adhibentur, non quo Dei verbum confirmetur, ſed vt eſſe Dei verbum conſtet. 4 9
Signa inſtrumenta quibus homines ad credendum inducuntur. 439
Sergius quartus buccaporci dictus. 246
Signorum quæ Sauli data ſunt interpretatio. 1258.
Silentium & celeritas victoriæ certiſſima inſtrumenta. 1353
Silentium Perſarum in celandis Principum ſuorum conſiliis. 1353
Similitudo elegantiſſima. 1335
Simonia quid, & quid ad illam requiritur. 449.
Simonia ſacrilegium & hæreſis dicitur. 463
Simoniaci figurantur per vendentes in templo. 463
ad Simoniæ crimen reducitur inueſtituræ emptio. 453
Simoniaci ſunt non ſolùm emptores, ſed & venditores. 454
Simonia vtrum ob vile munus incurratur. 450
Siniſtra quæ dextra nobis cauenda. 787
Siricius Papa defenditur contra Vermilium. 228. 229.
Solarium quid ſit. 1161. a. b. c.
Solennis dies quæ. 247
Somuus quid. 481
Somni allegoria. 482
Somnus Adæ mortis Chriſti figura. 482
Somnus ortus atque interitus noſtri teſtatio eſt. 482
Somnus pueris vtiliſſimus. 482
Somnium non eſt per ſe futuri indicium, ſed illud ſolum quod à Deo immittitur. 1648
Somniorum humanorum à reuelationibus diuinis quanta diuerſitas. 1648
Sonus vehementiot perturbare ſolet. 857. 858.
Speculatores moralitet & allegoricè quid. 1667. 1668.
Speculatores vnde dicti; & quod eorum officium. 1665
Species corporea electa imperio. 1287
Species corporis quibus conſtet. 1085. a. b.
Speluncæ quomodo expugnantur. 1523
Spes humanæ naturæ propria. 410
qui benè Sperat ſanctus eſt, qui deſperat prophanus. 411
quid Spes. 411
Spiritus ſanctus deſignatus per candelabrum aureum cum lucernis. 483
Spiritus ſancti ſeptem dona referunt ſeptem lucernæ candelabri. 483
quare iſta dona numero ſeptem. 484.
illorum vſus & poteſtas. ibid.
Spiritus Domini qui inſiluit in Saul qualis. 1331
Spiritus vbi vult ſpirat, & quidem variis modis. 1260
Sponſæ introducendæ ratio. 349
Sportulæ iudicum, Eccleſiaſticorum, &c. 1111. d. ad 1113. a.
Sortium vſus apud Hebræos. 1276
Sortium varia genera quod ſpectat ad materiam. 1276
Sortium triplex genus à fine. 1277
Sortes à quo principio pendeant. 1277
Sortium vſus. 1277
Sortiendi conditiones. 1277
Sortibus vſi ſunt Apoſtoli. 1278
Sortes adhiberi non debent ad Eccleſiaſticas electiones. 1278
Sortitio ſancti Matthiæ accuratè expenditur. 1279.
Sortiri ne liceat ciuiles magiſtratus, & quibus conditionibus. 1281. & ſeq.
Sors diuina quæ ſit. 1738
Stateris valor. 1115
Statio quid ſit. 1224
Statio militaris. 1225
Stationis nomen diuerſis ſenſibus à Patribus vſurpatur. 1225. 1226
Statio à præſidio differt. 1225
Stationarij ab excubitoribus differunt. ibid.
Stationis multiplex vſus. 1595
Statuæ olim tot ferè partibus quot membris compactæ. 722. Ipſæ à Gentilibus pro diis habitæ. 727
Strenæ Romanor. Impp. exhiberi ſolitæ. 1303
Studium & beneuolentia memoriæ cuſtos fideliſſima. 1426
Studium ſæcularium ſcientiarum deſcenſionem, tropologia. 1590
Subiectionem non denotat (ante facies veſtras.) 1386
Succeſſionis duplex ratio. 884. c. d.
quo iure Succeſſionis Hebræi vſi ſint. ibid. d.
Summi Pontifices noſtri cur citò moriantur, & multis rationibus oſtenditur. 607
Superhumerale & Ephod vtrum idem ſint. 421.
in ſuperiore optimus quiſque eligendus eſt à religioſis. 889. c. ad 892. d.
Superiorum rationes diſcutere non tenemur. 1639
Superſtitioni metus affinis. 1550
Superuentus & ſubſeſſa vtiles nouitio exercitui. 1356
Suſpicio quid. 1631
S. Syluerius Papa defenditur. 443
Symmachus Papa admoneri & iudicari ſe tulit. 414
in qua Synodo Symmachus fuit abſolutus. 415.
Symmachus Papa beneficia Eccleſiaſtica primus inſtituit. 1113. a. b.
Synagoga ſub allegoria nurus Heli. 703

T

extra TABERNACVLVM rem ſatram facere, quando & quatenus licuit. 1611. 1612.
Tacitus Imperatot minotulas litteras legebat ad ſtuporem. 478
Talionis pœna Deus in contemptores ſuæ maieſtatis animaduertit. ibid.
Tapaſch תפש vide דבש
Tarandi mira proprietas omnia ſibi propinqua colore imitantis. 45
Temeritas inſana. 570
Temeritas contra Deum oiti. 570
Templa nunquam non patentia & aperta. 718
Templa prima luce adite ſoliti veteres. 718
Templis inferebantur deuictarum gentium manubia. 625
Temporis ſimulachrum, & eius explicatio. 25.
Tempus præſens ſolo momento conſtat. 25.
nulla pars eſt temporis. 26.
Tempus impiorum in æternom manet. 29
Tempus pueritiæ. 408
Templis ab Eccleſiis qoæ ſanctitas tribui poteſt. 477.
Tempus vitæ Samuelis in tres partes diſtribuitur. 1394
Tentare Deum nefas. 1621
Tentare Deum quid ſit. 1622. & 1644
Telluris Deæ ſymbolica expoſitio. 1587
Terræ centrum cæteras otbis partes ſuſtinet. 302
Terræ cardines qui. 302
Terræ fures quid. 321
Terrę motu mors animalium inſania & rabies. 1664.
Terræ motu ignorabant gentiles cui Deo ſupplicarent. 1665
Terræ motu quomodo orarent Chriſtiani. 1665.
Terræ promiſſionis deſcribitur longitudo ac latitudo. 522
Terræ motuum varia genera. 1661
Terræ motom quæ miracula præcedant. 1662
Terræ motum comitatur terreſtre quoddam tonitru. 1662
Terræ motus deſcriptio. 1663. Eius caoſæ efficientes. ibidem. Eius item effectus. 1664.
Territorium ſeu ager pro quouis loco cuius eſt ponitut. 1609
Terror panicus. 562.1525
Terrorem, quibus modis & quàm variis, Deus inferat ſuis hoſtibus. 1661
Thamul Hebræorum menſis. 758
Theberh Hebræorum menſis. 758
Thecuitis, ſpem poſteritaris, vnicam ſuam ſobolem, ſcintillam vocat. 1708
Theſeri Hebr. menſis. 758
S. Thomæ pugna aduerſus Anglicanas conſuetudines. 652
S. Thomæ epiſtola ad Henricum 2. Angliæ regem. 653. & ſeq.
Eiuſdem reſponſio ad Gilbertum Londonienſem Epiſcopum. 657
Thomas Saracenus. 687
Thummim. V. Vrim.
Thus adolere Regibus illicitum. 419
Thymiamatis allegoria. 419
per Thymiamaris compoſitionem mundi compoſitio deſignatur. 419
Tibia quid. 1231
Tibiarum plures modi. 1232
Tibiarum vtilitates. 1232.1233.1234.
Tibiarum vſus in conuiuiis & præliis. 1233
Tibiæ Iſchiadicis medeotur. 1234
Tibiæ à multis repudiatæ. 1235.1236
Tibiæ vtriculares. 1230
Tibiæ Romanæ. 1232
Tibia Phrygia. 1232
Timidiſſimi qui magno ſunt corde. 1287
Timiditas quid. 753
Timidus quis. 1359
Timidi ſigna. 1539
Timorem ſeruilem reiiciunt hæretici. 1441
Timor rationi conſentaneus. 1441
Timoris fructus, obiectum, eioſqoe exaggeratio. 1442
Timoris vtilitas ex ſacræ Script. locis. 1443
dignitas & gloria. 1444
Timor Domini nuoquam ſolus in Scripturis, & quare. 1444
Timoris ſpecies ſex. 1545
duplex Timor excuſatione dignus. 1539
Timoris vis. 1541
Timor ab antiquis Deus eſt habitus. Tonitru terrorem incutit. 1457. Tonitrui à fulgure & fulmine differentia. 1458
Timor & tremor ex terræ motu. 1664
Timor Domini. 1437.1438
Timor humanus & naturalis. 1438
Timor conſcientiæ. ibid.
Timor hoſtilis. 1439
Timor Domini multiplex. 1439. 1440
Timor quandoque vtilis. 310
Timorem Deus incutit hominibus. 311
Timor. Vide Metus.
Timori & Audaciæ ſacra fecit Scipio. 1611
Titulus crucis à peccato affixus prophetiáne ſit, an omen. 1647
Tondebantur Leuitæ. 163.b.
Tondebantur Nazaræi. 163.a.
Tondendi capillos olim varius modus. 164. b.
quare nunc Tondeantur Monachi & Clerici. 166. d. De hac re variæ cauſæ myſticæ. 167. d.
primos Tondens alterius comam olim pater ſpiritalis habebarur. 166.a.
Tonſo capillo Hildericus regnum abdicare conatus eſt. 165.c.
Tonitrui ſonitus diſcrimina. 1459
Tonitrua & fulgura expaueſcentes. 858. 859.
Tonſuræ moralis & anagogicus ſenſus. 633
Tonſura Simonis Magi. 633
Tonſio Regno aut imperio abdicatorum. 633

Digitized by Google

Tradere in reprobum ſenſum quid ſignif. 404
Traditio commeodatur. 327.331
Traditiones Eccleſiaſticæ à priuatis ſine ſacrilegio abrogari non poſſunt. 544
Transferri ſoliti nobiliſſimi quique, prouiocia aliqua deuicta. 1682
Transfugis Saul quare pepercit. 1685
Tranſlatio varia ſola punctorum mutatione. 1387
Tranſubſtantiatio panis in Euchariſtia defenditur. 1247
Tria gubernationum genera. 980
Tributa Regibus pendenda propter conſcientiam. 1297
Tribus Iuda priuilegium. 1350
Tributi pendendi inaudita ratio. 573
à Tributis immunes Sacerdotes. 616
Tributorum variæ ſpecies. 1025
Tributum quid ſit. 1026
Tributum à Carolo ſeptimo impoſitum. 1029
Triſtitia vocem eripit. 189
Triſtitie ex rebus temporalibus non ſemper reprobanda. 222
Triſtitiæ ſpecies quatuor. 222.223
Triſtitiæ cum viperæ ſucco comparatio. 224
Triſtitiæ amuletum oratio. 225
Triſtitiam iuſti lætitia conſequitur. 225
Trophæa regum & ducum deſcribuntur. 861. 862.863
Tumultus quid. 1676
Turcarum crudelitas nimia in Chriſtianos. 1001
Tyrones eorum quæ experiri contigerit ſenioribus ſuis rationem reddent. 515
Tympanum quid. 1231
Tyranni & Regis diſcrimen. 1397
Tyrannorum mores. 1400
Tyranni ſunt mali paſtores. 1401

V

VAlentiniani Imperatoris celebre dictum. 674
Vapulare à ſeipſo num quenquam liceat. 772
Valeſij Hæretici ſolis ſpadonibus cœlos patere dicebant, ideóque peregrinos, & hoſpites ſecabant. 1043.c.
Vates à diabolo apud Ethnicos. 763
Vatibus etiã ſceleratis Deus vtitur, & ad quid. 764
Vectigal ſalis duriſſimum. 1031
Vectigal aërium. 1032
Vehiculorum genera. 779
Velare caput quomodo debeant mulieres. 186.a.
Velamen mulieris iugum ſignificat. 186. d. quouſque protendi debeat. ibi.
Venditio officiorum apud oos iniquis conditionibus deprauatur. 934
Vendere iudicum præfecturas en liceat principi vel non. 924.925.926.927.928.929. 930
Vendere ter filios olim licuit pareotibus. 177. a. ſe cum tota familia licuit Hebræis. ibid. filios, an liceat Chriſtianis quacunque de cauſa. 177.c.
Vendere Hebræos alieno populo non licebat. 177.c.
Venia quid. 1367
Venia Dei maximè propria. ibid.
Veniæ impetrandæ modi. 12.1484
Veniæ ſpe ebutuntur homines ad explendam libidinem. 547
Venter non defatigatur. 1715
in Ventrem inoectiue. 1717
Ventris & memoriæ comparatio. 1427
Verba confunduntor loci diſtantia. 561
Verbom Dei audiſſe non ſufficit. 792
Veritas quid ſit. 605.d.909.a.b.
Græcis dicitur ἀλήθεια, quòd eam nunquam obliuio capere debeat. 605.d.
quædam ipſius elogia. ibid.
à Latinis vnde dicta veritas. ibid.
Cur ab Hebræis dicta ſit אֱמוּנָה Emunah, & קֹשֶׁט koſet. ibid.
Veritatis triplex ratio. 906.e.b.
Vera, qua ratiooe dicatur conſcientia. vide, Conſcientia.
Veritas odium parit. 499
Veritas & doctrina in rationali. 423
Vermilius calumniatur leges Eccleſiaſticas. 1712. Refellitur eius calumnia. 1712.1713
Vermilij ratiocinatio ineptiſſime qua Eochariſtiæ Sacramentum oppugnat refutatur. 1247.1248
Vermilij aliud commentum refutatur. 1221
Vermilij hæretici de ieiunio mendacie ſex confutentur. 837.838.839 840.841.842.843
Vermilij tractatus de ſatisfact pepiſticis. 1481. 1482. refutatur. 1483.& ſequentibus vſque ed 1492
Vermilij mendacia nomen exploduntur loco citato à. 1483.ad.1992
Vermilij impudens calumnia. 1311
Vermilius Religionem noſtram damnat ob penuriam verbi Dei. 472
Vermilius ſacramentis vim omoem abroget. vide, Sacramenta.
Vermilius aquam luſtralem ſubſannat, & Eccleſiaſticas benedictiones, confutatur. 1130. d.ad 1132.d.
Vermilij eudacia notatur. 1368
de Vermilio ſancti Cypriani iudicium. 563
Vermilij mendacia, & errores circa Euchariſtiam reteguntur. 1379. & ſeqq.
Veſpaſiani morientis ſupremus habitus. 601
Veſtium Secerdotaliom ellegoria. 422
Veſtis ſciſſæ ac pulueris ceremooia in luctu. 588.
Veſtis ſciſſæ ac pulueris tropologia. 589
Veſtis nuptialis quænam ad ſacram communionem requiratur. 112.d.
Veſte elegantiori in diebus feſtis vtebãtur Hebræi. 112.c.
Veſtibulum quid. 370
Veteres rectè inſtituerunt, vt in ſacris myſteriis admoneretur populus de corde ſurſum attollendo. 796

Index

Veteres quomodo collegerunt Chriſti aduentum. 506
Veteres orarunt in Chriſti nomine. 507
Vetuſtas animæ peccatum eſt. 780
Vexillum Fraocorum erat *Oriſlambe*. 550
Via vnde dicta. 782
Via media tenenda. 787
Vicariorum quæ ratio habenda ſit. 888.d.889.a.b.
Victima pacificorum duobus diebus tantum abſumi debebat, & quare. 102. c. quæ in gratiarũ actiones offerebatur eodem. 162.c.
Victimæ partium quæ adolebantur, allegoria. 332
Victoria parta ſupplicationes decerni ſolitæ, & prædæ pars Deo dicata. 711.&ſeqq.
Victoria falſis numinibus ab idololatris, olim aſcripta. 712
Victoria falſis numinibus non debet aſcribi. 713
Victoriæ certiſſima inſtrumenta celeritas & ſilentium. 1353
Victori omnia cedunt. 865.a b.
Victoriæ gloria ſoli Deo debetur. 1360
Victores magnorum exercituum cùm ipſi ſoli eſſent, aut in paruo numero enumerantur. 1620
Victoris ſæuitia, & inſolentia non raro victoria eripitur. 1313. & ſeqq.
Videre Dei, quid ſit. vide, Deus.
Vigiliæ militares quomodo peragerẽtur. 1666
Vigilia matutina. 1356
de Vigiliis. 1357
Vigiliæ militares olim à tibicine committebantur. ibid.
Vinculum principis. 998
Vinum cur erython aot æthiops Homerus dicat. 193.a
Vino ſapiens euadit ſapientior, necne? 193.d. 194.a.
Vioi compotatio, aotiqua. ibid.
Vini abſtioentia ſanctis viris in vſu. ib.c.d
Vinum mulieribus interdictum. 194. d.195. per totam & 196.202.d.
Vinum Sacerdotibus interdictum, & cur. 198
Vini varia nomina horũq. etymologiæ. 202.c.
Vinom venenum, fel draconis cur? 202.d
Vini partes quatuor. 203. a.
Vini nauſea ex ouis noctuæ. 207.c.
Vini effectus. 202
Vini comparandi ars [illegible] dicta. 208 b
Vino vti non licuit mioiſtrantibus in tabernaculo. 159.d.
Vir aliquando in bonam pſrtem ſumitur aliquãdo malè audit, ſicut [illegible] apud Græcos. 30
Virorum Dei duo genera. 412
Viros decet eſſe conſtantes. 571
Viro cur mulier ſubdatur. 215
Viris diuinis, & qui legis norant inſtitutum permittebatur omnis locus ad Dei cultum. 852
Virilium amputatio genus fuit ſupplicij. 1044. d.ad fi.
Virtus maiorom vitiis poſterorum non patrocinatur. 433
Virtus eximia Samuelis. 1400
de Virtute repugnantes hæreticorum ſententiæ. 1288
Virtutem in homine perire poſſe. 1288
Virtus qua ratiooe pereat. 1289
Virtus amorem coociliat. 409
Virtus potiſſimum in iunioribus commendanda. 409
Virtus duplici ratione creſcit. 409
Virtus vſus meritorum cumulum auget. ibid.
Virtus cur à Deo Sacerdotibus conceſſus. 424
Virtus non tam quid ſimile eſt diuinis moribus, quàm eorum imitatio. 33
Virtutum ſimulacra Deus in infidelibus præmio proſequutus eſt. 764
Virtutes per pœnitentiam recuperantur. vide, Pœnirentia.
Virtutum quatuor genera, ex Plotino Philoſopho. 869.a.
Virtutes politicæ quidnam ſint, & in quo conſiſtaot. ib.b.c
Virtutes purgatoriæ quid ſint, & quibus cõueniant, ex eodem Plotino. 869.d. 870.a. & quæ, ex codẽ, Virtutes purgati animi. 870 b. quas item Virtutes exẽplares vocet. ibi. c.
Virtute hominum præſtaotium tres ordines, ex Macrobio. ibi.d.
Virtutis olim etiam in conuiuiis ratio habebatur. 1159.d.1160.a.
Virtus quæſita, infuſa tenacius inhæret. 1289
Virtus bellica Reges maximè commendat. 1305
Virtus & modeſtia generis ignobilitatem cõmendant. 1305
Viſiones Prophetarum. vide, Propheta.
Viſio quid. 513
Viſio tempore Heli non fuit ſublata, ſed obſcura relicta. 474
Viſitationis epiſcopalis leges à ſummis Pontificibus, & Conciliis latæ. 873.a.
Viſui quænam neceſſaria. 1667
Vita Patriarcharum antiquis pro lege fuit. 1416
Vitæ Samuelis tempos in tres partes diſtribuitur. 1394
Vitæ humanæ breuitas. 605
Vitæ humanæ longæuitas. 605
Vitæ humanæ menſura. 592
Vitam longæuam cur expeterent antiqui. 438
Vita functi moderatè lugendi. 699
Vita æterna famæ præferenda eſt: præſenti vitæ, fama. 28
Vita & viuere quid ſit. 29
Vitam ſibi eripere non licet. 774
Vita prioribus ſæculis longior. 357
Vita ruſtica laudatur. 1327. & ſeqq.
Vitulorum domi recluſorum tropologia. 781
Vitium iograti animi auget beneficiorum magnitudo. 417
antequam Viuamus moriendum. 293
Vncia quid. 1658
Voctionis regalis ratio. vide, Rex.
Voctione inaugurati ſunt poſteri imperatores, priores nequaquam. 1192.a.b c. d 1193.a.b.
Voctionis imperatoriæ Caroli 5. deſcriptio. 1192.c.d. 1193.a.b.
Vnctionẽ huiuſmodi præcedit peccatorũ confeſſio. 1193.c.

Vnctione reges numeros ſui edocentur. 1164. c
Vnctionem Epiſcoporum, & regum impugnat Vermilius: & confutatur. 1191.d. & ſeqq.
Vnctio apud Hebræos regiam poteſtatem, ac regis nomen conferebat. 1197.d.
Vnctionum ſcopus, & finis. 1137. a. b.
Vuctionum ratio, & allegoria. 1198. b.c.
Vnctionis oleum. vide, Oleum.
Vuctionibus ſacerdotes, & Prophetæ initiabantur. ibid.
Vncti multi dicuntur in Scriptura, qui tamen vncti non fuere. 1180.b.
Vnctionis extremæ oleum. Vide, Oleum.
Vnctionum ſacrarum multæ ſpecies in Eccleſia. 1199.d.ad finem.
Vngebantur etiam reges. vide, Reges, Oleum, Dauid.
Vngebantur etiam cenſores apud Romanos. vide, Cenſores.
Vnguentarij olim viles habiti ſunt, & à Lacedæmoniis expulſi. 1012
Vnguentorum muliebre ſtudium. 1012
Vnguentorum variæ ſpecies. 1012.1013
Vnguentorum vſus plurimus in funeribus, & condiendis mortuorum corporibus. 1013
Vnguentorum ſtudioſi orientales, & Hebræi. 1013
Vnguenta Iudaica quibus erant compoſita. 1177.b.
Vnguentorum vtilitas. 1178.a.b
Vnguentorum vſus quare ad religionem trãſlatus. ib.b. diuinæ gratiæ fructus repræſentant. ib.
Vnguenta Deo authore, compoſita ſunt. ibid. b.c.d. Quiſnam eſt ille alienus, quem Deus prohibet participem fieri vnguento ſacto. ibid.d.
Vnus repræſentat vniuerſitatem. 1124. c.
Vnum ens vnus Deus. 565
Vocatio præcedit conuerſionem. 487
Vocationi priuatæ ſigna adhiberi non eſt abſurdum. 1249
Vocationis incertitudo timiditatis, & diffidentiæ cauſa. ibid.
Vocationi ſuæ decet vnumquemque ſatisfacere. 147
Vocem eripit triſtitia. 189.b
Vocis (Coram) varia explicatio. 470
Vociferatio filiorum Iſraël quæ fuerit. 560
Voluntas ſigni quid ſit. 399
Voluntas efficax ſiue beneplaciti. 400
Voluntas Dei ſemper obtinet. 400.401
Voluntas ſimplex & retribuens. 388
Voluntatem ſuam Deus olim quam variis modis patefaciebat. 1670. qui eſſent ordinarij. 1671
Voluntas quotupliciter moueatur à Deo. 1625 cùm ſola mouetur non omnis ab ea dubitatio tollitur. 1626
Voluntatis mutabilitas. 1289
Vota tandiu valida ſunt, quandiu de contraria Dei voluntate non conſtat. 874. a.
Votorum actiones, ſacræ actiones ſunt. 1186.d eorum violatio ſacrilegium eſt. ib.
Votum & lex malè inter ſe conferuntur. 1744
Voti, iuramenti & præcepti non eadem eſſe rationem. 1743
Votum obligat. 202. non præiudicat diuinæ voluntati. 263
Votum ſeruitutis quale? 262. probatur pluribus exemplis. 263
Votum teterrimi principis. 595
Vox ſecus corpus. 304
Vox ſimul in pluribus locis. 304
Vſus cœleſtis gratiæ mercedem de condigno meretur. 410
Vtilitas afflictionis. 1429
Vuandali S. Viti imagine abutentes. 725
Vuillelmi Regis qui Anglicanas conſuetudines defendit ſempiternus interitus. 652
Vulgata lectio defenditur. 1506
Vulgi contumax ingenium. 1168. b.1169.a.b.c.
Vultus prodit animi affectiones. 219
Vultu mutari an deceat Chriſtianum. 220.221
Vultus morum index. 184.d
Vuluam Deus concludere dicitur, cùm non aperit. 117.c.
Vxor ab vngendis poſtibus dicta. 78.d.16. a. diligenda non propter libidinem aut prolem, ſed propter virtutem. 115. a. maritum pluris æſtimare debet quàm filios. 135.d. ducenda non propter libidinem, ſed ad filiorum procreationem. 136. a. quibus de cauſis ducenda. 136. c. antequam domum ducatur ſedulò eſt exploranda. 119.c
Vxorem diligere quantum debeat vir. 115. c. ſemel ductam ferre neceſſe eſt. 120. c. malam, quo conſilio tolerauerit Socrates. 120. a.
Vxores plures ducere liceatne Chriſtiano, 82.a.
Vxores duas, cur habuerit Elcana. 84.d.

Z

Zelotypæ mulieris crudelitas. 121.b.
Zelotypię furor, & improbitas. 120.d
Zonæ torrida temperatæ, & frigidæ comparantur ſtatibus Epiſcoporum, religioſorum, & ſecularium.

LAVS DEO.